HENRICI DE SEGVSIO CARDINALIS HOSTIENSIS,

SVMMA AVREA,

AD VETVSTISSIMOS CODICES SVMMA FIDE DILIGENTIAQVE NVNC DENVO COLLATA,

Atque ab innumeris mendis, quibus ſcatebat hactenus, repurgata.

Cum antiquis NIC. SVPERANTII, atque eruditis recens ex Summa F. MARTINI Abbatis, I. V. D. celeberrimi, Azonis & Accurſij (vt ferunt) coætanei, adiectis Adnotationibus.

Acceßit Rerum & Verborum toto Opere memorabilium locupletißimus INDEX.



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Apud Hæredes Nicolai Beuilaquæ, 1579.

Index Titulorum ab Henrico Cardinale Hostiensi, iuxta seriem Decretalium, in summa redactorum.

Index.

FINIS.



DE HENRICO DE SEGVSIO CARDINALE HOSTIENSI, ex Epito, de Vitis Iureconsult. D. Ioan. Fichardi, Francofurtensis.

SVccessit istis Henricus de Segusia, postea Cardinalis Hostiensis factus. Hic ob eximiam eruditionem suam, primùm Innocentio IIII. Pontifici, & inde Alexandro IIII. eius successori, valde gratus fuit. Iuris Ciuilis & Pontificij Summam vno volumine complexus est, ordine conuenientissimo, & tractatione elegantissima. Illud post longum utriusque Iuris studium atque exercitium incœptum, postea verò incendio amissum, tandem Cardinalis, inter alia sua negotia denuò reparauit, & exactius diligentiusque quam antea. absoluit, ut ipse refert in fine eius Operis. Edidit præterea Lecturas in v. libros Decretales. (*in tract. de success. ab intest.*) Et dicit Mathesilanus alicubi, permagnam esse huius Hostiensis inter Iureconsultos authoritatem. Tiraquel. etiam in tract. de pen. cau. 51. nume. 109. virum prædicat, diuini humanique Iuris peritissimum. Floruit sub dictis Pontificibus. Anno M.CC.LV. & sequentibus.

DE EODEM, EX LIBRO DE VIRIS ILLVSTRIBVS, D. Marci Mantuæ, Patauini.

HEnricus Hebredinensis quondam ecclesiæ Archipræsul, & Cardinalis Hostiæ, per antonomasiam Hostiensis dictus appellatusque est: fortè quia per eum tanquam per hostium patuit aditus omnibus ad Iurisprudentiam. Hunc magnum Canonistam dicit Gemi. consi. 114. incip. Si procurator. col. 3. & Abb. in c. ex conquestione. col. 6. de restit. spol. quod solet vt plurimùm reprobare opiniones rigorosas Innocentij, eoque magis laudandus est, cùm à uilla Secusia originem duxerit, ut ipse testatur in c. nonnulli. in §. cum autem. in prin. de rescrip. & nihilominus euectus sit tunc ad Cardinalatus fastigium, ut s. Barb. quoque ait in repet. c. Raynaldus col. 171. de test. quòd iste & Inno. fuerunt duo luminaria cœli, & col. 163. quod ipse rursum Ioann. And. & Bernardus suis acutissimis ingenijs illustrarunt sacros Canones. Et quia in cæteris satis clarum est, quid quantumque ualuerit, quæque opera & monumenta reliquerit, transeo.

SVMMA HOSTIENSIS[†] I. V. D. celeberrimi, ſuper Titulis Decretalium, F. Martini Abbatis Adnotamentis locupletata.

PROOEMIVM.

SVMMARIVM.

1 *Senectus ſemper eſt reuerenda.*
2 *Studioſus de ſingulis dubitare debet.*
3 *Reprehenſio temeraria fit decem modis.*
4 *Iuri ſcripto potius eſt ad hærendum, quàm conſuetudini.*
5 *Liber iſte vnde habuerit originem.*
6 *Leges tres fuere ante legem Moſaicam.*
7 *Phoroneus rex primò legem inſtituit.*
8 *Ieſu nato aduenit tempus gratiæ.*
9 *Hominum genera dicuntur eſſe duo.*
10 *Scientiarum genera dicuntur eſſe duo.*
11 *Tempore gratiæ tres leges proceſſerunt.*
12 *Imperator per omnia vult ſequi ſacras regulas.*
13 *Papa an ſit maior Imperatore.*
14 *Decretalis quid ſit.*
15 *Decretum quid ſit.*
16 *Conſtitutio quid ſit.*
17 *Pragmatica ſanctio quid ſit.*
18 *Scientia ciuilis an ſit ſcientia, vel ars.*
19 *Homines propter quinque fines, dicuntur legere.*

ALPHA & omegha, vnũ in eſſentia, & trinum in perſonis, à quo omnes Legiſlationes pendere iubentur, in primis inuocans, eundem [a] exoro, vt adſit mihi principium, medium, & terminus, à libro Authenticorum doctus: vt in auth. de priui. dot. hæret mul. nõ præſt. in prin. col. viij. Fiat ergo eidem decens principium Operis, atque amabile. ſic enim bene & rectè vniuerſa gerentur: vt in auth. quomodo opor. epiſ. reſp. j. in. fin. col. j. Placeat etiam ei quod incipio: quia opus ſemper debet placere Deo, vt in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. collatio ij. ad hoc xxiij. diſt. in nomine Domini. C. de of. præf. ꝑtor. Afr. in noĩe Domini. j̃. de teſt. in nomine Dñi. C. de vet. iu. enu. l. j. & de epiſ. & cle. l. Deo nobis. in auth. de armis. in princ. colla. vj. Erit ergo principium meum, ex quo ipſum inuoco: quia vt ait Pſal. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Ex quo etiam principium eſt, finis erit: quia qui ponit initium, ſupplere debet vſque in finem. de conſe. diſt. j. nemo eccleſiam. in auth. de monachis. §. iij. coll. j. & quod à Deo incœptum eſt, imperfectum non relinquitur. C. de emen. Iuſti. codi. in princ. quia nihil videtur eſſe actum, cùm aliquid ſupereſt ad agendum. C. de his qui. vt indig. l. cum Syllanianum in fi. Ideo ſucceſſor non debet aliquod opus incipere, niſi primo expleto, quod à prædeceſſore cœptum fuit. C. de ope pub. l. fi. & ff. de oper. pub. l. fi. j̃. de reſcr. literis. & Dominus opus imperfectum non nouit. j̃. de bap. maiores. §. ſed adhuc. De ipſius igitur omnipotentia confiſus, qui res penitùs deſperatas & impoſſibiles donare poteſt. C. de vet. iu. enu. l. j. in fi. j. col. & qui omnium ſcientiarum eſt caput & author. xxxvij. diſt. §. hinc etiam filius. qui etiam omnium gratiarum eſt mirabilis elargitor. xvj. q. j. reuertimini. de ſcientiæ meæ modulo non præſumens, ad eiuſdem, atque matris ſanctiſſimæ, aduocatæ noſtræ, nec non ſanctorum ſuorũ omniũ. ad honorem, laudem, & vtilitatem ſcholarium, diuerſa ſcripta appetentium, & maximè ſtudentium, præſens Opus aggredior: in quo renouando & proſequẽdo, diuerſorum doctorũ ſummas, flores gloſſarũ, quæſtiones & diſtinctiones vtiles, opiniones maiorum difficiles, & quid verius videatur, appoſui, ſummatim tangendo omnia ſuper ſingulis titulis, vt melius memoriæ commendentur. ſic Inſti. de donat. § in ſumma. & ff. de dona. l. j. Qui ergo diuerſa ſcripta vtilia, in vnum volumen, quo ad vtrumque ius, fideliter redacta habere deſiderat, ad ſcribendam hanc Summam accedat intrepidus & ſecurus: quam ego poſt ſtudium vtriuſque Iuris, diuinum & longum exercitium, adiutorio Dei in omnibus præcedente, ſuffultus compoſui, ſuper operis imperfectione, quod inquantum humanum eſt, nec aliter dici poteſt: cùm in rebus humanis nihil perfectum ſit, vt C. de vete. iure enuc. l. ij. §. ſed quia diuinæ, à benignitate ſociali veniam poſtulans: nam & rectè dictum eſt à præ deceſſorib. noſtris, & ante oẽs à Iuliano ſapientiſſimo, ꝙ nullum ius ab initio ſufficiens emanauit in rempublicam Romanorum, ſed ad naturæ varietatem, & eius machinationes multa egent correctione. in auth. quib. mod. nat. effi. leg. 1. reſp. colla. vj. & ideo iuxta renocationem compilationis, multa diligens lector in inferioribus inueniet renouata. Nec obſtat quod dicit lex, ſcilicet, quòd minimè mutanda ſunt quæ longam habuerunt interpretationem. ff. de legi. & ſe. con. minimè. quia illud intelligendum eſt de his quæ ſic ſtatuta ſunt, ꝙ in ꝑpetuũ debeant obſeruari. ff. de legi. ſi de interpretatione. vel non ſunt mutandæ, niſi ex cauſa. j̃. de conſue. cum conſuetudinis. quia ſalua honorificentia maiorum noſtrorum, ipſorum dicta corrigere poſſumus, ſi ꝯ veritatem ſenſerint. ix. diſt. neque quorũlibet. & idem à ſucceſſorib. expectamus: quia quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, &c. ſed hoc non eſt temerè præſumendum: vt no j̃. e. ver. ſtudioſus & ſeq. Ego verò per dictum meum nemini legẽ impono, nec opiniones aliorum renuo vel abſcondo, imò ipſas diligenter recito, & in lucem produco. Tu ergo perlectis & intellectis iuribus & rationibus, quibus vnaquæque fulcitur opinio, amplectere quam malueris, & elige cui dicas, Tu mihi ſola places. Minorum tamen imploro veniam, & non intelligentium, ſi aliqua ſubtilia & profunda apponam: quia licet dicatur, quòd qui ea docet quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem hoc facit: & vitium animi eſt, indignis ſecreta vulgare xliij. di. §. ſi cum ĩn lex cõis eſſe debeat. iiij. diſt. erit aũt gratia minorum exponã multa, & ipſos via ſimplici ducã, ne cadant in deſperantiam Inſti. de iuſti. & iure. §. 2. & de legatis. §. ſed ne in primis. & ſic dabo eis lac in potum, non eſcã. j̃. de pœ. & rem. Deus qui. § Apoſtolis. gratia mediorũ dicam ſimilia, inducendo & ſoluendo contraria, notando quotidiana & practicatiora: quia in ipſis magis ſtudẽdũ eſt. ff. de liber. leg. legaui. Maiorib. etiam, loco aquarũ ſalientiũ, tradam profunditates materiarum, & diuerſitates memoriæ commendandas: & inquantum poſſibile mihi erit, & Deus dederit. ſic omnia proſequar, ne quicquam inueniatur in hoc prato ſpinoſum. C. de vet. iure enu. l. 1. §. hoc etiam nihilominus & quamlibet materiam, ꝓut congruum videbitur, loco ſuo & ordine tractabo. hoc enĩ obſeruandum eſt. in auth. de nup. §. deportatio. coll. iiij. [1] † Nec dedignetur alicuius veneranda ſenectus [b] recipere præſens. Opus: quia impubes ferula cæditur ꝓ veritate dicenda ff. de ſe. con. Syll. l. 1. § impubes. & vbi publica tractatur vtilitas. etiamſi minor veritatem inueſtigauerit, nulla maior iniuria irrogatur. C. de off. recto. prouinciæ. l. potioris. ſæpe enim reuelat Deus minori quod celatur maiori. xcv. diſt. eſto ſubiectus xxxix. di. nullus. quia non omnes per omnia, ſed certi per certa, vel meliores vel deteriores inueniuntur. vt xxxviij. diſt. quamuis errare. & qui ſubtiliter fa-

ctum

ADDITIONES.

* Hoſti. prius compoſuit Summam. deinde Lecturam; ut ipſe dicit in proœ. Lecturæ. & eum ſequitur ibi Io. And. & Car. Zaba. & per Ioan. de Imol. in repe. c. fin. in 29. col. de præſcrip.

† Hoſti. in fauendo epiſcopis habuit malam ſcientiam, & peiorem cõſcientiã. ſecundum Bal. conſ. clxvj. inci. Punctus quæſtionis. in 2. uol.

a Inuocans eundem. ¶ Adde tex. in c. in nomine domini. de teſti. c. licet. 26. q. 5. & Spe. ti. de inſtru. edi. in §. ij.

b Veneranda ſenectus. ¶ Adde, quòd deferendum eſt ſenectuti: ut in l. ſemper. ff. de iure immu. & in l. prouidendum. C. de poſtulan. Et facit ad hoc plus ualet umbra ſenis, quàm arma iuuenis, ſecundum Bal. in c. j. de renunc. Bal. in l. cum antiquiorib. C. de iure deli. Bal. in l. ſenium. C. qui teſt. fa. poſ.

ctum emendat, laudabilior est eo, qui primò inuenit. C. de vet. iur. enu. l. j. §. omnibus authoribus. dicit etiam Aug. Ego episcopus tot annorum, à collega, nedum anniculo paratus sum [a] edoceri. xxiiij. q. iij. si habes. & iuris peritus cupiditatem discendi solã viuendi rationem existimans, in lxxviij. annum ætatis suæ quærebat, quia & si alterum pedem in sepulchro haberet, discere quidem vellet. ff. de fideic. lib. apud Iulia. vnde versus:

Si quis fortè cupit iurisconsultus haberi,
Continuet studium, velit à quocunque doceri,
Inuigilet, nec vincat eum tortura laboris,
Fortior insurgat, cunctisque recentior horis.

Nam labor improbus omnia vincit. C. de petit. bo. sub. l. j. lib. x. j. de purg. cano. cum in iuuentute. §. cęterùm. de pęn. dist. j. importuna. † Studiosus verò debet dubitare de singulis. hoc verò non est inutile secundum Aristotelem, ergo nihil debet negligere. Requiritur etiam, quòd capacem sensum habeat, vt hoc probatur j. de offi. Primice. c. vni. ad fin. † Caueat tamen ne temerè reprehendat. fit autem temeraria reprehensio multis modis. Temerè enim reprehendit, Primò, qui antè iudicat, quam intelligat. Secundò, q antè inculpat, quam iterãdo lecta perquirat. xxx. dist. sciendum. Tertiò, qui quòd scriptores pictores corrupti & idiotæ corrumpunt scripturas, nõ cõsiderat: quod tamẽ etiã in literis papę, ne verę pro falsis, vel falsæ pro veris recipiantur, diligenter est attendẽdum. j. de cri. fal. quã graui. in fi. nã multũ diuersa sunt, est, & non est. & tamen vna figura de facili omittitur vel mutatur, vt arg. j. de fide instr. ex parte. j. de resc. causam quę, &c. Significante. & sequent. ideo dic, quòd vitium scriptoris, non est authoris. Quartò, qui ex inuidia aliorum dicta mordendo condemnat, ad hoc tantùm, vt detrahat, vel discordiam pariat. quod prohibetur xlvj. dist. §. j. & c. clericus inuidens. Quintò, qui diuersas opiniones subtiliter non denotat: videtur enim plerunque doctor contraria scribere, & sibiipsi esse contrarius, dum diuersa dicta recitat: & ideo doctorũ dicta & nomina sunt scienda, & subtiliter discernẽda. ad hoc j. de offi. deleg. super quæst. artic. & de ferijs capellanus. & de simo. per tuas, scribimus enim, sicut & legimus aliqua, ne ignoremus: aliqua ne negligamus: aliqua, vt repudiemus. xxxvij. distin. legimus & c. seq. Sextò, qui mentẽ dicentis siue scribentis, vtrum videlicet de rigore iuris, vel de benignitate, & vtrum de iure scripto, vel consuetudine, vel secundum stylũ curię loquatur, non ponderat, in quo quidem personas, causas, loca, & tempora, & alias circunstantias considerari oportet. vt infrà, de trans. c. fi. in fin. & de homicid. sicut dignum. xxix. dist. c. j. & ij. & ff. de pœnis. aut facta. Septimò, qui prudentiæ suæ innititur, vt capitaneam sententiam veritati præponat. xxxvij. dist. relatum est. j. de consti. c. j. & c. ne innitaris. Octauò, qui antiquas opiniones, per ius nouum indistinctè condemnat, vt patet infrà, de consti. c. fi. Nonò, qui superflua intendens remouere, necessaria vel vtilia resecat, vt patet in fi. j. de voto. quod super his. §. rursus. in fi. & c. seq. responso j. ver. sic ergo ille est: sed sic dicebat dominus meus, nequeunt de facili magna & ardua verba, breuibus expedire: & dum breuis esse laboro, obscurus fio. Decimò qui potius proprietatem uerborum quàm mentem & veritatem approbat. j. de uerb. sign. præterea. & sequitur in sequenti uer. His decem reprehensionibus, quæ temerariæ sunt, euitatis, cuilibet diligenter studenti iurisperito & intelligenti, ac predicta subtiliter discernenti cõmitto, ut imperfectionem operis suppleat, & ipsum, sicut ei uidebitur fraterna charitate, de qua no. j. de tempo. ordina. §. & cui. sub §. octaua regula. doctorem corrigat & emendet, quod fieri potest & debet: ut no. s. eo. uer. qui ergo diuersa. nec obliuioni tradat, quia intelligentia dictorũ ex causis est assumenda dicẽdi: quia non sermoni res, sed est rei sermo subiectus. infrà, de ver. sign. intelligentia. & c. in his. nec curet, si fortè ueritas aliquando per verba impropria exponatur, quia non debet quis in sermonum folijs gloriari. j. q. j. Marchion & Basilides. xxij. q. 5. humanæ aures. et secundum Aug. nihil obest narrandi diuersitas, ubi eadem proferuntur. & secundum Gregor. plerunque dum proprietas uerborum attenditur, sensus ueritatis amittitur. infrà, de uerb. sign. nihil obstat, et c. preterea. † Consulo etiam, quòd quo ad habendam perfectam scientiam, potius adhæreat iuri scripto, quàm curiæ Romanæ consuetudini, licet ipsam iudicando præferat. j. de senten. et re iudic. in causis. Hoc ideo dico quia consuetudo fragilis est, et incerta, et nunc alba, cras nigra: frequentius uariatur. & uide quod no. infrà, de offic. delegat. §. quod sit eius officium. uer. lectio tamen communis est.

Et quoniam cuiusque rei potissima pars, est principium. ff. de orig. iur. l. j. et ideo discutiamus, Vnde habuit originem liber iste, Quis composuit hunc librum, Quo nomine nuncupetur, Quæ sit eius materia, Quæ utilitas, Quæ intentio autoris, Quis modus agendi, Cui parti Philosophiæ supponatur, Quis finis.

Vnde habuit originem liber † iste,

Hoc ideo uidendum est, ut fundamento inuento et pcognito, superædificare possimus. qa ubi fundamentũ non est [b], superædificari nõ põt: & est sumẽdũ exordiũ à principio humani generis. de pœnit. di. j. §. ex his. formato igitur homine ad imaginẽ Dei [c] xxxij. q. 5. hæc imago. et in uirili ætate. de pœn. dist. ij. §. Romanos. Et Eua formata de ipsius latere [d] xxxiij. q. 5. mulierem. dixit eis Dominus, Crescite, & multiplicamini. Ex his omnes descendimus, quo ad carnalem concupiscentiam, excepto Iesu. Augustin. lib. viij. super Gen. Christus ab Adam descendit, secundũ corpulentam substantiam, sed non secundum legem concupiscentię: qui quoniam secundum eundem August. sicut sancta trinitas inseparabilis est in substantia, ita inseparabilis est in operibus, in utero uirginali, sine uirili semine. à tota trinitate, spiritu sancto cooperante, incarnatus est, infrà, de sum. trin. c. j. § hæc sancta trinitas. Ergo Adam sine homine & fœmina, de nihilo, seu de limo creatus est in agro Damasceno, & in paradiso positus: Eua de homine, sine fœmina in paradiso formata: Iesus de muliere uirgine, sine homine natus: cæteri omnes ex homine & fœmina geniti descenderunt, quorum gratia, natura rerum, id est Deus. ff. de iud. sed & si restituatur §. ult. omnes fructus comparauit. ff. de usur. in pecudum. Inst. de re. diu. § in pecudum. Hi naturali lege & communi (quia erant eis omnia communia) uixerunt: & potest dici hæc lex, ius naturale rationale, quòd cœpit ab exordio humanæ naturæ. ut dist. v. §. j. & hæc lex naturalis rationalis in duobus præceptis consistebat. unde uersus:

Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli.
Sic potes in terris viuere iure poli. ut in princ. Decretorum. Ex hac lege etiam procedit, quòd nemo fiat locupletior cum alterius detrimento. ff. de cond. ind. nam hoc natura. licet domini legum exponant illud de iure gentium. Sed minus subtiliter cõsiderant ueritatem, cum de iure gentium qui fortior est, locupletior fiat, ut patet j. eo. uer. multiplicatio. Item & ex hac lege naturali rationali, est coniunctio animorum matrimonialis, ut no. j. de sponsa. sub rubricella, de matrimonijs. §. j. uer. quinimò. ex hac procedunt omnes leges humanæ, rationabiliter promulgatæ, & ideo de ipsis reddenda est ratio naturalis, ut not. j. de rescr. §. quas uires. uer. si queratur. & sequentibus. Sed & alia lege naturali communi omnibus animalibus usi sunt. Insti. de iusti. & iu. § j. & de hac lege duplici, scilicet naturali communi, & naturali rationali, cui animalia non participant, tangitur. j. dist. ius autem naturale. Insti. de iure nat. gen. & ciui. j. respon. & §. quod uerò naturalis ratio. His duabus legibus uixerunt homines, etiam post deiectionem à paradiso: de qua habes de pœ. dist. ij. sub §. Romanos. uer. princeps uitiorum omnium. unde quamcunq; terrã calcaret pes alicuius, sua erat: & sic concedebantur omnia occupanti. ar. Insti. de re. diuisi. §. feræ. Multiplicato tamen genere humano, de iure, siue lege gentium naturali, lege rationali inuenta, regiones distinctæ sunt, bella orta, & seruitutes sequutæ, & obligationes inductæ. Instit. de iure naturali. §. ius autem gentium. j. di. ius gentium. q ex illo tempore factum creditur, quo Cain. [e] ciuitatem ædificasse legitur: sed cum in diluuio propter raritatẽ hominum, penè uideretur extinctum. postea tempore Nemroth reparatum fuit. vnde in Genes. x. c. cœpit Nemroth esse robustus venator coram Domino, id est, hominum oppressor. id. vj. §. ius verò consuetudinis. Ergo huic iuri æquum uisum est quemlibet cum alterius iactura locupletiorem fieri: quare patet, q minus bona est gl. dominorum super l. præallegata, nam hoc natura. ut s. notaui. uer. ibi, naturali lege. licet autem ius gentium has obligationes induxerit, non tamen nomina, nec actiones, imò à iure ciuili postea inducto, processerunt. instit. de act. § sed istæ quoque actiones in fi. ff. de iusti. & iur. ius autẽ ciuile. & de ori. iur. l. ij. §. nouissimè & de pactis, l. conuentionum. & l. seq. & de præsc. uer. l. ij. iij. & iiij. secundum dominum meũ Ia. de Bel. quem semper in legibus dominum meum principaliter uoco. † Sic tempore ante legẽ Mosaicam, fuerũt tres leges, s. naturalis cõmunis. Itẽ naturalis rationalis, quæ nihil aliud uidetur, quam naturalis ratio. Item iuris gen. Sed delictis & peccatis hominum multiplicatis & augmentatis super terram, necesse fuit populo dare legem, qua regeretur: sicque

ADDITIONES.

a Anniculo paratus sum ¶ Adde gl. in ver. plerunque. in c. nisi cum pridem. de ren. gl. in ver. cõsilia. in c. peruenit lxxxiiij. di. & gl. j. in c. nullus eps. xxxviij. dis.
b Fũdamẽtũ nõ est. ¶ Adde tex. in c. cũ Paul⁹. j. q. j. & in c. vlt. de psb. nõ bap.
c Hominẽ ad imaginem Dei. ¶ Adde originaliter Genes. j.
d De ipsius latere. ¶ Adde c. debitum. de biga. & in c. gaudemus. de diuort. Et quare voluit formare plus de latere, quàm de capite vel pede. vide gl. in verbo, Costa. in c. fin. xxxiij. q. j.
e Cain. ¶ Adde Car. Ale. in c. nõ est. in §. ius vero. i j. col. uer. no. qđ Cain. vj. di.

ſicque data fuit lex Moſaica. 7 di. Moiſes: xxxij. q. 2. Moiſes. Mox & Prophetica de quibus in prin. Decretorum, in fin. c. 1. ibi, lex & Prophetæ, ex quibus conſtat vetus Teſtamentum. 7 † Item Phoroneus rex primo legem inſtituit. qui vero ſecundo & tertio, &c. traditur 7 diſt. Moyſes. & c. ſequen. & qualiter dẽ viri, quorum nomina habes 7. diſtinc. fuerunt miſſi à Romanis, ut peterent leges ab Athenienſibus, & quomodo lex xij. Tabula. facta fuit ex accidenti, quomodo etiam ꝓceſſerunt ſenatuſconſulta, plebiſcita, reſponſa prudentum, edicta prætorum, & qualiter poteſtas condendi legem fuit tranſlata in principem, longum eſſet hoc enarrare: ſed totum traditur ff. de ori. iur. l. 2. Inſt. de iure nat. C. de vet. iure enu. ꝑ totum. Nouæ autem leges à Conſtantino cœperunt, & eius ſucceſſoribus, de quibus fuerunt facti duo Codices, ſ. Gregorianus, & Hermogenianus: deinde Theodoſius fecit ſuum. & ex his tribus fuit factus Iuſtinianeus, & poſtea emendatus ꝓpter legum deciſiones, quæ vagabantur extra. & ſic factus eſt Codex, quo hodie vtimur. 7 diſtinc. fuerunt. C. de nouo Cod. facien. cum duabus ſequentibus conſtitutionib. Et vt breuiter comprehendam, in quinquaginta libris Pandectarum, quatuor Inſtitutionum, duodecim Codicis, nouem Collationib. Authenticorũ, Nouella Lumbarda & Conſti. feu. conſiſtit legalis ſapientia: quæ non permittit hominem in paupertate viuere, uel anxietate mori. in authen. de hær. & Falc. in fi. coll. 1. & quę precio nummario nõ eſt dehoneſtanda. ff. de var. & extra. cog. l. 1. ver. eſt quidem res ſanctiſſima. Sic eodem tempore, ſub lege, tres leges emanarunt, id eſt, Moſaica, item Prophetica, & Ciuilis. 8 † Ieſu vero nato, aduenit tempus gratiæ, quo data eſt primo lex Euangelica. 2. q. 1. ſi peccauerit. Secundo, Apoſtolica, & dicta ſanctorum Patrum. 13. diſt. nerui. xxviij. diſ. de his, ex quibus conſtat nouum Teſtamentum. Et in his duobus Teſtamentis, ſcilicet veteri, in quo contingebant omnia hominibus in figura: & in nouo, in quo ueritas data eſt. infra, de celebr. miſſ. cum Marthæ. § cæterum. Theologia conſiſtit, per quam anima nutritur, regitur, & ſaluatur. infra, de offic. ord. inter cætera. De his inuenies. 20 diſt. c. 1. & ſeq. xxiij. di. qui epiſcopus. Hac principaliter reguntur religioſi, ſpecialiter fratres Carthuſienſes, prędicatores, & minores, & hi qui in contemplatione poſiti, tẽporalia deſpiciunt & terrena. j̃. de exceſ. præla. nimis iniqua. & cap. nimis praua. Ciuili vero principaliter reguntur aduocati fideles [a], & iuſti iudices vitam actiuam ſine plica ducentes: quæ ſi bene duceretur, magis fructifera eſſet, quam contemplatiua. j̃. de renun. niſi cum pridem. §. nec putes. & de regu. licet. Sed qui ſunt hi, & laudabimus eos? fecerunt enim mirabilia in uita ſua. nam multi ſuo ſenſu ducuntur. j̃. de conſti. c. 1. & c. ne innitaris. Multi etiam contra veritatem legis & uerba, à iuſtitia deuiant, diuinis ſecularia præponentes. j̃. de reb. eccl. non alie. cum laicis. & de decimis. ad audientiam. C. mandati. ab Anaſtaſio. in authe. conſtitutio quæ ex adſcri p. & ex lib. matre in princip. col. 5. 9 † Ex pręmiſſis patet, fore duo genera hominum, ſ. Laicorum, & Religioſorum. Et duo genera vitarum, ſcilicet Contemplatiuæ, & Actiuæ. Et duo genera ſcientiarũ, Diuinę ſcilicet, & Ciuilis: & hoc reſpicit decretum, xxij. q. 1. duo ſunt. 10 † Sed ſine dubio addere poſſumus tertium genus, ex ingenio quaſi permixtum: nos enim clerici ſeculares, quos oportet Domino famulari, & etiam curare, ne pereant poſſeſſiones eccleſiaſticæ, in medio iſtorũ ſumus poſiti, tanquã centrum. Aliud eſt enim genus religioſorum, aliud clericorũ ſeculariũ, vt patet j̃. de offi. ord. licet. & accedit xxxix. diſ. § 1. & c. 1. xvj. q. 1. de præſentiũ. j̃. de renun. niſi cum pridem. §. nec putes. j̃. de electio. ne pro defectu. & de cler. coniuga. diuerſis fallaciis. Ideo hoc tertium genus permixtum, vitam permixtam. ducens, ſcientia permixta egebat, qua vtrunq; ſibi cõmiſſum. ſcilicet ſpirituale & tẽporale poſſet regere, defendere & tueri. Et ſic tam ex dictis ſanctorum Patrum, quàm legibus, fuit liber Decretorum compoſitus, vt in ipſo patet. & j̃. de accu. qualiter. 2. Poſtea vero, cum multæ decretales epiſtolæ extra corpus Decretorum vagarentur, Magiſter Bernardus Papienſis præpoſitus primam compilationem compoſuit. Sed & tempore ꝓcedente, magiſter Gilibertus ſuam effecit. Aliam etiam Alanus. Demum magiſter Bernardus Compoſtellanus in curia Romana moram faciens, ex regiſtro domini Innoc. III. quandam compilationem extraxit, quæ Romana appellata fuit. Sed quia ibi erant quædam decretales, quas non admittebat Romana curia, ideo idem Inno. per manum Petri Beneuentani cõpilationem edidit, quæ Tertia vocabatur. Qua recepta & magiſter Ioan. Vualenſis de duabus dictis compilationibus Giliberti & Alani, vnam compilauit, quæ vocabatur Secunda. Poſtmodum concilio generali per eundem Inno. celebrato, tam de conſtitutionibus generalis concilij, quàm aliis decretalibus ipſius Innoc. compilatio quarta ꝓceſſit. Poſtremo, quinta compilatio ꝑ Hono. III. facta fuit. Et ſi ea quæ pręmiſi bene attenderis, octo compilationes poteris inuenire. ideo bene congruebat, vt Greg. IX. faceret opus nouum: quare dictus dominus Greg. tantam confuſionem & prolixitatẽ remouere cupiens, ex dictis decretis, decretalibus epiſtolis, & dictis ſanctorum patrũ, ac legib. antiquis cõpilationibus decretalium abrogatis, uoluit neceſſaria & vtilia redigere in hunc librum, ut patet j̃. in prima conſtitutione procemij. 11 § ſane † Sic tempore gratiæ, tres leges ꝓceſſerunt, ſ. Euangelica. Item Apoſtolica. Itẽ Canonica. Habes igit̃ ix leges, & tria tempora: habes etiam tria genera ſcientiarũ, ſ. ciuilem ſapiẽtiam, ſub qua poſſunt comprehẽdi lex naturalis rõalis, & lex naturalis uel cõis, & ius gentium. Item Theologicã, ſub qua poſſunt ꝯprehendi eędem leges. necnon lex Moſaica, lex Prophetica, lex Euangelica, lex Apoſtolica. Sed & hæc omnia lex canonica, imo & omne ius cõprehendit, ſiue ſit diuinum, ſiue humanum, publicum uel priuatũ. 6. diſt. quo iure. ff. de iuſti. & iur. l. 1. §. ius publicum. & §. ſeq. Vnde fatuum eſt dicere, quod vilis vel leuis authoritatis ſit lex Canonica: quia ad hoc ut perfectè ſciatur, non debent dictæ leges penitus ignorari. Eſt igitur hæc noſtra ſcientia non purè Theologica, ſiue Ciuilis, ſed vtrique participans. nomẽ ꝓprium ſortita, Canonica vocat̃: ſicut ius emphyteuticum, non eſt venditio, nec locatio. ſed contractus ꝑ ſe vtrique participans. C. de iure emphy. l. 1. & de hac legitur xxxj. diſt. Nicena. & hæc noſtra lex ſiue ſcientia, vere poteſt ſcientiarum ſcientia nuncupari. j̃. de ętat. & quali. cum ſit ars artium: quamuis ciuilis hoc ſibi vſurpet, quæ etiam alias viliſſimas reputat, vt in prima conſtitutione C. §. pro reſponſis. in fin. & vide ſuper hoc, quod not. j̃. eo. § cui parti. Sed canonica videtur præcellere. Nam ſi hoc bene intelligatur & ſciatur, per eam tam ſpiritualia quàm temporalia regi poſſunt: ideo debet ab omnibus recipi & teneri. xix diſtin. ca enimuero. & aliis ſcientiis pręponenda eſt. xx diſtin. de libellis x. diſt. c. 1. in fi. & omnes eius authoritate duci debent, non ſenſu proprio. j̃. de conſtit. c. 1. ideo dicit Imperator, quòd ſacrę leges [b] non dedignantur ſacros canones imitari. in auth. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. ſi uero eccleſiaſticam. colla. vj. & de monachis. in fin. colla. 1. & ponuntur hæc verba infra, de iudi. in cle. & de ſecun. nupt. capit. vlt. nec dicat quis ea in eccleſiaſticis tantum intelligi: quia idem videtur in ciuilibus, cum alibi dicat idem imperator, 12 † quod per omnia vult ſequi ſacras regulas, & quòd ſacræ regulæ pro legibus valere debent, & quicquid conſtituit catholica & Apoſtolica eccleſia in authen. quomodo oportet epiſcopos, & cæteros clericos ad ord. produci. §. 1. & §. igitur ordinatus epiſcopus. col. 1. ſed qui omnia dicit, nihil excipit: imo quodlibet cõprehendit. ff. de hęre. inſti. hoc articulo, quiſque. infra, de maio. & obe. ſolitę. § nos autem. Naturali etiam ratione oſtendo hanc ſcientiam digniorem omnibus aliis, & omnibus præponendam. Creatura enim triplex eſt, ſcilicet ſpiritualis ſiue angelica, & corporalis ſiue mundana tertia eſt humana, quaſi communis ex ſpiritu & corpore conſtituta. & ſic compoſita ex præmiſſis duabus. j̃. de ſum. trin. capi. 1. reſponſo 1. Sed compoſita dignior videtur aliis. vnde illud Apoſtoli, Neſcitis, ꝙ angelos iudicabitis? quanto magis carnalia ſeu temporalia. j̃. qui filij ſint legi. per venerabilem. §. tria. iudicare autem ad ſuperiorem pertinet, j̃. de maio. & obed. cum inferior. Item Ioanni cadenti ad pedes angeli, & volenti adorare eum, reſtitit angelus dicens, Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum, habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora. Apoc. xix. cap. 1. in hoc ſaltem maior eſt humana & honorabilior, quia filius Dei tantum ipſam honorauit, quod diuinitati vniuit, verus enim Deus & uerus homo ſimul fuit, & eſt: infra, de hæret. cum Chriſtus. Sicut ergo natura compoſita dignior & maior eſt omnibus aliis, ſic & ſcientia noſtra quia idem iudicium de ſimilibus eſt habendum. infra, de reſc. inter cæteras. Quinimo Theologiæ ſpiritualis creatura ſcientia, ciuilis vero corporalis humanæ, canonica poteſt dici: ſicque debet canonica, vt ex pręmiſſis patet, ab hominibus quibus appropriatur, propriè præ cæteris commendari. Sed nunquid ſpecies mulina maior eſt & dignior equina & aſinina? Et planum eſt, quod equinam theologiæ ſcientiæ, aſininam ciuili ſapientiæ poteris comparare: nolo concludere: ſed conſidera quid ſequatur, & iunge quod not. infra, de clan. deſpon. §. qualiter prohibentur. 13 † Sed nunquid Papa maior eſt [c] Imperatore? Vide quod nõ. j̃. qui fil. ſint legi. §. qualiter & à quo. & j̃. de hæreti. §. qualiter deprehendatur. Quicquid autem dicatur, hæc eſt veritas, quod diſtinctæ ſint iuriſdictiones: quamuis vna maior ſit reliqua: & quælibet ſecundum legem ſuam iudicabit. ſed vtraque tamen eccleſiaſticos canones ſequi debet, ut in ſuperioribus. & j̃. de conſt. capitul. 1. et c. ne innitaris. & de hoc tangit̃. j̃. de conſti. §. qualiter conſtitutionibus deroget̃. Patet ex prædictis ꝙ tria ſunt genera hominum, ꝑ quæ poteſt trinitas deſignari. Genus Laicorum aſſimilatur patri,

propter

ADDITIONES.

a Aduocati fideles. Adde Albe. de Roſa. in l. j. circa fin. ff. de iuſt. & iur. & idem Albe. in l. per diuerſas. C. mand.

b Sacræ leges. ¶ Adde c. clerici. de iud. c. 1. de no. ope. nun.

c Papæ maior eſt. ¶ Adde c. ſolitæ. de ma. & obe. c. nouit. de iud.

propter potentiam, genus Secularium clericorū filio, ꝓpter sapientiam genus Religiosorum spiritui sancto ꝓpter benignitatem seu gratiam. In his generibus, scilicet laicorum, clericorum secularium, & religiosorum, est trinitas: sed in sacra cõmunione ecclesię & fide catholica vnitas. item in personis patris filij, & spiritus sancti, trinitas: sed in essentia & deitate, vnitas, ĵ. de sum. trinita. cap. 1. non tamen potest fieri vera comparatio de creatura ad creatorem, vt not. infra. titu. 1. §. cur dicatur summa, versi. sic patet.

Quis composuit hunc librum.

Liq̄t ex superioribus, quod dominus Gregor. IX.[a] & per fratrem seu magistrum Raymundum pœnitentiarium suum, ut in procemio. §. sane. prope fin. sed ille facit cuius authoritate fit, siue bonū siue malū fuit. ff. de admin. tut. ita autem. §. gessisse. infra. de senten. exc. mulieres omnia eñ nostra facimus, ex quo à nobis eis omnis authoritas impatitur. C. de vet. iur enu. l. 1. §. omnibus authoribus. alias incipit. §. seruum.

Quo nomine nuncupetur.

Et quidem diuersimodè: potest enim vocari liber Extrauagantium, quia ea quæ extra corpus Decretorum seu decretalium vagabantur, in eo continentur, vt in procemio. §. sane, ver. aliquæ uero. Vel potest dici Pentateuchus: quia in se continet quinque libros. ar. infra. de deci. eo. ca. 1. Vel Compilatio noua, ut patet in fin. procemij. Vel codex Gregorianus, ab authore suo, sicut dicitur codex Iustinianeus. quia omnia nostra facimus, &c. vt no. s. §. prox. in fi. quilibet enim liber, codex potest uocari. ff. de le. 3. libellorum. cõmunius tñ & magis ꝓprie vocat̄ liber Decretaliū, qa quæ ab Apostolicis & sanctis patribus decreta seu sancita sunt, in eo continent̄, ut in ipso patebit: vel quia maior pars ipsius libri in decretalibus epistolis consistit. Est enim differentia inter decretales epistolas,[b] canones, decreta constitutiones, dogmata, mādata, edicta, sanctiones, & pragmaticas sanctiones. Decretalis epistola est, quando Papa ad consultationem alicuius respondet: siue solus, ĵ. de rescript. ca. 1. siue de consilio fratrum, infra. de elect. bonæ me. mag. Canon est, quod in consilio generali, seu ꝓuinciali constituitur. exemplum de generali, ĵ. de rescri. nonnulli. exemplum de prouinciali, ĵ. de fo. comp. c. 1. 2 & 3. Decretum est quod Papa de consilio fratrū, nulla consultatione facta, sup aliqua re statuit, & in rescriptis redegit. exemplum ĵ. de his quæ fi à prælat. sine con. ca. & si membra. 30. q. 1. generali. Constituuio est, quod Papa proprio motu statuit, & in scriptis redegit, sine consilio fratrum, & nulla cõsultatione facta. exemplū. ĵ. de elec. c. antep. & vlt. & hæc constitutio est generalis, ĵ. de constit. c. vlt. Sed & specialis fit p episcopū. ĵ. de ma. & obed. si quis & C. de loca. & cõduc. vestra. xviij. di. c. vlt. Dogma. cõsistit in doctrina fidei. de consec. dist. 5. ca pen. Mandatum in doctrina de moribus consistit. 4. distinct. denique. Edictum est, quando nulla pœna adiicitur. de cons. di. 4 non oportet. Sanctio est cum adiectione pœnæ. 17. q. 4. si quis pragmatica sanctio[c] dr̄ illud, quod Imperator de consilio procerum sanxit & statuit. C. de diuer. re. l. vlt. & de hac ĵ. de rerum perm. c. 1. de his. 25 q. 2. si quis dogmata. cõsueuit de hoc notari. di. iu. §. 1. sec. Hug. & Io.

Quę sit eius materia.

Sanctorum patrū p̄cepta, & Decretales epistolę, s̄m oēs sed hoc nihil aliud est dictum, nisi quod materia huius libri, est ipse liber. Vnde subtilius, Materia est fides catholica, ex qua constat fundamentum, ut no. ĵ. ti. 1. in prin. Item, quæstiones & dubitationes intricatæ de nouo emergentes, ex quib constant parietes huius libri. Item responsiones principū, & statuta sanctorum patrum, ex quib. constat tectum Potest ēt dici, qđ simul collecta hæc materia ponit̄ in chartis ad literam, vel in intellectu hominis ad instructionem & intelligentiā loco sui. Sicut ergo quodlibet ædificium ex tribus consistit, ut no. ĵ. de lit. cont. § quæ sit ratio. ita liber iste seu effectus istius libri solo, tecto & parietibus sustinetur.

Quæ vtilitas.

Vt inter iustum & iniustū, æquum & iniquum sciamus discernere, & ut honeste viuamus, alterum non lædamus, suum vnicuiq; tribuamus, vt in procemio §. ideoq; lex proditur.

Quę intentio authoris.

Diuersa dicta & sparsa ad cõmunē, & maxime studentium vtilitatem, in vnum volumen recolligere, ut in procemio. §. sane. & ut hac tantum compilatione vniuersali vtantur in iudicijs, & in scholis: ut in fi. eiusdem procemij.

Quis modus agendi.

Hoc versu comprehende. Expositio.

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia crimen.
Pars prior officia creat, ecclesiæque ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus & vita presbyterorum.
Nubendi formam dat sponsis quarta, decentem.
Vltima de vitijs & pęnis tractat eorum.
Primus prælatos, & eorum scribit honores.
Alter iudicia, lites examina iuris.
Tertius ecclesiæ res, & quæ congrua clero.
Iurathori quartus dat, coniugiique tenores.
Quintus delicta, penas; & pondera vocum.

Et ita, sicut inhibitio copulæ coniugalis, vsque ad quartum gradum, ad exemplum quatuor humorum restricta est, infra de consan. & affi. non debet §. prohibitio. diuidit, author Opus suum in 5 parte, ad similitudinem 5. sensuum. quos quilibet iudex debet habere. Primus liber æquiparari potest visui: quia sicut visus inter colores discernit, sic primus liber inter qualitates personarum in ecclesia creandarū. Huic iungas primam partē ꝓœmij, in qua tangit creationis hominis qualitatem: & qua frueret̄ si non peccasset, æternam beatitudinem, ut sic prima pars procemij respondeat primę parti totius Operis, & eidem sensui, scilicet visui, ipsam æquiparans, propter claritatem virtutum, & splendorem, quibus primus homo, scilicet Adam, repletus fuit, & durat vsque ad §. Sed effrenata. Secundus gustui: quia sicut gustus discernit inter sapidum & insipidum, sic tractatus ipsius inter iustum & iniustum, æquum & iniquum. Huic bene conuenit secunda pars procemij, quæ durat vsque ad §. Ideoque lex proditur. in qua tangit hominis à paradiso eiectionem, & peccandi pronitatem, & peccatorum coaseruationē, ab eodem vitio, scilicet concupiscentia deriuatam, & peccatorum temperantiam, & refrenationē scilicet iustitiam. hæc enim æquiparatur gustui: quia gustus gulosus à concupiscentia processit, & iustitia inter bona opera sapida, & mala incipida, sicut gustus inter cibaria discernere consueuit. Tertius auditui: quia sicut auditus inter voces & sermones discernit, sic tractatus ipsius, inter res temporales, quasi voces reputans. Vltimo tractat de spiritualibus, ad designandum, quod sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Huic bene congruit tertia procemij, quæ durat vsque ad § sane. in qua ponit promulgationis iuris causam, siue occasionem, & æquiparatur auditui, vt ipsum ius audiamus. & sic retineamus, quod honeste viuamus, &c. Quartus tactui: quia sicut tactus discernit inter dura & mollia, aspera & lenia sic tractatus ipsius inter matrimonia illicita & licita, improbanda & approbanda. Huic bene conuenit quarta pars procemij, quæ durat vsque ad §. Volentes, extendes. vbi antiphorizando ponit suam intentionem, in cuius principio reddit nos dociles, quia gaudent breuitate & claritate moderni: & qui compendiose veritatem docet, docilem reddit. Item reddit nos beneuolos, ibi, Ad communem & maxime studentium vtilitatem. Item attentos, vbi dicit, Aliquæ vero vagabantur. & ibi, Adiicientes constitutiones nostras, &c. in fi. procemij, & hoc satis conuenienter æquiparatur tactui, vbi confusionem & contrarietatem, tāquam duram & asperam remoueamus. & breuitatem & vtilitatem tanquam mollem & lenem retineamus. Quintus odoratui, quia sicut odoratus fœtorem sentit & fugit, sic tractatus ipsius crimina detestatur & punit. Huic bene iungitur quinta & vltima pars procemij, in qua facit suam conclusionem, per quam confirmatur præsens compilatio, & alia fieri prohibetur. hoc enim æquiparat̄ odoratui, ut iura authoritate sedis Apostolicæ facta, tanquam odorifera approbemus, alia vero, cum clerici simus, tanquam stercora, & fœtida fugiamus: infra, ne cleri. vel mo. super spec. & sic diuisio procemij diuisioni totius Operis respondet & concordat. In hoc autem Opere hunc modum specialem, præter communem iam notatum, quem & ꝓsequimur, tenebimus. Singulos titulos summatim discutiemus, primo continuando & ponendo articulos, de quibus in titulo tractare intendimus, quos postea nominatim, & per eadem verba in eo. tit. repetendo, & de ipsis faciendo paragraphos, diffiniemus. Determinantes diuersas materias, & soluendo iura contraria. ac concordando diuersas doctorum sententias, necnon quæstiones difficiles enodando. per uersus hæc omnia, & aliquando ꝑ suparagraphos diuidemus. In quibusdam etiam ponemus rubricellas sub certis titulis, & in eisdem rubricellis eundem modum tenebimus: vbi remissiones, quas frequenter faciemus, de summa vnius tituli ad alium, vel de paragrapho ad paragraphum, uel de versu ad uersum, vel de versu ad paragraphum, vel econuersò: vt sit facilus inuenire.

Forma paragraphi

talis erit, §. Forma uer. talis erit, versic. Forma uero sub paragraphi talis erit, in ver. Alias etiam multas posui differentias quæ non

ADDITIONES.

a Gregorius IX. ¶ Adde, quod in cathedra Petri non fuit excellentior isto, secundum Io. And. in proœ. decretalium, & fuit primus qui scripsit Seruus seruorum Dei, secundum Alb. in suo Dictionario.

b Inter decretales epistolas. ¶ Adde glo. summę. 3. dist.

c Pragmatica sanctio. ¶ Adde gl. in c. peruenit. 100. dist. glo. in l. fi. C. de diuer. rescrip. in l. iubemus. C. de sac. san. eccle.

quæ non possunt ita de facili exprimi, sicut occulta fide videri,& not.si j. de donat.§. qualiter reuocetur. Et si aliqua ex his scriptis omiserim, charissime Lector, te deprecor, vt affectū meum cogitans, non derideas me, ne ꝙ me virus linguæ effundas, neq; de bono opere lapides: sed potius, si citius & facilius proficere desideras, in his in quibus tibi vis videbitur facieda, scriptoris negligentiam suppleas & defectū. Ores etiam pro me, qui circa opus istud ad honorem Dei, & dominæ nostræ matris suæ, & omnium sanctorum, ac utilitatem reipublicæ, diutius insudaui. & iuxta vires ipsum non minus fideliter quam vtiliter compilaui.

Cui parti Philosophiæ supponatur. Ethicæ, id ē Morali, quia tractat de moribus, sicut & cæteri libri Iuris. C de secun. nupt. l. j. j. de vi. & hone. cle. vt clericorū mores. & per totum. & nihilominus pōt suppōi & rationali, quia docet ornatè & ordinatè loqui. C. de postu. quisquis. ff. de ori. iur. l 2. §. post hos vnde & legem ratio cōmendat. vt dist. j. consuetudo. Instit. de iure naturali, gen. & ci. § ꝙ vero naturalis ratio & docet rationabiliter ordinare iudiciū, vt appareat infra de litis contest. c. vnico & de probat. quoniam cōtra falsam. Sed & videtur, quod naturali supponatur, quia tractat de naturalibus. ff. de sta. hom. quæ in vtero. ff. si pars hæred. pe 18 ta. antiqui. j. de frigidi. quod sedem. & c. fraternitatis.† Sed hoc vltimum incidens est: duo vero prima principaliter insunt huic a scientiæ & ciuili.[a] quare hæc scientia potest dici mista, qa partim rationalis, vel partim moralis. nam & ciuilis scientia videtur subse continere Rhetoricā, quæ rationalis est, vnde Tullius in prima Rhetorica post procemium ciuilis, quædam ratio est, quę multis & magnis ex rebus constat, eius quædam magna & ampla pars est artificiosa eloquentia, quam Rhetoricam uocant, &c. & infra quare hāc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam ciuilis scientiæ partē esse dicantus. sed & alias sub se continet. vnde Aristo. in primo Ethicorum, videbitur autem vtique & principalissime & maxime architectonicæ, id est, principali operationi esse, subaudi ille finis. de quo supra præmisit, vel vtique & ciuilis apparet. quas enim debitum esse disciplinarum in ciuitatibus, id est, quæ disciplinæ debeant ibi esse, & quales vnumquemque addiscere, subaudi, quia talis esset bonus miles, qui nō esset bonus pistor, vel bonus clericus, vel econuerso. argumē j. de magistris. super spe. & usquequo, id est, propter quid, vel vsque ad quod tempus, vt in d. c. super spec. & in proemio ff. § pro respō sis. hæc scilicet ciuilis, præordinat. Videamus autem & preciosissimas virtutum. s. scientias, sub hac existentes, puta militarem, quę scilicet tractat de militia. ff. de re mili. p totum. Oeconomicam, quæ scilicet tractat de dispositione domus. ff. de sup. leg. per totum. Rhetoricam, vtente vero hac, scilicet ciuili, reliquis practicis, id est operatiuis, disciplinarum, scilicet sciētiarum: q. d. prime tres subsunt. Sed & aliis vtitur, quamuis non subsint. amplius autem legem ponērem quid oportet operari, & a quibus abstinere, huius. sc. scientiæ finis complectitur vtique eos, qui aliarum scilicet scientiarum. q. d. finis huius scientiæ complectitur fines omnium aliarum. quapropter vtique erit humanum bonum: verum dicit Arist. & summum. vt 1 2. q. 2 cum deuotissimam, sic ista complecti videtur omnem Philosophiam, vel quo ad suppositum, vel quo ad usum: & sic non videtur quærendum cui parti Philosophiæ, sed cui scientiæ tota Philosphia supponatur: & potest respondeti, ꝙ canonicę, quæ omnia comprehendit, vt no. s. eo. §. vnde habuit originē. ver. sic tēpore gratiæ. & seq.

19 **Quis finis.** Hic notandū, ꝙ quinque sunt fines † quare homines legūt. Primus, vt sciātur, & ad hunc tendere videnē Rhetorici. de hoc ff. de origi. iur l. 2. §. post hos. in fi. hic finis est vana gloria, & potest æquiparari visui, quia tales volunt vocari Rabbi ab hominibus, & uideri. Secundus, vt ędificentur. & adhunc & ad quantum tendunt Theologi & Canonistæ boni & iusti. ff. de iusti. & iur. l. 1. Inst. de iusti. & iu. in prin. C. de legi. leges. ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. est quidem. infra, de vi. & hone cle. per totū. hic finis est prudentia, & æquiparatur gustui: qa gustare & videre volunt quā suauis est dominus, & sic viuere, ꝙ de ipsius dulcedine valeant saturari. Tertius, vt sciant. & ad hunc tendere uidentur Dialectici nimis in arte illa immorātes: & accedit, ff. de fideic lib. apud Iulianum. & de ori. iur. l. 2 §. Seruius. hic finis est superbia, & æquiparatur auditui, quia plus audiunt quam proficiunt: & cum inflati siue imbuti fuerint, alios argumenta sua ignorantes despiciunt, & ipsos reputant nihil scire. Quartus ut lucrentur: & ad hunc tendere videntur Physici & Legistæ nolentes in paupertate uiuere, in auth de hære. & falc. in fin. coll. 1. non vere philosophātes: quia si tales essent, pecuniam contemnerent. ff. de uac. mun. in honoribus. §. philosophis. in finis est auaritia, & æquiparatur tactui: quia ad hoc semper tendit manū, nec ei totus mundus est obolus. 14. q. 5. quid dicam, semper redditus computat. 47. distin. sicut hi. Quintus ut ædificent, ut magistri boni qui non legunt ad laudem humanam, sed Dei, & ad instructionem suam, & aliorum qui prædicāt uerbum Dei, infra, de æta. & qualita. cum sit ars artium. & in libro Authenticorum qui si in omnibus titulis inuenies in fin. quæ igitur placuerunt, &c. hic finis est charitas, & æquiparatur odoratui, quia de talibus redolet bona fama. infra, de sacra uncio. c. unctio. §. ad exhibendum. Sic principium libri, scilicet procemium, & medium, scilicet diuisio totius Operis, necnon & finis æquiparatur quinque sensibus concordant in numero partium, sed finaliter, dante Domino, omnes uiuemus illa unione, de qua habes, infra de sum. trin. cap. ulti. §. cum ergo uéritas. Finis autem noster sit, ut hac summa completa, & diligenter ac fideliter compilata, lecta, audita, intellecta, intentione retenta atq; seruata, sic nosipsos & nobis commissos regamus & instruamus, & canonica negotia, quæ spiritualia & temporalia sunt, taliter pertractemus indefesse continuando, infra de æta. & qual. intelleximus. in fi. ut cum in hoc seculo sobriè, iustè piéquæ uixerimus, ualeamus ad regna celestia peruenire, & sic veram utilitatem & concordiam adipisci, ipso, in cuius nomine incepimus, præstante: qui in trinitate pefecta viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum.

ADDITIO.

a Et ciuili. ¶ Adde, an scientia ciuilis sit scientia vel ars. vide gl. in §. qui vlterius. in j. constitutione Digestorum.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE Catholica. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Trinitas cur dicitur summa.*
2 *Memoria an attribuatur patri, intelligētia filio, & uolūtas spiritui sancto.*
3 *Trinitas cur dicatur.*

Quia secundum beatum Gregorium, tunc fabrica robusta construitur, cum prius locus solidus, in quo poni fundamentum[a] debeat, prouidetur: ideo tractamus de iure, præmisso procemio, cuius intentionem vtranque supra declarauimus, locum solidum prouidet scilicet summam trinitatem, quę sola est uniuersorum principium, præterquam aliud inueniri non potest, infra eodem damnamus. §. nos autem. in quo iaciat fundamentum, scilicet fidem catholicam, ut not. j. eod. quot modis. uersic. rectè. & supra in procemio. §. quæ sit eius materia. Patet ergo, quare rub. de sum. tri. &c. in Opere isto præponitur, quia hæc trinitas unum uniuersorum est principium, & per moysem & sanctos Prophetas aliosq; famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporū, doctrinā humano generi tribuit salutarē, infra eodem. firmiter credimus. 1. respons. & hæc sancta trinitas. & ideo omnem spem nostrā referre debemus ad solam summæ prouidentiā trinitatis, & a qua mundi elementa, & eorum dispositio ꝓcesserunt sine qua non est armis uel ingenio confidendum. C. de uet. iure enu. l. 1. respō. 1. & licet de hac materia non humano ore loquendum sit, de diuino. de conse. dist. 2. in Christo patri cōpendiose tamen uidendum occurrit, Cur dicatur summa: Et cur dicatur Trinitas.

1 **Cur dicatur summa** † Et quidē, quia omnib. rebus maior & prior est, ut præmisi, & est substantia indiuisibilis, utpote simplex omnino, infra eo. c. j. respōso 1. & c. dānamus. §. licet igitur non simplicitate ignorantiæ, quę reprobatur. lxxxix dist. Petrus, nec simplicitate rusticitatis, licet dolo ꝯtraria sit & approbā la. 2 q. 7. sancta quippe rusticitas. 16. q. 1. si cupis. sed dicitur simplex: quia cū multiplex sit cōpositio, scilicet partis ad partes, ut in reb. corporalib. Item proprietatis, ad substātiā ut rationabilitas in aīa. Item accidētis ad subiectum vt albedinis ad parietē. Item formæ ad materiam & materiæ ad formā, in quolibet corpore, nulla istarū cōpositionum cadit in Deum: & deo dicitur simplex omnino, id est, in quolibet genere seu sensu cōpositionis. Et ponit quasi simile in anima, cuius substantia simplex est: & tn̄ tria reperiunt in ea, scilicet intellectus qui præcōcipit, & hoc cōparatur patri, primo operāti. ratio quę discernit, & hoc comparat filio discernēti, qui est sapientia patris in cælo, & in terra, omnia dispōnes sua uirtute. & memoria, quæ cōseruat, & hoc comparatur spiritui sancto, qui omnia bona corroborat secundum T. & Io. secundum istos intellectus uidetur respicere uim apprehēsiuam, rationem inuestigatiuam, siue discretiuam, quæ inuestigādo eligit, iudicat, & discernit, memoriam re 2 tentiuam siue reseruatiuam. † Vel dic, quod memoria atribuitur patri, intelligentia filio, uoluntas spiritui sancto. Sicut enim tria prædicta

ADDITIO.

a Poni fundamentum. ¶ Adde tex. in c. cum Paulus. j. q. j. & in c. vlti. de presb. non bapti.

prædicta sunt in anima, & idem sunt cum ipsa in substantia, sic in deitate siue diuina maiestate tres personæ sunt, & eadem substantia: & sicut pater generat filium, & spiritus sanctus ab vtroq; procedit, sic memoria est mater intelligentiæ, & voluntas ab vtraque procedit, secundum dominum Hug. Car. qui sequitur August. Inueni tamen no. super Genesi, quod intellectus attribuitur patri, voluntas filio, memoria spiritui sancto. Intellectus nempe generat voluntatem, & pater filium: memoria ab utroq;, scilicet intellectu & voluntate procedit, & spiritus sanctus ab utroque, scilicet patre & filio procedit. sicut illa gloss. plenius manifestat. Et licet supradicti videantur sibi contradicere, tamen consideratis diuersis respectibus, quos habent, nullatenus contradicunt, & siue de his, vel de illis tribus exponere volueris, dum sanè intelligas, non errabis. Et hæc est imago Dei in homine [a] xxxiij. q. 5. hæc imago. non ergo diuina substantia composita est verbi Dei & carnis, sicut dixit Eutyches abbas Constantinopolitanus, cuius error reprobatur 15. distinct. canones. § quarta. & tamen est verus Deus, & verus homo: infrà, de hære. cum Christus. Sic patet quare dicatur simplex omnino: quia licet in personis sit proprietatum pluralitas, iuxta illud, & in personis proprietas, tamen in ea, scilicet essentia, nec diuersitas partium, nec proprietatum realis pluralitas inuenitur: vnde philosophus, ipsum principium, quod est Deus, non est contentũ sub genere, neque sub diffinitione, nec subest demonstrationi: expers est qualitatis, quantitatis, quotitatis, vbi & quando, & motus sibi: nec est aliquid simile, nec communicãs, nec cõtrarium: ergo ipsa diuina essentia, siue trinitas, nec describenda est, nec comparanda alicui creaturæ. & si hoc fiat aliquando ob instructionem simplicium, attingere tamẽ non possumus: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos sit maior dissimilitudo notanda: infra e. damnamus §. cum ergo veritas. Et secundum Aristo. prima causa superior est narratione, & non deficiunt linguæ à narratione eius, nisi propter narrationem causæ ipsius, quoniam ipsa est super omnẽ causam: & non narratur nisi per causas secundas, quæ illuminantur à lumine primæ causę, quod est quoniam prima causa nõ cessat illuminare suum causatũ & ipsa nõ illuminatur à lumine suo, quoniam ipsa est lumen, supra quod non est lumen. & in Ioanne, capite primo, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Est ergo incomprehensibilis & ineffabilis, infra, eo. c. j. in princi. vnde dicitur intra omnia non inclusus, extra omnia, non exclusus supra omnia non elatus. Dicit etiam Augu. non tres dicimus Deos, [b] sed vnum Deum omnipotentem, æternum & inuisibilem, incommutabilem, qui totus vbique est, totus vbique pręsens, non per partes diuisus, sed totus in omnib. non localiter, sed potentialiter: subaudi, & essentialiter & præsentialiter. q sine commutatione sui mutabilia creauit & creaturam gubernans, semper manens quod est cui nihil accidens esse poterit, quia simplicis diuinitatis naturæ, nihil addi vel minui potest: quia semper est quod est, cui est proprium est cui sempiternum est, cui idem est esse viuere & intelligere: ergo timeas tãgere, quia scriptum est, Noli me tangere. & alibi: Bestia quæ tetigerit montem, lapidabitur, noli ipsam in hac vita comprehendere, sicut est, nec omnia iudicia eius, si non vis errare. Paulus: O altitudo diuitiarum, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Idem uidemus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Psal. iudicia Domini abyssus multa. & Esa. Generationem eius quis enarrabit? crede solum, & est satis non est tuæ facultatis soluere corrigiam, ut patet j. eodem. c. j.

[3] **Et cur dicatur trinitas.** † Et certe quia licet vna sit substantia, essentia seu natura diuina, est tamen pater qui generat, filius qui gignit, spiritus sanctus qui procedit. Substantia vero non est generans, neque genita, neque procedens, ut sic distinctiones sint in personis, & unitas in natura, j. eodem firmiter. post princip. ibi tres quidem personæ, &c. & §. hæc sancta trinitas, in princip. & c. damnamus. §. nos autem. verum circa hoc notandum est, quod nominum quædam sunt essentialia, quædam personalia, quædam notionalia. Essentialia sunt, quæ in numero singulari, de tribus personis simul & singulatim dicuntur, vt Deus, bonus, iustus, æternus omnipotens, & similia. Dicimus enim singulatim, pater est Deus, filius est Deus, spiritus sanctus est Deus: insimul vero pater filius, & spiritus sanctus sunt Deus, non Dij: bonus, non boni: & sic de alijs. vnde in Euangelio, vnus est Deus bonus. Sic ergo incongruè diceremus, quod essent tres Dij, tres omnipotentes, tres æterni. vnde Athanasius, & tamen non tres Dii, sed vnus est Deus. Personalia sunt, quæ supponunt personam tãtum vnam, & non aliam in singulari numero, vt pater filius & spiritus sanctus. Notionalia sunt, quæ notant distinctionem in personis, ut generans, generata, & procedens. hæc diuersis modis teneri possunt: adiectiuè dicuntur tantum de personis, & non de essentia: substantiuè intelliguntur tam de essentia, quàm de personis: unde hæc propositio, pater est generans, simpliciter vera est, siue hæc dictio Generans, teneatur adiectiuè siue substantiuè. Sin autem dicatur: substantia diuina est generans, si hæc dictio generans, teneatur adiectiuè, falsa est, quia notat distinctionem in essentia. Si uerò teneatur substantiuè, vera est, & est sensus, substantia diuina est generans, id est, persona quæ generat. unde hæc omnia generans, genita, procedens iuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum: iuncta uero cum his substantia, natura seu essentia diuina, tenentur substantiuè, & notant essentiam in persona. Et licet alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id, quod est pater est & filius, idem omnino est & spiritus sanctus: j. eod. damnamus. & §. licet igitur. Disiunctiua enim nomina, siue partitiua, ut unus, duo, aliquis, alius, & similia, aliquando significant essentiam, aliquando non. nam iuncta cum nominibus personalibus & non essentialibus in masculino genere, & non fœminino, notant distinctionem in personis, puta pater est vnus, filius est alius, pater & filius sunt duo, vel personæ patris & filii sunt duæ. iuncta uero cum essentialibus, ita quod eis innitantur, essentiam notant: vt pater est vnus Deus, pater & filius sunt vna essentia. in neutro vero genere essentiã tantum notant: vt pater & filius sunt unũ, id est, vna res: & ideo optime dicitur, alius pater, alius filius, id est, alia est ꝑsona patris, & alia est persona filij, nõ tamẽ aliud, imò idem sunt in substantia, ut iam patet.

ADDITIONES.

a Imago Dei in homine. ¶ Adde verba ista sunt originalia Genesis j.

b Tres dicimus Deos. ¶ Adde Symbolum.

DE FIDE CATHOLICA. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Fides vndecim modis sumitur.*
2. *Fides quid est.*
3. *Fidei species quot sunt.*
4. *Fidei articuli quot sunt.*
5. *Pęna non credentium, dicitur gehenna.*
6. *Saluari nullus potest extra ecclesiam.*

Sequitur de secunda parte Rubricæ, s. de fide Catholica, in qua videndum est, Quot modis accipiatur fides: Quid sit fides prout hic accipitur. Quot sunt species fidei: Quot, & qui articuli. Quæ pœna non credentium: Et quod præmium catholicorum.

[1] **Quot modis accipiatur [a] fides.** † Et quidẽ vndecim nam primo ponit̃ ꝓ sacro Baptismi. 15. dist. de Iudæis. j. de bapt. debitũ. Secundo, ꝓ castitate tori. 27. q. 2. coniuges. Tertio, pro conuentionali securitate, quæ etiam hosti seruanda est. 23. quæst. 1. noli. quoniam graue est, fidem fallere. ff. de constita pecun. leg. 1. respon. 1. Quarto, pro conscientia: j. de resti. spo. literas. §. porro. & de pręscrip. quoniam omne. 28. q. 1. §. 1. de pęn. dist. 3. § illud ultra medium, ad fin. distin. Quinto, pro credulitate, secundum quam credimus id quod non videmus. Greg. Fides non debet meritum cui humana ratio præbet experimentũ. Sexto, ꝓ legalitate seu ꝯfidẽtia. Insti. de re. di. §. vẽditæ. Septimo, ꝓ ęqualitate & exuberantia actionũ. Insti. de acti. §. actionũ. & j. de exce. cum venerabilis. §. 1. Octauò, ꝓ legalitate seu fidelitate dolo ꝯ̃ria: j. deposit. bona fides. Nono, ꝓ ꝓbabili ignorantia. ff. de acq. rer. do. q bona fide. & l. bonæ fidei, vel ꝓbabili credulitate. de uerb. sign. bonæ fidei emptor. Decimo, ꝓ simplicitate bona, seu innocentia. vñ dr̃ cõiter, Bonæ fidei homo est: quasi dicat, non est duplex, nõ est maliciosus, sed innocẽs, q omni uerbo credit. 22. q. 4. Innocẽs, qui. Vndecimo, ꝓ collectione articulorũ, ut hic. & 23. q. 1. hæc est fides. & in Symbolo Athanasij, Quicunq; uult. Rectè aũt à fide incipit, tanq̃ à fundamẽto, ꝙ in locũ solidũ, sc. summã trinitatem, q̃ tractaturus de iure ꝓuidit, ut s̃. in prin. huius summæ diximus, iaciat: qa omne ꝙ nõ est ex fide peccatũ est. ideo iuri operã daturo, & ꝓficere desideraturo, primò de fide agẽdũ est, qa in maleuolã animã nõ introibit sapientia, nec in corpore peccatis subdito habitabit. Primo ẽt iubemur in fide instrui, ut sic ad Baptismũ sapientiæ creduli ueniamus: de cõsec. di. 4. ante Baptismũ. & dicit August. Fides quę per dilectionem operatur, est fundamentũ omnium uirtutũ. Greg. Vbi Christus nõ est, subaudi, per fidem, fundamentum nullius boni operis est s̃ ædificiũ. 1. q. 1. cum Paulus.

[2] **Quid est fides?** † Prout hic accipit̃, describit Paulus in epistola ad Hebræos, 11. c. dicẽs, Fides est substãtia sperandarũ rerum, argumentũ nõ apparentium.

ADDITIO.

a Quot modis accipiatur. ¶ Adde glo. in c. mouet. 22. q. 1.

rentium. Sperandarum dicit, quia ſperare debemus. quia dictum eſt à prophetis eſſe futurum. Argumentum cum dicit, quia per Prophetias iam completas, debemus habere probationem de futuris nõ apparentibꝰ, ſicut de fine mũdi, de die iudicij, & ſimilibꝰ. ſed hęc deſcriptio non videtur conuertibilis cum ſuo deſcripto; quia ſpes ſimiliter eſt ſubſtantia, &c. vt ſupra. vnde uidetur inferendum, quòd fides eſt ſpes, quod falſum eſt: præterea hæc diffinitio uidetur loqui de futuris tantum, & tamen fides habet ſe ad præſentia. quia credendum eſt, ꝙ Chriſtus ſit, qui quotidie in altari conficitur. Item ad pręterita, ſicut ipſum natum & paſſum fuiſſe: & ad futura, puta eundem uenturum iudicare, &c. unde poteſt dici, quòd nõ eſt diffinitio, ſed quędam notificatio. Magiſtraliter uerò ſic difinitur: Fides eſt uoluntaria certitudo abſentium, infra ſcientiã, & ſuprà opinionem conſtituta: ſcientia enim habet cognitionem, opinio dubitationem. inter hęc duo fides media eſt. nec enim habet cognitionem. unde Auguſt. fides eſt credere quod nõ uides: ſed nec dubitationem, quia dubius in fide infidelis eſt. j. de heret. c. j. ſecundum Ioan. ut quia apoſtolus lapidatur. Quod enim dixit, argumentum non apparentium, totum ſoluit, apparet ne illud ſecretum myſterium, quod ſub ſpecie panis latet, quod non poteſt conficere, niſi ſacerdos ritè ſecundum claues eccleſiæ conceſſas Apoſtolis & ſuis ſucceſſoribus ordinatus. infrà, eo. firmiter. §. vna. vbi cedit natura miraculo: et virtus ſupra conſuetudinem operatur. j. de cele. miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. Item nunquid apparet ibi Chriſtum paſſum fuiſſe, niſi fidem adhibeas dictis veridicis & Scripturis: ergo non apparentium, nedum futura, ſed pręterita & pręſentia comprehendit. Hęc etiam deſcriptio ſic intellecta, ſpei non conuenit, quia ſpes non reſpicit pręterita, ſed futura. Verum hęc eſt fides catholica, quam Romana tenet eccleſia, & quæ in Symbolo continetur. xxiiij. q. j. hęc eſt fides, quæ firmiter eſt credenda, & ſimpliciter confitenda. j. co. c. j. in prin. xxiij. di. epiſcopus. de qua non eſt turbis coadunatis publicè diſputandum. C. eo. nemo. in princ. quia debemus eſſe ſoliciti, ne margaritas noſtras ante porcos mittamus. xj. q. iij. nolite. & ne de ſecretoribus diuinę ſcientię omnibus proloquamur. xliij. di. in mandatis. nec magiſtris & cuſtodibus canonum fas eſt inire certamen cum hominibus alienę communionis. xxiij. q. iij. cum quibus in fi. Quod intellige, cum quis fidelis publice cõtendit de fide, ex hoc tumultus, & per fidei occaſionem quęrens, vt in l. pręallegata, nemo. alias in fide ſunt ſimplices inſtruendi. x. q. j. placuit. de hęre. confundendi xix. diſt. ſecundum. de cõſec. diſt. ij. in Chriſto pater. & in pleriſque ca. eiuſdem di. & C. de epiſco. & cleri. quoniam.

3 **Quot ſunt ſpecies fidei?** † Duę, vna eſt formata, quam habẽt boni & ſancti: alia informis, quam mali, ſcilicet infideles & exiſtẽtes in mortali: quinetiam & dęmones. fides peccatorum caret forma. quia nõ habent ſyncerã fidẽ. j. de elect. Oſius prima eſt uirtꝰ, à qua dicuntur fideles quicunque baptizantur, quouſq; incidãt in mortali. de conſe. di. iiij. quòd apud tales fides dicitur informata charitate, i. valde formata & infixa. vnde & ſic poteſt diffiniri. Fides, eſt charitas, qua quis credit quod diligit, charitas dignior eſt penes quam conſiſtit omne meritum, & eſt fons unius, cui non communicat alienus. ſ. à fide. j. de regular. licet. in fi & de pęn. di. j. Item vt Chriſtus ait. & di. ij § charitas. vnde dicit, fides vera eſt virtus, quam charitas comitatur. Apoſtolus: Hęc eſt fides, quę per dilectionem operatur. de pœ. diſt. ij. § item ſine charitate, & non ea quę dęmonum eſt: quia ſecundum Iacobum c. ij ſi credis, quoniam vnus eſt Deus, bene facis. & dæmones credunt, & contremiſcunt: ſed fides ſine operibus mortua eſt. De fide informata charitate, dicit Abacuc, Iuſtus ex fide uiuit. Fides autem noſtra eadem eſt in ſubſtantia, cum fide antiquorum, vt tactũ eſt. unde & matth. xxj. turbę aũt quę pręcedebant, & quę ſequebant, clamabant, dicentes, Oſanna [a] filio Dauit. ſed diſtat in qualitate: quia quod ipſi credebant de futuro, ſcilicet filium Dei naſciturum, nos credimus de præterito, ſcilicet Chriſtum natum.

4 **Quot & qui Articuli.** † Secundum quoſdã, xij. [b] iuxta numerum Apoſtolorum, quia apoſtoli per inſpirationem Spiritus ſancti cõgregati, Symbolum minorem compoſuerunt, & ſinguli ſingulos articulos appoſuerunt, unde dicitur ſymbolus, quaſi ſingulorum bolus. & inueni in ſcripturis (licet non authenticis) quis Apoſtolorum articulum appoſuerit in hunc modum. Primus eſt de patre. & probat eum omnipotentem & creatorem: & ipſum appoſuit princeps Apoſtolorum, ſ. Petrus, dicens, Credo [c] in deum patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ. hoc probatur infrà eod. c. j. in princ. & ibi unum uniuerſorum principium, &c. Secundus eſt de filio. & probat eum uerum Deum: & hunc appoſuit Andreas frater Petri, dicens: Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum, Dominum noſtrum. Tertius eſt de eodem & probat ipſum conceptum de Spiritu ſancto, & natum ex Maria virgine: & hunc appoſuit Iacobus frater Ioannis, dicens: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria uirgine. Quartus de eodẽ. & probat eius paſſionem glorioſam, & precioſam mortem, & ſepulturã: & hunc appoſuit Ioan. dicens: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus. Sic ergo debemus filium credere uerum Deum, & uerum hominem. j. de cele. miſſ. in quadam. de heræt. cum Chriſtus. unde qui immortalis & impaſſibilis erat reſpectu deitatis, factus eſt paſſibilis & mortalis reſpectu humanitatis. infrà, eod. firmiter. C. eod. l. vlti. Quintus de eodem: & probat deſcenſum eius ad inferos: & eius reſurrectionẽ: & hunc appoſuit Thomas, dicens: Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus de eodem & probat eius aſcenſionem: & hunc appoſuit Iac. Alphei: dicens: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. deſcendit tamen in anima, reſurrexit in carne. aſcendit pariter in vtroque. vt infrà eod. firmiter §. hæc ſancta. Septimus de eodem, & probat eum iudicem: & hunc appoſuit Philipus, dicens: Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Hi ſex articuli qui attribuuntur filio, comprobantur per ordinem, infrà eod. c. j §. hæc ſancta trinitas. ibi, & tãdem vnigenitus, &c. Octauus, de ſpiritu ſancto: & hunc appoſuit Bartholomæus, dicens: Credo in ſpiritum ſanctum. infrà eod. c. j. circa princ. ibi, Spiritus ſanctus. Nonus de eodem probat & claritatem, & quod inſtinctu eiuſdem eccleſia cõſtituta eſt, & regenda omni ſchiſmate procul pulſo: & hunc apoſuit Mathæus, dicens: Sanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, hoc tangitur infrà eo. c. j. § vna. hunc articulum offendunt ſchiſmatici. de quibus infrà, de voto. §. in quo caſu. & de ſchiſma. & ſimo. de quibus infra, de ſimon. Decimus, de eodem. & probat eius benignitatem: & hunc appoſuit Simon, dicens: remiſſionem peccatorum. hoc habetur infrà eod. c. j. §. vlti. & penul. Vndecimus: de eodem. & probat eius poteſtatem & hunc appoſuit Thaddæus, dicens: Carnis reſurrectionem: & hic comprobatur infrà eod. c. j. §. hæc ſancta. ibi, qui omnes cum ſuis proprijs, &c. Duodecimus, de eodem. & probat eius remunerationem & æternitatem, & hunc appoſuit Mathias, dicens: Vitam æternam. et hoc tangitur infrà eod. c. j. §. hæc ſancta. Si bene intelligas, vnicus et primus articulus attribuitur patri. Nam ſicut vnitas eſt principium omnis numeri, nec eſt numerus, nec numerum habet, ſic pater eſt principiũ ſine principio, & ideo vnitas ei appropriatur. Sequens verò ſiue ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, & ſeptimus appropriãtur filio: quia ſenarius numerus perfectus eſt: quare per ipſum pfectio deſignatur, quæ conuenienter filio aſſignatur: qa ſicut dicitur ad Ephe. j. Deus pater propoſuit in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare in Chriſto omnia quæ in cælis, & quæ in terra ſunt. Sed octauus, nouus, decimus, vndecimus, & duodecimus: & ſic quinque Spiritui ſancto appropriantur: quia per quinarium ſignificatur vniuerſorum remiſſio peccatorum, quę fit per gratiã, quæ eſt ſancto Spiritui aſſignanda, ſic ergo hęc diſtinctio æqualitati perſonarum nihil detrahit, quia tres perſonę conſubſtantiales ſunt, & coæquales, &c. infrà eo. c. j. reſpon. ſecundũ quod ipſarum appropriatio demonſtratur, ſicut dicit Aug. in lib. de Spiritu & anima. Sed & ſecundum dominum Hug. Card. xij ſunt articuli: vj. de diuinitate, & vj. de humanitate. Primus arti. de diuinitate eſt, quod Deus eſt vnus. Secundum, quod Deus eſt æternus. Tertius. quòd Deus eſt author omnium. Quartus, quòd eſt iuſtificator impiorum: ibi, remiſſionẽ peccatorum. Quintus, quod eſt ſuſcitator mortuorum, Sextus, quòd eſt remunerator bonorum et malorum. Itẽ primus art. de humanitate eſt, quod natus eſt filius Dei de virgine. Secundus, quòd mortuus, ſecundũ quod homo. Tertius, quòd deſcẽdit in anima ad inferos. Quartus, quod reſurrexit in corpore. Quintus, quòd aſcendit in corpore & anima Sextus quòd viuos & mortuos iudicabit. Secundum alios verò, ſunt xiiij. artic. quorum vij. pertinent ad Deitatem, & vij. ad humanitatem. Primꝰ eſt de vnitate eſſentiæ: ibi: Credo in Deum. q. d. non Deos: quia non ſunt plures, ſed vnus tantum. vnde in maiori Symbolo, Credo in vnum Deum, & hic retorquetur ad tres ſequentes, qui denotant diſcretionem perſonarum. Primus eſt de perſona patris. vnde dicit, patrem omnipotentem, &c. Secundus de perſona filij. vnde dicit, Et in Ieſum Chriſtum, &c. Tertius, de perſona Spiritus ſancti. vnde dicit, Credo in Spiritum ſanctum, &c. & eſt ſenſus, vnam eſſentiam, & vnum Deũ credo: & tres perſonas.

ADDITIONES.

a Oſanna. ¶ Adde, de iſto verbo, vide per Arch. in c. multi. de conſecr. diſt. iiij.

b Duodecim. ¶ Adde Arch. in c. canones. xv. di. Et an Papa poſſit facere nouũ articulum fidei, vide per Zenze. in extrauag. Ioan. xxij. incip. Cum inter nõnullos. ſed Theologi tenent; quod ſunt xiiij. ſecundum Ioan. and. in iſta ru. in lectura tu vide ſanctum Tho ij. ij. q. j. art. vij.

c Credo. ¶ Adde. gl. i uerbo, apoſtolos. i c. j. xv. di. & S. Tho. ij. ij q. 3. art. ix. & hoc fuit figuratũ per Ioſue iiij. c. ubi dixit Deus: elige tibi uiros ſingulos per ſingulas tribus. Et ſunt tria Symbola, primum ab apoſtolis, alterum in concilio Niceno, quod cantatur in miſſa. alterum editum fuit ab Athanaſio.

sonas, scilicet, Deum patrem, Deum filium & Deum spiritum sanctum. Et hi quatuor artic. pertinent ad deitatem in se, & ponuntur infrà eo.c.j.resp.j. Tres verò sequẽtes pertinent ad Deitatem, quo ad effectus ipsius. Primus, indicat effectum creationis. ibi, Creatorem, &c. & probatur, infrà eod. c j. respon. j. Secundus, effectum recreationis: ibi, sanctam ecclesiam catholicam. &c. & est sensus Credo, quòd Deus reconsiliet peccatorẽ in sancta ecclesia, quæ est communio sanctorum. & non alibi probatur, infrà eo. c.j.§.vna. & per hunc potestas clauium comprobatur, infr. de excel.præla.tanta. Tertius, officium glorificationis: ibi Carnis resurrectionem, quo ad corpus: vitam æternam, quo ad animam. Habes ergo vij. articulos. tres vltimi pertinent ad effectus deitatis: quatuor primi ad ipsam Deitatem in se determinatam. & sic omnes vij. pertinent ad Deitatem. Septem verò pertinentes ad humanitatem, sunt hi. Primus, Qui conceptus est de Spiritu sancto. Secundus, Natus ex Maria virgine. Tertius, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Quartus, Descendit ad inferos. Quintus, Resurrexit à mortuis. Sextus. Ascendit ad cælos, sed & ad dexterã Dei patris omnipotentis. Septimus, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos Nunc aũt misericordiam peto vt ipsam tunc consequar. cum secundum opera sua redditurus sit singulis, tam reprobis, quàm electis: & hi vij. ponuntur ordinatim. j. eod. ca j. hęc sancta trinitas. & C. eo. l. finali. Hanc diuisionem, scilicet de xiiij. articulis videtur comprobare & sequi concilium generale, j. eodem, firmiter. Prima diuisio videtur significata fuisse Ios. iij vbi dicit Dominus, i. pater ad Iosue, i. filiũ: Elige tibi xij. viros, i. Apostolos. Luc vj. singulos per singulas tribus. & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, i. de media profunditate Scripturarum, vbi steterunt pedes sacerdotum, i. affect⁹ sanctorum patrum, duodecim durissimos lapides, i. articulos, qui non credentibus durissimi apparent, credentibus verò durissimi sunt, i. firmissimi, qa sunt fidei fundamentum: quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria, i. in ecclesia, quæ est ut castrorum acies ordinata, in qua in nocte præsenti vitæ per speculum in ænigmate figunt tentoria sua. ad idem Apocalyp. xxj. vbi xij lapides ponuntur, qui per proprietates suas prædictos articulos xij. designant. Secunda verò diuisio comprobatur Apocalv. j. vbi dicitur, Conuersus vidi vij. candelabra aurea, & in medio vij. candelabrorum aureorum similem filio hominis: nam p hæc intelliguntur vij. vl. art. pertinentes ad humanitatem: vnde in medio horum similitudo filij hominis designatur. & sequitur, quòd habebat in dextera sua stellas vij. per has intellige vij. primos art. ad deitatem pertinentes. j. Timoth. vj. & lucem habitat inaccessibilem. Hæc ad præsens in summa sufficiant. nam cætera possunt in scriptis Theologicis plenius reperiri. Comprobant aũt hi articuli j. e. c. j. & ij. C. e. inter claras.

5 **Quæ pœna non credentium.** † Gehẽna perpetua. vnde in Euangelio, Ibunt hi in supplicium æternum. & illud, Hæc est fides catholica, &c.

Et quod præmium catolicorum.

Salus æterna: nã qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit, salu⁹ erit: j. de bap. maiores. §. cæterum. vbi similiter & tam pœna reproborum, quàm præmium electorum probatur, j. eo. c. j § hæc sancta. in fi. Non solum autem virgines & continentes, verum etiam coniugati per fidem rectam, & operationem bonam, placẽtes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire, j. cod. firmiter. in fin. † extra ecclesiam verò nullus saluatur, j. eo. c. j. §. vna verò 6 est xxiiij. q. j. quoniam vet⁹ oriens. sed si quis post susceptionem baptismi in peccatum prolabsus fuerit, potest semper per veram pœnitentiam reparari. vt in eodem c. §. sacramentum.

DE CONSTITVTIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Constitutio ius humanum dici potest.*
2 *Constitutio vnde dicatur.*
3 *Papa in Spiritualibus constitutionem facere potest.*
4 *Legatus constitutionem facere potest.*
5 *Synodus prouincialis constitutionem facere potest.*
6 *Episcopus constitutionem facere potest.*
7 *Capitulum & vniuersitas constitutionem facere potest.*
8 *Imperator in temporalibus constitutionem facere potest.*
9 *Præfectus prætorio, populus Romanus, senatus, ciuitas & vniuersitas constitutionem facere possunt.*
10 *Constitutionem promulgandi sunt septem causæ.*
11 *Constitutionum virtutes quæ & quot sunt.*
12 *Constitutionibus qualiter derogetur.*
13 *Constitutio quãdo incipit arctare post duos menses, computando à tempore insinuationis.*
14 *Constitutiones vniuersitatum, facta promulgatione, an statim ligent.*
15 *Votis maioris partis sororum, an sit standum.*
16 *Statutum contra consuetudinem, propter ecclesiæ vtilitatem fieri potest.*
17 *Protestatio an valeat.*
18 *Protestatio an debeat fieri in iudicio, vel extra*
19 *Protestatio aliquando plus prodest quàm appellatio.*
20 *Capitulum an nouam dignitatem in ecclesia creare possit.*
21 *Capitulum an facere possit augmentum præbendarum.*

Fundamento iuris posito, de quo dixi s. tit. proxi. in prin. bene est, vt ædificium ipsius iuris debeamus erigere, de quo dixi s. in proœ. §. quę sit eius materia Et quia omne ius quo vtimur, aut ex scripto constat, aut ex non scripto, Instit. de iur. nat. gen. & ci. §. constat, & scriptum certius est, quàm non scriptũ, & imitandum est, Instit. de iur. nat. §. ex non scripto. primò videndum, occurrit de iure scripto: & sic apponamus rubri. de constitutionibus. Similis ordo Institutionum in lib. Digestorum, & etiam Decretorum, dist. ij. cap. j. Videamus ergo, Quid sit constitutio, [a] & vnde dicatur, Quis possit constitutionem facere, Quæ est causa constitutionis promulgandę, Quæ virtutes constitutionum, Qualiter constitutionibus derogetur. Quando constitutio incipit arctare, Quæ sit pœna non obseruantium.

1 **Quid sit constitutio.** † Et quidem generaliter potest dici constitutio ius humanum. Nam ius aliud diuinum, aliud humanum: aliud in scriptis redactũ, aliud memorię commendatum. Quod in scriptis redigitur, Constitutio dicitur: quod commendatur memoriæ, Consuetudo. ad hoc distin. j. c. j. & c. lex. & c. consuetudo. & §. cum ita. & Instit. de iure nat. gen. §. & non ineleganter. Specialiter tamen dicitur constitutio, quod princeps per epistolam constituit, vel cognoscentes decernit, vel edicto percepit. Instit. de iure nat. §. sed & quòd principi. & §. se. & not. s. in proœ. §. quo nomine. ver. constitutio. Verum sub ista rub. non accipitur constitutio sic specialiter, sed primo modo generaliter, s. pro omni iure: quinimò tractatur hic specialiter de quibusdam constitutionibus, quę Constitutiones constitutionum meritò dici possunt, quia tractatur hic de canonicis institutis obseruandis, & dictis sanctorum patrum, ut patet in suis capitulis: quæ quantam uim habeant: no. s. in proœ. §. unde habuit originem. uer. ex præmissis patet. est igitur hæc nostra scientia. Tractatur etiam de statutis capitulorum & uniuersitatum: ut patet j. cum omnes. & sequentibus ca. Ergo perinde est, quando apposuit rubricam de constitutionibus. ac si apposuisset de iure scripto, quia generaliter intelligitur, sicut ius. j. dist §. j.

2 **Vnde dicatur.** † Et certè dicit constitutio, quasi cõmunis institutio, uel commune statutum, ea ratione, quia prælatus cum capitulo, uel potestas cum populo ipsas statuit. j. de sent. excom. alia. & de his quæ fiu. à præla. sine consen. cap. per totum, secundum Gof. Sed hæc ratio non uidetur bona, quia multi constitutiones faciunt, sine communi consensu: ut patet j. e. § seq. unde potest dici, quòd alia ratio est, quare sic appellatur, s. quia claudicans reprobatur, j. e. cum omnes, & quę fit contra commune statutum, j. eo. cum M. Fer. & c. ex parte. Sed communis approbatur nullo enim priuato cõmodo, sed pro communi utilitate conscribi debet. iiij. dist. erit autem lex. Dicitur ergo constitutio, quasi pro communi statu facta institutio, uel quasi cõmunis institutio Nam & cõmuniter seruanda est quia omnes astringit: j. eodem. cap. j. & vlti. & vide quod not. j. eodem. §. quando constitutio.

Quis possit constitutionem facere. Et quidẽ Papa † in spiritualibus & ecclesiasticis omnibus: j. eo. 3 c. fi. & de sent. excõ. inter alia. vnde talis dicitur generalis idem si fiat authoritate Papæ per synodũ generalẽ, ut xxv. q. j. sunt qui dam. & dummodo non restituat ea quæ Apostoli, uel Prophetæ, uel sancti Partes eos sequentes diffinierunt sententialiter. ut ibidem dicit, intelligas subuertendo uniuersalem statum ecclesiæ, uel contra fidem ueniendo, de quo accusari possit. distinct. xl. si Papa. aliàs tamen de iure potest supra ius, j. de concess. præbend. proposuit. ix. q. iij. cuncta per mundum. & capitu. per principalem. Sed & legati, & prælati, & capitu & concilia sub ipso sunt, & ab eo authoritatem assumunt: j. de elect. significasti. §. aiunt. xviij. distinct. capitu. j. & ij. & per totum. iij. q. vj. dudum peregrina. Et eius authoritas intelligitur excepta, ut ibidem, etiam si iuramentum intercedat: b j. titu. j. constitutus, & de iureiu. uenientes. Potest & lega-4 tus. [b] † j. de offic. leg. capi. fi. & de loc. & con. ex rescriptis. & de consang.

ADDITIONES.

a Quid sit constitutio. ¶ Adde doct. in rub. eod. tit.

b Potest & legatos. ¶ Adde c. j. ij. & iij. 9. q. 3. & per Card. Ale. in c. regula. in §. porro. xxx. dist.

conſang.& affin.ꝙ dilectio.† Itē ſynodus prouincialis. 16.diſt.ꝙ dicitis. Item ſynodus epiſcopalis. 18. diſt.c.j.& c.fin. Conciliorū enim, quædā ſunt vniuerſalia ſeu generalia. vt authoritate Papæ facta, aliàs non licet.16.diſt.nec licuit. Quædam particularia, quorū quædā ſunt prouincialia, quæ, ſ.non poſſunt fieri ſine authoritate primatis, vel metropolitani.18.diſt.c.j.& c. qm quidā. Quædā epiſcopalia, quæ ſine authoritate epī fieri non poſſunt. 18.diſt.c.fi. Si metropolitanus ſine authoritate primatis prouinciale cōcilium tenere poteſt 92. diſt.ſi quis epſ. Item epſ ſine authoritate metropolitani ſuum tenet. 38. diſt. qn̄ presbyteri. 12. q. 2. placuit. 18. q. 2. abbates. Sed tale concilium magis propriè ſynodus appellatur, j̃. de accuſ. ſicut olim. § j.ad fin.vnde & dicit c.ꝙ non licet epō concilia tenere, ſine conſenſu metropolitani.18.diſt.c.3.& c.pen.in fi.quod verum eſt proprio ſumpto vocabulo, ſeu de prouincialibus, in quibus canones conſtituuntur. vt no.s̃.in proœ.§.quo nomine.ver.canon. ſynodale tamen conceditur, vt dictū eſt. † Item epſ poteſt [a] conſtitutionem facere: j̃.de maio. & obe. ſi quis.& de lo. & con. veſtra nobis.† Item capitulum: [b] j̃.eod.cùm acceſſiſſet.& de præbend.ſignificatum.Itē vniuerſitas [c] clericorum, ſeu magiſtrorum: j̃.eod.ex literis Item Imperator † in temporalibus. C. de legi.l.2 & l.fin.& l.humanū. non tn̄ in ſpiritualibus [d] ſeu eccleſiaſticis, quia non ſubſunt ei. in authē.qūo op.Epiſcopos.in prin.col.j.96.diſt.duo ſunt.&c.ſi Imperator. tn̄ legibus ſuis in eccleſiaſticis vtimur, qn̄ adiuuant, & non offendunt. 10.diſt.c.j. & c.in adiutorium. & præcedentibus.j̃.de no.oper.nun.c.j. & ſic ſunt diſtinctę dignitates.10.diſt. qm̄ multominus alij laici inferiores, qa nullus laicus adſtringere pōt conſtitutione ſua bona eccleſiaſtica, vt j̃.eod.de deci.tua. & infrà eod.quæ in eccleſiarū,multo minus perſonas eccleſiaſticas. vt 12. q.j. præcipimus. & probatur infrà eod.eccleſia ſanctæ Mariæ.& de reb.eccleſ.non alien.cū laicis. Item præfectus † prætorio.C.de offic.præfect.præto.normam.Item hi, quibus Imperator hoc mandat, vt in proœmio Inſt.§ cumque hoc Deo propitio.quia omnia noſtra facimus, &c.vt not.ſuprà in proœmio §.quis compoſuit.Item populus Romanus [e] Inſtit.de iure nat.§. lex. nec ob.quòd populus poteſtatem ſuam in principem tranſtulit. C. de veteri iure enuc.l.j.§.& hoc etiam dr̄ tranſlata,id eſt, ꝯceſſa. & ſic non omnino à ſe hanc poteſtatem populus abdicauit,ſicut nec delegans,delegando abdicat à ſe iuriſdictionē. ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdictio.l.j.§.qui mandata.ēt ſi delegans delegatus ſit à principe, dummō de iuriſdictione aliqd ſibi retineat. j̃.de off.deleg.ſuper quæſtionū.Sed & populus poteſtatem tranſlatā in principem poſtea reuocauit. ff. de orig.iur.l.2.§ exactis. & ſeq. & §.cum placuiſſet. & ſeq. Itē ſenatus. ff. de leg. non ambigitur.nec ob.quod alibi dr̄,ſoli principi licet cōdere legem. C.de legi.l.fin.quia verum eſt, quòd ei licet ſoli, & nulli alij ſoli: alij dicunt, ꝙ nec populus, nec ſenatus poteſt hodie condere legē generalē, ſed tantum princeps. quod verius credo.vt in ꝓximis allegatis legib. & C. de ve.iu.enuc. l.2. ſed hoc. Sicut enim tranſlato ſacerdotio,neceſſe eſt quòd legis tranſlatio fiat:ſic poteſt dici, ꝙ tranſlato imperio, neceſſe eſt ꝙ poteſtatis condendi legem tranſlatio fiat: j̃.eo.tranſlatio.nam qui nihil retinuit, præſumitur in ſolidum tranſtuliſſe.arg.j̃.de offi.dele.venerabili.ad fi. ſed prima opinio eſt de conſuetudine inumbrata,quæ nedū opinionem,ſed etiam legem tollit: vt in proemio Inſti.§.igitur poſt libros.& in authentica, de hære.& fal §.j.col. 1. Item ciuitas ſiue vniuerſitas: Inſtit.de iure natu.§.j. & 2.ff. quod cuiuſque vniuer. no l. 2. & l. Itē eorum. Idē credo de quolibet collegio approbato: [f] j̃.eo.quæ in eccleſiarum.& c.ex literis. & de hoc no.infra de ſyndico.

10 **Quę eſt cauſa** † conſtitutionē ꝓmulgandi? Et quidē multiplex. Sed notare poſſumus 7.cauſas. Dicamus igiť. Prima cauſa eſt, vt appetitus noxius ſub regula limiteť. ſupra in proœmio.§.ideoque. Secunda, vt humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia. 4.diſt.factæ. Tertia, vt oppreſſis compatiatur. 1.q.2.quam pio. Quarta, vt mota negotia terminentur.vt in anthentica, vt factæ no.conſtitutiones.in princ.col. 5.j̃.de do.& contu.finem litibus. Quinta, vt occurratur laboribus partium, & expenſis vt ibidem. Sexta, vt diſcordia euiteť, & fraudibus occurratur. j̃.de ele.quia propter,& de reſcriptis.nonnulli. Septima, vt metu pœnæ mali boni,& boni meliores ſpe præmiorum fiant.ff.de iuſt.& iure.l.j. Ergo qui peccat,non peccat legis authoritate.23.q.4.qui peccat ſiue autem plectendo,ſiue ignoſcēdo,hoc ſolum bene agitur. vt vita hominum corrigatur.23.q.5.prodeſt ſeueritas.

11 **Quę & quot virtutes** † conſtitutionum ſunt, collige ex his verſicul.

Quatuor ex verbis virtutes collige legis:
Permittit, punit, imperat, atque vetat.

3.diſt.omnis autē lex.ff.de legi virtus legis hæc eſt. Permittit, vt vir fortis præmiū petat.23.q.j.militare. Item minora committi, vt maiora pericula euitentur. 13.diſt.nerui.j̃.de ſponſ.c.2.& qui clerici vel vo.veniens. Quod intelligas, quādo minus malum eſt citra mortale: vel quando ineuitabiliter de duob.mortalibus.neceſſe eſt eligere.alioquin contra, j̃. quod metus cau. c. ſacris.infra,de vſu.ſupra eod.Punit ſcelera & delicta: j̃.de pœn: per totū. Imperat ſtatuta canonica obſeruari: j̃.eo.c.j.ver. caſtè & honeſtè viuant clerici: j̃.de vi.& hon.cler.ut clericorum. Vetat clericos ſecularibus negotijs immiſceri: j̃.ne cler.uel mo.cap.j. & per totum.Quintam uirtutem potes notare,ſi placet:quæ dubia ſoluit,infra eo.c.fin.unde uer.

Virtutem legis ex quinque collige clarè.
Permittit: punit, imperat atque vetat.

Sextā etiam dixerunt quidā,quia cōſilium dat.ꝯſilia enim uoluntatis ſunt,& nō neceſſitatis.14.q.j.quid præcipitur.28.q.j.ſic eīn ualet.& c.iam nunc.ſicut uotū caſtitatis,quia ſuaderi poteſt,non imperari.32.q.1.integritas.item cōſilium l.eſt,quòd poſſeſſorio agā.ff.de rei uen.is qui deſtinauit. Quilibet aūt poteſt explorare apud ſe, utrū ſibi expediat conſiliū: & ob hoc non eſt obligatoriū.ff.man.l.3.ad fi.non enim qui exhortatur, mādatoris opera fungitur. ff.de his qui no. inf. ob hæc uerba. in fi.ideo ſi qs tenet de conſilio alicuius eligere, uel aliud facere, dummodo cōſilium requirat,& expectet congruo tpe non tenetur ſequi, ſi non uult: j̃.de elec.cum in ueteri lege.& de arbitris.cum olim. ff. de admi.tut.quidam decedens.§.Papinianus. licet aliqui contradicant:ſed deficit eis ius, & probatio.uerum hæc ſexta uirtus ſub prima cōprehenditur:quare ipſam non numero. Nam qui conſulit, ſatis permittit:ut patet ex præmiſſis.

12 **Qualiter** † conſtitutionibus derogetur. Et quidē priori per poſteriorem: j̃. de cognatione ſpirituali. c.j.ſed diſtingue,cum diuerſæ ꝯſtitutiones contradicunt, aut factæ ſunt a diuerſis,aut ab eodem.Si a diuerſis, conſtitutio facta a maiori, alij præiudicat. 9.q.3.quæſtus. & eſt ratio. infra, de ma.& obed.cum inferior. licet ergo leges ꝯtemnendæ non ſint. 54.diſtinct.quis autem leges. quia ſunt per ora principum diuinitus promulgatę. 16 q.3.nemo.8.diſtin.quo iure. C.de præſcrip.lon.temp.l.ult.§.ſi.tamen eis per canones derogatur in his in quibus uertitur periculum animæ. & in eccleſiaſticis tetigi de hoc s̃. §. ſed quis poſſit conſtitutionem uerſ item Imperator. & ſupra in proœ.§ unde habuit originem. uer. eſt igitur hæc noſtra ſcientia & infra,qui fi.ſint leg.§.qualiter & a quo filij illegitimi legitimētur.& de uſur.§.an aliquo caſu.& uer. præcedenti. & de maio. & obed.§ quis cui.& j̃.de hæretic. §. qualiter deprehendatur. & de offi.or.§.quid pertinet.ſub §.ſunt diſtinctæ.Si ab eodem.aut contrariū poteſt ſaluari,aut nō.Si contrarium ſaluari poteſt, promptum eſt,leges legibus concordare, vt C.de inoffic doti.l.vnica. quod fit,ſ.per ſuppletionē:determinatur enim multoties vnum ius per aliud, ſiue prius ſiue poſterius. ff. de leg.non eſt nouū.& l ſeq.& l.ſed & poſteriores.infra, de offic dele.ſuper quæſtionū. & de ſimo.per tuas. Per ſpiritualitatis redditionem, vt infra de ele.licet de vitanda.in fi.Per diuerſitatis determinationem infra, de his quæ fi.a præla.cum Apoſtolica.§.authoritates. Traduntur enim iura ex tempore,ex loco,ex perſona, & ex cauſa 29 diſtin. ſciendum. Quod ſi nullo modo ſaluari poteſt, ſemper priori per poſteriorē derogatur, vt dictum eſt:ſecus in reſcriptis, quia poſterius non tollit prius, niſi de ipſo priore faciat mentionem. vt not.infra tit.proxi.§ quid cui præiudicet. Et eſt ratio diuerſitatis, quia in reſcriptis ꝯtinentur facta,quorum habere memoriam, [g] & in nullo peccare,eſt potius diuinitatis, quam humanitatis. C. de vet.iure enuc.l.2 §. ſi quid autem in tanta legum compoſitione.in conſtitutionibus autem, iura quæ omnia princeps intelligitur habere in ſcrinio pectoris. C. de teſtament. omnium. vnde condendo poſteriorem, videtur priorem ex certa ſcientia reuocare. Hoc autem intelligas in priore & poſteriore, ſecundum tempora,non ſecundum ordinem ſcripturæ. Nam decret. j̃. eo. c.fin.

ADDITIONES.

a Epiſcopus poteſt. ¶ Adde glo.& do.in c.cum dilectus.de conſue. Card.in c.licet.in 3.not.de off.ord. Bald.in c.fi.de off.leg. Pau.de Elea.in clemē.ne Romani.in prin.de elect.

b Item capitulum. ¶ Adde gl.in c.2.de verb.ſign.lib.6.do.in c. j. de his quę fi.à ma.parte cap. Bar.in l.omnes populi.in j.q.j.ff.de iuſti.& iur. Bald.in l. decernimus.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.

c Vniuerſitas. ¶ Adde l.receptitia.in fi.& ibi glo.fi.C.de conſti.pec. & in l.fi. & ibi Bar.ff.de col.illici.

d Non tamen in ſpiritualibus. ¶ Adde doct.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.j̃ eo.tit.& in auth.caſſa & irrita C.de ſac.ſan.eccle.

e Populus Romanus. ¶ Adde Pe.de Anch.in repe.c.j.eo.tit. Inn.in c.quæ in eccleſiarum eod.tit.ſed ſi princeps eſt in ciuitate,non valet ſtatutum.ſecūdum Bald.in l.humanum. C.de leg.

f Collegio approbato. ¶ Adde Inn.in c.dilecta.de exceſ.præla.idem Inn. in c.cum ab eccleſiarum.de off.ord. Bart.in l.cum ſenatus.ff.de reb.dub.Bar. in l.fi.ff.de col.illici.& doct.in l.j.quod cuiuſ.vniuerſ.nomi.

g Habere memoriam. ¶ Adde gl.in c.porrecta.de confir.vti.uel inuti. gl. in c.cum adeo.de reſcr.Spe.tit.de inſtru.edi.in §.reſtat.ver.29.

ea.fin.quamuis prior in ordine, tamen tanquam posterior tempore declarat constitutionem. j. de ma.& obedient. statuimus. Sic & canõ posterior ordine corrigitur per priorem. 30.quæst. 3.post susceptum. & c. super quibus. Sic constitutio de Iustinianeo Codice confirmando, licet prior ordine, tamen posterior tempore, tanquam posteriori tempore totum confirmat. C. subsequentem. Sic l. C. de coll. facit mentionem de l. posterius edita. C de suis & legi.hære. si defunctus. Sic l. j. C. de sacra.calum. facit mentionem de l. posteriori. C. de iud. rem non nouam. Ergo in constitutionibus successus temporum attenditur, & non ordo scripturæ. arg. ff. de sol. nec enim ordo. nisi fortè quando sub eodem titulo continentur, tunc enim habet locum, ꝙ primæ primo loco ponantur, & posteriores secundo. C. de nouo Co. fa. l. vnica. ante fi. & post medium l. Et sciendum, ꝙ est quædam constitutio siue decre. generalis, vt quæ ad omnes dirigitur. 2. qu. 5. omnibus. Quædam specialis, quæ specialiter quibusdam mittitur. 25. qu. 3. quod scripsi. Siue autem generalis sit, siue specialis, hoc modo quo præmissi, dummodò per ea aliquid diffiniatur, pro iure generali habenda est. C. de leg. li. ij. & l. si imperialis. j. de sen. & re iud. in causis. xvij. q. iij. licet. & adde quod not. j. titu. proxi. §. quas vires Secus, si specialis esset, quia ex persona vel ex loco tradita. xxix. dist. c. j. & talis non trahitur ad cõsequẽtiam: nec est secundum eam in alijs iudicandum, quia nec princeps hoc vult. Instit. de iure nat. §. sed quod principi. Quid si dubitetur, an sit decretalis, recurre ad registrum. ix. dist. vt veterum. xx. dist. de quibus. Præsumitur tamen, quòd sit decretalis, si reperiatur inter alias ad instar illius, quæ reperitur inter alias moniales. xx. q. j. quem progenitores. Vel dic. vt xvj. distin. c. j. Isidorus. Verba sunt ad Ephesios. hoc solum teneas, quod, si à iure communi discrepat, consulas principem, sed secundum eam iudicare non timeas, si concordat. j. de fid. instr. pastoralis Et no. quod quandoque deuiatur à iure communi propter tumultum popularem quandoque non, vt no. lxj. dist. miramur. j. de elect. Osius. j. de temp. ordi. ad aures. quod dic. vt not. j. de renun. § cui. ver. graue scandalum In rebus autem nouis constituendis, euidens debet esse vtilitas ff. de constit. princ. in rebus. & de legi. minimè. ideo non potest capitulum sine consensu episcopi approbatas & laudabiles consuetudines immutare. j. de consue. cùm consuetudines. & de conces. præben. ex parte Astensis ecclesiæ. secus de irrationabilibus, j. eodem cùm omnes in fi.

13 Quando constitutio † incipit arctare? Post duos menses, cõputãdo à tempore insinuationis, seu publicationis. in auth. vt factæ not. constit. in ipsa rubrica. & tamẽ. j. collat. v. j. ne cler. vel mona. c. fi. j. de sen. excom. nouit. elapso hoc tempore non potest quis allegare ignorantiam, quia non est singulorum auribus inculcanda. xvj. distinct. quòd dicitis. xij. q. ij. qui & humanis. j. de postu. prela. ca. j §. quod nec sufficit. intra hoc tempus excusata est ignorantia. sic intellige, lxxxij. dist. proposuisti in fi. xxxij. q. iiij. dixit Sarra j. eodem. cognoscentes. secundum Gof. Hoc intellige de constitutione Principis, vt bene probant iura ad hoc inducta. Videtur etiam, quòd in constitutione Principis possit ignorantia allegari, quousque per episcopum loci fuerit publicata. j. de pœni. cùm infirmitas. §. j. ideo etiam præcipitur, quòd frequenter & in synodis, & in concilijs prouincialib. publicetur. j. de excusa. cùm olim. resp. primo. j. de simonia. quoniam simoniaca. §. fin. j de Iudæis. ita quorundam. & c ad liberandam. sed dic, quòd illud præcipitur propter mulieres, & rusticos milites, & alios simplices, qui possunt iuris ignorantiam allegare. ff. de probat. cùm de indebito. §. j & tractatur j. q. iiij. §. vlt. aliàs autem constitutio principis adstringit omnes, elapsis duobus mensibus, vt dixi: secus de constitutionibus inferiorum, de quibus loquuntur iura media. quòd dicitis. & c. qui & humanis, & de hoc not. j de clan. despon. § quam pœnam. ver. sanè si parochialis

14 & sequentibus. † Quid enim de constitutionibus capitulorum. & vniuersitatum, certè in continenti ligant, facta promulgatione, nisi forte absentes, quibus nec tantum tempus dabo, nec ipsos limitabo, sed boni iudicis arbitrio hoc committo: arg. ff. de in inte. restit. diuus & de vsuris. mora. & de testi. testium. & de verbo. oblig continuus & opti. arg. j. qui ma. accu. pos. c. fi. & ff. de iure delib l. j. §. ait pretor. & de ser. rusti. præ. certo. §. latitudo. Ratio diuersitatis, quare aliud in constitutionibus principis & aliud in inferiorum constitutionibus, hæc est: prima generalis, & omnes astringit, j. eodem. c. fi & dixi s. §. vnde. in fin. & §. seq. verum est subditos. j. de diuor. gaudemus j. respon. C. de incest. nupt. nemini. excepto promulgante. ff de legi. princeps. & successore, quia non habet imperium par in parem. j. de ele. innotuit. § quamuis autem. ff. de arbi. nam magistratus. ff. ad Trebel. ille à quo. § tempestiuum decet tamen eos ipsas seruare. C. de lega. digna vox. vnde nec ex testamento imperfecto capere nolunt. ff. de leg. iij. ex imperfecto. C de testam. ex imperfecto. Instit. qui. mo. test infir. §. fin. Ideòq; cùm diffusa est eorum iurisdictio, hoc tempore rati sunt ad tollendam ignorantiam, sicut alias pretor ætatem, ad procedendum in publicum. ff. de postu. l. j. §. j. & ij. Inferiorum autem constitutio nec generalis est, nec omnes astringit, sed subditos tantum, quia extra territorium, & c. ff. de iurisdict om. iu. l. fin. & quia sententia à non suo iudice, & c. j. de consuet. ad nostram. quare minus dabo. Sed quia inferiorum iurisdictio aliquando plus, aliquando minus protenditur, limitare non possum, vt præmissi. Arctat autem ita demum si communis sit, & communem statum non offendat. vt not. suprà eodem. §. vnde dicatur. ideo si claudicet, non adstringit. j. eodem. cum omnes. Sed cùm ecclesia senatum habet, [a] xvj. q. j. ecclesia. & quod capitulum vel maior pars facit, valere debeat. x. q. ij. hoc ius. vij. q. j factus est. j. de his quæ fiunt à maio. par cap. c. j. quare non ualuit illud statutum: scilicet quod absentes non perciperent. nam & hoc iuri communi congruit. j. de præben. cùm Apostolum. & not. j. de cler. non resi. §. j. & §. vltimo. in distinct. quæ incipit, cùm quæritur, iam solutum est. quia claudicabat cùm statutum esset, quod superstites perciperent, successores non. nec enim debet duplici iure censeri idem collegium. j. de decimis, cùm in tua. nam idem collegium est hodie Ebreduni, quòd fuit centum annis elapsis, licet non eædem personæ. ff. de iudi. proponebatur. & successor in vniuersum ius succedere debet. ff. de reg. iu. hæreditas. arg. pro & contrà, j. de test, relatum. ij. §. nomine. Sed contrà, ff. de col. l. fin. Ad cuius solutionem, & huius materiæ plenam notitiam sic distingues.

15 † Cùm quæritur, vtrum standum sit votis maioris partis [b] sociorum: distingue, vtrum societas pertineat communiter ad eos, tanquam ad singulares, vel tanquam ad collegiatos; & an id de quo agitur fiat ex necessitate, vel communi vtilitate, ex causa rationabili, vel ex sola dependeat voluntate: & an consuetudo iuuet, aut contradicat. Si voluntarium est quod agitur, & tanquam ad singulares pertinet ad eos communio, potior est conditio vnius prohibentis, quàm nouem concedentium. ff. communi diui. Sabinus. concedentes tamen non possunt prohibere. ff. de serui. rusti. prædi. per fundum. arg. xxxij. q. v. horrendus. j. de proba. per tuas. ff. neg. gest. Pomponius j. Si tanquam ad collegiatos aut aliquis contemptus est: aut non. Si quis contemptus est, potest infringere, vel ratificare quod actum est: etiamsi necessariò agebatur: j. de elect. quòd sicut. respon. j. ver. si autem. ibi, quòd si eos, &c quia plus obest contemptus vnius absentis, quàm cõtradictio multorum in præsenti. j. de elect. venerabilem. §. obiectioni. ver. & ex eo. & c. bonæ me. §. fin. Quid ergo, si quis recipiatur in canonicum de mandato domini Papæ, per præsentes, absentibus non vocatis, certè contemptus vnius, &c. sed hic excusare videtur obedientia: quia etiam in dubio obediendum est: vt not. j. de maio. & obedien. §. & ad quid obediens teneatur. ver. quid si dubitetur. ad hoc j. titu. j. si quando. xix. distinct. in memoriam. & in hoc casu videtur, quod præsentes tantùm requirendi sunt: nam in ordinatione archidiaconatus, requiruntur præsentes tantùm: j. de sentent. & re iudic. cum olim magalonensis. in fi. Sed illud de speciali mandato Papæ alioquin contrà. argum j. de offic. archi. ad hęc. ad fi. vel dic, quod in talibus consuetudo ecclesiæ seruari debet. j. de elect. in genesi. ad fin. j. de his quæ fi. à prælat. sine consensu cap. ea noscitur. & de concess. præb. ex parte. ad fi. & j. c. cùm omnes. in fin. & de cle. coniu. cum olim. Sed in quęstione mota dici potest, quod ratione contemptus non infringet, nisi iungat rationem coadiuuantem. puta rescriptum non valere: arg j. tit. j. ad audientiam. ij. vel quod persona sit minus idonea, j. eodem ex parte. in fin. j. tit. j. cum adeò. hoc enim, quamuis receptus fit, putarem quòd contemptus posset exceptiones in modum exceptionis probare, ne per surreptionem promoueatur quis. j. de elec. cum dilecti. §. nos verò. & de sent. & re iu cum olim. quamuis aliàs hoc non posset. de appell. constitutis. §. fin. & de accu. accedens. Quid si quidam excipiant, quidam non? non excipientes recipient in canonicum illum de quo agitur: excipientes ius suum, in nomine Domini prosequantur. qui enim magis temerariè contradixerit, qui ue deuotius obedierit, causæ terminus declarabitur j. de elec. auditis. cum suis similibus. C. de iud. rem non nouam. §. patroni. ad fin. l. ib. Sin autem plurimis patronis, &c. Si nullus contemptus est, aut consentiunt in communi, aut non. Si non consentiunt in communi, consensus singularium non valet. j. eod. cum M. Fer. circa princ. ibi communiter deputarunt, &c. & c. cum accessissent. §. j. j. de electio. cum terra. ante finẽ ibi, in vnum lo cum, &c. & c. quia propter post prin. ibi, mox publicetur in communi. & ideo qui consensit in camera, dissen

tire

ADDITIONES.

a Senatum habet. ¶ Adde per illum text. quòd Cardinales possunt dici senatores, secundum Barb. in rub. de of. leg. in fi. 6. col.

b Maioris partis. ¶ Adde doct. in c. cum omnes. de constit. Guil. de Cu. in l. iubemus. C. de sacros. eccles.

a quod specialis deroget [a] generali siue sit specialis posterior, ut ȝ. e. c. i. ibi enim dico, secundam scripturā, ratione clausulæ priuilegiatæ, s. remota appellatione. ibi appositæ, instar priuilegij obtinere, quamuis alij non faciant vim, & argu. ȝ. de for. comp. dilecti. siue sit prior. argu. ȝ. de deci. ex multiplici. in toto enim iure generi per speciem derogatur, ut ff. de regulis iuris in toto. xxv. q i. §. i. ver. oportet. Quid enim, si alicui abbati detur priuilegiū generale, ut percipiat vniuersas decimas alicuius parochiæ, & ab omnibus exigat, & in proprios usus conuertat: demum aliquis de parochia ipsa impetrat immunitatē, non facta mentione priuilegij. arg. quod valet ȝ. de deci. à nobis. Item pone, quod Carnoten. gaudent priuilegio, quod sententiæ interdicti latæ pro ipsis, firmiter obseruētur. ȝ. de uerb. sign. ex parte, & cap. se. nunquid, si quis specialiter impetret, quod sibi liceat semel in anno celebrare in ecclesia Carnoten. non obstante generari interdicto, ualebit hoc speciale priuilegium, quamuis de primo generali non faciat mentionem. argu. quod sic. ȝ. de priui. cum & plantare. § quod si templarij. & c. vt priuilegia. §. vlt. Dicendum est igitur, quod aliquantulum per speciale detrahatur generali, & sic de ipso non facit mentionem, non tamen dico ꝙ in totum absorbeat, argu. ȝ. de priuileg. in his. & de censi. quanto. & de deci. ad audientiam. & c. suggestum. Quid igitur, si per speciale nimis lædi contingeret generale? dicas quòd non valet, non tam illa ratione, quia mentionem non facit, quam considerata intentione principis. C. de emancipat. nec auus. & not. s. eod. §. quas vires. sub §. fi. versic. si contra ius priuatum. Sed si vtraque sit generalis uel vtraque specialis, non ualebit posterior, nisi de prima fecerit mentionem: nec detrahet priori in totum, uel in partem, sic intellige iura quæ alij indistinctè inducūt. ȝ. de præscrip. veniens. xxv. q. ii. institutionis. & ca. preceden. & per totum Sed & hoc subdistinguo: quia refert, utrum vtraque sit in corpore iuris clausa, & tunc posterior priorem corrigit, uel determinat. exemplum. ȝ. de deci. ex parte & ca. nuper. & uide quod not. supra de consti. C qualiter constitutionibus derogetur. uel una sit in corpore iuris clausa, altera non. & tunc semper in corpore iuris clausa preiudicabitur, & ipsa non præiudicabit. & est ratio, vt not. s. eod. § quas vires. ver. aliud contra ius, sub distinctione quæ incipit. rescriptum. uersic. si certum sit. Ideo non requiritur quando impetratur contra priuilegium Cistercien quòd habet de non dandis decimis in corpore iuris clausum. infra. de deci. ex parte, quod de ipso priuilegio fiat mentio, sed sufficit, quòd ordo exprimat. ȝ. eod. cum ordinem. Sed alij illud cap. intelligunt contra textum. & hoc locum habet, saluo eo, quod not. s. eodē. sub §. potest distingui. sub distinctione, utrum rescriptum. uersicul. sed sunt casus. Vbi verò prima, priuilegium est etiam generale, non in corpore iuris clausum, & secunda, rescriptum etiam speciale, nunquam derogatur priori, nisi de ipsa fecerit mētionem, ut ȝ. eod. constitutus. & de cler non resi. dilectus. & c. cum ad hoc. nisi ratione alicuius clausulæ, ad instar priuilegij obtinentis, maximè si priuilegium ex natura sui fuerit odiosum, sic potest intelligi. ȝ. eod. ca. i. quia per illud priuilegium lites laxantur. quæ restringendæ sunt. ȝ. eodem. nonnulli. §. cum autem & ideo dixerunt quidam, quòd illud priuilegium nihil operabatur, tu dic, ut not. suprà eod. sub §. sed potest distingui, in distinc. utrum rescriptum. Item præiudicat, quando priuilegium est abominabile. argum. ȝ. de fil. prerbyter. ex tua. & de deci. tua. & ȝ. eod. ca. ex parte sequen. in secunda colum. priuilegium enim de facili in hoc casu ad ius commune reuertitur, sicut & quælibet res ad naturam suam. ff. de pact. si unus. §. pactus. uersic. quod si non tolleretur. ȝ de offic. delega. super quæstionum §. si uerò duo. infra, de censi. cum uenerabilis. circa medium. ibi, cum non intelligatur de nouo imponi, &c. multo minus derogabit generale rescriptum priuilegio generali, uel speciali, nisi de ipso fecerit mentionē. Vbi autem priuilegium posterius est, & rescriptū primum in impetratione & citatione, nunquam rescripto derogat nisi de ipso, & actis occasione eiusdem habitis fecerit mentionē. infra. ut lite pend. dilectus. & de testi. cum causam, quæ uertitur inter uos. §. i. & de priuileg. c. penul. Quid si citatio rescripti non præcessit priuilegium impetratum? Sufficit quòd in prima citatione allegetur. argum. ȝ. eodem. olim. ff. de iudic. si quis ex aliena. ȝ. de fil. presbyter. ex tua. infra, de offic. deleg. gratum & c. relatum. & cap. licet. de offic. deleg. capit. ulti. §. unico. & de in integ. resti. cum uenissent § ult. infra, de aliena. iudi. mutan. causa facta. c. i. & intra competentem terminum ostendatur infra, de fide instrum. ex literis. & de priuilegiis. cum olim essemus. & hoc intelligas, nisi priuilegiatus misisset in fraudem, ad sedem Apost. ex quo sciuit rescriptum contra se impetratum, ut ȝ. eo. consti

ADDITIO.

a Specialis deroget. ¶ Adde regulam, Generi per speciē de reg. iur. li. 6. & in l. sanctio legum. ff. de pœn.

conſtitutus.& de ap.ſuggeſtum.& cap.meminimus.Si vero vtra
que ſit reſcriptum,ſed una generalis,& alia ſpecialis, ſemper ge-
nerali derogabitur, quamuis prior,per ſpecialem, licet poſterio-
rem:nec requirit,quod de ipſa aliquam faciat mentionem. j̃.eo
dem.paſtoralis.§.quoniam.j̃.de offi.delegat.ſtuduiſti.Vtrum au-
tem prior ſit generalis,non inſpicitur inſcientia, ſeu ignorantia
noſtra,ſed potius natura natura ns,apud quam omnia certa ſunt
ut ff.de iudiciis.ſed & ſi reſtituatur.§.vl. quamuis ibi econuerſo
ſeruetur: & ideo prima ſpecialis,licet confuſa & incerta,per po-
ſteriorem ſpecialē,quamuis determinatam & certam, reuocabi
tur.j̃.de offi.delega.ex parte.ibi enim prima ſcripta non reſpi-
cit,niſi vnum Archidiaconatum.Sed incertum eſt nobis quem
reſpicit,antequam uacet,& ſic res,ſiue cōmiſſio unica eſt, & cer
ta licet executio ſit incerta.ff.de uerb.oblig.ubi autem non appa
ret.§.illud,aut illud.Item,quod authoritate generalis reſcripti
legitimè factum eſt , non retractatur per poſterius ſpeciale.j̃.de
fil.presbyte.ex tua.multominus,ſi factum ſit authoritate ſpecia-
lis,certi & indubitati.j̃.de reſt.ſpo.audita.ſecus,ſi iniuſtè proceſ
ſum fuerit.j̃.eodem.cauſam quæ.ibi minus quam,&c.Iniuſtè di-
co,etiam quo ad opinionem ordinarii, in caſu quem habes j̃.eo
dem.cum cōtingat.§.1.uel dic,quod ibi reſcriptum,cuius autho
ritate denunciatio facta fuerat, incertum erat & dubitatum, &
de futuro pendebat.ut no.j̃.eo.ſub.§.ſe.ver.non ſolum hoc.Sed
nec primum ſpeciale per ſecundum generale retractabitur.j̃.eo.
abbate.Poteſt & illud dici,quòd ubi utrūque ſpeciale eſt, quam
uis incertum,ſicut dixi,ſ̃.uerſic.vtrunque.Quid ſi voluas caſum
& dicas,quod abbas primò recepit mandatum epiſcopi, ſecun-
dò mādatum papę,primo tamen in data:puto,quod ſecundo re-
ceptum præiudicabit primō.Sed contra videtur.inf.de offic.de
leg.ex parte.1.Solu.ibi impetratur ſuper eodem, ſcilicet ſuper ar
chidiconatu primo uacante,& ideo non poteſt dici,quod utrun
que reſcriptū teneat, quia ambo inſolidum ipſum habere non
poſſunt.ff.cōmo.ſi ut certo loco.§.ſi duobus.nec inter eos diui-
di poteſt.j̃.de præben.maioribus.& hoc uerò non ſuper eodem
ſed ſuper diuerſis impetratur:quia reſcriptum abbatis ſolum mo
naſteriū reſpicit:reſcriptū verò epiſcopi reſpicit ipſum monaſte
rium:ſed non ſolum,imo & omnia beneficia ipſius diœceſis: &
iſto etiam reſpectu poteſt dici reſcriptū abbatis ſpeciale, & ideo
reſcripto epiſcopi generali derogat,ut no.ſ̃.ver.ſi uerò utrūque
ſit reſcriptum:non tñ abrogat.dico enim vtrumque ualere, ut v-
traque beneficiatur.arg.j̃.de dona.cum dilectus.in fi.& de uerb.
ſign.olim.&c.abbate.ff.de conſt.prin.beneficia.Quod ergo dicit
in cap.abbate recepto.ſubaudi maxime, ut probaui, nam in be-
neficijs potior eſt primo impetrans.nec obſtat j̃.eodem. capitu-
lum.reſponde enim,ut no.j̃.eo.ſub §.ſeq.verſ.ſi malitia.Quid ſi
abbas iam prouiderat ad mandatum epiſcopi, antequam manda
tum papæ reciperetur? & certe quod legitimè factum eſt, ſtabile
perſeuerat.j̃.eodem.cauſam quæ & de reſtit. ſpoli. audita.infrà,
de fil.presbyt.ex tua.contrà, quia papa non ſcripſiſſet taliter, ſi
memor fuiſſet.infra, de offic.delega. ex parte j̃. ſemper enim de
fert illis, pro quibus primo ſcribit. infra, eodem,literis, man-
datum,abbatem,& ibi.ubi pro alio modo ſcriptum non eſſet,&
ſecundum ſtylum curię.ſic ponitur tota die in litera, non obſtan
te, ſi pro aliis uobis ſcripſimus, quibus uolumus præiudicium
generari.Vnde nota,non dicit,Non obſtat,ſi pro aliis ſcripta no
ſtra recepiſtis:ſed,Si pro alijs uobis ſcripſimus. Sol. Si primo im-
petrans negligens fuit,& permittit ſecundum impetrantem ſciē
ter ius ſuum ꝓſequi,ſibi pręiudicabit etiam citra annum.arg.j̃.e.
mandatum.ibi,proſequatur.j̃.de ſent.& re iud.quamuis regula
riter.ſed ſi nihil poteſt imputari,ſemper potior eſt iure prior tē
pore.j̃.de præb.venerabilis.& de conceſ.præb.propoſuit.unde ſi
quid eſt,quod poſſit imputari illi qui ad abbatem impetrauit, &
de ſe queratur:alioquin principem conſulat in queſtione ꝓpo-
ſita,qui,ſicut ſibi videbitur,mandabit primo ue. ſecundo per epi
ſcopum prouideri,ne videatur fruſtratoriè impetraſſe.

Vbi autem vtraque eſt generalis,uel utraque ſpecialis ſubdiſtinguitur:ad cuius ſubdiſt.euidentiā
ſic diſtingue. Si de reuocatione reſcriptorum quęratur, & uni
cum tantum impetratum fuerit,nō habet locum quæſtio quia
perpetuum eſt.C.eodem.falſo.durat vſque ad xxx. annos. C. de
conſtitu.pec.l.2.poſt princip.& ibi,neque ſit in quocunque caſu
annalis,&c niſi impetrans præueniatur coram ordinario, ante-
quam reſcriptum iudici delegato fuerit aſſignatum.ſic intellige,
infra de appell.ut debitus. præuenitur ergo delegata iuriſdictio
per ordinariam: nam & ordinaria præueniri poteſt per delega-
tam, ſi aſſignatio reſcripti præcedat,ut ibi: & per aliam ordina-
riam, infra, de foro competenti.propoſuiſti Et nunquid delega
ta per delegatam præuenitur? Dicunt quidam,quod ſic,& ita in
telligunt d c vt debitus.nos contra, ne locus ſit figmentis,ſicut
patet j̃ de appella.ſuggeſtum.& argument.j̃ eodem,nonnulli §.
1.Si quæratur,quare præuenitur delegata per ordinariam? Re-
ſponde:quia licet omnis poteſtas à domino Deo ſit,tamen quo-
dam particulari iuriſdictio ordinaria à Deo eſt,& naturalis,& ſa
cris uallata canonibus:& ideo fauorabilior & firmior,unde pro
ipſa,& ꝯ delegatam interpretamur.j̃.e ad hoc ſumus.& c.ſi uer
ſi.aut literas.j̃.de maio.& ob.ꝑ tuas.11.q.1.ꝑuenit.ad fin.15.q.2.
c.1.2.& 3.per totum.delegata uerò ab homine, eſt accidentalis,
& extraordinaria:& ideo per ordinarium de facili rumpitꝰ,& etiā
præuenitur.ad hoc ff.de offic.eius cui man.eſt iur.l.1 §.qui man-
datam.j̃.de offi.dele.cum olim.2.j̃ de tranſact.de cætero 3.q.3.
§.ei autem, quia & de facili redit res ad naturam ſuam, ut no.ſ̃.
eodem.uer.Item præiudicat,ut priuilegium.Si uerò duo reſcrip
ta impetrantur,aut ab eadem parte,aut à diuerſis.Item, aut con-
tra eundem,aut contra diuerſos.Item aut ſuper eiſdem, aut ſuꝑ
diuerſis.item, aut ad eoſdem iudices, aut ad diuerſos.Item, aut
eadem eſt forma, & data,aut diuerſa.Si quidem idem ꝯ eundem
ſuper eodem, & ad eoſdem iudices impetrat plura reſcripta,
eiuſdem tenoris, & eiuſdem datæ, utrunque valet: ſicut etiam
Romana curia de conſuetudine ſeruat, quæ frequenter dupli-
cat, maxime ſi impetrans debeat transfretare. ſic nec nocet ha-
bere plura teſtamenta eiuſdem tenoris: imo proteſt, propter
pericula imminentia: ut ff.de teſtam. unum teſtamentum. & de
his quæ in teſt.del.l.fi.& de bon.poſſ ſecundum tabulas.l.1.§.ſi
quis in duobus inſtitu. & de teſta.§.pen.& pro eod. facto ſcribi-
tur iudicibus ſemel & ſecundo.j̃.eodem,olim.Si uerò tenor con
trarius eſt, ſibi imputet, qui vtroque vſus eſt:quia neutrum ua-
lebat.argu.C.de fide inſtr.ſcripturæ.j̃.de fide inſt.imputari. j̃. de
appel.ſolicitudinem.ad fi.ff. de reg. iu. ubi repugnantia. & quan-
do appel.ſit.l.2.1.reſp.ad fi.Sed & ſi ſint eiuſdem tenoris, & diſ-
cordant in data, diſtingue,vtrum ſm faciat mentionem de pri-
mo: ſic diſtinguam in inferioribus: ego enim hic facio uim pro
pter lites,poſt datas primi reſcripti exortas,ad quas ſi de ipſis ue
lit agere, primum reſcriptum non extenditur, quamuis ſecun-
dum extenderetur,ſi ipſum diceremus ualere.argu.j̃. eo.ad hoc
ſumus.& c.ſi.ver.aut literas.ff.de iud.non videtur.& l. non quem
admodum. Quid ſi idem contra eundem, & ſuper eodem ad di-
uerſos iudices impetrauerit.diſtin.utrum in fraudem fiat.& tunc
non ualet.j̃.eod.ex tenore.quia præſumitur,quando vtroque v-
titur:j̃.eo.c.vlt.ibi,ſeu quenquam.&c. & arg. C.de aſſert.tol. l.1.
§.vlt. vel bona fide. ut ſi inueniat vnum mortuum, coram alio
agat. & tunc vterque valet: quia nec nocet plura habere teſta-
menta,ut no.ſ̃.eo.uer.ſi quidem.ſecundum T.Ioan.B.& G dico
contra:nec dico,quod ſint eiuſdem tenoris, ex quo diuerſi ſunt
iudices: quia mutato iudice, mutatur iudicium.ff.iudica. ſolui.
cū apud Semproniū C.de iudic.properandū.§. ſi uerò in medio
triennij. Poſſunt ergo dici diuerſa reſcripta, ſiue etiam contra-
ria,ratione diuerſarum opinionū: quia diuerſi diuerſa ſentiunt.
j̃.eo.ſuper literis.& hoc notat mens literæ,j̃ de offic. dele. c.2.ad
fi ſicut mutato hærede,teſtamentum aliud dicitur. ff de hæred.
inſt l. fin.valet tamen poſterius, ſi legitimè factum ſit.j̃ de cele.
miſ.cū Matthę.§.cæterū.C de ſacroſ.eccl.l.1.xiii.q.ii. ultima uo
luntas.§ ſed aliud. Vnde dico, quod qualitercunque conſtet,
quod duo reſcripta ad diuerſos iudices impetrauit,à iure præſu-
mitur fraus, ex quo non fecit in uno de reliquo mentionem,
& ſic debet carere commodo vtriuſque.j̃.eo.ex tenore.ibi, nos
attendentes,&c.no.quod dicit Impetrantis,non dicit, Vtentis:
& ſic apparet,quod ex ſola impetratione uoluit notare fraudē,
nedum ex uſu.j̃.eod ca fi.ibi,ſeu quenquam.ubi dicit, Trahunt,
quia illud reſpicit hoc, quod dixerat pluribus perſonalibus. &
debes ſubaudire,eodem tempore, alias ad illum articulum non
habet locum pœna, quia ſi finita vna cauſa, uult mouere aliam
coram alio iudice,bene poteſt: in alio autē caſu, eo ſolo, quod
impetrat,puniendus eſt: non dico in expenſis, quouſque traxe-
rit, ſed in amiſſione reſcriptorum, quibus voluit abuti. 11.q.3.
priuilegium.j̃.de vſuris.quia fruſtrà argu. j̃.eo. cæterum. in fi.de
legans enim nunquam concederet, quin faceret de uno, in reli-
quo mentionem.j̃.eod.ex tenore.& de appell.ſignificauit. ergo
eadem ratio debet mouere & delegatum.j̃. eod. ſuper literis. in
fi.& ſi præter conſcientiam ſuam emanauerit, non ualet.j̃.eodē.
cum dilecta.quia ei exprimendum eſt, & ipſe apponet conſiliū,
ſi videat iuſtam cauſam, quare concedi debeat. ſi igitur hoc ta-
ceat,non iuuabitur; nam ex ſola impetratione punitur malè im-
petrans.j̃.eod.ſedes.& c.nōnulli.in fi.& hoc caſu comprobatur
iſtud hodie expreſſum,in aut.d.N extra eod.diſpendia.Sed ſi ex-
tra iudicium non opponeretur, nec in iudicio proderit, ſi naſci-
tur:non tamen propter hoc deficit ius, ſed probatio, ut dicam
j̃.uerſ.idem intelligo.& j̃.§.quæ poſſunt obiici.uerſ.ita ſimplex
ſum,& fortè hinc rationē conſiderauit Gre. ſc.facilitatem pro-
bationis,quando dixit, Trahunt, ſi dicas, ꝙ reſpiciat hoc quod
dixerat, uno Nec dicat quis, quod hoc fecerit bona fide,ut no.
ſ̃.verſi.quod ſi idem.quia ſi timet de morte,recurrere debet ad
ordinaria auxilia, quę ſibi à iure conceduntur, ſcilicet, ut non
exprimat proprium nomen, ſed dignitatis tantum, & ſic ſucceſ
ſor cognoſcet.j̃.de off.del.paſtoralis.§.præterea. & ca. quoniam

abbas

abbas. sed ꝙ dicit in illo c.quoniam abbas.mandato recepto, maxime,subaudi.& vide qđ no. j.e.tit.§.ꝙ gratiam.ver.quid si impetro contra rectorem. Vel eligat plures iudices, & faciat apponi clausulam,Quòd si non omnes,[a] vel ꝙ si non ambo.j.eod scilcitatus.& de offic.delega prudentiã.& c.vno delegatorum. Vel procuret, quod vnum faciat mentionem de reliquo, ne aliqua fraus præsumatur, vt dixi.Sic patet, quòd non est recurrendum ad extraordinarium auxilium,machinationis incitamentum,omisso ordinario,in quo nulla fraus, nulla malitia potest excogitari.argu.ff. de minor.in causæ.2.32 quæst.1.dixit dominus. Instit.vi bono.rapto.§.sed nedum talia.j.eodem nonnulli.& de ele. Osius & de accusa.qualiter.1.C. de indi.vidui.tollen.l.2. in authen. de executoribus.in princip.& in fin.collat. 7. Sic non diuidetur continentia iudicii,nec diuisio approbatur, nec via fraudi, meo iudicio,relinquetur.argumen.C.de iudic.l.nulli.j.de sequest.poss.cap.1.Quando autem impetrat idem contra eundem,super diuersis,& ad eosdem,commendandus est.ff.de iniuriis prætor edixit.§.si mihi plures.Idem est,si contra diuersos, dummodò neuter trahatur vltra duas diætas.[b] imò & hoc necesse habet facere, si super eodem connexo impetretur, etiã si diuersi impetrẽt, ad hoc.ff de quibus rebus ad eun.iudi.eatur.l.1.& 2 &.de lib.caus.cognitio §.fina & l. sequen.& iudic.sol.iam tamen.§.in hac.de hoc nota.ff.de procu. l.omnium j. de appel.vna. Sed hodie, si plures personales contra eundem mouentur.necesse est,ꝙ vnus tantùm iudex impetretur, alioquin caret omni commodo literarum impetrans,& in expensis condemnatur:quam pęnam etiam reus patitur,si eodem durante iudicio,actorem alibi traxerit cùm coram eodem vel eisdem iudicibus reconuenire, vel ad eosdem possit literas impetrare. vt in authen.d.n.extrà,eodem dispendia.Sed si diuersi, super diuersos, & contra diuersos,& ad diuersos impetrare voluerint,nullum ius prohibet.Vbi autem idem contra eundem,super diuersis, & ad diuersos impetrat,aut actiones sunt personales, aut reales. Si personales,distin.vtrum faciat hoc malitiosè, vel bona fide. Si malitiosè:puta,quia ipsos diuersos contractus in eadem ciuitate cum eodem ineant, neutrum tenet.sic intellige.j.eodem.cap.fi.versi.seu quenquam.& in decret.extrà, eod dispendia Si bona fide,vt quia vnus contractus initus erat in Anglia,ideo vult iudicem Anglicũ. Alius apud Bononiam, ideo vult iudicẽ Italicum: vtrunque valet hoc enim potest fieri bona fide.Nam graue esset, testes de Bononia ducere in Angliam, vel econtrà,vt apparet.j de fideius.peruenit.§ 1.& c.constitutus.§.vlt & arg 33 quæst 2.siue de coniugii.j. de fide instru.accepimus.j.de testi.cùm olim.de ap.ex parte.& de confir.vti cum dilecta.§.nolentes.Si verò quæstiones reales sunt, dicunt omnes, quòd secus est, quia cùm res aliquando oporteat oculis subiici, oportet quòd iudices sint vicini, & inducunt.j.de libel.obla. significantibus.ff. de censibus.summa, melius facit ad hoc.ff de feriis eadem.in fin.ff.ad l.Aqui.in l. Aquilia si de eum. ff. finium regundo. si irruptione. in fin ff.de damn infect.l.4.C.de admini.tuto.lex quæ tutores.post medium l versi.sed & si parens. cum enim de personalibus istud specialiter prohibeatur, de realibus hoc concessum videatur. argum.j. de translat. episcopi. inter corporalia.§. sed neque.j. de deci. ad audientiam C. de cadu.tollen l.vnica.§.sin autem ad deficientis Breuiter dico id distinguendum,in realibus vtrum fiat malitiosè: puta, in eadem diœc.sunt res sitæ, & impetrat diuersos iudices, vel bona fide: puta res sitæ sunt in diuersis diœce. ex hoc enim potest bona fide diuersos iudices impetrare:quia cùm non debeat quis trahi vltra duas diætas à sua diœce.j eodem,nonnulli.& vbi quæstio realis est,debeat fieri computatio diœce.in qua res sita est. j. eodem dilectus. 2.oportet distingui inter eandem diœc.& diuersas in vtroq; casu,quamuis verba deficiant j.eodem. capitu fina.& extrà eod. dispendia. puto (ex mente) malitiis impetrantium obuiandum.j.eodem.sedes.& cap.plerunque nam & si verba decretalis alium habeant intellectum, tamen mens conditoris hunc amplectitur, cui Cerbidius, Scæuola, & Paulus, & Domitius Vlpianus legis prudentum vertices,standum dicunt.ff.de exc tut.in l.Græca.quæ incipit,Scire oportet.§.alium.quidam libri habent,quidam non.& quid curamus de verbis,ex quo de mente constat.j.eodem,eam te.& cap. seq.& cap.mandatum. & j.de verbo.signi.intelligentia. & cap.in his. ff. de legi scire leges. certè nemo sani capitis asserat malitias nutriendas: ergo si malitiosè fiat,& in personalibus & in realibus locum habet.& est ad hoc arg.op.C.de præsc long.temp.l.fin.Sin autem duo impetrant super eodem contra se adinuicem vnus cõtra alium,ad eosdem iudices,si diuersa est forma, & non apparet, quod prius,quod posterius, consulendus est princeps de quo sensit.infra. de elect.cap. 2.secundum omnes.Item intelligo, si ad diuersos iudices,licet eadem sit forma:nam & ibi cum diuersi diuersa sententia impedire possent causarum fines, quia fortè vnus absolueret,& alius condemnaret:& ideo dicuntur variæ literę,quasi mutato iudice, intelligatur iudicium mutatum, vt dixi s.versicu. quid si idem contra eundem. Contingit autem hoc, quando in vtroque rescripto data est eadem, vel deleta. nec vnum facit de reliquo mentionem: hic enim non deficit ius, sed probatio.ff.de testamen. tutel. duo sunt Titii.ff. de vsur.quoties.Sed si apparet, quod prius,quod posterius, vnum tamen speciale sit, & aliud generale: semper per speciem generi derogatur, vt dixi s.versicu.si verò, vtrum sit rescriptum. Si verò vtrunque sit generale, vel vtrunque speciale,aut primo impetranti potest malitia vel negligentia imputari, aut non. † Si malitia vel negligentia potest imputari primo impetranti, vel posterius, quamuis de primo non faciat mentionem j.eodem. si autem. & capitu.plerunque.& hoc si vtrunque rescriptum assignauit. nam si ambo negligentes sunt, vel simul concurrant,primo assignans obtinebit: sic potest saluari communis opinio quæ asserit, quòd rescriptum primo assignatum præualet, & sic intelligunt.j. eod.capitulũ. & de appellat.vt debitus ego tamen non sic intelligo, imò ex vi literæ probatur,ꝙ in decreta capitulum pronunciatur pro illo qui primò impetrauit,id est,pro Raynaldo: ille enim primò impetrauit ad eos, scilicet capitulum sanctæ crucis. Secundus verò,non ad eos,sed contra eos,vt dicit litera circa principium. In fine verò, pronunciatur pro illo,qui ad eos prius mandatum Apostolicum reportauit, hoc est,pro Raynaldo: alius enim scilicet secundus, non ad eos, sed contra eos impetrauerat, vt præmisi. potest etiam dici,quòd illa dictio Prius non tenetur aduerbialiter, sed nominaliter, quasi dicat,prius mandatum,id est,primum mandatum reportauit: subaudi,à curia.& est idem sensus: nec etiam sequeretur,primò reportauit: ergo primò repræsentauit: potuisset enim reportasse vsque ad ostium & non assignasse. Item ex hoc quod dicit, Prius mandatum, apparet quòd loquitur de monitorio, vt innuit ibi, ac dictus R.&c.nam tale monitorium,mandatum appellatur.infrà,eodem.constitutus. respon 1.ac B.nullum monitorium impetrauerat, sed tantum Raynaldus: ergo per illam decret non primò assignans sed primò impetrans,seu primò reportans, à curia obtinebit. Item non obst. decret. vt debitus. quia intelligo, quando ipsam impetrans,coram ordinario præuenitur, quod apparet in fin. vbi dicit, Saluis constitutionibus. si enim ipsas delegasset, malè exciperet, imò cognosceret delegatus de causa sibi commissa.infrà, de dolo & contuma. cùm olim. ergo ordinarius procedit in omnibus saluis constitutionibus, &c.quia de illis non intromittet se, nisi specialiter delegetur. infrà, de translatio.episcopi.capitu.1.& si hoc faceret, etiam sine alio grauamine appellari possit. & de hoc tetigi suprà eodem. versicu. si de reuocatione.& not.infrà,de appellatio.§.quomodo decret.& iunge quod not.infra,de maio & obedien.§ in quibus constat maioritas.versicu. potest etiam hodie poni exemplum. Sed quomodo intelligimus malitiam vel negligentiam primò impetrantis? Dicunt quidam,quòd per lapsum anni. Dico de negligentia bene exemplificant.C. de ann.exceptio.l. vlti.in fin qui enim non agit intra sua tempora,negligens potest dici,sed non malitiosus, vt C.vt nemo inui.age.vel accu.in rubro & nigro. non enim eius factum improbat prætor qui litem execratur,& tanti habuit re carere,vt litigium euitare.ff.de alie.iudic.mu.causa fac l.4.§ potest.ergo dolum non per lapsum temporis, sed ex perspicuis probare conuenit.C.de dolo.dolum.j.de cle non resi.capit.1.puta, citatus intra annum, tacet rescriptum impetratum: hoc enim præsumitur, ꝙ hoc faciat vt aduersarius vexetur laboribus & expensis. argum. j.de exceptio.exceptionem, & patet in his quæ not.j. de dolo.§. quæ auxilia. versicu. fina. & secundum hoc expone intra annum, citra annum,infrà,eodem,plerunque.similis ex positio j.de cleri. coniug. capitulo 1. & 3. negligentia non præsumitur per lapsum anni.argumen.j. de concess.præbend. quia diuersitatem §. sic tamen.infrà,ne sede vacan.illa & tunc expone intra annum,scilicet completum. quasi dicat, vsque ad annum inclusiuè. & sic dictio semel posita, propriam vel impropriam significationem recipit. & no.infrà,eodem,in nostra,infra,de cleri.non residen.quia nonnulli. in fin. de testa. Raynaldus. & extra eodem. dispendia. hanc expositionem proximam probat gloss. dictarum decret. scilicet, si autem,& plerunque.quam habes infrà, eodem.ex parte.suprà §.primo.ibi,quas vsque ad tertiam citationẽ suppressis,&c.sic ordinabis literam, Suppressit,subaudi,& accipe.versicu.in quibus. & dic & in quibus nulla mentio de appellatione ab ipso facta fiebat,reuertaris superius ad versiculũ eiusque dolo. & expone.que, pro &.& dic, ex his duobus, scilicet quòd suppressit, & appellationem tacuit,præsumitur quòd eis dolo vti postposuerit,vel negligentia, scilicet, quòd negligentia vti postposuisset, ex diuturnitate temporis videbatur, cum biennium à tempore appellationis fuisset

ADDITIONES.

a ¶ Clausulam. Quod si non omnes. ¶ Adde Vital. de Campania in tractatu Clausularum.

b Vltra duas diætas. ¶ Adde doc.in c.nonnulli. de rescri.& per doc.in c.eo.& eod.titu.lib.6.

nis fuisset elapsum nec facias vim in eo ꝙ dicit Trina. nam & in prima citatione debuit ius suum allegare. ff de iudi. si quis ex aliena. & no. infra, de ætate & quali. cum bonæ. & de coniugio seruo. licet. & de pœnis. c. j. Sed à quo tempore incipit currere annus?[a] Remotis dissensionibus, dicas, quod postquam habuit copiam iudicis, quia hoc dicit text. inf. eo. plerunque. & c. si autem. Sed tamē incipit sub conditione, siue in pendenti, quo ad effectum. pendet enim cursus ex impetratione secundi rescripti: & sic si non impetretur, nihil currit quo ad effectum: nec enim dicit litera, quòd admittatur per lapsum anni, sed quod authoritate posteriorum literarum valeat conueniri. q. d. posteriores præiudicēt prioribus, si dolus vel negligentia replicetur: ergo si posteriores non sint impetratæ authoritate illarum, quæ non sunt, nec conueniri poterit primo impetrans, nec contra ipsum etiam replicari: quia iurisdictio quæ non est, eneruari non potest. j. e. pastoralis. § fin. dignitas quæ non est, vacare non potest. s. de constitutionibus. cum accessissent. §. j. collegio quod nondum est, priuilegium dari non potest. j. de eccles. ædific. c. pen. §. fi. matrimonium quod non est, accusari non potest. j. de desp. impu. c ad dissoluēdum. quo circa gradus qui non est, rumpi non potest. ff. de iniusto rup. testā. nam & si sub conditione ad idem. ff. de transact. qui cum tutoribus. in fi. & de contrahen. empt. in l. igitur. si secundum rescriptum non impetretur, primum perpetuo durat, vt no. s. e. ver. si de reuocatione. sed hoc non corrigitur. l. ibidem allegata. C. eodem. falso. Non solum hoc, sed & multa alia in pendenti sunt, & ex futuro pendent. j. de in integ. restit. cum venissent. ad fi. j. de frigi. & malefic. fraternitatis. §. fi. ff. si cer. pet. l. proinde. ff. qui po. in pign. hab. potior. §. j. ff de reb. dub. quidam. C. de iud. rem non nouam. ad fi. Item quæritur, an annus iste sit vtilis, vel continuus? Et videtur quod vtilis: quia non currit, nisi habenti copiam experiendi. ff. de diuer. & tēp. præscriptio. l. j. nam continuum tempus ignoranti currit. ff. de his qui not. infa. genero. dic ipsum vtile, quo ad sui principium. Sed continuum in progressu. secundum Vincent. Sed & hoc intelligas, pendente ex futuro. Quid si quis impetrat secundas literas, sciens primas impetratas, & de ipsis mentionem non facit? Dicunt quidam, quod valent secundæ, quia dolus primi[b] non vtentis, cum dolo secundi impetrantis compensabitur. ff. de dolo. si duo. & culpa cum culpa. ff. de compensa. si ambo. argumen. inf. de diuor. significasti. & de adulte. intelleximus. Goffre. contra: quia contra hunc secundo impetrantem per dolum, orta est perpetua exceptio. infra eod. super literis. solutionem comprobo: non tamen dico, quod primus non vtendo, dolum commiserit, sed negligentiam, vt supra eod. exposui. & sic dolus secundi culpæ siue negligētiæ prioris præponderat. ff. ad leg. Aquil. Item si obstetrix. §. fina. & l. item Mela. j. respon. Quid ergo, si primus dolosè vti postposuit, puta cito tacuit, valet primum, cuius data vitiosa non est: nam cū de iuribus rescriptorum quæritur, data est consideranda. infra. eo. eam te. & cap. constitutus. & c. significauit. j. de transactionib. ex literis. Cum ergo data primi rescripti vitiosa non sit, secundi sit, merito primum præualet. Item, secundo impetrans plus deliquit: quia nedum proximum, sed papam decepit: & ideo plus dico puniendum. infra de translat. episco. inter corporalia. §. fina. & infra de vita & hon. cler. vt clericorum mores. § j. & versic. fin. argu. j. vt eccl. benefi. c. vnico. §. omnibus. sed contra: quia vltima mora nocet. ff. de pericul. & commo. rei vend. illud. Respon. frustra[c] auxilium domini papæ inuocat, qui committit in ipsum. j. de vsu. quia frustra. & hæc intelligi possunt, si excipiens reus sit: alias contra exceptionem doli non daretur replicatio doli. ff. de doli excep. apud Celsum. §. Marcellus, vel dic, quod illud locum habet, vbi malitia communis est, sicut dicit textus, sed hæc est inæqualis, vt probaui, & ideo non obstat. Quid si vterque negligens fuerit, secundum opinionem illorum, qui dicunt, rescriptum admitti per lapsum anni, secundum quam corrigitur. C. eod. falso. vtrunque clausum est: quod mihi non placet. vnde dic secundum valere: quia post ipsum nullum est impetratum, vt d. l. falso. secundum Goffre. quod & mihi placet. nec dicas primas literas conualescere: quasi negligentia cum negligentia compensetur, sicut culpa cum culpa, vt not. supra eodem. versicu. quid si quis impetrat. quia posteriores primas elidunt, non econtra. infra eod. plerunq;. nec enim primo impetrans cum inexcusabilis sit, vt inf. eod. si autem. replicare potest, nisi tertias literas impetraret. Quid si non apparet quæ sint priores: quia vna est data, & eodem momento cœperunt habere copiam iudicis, & vterque negligens fuit: potest dici, quod culpa cum culpa compensabitur, vt s. vel forte actor præponitur. i. is qui primo citari faciet. arg. j. e. de off. del. licet. quia vigilantibus iura subueniunt. ff. de his quæ in fraud. cred. pupillus. in fi. C. depos. l. fi. & quia ex persona rei forum metitur, & ideo iudicium redditur in inuitum. ff. de verb. oblig. inter stipulantem. §. j. Sed contra, quia actor habet in potestate quando conueniat. ff. de excep. doli. pure § fi. ff. de cal. annus. C. de temp. in integ rest. petendę. Solu. Reus in exceptionibus partibus actoris fungitur. ff de prob. in exceptionib. & ideo cū exceptione, q̄ ex rescripto orit, vtendo ipso, possit perpetuare, & hoc negligit, merito ei talis negligentia imputatur: & sic non obstat. quod dic, vt not. supra, de constitutio. sub §. licet autem constitutio arctet. sub distinc. cum priuilegium ab illo versicu. si non sit limitata. vsque ad versic. sed si priuilegium. Verum si primo impetrans, nec malitiosus sit, nec negligens, aut secundum rescriptum, facit mentionem expressam de primo, aut nullam, aut dubiam, quæ est media inter expressam & nullam: quia aut scit, aut non, aut dubitat. Si secundum facit mētionem expressam de primo, ipsum reuocat. infra eodem. cæterū. §. j. & cap. cum contingat §. j. Si nullam, valet primum: infra eod. c. ij. & ca. cæterum. primo responso. & c. cum contingat. §. si vero ex literarum inspectione. infra, de offic. delegat ex literis. Si dubiā, nisi iudices sibi adinuicem deferant, vel concordent per arbitros electos à partibus. est hæc dubitatio dirimenda. infra eod. pastoralis j. respon. & c. cum contingat. § quod si super hoc. ibi immerito fuit dubitandum. Verum non potest habere locum hæc hæsitatio, nisi quando opponitur primum, vel secundum, per surreptionem obtentum. secundum T. Ioan. & B. qui aliter intelligunt, sensu indigent, secundum gl. In hac parte bestialis sum, & sensu indigeo, quia si obijcitur rescriptum impetratum per veri suppressionem, vel falsi suggestionem, hic non quæritur de reuocatione rescriptorum, in quo casu loquitur cap. pastoralis, sed de ipsorum viribus: quia talia rescripta viribus carent, vt not. infra §. quæ possunt. in quæstione quæ incipit, Sed nunquid processus. & si talis exceptio obijciatur contra primum rescriptum, primus iudex cognoscet potius quam alius si contra secundum, secundus, 25. q. 2. & si non cognitio. infra e. super literis. §. j. ad fi. & §. penul. in fi. infra, de offi. dele. significantibus. vnde si expressa mentio fit in secundo de primo, secundus cognoscet, & non primus. arg. j. eod. dilect. filius I. Sarracenus. & c. ab excommunicato. j. de off. dele. pastoralis. §. præterea. rationalis etiam sensus aliorum in bestialem vertitur & capitaneum. vt apparet j. e. cū contingat. quæ est gl. illius. c. pastoralis. quę vult, ꝙ ex inspectione rescriptorum, quo ad informationem conscientiæ dubitantis, iudicent de reuocatione, & quasi has quas alij ponunt futuras glossas somnians sis occurrit. q. d. veniēt glossatores qui dicent, bonum esset, quod ordinarius audiret aliquid à partibus: sed licet sic glossetur, non adhibeatis fidem. & hoc est quod dicit in fi. l. licet autem ex his, &c. Quid ergo, si accidat, ꝙ ꝯ vtrumque rescriptū obijciatur expressionis falsitatis, vel suppressionis veritatis exceptio: certè ad hunc casum traho mentem decreta. pastoralis. licet verba deficiant, arg. infra, de off. dele. sanè. j. & c. suspicionis. & infra, de appel. cum speciali. & j. eo. cap. fina. ne continentia iudicij diuidatur, vt no. s. versicul. sic non diuidetur. & breuiter vbicūque est dissentio inter partes & iudices, ita quod hinc & inde citant partes, nisi notorium sit cui præiudicet, dico locum habere mentē decreta. pastoralis. vt parcatur laborib. partiū, & expensis, & finis litibus imponatur. infra, de dolo & contumacia. finem litibus & licet per negationem videatur fieri res dubia: C. quibus ad liber. procla. non licet. l. iij. infra, de restitu. spol. Pisanis. infra, de probatio c. vlti. infra, de testi. cogen. super eo. tamen cauendum est, ut probabilis sit dubitatio. inf. eo. cum contingat. §. cæterum. & de appellatio consuluit: nam & si secundum Aristo. dubitare de singulis non sit inutile, tamen pœna 30. librarum auri friuolè dubitans ferietur. C. de legi. l. ij. & vt abbreuiem, quamuis Ber. scripserit, quod in dubitatione facti non posset habere locū hæc hæsitatio, puto ꝙ potius exemplo facti quam iuris, poterit circa hæc institui diligens indagator. Quotquot autem membra facere de hoc volueris, de hac materia, inquantum possis comprehēdere cuiuslibet dubitationis laqueos, per ea quæ in hac susperiori distinctione cōtinentur, pro maiori parte plenè poteris enodare. Alij dicunt, ꝙ non est locus his anfractibus: quia hodie valet tm̄ rescriptum primitus assignatum. j. de appell. vt debitus. quibus procemium huius libri, & glossæ suæ propriæ ibi positæ contradicunt, cum afferant, nihil esse contrarium in hoc lib.

Et de ipsius interpretatione ita dicendū est, quod rescriptū,† quod continet indulgentiā, vel priuilegiū, latissimè interpretatur. j. de donatio. cum dilectus. in fin. infra, de verbo. significatione. olim. alioquin stricte interpretatur, quando scilicet contentiosum est, vt lites restringantur. infra eodem. nonnulli. §. finali. & [17]

ADDITIONES.

a A quo tempore incipit currere annus. ¶ Adde Bart. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. Et à quo tempore incipit annus luctus. uide per præceptorem meum Alex. Vincen. aliter appellatur de neuo. in c. pen. de sec. nup.

b Dolus primi. ¶ Adde an dolus cum dolo compensetur. Arch. in c. decretum est. 11. q. 3. l. fi. in §. pen. ff. de dolo. & in l. damni. in §. j. ff. de dam. infec.

c Frustra. ¶ Adde tex. in c. contingit. el 2. de sent. exc. Card. Za. in c. qua fronte. in j. col. de appel.

finali.& not.ĵ.de offic.delega.§. qualiter prorogetur. Aliquando etiam interpretatur,quod hæc clauſula, ſi eſt ita,[a] omnia ſuperiora reſpicit.infra,eodem.olim.§.penultimo & vltimo,ad cuius verbi intelligentiam ſic diſtingue.Cùm duo probanda proponũtur, aut in libello ſiue titulo ,aut in reſcripto . Item, aut diſiunctiuè, aut copulatiuè. Item ,aut proponens obligat ſe ad probandum vtrunque , aut non . Et ſi quidem in libello, ſeu titulo duo proponuntur copulatiuè, & proponens obligat ſe ad probandum vtrunque , neceſſe eſt , quòd vtrunque probetur , quamuis alterum per ſe ſufficeret , ſi ſe ad probandum vtrunque non obligaſſet.infra,de proba.licet.§.iidem quoque teſtes.C. de proba.actor. infra,vt benefi.eccl.vt noſtrum.§.1.& imputet ſibi, qui ſe onerauit probatione ſuperflua : quia mos ei gerendus fuit.ff.de probat. circa.nam & aliam pœnam , ad quam ſe obligauit , patietur.ĵ.de elect.cum dilectus.in fine. Sed ſi non obligauit ſe, ſufficit ꝙ alterũ probetur: dum tamen illud ſufficiat ad proponentis intentionem conſequendam.& ſic intellige.ĵ.de accuſa.accedens.& c.cũ oporteat.in fin. Alii dicunt, ꝙ ſemper videtur ſe obligare ad vtrunque probandũ:quia ad hoc,vt copulatiua vera ſit,neceſſe eſt ꝙ vtraq; pars ſit vera.Inſtitu.de hæredi.inſtitu.§.penult.ff.de rebus dubiis.l.is qui ducenta.§.vtrum.in fin.& ideo cauti aduocati in fine libelli ſeu tituli,conſueuerunt ſic apponere,vt omnis tollatur dubitatio. Proteſtor,ꝙ non obligo me ad probandum omnia ſupradicta,ſed id tantum,quod mihi,quo ad fundãdum intentionem meam,ſufficit de prędictis.ſic fit in curia Romana. Verum licet de rigore iuris talis poſſit fieri diſpenſatio, tñ quò ad periculum animæ pertinet ,ſiue obliget ſe ad vtrunque probandum , ſiue non parum videtur referre: ex quo conſtat de intentione fundata.argum.infrà, de reſtitut.ſpol.ſæpe contingit.& de prę ſcrip.cap.fina.Si vero diſiunctiuè proponatur , ſufficit quòd alterum probetur.ff.de rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt.ſi pupillo §.prætor.&.§.ſi prætor.ff. de iure dot.plerunque.C. de condict.indeb.l.vltima.49.diſtinct.c.1.in princi.titu.nam fatuus eſt reus,qui talem libellum ſeu titulum admittit,cum incertum proponatur.ff. de verborũ obligationi. vbi autem non apparet.§. qui illud.nam proponens ſi opponatur , cogitur eligere & dimittere incertum , [b] & proponere certum.ff.de iniuriis.prætor edixit.§ quod autem prætor.argum. ff.de iure fiſci.ita fidei.§.1.ad fin.ĵ. de libelli oblatione.ſignificantibus. & dixi in ſumma eiuſdem tituli. §. quid debeat continere ſub diſtinctio. cum plures actiones. verſicu. ſed quidam. Hoc verum eſt,cum duo diuerſa ſub diſiunctione proponuntur, ſecus, ſi duo æquipollentia infrà , de teſtamentis. Raynutius.§.poſtmodũ. in fine.quia nõ refert quid de æquipollentibus fiat infrà,de ſponſalibus,cap.penultimo.& de conſanguinitate & affinita.tua.Item hoc fallit , quando duo diuerſa ſub diſiunctione veniunt in obligatione : tunc enim alternatiuè petitur , & alternatiuè formatur ſententia . infrà , de emptione . & uendit. cum cauſa quæ . ff. de re iudica.miles §.1.alioquin pœnam plus petentis pateretur proponens:Inſtitutio.de actionibus §. huic autem.& §.præterea. Sed ſi reſcripta duo ſub diſiunctione proponuntur ſufficiet , alterum probari.infrà eodem.inter cæteras.infrà, de clericis non reſidentibus.conquerente.infra,de exceſſibus prælatorum.cap.graue.Sin autem copulatiuè proponuntur , aut vtrumque ſufficiens eſt , & ambo, vel omnia ad eundem finem tendunt, & tunc ſufficit vnum probari.ĵ.de iudic. exhibita. in fin.ĵ.de appellatio. ſignificauit.in fin.ĵ.de præbend.cum iam dudum ĵ. de accuſa.accedens.niſi impetrans ſuperflua probatione ſe oneret, vt not.ſuprà verſicu & ſi quidem in libello. & patet ĵ. de foro competent. ex parte §.fina. Aut alterum per ſe non eſt ſufficiens,aut ad diuerſos fines tendũt, & tunc,vno probato,ſequitur finis ille,ad quem tendebat,non tamen alius:& ſic proponens non conſequitur intentionem ſuam, niſi vtrunq; probet.ĵ.eodem,olim.§. penultimo & vltimo,ſecundum hanc diſtinctionem intelligere potes.ĵ. eodem c. 2.ff.de verborum obligationib. ſi quis ita ſtipulatus. & omnia iura ſupradicta,& alia ſequentia,de materia iſta.

ADDITIO.

a Clauſula,ſi eſt ita.¶ Adde Vital.de Campania,in tra. Clauſularum.glo.in ca. graue.de of.or.doc.in c.2,de reſc.doc.in c.ab excommunicato.de reſcr.

b Dimittere incertum. ¶ Adde c.ſicut.14.diſt.c.qui egerit. de pęnit.diſt.3.c.iuuenis.de ſponſ.c.ad audientiam.& c.petitio.de homic.l.quoties.ff.de hæred. inſt.in §.hæres.& in l.cogi.in §.ſi ſeruo.ff.ad Treb.

Poteſt. autem interpretari reſcriptũ aliquoties is cui deſtinatur.ĵ. de poſtu.præla.capitulo primo.§.nec valet. Hoc autem not. quod qui malitioſè opponit contra reſcriptum, vel aſtutè interpretatur , infamiæ nota percutitur. C. de legibus.l. 2.& ſic iudex bona fide debet interpretari . Hęc interpretatio aliquoties neceſſaria eſt , ſed non generalis , quia non facit ius inter partes , nec eſt in reſcriptis redigenda,ſecundũ Da.quod intelligo verum , dummodo per teſtes probari poſſit : nam ſi interpretatur interloquendo, vt ĵ.de officio delegat.ſignificantib. in ſcriptis redigi debet.ĵ. de probatio. quoniam contra falſam, vel fortè.ĵ.do. Damaſ.intelligit de ſcriptura librorũ, nõ chartulariorũ:nec enim teneor ſententiam iudicis in libro meo ſcribere , cum non ſit exẽplis,[a] ſed legibus iudicandũ.C de ſententiis & interlocu.omnium iudicum.nemo.ſalua authoritate principis, vt no.ĵ.eodem.verſi. hoc ſi à principe. Magiſter etiam interpretatur , C. de profeſſo. Conſtan.qui in vrb.l.1.libro duodecimo. Hæc enim in ſcriptis redigenda, ſed non generalis, nec neceſſaria : quia non facit ius inter aliquos , cum diuerſi diuerſa ſentiant. ĵ. eodem. ſuper literis ĵ.de tempor.ordina.literas.ĵ. de reſtitu.ſpol.literas §. 1. & ſequen.ĵ.de conceſſio.præbend quia diuerſitatem. Hoc intelligo verum quantum ad ſententiam ferendam : quia non teneor ſequi opinionem iſtius, vel illius, ſed propriam, ne ædificem ad gehennam.ĵ.de ſeru. in ordin. fa.capi. vnico. & de reſtitutione ſpoliatorum . literas.§. porrò, ſic ergo conſcientia iuris in iudicando attendenda eſt, vt ĵ. de iureiurando. venientes. in authentica , iuſiurandum quod præſtat.ab his qui admi.ſuſcip.in prima.collat. ibi , & æquus ero , &c. & de defen.ciui.§. iuſiurandum.colum. tertia . Sed non eſt attendenda conſcientia facti , cum ſecundum allegata iudicandum ſit.[b] ĵ.de poſtula.prelato.bonæ me.1.& de offi.delega.ſi quando.Item hoc verũ eſt, de interpretatione magiſtri , quæ remanet in gloſſis: ſecus ſi ponatur in textu. ſic fit. ff. de damno infect. ſi ædibus.ĵ.de deci.c.1.Inſtitu.de rerum diui.§.& poſt multas.ĵ.de conuer.in fide.capitu.fina.ĵ.de conſanguinita & affinita.capitu. fina.& de feriis.capellanus.& qui filii ſint legiti.lator.& capitu.cauſam.2.nam tunc facit ius , & ſecundum eam iudicandum eſt. Item interpretatur reſcriptum conſuetudo , quæ eſt optima legum interpres.[c] ĵ. de conſuetu.cum dilectus.§ 1.ad fin.ĵ.de ſepult.certificari. Hoc facit ius in eo loco vbi tenet. ĵ. de iureiurando. venientes.ĵ. de electio.cum eccleſia Vulterana.quod dic , vt not.ĵ.de conſuetu.§.& de virtute.& §.ſequen.Hæc neceſſaria eſt,& aliquando generalis, ſed non eſt in ſcriptis redigẽda.Item interpretatur reſcriptum ius. ĵ.eodem.cauſam quæ.& capit.cum dilecta.& alia exempla habes ſuprà eodem.verſicu.aliquando.& ſequen.& hæc generalis & neceſſaria , & in ſcriptis redacta . Item interpretatur reſcriptum is, qui ipſum conceſſit:quia eius eſt interpretari,[d] cuius eſt condere: vt ĵ.de ſenten.excommuni.inter alia.ff. de legibus & ſenatuſconſult.l.2.& l. finali.ĵ de iudic. cum veniſſent. Hoc ſi à principe fiat, generalis eſt & neceſſaria,& in ſcriptis redigenda , & ſecundũ eam pronunciari debet, iuxta illud , Omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio &,Exemplum dedi vobis, &c.C. de epiſcopa.audi.nemo deinceps.& de officio præfect. Afri in nomine Domini.in medio. ĵ. de ſententia & re iudica. in cauſis . niſi ſpecialem faciat legem, quia talis non eſt trahenda ad conſequentiam. Inſtitu.de iure natura.§.plane.ĵ.de conceſſione præben.conſtitutus.

15 Quam iuriſdictionem. † conferat illud, in quo demandat qđ ex forma colligitur literarum : vt cum dicit , Si eſt ita, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, cognita veritate, iuſtitia mediante, ſicut de iure fuerit, quod canonicum , quod iuſtum vt promiſit , vt tenetur, ſicut dicit , prout in inſtrumento inde confecto , vel literis continetur, partibus conuocatis, vel conſimilia.infrà , de iudiciis.exhibita. vel ſi tibi.conſtiterit, ĵ.de foro competenti. conqueſtus & talis iudex poteſt in figura iudicii ꝓcedere , & alii vel aliis cauſas committere.ĵ.de offic.deleg. cùm te.principium , medium vel finem, cognitionem , vel executionem.ĵ. de officio delegati ſuper quæſtionum. §. intentionis . niſi in caſibus ĵ. de officio delegati. capitulo finali. Talis poteſt recuſari ex cauſa.ĵ. de officio delegati. capitulo ſuſpicionis . niſi fuerit iudex petitus. ĵ. de officio delegati. cum olim magiſter.§ præterea. quarta quæſtione tertia.§. item in criminali . verſiculo ſi quis teſtibus . vel niſi ſit de communi conſenſu datus . infrà , de ſententia & re iudicata cauſam . vel niſi ſemel fuerit approbatus. ĵ. de ſententia & re iudicata,inter monaſterium Sed & in caſibus ex noua cauſa ortis poterit recuſari,ĵ.de offic.delega.inſinuante.ĵ. de iuramen.calum.cæterùm.ĵ. de exception.paſtoralis. quod dic , vt not.ĵ.de officio delegati.§. cui poſſit.verſic.committitur huic bene cauſa.Sed hoc notandum, quòd regulariter reſcriptum cauſæ cognitionem habere præſumitur, in quo apertè

ADDITIONES.

a ¶ Cum non ſit exemplis. ¶ Adde c.de quibus.20.diſt.c.ex merito.6.q.1.cap. cum ex iniuncto.de hæret. & in l.ſed licet.ff.de of.præſi. Pe.de anchar.conſi. 282.incip.In auxilium veritatis.

b Secundum allegata iudicandum ſit. ¶ Adde gl.in verbo, tenetur in c.paſtoralis.de of.del.gl.in c.1.de of.ord.in verbo,iudicio.inſti. de act.Arch.& doc. in c.cum æterni.de re iudi.lib.6.Bar. in l.illicitas.§.veritas.ff. de offic.præſi. Sanct.Tho.2.2.quæſt.77.

c Quæ eſt optima legum interpres.¶ Adde gl.in verbo,inſtanter.in c.ab eo.de appel.lib.6.gl.in verbo,ne ſi fortè,in c.ex parte,de cel.miſ.

d Eius eſt interpretari. ¶ Adde c.cũ ueniſſent.cum gl.de iud.Card. Zab.in c. licet.in 6.no.de of.ord.l.omni nouatione.C. de ſacroſ.ec.& in l.vl.C.de legi.

quo aperte quicquam facti narrauit: quia semper subintelligitur hæc clausula, Si preces veritate nitantur. j. eodem, c. 2. & quælibet exceptio rationabilis admittitur. j. de offic. deleg. ex parte 2. Item notandum, q si proponatur contra rescriptum aliqua exceptio peremptoria, ad detestandum litem apta, in modum dilatoriæ, iudex non debet eam admittere, alias quælibet peremptoria posset reduci ad dilatoriam, & hoc ridiculum esset. sed contra. j. de don. inter virum & vxor. per vestras. dic, quod ibi non proponebatur exceptio rei iudic. sed exceptio dilatoria contra rescriptum, quia non fiebat ibi mentio de processu coram iudice habito. j. de sent. & re iudica. inter monasterium. secundum Gof. hodie tamen obtentu alicuius exceptionis peremptoriæ principale negotium cōtingentis non retardatur litis contestatio, nisi re iudicata, vel transacta, vel finita, excipiat litigator, vt in authent. dicta enim. extra, de litis contest. exceptionis.

19 **Quam executionem.** † Illud in quo sine aliqua iudiciali cognitione factum, seu ministerium delegatur. j. de offic. dele. c. vlti. & talis non est iudex, sed auditor vel executor. & quamuis talis recusari possit, nisi de partium detur, vel recipiatur assensu: ab eo tamen appellari non potest, nisi fines mandati excedat. j. de offic. delega. super quæstionum. §. nos autem. & §. verum. & §. porrò j. de appel. nouit. 2. q. 6. diffinitiua. ver. ab executore. C. quorum appel. non reci. ab executione. Fines autem excedit, cum aliud vel aliter exequitur, quàm mandatur. vel cum exequendo mandatum præter commissum iniuriam infert: nam & tunc potest ab iniuria appellari. C. de appel. si quis prouocatione. Talis, cum non sit iudex, nec sit ei iurisdictio, sed executio demandata. j. de offi. dele. c. vl alteri non potest delegari: quia potestas dandi iudicem, ex iurisdictione procedit. ff. de iurisd. omn. iudic. l. 3. & vbi ministerium committitur, à persona non receditur: quia industria personæ electa videtur. C. de cadu. tollen. l. vnica §. si verò talis. ff. de solu. inter artifices. Nec talis in exequendo partes iudicis assumit. C. de execu. rei iudi. si vt proponis. Sed contra. 25 quæst. 2. & si non cognitio. dic quod hæc loquitur in misto executore, superior in mero. miscetur autē executioni iurisdictio, per illas clausulas vel consimiles, quas superius assignaui. Sed dices, Nónne executor audire debet exceptiones legitimas, quantuncunque sibi precisè scribantur. j. de offi. deleg. ex parte. j. de cri. fal. super eo. Sed dic. q summatim hoc audiet, & si veræ appareant, non pronunciabit. & sic loquitur dicta l. si vt proponis. & ff. de iudic. si prætor. suspendet tamen executionem. C. si ex fal. instru. l. fi. nec exequetur. j. de crimi. fal. super eo. & instabit apud delegantem, vt ipsum à mandato absoluat. j. de offic. deleg. pastoralis. § qui verò. vel differatur, donec idē superior vel alius cui hoc competit, de veritate cognoscat. j. de offic. deleg. si quando. de: ac materia dic sicut plenè no. j. de offic. deleg. §. quæ delegari. versi. finis. & sequentibus.

ni. libertus. §. ſola. imò ibi intelligitur quis habere domicilium,
vbi larem tenet, & maiorem partem fortunarum ſuarum. C. vbi
ſena. vel clariſ. l. 2. & vbi vendit, vbi emit, vbi dies feſtos colit. ff.
ad muni. eius qui. §. 1. & ſi ab hoc diſcedat, peregrinari videtur: &
cum redierit peregrinari deſijt C. de incolis. ciues. lib. 10. verum
& in pluribus locis poteſt quis habere domicilium, dummodo
ſe collocet æqualiter in vtroque. ff. ad mu. Labeo. & l. aſſumptio.
§. viris prudentibus. vnum tamen non omitto, ꝙ etiam in rei vẽ-
dicatione cogitur reus reſpõdere, vbi domicilium habet, & hoc
innuit rubrica, vbi in rem actio. Sed ſi conueniatur vbi res eſt, po
teſt ibi, ſi vult: ſed non cogitur reſpondere. & hoc ſequitur in ru-
brica vult, uel eſſe queat. aliter autem intelligantur præcedentes
rubricæ. ſ. ubi agi oportet. & hoc ſi res immobilis uendicatur ſe-
cundum quoſdam. Item ſi mobilis, ſecundũ Iac. Bal. d. m quia in-
diſtinctè loquitur. C. ut in rem actio. l. fi. ff. de iud. ꝙ legatur. §. ſin
autem, de hoc in ſumma Azonis, de iuriſ. om iud. in fi. ſecundum
Gof & ego not. j̃. de for. compe. §. quibus ex cauſis. uer. Item ra-
tione poſſeſſionis, & ſequenti. tamen de conſuetudine cogitur
hodie indiſtinctè in rei vendic. vbi res ſita eſt, reſpondere. Adde
centeſimam ſecundam exceptionem, vbi quis impetrauit reſcri
ptum, pro beneficio eccleſiaſtico obtinendo, & imminet ſcanda
lum j̃. de præben. cùm teneamur. Sed de quibus dietis eſt hoc in-
telligendum. tria enim ſunt genera dietarum, ſcilicet legales, in
quibus aſſignantur 20. miliaria pro dieta. ff. ſi quis caut. l. 1. ff. de
uerb. ſig. l. 2. Item ſpeciales & ſingulares, quia inueniuntur aliqui,
qui utuntur felici diplomate, id eſt, de duabus dietis faciunt unã,
j̃. de uerb. obli. continuus. Item vulgares, quæ ſunt mediæ & com
munes, ſicut eſt à Lugduno uſque ad turrim de Pino, uel uſque
ad Mariſconum, uel à monte Peſſulano, uſque ad ſanctum Aegi
dum, uel à Cantuaria uſque ad Ropham, uel à Secuſia uſque ad
Taurinum. de quibus ergo hæc intelligam? dicitur cõiter, ꝙ de
vulgaribus: quia medium tenuere beati j̃. de offi. deleg. quærenti.
& arg. j̃. de ſpon. ex literis. & quia nomina ex communi uſu intel
ligenda ſunt. ff. de ſupel. leg. Labeo. & uſui ſtatur contra naturam
uocis. ff. de leg. 3. uxori. in prin. & l. non aliter. & quia lex debet pa
triç conuenire. 4. diſt. erit. & quia conſuetudo eſt legis interpres.
j̃. de cõſue. cum dilectus. §. 1. ad fi, dicas hoc eſſe arbitrariũ. quid
enim, ſi traham te per mediã leucã, ultra duas dietas: & quid ſi tra
ham te ſatis ultra leucã: & quid, ſi vulgares dietæ ſciri nõ poſſunt.
puta in montanis, citatur qs de loco ad locũ, ubi perraro, aut nũ-
quam

ADDITIONES.

a Prælatus poſſit eſſe. ¶ Abb, in c. edoceri, de reſcri. adde ab. in c. ſignificauit. de appella.

b Vltra duas dietas. ¶ Adde tex. & ibi doct. & gl. in c. ſtatutum. de reſc. lib. 6.

quam vadunt homines, certè ꝙ lege, vel conſuetudine omittitur, nõ omittet religio iudicantis. ff. de teſti. quæſitum ſcio nam & qualitas locorum hoc facere poterit. vt ſi hæc exceptio in hyeme locum habeat, nullum tñ obſtabit obſtaculũ in æſtate, vt ſi de Morienſi ad Ebredunen. diœ. quis citetur, & licet cõſulam, ꝙ magis adhæreat iudex vulgatib, hæc tñ, ab ipſo inſpicienda erunt, vt neq; nimis delicatus tractus, nec oneroſus trahẽs in alterius partis enormi grauamine audiatur. ff. de pign. act. ſi ſeruos pignoratos. in fin.

Quę pœna male impetrantium

33 vel abutentiũ? † Et quidem vt careant commodo literarum ſecũdum diſtinctiones, quas s̃. fecimus. vt & condemnentur aduerſariis in expenſis ac æſtimatione damnorum, quæ propter hoc eos conſtiterit pertuliſſe. j̃. eo. c. vlti. in fin. in itinere, ſiue circa ipſum iter expenderint. j̃. eo. cęterum, in fine. C. qui accuſare poſſunt. qui crimen. in fine. j̃. de elect. & præteritę. j̃. de proc cum pro cauſa. j̃. de dolo & contu. ex literis. & c. finem. & aliàs ſeueritati iudicantium ſubiaceant. 25. q. 2. & ſi non negotio. ſed per l. Corn. de falſo puniri poſſunt. ff. ad l. Corne. de fal. ſi quis obreſperit. ergo iudices non admodum ſuæ rationis debent ferre ſententiam, ſed legum veritati, & vigori iudicare ſatisfacientes, per omnia peruenire debent ad indaginem veritatis. C. de appella. l. vltim. in fi. Quædam enim conditiones reſcriptis inſunt, & ſubintelligũtur, quamuis non exprimantur: vt illa ſi preces veritate nitantur. j̃. e. cap. 2. item ſi quis idoneus, vel ſi qua idonea fuerit. j̃. de elect. cauſam quæ. ff. de munerib. & hono. vt gradatim. reſponſo 1. in fine. Item cum quis natalibus reſtituitur, ſubintelligitur, ſi ex ingenua natus ſit: nam ſi de ancilla nihil agitur. ff. de nata. reſtitu. l. 1. ſecundum Goffre. Hoc autem non dicitur ibi expreſsè, ſed quòd ſi ingenuum ſe affirmauerit, cũ non ſit, nihil videtur impetraſſe. Item in conceſſione vię, ſub auditur, ſi ciuiliter vtatur. ff. de ſerui. ſi cui ſimplici. Item in generali mandato patris quærentis ſponſum filiæ ſuæ, ſubauditur ſi perſona ſponſi patri oſtendatur, & talis ſit quem nõ ſit pater repudiaturus. ff. de ritu nup. ſi filius eius. l. generali. & l. quenquam. Item ſubauditur, ſi fieri põt. j̃. e. ſi qñ. & nota. ꝙ duplex eſt impotentia, iuris & facti. j̃. eo. ſciſcitatus aliqui tñ dicunt, ꝙ quinq; modis, aliq ſex. Ego dico, ꝙ omnis impotentia ad primos duos modos reducitur, proſequor tñ nouẽ. vnde verſus;

Poſſe dabit factum, ius & natura, poteſtas.
Officium, meritum, commodum, deitas, & honeſtas.

Poſſe dabit factum. De facto enim poteſt aliquoties aliquis ſoluere quod debet, quia non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem. vnde excuſare videtur, & ſi iurauerit. ar. ff. qui ſat. cog. l. fin. j̃. de iureiur. breui. j̃. de pignor. ſignificante. ibi, quam idem nuncius, &c. j̃. de ſolut. Odoardus. j̃. de reſtitut. ſpoliat. olim vobis. ius hac impotentia mentiri non poſſumus. 22. quæſtione 2 faciat. nec vnus coniugum ad religionẽ tranſire, altero inuito poſt carnis copulam. 22. quæſt. 2. Agathoſa. quod dic, vt not. j̃. de conuer. coniu. §. qualiter poſſit conuerti. Et natura, quia puer vel naturaliter frigidus, non poteſt cognoſcere mulierem. j̃. de ſpon. iuuenis. & de deſpon. impub. puberes & de frigi. & male. quod ſèdem. Poteſtas: quia impeditus ſpecialis delegatus, nõ poteſt compellere legatum ad exequendum, nec legatus ſpecialem delegatum: quo minus procedat. j̃. eo. de offic. leg. ſtuduiſti ſecundum Goffre. vel melius, filiusfami. non poteſt prohibere patrem, quo minus res aduenticias pro libito adminiſtret, repugnante patria poteſtate. C. de bonis quæ liberis cum oportet §. non autem hypothecas. erubeſcit enim lex filios fieri caſtigatores parentum. in auth. de nupt. § ſi verò expectet. colla. 4. j̃. de maiori. & obed. cum inferior. Officium, quia non poteſt ligare ſuperiorẽ. 21. diſt. inferior. argu. 24 q. 1. §. ſed iſtud Auguſtini: vel par parem [a] ſicut exemplificauit Goffre. in præcedenti membro & probatur j̃. de ele. innotuit. §. quamuis. Meritum: quia nihil Iudæus Iudæo. 32. q. 6. nihil iniquius. 30. q. 7. §. tria. ver. idem teſtatur. j̃. de adul. cap. pen. & vlti. C. de inof. teſta. in arenam. Commodum: quia illud ſolum poſſumus, quod commodè poſſumus. ff. de ver. ſigni nepos Proculo. j̃. de ele. quia propter. j̃. de dila. c. fi. §. pen. Deitas: quedã enim congruunt diuinæ potentiæ tantum, ſcilicet ſcientia ſecretorum, vt not. s̃. §. quas vires. ſub diſt. quæ incipit. ſi quæratur. & probatur j̃. de iud. nouit. inde eſt ꝙ iudicium ſuum nec fallit, nec fallitũ. j̃. de ſent. exc. à nobis. 2. §. & ſolus impotens eſt peccare. de pœ. diſt. 2. §. charitas. Item quia permiſſione Dei ſublata, aliquoties homo redditur impotẽs. Nam diſpoſitione diuina, maiorib. occupatur. 22. q. 2. Beatus. Et honeſtas: quia illud ſolũ poſſumus, ꝙ honeſtè ff. de vſu & ha. nam taliter. nam etiã ea quæ aduerſus bonos mores ſunt: nos facere poſſe credendũ non eſt. ff. de cond. inſt. filius. & l. conditiones. Hæc gl. multa offerẽtibus. & in paucis ſubuenientibus, putà prouincialibus ſubſidiaria eſt. vix enim, aut nunquam erit, quin per aliquam dictarum impotentiarum ſe valeant excuſare. Sed quis condemnabit in expenſis: delegatus non quia non habet iuriſdictionem ordinarius? non: quia nihil ad ipſum. Aliqui dicunt, ꝙ ordinarius. mihi videtur, ꝙ idẽ delegatus. vt ſaltem, quo ad cognoſcendum de precum qualitate. & condemnandum de expenſis iuriſdictionem habeat. ar. j̃. e. ſuper literis. in fi. j̃. de app. vt debitus, & ſi non fecerit de hoc requiſitus, de ſuo proprio tenetur reſarcire. C. de iud. ſancimus. & hoc intelligas verum, niſi dicatur, ꝙ primi iudices condemnent, quia conſtat, ꝙ iuriſdictionem habent. & ſic non ob. j̃. de do. & cont. ex literis. aliàs lites ex litib. orirentur: ꝙ eſſet ꝯ propoſitũ principis. C. de fide inſtr. l. fi. ff. de eo ꝙ certo loco. quidã. j̃. de dolo & cont. finem. j̃. e. nõnulli. Sunt aũt damna & expenſę primò per iudicẽ moderandæ & taxandæ, poſt modum per iurm probandæ. j̃. de proc. conſtitutis. j̃. de iniu. ca. 1. & c. olim. qñque tñ poteſt agi de expenſis, & non de damnis. j̃. de iniuriis. in noſtra. Sed cũ tam tradens reſcriptum quàm recipiens, & abutens, teneatur in ſol dam quilibet. j̃. e. c. fi. 1. reſpon. & §. vlti. nunquid vno ſoluente, alius liberatur: ſic ff. de his qui deie. vel effu. l. 3. Sed nunquid qui ſoluit habet actionem aduerſus alium? Dic ꝙ ſic, ſi ante ſolutionẽ fuit ſibi ceſſa actio: argu. C. de fideiuſ. l. fideiuſſorib. aliàs contrà quia ſolutione eius ꝙ debetur, tollitur omnis obligatio. Inſti. quibus modis tollitur oblig. in prin. Sed certè non poteſt aliter deſiderare, vt ſibi actiones cedantur, argu ff. de admi. tut. ſi plures videtur etiam, ꝙ contra vtrunque agi poſſit, cum pęnalis ſit conſtitutio. arg. ff. de iuriſ. om. iud. ſi quis id quod. §. vlti. Sed illud in pęnali, in qua actor petit quod ſibi non abeſt, nec reo adeſt, & quæ introducitur pro bono publico: aliud eſt in pœnali, in qua acto petit quod ſibi adeſt, & reo non adeſt: & quæ pro priuato commodo introducitur: vt j̃. eo. c. fin. in fi. ibi, in moderatis, &c quia prima pœnalis eſt, reſpectu vtriuſque; & ideo contra plures agi poteſt. ſecunda pœnalis eſt, reſpectu rei tantum: & ideo vno ſoluente, alter liberatur. ff. de eo per quem factum erit. l. 1. §. ſi plures.

ADDITIO.

a Par parem. ¶ Adde gl. in ver. Marcellinus. in c. nunc autem. 21. diſt. glo. in verbo, confirm. et. in c. 1. de treu. & pa. & in l. nam magiſtratus. ff. de arb.

DE CONSVETVDINE. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Conſuetudo quid ſit.*
2. *Conſuetudo rationabilis præſcribi poteſt.*
3. *Conſuetudo irrationabilis non præſcribitur.*
4. *Actus binus inducit conſuetudinem.*
5. *Conſuetudo qualiter & quot modis probari debeat.*
6. *Exemplis iudicandum non eſt.*
7. *Conſuetudo dicitur quaſi communis aſſuetudo.*
8. *Conſuetudo an valeat, quòd quilibet poſſit debitorem ſuum pignorare.*
9. *Conſuetudinem allegans, eam probare debet.*
10. *Teſtes quot requirantur in probatione conſuetudinis.*
11. *Conſuetudinis virtus dicitur eſſe quintuplex.*
12. *Conſuetudo generalis quę dicatur.*
13. *Conſuetudo & præſcriptio, qualiter differant.*
14. *Titulus & bona fides requiruntur in præſcriptione.*
15. *Conſuetudo erronea non iuuat.*

Audiuimus de iure ſcripto, ſed quia omne ius quo vtimur, aut ex ſcripto conſtat, aut ex non ſcripto. Inſti. de iure nat. § conſtat. quia quod in ſcriptis redigitur, lex vocatur: quod autem ſine ſcriptis eſt, conſuetudo eſt. 1. diſtin. §. cum ergo. pręmiſſo de iure ſcripto, corpore iuris clauſo, & non clauſo, videamus de iure non ſcripto, & ſic de conſuetudine. ſimilis ordo in ff. veteri & Inſti. & in princ. Decretorũ obſeruatur. Dicendum igitur, Quid ſit conſuetudo. Obtentus quanti temporis conſuetudinem firmet. Quot actus conſuetudinem inducant. Qualiter probari debeat, & quot modis Quis debeat probare conſuetudinem. Et per quot teſtes probetur. Quæ cui præiudicet. Quot ſint eius effectus.

1 a **Quid ſit † conſuetudo.** [a] Ius quoddam moribus inſtitutũ ꝙ pro lege accipitur, cum deficit lex. di. 1. conſuetudo. 8. di. fruſtra & dicitur moribus inſtitut, id eſt, aſſiduis vel frequentibus actibus hominum. Conſuetudini autem eſt ratio præponenda. nã ſicut per l. ſit. proba-

ADDITIO.

a Quid ſit conſuetudo. ¶ Adde Cyn. in l 2. C. quæ ſit lon. conſue. & per doct. in rubr. de conſuetu. & in quo differt à lege, ſtatuto, ſtylo, & præſcriptione. vide gl. in c. cæterum. de teſt. cog.

l. fi. probatio, ita per rationem. Sed si vtrunq; deficiat, de similib. ad similia est procedendum. xx. di. de quib. s. titu. j. inter cæteras. ff. de legib. nam imperator. & inferius plenius apparebit. Sed quia nimis breuis est hæc descriptio, ideo vt omnia includas, sic pōt magistraliter describi: Consuetudo, est vsus rationabilis compe-tenti tempore præscriptus vel firmatus, nullo actu contrario interruptus, binario actu, seu contradictorio iudicio, cuius non extet memoria, inductus communi vtentium cōprobatione. Bene

a dixi, Rationabilis. †sic enim præscribi pōt [a] j e. c. ij. & c. cum olim. & c. cum dilectus. & c. cum consuetudinis. j. de post. prælat. bonæ memoriæ ij. § cæterum in fi. j. de ele. scriptū. & c. Cumana c. in gen. in fi. j. de fo. comp. cum contingit. in fi. C. de emanc. l. fi. de cler. coniu. cū olim. ad fi. j. de offic. archid. c. fi. & de excessib. prælato. c. accedentib. C. de ędifi pri. l. iij. & quę sit lōg. consue. prę-ses. omnia iura ista dicunt consuetudinē attendendā in iurisdictionibus, & electionibus, & similib. & generaliter tibi trado, ꝙ vbicūq; ius deficit, semper tenenda est cōsuetudo. dūmodo nō sit iniqua, vel alias à iure reprobata. ff. de legi. de quibus & l. nam imperator. xl. di. in his. vtrum autem sit rationabilis, vel non, relinquo iudici, cum nec certa regula possit tradi. argumen. j. de offic. deleg. de causis § vnico. ff. de vsuris. mora. & de testi. l. iij. & de verbor. oblig. l. continuus. & de act. & oblig. l. fin. j. de transact. c. fi. Vt tamen scias illam consuetudinem rationabilem fore, quæ à iure comprobatur, & quam Romana ecclesia seruat, & pręcipit obseruari: nec est contra fidem, etiam si contra consilia sit. xj. di. nolite. de conse. di. j. Basilicas. super quo vide quod no. j. de cog. spiri. §. quis sit effectus ver. effectus verò tertię. & quam quis in prę-iudicium suum inducit. ff. communia prediorum. si venditor. § constat. sed tunc magis valet ratione pacti, quam ratione consuetudinis, secundum Gof. tu dic, vt no. j. sub §. extra summam.

3 ver. iij. † Irrationabilis aūt, vel iniqua non præscribitur, qualis est illa, j. eod. c. j. & c. ad audientiam. & c. quanto. & c. cum inter vos. c. cum venerabilis. & c. ex parte. j. de ele. Massana. j. de sen. & re iu. cum causa. & j. de vita & hone. cler. cum decorem. & pe præb. extirpande. & c. venerabilis. & de inst. ad decorem. j. de sim. non satis. & c. seq. Et generaliter, vbicūq; per ius expressum reprobatur,

b vel alias est iniqua, quia contraria iuri naturali, id est diuino [b], ꝙ in Lege & Euangelio continetur: vel si sit contra consilia, in his quæ ad fidem spectant, non valet, vt in prin. Decretorum. & viij. di. § dignitate. & c. seq. xj. di. c. j. & ij. hoc quantum ad præcepta moralia, seu prohibitiones, vt honora patrem tuum, & c. &, Non occides, & c secus de mysticis seu cærimonialibus, vt de custodiendo sabbato, & ꝙ mulier arceatur ab ingressu ecclesiæ, si masculum pariat xl. diebus: si fœminam lxxx. vt v. di. § j. & c. seq. & di. vj. § is itaq; secund. hoc potest intelligi, ꝙ naturalia iura immutabilia permanent. Inst. de iure naturali. §. sed naturalia. & ꝙ malè adinuenta, prauæq; consuetudines, nec ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmatur, in auth. vt nulli indi. §. quia vero. col. ix. xxxij. q. vij. flagitia. quia tanto sunt grauiora cri-

c mina [c], & c. j. eo. c. fi. de eo qui duxit in matri. quam pol. cum haberet. huius autem iuris naturalis ignorantia neminem excusat. quod dic, vt no. j. q. iij. § notandum. & in summa Hug. super d §. & j. de renun. nisi cum pridem. § pro defectu. & de hoc iure dicitur, ꝙ nihil interest in vitio decipere, vel decipi posse. xvj. q. j. si cupis. & ignorans ignorabitur. xxxvij. dis. §. vt itaq;. Vel ꝙ non valet, si sit contraria iuri naturali, id est, naturæ naturanti, id est, Deo: quasi dicat, si consuetudo contradicat iuri, quo non seruato, anima periclitatur, reprobanda est. nam generaliter tibi trado, ꝙ vbicunque consuetudine seruata, periclitaretur anima, non valet, super quo vide ꝙ not. j. de offic. Archi §. quid sit eius officium. ver. quare autem idem. si sit onerosa ecclesiis, j. eod. c. j. idem, vbi contradicit iuri publico. cui non potest quis renunciare. quod dic, vt no. j. de renun. § quæ possunt renunciari. Item vbicunque est contra consilium, vel aliàs à iure improbata [c] j. de consang. non debet. § fi. nec à Romana ecclesia comprobatur, ipsam irrationabilem iudicabis. Item cum inducitur contra ius imprææscriptibile, infrà de prescr. causam. & c. cum non liceat. infra eo. cum inter vos. & c. cum venerabilis.

Obtentus, quanti temporis consuetudinem firmet,

Ideo dixi in descriptione competenti, tempore prescriptus. erit enim cōpetens tempus. secundū canones. xl. an. j. de præsc. auditis. & c. vigilanti. xvj. q. iij. §. quas actiones. & q. iiij. neq; decennij sed secundum l. est diuersitas, quia secundū Iac. sufficiunt x. an. inter præsentes, vel xx. inter absentes, vt patet ex rubrica C. quæ sit lon. consu. l. j. & ex ru. ff. de leg. & se con. l. sed ea. dicunt enim expectandam longā consuetudinē, & longū

d tēpus [d] est x. vel xx. an. vt in rub. C. de præsc long. temp. & l. fi. & Insti. de vsuca. § j. ff. qui & à quib. ma. li. non fi. sicut fidei cōmissaria libertas. §. Arisio. Sed secundum Placen. Columb. & Lanfra. spectandū est tempus longissimū, scilicet quod non extet memoria. vt ff. de leg. & se. com de quibus §. inueterata. Insti. de iure naturali. §. ex non rescripto. C. quæ sit longa consue. l. ij. hoc etiam probatur quadam naturali ratione. sicut enim seruitutes vsucapi non possunt longo tempore, cum incorporales sint, quia non habent continuam causam. ff de ser. seruitutes. ij. sic nec consuetudo. oportet ergo ꝙ non extet memoria, sicut in aqua plu. arcen. ff. de prob. l. pen. & vicunq; inueniens, longa, ex pone, id est longissima. sed prima sententia magis approbanda est secundum ll. & vbi cunque inuenies diuturnam vel inueteratā, expone, id est, diutinā. hoc est longam. satis enim est talis inueterata ad hoc, Inst. de vsuca. §. diutina. nec obst l. de seruitu. quia illud verū est de seruitute. quæ alicui specialiter acquiritur. sed cōsuetudo non magis acquiritur isti, quàm illi. Hæc eadem dissentio secundum canones posset habere locum, quia quidam dicūt, consuetudinē longeuā attendendā, quidā, longam, infra e. cum consuetudinis & c. fi. & di. j mos. xj. di. consuetudinis. xij. dist. consuetudo & longum tempus est x vel xx. annorū. xvj. q. iij §. potest. ij. & non obst. iura quæ loqnuntur de xl. annis, quia intelliguntur in præscriptione rei ecclesiasticæ, vbi ecclesiis præiudicium paratur, & ideo restringitur, sed per consuetudinem non paratur præiudiciū ecclesiæ, vt j. e. c. j. & ideo posset dici ꝙ consuetudo citius mutat. xvj. q. iij. placuit. huic sanctæ magnæ maximæ, quia hodie nulla cōsuetudo tenet, nisi sit rationabilis, vt s. probatū est, uer. bene dixi. & uer. irratio-

e nabilis. & in proxi. alleg. c placuit. Consuetudo & priuilegium [e] æquiparantur. ergo consuetudo amplianda, sicut priuilegium. Sed prescriptio odiosa, & ideo restringenda. ff. de libe. & posth. cum quidam. j. de concessione præben. constitutus. & de decimis. tua. j. de donatio. cum dilectus. in fin. Omnes tamen Canonistæ dicunt spectandum tempus xl. an. sic intellige j. de elect. Cumana. & de causa possessio. & proprie cum ecclesia Sutrina, & similia & hoc expressum comprobatur, j. de censi. olim. ubi non profuit tempus xxxvi. annorum. Sequitur in descriptione, nullo actu cōtrario interruptus, & bene. alias enim non esset cōpleta præscriptio. j. de præscriptio. auditis. & illud j. de in integrum restitutio. auditis C de præscriptio. xxx. annorum. sicut in rem & de annal. excep. l. j. ut perfectius.

Quod actus consuetudinem inducāt,

4 ideo dixi in descriptione binario & c. qa bin⁹ actus † inducit consuetudinem. xxv. q. ij. ita nos. C. de episc. audien l. iij. in fin. ff. de seruo cor. Neratius § j. in auth. de defen. ciuita. §. fi. collat. iij. dominus meus dicebat locum habere in dilectis, sed in consuetudine sufficit. ꝙ ita obtentū sit longo tempore. Inst. de iure naturali. §. ex non scripto. ubi dicebat tradi descriptionē consuetudinis. Alij dicunt, ꝙ necesse est ut sic fuerit decies iudicatum, sicut decē

f oues [f] faciunt gregem ff. de abigeis. l. fi. In his dissensionib. credo notandū quadruplicē modū probādi ꝯsuetudinē, ideo uideamus.

5 Qualiter consuetudo † probari debet, & quot modis.

Et certè dicunt quidā, quod probari nō potest. nisi probet, ꝙ sic obtentum fuerit sine interpretatione, & pacificè. j. de off. Archi. c. vl. §. vl. & à tali qui præscribere potuit: alioquin contrà, j. de præscrip. causam quæ. & tale ius ꝙ præscribi potuit: aliquin contrà j. eo. cum inter nos. j. de præs. cum ex officij. & c. cum non liceat. & c. vlt. respon. j. Item secundum quosdam probari oportet, ꝙ in cōtradictorio iudicio sit obtenta, & ꝙ vtens eo animo vsus fuerit, vt intendat in posterum ius habere: ar. ff. de itine. actuq; priua. l. j. § Iulianus rectè ait. & l. vlt. & quem ad. serui. amit. l. vlti. Item ꝙ maior pars populi vsa sit. Item ꝙ de conscientia principis inducta sit, nō tantū tolerata, j. de preb. cum iamdudum. & de concessio. preb. literas. Sed certè, ibi non est consuetudo rationabilis. Itē ꝙ non per errorē, sed ex certa, scientia sit inducta hoc no. Io. sed non placet per oīa qa de diuersis modis probandi consuetudinem difficultatem, imò quasi impossibilitatem probationis induxit. ideo dic, ꝙ quatuor modis probatur. Primo, quia populus vel princeps ista statuit nō tñ in scriptis redegit, & p lōgū tempus durauit, quo non fuit factū contrarium. super quo vide supra

ADDITIONES.

a Præscribi potest. ¶ Adde Abb. in c. j. in j. col. de consue. Card. in c. fi. eo ti. Car. & doc. in c. cum eccle. de causa pos. & prop. doc. in c. cum in tua. de cōsue. lib. vj. doc. in c. cum de beneficio. de præb. eo. li. Et per quantum spaciū præscribitur. Azo in l. ij. C. quæ sit lon. cons. dicit quod præscribitur spacio x. an. inter presentes, & xx. inter absentes: sed de iure canonico ad prescribendam consuetudinem requiritur tempus xl. an. secūdū Car. in d. c. fi. in §. licet. in xxxij. q. secundū Io. An. in d. c. fi. dicit canonistas tenere quod in consuetudine præter legem sufficit tempus x. an. si aūt est contra legem, requiritur tēpus xl. an.

b Id est, diuino. ¶ Adde. Car. Za. in c. fi. de cōsue. x. no. Car Ale. in c. in his. xj. di.

c Grauiora crimina. ¶ Adde. tex. in c. cum in eccl. de simo.

d Longum temp⁹. ¶ Adde. gl. in l. cùm de in rem uers. ff. de vsu. Bald. in l. imperium. ff. de iur. om. iud Io. de ana in c. querelam. in iij. col. de simo.

e Consuetudo & priuilegium. ¶ Adde. c. noui t de iud. c. cùm cō tingat de foro comp. Bald. cons. xlix. incip. in facto. in iij. vol.

f Decem oues. ¶ Adde. gl. in c. j. x. q. j. & in c. j. de elect. c. licet canon. de elect. li. vj. & gl. in c. j. de deci. eo. lib.

de ſuprà.de cõſt..§ j.ſicut.n.conſuetudo roborata eſt ad hoc diſt. j.ius ciuile.&c conſuetudo.diſt.ij.conſtitutio.Inſti.de iure natu.§. & non ineleganter. Sed nunquid in hoc caſu põt allegari ante lapſum longi temporis:ſic.ſed poſſet ꝓbari,ꝙ non eſt iudicãdũ ſecundũ eam, quia populus ꝯoperatus eſt, intra decennium, ſciente, promulgante, & tolerante. vnde non valet diſt.iiij §. leges.& ff.de legi. de quibus ſic intelligo. cum domino meo, quia ſufficit ꝙ probetur ita obtentum fuiſſe, per longũ tempus, & ſic intelligo diſt.j.cõſuetudo, ideo dico, ꝙ ſi poſt lapſum decennij factũ ſit ꝯ, non obeſt conſuetudini iam præſcriptæ, niſi fortè & ſecunda preſcriptio cõpleta eſſet. ſic intellige, j̃. de ele. cũ eccleſia Vulterana. §.j.Secũdò ꝓbatur,ꝙ bis iudicatũ intra longũ temp⁹, ſecũdũ ꝯſuetudinẽ, allegatã nõ contradictã: vt differat à ſequẽti. hic ſufficit, ꝙ probetur bina ſentẽtia, & ſic bin⁹ actus cõſuetudinẽ inducet, quãuis nõ probet, ꝙ ſic ſit ſtatutũ, vel obtentũ ſit ꝯdictorio iudicio. & ſic intelligo verbum Probatis, his quæ frequenter, id eſt, bis in eo.genere cauſarũ ſententiatum eſt in oppid.C.de ædifi priua.l.iij. C.quæ ſit lõg.conſue.l.j. Vel probatur, ꝙ bis ita vſus eſt: quia inter fuit binę electioni. ſic debet intereſſe. dummodo tempus legitimum ſit elapſum. In hoc recedo à ſententia domini mei. qa non viderat decretales. j̃.de electione. venerabilẽ, ad fi &c. Cumana. j̃.de cau.poſ.& ꝓprie.cum eccleſia Sutrina.&c. cum olim.quę loquuntur nedum in delictis, imò & in alijs, vt ex ipſarum electione colligere liquet. Sed binus actus, ſine præſcriptione nõ ſufficit, licet fortè vnus actus ſufficeret cum præſcriptione, quia per vnicum vſum poſſeſſionem acquiro ff. de aqua quotidiana& ęſti.in l.j.§. ꝙ aũt.& de ſerui vrba. prędio.l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. in princ.arg. C. de ſerui. cum talis. & de fideicom. l. ſ. de conſtit. cum M. j̃. de præb. pro illorum. eſt tñ contra argu. ff. de itinere actuq; priua.l.j.§.ij.ſecundum Vinc. Tertio modo probatur conſuetudo, quia obtenta fuit in contradictorio iudicio. j̃. de ver. ſignifi. abbate. ff. de legibus. cum de conſuetudine. ſed contra: 6 † quia non eſt exemplis [a], ſed legibus iudicandum. C. de ſententijs & interlo. omnium iudi.nemo ideo dicunt quidam, quod neceſſe eſt probare, iudicem eo animo pronunciaſſe, ꝙ de cætero ſic pronunciaretur in futurum. Sed hoc mihi non placet, quia facultas probationum anguſtanda non eſt. C. de hæreti. & mani. quoniam multi. in fi. & de re. credi. generaliter. j. reſpon. ff. de teſtibus, curen.ſed dico, ꝙ non iudicatur exemplis, imò conſuetudine, quę per exempla probatur, & quæ in contradictorio iudicio obtenta fuit. Caueat ergo ſibi allegans conſuetudinem. nam ſi dicat ita pronunciandum, quia ſic fuit pronunciatum, male proponit, quia ſic dicit iudicandum exemplis. ſed ſi dicat ita pronunciandum, quia talis eſt conſuetudo terræ, & ad probandũ cõſuetudinem, inducat ꝙ pronunciatum fuit ſecundũ eam in contradictorio iudicio, bene proponit, quia præſumitur, ꝙ iudex nõ ſic pronunciaſſet, niſi & coram eo conſuetudo probata eſſet. ar. j̃.de elec.bonæ i.§.ꝯ.& ſequen.Si.no.j̃.de cenſi.§. quis cenſus ver. cenſus autem ignorantiæ, & ſeq. Quarto, quia probatur, ꝙ ita obtentum fuit, in tantum vt nec extat memoria ꝙ cõtrà factum ſit: j̃. de præb. vanerabilis. hic non eſt neceſſe, ꝙ probetur ſtatutum, nec ꝙ probetur ſententia. iij. q. vj. hoc quippe. ff. de aqua quotid. & æſti. §. hoc iure. §. ductus aquæ. & de aqua plu. arc.in ſumma. §. idem Labeo. imò & ſi probetur, quòd teſtes de vna ciuitate ad aliam ſæpe. vocati fuerint. huic conſuetudini ſtandum eſſet affirmat lex. ff. de teſti. l. iij. §. fina. & ſic intellige ſententiam Placen. & Columbi: ergo de diuerſis modis probandi conſuetudinem. fecerunt diſſenſiones, vt ſuprà e. §. obtentus & ſic patet, quare dixi in deſcriptione, Binario actu, &c. Sequitur in deſcriptione, Vſu communi vtentium comprobato, & bene inſtit. de iur. nat.§.ex non ſcripto & §. ſed naturalia. in fi. diſt. j.conſuetudo. & tangit hic primus mod⁹ probandi cõſuetudinẽ. 7 quod dic, vt ſ.eo.§.qualiter. Inde conſuetudo, † quaſi communis aſſuetudo.diſt.j.conſuetudo.in fi.requirit ergo ꝙ maior pars populi ſic vſa fuerit. quia ſicut minor pars non põt condere legem. ſic nec conſuetudinem inducere, ſecundum Ioã. & ex hoc videt, ꝙ vnus ſolus non poſſit allegare conſuetudinem, quamuis dicat ſe cõtra multos acquiſiuiſſe, licet multi contra vnum poſſent. ff. commu. præd. vẽditor, & eſt ratio, quia ſola collegia ſeu corpora ipſa acquirere poſſunt. C. quæ ſit long. conſuet.l. fi. nec obſt. j̃. de offi. Archid.c.fi.& de exceſ.prælato.accedentibus. quia ibi acquirit ſingularis, nomine dignitatis ſuæ non proprio. ſic & vna eccleſia contra aliam, vt patet ex his quæ not. j̃. eod. ſub §. extra ſummam. verſi. ergo diſcretus. & comprobatur hoc j̃. de inſtit. cum ueniſſent §.j. Quid ergo, ſi unus miles conſueuit colligere ligna in nemore alterius. Dic quòd debet agere ex conuentione, quam dicat præſcripſiſſe: ad quam probandam inducet patientiam legitimæ præſcriptionis, ſicut not.in cenſu. j̃. de cenſi. §. quis cenſus ſoluendus eſt. ſic intelligo, ſecundum dominum meum. ff. ſi ſeruit. ven. ſi quis diuturno. ff. de aqua plu arcen.l. j.§.ſi & de itine. actuq; priua. l. apparet. §. ſi quis ſeruitutem. Per hoc etiam uidetur, ꝙ ſi per errorem inducta eſt, conſuetudo non erit. ff. eod. ꝙ non ratione. quidam contrà. erit enim conſuetudo, quamuis erronea, ſed in cæteris ſimilib. non obtinebit, ponunt tale exemplum. Inductum eſt de conſuetudine in Purgo Panigalli, & per errorem, quòd ſi quis mihi ducat vinum in plauſtro, ex quo ego appoſuerim manum ad plauſtrum, periculum effuſionis ad me pertinet. hoc bene obſeruabitur in vino de cætero. Sed, nunquid idem in oleis liquidis, puta oleo, melle, vel ſimilibus, non quamuis ſi per errorem inducta non eſſet, procederetur de ſimilibus ad ſimilia. ff. eod. nam imperator. C. eod.l j. ſed certè nihil eſt, ſecundum nos: quia non valet conſuetudo, niſi rationabilis vt ſ. eod § j. verſi. bene dixi. & ſequenti. Sed ſi erronea eſt, non erit rationabilis, nec conſenſu inducta. ff. de iuriſd. om. iudi. per errorem. & de iudi.l.ij. Quid ergo conſuetudine, quam quidam 8 ſeruant, ſcilicet † quòd quilibet valeat authoritate propria ignorare debitorem ſuum? dico, quòd non eſt vilis authoritatis, inter eos qui de facto eam ſeruant, ſed tamen eam irrationabilem iudico propter rixas, vulnera, & homicidia, quæ inde prouenire poſſunt, & ideo meo iudicio quantuncumque præſcripta ſit non vincet legem, j̃.c.fi.ff. ꝙ met. cau. extat. & de vſuf. æquiſſimum. & de pac. dot. conuenire. C. de Iudæis nullus. & ne quis in cauſa ſua iud l.& vnde vi ſi quis in tantam, j̃ de iur. cal. cæterum. & de de fideiu. conſtitutus, & in his quæ not. j̃. de loc. & con. §. fina. ſuper decr.potuit. ver. item eſt natura contract⁹.& de maledic.§. quot genera.verſi.ſi quis verbis tantũ.ff.de reli.& ſumpt.fun.oſſa. j.reſpon. Item, quia talis furtum committit, quod mortale eſt, ergo non excuſat conſuetudo, vt patet in his quę not. j̃. de off. archi.§.ꝙ ſit eius officium.ver.quare hoc dico. ſi conſuetudo ſit, ꝙ eum inuitũ pignorare poſſit, quamuis etiã dicat, ꝙ paratus eſt ſtare iuri: ſecus dicerem, ſi conſuetudo eſſet, ꝙ poſſet debitorem voluntarium, & nihil prætendit pignorare. nam talẽ dicerem valere, quamuis in hoc caſu curialius hoc faceret, ſi repoſceret per prætorem. C. de pig.l. iij. ergo quia vituperari poteſt, præcaueri debet, j̃.de elec.licet. & de ſeruis non ord.c.j. quid de conſuetudine ſiue ſtatutis aliquorum locorum, vbi limitatum eſt in pecunia, quantũ ſoluat delinquens, ſi homicidium vel aliud dilictum cõmiſerit? dic: non valet, quia per talia ſtatuta inducuntur homines ad homicidia, & talia crimina committenda. talis enim non timet pœnam pecuniæ, qui ſuſpendio terretur. ad hoc Inſti. vibo. rap. §. ſed nedum talia ff. de pœnis in ſeruorum. in fi. & l. aut facta.§.fin.j̃.e.ex parte.ff.de pact. ſi vnus. §. pact. in auth. de mãd. prin. §. oportet ergo. colla. iij. & vide quod no.j̃.de offic. ord.§. quid pertinet.ver.non antè debet leuare pecuniam,&c.non ob.j̃. de delictis puer.referente.quia ibi non queritur, vtrum conſuetudo valeat. ꝙ autem ibi Papa innuit, à contrario ſenſu, pecuniã leuare poſſe, hoc ideo facit, vt vindictam ſanguinis vitet.xxij. q. v.reos.j̃.ne cle.vel mo.ſententiam.

Quis debet probare cõſuetudinem.

9 † Is qui eã allegat, vel negans interruptionẽ, ſi conſuetudo probetur.C.de ædifi.pri.l.iij C. eo.l.j.j̃.e.cũ dilectus.§ fi.ſic & qui ius allegat, ipſum probare debet. ff. de prob.ab ea parte. ff. de teſtibus.l.j. ff.ex quib. cau. maior. nec non. §. ꝙ eis. ff. de proc.inuitus, j̃.de rerum permutatione. ad qõnes. Sed ꝯ, j̃. de tranſl.epiſ. inter corporalia.§.ſed neq;.j̃.de temp. ord.dilectus.ff de illic.col. l.j.in fi.Sed illud in prohibitis per l.quia ex quo aliquid ſemel prohibitum eſt, ſemper vr̃ prohibitum, niſi inueniatur conceſſum.

10 [b] Per quos † teſtes.

[c] Per duos idoneos ff.de teſt. vbi numerus.qa in ore duorũ, [b] &c. j̃. de teſ.cum eſſes.& c.relatũ.ꝙ dic, vt no.j̃.de teſ. quot⁹ numer⁹.

Quæ cui præiudicet.

Poſterior priori, vt patet.ſ.e.§.qualiter.verſic. ſed nunqd.ſic & in cõſtitutionib.obſeruat, vt no. ſ. de cõſt.§ qualiter conſtitutionib.derogetur.ſed & lex ſequens tollit cõſuetudinẽ pręcedentem.ff.de ſepul vio.l.ij.§.diuus: ſecundũ ꝙ Azo eã legit & pũctuat, quãuis Placen. eam aliter intellexerit. verum demũ tollitur prima conſuetudo per poſteriorẽ, ſi non poſſunt reduci ad conſonantiam, aliàs conſuetudinem concordare conſuetudini, promptum erit.arg. C.de in off.do.l. vnica. ſed ad ius cõmune reducenda eſt, ſi fieri poteſt, j̃.e. cum dilectus. §. fin. Tollitur autem vna per aliam, quando in eodem loco inductæ ſunt diuerſæ, vna poſt aliam: nam ſi in diuerſis, vtraque in ſuo loco obtinebit. nec enim ſunt aliquorum cõſuetudines aliorum contraria conſuetudine ſubuertendę. xij. di. illud breuiter. &c. ſit ſancta.

Quot

ADDITIONES.

a Non eſt exemplis. ¶ Adde c.de quib⁹.xx.diſt.c.ex merito.vj.q.j.c.magnę in ver.præterea.de voto.c.cum ex iniũcto.de hær.& in l.ſed licet.ff.de of. prę[illegible]

b Per quos teſtes. ¶ Adde an ualeat cõſuetudo, quod vn⁹ teſtis plenè probet. vide ꝑ Io.An.in addi.Spec.ti.de inſtr.edi.in.§.cõpẽdioſæ.ver. ſed nũnquid conſuetudine.

c In ore duorum. ¶ Adde c.ab iſto dic.xxxv.q.vj.c.licèt.de teſti.c.nouit.de iudic.originaliter.Deuteron.xix.

21 **Quot sunt eius effectus.** †Et quidē sciendum, φ quintuplex est. Habet.n. consuetudo primo virtutem imitandi. imitat. enim legem. id est, supplet, vbi lex deficit. ĵ. e. cum olim. ĵ. de sepul. de vxore. in fin. & c. certificari, Insti. de iure nat. gent. & ciuil. §. ex non scripto. Sc̄dò, hēt uirtutē interpretādi ius dubiū, ĵ. eo. cū dilectus. §. j. ad fi. ff. e. si de interpretatione. Tertiò, hēt virtutē abrogandi. Quartò, derogandi. Quintò, præsumptionem inducendi. Circa quæ videndum, quot sunt species consuetudinis. Sunt autem quatuor, generalissima, generalis, specialis, & specialissima. Generalissima, vt est consuetudo inter omnes catholicos, versus orientem orare. xj. dist. ecclesiarum. per hanc dicunt abrogatā legem quæ dicit, φ patroni, siue aduocati, iurare debēt in initio litis, φ contra conscientiam causam non foueant desperatā. C. de iud. rē non nouā. unde dixit Gul. φ iuretur, lege cauet, sed in consuetudine nō habet, sed reprobatur. C. de iureiu. pp calum. l. 2. §. & quia veremur. ut no. ĵ. de litis contesta. §. & quando ver. puto. & præcedent. & quamuis aduocati pro magna parte cauillari uolentes, & sibi adinuicē deferentes, hanc glossam Gul. amplectantur, ipsam tamen non approbo: quia contra l. illā non puto ualere consuetudinem uel desuetudinē: sicut nec ualet consuetudo, φ de calumnia non iuretur, ĵ. de iura. calum. cæterū. & est ratio in utroque, ne per talē ɔsuetudinē peccata mortalia nutriantur, arg. ĵ. e. c. vlt. j. rñ. tñ & quicquid velant, uel palliant pessimi aduocati, quamuis non iurent, si contra conscientiam foueant, ædificant ad gehennam. ĵ. de scruti. in or. fa. ca. unico. ĵ. de præscr. c. fi. & parum refert, quo ad periculum animæ, si non iurent, qa Deus non ex operib. iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde 22. q. 5. iurā. & c. qui periurare. ergo quicquid dixerit Gul. si coram me exigatur, præstari faciam. Sed quia non exigitur, iō non seruatur. & iunge ea quæ not. ĵ. de postulando. §. quid pertinet. ver. item ad officium. Per hanc etiam dicit Gofr. abrogatum consilium ŝ. tit. 1. nonnulli, §. penul. & fi. quod non credo. Sed dico, ut not. ŝ. titu. j. §. quæ possunt obijci. ver. 97. In his ergo, in quibus consuetudo potest abrogare, uel derogare, puto φ desuetudo abroget: ergo desuetudo ius naturale, id est diuinum, non abrogat, sed tantum positiuum. ĵ. eo. c. fi. secundum hoc intellige. ff. eo. de quibus. 4. dist. §. leges. & quod no. in sequentib. de hac loquitur ĵ. de testa. cum esses. Sed expone, ibi generali, id est, generalissima. sed & specialis consuetudo Romanæ ecclesiæ, generalissima potest dici, cum ubique tenenda sit: ĵ. de sen. & re iud. in causis. & tetigi. ŝ. eo. §. quid sit. ver. ut tamen scias.

12 † Generalis vero est, quando nedum una ciuitas, sed tota prouincia sic obseruat, ut in Tuscia, ubi de generali consuetudine, ad capitulum tātum pertinet sine episcopo ordinatio præbendarum. ĵ. de elect. cum ecclesia Vulterana. ad fin. sic infra de usu pál. ex tuarum, sicut ĵ. eod. cum uenerabilis. §. postmodum. aliter accipitur generale interdictum infra de verbo. sign. cum in partibus. Sed specialis quando in una ciuitate, uel in alio loco specialiter obtinet, ff. cōmun. præd. uenditor. C. de ędi. pri. l. 4 ĵ. de iureiu. venientes. Hæ duæ species derogant iuri in ciuitate, siue loco, siue prouincia, in qua specialiter siue generaliter obtinent. & hoc uerum est, si consuetudo post legem inducta sit, alioquin alia lege superueniente uincetur, ut no. supra eo. §. responso. 1. & probatur in proœmio Institut. §. igitur, in authen. de hær. & fal. §. 1. colla. 1. & infra de fideiuss. constitutus Item est specialissima, secundum quam in dubijs iudicatur, & hæc præsumptionem inducit, cui statur: nisi forte contra probetur, hæc est consuetudo patrisfa ff. de pig. act. vel vniuersorum. ff. de usu. qui semisses ff. de leg. 1. si seruus plurium. § si numerus. infra de præscrip. ex studijs. & capitu. mandata. & capitu cum in iuuentute. infra de testi testimonium. infra de pig. illo uos. in fi. Sic habes quinque effectus, & quatuor species consuetudinis. prima species, scilicet generalissima, habet uirtutem abrogādi & supplēdi. ultima uero, scilicet specialissima, habet virtutem & præsumptionem inducendi. quæ uero mediæ, scilicet generalis & specialis, habent uirtutem mutandi, seu supplendi, derogandi, siue interpretandi. Sed pone, φ inter laicos sit aliqua consuetudo in aliqua ciuitate, siue prouincia: puta, quod si agitur de mutuo, nō offeratur libellus, uel alia quæcunque volueris, nunquid talis consuetudo debebit inter clericos obseruari? Non puto, nisi & inter ipsos fuerit sic obtentum. diuersæ enim sunt professiones, ut patet 12. quæstio. 1. duo sunt. & ideo consuetudo unius, aliam non adstringit. argumen. 12. distin. illud. & c scit. & ca. cum consuetudo legem imitetur. Institu. de iure na. §. ex non scripto, sicut statutum laicorū clericos nō adstringit, sic nec cōsuetudo, ad quod facit quod not. supra de consti. §. quis possit. vers. item Imperator. talis etiam potest dici clericis onerosa, ergo est remittenda infra eo c. 1. Quid ergo, si laicus conueniat clericum super mutuo coram episcopo suo? patet per prædicta, φ laicus cogetur libellum offerre. Quid si clericus episcopum conueniat super mutuo, & consimilibus, nūquid cogetur libellum offerre? sic ar. inf. de ɔst. cum omnes. Sed quid si clericus conueniat laicū super mutuo corā iudice seculari, nunqd cogetur libellū offerre? Non, cū contraria sit cōsuetudo in foro seculari, sed nec laicus si ipsum velit conuenire. argum. ĵ. de mutu. peti. c. 2. ad quod pertinet quod no. ĵ. de testa. §. qualiter. vers. verum super hac materia. & vertic. seq. quod si videatur in aliquibus contradicere supradictis, tamen si sanè intelligas, nullatenus contradicit. Damasus tamen hanc doctrinam tradidit in summa sua, φ consuetudo inducta contra ius naturale, nullo tempore confirmatur. de hoc dictum est ŝ. ver. irrationabilis. Si verò inducta sit contra ius positiuum, inductum in fauorem vtentium, tollitur ius per contrariam consuetudinem quia licitum est renunciare, &c. ĵ. de regular. statuimus. de cri. fal. ca. fi. cum si. sed si non sit inductum in fauorem vtentium, sed aliorum, contraria consuetudine non tollitur ius, nisi cōsuetudo sit præscripta. ĵ. de causa pos. cum ecclesia. vbi autem consuetudo inducitur contra ius ecclesiæ nō præiudicar, nisi confirmetur à Papa: ŝ. de const. ecclesia sanctæ Mariæ, ĵ. e. ca. j. ĵ. de dec. tua. & ĵ. eo. à nobis. & c. in aliquibus §. vlt. Tu dicas, φ iuri naturali per consuetudinem minimè derogatur, secundum ea quæ no. ŝ. e. §. quid sit consuetudo. vers. & generaliter probat. ĵ. e. ca. fi. resp. j. positiuo vero, id est humano, quod pro uoluntate condētis ponitur, & deponitur, Instit. de iure na. §. sed quod principi. non derogatur per consuetudinem contrariam quantumcunque præscriptam, nisi rationabilis, nec per rationabilem nisi legitime sit præscripta, secundum ea quæ not. ŝ. eo. §. obtentus. & C. quæ sit long. cons. consuetudinis. ĵ. e. ca fi. §. vnico. Consueuit autem ibi formari puerilis quæstio, hæc scilicet, de qua consuetudine loquatur ibidem. si dicis de mala, contradicit tibi vilis authoritas: si dicis de bona, contradicit tibi rationabilis, & ibi præiudicium respon. pueriliter. nam sicut puer respondet, φ diligit patrem & matrē Sic dico, φ loquitur de bona & mala, primo implicitè, & notat factum: secundo explicitè, & notat ius. vnde secundum hoc, sic expones. ĵ. e. c. vlt. §. licet enim longæuæ consuetudinis, siue bonæ siue malæ, non sit uilis authoritas inter eos. s. qui eam seruant, ut no. ŝ. e. §. qualiter ver. quid ergo. & probatur, ff. de off. procō. si in aliquam. nam & malam assumunt impij pro priuilegio. 8 di. mala consuetudo. non tamen est de iure. ideo sequi debet vsque adeo, in tantum valitura, scilicet præscripta ut iuri positiuo, &c. vsque præiudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & repete rationabilis, non est vsque adeo ualitura, &c. vsque præiudicium generare, nisi legitimè sit præscripta, sic non debemus spectare uoluntatem, siue factum utētium. Sed quomodo & qualiter sit vtendum. ff. de offi. præsi. sed licet. & ĵ. de elect. cum causam quæ. secundum hoc intellige d. l. quam habes xj. dist. consuetudinis.

13 **Extra summam,** Notanda est differentia † inter præscriptionem & consuetudinem, [a] & hæc est differentia, secundum quosdam, quia vbi cōsuetudo prætenditur, admittitur probatio in contrarium. argumen. C. de agric. & censib. litibus lib. 11. Sed contra præscriptionem non admittitur. Dic quod sextuplex est differentia. Prima differentia est, quia præscriptio locum habet in rebus mobilibus & immobilibus, corporalibus & incorporalibus, infra de præscript. auditis. & capitul. sequent. infra de censib. capitulo, olim. Consuetudo vero, in incorporalibus tantum: vt in seruitutib. iurisdictionibus, electionibus, & similibus. vt not. supra §. quid sit consuetudo. versicul. bene dixi rationabilis. Secunda hæc est, quia præscriptio acquiritur singulari, & priuato. Sed consuetudo non acquiritur magis isti, quam illi, ut not. supra eod. §. qualiter vers. sequitur in descriptione vsque communi. & §. obtentus quanti temporis. Tertia est, quia in præscriptione exigitur

14 titulus, † & bona fides infra de præscrip. si diligenti. Sed in consuetudine non requiritur titulus, ut patet in his quæ not. ŝ. eod. §. qualiter. ver. quarto. hic. n. nō requiro nisi unum & tempus completum habetur ergo vsus loco tituli. φ dic, ut no. inf. de præscr. sub responso de præscr. rerum immob quæ exiguntur. sub hoc §. quo ad res. ver. circa hanc materiā, & seq. secundum hoc intellige. ff commu præd. uenditor. quamuis quidam intelligant ibi pactum intercessisse, sed & sine pacto idem esset, ff. eod. sed ea quæ. Inst. de iure nat §. ex non scripto, Ergo discretus est monachus. si in perceptione decimarum alleget consuetudinem contra episcopum, vel ecclesiam parochialem, & non præscriptionē, vt patet ex superioribus, & inf. de dec. Apostolicæ. & c. cum contingat. & capitulo cum in tua. & c. dudum. sed caueat de conscientia, vt no. inf. de censi. § quis census. Quarta est, quia præscriptio & priuilegium aliquoties non concurrunt. inf. de fide instru. inter dilectos.

ADDITIO.

a Inter præscriptionem & consuetudinem. ¶ Adde gl. in c. fin. de consue. li. 6. Doc. in regula, sine possessione. de reg. iur. eod. lib. Bald. in capi fin. in 6. col. de consue.

ctos §. cæterum. j. de præscri. veniens, sed consuetudo & priuilegium bene concurrunt. j. eo. cum dilectus. j. de verb. sig. Abbate. xvj. q. 4. placuit huic sanctæ. Videtur & quinta posse notari differentia, quia præscriptio de natura sui, est actionis siue iuris petendi exclusio, ar. C. de an. exce. l. vlt. in fi. sed consuetudo de natura sui est actionis, siue iuris acquisitio, vt apparet j. de electio. cõstitutus: & c. in genesi. in fi. j. de fo. cõpe. cum contingat. j. de causa pos. & proprie. cùm eccl. & c. cùm olim. præscriptio. n. propriè vsum non respicit, ideo. n. præscribitur contra aliquem, quia non agit, vel non vtitur iure suo: consuetudo verò respicit vsum, & ideo allegatur, quia communiter ita actum, vel vsum est, vt apparet in his quæ not. s. eod. §. quid sit consuetudo, in princ. & §. qualiter. ver. sequitur in descriptione, & sequenti. ideo præscriptio negatiua respicit. quare sic proponitur, Non potes hoc petere, vel non potes hoc facere, quia præscripsi. consuetudo verò affirmatiua: quare sic proponitur, Hoc possum petere, vel hoc possum facere, quia talis est consuetudo. nunquid ergo sic potest allegari consuetudo: Non potest petere hoc, vel facere, quia consuetudo est, ꝙ hoc non petatur, vel non fiat. certè videtur ꝙ non, propter rationes quas s. proxi. vers. induxi. Item quia naturalis ratio non patitur, ꝙ non ens sit causa entis, Item, quid iuuaret hęc allegatio? nam allegans consuetudinem, ipsam probare debet, vt no. s. eo. §. quis debet. porrò negantis factum, per rerum naturam nulla est probatio. vj. q. vl. §. actor. Sed contrà videtur expressum. j. de elect. cum ecclesia Vulterana. ad fi. & de his quæ fi à præla. sine consen. cap. ea noscitur, Item consuetudo & priuilegium concurrunt, vt ibi. & no. s. eo. ver. quarta. Sed per priuilegium conceditur, nec sic quod fiat, vt j. de priuile. Si de terra; & c. accedentibus, ergo & per consuetudinem. Item consuetudo legem imitatur. vt no. j. eo. uersic. in fi. ergo sicut lex seu constitutio inducit statuta affirmatiua, siue præceptoria negatiua, seu prohibitoria, ut apparet in his quæ no. s. de consti. § quæ & quoties. ita & consuetudo pro & contrà j. de iuram. calum. cæterùm. Solutio. Propriè loquendo consuetudo respicit usum, desuetudo non usum. Item sicut est, & non est, contraria sunt, sic consuetudo & desuetudo. unde consuetudo inducit, desuetudo priuat assuetudinem, ut apparet ex superioribus, & in his quę no. s. eo uer. generalissima. Sed sicut pręscriptio transcendit aliquoties naturam suam, de qua no. s. eo. uer. uidetur, quia ex ea agitur, ut C. de præscr. xxx. annorum, si quis emptionis. sic & consuetudo, ut apparet in contrarijs s. signatis. dicas ergo. ꝙ consuetudo semper potest respicere negatiuam, ubicunque probari potest. Sed si nullo modo posset probari; quod dic, ut not. j. de proba. §. quis debet probari. Quid si quis de mandato receptus in canonicum ad probanda m uacaturam, petat se admitti ad communes tractatus, sed canonici nolant ipsum admittere, dicentes, ꝙ consuetudo ecclesiæ est, ꝙ nullus admittatur ad communes tractatus, quousque præbendam fuerit assecutus? Hanc quæstionem vidi de facto, & puto ꝙ talis consuetudo non obsit: tum quia negatiuam respicit, ut dictum est: tum quia est contra substantiam rei, ut apparet in his quæ notantur j. de præb. §. quid sit præbenda. uersic. canonica, & s. de consti. §. quando constitutio incipit arctare. sub §. & quia de protestatione. tum quia malitiosa seu inuidiosa uidetur. in nullo enim releuantur canonici, si hunc de nouo receptum non admittant: ut nisi officiant, & ius suum impediant. ergo non sunt audiendi, ut ff. de rei uen. in fundo. tum quia est irrationabilis. impedit enim, ne istius consilium requiratur, & tamen fidelius est iudicium quod à pluribus quæritur. xx. di. de quibus. C. de fideic. l. fi. j. de offi. dele prudentiam respon. j. ad fi. Nec obest, si iuuenis est, uel simplex, ideo dicit capitulum, ꝙ uidetur satis soluere quæstionem, pessimæ consuetudinis est in quibusdã ecclesiis facere presbyteros, præsentibus episcopis non loqui: quasi eis inuideant aut eos dedignentur audire. Sed si aliud, id est, melius, inquit Apostolus Paulus, reuelatum fuerit sedenti, id est minori, prior. i. maior taceat. Gloria. n patris [a] est, id est, esse debet, filius sapiens. xcv. di. esto subiectus. Nec obest, ꝙ non posset puniri per capitulum, si delinquat: quia & si non possit suspẽdi à præbenda quam non habet, uel excommunicari, quia fortè capitulum non habet hanc potestatem, ex causa tñ poterit, etiam ab his cõmunib. tractatib. suspendi, ar. s. de cõst. ex literis. † Est & sexta quia consuetudo erronea non iuuat, ut no. s. e. § qualiter, uers. per hoc etiam uidetur, secus in præscriptione, ut paret in his quæ notan. j. de præscr. pro legato, ut patet ex præmissis. In fine uerò nota, ꝙ consuetudo debet esse pacifica, alioquin non prodest, j. de offic. Archi. c. fi. § fi. debet etiam esse certa, & clara, & possibilis quia talis est lex. iiij. dist. erit autem lex. s. de const. c. ulti. & in proœmio. § sanè igitur. cum consuetudo legem imitetur. Insti. de iure na. § ex non scripto. j. dist. consuetudo. si consuetudo incerta sit, obscura, uel impossibilis, non ualebit. Quid ergo si episcopus dicat, ꝙ de consuetudine potest, quotiescunq; uult, ad aliam ecclesiam declinare, & ibi debet splendidè procurari? dic ꝙ non ualet, ut ex præmissis patet: quia talis consuetudo est incerta, obscura, & impossibilis, irrationabilis, & ecclesiis onerosa. j. e. c. j. & vl. hanc quęstionem bis uidimus de facto, primò inter priorem Antipolitanum dominum Bernardum, bonæ memoriæ, Antipolitanum episcopum, cuius occasione episcopatus inter ipsos diuisus fuit, & certa dignitas præpositurae, & sedes translata apud Grassam. Secundò eandem quæstionẽ uidimus inter episcopum Cistercien. & Forcaquerien. præpositum. Sed episcopo translato ad Ebredunensem ecclesiam inter dictum præpositũ & successorẽ, amicabilis cõpositio facta fuit, & uide quod notatur de simili materia. j. de scruti. in or. fa. §. quando fieri debet.

ADDITIO.

a Gloria enim patris. ¶ Adde originaliter Prouerbiorum 10. & 15. c.

De postulatione prelatorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Postulatio quid sit.*
2 *Postulari debet habilis ad promouendum.*
3 *Non professus in regularem prelatum, non postulatur.*
4 *Epilepticus non postulatur.*
5 *Membro mutilatus non postulatur.*
6 *Bigamus non postulatur.*
7 *Electio facta à maiori, & saniori parte capituli siue de proprio, siue de alieno præualet.*
8 *Postulatio à quo fieri debeat.*
9 *Postulare quis possit.*
10 *Postulatio qualiter fiat.*
11 *Postulationis effectus quis sit.*
12 *Ius per postulationem an acquiratur.*
13 *Pauperi eleemosynam petenti, non datur actio, & tamẽ tenetur diues dare.*

TRactatum est supra de iure scripto, & nõ scripto: sed quoniam parum prodest [a] iura habere in ciuitate, nisi sit qui iura reddat. ff. de ori. iuris. l. ij. §. post originem quia non est portabile, sine iudice relinqui prouinciam. in Authen. de administratoribus. §. illud autem omnibus. coll. vij. ideo subijcit tractatum, de creatione ministrorum ecclesię, per quos iura reddantur: & quia per postulationem peruenitur frequenter ad electionem, uel quia per postulationem, sicut & per electionem ecclesiis aliquoties, & casualiter prouidetur, ideo præmittendo de postulatione, subsequenter annectetur de electione. Dicamus igitur, Quid sit postulatio. Quis postulandus sit, & à quo. Quis postulare possit. Qualiter fiat postulatio. Quis est effectus postulationis. Et vtrum ius acquiratur per postulationem.

1 **Quid sit postulatio.** † Respondetur, ꝙ est gratię petitio: arg. j. c. bonę secundum Gof. Sed non placet, quia non est conuertibilis cum suo descripto. vide dic, ꝙ postulatio, est alicuius personę quę eligi prohibetur non propter vitium, sed propter defectum, qui tamen postulatum non omnino inhabilem reddit ad prouidendum ecclesię, concors, & certa capituli facta petitio. bene dixi non propter vitium: sic enim patet.

2 **Quis postulandus sit.** Habilis † ad ꝑmouendũ: ergo non criminosus. sicut enim periurus, incontinens, homicida, inobediens eligi prohibetur, sic & postulari. j. e. c. j. & ij. j. de elec scriptum est. sed & qñq; propter defectum prohibetur eligi, si defectus ipsum 3 omnino inhabilem reddit. idem vt pridem ergo † Nõ postulatur non professus in regularem prelatum. j. ti. j. cum causam. & c. cum ad nostram. & c. cum in magistrum nisi fortè necessitate instante: tunc enim potest hoc fieri, dummodo in regula fuerit competenter instructus. sic potest intelligi. j. e. ti. cum monasterium de Pellina. & c. officij. §. vl item & talis ad secularem prælaturam vocari 4 potest. j. de voto & uo. redemp. per tuas. † Nec postulatur epilepticus, sicut nec eligitur, j. ti. j. cum inter. canonicos, nisi fortè curatus sit, ita quod per annum ad minus steterit liberatus. xxxiij. di. 5 communiter. † Item nec postulatur membro mutilatus: quia talis omnino inhabilis est. j. de cor. vit. exposuisti. quod dic vt 6 in summa. e. ti. † Sed nec postulat bigamus: uel irregularis, uel alius consimilem defectum habens, quia talia & similia omnino inhabilem reddunt postulatum: ideo dixi in descriptione, si propter defectum, &c. nam quando talis defectus est, qui postulatũ non omnino inhabilem reddit, admittitur postulatio. Ergo postulari potest, si defectus sit in ætate. j. ti j. cũ nobis olim. § penul. & ult.

ADDITIO.

a Parum prodest. ¶ Adde c. vbi periculum. in §. præterea. de elec. lib. 6. c. decernimus. de sen. excom. eo. lib. Archi. in c. humanum genus. 1. dist. idem Arch. 21. dist. in summa.

&ult. Vel inordinabilis. j̃.tit.j.dudum. j̃ §.fin. j̃.de æta.& quali.à multis. Vel in natalibus j̃.tit.1 innotuit. Vel in conſenſu,puta ligatas habet alas,vnde non poteſt liberè conſentire.in his & conſimilibus defectibus poſtulari permittitur, ſed eligi prohibetur, vt patet j̃.e.c.j. j̃. tit. j. innotuit.§. habito ergo. Poſtulatur etiam clericus alienæ diœceſis,vel laicus vndecunq; lxxj. diſt. priuatus. laicus tamen à Papa poſtulandus eſt, cùm ſit ineligibilis.60.diſt. per totum.& iunge ea quæ not. j̃ e.§ & à quo.verſi aliquoties.& idem intelligas de clerico in minoribus ordinibus cõſtituto. Clericus verò in ſacris conſtitutus à ſuo prælato eſt poſtulandus 63. diſt.literas.86.electionis 71.diſt fraternitatem 75 diſt.Arch.Florentinum.ideo verò talis dicitur poſtulari, quia quamdiu in eadem eccleſia idoneus reperitur, non debet eligi aliunde.66.diſt. nec emeritis.& c.nullius inuitus.huic tamen iuri in fauorem collegij introducto poteſt renunciare idem collegium totum,vel maior pars, & aſſumere aliunde. j̃.tit.j. cũ inter canonicos.&c.cum Vintonien.ſecundũ Gof. Alij dicunt, ꝙ clericus alterius diœc.indinſtinctè poſtulandus eſt, quia hoc indiſtinctè dicitur. 61.diſt. Oſius.& §.ſed aliud.& iuuatur hæc opin. j̃.de renun.admonet.& quia vt ibi inuenitur,ſine licentia prælati,tranſire non põt: ergo videtur habere alas ligatas, vnde videtur eadem ratio,vel quaſi, quæ eſt & in epiſcopo.nec etiam videtur,quòd epiſcopus poſſit concedere ſubditum ſubditi, ſine licentia prælati ſubditi, ſicut archiepiſcopus clericum epiſcopi ſuffraganei. arg. 54. diſt.c.1.& 9.q.2.c.1.& 2.Io.ſcripſit & Vin.cum eo,ꝙ ſemper præualet electio de proprio gremio facta, etiamſi à duobus fiat,vt in iuribus allegatis.s̃.eo.ver. poſtulatur.& 61.diſt. obitum.6.q.1.denique. ad finem. ibi,memoriale,inquit,filiis Iſrael, &c.C.de epiſ.& cle. in eccle.1.de cleri.pere.c.fin.nec obſt. j̃.titu.1.cum inter canonicos, quia ibi de hoc non fuit exceptum efficaciter coram Papa, vel quia pars contradicens de proprio gremio, non eligit. Nec obſt. j̃.ti.1.in cauſis. quia illud contingit ex forma compromiſſi. † Tancre.dixit, ꝙ electio facta à maiori & ſaniori parte capituli, ſiue de proprio,ſiue de alieno, præualet,niſi aliud impediat. j̃.ti.j. licet.§ fi.& c.cum inter canonicos.& in c.in cauſis. & c.coram.& c.quia propter.& c.eccleſia. j̃.de iudi. cum deputati. j̃.de inſti.ad decorem.Nec obſtant capitula à Io.inducta,vel quia loquuntur de honeſtate, vel quia licet non ſit facienda de alieno gremio,tñ electio facta tenet.arg. j̃.de iureiur. quemadmodum.§.ꝙ ſi poſt huius. nam & optimus eligendus eſt.64.diſt. Metropolitano.25. diſt.§ nunc autem.9.q.1. licet ergo.ff.de decurio.eos. in prin.C. de his qui ad eccle.confugi.præſenti.§ ꝙ ſi in finib.& tamen ſufficiens toleratur. j̃.tit.1.cum nobis olim.§.his igitur.& c.cum dilectis §.1.& 2.vbi meliores erant,quia ſufficit ne malus exiſtat.16. q.vlt.monaſterium. Laurentius diſtinxit,quia aut duæ partes cõueniunt in extraneum,& tũc valet.nam duæ partes inſtar totius capituli obtinent. j̃.tit.1. licet.§ fin.cum ſuis conc. & ſic vera eſt ſententia Tancredi.aut vnus de duabus partibus deficit, & tunc tenenda ſunt iura à Io. inducta. Dico indiſtinctè ſententiam Io. & Vin.reprobandam. Sed quò ad ſaluandas aliorum opiniones, ſic poteſt diſtingui. Si quæras, vtrum clericus extraneus poſſit eligi,refert vtrum immediatè ſubſit Papæ,puta exemptus eſt:& talis poſtulari debet: arg.s̃.ti.j.cum venerabilis. j̃.de renun c.fi. Vel non ſit ſubditus Papæ,ſed alteri, & tunc ſub diſtin.vtrum ſit adſtrictus eccleſię parochiali,quia quodammodo ſponſus dicitur. 21.q.1.ſicut.& tunc ſimiliter poſtulari debet, non eligi.& ſic intelliguntur iura allegata.s̃.e.ver.alij dicunt.& in his caſibus vera eſt diſtinctio Laur.ſed iunge ea quæ not. j̃.eo.§.& vtrum ius.nec obſt. j̃.tit.1.cum inter canonicos. & c.per inquiſitionem.§.pe.in fi.quia intelligi poteſt,ꝙ prępoſitus fuit electus in poſtulandum. ſicut no.s̃.e.ver.magiſter. vel tenetur ibi eligere largo modo.ſic j̃.de temp.ord.dilectus.vbi & is qui in minoribus ordinibus eſt, electus dicitur.& tamen eligi non poteſt,vt no.s̃.e.verſi.vel in ordinibus.arg. j̃.e.bonæ.1.in fi. Si verò ſit ſimpliciter beneficiatus, non alligatus,vera eſt ſententia Tancredi. Quamuis autem de rigore iuris ſic poſſit diſtingui tamẽ opinio Tancredi generaliter tenet,& comprobatur à cõſuetudine,quæ eſt optima legum interpres.s̃.tit.1. cum dilectus §.dictus.ad fin.& ſecundum ipſum pronunciatum fuit in quadam cauſa,de facto durando,de rectore eccleſiæ,de trocis,Claudeten diœc.electo in præpoſitũ Viennen.Sed nunquid religioſus eligi põt? & certè non videtur,quia nec tranſire poteſt ad aliam religionem ſine licentia. j̃. de reg.licet.nec ad honores eccleſiaſticos promoueri,16.q.1. ſi quis monachus.& c.cum pro vtilitate.cum enim quædam alienatio cenſeatur,etiã conſenſus totius conuentus requirendus videtur.19. q.3.ſtatuimus. 12.q.2. ſine exceptione: quia maior eſt alienatio perſonæ,quã rei.ar.12.q.1.pręcipimus.& expreſſum eſt,ꝙ Prior conuentualis,etiam neceſſitate vrgente, ad aliam eccleſiam ſine fratrum conſilio non transfertur. j̃.de ſtat.mon.§ fi.& adde. j̃.de inſt.§.quis inſt.ver.Item inſtituendus eſt clericus ſecularis,& ſeq. Solu.dicunt quidam,ꝙ eligi poteſt,quia hoc edictum prohibitorium eſt.argu. j̃.de ſpon.cum apud.alij contrà,quia cum epiſcopus prohibeatur eligi, propter defectũ conſenſus. j̃.e.c.fi multo fortius monachus, quia neque nolle neque velle habet. 12.q.1. nolo. j̃.de ſtat.mon.cum ad monaſterium.quia de ſimilibus ad ſimilia,&c.s̃.de reſcri.inter cęteras.& vbi eadem ratio,idem ius. j̃. de conſan.& affin.tua ad fin.C. de lib.præter. vel exhær.l 1.C.de conſti.pe.l.vlt.Magiſter Iac.dicebat,ꝙ ipſum eligeret in poſtulãdum.nam & ſi quis cautus ſit, & dubitet an perſona defectũ patiatur,prouidebit ſibi, ſi in poſtulandum eligat. j̃.titu.1.in cauſis. reſpon.1.ad fi. j̃.de renun.poſt tranſlationem.1.reſpon.& §.cum ergo.de conſuetudine tamẽ ſimpliciter eligitur tota die. Sequitur in deſcriptione, *ad prouidendum eccleſiæ*,hoc ideo,quia per poſtulationem ad electionem peruenitur,vt patet in his quæ not. j̃. eo.§. quis ſit effectus. vel melius hoc ideo dixi,quia tribus modis prouidetur eccleſiis:per electionem canonicam.de qua j̃.tit.1.in ſumma. Item per poſtulationem concordem,de qua hic ſpecialiter tractatur, & de his duobus modis prouidendi j̃.e.bonæ memoriæ.2.§.cæterum.& §.verum.per nominationem etiam ſolennem prouidetur.& de his tribus habes j̃.e.bonę me.1.in fi.& dicitur nominatio ſolennis,cum duo vel tres excellentiores ſunt in eccleſia,quorum nomina in ſcriptis ſolenniter redigũtur: & ſupplicatur Papæ, ꝙ dignetur de altero prouidere.85.diſt.archidiaconum: Ideo dixi in deſcriptione, *certa,& alicuius perſonæ*, vt inter poſtulationem & nominationẽ differentiam notarem, quia in poſtulatione vnica perſona,& certa nominatur, niſi capitulũ diuidatur. j̃.e.bonæ.1.& 2. ſed in nominatione plures exprimuntur,& ſic incerta eſt petitio.tamen ſecundum Goff.per talem nominationem acquiritur ius. arg. à contrario ſenſu 2.q.7.diffinitiua.ver.nominationes.16.q.vlti. contra ſanctorum.& ipſa pendente,non eligitur alius,ne Papa illudatur. j̃ eo.bonæ 2.§.nec nocebat.ſecus autem,ſi nominãtio ſit ſimplex,non ſolennis:& dicitur ſimplex illa quæ fit in tractatu,quãdo dicitur,Petrus eſſet bonus,vel Gulielmus,vel talis.idẽ videtur de nominatione in ſcrutinio facta,quouſque fuerit publicata. j̃.ti.1.publicato, ſecundũ Goff.& de hac ſimplici loquitur j̃.titu.1.quòd ſicut.& c.ſeq.vel poteſt dici, ꝙ nominationem ſolennem, vocat promiſſionem per vnam factam, quæ nec propriè electio dici poteſt quod dic, vt no. j̃.tit.1.§ qualiter.verſi.2.

8 **Et à quo.** †Patet ex pręmiſſis,quòd quando propter defectum voluntatis eligi non poteſt, à proprio prælato poſtulandus eſt, vt notat.§ proxi.verſic.poſtulantur.& verſi.ſed nunquid.qui ſi conſentire noluerit, ad ſuperiorem recurſus habetur. j̃.de iure pat.nullus.7.q.1.omnis qui gemebat.9. quæſtio.3.nunc verò. Vbi verò propter defectum ordinum,vel natalium,vel ætatis,eligi prohibetur,poſtulandus eſt ab illo qui diſpenſare poteſt.quod dic, vt notatur. j̃.de æta. & quali.§.ætas. & §.ſeq. nam in minoribus beneficijs, quinimò etiam ſi abbatia ſit,à diœceſano poſtulandus videtur. j̃.titu.j.cum monaſterium. de appel.de ætat.& qual.tuam. Aliquoties etiam poſtulatur quis à ſeipſo nam ſi ſit laicus eius diœceſ. à ſeipſo poſtulatur, his verbis.Petimus vt facias te promoueri,quia volumus te eligere. Sed ſi ſit de alia diœceſi, tunc poſtulandus eſt à prælato proprio, & collegio.71.diſtin.primatus. & quia conſenſus illorum non ſufficeret,poſtulandus eſt poſtea a ſeipſo. Quòd ſi dicat, Nolo tonſurari,niſi de electione certificer,nullum pactum interponendum eſt.& ſi fiat,quod ex eo, vel ob id ſequitur, non valebit,ſicut intelligitur. 59 diſtinct.hoc ad nos. & per totam.16.q.7.per laicos. Sed non peccat qui hac ſpe recipit ordinem dum tamen principaliter eo propoſito non ducatur.59.diſtin.ſi offic.60. diſt.quid proderit.84.diſt.conſuluit.76.diſtin. in ſingulis.8. quæſt.1.ſunt in eccleſia.ſecundum Hug.& ſecundum hoc poteſt intelligi. j̃.ti.j. cum poſt petitam. Sed intellectus iſte videtur reprobari ibidem, & j̃.tit.1.cum ad noſtram.& c.offic.& j̃.de ſimon.c.fin.& iunge, quod no.s̃.eo.§.quis poſtulandus.verſi.poſtulatur.

9 **Quis poteſt poſtulare.** †Is qui eligere. j̃.e. bonę.2.§.cęterum.& per totum. j.titu.1. innotuit.§.vlti. ſuper quo vide j̃. titu.1.§. quis poſſit.

10 **Qualiter fiat poſtulatio.** †Dicit ꝙ non requiritur forma, niſi hoc ꝙ concorditer & communiter conſentiant poſtulãtes, cum enim gratia requiratur,concorditer & cõiter peti debet. j̃. eo.bonæ.1.& 2.§ cæterum & ſeq.alias Romana eccleſia non cõſueuit poſtulationem recipere.poſſet tamen,ſi vellet poſtulationem factam à maiori,& ſaniori parte capituli admittere,minori parte minimè eligente,ſine cuiuſdã iniuria, quia generaliter obtinet,vt ſtetur maiori, & ſaniori parti.65 diſt.ca.1 2.& 3.10 q. 2. hoc ius porrectum. j̃.de his quæ fiunt à ma.parte capi.c.1. Sed ſi minor pars eligat,tũc ad hoc vt præualeat poſtulatio,requiritur conſenſus duarum partium. j̃.ti.1.ſcriptum.ſecundum Goff.magiſter Iac.dicit,ꝙ decretũ requiritur,quia eſt de ſubſtantia poſtulationis. ſic intelligit. j̃.eo.bonæ. 2.§. nec nocebat.61 diſt.epiſcopus.7.q.1.epiſcopo.2.adde ꝙ no. j̃.eo.§.& vtrum.verſi.hęc vera.

[11] **Quis ſit effectus† poſtulationis?** vt poſtulatione admiſſa habilitetur poſtulatus ad eligendum. j. ti. 1. innotuit § fin. hunc tamen ordinem & ſi iure procedat, non ſeruat Romana curia: imò expoſtulationem recipit cum effectu, recipiendo corroborat, & corroborando recipit, ſicut conſueuit dici de Papa, quia eligendo confirmatur, & cõfirmando eligitur. 23. diſtin. in nomine Domini. j. titu. 1 licet. approbatio enim poſtulationis & poſtulati, pro electione & confirmatione habetur, ideo datur epiſcopis tantum licentia tranſeundi ſine confirmatione alia. j. e. bonæ. 2 § fi. j. tit. 1. de cauſis § fi. vel aſcendendi infrà, de renun. poſt tranſlationem §. cum ergo. tales enim aſſumũtur. j. ti. 1. officii. § fi. hoc ideo facit curia, vt vitetur circuitus ff. de condi. indeb. dominus & vt eccleſiarum diſpendiis occurratur. j tit. 1 ne pro defectu, & c quia propter. & c. nihil eſt. ſecundum Goff videtur tamen, ꝙ confirmari debeat. j. tit. 1. cùm monaſterium. & iunge quod no. s. eo §. quis poſtulandus. ver. ſequitur. & infrà eod §. & vtrum.

[12] **Vtrum ius† acquiratur per poſtulationem?** dixit Damaſc. ꝙ non. quia gratiæ innititur. j. eo. bonæ. 1. & c. poſtulationem. nec obſt. j. eod. bonæ. 2. § nec nocebat nec enim ſequitur, Reſilire non poſſunt, ergo ius acquiritur. nam ſi omnes ſocij præter vnum, mihi conceſſerint in communi feudo ſeruitutem, nihil acquiritur mihi: & tamen qui conceſſerunt, reſilire non poſſunt. ff. de ſerui. ruſt. præ. per feudum. dic ergo, ꝙ niſi ſequatur electio, nullum ius acquiritur poſtulato. ſi tamen poſtulantes faciant aliquem ordinari, ſub hac ſpe, vt eum eligant, & poſtea eligunt alium, tenet electio: dum tamen poſtulatio ſuperiori non fuerit præſentata: alioquin contrà, vt in d. §. nec nocebat. Sed tamen eludentes, tenẽtur eluſo actione iniuriarum, quia non licet mutare conſilium in alterius iniuriam. ff. de regul. iur. nemo. arg 22. q 2 primum. ſecundũ Hug. & Da. tamen quicquid dicant, potius videtur dari actio de dolo. arg. ff. de dolo. cũ quis. & l. ſi cum mihi. de hoc dic, vt no. s. eo. § & à quo. verſic. aliquoties. ad fin. Guil. Naſ. dicit, ꝙ per poſtulationem acquiritur ius. vt j. tit. 1. ſcriptum. Si enim non haberet ius, poſtulatus non admitteretur ad appellandum. j. tit. 1. cum inter R. ſeniorem. §. 1. quòd tamen fit. infrà, titu. 1. bonæ memoriæ. 1. & c. in cauſis. Item nec poſſet agere, quia ſine actio. & c vt not. infrà, de lib. obla §. quid debeat continere libellus. Item poſtulatio & electio [a] æquiparatur, vt patet in his quæ no. s. eod. §. quis poſtulandus. verſi. ſequitur in deſcriptione. ſicut enim vna electione pendente, alia fieri non debet. vt no. j. titu 1. §. qualiter facienda ſit electio. poſt tractatum formatũ in illa quæſtione, Quid ſi duæ electiones [b] fiunt in diſcordia, & diſtin. ibi ſequenti, ita nec vna poſtulatione pendente. j. tit. 1. bonæ memoriæ. 1. circa princ. & c. in cauſis. §. 1. nec plus iuris habet electus, quàm poſtulatus, quia neuter ante confirmationem adminiſtrat, & vtriuſque conſenſus requiritur. j. titu. 1. noſti. & c. qualiter. & c. innotuit. & de tranſla. epi c. 1. & fin. Item in vtraque decretum requiritur 7. q. 1. epiſcopus j. eo. bonæ. 2 §. 1 61. diſt. epiſc nec obſt. §. ibi præcedens. ſed aliud, vbi innuit, ꝙ poſtulatio fiat ſine decreto, quia allegando hoc dicit, non probat, quando aliquis à ſeipſo poſtulatur, de quo dixi s. eo. §. & à quo. ver. aliquoties nec obſtat j. eo. poſtulationem. quia ibi loquitur de inepta poſtulatione, quare dicit, *Huius*. nec obſtat j. eo. bonæ. 2 § nec nocebat. vbi innuit, ꝙ non acquiratur ius quouſq; repræſentata fuerit, quia allegatio eſt, nec illi rationi innititur Papa, ſed alii, vt apparet in ſententia, ibi, intelleximus itaq;, & c. nec obſtat j. eo. bonæ. 1. §. pen. vbi dicit, non tam ex iuſtitia, quàm ex gratia, quia non debet excludi, ergo non de iuſtitia, ſed de gratia, imò debet concludi, ergo de iuſtitia & gratia: licet magis de gratia, ſecundum Guil. Naſ. prima expoſitio eſt priuatiua, ſecunda verò comparatiua, ſicut dicitur vulgariter, in hoc ſcypho nõ eſt tantum de vino, quãtum de aqua. Poteſt etiam vitari Guil. Naſo per eandem decreta. in fi. vbi hæc tria ponuntur, ſub diſiunctione, electionem, poſtulationem, & nominationem, vnde vidẽtur æquipollentia. arg. s. de reſc inter cęteras. j. ꝙ met. cau. ad aures. §. 1. j. de præb. dilecto. §. quanquam. nec obſtat ꝙ Papa poteſt ipſam admittere, vel non admittere, ſine cuiuſque iniuria. j. e poſtulationem. & ꝙ de gratia admittit ipſam. ꝙ etiam intelligas, ſi vis mero & pura & ſine iniuſtitia, quia hoc intelligitur ſecundũ plenitudinem poteſtatis, quam habet. j. tit. 1. illa. & de vſu palii, ad honorem. ſecundum quam de iure poteſt ſupra ius diſpenſare. infrà, de conceſ. præb. propoſuit. & ſecundum quam dicitur gratiam facere, etiam ſi ius reddit. puta, cõcedendo reſcriptum, s. de reſcri. quia nonnulli. & c. nonnulli. & c. ſedes. vel etiam de iure confirmando electionem. j. tit. 1. cum inter vniuerſas. in fi. ſecundum quam ſequeretur, ꝙ de ſola gratia electionem canonicam confirmaret. ergo largo modo, gratia eſt, ꝗcquid facit, quia legib. eſt ſolutus. [c] ff. de legi. princeps. C. de legi. digna. vox. Goff. ſequens opinionem Tan. dixit, ꝙ poſtulato non acquiratur ius, per ꝙ agere poſſit, cùm ex gratia pendeat. ff. de adim. leg. rem legatam. ff. de euic. ad res donatas. tñ ſi poſtulatio fiat cõcordia, & de digno, ex debito incumbit ſuperiori ipſam admittere; ꝙ ſi nõ fecerit iniuriam, facit ad gratiam, ſi admittat, ar. ff de aqua quot. & æſti l. 1. §. pe. ff. qui ſatiſ. cog. l ſi verò. in fi. tñ de tali iniuria agere non põt. ſic aliàs iniuriam facit ſynodo, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere cõtendit, & in publico diſputari. C. de ſum. tri. l. 3. in prin. ſed ex ea agi non põt, quia nec tanta eſt. C. de app. & in maior ib. Simile in præſentato à laico, qui variare poteſt. j. de iure pat. cum aũt aduocatus, nec ratũ eſt, ꝙ incipit, quouſque per prelatum fuerit approbatum j. de iure pat. ꝙ aũt conſulis. & de gratia admittitur præſentatus. 16. q. 5 ſi quis epiſcoporum. j. de iure pat, qm̃. & de pen. in quibuſdam. ſed ſi prelatus nõ admittit, põt haberi recurſus ad ſuperiorem, vt notatur. s. eod. §. & à quo. reſpon. 1. ſed & ſi alium inſtituat à non patrono præſentatum, primo repræſentato agente, remouebitur, & j. de ſent. & re iud. cùm Bertoldus. ſed & ſi ad repræſentationem eiuſdem patroni alium inſtituat, tenet inſtitutio: iniuriam tamẽ facit primo præſentato, ideo debet ei in conſimili beneficio prouidere. j. de iure pat paſto alis. Sic diſpẽſatio ex gratia petitur, & tñ ad ipſam ex cauſa concedendã ſuperior tenetur. 50. diſt. pendere. & c dño ſancto. & c. ſi quis diaconus. [13] † Sed pauperi, eleemoſynam petenti, non datur actio, & tamen diues tenetur [d] ipſam dare, iuxta illud, Omni petenti à te, tribue. & illud, Date eleemoſynam, [e] & c. & probatur. 16. q. 1. prædicator. & c. ſi. Item acquiritur ius poſtulato, quia poſtulantes reſilire non poſſunt, ex quo repræſentata eſt, vt dictum eſt. Electo verò acquiritur ius petendi confirmationem. j. de accuſ. ſuper his. Ego verò, ꝙ ad iura & opiniones ſaluãdas pertinet, quicquid alij cãtauerint, ſic diſtinguo. Aut duo poſtulantur, aut duo eligũtur. Aut vnus poſtulatur, & alius exigitur. Si duo poſtulantur, aut in alterum conueniunt duæ partes capituli, & poſtulatio fit ex cauſa, puta propter vrgentem neceſſitatem, vel euidentem vtilitatem eccleſiæ: aut alterum iſtorum deficit. in primo caſu acquiritur ius poſtulantibus, adeò ꝙ etiam cõfirmatio peti põt. arg. j. tit. 1. cùm monaſterium. & c. cùm nobis olim § vlt. & c. in cauſis §. fi. j de æta. & quali. tuam, & c. quæris. j. de conceſ. præb. cum noſtris. §. fi. etiam ſi non profeſſus in prælatum regularium poſtuletur dum tamen in regula ſit competẽter inſtructus, vt in d. c. j. tit. 1. cùm monaſterium. & c. officij. §. fi. & ſic poteſt intelligi ſententia Guil. Naſonis, & iura ſua. Sed nõ acquiritur ius poſtulato: & ſic intellige ſentẽtiam Da & iura ſua, niſi fuerit ſuperiori repræſentata, alioquin ius acquiritur, ſicut dixit Goffr. non tamen aget poſtulatus, ne de ſe nimis præſumendo ſe ingerere videatur. arg. j. tit. 1. qualiter. 8. q. 1. in ſcriptis. verùm in modum denunciationis fortè admittetur, ob vtilitatem eccleſię, arg. j. ti. 1. publicato. j. de iureiu. quemadmodum. & c. ad noſtram. 7. q. 1. c. qui epiſcopatum. Multò fortius hic locum habeat, ſi vnanimis & cõcors ſit poſtulatio, vt patet in his quæ no. s. e §. qualiter. & §. quis poſtulandus. ver. ſequitur. Quid ſi neuter duorum poſtulatorum habeat duas partes, vel habeat, ſed non ſit ex cauſa, non iuri, ſed gratiæ innititur. ſic etiam intelligi poteſt ſententia Da. & iura ſua, argu. j. tit. 1. licet. § 1. & 2. & c. venerabilem. §. obiectioni. ver. ꝙ autem. Vbi verò duo eliguntur, ibi ſemper maiori & ſaniori parti eligentium ſtandum erit, nec requiritur cauſa, ſicut in poſtulatione. j. tit. 1. licet. §. fi. & c. coram. & c. venerabilem. §. obiectioni. ver. exercuit. & c. quia propter. & c. eccleſia. 2 §. fin. Si autem vnus eligitur, & alius poſtulatur, & in poſtulatum duæ partes conueniunt, & ex cauſa fit, præfertur poſtulatio, & vincit electionem, ergo in hoc caſu fortior eſt quam electio: & ſic intelligi poteſt ſententia Gul Naſonis. j. ti. 1. ſcriptum. § 1. Quid ſi vnus de duabus partibus deficiat, vel cauſa non ſubeſt, electus obtinet. j. ti. 1 ſcriptum. §. quod ſi ad faciendum. Hęc vera intelligas, dummodo perſonæ idoneæ ſint, & formæ generalis concil. ex quo de diſcordia duorum agitur, fuerint obſeruatæ, ſecundum quoſdam, quibus non aſſentio, quò ad poſtulationem. Sed dic, vt no. infrà, tit. 1. §. vtrum mutari. ſuper decret. publicato. in illo verbo, electores. alioquin, ſcilicet ſi perſonæ non ſunt idoneæ, perſona idonea contra perſonam poſtulatam minus idoneam, quamuis duas partes habeat, obtinebit. j. titu. 1. dudum.

ADDITIONES.

a Poſtulatio & electio. ¶ Adde Bal. ſuper iſta rub. in 2. col. verſi. ſciendum eſt.

b Duæ electiones. ¶ Adde an ſors poſſit ſeruari in iſto caſu. vide per d. Cardi. Zaba. in c. ſi. de ſort.

c Legibus eſt ſolutus. ¶ Adde l. ex imperfecto. C. de teſta. c. iuſtum eſt. 9. diſt. §. ſi. 25. q. 1. Card. Alex. in c. ſi Romanorum. 19. diſt.

d Diues tenetur. ¶ Adde gl. ſing. in c. ſicut hi. in verbo, ex viuentium. 47. diſt. Barb. in c. ſignificantibus. in 11. col. de offi. deleg. Barb. in c. nullus. in 1. col. de pigno.

e Date eleemoſynam. ¶ Adde tex. in c. quia tua. 12. q. 1. c. decimas. 16. q. 1. ca. medicamentum. de pœni. diſt. 1. originaliter. Lucæ 11.

dum.j §.fi.& c.scriptum.§.si verò.& cap.congregato. secundum hoc intelligi potest sententia Lauren.quam no.s.e.§.quis postulandus.ver.Lauren.dixit.& dist.sequens.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POTEstate. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Electio quid sit.*
2 *Electio in quibus ecclesiis & beneficijs habeat locum.*
3 *Electio ubi fieri debeat.*
4 *Electio in communi fieri debet.*
5 *Eligere quis possit.*
6 *Suspensus eligere non potest.*
7 *Episcopus suspensus beneficia an conferre possit.*
8 *Ligatus minori excommunicatione, an eligere possit.*
9 *Eligi qui prohibentur.*
10 *Reprobatus semel propter vitium personę, dicitur ineligibilis.*
11 *Electio qualiter sit fienda.*
12 *Zelus in animi affectione consistit.*
13 *Meritum circa personas eligentium attenditur.*
14 *Forma arbitraria in electione.*
15 *Electio non habet locum, nisi quando sunt duo vel tres.*
16 *Electio quando est concors & communis, debet confirmari.*
17 *Electio quando est concors & canonica, venit confirmanda.*
18 *De electione summi Pontificis.*
19 *Electio quo tempore sit fienda.*
20 *Consecratio episcoporum vltra tres menses differri non debet.*
21 *Electio an mutari possit.*
22 *Nominatio nuda & simplex mutari potest.*
23 *Postulatores an possint variare scrutinio publicato.*
24 *Ratihabitio an semper retrotrahatur.*
25 *Matrimonium spirituale contractum authoritate Papæ, quare soluitur.*
26 *Electio gignit confirmationem.*
27 *Electio a quo sit confirmanda.*
28 *Casus in quibus electio facta, irrita est ipso iure.*
29 *Confirmato quod ius acquiratur.*
30 *Ius audiendi causas criminales, an acquiratur confirmato.*
31 *Prælati quæ officia habeant.*
32 *Eligentes vitiosè quam pęnam patiuntur.*
33 *Capitulum si transfert potestatem in alium, & ille sit negligens, nunquid propter hoc priuabitur potestate eligendi.*
34 *Canonici si delinquant, deuoluitur potestas eligendi ad superiorem.*
35 *Compositionem recipiens, iuri suo renunciasse videtur.*

EXplicito iuris tractatu, ad tractatum de ministris eius, scilicet clericis, accedamus: de ipsorũ creatione, ordinatione & officijs tractaturi. Sed quia eorum creatio per electionẽ fieri habet, s.proxi.tit.in prin.alio *modo* continuatus est. ideo de ipsa electione plenissimè tractantes, cũ tractatus quotidianus sit utilis & necessarius, primitus videamus, Quid sit electio. in quibus ecclesiis & beneficijs locum habeat. Vbi fieri debeat. Quis possit eligere. Quis eligendus. Qualiter sit facienda electio. Quo tempore. Vtrum mutari possit. Quid operetur. A quo confirmãda sit. Qualiter. Quod ius acquiratur confirmato. Ad quid tenetur. Quid iuris, de expensis, hac occasione factis. Quam pœnam patiuntur eligentes, si uitiosè eligant.

1 a Quid sit† electio?[a] Et dico quòd est personæ ad dignitatem vocatio, secundum Gof quamuis alias verbum eligere, ad multa se habeat. nã dicitur quis eligi, in postulandum, ut not. s.titu.proxi.§. quis postulandus. ver. magister. dicitur etiã quis eligi in canonicum, infrà, eo.cum ecclesia.infra, de præben.dilecto. Idem arbiter, j.eod.in causis. j.de fo.compe. si quis contra aliquem. j.de appel.cum speciali.sed in his & similibus, dicitur fieri electio, largo vocabulo, sicut & dicuntur poma eligi in canistro. hic autem strictè sumitur verbum Eligere, secundũ Goff. Sed cũ hæc descriptio conueniat nominationi, & postulationi, de quibus dixi s.titu. 1.§.quis postulandus.vers. sequitur.& etiam in inferioribus beneficijs electo locum habeat ut apparet. j.eo.§.in quibus.ideo sic describe. Electio, est alicuius personæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternam societatem seruata forma, canonicè facta vocatio: & quare sic describatur in inferioribus apparebit. & colligitur hæc descriptio. j. eo. cum in cunctis & cap.cum eccl. & capit.quia propter.infra, de arb. c.olim. Ideo dixi, Canonicè, quia si vitiosa fuerit electio, nec transactione, nec tractu temporis cõualescit, cum tempus electionis inspiciatur. vt not. j.eo.§.quis eligi. ver. Item sciendum. licet amicabilis compositio authoritate superioris admitti possit. quod dic, vt not. infrà, de transact. § in quibus cesset, versi. Item cessat in spiritualibus.

2 In quibus ecclesijs† & beneficijs locum habeat, & quidem in episcopalibus & superioribus, sed in archipresbyteralibus, & in plebanalib. si penes clericos ius eligendi resideat, & collegium tantum, & tale sit, quòd forma obseruari possit: quid enim si duo, vel tres tantum sint: procedatur secundum morem antiquum: infra, eo.c. j. idem in pręposituris, decanatibus, & aliis personatibus, si extra episcopales ecclesias sint, per istorum mortem dicantur ecclesiæ viduatæ. Secus si sint in choro cathedrali, cũ ecclesiæ per mortem talium minimè viduentur. secundum Goff. quæst.d. non est forma seruanda, nisi in beneficijs, per quorum vacationem dicuntur ecclesiæ viduatæ. super hoc vide j. ne sede. vacan. §. de qua sede. Alii dicunt, formã in episcopalibus, & non episcopalibus, regularibus tamen, & ꝯuentionalibus omnibus obseruandam. j.eo.c.j.c.cum terra. c.ne pro defectu. & c. sacros. sed in minimis, minimè. nam & in capitulis fit repræsentatio per patronum. infra, de iure patro. à nobis. Ego dico, quòd supradicti adhærent verbis: sed ex mente dici potest, quòd forma locum habeat in beneficiis *maioribus* minimis etiam in præbendis, j.eod. cùm ecclesia. j.de præben. dilecto. j.de concess. præbend. literas. §.i. respon. j. verum vbi ad vnum pertinet tantum collatio, seu prouisio, ibi non potest habere locum electio, quia eligere est ex pluribus personis vnam eligere ex pluribus votis legere, id est, colligere quid melius & vtilius sit. & hoc ultimum non potest habere locum, nisi inter plures: & ideo quando ad plures pertinet non dicitur quis eligi ad præbendam: j. de præben. tuæ: sed dicitur repræsentari, si patronus sit: j. de præben dilectus. 3. j. de conces. præben c. vlti. vel cõferri, si prælatus sit: j. de præbend. venerabilis. vel prouideri seu ordinari: j. eod. ne pro defectu. j. de præb. vlt. vel creari, seu instituí: j. de conces. præb. ex parte. vel collocari: j. de instit. ad decorem. vbi vero ad plures pertinet, si sint patroni laici, non possunt eligere, ut patet j.e § quis possit. versic. laicus. Sed dicuntur consentire, & representare, j. de iure patr. capitul. 1. & 2. per totum. verum quia ex pluribus maior pars eligitur, id est colligitur, dicuntur eligere, j. eodem, quærelam. 63. distinctio. si in plebibus. igitur ex quo ad plures collegiatos & clericos religiosos seu seculares pertinet, dico formam concilii obseruandam etiam in minimis beneficiis. quamuis enim verba concilii deficiant, quia loquitur de ecclesiis viduatis, mens tamen hoc desiderat, quæ uult quòd vitetur dissentionis materia: & ne patiantur ecclesię detrimenta, quæ etiam in minimis sunt vitanda. argument. ad hoc ff. de vsufruct. æquissimum. & in authentica de armis. coll. 6. j. de appellatio. capitu. de appellationibus. & j. de præbend. maioribus. nam & uitandum est scandalum pusillorum. j. de no. ope. nun. capitu secundo. §. vltim. & expensæ in minimis sunt uitandę 2. quæstio. 7. anteriorum. §. illud hoc hodie expressim cõprobatur *in authentica* d. N. extrà. eod. statuimus. ubi dicit, quòd si quis electionem, uel postulationem, uel prouisionem factam impugnat, in formam obiiciens uel personam, à die obiectionis ad sedem Apostolicam iter arripiat intra mensem. & sequitur, Hoc autem in dignitatibus, & personatibus, & canoniis obseruari volumus, & mandamus: ergo in canoniis seruanda est forma, alioqui nihil obiici possit. argum. j. de despon. impu. ad dissoluendum. quamuis uerba concilii, alium intellectum amplectantur, tamen mens ipsius aliud uult, cui standum dico, ut not. suprà, de rescriptis. §. quod cui præiudicet. sub distinct. si de reuocatione. uersic. breuiter dico.

3 b Vbi fieri† debet.[b] Hoc planũ est, nam ibi, ubi consueuit, ut j. eod. cum terra. prope finem dummodo non in popina, uel lupanari: sed in loco honesto. arg ff. de iust. & iur. l. penultim. potest ergo fieri in capitulo. s. eo. titu. proxim. bonæ. 2 §. uerum. uel in choro. j. eod. cum nobis olim. post prin. uel in ecclesia. j. eo. quod sicut. circa. princip. 23. dist. in nomine. non ergo in camera regis, quamuis in palatio episcopi, uel in camera electio confirmari possit. Sed honestius est, in ecclesia. j. de appel. qua fronte. respon. 1. non facio uim, dummodo locus clericorum sit, & honestus: nisi forte de consuetudine in uno loco tantum fieri consueuisset: quia tunc dicerem consuetudinem seruãdam. j. eo. in causis. & c. auditis. c. ꝯgregato & c. in Genesi. in fine. ff. de offic. proconsul. l. 4. §. etiam. & l. si in aliquem.

ADDITIONES.

a Quid sit electio. ¶ Adde hic in rub. eod. tit.
b Vbi fieri debet. ¶ Adde cap. quia circa de elect. lib. 6.

quem.ff.de arbi.l.cum dies.§.si locus. nisi ex causa alibi debeat fieri.quod not.j.eo.§.j.sub §.& qui nullo iure.versicul. tertius.& sequent. Item debet fieri in communi: † quia singulares consensus non valent.argum.63.distin. capit.quanto. & cap plebs.8.q.1.licet.& cap qualis j.eod quia propter.& ca. in genesi. sed contra,s.titu.1.bonæ.2.§.vltim.dic,quod valent singulares consensus,ab his qui de capitulo sunt, & in capitulo habiti,in omnibus his,quæ electionem precedunt,& electionem sequuntur,& aliis ab electione.infra eo.in causis.j.responso.& c cū dilecti.§.verum infrà.de testib.tam literis.§.ulti.& in contrariis signatis ibi, consensus tamen debet esse vnanimis.infra eo. in causis.§. fina. ibi, & vnanimiter. infra,de proba.tertio.in electione autem non valent consensus singulares, licet vnanimes sint. infra eodem. in Genesi. Sed quare non valent singulares consensus: quia ibi videtur quædam diuisio,& Spiritus sanctus,cuius gratia iniri debet electio, diuisionem vel schisma non diligit, sicut apparet Actuum 2. Et dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes, non singuli pariter, id est, vnanimes, non diuisi, in eodem loco, non diuersis: & factus est repentè de cœlo sonus. & adde ꝙ not. infrà, de testi. sub. §. fin. versicu. sed quæ est ratio. & j. de schisma.§.1.& 2.

Quis possit eligere?

†Is qui ius habet in electione, & qui nullo iure impeditur. Ideo dico, *Qui ius habet in electione*: quia non omnes habent ius in electione, & refert de quo beneficio q̃ras. Si quæris de electione prælati, ad proprium collegium pertinet electio: vt probant concord signatæ. s. eo.§ in quibus. 63.distinction. Adrianus. & capitu. nosce. & §. ex his. 16. quæstio. vltim. congregato. Si ergo aliquis dicit se interesse debere, quia non sit de collegio, probet pactum,vel priuilegium, vel consuetudinem, vt probant concor.signa.s.de consuetu §.quid sit.ver.bene dixi rationabilis.& j.eo.tit.cum dilectus.j eo.scriptum.Caute tamē facit collegium, si ipsum admittat sub protestatione conuentionali, ut ita demum numeretur vox sua, si potest probare, ꝙ ibi habeat ius:quia nisi hoc probet,succumbet. j. eo Cumana. Sed alius stultè procedet,si magis cōfidit de quasi possessione,quam de proprietate:quia appellare potest, ne alii procedant, ipso excluso, cùm in quasi possessione sit eligendi.argu.j. de sentē. & re iudic.cum olim.& j.de app.constitutus.sic intelligo, expressum casum de hac materia.j.eo. in Genesi. Sed & si quis allegat præscriptionem, [a] necesse est quòd titulum ostendat & possessionem.j.eod.constitutus.j.de decis.dudum.super hoc vide quòd no.s.de consue.§.vltimo.versicu.prima differentia. & sequent. & infrà, de deci §. vtrum præscribi possit. Sed contra, quia vocantur religiosi. 23 distin.in nomine Domini. 79.distinctio. c. 1. dic,quòd de honestate loquuntur: vel dic,ut not.j.eo.§.quis eligi. vers his etiam. vsque ad §.nedum. Laicus autem nec consuetudinem, nec præscriptionem, nec quasi possessionem allegare potest,quia hoc ipso vitiatur electio,ꝙ laicus interest. j.eo.quisquis.& cap.sacrosancta.& cap Massana. nec ad clamorem laicorum est aliquis eligendus j. eod. Osius. quia vanæ voces populi non sunt audiendæ C.de pœnis.l.decurionum. Sed & electione facta potest requiri cōsensus patroni,tamen irritabitur, etiamsi dissentiat sine causa.j. eod. cum terra. & c. cum inter vniuersas. in fine & capitul.ꝙ sicut.*sine causa*.ideo dixi, quia si a principe tēporali,temporalia teneat,& suspectus est,vel infidelis,merito audietur sicut in illustris Regis Angelorum priuilegio cōtinetur, quod comprobatur j.de iure pat.nobis fuit.§.1.idem videtur,& si temporalia non teneat.arg.in vtroque.j. de iureiu. nimis. & c. petitio.Sed & vocari possunt principes, vt clericos ab oppressionibus tueantur.62.dist § principibus,sic & populus non ad eligēdum,sed ad consentiendum vocatur.63.dist.§.econtra.& capit. sequentibus.j.eo.innotuit.§.multa.omnes ergo canones,qui innuunt laicos interesse electioni, corriguntur, nisi intelligas electioni iam factæ.non obstat infrà, de iure pat.nobis fuit.§. j.quia quod ibi dicit, de sua iurisdictione, expone, id est priuilegio à Papa concesso.16. quæstio. 1. hic est etiam. nullus enim alius tale priuilegium concedere posset, sicut nec immunitatem decimarum.j.de decim. tua.& c.sequen.& arg.s.de constitu.ecclesia sanctæ Mariæ.vel dic,de sua iurisdictione, scilicet temporali.& dic electioni, id est electionis confirmationi faciendæ,& capit. quasi dicant, antequam confirmetur, requiritur consensus. j.e. cum terra.sed sine eo, vt s.not. eius contradictio nullatenus audietur.Quid de præbēdis? nec enim semper electio ad collegium pertinet imò videtur, ꝙ ad solum episcopum spectat collatio. nam dominus,cuius vices gerit episcopus. 32.q.5.mulierem.duodecim Apostolos,& 72.discipulos elegit.21.di.in nouo.& Moyses ex præcepto Domini,Aaron.in pontificem,& filios eius in sacerdotes elegit.21.distinct.§.1.& districtè præcipitur ꝙ sine iudicio episcopi,nullus præposituras,decanatus, ecclesias, vel præbendas tribuat, vel recipiat:& si quis hanc potestatem, quæ episcoporum est, sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesiæ liminibus arceatur.16 quæstio.6 nullus omnino. 12.quæstio. 1. præcipimus, & cap.præcedenti nec ualet aliqua consuetudo contraria j.de offic.archiepisc.cum satis.& cap. sequen. & hoc expressum videtur in auth. vt deter.sit nu.cler.& de men. ordin. collatio ne 3.& de sanct.episco.§.interdicimus & sequen.§.vt autem.& §.si quis oratorii domum.& § œconomos.& j.de offi.ord.cum vos 1.quæstio. 3. si quis episcopus. 70. distin. capitu. 2.63.distinctio. & si in plebibus Contrà,j.de his quæ fiunt à prel. c. 1. 2. 3.4. & 5. vbi innuitur, ꝙ communiter spectat ad prælatum & capitulū. & 12.q 2. alienationes.sed dic, quòd hęc iura loquuntur in alienatione rei ecclesiæ,vel intelliguntur, quando habent omnia communia Item,quòd communiter spectat ad prælatum & capitulum, est argumentum expressum.j.de magistris.c.pen.§. verum Sed certè illud loquitur de electione magistri, cuius electio potius tangit capitulum, quàm prælatum, cum prælatus doceri non debeat, sed docere, in authenti. de sanct.episcop.§.damus sed alii habent addiscere, & magistri dilectio multum operatur unde non esset tutum,vel utile ꝙ prælatus per se magistrum eligeret: nec canonici non audirent magistrum, quem fortè odio haberent, quia quod quis non diligit, facilè contemnit. 20.quæstio. 3.præsens clericus.ad hoc j.de fil.presbyter.capi. proposuit tamen per hæc iura proxim.allegata not. Tanc. Goffre. & quasi omnes,quòd ad prælatum & capitulum simul spectat,nisi de cōtraria consuetudine appareat, secundum quod contraria iura dicunt, intelligenda & inducunt. j. de conces.præben.postulastis. sed contra,quia ad solum capitulum pertinet.j.eo. cum ecclesia Vulterana.ideo sic distin.Cum quæritur de beneficio conferendo, scilicet per quem hoc fieri debeat,aut apparet de consuetudine,aut non.Si appareat consuetudo seruanda est,& sic aliquoties ad solum capitulum pertinet.j.eod.cum ecclesia. Vulterana aliquoties ad prælatum & capitulum simul, sicut est in ecclesia nostra Ebredunensi,cuius consuetudinem nouimus ferè in qualibet ecclesia prouinciæ. de hac consuetudine nostra expressim loquitur.j.de conces.præben postulastis.quæ scribitur archiepiscopo, Petro proposito,& capitulo Ebredunensi,si non credis,vide in quarta compilatione antiqua, & ibi inuenies.& ego uidi propositum & literam bullatam. sic & in electione prælati ecclesiæ collegiatæ, statur consuetudini. s. de consuetu. cùm dilectus. j. eodem, scriptum. j.de verb.signifi. Abbbate.nisi laicus hanc allegat. infrà, eod Massana.& not.s.eod.§. versicu.laicus.Si non apparet de consuetudine,& quæris de prælatura collegiatæ, vel cōuentualis ecclesiæ,de iure communi spectat electio ad collegiū, vel conuentum,ut not.s. eo.§. versic. ideo dico & probatur 16. quæstione vltima.congregato j.eo.c.1.& c.cum terra confirmatio vero ad proximum superiorem. j.eo.cum dilecti.& capi.uenerabilem.§.1. & c. nihil est. vtrunque membrum probatur s. de consuetu. cum dilectus. §. vltim. Sed si quæris de alio beneficio inferiori puta ecclesia,archidiaconatu,p̄benda,& similibus, & est ibi patronus, qui præsentare habeat, ad ipsum spectat præsentatio,& institutio ad prælatum.j.cod. sacrosanc. j. de concessio. præben.c.vltim.j.de iure patro. nobis fuit.§. 1.& capitu. pastoralis.& capitu. postulasti.Si uero non habeat patronum, aut omnia communia sunt, aut diuisa. Si sunt communia, tunc confert episcopus de consensu capituli, ut in contrariis suprà signatis, nisi consuetudo præl[a]to tribuat, quòd consensum capitulinō requirat. j. de his quæ fiunt à prælat. cā noscitur Si diuisa tunc iure communi pertinet collatio, institutio, & destitutio ad prælatum. ut in contrariis signa.s.eo.uers.quid de præbendis.& argu. s.de rescriptis. edoceri. Sed ipsam facere debet de consilio capituli.j.de his quæ fiunt a prælat.nouit.& c.quanto.uel de consensu illius,cuius principaliter interest.j.de offi.archid.ad hoc.§.ult. ne uidelicet archidiaconus uel presbyter socium uel uicarium habeat quem habere nollet.j. de fil. presbyt. proposuit. j. de offic. uicar.ad hæc. j.de exces. prælat. illud. Sed si nullus principaliter interest,sine consensu hoc facit.j. de offic. ord. quoniam in plerisque.consilium tamē requirere debet,ut not. s. sic etiam nihil æquius est, quam ut hincinde quædam fiat compēsatio, ut canonici sibi prælatum quem uoluerint, eligant, & à prælato canonici eligantur ut & ita neutro inuito, & non delinquenti, detur dominus,uel subiectus, & concordia pariter nutriatur.63.dist. nullis inuitis.j.de transla.episcopi.quanto.§.cæterum.

ADDITIO.

a Allegat præscriptionem. ¶ Adde Doc.in c.si diligenti.de præscr. Doc.in c. volumus.16.q.4.Arch.in c.j.de psc.lib.6.Doc.in c.cū p[e]rsonæ.de priui.eo.li.

Et qui nullo iure impediatur,

ideo dixi, quia aliqui impediuntur propter ætatem: puta si canonicus minor est 14.ann.infrà de æta.& qual.capitu. secundo. & cap. indecorum:quia dicit lex,ꝙ minor 15.ann. suffragium pręstare non pōt,ff.de decur.spurii.§.minores.multo minus impubes,quia discretione

ſcretione caret. 3.q.7.§.1ria. ff.de arb. diem proferre.§. corā imo
videtur quòd nec minor 18.ann. niſi anthoritate Papæ factus ſit.
quia nec iudex eſſe poteſt.inf.de offi.dele. cum viceſimū. & vide
qđ no.in ſum.eo.tit.§.cui. & ĩ.de præb. §.cui conf.& de teſta.§,
quis poſſit. Iure ēt ꝯſuetudinario, ſeu ſtatutario, vel pœnali, im-
peditur quis p p defectū ordinum.dicunt.n. conſtitutiones lega-
torū ſedis apoſtolicæ, in prouincia, ꝙ nullus habeat vocē in capi
(a) tulo,[a] niſi in ſacris ordinib.ꝯſtitutus. quæ ſeruandæ ſunt intra pro
uinciam legatorum.ĩ. de offic lega.c.vlt. Sed nunquid hanc pœ-
nam patitur quilibet ipſo iure, ſi monitus non fuerit? Non vide
tur, argum. 12.q. 2.indigne.credo contra dummodo ſit in mora,
nec enim poteſt ignorantiā allegare: vt probatur in his quæ not.
ſup.de conſti.§.quando conſtitutio, & intelligo eum eſſe in mo-
ra, ſi iuſto impedimento ceſſante, in primis ordinibus, qui occur
rent, ex quo factus eſt canonicus, ſe non fecerit ordinari. argu.ĩ.
eo.cum in cunctis.§ inferiora, & de ætat. & qua.c.j.& c.quæris,
Et nunquid epiſcopus contra talem conſtitutionem poterit di-
ſpenſare? non videtur, cum inferior ſit legato. argu. in his quæ
not.ſ. de conſtitu.§. qualiter.credo ꝙ non poteſt ex toto ipſum
abſoluere, ſed ex cauſa, vſque ad tempus ipſum poterit prolon-
gare, quia ꝙ differtur, non aufertur arg. ff.de iudic.ſi debitori.ĩ.
de pœnit, omnis. reſpon. j.§ j.& hoc dicit dictum conſilium ex-
preſſe. Quid ſi iuſtum impedimētum habeat & perpetuum? dic,
ſi in ipſum culpa ſua inciderit, imputatur.ſic intellige.inf.de ætat,
& quali.c.j ſi ſine culpa, authoritate iuris, perpetuo excuſatur.ſic
intellige inf. eodem. cum in cunctis. §. hoc ſane. & ad hoc facit,
ꝙ not.inf.eod.§ quo tempore.ver.ſic dantur. Quid ſi poſtea vo-
luerit promoueri, forte non eſt audiendus. argu.inf de frigid. c.j.
reſpon.j.& c.laudabilem.§.fin.vt puniatur in eo, in quo deliquit.
inf.titu.j.quanto.§. cæterum.contra, quia ſuæ conſcientiæ relin-
quendus eſt, argu.ĩ.de iureiur. mulieri.33. diſtin. habuiſſe.relin-
quo ipſum arbitrio prælati, cui tamen conſulo, quòd ſi fabula ex
tra capitulum non exiuit, relinquat ipſum conſcientiæ.ĩ.de tem.
ordi. ex tenore. ad finem. ſi vero ſe publicè iactabat canonicum,
ipſum omnino repellat. argu.de temp.ord.ad aures.& de ex ceſ.
prelat. quam ſi graue. Ipſe etiam Epiſcopus iure ſuo hanc pœnā
poteſt imponere, ſecundum ea quæ habes infrà. de æta. & qualit.
quæris.& no.in ſumma eo.titu.§.ordo.verſi.hoc circa quæritur.
(6) & ſeq. Item iure impeditur ſuſpenſus: † quia talis nec eligere,[b]
(b) nec eligi poteſt.ſ.de conſue.cum dilectus.§ quia vero.ſup.titu.1.
c.j.ad fin.inf.eod.cum inter R.ſeniorem.ĩ.de æta.cum bonæ.nec
beneficia conferre.ĩ.de conceſ.præbend. quia diuerſitatem.Sed
contra, quia hæc iuriſdictionis ſunt, & ſuſpenſus iuriſdictionem
exercere poteſt. vt inf.eod.noſti.& c.tranſmiſſa. Dicunt quidā ꝙ
(7) epiſcopus † ſuſpenſus[c] poteſt conferre beneficia, nec ob.c. quia
(c) diuerſitatem.quia intelligunt, quod ibi erat ſuſpenſus ab officio
& iuriſdictione. Sed canonicus non poteſt eligere, quia ſuſpēſus
eſt ab officio: & eligere, officij eſt, nec poteſt dici ſuſpēſus à iuriſ-
dictione, quia eam non habet, niſi de ſpeciali conſuet.ĩ de foro
compe.cum contingat. Alij dicunt, quod epiſcopus ſuſpēſus po
teſt dare beneficia.24.q.1.audiuimus: nam ſicut ſimpliciter excō-
municatus, & a participatione ſacramentorum, & a communio-
ne fidelium, ſemotus intelligitur.inf.de ſenten.excommu ſi quē.
ſic ſimpliciter ſuſpenſus ab officio & iuriſdictione, vel hoc ex cri
mine conſiderari poteſt argum.ſup.de conſti.ex literis ff.de pœ-
nis.ſi preſes, ſecundum Io.licet enim confirmatus, & non conſe
cratus hoc poſſit, non tamen ſuſpenſus, quia plus aufert ei ſuſpen
ſio, quam contulerit conſecratio. vt dici conſueuit, Plus tollit ne
gatio, quam bona affirmatio. conſecratio enim nō multum ope-
ratur.inf.de tranſla.epiſc.inter corporalia.§.j. nam ſicut maritus
poſt matrimonium conſummatum non poteſt intrare religio-
nem, ſed ante bene poteſt.inf.de conuerſ.coniuga. ex publico.ſic
per contrarium, epiſcopus confirmatus non poteſt aliqua, quæ
tamen poteſt conſecratus, ſicut epiſcopus in archiepiſcopum
tranſlatus, ante receptionem pallij non poteſt clericos ordinare,
quos tamen poſſet ante tranſlationem.inf.eod.quod ſicut.§.præ
terea. Item beneficium conferre, & recipere, ratione ordinis cō-
petit & eius acceſſorium eſt.1. quæſtio.3. ſi quid obiecerit. vnde
cui interdicitur ordo, & beneficium.81.di.eos etiam. & c. ſi quis
diaconum ſecundum Tancr. Hoc intelligas, ſi ſuſpenſus ſit ab ho
mine, ſecus ſi à canone inf.eod.cum in cunctis §. clerici. & eſt ra-
tio, quia mitius agitur cum lege, quam cum miniſtro legis. ff.de
arbitr. Celſus. & l. præcedent. §. vltimo. & de compenſa.ſi cum
(d) multi. Sed breuiter dic, quod excommunicatus[d] maiori excom
municatione interdictus, vel ſuſpenſus ab homine, vel ſuſpenſus
a canone, ab officio & beneficio, vel ab officio tantum, nec elige
re, nec eligi poteſt.ſic intellige concord.ſigna.ſuprà. proxi.verſi.
Item iure impeditur, & inf.de appella.conſtitutis. Idem eſt, ſi ſu-
ſpenſus ſit a collatione ſacramentorum per canonem. Secus ſi a
(8) participatione tantum. Item ligatus † minori excommunicatio-
ne, eligere poteſt, quamuis non debeat ſcienter eligi. inf.de cleri.
excommu. mini. ſi celebrat. Sed inſtabis. Nonne per electionem
eligentium, & conſenſum electi contrahitur matrimonium ſpi-
rituale infra.eod cum inter canonicos, quod fortius eſt carnali.
vt no.ĩ.ti.j.§.cuius authoritate.ver. ſpirituale vero matrimoniū.
Sed matrimoniū eſt magnum ſacramentū inter Chriſtum & Ec
cleſiam.inf.de bigam.debitum. igitur excommunicati minori ex
communicatione, non ſunt admittendi ad electionem, vbi pro-
priè contrahitur. Reſpondeo, per electionem non proprie con-
trahitur matrimonium, ſed initiatur, vt dicitur ĩ. tit. j. licet. vel
(e) aliter, carnale matrimonium ſacramentum eſt,[e] quia in eo inue-
niuntur illa ſignificata, quæ no. in illa decret. debitum. & ideo in
ipſo, per bigamiam receditur a ſignificato; in ſpirituali vero ma-
trimonio, non ſic inueniuntur. nam ſi hic eſſet tranſlatus de vna
eccleſia ad aliam, bigamus cenſeretur, ſecūdum Goff. quia inter
prælatū & eccleſiam intelligitur eſſe matrimonium. de quo dic,
vt no.ĩ.tit.j.§.cuius authoritate.ver. uerum cum matrimonium.
ſed contra, ĩ.eo.illa dic, ꝙ ibi non aſſerit ꝙ defectus ſit: imo con
ditionaliter loquitur, ſecundum Goff. vel dic, ꝙ ibi loquitur de
maiori excommunicatione, & intelligitur de his, qui participa-
uerint in crimine crimino ſo.ĩ.de ſenten.excom. nuper.§. in pri-
mo.& cap.quod in dubijs.§.illi.& quod dicit ſimplicis, expone,
id eſt, non ſolennis, de qua habes 11.q.3.debent.& c.cum aliquis,
vel ſi vis intelligere de minori, intelligas quod nedum eligentes,
ſed & electus, quod nec eligentes ignorabant, eodem vinculo te
nebantur adſtricti: & ſic non ualebat.inf.de cler. excommu.c.fin.
§.pe. si dicat malum zelum inquisitus , planum est , ꝙ habetur ei
fides contra se.ff.de inter. ac.de ætate.§ j. Sed & si pro se , habe-
tur respectus ad personas. argu. j. eo. eccl. si a vestra. ij. nam do-
lum ex perspicuis indicijs probari oportet. C. de dol.dolū.ff. de
13 re mili. non oēs. §. à Barbaris . Meritum† attenditur circa per-
sonas eligentium & electi, vtrum sint bonæ famæ vel malæ.ar.j.
de testi.testimonium.& j.de præsum.mandata.cùm si.Itē vtrum
sint in dignitate constitutæ:j.eo.dudum.j. & in quo ordine qui
libet constitutus est.j.de app.constitutis.ij. In quo autem atten-
ditur numerus , non est exponendum , quia per se patet . Et de
his omnibus dico faciendam collationem , quantuncunq; nu-
merus numerum excedat, per decr . per quas antiqui contradi-
xerunt.j.eod.dudum.j.& c.scriptum.vbi numerus numerum in
multum excedebat , & tamen nihilominus merita , & studia , &
dignitates considerantur. nam & merita in dignitate attendun-
tur , hoc etiam probat forma decre. j. e. in Genesi. & c. ecclesia.
ij.volunt enim,ꝙ collatio fiat , & plenè,non semiplenè: nec di-
stinguitur , vtrum numerus numerum in multum excedat. & de
hoc j.eo. super illo verbo , In quem omnes tamen Guil. Na.di-
xit semper standum maiori numero frater Guil. parochia scho
laris suus , excusando ipsum , scripsit , ꝙ fortè Gregorianæ fal-
sam literam continebant.,*Eligatur*,scilicet communiter. Sed per
quem?per scrutatores?non: quia ad hoc dati non sunt.j.eo. in-
notuit.in fi Per inquisitores?non,quia si quilibet diceret, Eligo,
sigillatim , esset repetitio inutilis.nam idem dixerunt in nomina
tione.Si similiter dicunt quilibet,Eligo,& in simul , tot sunt ele-
ctiones,quot numero eligentes,est hoc absurdum.j. eo in Ge-
nesi.ff.de verb obli.scire.& l.ꝙ dicunt ff.de do cau.mor.senatus
censuit.ergo clamet aliquis ay.oe.oe.vt sic voce finita,omnes si-
mul clament,Eligimus.sic enim erit communis. Sed certe hæc
est nimia subtilitas. Ideo videtur bonum consilium , ꝙ quando
tres scrutatores eliguntur,detur eis potestas inquirendi uota, &
in scriptis redigendi , & in communi publicandi , & collationē
faciendi, & vt omnes, vel vnus ipsorum possit pronunciare ele-
ctionem faciendam de illo,in quem maior & sanior pars capitu-
li consenserit, & eligendi ipsum , vt non cadat in labyrinthum,
& hoc vice omnium.ad hoc j. eo.in causis. & c. cùm dilectus.§.
j.quæ est gl. & supplet defectum concilij, & licet periculum sit,
quòd detur potestas eis eligendi , quousque collatio facta sit ,
ut no. j. eod. uersi. quid si per tres. potest tamen dari : nec facit
quis contra formam in hoc casu . Sed addit & supplet , & per
hoc peruenitur ad formam,& pronunciabuntur hoc modo. In
uocata Spiritus sancti gratia , quia facto scrutinio per nos, iuxta
formam concilij generalis ,& consequenter publicatione, mox
& collatione plena, inuenimus maiorem & saniorem partē capi
tuli consensisse , siue consentire in Petrum : idcirco potestate ab
omnibus de collegio , & qui ius habent in electione nobis con-
cessa , pronunciamus electionem de ipso , vice omnium facien-
dam , & ipsum uice omnium eligimus in pastorem . Te Deum
laudamus , &c. Veruntamen magister meus dixit , ꝙ inquisito-
res eligere debebant , siue daretur potestas , siue non , nec facie-
bat uim utrum dixerint,Eligimus,uel:Vos qui conuenistis in ta
lem eligitis eum: & alij responderent , sic . in hoc etiam concor-
dat Tan.Gof.& Lanf.& multi alij.& est ar. pro ipsis.j. eo. Osius.
in fi j.de obl. ad ratioci. c. unico. in fi. Sed certè , forma non dat
eis potestatem collationē faciendi , nec eligendi , cùm imperso
naliter loquatur uerum quantum ad superiora,dat potestatem.
unde dixit,Inquirant & publicent. & ideo credo tutius . & iun-
ge quod no.j.eo sub §.ij.uers.quid ergo.& §.utrum mutari.sub
§.& ut plenius.super uerbo,Commenti.& electio celebranda.*In
quem omnes* . Hoc planum est . *Vel maior pars*,& sanior, potest ex-
poni,id est sana.ut si Boñ.statum fecit,& minor malum uel eligit
dignum , & minor indignum . uel potest exponi comparatiuè .
nam licet utraque pars dignum elegerit,alia tamen ratione ma-
ioris numeri sanior censebitur,uel quia altera partium, bona ra
tione uti potest,& alia meliori.j. de fer.capellanus . xii. di. c. ult.
in fi.infrà de do.& contu.cùm olim.respon.j. ad fi.ibi , & magis
rationabiliter facta . &c. nam & minor pars quod libet rationa-
bile obijcere potest:infrà , de conces. pręben. ex parte Asteñ. &
de his quæ fi.à ma.par.ca.c.j.*Consentit*, id est,consenserit. nec eñ
ex quo uota publicata sunt,potest de nouo consentire . Vel hoc
ideo dicit, quia totum capitulum debet facere collationem:
quasi

ADDITIO.

a Mox. ¶ Adde gl.in authentica de incest.nup.Bal. in l. iubemus. la ij.C.de sacr.san.eccl.Bal.in l.Meuius.in §.duobus.ff.de leg.ij.

quaſi dicat, Is eligendus eſt, in quem omnes, vel maior & ſanior pars capituli conſenſit: id eſt, is de quo ſibi videtur, ꝙ habeat meliorem collationem. & hoc eſt contra magiſtrum meum, qui dicebat, inquiſitores habere poteſtatem, quamuis non eſſet data poteſtas, vt proximè no. ſ. eo. verſ. verum tamen magiſter meus. certè & contra me videtur facere, qui dico formam omnino ſeruandam, non eſt verum: ſeruatur enim forma ex quo datur poteſtas, quia quod faciunt hi tres, qui vicem omnium gerunt, omnes feciſſe videntur: vt probant decre. in cauſis. & c. cum dilectus & ideo etiam dixit, Eligatur, impersonaliter: vt daret intelligere, quòd ipſis poſſit dari poteſtas, vel omnes poſſent eligere, ſi vellent: Sed & caue tibi, quia ſi ab initio des hanc poteſtatem tribus, poſtea re non integra non poteris reuocare. infrà eod. in cauſis. §. fin. Quid ſi partes ſint in capitulo, & diſſenſio? Certè ſi tres ſcrutatores ad alteram partem declinent, ipſa obtinebit: quia ex quo data eſt poteſtas eligendi, ipſi eligent quem voluerint: infrà eod. cum dilectus §. 1. 2. & 3. & ideo tutius eſt, quòd non detur poteſtas, quouſque collatio facta fuerit. & tunc ſi diſcordia ſit, det quælibet pars poteſtatem vni de ſuis, qui primam vocem habet, vt vice omnium partis ſuæ eligat, vel vltra & neutra teneat, ſuperior determinabit. infrà eodem, auditis. & c. ſcriptum arg. infrà de ap. vt debitus. Sed & vbi data fuit poteſtas ab initio tribus ſuſpectis, credo quòd appellare poſſet ex cauſa, nec eligerent illum ad quem declinant, & quia propter ſuſpicionem non poſſunt dici fide digni, quod tamen concilium requirit, & etiam ſuperior ex officio debet retractare, quòd inueniet malè attentatum. arg. infrà, de appel. paſtoralis. Maior dicit reſpectu numeri totius capituli, ſiue omnium eligentium, non reſpectu partium tantum. infrà eodem, eccleſia. j. & ſic intellige, quòd maior numerus debet eſſe ex altera partium. lxxix. diſt. ſi duo. infrà eod. c. auditis. & de his quæ fi. à ma. par. ca. ex ore. ad fi. in quo ſecundum quoſdam non computatur vox electi in numero eligentium. argu. ſ. de poſtul. prælato. bonæ memoriæ. ij. §. vltim. ibi, omnes. nec enim computat quinqueccleſien. qui erat poſtulatus. Sed dic, quòd illud ideò eſt, quia etiam ſi conſenſiſſet, illa poſtulatio nulla erat, & quia nimis ingerebat ſe, vnde ſuſpectus erat. infrà de præben. cum iamdudum. alias bene computat. ſuprà eo. cum in iure peritus & c. eccleſia. ij. dic vt no. infrà eo. ſub §. 3. ver. ſed nunquid nominatus. *Et ſanior*. Hoc dicit reſpectu zeli & meriti. Sic ergo non ſufficit, quòd ſit maior, niſi & ſit ſanior: & econuerſo, vt probat hæc copula, &, hic poſita, & j. eo. licet. in fi. & c. coram. & c. cum in iure. & c. eccleſia. & c. Cumana. & c. in Geneſi. & c. eccleſia veſtra. Hoc autem ſic intellige, ſi ex vna parte ſit zelus & numerus. nam vincent merita ex altera parte meliora. Idem eſt, ſi numerus, & merita, dummodo perſona digna ſit. idem videtur, ſi zelus & merita. j. de teſti. in præſentia. & c. præterea. j. de app. conſtitutus. licet ſit ar. contra. j. eo. eccleſia. ij. §. fi. ergo ſi à maiori numero quantumcumque voluerit indignus eligatur, & minor eligat dignum, etiamſi eligat dignum canonicus vnicus, vno contextu vel incontinenti, ille ſolus contra omnes alios obtinebit, cum habeat maiorem, & ſaniorem partem. nam maior dicitur, qui maiore pietate mouetur, & meliori zelo. xl. di. multi. in fin. de poe. di. ix. ſana quippe. xxxj. di. in cœna. viij. q. j. ſi ergo. ff. de pac. maiorem. Sed ſi hincinde merita & zelus concurrant, ſtatur numero. C. de bo. autho. iudi. poſ. l. vl. j. de his quę fi. à ma. par. ca. c. j. & vlt. & de parochijs. c. j. ſi tamen alter electorum maioris ſit meriti, dicunt quidam, ꝙ obtinere debet. lxiij. diſt. ſi fortè. Alij dicunt, ꝙ ſi numerus ex vna parte multum excedat numerum ex altera parte, præfertur authoritati. j. eod. dudum. j. & j. de app. conſtitutus. Sin autem modicum excedat, ſuccumbit numerus, & præfertur authoritas. j. de teſti. in noſtra xix. diſt. in canonicis. Sed in quantum excedere debeat, arbitrio iudicis relinquitur, cum non ſit lege diffinitum. ff. de iure deli. l. j. & de teſtib. quæſitum ſcio. ſecundum Goff. hæc tamen opinio reprobari vr. j. e. eccleſia. ij. reſpon. j. ad fin. & § fin. Vbi autem omnia æqualia ſunt, neutra valet de iure, quia neceſſe eſt, ꝙ maior pars totius capituli in alterum electorum conueniat. j. eo. eccleſia. & c. Cumana. & c. in Geneſi. & c. quia propter. hoc approbat Ber. remotis omnibus alijs, nec puniuntur in hoc caſu canonici, quia non faciunt directè contra canonem, nec ſecundum ipſum per ſortem dirimetur. j. de ſortil. eccleſia. & dicit, ꝙ hæc no. olim locum habere potuit. Sed hodie neceſſe eſt, ꝙ aliqua de formis ſeruetur, aliter non valet electio, remotis omnibus, ſecundum Ber. videtur tamen, quòd papa gratificare poſſit. j. eo. venerabilem. § obiectioni. verſ. quod autem. j. de pacto. c. j. & de iure patro. cum autem aduocatus. ff. ad Senatuſ. Silla. ſi quis in grau. §. ſi cũ omnes. ff. de reli. & ſump. fu. l. vlt. Goff. dixit, quòd ad hunc caſum, quia rarò contingit, ſcilicet ꝙ omnia paria ſint, non ſunt iura adaptanda. ff. de legi. nam ad ea. tamen dici poteſt, ꝙ iterum reuertantur ad ſcrutinium. lxxix. di. ſi duo. curia tenet, ſicut Ber. no. & aliquoties gratificat & ſupplet papa, de plenitudine poteſtatis, ſi quis defectus eſt hac clauſula ſæpe vtitur dominus noſter, quæ comprobatur infrà eodem. illa. infrà, de vſu pallij. ad honorem. j. de conceſſ. præb. propoſuit.

Secunda forma plana eſt, ſcilicet, ꝙ det poteſtas aliquibus viris idoneis, vt vice 14 omnium eccleſiæ prouideant de paſtore. Dicit hæc forma † arbitraria ſeu compromiſſaria: vnde dicitur, tales elegerunt per formam compromiſſi, quæ poteſtas ex quo data eſt, non poteſt re non integra reuocari. j. eod. in cauſis. §. fin. & per hoc, ꝙ dicit *Viris*, non eſt vis vtrum committatur duobus, vel v. vel vi. vel vij. j. eo. in cauſis. & c. cum in iure. c. cum in veteri. Sed & aliquando committitur vni, etiamſi non ſit de collegio. j. eod. cauſam quæ. aliqui tamen dicunt illud ſpeciale in Epiſcopo, & malè. j. de renun. poſt tranſlationem. alij dicunt, quòd corrigitur: quia nunquam vnus ſolus eligere poteſt. Quid ergo, ſi omnes delinquunt, præter vnum, nunquid ille ſolus eliget, vel poſtulabit? Vin. Lau. & Tan. dixerunt, quòd ſic: non tamen ſeipſum. j. eod. qualiter. & de iure patr. per veſtras. 8. q. 1. in ſcripturis. Io. contra. j. e. bonæ. ij. lxx. diſt. ſi fortè. Goff. ſequens Io. opinionem ſcripſit, vnum ſolum non poſſe eligere, tribus rationibus. Pri-15 ma eſt, quia electio † locum non habet, niſi ubi duo uel tres, &c. j. eo. c. 1. Secunda, quia unus non facit collegium. ff. de uerb. ſig. Neratius. ff. de leg. 1. ſi grege. Tertia, quia non poſſet ſeruari aliqua formarum quas habes infrà eod. quia propter. ſatis autem putauit, quod iſte unus poſſet à ſuperiore petere, ut eccleſiæ prouideretur. Ego puto, ꝙ unus ſolus ius collegij retineat, & ſi collegium eſſe deſierit. ff. quod cuiuſque vni. ſicut municipum. & hoc idem probat c. ſi fortè. Sed ibi eſt tale negocium, ſcilicet conſecratio Epiſcopi, quæ per unum ſolum expediri non poteſt. vt patet infrà, de temp. ord. ſi Archiepiſcopus. & c. ſeq. & hoc etiam patet per d. l. ſi grege. quia & ibi unum caput, tanquam grex vendicatur. ad idem. ff. de rei uend. l. 1. §. vlt. & l. 2. & 3. & à ſecundo, quòd & ſi unus ſolus eligere non poſſit, electionis propriè ſumpto uocabulo. argu. infra eod. in Geneſi. nam & impropriè ponitur. j. eod. cum eccleſia Vulterana. & de conceſ. præbend. dilectus. tamen unus ſolus eccleſiæ prouidebit non obſt. rationibus Goff. de conſilio religioſorum, ſicut uides, quando poteſtas capituli ad ſuperiorem deuoluitur. nam ſuperior unus & ſolus eſt, & tamen eccleſiæ prouidebit de religioſorum conſilio. ut patet. j. eod §. quam pœnam. ſic etiam fit, quando capitulum in unum ſolum transfert poteſtatem. j. eod. cauſam quæ. nec in hoc caſu dico prouiſionem ſingularem, ſed communem: quia non reſpicio ſingularitatem perſonæ, ſed ius communitatis in ipſum redactum. arg. ſ. de reſcr. paſtoralis. reſpon. j. nam & ſi procurator decem voces habeat, x. perſonas repræſentat, quo ad hoc pertinet, ut apparet in his quæ no. ſ. eo. §. quis poſſit. ſub §. & quæ nullo iure. ver. item impeditur. & ſeq. & ver. vbi vero dies. etiam quod ſeruatur mens concilij, quod propter vitādas diſcordias factum fuit, vt in ipſo apparet. ſed nemini conueniet qui ſecum diſſidet ipſe. hoc etiam apparet in hac ſecunda forma, & tertia ſequenti nec obſt. c. bonæ memoriæ ere. nam ibi ideò non valuit electio facta ab vno, quia dixit ſibi iis, vt bene probat litera à contrario ſenſu. & ad idem j. eod. venerabilem. § obiectioni. ver. & ex eo quod. Circa hoc notandum, quòd contemptus cautè faciet, ſi etiā vbi partes ſunt, neutram ratificet: quia ſi hoc fecerit, & pars illa quam ratificauit, ex alia cauſa ſuccumbat, peribit vox ſua cum alijs. j. eodē. eccleſia. ergo ſi non proſequeretur ius ſuum, & cauſa aperta videat, quòd ex nulla alia cauſa infirmari poteſt, niſi ob hoc ſolum, quòd contemptus fuit, tunc erit locus gratię faciendę, alioquin ius ſuum proſequatur, & habita ſententia pro ſe eligat perſonam, quam voluerit idoneam, & honeſtam: ſaluo eo quod not. ſuprà eod. §. quis eligitur. ſub §. nedum. ver. illud not. dignum Committitur autem poteſtas hæc aliquando ſub certa forma, & tunc niſi diligenter ſeruetur, non valet quod agitur. j. eod. cum dilectus. & c. cum in iure. & c. cum in veteri lege. & hæc forma plana eſt, dummodo omnes ſimul prouideant. Quid ergo ſi vnus prouidet, & pronunciat aijs conſentientibus, vel contradicentibus, ſicut fuit in electione Cantuarien. facta de domino Bonifacio de Sabaudia. vide j. de arbit. §. qualiter conſtituatur. ſub §. dicitur. verſi ita demum. & ſequenti. & ſub §. conſtitutus. verſ. ſed & hoc modo, & ſequentibus. poteſt ergo committi vni vel pluribus paribus, vel imparibus. & iunge quod no. ſuprà eodem. in prima forma, ſuper uerbo, Eligatur. uerſi. ſed per quem, & verſicu. uerum tamen magiſter meus: ſed tamen tutius eſt, quòd imparibus committatur. arg. in concordātijs quas not. ſupra, in prima forma ſuper illo verbo, Tres, & ſuper illo uerbo, Eligatur. Sed nunquid hanc formam poteſt ſequi maior pars capituli? quidam dicunt, quod ſic: quia hoc regulare eſt, ut quod maior pars facit, ualeat. j. de renuncia. cap. inter P. Gaufr. j. eod. de his quæ fi. à ma. par cap. c. j. & quia ideo factum eſt concilium, ut diſcordia fugetur. hoc non credo, quia quilibet habet ibi ius, nec co-

gitur renunciare iuri suo inuitus. ad hoc ĩ. quod met. caus. Abbas. ad audientiam. C. de contrahen. empt. inuitus. ff. fami. ercis. si pignori. §. fina. & probatur, ĩ. eo. cum dilectus. resp. 1. ibi, vnanimiter. C. de donatio. nec ignorans. & hoc denotat verbum ꝙ est in hac secunda forma, ibi, vice omnium. & hoc tenet curia, secundum Goffred. Potest & illud dici, quod si tertia pars, & vnus vltra contradicant, duæ partes vno minus nihil possunt facere: & sic intelligatur opinio curiæ. Sin autem duæ partes conueniant, vincent tertiam causa vera, & vrgente assignata: & sic potest intelligi prima opinio. argum ĩ. eo. licet. & cap. scriptum. §. per Apostolica. & sequen. C. de decu. nominationum. lib. 10. ff. ꝙ cuiusq; vni. no. nulli ff. de decre. ab ord. fac. l. 3. Sed melius est, vt consuetudini curiæ indistinctè adhæreas, ut patet in his quæ not. ĩ. eod. sub §. proxim. vers. ponendum. & hoc si per viam electionis velint procedere. Secus si per viam postulationis, ut apparet in his quę not. s̃. titul. 1. §. vtrum. versicu. ego quoad iura. vers. fin. Et quoniam forma repræsentanda est illi ad quem confirmatio pertinet, sciendum est, quod literæ dirigendæ sunt ei, in quib. contineatur forma uidelicet utrum & qualiter, prima, secunda, vel tertia fuerit obseruata, & sic in fine debet petere confirmationem, in quibus etiam debet de electo seu postulato bonum testimonium perhibere de ætate, ordine, scientia, moribus & conuersatione. no. argu. j. eod. dudum. 1. & tales literæ proprijs canonicorum manibus subscriptæ, decretum vocantur. de quo decret. tetigi s̃. titu. j. §. & vtrum ius ver. item in utraque. & de tali decreto loquitur 63. distinct. vota j. quæst. 6. si quis autem. ĩ. eod. cum inter canonicos. uersi. etiam quis canonicorum. in quo sit ordine, scribi debet. nec refert, vtrum per manum publicam, aut priuatā scribat: quia subscriptiones singularium canonicorum sufficiunt. C. qui pot. in pig. ha. scripturas, uel sigillo authentico, vel proprijs sigillari debet. ĩ. de fide instru. si authentica. Sed nunquid sine decreto hic nulla erit electio? videtur quod sic. arg. 61. distinct. Episcopus. 63. dist. quanto. 47. dist. de Petro. 2. q. j. legum. ideo enim subscriptio requiritur, ne de cætero varient, cum propria obesset professio. j. q. 7. saluberrimum, & ut sciatur an omnes præsentes fuerint. ĩ. de his quæ fi. à præla. quanto. in fin. alij dicunt, quod non est de substantia. licet enim requiratur, tamen & ea omissa valebit: simile in numero, 30. q. 5. nostrates. C. de proba. cum res. hoc scripsit Goff. Sed magister meus dicit, quod est de substantia postulationis, non electionis. ĩ. eod. innotuit. supra titul. j. bonæ. 2. §. nec nocebat.

Tertia est, quando quasi inspiratione diuina omnes vnanimiter in unam personam concordant: & hoc quasi, non intelligas solum expressiuum veritatis. argum 34. distinction. fraternitatis. sed etiam similitudinarium. q. d. verè inspirata est, si canonici inspirati, & inebriati, & calefacti paracleto (ad exemplum Apostolorum) vno ore loquentes eligant. Sed & sufficit, quod concordent simul in capitulo, & sigillatim. dummodo tamen communis electio subsequatur, alioquin contra. ĩ. eo. in Genesi. hoc enim ad exemplum inspiratæ valebit: ideo dicit, *quasi per inspirationem*. Sed oportet quod sit absq; vitio, scilicet simoniæ, conspirationis, seu coniurationis, requisitionis, vel consensus, extra capitulum habiti ante electionem. arg. ĩ. eo. per inquisitionem. cum ad nostram. officii. & c. cum post petitam. Secus, si in tractatu habito in communi ad concordiam redigantur. argumen. suprà titul. j. bonæ. 2. §. verum. infrà. eod. cum terra. §. fina. & capitul cum in veteri. §. relato. Item secus, si extra capitulum consentiat contemptus electioni iam factę, propter bonum pacis electio enim aliquoties est concors & communis, & sic confirmanda est, nisi aliud obsistat. ĩ. eod. quia propter. & capitul. nihil est. 16 Aliquoties concors: † sed non communis. Aliquoties nec communis, nec concors: & in his duobus casibus non valet. ĩ. eod. in Genesi. Aliquoties communis: sed nec concors, & hæc aliquando ratificatur, scilicet quando aliquis contemptus est, ut not. suprà eod. §. 1. respon. 1. versicu. quid si timeant, & ver. præsentibus, nisi iusta appellatio impediat. ĩ. eod. considerauimus. & c. auditis. quandoque uero confirmatur sine ratificatione, puta, nullus contemptus est, sed diuisa sunt vota in scrutinio, quælibet pars suum eligit: confirmabitur enim illa quæ maiori & saniori parte capituli roboratur. ĩ. eod. dudum. j. coram. & 17 capitul. congregato. Item electio aliquando est concors † & canonica: & hæc cōfirmatur, etiam si postulatio sit, ĩ. eo. cum monasterium. & cap. nihil est. Alias nec canonica nec concors: & tunc nec ratificari potest, nec confirmari debet, sed potius irritari, vel irrita nunciari. s̃. eod. ti. c. j. & 2. & c. bonæ. 2. §. cæterum. ĩ. eo. cum Vinton. Aliàs canonica, sed non concors: & tunc irritatur, nisi contemptus ratificet ipsam. ĩ. de dona. pastoralis. in fin. ĩ. de iure patro. cura. Aliàs concors, sed non canonica: & tunc non confirmatur. supra titul. j. capitu. fin. nisi papa dispenset ex causa. ĩ. eod. cum nobis olim §. penul. & ulti. vel sine causa. ĩ. eod. innotuit. §. quamuis. & §. pen. & c. bonæ memoriæ mag. §. fi. nec credas, quod hæc distinctio sit eadē cum prima: hæc enim respicit c. cum in cunctis, sed prima, c. quia propter. Hæc autem tertia forma vix contingit, tamen fit. ff. de iud. vix. Ponendum est ergo frenum ex parte caudę, quia primo de tertia tractandum est, & si unus discordat, tunc recurrendum est ad secundam: quod si unus à secunda discrepat, ad primam subsidiariam reuerteris, & secundum hoc comprobatur consuetudo curiæ, quam no. s̃. eo. §. 2. ver. sed nunquid hanc formam. Tertia enim refutari non potest, cum communis sit, & quælibet possit dicere quod vult. Sed si à secunda vnus discrepet, de cætero non posset obseruari forma secunda, quę vult, ꝙ hi quib. potestas datur, vice omnium eligant. & no. de simili materia, ĩ. de spon. sub rubric. de matrimoniis. § fi. sub §. & ut nihil. Gof. dicit, quod tertia nō est forma, imò est exceptio à formis ut patet in concil. ibi, aliter electio facta, &c. Quid si duę electiones fiant in discordia? videtur quod neutra teneat. ĩ. eo considerauimus sed contra, ĩ. de app. cōstitutis. ideo sic distingue. Cum duæ electiones fiunt, aut simul, aut ex interuallo. Si simul, illa valet quæ melioribus & maioribus meritis adiuuatur, ĩ. eo. licet. in fi. dudum. j. coram. & c. ecclesia. 2. in fi. & intelligo quod simul fiant, quando etiam in scrutinio diuisa sunt uota, & secunda electio fit incontinenti post primam, antequam diuertant ad actum cōtrarium eligentes. ĩ. e. congregato. quia quod incontinenti fit, inesse uidetur. ĩ. eo. offic. §. nos autem. ff. si cer. pet. lecta. Si uero ex interuallo, aut prima est annullanda, aut ipso iure nulla. Si annullanda est, secunda semper cassanda est, ĩ. eod. bonæ me. cre. ĩ. de conces. præb. post electionem, nisi in gratia fiat, sicut secundum vnam lecturam potest intelligi. ĩ. eo. bonæ me. mag. §. fin. Si nulla, aut est occultum, aut notorium. Si occultum: puta quia appellatum est, & nescitur an per superiorem appellatio admittatur ĩ. de off. del. pastoralis. §. præterea. vel aliàs quocunque modo impedimentum occultum est, idem vt pridem. s. quod secunda est cassanda. ĩ. e. considerauimus. & c. auditis. Si notorium: ualere potest secunda. ĩ. de suppl. negli. præla. c. fin. ĩ. eod. uenerabilem. §. fi. uers. sunt enim notoria. & sic potest intelligi, ĩ. de appellatio. constitutis. uel potest dici, ꝙ in prima non fuit electio, sed nominatio, quæ non potuit electioni sequenti impedimentum præstare. quod, sicut magister. la. dicebat, quod in illo. c. constitutis. is qui primo appellauit, primò eligit, ideo deferendum non fuit appellationi suæ. ĩ. e. bonæ me. mag. ĩ. de appel. an sit deferendum. ego uero intelligo, ut distinxi, s. sponsalia quæ nulla sunt, impediente consanguinitate.[a] impedimentum præstant secundo matrimonio, ĩ. de spon. ad audientiam. Sed si notorium esset sponsalia nulla fore, utpote inter eos qui in cunabulis sunt, contracta, non præstarent impedimentum. ĩ. de desp. imp. literas. & c. accessit. nec ob. ĩ. de exces. præl. inter dilectos. §. præterea. & sequenti. quia ibi ille qui primo scienter publico lusori dederat succentoriam, dedit & secundò immediatè & cum ea uice ipso iure priuatus erat, ut patet in his quæ no. ĩ. eo. §. quam pęnam. ideo ipso iure secūda donatio nulla fuit. ar. ĩ. de iure pat. ꝙ autem. in fi. secus si facta fuisset secunda donatio, ab illo ad quem potestas donandi foret deuoluta; quia tunc ualeret secunda. ĩ. de sup. negli. præla. ca. fi.

ADDITIO.

a Impediente consanguinitate. ¶ Adde cle. j. & ibi do. de consan. & affi.

18 Et nota quod in electione summi pontificis † neutra dictarum formarum uendicat sibi locum, imo is ab uniuersali ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui à duabus partibus Cardinaliū electus fuerit & receptus: ꝙ si quis de minori parte cōfisus sibi nomen Episcopi usurpauerit, tā ipse, q̃ adhærentes excōmunicati sunt ipso iure, ĩ. e. licet. 79. di. si quis papa. 23. in nomine Domini. Quid si unus deest de duab. partibus? rñ. nō ualet nisi Cardinales renūciassent expressim illi decre. licet s̄m Gof. vr̄ ēt, ꝙ in totū possint ipsam ꝯstitutionē infringere. ar. ĩ. de ma. & obe. his quæ. & c. cū olim. Sed ꝯ, quia pro bono publico introducta est, ut patet in sui prin. ergo ei renūciari nō pōt, ĩ. de foro ꝯpe. si diligenti, nec infringi pōt per inferiorē, etiā si conciliū ꝯcordaret. arg. ĩ. eo. significasti. §. aiunt enim, q̃uis successor posset. ar. ĩ. eodē, innotuit. §. quauis. nec puto, ꝙ cardinales in hoc succedant. Quid ergo restat, nisi ꝙ electus & cōsentientes hoc canone ligantur, & per consequēs eis adhærentes? durū est, tamen sic scriptum est. ff. qui & à quibus ma. li. non fi. prospexit legislator. 6. q. 3. scriptum. Hoc intelligas, ubi duo eliguntur in discordia, & alter assumit sibi corona, maiorem concordiam non expectans: secus, si ex postfacto duę partes consentirent, quamuis ab initio dissensissent, ut bene probatur, ĩ. eodem, licet. §. præterea. ibi, non maior concordia, &c. Quid si duobus uel tribus unanimiter potestatem dederunt, quod summum pontificem nominarent, & quod reciperent illum, quem omnes uel duo ex ipsis darent: uel quid si omnes in hoc conueniant, quod ille in quem maior pars cardinalium numero consenserit,

senserit, ab omnibus summus pontifex habeatur: puto quod talis electio valeat, quia talis consensus, nedum consensum duarum partium, sed vnanimiter omnium intelligitur habere: argu. j. eodem. in causis §. quia vero. & c. cum dilectus. respons. j. & §. nos vero. versic. si vero. Sed nunquid nominatus computatur in numero duarum partium? Hæc quæstio mouetur, j. eo. cum in iure. vbi computatur vox in numero eligentium, quibus data erat potestas eligendi. Et dicunt quidam quod illud ex forma compromissi contingit, alias ex seipsis eligere non possent vt innuit in fi. eiusdem capitul. ibi iuxta compromissi tenorem, & c. & j. de sortileg. cap. ulti. non enim debet habere quis originem à seipso, nec se ingerere: j. eodem. qualiter. j. de Instit. cum ad nostram. & de iure pat. per vestras. ff. de tu. & cu. da. ab his. prætor. 24. q. 1. audiuimus. secundum Tancre. & Ber. Ioan. contra, argum. ff. de tuto. & cu. da. nisi. quod approbo. ff. quod cuiusque vniuer. nulli & l. planè. dum tamen alij primò eligant ipsum. sed secus, si ipse primo nominaret se, & sic loquuntur iura pro tunc inducta. nam & Domino quærenti Esaias se vltro obtulit. 8. quæstio. 1. in scripturis. & isti 7. vicem capituli obtinent. j. eod. in causis. ergo possunt vnum ex seipsis eligere, quamuis hoc dictum non sit alias sequeretur, quod capitulum nunquam posset de prio gremio eligere, cum electus, si consentiret, à seipso, qui vocem habet in capitulo, orietur: quod esset contra iura, vt not. j. eod. §. quam pœnam. nec ob. quod dicit j. cum in iure. quia factum narrat, & eodem modo responde ad cap. de sortilegiis, superius allegatum. nec ob. j. de iure pat. per vestras. Illud enim verum est, quando vni soli data est hęc potestas: Secus, si pluribus: quia tunc vocatur à socio, vel a sociis, si duo tantum fuerunt: & sic poterit consentire. nam & tunc non à seipso vocatur, sed ab alio oritur, & à Deo vocatur. Ideoque rectè consentit. Quid si vni detur potestas talis, & iurauerit eligere meliorem, & credit ꝙ ipse melior sit, furiosus est, si potestatem recipiat in hoc casu, nisi personam suam excipiat, vel nisi tacitè intelligatur excepta, quia in generali sermone persona loquentis excepta intelligitur ff. de pigno. Paulus. & de condit. & demon. qui hære. §. vlti. C. de solu. inquisitio. alias si alium eligat, contra conscientiam venit & deierat. sed etiam repellitur, si seipsum. C. de episc. & cler. si quenquam. & in concor. pro Tanc. inductis, tamen secundum Goff. potest sic dicere, puto me magis idoneum, & etiā magis aptum: & ita nec se eliget, & tamen satisfaciet iuramento: quod mihi non placet, quia per hoc fouetur ambitio, & talis nimis se ingereret, & præsumeret de seipso. argum. j. de purgat. canon. accepimus. §. porro.

Ex quo summus pontifex à duabus partibus electus est, voce electi computata, ab omnibus recipiendus est. eligendo enim confirmatur, & confirmando eligitur. ita quod nulla obstat exceptio, j. eo. licet. §. j. Item de nullo crimine excipi potest contra ipsum, excepta hæresi, de qua accusari potest: etiam consecratus, 40. distinct. si papa, & cui damus actionem, &c. ff. de superfi. l. j. §. cui damus.

Quo tempore. † Si agatur de electione cathedralis ecclesiæ, intra tres menses debet fieri electio. l. distin. postꝗ. 73. dist. obeuntibus. idem si de regulari ecclesia agatur, j. eodem, ne pro defectu cuius mētem extēdo ad omnes exemptas ecclesias, prælato qui caput est mortuo, uel ēt ad præposituras vel decanatus, uel abbatias ꝯuētualium ecclesiarum, regulariū, vel secularium, licet non exemptarum, non cathedralium: sed & cathedralium vbi præpositus vel decanus est administrator capituli. & bona inter Episcopū & capitulum sunt diuisa tūc enim satis intelligo ecclesiam viduatā, quo ad ministrationem de qua quærit, quia pro magna parte inter Episcopos & capitula ꝯsueuit regnare liuor discordiæ, quare cauēdum est, ne pastor cōuertatur in lupum. argu. 2. q. 6. de cętero. ad fi. in aliis vero omnibus dico 6. menses spectandos: j. de concess. præb. null. ar. j. vt lite non ꝑte. quoniā §. si uero j. de cler. non resi. ex tuæ. intra quos 6. mēses tenentur hi ad quos spectat nedum eligere, sed & repræsentare. ꝙ dic vt not. §. quā pęnam. ver. quid ergo si capitulum. Alij stant verbis tantum dicentes, ꝙ consilium ne pro defectu, non nisi in cathedralib. & regularib. ecclesijs vendicat sibi locum, & hanc opinionem ꝯsuetudo vsq; ad hæc tempora fuit potissimè amplexata. Tertii nimis extendunt mentem, dicentes ꝙ loquitur de omnibus prælaturis, etiam de rectoriis ecclesiarū; j. de offi. ord. cum ab ecclesiarum prelatis. & c. cum vos. hęc reprobatur indistinctè, quia etiam ad dignitates extēditur concilij Lateranen. non generale, j. de sup. negli. prela. literas. j. de ęta. & quali. eam te. tu autem, si placet, mediam teneas, ut prædixi. arg. j. de off. dele. quærenti. Hoc tempus ꝙ ad eligendum datur, vtile est. quia non currit ignoranti: j. de suppl. neg. præ. licet. j. de concess. præb. quia diuersitatē. nec iusto impedimento detentis currit. j. eodem, ne pro defectu. puta, mandatur aliquib. ꝙ non eligant, nisi de licentia superioris. hic non currit, nisi fuerint in mora petendi licentiā: j. eo. eis quibus. sic vtile est hoc tempus, quia non cessantibus officere non potest. C. de inoffi. testa. contra maiores. & supra de resc. si autem. & c. plerumque. 2. q. 6. §. biduum. ff. de diuer. & temp. præsc. l. j. ff. de ædili. edict. & redhibi. ac cum sex. ff. quando actio de pec. an. est. l. j. §. annus. Quid si electus non uult consentire? Dic vt no. j. eo. §. vtrum mutari. ver. quid si electus.

a Continuum autem tempus[a] est illud, ꝙ continuè currit, sicut est videre in actione de dolo. l. fi. similiter in rescissoria. C. de temp.

20 in integ. rest. l. fi. Consecratio † vero episcoporum. & aliorū superiorum, ultra alios tres menses differri non debet, nisi ex causa. 71. dist. §. j. & c. dist. c. quoniam. est autem iusta causa, si sine vitio suo vitietur corpore, puta amittit oculum, vel aliquid tale, propter quod eius promotio impeditur. Multa exempla habes j. de corpore vitia. & probatur j. eod. cum in cunctis. § hoc sanè. vel quia laicus uel curiæ adstrictus postulatus est, & admissus ex causa. 61. dist. Osius. Item quia discordia est de electione, uel de confirmatione. 28. distin. de Siracusanæ. Item quia ab hoste impeditur eius consecratio. 71. distinct. fraternitatis. Item quia non currunt ordines intra tres menses, ut not. j. eod. versicul. sic dantur tres mēses, & sequen. & no. quod in primo exemplo administrat electus & alia supplentur per Episcopos inuitatos. 7. quæst. j. pōtifices. vbi uero confirmatus non constituitur in ecclesia custos, uel uisitator. 7. quæst. j. constitutum. s. de rescrip. cum dilecta §. j. Sed nunquid iusta causa est, si metropolitanus cōsecratus sit, nundum tamen confirmatus fuerit, j. eo. suffraganeis. Sed contra, quia propter pallium non receptum differtur consecratio. c. distinct. quoniam. nam sine pallio hoc facere non potest archiepiscopus. j. eo. quod sicut. §. pręterea. vt not. j. de pallij. §. quid sit pallium. ideo dicunt quidam, quòd illa decret. suffraganeis non est decre. quia quod facere non ptest, aliis non demandabit, nec transferre potest, quod non habet: s. de consu. quanto. § fi. j. de consec. eccl. aqua. & de iure patro. quod autem §. vnic. ff. ad Maced. filium. habeo. alii contra, quia quādoque facit quis per alium quod per se non potest. 86. distinct. Episcopus benedictioni. ff. de neg. gest. at qui natura. §. cum me absente. & de off. proc. alias non secundum Tan. & Goff. arg. ff. de usufr. quod nostrum. & quod dictum c. quoniam, intelligi potest, quando metropolitanus non habet nisi duos Episcopos sub se. ar. j. de tēmp. ordina. si archiepiscopus. Tu dic quòd electus confirmatus iurisdictionem habet, j. eo. transmissa. & ideo ipsam demandare potest, & ipsum demandare consecrationi, iurisdictionis est, ff. de iur. om. iud l. 3. in fin. j. de offi. delega. postoralis. & c. ex literis. ergo ipsam transfert, quamuis ipsam exercere non possit: s. de rescrip. pastoralis. in fi. ff. de off. proc. l. 4. § penul. & accedit. C de noua. l. 3. Instit. de liber. §. 1. alias sequeretur, quod archiepiscopus sine pallio ipsam demandare non posset, quia nec exerceret ut dictum est puto etiam quod capitulum metropolitanæ ecclesiæ, vacante ecclesia hoc demandare potest. j. de maio. & ob his quæ. & c. cum olim. sicut electus in Episcopum, confirmatus potest demandare ordinationem clericorum suorum, quam tamen ipse facere non potest: arg. j. de tempo. ordi. quod translationem. & de ord ab episcopo qui re. Episc. c. j. aliàs qui iudicare non posset, nec ordinare, j. de paroch. nullus. nam & quādo Episcopus consecratus demandat talia, non transfert nisi materiam j. de con. eccl. aqua. characterem enim dignitatis non potest transferre nisi per manus impositionem: j. de sacra. non iteran. c. j. & fi. ergo translata claue iurisdictionis, serra poterit reserari. ff. de off. eius cui man. est iu. cognitio. in authen. de colla. § prohibemus. col. 9. Sic dantur tres menses ad consecrationem faciendā. ut no. s. eo. ver. cōsecratio. Sed & dantur alii tres menses, si enim electus vltra sex menses per negligentiam suam, ecclesiam ad q̄ vocatus est tenuerit viduatā, iudicio metropolitani cedat, j. tit. j. inter corporalia §. sed neque. sed nec ante confirmationem negligēs pōt dici, cū nec ante valeat consecrari: ergo sex menses dātur à tempore confirmationis, & adeptæ administrationis connumerandi, quibus elapsis, beneficia quæ electus habebat, conferenda sunt, & non ante. vt patet j. eod. cum in cunctis. §. cum vero electus. tamen non uidetur, ꝙ sic intelligatur, sed de tribus primis mensibus tantum, intra quos debet fieri consecratio. alii enim tres sequentes dantur contumaci de gratia, vnde non videtur, quod delictum contumaciæ hoc priuilegium ei afferat. arg. j. de don. inter vir. & vxorem. & si necesse. ergo si ei nihil potest imputari, sex menses habebit. nam ex causa differtur consecratio. ut not s. eod. ver. consecratio: puta subdiaconus electus in Octobri, in Pentecoste cōfirmatus fuit. huic necesse est, quod differatur consecratio, vsque post festum sanctæ Luciæ, cum nec antea ualeat consecrari, nisi duos ordines. ꝙ non licet, vt j. de temp.

ADDITIO.

a Continuum. ¶ Adde gl. in c. fi. de dol. & cont. gl. in c. si propter tua de habita de rescr. lib. 6. Bar. in l. j. ff. de diuer. & temp. præscript.

de temp.ord.literas, &c. dilectus, reciperet vna die, igitur cum crimine obiecto, in modum exceptionis probato, non priuetur beneficijs habitis, vt arg. j̃. de ord.cog. cum dilectus.§. fi. ſed tamen repellatur à conſecratione, vt j̃. de accuſ. ſuper his. neceſſe eſt, quòd per idem tempus expectetur, antequam beneficia electi vacantia poſſint dici. ad hoc j̃. de præb. de multa. & de purg. ca.c.ſi §.ſi nec ob. j̃. de conceſ. præb. poſt electionem. in prin. & j̃.de his quæ fiunt à ma. parte.ca.ex ore. reſpon. j. ibi, electus & confirmatus. vbi innuit, quòd ſtatim poſt confirmationem vacant priora beneficia, quia intelligenda ſunt ſecundum illam, cùm in cunctis. Quid ſi ante tres primos menſes fuerit conſecratus? videtur quòd conferri poſſint.arg. j̃. de conc.præb. poſt electionem.& de his quæ fi à ma.par.capit.c. ex ore. xxj. quæ.ij. ſi quis iam tranſlatus.xvj.q.j. ne pro cuiuſlibet. nam recipiendo maius beneficiũ, videtur renunciare minori tacitè.arg. j̃. de conceſſ.præb.cùm noſtris.ff.de procur. filius fam.§ fi.ff.ſi quis cau.l. ij.in prin.reſpon.j.ff.de arb.nõ diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.de eo quod certo loco.l.fi.C.de iure do.imp.l.ij.contrarium credo, quia non vacant, niſi decurſo tempore. &c. vt dicit. c. cum in cunctis.quod tempus, cum datum ſit electis à lege, priuatus auferre non poterit. xxviij.di.de his.in auth.de nup. §. de augmentis col.iiij.& conſtitutio de digni §.illud.col.vj.& dico hoc priuilegium electorum in Epiſcopos: ergo latè interpretandum eſt j̃.de dona.cùm dilectus.in fi. & fit hoc de vrbanitate, ſecundum Gof. vel dic, quòd motus eſt princeps ad concedendum hoc priuilegium, propter infinitas expenſas, quas electi in introitu ſuo facere conſueuerunt; ergo ante conſecrationem, & non decurſo tempore, duplex eſt ratio: vna ſcilicet, quam ſtatim dixi. Secunda, quia adhuc non habet Epiſcopatum cum effectu, cùm in conſecratione poſſit per exceptionem remoueri: j̃.de accuſ.ſuper his. nam habere, eſt cum effectu.ff.de verbo. ſig.nomen.§.habere. Tancre.dixit, quòd electo conſecrato, vacant priora beneficia.per leg.proxi.alleg. & c. ſi quis iam tranſlatus Mihi videtur, quòd hæc & priora iura in inferioribus Epiſcopis locum habeant, j̃.de præb.de multa.& ſic intelligo, quòd in hoc releuatur electus in Epiſcopum: grauatur autem in alio, quòd cùm inferioribus ſufficiat ætatem attingere, in ipſo requiritur, quòd ipſam perfectè exegerit, vt no.s. eo.§.quis eligi. ver.anni.xxx. ſed hoc grauamen, conſiderato onere, releuatio poteſt dici huic tamen quod dixi, quòd ſex menſes dantur electo ad conſecrationem recipiendam, videtur obſtare, 100 diſt. quoniam, vbi dicit, vltra v. menſes. dicunt quidam, quòd litera falſa eſt, quia debet habere vj. vt j̃. ti j.inter corporalia.§. ſed neque.alij econtrà ſecundum Ber.& Tanc. vel dic, quòd decr. intelligitur ſecundum decretum. ſi enim vltra v. menſes retinens punitur.vt in d.c.quoniam.multò fortius, ſi vltra vj. menſes viduam retineat, punietur, vt in decre. quia maior numerus non excludit minorem. ff.de leg. j.qui filiabus. vel dic, vltra ſex menſes, j vltra principium vj.menſium. vel quod dicit decr Sed neque illud quod in canone legitur, ſ.c.diſt. quoniam. de quinque menſibus non ob. Quid ſi vltra v. menſes diſtulerit per horam vel diem, vel paucos dies? non credo ꝙ debeat remoueri quia in mora modici temporis. &c. niſi eius fraus apertè deprehendatur.de pœn.diſt.j.cogitationis, ſecundum Hugo. hoc dictum Hug. puto expoſitum in decre. quia poſt v. menſes poteſt purgari mora intra menſem, qui ibi de nouo additur: q. d. hi ſunt pauci dies de quibus Hug.quæſiuit & gloſſauit, ergo elapſis ſex menſibus, non poterit purgari mora. arg. j̃.vt lite non conteſt. quoniam.§.ſi verò aliter. & de cler. non reſi. ex tuæ. vnde quod dicit decre.quod in canone legitur, ſubaudi non expreſſè de vj. menſibus, ſed interpretatiuè, quia ſic intelligi debet.

12 **Vtrum mutari poſſit.** † Dixerunt quidam ꝙ põt variari uſque ad ſubſcriptionẽ, lxviij.diſt.quanto.j.q.ij.ſaluberrimum. xxvij. q. j. omnes fœminæ, argum.pro eis, j̃.de cenſi. olim. Alij dicunt, vſque ad confirmationem eſſe ambulatoriam eligentium voluntatem.arg.dictorum.cap.xxviij.diſtinct.de Siracuſanæ.lxj.di.ſtudij.vnde dicitur in d.c.quanto perdurare, &c, & ideo priora ſtipendia retinet, vſque ad confirmationem. vt not. ſuprà eod.§. quo tempore. verſ. quid ſi ante tres. nec cogitur inſcribere qui excipit contra non confirmatum, quia non dicit ab obtento, j̃. titu j.intra corporalia, & j̃.de accu.ſuper his. Tertij dixerunt, ꝙ electio initiatur in deliberatione, & talis mutari poteſt. perficit in pronunciatione, & talis mutari non poteſt, j̃.eod. cùm inter canonicos.viij.quæſtione.ij. dilectiſſimi. niſi ſit non canonica. xxviij.diſtinctione.de Siracuſanæ, j̃.eodem.cum terra.conſummatur in conſecratione. j̃. titul. 1 licet. & talis etiam caſſari non poteſt, niſi præcedente legitima inſcriptione: j̃. de accuſ. ſuper his. Hodie his anfractibus locus eſſe non poteſt, unde ſic dico, quòd nominatio † nuda & ſimplex mutari poteſt: j̃.eodem quòd ſicut. ſed veſtita per publicationem, mutari non poteſt, j̃.eod. publicato. ergo à contrario ſenſu, ante publicationem licet variare. quod argumen. fortiſſimum eſt.ff. de offi. eius cui man.eſt iuriſdict. l.1. j̃. de his quę fi. à præla. cum Apoſtolica. §. fin.uerſ.pen.& de regula, cum uirum.§.nec obloquitur. ſed ſecundum hoc contra dicit, ſupra eodem.quia propter, in prima forma: ubi innuitur, quòd non obſtante appellatione, fiat publicatio ſed poteſt reſponderi hoc quod dicit intelligendum eſt, quando omnes electores, uel maior & ſanior pars conſentiunt in uariatione, minore nihil rationabile opponente.argument. j̃.de his quæ fi.à ma. par.ca. cùm in cunctis. nunquid ergo vnus electorum poteſt uariare? dicunt multi, quòd ſic. alij diſtingunt, utrum adhuc uenerint in communi, & tunc non poteſt: uel non uenerint, & tunc poteſt. mihi uidetur, quòd ſi is qui vult uariare, antequam habuerit tractatum cum aliis canonicis, reuertatur, & corrigat dictum ſuum, licitum eſt. aliàs autem ſuſpectus habetur, ſicut conſueuit in teſte notari: infrà, de teſt.cogen.præterea. uel dic, quòd bonus iudex hoc examinabit ex qualitate perſonarũ, & cauſa quam reddidit, quare uariauit. 2.q.1. in primis.prope fi.uer. quòd autem.ff.de edẽdo. ſi quis ex argentariis.§.1. Quid enim, ſi de nouo audiuit uitium uel defectum latens, quod adhuc nõ audierat? certè potuit mutare j̃.de iura.calum.cæterum. & de exce.paſtoralis. ff. de ædilit. edict. & redhibi.ac.l. 1. §. ſi autem intelligatur. Item, quid ſi is à quo audiuit, hoc fraudulenter dixit? certè iudex non admittet uariationẽ, ſed ſuccuret decepto.ff.de dolo l.1.inf.de re.permut. cùm uniuerſorum, argũ. infrà de teſt. licet ex quadã. & ſic iſtud arbitrarium dico taliter arbitrandum, quòd quatenus humana fragilitas iudicis patietur, omnis fraus excludatur. Et ut plenius uideamus de uariatione iſta, quid iuris ſit, proſequamur text. decre. infrà eodem, *publicato ſcrutinio* id eſt, uotis fratrum, ſeu conſenſib. ſcrutatis & examinatis in partem, à tribus aſſumptis de collegio, & ad hoc deputatis, ut ſuprà eodem, quia propter.uariare omnis variatio à iure ſuſpecta habetur: & ideo ſemper contra tales iudicatur, niſi releuent ſuſpicionem ex cauſa, j̃. ut eccleſia.bene.cap.unico §.omnibus: j̃. de pœnis. ſuper his. ff. de quęſtion. ex libro. & l. de minore. §. tormenta. & de procu. in cauſæ.C.de modo mulcta.l.vl.in fi.iiij.q. iij.ver.qui falſo. nequeunt. Sed & nominatus agere põt, ut ſequitur. ergo à contrario ante publicationem agere non põt. quod uerum eſt, & reſpectu huius ſubauditus omnino eſt locus hic, ar.à contrario ſenſu. ſed oſtendo, quòd poſſunt variare, j̃.e. cum poſt petitam.contra.& c.Cumana, ꝯ.& c.eccleſia.& c.in Geneſi. ꝯ reſpondent quidam, hic non põt variare. res enim non eſt integra, quia ius acquiſitũ iam nominato, eſt acquiſitũ per publicationem, & quia mora periculoſa eſt in electionibus. Sed certè omnia hæc in contrariis cõcurrũt, quia omnia innuunt, ꝙ publicatio facta erat, ſicut eſt hic, ideo nihil ſoluunt, Tu dic, quòd expreſſim non poſſunt variare, vt hic. ſed tacitè poſſunt, vt ibi. Simile in clerico, qui expreſſim non poteſt renunciare priuilegio ſuo: j̃. de foro compe. ſi diligenti & de ſen. excom. contingit. Sed tacitè poteſt, infrà de vi.& ho.cle.c.vlt. & de ſen.excom. in audientia. & ca.perpẽdimus. ſed certè illud locũ habet, quo ad præiudicium renunciantis: ſecus, ſi quæritur de præiudicio alterius, quia tunc prohibita vna via, & c.inf.de procuratoribus.tuæ.cùm ſuis concordan. ibi ſignatis.argumen.ff.de regulis iuris.nemo, & de procurator.Pomponius.infrà xxxij. quæſti. v. horrendus. nec enim aperienda eſt uia maleficiis. 32j.q j.dixit.infrà, vt benefi.eccleſi. vt noſtrum.in fi.Inſti.vi bon.rap. §. ſed nedum talia. Ideo diſtingunt alij, vtrum variet de conſenſu nominati: & tunc valet, vt in ꝯtrariis, uel eo ignorante, & tunc non ualet, ut hic: uel refert, utrum uariatio contraria hic ſignata fiat ab amico, & tunc ualet ut in contrariis: uel ab inimico & tunc non ualet, ut hic argum. j̃.de ſimo.nobis fuit.reſpon.j.& c.ſicut nobis. §. penult. mihi uidetur, quòd expreſſim uariare non poſſunt, ut hic, nec per contrarium factum ſcienter, ut hic. unde dic *nequeunt*, ſcilicet de iure, ſuprà de reſcrip.ſciſcitatus, Ignoranter autem poſſunt, etiã ſi inimici eſſent, ut in contrariis ſed contrà, quia ſecundũ hoc magis punitur ignorantia quam ſcientia, contra decre. j̃. eo. mihi, §. quia ſi ſecus. ſupra de reſcrip. ſuper literis. j̃. tit. j. inter corporalia.§.fi. Reſpon. non eſt uerum, imò utrunque punitur: quia ſi hoc facit ignoranter, apparet quòd uolebat habere nominatũ: ſed quia deliquit in forma, punitur in eo, ut non habeat quẽ uolebat: ubi uerò hoc facit ſcienter, apparet quòd hoc facit in fraudem. punitur ergo in hoc, ut habeat ipſum quem nolebat comprobatur hæc ſolutio, j̃.titul.j.quanto, § cæterùm, nec ob. quod poſſet opponi: quia qui peccat contra concil. Lateranen. ſcienter, punitur: ſed ſi ignoranter, non punitur, ſupra eod. in notuit.§.parentes.& ca.dudum.j.in.fi.& c.ſcriptum.§ ulti. Quia ibi loquitur de ignorantia facti probabilis, quæ excuſat: hic aũt de ignorantia iuris, quæ non excuſat. 1.q.4. notandum. ff. de iur. & facti igno. in omni parte. & l.plurium. ſed ſigno fortius contra, ſupra eod. quod ſicut dixit magiſter meus, ꝙ facta publicatione tranſit nominatio in electionem: ſed contra ſupra e. eccleſia.

clesia j. tu dic, quod per nominationem nudam & frigidam non
acquiritur actio, vt in contrarijs, sed per publicationem vestitur
& ideo agi potest sic, C. de rerum permu. ex placito. sic & per ci
tationem perpetuatur iurisdi. j. de offi deleg. gratum. ca. licet. &
per expressionem rerum aperitur iurisdictionis exercitium: su-
prà, de rescrip. pastoralis. in fin. *electores*. ergo innuit, quòd facta
esset electio: sed hoc non est verum, vt sequitur, nec istud verbū
ad hanc significationem trahi potest. non enim dixit, Eligentes,
quod sumit significationem à præsenti tempore: sed electores,
quod venit à futuro, quasi dicat electi, & dic electores scilicet
omnes, quia indefinita æquipollet vniuersali. 19. distin. si Roma-
norum, j. de priui. quia circa. ff. de offic. præfect. vr. l. 1. ergo à cō-
trario ante publicationem possunt omnes variare. quod dic, vt
not. suprà eod. super verbo, Publicato. Sed nunquid postulato-
23 res † possunt variare scrutinio publicato? Dicunt quidam, quòd
non, ut hic, quasi sit similis ratio, & tamen hi qui hoc dicunt, as-
serunt nullum ius acquiri per postulationem: & sic contradicūt
sibijpsis, quia si bona esset similitudo, ita posset agere postulatus,
sicut & nominatus, quod tamen falsum est. Ego dico, quòd in po
stulatione non requiritur forma concilij, quod apparet ex diuer
sis rubricellis, quas posuit compilator in hoc libro: præmittit nē
pe de postulatione, per quam ad electionem peruenitur, vt not.
suprà titu. 1. respon. 1. & §. quis sit effectus. per quod patet, quod
in postulatione non est necessarium, formam electionis obserua
re, quod in electione necessarium est, infra, eo. quia propter. alio
quin vix seruaretur forma, scilicet in postulatione, & in electio-
ne. Item postulatio præparatoria est electionis, & ei seruit tan-
quam dominæ: Quis ergo vnquam dicet tantam solennitatem
requirendam in præparatoria, siue ancilla, quantam in principa-
li siue domina nec ob. j. eo. statuimus. quia quod dicit de forma,
respicit tantum electionem, non postulationem uel prouisionē:
multi tamen dicunt, ꝙ etiam in postulatione, forma generalis cō
cilij est seruanda, sed deficiunt eis iura, & contradicit eis ratio na
turalis: posset tamen etiam in forma postulationis obiici discor-
dia, in postulatione enim nulla forma requiritur, nisi concordia.
ar. s. titu. primo. ca. 1. in fi. & c. bonæ. 1. & 2. §. cæterum. & dicitur
concors, si duæ partes consentiunt, non aliàs, vnde si xxx. sint ca-
nonici, & 11. volūt eligere, & formam canonicam obseruare, ob
tinebunt. supra eo. scriptum §. vlt. & est ratio, quia non est recur
rendum ad extraordinarium auxilium, quandiu habetur ordina
rium. ff. de mino. in causæ. 2. Sed si viginti concordāt in postula-
tione, perinde est ac si omnes concordarent. argu. ff. quod cuius-
que vniuer. nulli. & l. plane. & de decr. ab or. fa. l. 3. ideo dico, ꝙ
cum postulatio in subsidium & in fauorem postulantium inuen-
ta sit, & concessa semper re integra, id est, quamdiu est in pote-
state ipsorum, hoc est, quousque miserit pro confirmatione pe-
tenda, scilicet quando ob necessitatem ecclesiæ fuit facta postula
tio, vel gratia, qū sine causa secundum dist. quam not. supra tit. j.
§. & utrum ius. ver. ego vero. & seq. possunt variare, & sic dico, es
se locum arg. à contrario sensu. s. titu. j. bonæ. §. nec obstat. sup-
ple tamen illud, per decr. j. de offi. deleg. licet. & de ap. intimasti.
cum sit facienda, scilicet inter publicationem & electionem nō
est transponenda. supra eo. Cumana. in fi. collatio, scilicet zeli ad
mento ceſſante, elapſis tribus menſibus à tempore vacationis
& ſcientię numerandis, poteſtas ad proximum ſuperiorem de
uoluitur, vt no.s.§ quanto tempore. Eſt autem iuſtum impedi-
mentum, ſi interdictum ſit eis ne eligant. j.e.c. fin. Item etiam ſi
canonici excommunicati ſint, vel ſuſpenſi, etiam culpa ſua:quia
tunc non ad archiepiſcopum, ſed ad papam poteſtas deuoluitur.
j.de conce.præ quia diuerſitatē. item quia primus electus noluit
conſentire, nec ſecundus, nec tertius xxviij.diſtinct.de Siracuſa-
næ:lxj.diſtin.bene nouit.vel non reperitur idoneus, vt ibi.in quo
caſu licitum eſt vni perſonæ habere plura beneficia. argu. j. de
conceſ.pręb. cum noſtris §. fi.xxj. q.j.§.j.& c.j.inf.de æta.& qua-
lit.tuam.& ex quo nihil poteſt imputari, non currit præſcriptio.
C.de inoff.teſtam.contra maiores. C.de anna.excep.l. fin.in fi.ff.
ex quib.cau.maio.in integ.reſtitut.ait prætor.§.fi & tribus.ll.ſeq.
Quid ergo ſi capitulum eligat ſibi epiſcopum intra tres menſes,
ſed electus non vult conſentire, vel diſſentire, nec capitulum cu-
rat repræſentare electionem ſuam ſuperiori, & ſic labuntur tres
menſes, nunquid in hoc caſu deuoluetur poteſtas prouidendi ad
ipſum proximè ſuperiorē? Videtur ꝙ ſic: quia ſi ultra tres mēſes
teneant canonici eccleſiam vacantem, puniendi videntur. j. eo.
ne pro defectu.§. ſtatuimus.in princ.l.diſtin. poſtquam. lxiij. di.
obeuntibus. Nam & quòd tenentur eligere, intelligendum eſt
cum effectu. vt patet in his quæ notantur. j. eod. verſ. quid ſi bo-
num. nihil etiam intereſt, vtrum non eligant, vel eligant, & non
faciunt ꝙ poſſunt, vt electio quàm citò poterit fieri confirme-
tur, cum interim vacet eccleſia prælato: quia ante confirmatio-
nem non eſt qui adminiſtret, vt patet in his quæ no.s.§. quid o-
peretur.arg j.tit.j.inter corporalia.§.ſed neq;. & ſic lupus rapax
etiam elapſis tribus menſibus, poterit inuadere gregem Domi-
nicum, & temporalia poterunt deperire, quod tamen mens con
cilij intra tres menſes vitare intendit. vt apparet j. eod.ne pro
defectu reſp. 1.& §. ſtatuimus.in princ. ꝙ vitaſſent, quantum in
ipſis eſt, ipſi canonici ſi electionem ſuperiori repræſentaſſent:
quia ſuperior fortè aſſignaſſet diem electo, intra quem con-
ſentiret, ſecundum ea. quæ notantur.s.e.§. vtrum mutari.verſi.
quid ſi electus. & ſic currit eis præſcriptio, cum ſit ꝙ imputari
poteſt, ut patet in his quę notantur s.e.uerſi. proximis. Præterea
ſuperior cui non eſt præſentata electio, meritò pōt ignorare e-
lectionem factam, & per conſequens elapſis tribus menſibus
credere, ꝙ ad ipſum ſit poteſtas prouidendi, authoritate gene-
ralis concilii deuoluta: ergo cum non teneatur diuinare, ſine cul
pa poterit prouidere. hic eſt caſus expreſſus in conſimili materia.
j.ut benefi.eccleſ c.unico §.j. uerſicul.porro. Sed contra, canoni
ci puniuntur per conſilium, ſi intra tres menſes non elegerint:
ergo a contrario ſi elegerint etiā ultima die trium mēſium, uitāt
pœnam, ut apparet. j.e.ne pro defectu, §.ſtatuimus.ibi intra quos
iuſto impedimento ceſſante, &c. Item, quamuis inueniam, ꝙ ca
pitulum electionem ſeu poſtulationem ſuam alieno repræſen-
tet & confirmationem petat, uel per ſe, uel per ꝓcuratores: s.de
poſtu.præla.cap.j.& c.bonæ.j.& ij.§.nec nocebat.& j.e. poſt quā.
& c. ſcriptum eſt. & ꝙ etiam electus ſtatim facta electione, cum
decreto occurrat conſecrandus. ut lxj.di.epiſcopus.& c. Catha-
nienſis in fine.vij.quæ.j.qualiter.& in multis alijs iuribus, tamen
nullum ius dicit, ꝙ canonici intra tres menſes teneantur repræ-
ſentare, niſi quando in formam obijcitur, uel perſonam: tunc e-
nim ſtatutus eſt menſis, ut in auth.d.N.extra, eod.tit.ſtatuimus,
ergo nec tu debes burſalia inuenire, nec papæ officium uſurpa-
re. Item ſi ultimo die trium menſium elegerunt, impoſſibile eſ-
ſet ꝙ illa die repræſentaretur ſuperiori electio, qui forte diſtat
per viij. uel xv.diætas, vel plures. ergo ad impoſſibile iſtud mini-
me obligatur.ff.de regul.iur.impoſſibilium j.de pact.cap. ultim.
ad finem. Item nullum ius punit non repræſentantē in hoc caſu:
ergo nec tu debes nouam pœnam infligere.ff.de religi. & ſump.
fun.& ſi quis.§.prohibente.ff.de ſepulchr. uiol.l ij.§. non perpe-
tuę.nam vbi pœnę ſtatutę inueniuntur, molliendę ſunt.ff.de pœ-
nis. præſes. & l.interpretatione. Solut. Puto ꝙ ſi electio clande-
ſtina ſit, poterit ſuperior, elapſis tribus menſibus, eccleſiæ pro-
uidere.& loquitur infr ut benefi.eccle.c. unico.§. j verſicul.por-
rò. Ad idem in his quæ notantur s.eod.qualiter facienda ſit ele-
ctio. in prima forma. ver. publicent in communi. Si verò publi-
cata fuerit, tuti ſunt canonici: quia elegerunt intra tempus ꝙ de-
buerunt, & ex quo publicata eſt, vix, aut nunquam erit, quin ad
aures ſuperioris perueniat, alioquin in lata culpa eſſet.ff.de uer-
borum ſignific.latę. igitur ſi ignorauit, imputet ſibi. Si ſciuit, po-
tuit citare capitulum, & mandare, vt poſt electionem ſuam re-
præſentarent. Potuit etiam citare electum, & ſi neceſſe eſſet.
contumacia exigente procedere contra ipſos, vt patet in iuri-
bus allegatis. s.eo.verſ. Item quamuis. & j. eod. nihil eſt ergo ſi
hoc non facit de ſe, & non de canonicis conquæratur: nam de cæ
tero nullum tempus currit contra canonicos, ſed potius contra
electum, cuius conſenſus uidetur expectandus uſq; ad ſex men-
ſes, a tempore electionis & ſcientiæ numerandos, niſi penſatis
negotijs & circunſtantijs per ſuperioris prouidentiam, magis
uel minus fuerit expectandus: ſic loquitur, & intelligi debet, j.
vt lite non conteſt. quoniam frequēter.§.ſi uerò.uer.qd ſi forſā.
unde ſi interim diſſentiat, reuertit poteſtas eligēdi ad capitulū,
cum nec in mora, nec in culpa deprehendant ut patet in his quæ
notantur s.eo.uer.item quia primus electus. Si autem conſen-
tit, infirmet electionem ſuperior, uel confirmet, ſicut fuerit fa-
ciendum: & ſi confirmauerit poſtea conſecret intra tempus, de
quo notatur s.eod.§.quo tempore.verſi conſecratio.& uerſicu.
ſic dantur.& uerſic.huic tamen quod dixi. Non obſtat. ꝙ canoni-
ci tenentur eligere cum effectu: quia hoc intelliguntur facere,
dummodo canonice eligant, cum nec aliud ſit in poteſtate ſua,
ſcilicet conſenſus electi, vel confirmatio, uel conſecratio. Non
obſtat quod non repræſentant electionem, ut patet in his quæ
notantur ſuprà eodem. verſiculo, Item quamuis inueniam. &
ſequentibus. & uerſiculo, ſi uerò publicata. Nec obſtat quod in
contrarium allegatum eſt, de mente concilij: quia & uerba &
mens in hoc concordant, quòd intra tres menſes electio cele-
bretur. Nec obſtat quod dicit conſilium, ultra tres menſes non
uacet: quia non intelligitur uacare, quantum ad canonicos, ex
quo elegerunt eum, nec alia ſint in poteſtate ſua, ut notatur ſu-
prà eodem. uerſiculo, non obſtat quòd canonici. & per electio-
nem initiatum eſt matrimonium, ꝙ ſi electus, poſtea contrahe-
tur. Sed nec obſtat objectio facta s.eodem.uerſic. præterea. quia
intelligitur, qñ electio clandeſtina eſt, ſeu occulta, ut notatur ſu-
prà, eodem uerſic. ſolutio. præterea loquitur in minoribus be-
neficijs, in quibus non generale ſed Lateranenſe conſilium ha-
bet locum, quæ multum diuerſa ſunt: nam in beneficijs, in qui-
bus Lateranenſe cōſilium locum habet, bene inuenio expræſ-
ſum, ꝙ niſi intra ſex menſes, hi ad quos pertinet, perſonam ido-
neam ad beneficium uacans repræſentauerint, ex tunc ad pro-
ximum ſuperiorem poteſtas deuoluitur. j. de ſup. neg. præla. c.
2.ad idem. j. de iure patron. eam te. & de eccleſ. ędific. c. 3. in fi.
in auth.de ſanc.epiſcop §. ſi quis oratorij domum. collat.ix. ſed
pœnam concilij Lateranenſis non poteſt trahere ad generale,
ut patet j. de conceſ. præb. dilectus. ſatis tamen puto ex mente
iurium, ꝙ dominus papa nouum ius condendo in hoc caſu de-
beret priuare non repræſentantes intra certum tempus, ut ec-
33 cleſiarum pericula uitarentur. † Quid ſi capitulum transfert
poteſtatem in alium, & ille negligens eſt, nunquid capitulum
propter hoc priuatur poteſtate eligendi? puto ꝙ ſic arg. j. de of-
ficio archidiaconi. ea quæ ff. de exer. actio.l.j.§ magiſtrum, quia
a negligentia procuratoris [a] obeſt domino, ſicut & confeſſio. ꝙ
dic, ut no. infrà, de procu.§. quis ſit effectus.uerſiculo, ſed nun-
quid confeſſio. ſicut etiam negligentia prælati obeſt eccleſiæ.
infrà, de præſcrip.per totum. quamuis dolus non obſit, nec de-
lictum. ut notatur ſuprà, eod.§. uerſic. ſi propter negligentiam:
nam

ADDITIO.

a Negligentia procuratoris. ¶ Adde.Car.in c.cum veniſſent.in §.nos igit in vj. no.de reſti. in integ.

nam & constitutione ꝑ defectu, quæ hanc pœnam imponit, in fauorem publicum introducta est, quare ei renunciari non potest. ꝫ. de fo. competen. si diligenti. alias semper posset transferri potestas, & nimis vacaret ecclesia, & in fraudem posset fieri, si contrarium diceremus, quod vitandum est. argu. ꝫ. de diuortiis. quanto. in fine. ꝫ. de priuileg. quanto. ad finem. Quid ergo, si a suis in quem translata est potestas, in dignū elegerit? & quidem pœna suos debet tenere authores. ꝫ. de his quæ fiunt à maior. par. capit. quæsiuit. quia nec de tali videntur cogitasse. ꝫ. eodem, causam quæ. & capi. in causis. §. fin. ꝫ. de conc. præben. constitutus. ꝫ. de renun. post translationem. §. fin ff. de ritu nupt. quanquam. & l. filius. ff. pro socio. vnde si Neruæ in auth. de hæred. & Fal. §. his igitur. col. 1. sed sicut ꝭ. not. negligentia imputat. Ergo elapsis tribus mensibus deuoluitur potestas ad proximum superiorem, qui de eadem ecclesia habet eligere intra alios tres menses: super quo vide quod not. ꝭ. eodem §. quis eligi. versicu. is etiam, qui non est de eodem gremio. & sequentibus, vsque ad versi. nedum criminosis. Sin autem superior, puta archiepiscopus, intra alios tres menses non prouiderit, ex quo tres menses concurrerunt in personam capituli, & tres alij in personam sui, intelligitur potestas deuoluta ad papam. argu. ꝫ. de sup. negl. prælato. licet. ideo si elapsis 6 mensibus ꝓuideat, prouisio non ualebit: sic induco pro concordantia decr. quam alij dicunt correctam. ꝫ. de conces. præben. dilectus. quod dic, ut ibi not. §. & ꝫ. quod tempus. In quibus autem beneficiis hoc intelligat, uide ꝙ notatur supra, eodem §. quo tempore. Sed si in minoribus beneficiis committatur negligentia tunc elapsis 6. mensibus potestas ad superiorem deuoluitur, & proceditur in aliis, sicut habes. ꝫ. de conces. præb. nulla. §. cum uero prebendas. & sequen. quod dic ut ibi notatur. & ꝫ. de sup. neg præla. Quod si propter delictum, aut commissum authoritate abusus secularis, aut propria. Si propter delictum commissum authoritate abusus secularis, & in minoribus beneficiis habet locum quod eligitur. ꝫ. e. quisquis. quia ipso iure irrita est electio: & electus qui consensit, ineligibilis fit, nisi cum eo misericorditer dispensetur, & eligentes priuati sunt potestate eligendi ipsa vice: & tunc, id est, durante suspensione ꝑ triennium ab officiis & beneficiis suspendendi: ergo interim eligere non possunt: quod patet in his quæ notantur ꝭ. e. §. quis possit eligere. ver. hoc intelligas. Si uero hoc accidat in minoribus beneficiis, laici excommunicant, clericus recipiens, nisi admonitus resipuerit, cōmunione priuat, & si sic per annum contumax apparuerit, ab omni ministerio ecclesiastico deponetur: sic intelligo ꝫ. de iure pat. præterea. arg. 11. q. 3. rursus. & c. quisquis. olim vero distinguebatur inter maiora, & minora beneficia, ut apparet 16. q. 2. si quis deinceps. Sin autē delictum authoritate propria committat, aut committit contra personam electam, aut contra formā non obseruatā, aut contra confirmationem. Si contra personam electam, ad personatus, vel beneficia curam animarū habentia, prælatus delictum committat, ubi ad ipsum in totum pertinet, uel consentiat, vbi spectat ad ipsum, & ad alios, priuatus est ipso iure, hac uice iure eligendi. sed & canonici delinquentes, nedum priuati sunt: imo & si de episcopatu agunt, ꝑ triennium sunt suis beneficiis ipso iure suspensi. sic potest intelligi, ꝫ eo. cum in cunctis §. pen. & vlt. nisi per diligentem inquisitionē ꝑ eos factam, antequam eligant. ignorantiam probent. ꝫ. eo. cum terra. ad finem. vnde quod ibi dicit, diligentiā inquisitionis apponat, expone, id est, antequam procedant ad electionem, de modo electionis, & persona, taliter inquirendo ordinēt, donec uacanti ecclesie, &c. Sic patet, ꝙ tractatus debet electionem præcedere. ꝫ. eo. cum in ueteri. §. relato. quāuis ergo regula sit, ꝙ quilibet præsumatur ignorans. ff. de probation. uetius hic tamen contra, ex quo uitium apparet: nam debent canonici probare ignorantiam, si allegant. ꝫ. eo. innotuit. §. parcentes. & ideo dat hoc consilium Papa, ꝙ inquirant diligenter de persona, antequam eligant. arg. 24. dist. quando episcopus. nā ex quo ꝓmotus est, non iudicabunt ipsum sed ab ipso iudicabuntur. 8 qu. 2. dilectissimi. argu. 3. dist. in istis. ꝫ. de maio. & obed. cum inferior. & est inquirendum ab eis cum quibus conuersatus est. ꝫ. eod postquam. Sed nec debet ignorare, quod omnes sciunt. ff. de iur. & facti ignor. regula. & de verbo. signif. late. nam etiam imputatur, si poterunt scire per se, vel per alium. ar. ff. ad Maced. Iul. scribit. 37. distinc. §. vlt. maxime si infamia laborat: quia talis promouendus non est. ut not. ꝭ. eod. §. quis eligit. sub. §. nedum criminosis. Per hanc ergo inquisitionem ꝓbabunt ignorantiam: quia si nihil omiserunt, de contingentibus non debet latens vitiū imputari: argu. ff. de ædilit. ædict. & redhib. ac. l. 1. §. si intelligat. & l. quærit. §. vl. & de ac. empt. & vend. tenet. §. vlt & de inst. act. sed & si pupillus. § de quo palam: nā & quilibet præsumit bonus prima facie. ꝫ. de præsump. c. vl. ergo impedimento apparente, debet ꝑ hanc inquisitionē probari ignorantia, aliis impedimentis nō apparentibus, præsumitur bona fides. ꝫ. eod. dudum. 1. in fi.

4 Ex præmissis patet, quod si omnes canonici †delinquāt, deuoluit potestas eligendi ad proximum superiorem. ꝭ. titu. 1. bonæ. 2. §. intelleximus qui quandoque de gratia remittit ius eligendi, & etiā pœnam. ꝭ. tit. 1. bonæ. respon. 1. & §. 1. ꝫ. eod innotuit. §. parcentes. & c. cum in ueteri. respon. 1. & aliquando etiā hoc facit, quando multitudo peccantiū est in causa. sic tollit contrarium, ꝫ. de fil. presb. c. fin. argu. ꝫ. de temp. ord. c. 2. & de cler. excom. min. latores. sed si pars capituli delinquat, ad partem non delinquentem hæc potestas deuoluit. ꝫ. e. cum Vintoniensis. super quo uide quod no. ꝭ. eodem. §. qualiter. sub § secunda forma. uers. quid si omnes. Quòd si iterum hæc pars deliquerit, deuoluit potestas ad aliam partem. sed hic circulus vltra tres menses non extēdit. 50 distinct. postquam. ergo intra tres menses non deuoluit potestas ad superiorē, nisi pariter, id est, simul & eodem tempore deliquerint, secundum La. qui sic intellexit. ꝫ. e. bonæ me. mag §. vl. ibi, pariter, & c. cum Vintoniensis. Tu dic. cum Tanc. quod siue simul, siue separatim delinquerent, semꝑ defertur potestas ad superiorem: dum tamen omnes delinquerint. ꝫ. eo. cum in cunctis. §. fin. ꝫ. de conces. præben c. 2. § fin. nam & in decret. bonæ. separatim peccauerunt. & dictio ibi posita, pariter, non denotat identitatem tēporis, sed delicti. vnde expone, pariter, id est, pari modo, siue pari delicto. Nec obstat ꝫ. c. cū Vinton. ibi enim primi ideo admittunt: quia ipsorum vitium est purgatum. Secundi uero non peccauerunt in eligendo indignam personam: sed peccauerunt in forma: ideo non erant priuati, sed priuandi, secundū ea quæ not. ꝫ. eod. uer. aut communē uel quia ꝑ oppressionem facta fuerat, sicut in casu poni consueuit, uel quia administrauit non confirmatus. ꝫ. eod. bonæ. 1. uel forte secundi elegerunt ignoranter indignū: nam si scienter. ad papam deuolueret potestas, uel forte papa uoluit vtrisque facere gratiā: quod potuit: sic ꝭ. tit. 1. bonæ. 2. §. cęterum. sed & secundum intellectum Tanc. hæc oppositio fieri non potest quia secundū eum pariter deliquerunt. Quid si vni episcopo data est potestas eligendi aliū in episcopum, & eligit, nunquid suspensus est àb officio ꝑ triennium: sicut essent hi qui potestatē dederunt, si talem elegissent? ꝫ. eod. cum in cunctis. §. clerici. Certè hodie non: quia nullā sententiam suspensionis hodie incurrit episcopus ipso iure, nisi de ipso expressa mentio habeatur: ut in auth. d. N. extra, de senten. excom. quia periculosum. & de hoc ꝫ. eo. causam quæ, Quid ergo, si esset alius quam episcopus is cui potestas data esset? & certè uidetur ꝙ cum succedat capitulo suo, quo ad honorē eligendi, ꝑ consequens & quo ad onus. ar. ꝫ. de ser. non ord. miramur. & de pig. ex literis. & de iure pat. pastoralis. & indistinctè loquitur dictus §. clerici. ꝫ. eo. c. cum in cunctis. contra, quia non dicit hoc expressim de illo qui ꝓuidet ex compromissoria potestare, & pœnæ restringendæ sunt. ꝫ. de his quæ fiunt à ma. par. capitu. c. quæsiuit. Solu puto quod ad talem mens §. extendat. Quid si bonum elegit, sed recipere renuit? & certè non uidet functus officio suo: quia uerba intelligenda sunt cum effectu. argu. ꝫ de offi. deleg. significasti. & c. in literis. & de cler. non resi. relatum. & capitulum posset eligere: ergo & iste qui uicem capituli gerit. arg. 93. distin. c. 1. & ar. ꝫ. eod. cum terra. ad fin. ff. de optio. leg. leg. 2. 6. q. 1. factus est. ff. de pign. act. eleganter. §. qui reprobos. & not. de simili materia, ꝭ. codem §. vtrum mutari possit. uersicul sed quid si omnes. Si uero in simplicibus beneficiis prælatus, uel alius deliquerit, non ipso iure punit, sed post trinam admonitionem suspenditur in prouinciali concilio, substituta ei persona, quæ defectū suppleat in beneficiis conferendis: Excipit archiepiscopus, cuius delictū superiori est intimandum. Sententia uero lata non potest circa sedē Apost. uel vnā de quatuor sedibus Patrarchalibus, scilicet Constantinopolis, Alexandrina, Antiochia, Hierosolymitana, relaxari. sic loquit ꝫ. de præben. graue. & accedit ꝫ. de priui. antiqua. Excipe canonicorū filios illegitimos, scilicet naturales, & maximè spurios, quos si qui cum eorum patribus in eadē ecclesia canonicare præsumpserint, à suis beneficiis suspendunt. Sic loquitur ꝫ. de fil. presbyt. cum. decorem & c. ad abolendum. Vbi uero contra formam non seruatam delinquit, distingue: nam delinquit aut contra illam quā debet seruare is, ad quem deuoluitur potestas iuris beneficio, & tunc priuatur iure eligendi, & arbitrariè punitur. ꝫ. eo. ne ꝑ defectu. quod dic, ut not. ꝭ. eo. quis eligi. vers. is etiam qui non est, Aut vero delinquit contra communem, & tunc priuandi sunt hi, qui delinquunt iure eligendi ea vice, & electio infirmanda. ꝫ. eo. quia propter. §. aliter. & seq. quod dic, ut not. ꝭ. eod. §. & qualiter. uers. nedum autem personas. Si contra confirmationem, aut minorū beneficiorum, & tunc sequatur omnem decret. graue. quāuis verba deficiant, aut in maioribus, scilicet cathedralibus & regularibus, & aliis, de quibus dixi ꝭ. eodem. §. quo tempore. & uer. seq. & tunc, si incautè deliquit, caret potestate confirmandi primū successorē, & etiam à perceptione proprij beneficij suspenditur quousque superiori visum fuerit, indulgentiam ualeat ꝓmereri: &

ñ:& si per fraudem excesserit, grauius punitur. j.eod.nihil.§.1.& 2.Sed nunquid magis excedit confirmator, quam eligens, cũ ante confirmationem administrare non possit. j.qualiter.quare ergo minus puniatur contra hoc quod proxime dictum est, & cõtra hoc quod legitur. j.ti.1.inter corporalia.§.fi.Respon.minor pena temporalis maior est respectu dignitatis, & ex causa dominuitur, ut dignitati deferatur.& quia pluribus periculum imminet:arg. j.de offi.dele.pastoralis.resp.1.ad fin.qđ exemplifica per decr. j.de cler.venat c.1.potest & illud dici, quod eligens magis peccat:quia fons peccati est, & origo.per cõfirmationem enim nullum ius tribuitur, sed tantum quod repertum est confirmat, vt no.s.§.utrum mutari.uer.electio igitur ritè facta, & præcedẽti.& probatur j de fid.instru.inter dilectos.§.cæterum.quod dic ut plene not.s.eo §.& qualiter.uers.de omnibus supradictis, & sequen. Aut in mediis puta dignitatibus, seu personatibus non habentibus curam, & ecclesiis curã habentibus, & tales canonicam non effugient vltionem.sic loquitur j.eo.nihil est §.episcopi quoque & accedit. j.c dudum.1.§.tãdem archidiaconus.Fuerunt tamen, qui dixerunt, quod poena conc.Lateran. j.e. cum in cunctis. vitari potest, si hoc modo fiat electio, eligimus.P.& si ipsum habere non possumus, eligimus G. posito quod P.non sit idoneus, sed G.& inducunt lxxx.distin.Florentinum.lxj. dist.studij. j.eod.cum terra §.fin.Guil.Naso contra, quia actus legitimi non recipiunt conditionem.ff.de tute.muto. ff.de reg.iur.actus. nec obstat c.Florentinum.quia ibi non quæritur, utrũ hoc modo possit fieri electio, sed factum narrat, & ibi dispensauit papa, cum non valerent electiones:nescit tamen qua ratione, nisi quia placuit.nec obstat c.studij. ibi enim pendente electione timebatur, ne cassaretur.voluit ideo papa, quod de persona alia cogitarent, & non dixit, quod eligerent.nec obst. j.eod.cum terra.quia aliter intelligitur.qđ dic, ut not.s.eod §.uers.si circa personam ergo hoc modo euitari non potest poena, ne fiat fraus legi. ff. de legi.contra legem & l.seq.Sicut enim duo non possunt cõsentire cũ effectu in eandem mulierẽ, sic nec eligentes in duas personas. Hæc opinio hodie expressim comprobat in authent.d. N.extra eodem.in electionibus.Extra summam notandum est, quod reci-

35 piens compositionem, iuri suo renunciasse videtur: ne potest is cuius non interest, appellare. j.eod. cum inter R. seniorẽ. De primo dic vt not. j.de renun § qualiter.vers tacite, & precedenti de secundo vt not. j.de apellat.§. quis possit appellare. Item not. ꝙ qui agit ad pensionem sibi debitam, ad quòd probandum inducit patientiam longi temporis, bene agitur. j.eod. querelã.quòd dic, vt not. j.de censib.§.quis census.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI, VEL Electi. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Translatio quid sit.*
2 *Cardinalis, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Præpositus, & quilibet beneficiatus transferri possunt.*
3 *Translatio de minori de maius qualiter fiat.*
4 *Translatio cuius authoritate fiat.*
5 *Matrimonium intelligitur, inter episcopum & ecclesiam.*
6 *Transferendi causa quæ sit.*
7 *Honores reales non sequuntur translatum.*

DIctum est suprà de Electione, & postulatione, per quas spirituale matrimoniũ per mutuum consensum eligentium & electi contrahitur, supra titul.1. cum inter canonicos.infra eodem.licet.Sed quia hoc matrimonium aliquando per translationem dissoluitur, uideamus de trãslatione episcopi, uel electi. Vel sic, Dictum est s. de quibusdam modis, per quos prouidetur ecclesijs de prælatis:& quia plerunque prouidetur per translationem, ideo uideamus de translatione dicentes, Quid est translatio, Quis possit transferri, Qualiter fiat, Cuius authoritate, Quæ causa transferendi.

a 1 **Quid est † trãslatio.** a De una ecclesia ad aliã regularis translatio, ut in inferiori apparebit, quod alibi appellatur mutatio. vii quæst.1. mutationes.

2 **Quis possit trãsferri.** Et certè Cardinalis † inf.de preb. dilect. 1.Item archiepiscopus, s.de postul.bonæ.2.& de elec.scriptum. Item episcopus, s.de postul.gratum.item Abbas, s.de consuet. cum venerabili, & s.tit.1.cum in ueteri lege.Item Præpositus, s.titu.j.dudum.Item quicunque beneficiatus.infr.de renun.admonet.& breuiter quicunque postulari potest, & trans ferri.quod dic, ut notatur s.de postulat.§.quis postulandus.

3 **Qualiter fiat.** † De minori ad maius:quia qui promouetur, gradatim promouendus est.xciii.dist.legimus.ff.de mu.& ho.ut gradatim.& propter maiorem vtilitatem facilius dispensatur.infr.e.licet.ad fin ubi ergo promouetur de maiori ad minus sine causa, non tenet translatio nisi de facto.infra.eo.c.1.inf de conc.præb.cum nostris.in fi.c.literas.quod dic, ut notatur inf de conc.præb.§.1.uers.aliquando uacat de iure.Fit autem hoc modo: A uinculo quo tenebaris Colocen.ecclesiæ, absoluimus te, & ad Metropolim Strigoren.trãsferimus, & tibi licentiam tribuimus transeundi, pallium tibi ad nomen & usum eiusdem ecclesiæ transmissuri, s.de postu.bonæ me.2.§.fi.& c.gratum.in fi.& s.titu.1.in causis in fi. quod autem dixi de pallio, adiectio est, & de gratia intelligitur, ut notatur. j.tit.j.§.& à quo.resp.1.

4 **Cuius authoritate.** † Prælati, qui requirit̃ regulariter:inf.de renũc.admonet. secundũ quam intellige j.de ser.nõ ord.eo libentius.in fi. quod enim ibi dicit Licentiam habeat, subaudiri debet in eadem diœcesi, uel in alia, de consensu prælati.Sed & requirit̃ consensu prælati, ad cuius diœcesim quis transfertur. j.de cle.pere.ca.fi.inf.de insti.ex frequẽtibus.super hoc etiam dic, utrum alligatus sit, uel non.secundum ea quę non.s.de postu.§.quis postulandus sit.Itẽ requiritur consensus clericorum, seu capellanorum, à quib.sunt aliqui transferendi.ut & no.s.de ele.§ utrum mutari.sub §.unic. uersi quare ergo soluitur.prope fi.ibi, & ex hoc uidetur, &c.fit enĩ ꝑsonæ alienatio, ut ꝓbat̃ j.e.§.quæ sit causa.uer. cũ qs causã utilitatis.sed cum alienatio rerum sine consensu clericorum fieri non debeat, ut no.infr.de re.eccl.non al.§. quæ sit forma alienandi.multo minus personarum, cum de re preciosiori agatur. arg.C.de sacros.ec.sancimus.1.quia gratia hominum, res natura comparauit, ut no.s.in proę. vnde habuit originem.unde res accedit corpori, non corpus rei. ff.de ædi.edi.iustissime. Prius ergo quærenda est persona, quam iuris ratio.ff.de iu. cod. quidam referunt.Quod autem dico, consensum clericorum requirẽdum, locum habet in his prælatis qui subsunt episcopis immediate. argum.lxxi dis.clericos.& in dicta decret.admonet.Sed si alijs prę latis mediis subsint, ut abbatibus, seu præpositis, eorum abbatũ, consensus requirendus est.lviii.dist.ca.1.& 2.9.quæst.3.conquestus.liiij.di.c.1.hoc si de ecclesia vnius diœcesis ad ecclesiã eiusdem transferatur.Si uero ad alium episcopatum clericus sit uocatus tunc siue habeat medium prælatum, siue non, est consensus episcopi (qui reliquitur) requirendus.lxxj.& lxxij.di. per totum.lxxxv.di.Florentinum.secundum Goff.aliter non reciperetur in aliena diœc.salua Apost.sed ut j.de cler.pereg. c.1. & 2. j. de cler.non resi.fraternitati.ergo quilibet de cõsensu cuiuslibet proprij prælati transfertur, sicut & confirmatur:super quo uide qđ no.s.tit.1.§.à quo confirmanda sit. de facto tamen obtinet, ꝙ quando eligitur quis in episcopum sui proprij episcopi, quẽ relinquit, non obtenta uel etiam non petita licentia, confirmatur, sed iuri congruit, ꝙ licentia petatur, & ea obtenta libere trãsferatur, secundum Gof.Excipe exemptos omnes, qui transferri nõ possunt, nisi de Papæ licentia speciali, nec ꝓdest consuetudo c̃ria, quæ dicenda est potius corruptela.s.de cons.c cũ uenerabilis.sicut nec renunciare põt talis j.de renun.c.fi. Itẽ excipe omnes episcopos, qa maiores causæ ad sedẽ Apost. tñ pertinent. j. de ap.vt debitus, in fi.sicut episcoporum translationes, & sediũ mutationes. j e.c.quãto. & c. licet.in quo casu non prodest etiã indulgentia alicui concessa, ut ad maiorem si forsan uocaretur, ecclesiã, eã sibi liceret assumere. dũ tñ ei nil de statutis canonicis obuiaret:nam authoritate talis indulgentiæ ad parem seu minorẽ se transferre nõ poterit.nec ob. j.de deci, ex parte M. quia in hoc casu minus descendere uel transferre q̃ ascendere, est magis contra iuris rõnẽ, & minus dispensabile, ut patet in his quæ not. s.e.§, qualiter.Sed nec ascendere põt in tali casu, nisi postulationis & personę examinatione facta ab illo, à quo fuerat facienda, hoc est, à Papa, ex quo de postulatione episcopi agitur.sic loquitur j.e.c.fi.§.nec illa.Sed cõtra, j.de donat.cũ dilectus.§.fi. ff. de const.prin.l.beneficia. Sol.Dic ꝙ tale priuilegiũ ambitiosum & odiosum est, ut innuit litera.& argu. j.de cler.nõ resi.c.1.ideo restringitur.ff.de mino.l.3.rñ 1.sic & alias restringitur, quando alicui parat̃ præiudiciũ. j.de præb.c.fi.qđ ergo dicimus late interpretandũ beneficiũ, intelligitur qñ pure fauorabile est.sicut j.de uer.sig.tua nobis, & c cũ tibi.Sic omnino annihilatur tale priuilegium.Scripsit tñ Goff.ꝙ hoc operatur vt postulatus, qui alias non haberet ius petẽdi confirmationẽ, licet esset idoneus, ipsam authoritate talis indulgentię rite petat: ꝙ exaudiri potest, ubi causa iusta postulãdi nõ suberat.qđ dic, ut no.s.de postu. præl.§. & utrum ius.ver.ꝙ si neuter duorũ.& præcedentibus.& iunge ꝙ no. j.

ADDITIO.

a Quid est translatio. ¶ Adde gl.in c.super.e.tit.& Doct.in ru.eiusd.

no.ĵ qui fil. sint legi §. qualiter, & à quo. ver. solet quæri. Verum. 5 cum matrimonium † intelligatur esse inter episcopum & eccle- a siam,[a] quod in electione initiatur, in confirmatione ratificatur, & in consecratione consummatur. ĵ. e. licet. 1. rñ. & per mutuum consensum contrahitur. s. ti. 1. cum inter canonicos. §. discretioni vestræ. sicut episcopus consecratus transferri non pôt sine authoritate summi Pontificis, vt dictum est: sic nec electus confirmatus, quamuis vsq; ad hæc tempora, scilicet d. N. Inn. 3. qui hoc primus dixit, ĵ. e. c. 1. nihil expressim dictum fuerit de electis. nam quo ad vinculũ matrimoniale, episcopalis dignitas, seu consecratio nihil addit, cum possit esse episcopus sine vinculo alicuius ecclesiæ, intellige specialis. ĵ. de ord. ab episcopo qui renun. epis. c. 1. & legatus sine dignitate s. ti. 1. transmissam. ideo propter expressam similitudinem, vel identitatem potius, idem poterat videri sine scrupulo subtiliter intuenti. ar. ĵ. de seru. non or. miramur. sic loquitur ĵ. e. inter corporalia §. sicut autem. Huic autem qđ dixi, ꝙ matrimonium spirituale videatur ratificari per confirmationem, & per mutuum consensum contrahi, videtur contradicere idem. §. ibi, qui post electionem, &c. Sed dic per electionem, qui electus assensum præbuit, coniugium sit spirituale contractũ scilicet per mutuum consensum habitum inter personas eligentiũ & electi: & subaudi firmatum, vel approbatum, siue ratificatum per confirmationem, intelligas in fidei sacramento, scilicet baptismi. nam in illo, & per illud omne sacramentum ratificatur, cũ ipsum sit fundamẽtum omnium. ĵ. de presby. non bapt. veniens. ergo sicut matrimonium carnale ratificatur per approbationẽ ecclesiæ, vt ĵ. de clan. despon. cum inhibitio, cooperãte baptismi sacramento, fidei fundamento. ĵ. de diuor. c. quanto §. si verò. sic matrimonium spirituale per confirmationem ecclesiæ ratificatur, eodem sacro cooperante: & sicut matrimonium carnale initiatur per verba de futuro, vel per verba de præsenti, nisi alter maior est, & alter minor. ĵ. de desp. imp. de illis. sic & spirituale per consensum eligentium de præsenti, qui censentur maiores in hoc casu, & electi qui censetur minor, quousque consenserit: sicut & carnale contrahitur per mutuum consensum, sic & spirituale: & sicut ratificatur per approbationem ecclesiæ siue fidei sacramentum, sic & spirituale: & sicut consummatur per carnis copulam, sic & spirituale per cõsecrationem, super quo vide quod no. ĵ. de matri. § fin. sub § vt autem nihil. & ver. seq. Nec obstat s. de ele. cum inter canonicos §. discretioni. vbi dixit, quasi vinculum, quia si illud quasi, determinat coniugale, potest esse sensus, ꝙ ad exemplum carnalis contrahitur spirituale. q. d. sicut vinculum carnalis matrimonij per mutuum consensum contrahitur, sic & vinculum spirituale: & sic spirituale est quasi coniugale. Si verò illud quasi, determinet dictionem, vinculum, ibi positam, tunc intelligas, ꝙ ibi loquitur de vinculo matrimonialis cõiugij spiritualis inter electionem & administrationem contracto, qđ non verè contrahitur, sicut carnale, vt apparet in his quæ not. ĵ. eo. ver. dic ergo, ꝙ matrimonium & seq. quasi dicat, vinculum, quod inter electum & eligentes sine administratione, ad quam vocatur electus, contrahitur, non est verè vinculum, sed quasi vinculum: quamuis verum sit inter electum & ecclesiam generalem. vnde primum dissoluitur, sed secundum nũquam, & de illo vinculo, scilicet generalis ecclesiæ, potest dici, ꝙ contrahitur in confirmatione: & secundum ꝙ hic dicitur, iacent propriè verba posita. ĵ. eo inter corporalia §. sicut autem. ibi, quoniam post electionem, & c. nec egent expositione, quam s. not. Posset & illud dici, ꝙ per mutuum consensum, non verè contrahitur spirituale coniugium indistinctè, sed quasi contrahitur, vt dicit d. cap. cum inter canonicos, per confirmationem verè contrahitur. vt ĵ. eo. inter corporalia. ꝙ pro tanto dicitur: quia post confirmationem non potest dissolui sine authoritate Papæ. Sed ante confirmationem fortè potest dissolui, per communem dissensum, maximè authoritate ordinarij interueniente. argu. ĵ. de reg. iur. omnis res. ff. de pact. ab emptione. super quo vide quod no. ĵ. de spon. duorum. § quæ quibus. ver. aut vtraque de præsenti & sequentib. secundum quod not. s. eo. proxi. & ver. proxi. qui incipit, huic autem magis placet. Spirituale verò matrimoniũ tanto fortius est, quanto inter corporalia & spiritualia potest fortitudinis, seu firmitatis differentia denotari: corporalia enim facilius destruuntur, quàm construantur, vt patet. ff. de pecu. non statim. ff. de acq. pos. possideri §. in amittenda. Spiritualia verò facilius cõstruuntur, quàm destruantur. Episcopus enim qui solus ordinat, non solus deponit: quia episcopus à duodecim episcopis auditur, presbyter à 6. diaconus à tribus. 15. quæst. 7. fœlix præter proprium episcopum. 2. quæstio. 5. presbyter Subdiaconus autem eodem priuilegio gaudet. ĵ. de ser. non ordi. miramur. sed nec causa aliorum audienda est, sine præsentia clericorum, id est canonicorũ. 15. quæstio. 7. §. solus. & duobus c. ibi sequentibus. Sed episcopus qui à Metropolitano consecratur. 64. distin. cap. 1. & seq. & ĵ. de tempo. ordi. nec episcopi. sine authoritate pontificis deponi non potest. 3. quæstio. 6. quamuis liceat. & cap. ibi seq. ergo fortius est spirituale coniugium, quàm carnale. Sed cõtrà, quia carnale vinculum etiam ob causam fornicationis non soluitur. 32. quæstio. 7. cap. 1. & 2. nec prodest iuramentum contrarium. ĵ. de iureiur. tua nos. & vxor etiam in morte sequitur virum. 13. quæst. 2. vnaquæque mulier. & dicuntur socij diuinæ & humanæ domus. C. de cri. expil. hære. aduersus. ff. rerum amota. l. 1. spirituale verò tota die dissoluitur, saltem authoritate Papæ, vt patet ex superioribus. Solutio, expone fortius, id est, dignius, secundum omnes. Sed contrà: quia carnale dignius est ratione temporis: nam inter omnia sacramenta prius est tẽpore. Item ratione loci, quia in Pa- b radiso constitutum.[b] Item ratione signaculi: quia alia sacramenta in ipso, & per ipsum signantur, non econtrà. ĵ. de bigam. de- c bitum. Item quamuis virginitas repleat [c] Paradisum, & matrimonium mundum, tamen integritas corporis non præcipitur, sed suadetur. 32. quæstio. 1. nuptiæ. & cap. integritas. & quomodo repletur Paradisus hominibus, nisi homines generẽtur, recordare quòd in fœcunditate sobolis, lippitudo Lyæ, Rachelis pulchritudini sit prælata. ĵ. de renunc. nisi cum pridem. §. nec putes. Item nec ratione authoris spirituale dignius est, & sic non videtur spirituale dignius carnali, pro & contrà diuersis consideratio nibus habitis. ĵ. de maio. & obed. statuimus. Præterea hæc expositio est contra mentem. nam decret. inter corporalia. ĵ. eod. non intendit ponere differentiam inter dignius & vilius, sed inter fortius & debilius. vt patet per exempla posita. Ex quibus concludit ibi, cum ergo fortius, &c. & ex antipophora sequenti ibi: cum non enim humana, sed potius diuina potestate &c. quæ ratio salua reuerentia reddentis, non sufficit. Sed tu solue, sicut not. s. tit. 1. §. vtrum mutari. super verbo, Compellantur. versi. quare ergo soluitur matrimonium spirituale contractum &c. & iunge quod not. ĵ. de conuer. coniug. §. fina. versi. sed quare magis. & seq. Dic ergo quòd matrimonium spirituale, inter episcopum & ecclesiam generalem cõtractum, & maximè consummatum, ex quo semel tenuit, & confirmatum fuit, nunquam dissoluitur, vt not. in proxi. versic. quare ergo soluitur. s. eod. §. proxi. alleg. carnale verò dissoluitur ante consummationẽ per religionis ingressum. ĵ. de conuer. coniuga. ex publico. Item consummatum dissoluitur, quando relictus in infidelitate non vult cohabitare cum conuerso, sine contumelia creatoris. ĵ. de diuor. c. quanto. respons. 1. versicu. si enim alter infidelium. & cap. gaudemus. §. qui autem. Igitur cum carnale soluatur in casibus, spirituale verò nũquam, vt probatum est, nemo sanè intelligens dubitat, quin spirituale sit fortius, quàm carnale: & iunge quod not. s. eod. versi. huic autem, & sequenti. Patet ex præmissis, quòd vnus est episcopatus per mundum diffusus, & probatur 7. quæst. 1. §. item episcopatus vnus, cuius respectu spirituale coniugium fortius est, quàm carnale. Est autem alius episcopatus specialis, scilicet cuiuslibet cathedralis ecclesiæ, cuius respectu dicitur quandoque quis nullius loci episcopus, scilicet specialis. sic intellige. ĵ. eo. inter corporalia §. sicut enim. Sicut autem eodẽ respectu dicitur, quòd si quis confirmatus in vna ecclesia, in aliam sine authoritate Papæ translatus consecratus fuerit, munus consecrationis impensum, nec prioris ecclesiæ fecit ipsum Pontificem, nec secundæ. ĵ. eo. inter corporalia. § fin. sic etiam eodem respectu dicitur, si quis confirmatur in vna ecclesia, nõ potest negari quin pontifex sit, & quin characterem receperit, vnde nec reiteratur consecratio, vt ibidem patet. Et in his quæ not. ĵ. de sacram. non ite. §. & quæ sunt. versi. 1. & versi. sed quare est ergo episcopus. Sed cuius ecclesiæ, non specialis, sed generalis: illius videlicet, cuius Paul. & Barnabas, quibus missis non fuit specialis ciuitas vel ecclesia assignata. 75. dist. ꝙ die Dominico. Limitatio enim episcopatuum & parochiarum ecclesiæ constitutione insurgit, vt probatur 13. q. 1. ecclesias. ĵ. de his quæ fiunt à præla. pastoralis. ergo vinculum quod est inter episcopum & ecclesiam spiritualem, non iudico fortius, imò debilius quàm carnale: est tamen honorabilius, & sicut diuisio & vnio episcopatuum ad solum Papam, ex cuius constitutione hæc incœperunt, pertinet. 16. quæst. 1. § sicut diuisio. ĵ. de excess. prælat. sicut vnire. sic & translatio & mutatio eorũdem: quia hæc retinuit sibi Papa specialiter, & quædam alia, de quibus not. ĵ. de offi. dele. §. quid pertinet. vers. quid ergo si quis gerat se pro legato. & seq. sic decret. inter corporalia, intelligenda est de coniugio generalis ecclesiæ à principio, vsq; ibi, Non enim humana sed potius diuina potestate, &c. ab illo uerò uersic. vsque in fi. intelligenda

ADDITIONES.

a Inter episcopum & ecclesiam ¶ Adde c. sicut. 7. q. 1. tex. & gl. in c. cum inter. de elect. & ideo defert anulum in signum matrimonij. ut in cap. clerici. el 2. & ibi gl. de vi. & ho. cle.

b In paradiso constitutum. ¶ Adde tex. in c. sicut non omnis. in §. his ita. 32 q. 2. tex. in c. 1. de vot. lib. 6 gl. summæ. 27. q. 1. originaliter. Gene. 2.

c Virginitas repleat. ¶ Adde gl. in c. 1. de sum. tri. gl. in c. causam matrimonij.

d e proba. glo. in c. cum ad monasterium. de statu monach.

telligenda est coniugio ecclesiæ specialis, saluo eo quod dicitur in §.cum autem: scilicet quòd per confirmationem contrahitur matrimonium spirituale, intelligi potest de vinculo ecclesiæ generalis.vt not.s̄.eo.versi.nec obstat.Sed quis consentit ibi nomine ecclesiæ generalis? respond.Capitulum, ad quod spectat electio gerit typum ecclesiæ generalis: nec mireris, quia vnicus clericus iuuans celebrare presbyterum, idem facit, vnde presbyter dicit ei, Dominus vobiscum: & ipse respondet, Et cum Spiritu tuo. Ad hoc j̄.de vita & honesta. cleri. vt quis presbyter.gerit & vicem ecclesiæ specialis.j̄.de verb.sig. cum cleri.nec mireris, si gerit vices duorum: quia & aliàs hoc contingit.j̄.eo.cum inter vniuersas.ad finem. ff. de adopt. si consul. quamuis difficile sit.ff.de pact. si plures. Archiepiscopus autem gerit vices Christi. 33.q.5. mulierem.Per electionem igitur capituli, consensum proprium, & confirmationem archiepiscopi vtriq; ecclesiæ copulatur. Sed vinculum quo ligatur episcopus ecclesiæ generalis, ordinationi diuinæ, & sacro eloquio, Quos Deus coniunxit, homo non separet, omnino innititur, & ideo rumpi nequit. Vinculum verò quo ligatur ecclesiæ cathedrali, firmatur constitutione canonica, vt patet 22.dist.c.1.ideoque per Papam dissolui potest. ad hoc.j̄.de resti.spol.literas. & opinioni. & secundum hunc intellectum exponenda sit litera, nullum tamen contrarium recipit, vel inconuenieus continet decretum.

6 **Quę sit causa transferendi.** † Et quidē duę, vtilitas & necessitas.7.q.1. omnis qui gemebat. & c.episcopus. de loco, & vbi aliqua istarum interuenit, non dicitur persona transferre se, sed transferri: nec mutare, sed mutari.7.q.1.mutationes.& c.scias.Quid si persona vocata non vult consentire translationi? Dicunt quidam, ꝙ non compellitur: quia nemo cogitur crescere inuitus.74.dist.gesta.sed dicas contrarium: quia multa bona conferuntur inuitis.45.dist.& qui emendat, vnde inuitus aliquis liberatur.ff. de nego.gest. soluendo.ff. de sol. solutionem. & inuitus defenditur in libertate, ne seruus pronuncietur.ff.de libe.causa. l.1.2.& 3.inuitus defenditur, qui ad supplicium ducitur: hortatur enim humanitatis ratio, prouocationem in hoc casu audiri debere.ff.de appel.non tantùm.ff.quando appella.sit.l.pen.§ fi.secundum Goff. non tamen directè. & sic intellige primam sententiā. argu.j̄.de ætat.& quali.quæris. Vt tamen scias quòd necessitas & vtilitas ecclesiæ præ omnibus approbatur.s̄.tit.1. cùm monasterium.& c.cùm nobis olim.§.fin.& c.in causis.§ fin. & ca.officij §. fin.j̄.de renun.post translationem.§.cùm ergo.j̄.de ætat.& qual. quæris.& c.tuam.ex hac enim causa potest venire episcopus contra concilium Turon.j̄.de præb.maioribus.& cap.vacante.Item contra generale.j̄.de præb.extirpandæ.& ca.exposuisti.Item contra Lateranen.& generale.j̄ de cleri.non resi. quia nonnulli.j̄.de præb.de mulcta.j̄.de concess.præb. cum nostris.§.fi & vide quod notatur j̄.de ætat.& quali.§.ætas.versic. in dignitatibus autem & inferioribus. Multiplex tamen causa assignari potest, quare fit trāsitus: aut enim transfertur quis causa necessitatis, uel utilitatis, ut dictum est: aut transit causa leuitatis, uel cupiditatis, uel humilitatis. Cùm quis causa utilitatis transfertur, omnino eximitur & liberatur à prima ecclesia.s̄.de postula.prælato.bonæ.2 § fina.ita quòd cum priore nihil commune remanet, quo ad prælationē. 21.quæstio.2 si quis iam translatus: intelligas cum effectu, scilicet ex quo possessionem adeptus est.argu.s̄.ti.1.cùm in cunctis.alioquin contrà.92.distin.si quis episcopus.1.& 2.ca. si qui episcopi. & sic ex eo tēpore incipit quis posse testari iure militari, ex quo in numero militari est receptus, non cùm electus est in tyronem. ff.de testa.mili.ex eo tempore. hoc intelligi potest, quando quis inferior episcopo transfertur consecrandus. quod dic, ut notatur s̄.titu.1 §. quo tempore.uersi. consecratio.& sequentib.Sed si episcopus transfertur, dico quòd ex quo sibi est data licentia transeundi ad secundam ecclesiam, & absolutus est à priore uinculo, nihil commune habet cum priore: quamuis secundam adeptus non sit.est ergo episcopus, nullum tamen episcopatum possidens specialem.sic j̄.eo.inter corporalia.§.sicut enim.Sic & miles translatus exemptus est, quamuis adhuc ad numerum, ad quē transfertur, non peruenerit.ff.de bon.poss. ex testamen. milit.l. unica.ad finem.secus autem in tyrone, ut dictū est, quamuis possessionem secundæ ecclesiæ adeptus non sit, plenum tamen ius in ea acquisiuit.argu.ff. de acquir. poss. cum hæredes. Si uerò causa necessitatis transferatur quis, idem est quòd suprà, puta cū prælatus in ecclesia sua persecutionem patiatur, & hostilitatem. j̄.de renunc.nisi cùm pridem.§.propter malitiam.Sed & tunc dici potest causa utilitatis transferri, cum in sua ecclesia inutilis sit, & ob hoc hæ duæ plerunque coniunguntur.7. quæstio.1. scias.s̄. titu.1.in causis.§.fin.Hic tamen notandum, quòd si ob hanc causam non transferatur, sed ipsemet authoritate propria transeat, non punitur, cùm causam habeat, imò necessitate cessante, quasi iure postliminij, ad ecclesiam suam redit.7.quæstio.1.pastoralis. Vbi uerò causa leuitatis transit, dixit Hugo.quòd si alteri ecclesiæ adhæreat, uel primam habeat pro derelicto, putà vxorem duxit, uel miles factus est, deest à sua ecclesia, per tres septimanas, uel per duos menses, sine iusta causa, vel absque licentia sui episcopi, etiam si in studio uel peregrinatione fuit, in his omnibus & similibus casibus priuari potest sine monitione, licet honestum & curiale sit, ut admoneatur.7.quæstio.1. si quis in clero.& capi. si quis presbyter. Ioan.cōtra.nec enim facile præsumendum est, quòd ecclesiam pro derelicto habeat, fortè multis laboribus acquisitam.j̄.de renunc. super hoc quod sciscitaris.maximè, quia & iustum impedimentum habere potest.j̄ de cleri.non resid.inter quatuor.& capi.fina.j̄.ut lit.non contesta. quoniam frequenter.§.si uerò aliter. sed si requisitus non inueniatur, tunc procedatur secundum eundem §.& j̄.de cleri.non resid.ex tua.semper tamen monendus est absens, si fieri potest, ut ibi.& argu.j̄.de appel.peruenit.j̄.de vi.& honest.cle.c.fi.j̄.de sent.excom.in audientia.& c.contingit.Sed cùm quis ex superioris licentia absentat se & si ultra moretur, quàm superiori placeat, admonendus est, nō tamen sine causa remouendus.7.quæst.1. præsentium secundū. Goff.de hac tamen materia dic, ut notatur j̄.de cleri.non resi.§. utilitatem.Quid si causa cupiditatis uel ambitionis transeat, priuandus est, habita scilicet prima ecclesia, & ambita scilicet secūda, ut nec primæ præsideat, quam per superbiam spreuit: nec secundæ, quam per auaritiam concupiuit.j̄.capit.quanto.§.finali. 7.quæst.1.eos.& §.si quis episcopus. prima tamen ecclesia ipsum repetere potest, si uoluerit.7.quæstio.1.non oportet.Sed contrà primam perdit, recipiendo secundam.j̄.de præbend.de multa, Respon.perdit, sed non perditur: quia nec transire potuit sine licentia, ergo potest à prelato proprio reuocari.j̄.de renun.admonet.Hic tamen notandum, quòd eo ipso quod quis ad maiorem transit, causa ambitiosa præsumitur.7.quæst.1. si quis episcopus, nullus enim de maiori transire uelle præsumitur ad minorem.j̄. de præsumpt.quia non est uerisimile.j̄.de cleri.non resi.c.1.Sed & transit quis causa humilitatis, putà religionis, in quo casu inferioribus episcopis sufficit petere licentiam. j̄.de regu laribus.licet.quod dic, ut notatur in summa.§. & utrum exire.& §.præcedenti.& §.uel reuocari.& j̄.de renunc.§.si quis renunciare uersi. non potest.ergo si nec petita licentia transeat, ecclesia potest ipsum repetere, si vult.7.q.1.si quis uerò.& c.si quis presbyter.ipse autem ecclesiam repetere non potest.7.quęstio.1.eos j̄.de renun. quòd in dubijs.nam & si inutilis sit translatio, habet tamen in se tacitum pactum, ne petat, sicut & inutilis acceptilatio.ff.de pact. si unus.§.penultimo.ff.de acceptil.an inutilis.& hoc uerum est in prælaturis iam acquisitis: secus in acquirēdis.j̄.de his quæ fiunt à maio.par.cap.ex ore.Sed hic sciendum, quòd si ob conscientiam criminis, dimissa prælatura, ad uitam monachalem quis descenderit, ad secularem prælaturam iterum resurgere nequit: secus, si ob aliam causam.7.quæstio.1 hoc nequaquam.j̄.de renunc.post 7 translationem. Extra summam notandum est, ꝙ honores † reales non sequuntur translatum: ut si primò fuerit palliatus, & transferatur ad ecclesiam, quę dignitatem pallij habeat, oportet translatum iterum palliari.s̄.de postu.præla.bonæ.2.ad fi.quia licet pallium personale uideatur, adeò ut cum persona sepeliatur.j̄.tit.1. cap.2.tamen gratia & contemplatione loci datur, ut patet in hi quæ not.j̄.tit.1.§.& quo loco.

DE AVTHORITATE ET VSV PALLII. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Pallium quid sit.*
2. *Pallium in Papa quid designat.*
3. *Pallium an sit concedendum.*
4. *Pallium à quatuor Patriarchis principalibus concedi debet.*
5. *Pallio quibus diebus sit vtendum.*
6. *Pallio quo loco sit vtendum.*

QVoniam quidam electi pallio decorantur, ideo præmisso tractatu de Electione, de authoritate & vsu pallij videamus. Vel sic: & quia episcopi & archiepiscopi authoritate Papæ transferuntur, ut s̄. titu.1.quos uti pallio decet, si ecclesijs ad quas transferuntur, dignitas palij debeatur, ideo de ipso videndum, Quid si pallium. Cui concedendum sit. Et à quo. Et quibus diebus utendum sit pallio. Et quo loco.

1 a **Quid sit † pallium.** [a] Insigne episcopi, uel archiepiscopi ornamentū de beati Petri

ADDITIO.

a Quid sit pallium. ¶ Adde quare in pallio ponunt quatuor cruces nigri coloris: & quid significent illæ cruces. vide per Ant.de But.super ista rubrica.

ti Petri corpore sumptum.s.de elec.significasti.ad fi.in quo Pontificis officii plenitudo,cum archiepiscopalis nominis appellatione cõfertur.j.e.nisi specialis,ante cuius receptionem dicitur ecclesia viduata.e.dict.qm.quo ad quedam,puta concilij conuocationem,chrismatis confectionem, basilicarum dedicationem clericorum ordinationem,Episcoporũ consecrationẽ. s. de elec. qđ sicut.§.praeterea.sicut & episcopalis ecclesia vidua dicitur, quo ad quaedam,scilicet episcopalia supradicta & similia: puta chrismatis in frontẽ,in confirmationem.s.de consue.quanto.j. de sacra vnctione.ca.vnico.§.per frontis chrismationem, uirginum consecrationem,poenitentium publicam reconciliationẽ. xxvi.q.vi.§ j & c.j.lxviii.dist.quamuis.Cor episcopi.25 distin.p lectis.ver.ad episcopũ.ecclesiarum reconciliationem.j.de consecr.eccl.vel alta.aqua.abbatũ benedictionem.j.de aeta. & qual. cum contingat.maioris inquisitionis discussionem,& ministerii consecrationem.s.de elect.transmissam.in his enim omnibus & similibus dicitur vidua ecclesia episcopalis,& si sponsum habeat,sed nondum consecratum.s.tit.1.inter corporalia.§.sed neq;. Videtur ergo,ꝙ archiepiscopus aliquod supradictorum exercere non possit,sine pallio,cum quodlibet horum requirat episcopum,& ipse non tanquam episcopus, sed tanquam archiepiscopus hoc facere videatur. ut dicit § praeterea.supra dictus. ꝙ puto verum in his quae sine missa expediri non debent, sicut est ordinatio & consecratio:secus in aliis,sicut in frontis chrismatione,coemiterij benedictione, calicis consecratione, & similibus, quae ab ipsis cum stola tantũ expediri consueuerunt. In talibus enim consuetudo seruãda est.j.de sacra vnctione.c.unico.in fin. 12.dist.scit sancta.& c nos consuetudinem.ꝙ enim nec contra fidem,nec contra bonos mores esse conuincitur,indifferenter est habendum,& pro eorũ inter quos viuitur, societate seruandũ. 12 dist.illa autem.lxxv.di.vtinam omni tempore.ante c.dilectionis de consecr.di.4.de trina.j.de sepul.certificari.licet sit.argu.j. de tẽpo ordi.c.2.sed illa consuetudo reprobatur per Romanã ecclesiam,contra quam maximè in talibus nec praedicandum est, nec docendum.j.de haeret.ad abolendam.circa principium. Sed numquid ante receptionem pallij episcopus traslatus hoc poterit exercere intra decretam sibi prouinciã?non videtur.ar.dicti. §.praeterea.super quo uide quod notatur j.e.§.& quo loco. Notabis tamen,ꝙ in Papa palliũ †designat plenitudinem potestatis

2 plenissimam.j.eo.ad honorem.& ar.s.tit.1.quanto.ad finem. respon.1.s.de elect.illa quotidiana. j.de conces.praeben. proposuit. §.fi.unde quod dicit s.de elect.nihil est.§.caeterum ibi sui plenitudinẽ officij,ex.pone,id est,potestatis:uel dic,ꝙ qui habet plenitudinem potestatis, habet plenitudinem officij, sed non conuertitur.uel melius,ideo dicit hoc: quia tunc potest dici Papam vti plenitudine officii,quando secundum iura,ius reddit, ut ibi: quando vero transcendit iura, tunc vtitur plenitudine potestatis.de quo habes multa exempla j.de offi.leg.§.quid pertinet ad officium.uersicu.quid ergo.& sequenti.In Patriarchis vero plenissimam officij potestatem.arg.j.de preb.graue.ad finem.j.de priuileg.antiqua. respon. 1.In archiepiscopis pleniorem officij potestatẽ.arg.j.eo.nisi.& c.ad honorem.In episcopis ergo plenã officij potestatem, quibus quandoque conceditur.ut notatur, j.eo.§.seq.In hoc tamen non est magna vis,sed sic potest potius ad subtilitatem,quam ad vtilitatem magistraliter inter hos haec differentia denotari.

3 Cui condedendum sit † Archiepiscopis omnibus,& superioribus, vt patet in his quae notantur s.eo §.proximo.uersicu. notabis.& seq.& episcopis quibusdam, sicut Papien.& Armicen.& Massano.& Hostien.ex longa consuetudine, & ecclesiarum suarum priuilegiis debetur,quae seruãda est.j.de off.ordi.duo simul. 21. quaest.2.c.1.2.&3.aliquibus etiam conceditur ex priuilegio personali, sicut Quin ecclesiensis.inf.de praesum.cum in iuuentute.sed hoc extinguitur cum persona.arg.j.de conces.praeb.constitutus. ad finem.7.quaest.1.petisti.nec praesente Papa, uel eius legato habente insignia sedis Apostol.quibus ipse vti debet.ar.j.de offic. leg.volentes.& de priuilegi.antiqua.§.dominicae. Dominus tñ Cantuariensis archiepiscopus vtebatur Lugduni, domino nostro Papa in eadẽ ciuitate apud sanctum Iustum morante: forte non aduertebat:sed nec quid fit considerandũ est, sed quid fieri debeat.s de elec.cũ causam quae §.quia igitur. Conceditur autẽ paallium sub hac forma verborum., Ad honorẽ Dei omnipotentis,& beatę Marię uirginis,& beatorum Apostolorum,Petri & Pauli, & domini Papae Inn. IIII.& ecclesiae Romanae, & ecclesiae Ebredun. tibi commissae, tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumptum, in plenitudinem pontificalis dignitatis, vt vtaris intra ecclesiam tuam,diebus qui exprimuntur in priuilegiis ecclesiae tuae concessis à Romana ecclesia. j.eo. ad honorẽ. in parte decisa.& c. quia nos. & sumitur de corpore beati Petri. s.de elect. significasti, in fine. de altari in honorem beati Petri consecrato. vel de quocunque uelis de mandato domini Papae, quia non vbi Roma est,ibi Papa est, sed econuerso: locus enim non sanctificat hominem,sed homo locum.xl. di.multi sacerdotes. & res accedunt hominibus, non econuerso. ff. de aedil edi. iustissimè.unde & de altari capellae dñi Papae sumit, q uidit & recepit testimoniũ phibet: & scimus qa uerũ est testimoniũ eius.

4 Et à quo. † A quatuor Patriarchis principalibus, secundũ doctrinam traditam.j.de priui.antiqua.vniuersaliter tamen conceditur à domino Papa tantùm.j. eod.nisi. sed non consueuit ipsum concedere, nisi instanter petenti. 100. dist.prisca.& c.optatum. & iuramentum obedientiae praestanti. ut in d.c.optatum.s.de elect.significasti.in principio, & in fine. Concedit autem ipsum aliquoties praelato existenti in curia, aliquoties eius certo nuncio, & ad hoc specialiter deputato. c.di. quoniam.aliquoties etiam mittit per Apocrisarios Romanae curiae.s. de elec.significasti.c.di. pallium.j.& ij.& c.scriptorũ. quandoque etiam de gratia non petenti offertur. sic intellige, s.de postu.prael.bonae.ij. § fi. Dicuntur autem Apocrisarij secreti nuncij.vnde versus.

Aurum iudicium secretum dat tibi crisis.

Verùm cum augmento honoris pallij crescere debet cura sollicitudinis pastoralis, vt ornatui vestium actionum conueniant ornamenta.c.di.§. priuilegia.& c. seq. rationis debet enim palliatus ingenio suo authoritatem dignitatis augere.ff de off. p aesid. obseruandum.in fi.& augeri debet vtilitas per dignitatem. ff. de iudi.si longius.in fine & l. sed & si susceperit. §. pen.ff. de vti. & habita.plenum ff.de don.filius fa.ff de le. j.si seruus pluriũ. ff de leg.iij. si filiae. Saepe enim dignitati deferendum est & personae. j. de off.del.sanè quia.& c.pastoralis.xxiiij.q.iij.quisquis.sed hunc decorari pallio volumus, fortè moribus indecoris. c di. contra morem.ante finem.Sed pallium dandũ est cũ concessione noui priuilegij, vel renouatione antiqui. c. dist.§. priuilegia. & c. seq.

Et quibus diebus vtendum sit pal

5 lio,† patet ex forma traditionis suprà posita.§. cui concedendũ. ver.conceditur. quia illis qui continentur in priuilegiis ecclesiae cõcessis. sed & in praecipuis festiuitatibus vsum pallij potest quilibet exercere.j eo cùm sis. puta in natiuitate Dñi sancti Stephani,sancti Ioannis, in Circuncisione, Epiphania, Ramis Palmarũ Coena Dñi,Sabbato sancto,Tribus diebus resurrectionis,Ascensionis, Pentecostes, sancti Ioannis Baptistae, omniũ Apostolorum,quatuor festiuitatibus beatae Mariae sancti Michaelis,omnium Sanctorum, festiuitatibus principalibus ecclesiae pallio decorato, dedicationibus ecclesiarũ,cõsecrationibus episcoporum:ordinationibus clericorum,anniuersario,cõsecrationibus palliati,secundũ Vinc. Alij exponunt hoc per decret.j.de feriis. c.fi.vbi & dies Dñi adduntur.super hoc etiam vide quod notatur j.de consec.eccle.vel alta.in iij.di.respon.j. Illud aũt certum est, ꝙ episcopalia de quibus dixi s.eo.§.quid sit palliũ. & ver. videtur.sine pallio exerceri non debent, intelligas tu intra prouinciã palliati,vt patet in his quae notantur j.e. vers §.si idem intelligas de indumentis episcopalibus,& sandaliis,& similibus, & quae denotant dignitatem.ar. j.eo.c fi. s.de elect. ꝙ sicut.§ pen.scilicet ꝙ sine his non debent episcopalia exerceri idem intelligas de baculo pastorali,quo Papa non vtitur,tum propter historiam,tum propter mysticam rationem.j.de sacra.non iteran. c. vnico.§ fi. Et notandũ,ꝙ his insigniis vti non debet, nisi his cui cõpetit ex officio dignitatis.j.de vit.& ho.cleri.c.clerici. ver. panis.& ver. sed nec anulos. & argu. xxj. di. cleros. in medio.vers.sacerdotes autem gentium.vbi dicit,ꝙ pallium imponebant pro sacerdotij eminentia. vel nisi aliquis hoc impetret à principe priuilegio speciali.vt C.de vestib.olob. & de aura. & coloribus l. nemo. li. xi.& in ti.ibi seq. nulli licere in frenis equestribus. l. vnica. ad qđ facit qđ legitur in lib. 1.Macha. c.xi.vbi dicit,ꝙ Antiochus adolescens dedit Ionathae potestatem bibendi in auro, & esse in purpura,& habere fibulam auream. ꝙ si cui concessum fuerit, scilicet priuilegium, in quibusdã superiore adueniente. vt j. de off. lega. volentes. & de priuileg. antiqua. §. dominicae. & sunt haec contra quosdam Abbates, qui propria temeritate assumunt sibi cornua. sed certè cum princeps haec cõcedat aliquibus de gratia,non est ab aliis vsurpandum.vt j.de priuil. sanè. arg. de exces. praelat.accedentibus. & est expressum, ꝙ compagis, id est, sandaliis. & declinatur, hic compagus, huius compagi, vel mapulis,id est,mitris,id est,linteaminibus candidissimis, quibus Constan.concessit cardinales ornari. secundum Hug.xcvi. dist in illa palea Constantinus, non licet vti alicui, nisi per speciale priuilegium impetretur.xciii.di.§.compagis.& c peruenit.c.illud.

6 Ex quo loco. † Intra ecclesiã palliatae cõmissam.i.j. quãlibet ecclesiã suae, puinciae, dũ celebrat

lebrat miſſarū ſolennia: ſed ſi ſacris indutus proceſſionaliter uel alio modo eccleſiā exeat, pallio minime vti debet. ĩ.e.c.1 & 100. di. pallium. 1. ergo extra prouinciā nemo vtatur, niſi cui ex ſpeciali priuilegio conceditur. ĩ.eo.ex tuarum. quod ergo dicit ca. ĩ eo. cum ſis. ubicunque, expone intra prouinciam tibi commiſſam. quaſi dicat, ubicunque in loco congruo ſiue competenti. ſimilis expoſitio. ff. de iud. eum qui. ff de cond. inde. qui certo loco. ff. de conſt. pec. ſi duo quaſi. §. 1. de conſe. di. v. nunquā. ſic ueſte ſcenica vtendum non eſt, niſi in ſcena. ff. de vſufruct. ſed ſi qd inædificauerit. §. & ſi veſtimentorū. ſimile no. ĩ. de offi. archipreſbyt. § 1. uer. 1. Magiſter tamen Ia. dicebat, ꝙ etiam in aliena prouincia vti poterat palliatus pallio, de licētia illius, ad cuius ꝓuinciā declinabat. ĩ.eo.ex tuarum. in fi. & c. ſeq. niſi ſpecialiter prohibeatur à papa. ĩ. de renunc. ad ſupplicationem. ſicut & proconſul inſignijs ſuis vtitur ubique, ex quo vrbem egreditur, & uoluntariam iuriſdictionem exercet, licet non contentioſam. ff. de offi. procon l 1. & 2. nec obſt ĩ.eo.ex tuarum. quia quo ad uſum pallij, non continet gratiam, ſed quo ad hoc tantum ut in aliena prouincia ordines ualeat celebrare. hoc enim non poſſet niſi per priuilegium ſpeciale. vi. quæſ. 3. ſcriptum. 7. q. 1. Epiſcopi uel preſbyteri 9. quæſt. 2. nullus primas. & ſecundum hoc exponebat totam literam decre. ex tuarum. Puto contrariū, ut dixi, quāuis ſim palliatus. magiſter enim meus nimiam violentiam facit literæ. expreſſim contradicit. ĩ.e.c.1. cum enim tranſlatus ad aliā prouinciam non vtatur pallio primæ eccleſiæ, ſed requiritur, ꝙ à papa de nouo concedatẽ eidem, ut ſ̃. de poſtul. bonæ 2. §. ul. & cum ipſum pallium ſit perſonale, adeo ꝙ commodari non pōt, ſed cum perſona ſepeliatur, etiam ſi archiepiſcopus factus ſit Cardinalis, ut dicunt curiales. arg. ĩ. eod. c. 2. reſtat quod qui pallium concedere non poteſt, nec uſum ipſius, & cū palliū ipſum partim ſit reale, partim perſonale, ut ex prędictis patet, cui denegatur extenſio perſonalis. ĩ. eod. ad hoc. denegatur & realis. & cui conceditur extenſio realis. ĩ. eod. ex tuarum. concedenda eſt & perſonalis. arg. ſ̃. de conſt. tranſlat. ergo à ſolo papa poteſt fieri talis extenſio, ſicut & ab ipſo ſolo pallium conceditur, ut not. ſ̃. eod. §. & à quo. nec ob. ĩ. ti. 1. ad ſupplicationem. ibi enim ideo excipit papa uſum pallij: quia cum officij Epiſcopalis exercitiū concedatur, ibi in aliena prouincia, uideretur & uſum pallii conceſſiſſe, niſi exciperet. arg. ff. de conſt. prin. beneficia. ĩ. de dona. cum dilectus in fi. ſed hoc eſſet abſurdum: quia iam uiderentur quaſi duo Metropolitani in una & eadem prouincia. quod eſſe non debet. 101. di. § 1. & c. unico. ĩ. de offi. or. quoniam in pleriſque. ideo etiam præcipitur in decre. ad ſupplicationem, ꝙ Eboracenſ. archiepiſcopo tanquam Metropolitano obedientiam & reuerentiam debeat exhibere. nec ob. ff. de offic. procon. l. 1. illud enim contingit ratione mittentis: mittitur enim proconſul à principe. unde non eſt mirum, ſi aliquod peculiare in eo inueniatur. arg. ĩ. de maio. & obe. per tuas. de conſe. diſt. 2. ca. fi. ſic & legatus de latere papæ miſſus cęteros antecellit. ĩ. de offic. le. volentes. & c. excommunicatus. ĩ. de ſen. excō. ad eminentiam. Speciale eſt ergo in papa, ꝙ ſemper & ubique pallio uti poſſit. ĩ. eod. ad honorem. & eſt ratio ut ibi; & quia uniuerſa Chriſtianitas prouincia ſua intelligitur 9. quæſt. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem & reſpectu ipſius, unus eſt Epiſcopatus: nedum quo ad hoc, ut intelligatur ſponſus unius eccleſiæ qa hoc commune eſt ſibi & omnibus Epiſcopis, ut apparet in his quę not. ſ̃. in titu. 1. § cuius authoritate. uer. patet ex præmiſſis & præcedentibus: quinimo etiam quo ad adminiſtrationem, ut patet ſ̃. tit. 1. c. 1. & de ele. licet in fi. xii. diſt. precepis. xix. diſtin. in memoriam. & per totum. xxi. diſt. in nouo, & per totum, & reſpectu huius generalis adminiſtrationis poteſt dici, quod alas habet latas, & liberas: quia nulli ſubeſt, & ubique dominatur, ſed alij habent ipſas alligatas nexibus præceptorum. ſ̃. de poſtul. ca. fi. ĩ. tit. 1. niſi cum pridem. ad fi. Quid ergo ſi palliatus inuitetur extra prouinciam ad ordines celebrandos, vel Epiſcopos conſecrandos? Non uidetur, quod hoc fieri poſſit, niſi à domino papa priuilegium habeat: quia nec aliter poteſt uti pallio. ĩ. eod. ex tuarum. nec ſine pallio exercere poteſt. ſ̃. de elec. quod ſicut. §. præterea. & ſic deterioris conditionis uidetur palliatus, quam non palliatus, quia non palliatus etiam nullius loci Epiſcopus hoc poteſt. ĩ. de or. ab Epiſ. qui re. epiſcopa. c 1. §. 1. quod quidā de plano conceduntur. Credo contrarium arg. C de leg. quod fauore. dignitas. n. afferre, & non auferre debet, ut patet. C. de dignit. l. 3. lib. 12. & in his que notantur ſ̃. eod. §. & à quo. uerſi. uerum. & ſeq. nec obſtat ſ̃. de elec. quod ſicut. §. præterea. ibi cum id non tanquam ſimplex epiſcopus, ſed tanquam archiepiſcopus hoc facere videatur: quia hoc verum eſt intra prouinciam ſibi commiſſam. extra enim tanquam archiepiſcopus hoc facere non poteſt, cum nec extra archos, i. princeps, intelligatur. Reſtat igitur, quod extra prouinciam rogatus hoc expedire poterit, tanquam ſimplex epiſcopus: omnibus enim epiſcopalibus inſigniis ſicut mitra, baculo paſtorali, & ſandaliis, & ſimilibus excepto pallio, per quod deſignatur plenitudo officij, extra ſuam prouinciam in miſſarum ſolennijs uti poteſt. nam & flamines vbique pileo vtebantur. xxj. diſtinct. clericos. ergo extra prouinciam tanquam ſimplex epiſcopus, qua ratione poteſt miſſarum ſolennia, eadem ratione poteſt & ordines celebrare. nam pallium non eſt de ſubſtantia collationis ordinum in natura ſui, ſed tantum ratione priuilegij: quod extra prouinciam cōmiſſam nō extenditur: ſecus de miſſa. ut ex d. §. pręterea. & ex ſupradictis intuenti ſubtiliter poterit fieri plena fides.

DE RENVNCIATIONE. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Renunciatio quid ſit.*
2. *Iura ſcripta, & non ſcripta, circa beneficia, uel res temporales, corporales, uel incorporales renunciari poſſunt.*
3. *Ius publicum diuinum ſubdiuiditur.*
4. *Clericus an poſſit renunciare iuri ſuo.*
5. *Renunciatio iuris poteſt fieri in futurum.*
6. *Renunciare quis poſſit.*
7. *Furioſus renunciare non poteſt.*
8. *Renunciatio fienda eſt authoritate eorum, quorum intereſt.*
9. *Scandalum quid ſit.*

EGimus qualiter beneficia per electionem acquirantur, & etiam per tranſlationem amittantur, & acquirantur: ſed quia eſt alius modus per quem amittuntur, ſcilicet renunciatio, ideo de ipſa inſpiciendum eſt, Quid ſit renunciatio: Quæ poſſunt renunciari: Quis renunciare: Qualiter: Cui: Quis ſit eius effectus.

1 **Quid ſit † renunciatio.** [a] Iuris proprij ſpōtanea refutatio. Bene dico, Iuris proprij: alieno enim renunciare non poſſum, quia res inter alios acta, [b] &c. ĩ. de ſen. & re iud. c. penul. ĩ. de præb. dilecto. in fine. ĩ. de do. inter dilectos. in fin. C. res inter alios acta in rubro & nigro. & generaliter tibi trado, quod tractatus inter certas perſonas, uel ſuper re certa habitus alij nō nocet. C. de iudi. licet. ff. de pac. ſi vnus. §. pacta. uerſ. ante omnia. ĩ. de offi. ord. dilectus filius. §. penul. in fine. ĩ. de tranſ. veniens. §. fi. Et bene dico, Spontanea, reſpectu certitudinis. C. de do. nec inuitus. & patet ĩ. §. quæ poſſunt renunciari. & §. qualiter. Item reſpectu uoluntatis: qa ſi coacta eſſet renunciatio, non obeſſet repetere uolenti. ĩ. eo. ſuper hoc quod ſciſcitaris. ĩ. qđ me. cauſa. Abbas, & c. ad audientiam. qđ dic, ut no. ĩ. quod metus cauſ. §. qualiter retractetur. & ſub. §. in hac autem retractatione.

2 **Quæ poſſunt renunciari.** Iura ſcripta, † & nō ſcripta & circa beneficia, uel res tēporales, corporales & incorporales competentia. *Iura ſcripta.* hic ſciendū eſt, ꝙ ius publicū authenticū largo modo dicitur quodlibet ius in ſcriptis redactū, quia à publicis perſonis introductum, puta principibus, ſanctis, uel cōciliis: ſic etiā dici pōt ius publicū quælibet conſtitutio municipalis, uel epiſcopalis. de quibus plene notatur ſ̃. de conſtit. §. qs poſſit & ad hoc Inſtit. de iure natū. gen. & ciu. §. 3. & 4. ĩ. de maio. & obe ꝙ ſuper his. Item quodlibet ius vtilitate publicum eſt largo modo: nam reipublicę expedit, ne quis re ſua male utatur. Inſti. de his qui ſui iuris ſunt. §. dominorum. Item largo modo publicè intereſt, ꝙ quodlibet ius obſeruetur, & ideo iudices cōſtituuntur: quia parum [c] eſſet iura habere in ciuitate, niſi eſſet qui ipſum ius redderet & ſeruaret. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem. ſed tñ ius publicū ſpecialiter & proprie dicitur illud qđ cōſiſtit in ſacris & ſacerdotibus ff. de iuſt. & iur. l. 1. & di. 1. ius publicū. qđ & ſpāliter diuinū dicitur: ĩ. de iureiu. nimis de iure diuino. ideo ſi uis ſcire cui iuri poſſit renunciari, ſic diſtingue: ius publicū aliud diuinū, aliud humanū. 3 Ius publicū † diuinum ſubdiuiditur, qa aliud reale, ſiue tēporale: aliud ſpirituale, aliud collegiatū, aliud perſonale: aliud publicū ſtatū reſpiciens. Ius publicum

ADDITIONES.

a Quid ſit renunciatio. ¶ Adde an renunciatio poſſit probari per teſtes, uide Bal. in c. 2. de reſti. ſpo. & illud dictum Bald. in d. c. 2. ſequitur Iaſ. in l. cum proponas. in 2. col. C. de pact.

b Res inter alios acta. ¶ Adde gl. in c. pen. de appel. Inn. in c. audiuis. de reſcrip. Sal. in l. ſi his quos. in 1. no C. de libe. cauſa.

c Parum eſſet. ¶ Adde tex. in c. vbi periculum. in §. præterea de elect. lib. 6. c. decernimus. de ſen. excom. li. 6. Arc. in c. humanum genus. in 2. col. 1. diſt. idem Arch. 21. diſt. in ſumma.

cum diuinũ reale, aliud concessum ecclesiis, ne ipsarum res alienentur, nisi in casu concesso, & modo debito, & huic renunciari non põt, etiã per sacramentum. ȷ̃. de iureiur. sicut nostris. 35. q. 9. quod quis commisit. Aliud consistit in hoc, ut immunitas ecclesiæ seruetur: nec huic renunciari potest etiam per episcopũ. ȷ̃. de immu. ecc. non minus. & c. aduersus. 17. q. 4 quasi per totũ. Aliud in hoc, ut debitus status ecclesiæ generalis non immutetur: nec huic renunciari potest. 25. quæst. 2. c. 1. & 2. & c. seq. Ius uero publicũ diuinũ, & spirituale, aut consistit in diuino cultu, puta feriis inductis ob honorem Dei, & huic renunciari non potest. ff. de arbit. si feriatis. ȷ̃. de feriis. c. vlt. §. fin. & de relictis ad pias causas aliquid deducatur. ȷ̃. de test. c. vlt. Aut in diuinis præceptis, & huic etiã consuetudo nõ obstat, s̃. de consue. c. vlt. q̃d dic. ut ibi no. §. & de uirtute. ver. per hanc etiam dicit, ne aliqua constitutio. ȷ̃. de præscr. c. fi. & no. ȷ̃. de vsu. §. an aliquo casu: versi. precedenti. Aut in concilijs gñalibus & prouincialibus, uel præceptis, seu prohibitionibus periculum animarũ tangentibus: & huic renunciatur. 25 q. 1. sunt quidam. 15. dis. sicut. ȷ̃. de transac. c. vlt. & de in integrũ restitutione causa. §. vlt. ȷ̃. de sen. & re iud. lator. tenor. & cap. con sanguinei. & de excep. exceptionem. Ius vero publicum diuinũ, collegiatũ, aliud cõmune, id est, uniuerso collegio clericali generalis ecclesiæ indultum, & huic etiam per iuramẽtum renunciari non potest expressim. ȷ̃. de fo. compe. si diligenti: ȷ̃. de sent. excõ. contingit. j. licet per contrarium actum aliquando consortio clericali & priuilegio per consequens priuet se clericus. ȷ̃. de priuil. ex parte. & de senten. excom. perpendimus. & c. in audiẽtia. c. cõtingit. 2. Licet etiam episcopus in præiudicium personæ, ꝙ ꝯ collegium, & in præiudiciũ collegii egit, possit ratificare, vt in quo deliquit, puniatur. ȷ̃. eo. ꝙ in dubiis. & sic intelligo concilia 11. q. 1. placuit. & c. inolita. quorum tenor ponitur ȷ̃. de fo. cõp. si diligenti. Aliud singulare, vt singulari ecclesiæ, vel collegio concessum & huic aliquando expressim, aliàs per contrarium actũ, aliàs spacio x. annorum, aliàs 30. renunciatur, vt not. s̃. de constitut. §. quando constitutio. in dist. quæ incipit, cum priuilegium. Ius vero diuinum publicum personale, aliud ob honorem vel vtilitatem dignitatis, cui à persona dignitatem tenente, quatenus personam tangit, renunciari potest, sed superior, vel ad querelam illorum, quorum aliàs interest, vel ex officio restituit. ȷ̃. de institu. c. cum uenissent. ad fin. ȷ̃. de arbi. cum tempore. Aliud ob personas singulares, & huic indistinctè renunciatur. s̃. de rescrip. nonnulli. ȷ̃. de fo. comp. dilecti. & de regula. ad Apostolicam. & c. statuimus. & de crim. fal. c. fin. s̃. de ele. ꝙ sicut. § fin aũt. & ca. ne pro defectu. §. vlt. Aliud ob personam singularem, cui personaliter indulgetur: & huic multo fortius renunciari potest: quia nec personam egreditur. ȷ̃. de conces. præb. constitutus. 7. quæstio. 1. petisti. Instit. de iure naturali. §. sed quod principi. vers. planè. Ius autem publicum diuinum, publicum statum respiciens est, ꝙ persona idonea eligatur, & ꝙ forma seruetur, & ꝙ episcopi testamenta exequantur, & similia, quibus renunciari non potest, ut patet s̃. de elect. cum in cunctis & ca. ne pro defectu. respon. 1. & capit. quia propter. ȷ̃. de test. tua. Ius vero humanum publicum, aliud publicum authoritate, & utilitate, ut fiscale. & huic non renunciatur. ff. de pact. ius publicum. & l. inter debitorem. & de iure immunitatis. semper. §. conductores. idem in omnibus his, in quibus iudex ex officio proprio motu procedit: de quibus dixi ȷ̃. de iudic. §. & vtrum desideret. & vt maleficia non remaneant impunita. ff. ad legem Aquiliam. ita vulneratus. ȷ̃ de sententia excommu. vt famæ. & ibi sunt aliæ concord. hoc saluo, quia in quantum tangit priuatam vtilitatem, renunciari potest. ff. de pact. iurisgen. §. si paciscar. ideo pacisci possum, ne furti iam cõmissi agam, non tamen futuri. ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. ȷ̃. quemadmodum. §. illud autem. Item vt ordo iudiciarius obseruetur, sicut ꝙ libellus offeratur, lis contestetur, vt sententia in scriptis feratur, & ut ius reddatur, & vt leges publicum statũ respicientes seruentur. ff. de leg. 1. nemo ȷ̃. de testament is, requisisti. & c. tua. ergo lite non cõtestata, non potest dari diffinitiua sententia, quantuncunque renuncietur, licet possit dari mandatũ, vel ꝯpositio fieri. de hoc ȷ̃. de libel. obla. §. vtrũ libellus. & de litis contesta. §. quæ sit ratio. & §. quis sit effectus. Aliud publicum authoritate, sed vtilitate priuatum. & hoc aut est inductum ob communem vtilitatem, & huic renunciari non potest expressim, licet tacitè possit. C. de iuram. cal. l. 2. §. sed quia veremur. sed iste §. videtur velle, quòd etiam tacitè remitti non possit, vt not. infra, de iuramen. calum. § quando præstandum est. & infra de lit. contesta. §. & quando. vnde pone exemplum per l. ff. de procu. filius §. veterani. & in hoc etiam iure tenet renunciatio, si iuramento firmetur. infra de iureiurã. cum contingat. C. si aduer. vend. authent. sacramenta. Aut propter priuatam, & tunc si fauorabile est, & proprium, renunciari potest. C. quando mul. tutel. offi. fun. authen. matri & auiæ. C. de pact. si quis in conscribendo. nam tẽpore illius legis, illud priuilegiũ talis naturæ erat, licet hodie secus sit per constitutionẽ imperialem, quæ incipit, sed hodie sanxit noua constitutio. Si fauorabile & cõmune, quatenus tangit renunciantem, tenet: quatenus tangit alium, non tenet. ff. de ser. rusti. prædio. per fundum. Quid ergo, si uasallus renunciat foro domini? Certe non præiudicat domino. argu. ȷ̃. de arb. cum tempore. ȷ̃. de offi deleg significantibus ȷ̃. de iud. cæterum. ȷ̃. de foro compet. ex transmissa. & capitu. significasti. Aut odiosum, sicut Macedonianum, & huic renunciari non potest, ut tractatur ff. de condi. inde. qui exceptionem. & ad Macedo. sed & si pater. §. vlt. fallit aũt hoc in tutelari munere, q̃d publicum est authoritate. Inst. de excu. tu. respon. j. ff. de mu. & ho. l. j. & l. munerum. & de ver. sig. pupillus. §. munus. sed non est publicũ vtilitate. & sic intellige, ff. de exc. tu. l. athletæ. § tutela. imò est vtilitate priuatum, scilicet ne pupilli incurrant detrimentum rerum suarum. Insti. de tutelis. § cum autem, & §. seq. & de authoritate tuto. respon. 1. & de satisf. tut. respon. 1. & tamen huic renunciari non potest: quia inuitus datur tutor, cum sit munus publicum. C. de decurio. nullus. lib. 10. & inuito datur. ff. de tut. l. 2. de tut. & cu. da. ab his. necnon. secundum Vber. de Bob. tamen lex allegata, athletæ, non dicit quòd non sit munus publicum, imo quòd non est munus reipub. & hoc quod non possit renunciari fragilitas ætatis facit. ff. de min. l. 1. Huic q̃d dixi, clericum non posse renunciare suo priuilegio,[a] concordat. ȷ̃. de for. comp. significasti. Sed ꝯ: quia si uoluntarius rñdet coram non suo iudice, tacitè renũciare videtur. 3. q. 6. pulsatus. põt tñ intelligi illud c. q̃n clericus citatur authoritate secũdi rescripti, intra annũ, & dolosè tacet primũ rescriptũ impetratũ. sic. s̃. de resc. ex parte. 8. §. 1. Dic ergo, ꝙ si cleric⁹ corã laico rñdeat, & cã ciuilis sit, pro ꝯuicto habetur, et si pro ipso sñia ferat, alioquin locũ suũ amittit, & si nõ hẽt locũ, forte poterit excommunicari. ar. ȷ̃. vt lit. nõ ꝯte. tuæ. & c. qm̃. §. vlt. & de do. & ꝯtu. in fi. In criminali vero locũ suũ amittit, & si nõ habet locũ, puto ꝙ possit aliàs extra ordinẽ puniri. ar. in proximè dictis cõcor. & sic patet, ꝙ tacite renunciare põt, q̃tum ad damnũ suũ. 11. q. 1. placuit. sed certe multo magis puniendus est, & si expressim ꝯsenserit, & postea rñdit. Si verò inuitus tractus sit, sñia cõtra eum lata non valebit. sic intellige ȷ̃. de iudi. at si clerici. & c. cum nõ ab homine. sed & qui eum vocauit, & cogi fecit, causam amittere debet: intelligas per sñiam excõmunicari debet, & iudex ab officio iudicandi priuandus est. 11. q. 1. inolita infra, de foro comp. si diligenti. & in constitution. Fed. quam posui infra, de fo. cõp. §. qui. ex cau. sub §. liquet. versicu. sed nunquid clericus potest. & puto ꝙ sola vocatione, ex quo ergo clericus tractus erit, hanc pœnam aduersarius patietur. 11. q. 1. placuit. ȷ̃. de exces. prelato. grauem. C. de transac. si quis maior. C. de iurisd. om. iud. in criminali. Iudex uero non patietur dictam pœnam, nisi iudicauerit, sed fortè iure citandi priuari põt, ut puniat̃ in eo, in quo deliquit. arg. s̃. de translatio. episco. quanto. ȷ̃. de tẽp. ord. literas. & c seq. vel fortè citra litis contestationem locus erit pœnitentiæ. argu. ff. de in ius voc. quamuis. ff. rem rat. hab. amplius. alii dicunt, ꝙ vsque ad sententiam. argumen. ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. meminisse. C. de his quibus ut indignis. alia causa. Sed & si certo loco promittat quid se soluturum, tacitè videtur renunciare priuilegio suo. argu. inf. de foro compe. dilecti. idem in reconuentione. q̃d dic, 4 ut notatur ȷ̃. de mutu. peti. §. & quando. versi. sed nunquid. † Lex etiam videtur velle, ꝙ clericus possit renunciare iuri suo. C. de pact. si quis in conscribẽdo. Solutio. quod ibi dicit, cingulum, respicit armatam militiam, non inermem: imo solue, vt notatur infra, de fo. comp. §. quibus ex causis. sub §. liquet. ver. sed nunquid clericus potest. Quid de pacto, q̃d creditores tota die faciũt fieri, an specialiter vitiet, scilicet ꝙ debitor non possit probare solutionem, nisi per scripturam, nunquid per tale pactum nõ potest renunciari probationi testium? Nõ videtur: hoc enim ius quod per testes probetur, propter communem vtilitatem inductum est: quia vsus testium frequens est, & necessarius. ff. de testi. l. 1. respon. 1. ergo tali iuri renunciari non potest. argu. ff. de postulan. quos prætor. ff. de adminift. tut. quidam decedens. ff. de oper. liber. cerdonem & tale pactum contra legem est. ut in authent. de testi. §. licet ludum C. de hæret. & man. quoniam multi. in fine. ȷ̃. de cler. pereg. tuæ frater. quinimo peccatum mortale videtur inducere. argu. infra de cri. fal. c. 1. ad finem. & vide quod no. inf. de testib. cogen. §. & quare. dixit tamen Azo, ꝙ bene ualet renuncia- 5 tio. † Vnum autem notabis, ꝙ renunciatio iuris potest fieri in futurum, dummodo lex præsens sit, & contractus. supra de rescrip. nonnulli. alias ei q̃d non est, renunciari nõ potest. ff. de pact. tres fratres. ff. de trans. qui cum tutoribus. in fine. non enim uidetur. excipere id quod nescit, uel id quod non scit, ut habet alia litera. ff. de contrahẽ. emp. in l. 1. ff. de acqui. hær. is qui. & l. substitutio.

Quid

ADDITIO.

a Renunciare suo priuilegio. ¶ Adde Bar. in l. 2. C. de sacros. eccl. Bar. in l. 3? in pe. q. ff. de fideiusso.

Quid ergo, si quis renunciat omni iuri cōpetenti, & cōpetituro: literis impetratis, & impetrandis, & quidem quo ad futurū tempus pertinet, non videt valere.arg. dictorū iurium ꝓxime inductorum.& s̄.de consti.cum accessissent.& de resc.pastoralis.§.vl. ĩ de eccl.edifi. ad audientiā.2.ĩ de despon. impu.ad dissoluendū respon.1.ff.de iniusto rup.testam.nā & si sub conditione.& adde quod notat.ĩ.eo.§.qualiter.ver.renunciatio.dic si generalis sit renunciatio, non valet: secus, si specificatis quibusdā iuribus, sequat generalis renunciationis conclusio.C.qñ mu.tu.off.fun.l.fi.circa medium.& in auth.ibi posita. matri & auiæ.& in auth.ut sine ꝓhibitione matres.§ vero.coll.7.& no.ĩ.de com.§.& in quantum ver.tenet sane cōmodatarius. Possent etiā renunciari iura non scripta, circa incorporalia, puta seruitutes cōpetentia.& si hæc etiā annalia sint, in futurū renunciari possunt. ĩ. de sepulturis.in præsentia.ĩ.de decim.ex multipl.ff.si seruitus ven.l.harū.& l.egi. Itē renunciari possunt iura non scripta, quę circa beneficia cōpetunt: & quia renunciari possunt beneficia maiora maxima, & minima, ut not.ĩ.eo.§.cui.Itē circa temporalia instra, ēt renunciari possunt.ĩ.de pact.cū pridē.C.de fide inst.l.3.licet asit clericus, q impetrauit beneficiū: misericordiæ canonicorū se subiiciat, non ꝑ hoc renunciasse vr.ĩ.e.veniens.nisi literas reddat, sed & tunc officio iudicis restituit, si misericordes sint, ne vnde misericordiā debuit impetrare, inde cogat dispendiū sustinere. ĩ.eo.sane.ff.de fur.seruus cōmunis.§.qui vero.ff quemad.testa.aper.sed si quis, Deceptis em̄ & non decipientibus iura subueniunt. ĩ.de rerum permu. cum vniuersorum. sed & vendendo literas ipsas renunciasse videtur. s̄.de rescrip.ad audientiam.

6 Quis renunciare. †Is ad quē pertinet, ꝙ renunciatur.ĩ.de regu.ad Apostolicam.& c.statuimus.ĩ de cri.falsi.c.vl.remittentibus aūt actiones suas, nō est regressus dandus.ff.de ędilitio edicto.quod si nolit.§. si venditor.& satis absurdū est redire ad hoc, cui quis renunciandum putauit.C.de reb.cred.& de iureiu.si quis iusiurandū.& qđ semel repudiatum est, reintegrare minimè cōcedimus. C.de cōdi.inser.cum quidā.ante fi.hoc siue res sit temporalis, siue spiritualis.ĩ.eo.ex transmissa.siue beneficium, siue ius cui renunciari possit, ut probant iura prædicta. & ff. de succes.edi.l. 1.§.qui semel.in auth.de testibus.§. quia vero multi. 7. quæst. 1.quam periculosum.& c.hoc nequaquam.17.q.2. Consaldus.18 quæst.vl. dudum.21.q.2.si quis iam translatus 23.quæst.4.si illic.93.distin. si quis episcopus vacans.ĩ.eo. post translationem.ĩ.de cau.pos. pastoralis. Si tamen quis mutat ꝓ superiore, ut in manibus suis cedat, pœnitere potest, re integra.inf.e.lectæ.sicut uocans patronum in ius sine venia edicti ante litem contestatam potest pœnitere.ff.de in ius voc.quamuis, regulare enim est, ꝙ locus est pœnitentiæ re integra.2.q.6.si quis libellos.& quæst.3.si quis iratus. ĩ.de appel.directe, nisi alicuius intersit.ff.de regulis iur.nemo.ff. de cond.causa da.si pecuniā.& l.dedi.ff. de inter.act. de ætate.§. Celsus.sed re non integra non potest.s̄.de ele.in causis.§ vlti.Insti mandati.§.rectè.ff.de ces.bon.is qui bonis.C.qui bon.ce.po.l. 2.Non potest autem pœnitere is cui concessa est cessio absolutè.inf.eo. quidam.hoc ideo ne videatur superiori illudi, qui cessionem admisit.argu.s̄.de postul.bonæ.2.§. nec nocebat. Secunda ratio est, ne vtilitas ecclesiæ, quia fortè se in sufficientem cognoscit.inf.eo.c.fin.ĩ.de ętat.& quali c.fi.vel salus ꝓpria, quam consequi desiderat, dum attendit conscientiam criminis.inf.eo. nisi cum pridem.respon.1.ĩ.de simon.ex insinuatione.14.di.nerui.aliquorū suasionibus, quæ sua sunt, quærentium.ĩ.de censibus cum Apostolus.§. archidiaconi. & c. procurationes. in fine. seu leuitate, seu inconstantia qualibet.inf.eodem ex transmissa.ĩ.ne sede vacan.c.1.ff.de procur.in causæ. valeat impediri. sic loquitur conci.quidam cedendi, quando absolutè petita est licentia & obtenta. Quid ergo si sub conditione concedit, scilicet si expediat ecclesiæ, pariter & personis, & certe tunc non absolutè dabit: imo nec etiam, nisi conditio extiterit, admitteret: fiat ergo diligens inquisitio per illum cui commissa est, uel ꝑ alium.inf.de offi.deleg.venerabili.nisi mandet, ꝙ personaliter fiat: quia tunc potest committi.inf.de off.deleg.quoniam.§. his autem.igit seruetur forma exacta diligentia.arg s̄.de ele nihil est.s̄.de rescrip. cum dilecta.ad fin.ĩ.de offic.deleg. venerabilis.§.fina & semper priuatæ vtilitati publica præferat.s̄.de postula.prælat.bonæ. 1.§. 1.supra, de electio.cum nobis olim.§.fina. præferat ergo ecclesiæ & personarum vtilitas, non personæ.inf.eo.c.1.& c.nisi cum pridem.§.nec putes.ĩ.ne sede vac.c.1.§ fina.22.q.5.quia Ioan. Quid si facta inquisitione pęnitet, & ab inquisitoribus appellet, suspectus est mihi, ex quo semel voluit alium, tamen de ecclesia admitterem appellantem: quia illorum interest, non istius.ar.inf.eo dem.quidam.s̄.de elect.qualiter, & in his quæ notant.s̄.de consensu, & sequentibus.& inf eodem. versicu.sequen.& argu. ĩ.de rebus eccles.non alienan.si quis presbyterorum, ad fin.quia maior est alienatio boni prælati, quam rerum.argu.12 q 1.præcipimus.hoc dum tamen appella ns non carnaliter sequatur: sed iudicium rationis, vt apparet ex præmissis, & ĩ de præb graue.ĩ.vt benefi.eccl.c.vnico.§.omnibus. Non potest ergo indistinctè renunciare habens alas ligatas, ut patet in his quæ notantur s̄ de transl.episcop.§.cuius autho.& uers.seq.& §.quę sit causa.& uers.seq. Est enim causa consideranda specialiter, si prælatus renunciare velit.inf.eod.literas.& c.nisi.& est ratio, quia prælatura nō dat alicui ꝓpter ipsum solū: sed ꝓpter alios: non ut prælit, sed ut ꝓsit.1.q.1.§.ecce cum honoris. 8.q.1. qui episcopatū. debet enim prælatus se seruum facere, ut plures lucrifaciat.23.quæst.1 iam nunc.& plus cæteris laborare.in f.eod.nisi cum pridem §.porro. 23.quæst.4.quis potest amplius. Nec potest renunciare furiosus, 7 †nisi forte habeat dilucida interualla 7.quęst.1.quamuis triste C. de cura.furi.l.pen.su p quo vide inf.de donat § quis possit.inf.de testam.§. quis. Sed nec potest renunciare is, qui non potest se obligare sufficiente ætate, expectet ergo: ut no ĩ.de regula.§.& qualiter obliget.& §. vtrum. Renunciare potest quis p se, & per alium habentē speciale mandatum. arg. ĩ.de offic.del.cum olim Abbas.§.quia vero.ff.de iureiu.l.iusiurandū.§.si ꝓcurator. Item videt, si habeat generalē & liberam administrationem, ff.de ꝓc. l.procurator cui libera. secus si generalis tantum esset.de proc. l.procurator totorum.ĩ.de præb.dilecto.resp.1.ĩ.de re lig.dom. c.penul.

Qualiter? voluntariè, Alioquin contrà. 7.q. 1.quāuis.ĩ.quod met. caus. ad audientiam. & si sit beneficium omnino, i.purè & absolutè.ĩ.de off.del.ex parte.1.ĩ.de simon.ex insinuatione, alioquin simoniaca esset renunciatio. quod enim remittitur, dari intelligitur.8.q.1.talia.ĩ. de test.ueniens.ff.de cal.quin etiam ff.de his quæ in frau.cred. in fraudem.licet sit arg.contra, C.ad Velleia. a ff de his quæ in frau.cred.si pignus. Quid si in mente gerat, [a] tam renuncians, quam recipiens, quod detur & recipiatur aliquod temporale: sed non exprimitur: & quidem Deus scrutator est cordium.ĩ.de sim.tua.in fi.& voluntas & propositum, & c.ĩ.de sent exc.cum voluntate. ff. ad leg. Cornel. de sica. diuus.dicunt quod in simoniacis: quia prohibita: sicut est vendere castaldionatum, seu aduocat iam.1.q.1.si quis episcopus.siue pastum, vel pastillium in receptione canonici. infra, de simon. Iacobus.sola voluntate non committitur simonia. dic quod committitur, sed sola pœnitentia abolet.quod dic, ut not.inf.de simon.§. qđ sit simonia.Fit etiam in scriptis episcoporum renunciatio.7.q.1. §. ecce. & c. qualiter. & c. quamuis triste. Renunciatio vero iuris scripti, ex certa scientia facienda est, ideoque renuncians ius, ignorans de effectu iuris, cui renunciat, certificādus est.ar.in authen.quomodo oportet episcopos.§.igitur ordinandus episcopus.coll.1.ne causet ignorātia literarum. ff.de insti. action.sed si pupillus.§.de quo palam.& notatur s̄. de consti §. quando constitutio incipit arctare.nec enim potest quis renunciare ei quod ignorat.ff.de inoff.testa.mater decedens.ff.de acqui.hære. is qui. §.si quis dubitet. & l. is qui putat. ff. quibus ad li. procla. non licet.§.penul.§.non enim.nec renunciari potest ei, quod non habetur, nec haberi potest. ff.de regu.iur.eius. & l.qui potest.ff.de acqui.hære. habere. & l.nolle.& l.qui hæres. 1.respon. & l.is potest.ff.de succes.edic.l.1.§.decretalis.& argu ff.quod met.cau.sed & partus.§.Iul.in fine.nisi authoritas iudicialis interueniat.ff.de curat.bo dando.l.1.licet ergo renunciari uel repudiari non possit, quod nondum competit, pacto tamen remitti potest.C.de pact.l.1.ff.de pact. pactum inter hæredem. & iunge quod notatur s̄.eo.§. quæ possunt renunciari ver. vnum autem notabis & sequentibus. Renunciet etiam quis expresse: ut si dicat quietum clamo ius tale. ĩ.de decimis. ex multiplici. renunciat, & tacitè compositionem recipiendo, & inuitus causatiuè, non præcisè. sic intellige s̄.de electione. cum inter R. seniorem. Tacite etiam renunciat exhibendo honorem illi, cuius electioni contradixerat.ĩ.de his quę fiunt à maiori parte capituli.ex ore.uel recipiendo aliquid ex testamento, quod impugnabat. ff. de inoffi. testa. si proponas.C.de inoff.testa.si pater.ad idem. ff.de public.si ego. §. 1. ĩ. de sent.& re iud.quod ad consultationem. uel recipiendo beneficium, uel aduocando pro eo.inf.de trans.ex literis.ff.de in-8 offi.testa.l. penult.& vlt. Item facienda est renunciatio † authoritate illorum, quorū interest.inf.de offi.archi.ad hæc. §.fin.ideo clericus non potest renunciare foro suo, fine consensu episcopi: quia ex hoc preiudicaretur episcopo. ĩ. de fo. comp.significasti.11.q.1.clericum.3.quę 6.non liceat. A quo enim clericus recipit ordinem, recipere debet & iudicium. 9. q.2. nullus primas. forense & præiudiciale.de pœnitentia distin.6.placuit.inf.de patrocinia.

ADDITIO.

a Quid si in mente gerat. ¶ Adde gl.in c.ordinationes.1.q.1.& glo.in c.Apostolica.8.q.1.

vochi.nullus. j. de pœniten. omnis alioquin quilibet clericus de suo episcopatu posset sibi constituere iudicem in alio. ff. de iudic.l j.Eadem ratione non potest renunciare clericus priuilegio, quod habetur 17.quæst.4.si quis suadente.nam & si actionem in iuriarum propriã remittere possit 23.quæst.4.si is qui.& c.si illic.
a iniuriam tamen ecclesiæ sine collegio suam [a] illatam remittere non potest. inf. de sen. excom. cum desideres. §.fi.nec enim hoc ius in fauorem suum specialiter,sed totius collegij introductum est,& in odium laicorum. inf. de senten. excommu.contingit.2. in fine.qui nobis oppido sunt infesti.2.q.7. laicos. & iunge quod notatur sup.eo. §.quæ possunt. versi.ius vero publicum. & versi. huic quod.

Cui sit renunciatio iuris facienda.

Est aduersario, vel seruo publico recipienti nomine aduersarij. ff.rem pup.sal.l.ij.vel alij nomine eiusdem:quia cum actio & beneficium per liberã personã acquiratur. C. per quas perso. nob. acqui.l.j ij.& 3.de acqui.pos.l j inf.de præb.accedens. multo fortius exceptio.ff.de superfi.l.j.§.ꝙ ait prętor.in fine ff.de regu.iur. inuito.§ nam cui damus.Si vero renuncietur beneficio,aut maximo,& tunc facienda est maximo iudici,vt Papæ: super quo vide quod notatur.supra,de transla.§.cuius authoritate. voco autem. hæc maxima beneficia episcopatus,& superioris, vel etiam inferiores exemptos.j.eo.c.j.& vlt. Episcopi autem renunciatio non est de facili admittenda, imo requiritur causa. Et sunt hæ iustæ causæ:Conscientia criminis,Debilitas corporis, Defectus scientiæ, Malitia plebis, Graue scandalum, Irregularitasque personæ. sed in his omnibus est discretio adhibenda.j.e.nisi cũ pridẽ: *Conscientia criminis*: forte non cuiuslibet, sed illud duntaxat, propter quod ipsius officij executio post peractã pœnitentiã etiã impeditur.de quo no.plenè.j.de temp.ord.§.& cui.sub §. prima regula oportet episcopum. *Debilitas corporis*:nec omnis debilitas, quæ ex infirmitate,vel senectute procedit,sufficit: sed illa duntaxat, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. *Defectus scientiæ*: sed quamuis desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen est competens toleranda. sup.de electio. qualiter. *Malitia plebis*:scilicet quando adeo duræ ceruicis existit, & in rebellione sua ita pertinax inuenitur,quòd prelatus nequit proficere apud ipsam.Quid si mortis periculum immineat,iusta est causa renunciationis. j. eo. ad supplicationẽ. s. de elect.bonæ memo.ma.respon.j.fortè: quia parochiani ipsum capitaliter persequuntur.in quo casu intelligi potest.j. eod.nisi cũ pridẽ. §.propter malitiam.& in quo casu superior ad quem spectat etiam ex officio,& si nihil petatur, eum transferre debeat. arg. j.de rerum permu.quæsitum.Idem videtur, si aër idem sit pestilens & morti fer.74 distin.quorundã.argu. inf.eo.ad supplicationẽ. *Graue scandalum*: quando scilicet pro tali prælato scandalizantur subditi, in quo est subtiliter distinguendum: nam inquantũ possumus scandalum, sine peccato vitare debemus, alioquin vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Veritas ergo iustitiæ,vel bonæ vitæ nunquã deserenda est disciplinæ: tamen quandoque deseritur,tunc scilicet,quando multitudo peccantiũ est in causa:non tamen volunt defendere malũ quòd faciunt.44.di.comessationes 50.dist.vt constitueretur. in fine. si vero defendunt, & excusant illud quasi authoritate,minime parcendum est.de pœniten.distin.6 c j.in fine.81.distin.plurimos.
9 † Est autem scandalum [b] dictum,vel factum, vel signum quo offenditur proximus, vel cuius occasione trahitur quis in consensum mortalis peccati. Et dicitur scandalum [c] à scandalo Græce, quòd est Latinè offensio:ergo nihil aliud est scandalizare proximum, quam prouocando ipsum in cõsensum mortalis peccati, eundẽ offendere occasione dicti,vel facti, vel alicuius exterioris signi, quo nisi offenderetur quis,licite posset illud fieri, vel omitti, salua triplici veritate,de qua dixi. vt dicitur inf.de reg.iur. qui scandalizauerit. vbi veritas nunquam omittitur, & ponitur ibi veritas pro iure communi tali,scilicet contra quòd nunquam potest dispensari.quòd dic,ut notatur inf de pœniten.sub tit.de dispẽsationibus.§ quis possit.secundũ Ala.Lan. dicit, quòd veritas bonæ vitæ nunquã omittenda est,& hoc pertinet ad quemlibet. veritas autem iustitiæ pertinet ad ius cõe,& hoc quandoque omittitur: veritas vero doctrinæ siue disciplinæ ad prælatum, & hæc similiter omittẽda est,vt dixi.ad hoc.45.dist.licet.11.q.4. plerunque.23.q.1.noli. in fi. 50.di.considerandum. vnde versus:

Est uerum vitæ,doctrinæ,iustitiæque
Primum semper habet duo propter scandala linguæ.

& vide super hoc no.j.de tempo.ord.sub.§ octaua. versi.1.& sequentibus. Alij dicunt,hæc triplex veritas, scilicet vitæ, doctrinæ & iustitiæ,nunquam est pro scandalo relinquenda. Vite non: quia nunquã est mortaliter peccandum. Doctrinæ non,quia nũquam doctor,vel prædicator debet falsum docere, vel prædicare, quantumcunque scandalum immineat: nam ille proculdubio scandalizatur in Deũ,qui rectè non docet: & qui scandalizat episcopum,vel sacerdotem.96.dist.ille tacere non potest, & debet si omnes obstinati sunt.vnde Hiero. solus sedebam : quia amaritudine plenus erã.sed si apud aliquos proficere potest, tunc non timeat subsannationem,nec persecutionem ad hoc.63 distin.scimus.7.quæstio.1.§.hoc tunc obseruandũ. & §. cũ autem. & c. ibi sequen.Iustitiæ non:quia pro nullo scandalo debet iudex falsam sententiã, vel testis falsum testimonium ferre,& in illis tribus casibus intelligit infra,de reg.iur. qui scandalizauerit. vnde versus:

Scandala pro uita,doctrina,iustitiaque,
Tu non effugies,sunt in reliquis fugienda.

Breuiter tamen no. ꝙ aut illud ex quo oritur scandalum. est malum in se,aut bonum,aut indifferens.Si malum sit, vitandum est, tum propter scandalum:si bonum , aut est tale, quo omisso non est salus, & tunc non est omittendum propter scandalum : sed si est tale bonum, quo omisso, salus est nihilominus, & tunc omittendum est . quod si indifferens sit , omnino cessandum videtur, vt scandalum euitetur,secundum Raym. Vel breuius,ubicunque in euitatione scandali euitans peccat mortaliter, potius debet peccatum mortale,quam scandalum euitare, & sic non est propter scandalum relinquenda veritas, id est, filius Dei, qui est via, veritas & uita:& qui relinquitur per peccatum:sic intellige, j.de voto,magnæ.§.penultimo.infra, de reg. iur. qui scandalizauerit. Si vero euitans non peccat mortaliter euitando , semper debet scandalum euitari:vt probatur infrà, eodem.nisi cum pridem.§. pro graui. & de nou. oper. nuncia. cum ex iniuncto. §. super eo. quod si dubitetur,videtur scandalum euitandum argumen. 14. distinctio.capitu.fina.& 1.quæstio.vlti.si illa. 23.quæstio. 1.quid si culpatur. ad finem. nam si dubitetur de peccato , & certum sit
d de scandalo,dicere possumus cum Augusṫ.tene certum , [d] & dimitte incertum.de pœnit.distinctio.7.ad finem.patet ex præmissis,quòd non omne scandalum est peccatum mortale , non omne mortale peccatum scandalum iudicatur,& licet propter scãdalum non sit superior triplex ueritas relinquenda,intelligas omnino,siue in totum:puto tamen quod in illis exemplis ad minus, duplex ueritas ex causa sit differenda,uel dissimulanda: quia qđ differtur,non aufertur.argumen.ff.de iudic. si debitori. sed veritas, id est Deus, nunquam est relinquendus. *Irregularitasque personæ*: sed & considerandum est, utrum sit bigamus , & tunc non remanet:uel illegitimè natus,& tunc ex dispensatione remanere potest:vt in decretal.nisi cum pridem. ubi omnia hæc plenius exponuntur. Aut renunciatur maiori beneficio,vt abbatijs non exemptis,vel personatibus,uel ecclesijs parochialibus. Aut minoribus,puta præbendis, uel simplicibus beneficiis, & tunc regulariter facienda est maiori iudici,hoc est Episco.15.quæst.2. Abbas.j. e.lectæ, de consensu tamen illorum quorum interest. inf. de offi. archidia.ad hæc.§.fina.inf de his quæ fiunt à præla.nouit.capitu. quanto.& capitu.fina.& generaliter tibi trado,quod in ecclesijs, beneficijs , & præbendis facienda est renunciatio illi, à quo hæc recipiuntur.inf.eod.admonet.18.quæstio.2.Abbas pro humiliatione.ei ergo facienda est renunciatio , ad quem pertinet confirmatio.super hoc uide quod not.suprà,de electio.§. a quo. infrà. de institu.§. a quo.ut inde fiat curæ priuatio , vnde datur . in au. then.de defen.ciui.§. non habente. collat. 3.inf. de præben in Lateranen.§.nos autem. alioquin quamuis ecclesia renunciaret etiã in manu laici absoluatur, prælato uerificante.secundum T.Goff. & quasi omnes: quasi habeat in se tacitum pactum. argum. ff.de accep.si acceptolatum.vel potius renunciantem iuri,quod in ecclesia habet,ex hac causa priuante.sic enim loquuntur iura , quæ alij pro se inducunt inf.eod.quod in dubijs.7.questio. 1.eos. dum modo non sit extorta per uim.inf.quod met.cau. ad aures.quod dic ut no. in summa eo. titu. §. qualiter retractetur. & seq.repeti tamen potest ab ecclesia, nisi forte ad religionem transeat . Excipitur Episcopus, qui sine speciali licentia etiam ad religionem transire non potest.quod intelligit Goff.cum ita res geritur , sicut noster præcipit Imperator,40.dist.ante omnia. ego intelligo hoc

ADDITIONES.

a Sine collegio suam.¶ Adde c.accusatio. 2.q.7.glo. in c.conquestus. de foro comp.& in c.contingit.de sen.excom.

b Est autem scandalum. ¶ Adde S.Thom.2.2.q.44.& Matth.15.

c Et dicit scandalũ. ¶ Adde Arch.in c.prima actione.de conse. di. 2. Pau. de Elea.in cle.1 in 2.de off.or.Do in c.licet.45.di.Old.consi.248.incip.quæstio est in fine.& qui sunt casus inducentes scandalum.uide per Fel.in c.nihil cũ scandalo.de præscr.in 1.col.vbi enumerat 33.casus.

d Tene certum.Adde c.sicut.44.dist.c.qui egerit.de pœn.dist.3.ca.iuuenis.de spon.c.ad audientiam.& c.petitio.de homi.

29 **Quinta regula.** Pudicum ordinandus † enim debet esse pudicus, vt moribus & verbis pudorem suum indesinenter ostendat. vnde in Canticis genæ sponsæ, id est, prædicatores, turturi comparantur, Turtur enim est animal valde pudicum, ideo verecundas & verentes facite uobis filias ab omni immundicia. 43. distin § 1. 32. quæst. 4. in eo fornicator. sed non dicatis vos esse pudicos, si habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius, secundum Aug. 32. quæstio. 5. nec solo. sed nec potest caro corrumpi nisi mens prius corrumpatur, secundum Hiero. ead. quæstio. capit. 1. & 2. castitatis ergo simus amatores. in authent. de quibus mo. natu. effi. le §. illud quoque colum. 6 eijcientes lenones extra ciuitates, tanquam castitatis pestiferos vastatores. Si enim furtum rerum coerceri volumus, multo fortius animarum: omnes ergo castitatem agant, quæ etiam sola Deo cum fiducia possibilis est hominum animas præsentare. in authent. de leno § scimus. & sẽ q. col. 3.

30 **Sexta regula.** Ornatum. scilicet oportet eẽ ordinandum † ornatum duplici ornamento: interiori. qui consistit in uirtutib. exteriori, in quatuor consistenti, scilicet in cibo & in potu, de quib. dixi supra, eo. § tertia & nona regula. item in habitu & incessu. de habitu habes 11. quæstio. 4. per totum. sub quo comprehendit statutum de coma & barba non nutriendis. & de tonsura & rasura, de quib. & de quorum significatione dic, vt plene. infr. de uitã & ho. cle. §. & in quib. vers. Item consistit in tonsura. Nota, quòd in his debemus conformari his, inter quos uiuimus. xxx. distinctio. si quis virorum. & ꝙ in talibus timor & necessitas nos excusat. 11. quæstio. 4. Episcopi. de incessu habes illud Salustij. arguentis Catilinam, & dicentis, Incessus eius modo citus, modo tardus hoc enim specialiter notauit, scilicet inconstantiam exteriorem ad comprobandum interiorem. 41. dist. §. vlti. ver. improbat. incessus citus est nunc, sed modo tardus.

Septima regula. Hospitalem, scilicet oportet esse ordinandum. vnde Hier. domus clericorum omnib. debent esse communes. 16. quæst. 1. quoniam. & hoc duplici ratione. Primò. quia non potest hospitalitatis hortator esse hospitib. ostia claudens. 42. distin. §. 1 Secundo, quia pietas hospitalitatis remuneratur temporaliter, & æternaliter. vnde Apostolus: Exerce teipsum ad pietatem: nam corporis quidem exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem utilis est ad omnia, habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. vt ibidem. Tertio, quia Abraham & Loth pro eo quòd hospitales erant, angelos recipere meruerunt. ut ibidem. Verum circa hospitalitatem distinguendum est, quia alia est uiolenta: & ad hanc non tenentur clerici. infrà de immu. eccle. capit. 1. C. de episc. & cleric. l. 1. & 2. Alia charitatiua: & hanc alij petunt quasi ex debito: sicut prædicatores & prælati, & si hi noti sint, & missi fuerint, recipiẽdi sunt: si ignoti, uel dubitatur an missi sint antequam admittantur, examinandum est, quia non das tantum temporalia, sed accipis ab eis spiritualia, in quibus vertitur magnum periculum, si à non suo iudice recipiantur. 42. distinct. quiescamus. cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. suprà, de consuetudine. quanto. in fin. Alij petunt eleemosynam simpliciter pro corporis sustentatione: & in hoc casu potest omnibus abundare, & sic nullum repelles: quia si Loth & Abraham non omnes recepissent, forsitam inter aliquos etiã angelos repulissent 42. distinct. §. huic etiam Ioannes. & ca. sequen. ad fin. in hoc ergo casu omni petẽti à te tribue, etiam excommunicato. 11. quæstio. 3. quoniam multos, in fin. multo fortius quilibet peccatori iustitiam non contemnenti. nam vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quam ei panis frangitur, ut seductus iniustitiæ acquiescat, secundum Augu. 5. quæst. 5. non omnis. sed & si talis ad mortem esuriat, alendus est, secundum Ambro. 76. distinct. pasce famemorientẽ. Si uero nõ potes omnibus sufficere, dicit Ambr. nouem consideranda fore primo fidem, secundo causam, tertio locum, quarto tempus, quinto modum, sexto necessitudinem, siue sanguinis propinquitatẽ, septimo ætatem, octauo debilitatem, nono cõditionem, seu nobilitatem, vt exponuntur hæc omnia 86 distinct. non satis.

21 Quid si pater † carnalis infidelis,[a] & extraneus fidelis egeat, nec sufficis vtrique, cui subuenies? magister Petrus manducator. dixit hanc quæstionem esse tenebrosam aquam in nubibus aeris. Hugo dixit patrem esse præferendum, quia scriptum est, Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longeuus super terram. & argument. 30. distinct. capitul. 1. Ioannes. idem etiam si extraneus sanctus sit nisi extraneus magis egeat, ut in d. cap. pasce. sed sed contra hoc dicit Ambro. in Canticis, super illud verbum, Ordinauit in me Dominus charitatem ait enim, Multorum charitas inordinata est quod enim primum est, ponunt tertium, uel quartum. primo enim diligendus est Deus, secundo parentes, inde filij, postea domestici: qui si boni sint. malis filijs præponendi sunt. Sed hæc authoritas intelligẽda est de affectu dilectionis, nõ de nutrimenti exhibitione. magis enim debemus extraneos bonos diligere, quam propinquos malos, licet propinquis magis teneamur in necessarijs subuenire. Hanc sententiam tenet frater Ray. cui assentit Hostien posset etiã ius fieri in authoritate Ambrosij, quia parentes ponit post Deum in ordine, nec ipsis sed filiis, dicit in casu præmisso domesticos præponendos. Sunt tamen qui dicunt in hoc casu extraneum præferendum quia scriptum est, Desudet eleemosyna in manu tua, donec iustum inuenias cui des. Item ad hoc facit illud uerbũ, Maximè ad domesticos fidei, item & illud, Casum præstat natura: nam omnes fideles proximi tui sunt. de pœni. distin. 2 proximos. non gratia, subaudi, tantum sed etiam affectio. neque pro pœna Deo dedicasti, vt tuos diuites facias, &c. 86. distinctio. no satis. Miror vnde hæc prodest dubitatio professori iuris positiui, cum exhibitio nutrimenti sit de iure naturali primeuo communi omnibus animalibus, scilicet quòd non est quærendum, quis fidelis sit, an infidelis, quia nec hæc animalia discernere scirent. ergo quo iure patrem cognosco, eodem sibi subueniendum iudico. & in præmisso casu ipsum omnibus præfero nam & si animalia sensu, id est ratione careãt. ff. si quadru. pau. fe. dicatur. l. prima. § primo. videamus tamẽ ipsa istius iuris peritia censeri. Institut. de iure nat. respon. 1. ff. de iustit. & iur. l. 1 § penulti. & distinctio 1 ius naturale. C. de bonis quæ lib. cum non solum. §. ubi autem. inde est, quòd secũdum ius canonicum, quod iuri naturali innititur, magis quam rigori, filij illegitimi nutriuntur. infrà de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulter. cum haberet. in fin. nec obstat authoritas, Desudet eleemosyna, &c. quia non est intelligenda in casu præmisso, scilicet patre egente, sed generaliter inter alios quando queritur cui iustius subueniendum est. nam & si omnibus misericordia debeatur, iusto amplius. ut in d. capitu. non satis. circa princi. Præterea si pater malus sit, magis ei videbitur subueniendum. quia si moriatur, periculum animæ imminet: si uiuat, sperandum est de misericordia Dei. qui non vult mortem peccatoris &c. & qui non uenit iustos quærere, sed peccatores ad pœnitentiam reuocare. & iunge quod not. inf. qui fi. sint legi. §. an vtrunque genus alat. est & alia distinctio circa eleemosynam, quia alia est interior, scilicet spiritualis, quæ consistit in tribus, ut dimittas ei à quo læsus es, ut corrigas delinquentem, & in his quæ ad salutem pertinent instruas ignorantem. alia exterior id est, corporalis, quę consistit in uno, ut des egenti quicquid poteris 45. dist. in tria. in hac tamẽ tria sunt attendenda, scilicet ut des ex charitate, non ad uanam gloriam, nec ad importunitatẽ pauperis repellendã. secundum, ut des discretè considerata. 60. quæ not. s. eo. ver. si potes. tertiũ, ut de his subuenias, quæ non subiacent repetitioni, uel restitutioni 1. q. 1. nõ est putãda 90 dist. oblationes. 17. q 4 miror Spiritualis eleemosyna excedit corporalẽ in duobus. primo, quia remittere delinquenti quando volueris, tibi redundat: sed dare egenti aliquando quæris, & non inuenis. secundo, quia eleemosyna cordis sine terrena substantia sufficit: illa uero quæ corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur omnino, non sufficit. 45. dist duæ.

ADDITIO.

a Si pater carnalis infidelis. ¶ Adde gl. & ibi Io. de Fan. & Do. in c. quiescamus. 42. di. glo. in c. sicut. el 1. xii. q. 2. Abb. in c. si quis. in 1. not. de hære. Car. Zaba. in ca. cum haberet. de eo qni duxit in matri. quam pollu. per adulte. Spe. tit. qui fi. sint legit. in §. 1. versi. quid si pater meus Troilus Maluetius. J. de oblat. in 2. dub. san. Tho. 2. 2. q. 81. arg. 3.

Octaua

Octaua regula. Doctorem, s. oportet eẽ, &c. quæ doctrina in duobus ꝯsistit, s. in virga correctionis & sermonæ prædicationis. nam latratu canum lupi arcendi sunt, baculo pastorum. 44. distinct. §. 1. In virga disciplinæ siue correctionis, attendere debet, ut non ex odio, sed ex charitate corrigat, quia falsa iustitia indignationem habet, vera compassionem. Item & cum discretione corripiantur timidi, tolerentur infirmi: & quod seuerius castigare necesse est, non sæuiẽtis plectatur animo, sed medentis. vt 86. distinct. capitu. 2. Rigor etiam iustitiæ temperandus est ex duobus. Primo ex multitudine peccantium. infra eod. capitu. 2. 50. distinct. ca. vt constitueretur. 1. q. 7. quoties. ȷ̃. de transf. cap. fin. vnde vers.

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

Quando autem multitudo est in causa, tunc prelatus incipere debet à spiritualibus proximis, ut eorum exemplo frangatur cætera multitudo. 44. distin. comessationes. Item punire debet maiores de uniuersitate, qui alios trahunt ad peccatum. ȷ̃. de cle. excom. latores. secundò temperatur rigor ex qualitate peccantium quia deferendum est personæ & dignitati. ȷ̃. de offic. deleg. sanè. quia. & cap. pastoralis. resp. j. ȷ̃. de maio. & obe. per tuas. 45. distin. cum beatus. 50. dist. contumaces. 2. q. 7. quisquis. 24. q. 1. qui contra pacem. ff. de pœ. in seruorum. ita tamẽ ꝙ deferatur iustitia vitæ, quod dic ut not. s̃. de renun. §. cui. ver. graue scandalum. quia secundum Aug. siue plectendo, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. 23 quæstio. 5. prodest. Ex duobus autem augetur rigor, cum peccatum ex authoritate defenditur. de pœ. di. 6. c. 1. in fi. Item secũdo, cum usitatum est malum, & multis crassantibus opus est exemplo, 1. q. 1. reperiũtur. 22 ff. de pœnis. aut facta §. vlt. De culpa prælatorum † non corrigẽtium subditos legitur, 83. distin. per totum. De pœna, 81. distinc. dictum. 11. q. 3. Teugaldum. De magnitudine tam culpæ quã pœnæ. 37. distinct. legant. Et no. ꝙ si superior modum excedat in corrigendo, & si peccet. 23. q. 4. qui peccat. in fin. non tñ cogitur à subditis ueniam postulare, ne, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas 86. dist. quando. Sæpe enim ex cõuersatione æquali, cõtemptio nascitur dignitatis. ff. de off. præsi. obseruandum. debet autem prælatus ingenio suo dignitatem augere, ne contemptibilis habeatur. ff. de off. proconsul. nec quicquã. § circa. 50. dist. c. 1. ȷ̃. de accu. qualiter & qñ. Hæc doctrina etiã cõsistit in sermone prædicationis, in qua tria attendenda sunt. Primum, charitas intus ardẽs, unde Apostolus: Si linguis hominum loquar & Angelorũ, charitatem autem non habeam, factus sum velut ęs sonans, aut cymbalum tinniens. Secũdum, uita exterius lucens. Greg. Cuius ita despicitur, restat ut eius prædicatio contẽnatur 3. q. 7. § porro. in fi. Ambro. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in se quod condemnet. ut ea. q. c. iudicet. Greg. in grauibus peccatis quis positus dum suis premitur, aliena non diluit, ut ea q. c. in grauibus. Chrysos. Male uiuendo, & bene docendo Deum instruis qualiter te debeat cõdemnare. 40 dist. multi. Talis, secundum Hier. comparatur cineri per quem lixiuium doctrinæ transiens lauat, & non lauatur. 83. dist. §. vlt. & secundum Aug. lapideo canali, per quem aqua doctrinæ transit, ad areolos, i. subditorum corda, in quibus aliquãdo fructus facit. 1. q. 1. si fuerit. & secundum Nico. Papam faci ardenti, quæ seipsam consumens alijs lucem ministrat. 15. q. vlt. c. vlt. contra tales inuehitur Hie. 35. di. ecclesiæ principes. Item Beda 2. q. 7. sequuti sunt. Item Greg. dicens scire prælati debent, quia si peruersa nonnunquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. 11. q. 3. præcipuè. Tertium, actus prædicationis discretè regens, circa quem quatuor considerabis: tempus, ut non semper loquaris, sed temporib. oportunis si. n. semper plueret, terra nõ germinaret. vnde in Leuitico uir qui fluxum seminis, s. spiritualis, hoc est verbi Dei, patitur, immũdus est. Ideo Paulus dicturus importune, præmisit oportune. 43. dist. a sit rector. in fi. Locus, nam prædicatio [a] † fieri debet in ecclesia, 23 uel in alio loco publico, & honesto, nõ in priuatis domibus, ne suspicio hæresis oriatur. 30 dist. si quis extra. quod ẽt intra ecclesiã 24 vitandum est. C. de epi. & cle. cõuenticula. † Modus: fiducialiter enim & libere prædicandum est. 11. q. 3. nolite. ueruntamen & in priuatis locis possunt aliqua proponi, non solenniter, sed in modum simplicis exhortationis seu collationis: infra de hæret. 25 cum ex iniuncto circa principium † Item prædicatio debet esse humilis infra, de maio. & obe. humilis doctrina. in princip. quia asperitatis nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutem. 45 distinctio. cum beatus ff. ad l. aquil. præceptoris. sed & hic modus adhibendus est, vt patet s̃. eo. §. ver. & no. ȷ̃. eo. 13. regula. ver. vt prælatus. Considerandũ est etiã quartum, s. auditorũ & dicendorum qualitas: nam secundum capacitatem audientiũ, dicenda sunt alta, & profunda, & subtilia, uel infima, plana & simplicia. 43. dist. sit rector. 8. q. 1. oportet. aliàs si non intelligentibus profunda dicit, non prædicator est, sed percussor, qui sermone inutili percutit conscientias infirmorum. 45. dist. sanè percussor. ergo margaritas non iacias ante porcos: quia vitium non est, indignis secreta vulgare: alioquin ad adulationẽ, aut tui ostentationem seu iactationem hoc facere præsumeris. 14. di. in mandatis. & §. vlt. in fi. not. ꝙ qui audiuit Donatum, & nimis insuffi-26 ciens † est, deponendus est. ȷ̃. de æta. & quali. c. vltim. nec tamen Grammatica exponenda est. 86. dist. cum multa. nec hæreticis secretiora fidei reuelanda. vt no. supra de sum. tri. §. quid est fides. ver. verum hæc est fides.

ADDITIO.

a Nam prædicatio. ¶ Adde Archi. 43. dist. in summa.

Decima regula. Non percussorem, sed modestũ scilicet oportet, &c. 41. distinc. capitu. 1. & 2. & per totum. circa quod distin. quia percussionũ, alia spiritualis, s. cum sermone inutili prædicator corda percutit infirmorum, quæ reprobatur, ut no. s̃. proxi. regula. ver. cõsiderandum. Alia corporalis: & hæc indistinctè episcopo prohibetur, qui neminem debet suis manibus verberare. 86. dist. non licet. in authen. de sanctis. epis. §. sed neque proprijs manibus licet episcopum aliquem percutere. hoc enim est extraneum sacerdoti, alioquin refert, vtrum fiat ex malitia, uel ex odio, uel vt uerberans magis timeatur: & tunc peccatum mortale est, & pœnam depositionis inducit. 45. distin. capitu. 1. & capi. Episcopum. Vel ex charitate, & tunc refert utrum uerberatus sit regularis, & talis pro leuibus culpis, secundum regulam, verberibus subijcitur. ȷ̃. de app. reprehensibilis. in fin. ȷ̃. de acc. qualiter & quãdo. in fi. sed hoc debet Abbas facere per se, uel per alium religiosum, uel clericum. nam si per laicum, & mandans, & uerberans excommunicationis sententiam incurrũt. sic loquitur, ȷ̃. de sen. excom. vniuersitatis, uel clericus secularis: & tunc refert, vtrum sit in maioribus ordinibus, qui non nisi pro maioribus criminib. uerberatur. 31. di. ante omnia. 45. di. cum beatus. alioquin & si ratione officij, ꝙ in ecclesia tenet. uel senior zelo deuotionis, uel etiam obtentu propinquitatis hoc faciat: uel quia de familia sua est, excommunicationem incurrit, ut à contrario sensu ȷ̃. de sen. excom. cum uoluntate. §. si qui vero. resp. 1. & versic. ꝙ & de his. Quid si non ex proposito talis percutiatur leui, non in contemptum canonis. 17. q. 4. si quis suadente. puta, quia non seruit ad prælati bene placitum, nec prælatus potest animi impetum retinere, videtur ꝙ non teneatur. arg. ff. de reg. iur. quicquid. ff. de diuor. & repudijs. l. 3. ȷ̃. de sent. excom. cum voluntate. respon. 1. 2. q. 3. si quis iratus. sed contra, quia licet impetus excuset à tanto, non tamen à toto. argu. C. de iniur. si non conuicij. C. ad l. Iul. de adul. Gracchus. nam & hoc instigante diabolo fieri præsumitur, ex quo manus iniecit. ut in d. capi. si quis suadente. ergo manum retineat. nam & in dubio tutius est sententiam seruare. ȷ̃. de cle. excom. mi. illud. § licet autem. maximè si episcopus sit, ut patet s̃. eo. vers. alia corporalis. Solutio: Si causa correctionis percutiatur leuiter, etiam constitutus in sacris à prælato, uel magistro, nõ incurrit sententiam excommunicationis. ȷ̃. de senten. excom. ca. cum uoluntate. §. si qui uero versi. & hi qui obtentu prælationis. vbi loquitur indistinctè, & indeterminate: sed in præcedenti loquitur determinatè, de his qui sunt in minoribus ordinibus constituti. ad idem arg. ȷ̃. de regula. ca. fi. & de statu mona. ca quæ. sin autem hoc facit prælatus ex impetuosa malitia, sententiam non euadit. Vel in minorib. ordinibus, & talis etiam pro leuibus culpis uerberibus subijcitur. 45. dist. §. Salomon. dum tamen fiat per illum, ad quem pertinet. ȷ̃. de sentẽ. excom. cum uoluntate. §. vlt. Spectat autem ad omnes potestatem habentes in subditos. 35. distin. cum beatus. sed episcopus hoc faciat per alium. 5. q. 5. illi qui scilicet clericum, si verberando corrigibilis sit, alioquin mandãs & verberans incidunt in canonẽ. ȷ̃. de sen. excom. vniuersitatis. Quod si sit incorrigibilis, etiam in sacris cõstitutus de mandato prælati per laicum trahi potest, sed non debet se amplius extendere talis uiolentia, quam exigat rebellio clericorum. ȷ̃. de sent. excom. sanè. 18. dist. nec licuit. in quo casu in carcerem etiam detrudi potest, & ibidem, & sine metu canonis interfici. ȷ̃. de sentẽ. 27 excom. perpendimus. Prælati † igitur caueant, ut in pœnis, disci-a plinis & correctionibus infligendis stateram in manu [a] gestent, in utroque penso iustitiam & misericordiam portent, & iusto libramine quædam per æquitatem corrigant, quædam uero per miserationem indulgeant. 45. dist. omnes qui. & ex utroque temperamentum faciant, ut nec uigor iustitię sit rigidus, nec mãsuetudo sit dissoluta. 45. dis. disciplina. & c. sunt namq;. non eñ est ꝯstãtis & recti iudicis breui lachrymula, & ad tempus parata, uel etiam vberioribus fletibus de facili commoueri. nam dum uni indulget indigno,

ADDITIO.

a Stateram in manu. ¶ Adde tex. in c. cum æterni. de re iud. lib. 6.

indigno, ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos: facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. quæstion. 4. iniusta. in fin. & ff. de offi. præsi. obseruandum. & alibi si negligenter quę malè vsurpātur omittimus, excessus viam alijs aperimus 93. distin. peruenit. & si iudex scelus repertum non vindicat, tegere vt conscius criminio fatestinat. C. de commer. & mercatoribus. l. 3.

Vndecima regula.

Non litigiosum, sc. oportet. &c. Prohibetur autem liti-23 giosus † ordinari propter tria. Primo propter vitium, quod consistit in doctrina prædicationis ipsius: quia cum sit superbus & arrogans, nescit humiliter proferre quod docet. 46. distinctio. §. j. & capitu. j. nihil enim est imprudentius arrogantia rusticorū. vt ea. distinctio. §. j. Secundo, propter vitium quod attenditur circa conuersationem: quia litigiosus solet esse adulator, proditor, detractor, maledicus, inuidus, ioculator, scurrilis, & ad ulciscendam iniuriam facilis. 46 distinct. §. ecce & c. seq. Tertiò, quia cum ipse sit litigiosus, & per consequentiam prouocet alios ad discordiam, non posset alios ad concordiam reuocare. quod tamen uidetur ex officio facere. 90. distinction. §. j. per totam distin.

Duodecima regula.

Non cupidum, s. oportet esse, &c. 47. di. §. j. & 85. dist. Florentinum, aliàs archidiaconum. duplex autem est huius pro-29 hibitionis ratio. Prima, quia cupiditas† est omnium malorum radix [a]. 47. di. bonorum. Secunda quia cum mens est excæcata cupiditate, non uidet quid expediat, sed semper videt aurum reditus computat, gratius intuetur aurum, quàm solem. 17. di. sicut hi. 3. q. 5 accusatores. vel testes suspecti, vnde & electū repellit. j. de præb. cum iamdudum.

ADDITIO.

a Omnium malorum radix. ¶ Adde c. quia radix de pæn. distinct. 2. gloss. in proœ. Gregoriano. glo. in c. nam concupiscentiam. de constitu. glo. in c. de standa, de concess. præb. lib. 6.

Tertiadecima regula.

Suæ domui bene dispositum, s. oportet &c. id est familiæ. ꝙ intelligitur, i. familiæ suæ bene dispositus, si ne bene præpositus, quando eam regit honestè exemplo, & verbo trahendo à vitiis ad virtutes. 48. distinctio. §. necesse. Huius prohibitionis duplex est ratio. Vna, quia non habet frontem reprehendendi alios qui negligit corrigere suos: ut in præalle. §. necesse. Alia, quia præsumitur vehementer contra eum de crimine negligentiæ, quod magnum est, & magnam pœnam inducit: ut not. supra de suple. negli. prælat. §. quam pœnam. Si tamen familiam suam correxerit, quantum in se fuerit, & ipsa nihilominus in sua malitia permanens, incorrecta remanserit, non imputaretur patrifamil. nec repelleretur à promouendo. 48. distinction. non enim, & capitul. quantum licet, & c. quod ad nos. præsumitur tamen prima facie contra eum, & ꝙ per eum steterit, donec contrarium probet. 28. distinction. peruenit. Promotus autem ad curam ecclesiæ, & maximè ad episcopatū, debet esse bene dispositus ecclesiæ suæ, vt canonici, vel clerici ecclesiæ suæ canonicè uiuant, obseruantes diuinæ scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum, & nihil in compositione agere præsumat. de consecratio. distin. 5. in omnibus. Vt tales ad ministerium eligant, qui dignè possint Dominica sacramenta tractare. 23. distinction. tales. Vt singula officia singulis committat. 80. distinction. ad hoc. ne promiscuis actibus rerum turbentur officia. C. de testam. consulta diualia. Item committat non tyronibus, sed expertis. 49. distin. si officia. Et quatuor fiant portiones de reditibus ecclesiæ 12. quæstion. 2. Vulteranæ. quatuor & c. concesso: & si quid de portione fabricæ remanserit, recondatur in thecis: ut si maior emerserit, fabrica sit subsidio, quod diuersi temporis diligentia potuit custodire: aut certè ematur possessio, quæ vtilitates communes respiciat 12. q. secunda. vobis. Vt nullus in ecclesia degens sit indigens sed omnia necessaria ab episcopo, suisque ministris percipiat. 12. quæstione secunda. videntes. Vt precarias ecclesiæ possidentes professiones faciant ne per retentionem diutinam præiudicium ecclesiæ afferatur. 12. quæstion. 2. sæpe. & capit. longinquitatem. Vt pro compendio rerum suarum possessiones ecclesiæ suæ non negligat. 12. quæstio. 4. quicunque imo sic laboret circa ecclesiasti ca, vt non tam custos chartarum, quam defensor rerum creditarum, ut præceptum est, iudicetur. 16 q. j. in canonibus. Vt prælatus in ecclesia sublimior aliis sedeat, intra domum vero collegā presbyterorum se esse agnoscat. 90. dist. episcopus in ecclesia. sed & caueat, ne ex conuersatione æquali nascatur contemptio dignitatis. ff. de off. præsi. obseruandum, medium ergo tenendo, cum discretione cuncta peragat, quæ omnium virtutum nosci tur esse mater. j. q. 5. præsentium. j. de off. cust. cap. j. §. lampades. Vnde versus:

Cum media semper gaudebam ludere forma.
Maior enim medijs gratia rebus inest. Et illud:
Inter vtrunque uola, medio tutissimus ibis.

Quartadecima regula.

Non neophytū, sc. oportet, &c. 48. di.
30 quoniam. dicitur autem neophytus † à neos, ꝙ est nouum, & phytos, ꝙ est fides, inde neophyti, quasi in fide noui. ut in d. c. qm vel religione, vt ea. di. sicut olim. Quare aūt neophytus prohibe-31 tur ordinari, duplex causa est.† Vna, ne putans ꝙ fides siue religio eo multū indigeat, in superbiam incidat: vt ea. di §. prohibentur. & d. c. qm. Alia causa est, quia inexpertus est, & nesciret se tēperare pro diuersitate personarum, locorum & tempor ū, eo. c. sicut olim. ideo grauè est inexpertos obsequiis hominū sociari. 19. q. 3. monasteriis. arg. 61. di. miramur. in fi. ff. de uaca. mun præ tor. §. fi. honoris etiā augmentū non ambitione, sed labore ad vnumquenq; conuenit deuenire. C. de re mili. ꝫ publicam libr. 12. Sed nunquid his causis cessantib. pōt neophytus promoueri? vř ꝙ sic nam prohibitiones ecclesiasticæ proprias habent causas, quibus cessantibus cessant & ipsæ. 61. distin. § his omnibus. & c. neophytus. j. de app. cum cessante. Econtra videtur quia licet cesset causa, non tamen prohibitio. 19. q. 2 duæ. 22. q. j dixit. Inst. de auth. tu respō. j. ad fi. Solutio. Dic ꝙ secularis clericus nisi professus sit, & expertus in regula, quantūcunque humilis, & instructus sit, in prælatū regularem eligi prohibetur. s. de electi. cū ad nostram. & c. officij. & c. cū causam quæ 19. q. 3. monasteriis, & si promotus sit, non obst app. aliqua remouebitur. s. de electio. cum in magistrum. Sed nunquid postulari pōt? dicunt quidam ꝙ non, nisi expertus sit, sicut Dominus voluit beatum Petrum fragilitatē humanā experiri, ut in se disceret, qua iter esset alijs miserendum. 50. di. considerandum nec obstat ꝙ obijcitur j de Nicolao, quia reuelatum fuit cuidam episcopo, sicut in Legenda sua continetur: nec de seuero, quia insedit columba super capud suum: nec de Ambrosio, quia ei assurrexit terra pro cathedra: quare hæc non sunt trahenda ad consequentiam, alioquin exemplo Ambrosij posset quis eligi ante baptismum, quod esset absurdum. alij contrà, quia licet neophytus promoueri non debeat ex causa, s. ne in superbiam efferatur, vt dictum est: tamen quia hæc causa cessauit in Ambrosio, cessauit & prohibitio. lxiij. dist. Valentinianus Itē in Nicolao & Seuero. lxj. di. §. his omnibus. nam & laicus postulatur. lxj di Osius. quia antequam admittatur, exponetur ei regula: & si dicat se posse seruare, admittetur. alioquin respuetur, vt in authē. quomodo oportet episcopos §. igitur ordinandus eps. colla. j. nam promissionem semel factam frangere non licebit. xxviij. di. diaconi. j. de bapt maio es, §. pen. Dico ꝙ talis postulatio sine causa facta nō ualet & si intelligo sententiā priorum: si uerò fiat ob urgentem necessitatem monasterii, admittenda est. s. de elect. cum monasterium, cum nobis olim. ad fi. & c. in causis, ad fi. j. de eta. & qual. tuam. & secundum hoc potest intelligi xvj. q. j. presbyteros. quamuis intelligatur aliter à magistris. quare ergo cessatur: s. de ele. officij. quia timetur de ambitione arg. viij. q. 1. in scripturis lxj. di. miramur. in fi. s. de elec. cū dilectus. §. uerū. & quia timetur de fide j. de pact. c. fi. & quia non postularunt, sed temerè elegerunt. s. de elect. innotuit. §. habito. & quia in confirmatione non fuit facta diligens inquisitio. arg. s. de elec. nihil. & quia non erat instructus in regula. unde quamuis potentia sua & nobilitas necessaria esset monasterio quo ad temporalia: tamen quo ad spiritualia, non minus suspecta, quàm periculosa erat ipsius simplicitas & iuuentus. in auth. qūo opor. episcopos. §. cogitandum. in fi. collatio. j. & ideo spiritualia preferuntur. j de maio. & obed. solitæ. §. uerum. & §. sequentibus. 10. dist. suscipitis. 12. q. 1. præcipimus. 24. quæst. 3. si habes. sed sicut ibidem dicit in fi ex quo cōpetenter instructus fuerit in regula: & not. ꝙ non dicit, Professus vel expertus, tamen propter vrgentem necessitatem monasterij admittitur. & sic intelligo veram sententiam posteriorem. & iunge ꝙ no. s. de postula. præla. §. utrum ius acquiratur. ver. in ipso ca su. sic intelligo, ꝙ ex causa poterit promoueri etiā ad sacros ordines. ꝙ intelligo de neophyto religionis, non fidei, alioquin ꝫ. ar. xix. quęs. 3. monasteriis. Sed nunquid monachus in prelatum alicuius ecclesię secularis eligetur: non uidetur pari ratione cōuersa: argu. xvi q. 1. si cupis. & c. alia est causa. vix enim bonus monachus bonum faciet clericum. arg. xvi. q. 1. dic contra. quia nō bene eliguntur regulares propter officium pędicandi priuilegiatum. inf. de statu mona. quod Dei timorem. & deuoto. per tuas. xviii. q. 1. statutum. lxiij. dist. c. 1. & 2. xvi. q. 1. sic uiue. & c. si clericatus Nā cito expertus est in laxiori qui expertus est in strictiori unde nobilem monachum, qui exiuit de monasterio, in quo semper virgo permanserat, cum pater sine hærede decessisset,

non oportuit inſtrui qualiter vxorē quā duxit tractaret ſiue cognoſceret, quia naturaliter doctus fuit. arg. Inſtitu. de iure natu. reſponſ. 1. & §. 1. & iunge, quod not. s̃. de poſtu. præla §. quis poſtulandus. uerſi. ſed nunquid religioſus. Sed quare ſecularis clericus eſſe poteſt epiſcopus regulariū, non tamen prępoſitus prior, uel Abbas eorundem? reſpon. propter excellentiam epiſcopalis dignitatis. argu. ſuprà de renun. niſi cum pridem. §. nec putes, qđ epiſcopus ſit religioſior monacho argum. infrà, de regula. licet. §. illa. uel ideo, quia Abbates & priores interſunt priuatis diſciplinis monachorum: epiſcopus non, tanquam qui ignoret regulā, unde illud committit alicui monacho, ipſe uerò puniet ea, quæ maioris diſcuſſionis & animaduerſionis ſunt. arg ſuprà, de elect. tranſmiſſa. ideo conſueuit diſtingui, utrum de exceſſu monachi agatur in figura iudicii, & tunc epiſcopus pro tribunali ſedens cognoſcet & puniet. uel de plano, & tunc Abbas uel prior corriget, ſecundum monaſticam diſciplinam. arg. ff. de offic. procon. nec quicquam. § ubi decretum. & §. de plano. 11. q. 1. de perſona. infrà, de offic. ordina. quanto. argumen. opti. infrà, de offic. archi. cap. ulti. reſpon. 1. ad fin. j̃. de maior. & obed. cum in eccleſiis. reſpon. 1. exceſſus enim domeſtici domeſticè puniri debent. ff. de pœnis. reſpiciendum §. furta. C. an ſer. ex facto poſt manu. tene l. fi. C de emendati. propinquorum. l. unica. C. de patria poteſtate. l. 3. & 4. Alii dicunt, quòd prima correctio ſpectat ad Abbatem, quia hoc generale eſt, ut quilibet prælatus habeat iuriſdictionē, ſiue ſit Abbas, ſiue ſit prior. j̃ de maio & obed. cum in eccleſiis. j̃. de immun. eccle. non minus. j̃ de ſtatu monacho. cum ad monaſterium. §. prior. & plebanus habet. infrà, de offic. ord. cum nos. Puto in his conſuetudinem attendi debere, quæ dat iuriſdictionem. C. de emancip. l. 1. de foro competen. cum contingat. 9 q. 3. conqueſtus ſecundum Goffre. quæ ſi non apparet, dico quòd de maioribus cognoſcet epiſcopus, quia ſalua regula in omnibus aliis ſubiacent epiſcopo 13. q. 2. Abbates. j̃ de ſimo. ne Dei eccleſiam. In aliis primò recurrendū eſt ad Abbatem, ſecundò ad epiſcopum, per iura præmiſſa: ſaluo eo quod dicetur de capitulo generali regularium. infrà, de ſtatu monachor. §. ex uiſitatione eorundem.

Sed & præter regulas ſupradictas requiritur ſexus: nec enim mulieri, ſed homini ſunt ordines conferendi, ſicut dicit Ambroſius ad Timotheū, ſuper illo verbo, Mulieres ſimiliter pudicas, &c. quia nec tonſurari debent. j̃. de conuer. coniug. vxoratus. in fi. nec mulieris coma amputanda eſt. 30. diſt. quæcunq; mulier. nec poteſt[a] poteſtatem clauium exercere. arg. j̃. de maio. & obe. dilectę. & expreſſum. j̃. de pęnit. noua quædam. nec etiam ad altare ſeruire debet. j̃. de coha. cle. & mulie. c. 1. ad fi. 23. diſt. mulieri. & c. ſacratas. de conſec diſt. 4. in ſancta. 33. q. 5. mulierem. poteſt tamen euangelium[b] dicere ad matutinū. 27. q. 1. diaconiſſam. quamuis quidam exponunt ibi diaconiſſam, i. abbatiſſam, ordinari, i. velari. nec obſtat. 32. diſt. preſbyter. quia ibi appellatur preſbytera, quaſi preſbyteralis, non quòd eſſet ordinata, ſed ordinati ſocia. vnde in ſequenti c. ibi vocātur tales fœminæ ſeniores vniuiræ vel matricuriæ, i. maternæ curam eccleſiæ habentes, ſicut dicuntur matresfamiliàs. Requiritur etiam ætas, quia ab infantia, ſ. à 6. annis, vſq; ad 12 poteſt tradi eccleſiæ, & recipere minores ordines, ſed ſubdiaconatum nō recipiet quis minor 20 annis, nec minor 25. diaconatum. nec minor 30. presbyteratum. 82. diſt. in ſingulis. & cap. quicunque & ſequenti. 28. diſtin. de his. 78. diſtin. per totum. hoc ſaluo, quòd neceſſitate inſtante olim in 25 anno promoueri poterat presbyter. 78. diſt. c. fin. quod hodie indiſtinctè per conſuetudinem comprobatur, quæ fulcitur iure s̃. de ele. cum in cunctis. §. inferiora. Igitur qui minorem 14. annis in diaconatum promouet, non videtur compos ſui: & ideo à collatione ordinum & diaconus talis ab executione diaconatus ſuſpenditur in iniuriam ordinantis j̃ eod. vel non eſt compos. Quid ſi ordinetur quis in diaconum poſt 14. annum? & certè Hugo. not 78. diſt. c. fi. quòd diaconus poteſt fieri in 20. anno, & ſubdiaconus in 15. argu. illius cap. ſ. ut ſicut de 30. annis detrahuntur 5. neceſſitate ordinandi in presbyterum inſtante, ſic & in diaconum & ſubdiaconum dicere debemus, quia eadem ratio, ergo idem ius argu. j̃. de conſang. & affin tua. C. de lib. præte. vel exhæred. l. 1. Sed videtur quòd in 14. anno poſſit quis ordinari in diaconum, ſicut & in ſubdiaconum. arg. j̃. de ſer. non ordi. miramur. argu. à contrario ſenſu. j̃. eod. uel non eſt compos. & arg. 20. q. 1. illud. & j̃. de regula. poſtulaſti. ubi non eſt expreſſum. & arg j̃. de deli. puero. pueris. Plus not. Hugo. 77. diſt. ſubdiaconus. quòd puer in cunis poteſt eſſe ſacerdos, & epiſcopus & omnes ordines ſuſcipere ſed nō fit ei præiudicium, quando factus eſt adultus, niſi ratificet quod recepit. arg. pro eo, imò expreſſum j̃ de baptiſ. maiores. §. pen. & ult. in fin non dubito quin characterem recipiat ex quo baptizatus eſt. ſuper quo uide quod not. j̃. de ſchiſma. §. quid iuris. uerſi. nedum autem. & ſequen. de clerico per ſal. promo. §. 1. Hoc tamen no. quòd ſi grandæuus ordinari petat, miniſteria ſeruāda ſunt, ut ſcilicet in primis duobus annis recipiat quis omnes minores ordines, in reliquis 5. omnes maiores. 87. diſtin. quicunque. diſpenſatiuè tamen poteſt laicus intra annum & dimidium omnes maiores recipere, monachus uerò intra annum 77. diſtin. c. fi. hodie tamen de conſuetudine interſticia huius non ſeruantur. Sed nūquid fauore religionis etiam minor 25 ann. debeat in presbyterum ordinari? religioſi tenent quòd ſic, puto tamen contrarium, ſicut no. Hugo. 77. diſtin. c. fi. ibi, maximè, ſi huic ætas etiam ſuffragatur. Item requiritur integritas membrorū, ne ſit monachus ſ aliàs, mancus ſ. vel corpore vitiatus. 16. q. 1. legit. j̃. de corpore uiti. per totum. Item integritas carnis, ut dixi s̃. eo. ſub §. ſecunda regula. Item requiritur quòd ſit de legitimo matrimonio. quod dic ut not. j̃ de fili. presbyter. Item quòd ſit conditionis liberæ, quod dic ut not. j̃. de ſer. non ordi. Item quòd non ſit obligatus ad ratiocinia, uel curiæ adſtrictus. quod dic, ut not. j̃. de oblig. ad ratio. Item quòd non ſit ignotus. quod dic, ut not. j̃. de cle. peregri. Item, quòd non ſit excommunicatus, ſuſpenſus, uel irregularis. j̃. de ſent. excom. cùm illorum. quod dic ut not. j̃. de ſchiſma. §. quid iuris de ordinationibus Item, quòd non ſit bigamus. quod dic ut no. infrà, de bigamis.

32 **Et qualiter.** †Et quidem examinatione pręcedente. qđ dic, ut not. j̃. de ſcru. in ord fa. Item manus impoſitione interueniente, vt patet in his quæ not. s̃. eod §. quid ſit ordo. & forma eccleſiæ ſeruata. quod dic, ut no. j̃. de ſacra. nō iteran. §. & qualiter conferatur. & de ſacra unctione. §. à quo. & qualiter. Item gradatim. ff. de mu. & ho. ut gradatim. quod dic ut not. j̃. de cle. non ord. mi. & de cle. per ſaltum promo. Item palā, non furtiuè. quod dic ut not. j̃. de eo qui or. fur. ſuſce. Item cum deliberatione, ſeruatis ſcilicet interſtitiis. de quibus not. s̃. proxi. uer. hic tamen not. ſed epiſcopi noſtri temporis hoc malè obſeruant. fortè facit hoc nimia epiſcoporum remiſſio, & quia in clericorum multitudine gloriantur, contra decr. j̃. de æta. & quali. cùm ſit ars artium, aut quia quibus aliud conferre non poſſunt ordines largiuntur, & tamen diſtricti oportet eſſe iudicii, & rarū eſſe omne quod magnum eſt. 59. diſt ſi officia. ſecundum Goffre.

33 Item conferendi ſunt ordines † opportunè, quamuis omnes minores ordines[c] poſſint inſimul recipi. j̃. e. de eo & arg. 77. diſtin. quicunque. niſi conſuetudo repugnet. j̃. de eo qui ord. fur. ſuſce. cum h. non debet ſimul recipere minores & vnum ſacrum, ut in præallegat decre. cum h. multominus duos ſacros, multominus tres ſacros, ſiue dies ficta ſit. j̃. eo. literas: ſiue non ficta. j̃. eo. dilectus. Cauendum eſt etiā, ne quis ordinetur ab extraneo ſine mandato proprij epiſcopi quod dic ut not. s̃. eod §. & à quo. ſed nec à proprio ſi ordinandus ſit ſubdiaconus domini Papæ, niſi de ſpeciali licentia. j̃. e. in diſtribuendis. quod propter manus excellentiam dictum eſt, ſicut illud de conſecra. diſtin. 2. c. fi. & ff. de albo ſcriben l. fin. Quid ſi quis ordinatus ſit in ſubdiaconum ab archiepiſcopo, nunquid epiſcopus ipſum in diaconum debet ſine licētia archiepiſcopi promouere? & quidem de clericis diœceſis archiepiſcopi non poteſt eſſe quæſtio, cum illi nullatenus ſine licētia archiepiſcopi debeant promoueri. Item quid ſi quæris de clericis diœceſium aliorum epiſcoporum, aut extraneorum, & tunc ſimiliter non uidetur habere locum quæſtio, cùm illi non dicantur inferiores, quia nec ei ſubſunt, ut patet in eis quæ not. s̃. de reſcri. § quod continet ius commune. verſi. quid ſi dicat contra Siluanocen. & j̃ eo. ver. alii dicunt. aut ſuffraganeorum, & tunc uidetur habere locum quæſtio per iura præallegat. cùm ſuffraganei inferiores ſint: ſed non puto, ꝙ aliquis archiepiſcopus ſpeciale priuilegium domini Papæ ſibi debeat uſurpare. arg. 19. diſt. per totum. 25 q 1. & 2. & c. 1. & ſequentibus. j̃. de priuileg. ſanè. s̃. de ſupplen. neg præla. licet. ſed nec ab excommunicato, uel ſuſpenſo, uel ab illo qui epiſcopatum reſignauit. quod dic ut not. j̃. de ordi ab epiſc. §. 1. Sed ordinari debet quis ſine titulo.[d] j̃. de præb. cùm ſecundum Apoſtolum. quod dic ut not. j̃. de ætat. & quali. in prin. j̃. de præb. ſub §. illud in ſumma. j̃. de reſcri. §. quæ poſſunt obiici uerſi. pauper. Nec ſunt conferendi contra Apoſtolicas regulas, uel patienti defectum uel uitium. qđ dic ut not. s̃. e. §. & cui.

34 Sed nec conferendi ſunt extra tempora † legitima.[e] quod dic ut not. s̃. eo. §. quo tempore. Omnes tamen prædicti ſi ordinati fuerint,

ADDITIONES.

a Mulier nec poteſt. ¶ Adde tex. in c. de monialibus. de ſen. excommuni.

b Poteſt tamen Euangelium. ¶ Adde Auth. diaconiſſa. C. de epiſ. & cler. & gl. in c. ſanctimoniales. 20. q. 1 Arch. in c. ſi presbyter. 32. diſt.

c Omnes minores ordines. ¶ Adde c. 2. de eo, qui ord. fur. rece. Et an quis poſſit ſimul recipere ſubdiaconatū, & quatuor minores ordines, uide per Ab. in d. c. 2. de eo, qui or. fur. rece.

d Sine titulo. ¶ Adde c. tuis. & c. epiſcopus. de præb. & in c. pen. de ſimo.

e Extra tempora legitima. ¶ Adde quæ ſit pœna conferentis extra tempora legitima, uide in c. 2. de temp. ordin.

rint, characterem recipiunt, sed nudum & inefficacem, & mortuum: verùm aliquando per Papam, aliquando per prelatum discretum viuificari potest, & reddi executio. sic intellige infrà, eodem. cùm quidam c. vel non est compos & cap. consultationi. j. de ordi. ab episcop. cap. 1. & 2. Sunt etiam conferendi de consilio clericorum. 23 distin. episcopus. & maiores in ecclesia cathedrali tantum. 77. distin. capit. 1. minores in qualibet ecclesia dioece. 75. distin. in palea. quando. & episcopus consecratur, ubi archiepiscopus elegerit. 51. distinct. capitu. fina. archiepiscopus, vel primas in sua ecclesia. infrà, eodem. si archiepiscopus, nisi excuset necessitas. 23. distinct. in nomine Domini Episcopi tamen indistinctè ordines celebrant intra suam dioece. vbicunque elegerint, licet sine causa hoc facere non deberent. Per prælatum verò proprium dispensatur in casibus illis, in quibus recipiet executionem, si mandatum suum ab initio interuenisset, puta quando ordinatur ab extraneo sine mandato. infrà eodem. quod translationem 9. quæstio. 2. Lugdunen. Item & quando iusta ignorantia excusat. infrà, de ordi. ab episcop. cap. 2. in aliis verò per solum Papam. arg. infrà eodem. dilectus, infrà, de eo qui fur. ordin. susce. ca. 1. 2. & 3. Vel dic, cum episcopo delinquente dispensari non potest, nisi per Papam. argumen. infrà, eodem. dilectus. sed cum ordinato potest. infrà, eodem consultationi. Vel intellige, quòd in omnibus casibus ex post facto necessitate vel vtilitate ecclesiæ vrgente, potest episcopus dispensare. super quo vide quod not. infrà titu. 1. §. ætas, versicu. dico ex præcedentibus, nisi Papa sibi specialiter retinuerit, vel sententiam per se vel per alium tulerit, tunc enim speciale mandatum requiritur. argumen. infrà, de iudi. cum venissent. & de appellat. nouit & de confir. vtili. capi. 1. & 2. & secundum hoc subaudiendum est infrà, eodem. consultationi. super verbo, Poteris, scilicet ex hoc speciali mandato. similis subauditus infrà, de iudic. quia V. Alij dicunt, quòd prælatus, qui deliquit, dispensare non potest. argumen. ff. de nego. gest. siue hæreditaria. ff. de interdict. & relega. relegatorum. in fin. infrà, de donatio. inter viū & vxo. & si necesse. & sic potest intelligi j. eo. cū quidam. Sed eo mortuo successor dispensat. infra, eodem. consultationi. Illud enim circa hoc notandum, quòd Apostoli parem potestatem cum Petro à Domino receperunt, & in locum ipsorum episcopi successerunt. 21. distinct. in nouo. 68. distinct. cor episcopi. & §. quod ante. & cap. quorum vices. infrà, de sacra vnctio. capit. vnico. §. per frontis chrismationem. vnde quilibet vicarius Dei dicitur. 33 quæstio. 5. mulierem. licet Papa, qui Petro successit, teneat principatum: vt 23. distinct. sacrosancta, ibi, & post pauca, &c. Prædicti autem omnes suspendi debent ab executione ordinis sic suscepti, & conferentes à collatione vt puniantur in eo, in quo delinquerunt. j. eodem. cum quidam literas. & cap. vel non est compos, & c. dilectus, nisi consuetudo, quæ scandalum generat, aliud inducat. j. eodem. capitu. 2. de cogna. spirituali, super eo. Sed nunquid in capitu. literas. punitur vltra quàm deliquerit episcopus, quia non peccauit diaconatum conferendo, & tamen fuit punitus in eo. Item recipiens non suspenditur, nisi ab executione sacerdotalis officij tantum, & sic minus punitur quàm promouens? dic q̧ ideo plus punitur ordinans, quia debuit esse prudentior, & quia tanquam maior plus delinquit s. de translatio. episcop. inter corporalia §. fina. & vt in aliis similibus arceantur. j. eo. dilectus. secundum Ber. bona est ratio, quare promotus minus punitur. Quod tamen præmittit, quod conferens in collatione diaconij, non deliquerit, non confiteor, imò assero quòd vterque tam conferens, quàm recipiens in vtroque deliquit. si enim non contulisset, vel recepisset ordinem diaconatus, non peccasset in collatione vel receptione ordinis presbyteratus, dum tamen fuisset aliàs canonicè in diaconum ordinatus. Item si non fuisset datus ordo presbyteratus, neuter deliquisset in ordine diaconatus: & sic collatio & receptio vnius ordinis est impedimentum alterius, sicut alias consueuit dici, tenetur quis actionem cedere, quia ipsam habet: & quia ipsam habet, tenetur eam cedere. ff. de pecu. quòd debetur. ff. mand. si procuratorem. §. si quis mandauerit. & l. hæredem. punitur ergo conferens in vtroque, quia in vtroque deliquit; cum promoto verò mitius agitur, propter rationem à Ber. superius allegatam. Sed nec excusatur episcopus propter continuationem ieiunij: quia licet concedatur, q̧ occurrente multitudine clericorum in sabbato, quatuor temporum, vel alio sabbato congruo, continuato ieiunio possit perfici ordinatio eorum qui remanserunt in mane sequentis Dominicæ. 75. dist. q̧ à patribus: quia propter continuationē fictione canonica intelligitur dies vna & eadem. arg. 16. q. 3. §. potest. 7. q. 1. illud. & c. nihil. sicut. & cum bissextus occurrit, duo dies pro vno reputantur. j. de verb. sig. quæsiuit. ff. de mi. denique. §. minorem. non tamen licet vni & eidem personæ vnum sacrum ordinem conferre in vesperam, & alium in mane. q. d. sicut non licet conferre duos sacros ordines vna & eadem die, non ficta, sicut non licet vna & eadem die ficta, siue vespera trahatur ad mane, siue mane ad vesperam, quia mane & vespera etiam sine fictione aliqua vnam diem constituunt naturalem, iuxta illud, Et factum est vespere & mane dies vnus, ad idem ff. de fer. more Romano j. de offi deleg. consuluit. §. ne verò.

35 Sed an vespera † die sabbati trahatur ad mane diei Dominicæ, uel mane ad vesperam, dubitauerunt antiqui, & adhuc sub iudice lis est. argumen infrà, eod. literas § 1 ubi non uidetur Innocen. hanc dubitationem determinare noluisse. Hugo. dixit, quòd die Dominico [a] conferendi sunt omnes ordines: quia tam sacramentum baptismi, quàm ordinis, quam quodlibet aliud à resurrectione Dominica efficaciam habet. de conse. distinctio. 4. uenerabilis. & capi. sequen. die uero Dominico Dominus resurrexit, de conse. distin. 4 propriè. & sic secundum ipsum & sequaces eius vespera sabbati trahitur ad mane diei Dominicæ. sic intellexit 75. distinctio. quòd à patribus. ibi, sed post diem sabbati eiusdem noctis, quæ lucescit in prima sabbati exordia consecrandi eligantur, id est, electi ad ordines consecrentur. & est hypallage, secundum Hugo. ad idem in capit. ibi sequenti, quòd die dominico. facit etiam pro eod. infrà eodem. de eo, ubi dicit, quòd in sabbato sancto ordines conferuntur: nam sicut missa illius diei refertur ad diem Dominicum: quia nec illa die missa celebrari intelligitur. vnde dicitur oratio, Deus qui hanc sacratissimam noctem, scilicet diei Dominicæ sequentis, & sic collatio ordinum: quia sicut ecclesia sine missa non consecratur. de consecrat. distinctio. 1. omnes. sic nec ordines conferendi sunt sine missa. argumen supra, de elec. quod sicut. §. super 36 eo. Tu teneas incunctanter, quod omnes ordines sacri † conferendi sunt die sabbati, ut no. supra eodem. §. quo tempore. & est ratio, quia sabbatum significat requiem, & qui transit ad cleri catum, quod fit irreuocabiliter per assumptionem sacrorum ordinum, de labore secularium negotiorum trāsit ad requiem schesmatis, siue ordinis clericalis. 88. distinctio. fornicari. unde Apostolus: Nemo militans Deo [b] implicet se secularibus negotiis infra, ne cleri, uel monach. capit. 1. & 2. & per totum. minores uero ordines aliis diebus conferri possunt, ut dixi s. eod. §. quo tempore. quia per receptionem ipsorum nemo clericatui obligatur, cum ad sententiam ab Apostolo datam non obstante cujusquā contradictione reuerti possit. 28. distinctio. de his. in fin. & not. j. de cleri. coniuga. idcirco minores ordines alio die quam sabbati conferuntur. Sed certè hęc ratio pro Hugo. facit, cum secundum nouum Testamentum, dies Dominicus sabbato surrogetur. & ideo etiam quiescimus, & feriamus die illa. j. de fer. ca. 1. Sed die sabbati operari debemus magis etiam quā alia die, ne uideamur Iudaizare. de consec. dist. 3. peruenit. Vnde alia uidetur melior ratio, hæc scilicet, quia circa maiora maturius procedendum est. 42. dist. quiescamus. 24. dist. qn. cū ergo die sabbati ieiunet, illa die ieiuno stomacho, circa uesperas, ut magis quilibet afflictionibus, ieiuniis, & orationibus compurgatur ordo sacer, qui orationes & ieiunia, & obseruationes canonicas sine pœnitentiæ spe retro cedenti habet annexas, conferendus est: non ergo in mane, quia plenus uenter de ieiuniis facilè disputaret. 12. q. 2. gloria episcopi. & ad hoc 44. dist. §. 1. & ca. 1. & per totum. Item sacer ordo 37 † requirit manus impositionem, per quam gratia Spiritus sancti confertur. j. de sacra unctio. c. unico. §. 1 & 2. de sacra. non iteran. capi. fina. unde tempore ieiunii dignius confertur, quam uentre plano: nam precib. petenda & imploranda est gratia, & flexis genib. & lachrymis. 50 di. in capite. Hæc autem die Dominico fieri non debent: quia dictus dies est Iubileus. ad hoc j. de fer. qm̄. §. 1. & 76. dist §. scire. & ideo si Papa diligenter considerasset hanc rationem, fortè non ita scripsisset j eo. literas. nec opinionem Hug. sic tacite reprobasset. est tamen illud speciale in episcopali ordine, q̧ conferatur die Dominico. 75. dis. q̧ die Dominico circa horam tertiā. quia tali die & tali hora Spiritus sanctus in igneis linguis apparuit. de consec. dist. 2. nocte. & tali die Apostoli ordinati sunt per manus impositionem, s. Paulus & Barnabas, ut innuit dictum c. q̧ die Dñico. in quorum locum resurrexerunt episcopi, ut no. s. eo. §. uer. alii dicunt. nec ob. c. q̧ à patribus. quia quod dicit post diem sabbati, subaudi ceptum, & non finitum. & s̄m hoc quando ieiunium continuatur in ordinibus. occurrente multitudine ordinandorum, ut dictum est, intelligitur mane trahi ad uesperam. & hoc satis innuit Inn. in d. c. literas. ibi: nam si quantum, &c. sed super uerbo qd̄ præcedit, dicetur subaudi uerè ad eandē diem pertinet, non ad plures. & hæc cōtinuatio ideo fit, ut idem ieiunium & eandē diem sabbati repræsentet, non ideo ut episcopus ieiunus uideatur: nam si quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, & c. & secundum hoc opinio Hugo. apertissimè reprobatur. & si quis subtiliter iungat dec. literas, cum decreto. q̧ à patrib.

ADDITIONES.

a Die Dominico. ¶ Adde gl. in c. 2. eod. titu.

b Nemo militans Deo. ¶ Adde c. quoniam. 10. dist. c. credo placere. 21. q. 3. c. sunt nonnul. lib. 16. q. 1. originaliter. 2. Timoth. 2. c.

patrib. ex mente eorundem uerborum eliciet, ꝙ quando est episcopus consecrandus, non est necesse ꝙ archiepiscopus, & ipse ieiunet per totam diem sabbathi, sicut quidam simplices obseruāt de consuetudine simplici, inducentes pro se illa uerba ordinarij seu pontificalis libri, quibus utitur archiepiscopus post scrutiniū dicens, Hodie abstinebis, & cras, dante Domino, consecraberis: sed ꝙ dicit Abstinebis, nō puto intelligendum de refectione corporis, sed de consecrationis receptione. nam & si comedat, ita intelligitur esse ieiunus, sicut die Dominica ante prandium, sicut die sabbathi ante cœnā, ut probat dictum c. literas alioquin sumpta cœna in sero, nullus celebraret in mane missam, quę à ieiuno præcipitur celebrari, ut no. ȷ. de cele. mis. sub dist. 2. §. & qualiter. Et quamuis non teneatur, tamen non reprobo, si ex deuotione uoluerit ieiunare. Sed nunquid huic uidetur obstare ratio quam reddidi. s. uersi. proxi. non quia hic alia ratio reformat pactum, ut apparet ex præmissis. licet enim omnes dies Domini sint, is tamen specialiter potest uocari Dominicus, & in ipso diuina inspiratio supplet breuitatem ieiunij: ideo ordo episcopalis Dominicus meritò est die Dominico conferendus. Et hoc sciendum est, ꝙ episcopus ordinandus est ab archiepiscopo, uel episcopo, de mandato archiepiscopi, duobus episcopis assistentibus, & cæteris absentib. consentientibus. Archiepiscopus uerò ab omnib. suffraganeis ꝙ si aliqui consecrationi episcopi contradicant, cōsensus obtineat plurimorum, aliter consecratio facta non ualeat. ȷ. eo. si archiepiscopus. & c. nec episcopi. 51. distin. qui in aliquo. in fi. 63. dist. Metropolitano. 54 dist. comprouincialis. 66 distin. archiepiscopus super quo uide qđ no. s. de elec. §. quo tempore. uer. consecratio. & sequen. ȷ. de scru. & de sacra unctio. & ȷ. de sacra. non iteran. In consecratione aūt archiepiscopi, episcopi omnes suffraganei interesse debent, ut dixi, & ab episcopis debet fieri consecratio, ꝙ non licet immutari 51. dist. qui in aliquo. in fi. 66. dist. c. 1. in authen. de ecclesiasticis tit. §. 1. col. 8. Sed contra, quia à Papa consecrandus est. 23. q. 1. pudenda. Sol. Quod prius dixi continet ius commune: sed contra illud iam præscripsit Papa, secundum Ioan. imò hoc habet sine præscriptione aliqua. 9. q. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem. Illud in summa not. ꝙ religiosus ad maiorem ordinem, licentia sui maioris petita, licet non obtēta, se transferēs licitè recipit ordines in eo habitu sine metu apostasiæ. sic intellige. ȷ. eod. ex parte. arg. ȷ. de regula. licet. Quibus autem uestibus utantur prælati, dum ordines celebrant, dic ut not. s. de usu pallij. §. 1. uer. uidetur. & §. ulti. uersi. si. quid si forma hæc non seruetur, dic ut not. ȷ. de sacra unctio. & de sacra. non iteran.

DE SCRVTINIO IN ORDINE FACIENDO. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Scrutinium quid sit.*
2. *Scrutinium multiplex est.*
3. *Scrutinium quando fieri debeat.*
4. *Scrutinium per quos fieri debeat.*
5. *Scrutinij forma quæ sit.*
6. *Ordinatus sine examinatione an sit deponendus.*

Quia ordines de quibus prędiximus, siue examinatione cōferendi nō sunt, ut no. s. ti. 1. §. & qualiter. subsequenter sequitur hæc rubrica, scilicet de scrutinio, id est, examinatione in ordine faciendo, id est, facienda, in qua uidendum, Quid sit scrutinium. Quot modis accipiatur scrutinium: Quando fieri debeat: Per quos: Quę sit forma ipsius: Quid iuris, si quis sine examinatione fuerit ordinatus: Quid si promouendus in scrutinio impedimenti sui suppresserit ueritatem.

1 **Quid sit Scrutinium.** † Et quidē scrutinium nihil aliud est, quā inquisitio seu examinatio per illum habita, ad quem spectat: & dicitur à scrutor, scrutaris, quia is qui examinat, ordinandos scrutatur, siue interrogat. ȷ. e. c. unico. Ideo dixi, per illum ad quem spectat, quia per alium factum non ualet scrutinium. ȷ. de offic. lega. licet. nisi fortè fiat non ad præiudicandum, sed ad instruendum, & per superiorem approbetur. ȷ. de appellat. constitutus in præsentia nostri archi. Claromonten. §. 1.

2 **Quot modis accipitur** scrutiniū. † Et quidem scrutiniū multiplex est. Primum, quod faciunt canonici, antequam eligant. s. de electio. cum terra. in fin. de quo dic, ut not. s. de elect. §. quam pœnam. uer si. circa personam electam. Secundum, quod fit seruando formam scrutinii, à tribus scrutatoribus, qui dati sunt ad inquirenda nota: de quo plenè no. s. de elec. §. qualiter. Tertium, quod fit à confirmatore, de quo plenè no. s. de elec. §. à quo. quid aliquando facit per se, si nihil opponatur à partib. s. de elec. nihil est. & c. cum nobis olim §. pen. quia, secundum Apostolum, manus nemini citò imponi debent. 23. distin. § 1. & c. manus 78. dist. quid est. Aliquando per alium cui committit. s. de ele. scriptum. § 1. & c. dudum. & c. innotuit. in quo casu mandatum exacta diligentia est seruandum. s. de resc. cum dilecta §. fina. potest tamen subdelegari. ȷ. de of. del. uenerabili. nisi contineatur in rescripto, ꝙ iudex personaliter officium exequatur. ȷ. de offic. delega. quoniam. §. is autem. Quartum est, quod aliquoties fit inter consecrationem & confirmationem, aliquo excipiente contra consecrandum. ȷ. de accusat. super his §. post confirmationem uerò. Quintum est, quod fit eodem tempore inter episcopos, quorum consensus requiritur. de quo not s. titu. 1 §. & qualiter. uersic. & hoc sciendum. Sextum est, quod fit post consecrationem ex officio per inquisitionem, uel ad denunciationem: uel extraordinariè, uel ex debito per accusationem. de quib. plenè no. ȷ. de accus. Septimum est, quod fieri non debet, antequā quis consecretur uel ordinetur. & hoc circa cōsecrationem duplex est: unum, de quo dixi s. uersi. tertium. aliud quod fit in ipsa consecratione, de quo hic dicitur. Item circa ordinationem duplex est, unum quod fit ante ordinationem, quod diligenter faciendum est. s. de ele. nihil est. § episcopi. Aliud quod fit in ipsa ordinatione. de quo hic habetur. Est & aliud scrutinium, quod præcedit baptismum. de consec. dist. 4. in catechismo. de quo ȷ. de maio. & obe. his quæ.

3 **Quando fieri debeat.** † Primum quod fit ante ordinationem, fieri debet feria 4. proxima ante sabbatum, in quo ordines celebrantur. Quid ergo si compositio facta sit inter episcopum & capitulum, in qua continetur quòd ipsum episcopum procurare debet capitulum, quotiescunq; uenerit pro ordinibus celebrandis. Hæc q. fuit inter me & Cistertien. Præpositum: dum regebam Cistercien. ecclesiam. dicebat enim præpositus, quòd non tenebatur procuratore episcopum, nisi in sabbato: ego asserebam, ꝙ tenebatur per triduum præcedens proximè, etiam omnib. diebus Dominicis & festiuis. Compromisso igitur facto in Cistercien. arch. super interpretatione facienda, allegaui pro parte episcopi in hunc modum: Cùm quelibet ecclesia episcopatus regenda sit iuxta dispositionem & ordinationem episcopi. 10. quæst. 2. decretum. & c. regenda. & ipse maior sit omnibus, sicut Christi uicarius. 33. quæst. 5. mulierem. & inobediens in morte, s. excommunicationis, occidendus sit. ȷ. de maio. & obed. c. 1. & 2. & omnes sub eo sint, ut eo. ti. c. omnes. patet ꝙ quamuis examinatio clericorum de iure cōi ad archidiaconum spectet. ȷ. de off. archi. ut nostrum, non propter hoc excluditur, quin & episcopus, si uelit, examinare possit, uel saltem examinationi interesse, cum ēt sua intersit, quia & punietur, si indignum ordinaret. s. de elec. nihil est. §. episcopi quoq;. Si dicis, ꝙ excusetur à pena ideo, quia archidiaconus examinauit, uellem uidere nō glossam, sed textum expressum: & etiam si hoc esset, dictum uideretur in fauorem suū, cui, si vult, potest renunciare. præterea in c. quando. 24. dist. loquitur de duplici repræsentatione, prima debet fieri feria. 4. episcopo. & ipso tunc præsente archidiaconus præcipiet ei, ꝙ examinet, in absentia uerò precipiet hoc alijs, quos eliget de latere suo: uel in utroque casu ipsemet hoc faciet, si uult, etiam post examinationem factam per alios, quia non est sub eis, sed super. nam & examinatus iterum examinatur. ȷ. de prob. causam. & etiam probatus reprobatur. ff. de mu. & ho. ut gradatim. §. reprobari. Secūda uerò fit die sabbati, ante altare, quando episcopus dicit, scis illos esse. de prima loquitur in prin. dictæ 24. q. dist. quando. de secunda in fi. & vtraque est episcopo facienda, sed ei fieri non potest in absentia. restat ergo, ꝙ præsens debet esse à feria. 4. vsque ad diem Dñicum sequentē. si dicis, ꝙ non teneatur ecclesia eum procurare, nisi cum facit ordines, quasi factū respiciens, ergo nunquam tenetur episcopo ecclesia occasione ordinum, quia dum est in faciendo, non consueuit comedere: nec compositio dicit, ꝙ procuretur, dum facit. Sed quotiescunque uenerit pro ipsis faciēdis, quasi dicat, qñcunq; uenerit occasione ipsorum ordinum faciendorum, & nos probabimus, ꝙ hac occasione debet uenire feria 4. & morari, & c. ut s. certè ergo nō est episcopus ad Angelum restringendus. arg. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. ibi autem. vide. § Si dicis, Compositio facta est contra ius, ergo restringenda. Respondeo, non est uerum, quia ab vtraque parte acceptata: imò dico, quòd si restringis, contra ius facis. Consuetudo enim pro iure seruatur, sed consuetudo consueuerat esse in ecclesia, ꝙ episcopus plenè procuraretur, quādocunque ueniebat, obtinuit tempore domini Heremūdi, qui sicut audiuimus, ita dominabatur in claustro, sicut & in castro Lucij, & temporibus aliorum episcoporū, quamuis sufficerent 40. anni. ergo compositio restringit episcopum, & de iure consuetudo diminuit. Si ergo iterū restringis interpretando, facis contra consuetudinem, & sic contra ius cōe. talis.

talis.n.conſuetudo laudabilis eſt, & præſcriptibilis. Vnde triplex eſt procuratio, ĩ.de cenſib.procurationes, ſ. ratione conſuetudinis.18.q.2.ſeruitiũ.ratione pacti.ĩ.de cenſi.quanto.ratione viſitationis.vltima regulariter recipitur ſemel in anno, non pluries, niſi eccleſia egeat, alias centies in anno recipi poſſet: duæ vero primę ſemel aut pluries ſicut de conſuetu. vel ex pacto eſt, fieri debent. Sed dices, qua ratione iuuatur hæc conſuetudo, vel hoc pactũ? Reſpon. generaliter per §. ait prætor. ſed in hac eccleſia aliquod obtinet peculiare, quia ſponſa eſt, ideoque magis tenetur epiſcopo prouidere, argu. inf de teſta.requiſiſti.§.ſecus aũt eſt. poſt medium.c.& arg.ff.de re iud.non tñ.& l.ſequenti. Debet ergo ſponſa ſponſo prouidere, cum ibi à 40.annis citra nihil perceperit, qã cũ extraneis teneatur.42.di.§.j & per totũ.ſ̃.de ſupplen.neg.prælа.c.2.ĩ.de contrah emp.& ven.c.j multo fortius ſuis.ĩ.de coha.cler.& muli c.j.ĩ.de teſta.cum in officijs. certe multo fortius epiſcopo qui ſuperior eſt: vt in prin.diximus. Imo dicimus, ꝙ eccleſia tenetur nobis in omnibus ſolennitatibus, cum & ipſi teneamur feſtinare, & ſic tenetur nobis, cum cauſa eccleſiæ veniamus. hoc ignorabat ſtricte interpretans. ſed probatur 7.q.1.t pis qualitas. præterea quolibet die Dominico, & feſtiuo, poteſt ordines minores celebrare. vt no.ſup.ti.j.§ quo t pe. ergo his omnib. tenetur prouidere, ſi occaſione hac veniat, & etiam quolibet die Dominico debemus celebrare. de conſe.di.3.epiſcopus, niſi iuſta de cauſa impediti ſimus, vt ibi nam quodlibet iuſtũ impedimentũ excipitur.ĩ.de cleri.non reſi.inter quatuor.& c.vlt. nec de intentione componentiũ iudicamus, ſed de iuris interpretatione allegatis auditis: quia ſi compromiſimus, vnde obteſtamur. Ita Archidia. vt interpreteris hæc dubia compoſitionis, ſicut tibi de iure videbitur interpretandum, & manda memoriæ, quòd non eſt inter nos & ſponſam noſtram amara interpretatio facienda. arg. ff.de dona.inter virũ & vxor.ſi id quod.§.ſi quas ſecundũ operas. Fuit autẽ interpretatus archidiaconus, quòd die Veneris poteramus venire, & die Dominico ſequenti, ſumpto prandio recedere. Itẽ, ꝙ quater in anno poſſumus venire pro minoribus ordinib. celebrandis die ſabbati in ſero, & craſtina die, ſumpto prandio, recedere. Si quæris, quid ſentio: reſpon. vt ex vi mentis compoſitionis occaſione minorum ordinum non procuret, in alijs autẽ ſto allegationibus ſupradictis. Patet ex præmiſſis, quando fieri debet primum ſcrutinium, quia feria 4.ante ſabbatum, in quo ordines celebrantur: ſecundum vero in ipſa ordinatione. 24.diſtin. quando.inf.eo.c.vnico.

4 **Per quos.** † Per Archidiaconum de iure cõi, vt dictum eſt.arg.23.diſt.pſalmiſta.& propterea ſi indignus præſentetur, tenetur, qui examinauit & præſentauit. 54.diſt. ſi ſeruus arg.ĩ.de præb.cum ſecundũ.§.inde eſt. tenetur & ordinator inf.de æta & qual.accepimus. vel quia tenetur de facto Archidiaconi, ſicut exercitor nauis de facto ſui magiſtri. ff. de exer. act.l.j.§ magiſtrum.arg.ĩ.de off. Archi ea quæ. vel quia imputatur, ſi examinatione Archid. contentus fuit, quia iterum examinare potuit, ſecundum Goffred. canon tamen innuit, quòd non, niſi promotis & examinatoribus debeat imputari. 24.diſt quando. Quid ſi Archidiaconus repræſentet aliquem ad titulum patrimonij ſui, ſ. ordinandi, cum nullũ habeat vel minus ſufficiens, archidiacono hoc ſciente, & epiſcopo ignorante? dicunt quidã ꝙ imputandum eſt clerico, qui non poteſt ignorantiam allegare. ſup. de reſcri. ab excõmunicato. & ideo quærat victũ manu propria.[a] 91.diſt.clericus ar.ĩ.de æta.& qual.accepimus alij dicunt, agere poteſt cum effectu, ne cogatur mendicare in ignominiam ordinis clericalis. ad quod facit quod no.ſup.de renun.in fin. aget autem ꝯ archidiaconum primo loco, quia dolus eius culpæ ordinantis præponderat. ff.ad legem Aqui. Itẽ ſi obſtetrix, ſed in ſubſidium ꝯ epiſcopum, ſecundum Goff.arg. ff de dolo.l.& elegãter. §.pen ff de eo per quem factum eſt.l.vlti reſpon.j.

5 **Quæ ſit forma ipſius.** Forma † primi ſcrutinij eſt, vt incipiat à feria 4. præcedente ſabbatũ ordinũ. vt dixi ſ̃.§.quando fieri debet. & per triduũ debet diligenter inquiri de vita ordinandi, de genere, de patria, de ætate, de inſtitutione, i.titulo ad quem ordinatur, de loco vbi conuerſatus eſt, de conſcientia, de fide, & de alijs, de quibus dixi ſ̃.titu.j.§.& cui. igitur per tres continuos dies examinentur, & ſic ſabbato qui probati ſunt, Epiſcopo præſententur. 24. diſt.quando. Forma vero ſecundi ſcrutinij hęc eſt, quia in Romana eccleſia prior diaconorum, in eccleſijs alijs maior diaconus, i. archidiaconus dicit ante altare, Poſtulat ſancta mater eccleſia hunc ſubdiaconum, vel diaconum ad onus diaconatus, vel preſbyteratus aſſumi: & ordinatore interrogante, Scis eũ eſſe dignũ: reſpondet, quantũ humana fragilitas, &c. in qua reſponſione nõ peccat, dum tamen contra conſcientiam non loquatur, alioquin contra.28.q.1.§.j.inf.de præſcr.quoniã. quia quẽ neſcit indignũ, debet præſumere fore dignum.ĩ.de præſum.dudum. ff.de manumi.teſt.l.teſtamento ſeruos. ff. de leg.2.cum pater.§.rogo.inf.de iud.cum deputati.ff.de fideicommiſ.lib.Thais.§.ſororem.ſed contra.C de his qui ven.æta.impe.l.iij.C.de proba.ex perſona. ff. de magiſtra.conue.l.j.§.ſi magiſtratus.C.de diuiden.tut.l.j. probant hæc iura, quod præſumitur quis nõ ſoluendo, & pauper, niſi probetur. ſed contra.ff.de priuile.credi.ſi creditores. in fin. dic quòd ibi imputatur creditoribus, qui recenter non poſtulauerunt hæredem ſuſpectum, & ideo præſumptio eſt contra eos, quare onerantur probatione: nec enim præſumitur diues, niſi euidens ſit. ff.qui ſatiſ.cog.ſi vero.§.qui pro rei qualitate. Quare ergo præſumitur quilibet bonus, ſed non præſumitur ſoluendo? reſpõ. quia virtutes naturaliter debent ineſſe homini. argum.ſ̃. in procemio. verum eſt poſt baptiſmum, quia in baptiſmo confertur gratia. de conſec.diſt.4 c.2.& c.per aquam. Sed congregatio diuitiarum ex accidenti venit, vnde adeſt, & abeſt, vt in authen. vt omnes obed.iudi.§.j.col.5. vel refert, vtrum appareat quòd ſemel fuerit ſoluendo, & ſic adhuc eſſe præſumitur, niſi contra probetur. vel quòd ſemel ceſſit bonis, & ſic adhuc eſſe præſumitur non ſoluendo, niſi contra probetur. argu. C. de proba ſiue poſſidetis. & ſic poteſt intelligi contra, & quod dixi, quòd quilibet præſumitur bonus,[b] verum eſt, quando quæritur de perſona promouenda. ſecus autem, quando quæritur de perſona ſaluanda, vt in contra. inf ſig. ratio hæc eſt. quia perſona carnalis, & honores carnales, anima vero ſpiritualis, & ſaluatio ſpiritualis: in quolibet ergo proprius fauor attenditur & dilatatur, quia ſemper ſunt fauores ampliandi. ff de libe.& poſthu.cum quidam. 22.diſtinct.renouãtes. Vnum tamen ſcias, quòd vbi vertitur periculum animæ, præſumitur quod ſalutarius eſt animæ, quia tutius. vt inf.de ſpon.iuuenis. ideo in dubio præſumitur quis excommunicatus, infra de ſententia excommuni. cum deſideres.§. ſecundæ. & de clerico excommu.miniſt. illud. §. 2. Item in dubio præſumitur quis fornicator. 30 quæſt. 5.aliter.& c noſtrates. Item in dubio præſumitur quis Paganus, ſiue non baptizatus, de conſec.diſt.4 paruulos. & c.ſi nulla. inf.de baptiſ. c.j. Item in dubio præſumitur quis non ordinatus.68.diſtin presbyteri & §.ſeq. niſi inter Chriſtianos cõuerſatus ſit: ſicut tamẽ traditur, inf. de presbyte. non bapt.veniens. Item in dubio præſumitur eccleſia non conſecrata de conſe.diſt.1.ſolennitates.& c.eccleſiæ. Quod ſi archidiaconũ remordeat conſcientia, ſtudeat hoc ordinatori ſecreto, antequam ad hoc veniat ſcrutinium, nunciare. Dominũs vero Papa his verbis tantum vtitur in ordinum collatione, non in conſecratione, inf. eo.c.vnico. Quid ſi archidiaconus malitioſum impedimentũ ſecreto attulerit? dic quòd deliquit non modicũ. arg.ĩ. de conuer. coniug.veniens.§.j.& ideo canonicã non effugiet vltionẽ arg ĩ. de clande.deſpon.cũ inhibitio.§ fin. debet ergo ſibi cauere ordinator nec de facili credere, ergo diligenter examinet veritatem: quod dicut no.de ſimili materia, ſ̃.tit j.§.& a quo.ad finem.

Quid iuris ſi quis ſine examina-

6 **tione** † fuerit ordinatus? dic, ſi ſit ignotus, quãuis aliàs dignus eſt, tamen deponendus.24.diſt.c.vl. & fit hoc vel in odium illius qui ſine examinatione ordinandus eſt, vel in odiũ illius qui taliter ordinauit. arg. 70 diſt.c.j 16.q.7 decernimus. 21.quæſt.2.c.j.inf de præb.cũ ſecundũ §.licet. Sic & econtra conſecrata in odiũ conſecratoris dicitur execrata.j.quæſtio.4.eccleſia Si vero ſit indignus & ignotus, multo fortius deponendus eſt, tum quia ſine examinatione promotus eſt, tũ quia non prodidit crimen ſuũ.50.di ex pœnitentib. Quod ſi notus & dignus ſit, in nullo peccat, quia noti non ſunt examinandi. arg 24.diſt.nullus.47.diſtin.de Petro.94. di.valde.ff.de in inte.reſt.l.j.ff.de verb.ob.l.continuus fallit hoc in conſecrando, qui quamuis notus ſit, examinatur. 23.diſtin.qui epiſcopus. ſecundum Goff. quia circa maiora periculũ uertitur. 42.diſt.quieſcamus.40 diſt. miramur. videtur tamen, ꝙ ſemper ſit facienda examinatio: ſ̃.de elec.nihil reſp j §.j.& 2. Sed ſi notus ſit, & indignus, deponi debet, quia crimen ſuum non prodidit, ut dictum eſt: & ad idem.ĩ.de corpore vitia. ex poſuiſti. ſ̃. de renun. niſi cum pridem §.perſonæ. 54.diſt.ſi ſeruus ſciente 56.diſt.c.ult. quod intelligas de graui crimine, ſecus de leui.63. diſtin.c.ulti. ꝙ autem dicatur graue, uel leue, dicut nor.ſup. tit.j.§. & cui ſub §. prima regula.uerſi.hæc uoco, & ſeq. Sed per quẽ fiet depoſitio? per ſuperiorem, non per ordinatorem argu.ĩ.de cleric.coniu.diuerſis. in fin. nam ordinator in cauſa depoſitionis eſt. j q. j. ſi qui epiſcopi. in auth. quomodo opor.epiſ.§.oportet.col.j. Quid ſi ordinandus proprium impedimentum prodidit, & ordinator non intendens

ADDITIONES.

a Victũ manu propria. ¶ Adde an ædes poſsint facere ſalutares, vide gl. in c. canonũ.14.q.4. Abb.in c.relatũ.el 2.in 8,no.de teſt. S.Tho 2.2.q.187 art.3.

b Quilibet pręſumitur bonus, ¶ Adde c.non nos.40,diſt.c.Deus omnipotẽs. 2.q.1.regula ſemel, de re.iur.li,6.dic, quod iſta iura limitantur, niſi agatur de periurio alterius, ſecundum Abb.in c.cum in iure. de off.deleg.

intendens dispensare ipsum, nihilominus ordinauit, & quidem postmodum impedimento detecto, non recipitur ordinatus. hic enim est casus decre. 81. dist. si quis sine examinatione.

Quid si promouendus in scrutinio impedimenti sui suppresserit veritatē? Videtur deponendus: quia ex quo examinatur promouendus ad ordines, debet impedimentum suum prodere, 74. dist. quando. & c. ult. 81. distin. tantis. & c. quicunq; 8. q. 3. Artaldus. in fi. sed secundum Hug. si generaliter interrogetur sufficit, si dicat in genere se criminosum, & sic petat dispensationem. Sed si specialiter interrogetur, rñdebit se penitentiam egisse: vel non rñdebit, quia specialiter interrogans magis videtur suggerere, quàm quærere. arg. ff. de quæst. l. j. §. qui quæstioni. sed contrà de pœni. di. j. §. his authoritatibus. vbi habes, Non tibi dico, ut te prodas in publicum. Sol. Loquitur in pœnitente, qui non cogitur se prodere: secus in ordinando, q nisi prodat se, secum non poterit dispensari. debet ergo se prodere coram omnibus: quia prodere est, in publico dicere, 2. q. 1 si peccauerit. sicut enim eps non audit causam solus, 15. q. 7. episcopus. sic nec solus dispensabit, alioqui nō probaretur dispensatio, nisi corā plurib. fieret: quæ tamē probanda est. j. de schisma. fraternitati. Nedum in examinatione ordinis, sed & in iure interrogatus quis prodere debet crimen suum, de quo agit. 9. q. 3. quisquis. 15. q. vltim. c. j. & pen. 35. q. 6. si duo. hæc fuit opinio Hug. Alij dicunt, ꝙ neq; in iudicio, neq; in examinatione ordinationis tenetur quis prodere se, si pœnituit, qa Deus occultat peccatum post pœnitentiam 32. q. 5. apud misericordem. & sicut licitum est cuilibet redimere sanguinem suum [a] qualitercunq; pōt 2. q. 3. §. notandū, ff. de bonis eo. qui ante sen. mor. si. con l. j. Sic & honorem suum. Dic quòd enorme delictum tenetur prodere in ordinatione: graue aūt post penitentiam, dummodo occultū sit, prodere nō tenetur, multo minus leue. Secus, si notorium sit: qđ dicur no. s. tit. j. § & cui, sub §. prima regula. ver. item dispensandum. & uer si in notorio. & ver. hodie. & seq. & uide qđ no. j. de testi. §. super quib. ver. de personis. Siue autē in specie, siue in genere quæratur, sic poterit responderi: Si hoc, de quo quæritur, commisi, vel si mortaliter peccaui, pœnitentiam inde egi, secundum Goffre. quasi dicat, talia peccata dimissa sunt per pœnitentiam. Sed cum hoc iurare, non paruæ temeritatis existat, j. de purg. canon. c. accepimus. §. porro. quomodo hoc simpliciter asseret, cum inter iuramentum, & simplicem loquelā non sit differentia apud Deū. 20. q. 5 iuramenti. ideo dic, ꝙ si aliqñ notorium fuit, tenetur illud specialiter prodere, & dispensationem petere: alioqui uel tacebit. 22. quæst. 2. ne quis. aut poterit dicere, sentiat Aug. quicquid voluerit, quia me conscientia non accusat. 11. q. 3. senti. hoc enim sufficit, dummodo contra conscientiam non loquatur: j. eo. c. vnico. Quid si confiteatur se commisisse mortale, de quo non egit pœnitentiam, nunquid potest puniri? videtur ꝙ sic: s. de ele. per inquisitionem. j. de exces. præl. quā sit graue. dic ab ordinatione repellitur. 24 dist. quando. in fin. aliter autem non punietur. arg. j. de ord cogni. cum dilectus §. fi. j. de except. denique. ff. de his qui no. infa. Lucius nec obst. prima iura: quia prima decre. loquitur in iudicio, scilicet quando fit generalis inquisitio: secunda, quando clericus, nulla necessitate compulsus, extra iudicium publicè de suo crimine gloriatur. hæc autem loquitur in foro misto, partim iudiciali, & partim penitentiali: quia iudiciale est, non ordinatur, sed repellitur: qa spirituale non punitur, nec publicatur, nisi quatenus se publicauit. In summa de omnibus episcopis cōsiliū qđ tenui, vt diligēter examinent, vel examinari faciant, non excōmunicent, sicut multi faciunt, ne laqueos parent. super quo uide qđ not. j. de eo qui fur. ord. suf. laqueus enim vitādus est. 27 q. j. de viduis. 2. ergo absoluant ad cautelam ordinandos publicè in ecclesia ab omni excōicationis vinculo, & cum eisdem super omni irregularitate dispensent, in quibus possunt & debent, secundum Deum & canones. hęc enim absolutio & dispensatio etiam missi ab extraneo prælato proderit inquantum proprius prælatus cum eisdem dispensare posset: qa omnia illa uidentur esse commissa, sine quibus ordinatio expediri non potest. arg. j. de off. deleg. præterea.

ADDITIO.

a Sanguinem suum. ¶ Adde quid de clerico, an debet effundere pro defensione ecclesiæ, vide tex & ibi Doct. in c. cum minor. 3. q. 8.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QVI RENUNCIAUIT EPISCOPATUI. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Ordines sunt nouem.*

2 *Ordinati ab episcopo excommunicato quid agere debeant.*

Prosequitur author tractatum ordinandorum, & ostendit in superiorib. ꝙ à ꝓprio episcopo, vel de mādato eiusdem est quilibet ordinandus: sed quia is renunciauit, iam desiit esse ꝓprius, nec non excōmunicatus excōicatione durāte suspensus est, ne quis vana simplicitate ductus, seduci posset: in hac parte apponit rubricam de ordinatis ab episcopo, &c. determinans, quid iuris sit de ordinatis ab episcopo, qui renunciauit vel resignauit Et quid iuris sit de ordinatis ab episcopo excommunicato.

Quid iuris sit de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit episcopatui, uel resignauit, vt hoc melius videas, scire 1 debes, ꝙ in ecclesia hac militante nouem † sunt ordines [a] clericorum, sicut in triumphante nouem sunt ordines angelorum. Primus est ordo tonsuratus: j. de sent. & re iud. cum inter vos. resp. j. ibi tonsuratione: siue clericatus, j. ti. j. cum cōtingat. in fi. vel psalmistatus. 23 di. psalmista. Secūdus ostiariatus. Tertius lectoratus. Quartus exorcistatus. Quintus acolitatus: & hi 5. dicuntur minores ordines. Sextus subdiaconatus. Septimus diaconatus. Octauus presbyteratus. Nonus episcopatus, & hi quatuor dñr maiores ordines. Alij dicunt, qđ septem tm̄ sunt ordines in ecclesia: quatuor minores & tres maiores, negant enim psalmistatum fore ordinem, sumunt hoc ex illo decreto, 77. dist. illud. vbi dicit, primò sit ostiarius: ergo dicunt ante ostiariatum non est ordo. sed tu dic, quòd illa dictio primò, non respicit præcedentem ordinem, sed sequentes, licet aliàs primus & proximus dicatur quem nemo antecedit: j. de uerb. sig. Ioseph. ff. de ver. sig. proximus, & eodem modo intellige, 93. distin. à subdiacono. sed quòd psalmistatus sit ordo, s. ostensum est. & probatur 21. distinctio clericos 33. distin. seriatim. 72. distin. clericum. 17. q. 4. si quis suadente. b 27 quæst. 1. si quis episcopus. Quòd etiam episcopatus sit ordo [b], probatur 77. dist. c. j. j. de presby. non bap. veniens. 21. dist. cleri cos. 54. di. si seruus. secundū Goff. s. de temp. ord. si archiepiscopus, & c. seq. C. de epis. & cleri. auth. episcopalis ordo. ideo dicitur, ꝙ aliqua sunt episcopalis ordinis, quæ non possunt inferioribus in ordine demandari: j. de consecr. eccl. vel alta. aqua. His præmissis circa solutionem huius quæstionis sic distingue, quia refert, utrum talis episcopus renunciauerit loco tm̄, sed non dignitati, in quo casu & in sua diœc. quondā, & in extranea à diœcesano rogatus, pōt, sicut antea, oēs ordines celebrare: j. eo. c. j. ver. nam in primo casu. est enim episcopus quamuis nullius loci. quod dicut no. s. de elec. §. quo tēpore. versicu. & nunquid. & de transl. episc. §. cuius authoritate. versi. verum cū matrimonium. Vel loco, & dignitati. & hic possunt minores ordines recipi. intelligas semper de licentia diœcesani proprii. vt s. de tēp. ordi. §. & à quo & est ratio, quia hi ordines qñq; à non episcopis conferuntur, j. c. j. versi. si enim à tali. quia olim cōferebantur à coepiscopis. sed quæ pontificalis ordinis sunt, non poterit exercere. 68. distin § inter episcopos. & c. quamuis coepiscopis. hodie etiā conferuntur ab Abbatibus, ex quo ab episcopo manus impositionem receperunt, & constat ipsos esse presbyteros. 69. disti. c. quoniam videmus. j. tit. j. cum contingat. nec est mirum, quia secundum Goff. ordinē psalmistatus pōt conferre presbyter, qui curā habet, nō alius, maximè si sit archipresbyter, vel plebanus. sic intellige, 23. dist. psalmista. & hoc pōt facere diebus Dñicis, vel festiuis, sicut dictū est de episcopo s. de tēp. ordi. §. quo tempo. Bertrandus doctor Decretorum cōtrà, & ꝙ dicit illud c. psalmista, officium cantandi suscipere, non intelligit de ordinis collatione, sed ordinis collati ab episcopo executione: ergo secundum B. expone officium, i. officii executionem, secundum Gof. expone officium, i. offici; ordinē. nec ob. ꝙ dicit Goff. ꝙ in alijs ordinibus, & ordo ꝯfertur ab episcopo, & in signum executionis datur ab eodē episcopo aliquid ordinato, qa hoc in isto ordine non seruatur. nec obstat, ꝙ nullus est sine titulo ordinandus. 70. di c. j. & 2. quem solus episcopus conferre pōt. 16. q. 7. nullus. qa illud intelligendum est de maioribus, & non de minoribus ordinibus, secundum Goff. imò & alius pōt titulū assignare, j. de iure patr. c. postulasti. aliquoties de ꝯsuetudine, aliquoties ex priuilegio speciali: ar. j. de exces. præla. accedētibus. Hec sententia Gof. ex ordine scripturæ libri pontificalis, quē aliqui vocant ordinariū episcopi, reprobatur, & sñia magistri Ber. approbatur, quia primò

ADDITIONES.

a Nouem sunt ordines. ¶ Adde glo. in uerbo, Episcopus. in proœ. 6. diffusè per Card. Ale. in c. cleros. in notabilibus. 21. dist.

b Episcopatus sit ordo. ¶ Adde gl. in c. de his. de conse. dist. 5. gl. in c. post trāslationem, de renun. gl. in c. quia periculosum. de sent. excom. lib. 6. Ant. de But. in c. cum contingat. de ætate & qualita. Car. in cle. in plerisq; in 11. q. de cle. Abb. in c. si quis pro certo. in j. no. de simo.

primo ponitur ordo ad clericū faciendū:secundo ponitur ordinatio ostiarij,& in medio ponitur dictū dec. e.psalmista.de verbo ad verbum quasi dicat: Ostēdimus sub qua forma prima tonsura detur ab episcopo,ex quo sic tonsuratus est psalmista,id est, cantor postquam ab archidiacono instructus fuerit,potest absq; conscientia episcopi sola iussione presbyteri officium cantandi suscipere, dicente sibi presbytero. Vide vt ꝙ ore cantas, corde credas:& ꝙ corde credis operibus comprobes. quasi dicat: Hæc sunt verba,quibus dictis habet executionem officij.nam per hęc verba non recipit ipse ordinem,ꝙ sequeretur secundum opinionem Goff.Reprobatur etiā hæc opinio j.tit.1.cum contingat.nā sicut ibi sumi pōt à sensu cōtrario,non licet Abbati,quamuis presbytero,hunc conferre ordinē,nisi ab episcopo receperit manus impositionē,ergo nō licet hoc simplici sacerdoti: sed Goff.respexit corruptelā Apuliæ, ubi de facto hoc faciunt simplices sacerdotes, sicut & presbyteri Græci de corruptela,quasi simili confirmabant,quæ reprobatur s.de consue. quanto.Posset & illud dici,ꝙ ibi non appellatur psalmistatus ordo, sed officiū cātandi.& sic non loquitur de illo qui habet primam tonsuram, sed de illo qui literas audiuit.& scit legere,& cantare. & est sensus ꝙ licet talis sit,tñ non debet cantare intra ecclesiam. ad officiū,nisi ab archidiacono primo examinetur.ar.s.de ele.qualiter. Sed postea si cōprobetur ab archidiacono absq; cōscientia episcopi, &c. vt s.& sic pōt intelligi sentētia Goff. sententia verò B.in ordine clericatus:sed sententia magistri Bertrandi in di. vera vr̄:quia est planū, ꝙ Gof.non de officio, sed de ordine hoc intellexit.Si verò à tali, s.qui loco & dignitati cessit,sacros ordines qs scienter receperit, executionē officij non habebit j e cā.1.§. sanè intelligas.nisi per Papam dispensetur. Quid à si tali etiam sacerdos ordines aliquis ignoranter receperit, poterit,nisi ignorantia crassa & supina fuerit,discretus Pontifex dispensare.j.e.c.1.§. fin. Est aūt probabilis ignorantia, vbi renunciauit in curia,& veniens dixit,ꝙ non renūciauerat dignitati,uel etiam omnino tacuit renunciationem,quā fecerat, sicut not. in casu simili, supra, de tempo. ord. §. & à quo.versicu hi verò qui ordinantur Sed quid si simpliciter & indistinctè renunciauit, & quidem simpliciter videtur intelligendum: quia indefinita, &c. infrà, de priuilegi. quia circa.& quia vbi lex nō distinguit,&c.ff de offi.pręsi l.3.& quia imputandum est ei, qui legem potuit apertius dicere. ff. de pact.l. veteribus.ergo si quis dicat,ꝙ loco tantum renunciauit,hoc probet,ut innuitur j.eo.c.1.§ 1.& expressius.ar.s̃.de renun. post translationem.§ cum ergo.ibi maximè,si ueritate subnitit,ꝙ dictus I. loco tantummodo cesserit, & nō ordini cum enim ordo detur ratione ecclesiæ,ut s̃.de transla. episc.capitu.inter corporalia.§ fin. ex quo renunciat ecclesiæ,præsumitur renūciare & ordini, imo per quandam consequentiam renunciatur.ar.ff. de reg.iur.cum principale.& s.de const.translato.Sed contra, quia nisi Apostolica sedes eidem inhibeat,vr̄ ꝙ possit, sicut prius,pontificale officium exercere.arg. s̃.de renunc. post translationem.§.cū ergo. ver. tunc enim cessēt.Item si nego me renunciasse ordini, & tu asseras in contrarium,tibi incumbit probatio.ff.de proba.ei qui dicit.nam & præsumptio est pro me.arg.s̃. de renun. super hoc ꝙ susciitaris.Item quia semper remanet character; & matrimonium spirituale. ꝙ inter me & ecclesiam generalem intelligitur ꝯsummatum in consecratione, s̃m ea quæ no.s̃.de transla. episc.§.cuius authoritate.ver. patet ex præmissis,& præcedēti.& j.de schismaticis.§ quid iuris.ver.mirum tñ.Sol. nō absurdum distingui potest, utrum renunciauerit propter criminis conscientiam, & tunc simpliciter videtur renunciasse.ar.7.q.1.hęc nequaquam.& s̃.de renun.post translationem.§.quanquam.nam sicut qñ pontificale officium exequitur,non præsumitur cessisse p̄p crimen:sic vbi propter crimen cessit,non præsumitur, ꝙ executionem retinuit ar.in d.c.post translationem.§.cū ergo.ver.tūc enim. & præced.& 1.q.7.sancimus.Si vero propter aliam causam, fortè vtilitatem ecclesiæ,non defectum personæ tangentem cesserit,sicut innuit s.de renun.quidā,pōt subdistingui, vtrum ita dixerit,Cedo ecclesiæ, & tunc vr̄ dignitatem seu ordinis executionem retinuisse,& sic intelligi possunt iura inducta,s̃ e.ver.sed ꝯ,vel dixerit,Cedo episcopatui, & tunc videtur cessisse oneri & honori. hoc videtur innuere Rubrica hæc de ordinatis,&c. vel si simpliciter dixerit,Cedo, & in his vltimis duobus casibus, & vbi etiā de causa quare cessit, constare non potest, præsumitur indistinctè cessisse.& sic intellige iura inducta,s̃.e.ver.resp 1.hæc tamen vltima subdistinctio videtur reprobari.7 q.1 scire debes. Sed si intellegas,ꝙ ibi loquatur de ecclesia speciali,verū est ꝙ dicit, quando episcopus est ecclesiæ alligatus, si de generali, non contradicit.

Et quid iuris sit de ordinatis ab Episcopo † excōicato,si scienter quis à tali recepit ordines, indignus est dispensatione,arg. in his quæ no.s̃.eo.§ prox.versi.si vero.Sed si ignoranter cum eo potest per proprium episcopum dispensari,j.eod.c.2.dispensabitur autem, quò ad executionē tantum.quod dic vt plenè no s̃.de temp.ord.§.& à quo.per totū.§. nam excommunicatus licet characterem quem habet, trāsferat. quod dic,vt plenè no.j.de schisma.§.quid iuris.executionem tamen,quam non habet,transferre non potest.1.q.1.c.gratia.& c. statuimus.& 1.q.7.c.Daibertum.

DE AETATE ET QVALITATE, ET ORdine præficiendorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Minor xxx.annis in episcopum non est præficiendus.*
2 *Mores clericos nobilitant.*
3 *Rector parochialis ecclesiæ quis admitti non debet,nisi sit in sacris.*
4 *Prælatus an possit compellere clericos inuitos ad ordines suscipiendos.*
5 *Clericus coactus ad ordines suscipiendos,an recipiat characterem.*
6 *Defectus scientię nimius in episcopo quis dicatur.*

DIctum est suprà de ordinādis. Sed quia ordinandi præficiendi sunt, cum nullus ordinandus sit sine titulo,ut no.j.de præb.sub §.illud in summa, uideamus de præficiēdis. Vel sic,dictum est,&c. ut s̃. & quia si episcopus aliquem ordinauerit sine titulo,cogendus est, vt ordinatum præficiat etiam si à prædecessore ordinatus fuerit,nisi per exceptionem repelli possit,uideamus de his quæ requiruntur in præficiendis, & sic de ętate & qualitate, &c. Sed contrà. Episcopus enim illos debet idoneos reputare,quos ad ordines iam recepit:infrà,eo.accepimus. §.penul.ibi,eo pręsertim,quò ad obtinendum beneficium ecclesiæ,&c.Ex quibus verbis præcedentibus & sequentibus satis conuincitur, ꝙ episcopus de rigore iuris non potest se tueri ꝯ clericum quem ordinauit,except. aliqua tamen æquitate pensata potest, quia delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ.16 q.6.si episcopū.sed nihil est qd magis,officiat ecclesiis, vt supra de elect.capitu. nihil est quòd magis &c.j. de præb. ca. graue.Sed contra,quia non pōt uenire ꝯ factū suum,j. de fil.pres. vt. veniens & de cleri. coniug. diuersis. uel verum est, ubi p̄p defectum vult eū remouere,uel repellere:secus, si p̄p vitiū personæ,j eo. accepimus. in isto enim casu læderetur publica honestas & utilitas, ergo iudex occurrere debet ff.de post.l. quos prætor.j de exce.c.exceptionem.35.q.9.c.ꝙ quis.j. de reb.ecc. non alie.c.si quis presbyterorum.& sic non facit Papa iniuriam ordinato.rā & si ponamus ꝙ vterq; in culpa sit,& ꝙ episcopus nihil possit obiicere superiori,tñ non præiudicatur,quò minus examinet eum qui ab eo petit beneficium, quia ad hoc tenetur ex officio.s̃. de electio. cum nobis olim. §. pen. Nec ob.quia de delicto eius sæpius quærendum non est,ff.naut.cau.sta l.licet.§ pe.j.de offi.leg.l cet.quia verum est,quo ad hoc, vt puniatur seu in modum accusationis. porro in modum exceptionis sæpe & sæpius quæri potest.j de testi c.testimoniū.Item ad minus locus est gratificationi:sed æquius est,ꝙ gratificet episcopo,qui in alterius factum aliquam pōt allegare ignorantiam,quàm promoto,qui de facto suo certus erat;s̃.de rescr.ab excommunicato. & s̃.tit.j.c.j. & ij.& ff.pro suo.l.vlt. & sic imputatur ei, ꝙ non prodiderit crimen suum:j.de cor.vitia.exposuisti l dist.ex pœnitentibus.55 dist.in.quia simpliciter.54.dist.si seruus. Item hoc notandum est ꝙ quamuis esset indignus,uel insufficiens tēpore ordinationis,non ideo minus cogetur prælatus ꝓuidere, dummodo vitium uel defectus purgatus sit,vt patet j.eod.capitu.accepimus.ibi, ut si ordinatus pro quo scribimus,idoneus habeatur,not.non dicit Habebatur.arg.s̃.de elec.cum inter canonicos.& sic contradicit, s̃. de elec.dudum.1.q.1.principatus. Sed hic amittit exceptionem propter culpam suam, ex quo res publica non offenditur. Item quamuis episcopus ob delictū præsens possit ordinatum repellere,etiamsi non apponatur in literis:non puto tamen, ꝙ propter defectum ipsum repellere posset,nisi hoc apponeretur. & secundum hoc intellige ꝙ dicit,j.eo.c.accepimus.§. vlt. Vel dic,ꝙ ex quo quis ordinatus est,& uocatus ad militiam clericalem,stipendia quibus sustentetur percipere debet,& sic in ecclesia præficiēdus est.23.q.1 militare.j.de præb.extirpandæ.§.1. & in præficiendis quasi eadem requiruntur quæ in ordinandis,ideo post tractatum Ordinandorum,videamus de ætate,&c.subaudi,& scientia. hæc enim quatuor principaliter requirūtur,scilicet, Aetas,Qualitas,Ordo,Scientia de singulis igitur videamus.

1 Aetas. Quia minor †30. annis non est præficiendus in episcopum,ꝙ dic vt not s̃.de elec.§.quis eligi. vers. anni 30 minor tamen aliquando pręficitur,sed à solo Papa dispensatur.hoc supra de elect cum nobis olim §.fin & in cap. innotuit. §.vlt.& de transla.episc.1.2.3.& j.de offic.leg. quòd translationem: In dignitatibus autem inferioribus, & in ecclesiis parochialibus ætas 25 annorum determinata est, in qua sufficit, si

a vltimus annus cœptus sit.[a] s.de elect.cum in cunctis.§.inferiora. Sed obiicitur, quia tales debent esse presbyteri.j.eo.c.1.60.dist. c.1.2.& 3 sed non debet fieri presbyter ante 30.ann. Solu. Tempus sacerdotij arctatur in his de quibus proximè dictum est, secundum Goff.dic vt no.s.de temp.ord.§.cui post regulas,sub.§. sed & præter.ver.requiritur. Verùm in hoc casu secundum Tan. & sequaces suos,nullus similiter dispensat nisi Papa:quia si prælatus contraueniat,punitur.s.de ele.nihil est.ergo ex quo meretur pœnam,non habebit præmium dispensandi:arg.j.de donatio.inter virum & vxor.cap & si necesse est.cum suis concord. Præterea lex dicit,ꝙ nullus pōt dispensare in ætate, nisi princeps,quāuis possit inquiri veritas per aliū. C. de his qui ve ætat.impe.l.1. & 2.ergo standum est legi,nisi canon cōtradicat,quia & ipsis vtimur in foro nostro, deficiente iure canonico.10.distin c 1.& c.si in adiutorium.j.de noui ope.nuncia.c.j.Ioannes contrà.& dixit,
b ꝙ prælati in hoc dispensare possunt,[b] quantumcunque hoc necessitas vel vtilitas ecclesiæ requirit.argu.j.eod.indecorum cap. tuam.& c.quæris.j.de concessio.præben.c.cum nostris.cum suis similibus.& intelligebat, ꝙ prælatus puniri debeat, si indiscrete dispensat, secundum Goff. in illa, cum in cunctis, loquitur de iure communi: in illa,indecorum, ostendit à quo anno possint episcopi dispensare. nam & morum probitas supplet defectum ætatis.77.distin.cap 1.C.de præposi.sacr.scri.scire.& l.vnicuique. lib.12.& idem eodē modo dissentiunt.j.de præb.de multa.Consentio tamen cum Ioan.quousque videam ius expressum, dicas ꝙ prælatus in his nec discretè nec indiscretè dispensare pōt.contrà.s.de elect.dudum.c.2.§.nos igitur.Sol.illam intelligo,si indiscretè dispensat,& idem intellige in omnibus defectibus, qui infamiam non inducunt.nam tales soli Papę relinquo,qui solus infamiam remittere potest.ff.de postu.l.1.§.de qua re &.j.de sent. & re iudi.c.cum te.Si enim vera esset ratio Tancredi,sequeretur ꝙ nec in simplicib.dispensare posset: quia & si illa indignè conferat,punitur.j.de præb.graue. & hoc esset ꝯtra Tanc.qui scripsit, ꝙ in minorib.posset dispensare, nec obst. ꝙ qui habet duos personatus, infamis videtur, quia illud intelligo cum sine dispensatione tenet,vel cum dispensatione, sed indiscreta. Scio tamen,ꝙ non intelligentib.apparebo mihi ipsi contrarius,tamen sicut Papa intromittit se de episcopatibus, & nullus alius, ita episcopus de personatib.& ecclesiis sibi commissis.j. de exces.prælat.sicut vnire. & quamuis concilium Turonense prohibeat diuisionem præbendarum,vel permutationem personatuum,tamen contra dispensatur j.de rerum permu.quæsitum. Et si tu dicas standum legi in ætate, tibi gratias refero.dicit enim lex, ꝙ impuberes admittendi sunt ad honores, etiā ex causa.ff. de iure immuni.l.2.§. puberes. ergo à contrario puberes admittendi sunt ex causa, sicut dicit casus legis.ff.de decurio. non tantum § non aliàs.sic ergo concordant omnino cum decretali à qua elicio arg.à contrario.j.e.indecorum.nec ob.l.C.de his qui veniam ętat.impe.quia ibi loquitur quo ad administrationem rei priuatæ, & non est tantus fauor rei priuatæ sicut publicæ. Item quia illud non fit tantū ex necessitate,quantum ex benignitate. Dico ergo ꝙ instante necessitate ecclesiæ, potest episcopus dispensare in defectum. nam video ꝙ cum peccatore dispensat,necessitate exigēte.j.eo.quæris.quanto magis ergo cum illo qui patitur defectum,contra cōcilium dispensare poterit: in hoc casu,nec intelligitur facere contra concilium; quia semper intelligitur ab illa prohibitione seu præcepto excepta necessitas tacitè, quæ nō habet legem.j.de re.iur.ꝙ non est,& de obserua.ieiuni.concilium.nam & à sacramento videtur excepta ff.qui satisd.cogan.l.vlt.j.de iureiu.breui. Sicut enim iuramentum contra vtilitatem ecclesiæ prestitum periurium est.j de his q̄ fi à maio.par. ca.c.cum in cunctis.sic concilium contra vtilitatem ecclesiæ promulgatum vel intellectum,irrationabile iudico, & si ratione caret concilium seu intellectus, caret & iure.1.dist.consuetudo.s.de consue.c.1.& de coust.quæ in ecclesiarum.& c.ecclesia,& j.de sen.excom.nouerit.ex quo ēt ratione caret, extirpandū est.68.dist.cor episcopi.36.dist.§ ecce. vbi dicitur, ꝙ talis debet esse episcopus, qui omni poscenti sciat reddere rationem. Qui ergo voluerit contradicere, dicat rationem,& ero cum eo.Sed malè intelligit ecclesiasticas regulas, qui hoc negat 7.q.1.scias.in fi.nec obst.c.præcedens.in fi. quia illud de episcopis.j.de exces.præla.sicut vnire 7.q.1.episcopus.in fin. nam ex necessitate instante,diaconissa minor.50.annis assumitur. in auth quomodo opor.episcop.§.quanta igitur.col.1.ad hoc.1. q 7.tali.& c.si illa.Item in præben.ætas desideratur,quia pueri ad præbendam idonei non reputantur.j.de præben.super inordinata.quod dic, vt ibi not.hoc de rigore iuris. nam consuetudo curiæ ad præsens stat opinioni T.

2 **Qualitas.** Quantum ad mores † hi enim clericum nobilitant, non genus.j.de præb.venerabilis.§.nos igitur.quod dic vt not.j.de insti.§. quis institui.versic.instituendus Item ꝙ non sit excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus.j.eod.cum bonæ.& adde quod not.s. de tempo.ord.§. & qualiter.& §.& cui.& s.de elect.§.quis eligi.

3 **Ordo.** †Quia etiam ad ecclesiam parochialem admitti non debet,nisi sit in sacris:sed tamen in hoc & in dignitatib.minorib.possunt episcopi dispensare secundum omnes,vt j. e.præterea. Respondeat ergo Tancre.& sequaces, quare non in ætate, cum illud videatur minus periculū, quam in ordine.ætas enim multoties anticipatur.j.de desp.imp.puberes.& solo lapsu temporis suppletur:ordo vero non datur nisi per manus impositionem.j.de sacra.non iteran.c.vlti. nec onus eiusdem siue ministerium aliquis scire potest,nisi expertus, ideo subdiaconus eligi potest,etiam in episcopum: quia cum ministret altari,particeps est secretorum,& sacer ordo est.j.e à multis.in prin.& in fi.& necesse est, ꝙ is qui eligitur, in sacris sit 60.dist.c.vlti.& per totum. s.de elec.cum in cunctis.& c dudum Inn.Idem videtur in acolyto,si talis sit,ꝙ in breui possit ordinari: qđ concedo in episcopatu ex dispēsatione Papæ tantum & idem visum fuit aliquibus ex dispensatione Metropolitani 60.dist.in episcopum.j.e à multis. resp.1.ad fi. cùm illud per nullum ius expresse reuocetur.ego tamen credo hoc tacitè reuocatum.arg. in his quæ no.s.eo.§.ætas. 18.dist.multis.in fi.56.Apostolica.& c. Cenomanēsem.&c.quia simpliciter.j.de cor.vitia.c.2.& vide quod not.j. de fi.presbyt.§. fi.ver.circa hoc notandum. ergo in episcopatib.solus Papa dispēsat,in minorib.autem dispensabit episcopus necessitate vel vtilitate vrgente, vnde cum abbate in tali articulo dispensat.j. eod. tuam.est & alia ratio quare subdiaconus eligi potest,quia ita coniunctus est ecclesiæ ꝙ de cætero non potest pedem retrahere.j.e. à multis.§.uerum.& cum diaconis eodem priuilegio gaudet.j.de seruis nō ordinan.miramur.Sed cum plures inueniantur,qui ętatem anticipant, quam qui sine experientia exercitium ordinis habent,hi qui concedunt,ꝙ in ordine valeant episcopi dispensare, multo fortius hoc debent concedere in ætate. Circa hoc quæri-
4 tur vtrum prælatus † possit compellere clericos inuitos[c] ad or-
c dines recipiendos? & videtur ꝙ non.74 dist.c.1.& 2.& c.vbi ista. Sed quidam canones innuunt contrarium 74.dist. si qui cleri.& cap.placuit. Solu. Non compelluntur absoluta coactione, vt in primis concordan.sed conditionaliter compelluntur, vt in contrariis.Sed qualiter compellētur per subtractionem beneficij vel dignitatis.74 distinct.episcoporum.Sed contra:quia aliter compellēdi sunt,scilicet vt minores & posteriores maioribus & prioribus tempore in sede & in perceptione beneficii præferantur, vt si maiores videntes minores promotos honorem quem refugerant, appetere cogantur & quæstum.74.distinct.ca.consuluit. hanc considerationem videtur habuisse Greg j.de maio & obe. statuimus.Solut.Primum ius loquitur, quando necessitas ecclesiæ,secundum, quando vtilitas eiusdem ecclesiæ exigit, vt clericus ordinetur. secundum Hugo. hæc solu. videtur improbari.j. eod.quæris.ibi loquitur de necessitate vel vtilitate alternatiuè,& in vtroq; casu dicit eodem modo clericum compellendum.Ideo dicunt alij, quòd cum diuersæ pœnæ statuantur, potest incipere iudex,à qua maluerit:ad aliam,si proteruitas contumacis exegerit,nihilominus processurus.j. vt lite non contesta.ca. quoniam frequenter.§ vlti.Frater Raymundus distinguit, vtrum sit clericus habens dignitatem vel beneficium, cui certus ordo annexus est:putà Abbas est,vel decanus,vel præpositus, vel archipresbyter,qui debet esse presbyter,vel archidiaconus,qui debet esse diaconus: & tunc per subtractionem beneficij compellitur. j. eod. cap.1.61.distinctio.cap nullus.nisi fortè iusta causa excuset clericum, in quam sine culpa sua inciderit.s.de elect. cum in cunctis. §.inferiora.& §.hæc sanè.nec obstat appellatio.vt ibi dicit & 60. distinctio. innouamus. quidam tamen non admittunt hunc casum: quia si aliqua iusta causa interueniente promoueri non possunt, prælationes amittunt. infrà eodem capitu. 1. Sed quod ibi dicit, quòd si aliqua iusta causa prohibente, subaudiendum, in quam inciderit culpa sua, putà quia maritus ipsum inueniens cum vxore, cœpit vindictam de fratribus, vel ipsemet credens placere Deo,fecit sibi virilia amputari j.de cor.vitia. ex parte B. & cap.significauit.alioqui contrà, quia non est addenda afflictio afflicto.j.de cleri.ægro.c.1.55.dist.præcepta.ff. de stat.homi.qui furere.ff.de post.l.1.§.casum.hoc breuiter intelligo, quòd si culpa non

ADDITIONES.

a Annus cęptus sit. ¶ Adde gl.in cle.tit.de æta.& qual.Bal.& Doct.in c.cum vigesimum.de offi.deleg Car.Alex.in c.iuuenis.in 2.col.de spon.

b Prælati in hoc dispensare possunt. ¶ Adde Inn.& Ant.de But in c.dilectus de tempo ordi.Spe.in tit.de dispensa.in §.nunc de episcoporum. doct.in c. at si clerici in §.de adulteriis.de iudi.

c Clericos inuitos. ¶ Adde Io. An.in c.licet canon.de elect.lib.6.in nouella. Ray.in summa tit.de ætat.ord. in §.nam episcopus possit compellere.& in summa confessorum,eo.tit.in §.48.in tit.de obedientia.argu.4.versic.j.unquid prælatus.

pa non præcessit casum, ei nō imputabit: sicut nec medico imputatur, si potionem dat, & infirmus aliquo fortuito casu moriatur, ita quòd medicus non deprehendatur in culpa ante factum, vel in facto, vel post factum: infrà, eod. ad aures. Ante factum deprehenditur in culpa, quando non est peritus in arte, vel quando intromisit se de ministerio alieno: puta religiosus est qui intromittit se de chirurgia, quod officium ad ipsum non pertinet: inf. de homi. capit. tua nos. In facto autem deprehenditur etiam in culpa, quando non dedit potionē iuxta traditiones artis, imo innitebatur prudentiæ suæ contra iura: sup. de constit. c. 1. & c. ne innitaris. Ex postfacto in culpa deprehenditur, quando circa custodiam infirmi non apponit diligentiam, quam deberet, nec excusatur, si custodiam minus diligentem dimiserit, vbi videbatur periculum imminere, argumen. inf. de offic. archid. capit. ea quæ, caueat ergo ne plures curas simul & semel recipiat, quia si infirmitas continuum diligentiam exigit, pluribus intentus, &c. & dū ad vtrumque festinat, &c. Infrà, de cleric. coniuga. c. diuersis. hæc triplex culpa colligitur, inf. e. ad aures. & ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. fin. & l. sequenti. Ergo secundum fra. Ray. quando certus ordo annexus est beneficio, per subtractionem beneficij cōmpellitur. quod intelligo vt præmisi. Si vero beneficium non habeat annexum certum ordinem, & necessitas ecclesiæ requirit, quòd clericus promoueatur, si clericus excusat se occasione criminis quod se commisisse proponit, aut aliud impedimentum prætendit, intelligas in quo incidit culpa sua, tunc episcopus debet promouere inferiores idoneos, & ipsum etiam clericum, nisi alias sit valde vtilis & necessarius illi ecclesiæ, à dicto beneficio penitus amouere, inf. eod. capitu. quæris § j. & sic potest intelligi 74. distinct. consuluit. Vbi uero prætendit impedimentum temporale, puta infirmitatem, vel perpetuum ex delicto suo nō proueniens, non solum non cogitur, sed si eius non admittatur excusatio, à tali grauamine poterit appellare, sicut & tutor appellat ob excusationem rationabilem, non admissam. ff. quando appel. sit. l. j. §. si quis tutor. Sed & videtur sufficere, si se probaturum offerens admissus non fuit: infrà de appel. interposita. Quod si sola voluntate renuit ordinari, nihil prætendens, nisi quia non vult, debet compelli appel. remota per subtractionem officij, & beneficij. 74. distin. c. 3. & 4. Sed si necessitas vel vtilitas ecclesiæ non exigit, inuitum cogere non debet: & si hoc facit, puniendus est. 74. distin. cap. 1. & 2. & c. vbi ista. Dicitur autem vtilitas ecclesiæ exigere, quando indiget aliquibus ministris in certis officijs. nam certa ministeria certos requirunt ordines, vnde seruiēdum est ecclesiæ in eo ordine quem ipsius cura requirit: infra de præbend. extirpandæ. § qui vero parochialem, ergo in ecclesia cathedrali, vel conuentuali quæ plures diaconos, plures subdiaconos, & sic de reliquis, requirit in diuersis ordinibus constitutos, bonus episcopus arbitrabitur cum nec vnus semper de facili seruire posset: argumen. inf. de off. archidia. c. 2. de offic. archipresbyt. cap. 2 quod dic vt not. inf. de præben. §. cui conferenda sit versic. sed nunquid pueris. In hoc ergo casu, quando ecclesia est seruitoribus destituta inf. de cle non resi. cum ad hæc. & requirit vtilitas ecclesiæ, quòd ille ordinetur, cui episcopus præcipit, quamuis in ecclesia præter huic quem episcopus cogit, alij idonei valeant reperiri, necessitas vere exigit quando nullus alius idoneus in ecclesia reperitur. Sed quid si episcopus dicat, Proba excusationem quia non sufficit dicere nisi probetur. ff de procu. quæ omnia. j. de conces. præben. cum super quæstione. & capit. ex parte Asten. ad fin. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. § j dico, ꝙ nihil habet necesse probare, inf. eod. quæris. respon. 1. ibi, secreto commisisse dicentes, id est, in iudicio animæ. nam in iudiciali remoueretur, 24. distin. ca. vlt. & esset notorium iuris, inf. de coha. cle. & mulie. capit. vltimo. secundum Goffre. hoc non admitto, quia propter talem confessionem, scilicet in pœnitentia factam, nulla pœna infligeretur: infra, de offic. ordi. si sacerdos. dic ergo secreto non tanquam sacerdoti, nec tanquam iudici, sed tanquam socio, uel se excusando ab eo quod præcipitur, iudice tamen non sedente pro tribunali, vel sedente, sed solo. vel dic bonam glo. Goffre. ad excludendas fraudes & malitias: intelligas tamen, quòd non prodat peccatore, sed procedat, ac si nihil audiuisset. & adde quod not. inf eod. ver. quid si vtilitas. Potest etiam dici, quòd hic confertur non tanquam sacerdoti, nec tanquam iudici sed tanquam episcopo ordinatori, quasi hoc sit mistum forum inter pœnitentiale & iudiciale quod dic vt no. s. de scruti. §. ult uer. quid si confiteatur. & adde huic materiæ quod no. s. de elec. §. quis possit eligere. sub §. & qui nullo iure. 5 Quæritur etiam, utrum coactus † recipiat characterem, cum inuitus ordinatus sit? ad hoc dicas quod sic, si coactio fuit conditionalis. arg. 74. distin vbi ista. 65 distin. de Iudæis. 1. q. j. ꝙ quidam. qui saltem indirecte noluit. 15. q. 1. merito. Si vero coactio fuerit absoluta, tunc non recipit characterē ordinis, sicut nec baptismi: inf. de baptis. maiores §. penul. & ulti. Sed nunquid conditionaliter coacti teneantur continere? dicūt quidam, quòd sic. nam licet non debuerint sic compelli, tamē ex quo susceperunt, continere debent: & ad hoc compellendi sunt, ne ordo uideatur contemni. argu. in dictis c. de Iudæis. & c. merito. maximè cum ordo sacer votum continentiæ habeat annexum argum. 33 distinct. diaconi. 34. distinct. cum in præterito Ioannes idem, si non fuit coactio, quæ poterit cadere in constantem, j. quod metus causa. capitu. penult. alioquin contra. j. quod metus causa. cap. j. j. de sponsa. veniens. 2. & c. consulti. integritas enim corporis suaderi potest, non separari. 33. q j. integritas. nec debetur ꝯtinentia, nisi voluntaria 31. di ante triennium 20. q 3 præsens clericus. Sed pone, quòd non tenetur continere, quia ordinatus est tali metu interueniente, qui potuit cadere in constantem, nunquid vtetur priuilegio clericali? videtur quòd sic: dum tamen clericaliter uiuat. arg. 32. distin. si qui verò sunt clerici. nisi transeat ad actum penitus contrarium. 88. distin. quisquis. vel dic. ꝙ si prius habebat vxorem legitimam sine peccato poterit illa vti & secūdum hoc potest solui præcedens quæstio, si tamen ipsa se continere uellet & ipse nollet, non haberet priuilegium: sed si ipsa nollet, & ipse uellet, quantum in se esset, & uiueret clericaliter, priuilegium retineret, vt dictum est. arg. 28. quæst. 2. multorum. Si uero ante vxorem legitimam non habebat, præcisè cogitur continere ar. in d. c. de Iudæis. secundum Goffred. Quid si clericus petit ordinari, sed prelatus contradicit, qui forte nouit secretum impedimentum? respon. Si est clericus secularis, & secretum crimen non est enorme, moneri debet vt desistat: sed si monitus adhuc instat, prohiberi non potest. s. de temp ord. ex literarum. si vero sit enorme, prohiberi potest: quia æquiparatur mediocri manifesto: vt s. de temp. ord. § & cui sub prima regula. §. hodie standum. & seq. Idem intelligas si prælatus scit clericum impeditum ob defectum nataliū. ar. s. de ele. innotuit. vel ob irregularitatem, puta bigamiam, vel aliam. In his enim casibus non ordinabit, nec faciet ordinari. Sed opponitur de corpore Christi, quod est maius omnibus sacramentis: de consecra. dist. 2. nihil. & tamen de ipso dicitur, ꝙ dispensator non prohibeat pingues terræ, id est, peccatores, mensam Domini manducare. Sed exactorem timere moneat: de consecr. distin. 2 non prohibeat. & Dominus Iudæ buccellam tradidit: de conse. distin. 2 sancta. & c. sicut Iudas. scilicet die Iouis sancti, cū præcedenti die proditionem fecisset: de consecr. dist. 2. liquidò. Ad primum respon. ꝙ illud locum habet in corpore Christi, ad quod suscipiendum sola contritio facit habilem: de consecr. di. 2. quotidie. Secus in ordine ad quem nec peracta pœnitentia facit dignum, si de crimine eorum agatur, ut no. in d. §. & cui s. de tēp. ordina. ver. hodie. ad secundum sic resp. hoc fecit dominus qui superior est omni iure, cui dici non potest, cur ita facis, quod tamen ideo fecit, ut nos instrueret occultos peccatores per tolerantiam sustinere. 2. q. j. vnus. in fin. vel responde ad utrunque simul, & dic aliud in sacramentis necessitatis, & aliud in sacramētis dignitatis. j. q. i. §. sed notandum. Si ergo decret. illa ex literarum. loquitur in seculari, cuius peccatū est occultum, non enorme, tamen est notum prælato, vel quando habet beneficium, cui certus ordo annexus est, unde habet ius petendi: secus si non habeat ius, s. de tempo. ordin. ad aures: vel dic, ꝙ prima decret. loquitur in seculari, secunda in regulari, qui voluntatem non habet, & ideo magis adstrictus est obedire quàm secularis. 12. quæstio. j. nolo. & c. nō dicatis. secundū Gof. Sed qualiter impedietur clericus secularis, etiam ob enorme peccatum occultum: nam si prælatus hoc scit tanquam sacerdos, [a] celare debet: j. de offic. ordi. si sacerdotes. 33. quæst. 5. Christiana 32. distin erubescant. & si iustam causam non reddit, potest haberi recursus ad superiorem: j. de iure patro. nullus. fortè speciale est hoc, ꝙ non deuoluetur potestas ad superiorem per negligentiam. arg. 9 q. 2. cap. j. & 2. Alij dicunt contrarium, & ꝙ etiam episcopus cum sciat peccatum, tanquam Deus, non dicitur facere contra conscientiam si eum tanquam episcopus promoueat, quia tanquam alius scit, & tanquam alius ordinat. argum. s. de elec. cum inter vniuersas. ad finem. Quid si utilitas ecclesiæ exigit, ꝙ aliquis ordinetur, tamen episcopus non ex hac causa, sed ex odij fomite mouetur ad ipsum compellendum, non uidetur ꝙ inferior debeat obedire: quia licet ordinatio sit utilis, tamen episcopus sic precipiens deponi debet. argu. 45. distinct. cap j. & c. episcopum, j. eo. tuam. dic contrà, quia ex quo malum non est quod præcipitur semper obediendum est. 9 quæstio. 3. quid ergo. 23. quæstio. j. quid culpatur. ad fi. 24. quæst. 5. manifestum. & uide quod no. s. eo. ver. quid si episcopus. Circa hoc notandum, ꝙ qui reputatur dignus ad vnum

ADDITIO.

[a] Tanquam sacerdos. ¶ Adde Abb. in c. fi. de test. cogen. Abb. in c. qualiter & quando el. 1. de de accus. Abb. in c. si sacerdos. de off. ord. Abbas in c. dilectus. de exces. præl. Abb. in c. omnis vtriusque sexus. de pœn. & remil. Domi. in c. ipsi Apostoli. 2. q. 7.

vnum ordinem vel honorem, non debet indignus ad alium reputari.ȷ.eo accepimus.lxxiiii.dist.gesta.j.q.j.sicut Christus. arg. ȷ.de accusatio. nonnulli.ȷ.de sent.excom.in præsentia.ff.de libe causa.si quis sciens.ff.ad leg.Iul.de adul.si vxor.in fi.ff.sol.ma. viro atque vxore.

Scientia exigitur eminens, sed competens toleratur:s.de renun.nisi cum pridem. § pro defectu. quæ autem dicatur competens, determinare non possum, quia secundum varia loca variæ regulæ tradendæ essent, ideo arbitrio iudicis est relinquendum ff.de eo quod certo loco da.opor.ideò in arbitrium, ȷ.de off. dele. de causis.§.j. hoc est boni viri.ff. de verb. obl. continuus. arbitrabitur ergo iudex in omnibus. sed in canonico eminentem scientiam non requiret:ȷ.de præb. venerabilis. in fi. In sacerdote requiret, ꝙ sciat librum sacramentorum, lectionarium, antiphonarium, baptisterium, computum, canones poenitentiales, est illud ȷ.de contrahen.emp. c.ij.& similes, de quibus no. ȷ. de poenit. §. quæ poenitentia. sub. §. vt autem sacerdos psalterium, homilias per anni circulum diebus Dominicis, & aliis diebus apertis, quorum si vnum deficit, vix in eo nomen sacerdotis constabit.xxxviij.dist. quæ ipsis. & secundum quod maiorem parochiam habet: maius requiret, ȷ. eod. cùm sit ars. Nimius autem defectus † in episcopo, si Donatum non audierit, ȷ. eod.c. fin. de cuius doctrina & scientia dic vt no.s.de temp.ord.§.cui.sub octaua regula doctorum. Item scientia attendenda est respectu loci, quia licet habeat competentem scientiam in Agensi ecclesia, non tamen in Tolosana:s.de elect.in causis. in fin ad idem s.de elec.scriptū. §.fina.caueat tamen iudex, ne dicat sufficientem eum qui insufficiens est, vel econuersò.ar.s.de rescri.cum contingat, prope fin. ver.cæterum.ergo in maiori loco propter maiorem vtilitatem, maior scientia requiritur:s.de transla.episcopi.c.fi. prope fin.ga circa maiora, maius periculum vertitur.xlij.di.quiescamus.

DE SACRA VNCTIONE. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vnctionis species quot sint.*
2 *Vnctio quid sit.*
3 *Vnctionem quis recipiat, & à quo.*
4 *Christiani bis munguntur.*
5 *Substantialia in consecratione Episcopi.*
6 *Ieiunium an requiratur in ordinibus conferendis.*
7 *Missa an sit de substantia ordinandorum.*
8 *Regis vnctio à quo fiat.*
9 *Vnctionis Episcopalis effectus quis sit.*
10 *Vnctionis sacerdotalis effectus quis sit.*
11 *Vnctionis regalis effectus quis sit.*
12 *Vnctionis Christianorum effectus quis sit.*
13 *Vnctionis ecclesiæ, altaris, & calicis effectus quis sit.*
14 *Mos Apostolicæ sedis est seruandus in ordinibus conferendis.*

QVoniam in superiori tractatu de ordinandis & præficiendis legimus, quorum aliqui qui præficiuntur dignitatibus inunguntur, subiicitur hæc rubrica de sacra vnctione, in qua videndum, Quot sunt vnctiones, Qui & quo inungantur, à quo, & qualiter fiat: Quis sit effectus.

1 **Quot sunt vnctiones?** † Duæ, exterior scilicet, & interior. per exteriorem visibiliter corpus inungitur, per interiorem inuisibiliter cor, id est anima, Sed hoc ideo dicit: quia secundum quosdam, anima sedem habet in corde: vel ideo dicit hoc, quia non fructificat vnctio in anima, nisi ex corde & ex voluntate. Vincen.quod verius videtur. arg. xxij. q. v. qui periurare. vnde qui petiit, contradicit in baptismo, nec rem nec characterem recipit sacramenti.ȷ. de bapti.maiores § fi.ar. lxxiiij.di. gesta. sic ponitur hic cor pro anima, & ipsam significat. anima enim, secundum diuersa officia quæ habet, varia sortitur nomina. vnde uersus:

Pluribus officiis animę sunt nomina plura.
Dum sentit sensus, ratio dum iudicat, & mens,
Dum quid commemorat, animus, dum cogitat, & cor.

Hanc autem interiorem vnctionem tribuit Spiritus sanctus scilicet, siue charitas, quæ tanquam radix illi erit. nam radix ardente sole non arescit, sed nutritur calore ipsius. de poenit. distin. ij.quærendum.ver.Item Aug. super epistola Io.exterior significat interiorem. Interior autem nō solùm est signum, id est, signatum exterius, sed etiam sacramentum, id est, signum siue signatū inuisibilis gratiæ: q̄ si dignè sumat, augetur sine dubio, quod designat secundum Vinc.ȷ.eo c.vnico.§.1.ver. vnctio uisibilis, &c. ego tñ sic expono, non solùm est signum, scilicet inuisibilis gratiæ, sed etiā sacramentū, id est, sacramētalis character, qui semel admissus, nūquam amittitur, ȷ.de diuor.quāto.§.si verò alter.& dicit sacramentū, quia sacrat mentē.i.sanctificat & purificat, & Domino unit:ȷ.eod.§.quia uerò episcopus: ȷ. de bigamis.debitū. de conse.dist.iiij.c. 1.& 2.& c.propriè.unde sequitur, quia si dignè sumitur, &c. uel dic non solū est signum, id est, character impressus in anima, sed etiam sacramentum, id est, gratiam cōferens, sicut sacramentum. nam in quolibet sacramento gratia confertur, præterquā in matrimonio ad hoc lxxv. dist.§.1.& cap.ꝙ à patribus.& seq.j.q.j.multæ. & c multi: quia si dignè sumitur, id est, sumens est sine mortali peccato, ipsa interior vnctio vel agit, id est, creat nouam gratiam, puta castitatē in illo qui solebat esse dissolutus: & sic per consequens, salutem quam quis per gratiam consequi consueuit: vel auget, id est, ampliat ueterem gratiam: ut si ante libenter dabat pauperibus, nūc libentius erogabit. qđ designat, s.exterior unctio: nō enim interius gratia per sacramentum unctionis confertur, nisi exterius inūgatur.ad hoc ȷ.de baptis. debitum. §.fi.

2 † Sed quid est unctio, ꝙ ipsum uerbum sonat.sic.ff.iudicatum solui, iudicatum, secundum Gof. negari nō potest. Sed quid est sacra unctio domine Goff. & quidem puto ꝙ possit magistraliter sic describi: Sacra unctio est sacri olei materialis delibatio, secundum formam ecclesiæ traditam: quæ si dignè sumitur, interius fortius quàm exterius operatur, ut patet ex præmissis & ȷ. eo. responso 1.& §.1.

3 **Qui & quo inungantur.** † Chrismate, ꝙ ex oleo & balsamo cōficitur, caput & manus epi cōsecrant. Quid aūt significet oleū,[a] & quid balsamus, qd unctio capitis, quid manuū, legit ȷ.e.§.ad exhibēdū.& §.hoc vnguētum. & durat usq; ad §.un de in ueteri, quæ omnia super ipsa litera plenius explanauit. In ueteri autem Testamento ungebantur Reges.[b] lxxj. dist. cap. j. lxxxv. dist. c. j. & in capite.sed hodie unctio capitis in brachium est translata, ut princeps non in capite inungatur, sed in brachio siue humero: uel in armo: in capite uerò summus pontifex, quia personam capitis.i.Christi in pontificali officio repręsentat. ungitur etiam pontifex chrismate, sed princeps oleo delinitur, ut scias quanta inter authoritatem pontificalem, & regalem potestatem sit differentia denotanda.de quo dic, ut no.infra, de maior.& obe.§.quis cui.versic.& nunquid impera. & uide suprà de const.§. qualiter const.ubi inuenies alias remissiones. Quid autem hæc significent, & quare sic fieri debeat, plenè exposui in litera.ȷ.eodem.& durat à §.unde in ueteri. usque ad §. quia uero Christus. Vnguntur etiam manus sacerdotum, ȷ.eodem.§. quia uerò nō chrismate. quamuis hoc Goff. notauerit, sed oleo benedicto. Hæc enim est differentia inter istos, sicut respondit mihi dñs noster, quem supra hoc Lugduni consului.& comprobatur ex libro pontificali.qui ordinarius dicitur.& xxiij. dist. prætereà. ubi hoc not. Hug. & à tempore consultationis citra sic est à prælatis in istis partib. obseruatum. Dicimus tamē, quòd illa oratio, Consecrare & sanctificare digneris Domine man⁹ istas, &c. episcopis. & presbyteris est communis, xvj. q. j.§.hoc idem.& §.sequenti. ecce sufficienter per quem do.Gof.deceptus fuit.

4 † Non solum autē Reges & sacerdotes inunguntur, sed & omnes Christiani bis ante baptismum, scilicet oleo benedicto. primum in pectore: deinde inter scapulas, & bis post baptismum: sed chrismate sacro primùm in vertice: demum in fronte, & quòd ita fit, & quare sic fit, habes ȷ.eodem.ab illo §.quia verò Christus. vsq; ad §. vngitur prętereà. Ecclesia etiam vngitur chrismate, cùm dedicatur, altera cum consecratur, primò oleo, secundò chrismate: calix cùm benedicitur, sed chrismate tantùm, sicut hæc omnia in episcopali ordinario plenius continentur & probantur infrà eod.§.ungitur.

A quo, & qualiter fiat. Et quidem episcopus exemptus à summo pontifi-

ADDITIONES.

a Significet oleum. ¶ Adde c.j.extra.e.ti.c.disciplina. xlv. dist. c. omnis. de poenitent. & rem.

b Vngebantur Reges. ¶ Adde c.nos si incompetēter.in §.sed notādum est. ii. q. vij.in c.cognouerunt.in §.nunquid etiam Dauid.de poen. dist.lj. origina liter. Leui.viij. Exo.xl.j. Reg.xvj.iii.Reg.j.& iiij.Reg.ix.

mo pontifice, non exemptus à suo metropolitano, uel primate, vel patriarcha, vel alio de mandato suo. sup quæ vide quod not. s. de tēp. ord §. & qualiter. uer. & hoc sciendū: & seq. supra, de elect. §. à quo confirmanda sit. De forma verò ordinandi seu cōsecrandi episcopos legit 23. dist. episcopus. & 85. dist. c. 1. inf. eod. vsq; ad §. vnde in ueteri. Qualiter autē alij clerici ordinent. legit 23. dist. presbyter. & c. sequen: vsque ad c. psalmista. & not. supra, de tēp. ordi § & à quo. & §. & qualiter. Quid si contra formā ecclesiæ ordinet quis, nihil agitur. ar. 1 2. q. 2. sine excep. 30. q. 5. aliter. de conse. dist. 4. re vera. 68. dist. cor episcopi. C. de legi. non dubium. s. de rescri. cū dilecta. § pe. & vlt. quod intellige, cū aliquid substantiale omittit. ar. j. de sta. mona. cū ad monasteriū. in fi. de condi. appo. c. fin. 32. q. 2. solet quæri. nam substantialia immutari non possunt. Inst. de hær. quæ ab intest. defe. §. minus. ff. de cap. dimi. eas obligationes. & si vnū de substantialib. omittat, non valet quod agitur. argum. 38. distinct. quæ ipsis. Sed quæ dicuntur substantialia? †respon. in consecratione episcopi est de substantia liber, qui ponitur super ceruicem consecrandi. 23. dist. episcopus. secundum Goff. argum. 75. dist. c. 1. & c. quod die Dominico. sed secundum Hugo. in talibus non est incautū nil temere asserere.

5

a Item numerus consecrantium, scilicet, quòd ad minus sint tres,[a] vnus principaliter consecrans, & duo coadiutores, & cæteri cōsecrantes, ut not. supra, de tempo. ordi. in d. versi. & hoc sciendum. & probat. 66. dist. § porro. Item quòd vnus totam cōsecrationem perficiat. nam si vnus partem vnam faciat, & alius partem alteram, nihil agitur, uel si vnus Episcopus manum imponat, & simplex presbyter, uel etiam alter Episcopus benedictionem infundat. xxiii. distc. quorundam. Quod autem ibi dicitur ordinem, quem adepti sunt, intellige de facto, amittant, scilicet de facto. illa enim verba factū tantum respiciunt, sic si vnus baptizandum immergat, & alter verba proferat: uel si unus dicat, Ego te baptizo, & alter in nomine patris, &c. nihil confertur: sacramenta enim ecclesiastica vnitatis sunt, & diuidi nō debent. de consec. distinct. 2. ca. quia passus xxiiij. quæst. 1. cap. loquitur. hoc intelligo de verbis substantialibus, unde nihil ageretur in missa, si uerba canonis, scilicet, Hoc est corpus meum, &c. & Hic est calix meus, & c. diuiderentur, ita quòd vnus presbyter diceret vnam partem, & alius aliam: secus de his quæ verba canonis præcedunt & sequūt, quæ diuidi possunt, & per plures expleri necessitate instante. vij. q. 1. c. illud. & c. nihil. Quid si duo Episcopi simul ordinant, uterque manus imponit, uterque verba pfert in integrum? uidetur quòd nihil agatur, quia vnus Deus est tantū: supra, de summa tri. c. 1. quē repræsentat consecrator: unde unus debet esse celebrans, & alij concelebrantes dicunt. supra de elec. quod sicut § su p eo. dic contra: quia licet decens sit, quòd vnus hoc faciat, tñ à pluribus fieri potest. nā Iacobus Alphæi primus Hierosolymorū archiepiscopus à Petro, & Iacobo Zebedei, & Ioan. Apostolis ordinatus est. lxx. dist. § porrò. & alij Apostoli simul consecrauerunt, siue manus imposuerunt: quod idem est: ut probatur lxxv. dist. quòd die Dominico. & de hoc tangitur j. ti. 1. cap. presbyter. sic dico baptismū conferri, si duo simul immergant, & simul uerba proferant, quamuis fieri non debeat, ut patet in his quæ not. j. de cog. spi. §. 1. si plures iudices, uel arbitri simul pronunciantes eandem sententiam pferunt. imò nec aliter ualet, nisi omnes pronuncient. ff. de re iudic. duo ex tribus. ff. de arbit. item si unus. §. item si plures. cum ergo tres Episcopi sint de substantia, quamuis vnus principaliter consecrare dicatur, tñ omnes pronunciare debent. Hæc uerò quę sequunt non puta mus esse de substantia, scilicet vnctionem, unde nōn iterat consecratio, sed supplet. inf. eod. resp. 1. Item manus impositionem, vel si quis p chrismate oleo fuerit delinitus. inf. tit. 1. c. 1. Licet autem aliqui dixerint, quòd sufficit sola manus extensio. argum. ff. de acqui. poss. quod meo nomine. Dico autem, quòd necessarius est corporalis tactus, qui tamen si omissus sit, supplendus, est. inf. titul. 1. cap. fi. Item tempus ordinationis. & ætas ordinandi, & quòd à suo episcopo ordinet quilibet, & quòd debita interstitia obseruent, non sunt de substantia, nec alia de quibus dixi supra de temp. ordi. §. & qualiter. uer. p prælatum, & præced. & seq. Sed nunquid ieiunium † est de substantia? videtur quòd sic. argum. supra, de temp. ord. literas lxxv. dist. quòd à patribus. ergo si à pranso conferat, uel recipiatur ordo, nihil agitur. argu. 67. dist. reliqui. de conse. dist. 2. liquido. & distin. 4. ut ieiuni. & c. in Episcopi. nam idem uidet in aliis sacramentis, ut ibi, maximè autem in ordine: quia Paulus & Barnabas ieiuni manus imposuerunt. 75. distin. quod die Dominico. Hug. tamen dixit, quod pransus confert & recipit quodlibet sacramentum, excepto sacramento eucharistiæ, quod non credit confici, nisi à ieiuno. de consecra. dist. 2. liquido. Lauren. Ioan. & Bertrandus dicunt contrarium ex eodem in decreto. quāuis enim ibi statuat, ne pransus conficiat, tamen ut ibi dicitur: Dominus postcœnā discipulis suis corpus & sanguinem tradidit, ergo prima missa fuit post prandium celebrata. ideo dicit Decretū, quòd pransus potest in

6

cœna Domini celebrare. de consec. di. 1. sacramenta. unde prohibitio postmodum subsecuta ob honestatem sacramentorū inducta est, sicut & illud prohibet, ne quis testimonium dicat, nisi ieiunus. inf. de testi. cap. 1. & quod iuramentum à ieiuno præstet: hoc enim honestatis est, & non necessitatis. xxij. quæstio. 5. honestum. quod credo uerum, quo ad hoc de quo hic quæritur. ueruntamen grauiter peccat, qui pransus celebrat, etiam si cibum uel potum minimum receperit. vij. quæstio. 1. nihil. ad fin. de consecra. distin. 2. tribus. quod dic ut not. inf. de consec. eccle. distinctio. 2. §. & qualiter. †Sed nunquid missa[b] est de substantia? aliqui dicunt quod sic: aliqui dicunt, quod non. de hoc tamen tetigi supra, de temp. ord. §. & qualiter. ubi Hugo. & de vsu pal. §. ulti. uersicul. fin. & §. 1. consilium tamen est, quod in hoc, & in aliis quæ in ordinationibus obseruari mandant, nec constat utrū de substantia sint, uel de solennitate, nec per aliquod ius inuenitur quod omissum suppleri debeat. quod tutius est præsumat. Iudicetur ergo nihil actū fuisse. ar. in his quæ not. supra, de scruti §. quę sit forma. uer. vnum tamen scias. iteret igitur: quia non intelligit iteratum, quod ambigit esse factum. inf. de presby. non bapti. ueniens. 68. dist. presbyteri. de conse. di. 1. solemnitates. Hoc si pbabiliter dubitetur. quid enim, si Episcopus librum non tradidit, uel calicem uel vrceolum, uel candelabrum, uel ostiarius non tetigit ostium, uel campanam non pulsauit, uel similia, quæ leuia sunt, omissa fuerint, forte talia contemni potuerunt, nec ob erunt ordinato. argum. ff. de uen. inspi. l. 1. §. si. maximè cum hæc tradantur in signum executionis concessæ. argum. supra. de consue. c. 2. & not. supra, de ordinatis ab Episc. §. 1. uers. Bertrandus. Patet ex præmissis, quòd quædam sunt obseruanda circa ordines, quæ indicantur substantialia, si aliquod istorum omissum est, totum iterandum est, ut not. supra eod. ver. sed quæ dicuntur. & sequen. Quædam verò solennia, si aliquod istorum omittat, nihil iteratur, sed cautè suppletur quod incautè fuerat prætermissum: ut not. supra eodem §. ver. hæc verò. & sequen. Et qualiter hęc suppletio fieri debeat, dic ut nota. inf. tit. 1. §. & quę sunt iteranda. uersi. sed quare est prohibita. & quousque hæc suppleta fuerint, executio denegatur. argum. 52. dist. solicitudo. ff. de ven. inspi. l. 1. §. si cui. & sequen. Quædam verò dubia: quia dubitatur, vtrum sint de substantia, vel de solennitate, & sic quod tutius est eligitur: quia iteratur, ut not. supra eodem, versic. sed nunquid. Quædam verò dicuntur honesta, siue leuia, quorum omissionis occasione nihil de necessitate putamus supplendum, minus iterandum, ut not. supra eodem, uer. hæc si probabiliter. Sed & si hęc supplenda duxerimus, non erramus. quę enim causa dubitationis tollendę ordinibus inserimus ius cōmune non læderēt: argum. ff. mandati. qui mutuam. & bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. v. dist. ad eius uerò concubitum. unde talem deuotionem non credimus improbandam. infrà de purific. post partum. c. vnico. ad fi. maximè cum de consuetudine sic seruetur. argum. de conse. dist. ij. de trinita. Vnctio autem sacerdotis, à quo, & qualiter fiat, patet ex his quę no. s. eodem. § versi sed quæ dicuntur. & sequentibus. & §. qui & à quo, ver. vnguntur etiam manus. & supra, de tempo. ordi. §. & à quo. & §. qualiter. & supra. eodem. §. Vnctio regis† à quo fiat. Si quæras de Imperatore, à Papa vel alio de mandato suo, supra, de elect. venerabilem. §. i. versi. sed & princeps. alij verò Reges à suis Metropolitanis, sicut Rex Alemaniæ promouēdus in Imperatorē, à Coloniens. & sicut Rex Francię à Rhemens. & Rex Angliæ à Cantuariens. & sic de aliis in quibus apparet prisca consuetudo. quæ cuilibet ecclesiæ seruanda est, xxv. q. ij. c. 1. ij. & iij. suprà, de transla. Episco. quanto. respon. i. quod si quis de nouo inungi uelit, consuetudo obtinuit, quòd à Papa petatur, sicut fecit Rex Aragonum, & quotidie instat Rex Scotiæ: nam ab illo omnis dignitas ecclesiastica originem sumit. xxij. dist. cap. i. & vtrunque gladium habet. xxi. dist. c. i. lxiii. dist. tibi Domino. vnde & Reges deponit. ut xv. q. vi. alius. & c. nos sanctorum. & capit. curatos. i. quæst. iiij. quia præsulatus. xcvi. distinct. duæ sunt. & non solum regnum constituit, imò transfert. suprà, de elect. venerabilem. i. respon. & not. suprà, de elect. §. quis eligi. sub §. item sciendum. potest igitur si vult, super hoc aliquam ecclesiam speciali priuilegio decorare. infrà, de off. ordinar. duo. qualiter autē Rex inungat, p librum pontificalē seu ordinarium poteris edoceri. Sed & consuetudo antiqua circa hoc obseruat. nam supradictorum Regum Franciæ & Angliæ capita inungunt. Vnctio autem

7 b

8

ADDITIONES.

a Sint tres. ¶ Adde tex. in c. nec episcopi. de temp. ord. glo. in c. 1. de sac. vnct. extra.

b Nunquid missa. ¶ Adde glo. in c. omnes basilicæ. de conse. dist. j. glo. in c. sicut. de elect. glo. in c. te referente. de celeb. mis. Card. Alexand. in c. Episcopus. in 2. col. 23. distinct.

autem Christianorũ omnis fit à simplici sacerdote quadruplex: ter enim inungunt oleo sancto vsque ad baptismũ cõpletum:sed primæ duæ oleo sancto, tertia chrismate.& sic intellige.11.distin. ecclesiasticarũ.& sic dictio, oleo, ibi posita semel propriam & impropriam seu duplicẽ significationẽ retinet.nam ponit oleum ꝑ chrismate, sicut & econuerso, chrisma ponit ꝑ oleo. 95.distinct. illud.quarto etiam inungunt in extremis, quæ uocatur extrema vnctio, de qua not. infra titul.i.§.quot sunt species sub §.i. versic. quintũ. quinta uero quæ fit in fronte à minori Episcopo non confertur.infra eodem.§. quia uero Christus.uer. ꝑ frontis chrismationem. De supradictis omnibus inunctionibus à quo, & qualiter fiant, me breuiter expediens, dico, quòd excepta quadruplici, de qua ꝓximè dixi, cæteræ à minore Episcopo non fiunt. lxviii.dist. quãuis & ca.cor episcopi. & duob.ca seq.& not.s̃.de vsu pallij.§ quid sit pallium. s̃. de or.ab Episcopo §.quid iuris.uer.uel loco. Inunctiõ uero ecclesię uel altaris fieri habet cum missa, & aliis solennitatibus, quę legunt de conse.dis.i.c.i.& 2.quę deficiunt quò ad modum, in libro pontificali, qui dicitur ordinarius, plenè poteris reperire.

9 **Quis sit effectus?** †Effectus vnctionis Episcopalis est, ut ꝑ ipsam matrimoniũ contractũ inter ipsum & ecclesiã consummet. quod dic ut not. supra, de transla. Episcopi §.& qualiter.ver verũ.& seq.& ut executionem habeat eorum quæ Episcopalis ordinis sunt, de quib. 10 tetigi s̃.eod.§ proxim. uer. vlti. Effectus † vero vnctionis sacerdotalis est ut missam celebret, & alia quæ ad sacerdotale officiũ pertinent, inunctus valeat exercere. s̃. de sum.tri.cap.i §.vna verò est.ut tamen de vnctione substantiali hoc intelligas. quod dic ut not supra eo.§. ꝓxi.uer. patet. Quid si quis prætermisso aliquo ordine, non tamen sacerdotali, in episcopum promouet, & conferat ordines, nunquid ualet? dicas quod sic, dummodo non cõferat illum ordinem, quem non habet: quia tunc nihil ageret. 1 q. 1.gratia. & q. 7. Daibertum. secundũ Goff. de hoc not. infrà, de cler. ꝑ saltum promo. De eo autẽ qui nullos ordines habet, & ce- 11 lebrat, dicet j̃.de presb non bapt. Effectus† vnctionis regalis est, ut augeat ei gratia ad officiũ, quod ei committit exercendum. quod quale sit, not. supra, de elect §.quis eligi.uer.item captio.& ut honorabilior habeat. infra, de ma.& obe. solitæ.respon.1.& §. 12 1. Effectus† vnctionis Christianorũ ꝑfecte est, ut recepto sacramento fidei, scilicet baptismo, deleat originale peccatum, & vt inunctus nomen Christiani accipiat, ut à Chrsto Christiani dicantur, tanquam vncti deriuent ab vncto, ut in odorem, id est, exemplum vnguẽti, id est, mortis illius, scilicet Christi: cuius nomen, id est, gratia nominis oleũ, id est, ꝑ oleũ est effusum, id est, esse effusa intelligit: omnes concurrant, id est, simul cũ eo in perfectione dilectionis currant, parati si oportuerit, ꝑ eo mori, sicut ipse mortuus est, ꝑ ipsis. intellige inf. eod. §. quia vero Christus, versic. ante baptismum & præcedentibus. ac. 6. q. 1. in scripturis. 13 & iunge quod no. j̃. de bapt §.quis sit effectus. Effectus † autem vnctionis ecclesiæ, altaris, & calicis est, ut eis maior reuerentia debeat, & ut ordines facilius exaudiantur, ut dicetur j̃. de consec. eccl. uel alta. ideo est, quam citius fieri poterit, consecranda. j̃. de consec. eccle. vel alta. c. fin. Item ex quo semel inuncta sunt, & Deo dedicata, ad humanos vsus non conuertunt. inf. de reli. domi. ad hæc. cætera quæ deficiunt in dicta summa, infra, de cel. miss. plenius explicabunt. In summa no. qđ in ordinib. cõferẽdis 14 †& Episcopis ꝯsecrãdis mos Apostolicę sedis seruãdus est, hoc excepto, quòd inferiores vti possunt baculo pastorali, quo tamen Romanus Pontifex non vtitur, tum ꝓpter mysticam rationem, inf. eod §. tum ꝓpter historiam. Martialis enim vnus de discipulis Petri, quem posuit Dominus inter discipulos, cum dixit, Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis, & c. missus est postea à Petro vnà cum alio, scilicet beato Materno, ad prædicandum in Germaniam: qui cum iret, mortuus est, & collega, scilicet beatus Maternus redijt ad Petrũ, & ait Petrus, Accipe baculum, & tange eum, & dic, In nomine Domini surge, & prædica, & iuit, & 40. die à tempore mortis cõputando! venit ad eum, & tetigit ipsum, & resurrexit, & prędicauit], & sic Petrus intelligitur à se remouisse baculum, & subditis concessisse. ex tunc enĩ fertur Apostolico baculo caruisse, tum ꝑ ꝑ miysticam rationem, quam his versibus comprehendas:

a *Attrahe, [a]sustenta, stimula, vaga, morbi da lenta.*

Attrahe, per primũ, medio rege punge ꝑ imum. Vin vel dic, ꝙ baculus habet in summitate recuruatiõnẽ quasi ad trahendũ, qđ non est necessariũ in Romano Pontifice: quia nullus ab eo diuertere potest: finaliter ecclesia nempe non põt esse nulla. 24.q.1.pudenda.nec vnquã morit. 12.q.2 liberti. Vel dic, ꝙ hoc ideo est, qa ꝑ baculũ designat coercitio siue castigatio, ideo alij põtifices à suis superiorib. recipiunt baculum: quia ab homine recipiunt potestatẽ: Romanus vero Pontifex ipsum non recipit, vt detur intelligi, ꝙ à nemine iudicat. 19. di. nunc autẽ.& s̃. de ele. licet. in fi.& quod à solo Deo recipit potestatẽ terreni, simul & cœlestis imperij. 21. di. omnes. ſm Vinc. Vel hoc ideo, quia ꝑ baculũ significatur regnũ quod recipit inferior à superiore, & habet recuruationẽ, ut sciat se recuruandũ, & deponendũ, nisi rectè agat. sed sedes Apostolica à nemine regit, imò oẽs regit: ideo appellat ordo omnĩũ. 25.q.1.§.his ita. vtit prælatus hoc baculo in prædicationibus. 45 di. disciplina. non tamen in introitu missæ. de conse. dis. 1. nullus Episcopus. hoc de iure scripto. nam de consuetudine et in introitu missę, videmus contrarium obseruari.

ADDITIO.

a Attrahe. ¶ Adde gl. in c.i. de sac. vnct. extra.

DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sacramentum quid sit.*
2 *Sacramentum vnde dicatur.*
3 *Sacramentorum species quot sunt.*
4 *Baptismus dicitur ianua omnium sacramentorum.*
5 *Confirmatio quid sit.*
6 *Sacramentorum secunda diuisio.*
7 *Sacramentorum tertia diuisio.*
8 *Sacramentorum quarta diuisio.*
9 *Sacramenta minora quis conferre possit.*
10 *Sacramentum baptismi quis recipere possit.*
11 *Sacramenta quæ sunt iteranda.*
12 *Sacramentum quid operetur.*

AGimus de ordinẽ clericorum, qđ est vnum de vii. sacramẽtis, & de sacramento vnctionis sacre: sed ne quis vana simplicitate ductus sacramenta ecclesiastica crederet iteranda: ideo apponit rubricã de sacramentis nõ iterandis, q titulus ius facit, cũ sit negatiuus, & ꝑfectũ sensum generet, ut no j̃. vt benefi. eccl. in princ. videamus ergo, Quid sit sacramentũ: Et vnde dicat: Quot sunt species sacramentorũ: Quis possit conferre: Quis recipere: Et qualiter conferatur: Et quę sint iteranda, & quæ non: Quid operetur.

a **Quid** sit sacramentũ.[a] Et quidẽ ſm Gre. Sacramentũ est in aliqua celebratione, cũ res gesta ita fit, ut aliqd significatæ rei accipiamus qđ sanctè, i. dignè accipiẽdũ est. Mysteriũ verò est, qđ occultè & inuisibiliter ꝑferat Spiritu scilicet, ita ꝙ operando significat, & sanctificando benedicit, ut hæc ꝓbant 1.q.1. multi. Sed ſm Augu. sacramentũ est inuisibilis gratiæ visibilis forma. idem: Sacrificiũ visibile, inuisibile Sacramentum. idem: Signũ, est res præter speciẽ quam ingerit sensib. aliud aliqd ex se faciens in cognitionẽ venire. de conse. di. 2. sacrificiũ: & c. si- 1 gnum. Potest tñ magistraliter sic describi: Sacramentũ† est character quidam qui ꝑ eum, qui potestatẽ habet corpori humano recipientis, iuxta ritum ecclesiasticũ visibiliter, animæ vero inuisibiliter à Spiritu sancto imprimit. qui si dignè sumat, agit, aut auget sine dubio, quod designat. ar. in c. allegatis. & in eo ncor. assigna. s̃. tit. 1. §. 1. ver. sed quid est sacra vnctio.

b 2 **Et vnde dicatur.** [b]Et quidem à sacris, seu secretis virtutibus sacramenta † dicunt, quia sub tegumento corporaliũ rerũ diuina virtus secretius salutem eorundẽ sacramentorũ operat. Mysteriũ verò ob hoc dicit, ꝙ secretam & reconditã habeat dispensationẽ. Sacrificiũ autem quasi sacrũ factũ, quia prece mystica consecrat ꝓ nobis in memoriã Dominice passionis. hæc duo ꝓbantur secundũ Greg. 1. q. j. multi secularium uel dic ꝙ dr̃ sacramentum à sacra mente, quam infundit, quasi sacrãs mentem s̃. ti. 1. §. ad exhibendum. vers. hoc vnguento. & §. quia verò Christus. ver. in pectore.

3 **Quot sunt species** †Sacramẽtorũ. Prima diuisio hæc est. Sacramentorum quædã sunt generalia & necessaria, quędam specialia & voluntaria, su-

ADDITIONES.

a Quid sit sacramentum. ¶ Adde in §. notandum. 1. q. 1. Card. in cle. 1. in 9. q. de priui. sanctum T ho. in 4. sent. di. 1.
b Et vnde dicatur. ¶ Adde c. sacrificium. de conf. di. 2. c. multi 1. q. 1. & Ab. in ru. de bap.

ris.sumitur hæc distinctio.1.quæst.1.§. si ergo sacramenta.22.q.4 §.fina.j de transact.veniens.quæ omnia his versib.comprehendas: Abluo,id est,baptismus:firmo,id est,cõfirmatio,cibo,id est, eucharistia: piget,id est,pœnitentia: vxor,id est,matrimonium: & ordinat,id est,ordo: vngit,id est, extrema vnctio. intellige hæc sunt 7.ecclesiastica sacramenta.Ordo voluntatis thorus est,dant quinque necesse, id est, sacramentum ordinis, & matrimonij vtrumque voluntarium est.quinque, quæ remanent necessaria sunt, sicut exponitur in sequentibus.Quædam igitur sacramenta dicuntur generalia,quia omnes tangunt, & omnibus conueniunt,& sunt necessaria, quia si ex contemptu omittantur, sine ipsis salus non erit:ergo necessaria sunt ad salutem, & sunt quinque,& ideo dicit versus superior:Dant quinque necesse.Sunt autem hæc,Baptismus,Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio. Probantur hæc de consecrat.dist.in.4.nulla salus.& distinct.5.capi.1.& 2 & distin.2.& si non frequentius.infrà,de pœniten.omnis.de pœniten.distinct.5.non potest quis. Iacob.Infirmatur quis in vobis, &c.95.distin.§.sed istud.alias incipit, Oleo.

4 † Primum,s.baptismus,est introeuntium, vnde dicitur ianua omnium sacramentorum, [a] 32.distinctio.verum.† Secundum,s.confirmatio pugnantium,vnde datur ad robur.de consecra.distin. 5. Spiritus sanctus.Tertium,scilicet eucharistia, est progredientiũ. vnde & viaticum appellatur. 26.quæstio.6. qui recedunt. & ca.si quis de corpore.j.de pœnitentiis.quod in te habes.de consecra. distin.2.iteratur.Quartum, scilicet pœnitentia, est redeuntium: nam redeuntibus datur,vnde secundum Hieron.secunda tabula post naufragium appellatur.de pœniten.distinctio.1.§.2. Quintum,scilicet extrema vnctio,est exeuntium,quia dari consueuit tantum exeuntibus de hac vita.& de hoc habes suprà, titu.1.§.1. versicu.de prima.Iacobus Apostolus ait.Licet autem hæc quinque sacramenta dicantur necessaria, tamen de baptismo hic magis propriè dicetur: quia in quibusdam vt in pueris non est salus sine eo,sed sine alijs bene saluantur.de consecra.distin.4.nulla.in adultis verò & discretis sæpe est salus sine eo,sed sine alijs non dico spretis, sed non receptis. potest etiam dici, quòd etiam in his non est salus sine baptismo,saltem interiore.nam quãuis in pueris sufficiat exterior ablutio. de pœnitent. distinctio. 4. paruulis. in adultis tamen requiritur baptismus interior. infrà, de baptis. debitum.ideo dicunt aliqui, duo tantum necessaria esse,scilicet baptismum & pœnitentiam,quia sine primo nusquam est salus, nec sine secundo,ex quo quis mortaliter peccauit:tu tamẽ si versibus & expositioni ipsorum adhæreas, non errabis.Quædam verò sunt specialia,quia non omnibus cõueniunt, sed quibusdam, & voluntaria sunt, quia ad aliquod ipsorum nullus compellitur: & est ratio,quia cum ipsis, & sine ipsis salus est, & sunt duo,scilicet ordo,& coniugium seu matrimonium.ideo dicit versicu.superior, ordo voluntatis thorus est.De ordine habes 74.distinct. vbi ista didicisti.de matrimonio, 30.quæstio.2. vbi non est consensus.j.de spon.cum locum: ex his duobus elicit Gratianus aliã distinctionem.

ADDITIO.

a Ianua omnium sacramentorum. ¶ Adde cap.fi.de presby. non bapt.c.per catechismum.de cogna.spiri lib.6.glo.summæ de consecratio.distin.4.glo. in capitu.quicunque.76.dist.Archid.in c.caue.28.quæst.1.

Secunda diuisio Sacramentorum.

6 Sacramentorum † quędam sunt necessitatis, quædam dignitatis.1.quæstio.1.§.sed notandum.voluntariorum enim quædam dignitatis sunt, quia non admittuntur nisi digni,i.sine crimine,sine infamia,sine irregularitate, cum ad alia omnes liberius admittantur.& est ratio,quia alia sacramenta recipiunt homines propter se tantum: sacramenta verò ordinum recipiunt non propter se solum. sed propter alios. prima. quæstio.prima.§.ecce.Dicuntur autem sacramenta ordinũ in plurali, quia plures sunt ordines. quod dic vt not. suprà de ordi.ab Episcop.§.quid iuris.vel ideo dignitatis dicuntur,quia à digni oribus in ecclesia,scilicet Episcopis conferuntur.vt not.infra,eodem.§. quis possit conferre. & isto respectu dicitur sacramentum,in quo chrisma ponitur maius cæteris. matrimonium verò maius dicitur ratione significationis.eucharistiæ verò sacramentum maius est in substantia,baptismus,quo ad effectum,quia radix est aliorum, vnde versus:

Maior in effectu baptismus,corpus inesse
Coniugium signo maiori chrisma ministro.

Tertia diuisio Sacramentorum.

7 Sacramentorum † quædam sunt,in quibus confertur gratia.1.quæst.1. quicquid: vt sunt sacramenta necessitatis, & ordinis, siue dignitatis. Quædam verò sunt in quibus gratia non confertur, sicut matrimonia, quæ contrahuntur quando precia interueniunt.32.q 2. honorantur. 30.q.5.aliter. & conditiones pecuniariæ apponuntur.j.de cond.appo. de illis.siue cum consummantur.32.q.2 connubia. quod non esset, si per ipsum gratia conferretur. nam illis in quibus gratia confertur,talia simoniam inducunt.j.de pactis. cap.fi.& de transact.super eo.1.quæst.2.quam pio.

Quarta diuisio Sacramentorum.

8 Sacramentorum † etiam quædam sunt iterabilia, quædam non sunt. quod dic vt not.infrà eodem.§.quæ sunt iteranda.Circa hoc consueuit quæri quare sacramenta fuerunt instituta. satis n. poterat Dominus sine ipsis saluti humani generis prouidere.respon.tribus de causis fuerunt instituta.Primò propter humilitatem, vt dum homo se insensibilibus, & inferioribus rebus propter Deum reuerenter subijcit,vt ex hac obedientia maiora apud Dominum mereatur: argumen.j. de maior. & obedient.solitæ. respon.1.§.1. Secundò propter eruditionem,vt per illud quod foris in specie visibili cernitur,erudiamur ad virtutem sacramentorum inuisibilem agnoscendam.1.quæstio.1.multę.& c.multi.Tertiò propter exercitationem.cum enim homo ociosus esse non debeat,proponitur ei in sacramentis vtilis & salubris exercitatio, per quam vanam & noxiam ociositatem declinet,immunda vel vana nõ cogitet,vel loquatur,sed se ad bonam operationem exerceat:quia fides sine operibus mortua est.suprà titu.1.capitu.vnico §.quia verè Christus.ver.inter scapulas.ergo secundum Hiero. facito aliquid operis, vt te diabolus inueniat occupatum.de conse.dist.5.nunquã. nam ocium & voluptas,arma sunt antiqui hostis,ad miseras animas captiuandas.s.de renun. nisi cum pridem.§. verum.versus:

Ocia si tollas,periere Cupidinis arcus.
Et iterum:
Quæritur Aegysthus quare sit factus adulter?
In promptu causa est,desidiosus erat.

9 Quis possit conferre. † Minores minora, sicut,Sacerdotes baptismum,& præcedentia.s.de sacra vnct.§.quia verò Christus.vers. per frontis.ibi,vnde cum cæteras vnctiones,&c.Item extremam vnctionem.suprà eod.§.1.Item matrimonium dando etiam benedictionem.j. de secun.nupt.capi.1.& 4.Item pœnitentiam & eucharistiam,quæ potest exercere sacerdos,etiam sine altaris ministerio.j.de corpore vitia.capit.significauit & de clerico debili. mi.cap.2.de conse.dist.4 constat.16.q.1.adiicimus.& de his.j.de offic.archiepisc.capi.2.maiores verò,id est, Episcopi & superiores maiora, sicut sacramentum confirmationis & ordinis conferunt:vt not.s.tit.1.§.à quo & qualiter.versi.vlti.

10 Quis recipere. Sacramentum † baptismi quilibet recipere potest, & debet.quod dic vt not.j. de bap.§. quis baptizari. cætera vero non nisi Christianus recipere potest.qđ dic vt not.j.de presby.non baptis.§.quid sit de ordinibus,excepto matrimonio,quod nõ solum apud Latinos & Græcos, sed etiam apud fideles & infideles existit. j. de transact.c. vlti.§ 1.38 q.1.§.1. & per totum. inter infideles enim matrimonium verum est,non tamen est ratum.quod dic vt not. j.de diuor.§.quot modis.ver vlti.

Et qualiter conferatur. Iuxta morem ecclesiasticum, quem Apostolica sedes obseruat.s.titu.1.§.quia vero Christus.& §.vlti.j.de heret.ad abolendam.resp.1.q si aliud incautè sit omissum,cautè supplendum erit suo tempore.j eod.capi.1. & fin.& s. titu.1.respon.j. vt ecce, cũ presbyter ordinatur,tam ordinans quàm astãtes presbyteri debent ei manum imponere.23. distin.presbyter. Si verò diaconus ordinetur,non astantes presbyteri, sed solus ordinans manum imponit.23 distinctio.diaconus.pone ergo,quod omissa est manus impositio, cæteris omnibus ritè & canonicè peractis,nunquid est ordinatus?Sic.sed tamen executionem nõ habet,quousque manus impositio quæ omissa fuerat,fit suppleta: verum cautè supplenda est. verbi gratia, proximo tempore quando Pontifex alios ordinabit, veniet defectum patiens vnà cum aliis;non in apparatu solenni,sed stabit quasi ministrans Episcopo, nec erit intentio Episcopi vt super eum orationes iam dictas iteret. sed quando veniet ad locum, vbi facienda fuisset manus impositio, tunc apponat quanto cautius poterit, ne er-

ror à circunſtantibus cognoſcatur: ſed ſi per ſaltum promotus ſit, vel alius magnus error interuenerit, in quo de facili diligens cautela in publico adhiberi nequeat, conſulo, ꝙ in capella ſua priuatim ordines celebret, & ſic ſecreto diligenter ac ſolenniter ſuppleat quod omiſit. 52. diſtinctione, ſolicitudo. ſic intelligę infra eodem, paſtoralis. & capit. presbyter. argumen. ſupra de vſu pal. niſi ſpecialis. 43. diſtinctio. mandatis. 23. quæſtio. 2. Dominus. 22. quæſt. 2. vtilem ff. de nouationibus. doli. in fi. infra, quod metus cauſa. capitu. 1. per hæc iura cauta ſimulatio approbatur: ſecus de ficta, ſicut hypocriſis, & quæ ſine cauſa fit. infra, de reg. vt cler. infrà, de celebra. miſ. de homine. quæ autem ſunt de ſubſtantia, quæ de ſolennitate, & quæ de honeſtate, & in quo caſu iteretur ordo, vel ſuppleatur, dic vt not. ſupra, titu. 1. §. à quo, & qualiter. verſi. patet. Sed qualiter intelligitur ꝙ aſtantes presbyteri debent manum imponere presbytero ordinando, vide not. ſuprà. nunquid omnes præſentes hoc facere debent. ita videtur, quia indiſtinctè loquitur capitu. 23. diſtinctio. presbyter. ſed dic, quòd duo ſufficiunt. argu. ſupra, de tempo. ordina. ſi archiepiſcopus. & capitu. ſequen. 76. diſtinctio. §. porrò. ſed nunquid ſubdiaconus manus impoſitionem recipit? Dicunt quòd non. 23. diſt. ſubdiaconus Sed contra, infra eodem, capi. 1. reſpondent, quòd ibi manus impoſitio pro benedictione ponitur. Eſt autem multiplex manus impoſitio. Confirmatoria: de conſecra. diſtinctio. 5. manus impoſitio. Ordinatoria: & hæc ſpecialis in presbyteris & diaconis, vt not. ſupra eod. §. in princip. & eſt generalis, reſpectu omnium clericorum. 33. diſt. quando generalis. Curatoria: vnde Dominus in Euangelio, Super ęgros manus imponent, & bene habebunt. de hac ſupra, titu. 1. §. 1. Benedictoria: & ſic accipitur in ſubdiacono. 1. quæſt. 1. manus. ſupra, de ætat. & qualita. cum contingat. Conſecratoria: & hæc locum habet in dignitate Epiſcopali. 23. diſtin. Epiſcopus. Item in dignitate ſeculari, vt in regibus. 75. diſtinct. ordinationes. ſupra titu. 1. §. 2. & 3. Item in religione, vt in ſanctimonialibus. 20. quæſt. 4. virgines. videtur tamen hæc benedictoria. ſupra, de tempo. ordi. capitu. 1. ſed ibi ponitur Benedicere pro Conſecrare. Expulſoria: vt cum pœnitentes extra eccleſiam mittuntur. 50. diſtinct. in capite. & capitu. pœnitentes. Inſtitutoria: vt inueſtitura corporalis. 16. quæſt. 2. ſanè. Exſufflatoria. 23. diſtinctio. exorciſta. Reconciliatoria. 26. quęſt. 6. qui recedunt. 11. quæſt. 3. cum aliquis. hæc conſiſtit in excommunicatis, vt in proximo allega. capit. 1. de ſentent. excommu. cum deſideres. ad fin. & capi. à nobis. §. penultimo. in hæreticis. 1. quæſt. 1. Arrianos. infra, de hæreticis. excommunicamus. 2 §. damnati. Poteſt tamen non abſurdè dici, quòd hodie ſubdiaconus impoſitionem recipit, ſicut diaconus, & canon antiquus loquitur iuxta ſtatum eccleſiæ primitiuæ, quando ordo ſubdiaconatus ſacer non erat, ſed hodie eſt. ſupra, de ætat. & qualita. à multis. infra, de ſeruis non ordinan. miramur.

11 Et quę ſunt iteranda,† & quę non.

Reſpon. ſecundum omnes, hæc tria, Baptiſmus, Ordo & Confirmatio nunquam debent iterari. vnde ver.

Fons, ordo, chriſma non, cætera ſunt iteranda.

De duobus primis, Auguſt. 1. quæ. 1. ſacramenta. & capit. manus. De tertio, de conſecra. diſtinct. 5. de homine & capitu. de his. & capi. dictum eſt vobis. reliqua verò quatuor ſacramenta quidam dicunt poſſe iterari nam de pœnitentia, matrimonio, & euchariſtia indubitanter verum eſt. cum videamus ipſa quotidie iterari. De matrimonio habes 32. quæſtio. 1. aperiant. & capit. ſequentibus. De euchariſtia, de conſecra. diſtinct. 2. quotidie. & c. ſi non frequentius. De pœnitentia non ſolenni. j. de pœnitent. omnis. non ſolenni ideo dixi, quia ſolennis pœnitentia non iteratur. eſt enim ſacramentalis. 50. diſtinct. in capite. & c. ſequenti. & ideo non reiterabilis 50. diſtinctio. quamuis. de pœniten diſt. 3. quamuis 28 diſtinctio. presbyter. 86. diſtinct. ſi quis Epiſcopus. 30. diſtinct. presbyter. niſi contraria conſuetudo alicubi vigeat. de pœnitent. diſtinct. 3. §. ex perſona. vnde in Eccleſiaſtico, Non iteres verbum in oratione tua. Idem de extrema vnctione: cum enim ſit medicina animæ non corporis, videtur quòd adueniente morte apponi poſſit, & debeat medicina, vt innuitur in authoritate Iacobi, Infirmatur quis in vobis, & c. argumen. 45. diſtinct. illud. & argumen. infra, de offic. archipresbyt. capitu. 2. Quidam tamen dicunt, quòd nec iſta quatuor iterantur. nam in ſecundo coniugio benedictio non repetitur, quæ ſacramentalis eſt. infra, de ſecundis nupt. capitu. 1. & 4 nec eadem hoſtia iterum conſecratur, ſed alia ſumitur. Idem de oleo benedicto. quia illud quod primò fuit impoſitum, ſecundo non ponitur, ſed aliud. Sed dicet quis ſic, Nec baptiſmus iteratur, ſi ſecundo detur, dum eadē aqua iterum non benedicatur. Reſpondent aliud eſt de benedictione aquæ, in qua fit baptiſmus: aliud de benedictione panis & olei. poteſt enim baptiſmus celebrari in aqua nō benedicta, quia illa benedictio fit tantum pro reuerentia & decore, non virtute ſacramenti: ſed corpus Chriſti non poteſt confici, niſi de pane conſecrato: nec vnctio fieri, niſi de oleo ab Epiſcopo ſanctificato, ideoq; illa ſanctificatio ad virtutem ſacramenti pertinere videtur. in coniugio autem tantum ſemel benedicitur quiſq;, alioquin pęna imponitur ſacerdoti, vt dixi. Vel dic quòd iteratio eſt, quantum ad ſuſceptionem, & non quantum ad ſanctificationē. Mouetur ex eo, quòd canon dicit ſimpliciter, ſacramenta non eſſe iteranda: & ideo videtur eis, quòd hoc ſimpliciter ſit intelligendum. 19. diſtinct. ſi Romanorum. infrà, de offic. delega. venerabili. §. penultim. & fin. infra, de priuilegijs. quia circa. ne fiat iniuria ſacramento: vt infra ſequitur. Sed ſine dubio non ſemper eſt, vt apparet in his quæ notan. ſupra de vſu pallij. §. & quo loco. Sed quare eſt prohibita ſacramentorum iteratio? Quia non eſt facienda iniuria ſacramento. de conſecra. diſtinctio. 4. oſtenditur. 1. quæſtio. 1. quòd quidam. Sed quid eſt facere iniuriam ſacramento? Reſpond. animæ infigitur quædam imago precioſa ſiue pictura, ſcilicet character ſpiritualis. vnde ſicut ſi aliquis vellet ponere imaginem ſuper aliquam imaginem, ſiue picturam ſuper picturam, id eſt, ſuperpingere, pictura obſcuraretur interior, vt hic. vel dic, quòd facit iniuriam ſacramento, id eſt, illi qui contulit ſacramentum, quaſi non ritè contulerit. ad hoc de conſecr. diſtinctio. 2. capitu. fina. & not. quòd multum diſplicet pictori vel fabro cuilibet, ſi quis opus ſuum verbo vel facto deteſtetur, & pro bono habet, ſi commendetur. hac etiam ratione prohibetur iterari benedictio nuptialis, ſed de hoc dic vt not. infra, de ſecun. nupt. §. an licitum ſit. verſicu. vel dic quod illicitè. & ſequentibus. Item eccleſia ſi corruit, iterum conſecranda eſt. de conſecratio. diſtinctio. 1. de fabrica vel ſi comburatur pro maiori parte. vt ead. diſtinctio. eccleſijs. Sin autem motum fuerit altare, vel ſanguine ſit pollutum, dic vt infrà, de conſecrat. eccleſ. vel alta. in ſumma. & capitu. aqua benedicta. Et generaliter non iteratur aliquod ſacramentum, niſi illud, de quo expreſſum inuenitur: ſed hoc verum eſt, ſi certum ſit de receptione ſacramenti. aliàs in dubio iterari poteſt, quia non videtur iteratum quod neſcitur eſſe præſtitum. infrà, de presbyt. non bapti. veniens. de conſecratio. diſtinct. 1. ſolennitas. infrà, de cleri. per ſal. pro cap. vnico. infrà, de bapt. de quibus.

12 Quid operetur † ſacramentum.

Collige ſ. titu. 1. § quia verò Chriſtus. de conſecra. diſtinct. 5. capitu. 1. & per totum. & not. quòd qui inuitus recipit ſacramentum, etiam characterem non recipit: infrà, de bapt maiores. §. vltim. ideo non cogitur quis præciſè ordines recipere. ſ. de ætate & qualitate. quæris. Et ſciendum, quòd quamuis hæreticus, vel degradatus corpora ſepeliat, miſſam celebret, tamen propter hæc corpora exhumanda, veſtimenta benedicenda, altaria conſecranda iterum non ſunt: infrà eodem, capitu. 2. Effectus etiam ſacramentorum is eſt, vt talia ſint accipientibus, quali corde, & conſcientia accipiuntur. 1. quæſt. 1. § ecce. cum Dominus declarauit. ideo ſunt malis ad iudicium. de conſecratio. diſtinctio. 2. & ſancta malis, & non pœnitentibus ſacramenta dari non debent, vt 95. diſtinctio. illud. quod intelligo de peccatis manifeſtis. nam propter occulta non poſſunt alicui ſacramenta negari, niſi per admonitionem ſecretam, vel publicè in genere factam. de conſecratio. diſtinctio. 2. non prohibeat. de hoc not. ſuprà, de ætate & qualitate. §. ordo. verſi. quid ſi clericus petit ordinari, & ſequentibus. Sacramenta verò in ſe ſancta ſunt, nec per peccatorem quantuncunque pollutum coinquinari poſſunt. infrà, de cohabita. cler. & muli. veſtra. In ſumma notandum eſt, quòd pœna iterantis ſecundum leges, eſt vltimum ſupplicium. C. ne ſanctum baptiſ. iter. l. 2. ſed & ei qui ſanctitatem baptiſmi geminat, pœna depoſitionis imponitur, tanquam indigno ſacerdotio. C. eodem titu. l. 1. Illi autem qui ſponte fuerint iterum baptizati, vel conditionaliter coacti, promoueri non poſſunt. & idem intelligo, ſi ignoranter, & poſtea cum ſciuerint, ratum habeant. Item ſi ab hæreticis ſcienter. 50. diſtinctio. confirmandum. 1. quæſtio. 1. ventum. in fin. & quæſtio. 7. qui in qualibet. & capitu. conuenientibus. In habitu tamen clericali debent iſti viuere: & ſic retinebunt priuilegium clericale. 80 diſtinctio. dictum. de conſecrat. diſtinctio 5. dictum. qui autem ignoranter ſunt baptizati, ſicut frequenter fit de infantibus, vel coacti, abſolutè poſſunt promoueri, ſecundum quoſdam de iure, ſecundum alios, quod tutius eſt, de diſpenſatione Epiſcopi. prima quæſtio 4. placuit. de vtriſque habetur de conſecratio. diſtinctio. 4. eos quos contradicit tamen vehementer de conſecrat. diſtinction. 4. qui bis. vbi dicitur, quòd ſi ignoranter eſt aliquis baptizatus, non indiget pœnitentia, ſed tamen eſt irregularis, & promoueri non poteſt. Sed illud dictum fuit olim in odium baptizantium, vel de magno rigore, vel ignorantia iuris, quæ non excuſat in talibus, & quod dictum eſt de rebaptizato, intelligas de reordinato, & de reconfirmato. arg 68. diſt. c. 1. de conſecra. diſt. 5. dictum.

DE FILIIS

DE FILIIS PRESBYTERORVM. Rub.

SVMMARIA.

1 *Presbyteri filius quis dicatur.*
2 *Spurius quis dicatur.*
3 *Nothus quis dicatur.*
4 *Manser quis sit.*
5 *Filij presbyterorum qui prohibeantur ordinari.*
6 *Natus de damnato coitu, postea si pater ducat matrem in uxorem, nunquid talis poterit promoueri.*
7 *Dispensatio circa spurios, & alios quæ sit.*
8 *Dispensare circa prædictos quis possit.*
9 *Beneficia quæ sunt, quæ intelliguntur curam animarum habere.*

VItium originis, de quo legitur lvi. distin. per totum, impedimentum præstat ordinandis. ideo post tractatum Ordinandorum, & præficiendorum, de quo in superioribus præmisimus, de filiis presbyterorum ordinãdis, vel non, uideamus, dicentes, Quis dicatur filius presbyteri, Qui filij presbyterorum prohibeatur ordinari: Quę est causa prohibitionis: Quæ dispensatio circa eos adhibeatur: Quis posset dispensare.

1 Quis dicatur filius † presbyteri.[a] [2] Is qui susceptus est de legitimis nuptiis, & talis nõ prohibet ordinari: qđ dic ut no. j. c. §. seq. Item & is qui ꝯfitetur se filium fore, quãuis de illegitimo coitu: s. de elect. innotuit. habetur ei fides contra se. ff. de interrog. actio. de ætate. §. 1. sic pōt intelligi quod habes j. eod. Michael. scilicet, ꝙ intelligatur susceptus de legitimis nuptijs, quia filius is est quẽ nuptiæ demonstrãt. ff. de his q̃ sui iuris sunt. filiũ. probatur ergo filius etiam illegitimus, si hoc ꝯfitetur. sic intellige j. eodẽ, c. 2 Quid ergo si neget se filiũ sacerdotis, quamuis enim mater de facili probari possit. ff. de in ius uocan. quia semper. impossibile tamen est probare patrem in hoc casu per testes: ideo dicit lex, quod hæc conditio est impossibilis, scilicet, si probaueris te filium talis. ff. de condit. & dem. Lucius. dic si potest probare negans, quòd mater sua habebat virum legitimum, cum quo morabatur tempore conceptionis, probat se legitimum per l. filium. superius allegatam. uel probatur filius ex affectu. j. de præsump. afferte. 2. q. 6. ad Romanam. C de inoffic. test. si mater. & stabitur his coniecturis, donec probetur cõtrarium. C. de probatio. non nudis. & de nupt si vicinis. C. de testamentis l. nō professio. & de heredibus instituend. si pater. ff. de inofficioso testamento si instituta. §. 1. Si uerò constet, quod cum sacerdote morabatur, eius filius præsumitur: infra, qui filii sint legitimi. causam quæ. 1 in dubio uerò, si infamia laboret nimia, poterit se purgare. sic intellige intrà, de purgatione canonica. c accedens. filiatio ergo paterna illegitima de facili nõ probatur, licet certa indicia admittãtur, si per legitimos testes cõprobentur. sic potest intelligi infra, qui filij sint legitimi. transmissæ. ad finem. in his enim in quibus certa probatio haberi non potest, ut in furtis & similibus, indicia probabilia, & præsumptiones violentæ sufficiant. C. de rei uẽdicatio. indicia. C. de quęstio, milites ff. de re mili. non omnes. § à Barbaris. quod dic, ut nota. infra, de pręsumptio in summa. sic etiam non præsumitur matrimoniũ, nisi probetur. xxx. q. 5. aliter. sic nec filius legitimus, nisi probetur parentibus viuentibus, secus quinquennio elapso post mortem: quod dicut not. infra, qui filij sint legitimi. §. qualiter probetur filiatio. & de consanguini. §. & unde dicatur. Filius
2 uerò presbyteri illegitimus, spurius † dici potest, quia spurius is
b est [b] qui vulgò quæsitus est in scorto, qui nequit patrem ostendere, uel etiam ostendit, sed uerecũdum. ff. de stat. homi uulgò. Instit. de nuptiis. § si uerò aduersus. naturalis uerò est de concubina natus, infra, de probatio. per tuas. cuius filiatio per confessionẽ parentum probatur: infra de probationib. per tuas. Con-
3 sueuit autem dici, quòd natus de adulterio, nothus † dicitur, qui uidetur verus, & non est verus: sic dictus à nota, id est infamia, quę multum affligit hominẽ, sicut dicitur notha febris quarta na, quæ multũ affligit: secus, si antiqua sit, & merito sperni possit. ff. de re iudi. quidam. & tamen non est peccatum illius q̃ nascitur, sed qui generat. lvi. di. nasci. sed quia de graui peccato natus est, fama suggillatur. xxxii. quæst. vii. qui in omnibus. Manser
4 † uerò propriè dicitur, de scorto natus. Spurius de concubina: sic dictus à spurcitia incontinentiæ, secundum hoc quilibet illegitimus spurius est, quia quãuis cõcubinatus per legem antiquã admittatur. ff. de concu. in concubinatu. in fin. argument. xxxiiii. dist. capitu. 1. & 2. hodie tamen talis coitus omnino reprobatur, et per leges q̃ monent oẽs castè uiuere, & punit lenones castitatis pestiferos vastatores. in auth. de leno. respō. 1. & §. sancimus. col. 2. & quibus modis nat. effi. leg §. illud quoq;. col. vi & si etiã hæc lex concederet, cum hic vertatur periculũ animæ, nõ dedignaretur sacros canones imitari, j. de secũd. nup. c. fi. & uide qđ not. infrà, qui filii sint legitimi.

5 Qui filij presbyterorum † prohibeantur ordinari. Respō. Latini, & in sacerdotio geniti. j. eod. literas. secus in Græcis. j. de cleric. coniug. olim. sed Latini circa sacros ordines de legitimo matrimonio suscepti, licitè promouentur ad quoscunque ordines, nisi aliud impediat, & etiam præficiuntur in ecclesiis in quibus patres eorum prælati sunt, uel fuerunt. infra eodem, ad hæc sed filii legitimi, id est, naturales non in sacerdotio, imo dum laici erant, geniti, & maximè spurii, id est, in sacerdotio geniti, canonici in ecclesiis patrum suorum esse non possent. sic intellige infrà eodem, cum decorem. & capitu. ad abolendam. & est ratio, quia si legitimus filius mecũ sit in ecclesia, & mecum ministrat, non est periculum conscientiæ, si matrimonium, de quo eum suscepi, memoriæ mandem, cum bonũ sit. xxxi. distinctio. Nicæna. sed illegitimum uidere non possem de facili, quin fornicationem uel incestũ memoriæ commendarem: & posset de facili fieri, quod delectationem præteritam recordarer: & sic conscientia forte læderetur, unde celebrando in ordine meo ædificarem ad gehennam supra de scruti. c. unico. infra. de restit. spoli. literas. § si uerò. infra, de præscriptio c. fin. infra, de cohab. cleri. & muli c fin. Nec obst. quòd possum egisse pœnitentiã, quia nihilominus utraque conscientia pungi potest, cum & multi erroneam habeant. infra, de simonia. per tuas. 2. C. de fide instru. l. sina. Ex hoc pater, quòd patribus mortuis, ibidem poterunt filii promoueri, quo ad canonias, quæ simplices sunt. & ideo capit. allegata, cùm decorem, & ad abolendam. quę loquuntur de illegitimis, scilicet naturalibus, & maximè spuriis, non dixerunt in quibus fuerint canonici patres, sed in quibus sunt. capi. uerò, ad hæc. dicit, sunt uel fuerunt, qa loquitur de filio legitimo In hoc eodem concordat frater Raymund. tamẽ uerbum maximè, positum infrà eodem, ad abolendam. exponit, id est, tantum, quod non placet domino Goffred. quia spurij nedum in paternis ecclesiis, sed nec in aliis de iure canonicari possũt. unde decr. illa de summis Pontificibus susceptis ex sacerdotibus, quæ ponuntur. lvi. distinctio. in princip. intelligenda sunt, quando suscepti fuerunt à patribus in laicali habitu constitutis, uel in minoribus ordinibus: secus, si post sacros. xxxi. distinctio. ante triennium. xxxii. distinctio. placuit. & capitul. seriatim. in fi. lxvii. distinctio. Episcopus. inde est, quod si pater promotus fuerit vxore uouẽte, secundum decret. 1. de conuer. coniug. cum sis prędictus. & duobus cap. sequentibus. & postmodum cognoscat uxorem, & prolem suscipiat: quamuis talis proles de legitimo matrimonio suscepta sit, tamen illegitima censetur, nec promoueri potest sine dispensatione: infrà eodem, literas. Cum ergo dicat frater Raymũd. quòd tantũ in spurij prohibentur in ecclesiis, in quibus sunt patres eorum canonici: innuit. quòd in aliis possunt canonicari. quod falsum est. secundum Goffred ideo dixit Goffred. qđ in illa ecclesia, in qua preest pater legitimus, uel præfuit, non potest filius nisi simplex beneficium obtinere. infra eodem, ad hęc canonicatum autem habere non potest, & si legitimus sit, sed spurius, maximè prohibetur. infrà eodem, ad abolendam. & sic maximè, ibi positum tenetur comparatiuè. Ali dicunt, quòd c. ad hæc, corrigitur per c. ad abolendã. asserunt etiam, ꝙ illegitimus fiat canonicus cum patre suo in canonica regulari. arg. à cõtrario sensu illius c. ad abolendam. & 56. dist. c. 1. & j. eo. c. 1. sed quod dicit infrà eodẽ, ad abolendã. in secularibus ecclesiis, subaudi, maximè, propter rationẽ quam reddidi suprà, in opinione mea. uacat enim ibi argu. à contrario sensu, sicut & infrà. de testamentis, ad hæc. & capitul. requisisti § si uerò. C. de episcop. & cleri. conuenticulam. Si bene consideraueris, opinio mea soluit contraria tam iurium, quàm doctorum: nam secundum me maximè dictum comparatiuè ponitur, siue sumitur. & in hoc Goffred. satisfacit, non tamen respectu legitimorum. & sic cum frater Raym. in intellectu, quem habet super decret. ad hęc. conuenio & cõcordo, scilicet quòd legitimus filius potest præfici in ecclesia, in qua pater suus præest, uel præfuit: non tamẽ in illo iure unde si fuit Episcopus, immediate post ipsum non erit Episcopus. Item si Decanus uel Præpositus, nõ succedet immediatè in decanatu, uel præpositura, quia non debent ecclesiastica iure hereditario possideri. viii. quæst. 1. Apostolica. sic potest intelligi infrà eodem, præsentiũ, & capitul. ꝯquerẽte. c. veniens. ex trãsmissa,

ADDITIONES.

a Quis dicatur filius presbyteri. ¶ Adde Io. and. in addi. Spec. tit. de fil. ps. byt. idem in tit. qui fil. sint leg.
b Spurius is est. Adde do. in c. esuluit. de ser. nõ ord. Do. in c. nisi cũ pridẽ. i §. spurius. de renun. Bar. in l. generaliter. in §. cùm aũt. C. de institu. & substit.

missa.constitutus.quoniam.ad extirpandas.& c. Michael. Quinimò si pater habuit personatum, filius ipsum immediatè habere non potest.infrà eodem.quoniam. Item si pater habuit vicariā non habebit ipsam immediatè filius, infrà eodem, ad extirpandas.sed si pater habuit personatum filius immediatè uicariā habere non potest.uel econtra, ȷ. eodem.constitutus. & capit. Michael.& est ratio:quia perpetuus vicarius curā habet: ȷ.de offi. vica.c.fin.unde non potest habere duas.ȷ de offic. uica. pro inde as. suprà, de rescript. postulasti.& quasi ius habens in ecclesia. ȷ. de fide instrum.G.perpetuus vicarius. amoueri non potest sine causa.ȷ.de offic.vicar.ad hæc.sicut est emphyteuta, & qui nō ad modicum tempus conducit, ius habet in re.ff.si ager uectig. l. 1. & fin.ff.de superfi.l.1.§.quòd ait.secundum Goff. Quinimo alia ratio est fortior, quia sicut filius succedit patri, & eadem persona intelligitur cum ipso.C.de impuber.& aliis sub.l.fi.in fi.ff. de lib.& posthu.in suis. sic & vicarius quandoque, siue intitulatus clericus.argum.ȷ.de iure patro.postulasti.& licet vnus sit persona; & alter vicarius, tamen eandem curam habere intelliguntur in solidum, quia una est cura unius ecclesiæ incorporalis & indiuisibilis xxiiii.q.1.loquitur.ff.de operis libert. libertus. in fi. ff.de seruitu.viæ.inf.de iure patrona.cap.1.& 2.ideo eandem curam immediatè post patrem habere non potest. sed media psona purgat vitium:ȷ.eodem, ex transmissa: quia veritas personarum delet vitium successionis præsumptæ: suprà, de elect.uenerabilem.§.penult in fin.1.quæst.1.citò.2 quæst.1.in primis.ff.de hæredi.uel actio.uen. venditor.Illud tamen non nocet, si nomine filii, uel tanquam conductitius in ecclesia ministrauit.infrà eodem, constitutus. Sed nūquid hęc prohibitio extenditur ad nepotes? Videtur quòd sic: quia nomine filiorum, [a] nepotes cōtinentur.ff de uerborum significatione. liberorum. ff. de in ius voc.sed si hac lege.§.liberos.ff.ad Macedo. filium.sed dic ubi de pœna agitur, significatio restringitur. nam senator non potest ducere filiam illius qui artem ludibriosam exercuit, neptem uerò potest, ut ff.de ritu nup.l.lege.§. hoc capite.argumen. lvi.distinct.dominus.secundum Goffred.sed contrà, ff.de ritu nupt. l.senatusconsulto.ubi de simili odio agitur.nā ut ibi dicit, senatusconsulto cautum est, ne tutor pupillā suam filio suo nuptui collocet & ibi filij nomine nepos continetur. ad idem Institut. de nupt.§.fratris.ubi hoc traditur pro regula, quod cuius filiam habere non licet, eius neque neptem.ad idem ff.de uerborum significatione.l.iusta potest dici, qđ patre viuente potest nepos immediatè poni in ecclesia, quam auus tenuit ut in primis concordat patre verò mortuo, non potest, ut in contrariis: ratio, quia in primo casu cessat causa prohibitionis: nam si iure successionis haberetur, non nepos, sed pater auo succederet. in secundo uerò nepos tanquam proximior admittitur.C.de suis & legi.hæredi.auth.in successione. hoc de nepotibus per rectam lineam descendētibus: secus, de collateralibus.nam nepos tanquā proximior admittitur.ut C.de suis & legi.hæredi.authenti.in successione.nepos auunculo succedit.ut patet ȷ. de offi.dele. ex parte.1.& ȷ.de arbit.non sine.& iunge quod not infrà eodem, quis possit, uersi.secunda uerò prohibitio, & sequentibus. Quid si filius succedit patri dispensatiuè, uel de facto, nunquid frater suus immediatè post ipsum potest habere eandem ecclesiam? & certè nō uidetur de mente iuris, ꝙ talis persona intermedia purget vitium, imò potius uidetur probare, quòd successio in ecclesia Dei locum habeat, ut suprà, de elect.uenerabilem.§. penult.hoc vbi de facto habuit filius post patrem sine dispensatione: sed si dispensatiuè fuisset promotus, tunc uidetur, quod frater ei succedere possit.argument in superioribus.& ȷ.e.§ quis possit dispensare, uersi.secunda uerò prohibitio est.

6 Quid si quis natus† sit

b de damnato coitu, postea pater ducit matrem [b] in uxorem, nunquid talis filius promoueri potest de iure communi? Dicas qđ sic, si tempore conceptionis talis erat mater, quæ haberi poterat in uxorem, etiam si post natiuitatem alter parentū alii nupserit, quo mortuo, parentes matrimonialiter sunt coniuncti: quia matrimonium subsequens legitimat prolē, quò ad omnes actus legitimos.infrà eodem, qui filii sint legiti.tanta.in authent. quibus mod. natura.effic. legiti. circa princip. collat. vi. excipiunt quidam dignitatē Episcopalem, sicut frater Raym.ad quam talis sine dispensatione papæ non poterit promoueri: argumen. suprà, de elec.innotuit.ubi hoc argui poterat in antiqua.sed hodie non habemus, argum.ad idem suprà, de electio. cùm in cūctis. cùm enim talis de legitimo matrimonio natus non fuerit, quamuis postea subsequatur matrimonium, non videtur concilio, quod natiuitatem respicit, satisfactum: sed & si contrarium dicatur, non displicet, ne fauor matrimonij restringatur, secundum Goffred. quod admitto, infrà, qui fi. sint legi. ex tenore. & qui matrim.accu.poss.uidetur.in fine.

Quæ est causa prohibitionis? Et dico quòd est triplex. Prima dignitas & excellentia ordinis clericalis, quæ turpibus & infamibus cōmitti non debet.infrà, de excess.præl.inter dilectos. C. de dignit. neque famosis.lib.xij.C.de infa.l.unica.lib.11.propter quam dignitatē lex diuina prohibuit spurios, & huiusmodi turpes personas, vsque in decimam generationem ecclesiam Dei intrare. infrà, qui filij sint legitimi. per uenerabilem.§ final. quamuis enim non sit hic nota delicti, est tamen nota defectus:infrà, de purgat.ca non. accedens. & tales etiam ex incontinentia parentum quasi maculati & dehonestati intelliguntur, sicut dehonestatur maritus ex incontinentia vxoris.xxiiii.distinction.si cuius.xlii quæst. 1.in coniugio.& sicut dehonestatur quis ex contractu meretricis, qui tamen contractus computatur inter opera charitatis:infrà, de sponsa.inter opera.& ex contractu ancillæ. xxxiiii. distinction.si quis viduam fama enim promouendi in nullo uacillare debet.xxxiiii.distinctione.laici. & ex talibus saltem de facto ecclesiæ infamantur: infrà, de obli.ad ratio.capit. vnico. ad fin. & ideo quia vituperari potest, præcaueri debet.ȷ.ti.1.c 1 ad honores tamen seculares tales admittuntur.ff de decu. spurii. & l.generaliter.§.spurios.Sed uidetur, quòd magnus sit honor nasci de prosapia sacerdotali.ȷ.de maio.& obe.solitę.§ potuisses. sed ibi loquitur de legitimo. Secunda causa est detestatio criminis paterni, quod plerunque detestamur in filios. & punimus temporaliter, sicut in crimine læsæ maiestatis. C. ad legem Iuliam maiest.si quis cum militibus. vi. quæstion.1.§. uerum.& in hæresi.infrà, de hære. vergentis. sic & est hic ratio, quia magis puniuntur parentes in filiis, quam in semetipsis. ff. quod metus causa. isti quidem.quòd autem filius pro delicto patris temporaliter puniatur, casuale est.generaliter enim contrarium obtinet.ff.de decurionibus.l.2.§.nullum. ff. de pœnis. crimen. C. ne filius pro patre. in rubro & in nigro. quia culpa suos debet tenere authores, & c.C.de pœnis.sancimus. infra. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. quæsiuit. ideo etiam dixi, Temporaliter, quia spiritualiter filius bonus non portabit iniquitatem patris: neq; bonitas filij parentis malitiam excusabit. lvi. distinc. nunquam. Tertia causa est timor paternæ incontinentiæ. ȷ.e.literas.& capit. fina.iuxta illud:

Sæpe solet filius similis esse patri.

argument.xxiiij. distinctio. quando generaliter. lxi. distinct. sigens.2.q.vij.capit.penultim.& ult.præsumptum est enim, quosdā peruersos fore, qui fuerunt nationis peruersæ. ff. de ædil. edict.& redhibitoria actione.quod si nolit.§.qui mancipia.6.q.1.quæ crimen.56.dist.legant.

7 Quæ dispensatio circa eos adhibeat. Magna, secūdū quosdam, ut si transeant ad religionem, [c] promoueri possunt.infrà eodem, cap.1.quod non admitto, quia statuitur ius commune dicas ergo, quod adhibetur magna, scilicet, ut in seculo promoueantur.ȷ.eod.literas.Maior ut ad sacros in ecclesiis parochialibus dignitatibus & personatibus uel inferioribus promoueant: ȷ.e.c.pen. & vt Maxima, ut promoueantur ad dignitatem Episcopalem. 56.di dist. Cænomanensem. ȷ.de cor.uiti.c.2. & adde qđ no.ȷ. eo.§.seq. ver.uel dic quod minima, & seq.

8 Quis possit dispensare.† Dicūt quidā, ꝙ in magna & maiori, episcopi.ȷ. e. ueniens. Damasus ꝰ, quia si hoc verū esset, non concederetur eis speciali priuilegio: ȷ.e.ex tua.& certè hodie planū est, ꝙ no.ȷ.e.c.pen. & fi.et legatus: ut ibi.ergo dicas, ꝙ solus Papa dispensat in maiori & maxima cū filio sacerdotis, in seculo manēte: sed in maiori pōt dispēsare episcopus, qa nō inuenio phibitū, imò potius cōcessum arg.de ordinibus:ȷ.eod. veniens.& cap.proposuit.& quia quod de uno prohibetur, de alio conceditur.xxv.distinc.qualis.inf. de præsumpt.nonne.ff.de iudic.cum prætor.& de simplici beneficio.argum.ȷ.eod.cum decorem.& ca.ad abolendam. nec obstat ȷ.eod.literas.quia quamuis Papa ibi dispenset, propter hoc nō videtur aliis adimere, quia si hæc voluisset, prohibuisset, sicut in maiori: ȷ.eodem capitu.fin.vel expone, quod ibi dicit, permittimus: id est, permissum esse ostendimus.sic inf.de iureiu. cap.& si Christus.in fine.de donat.cap.2.in fine.argum.ȷ.de cler.coniug. Ioan.& de biga. super eo. potest & illud dici, quòd in maiori possit

ADDITIONES.

a Nomine filiorū. ¶ Adde gl.in cle.1.de baptis. Io. And.& Ant.de butr.in c. ad extirpādas.de fil.presbyt. Io.and.in c.statutum.de hære.li. 6.in nouella. Bar.in l.alimē.ff.de ali.leg.Lu.cons.438.inci.in casu psentis cōsultationis.

b Pater ducit matrem. ¶ Adde Car. Ale.in c.tanta.q fil.sint legit. Io. Zoc. in rep.c.per uenerabilem.e.tit.

c Si transeant ad religionem. ¶ Adde Car.Zab.in c.fi.in a.q.de fil. presbyt. Et an tales legitimentur per ingressum religionis, uide p Guil. de Cun.in l.1.C.de sacros.eccl.& ib.Bal.in Lect.Lu.Ro.in l.necessariis.ff.de acq. hære.& ibi dicit hoc dictū didicisse à quoda Cathalano peritissimo. idē Lu. in auth.similiter.in 7.priuileg.C.ad leg.Falc.

possit episcopus [a] dispensare ex causa argumen. j. eo. ex tua. ubi respondet ad consultationem. & non obstat j. eo. cap. penultim. & vltim. quia intelliguntur de dispensatione indiscreta. ad quod facit, quod notat. s. de ætat. & qualitate §. ætas. Sed & si transit ad religionem, credo quòd si necessitas exigit, prælatus cum eo etiã in maiori poterit dispensare. nec obstat j. eod. capit. 1. vbi dicit, prælationes vero nullatenus habeant: quia illud verum est de iure communi. nam in capitu. 1. ius commune statuitur, vt supra dixi. & quòd possint prælati cum eis dispensare, adduco tibi iura aurea, licet alij pro contra adducant infra, de apostat. ex literarum. in authent. de monach. in princip. collat. 1. infra de penis. in quibusdam, ad finem. Et hic notandum, quòd licet episcopus sine causa magna, secundum Ioan. vel etiam ex magna causa, secũdum Tanc. non possit dispensare in maiori, si tamen ordinauerit, tenetur ei beneficium assignare. infra, eod. veniens. & cap. proposuit. & si dedit ecclesiam scienter, nõ potest eum authoritate propria spoliare: quia non potest venire contra factum suum. infra, de cler. coniug. diuersis. ad finem. Et illud videtur, quòd episcopus non possit dispensare, vt filius succedat in iure eodem patri suo. infra eod. veniens. quia est contra Apostolum, j. eo. ex transmissa. in fin. 8. q. 1. Apostolica: & contra Apostolum dispensare non potest. infra de bigam. super eo. & sine dispensatione ad minores ordines promouetur. infra eod. capitu. 1. quod dic, ut notatur infra, eodem. versicu. secunda. Vel dic, quòd minima circa eos dispẽsatio adhibetur, scilicet vbi ad minores ordines, & simplicia beneficia promoueantur, hic dispensat episcopus cum filio præsbyteri, in seculo permanẽte ex prærogatiua meritorum. ad hoc l. distinctio. capitu. finali. Magna, vt ad sacros ordines promoueantur. hic, si transeat ad religionem, dispensat episcopus ex prærogatiua meritorum: uel dic, ꝙ canon dispensat ipso iure. j. eodem. ca. 1. Maior, vt ad ecclesiam parochialem promoueatur. hic, si transit ad religionem, dispensat episcopus ex necessitate: non tamen decret. vt s. dixi. Maxima, ut in seculo ad episcopalẽ dignitatem [b] promoueatur, & hic solus Papa dispẽsat: quia hoc regulare est, ut in talibus nullus inferior dispenset, ut notatur supra, de æta & qual. §. ordo. Antiqui tamẽ, qui dixerunt, quòd magna dispensatio est, vt ordinetur in ecclesijs alijs à patronis. argu. à contrario sensu. j. eod. præsentium. Maior, vt in paternis: media tamen interueniente persona. j. eod. ex transmissa. Maxima, ut in paternis admittantur immediatè. Hæc distinctio non placuit Goffred. propter membrum medium, quia decret. ex transmissa non loquitur de dispensatione, sed de iure cõmuni. ut probaui s. eod. versicu. & illud. & §. qui filij. & ver. si bene consideraueris. unum tamen nota, secundum ipsum, quod duæ prohibitiones sunt in hoc tractatu. Prima de filijs illegitimis non promouẽdis: hic aliquando per ingressum religionis dispensatur, aliquando per hominem, & cum his qui in seculo remanent circa ordines, & maiora beneficia. j. eod. veniens. & cap. ex transmissa. nam ex quo princeps hoc ad manum suam non retinet, videtur alijs permisisse. j. de sententia excomm. nuper. sed hodie in dignitatibus, personatibus & beneficijs curam animarum habẽtibus, nullus dispensat, nisi Papa j. eod. cap. fin. multo minus in episcopatu. Secunda uero prohibitio est, quòd filij etiam legitimi non assumantur ad illa beneficia, quæ immediatè habuerunt patres eorum. circa quod frater Raymundus scripsit, quod episcopi & archiepiscopi dispensare possunt j. eod. ex tua: in qua respõdet ad consultationem. loquitur ergo de iure communi. Goffred. hoc probat, quia non agitur ibi de dispensatione facienda, uel non facienda: sed an facta debeat reuocari. & dicitur quòd nõ, & iustè. nam beneficium debet esse mansurum. in authent. constitutio quæ de digni §. illud quoque. collat. 6. nec semel facta remissio reuocatur. 23. quæstio. 4. si illic. quia Deus multiplicat & cumulat suæ liberalitatis dona, nec reuocat. de penit. distinctio. 1. quantumlibet. & quod legitime factum est, pœnam non meretur. C. de adult. Gracchus. infra, de restitut. spolia. audita. §. licet. dic ergo, quòd in hoc casu etiam legato dispensare non licet. j. eod. dilectus. nec mireris, quia talis dispensatio esset contra Apostolũ. 8. quæstio. 1. Apostolicam. secundum Goffredum. Si vis tenere opinionem fratris Raymundi, dic quòd duo quæruntur in decret. j. eodem ex tua. Primum, utrum episcopi dispensare possint. & respondetur quòd sic: & durat à principio vsque ad vers. quidam ad iudices. Secundum, utrum hi, qui tenent alia beneficia, debeant remoueri? & respondetur distinguendo, vtrum cum talibus dispensandum sit, & tunc non remouentur: & durat vsque ad versicul. alios vero. Sed quod dicit, respondemus, quòd si per priores literas, expones, id est per priores literas vel subaudi maximè, quasi dicat, si tuo iure dispensasti: quòd si dispensatum non est, remouendi sunt, & hoc est, alios uero clericos, &c. sine authoritate, id est sine dispensatione. nec obstat infra, eo. dilectus. quia intelligi potest, & Virgil. illegitimus erat: nec contradicit decret. ex tua quæ intelligitur in legitimis filiis. nec obst. ca. Apost. uel alia similia, quæ prohibent successionem hæreditariam in ecclesia Dei locum non habere, quia locum habent, quando non de gratia, sed de iure suo hoc petit, & sine authoritate episcopi uult possessionem habere, & ingredi libellum corrigendo, tanquam ambitiosus & improbus qđ omnino prohibetur, ut ar. j. de instit. c. 3. & j. eo constit. j. de cler. pereg. ca. fi. & de iure patro. relatũ. & sic manifeste loquitur ca. Apost. unde dicit ualeat vendicare, aut postulare præsumat: ꝙ si quis improbus, aut ambitiosus reus, &c. q. d. de illis loquor, qui seipsos offerunt, & solo animo hæreditatẽ spiritualẽ adire uolũt, ac si tpalis esset. ff. de acquir. hær. pro hærede. quod non licet. j. de iure pat. cõsuluit. & c. per vestras. secus ergo de illo, cum quo prælatus ex proprio motu dispensat: talis enim non debet succedere, cũ non petat, sed potius refugiat, imo dẽt vocari à Deo tanquã Aaron. 8. q. 1. in scripturis, satis puto, ꝙ ex necessitate possit in tali casu episcopus dispensare. potest igitur ipsum ex causa admittere, si vult, alioqui repellere. j. eo. ex transmissa. Quid si sacerdos generat filium de uxore legitima, [c] puta contraxit aliquis cum aliqua, in minoribus ordinibus, qui demum promotus in sacerdotem cognouit eandem, & sic genuit filium, nunquid filius erit legitimus? frater Ray. dixit, ꝙ sic, tum fauore prolis, tũ quia culpa parentum non debet nocere filiis. ar. 28. dist. diaconi. 27. q. 2. multorum. Goff. contra. j eod. literas. nec obstat ꝙ de legitimo matrimonio susceptus est, quia coitus illicitus fuit, quia professionem & continentiam annexam ordini violauit. 29. dist. diaconus. 84. dist. cum in præterito. Culpa etiam parentum reddit filios illegitimos. j. de cland. desp. cum inhibitio. §. si quis vero. & § pari modo. tamen cum tali benignius agendum est, q̃ cum alio, & facilius dispẽsandum. Dic si ignorante, vel inuita vxore promotus fuit, vera est sententia fratris Ray. 27. di. si vir. j. de conuer. coniug. quidam & c. placet. si ipsa consentiente, vera est sententia Goff. 77. distin. episcopus. & 32. dist. seriatim. in fine. 28. distin. quia sunt culpæ. idem videtur, si ea sciente, & non contradicente. arg. 54. dist. si seruus sciente. 27. q. 1. Agathosa. an autem solus consensus mulieris tacitus, uel expressus sufficiat, an requiratur vt immutet habitum, dic ut no. j. de conuer. coniu. Quid si dispensetur cum aliquo illegitimo, vt ad ordines valeat promoueri? videtur de minoribus tantum concessum. argumẽ. 34. dist. lector. ff. de legat. 3. nummis. sed contra. ff. de const. prin. l. fin. j. de dona. cũ dilectus. 11. quæst. 1. duo. dic priuilegium restringendum, cum odiosum sit. arg. ff. de libe. & posth. cum quidã. inf. de consang. ꝙ dilectio, secundum Goff. s. de transl. episcopi. c. fi. ad fi. Quid si dispẽsetur cum tali, vt ad omnes ordines, & ad omnia beneficia promoueri posit, nunquid in dignitatibus & prelaturis dispensatum videt? Dicas non eadẽ ratione, qua dixi in proxima q. superiori. nã & si cũ aliquo dispensetur in vno, nõ intelligitur in alio dispẽsatũ. 12. dist. nos consuetudinẽ. quidã tamen dicunt, ꝙ ubi per priuilegiũ nullum fit præiudiciũ alteri, uel modicum, latè interpretatur: sed tamen interpretatio non excedit metas iurisdictionis interpretantis. ff. de iurisd. omnium iudicũ. l. vlt. vbi vero fit enorme præiudicium, est interpretatio restringenda. j. de priuileg. porro. & c. recepimus. secundũ Goff. arg. pro primo membro. inf. de deci. ad audientiam. inf. de uer. sig. olim. ar pro secundo, inf. de decim. suggestum. inf. de ver. sig. quid per nouale. Quid si cũ tali dispẽsatum sit, quo ad ordines & beneficiũ, nũquid potest habere canonicatum, uel parochialẽ ecclesiã? nõ, si ab episcopo vel archiepiscopo dispensatio facta fuit. inf. e. c. vlt. Si verò à Papa, intelligit dispensatum etiam in præbenda. inf. de prebẽ. pro illorum. s. de ætat. & qualit. accepimus. § fi. & in ecclesia parochiali non tñ collegiata. inf. de præben c. fin. secundum Goff. Itẽ queritur, cũ epi dispensent circa ætatẽ & ordines. s. de ætat. & qualit. indecorũ. & c. præterea. Item cum filiis sacerdotũ. inf. e. veniens. Itẽ cũ corpore vitiatis. infrà, de corpo. vitiatis. de presbyt. Item cum adulteris & aliis criminosis. inf. de iud. at si cleri. quare non dispẽsant cum defectum patientibus. Respondeo, quia crimina per patientiam abolentur, irregularitas vero non tollitur: vt notatur infrà, de biga. Item irregularitas proueniens ex delicto ex accidẽti est, sed proueniens ex vitio originis, naturalis est. ad hoc Insti. de iure nat. gen. & ciuil. §. sed naturalia. secundum Goffr. oppositio in adiecto. Item quæritur, quæ beneficia † intelligantur habere curam animarum? resp. illa quibus inest corrigere, inquirere, reformare, præcipere, interdicere, suspendere, excommunicare, absoluere. argum. s. de elect. dudum 2. §. tandem. inf. de offic. ord. c. 1. & 3.

ADDITIONES.

a In maiori possit episcopus. ¶ Adde Do. in ca. at si clerici. in §. de adul. j. de indic. doc. in capit. dilectus. de tempo. or. Spe. titu. de dispensa. in §. nunc de episcoporum.

b Ad Episcopalem dignitatem. ¶ Adde c. dilectus. & c. fi. extra e. & in c. 1. eo. tit. li. 6. gl. in c. sicut. de exces. præl. Spe. in ti. de off. leg. §. nunc ostendendum.

c De uxore legitima. ¶ Adde do. in c. tanta. qui fil. sint leg. Io. Zoc. in repe. c. per uenerabilem, eo. tit.

i. & 3. & c. conquerente. i. j. de maio. & obedien. his quæ. nã hæc medicinalium sunt animarum. 2. q. 1. multi. 11. q. 3. cum aliquis. x. q. 1. relatum. & capitu. sequent. infr. de pœnitent. & remiss. capitu. omnis. §. sacerdos. Vtrum autem legitimati [a] ad actus ecclesiasticos, uideantur legitimati ad seculares: dic ut notatur j. qui filij sint legit. §. qualiter, & à quo. ver. Io. dicit & sequen. & versi. illud solet quæri. Circa hoc notandum, quod beneficiorum aliud summum per excellentiam, puta episcopatus, hic non dispẽsat, nisi summus Pontifex, qui & summus dicitur per excellentiã & plenitudinem potestatis. infra. de cõces. præben. proposuit, & de statu mon. cum ad monasterium. ad fin. ideoque summus Pontifex per excellentiam, summæ vrbis per excellentiam. infra, de voto & vo. redem. magnæ. resp. 1. ad fin. j. de pœn. significauit. Insti. de iure natur. §. 3. in summo beneficio per excellentiam solus dispensat. vt s. de ætat. & qualit. §. ordo. aliud duplex: sicut sunt omnia citra episcopatum vsque ad infima: & hic cadit dispensatio episcopi, & rationabilis, & necessaria, ut apparet in his quæ notatur s. de ætat. & qual. §. ætas. versic. dico igitur. & præcedentibus. Aliud simplex, puta canonia, uel aliud curam animarum non habens, quod appello infimum, & hic cadit dispẽsatio epis. opi uoluntaria, & rationabilis. secundum distinctionem inferiorem. ar. s. de elc. si alicuius, nam dispensationum alia uoluntaria. hanc solus princeps facere potest in duplicibus beneficiis & summis. Institu. de iur. nat. §. sed quod principi. 9 q. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem. Alia rationabilis non necessaria, puta quando fit propter prærogatiuam meritorum, & hanc solus princeps in duplicibus exercet. j. de præben. de multa. in fi. & episcopus in simplicibus. vt notatur s. eod. ver. vel dic. Alia rationabilis & necessaria, & hanc episcopus in duplicibus exercere potest. vt notatur s. eo. vers. aliud duplex. & uide quod notatur j. de præben. §. cui conferenda sit. versicu. sed nunquid pueris. Veruntamen non omitto, quod quamuis Papa sine causa dispensare possit de plenitudine potestatis, pro eo quod non habet superiorem in hoc mundo, nec est qui corrigat uel emendet, attamen cum homo sit, peccare potest, & à dominorum domino & Pontifice, omnium Põtifice, si sine pœnitentia decesserit, punietur. ideo nouerit sibi terribilius iudicium, quàm aliis inferioribus imminere. 9. q. 3. aliorũ. & c. seq. arg. op. C. de iudic. rem non nouã. circa medi. l. In summa notandum, quod 18. decre. sunt in hoc tit. quarum 8. scilicet ad præsentiam. præsentium. c. & i. à & fi. de illegitimo filio intelligunt. duodecima uero loquitur de legitimo, & illegitimo intelligi possunt, quinta uero, & pen. l. continent gratiam: super eo dissensio est. cæteræ continent ius commune.

ADDITIO.

a Legitimati. ¶ Adde Ant. de Rosellis in tract. de legitimatione. & per Lud. de Sard. in tract. de legitimatione.

DE SERVIS NON ORDIN. ET EORVM manumiss. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Seruitus propriè quæ dicatur.*
2 *Libertas quid sit.*
3 *Ingenuus quis sit.*
4 *Libertinitas quid sit.*
5 *Seruus multis modis efficitur liber.*
6 *Liber qualiter efficiatur seruus.*
7 *Seruus qualiter possit ad ordines peruenire.*
8 *Manumissus ab ecclesia, & ordinatus, an possit eam deserere, & ad aliam se transferre.*
9 *Manumissio quid sit.*
10 *Manumittere quis possit.*
11 *Abbas potest manumittere seruum monasterij.*
12 *Manumissio qualiter fiat.*

Habito tractatu de impedimento originis, uideamus de impedimento conditionis. Seruilis enim conditio clericalem non capit honorem. 54. distin. admittuntur. & sic videamus de seruis non ordinãdis, & eorum manumissione, dicentes, Quid sit seruitus, Quid libertas, Quid libertinitas, Qualiter seruus fiat liber, Qualiter liber seruus fiat. Qualiter seruus ad ordines possit peruenire, Quid sit manumissio, Quis possit manumittere, Qualiter fiat manumissio.

Quid sit seruitus.

[a] Seruitus † est cõstitutio iuris gentiũ, qua quis contra naturã subiicitur dominio alieno. Insti. de iure perso. §. seruitus. 1. dist. ius gentiũ. 12. q. 2. cum redemptor. cum enim iure naturali omnes homines liberi nascerentur, non erat cognita libertas, cum seruitus esset incognita. Inst. de libertinis §. 1. de iure enim naturali omnia communia erant: sed ius gentium & regna diuisit, & seruitutes & obligationes induxit. 8. distinc. quo iure. Instit. de iure natu. gent. & ciui. in princi. §. ius gentium. Ius autem ciuile nomina obligationũ, & actiones induxit. ff. de pact. cõuẽtionũ. & l. iurisgẽtiũ. Inst. de ac. in princ. quibus actionibus persequimur in iudicio quod nobis debetur. quod dic ut not. in summa. j. de libe. obla. quandiu ergo aliquis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: sed manumissus à manu & potestate liberatur. Instit. de liber. Alij dicunt quod seruitus sumpsit initium ab ebrietate Noe. 35. dist. sexto die, in uerbo illo, Non eẽt hodie seruitus, nisi ebrietas fuisset: sed dic non esse hoc modo inductam, scilicet per maledictionẽ, & propter ebrietatem. uel quòd initium habuit seruitus ab ebrietate ex præcepto, & inspiratione diuina, sed approbatione est de iure gentium. 1. dist. ius gentium. secundum Hug. hoc probatur quia Nemroth, qui fuit oppressor hominum, fuit ante diluuiũ. dic ergo, quod primi parentes dici possunt fuisse ebrij, quando peccauerunt, quia sine mensura fuerunt, nec verum intellectum habuerunt, sicut nec ebrius habet: & si illa ebrietas nõ fuisset, nõ eẽt seruitus subsecuta, secundum fratrem Arnandum. Seruus autem non sicut Grammatici aiunt, à seruio, seruis, dicitur, sed à seruo, seruas, mancipium, quia manu captum. Institu. de iure perso. §. seruitus.

Quid sit libertas.

[b] Libertas † est naturalis potestas eius quod cuique facere licet, nisi quod vi, scilicet seruitutis, aut iure, scilicet ciuili, prohibetur: Inst. de iure pers. §. & libertas. Libertas autẽ & ingenuitas aliquãdo promiscuè appellatur, & libero & ingenuo aliquando promiscuè vtimur. † Et est ingenuus, [c] qui statim ut natus est, liber est. Inst. de ingenuis, in principio. Partus autem quantum ad cõditionẽ scilicet utrum sit liber, uel seruus, ventrem sequitur: id est, si mater serua erat, seruus dicitur: si libera aliquo tempore, dum prægnans erat, ingenuus iudicatur partus, ut in proxima allegata. l. & ff. de statu homin. & seruorum. §. 1. j. eod. c. fin. Potest autem esse ingenuus, & spurius, vt quia vulgo conceptus. Insti. de ingenuis, circa principium. & potest esse ingenuus legitimus, ut quia de legitimo matrimonio, & libera matre. & potest esse spurius, seu legitimus, & seruus, s. quia de ancilla cũ matrimonio, uel sine matrimonio. Ingenuus & spurius nõ promouetur: quod dic, vt notatur s. tit. 1. in summa. Ingenuus & legitimus promouetur, quicunque sit pater. j. eo. cap. fi. nam inter seruos, seu inter liberum & seruum potest esse matrimonium. ut in summa. j. de cõiug. seruorũ. c. 1. illegitimus & seruus duabus rationibus prohibetur. Est quarta species, scilicet seruus illegitimus, & talis potest promoueri secundum determinationem inferiorem, quam habes j. eo. §. qualiter seruus possit ad ordines peruenire. nec obstat 32. q. 4. liberi. ubi innuit quod natus ex matrimonio sequitur deteriorem partem, expone, id est, debiliorem, scilicet fœminam. sic j. de cland. desp. c. j. vel verius dic, quod illud loquitur secundum legem Lombardam, quæ hoc statuit. sed certe Romana dicit, quòd natus de matrimonio patrem sequitur, & non matrem. ff. de statu hominũ legitimæ. Solutio. Illud verum est quantum ad honores. C. de decu. eos. indulserunt. & l. nullus. & l. exemplo. lib. x. ff. de statu homi. libertas. & in tantum hoc verum est quod sufficit filium cõceptum fore ex decurione, ad hoc ut cõditionem patris sequatur: quamuis ante natiuitatem pater decurio esse desierit. ff. de decur. l. 2. §. in filiis. in quibus autem sequatur patrem, colligẽ ff. de pœnis, moris. ff. de decur. l. 2. C. de decu. l. decurionem. & l. decurionum filii. aliàs partus sequitur matrem. C. de rei vendi. partum. ff. de statu hom. l. lex naturæ. in auth. constitutio, quæ ex ad scriptitiis. §. 1. col. 5. j. de natis ex libero vẽ. c. unico. sed ingenuitas aliquando ponitur pro libertate. j. eo. ca. 1. ubi exponitur.

Quid libertinitas.

Et quidẽ libertinitas † seu libertas est quasi media ĩter ingenuitatem & seruitutẽ. Dicitur enim libertinus qui ex iusta seruitute manumissus est. Sunt ergo tria genera hoĩum, liberi siue ingenui, his contrarij serui: medij inter ipsos libertini, qui desierũt esse serui. ff. de iustitia & iure: l. manumissiones. Inst. de libertinis. in prin. resp. 1. & §. horũ multæ sunt species, ut not. s. e. §. prox. ver. potest autem esse ingenuus. & seq. sic secundũ ius canonicum tria sunt genera hominũ. ut not. s. in Proœmio §. vnde habuit originem, versicu. fina. sed & Christus mediator est Dei & hominum.

Qualiter

ADDITIONES.

a Quid sit seruitus. ¶ Adde l. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. libertas. §. 1. ff. de sta. ho.

b Quid sit libertas. ¶ Adde c. eodem libentius. extra eo. gl. in c. nullus. eo. tit. l. libertas. ff. de sta. ho.

c Et est ingenuus. ¶ Adde insti. de inge. in §. 1. l. fi. C. ad leg. Fal. de preca. gl. in c. 1. de ser. non ord. & in c. 1. de purg. cano. Et an ingenuitas sit dignitas. vide per Card. Zab. in c. 1. in 1. no. de ser. non ord.

5 Qualiter seruus† fiat liber? Multis modis. Aut enim ex sacris constitutionibus in sacro, scilicet ecclesijs, sub aspectu populi & antistitis, qualicunque scriptura, vice actorũ interueniente, manumittitur quis. C. de his qui in ecc. ma. l. 1. & 2. aut vindicta. id est, causa cognita coram prætore. Institu. qui, & ex quibus causis ma. non poss. §. iuste. sic dicta à iudice seruo quodam Vireliorum, qui primo sic fuit manumissus. ff. de origine iuris. l. 2. §. initium vel secundum Boetium, vindicta erat virga prætoris, qua mittendus ter percutiebatur à prætore, dicente, Aio te liberum. C. si aduersus. libert. l. 2. s'm Azo. ex hac forte processit forma absolutionis canonicæ, quæ cum virgis fit, & verbis alijs consuetis. j. de sen. exc. à nobis. 2 §. penul. & in fi. dicit absoluens, Authoritate qua fungor absoluo te, absolutionem & remissionem, &c. vel dic vindicta li. propter vindictam, quam fecerunt de nece quondã D. sui. C. pro quib. causis ser. pro præm. accip. liber. l. 2. ff. qui sine manu. ad liber. perue. l. qui ob necem. est tamen contra arg. C. de iure liber. in ipsa rubrica. & l. penu. Aut inter amicos, in quo casu quinque testes requiruntur. C. de Latina libe. l. vnica. §. sancimus. & §. sed & si quis. Aut per testamentum, super quo vide inf. eod. §. quis possit manumittere. Aut per quamlibet aliam vltimam voluntatem, puta per codicillos, aut testamentum minus solenne, quod valet inter parentes & filios. C. de testa. hac consultissima, §. ex imperfecto. quod expone per legem C. famil. erciscun. l. fin. Sed & multis alijs modis. Instit. de liber. §. multis. C. pro quibus causis serui pro præmio acci. liber. l. 1. & 2. per totũ. C. cõia de manumiss. l. fi. in auth. de mona. §. 2. coll. 1. & in alijs diuersis ꝯstitutionibus & iuribus, quæ diligens lector per se colligere põt, & vide j. e. §. qualiter seruus possit ad ordi. versi. cum seruis. & sequent.

6 Qualiter liber† seruus fiat. Et quidẽ serui aut nascuntur de ancilla, aut fiũt iure gentiũ: puta quia in iusto bello capiunt̃. qd̃ dic, vt notatur. j. de treug. & pace. §. quid sit iustum bellum. Aut iure ciuili, cum maior 20. annis ad preciũ participandũ passus est se venundari: & hæc probantur Insti. de iure perso. §. serui aũt. in quo sex requirunt̃. Primũ, ꝙ sit maior 20. ann. C. de lib. causa. si ministerium. Secundũ, vt eius animi sit, ꝙ precium participet. C. de liber. causa non ideo. Tertiũ, ꝙ in veritate participet. ff. qui. ad lib. procla. non li. l. 1. Quartum, ꝙ emptor credat ipsum seruũ. ff. de liberali causa. liberis. § si quis sciens. Quintum, vt is qui venditur, sciat conditionem suam. ff. quibus ad liber. procla. non licet. qui se. Sextum, ꝙ venditor sciat ipsum esse liberũ. ff. qui. ad liber. procla. non li. l. 4. Si aliquod istorum deficiat, iure cõi, in ingenuitatẽ prouocat, alias non, ẽt si manumittat̃. ff. de statu hom. liber. ff. de liber. causa. si pariter. nisi reddat precium, quod tñ dominus inuitus non recipiet, licet aliqui contradicant. ff. si quis ingen. se esse dixe. l. 2. respon. 1. C. quando li. ab emptio. disce. l. 1. Sed nunquid minor 25. annis restituetur? Non, quia non est mutanda tanta solennitas, & quia cũm status rei mutatus sit, non est locus restitutioni. ff. de mino. si ex causa. §. Papinianus. ff. de in integrum restitutio. diuus. Sed nunquid parentes, vel affines possint implorare officium iudicis, vel rei vendicationẽ, adiecta causa de iure Quiritium, vt notatur inf. de conuer. infidelium cum ad eorum ignominiam referatur. ff. de liberali causa. l. 1. 2. & 3. ff. de cap. dim. tu-telas. §. si libertate. nec obstant ll. contrariæ proxi. inductæ. quia ibi non mutauerat adhuc statum suum, sed mutare volebat. est tamen argumen. contra, inf. de arbit. cũ tempore. & de dona. inter dilectos. vbi clerici, vel religiosi non possunt se subijcere alijs in præiudicium sui superioris. Sed quæ est ratio diuersitatis, cum prælatus non possit vendere clericum, pater tamen potest filiũ [a] vendere? C. de patr. l. qui fil. distra. l. 1. Puto, quòd bonum obedientiæ, & quia subiectio spiritualis fortior est, quam carnalis. sup. de translat. episc. inter corporalia. & argu. sup. de consuetud. cap. fi. inde est, quòd quamuis laici possint consentire in iudicem non suũ, sine consensu sui superioris. ff. de iud. l. 1. & 2. non tamen clerici. inf. de foro compe. significasti. Sed nunquid naturali vinculo est filius ligatus patri, quod immutabile permanet. Institu de iure naturali. §. sed naturalia. dicas, quòd quantumcunque mutetur status, semper filius remanet: & sic hoc naturale vinculum non mutatur. Item nunquid etiam subiectio temporalis potestatis à Deo est. inf. de cẽsib. omnis anima. sic & spiritualis semper fortior est, vt dictũ est supra. Manumissus etiã propter causas ingratitudinis, per quas donatio reuocatur, de quib. dixi j. de donat. §. qualiter reuocetur. & in seruitutem redigitur, in authentica, vt liber. de cætero. §. illud. collat. 6. & habes quædam exempla, infrà eodem, de famulis. & c. nullus. 12. quæ. 2. episcopos. §. libertus. & seq. quod dicvt in seq. §. in distin. proxima.

7 Qualiter seruus† possit ad ordines peruenire. Et quidẽ nullus nisi manumittatur. 54. distinct. ca. 1. 2. & 3. inf. eod. consuluit. Huius autem prohibitionis duplex est ratio: vna, vtilitas serui lis, & dignitas clericalis. 54. distinct. admittuntur. Alia ne contingat vituperari, quod debuit præcaueri. inf. eo. c. j. nam si sine manumissione eos ordinari contingat, in seruitutem frequentius reuocantur. ideo dixit, Frequentius, quia nec semper hoc contingit. vnde distinguẽ. Cum seruus ad ordines ecclesiasticos promouet̃ aut sciente domino, aut ignorante, vel contradicente. Si sciẽte, & non contradicente, liber & ingenuus fit, ad quoscunque ordines fuerit promotus. 54. dist. si seruus sciente. Si vero domino ignorante, [b] & præsentatore, & ordinatore ignorantibus fuerit promotus ad minores ordines, domino restituendus est, & in seruitutem pristinam redigendus. sic intellige, 54. dist. nulli. in fine. c. ex antiquis. in fine. j. eo. de seruorum. in fine. & idem in subdiaconis secundum Da. Et dixi bene, Secundum ius antiquum, vt appa ret in fin. c. ex antiquis. quod intelligendum est secundum statũ primitiuæ ecclesiæ, secundum quem subdiaconatus non erat sacer ordo: sed hodie secus. supra de ætat. & quali. à multis. ideo Da. reprobatur. inf. quia si in diaconum promotus sit, potest redimere se pręstando domino seruum æquiualentem sibi, alioqui deponitur, & domino redditur: vt in c. ex antiquis. ibi diaconus uerò, aut vicarium præstet, &c. subdiaconus enim hodie eodem priuilegio gaudet. j. eo. miramur. Quòd si in presbyterũ promotus sit, peculio tñ mulctabitur, si habet, vt in d. capi. ex antiquis. ante finem. ibi, ita vt si quis iam ex his presbyter, &c. si vero non habet peculium, tenetur patrono psallere in horis canonicis. 54. distinctio. frequens. in fine. sed si contumaciter hoc renuat, deponi potest. infra, eodem. nullus. in fin. quòd si paratus est psallere, sed dominus non vult eum honestè procurare, dicas quòd bonus iudex hoc arbitrabitur, considerata qualitate personarum & patrimonij modo. argum. ff. vbi pupil. edu. de. l. j. ij. 3. & 5. nec enim potest psallere, nisi haberet vitæ sustentamentum. j. q. 3. si quis præbendas. ab illo autem habere debet cui seruit. j. de præb. extirpãdæ. j. de si. cum sit Romana. Quid si dominus nihil habet: vel habet, sed sibi non sufficit? Dic quòd episcopus prouidere debet, qui ipsum minus cautè ordinauit. argumen. 93 distin. diaconi. ibi, mendicat infelix in plateis clericus. &c. post medi. Monachus autem factus intra triennium reuocatur. 54 distin. si seruus sciente. ubi uerum, etiam si legitimo probatur experimento, &c. si minor distat, longius tempus conceditur. 17 quæstio. 2. si quis incognitus. ad fin. secundum hoc intellige in authen. de monac. collat. j. Verum si ordinator, uel repręsentator defectum sciebat, & fuerit promotus ad sacros ordines, est liber. tamen is qui sciuit, tenetur dare domino duo mancipia æquiualentia. 54. dist. si seruus absente. idẽ si in quocunque ordine promotus fuerit, secundum Goff. hoc non inuenio iure cautũ: puto tñ ꝙ alia pœna canonica arbitraria puniatur. Quid si vterque, tam ordinator q̃ repræsentator soluendo sit, uel alter tñ? Dicas primò agendum contra ordinatorem, secundò contra repręsentatorem, ubi uterque sciuit, alioqui contra scientem, ut ostendit ordo supradicti c. si seruus absente. & argu. j. de præb. cum secundum. § inde est. ut tñ pœna alterius sit contentus. ff. de eo per quem fact. est. l. j. §. si plures. arg. contr. ff. de iurisdi. omnium iudic. si quis id quod. §. ultimo. & l. sequent. Quid si neuter soluendo est? dic quòd in minoribus constitutus domino redditur, presbyter peculio mulctatur, vel ad præstationem horarum canonicarum damnatur, diaconus & subdiaconus redimitur, uel redditur secundũ distinctionem superius publicatam: hoc si intra annum repetitur à tẽpore ordinationis. secundum Hug. uel à tempore scientiæ, secundum Laur. fratrem Raym. & Goff. computandum. 54. distinct. si seruus sciente. ultimum approbo, argum. sup. de supplen. negli. prælat. licet. j. de conces. præben. quia diuersitatem in fine. Licet autem manumissus ordinare possit. [c] j. eod. ca. j. & 2. tamen inter libertos ecclesiæ & priuatorum distinguendũ est. Libertus enim ecclesiæ promoueri potest, quãuis ecclesia, quæ manumisit, retineat in ea ius patronatus, quo ad hoc, ut non iniurietur ecclesiæ, nec accuset, nec testificetur in illam, alioqui in seruitutẽ reuocetur, amisso honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed necessitate temporis est adeptus inf. eodem. de famulis. 54. dist. qui ex famulis. 12. q. 2. diaconi. & c. 8. discussio. & c. episcopus qui mancipium. libertus uero priuatorũ promoueri non potest, nisi consequatur plenariam libertatem. 54. distin. c. 1. & c. quicunque. Secunda differentia est, quia propter operas non præstitas, liberti ecclesiæ rediguntur in seruitutem. 12. q. 2. diaconi. non sic in alijs libertis. C. de liber. causa. solo obsequij. Tertia differẽtia est, quia filij libertorum ecclesiæ patronæ suæ obnoxij remanent. 12. q. 2. de libertis.

ADDITIONES.

a Potest filium. ¶ Adde gl. in c. 2. de pig. & gl. in c. quod non est. de reg. iur.
b Dño ignorante. ¶ Adde Bal. in auth. iubemus. in §. seruus. C. de epi. & cler.
c Manumissus ordinare possit. ¶ Adde tex. in c. quicunque. 54. dist.

de libertis. secus in aliis. C. de liber. & eorum liber. l. j. & 2. Quarta differentia est, quia liberti ecclesiæ tenentur seruire ecclesiæ nulla opera imposita. j. eo. de famulis. 12. q. 2. diaconi. & c. liberti. secus in aliis. vt tamen distinguas, sicut distinguitur per doctores ff. de condic. indeb. si non sortem. §. libertus. ff. de ope. liber. l. j. & 2. & per totū. Quinta differentia est, quia liberti ecclesiæ ordinati bona sibi collata non possent transferre in alios. inf. eod. de famulis §. j. secus in libertis priuatorum. Instit. de succes. liber. §. sed nostra. secundum Tanc. verum secundum Goff. potest responderi ad decret. de famulis, quòd loquitur in bonis ecclesi. contemplatiuè acquisitis, alioqui contra. j. de testa. quia nos. 12. q. 3. ca 1. & 2. vel loquitur in clericis non habentibus cognatos, alioqui cōtrà. 12. q. 2. episcopus qui filios. vel loquitur in manumissis ea cōditione, vt ecclesia succedat. argum. inf. eod. eo libentius. Indistinctè approbo dictum Tanc. argu. de succes. ab intest. sancto. infrà, de pœnis. c. 2. quia summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de religi. & sump. fu. sunt personę. inf. de dolo & contu. c. 2. respon. j.

8 Sed nunquid manumissus † ab ecclesia, & ordinatus, potest eam deserere, & ad alterius ecclesiæ seruitium se transferre? dicas quòd sic, nisi tali modo, quòd non se transferat, sed in perpetuū ecclesiæ manumittenti deseruiat, fuerit manumissus. j. eod. eo libentius. Sed nunquid hoc simoniacum est. 1. q. 1. quam pio. j. de pact. c. fi. quidam dicunt, quòd sic nisi episcopus authoritatem suam interposuerit. argu. in his quæ not. inf. de transact. §. & in quibus cesset. versi. item cessat. in spiritualibus dicas contrà. quia manumissio non est res spiritualis, licet sit inæstimabilis. ff. de regu. iur. libertas. Instit. qui. & à quibus manu. li. non fi. §. penult. & vlt. vel dic, quòd & si in ordinatione hæc conditio apponatur, adhuc non est simoniaca, quia conditio apposita, scilicet horarū canonicarum, præstatio spiritualis est, sicut & ordinatio, vnde potest fieri hæc impositio, sicut de spirituali ad spirituale fit permutatio. arg. j. de rerum permu. ad quęstiones. vel vt vites omne contrarium, dicas quòd ante ordinationē est in ipsa manumissione hoc onus imponendum, & sic potest in ipsa ordinatione sine suspicione alicuius simoniæ onus iam impositum declarari. ff. de pactis. in traditionibus. s. de elect. significasti. ad finem. j. de præben. significatū. nedum igitur ecclesia, sed & priuatus hoc modo manumittere potest: & si taliter ordinatus in superbiam elatus non seruierit, potest degradari. 53. distinct. frequens. & c. quicunque. non tamen seruus fiet domini sui, sicut concedebatur in antiqua inf. eo. nullus quæ clausula hodie remota est, quia visum fuit cōpilatoribus huius voluminis absurdum fore, ut ordinatus in presbyterum, in tali casu ingratitudinis ad seruitutem laicalem debeat reuocari, propter quod notatur. s. in distin. versi. quod si in presbyterum. Quæri consueuit, quare ordinatus in diaconum domino redditur, si non redimat se, & reddatur aliena res, aliàs consecrata. 14. quæstio. vlt. comperimus. Dic quod in homine perpenditur dolus, non sic in rebus inanimatis: vel dic, quòd in homine cōsideratur consecratio interior, scilicet character spiritualis impressus in anima, qui tangi non potest. 32. quæstio 7. licitè Consecratio uero rerum inanimatarum fit tantum in superficie, & ideo à manu prophana tractari non debet, secundum Goff. argu. j. de relig. dom. ad hæc. Sed quid si dominus dicat, seruum ordinatū, ipso contradicente, vel ignorante, secundum Da. differentia est: quia si eo contradicente, indistinctè retractatur talis ordinatio. 54. dist. quis autem leges. alij dicunt, quòd idem est in ignorante & contradicente. Tu dic, quòd secūdi dicunt verum, quo ad retractationem ordinum susceptorum: sed quo ad aliud, est differentia, quia vbi eo cōdicente ordinat, non potest ordinator ignorantiam allegare. C. de rei vendi. si fundū. ergo quo ad ipsum ordinatorem indistinctè puniendū, potest differentia denotari. Sed vbi agitur causa status ipsius ordinati, si erat in possessione seruitutis, vt remittendus ad locū vnde aufugit. C. vbi cau. status. l. 2. sed si erat in possessione libertatis, in loco in quo degit, conueniēdus est. C. vbi causa status. l. 3. hic aūt an sit fugitiuus, aut nō, & an esset in possessione seruitutis, vel libertatis, qn̄ extitit ordinatus, agetur, & finietur antequam causa status initium sumat. ff. de lib. cau. liberis. §. fi. & l. igitur. §. potest. verius puto, hanc causam indistinctè agendam coram ordinatore, & assistet ei qui conuenitur syndicus ecclesiæ edit enim ad ignominiam ecclesiæ, cū clericus reuocatur ad statum seruilem. sicut cum reuocatur ad curialem. 51. dist. designata. & deponendus est, antequam reuocetur. 54. di. nulli. secundum Goff. arg. ff. de lib. cau. l. 2 & 3.

Quid sit manumissio.

† Est quidē libertatis datio. Instit. de lib. §. j. detectio. s̄m Isid. arg. ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeo §. cum quis. oportet tn̄ quòd detur ei libertas, quam prius seruus non habebat, alioqui impropriè diceretur dari. arg. j. de fide instru. inter dilectos §. cæterum. Inst. de act. § sic itaque discretis. super hoc sic consueuit opponi. Aut manumittens dat libertatē quam habet, & sic nulla ei remanet, cum non habeat nisi vnam: aut quam non habet, & hoc esse non potest. C. de dona. si filius. 1 quæstio. 7. Daybertum. Solutio. Dat quam habet. sed non potest adeò dare, quin ei remaneat. simile tibi trado de populo Romano, qui licet principi potestatem dederit condendi leges, nihilominus ipsam retinuit. de quo dic, vt notatur sup. de consti. § quis possit. versicu. item populus Romanus. vel potest dici quòd dat, quòd non habet. hoc enim etiam contingit in multis casibus. Instit. qui. alie. licet vel non §. 1. ff. de vsufruct. quod nostrum, secundū Azon. vel dic, quòd dominus serui intelligitur habere duplicē libertatem, scilicet substantiuam, id est, sui personæ inhærentē: & hāc dare non potest, ita quod ipsam in aliū transferat, licet ipsam sibi auferre possit, secundum ea quæ notantur s. eod §. qualiter liber seruus fiat. versic. 1. aliam habet potestatiuam, & hanc dare potest, arg. j. de iure patron. quod autem consulis. ad fin. vel dic, quòd cum libertas incorporalis sit, non prohibet naturalis ratio, sed consentit, quòd insolidum retineatur, & insolidum in alium transferatur, quia incorporalia talis naturæ sunt, sicut patet in cessione actionis. C. de noua. & delegationibus. l. iij. vbi eadē actio insolidum transfertur & remanet. & ff. de pecul. quis ergo casus. nunquid etiā si scientiam, quam Deus mihi dedit, in te docendo trāsfero, eandem retineo. memor sis, quòd auarus possessorem non, quærit. 23. q. 7. quod autem. vel dic, quòd libertatis datio, id est, manus & potestatis liberatio, vel id est, dimissione manus, id est, per dimissionem manus potestatis liberatio: quod idē est. & hanc expositionem probat litera Insti. de libertinis. §. j. & §. libertinorum. ibi, vna atque simplex libertas, &c.

10 ## Quis possit manumittere.

Is qui † suarum rerum administrationem habet, & 20. annos ætatis suę compleuit, inter viuos, causa cognita, apud prætorem manumittere potest. C. qui manumit. non poss. si minor. & per totum. Inst. qui, & ex quibus causis manumit. nō poss. per totum. hodie ex quo testari possunt & manumittere. in auth. vt spon. lar. §. j. col. 9. 2. q. 7. §. diffinitiua. in versi. item si sententiam cō ius. C. qui manu. non poss. in authē. sed nouo iure. item episcopus pōt manumittere seruos ecclesię bene meritos. 12 quæ. 2. si quis seruos. potest etiam alios non bene meritos. dum tn̄ det ecclesiæ in recompensationem pro vno duos eiusdem meriti & peculij. 12. quæ. 2. episcopus qui mancipium. Item causa miserationis. 12. q. 2. cum redemptor. vel illud, 11 intellige in bene meritis. Item Abbas † potest [a] manumittere seruum monasterij, sed non plene, quia non habet qui compenset. 54. distin. Abbati. & §. hac authoritate. hoc tamen intellige cum consensu episcopi & monachorum. 12. quæstio. 2. abbatibus. nisi consuetudo cōtria sit. j. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap. c. ea noscitur. Nec valet manumissio in fraudem creditoris facta. Co. quibus ad liber. proclam. non licet. l. 1. Insti. qui. ex cau. man. non poss. §. 1. Potest etiam manumittere is, qui dominus est insolidum, & is qui pro parte dominus est vt tn̄ alij domini qui non consentiunt, conseruentur indemnes, C. de com. seruo manu. l. j.

12 ## Qualiter fiat manumissio.

† Multis modis, in vltima voluntate, coram iudice, per epistolam, inter amicos. qđ dic, vt C. de man. vind. & tit. seq. ff. de manu. & ti. sequen habet ēt vndecim modos. C. de latina liber. tol. l. vna. Primus est per epistolam cum subscriptione testiū. Secundus, inter amicos, in præsentia quinque testium. Tertius, si non curauit ægrotum. Quartus, si vendidit ancillam ne prostituatur, & fiat contra. Quintus, si pileatus incedat ante cadauer domini, cum defertur ad ecclesiam. Sextus, in testamento, quamuis faciat mentionē de Latina libertate. Septimus, si statuliber manumittitur. Octauus, si lata est sententia contra illum qui seruus dicebatur, & dominus postea precium pro ipso seruo recipiat. Nonus, si ancillam in matrimonio collocauit, conscribens pro ea dotem, quod non consueuit fieri pro liberis. Decimus, si seruum filium suum appellauit, actis interuenientibus, quasi in figura iudicij. Vndecimus, si dedit seruo instrumentum, per quod ipsius seruitus probatur, & in alijs casibus quos habes, C. pro quib. cau. serui pro præm. liber. acci. per totum. Item si Iudæus Christianum emit mancipium. j. de Iudæ, c. vlt. Fit etiam manumissio die feriato, vel non feriato, iudice sedente pro tribunali, vel procedente, cū sit voluntariæ iurisdictionis: secus in contentiosa. 3. q. 3. § spacium. quod dic, vt notatur j. de offic. deleg. §. quæ delegari. post versicu. delegantur aliquando, & sequen. & de offic. legati. §. & in quo loco præced. in summa notatur, quòd hodie sublata est differētia dedititiorum, qui toto tempore vitæ suæ erant serui, & post mortem liberi: & Latinorum, qui econtra in vita erant liberi, & in morte serui: omnes enim liberti in libertate sua libertatem perpetuā consequuntur. Insti. de liber. §. libertinorum. & §. fin. C. de Latina libert. tollend. l. vna.

ADDITIO.

a Abbas potest. ¶ Adde do. in c. 2. de cond. apposi.

l.vna.Quæ hic deficiunt, in libris Inſtit. Pandectarum & Codicis plenius poteris reperire:ſed hic cauſa inſtructionis ſufficiat,cum aliis quæ not.ĩ.de coniug.ſeruor. & de natis ex libero ventre.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDInandis, vel non. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Ratiocinatio quid ſit.*
2 *Obligatus ad ratiocinia quis dicatur.*
3 *Ad ratiocinia quare quis obligetur.*
4 *Quis qualiter obligetur ad ratiocinia.*
5 *Obligatus ad ratiocinia quis impediatur.*

INter alia impedimenta,quibus aliquis ab ordinib.repellitur,connumeratur obligatio rationis reddendæ, Vel ſic.nedum obligatus ſeruili conditione arcetur ab ordinibus, quinimo & obligati ad ratiocinia.51.diſt per totum.& ſic dicamus de obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non.videndũ eſt ergo, Quid ſint ratiocinia,Quis dicatur obligatus ad ratiocinia,Quare obligetur quis,Qualiter obligatur,Quis obligatus impediatur,Et qualiter hoc impedimentum fuerit introductum.

1 Quid ſint ratiocinia?†Et eſt dicẽdum,quòd ſunt rationum redditiones, ad quas aliquis obligatur adminiſtratione reipub.vel priuatæ, quæ aliàs vocantur actionalia,ſeu rationalia,& quæ fideliter ſunt ſcribenda:cæterum ſi non fiant,aut facta non exhibeantur, puniendus eſt is, qui hoc facere debuit.ff.de tutel.& ratio.diſt.l.j.reſp j.&§.officio.& ſeq.& l.vlt.C.de cur.fur.l.vlt.§.ult.in prin.C de epiſ.audien. de creationibus.12 q.2.hoc huius placiti.

2 Quis dicatur obligatus† ad ratiocinia. Quicunq; alienam adminiſtrationẽ ſuſcepit, vt procurator ad negotia,& procurator ad litem de his ff. mandat.l.ſi remunerandi.& l.ſi procur.§.j.Item actor qui ab vniuerſitate conſtituitur ad præſentes literas tantum,& cum decreto ff. quod cuiuſque vni. nom.l j.& l.item eorũ.§. ſi decuriones. Itẽ executor, ſcilicet ſententiarum.C de execu.rei iudic. executorẽ. qui ſæuis præceptis obedire non debet, alias non ordinatur. 51. diſt.aliquantos.Item executor teſtamentorum. ĩ. de teſtam. tua nobis & c Ioannes.Item curator pupillorum,intelligas ad litem Inſt.de autho.tut.in fi.C.de in li.dan.tut,& cura.ad litem.nam pupillis tutor datur,adultis curator.Inſt quib.mod.tu.fin. in princ. & de cura.in prin.de his omnib. habes in princ.huius c.& generaliter qualitercunque adminiſtrauerit quis,vel adminiſtrat, etiã ſi ſit negotiorum geſtor, tenetur reddere rationem, & reliqua præſtare, id eſt, ea quæ penes ipſum ſunt de adminiſtratione, quam geſſit,vel eſſe potuerunt, ſed dolo vel culpa ſua impediuit ff.de tut & rat.diſtr.l.j. & ult.etiãſi indebitum receperit, reſtituere tenetur ff de procur.qui proprio.§.ut in cæteris & nihil de adminiſtratione penes eum remanere debet. ff. mandati. idemque. & l.ex mandato. reddit ergo rationem quilibet geſtor negotiorum.ff.de nego.geſt.l.2.Debent autem rationem reddere de quãtitate ſolidorum, & ſpecierum, necnon iugorum, ſiue uiri liorum ſiue centurionum,& nomina poſſeſſionum pro quibus functiones ſuſcipiunt.Quod ſi hanc formam non cuſtodierint, pœnam 10 librarũ auri patiuntur,& tormentis ſubduntur:& ſi præſes prouinciæ hoc non vindicauerit, pœnam 10. librarũ patitur. debet etiam ſcribere redditurus rationem, an pecunia ſoluta ſit, vel ſecuritas præſtita, & hęc litera contra pedagiarios & baiulos comitum,& baronum, & pontificum ponitur in authen. de collatoribus.§.iubemus.j.collat.9.

3 Quare obligetur† quis. Quia volũtariè ſe immiſcuit adminiſtrationi, ſeu geſtioni alienæ, vnde neceſſe habet exequi quod incœpit.Inſt mandati.§.mandatum. C.de act. & obl.ſicut in initio. nec enim debemus beneficijs hominũ decipi,ſed iuuari.ĩ. de cõ. c.vni.ĩ.de teſta.Ioan. & ex quo de meo ad alium aliquid peruenit,bonum & ęquum eſt,ut illud mihi reddat.ff.ſi cert.pet.ſi me & Titium.& qa aliena nullus ſcienter retinere debet.ĩ.de præſc. q̃m omne.ĩ.de teſta.filius noſter.nec alij ſolui poteſt,alioquin onus nõ remittitur,ſed augetur.ĩ. de iureiu.eam te credimus ẽt illi,cui debetur in mortali peccato ꝯſtituto,ſubtrahi non debet. ĩ. de decim.tua nobis §.verũ.ver.prætextu nequitiæ clericorũ.ergo ſecundum Auguſt nõ dimittitur peccatũ,[a] niſi reſtituatur ablatũ.14.q.6.ſi res. & ſecundũ Iuſtin.omnes ſcire debent, qđ ſuũ non eſt,hoc ad alios modis omnibus pertinere,ꝙ ſi alius hoc contrectauerit,furtum committit.C.vnde vi.cum quęrebatur. arg. s̃.de elec.dudum 3.reſpon.j.

4 Qualiter obligetur. † Recipiendo mandatum, vel immiſcendo ſe geſtioni, vel adminiſtrationi rerum alienarum, & ſic dolus, uel culpa ei imputari poteſt, vel ſi de alieno ad ipſum perueniat ex ipſa geiſtone.ut patet in his quæ notantur s̃.e. §. quis dicatur. & §.qualiter obligetur.

5 Quis obligatus † Impediatur.Et quidẽ ſiue ratiocinia publica ſint, quæ officiales curię ex adminiſtratione aliqua ad remp. pertinente geſſerunt. C.de epiſ.& cleric. officiales. ſiue priuata, de quib. poſui multa exempla s̃.eod §.quis dicatur.ſed circa hãc materiam diſtinguẽdum eſt. Quia ſi obligatus ad ratiocinia vult ꝓmoueri, & perſeuerat in officio ſecularium perſonarum,nõ miſerabiliũ, ꝓmoueri põt.21.q.3.c.j.& 2.ĩ.ne cle.vel mo c j.& 2. & c. ſed nec procurationes.Si uero perſona cuius adminiſtrationẽ gerit,ſit eccleſiaſtica,vel ſecularis,ſed miſerabilis,puta cęcus,pauper. ĩ. de cenſi licet, vel pupillus, vel vidua, qa pupillis & viduis tu eris adiutor. vt ĩ.ne cler.vel mo.c.j ver in placitis ſic tñ ut ius alterius non offendas.ĩ.de for.comp.ex tenore.in hoc caſu ꝓmoueri põt, ſi aliud canonicum non obſiſtat.86.diſtinctio.peruenit. 89. diſtinct. indicatum.16.q.j.quo monachi.& q.7. in noua. Verum ſi adminiſtratio finita ſit,& ſic non pſeuerat in officio,ſi tñ remanet obligatus ex cauſa reip.quouſq; rationem reddiderit:in quo ꝯſidera ea quæ not.s̃.eo.§.quis dicatur.ver.debent:& niſi reliqua præſtiterit,promoueri nõ debet. 51.di.pterea.C.de epiſ.& cler.officiales.obligatus enim reip. ex adminiſtratione repellitur ab honoribus.ſed ſi ex cauſa mutui,vel alia ſimili cauſa obligatus ſit,non arcet.ff.de mu.& hon.reſcripto.§ debitores. C.de epiſ.& cler.quiſquis emerſis Obligatus aũt priuatæ perſonæ aliquando prohibetur vnde ſubdiſt. qa aut in ipſa remotione mouetur ei quæſtio, vel iam mota eſt:& tunc ſi conuenitur de perfidia ſeu dolo,non promouetur ante deciſam litem.83.diſt. tantis. Daniel. 23. diſtinct. illud.infrà, de accuſ.omnipotens.C. de procu. reum.& eſt ratio quia ſi ꝯdemnaretur, infamis eſſet. ff. de his qui not. infa.furti.§. pen.ſed fama ordinandi in nullo vacillare debet. 33.diſtin.laici.& in hoc caſu loquitur,ĩ.e.c vnic.ad fin.ibi,ſi enim ante libertatem &c ideo dicit ibi,Eccleſia infamatur,quia ex ꝓmotione infamiũ dedecoratur. Verum quia poſſet conueniri in fraudem, ut impediretur eius promotio,conſulo ꝙ iudex intendat qualitatem & merita perſonarum, conſiderando vtrum is qui ſe opponit, ſit amicus vel inimicus ar.ĩ. de ſimo. ſicut nobis. & ex pionis dicta penſet.C.ſi quis impera.maled.l vnica.ĩ. de tranſact.c. final. non tamen recipiat dubium pro notorio, vel contra,ĩ de appel.conſuluit.j.s̃.de reſcript.cùm contingat.§.penu. ergo ſi habet ſuſpectum negotium;nõ tamen omnino,aſſignet tempus, intra quod is qui opponit ſe, procedat & probet qđ intendit: quo tranſacto, non audiatur. argum. ĩ. de ꝯuerſi. coniuga. ex publico. ĩ de clandeſt.deſpon.cùm inhibitio.ĩ.qui fil ſint legi.lator.C.de inge. & ma.diffamari.ff.de accuſ.cum Titia.niſi ex magna cauſa.argu. ĩ.de in integ.reſti.c.ſi ĩ de excep. paſtoralis ĩ.qui matri.accuſare poſſunt.c.fin.ff. de edendo.argentarius. Si conuenitur ex culpa,tunc poteſt promoueri, non obſtante creditoris reclamatione:quia aut abſoluetur, & tunc bene eſt:aut condemnabitur, & tunc ſaltem cedit bonis:nec aliud habuiſſet agens, etiamſi ordinatus non eſſet, quia inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris. ĩ.de reſtitutione ſpoliato.olim. ĩ.de ſolutionibus. Odoardus.quod dic,ut ibi notatur in ſumma.nec fit deterior agentis cõditio, cùm iam aduerſarius præuentus ſit, quo ad forum ĩ. de foro cõpet.propoſuiſti.quod dic, ut ibi notatur in ſumma. Aut nulla mouetur quęſtio, nec eſt mota: & tunc conſulo, ꝙ ordinator inquirat de ſtatu ordinandi, & ſi inueniat quod teneatur ex dolo,vel fraude, uel aliud impedimentum canonicum, de quibus dixi s̃. de ſcruti. §. quæ ſit forma.& de tẽporibus ordinationum.§ & qualiter.verſi.ibi præced.eum rejiciat ex officio, ſicut faceret de criminoſo quolibet,& infami. 2. q.7.alicui.6.q j. infames.ĩ.de exceptionibus.exceptionem.ff.de poſtu quos prætor. alioqui ſi nullum impedimentum reperit,ipſum poterit promouere arg.s̃.de ſcruti.c unico.ĩ.de preſum.c. fin. idem eſt, ſi onera depoſuerit,& rationem reddiderit,niſi canonicum obſiſtat.ſic intellige.ĩ.eo.c.j.ibi,Gratus epiſcopus dixit,ſi poſt depoſita onera, & c. Alanus tamen & Guil. Naſo, ſcholaris ſuus, indiſtinctè notauerunt obligatum ad ratiocinia nullatenus ordinãdum. 51. diſtin.per totum.C.de epiſc.& cler.officiales & quia hoc capit. non diſtinguit, ſed dicit quod ex ordinatione talium eccleſia infamatur,ego tamen non puto, ꝙ ad unum verbum capitaneum ſit tam ſolennis & rationabilis diſtinctio cancellanda argum. s̃. de elc.eccleſia.2.§. denique. Quid de curialibus? Si ſæua uel turpia,vel inhoneſta exercuerũt, etiam ſi ab adminiſtratione liberati ſunt,tamen impediuntur,puta milites ſunt,executores,apparitores,

ADDITIO.

a Non dimittitur peccatum. ¶ Adde cap cum tu.de uſu. & in regula peccatũ.de reg.iur.lib.6.quod intellige,ſi reſtitui poteſt,ſecundum gl in verb.reſtituere in c.ſicut dignum de homici.

tores, seu præcipientes, uel exercentes. 51. di c. 1. 2. & 3. 47. di. clericus. de consc. dist. 2. ꝓ dilectione. ergo si in causa sanguinis officium suũ exercuit, uel ministeriũ quis præstiterit tanquã index, uel aduocatus, uel ꝓcurator actoris, vel rei, vł assessor, uel apparitor, uel scriptor, siue præcipiendo, siue exequendo, siue scribendo, siue conficiendo, siue dictando, siue sui corporalem exhibendo presentiã, irregularitatẽ incurrit, nec ꝓmoueri potest. 51. di. aliquantos. & c. si quis post susceptũ. ĩ. ne cle. uel mo. c. sententiã. ĩ. de excess. prælat ex literis. § fina. & de hoc notat̃ ĩ. de postul. §. quid pertinet ad officiũ. vers. illud tamen sciendũ. Cæterũ si in ciuilibus & pecuniariis causis officiũ suũ impendunt, à ꝓmotione non excludunt̃. 61. dist. Osius. sic intellige quod dicit. inf. eod. c. 1. in princ Officiũ suum ideo dixi, quia non cuilibet clerico, nec in quolibet foro, nec ꝓ quolibet permittit̃ postulare. quod dic, ut not. ĩ de postul. Quid de obligato ex causa pignoris? Non videt̃, quod ꝓmoueri possit ante redditã rationẽ. argu. ĩ. de pig. a. significante. & c. cum ɔtra. Quid de filiis vsurariorũ? videt̃ quod non sunt ꝓmouendi. arg. in his quæ notant̃ s̃. de fil. presbyt. §. quæ est causa. uersi. tertia causa. & arg. C. de incest. nupt. humilem. quod credo verũ, si filius succedat in vitiũ: secus, si repudiet hæreditatem, & dignus sit, uel clamores patris emendet. ĩ. de vsu. tua nos. 1. q. 4. ego. Quid de illo, qui iurauit soluere ad certum tẽpus, vel scribere, uel aliud honestũ opus facere, nunquid potest ordinari tpe pẽdẽte, cũ nondũ adimpleuerit qđ iurauerit? Dicas ꝙ sic, quia si soluẽdo est, soluere põt: si nihil habet, inanis est actio, &c. ut notat̃ s̃. e. in dist. uer. si uerò conuenit ex culpa: scribere enim potest, & aliud honestũ opus facere post ordines, dummodo ꝑ hoc non impediat̃ diuinũ officiũ. 21. q. 1. clericus. uel alium subroget loco sui. C. de episc. & cle. quisquis censibus. & l. in ecclesiis. & l. ad similitudinem. secundum Goff. hoc puto verum, nisi manus personæ electa non esset. nam si iurauerit, quòd scribat in persona propria, non licebit ei subdelegare, nisi de consensu illius, cuius iurauit. arg. C. de cad. tollen. l. vnica. §. ne autem. C. de decurio. nullus qui. lib. 10. ĩ. de offic. del. c. fin. ff. de solu. inter artifices Quid si talis vult intrare religionem? Dicas idem, quia excusat ipsum zelus religionis, & afflatus Spiritus sancti. xix. quæst. 2. duæ sunt. ĩ. de regul. licet ĩ. de voto, scripturæ. monasteriũ autem tenet̃ de his quæ contulit eidem ingressus, uel quæ acquisiuit ex persona ipsius, puta per successionem hæreditatis, [a] vel alio modo. xix. quæstio. iij. si qua mulier. C. de episc. & cler. Deo nobis. §. 1. quòd si monasterium non satisfaciet, nec monachum defendit, patiet̃ missionem in possessionem bonorum eorundem. argum. ff. de capitis dimi. tutelas. §. si libertate. Inst. de acquisitione per arrogat. §. si uel monachus in monasterio faciet qđ ꝓmisit, dum tamen non impediatur obseruantia regularis, alioqui contra. C. de epis. & cler. omnes. & l. generaliter. & auth. ibi signata. sed neq; uel saltẽ faciet ꝑ aliũ quod iurauit, sicut dixi in clerico. s̃. eod. versic. quid de illo. His autẽ quæ dixi signat̃ contra. 4 dist. legem. 54. distin. quicunque. Solutio. Illa intelliguntur de perpetuò obligatis, puta seruis, curialibus, & cæteris similib. qui habent perpetuum impedimentũ: illa uerò quæ dixi, de temporalibus impedimentis. Nunquid ergo potestas, qui iurauit tenere regimen ciuitatis ꝑ annum: nunquid magister qui iurauit tenere regimen scholarium ꝑ annnum: nunquid capellanus, clericus, uel seruiens, qui iurauit ecclesiæ, uel domino seruire ꝑ annum, potest religionẽ intrare? Tales quæstiones & consimiles solutæ sunt ꝑ prædicta. Potest enim: quia nec iuramentum violat, qui illud in melius cõmutat. ĩ. de iureiurã. peruenit. secũdum Goff. puto ꝙ in his omnibus potest se obligare: sed consulo, ꝙ prius seruet, & adimpleat qđ iurauit, quã ĩtret: quia tutius est ei, quã si ad religionẽ transiret, iuramenti religione contempta, nisi ab illo cui iuramentum præstitit, posset licentiã obtinere. ĩ. de iureiu. debitores. & expressum est istud consiliũ. ĩ. de spon. commissum. xxij. q. 4. §. vlti. nec obstat ĩ. de uoto. scripturæ. nec ĩ de iureiu. peruenit. quia illa intelligo, quando promissio facta est Deo tantum. alia. verò quandò homini iuratum est. in quo casu Deus in testem induci videt̃. inf. de iureiu. & si Christus. §. Apostolus. quinimò quasi fideiussor inducitur Deus. ideo falsidicus testis tribus personis obnoxius est. inf. de cri. falsi. c. 1. quare quando homini iuratur, Deus contemnitur, ꝓximus decipitur, & ipse deierans infamatur. non est ergo mirum, si difficilius frangitur triplex funiculus, quam simplex. ĩ. de treuga & pa. c. 1. Deus etiam tanquam plenus misericordia, remittit de facili, non sic homo: vt probat̃ ĩ. quod metus causa. c. fi § fi. ĩ. de verb. signif. ex parte. & c. cum olim. nec verisimile est ipsum cùm alterius iactura velle fieri locupletiorem. argum. ff. de condict. indebi. nam hoc natura. ubi etiam tantum Deo iuratum est, non diminuitur in casibus premissis seruitium iuratum domino, sed potius cumulatur.

Et qualiter hoc impedimentum fuerit introductum, in curialibus, tres rationes sunt. Prima, quia quidam eorum sunt viles personę, & frequenter contrahunt irregularitatem ex officio suo. Secunda, quia multum molestatur ecclesia, & incommoda multa patitur, propter tales, quando reuocantur, seu repetuntur. vnde dicit. 51. di. c. præterea. ꝙ maior est tristitia de reuocato, quàm fuerit nata gratia de ascito. Tertia ratio est, quia præsumitur contra eos, ꝙ non transeunt ad clericatum voto religionis, sed vt fugiant ratiocinia dominorum suorum. 51. dist c. 1. 2. & 3. 53. di. legem. in aliis vero ratio est, quia ecclesia infamatur, id est, oneratur, cũ conueniatur, & etiam de facto aliquando pignoretur, & multa damna alia patiatur. ut infra eod. cap. vni.

ADDITIO.

a Per successionem hæreditatis. ¶ Adde gl. in auth. ingressi. C. de sac. san. eccle. Barto. in l. fi. ff. de adop. Et quid si religiosus exit monasterium, an monasterium tenetur creditoribus. vide per Barto. in l. adulterium. in §. fina. ff. de adulte.

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS, vel non. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Debilitas quid sit.*
2 *Deformitas quid sit.*
3 *Impotentia quid sit.*
4 *Maritus si inueniat clericum cum uxore, si amputet ei virilia, quid iuris.*

DE impedimento originis conditionis & obligationis ad ratiocinia, dictum est supra. Nunc dicendum est de impedimento deformitatis, seu debilitatis, q̃ scilicet impedit promouendũ, & aliquando deiicit iam promotum ab ordine. vt in hoc titulo: aliquando à beneficio, ut infra, de cleric. ægrot. Et hæc est differentia inter hos duos titulos, qa ibi quæritur, utrum debilitatus debeat amittere beneficium qđ adeptus erat: hic utrũ possit promoueri ad ordines, vel iã susceptis vti. videamus ergo, Quid sit debilitas, Quid deformitas, Quid impotentia, Et quæ impediant, & quæ non.

1 Quid sit debilitas. Debilitas † est, si habet quis membrũ, sed inefficax, puta crus, vel manum aridam, & impotentem, vel oculum cæcum, secundum Da. certè & deformitas hic potest denotari, si tamen uitium appareat. Mutilatus vero dicitur membro carens.

2 Quid sit deformitas. Deformitas † est, si habet maculam in oculo, vel si est gibbosus, uel tortus, vel si habet sex digitos in manu, vel aliquid contra naturam.

3 Quid sit impotentia. Impotentia † est si mutilat⁹ sit brachio, vel manu, vel pede, vel monocululus, & debilitas potest dici, si sit eunuchus, vel castratus. tamẽ breuiter distin. est, vtrum patiatur vitium seu defectum in magnis membris & integris. magnum intelligo in quantitate ut in brachio, vel manu. Itẽ in decore, vel in naso, vel oculo: & tunc nullo modo promouetur: sed si sacerdos sit, in cęteris officiis, excepto altaris ministerio, toleratur. Cæteris dico, in quibus potens est, ut pœnitentias dare, & talia: 16. quæst. j. adiicimus sic loquitur ĩ. de cler. ægrot. presbyterum. 15. distin. lator. & c. si Euangelica. & remouetur à beneficio, ut in dictis c. & ĩ. c. exposuisti. si tamen quis habet maculam in oculo, potest cum eo dispensari, habita distinctione inter maculam, & maculam. ĩ. eo. cùm de tua.

Et quæ impediant, & quæ non. Breuiter dic, si in paruis membris, puta vngula, uel parte digiti patiatur, aut culpa potest ei imputari, aut non si culpa ei imputari non potest, & potens sit ad frangendũ eucharistiam, nec deformitatem magnam inducat, non impeditur. ĩ. eodem. c. fina. si impotens, vel nimis deformis, impeditur. infrà de cleric. ægrot. presbyterum. si in culpa est: ut quia obtulit duellum, & sponte oblatum. suscepit, de rigore iuris deponendus est. 51. distin. si quis. si tamen non peruenitur ad effusionem sanguinis, poterit cum eo dispensari: uel etiam si peruenitur, sed tunc authoritate Papæ tantum. ĩ. eo. c. j. ĩ de cleri pug. in duel. c. j. Quid si habet sex digitos, secundum officium non impeditur, quia defectus membri uel augmentum non consideratur, sed usus impedimẽti. ff. de redhi act. Item Offilius. hæc si in mem

bris

bris apparentibus. In non apparentibus autem dic vt in sequent. ergo vt in enuncho dist. vtrum in psecutione sint sibi virilia am putata, vel eo tempore, quo iudicij animū non habebat, & tunc etiam in episcopum promoueri potest. j. eod. ex parte B. quod intelligo in persecutione, in qua nihil ei imputari potest. Quid 4 enim, si maritus † clericum cum vxore inueniat, & de membris inimicis vindictam sumat? certè imputatur presbytero. argum. s. de ætate. ad aures. & c. accepimus. & c. j. ad finem. & notatur in summa eiusdem titul. §. ordo. versic. frater Ray. & argum. j. de homic. c. fin. & argum. expressum. xxiij. q. v. placuit. in fin. Si verò affectauit, & sine causa impeditur. xxxii. dist. maritum. j. eo. ex parte B. in prin. idem si ex causa, sed iniusta: puta volebat placere Deo. j. eod. significauit. quia non ferro, sed animo castitas quæri debet. xxxiij. quæst. v. tunc saluabitur. sed si timore lepræ, non impeditur, j. eod. ex parte M. & ideo talis qui hoc affectat, tanquam homicida suiipsius punitur. lv. dist. si quis absciderit. ergo de rigore iuris, is qui etiam vt sit castus, hoc facit fieri, deponendus est, licet credat placere Deo, sed sicut ait Azo:

Displicet imprudens vnde placere putat.

Sed hoc intellige. lv. dist. si Euangelica. & cap. si quis à medicis. & cap qui partem. & c. si quis per ægritudinem. nec obstat j. eo. significauit: quia ibi gratia fit. Nec est verum, qđ dicunt rustici, quòd ubi ab hostibus sectus est, non possit celebrare, nisi testes a siccos [a] & puluerizatos gerat in bursa: quasi tūc intelligit habere omnia sua mēbra, sed non curo, utrum habeat testes siccos, vel uiriles: quia defectus illius mēbri nec deformitatē, nec debilitatem inducit. Is ergo qui sibi manus intulit, non promouetur, & promotus deiicitur. & est prima ratio, quia præsumitur, quòd in aliis omnem tyrannidem tutè exerceat, q in seipsum ausus est de sæuire. ff. de ędili. edict. cùm autem. §. excipitur. unde uersus,

Qui sibi non parcit, tibi vel mihi quomodo parcet.

ff. de bonis eorum qui mortem sibi ante sen. consci l. j. §. antepen. Secunda ratio est, quia alienum inuadit, & sic furtum facit. furtū b enim est [b] contrectatio rei alienę. inuito domino. Inst. de ob. quę ex quasi male. nasc. § j. C. unde ui. l. fin. nemo autem dominus uidetur membrorum suorum. ff. ad leg. Aquil. libero homo. § j. Tertia ratio est, quia suiipsius est homicida, & cōditioni Dei inimicus. 55. distin. si quis absciderit. & secundum Hieron. illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed uoluntas. xxxiii. q. 5. tunc saluabitur. sic placet castratus, id est castè natus, non spado. quod dicut, notatur j. de frigi. §. quæ impotentia. uersi. accidentalis. In illo igitur qui sibi membrum amputat, est causa irregularitatis seuitia, siue magnum membrum amputat, siue paruū, appareat, uel non appareat, nisi causa incisionis iusta fuerit, puta languor: est enim caro putrida resecanda. 5. q. 5. c. 1. 24. q. 3. resecandæ. Verum in aliis qui sine culpa sua ab alio, uel casu fortuito mutilantur, est causa irregularitatis, deformitas in membris apparentibus, & debilitas in apparentibus, & non apparentibus: quod totum arbitrio superioris relinquo. arg. j. eod. c. 1. & 2. & c. penul. & ult. j. de cler. ægrot. c. 1. Quid de claudo? Dicit Ioannes, quòd qui habet crus, uel latus nimis breue, & fortè latet, & qui clauum habet, uel polyposus est, id est, in naribus patitur, in redhibitione est, non sic si unum oculum habet maiorem altero, ergo nec guerzus. ff. de redhib. ac. qui clauum. sed quicquid dicat lex, claudus de consuetudine admittitur, alioqui multi repellerētur in partibus Gallicanis Sed & secundum ueterem legem repellit, Si cæcus fuerit, Si claudus, Si paruo naso, Si grando naso, Si torto naso, Si fracto pede, Si mancus, Si gibbus, Si lippus, Si albuginem habens in oculo, Si iugem scabiem, Si impetiginem habens in corpore, uel si sit ponderosus, quæ licet omnia moraliter ex ponantur, xlix. distin. cap. 1. tamen quædam ex his seruamus ad literam, quædam non, quod totum arbitrarium est, ut dixi. In summa notatur, quòd talia impedimenta inspectioni oculorum superioris subiici debēt: quia in huiusmodi, segnius irritant animū demissa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus. j. e. c. ii sicut cùm agitur finiū regundorū. C. fin. reg. l. iii. ff. finiū reg. si irruptione. sicut cùm agit de ętate. ff de mino. l. minor 25. an. ex aspect. sicut cū quærit, an aliqua sit virgo, uel corrupta. xxvii. q. 1. nec aliqua, sicut cum dubitatur, an aliqua sit pręgnans, uel non. ff. de ven. inspi. l. 1. & de hoc notatur plenius j. de proba. §. & quot sunt species. uersi. octauo fit etiam probatio.

ADDITIONES.

a Nisi testes siccos. ¶ Adde c. eunuchus. & ibi doc. lv. distin. Car. Zab. in c. ex parte. in vj. not. de cor. viti.

b Furtum enim est. ¶ Adde l. j. ff. de fur. l. fi. ff. de cond. fur. & in §. j. insti. de obl. quæ ex quasi deli. nasc. do. in c. ij. de consti. li. vj.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.

Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Bigamus quid sit.*
2 *Bigamus propriè quis dicatur.*
3 *Bigamiæ species quot sint.*
4 *Bigamus vnde dicatur.*
5 *Bigamus à susceptione ordinum quare arceatur.*
6 *Castitas maior requiritur in vxore quàm viro.*

DIximus de quibusdam irregularitatibus siue impedimētis, quæ absque peccato proueniūt: sed quia bigamia sine peccato ptrahitur: nā s'm Augustinum non damnat bigamus, nec trigamus, nec si dici potest, octogam⁹. 31. q. j. aperiāt. c. si dormierit. apponit ergo hæc rubrica de bigamis nō ordinandis. Bigamia. n. inter alias irregularitates non minima reputatur: quia secundū Apostolum, bigamus promoueri nō pōt. unde dicit, Oportet epm esse unius uxoris uirum. xxvi. di. §. 1. & §. unius uxoris. id est, non plurium, ut ibi. & notatur s. de temp. ord. §. cui. in ii. regu. Si ergo nullā habuit, non prohibetur, imò est affectuosius admittendus. xxxi. distin. ante triennium. & §. causa uerò institutionis. unde præcipitur etiam, q talis quæratur, qui uxorem non habeat. lxi. di. Chatinensis. & meritò, quia nuptiæ replent mundum, uirginitas Paradisum. xxxii. q. 1. nuptiæ. dicendum est ergo, Quid sit bigamia, Quis dicat bigamus Quot, species bigamię, Vnde dicat bigamus, Quare bigamus à promotione ordinum arceatur; Et an cum bigamo dispensetur.

1 **Quid sit bigamus.** † Et quidē est irregularitas ex defectu proueniens sacramenti. xxvi. di acutius. & apparet in his, quæ not. j. e. §. quare bigamus. Alii dicunt, q bigamia est defectus ex secundis nuptiis proueniēs sed hæc descriptio non placet, quia non est conuertibilis cum suo descripto, cum multis aliis modis, quàm ex secundis nuptiis, proueniat bigamia, sicut apparet ex sequentibus:

2 a **Quis dicatur bigamus.** [a] Propriè is qui successiuè & diuersis temporib. duas legitimas uxores habuit. xxxi. q. 1. aperiāt. qđ intelligas, si cū vtraque matrimoniū fuerit cōsummatū: alioqui contrà. j. eo. debitū. xxxiiii. dist. Valentino. largè autē & impropriè, siue interpretatiuè sumpto uocabulo, dicitur bigamus b multis modis, [b] quàm ex secundis nuptiis. unde uidendum,

3 **Quot sunt species bigamiæ.** † Et quidē duæ, s licet vera, qn videlicet quis duas vxores habuit, ut dixi s. prox. §. & probat. 26 dist. vna tantum nec repetita copula. & c. deinde. & c. acutius. Alia interpretatiua Interpretatiuè enim dicit bigamus multis modis. Primò, qui de iure cōtraxit cū vidua, vel corrupta. inf. eod. de bigamis. 32 dist. seriatim. 33 dist maritum. & dicitur uidua hic corrupta, licet uirum non habuit. ff. de uerb. sign. malum. § uidua xxxiiij. dist. curandū. & c. præcipimus nā si maritum habuerit, & maritus, antequam conueniat, moriatur, uidua non dicetur, quantum ad hoc, de quo quærit. 34. dist. uidua. c & c. vl. Sed propriè uidua est, [c] cuius maritus mortuus est. Eiecta. d quæ marito uiuente, pjicitur. Meretrix, [d] que multorum libidini patet 34. distinct. uidua 32. q. 4. meretrices. Secundo, qui habuit e duas uxores ante baptismū, [e] uel unam ante, & aliā post. xxxiiij. dist. si quis uiduam. xxvj. di. §. j & c. 2. & 3. Tertiò, quę castitatem pmissam uiolat. 27. q. 1. quotquot. ergo subdiaconus cōtrahens matrimonium, bigamus censet: cui enim sit templū Dei & uos Domini sacrarium Spiritus sancti, indignum est eum cubilibus & immundiciis deseruire: ideo sacrilegium & incestum committit. 28. distin. decernimus. & c. de his. uotum frangit ecclesiæ, scandalum generat, & eandem infamat, dominum papā & canonē contemnit, & malum exemplum præbet. Quarto, qui vnam de facto, alteram de iure, uel corruptam de facto, uel duas de facto duxit

ADDITIONES.

a Quis dicatur bigamus. ¶ Adde doct. in rub. de bigamis. S. Th. in iiij. sen. dist. xxvij. q. iij. art. j.

b Bigamus multis modis. ¶ Adde Spe. ti. de dispen. in §. iuxta. ver. contrahitur. & gl. & do. in c. super eo. de biga.

c Vidua est. ¶ Adde c. vidua. xxxiiij. dist. & in c. j. & quod ibi notat. de consang. & af. l. malū. i §. vidua. ff. de ver. sig. Bal. i l. Deo nobis. C. de epi. & cler.

d Meretrix. ¶ Adde gl. in c. inter opera. de spon. & ibi do. Cy. in l. mercalem. C. de cond. ob tur. cau. Bal. in l. neque natales. C. de prob.

e Ante baptismum. ¶ Adde S. Tho. in 4. sent. dist. xxvij. q. vlt.

duxit vxores, quod in partem ad factum conuenit retorqueri. xxxiiij.distinct.Christiano.xxj. q.j.quomodo virginibus. & j̃.de diuor.gaudemus.j̃.eod.nuper. & cap. à nobis.punitur enim affectus cum opere subsecuto:& quia Deus nõ ex operibus iudicat, sed ex animo.xxij.q.v.qui periurare.Quintò, si vxorem propriã adulteram scienter retinuit. quod intellige secundum quosdã, si postea cognouerit eam:alioqui minus durum videretur. hoc comprobatur xxiiij distin.si cuius. vel est consilium, non præceptũ. Alij autem hoc intelligũt indistinctè: quod verius videtur: scilicet, ꝙ etiam si ignorãter eam cognouerit, bigamus efficiat, vt apparet in his quæ notãtur j̃ eod § quare bigamus versic.vii. & versicu.ix.versic.iij. & est fortè inductum illud ius ad terrendũ contrahentes, quasi innuat, quòd vix possunt promoueri hi qui vxores ducunt, etiam vxoribus mortuis sine periculo, cùm dicatur casta, quam nemo rogauit. Septimò, quia publicam pœnitentiam egit, vel repudiatã duxit.j̃.eod.c.j.l. distin.in capite ieiunii. & de his & præcedentibus titul.habes liiij.dist. quicunq, xxxiiii. distin.præcepimus.

4 Vnde dicatur bigamus.

† Dicitur autem iuxta vulgare prouincialium quasi bigamus, id est stultus inde factus ibidem vocatur gamus:vel dicitur digamus, quasi homo bini coniugii: inde monogamus, à monos, q̃d est vnũ, & gamos, quod est coniugiũ. imò gamos. quod est mulier. vnde Pergama à pyr, quod est ignis, & gamos quasi igne mulierũ destructa, scilicet Pergama Troiæ. ergo bigam⁹ binę vxoris, siue mulieris marit⁹ xxvi.di.vnius vxoris virũ, i monogamũ, & sic dici p̃t octogamus.xxxi.q.j. aperiãt.

5 a Quare † bigamus [a] à susceptione

ordinum arceatur, tengi quatuor rationes s̃. de tempor.ordin.§. & cui. in ii. regula. prohibetur quidem non propter defectum sacramenti:quia Christus non duas, sed vnam tantum sibi ecclesiam copulauit.xxvi.di.acutius, & c.qui sine. vnde dicit August. quòd vir vnius vxoris episcopus significat vnitatem ex omnib⁹ gentibus collectam, & uni uiro Christo subditã. Ideo sicut duobus dominis, scilicet contrariis seruire non licet, sic ab uno domino apostatare, atque in alterius superstitionem ire non licet. prohibetur ergo bigamus, non propter peccatum, sed propter normam sacramenti amissam, non ad uitæ meritum, sed ad ordinationis signaculũ. 26.distin.acutius.inde est, quòd quamuis quis bigamiam contraxit ante baptismum, nihilominus impeditur, quia per baptismum culpa dimitti potest, lex aboleri nõ potest. 26.distin.una.& §.bigamus. Quidam, ut Tanc. & eius sequaces, exponentes hæc uerba, dixerunt quòd in matrimonio consummato triplex sacramentum designatur. Primum est unio fidelis animæ ad Deum per fidem, & dilectionem, & charitatem, & hæc significatur in carnali matrimonio per coniunctionem animorum, unde ait Apostolus, Qui adheret Deo, unus spiritus est cum eo. Secundum sacramentum est unio humanæ naturæ ad Deum, quæ facta est in utero uirginis, ad quod pertinet, Verbũ caro factum est, &c. & hoc designatur in carnali, per mistionem corporum consummato:non autem ipsa commistio sacramentum designat, sed per ipsum actum consummatum sacramentũ significatur. Tertium sacramentum est unitas ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & uni uiro Christo subdita, & hoc significatur in clerici promoti unione, id est, qui unicam & uirginem tantùm habuit uxorem, & in ipsa unitate consistit: & ille vnus hoc sacramentum significat. Vnde ubi secundum matrimoniũ contractum est, hoc tertium sacramentum locum non habet: quia recessum est ab unitate, cùm in secundo matrimonio diuisio facta sit: ideo & non significaret ꝓmotus clericus unitatem, quare promoueri non potest Item per secundum matrimoniũ receditur à coniunctione primi matrimonii, sed ex quo ecclesia se Christo coniunxit, ab eo nunquam discessit, nec ipse ab ea sic intelligunt j̃.eo.debitum.& dictum c.acutius. Consueuit autem quæri, in quo consistat hoc tertium sacramentum? Dicunt quidam, quòd in ipso cõiugio sed hoc falsum est:quia mortua uxore, desinit coniugium esse.in authen de nuptiis. §.deinceps. & sic nulla esset significatio, nec posset quis promoueri, prima uxore mortua. Vnde dic, quòd consistit in proposito unitatis seruãdæ, de quo dixi j̃.de matrimonio § quid sit matrimonium.uer. indiuiduam. unde si secundum matrimonium contrahat quis, ab hoc proposito recedit, & sic ab hoc sacramento: clericus ergo qui post mortem vxoris virginis vnitatis propositum seruauit, repræsentat hoc sacramentum: vt dicit Augustinus, Sed quare exigitur maior castitas † ex parte vxoris, quam ex parte viri? dicit Hug. quòd vir significat ecclesiam, quæ in parte recessit à Christo adulterando & recedẽdo à fide, & sic in viro corrupto, non deest huiusmodi significatio sacramenti, sed vxor significat Christum, qui nunquam ecclesiam dimisit, vnde ipse est fons vnus, cui non communicat alienus. j̃. de regular.licet.in fin. vel dic, vt notatur j̃.versic. conformitas vel ideo, quia mulier promoueri nõ potest ad ordines: j̃.de pœnit.quędam. & vide quod notatur.j̃.eodem.versi.quintò quæritur, cùm consecratio episcopi. Alij dicũt, quod videtur verius & magis proprium, quòd vir significat Christum, qui primùm sibi copulauit synagogam, secundò ecclesiam, quæ ecclesia semper virgo permansit saltem mente. vnde Apostolus, Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.xxvj.quæst.j. nuptiarum. & ideo exigitur, quòd vxor non diuiserit carnem suam in plures. quod si fecerit, deest significatio sacramenti vnitatis. Vel planius in matrimonio carnali consummato attenditur duplex sacramentum, propter duplicem coniunctionem, quæ est in eo, vt dixi s̃.eod. ver.primum.& ver.secundum. Prima est coniunctio animorum hæc significat coniunctionem fidelis animæ ad Deum: quæ coniunctio fidelis animæ dissoluitur per consequens peccatum: sicut & alia coniunctio animorum coniugum ante carnalem copulã dissoluitur per religionis ingressum. j̃ de cõuer.coniugator. c. verum. cap. ex publico. Secunda est coniunctio corporum. & hęc significat coniunctionem Christi & ecclesiæ. inter Christum enim & ecclesiam intelligitur ecclesiæ matrimonium. quod potest dici initiatum in prophetis & patriarchis, ratum verò in tempore gratiæ, scilicet in natiuitate Christi, quando ipse lapis angularis cœpit ædificare ecclesiam, vnum parietem de Iudæis, alterum de Gentibus erigens: consummatum in cruce, vel ratum fuit in cruce, cõsummabitur in prima, secundũ fratrem Raymũ & Goff. dicas ergo contractum in natiuitate, vt s̃. dixi ratum. vel vt j̃.sub §. in quarta cella. Ex his ergo procedit ratio, quare sacramentum coniugij dicitur maius quo ad significationem, sicut notatur s. de sacramen. non iteran. §. quot sunt species. sub §. secunda diuisio. quia per ipsum sacramenta supradicta significantur. vnde super illum Psalum. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? Dicit Augustin. notandum quod dicit dormit quia sicut de latere dormientis Adæ, subaudi primi canalis, qui erat forma futuri, subaudi, Adæ scilicet secũdi spiritualis, assumpta est costa, scilicet carnalis, de qua formata est Eua, [b] subaudi sponsa carnalis: ita dormiuit Christus somno mortis, vt de latere dormientis, de quo profluxerunt sanguis & aqua, quę sunt nostræ redemptionis sacramenta, formaretur sibi sponsa, subaudi spiritualis, scilicet ecclesia ad hoc infr. de celebr. mis. cùm Marthæ § quæsiuisti.& §.seq.& c.in quadam.& j̃.de bapt. maiores. § cautè. Item in eadem secunda coniunctione, scilicet corporum coniugum, significatur coniunctio diuinitatis & humanitatis. facta in vtero virginali de qua dixit suprà. Cùm ergo quælibet coniunctio per se, scilicet tam coniunctio Chisti & Ecclesiæ, quã vnio diuinitatis & humanitatis vnica sit irreiterabilis & indiuisibilis, meritò significatur in primi matrimonij coniunctione carnali. sed cùm quis transit ad secundam vxorem, recedit ab hac vnitate, cedens siue tendens in pluralitatem, & ideo non poterit decæterò significare dictam vnitatem & irreiterabilem & indiuisibilem coniunctionem. Ex quo enim significatum, scilicet coniunctio Christi & ecclesiæ, item coniunctio diuinitatis & humanitatis, vnicum & irreiterabile & indiuisibile est, oportet quòd suum significans, scilicet matrimonium carnale, consummatum vnicũ, & irreiteratum, & indiuisum fuerit. Hæc est ratio quam ponit Augustinus, licet obscurè.xxvj.distin.acutius.& Innocentius eandem tangit j̃.eod.debitum.& ex his liquet, quare contrahitur irregularitas bigamiæ.

ADDITIONES.

a Quare bigamus. ¶ Adde Ant.de But.in rub.extrà, eo.ti.

b Formata est Eua. ¶ Adde tex. in c.gaudemus. de diuor. Et quare plus de costa quàm de pede & capite. Vide gl.in verbo casta.in c.si.xxxiij.q.v.

Arbor Bigamiæ.



G 3 Hie

HIC poſui, quātum planius potui, ne opiniones videar ignorare, & qui poteſt capere, capiat: ſed quia nō omnes capiunt hæc verba, propter defectum capacitatis rudium, groſſorum, & puerilium animorum, rudia, groſſa, & puerilia exempla ponere volo: & rationem quare bigamus impeditur planius explicare, ne rudes propter has ſubtilitates cadant in deſperantiam intellectus, cum faciliori via duci poſſint. tales enim planè ducendi ſunt. Inſt. de iuſt. & iur §. his generaliter. j. de pœn. Deus qui §. apoſtoli. prolixitatis autem imploro veniā, quia dum breuis uideri cupio, obſcurus fio. Igit ad euidentiā huius tractatus, & quorundam aliorum declaratione, depinxi hic arborem in hunc modum: Pone arborem, poſita arbore, & depicta, ſequitur lectio arboris, quæ talis eſt. Diligenter notanda ſunt ea quæ in arbore hac legūtur. Primò enim poſui principiū à quo cuncta deſcendūt. Ioan. 8 Ego principium, qui & loquor vobis, nam à Ioue principiū Muſę, Iouis omnia plena: & à capite edenda eſt ratio. ff. de eden. l. argentarius. § edi autem. ſuper quo uide quod not. s. in procem. §. & quoniam cuiuſque rei. & § unde habuit originem. & de ſum. trinit. in prin. & §. cur dicatur ſumma. & § quot modis. ver. rectè autem. A dextris autem lineam directam depinxi, per quā fides catholica, & fideles Chriſtiani ſignificant, qui ad dexterā collocabunt. iuxta illud, Venite benedicti, &c. Mat. 25. Hæc directa linea in tres partes diuiditur: per primam deſignatur pater generans, per ſecūdam filius genitus & exiens. Ioan. 16. Exiui à patre, &c. quæ ſecunda linea à prima linea exit quia filius à patre ſolo eſt, &c. per tertiam verò lineam ſpiritus ſanctus repræſentatur, quæ tertia linea non generatur à premiſſis duabus lineis, ſed procedit: quia ſpiritus ſanctus à patre & filio, &c. Eſt autē ipſa linea ſine principio & ſine fine, & eſt una reſpectu eſſentiæ, ſed eſt trina reſpectu perſonarū, quæ potius intellectu fidei, quàm oculo viſibili perpenduntur. ſuper hoc uide quod no. s. de ſum trinit. § cur dicatur ſumma. ver. dicit & Aug. & per totum. § In medio etiam geniti & procedentis quædam cellula ponitur, quæ ab aliis & per alias repletur, & per eandem Deus repræſentatur, ſicut per primam cellulam, q̄ pono principium, ut non notes principium quod non eſt, neq; finem. non enim debes notare principium: quia illud quod eſt finis reuoluta arbore eſt prius. Item nec finem notare debes, quia illud quod eſt finis, non reuoluta arbore eſt prius ipſa reuoluta. in ipſa ergo nō recolligitur qui unitatem & trinitatem ſine principio & ſine fine veraciter non credit. Sed & quædam linea protenditur ab ultima cellula lineę, per quam lineam filius deſignatur ad primam cellulam lineæ, quæ linea ſpiritum ſanctum repræſentat, ad notandum, quòd ſpiritus ſanctus ab vtroque æqualiter procedit, ut dictū eſt. Et quia patri attribuitur potentia, filio ſapiētia, ſpiritui ſancto benignitas ſeu gratia. In linea patris ponuntur tres cellulæ, quæ ſummæ potentiæ ſunt, & in linea filij aliæ tres, quæ ſummæ ſapientiæ ſunt. In linea ſpiritus ſancti aliæ tres, quæ ſummæ benignitatis, ſiue gratię ſunt. Ponuntur autem tres cellulæ in qualibet linea, ad deſignādum, ꝙ qualis pater, talis filius, &c. & ꝙ hi tres vnum ſunt in eſſentia, quod et probatur per primam cellulam, in qua ſcriptum eſt, Deus vnū principium, &c & per vltimam cellulam inter lineam exeūtē, & procedentem poſitam, in qua ſcriptum eſt, matrimonium unitatis fidelium, & cætera, per quam quælibet eſſentia deſignatur: In omnibus his tamen ſanè intelligas totam trinitatem indiuiſibilem quo ad eſſentiam & opera, quia inſeparabilia ſunt opera trinitatis. 18. q. 1. ſic enim neque. §. proinde. & quia etiam oculus ſæpe fallitur 27. quæſtio. 1. nec aliqua. noli tantum laxare exteriorem oculum, quòd interior ſe ducatur. non enim exteriori oculo hāc ſummam trinitatem comprehendere potes, ſed ſi interius fidelis fueris, non errabis. uides enim nunc per ſpeculum in ænigmate. 1. ad Corint. 13. Sed ſi fides tua uiua fuerit, uidebis facie ad faciem in regno ſuo hoc quod modo ſuſpiras: quod nobis & cunctis fidelibus tribuere dignetur is, ad cuius honorem & laudē hoc ſcribimus, qui in trinitate perfecta viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen. Comprobātur omnia hæc s. de ſum trin. & fi. cat. ca. 1. & 2. & in his quæ notantur ibi in ſumma. Verum à ſiniſtris lineam obliquam deſcripſi, in qua concluduntur omnes extra fidem catholicam poſiti: quæ ideo obliqua depingitur, quia omnia opera eius obliqua & mortua ſunt, nec tangit primā cellulam, quia à charitate ſeparata eſt. in principio autem directa depingitur, ad denotandum quòd non obliquè, ſed iuſtè & directè iudicatus fuit pater ſuperbiæ. Et dimittitur foramen in prima cellula arboris, in qua ſcriptum eſt, Deus unū principium, &c ut oſtēdat caſum: & ponitur à ſiniſtris, quia infideles omnes Chriſtiani, & alii qui per ipſam repræſentantur, & in ipſa includuntur, vocabuntur in die iudicii ad ſiniſtram, dicente Domino, Ite maledicti, &c. Et ut hæc, quæ dixi plenius eluceſcant, debet poni imago diuina in medio, prout fit in arbore conſanguinitatis, quæ imago cum dextera manu amplectatur directam lineam, ad denotandum vnionem Dei & fidelium, in dilectione & charitate, & gloriam promiſſam, qua fruentur æternaliter, q̄ oculus non uidit, &c. 1. Corinth 2. Siniſtram verò manum ſup obliquam lineam teneat eleuatam, & non tangat, ad notandum terrorem iudicii, & pœnarum infernalium, in quibus in ipſam incluſi æternaliter ſine ſpe miſericordiæ punientur. Contra ordinationem huius arboris & eius lectionem ſic obiicitur, cū linea ſit ordinata collectio perſonarum, &c. vbicunque eſt defectus ordinis, ibi eſt defectus & lineę: vnde ſicut in arbore conſanguinitatis nō eſt eadem linea aſcendentium, uel deſcendētium, & collateralium: ita uidetur quòd non ſit eadem linea, quæ ſuperius uocatur directa, & dicitur diuidi in tres partes. non enim una & eadem linea poteſt habere plura capita, quàm duo, uel plures terminos, q̄ duos. ergo ut vr̄ non eſt identitas lineæ, ubi deſignatur identitas eſſentiæ diuinæ Huic reſpondeo, ꝙ ſicut diuina eſſentia vltra naturam poteſt, ſic & linea ſua ultra naturam depingitur, nec alicui alii aſſimilatur, cedit enim in talibus natura humana diuinæ naturæ, & uirtus ſupra conſuetudinem operatur. j. de celebra. miſſa. cum marthæ §. quæſiuiſti. hoc eſt quod s̄ tetigi in lectione verſ. eſt autem ipſa. nec enim inter creatorem & creaturam tanta poteſt ſimilitudo notari, quin maior ſit diſſimilitudo notanda: s. de ſum. tri. damnamus. §. cum ergo veritas. Secundo opponitur contra illud quod dixi in illo verſi. in medio, s. in lecti. illud enim minus conuenienter dictum videtur, cum inter genitum & procedentem non ſit aliquod medium, nec ſecundum rem, nec ſecūdum intellectum. Huic reſpondeo, Non ego ideo hæc depinxi ſed ut oſtēdam diſtinctionem perſonarum: quia quamuis unum ſint in eſſentia, nec inter ipſos ſit aliquod medium: tamē certum eſt, quòd alius eſt Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus. non dico aliud, ergo non ponitur cellula ad denotandum medium inter procedentem & genitum, ſicut opponitur: ſed ad deſignandum, ꝙ qui trinitatē & unitatem firmiter credit, & ſimpliciter ꝯfitetur, gratia diuina in præſenti repletur, & fruetur gloria in futuro. Tertiò opponitur ꝯ id quod dixi s. in lect. verſic. ſed & quædā linea, & ſeq. ubi innuitur, ꝙ in trinitate aliquid ponatur prius, aliquid poſterius ſed ſecundum ſymbolum Athanaſij, in trinitate, nihil prius aut poſterius, nihil, &c Huic reſpondeo, non ponō aliquid tanquam prius aut poſterius, imo intelligitur ꝙ ſemꝑ ſic fuit, ſemper ſic erit: & hæc poſſunt potius mente percipi, quā oculata fide videri. Volue ergo arborē, & uidebis poſterius, qđ antea erat prius, & econtra. Tu tamen quicquid voluatur, ſemꝑ intellige nihil prius nihil poſterius, ſicut in lectione arboris plenius eluceſcit. ſed & poteſt dici aliquid prius & poſterius, reſpectu diuinitatis æternæ, ſ. ſine principio & ſine fine, & humanitatis de nouo aſſumptæ in vtero virginili.

Viſa lectiones arboris circa lineas, videamus de cellulis ſigillatim. Et ſciendum, ꝙ ibi ponuntur 11. cellulæ, ex parte vna, & 5 ex parte altera.

In prima cellula de 11. ita ſcribitur, Deus unum principium omnium viſibiliū & inuiſibiliū, corporaliū & incorporalium, & ſine principio. & ſine fine. Hoc eſt contra Cerdonianos, qui ponūt duo principia contraria, ſcilicet unum bonum & unum malum. 33 q. fin. §. fin. ver. Cerdoniani. Sed falſum eſt, quia unum eſt tantum principiū. s. de ſum. trin c. 1. â quo proceſſit ſacerdotium & imperiū. in authen. quomodo oportet epiſcopos. reſp 1. in princi. coll. 1. vnde Ioā. c. 1. In principio erat verbum, &c. & in Gen. c. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. 1. Cor. 1. Omnia ex Deo.

In ſecunda cellula ita ſcribitur, mr̄imoniū Adæ & Euæ in paradiſo cōtractū. Hoc eſt vnū de ſeptē ſacramentis eccleſię, qđ eſt maius, & digni⁹ aliis, quo ad ſignificationē. cū enim omnib. alia ſacramenta præcedat, meritò aliqua ſequentia per ipſum habent ſignificari, non econtra. Hoc enim quod non eſt, ſignificare non pōt: & primò quærenda eſt perſona, quàm ratio. ff. de iu. codi. quidam referūt. Nota igitur, ꝙ hoc ſacramentū in magna veneratione haberi debet, tum ratione authoris, qui ipſum inſtituit, ſcilicet Dei, tū ratione loci, in quo inſtitutum eſt, quia in paradiſo: [a] tum ratione tp̄is, quia tempore innocentiæ: tū ratione prioritatis, quia prius eſt tp̄e: & ideo dici pōt, ꝙ potius eſt iure. j. de maio. & obe. c. 1. tū ratione peccati euitādi, & ſuſcipiendæ prolis, & propoſiti unitatis. de quibus dic ut notat. j. de ſpon. ſub ſcđa parte rub. ſcilicet de mr̄imonii. §. quid ſit matrimonium. & §. qualiter ꝯhatur. Ex hoc ergo videbis apertè cām, quare bigamus non poſſit promoueri. Et vt hoc melius videas, ſcire debes, ꝙ matrimonium iſtud ſcilicet Adæ & Euæ, fuit initiatum Gen. 2. ibi, & miſit dominus ſoporem in Adam, &c. Contractum, Geneſ. 2. ibi, Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. [b] Ratificatum, Geneſ. 2. Propter hoc relinquet homo

ADDITIONES.

a Quia in paradiſo. ¶ Adde c. ſicut. nō omnis. in §. his ita. 32. q. 2. gl. ſummæ. 17. q. 1. & in c. 1. de uoto. lib. 6. originaliter. Gen. 2. cap.

b Nūc os ex oſſib⁹ meis. ¶ Adde gl. i §. Adā. de pę. diſt. 2. & gl. i c. fi. de frigi.

quet homo, &c. consummatum, Gen. 3. ibi, Adam vero cognouit vxorem suam, &c. Sic & matrimonium carnale, de quo hic habes, inter Christianos dicitur. Initiatum per verba de futuro, ſ. per sponsalia. ff. de sponsa. l. j. 30. quæst. 5 nostrates. Contractum per verba de præsenti. 27. q. 2. §. j ꝫ. de spon. cum locum. Ratum qñ per ecclesiam approbatur. 30. q. 5. c. j. & 2. & cap. sponsus per totum. ꝫ. de clan. despõ. cum inhibitio. Inter infideles ratum nõ habetur: quia non habent sacerdotium. s̄. de constitu. translato. Vel verius dic, ꝙ ratificatur in sacramento fidei, ſ. baptismo, qđ est fundamentum omnium sacramentorum, quò ad hanc ratificationem: ut probatur ꝫ. de presby. non baptiz. veniens. resp. j. ꝫ. de diuor. quantò. § si uero alter fidelium. Ideo inter fideles respuitur libellus repudij, qui inter infideles admittitur, ut innuit Aug. 28. q. j. §. fin Et vide super hoc quod notatur ꝫ. de spon. sub rubr. de matri. ad finem. Consummatum per carnis copulam. ꝫ. de cõuer. coniug. ex publico. ad finem & capi. ex parte 2. ad finem. per quam vna caro fiũt, & vniuntur inseparabiliter, quãdiu vixerint ita ꝙ licet in veritate duo sint corpora, vnum tamen corpus censentur. ꝫ. de conuer. coniug. ad Apostolicam.

In tertia cellula sic scribitur: Matrimoniũ inter Deum & beatam Mariam virginem. Quamuis enim quælibet anima sponsa Dei dicatur, tamen specialiter gloriosa virgo sponsa Dei intelligitur. vnde in Cant. capit. j. Ecce tu pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et iterum, Veni de Libano sponsa mea, &c. Et iterum, Hortus conclusus, fons signatus. & capit. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, &c. de hoc matrimonio legitur 28. quæstion. 2. §. j. & 2. & §. ecce & sequen. Istud matrimonium potest dici Initiatum Luc. 1 ibi, Missus est Gabriel Angelus, &c. Contractum eodem. ibi, Inuenisti gratiam apud Dominum: ecce, concipies & paries filium, &c. Ratificatum eodem: Spiritus sanctus superueniet in te. Consummatum eodem: Ecce ancilla Domini, &c. Et hoc sequitur matrimonium diuinæ & humanæ naturæ in vtero gloriosæ virginis Mariæ ineffabiliter contractum: & indissolubiliter, seu irreiterabiliter vniens naturas. de quo in Psalmo, Operatus est salutem in medio terræ. Item, Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. hoc potest dici initiatum Esaiæ 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c. & Hieremias 31. Nouum faciet Dominus super terram: mulier circundabit virum. & per verba aliorum Prophetarum qui dixerunt apertè, Filium Dei humanam naturam assumpturum: hæc enim fuerunt verba de futuro, per quæ diximus matrimonium initiari debere. s̄. in prima cellula. ver. initiatum. Contractum per verba Gabrielis, dicentis Lucæ j. Aue gratia plena, Dominus tecum: & per responsionem virginis dicentis: Fiat mihi secundum verbum tuum. sic enim per mutuum consensum cõtrahitur matrimonium. vt notatur s̄. in prima cellula. versicul. contractum. & per nuncium contrahi potest. 22. quæstio. 2 honoratur. ꝫ. de conuers. coniug. ex parte 2. respon. j. ibi, mediantibus internuncijs per uerba de præsenti. &c. ff. de sponsali. sufficit. & l. in sponsa. nihil interest. & l. final. quod dic, ut notatur ꝫ de sponsal. §. qualiter contrahantur. versicu. j. & seq. Ratum diuina authoritate & voluntate tantum enim matrimonium alterius voluntate & authoritate ratificari non potuisset: vnde ad Galatas 4. misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Consummatũ in incarnatione, nam sine aliqua corruptione, Spiritu sancto operante, uerbum caro factum est, Ioannis j. & Lucæ j. ibi, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. sed & in hac consummatione tota trinitas operata est, quia indiuisa sunt opera trinitatis: sic intellige s̄. de sum. trin c. j. Patet ex prædictis, quod Deus sponsam humanam habuit incorruptã, vnicam & virginem, scilicet ante partum & in partu, & post partum, ſ. beatam & gloriosam Mariam: ex qua & in qua humanam carnem puram & immaculatam assumpsit, & vtranque naturã diuinam, scilicet & humanam ineffabiliter & irreiterabiliter simul vniuit: sed & sponsam duxit, etiam spiritualem, immaculatam & virginem. vnde sequitur,

In quarta cellula, in qua sic scriptum est, Matrimonium Iesu filij Dei viui & ecclesiæ. Potest autem dici hoc fuisse initiatum in consummatione præcedentis, vel in partu. Contractum, in prædicatione. Ratum, diuina authoritate: Consummatum, in passione, in qua, & per quam redempti sumus. Vel dic, ꝙ fuit initiatum, Matt. 3. ibi, Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, &c. Contractum, Matt. 26 ibi, Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens, fregit, & dedit illis, & ait, Sumite, hoc est corpus meum, &c. Et Cant. 4. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ratum, Actuum 2. Factus est repente de cœlo sonus, &c. Et ad Romanos 8. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei: si autem filij, & hæredes, &c. Consummatum post publicationem Euangelij, ad Galatæ 4. Eiice ancillam & filium eius. hæc est igitur fides catholica, & & uide quod notatur s̄. e. ver. ex his. ergo procedit ratio. & sic vides, quòd Deus habet spõsam vnicam & uirginem: ut dixi s̄. vers. patet ex prædictis. duxit & sponsam spiritualem, ſ. ecclesiam, siue fidem catholicam, scilicet vnicam, & virginem perfectam & immaculatam. vnde Cantic. 6. Vna est columba mea perfecta mea. de hac 7. q. j. nouatianus Igitur plene liquere potest, quare bigamus non promouetur: quia nullus põt desponsare ecclesiam, nisi sit similis sponso suo. Accedat ergo coniugatus uolens desponsare ecclesiam, quam desponsat sacerdos: ut notatur ꝫ. uersicul. contractum. & sequenti, in 7 cellula dicere potest episcopus, Vis desponsare ecclesiam, i. uis ad ordines promoueri? Responsio laici, Volo. Interrogatio episcopi, Es tu bigamus? id est, duxisti duas uxores successiuè? Responsio laici, Duxi. Determinatio episcopi, Repellendus es, etiam si unicam & corruptam uxorem carnalem duxisses. Nam Deus sponsus ecclesiæ non habuit nisi unicam humanam & uirginem: nec diuisit uerbum incarnatum in plures, ut not. s̄. eod. uersicul. quamuis. & uersic. ex hoc sequitur, in tertia cellula, ut patet. tu uerò duxisti duas carnales, uel unam corruptam, ergo ecclesia respuit sponsalia tua: quia non es similis sponso suo in unitate, & uirginitate sacramenti, quod est inter ipsum & beatam Mariam, siue inter diuinam & humanam naturã, quia inuenitur sponsus vnus vnius uirginis, uel incorruptæ. tu uerò es sponsus unus duarum, uel unius corruptæ. contraria igitur contrarijs displicent, sed similia similibus gaudent. argu. s̄. de electio. transmissã. 13. distinct. nerui. ꝫ. de appel. solicitudinem. & de bapt. maiores. §. sed adhuc quæritur. secundum hoc potest intelligi quod notatur s̄. eod. §. quare bigamus. respon. j. 26. dist. acutius. Item potest dicere prælatus, Tu fuisti diuisus in carnalitate, ideo timendum est ecclesiæ ne moueres schisma, & diuisionẽ in spiritualitate, unde cum sacerdotes constituantur, ut per prædicationem animas sibi commissas in unitate charitatis, & pacis, & fidei simul colligant & teneant, & Deo sic unitas offerant, non esses bonus sacerdos, qui diuisionem uoluisti, nec tu qui corruptionem, quia præsumi potest, ꝙ sicut uoluntas tua diuisa, uel corrupta fuit in carnali commercio, ita & prædicatio tua schismatica uel corruptibilis esset: & ꝙ potius quæreres quæ tua sunt, quàm quæ Iesu Christi, ideo promoueri non potes. ad hoc ꝫ. de censib. cum Apostolus. §. j. & c. procurationes. §. fi. 63 dist. nosse. ꝫ. de offic. ord. inter cætera. ergo propter defectum sacramenti unitatis, & uirginitatis in matrimonio carnali, quod contraxit bigamus contrahendo matrimonium, à promotione ordinum arcetur. unde in epistola Cypriani martyris. nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet unitatem, quisquis ille fuerit (scilicet qui unitatem non seruauerit,) licet de se multum iactans, & plurimum sibi uendicans, prophanus est, alienus est, foris est, & cum post primum esse non possit, quisquis qui post unum qui solus esse debet factus est, iam non secundus, sed nullus est. 7. quæstio. j. factus est. Licet autem ibi loquatur de illo, qui occupauit sedem uiuentis, tamen ad unitatem, de qua hic loquimur, trahi potest, & de hac unitate expressum habes 26. distinctio. acutius & capit. una & arg. ad hoc. quod dixi de præsumptione corruptionis 32. dist. proposuisti. s̄. de filiis presb. literas. & uide quod notatur ꝫ. in 11. cellula. uersi potest ergo.

In quinta cellula sic scribitur, Matrimonium Petri, & sacerdotij, siue ecclesiæ. initiatũ fuit hoc Matt. 16. ibi, Tu es Petrus,[a] & sup hanc petrã ædificabo ecclĩã meã: & tibi dabo claues, &c. hæc eñ fuerũt uerba de futuro. & de hoc 21. di. in nouo. § ꝯtũ. Actu j. Veniẽtib. illis, &c. Vel dic ꝯtũ per illa uerba, Pasce oues meas, s̄. de ele. significasti hæc enim fuerunt uerba de præsenti. & de hoc s̄. de transl. episcopi. c. j. Ratũ qñ intronizatus est Antiochiæ uel dic, ꝙ ratũ est diuina authoritate: ideo dicit Papa, qui successor est Petri, ꝙ non humanæ ꝯstitutioni innititur, sed diuinæ: quia eius potestas nõ est ex homine, sed ex Deo. ꝫ. de iudi. nouit. §. j. & ideo dicitur, Nauicula Petri fluctuare potest, mergi non potest: unde uersi.

Fluctuat, & nunquam mergitur illa ratis.

& fortè ratum est per illa uerba Matth. 28. Dicite discipulis eius, & Petro, &c. Consummatum, quando cathedratus Romæ est: uel fortè quando Dominus interrogatus fuit à Petro, Domine, quo uadis? Respondit Dominus, Venio Romam iterum crucifigi, ſ. in te. quod intelligens Petrus pro se dictum, scilicet ut ipse Petrus ibi crucifigeretur: & sic per consequens Christus. 3. q. 1. nulli. in fine. & sic matrimonium quod iam contraxerat, consummaretur, ad locum ipsum Romam protinus est reuersus.

ADDITIO.

a Tu es Petrus. ¶ Adde tex. in c. præceptis. 12. dist. c. Petrus. 2. q. 7. c. loquitur. 24. q. j. c. quamuis. 21. dist.

j̃. qui filii ſint legitimi. per venerabilem. §. rationibus. verſic. ſanè cùm Deuteronomium. & ibi crucifixus eſt: & ſic conſummatum eſt matrimonium Petri, & Apoſtolatus, quo ad ſucceſſores, & quod ad locum. 2. q. 7. beatus Petrus & Paulus. & ca. puto. 21. diſt. quamuis. 22. diſt. c. j.

In ſexta cellula ita ſcriptum eſt, Matrimoniū epiſcopi & eccleſiæ. Initiatū pōt dici quando eligitur, Hebr. 5. Nemo ſibi aſſumat honorem, &c. Contractū ↄfirmatur s̃. de tranſl. epiſcopi. c. inter corporalia. §. ſicut autē. imò eſt ↄ̃ctum per mutuum conſenſum eligentium & electi. s̃. de ele. cum inter canonicos §. 2. Ratū, quando ad obedientiam ſuſcipitur. ar. j̃. de iureiu. ego. imò dic, ꝙ in ↄfirmatione ratificatur. Conſummatū, cum conſecratur, ut hæc ꝓbantur s̃. de trāſlā. epiſcopi. licet. quod dic, vt no. in ſumma ipſius tit §. cuius authoritate. ver. verum cùm matrimonium. & ſequent.

In ſeptima cellula ſic ſcribitur, Matrimoniū ſacerdotis & eccleſiæ. Initiatū intelligitur, quādo ordinatur: qđ intelligas, dum ad minores ordines promouetur. Cùm enim tonſuratur, in ſortem Domini aſſumitur. j̃. de præb cum ſecūdū Apoſtolum. & datur ſpecies matrimonij huiuſmodi ↄtrahendi. verum non eſt ligatus. vnde pōt pedem retrahere j̃. de cle. coniug. cum Ioan. Cōtractū, quando cura ſibi committitur. imò dic contrahitur, quando ad ſacros ordines promouetur. vnde de cętero reſilire non pōt, s̃. de ætat. & quali. à multis. j̃. de cleri coniug. c. j. & 2. æquiparatur ergo conſenſui de præſenti j̃ de ſponſa duo. c. ſi. Ratificatum, quando ab eo obedientia ſuſcipitur: imò quādo per epiſcopum cui præſentatus eſt, approbatur: & in matricula ſcribitur. 23. di quando. vel in ſacramento fidei, ſicut dixi s̃. in 2. cellula. ver. ratū. Conſummatur, quando in poſſeſſionem mittitur: imò dic, ꝙ in presbyterū promouetur. s̃. de ſumma tri. c j. §. pe. s̃. de ſacra vnctione. c. vnico. §. quia verò Chriſtus. verſ. per frontis chriſmationem: vnde decætero poteſt per exhibitionem ſacramentorum eccleſiæ ſpirituales filios generare, vt patet in concord. prox. alle. Hoc, quo ad matrimonium contractum inter ſacerdotē & eccleſiam generalem. Sed quo ad eccleſiam particularem, dico ꝙ initiatur, quando à perſona eccleſiaſtica eligitur, ſiue repræſentatur. j̃. de iure patro. ꝙ autem. per aſſenſum vero huic repreſentationi pręſtitum contrahitur, quando prælatus ipſum admittit, & confirmat: ratificatur; quando curam committit: conſummatur: argu. j̃. de inſti. ex frequentibus. & in his quæ notantur s̃. in 6. cellula. & de hoc matrimonio legitur 40. diſtinctio. ſicut. 21. quæſtio n. 2. ſicut in vnaquaque. & dicit decret ꝙ ſicut epiſcopus pręeſt matrici, id eſt, cathedrali eccleſiæ; ſic archipresbyter plebi ſuæ. j̃. de offic. archip. c. j. ad finem.

In octaua cellula, ad quam ꝓtenditur linea vna quæ à ſeptima cellula ꝓcedit: & alia quę procedit à quarta, ſic ſcribitur: Matrimonium baptiſmi & fidelis animæ. Initiatum videtur hoc Matth. 3. ibi, Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, &c. & ecce vox de coelis, dicens, Hic eſt filius meus dilectus,[a] in quo mihi ↄplacui, s̃. de ſacra vnc. c. j §. quia vero. ver. cuius aduentus. Contractum, Matth. vlt. ibi, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ratificatum in paſſione, ad Rom. 6. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus &c. Item quia tūc exiuit de latere eius ſanguis & aqua.[b] Ioan. 19. j̃. de celebra. miſſ. in quadam. per ſacramentum autem baptiſmi Chriſti ſanguine rubricati culpa remittitur. j̃. de baptiſ. maiores. §. cautè. Conſummatū poſt promulgationē Euangelij, ad Galat. 5. Si circūcidimini, Chriſtus nil vobis prodeſt. hoc intelligi poteſt de baptiſmo in genere ſiue de baptiſmo ſecundi Adæ, i. filij Dei, vt ſicut matrimoniū primum carnale in perſonā primi Adæ cōtractum fuit, ut dixi s̃. eo. in ſecunda cellula. ſic in perſona ſecundi Adæ baptiſmus Spiritus ſancti primò fuit inſtitutus: & ſicut ad exemplum primi matrimonij carnalis inter homines & mulieres, tota die matrimonium carnale contrahitur: ſic ad exemplum baptiſmi Chriſti omnes baptizari debemus, vt ſic quælibet anima vocari mereatur ſponſa Dei. hoc igitur intelligo initiatum in Catechiſmo. ar. de conſec diſt. 4. Cathecumenum. vel per uerba ſacerdotis, dicentis, vis baptizari? & patrini reſpondentis, Volo: hæc enim ſunt verba de futuro. Contractum per verba ſacerdotis dicentis, Petre, ego baptizo te in nomine Patris,[c] & Filij, & Spiritus ſancti. de quo dic vt no. infrà de bapt. prodeſt aūt cōſenſus patrini filio ſpirituali. de conſe. di. 4. illud perſcrutari. Ratū, Spiritu ſancto operāte. j̃. de bapti. debitū. §. in baptiſmo quippe. Conſummatū per chriſmatis vnctionem in capite. s̃. de ſacra vnct. capit. vnico. §. quia vero. ver. in uertice. de conſecra. diſtin. 4. poſtquam.

ADDITIONES.

a Hic eſt filius meus dilectus. ¶ Adde tex. in c. omnes quos. de conſe. diſt. 3.

b Sanguis & aqua. ¶ Adde cap. in ſacramentorum. c. non oportet. c. re vera. & c. acceſſerunt. de conſe. diſt. 2 & in c. ſi quis autem. de conſe. diſt. 4.

c In nomine Patris. ¶ Adde tex. in c. proprie. ſi quis presbyter. & in c. multi ſunt. de conſec. diſt. 4. & in c. debitum. de bapt.

In cellula nona ita ſcriptum eſt, Matrimonium Dei & fidelis animæ. Initiatum in creatione. 56. diſt. naſci. Aug. Domine feciſti nos ad te. Contractū in baptiſmo. Oſeæ 2 Sponſabo te mihi in fide. Ratū in ſancta operatione. talis enim anima firmatur cū Deo. Pſal. Qui facit hęc, nō mouebitur in æternum. vel dic, ꝙ ratificatur in Dei dilectione, j. Cor. 6. qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo. j̃. eo. Debitum. Conſummatum in glorię adeptione, Cantic. 3. Tenui eum, nec dimittam. Iac. j. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, &c. vel dic, ꝙ cōſummatur, quādo ab ærumnis huius ſeculi perfecta poenitentia, vel ſine mortali peccato, domino vocante ſubtrahitur. 21. q. 6. ſi presbyter.

In decima cellula ſic ſcriptū eſt, Matrimoniū bonæ operationis, & fidelis animæ initiatum in gratiæ præuentione, Pſal. Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. Contractum in pręuenientis gratię receptione, ſiue in aſſenſu liberi arbitrij. Pſal. Tibi dixit cor meū, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Actorū 9. Domine quid me uis facere? Eſaiæ 6. Ecce ego, mitte me. 8. q. j. in ſcripturis. Prouerb. 23. Fili, præbe mihi cor tuum. Pſal. Paratum cor meū Deus. Ratū, in boni operis executione. j. Timothę. 4. exerce teipſum ad pietatē. Pſal. Qui facit hæc non mouebitur in æternum. Conſummatum in boni operis aſſuefactione & continuatione. Matthæi 10. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. ad hoc 11. q. 3. æſtimant.

In vndecima cellula inter lineam genitā, & præcedentem poſita, quæ ab alijs & ꝑ alias replet, ſic ſcriptū habet, Matrimoniū unitatis fideliū ex diuerſis gentibus in vnū collectæ, & uni uiro Chriſto ſubditę. Hoc uidetur initiatum, quādo filius in hunc mundū ueniēs diſperſiones Iſrael cōgregauit. vel per illa verba, Centuplum accipies, quę fuerunt uerba de futuro. Contractum in prędicatione, quā exercuit per ſe, & per ſuos. nam in omnē terrā exiuit ſonus corū, &c. Io. 10. Alias oues habeo,[a] quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere vt vocē meā audiant, & fiat vnū ouile,[b] & vnus paſtor. j̃. de maio. & obe. ſolitę §. pe. vel dic ↄ̃ctū qñ commendauit diſcipulos Deo Patri. s̃. de ſum. tri. dānatus. §. cum ergo. Ratum, qñ dedit poteſtatē eccleſiæ faciendi miracula in nomine ſuo. Marc. ult. In nomine meo dæmonia eiciēt. Act. 5. in plateis ponebātur infirmi, &c. Cōſummatū erit in fine ſeculi, qñ iam intrauerit plenitudo gentium, & omnis Iſrael ſaluus fiet. Matth. 25. Venite benedicti, &c. In quolibet prædictorū unitatē & firmitatē inuenies, non ſchiſma, non diuiſionē, quæ per bigamiam no. & ideo bigamus non ꝓmouetur, quia vnitas fidei diuiſionem uel corruptionē nō recipit. 24. q. j. loquitur. & notatur j̃. de ſchiſma. Pōt ergo dicere quęlibet anima parochianorum per ſe: & oēs inſimul, nolumus miniſtrū bigamum, quia neſciret nos Deo unire, ſi in dilectionis unitate. j̃. de cele. miſſa. cum Marthę. §. uerum inter opiniones. uel unire. id eſt, ſubijcere ſeu repræſentare. Vnire enim multis modis dicitur, ut not. j̃. ne ſede uacan. deficit ergo in bigamo ſignaculū unitatis: quare ordines recipere non poteſt, ut dicit Aug. & ſic linea iſta una eſt reſpectu eſſentiæ, & ipſam eſſentiā denotat prima cellula: nouem cellulę ſequentes denotant trinitatem in perſonis: & ſic ab unitate in trinitatē perueniemus, quia ipſe eſt unitas in trinitate. per vndecimā cellulam eandem eſſentiā intelligimus, quæ ab alijs repletur, ut à trinitate perſonarum ad diuinā eſſentiam reuertamur. Igitur in arbore hac, quantum poſſibile eſt, unitas in trinitate, & trinitas in vnitate, ſine principio, & ſine fine. ad hoc de conſecratione. diſt. 4. omnes. quos. s̃. de ſum. trini c. j. & 2. ſic expedita eſt linea arboris, quæ à dextris imaginis diuinę ponitur.

ADDITIONES.

a Alias oues habeo. ¶ Adde tex. in c. in domo Patris mei. in §. hāc ſocietatē, de poenit. diſt. 1.

b Fiat vnum ouile. Adde tex. in c. fin. de bapt.

Videamus de alia linea, quę ponitur à ſiniſtris, in qua ſunt quinque cellulę.

In cellula prima ſic ſcriptū eſt, Vinculū inferni & diaboli ꝑ ſuperbiā ↄ̃ctū: Initiatū qñ cogitauit ſe æqualē Deo fieri, dicens, Ponam ſedem meā ab Aquilone,

Aquilone, Esa. 14. Contractum, quando proiectus est cum suis complicibus in infernum, Esaiæ 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. Consummatum, quia secundum Psalmum, Non adijciet vt resurgat. Esaiæ 24. Grauabit eum iniquitas sua, & corruet: non adijciet ut resurgat.

In cellula secunda sic scriptum est, Vinculum hominis & peccati. Initiatum in pronitate contracta ex traditione fomitis per propagationem, ad Romanos 5. In Adam omnes peccauerunt. Vel dic initiatum in primo motu, quando ab ipso immoratur. Contractum in cogitatione praua, quando ei assensus præbetur, & sic cogitationes separant à Deo. Sapien. j. Coniungunt diabolo, vt locutio peruersa. Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ: & qui loquitur iniqua, non dirigetur in conspectu Dei: quasi dicat, non placebit sponso in prauo opere. Psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Consummatum, in longa peccandi consuetudine. nam peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Psal. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. vel in morte. 11. quæstio. 3. æstimant. de consecratio. distin. 4 firmissimè.

In cellula tertia scribitur sic, Vinculum inter infidelem animam, & diabolum. Initiatum, de fide dubitando. nam dubius in fide, infidelis est. j. de hæretic. c. j. Contractum fidem negando, de tali contracto vinculo Petrus amarè fleuit, & reconciliatus fuit Matthæi 26. sic & vir reconciliare potest uxorem adulterã. j. de adulter. si vir sciens, certe & anima tota die meretricatur, sed per pœnitentiam reconciliatur, & noua efficitur. 50 dist. ferrum. Consummatum, errorem defendendo, & fideles persequendo, & conterendo. Cantic. 2. Capite vobis vulpeculas, quæ demoliuntur vineas. infrà, de purga. canoni. inter solicitudines.

In cellula quarta sic scribitur, Vinculum inter diuersas hæreses, & errores & diabolum. Initiatum per suggillationẽ, vt sic non videantur errare: quod quando pauci sunt, facere consueuerunt Contractũ, quando contra ecclesiæ castra se muniunt, cum iam ad se magnã multitudinem attraxerunt. Chrysosto. A veritate se nudos ostendũt, qui multitudine se armauerunt. Consummatũ, vt ecclesię vnitatem diuidant. Psal. Simul aduersum te testamentum disposuerũt Moab. &c. de hoc 24 q. 3. c. ultimo. & § sequentibus.

In cellula quinta sic scribitur, Vinculum inter diuisionem hæreticorum insimul colligatã, & iniquo principi gehennæ subditam. Initiatum tẽpore idololatrarum, quod cœpit ante legẽ à Bel de cuius nomine dr̃ Daniel 14. erat quoque idolum nomine Bel, apud Babylonẽ, &c. Contractum, tempore Pharisæorum & Sadducæorum sub lege, de quibus Marci 12. Mittunt ad eum quosdã ex Pharisæis & Herodianis, &c. Consummatũ, tempore idololatrarum & hæreticorum. de quibus Apoc. j. Odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi, &c. vel dic consummabitur in die iudicij, dicente Domino, Ite maledicti, &c. de hoc j. de hæreti. c. pen. s. de elect. licet. In omnibus his vinculis, vel ipsorum aliquo, nulla unitas est, nulla firmitas, nulla integritas, sed totum diuisio, totum schisma, totum falsitas, totum corruptio, & hoc per bigamiam repræsentatur, siue per bigamum qui diuisus fuit, siue corruptus in matrimonio, sicut præcedentes in vinculis infernalibus, siue diabolicis: sicut ergo Deus & diabolus in eundem subiectum simul, & semel, & eodem modo cadere non possunt, quia nemo potest seruire Deo & Mammonæ, sic bigamia, quæ diuisionem denotat, & ordo sacer, qui vnitatem designat, in eundem subiectum simul & semel & congrue cadere non possunt, quia quantum ad hoc, sibi adinuicem aduersantur. arg. ad hoc, j. de baptismo. maiores. § sed adhuc quæritur. in fine. & hoc est quod fortè innuit Augustinus, 26. dist. acutius. in fine. Ergo bigami in linea ista cadunt, & per ipsam repræsentantur, non quo ad uitæ meritum, sed quo ad ordinationis signaculum. sed hoc potest intelligi, ꝙ dicit capitulum, scilicet, quod contrahere secundas nuptias nihil aliud est, quam fornicari. 21. q. 1. de his. & c. hac ratione. vt exponas fornicari, id est, recedere à signaculo sacramenti. quando non promouetur. alias autem non fornicatur verè, imò castè viuit. 31. distin. Nicena. & licentia Apostoli vtitur. j. de secundis nuptijs. ca. pen. & vltimo. in hoc ergo non condemnatur. 31. quæst. 1. aperiant. & c. sequenti. Si bene consideraueris ordinem cellularum, ex prima descendit secunda, & ex secunda tertia, ex tertia quarta, ex quarta quinta, ex quinta sexta, ex sexta septima, ex septima octaua, ex octaua nona, ex nona decima, & ex his omnibus vndecima repletur, & unitur cum prima, quarum cellulæ lineæ obliquæ gradatim descendunt.

Circa hoc multæ mouentur quęstiones. In prima quæritur, quæ est ratio, ꝙ non nocet successio concubinarũ, nec bigamiam inducit, j. e. quia circa. xxxiiii. distinc. fraternitatis & tamen nocet successio vxorum. j. eo. de bigamis s. eo. per totum. & sic uidetur, ꝙ luxuria plus potest castitate, quod esse non debet. in authen. de restitutio. & ea quæ parit in undecimo mense. §. ultimo. collat. vii. nec enim debet esse melior conditio delinquentis, quàm non delinquẽtis. xvi. quæst. 1 legi. j. de donation. inter uirum & uxorem. & si necesse. respondeo, in concubinatu non potest notari diuisio sacramenti, quod non est. argumentum inf. de desponsa. impu. ad dissoluendum. & sic non deest signaculum, de quo dixi s. in quarta cellula. uersi. igitur plane. & sequenti: ideo cum in sacramento diuisus non fuerit, admittitur ad sacramenta ecclesiæ, quia non præsumitur, quòd in sacramentis debeat esse diuisus, sed quòd magis diligat spiritualia quàm carnalia. argu. 1. q. vii. sancimus. j. de procurat. in nostra præsentia. §. fin. qui uerò duas uxores duxit, cùm matrimonium sacramentum sit apud omnes, etiam infideles. inf. de diuor. quanto. & c. gaudemus. & in Paradiso contractum, ut notatur s. eodem. in secunda cellula: & sic si in sacramento semel diuisus inueniatur, præsumitur qđ in sacramentis ecclesiasticis diuisus esset, ut dixi supra. argumẽ. ff de re mili. nõ omnes. § à Barbaris. j. de præsump. mandata. Cõformitas. Deus habuit synagogam, demum desponsauit ecclesiã ut not. supra eod. in quarta cellula. Per synagogam potes intelligere concubinam. sicut enim filii concubinæ illegitimi censentur, nec succedunt cum legitimis ab intestato. C. de naturali. liber. authent. licet. sic filij synagogæ non capiebant hæreditatem patris, imò descendebant omnes ad inferos infideles in profundum. patriarchæ uerò, & sancti sperabant legitimari, uel redimi in limbo, uel in sinu Abrahæ, sed cunctis porta gloriæ clausa erat. per ecclesiam autem intellige sponsam legitimam, cuius filii sine mortali peccato ab hac luce subtracti statim euolant, & hereditatem patris adeunt. inf. de bapti. debitum. sicut ergo Deus dimissa synagoga, per quam concubinam intelligunt, ecclesiam desponsauit, & sic fornicator concubina dimissa potest ecclesiam desponsare, etiam ei reconciliari, si iam coniunctus fuerat. inf. eod. quia circa. quinimò si matrimonium contraxit cum virgine, cùm affectus & effectus deficiant, dispensatur. sic intellige. j. de cleri. coniug. sanè sacerdotes. secus, si affectus notari possit: ut si contraxerit quis cum duabus, uel cũ una corrupta. j. eodẽ. nuper & c. si Item non debes dicere, ꝙ fornicator sit melioris conditionis quàm sponsus, imò peioris est, quia nec fornicator ordinari debet, nec regnum Dei intrare potest: bigamus tamen quamuis non ordinetur, tamen bene meretur regnum Dei, cùm castè viuat. xxxi. distinct. Nicena. Sed tu obiicis de illo, qui egit pœnitentiam, & sic nõ est fornicator. 50. distinct. ferrum. non ergo valet oppositio facta ex eo, ꝙ fuit ac si esset. Deletur igitur fornicatio per pœnitentiam, cùm peccatum sit. s. de tempo. ordi. capitul. 1. j. de testi. testimonium. sed bigamia non per pœnitentiam, nec per baptismum deleri potest, quia non est peccatum. 26. di. una. non potest ergo reddi tibi defectus sacramenti, qui ex bigamia oritur, ut no. s. eod. in quarta cellula, & in undecima cellula, & in cellula quinta certè nec si oculũ vel brachium amisisses, per pœnitentiam quãtumcunque uolueris recuperare posses: quia factę causæ infectæ fieri non possunt, ut no. s. eo. § an cum bigamo valeat dispensari. & hoc propter defectum sacramenti. erunt enim duo, scilicet coniuges, inquit Adam, in carne una j. eod. debitum. j. de regula. ad Apostolicam, i. ad eandem seu vnam carnem propagandam, quia eius propositi debent esse, quòd in aliam carnem non diuidantur. ff. de ritu nup l. 1. C. de cri. expi. hęre. aduersus. ff. rerũ amota. l. 1. si ergo mortua prima ducit aliam, frangit propositum sacramenti tacitum, unde si promoueretur ad sacros, timeretur ne uotum castitatis in sacramento tacite emisso uiolaret. de hoc inf. de cleri. coniug. cùm olim. hoc non potest notari in fornicatore, quia non habuit semper propositum manendi cum concubina. aliàs matrimonium iudicaretur. ff. de ritu nup. in libere. & de concubi. in concubinatu. imò certè stuprum iudicatur, vel adulterium, xxx. q. v. aliter. sic secundum legem qui illam, quam uxorem habere poterat, in concubinatu habuit, non punitur: secus, si uxorem. ff. de concu. l. 1. Secundò quæritur, utrũ maritus virginis, qui non seruauit fidem, sed aliam cognouit constante matrimonio, bigamus censeatur? & uidetur quòd sic, quia non seruauit propositum vnitatis, de quo tetigi s. eod. uer. ꝓxim & §. quare bigamus. uer. consueuit. sicut censetur bigamus, si uxor sua adultera sit, & ipsam postea cognouerit & ignoranter. xxxiiij. dist. curandum. & c. præcipimus. & c. si cuius. quod dic ut not. s. eod § quot sint eius species. uersi. v. uel dic, ꝙ non debes iudicare bigamum, nisi vbi hoc reperitur expressum. argu. j. de sponsa. cùm apud. Tertiò quæro, quid si quis cognouerit sponsam suam adulteram, hoc ignorans, & demum facit, se

cit ſe in presbyterum ordinari, vtrum recipiat characterem, & vtrum habeat executionem? Dicas, quòd characterem recipit, & executionē habet, ad minus quò ad ſe iuſta & probabili ignorantia excuſante.argu.ſup.de ordi.ab epiſcopo ca.j.in fin. & c.2. nec enim de eſt fides ſacramenti.j̃.de presbyte. non bapti. Apoſtolicam. ſed ſi veritatē poſtea reperiat, ab executione abſtineat. inf.de presbyte.non bap.veniens. Quarto quæritur, quare exigitur maior caſtitas ex parte vxoris, quàm ex parte viri. De hoc dic vt not.ſup.eo.§.quare bigamus.verſi.ſed quare exigitur. Quintò quæritur, cum conſecratio epiſcopi maior & dignior ſit conſecratione virginum, quare poteſt conſecrari in epiſcopum, non ſolum qui vxorem habuit, ſed etiam qui poſt vxorem habuit cō cubinam.33.diſtin.habuiſſe.34.diſtin. fraternitatis. ſed ſi qua corrupta fuerit ante baptiſmum, vel poſt, ſi ſponte, vel vi, cum peccato, vel ſine, non poteſt inter ſacras virgines conſecrari. 26. diſt. acutius.32.quæſtio.5.ille.& c.præcedenti. Reſpon. ſacra virgo ſignificat eccleſiam triumphantem, non habentem maculam neque rugam.de pœniten.diſtin.j eccleſia.21.diſtinct.quamuis. 32. quæſtio.4.recurrat. ſed epiſcopus ſignificat eccleſiam militantē, in qua ſunt & boni & mali, & erunt vſque ad vltimam ſegregationem, quæ fieri habet in litore, hoc eſt, in fine ſeculi.26.diſtinctio. acutius. in fin. 2.quæſtio. 1.multi. circa finem. ſecundum Hugo. Ioan.& Goff. vel dic, vt not.s̃.eod.§ quare bigamus. ver. ſed quare exigitur. Eſt & alia ratio, quia in conſecratione virginis conſecratur virgo Chriſto: vnde cantatur, Veni ſponſa Chriſti. ideo Chriſtus qui matrem virginem elegit, & carnem incorruptam aſſumpſit, & ſemper virgo permanſit, & virgines diligit, & eligit, reſpuit coniugium violatæ: & ſit hoc ad virginum ordinem ſpecialiter commendandū. Epiſcopus vero ſpecialiter conſecratur eccleſiæ, quæ indifferenter omnes admittit, & nemini gremium claudit.C.de ſumma tri.l.fin. niſi ibi defectus ſacramenti interuenit, ſicut not.s̃.eo in quarta cellula. vbi alia ratio reformat peccatum, ſicut apparet per ea quæ ibi no. Ad hoc etiā eſt conſuetudo approbata, quæ maiorem caſtitatem requirit in vxore carnali, quàm marito: id eſt, ſæpius accidit, ꝙ maritus prouocat ad diuortium, ob cauſam adulterij ab vxore commiſſi, & magis inde ſcandalizatur populus quàm econtra, ſi Chriſtus ſponſus coniugium corruptæ reſpuit, ſed ſponſa eccleſia, dum tamen pœnitentiam egerit, non diſcernit. Sexto quæritur, quid ſi quis deflorauit virginem, & poſtea duxerit in vxorem? dicunt quidam, quòd non eſt bigamus, quia non diuiſit carnem ſuā in plures.arg.34.diſt. Valentino.& j̃.eo.debitū.ad finem. 26 diſt. acutius. j̃. qui filij ſint legi. tanta. & hæc opinio celebrior eſt, ſecundum Goff. & magiſtrum Ray. alij contra. quā opinionem amplector. Quamuis enim carnem ſuā in plures non diuiſerit, tamen negari non poteſt, quin cū corrupta fuerit matrimoniū conſummatum: ergo deeſt ſignaculum ſacramenti. de quo habes inf.eod.debitum.& 27.quæſtio.2. cū ſocietas.& no.s̃.eo.in quarta cellula: ideo audacter dico, quòd virgo debet eſſe ſponſa eo tempore, quo matrimonium contrahitur, & etiam quando conſummatur. vnde ſi ab alio poſt contractum defloretur, bigamia contrahitur, ſi poſtea conſummetur, vt apparet ex his quæ not.ſup. eod. verſic.2. quæritur. & ſeq. debet ergo deſponſari in virginitate.30 quæſt.5.qualis. & virgo debet eſſe in contractu.32 diſtin.nemo.34.diſt.curandum.& c.præcipimus.§ quod ergo de pellice. nec admitto quod alij exponūt, virgo, id eſt, non ab alio cognita, quia à quocunque cognita ſit, ſemper verum eſt, quòd deflorata remanſit, nec virginitas ſemel amiſſa recuperari poteſt.32.quæſtio. 5. ſi Paulus. C. de raptu virgi.l.vnica.reſpon.1. duo enim requiruntur ad hoc, vt ſacramentum non deſit. Primum eſt, ꝙ non diuiſerit carnem ſuam in plures, & ideo requiritur quòd vnica ſit. Secundum eſt, quòd ſit virgo, & ideo ſi ſit corrupta deſponſata, deficit hoc.inf. de cleri.coniu.c.2.& eſt expreſſum in authen. quomodo opor. epiſcopos. §. j.colla.j. Septimo quęritur, quid ſi aliquis credit contrahere cum virgine, & inuenit eam corruptam? Dicas quod bigamus cenſetur cum ſit maritus corruptæ.51.diſt.qui in aliquo, ad hoc excuſat error vel violentia. 32. quæſt. 5. ille autem. lex autem promotionis factum requirit, non voluntatem.15.q. 5 c.fi. ſed & ipſam conſiderat cum opere ſubſecuto.j̃.eo.nuper.& c.fi. Octauo quæritur, quid ſi quis ducat vxorem etiam corruptam, moritur tamen ante carnis copulam, demum ducit virginem, & cognoſcit, nunquid repellitur? Dicas, ꝙ non, quia non diuiſit carnem ſuam in plures, nec cum corrupta matrimonium conſummauit: ſicut nec bigamus cenſetur, qui ab alio ductam, ſed minime cognitam deſponſauit.j̃.eo.debitum.33.diſtin.c.fin. Nono quæritur, quid ſi maritus mulierem accuſat de adulterio, & pendente accuſatione illam cognoſcit etiam ad præceptum eccleſiæ, quia non debet ſuſpendi commercium lite penden.inf.vt lite penden.ca.2. 11.q. 1.quia res.8.quæſtio.4.nonne.33.quæſtio.2.ſeculares.35.q.6.multorum. vtrum contrahat bigamiam? Dicas quod ſic, quia irregularitas ſolo facto contrahitur, & abſque peccato, vt apparet ex his, quæ no.s̃.eo. ver.2.verſi.6. & verſi.7. quidā tñ hunc excuſare volunt, quaſi magis pati quam agere videatur, & propter bonū obedientiæ.ar.23.q.1. quid culpatur.in fi. & quia mortaliter peccat, ſi non reddat.j̃.de coniug.lepro.c.2 §.fin. ſed nihil eſt, quia ſi conſcientiā habet, potius ſuſtinere debet excōicationem vſque ad finē litis. ar. j̃.de ſent excō.inquiſitioni.& ſi mulier abſoluit, adhuc non conſulo, ꝙ cognoſcat, niſi uelit incurrere irregularitatem. vt apparet in his quæ no.s̃.eo.ver.3 nec peccat, cū ob adulterium commiſſum per exceptionem ortam, eā repellat. de hoc j̃.de diuortijs.§ quot modis. ver. 5.& j̃.de coniu.ſeruo.§.& an matrimonium.verſi.quid ſi lite pendente. Illud etiam noto, ꝙ ſi cū vidua contrahit, nullum priuilegium retinet. quod dic vt not.j̃. de cleri.coniu.§.quam pœnam.uer.in amiſſione.

a Et an cum bigamo [a] ualeat diſpenſari? Non videtur quia contra Apoſtolum eſt. j̃.eod. ſuper eo.& c.nuper.& c.fi. ſed contra, 33. diſt.lector. 50.diſtin. quicunque.2. Solut. Diſpenſare poteſt Papa, qui loco Petri ſucceſſit, & ideo eſt maior Paulo in adminiſtratione.21 diſt.§.j. & c.in nouo.2.quæ. 7. puto. nam & ſi Petrus hoc prohibuiſſet, tamen par in parem non habuit imperium.s̃ de elect.innotuit.§.j. Alij dicunt contrarium, unde dicunt, Martinus papa, qui diſpenſauit in d. c.lector. non fuit Martinus Papa, ſed Martinus Capra. ideo Nicolaus furioſus ſcripſit non ſine furore, quod ſi bigamus ex diſpenſatione ordinaretur, non reciperet characterem, [b] ſicut nec aſinus: & eſt ratio, quia ſicut oculum amiſſum non poſſet tibi Papa reddere, ſic nec defectum ſacramenti: quia factæ cauſæ, infectæ fieri non poſſunt.32.quæſtio. 5.ſi Paulus.ff.de ca.& poſtli. reuer.in bello §. factæ cauſæ.in authen.de æquali.dotis.§.j. uerſi. quid igitur prius. col.6. Cum enim baptiſmus non poſſit reddere hunc defectum, nec Papa poterit, quia nec ſine baptiſmo [c] poſſet animam ſaluare, ſed ubi de diſpenſatione agitur, & quęritur utrum ualeat, quātum ad eccleſiam militantem, quis dubitabit de plenitudine poteſtatis, ſecundū quam Papa poteſt de iure ſupra.ius.j̃.de conceſ. præben.propoſuit.& de nihilo aliquid facere.ſup. de conſti.cum acceſſiſſent.C.de rei vxo.l.vnica.j.reſpon.9.quęſt.3.per principalem.& quidem quamuis defectum non poſſit reddere, tamen patientem defectum poterit ordinare. argu.s̃. de cor.uiti. c.2.& de elect. innotuit. Nam & Apoſtolus criminoſum prohibuit ordinari. ut not. ſup. de tempo. or.§ & cui.in 1. regu. & tamen cum ipſis diſpenſare poteſt.inf.de iud.at ſi clerici. Fertur etiam, quod Lucius Papa cū Panormitano archiepiſcopo, qui fuit bigamus, diſpenſauit: hoc tamen non poteſt, id eſt, non congruit potentiæ ſuæ. ſic exponitur inf.de ſtat.monac.cum ad monaſterium.in fin. 32.quæſtio. 5.ſi Pau. & ſic intellige 50. diſtin. miror. Alij dicunt, quod poteſt diſpenſare, quo ad executionem ordinum ſuſceptorum. argu.inf.de cleric.coniug.ſane ſacerdotes. non ſuſcipiendorum.inf.eo.c.fin. quia impediunt contrahenda, & c.inf. de iureiu. quemadmodum. & hoc intelligit de bigamo interpretatiuo, cū quo diſpenſatur de mandato Papæ, uel ſi religionem intrauerit, etiam ut promoueatur. ſic intelligunt, j̃. qui cler. uel uo.c.1. & 2. Puto, quod c.lector. intelligatur ſecundum ſtatum primitiuæ eccleſiæ, ſecundum quem ſubdiaconatus non erat ſacer ordo.s̃.de ſeruis non ordinandis. miramur. unde Papa hodie de facili cum ſubdiacono non diſpenſaret. dico tamen ꝙ hoc poſſet facere, ſi uellet. Epiſcopi uero diſpenſare poſſunt cum bigamis, uſque ad minores ordines. 50.diſtin.quicunque. 2. quia tales non ſunt miniſtri, nec rectores, nec habent officium prædicandi, unde de diuiſione non eſt timendum in talibus: ſecus de ſacris. de conſe. diſt.2. trib. Si ergo bigamus ad ſacros ordines promoueretur, ordinatus ab executione, ordinator à collatione ordinum ſuſpēditur, quia in hoc caſu contra Apoſtolum diſpenſare non licet cū bigamo, quamuis cum ordinato poſſit.inf.eo.ſuper eo.

ADDITIONES.

a Et an cum bigamo. ¶ Adde gl.in c.ſunt quidā.25.q.1. Archi.in c.j.de biga. lib.6. Bal.in c.at ſi clerici.de iudi. S.Th.in 4.ſen.di.27.q.3.arg.3.

b Non reciperet characterem. ¶ Adde quod talis recipit characterem ut tenent Domini de Ro.dec.452.incip.quodam.in nouiſsi.

c Nec ſine baptiſmo. ¶ Adde Card. S. Sixti in tractatu de poteſtate Papæ. quæſtio.46.

DE CLERICIS PEREGRINIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Peregrini hic, qui dicantur.*
2 *Peregrini quare à promotione repellantur.*
3 *Peregrini quando & qualiter repellantur à promotione.*
4 *Ordines per iuramentum probari non poſſunt.*

Dictum

DIctum est suprà de his, qui prohibentur ad sacros ordines promoueri, uel etiam ad maiores. nunc de his tractandum est qui ab executiōe publica ordinū susceptorū, & ne ad maiores ascendant, aliquando ad tempus, aliquando in perpetuum prohibent: & sic dicamus de clericis peregrinis, exponentes, qui dicantur hic peregrini, Quare à promotione uel executione repellant, Quando & qualiter admittant uel repellant.

1 Qui dicantur † hic peregrini. Peregrini possunt hic appellari oēs, qui non sunt de episcopatu ordinantis, siue sint clerici siue laici, quia tales recipi non debent ab episcopo alio ad ordines, uel dignitates, uel ecclesiastica sacramenta. lxxj. dist. per totum. & specialiter in c. primatus. j. de paro. c. 1. & 2. & ꝙ omnes tales dicantur extranei, est ar. 3. q. 2. peregrina. 6. q. 3. cap. 1. & 2 & expressum de consec. di. fi. nō oportet ministros. 2 sed & incolæ, quorū vita, genus, origo, & regularitas sunt ignota Episcopo, similiter ab his, quæ superius dicta sunt, excludunt, xxiiij. distinc. quando Episcopus. xlij. dist. quiescamus. in verbo, Si enim in clero. arg. 2. q. vij. querendū in uerbo, Quorū vita & libertas noscitur. repelluntur etiā tales à sacramento. de conse dist. 2. tribus. si tñ aliquis sit incola notus. sed indignus, & sua indignitas soli epō sit cognita, ab ordinibus excludi non pōt. s. de tēp. ordi. ex tenore. nec à sacramentis. de conse. di. ij. non prohibeat. qđ dic vt no. s. de æta. & qual. §. ordo ver. quid si clericus petit ordinari. & uer. sed qualiter.

2 Quare à promotione, † uel executione repellant, quadruplex est ratio. Prima, quia non licet Episcopo falcem suæ iurisdictionis ponere in messem alienam, ordinādo, uel iudicando subditos alienos. lxxj. dist. per totum. vj. q. 3. p totum. 11. quæst. 3. per totum Secunda, quia tales solēt esse pro magna parte criminosi, infames, excōicati, uel aliàs irregulares corpore vitiati, vsurarii, publicè pœnitentes, lusores in scena, furiosi, arreptitij, accipientes nutricem in uxorem. 33. distin. per totum. l. dist. ex pœnitentibus. lj. dist. qui in aliquo. l. dist. confirmandum. de consecr. distin. 3. qui bis. Tertia, quia sæpe mentiuntur habere ordines, cum non habeant, uel maiores quàm habeant. xcviij. di. Afros. xix. q. 2. duæ. Quarta, quia cùm non appareat de licentia, in obediens præsumitur. nec enim licet clerico peregrinari sine licentia proprij Episcopi. de conse. distin. 5. non oportet. nec etiam causa studij potest se absentare sine licentia. j. de cleri. non resi. relatum. & c. seq. qđ dic ut no. in suma. eo. tit. Sed quæ est differentia inter hunc titul. & j. de peregri. resp. Hic tractatur, utrum clericus extraneus sit admittendus sine literis sui Episcopi: ibi verò qualiter is qui accedit ad sedem Apostolicam, intelligatur esse sub protectione eiusdem. j. & no ꝙ omnes peregrini sunt sub protectione eiusdem. j. de treuga & pace. in nouamus. quod dic ut ibi not.

3 Quando, & qualiter † admittantur, uel repellantur. Breuiter dicas, ꝙ si quis habet literas domini papæ cōmendatitias seu testimoniales, ubique recipiendus est in ordine suo. j. de cleri. non resi. fraternitati. Si uerò literas sui Episcopi, & sigillum notum sit, admitti pōt. argu. s. de renun. in nostra præsentia. j. de preb. cum secundū Apostolū, in fine, j. de cēsi. sopitæ. expressim. C. de epis. & cler. si qua. lxxj. dis. extraneo. & c. primatus. Si uerò tam clericus quàm sigillum ignoti sunt, nō admittitur publicè, nisi habeat sigilla quinq; Episcoporum, j. e. c. j. xcviij. di. transmarinos. & c. Afros. consueuit enim propter mutationem prouinciæ ueritas inumbrari. xcviij. distin. §. 1. Nec

4 per iuramentum ordines † probari possunt, & quamuis clerici quinque sigilla, uel etiam sigillum proprij Episcopi habeant, & promoueri velint ad ordines uel beneficia, in suspenso teneantur, quousque nota conuersatio sit eorum. j. eo. c. j. & 2. Sed quare magis creditur quinque sigillis, quàm uni, quia mille ignota sufficere non uidentur? respon. citius falsificatur sigillum unius Episcopi, quàm quinque, secundum Hug. nam & duo uel tres testes sufficiunt ferè in qualibet causa: & tamen plures testes aliquoties requiruntur, ne quid falsitatis excogitetur. C de fidei com. libert. l. ult. & licet hi & illi corrumpi possint, non tamen ita de facili plures, sicut pauci. q. d. sic dicendum est & de sigillis ad hoc xxviii. dis. de Syracusanæ. xiiij quæst 5 denique. xvj. q. ij. c. j. & iij. & q. v. accusatores. sed secundū Io. non est credendum 5. nisi aliqua notitia habeatur, quia circa maiora periculū uertitur. xlij. di. quiescamus. vii. q. ii. c. fi. ff. de Carbo. edicto. l. fi. §. si qs quia eadem ratio remanet, ergo idem ius est. sed fortè unus testis cum sigillis sufficeret. & hoc uidetur uerius: nec enim ratio Hug. sufficiens est, quia non ita de facili corrumpuntur tres testes, sicut vnus: sed qui falsificat unum sigillum sculpendo, idem faceret de centum: & qui hoc procurat de uno, & de centum hoc procuraret: ratio, quia in falsitate plurium sigillorum depēdet corruptio ex parte vnius tantum, s. falsarij. in falsitate uerò, testium non dependet corruptio ex parte corrumpentis tantū, sed ex parte testium producendorū: & ideo aliud hic, quàm ibi. Sed non refert, utrum faciat fidē de ordinibus per testes uel instrumenta, quia & quāuis nullā fidē faciant, secreto ex deuotione celebrare possunt. j. eo. tuæ fraternitati. sed de gratia, quia & prelato extraneo intelligit fieri gratia in hoc casu suprà, de usu pallij. ex tuarum secundum Goff. sed certè ibi loquitur de publicè celebrante, & sic intelligitur. 9. q. 2. per totum. Non licet etiā prælatis diœce. subiectis instituere clericos extraneos in ecclesiis suis, inconsulto Episcopo. nam si hoc faciant, exinde poterit diœce. Episcopus eos remouere, nisi cum aliquibus duxerit dispensandum. j. eo. c. fi. s. de ren. admonet. j. de insti. ex frequentibus. Et no. ꝙ in literis debet esse hæc clausula, uel similis, Quem gradatim ad talem ordinem promouimus, ut probatur in decreto, quod docet qualiter litera commendatitia seu dimissoria formari debeat. lxxii. dist. In nomine patris. & c. seq. & est ratio, quia debet inquiri de maioribus, & de minoribus, ne fortè per saltum, uel omissa manus impositione, promotus esset, vnde non haberet executionem. j. eo. c. 1. in fi. lij. dist. solicitudo. s. de sacra non iteran. c. j. Hæ literæ commendatitiæ uocantur seu testimoniales: j. eo. rub. sed tamen hæc non sufficiunt, quantum ad hoc, ut ordines recipere possit, imò necesse est, ut habeat dimissorias, s. ꝙ Episcopus cum à potestate & iurisdictione sua dimiserit: & licentiam dederit se, ubicunque voluerit, transferendi. lxxij. distinc. per totum, uel deprecatorias. s. de temp. ordi. ꝙ translationem. nec in hoc casu literæ archidiaconi sufficiunt. j. tit. 1. significasti. aliàs licet reciperet characterem, executionem tamen forsan non haberet: ut in d. cap. ꝙ translationem. & no. s. de ord. ab Episcopo. cap. 1. & 2. & facit ad hoc, j. de paro. nullus. lxxj. dis. per totum. lxxij. dis. per totum. Sed tamē in dictis distinctionib. promiscuè uidetur vti verbis, & loquitur etiam de litera formata. 32. q. 2. non omnis.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

Rubrica.

SUMMARIA.

1 *Archidiaconus quis dicatur.*
2 *Maioritas in ecclesia dicitur esse quadruplex.*
3 *Archidiaconus unde dicatur.*
4 *Archidiaconi officium quod sit.*
5 *Præscriptio contra visitationem quare non currat.*

EXplicito tractatu ordinandorum, de dignitatum officiis videamus. Et primò de officio Archidiaconi, sicut primus est in officio, vt apparet infrà eodem uersic. quis dicatur. Videamus igitur, Quis dicatur Archidiaconus, Et vnde dicatur, Quod sit eius officium, Et quibus præesse intelligatur.

1 Quis dicatur Archidiaconus. † Is qui in cathedrali ecclesia certam dignitatem adeptus est, cuius ratione debet esse diaco. in ordine. s. de æta. & quali. ca. 1. & inter diaconos prioritatem obtinere, & post Episcopum in iurisdictione prior esse, & uicarius eius. j. eodem. c. 1. qui & vicarius eius & oculus Episcopi appellatur, ex eo quòd vices Episcopi gerit, inspiciendo & inquirendo quis qualiter uiuat, j. eod. ad hæc. §. secundū. & § item in epistola, qui & primus est in ecclesia post Episcopū xxv. distinct. perlectis. sed contrà, quia & si diaconi sint oculi presbyterorum xciij. distin. diaconi ecclesiæ. & cap. diaconi. tamen presbyteris se inferiores esse agnoscant xciij. distinct. ab illo. §. ut ex præmissis, usque ad §. cum pagis. & ca. legimus. & cap.

2 Dominus noster. Solut. Quadruplex est maioritas † in ecclesia Dei. Prima ex tempore. j. de maioritate & obedien. c. 1 18. distinction. §. illud. & §. uerum. xcvj. dis. bene quidem. lxxv. distin c. fi. Secunda ex prærogatiua ordinis. j. de maioritate & obedien. statuimus. Tertia ex prærogatiua ordinantis, seu constituentis. j. de maio. & obed. per tuas. ff. de albo. scri. l. vlt. C. de aduo. diuer. iud. restituendæ. in fi. in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. eos. circa fin. col. 2. ff. de re iud. quidam consulebant. Quarta, ratione dignitatis, seu maioritatis officii. hac ratione dicitur Archidiaconus maior Archipresbytero, s. in dignitate seu officio, sed in ordine minor est. Sed diuersis respectibus potest unus ēe maior & minor altero, ut in exemplo posito, & probatur. 2. quæst. vii. queritur. Idem in Abbate in minoribus constituto. suprà, de æta. & quali. tuam in Domino. sic Subdiacono electo & confirmato. suprà. de elec. transmissa. Item potest esse maior & equalis, sicut Petrus fuit maior Apostolis in dignitate, seu officio, sed in apostolatu siue ordine Episcopali par fuit, & æqualis. xxj. distin. in nouo. 2. quæst. vij. puto. sed hoc intellige. xvij di. multis. ff. quando appel-

appellatū.n.fit.l.1.§.sed si præses.C.de offi.vica.l.1.in eo autem qđ quis minor est, debet maiori reuerentiam exhibere, ergo Archidiaconus in missa minor est Archipresbytero, & ei seruire debet: sed maior est extra missam, in loco, in uoce, in iurisdictione, & in alijs, quæ ratione dignitatis ei competunt. secundum hoc intellige, xxxiij.quæst.5.est ordo.xciij.distinct.à subdiaconis.xxi.distinct.in his omnibus.infrà, eodem.c.1.& ca.ad hæc.ĵ.tit.1.c.1. Vnum tamen non omitto, quòd maior in dignitate debet reuerentiam minori, gerenti vicem & locum superioris, ut no.ĵ.de offi.vica.§.1.

3 **Et vnde dicatur.** † Ab archos, qđ est princeps, & diaconus, quasi princeps diaconorum: unde (quando vult) euangelium præ aliis legit, uel cui vult, legendum committit.ĵ.eo.c.2.in princ. Est ergo prior Diaconorum. Vbi verò non est Archidiaconus in ecclesia, prior Diaconorum dicitur is, qui prius ordinatus est in Diaconum, id est, antiquior Diaconorum in ordine, & is debet supplere uicem Archidiaconi in ecclesiis illis, in quibus non est Archidiaconus constitutus: argu.š.de seru.in ordi.facien.ca.1.ĵ.de maio.& obed.statuimus. Sic & dicitur Archipresbyter princeps presbyterorum, quia eis præest.ĵ.tit.1.per totum. sic & Archiepiscopus princeps Episcoporum. Sic & uulgariter princeps villanorum seu rusticorum, qui scilicet præ alijs loquitur, præ aliis uult videri, Archiuillanus seu Archirusticus appellatur. Sed sicut archiuillanus, uillanus est, non obstante principatu suo, sic & Archiepiscopus Episcopus est, non obstante archo suo: ergo oēs sumus Episcopi, quocunque nomine censeamur, & locū Apostolorum tenemus, quamuis indigni.xxi.dist.in nouo.lxviij.dist. quorum uices.š.de sacra vnctio.ca.vnico.§.quia verò Christus. ver. per frontis chrismationem. nec est vis in nominibus: quia siue Archiepiscopi, siue primates, siue Patriarchæ uocentur, idē est officium eorundem xcix.dist.§.1.& c.1.& 2.ĵ.de offi.or.duo simul. Inde est, ꝙ etiam Papa episcopum simpliciter, non uniuersalem Papam se appellari desiderat. xcix.dist.nullus Patriarcharum & c.ecce.quinimò & in literis suis addit, Seruus seruorum Dei, š. in procemio in prin.ĵ.de sen.excomm. relatum.in fi. Non ergo consideres archos tuum ut inde superbias, nec quęras uerbis sed moribus prosperari.xcix distin.c.fin.quia non qui maior est, sanctior est, sed qui sanctior est, maior est.xi. distin. multi. Deferas igitur omnibus Episcopis, quamuis pauperibus: nam quilibet in Episcopatu suo vicarius Christi est, xxxiij. quæstio.5.mulierem sed Papa per excellentiam Episcopus & Christi vicarius appellatur: suprà, de translatio. Episcopi.capitu.1.& 2.& 3.

4 **Quod sit eius officium.** † Et quidem corrigere & reformare: ĵ.eodem.cap.1.in fine. Iurgia & lites clericorum omniū audire, xxv.distin.perlectis. Instituere lxiii.di.si in plebibus.inf.de institu.cùm venissent & ĵ.de offic.delega.super eo. infra, de excessibus prelatorum, ad hæc. Pœnas imponere. ĵ.de pœnis.licet. beneficiis priuare.inf.de præbend. referente. Excommunicare, suspendere, visitare, procurationes à subditis, & obsequia debita recipere.š.de elect. dudum.2.§.tandem inf.de excessibus prælatorum, ad hæc. Curam animarum exercere.š.de elect.cum in cunctis.§.inferiora. Et demum in omnibus uicem Episcopi gerere.ĵ.eodem.c.1.& c.ad hæc. ergo intelligitur ordinariam iurisdictionem habere. nam perpetua uicaria hanc inducit. C.de offi.eius qui vicem alterius gerit.l.1.nam & hoc ius tribuit.š.de rescript.postulasti.ĵ.de offi.uica.ad hæc.& ca.ex parte.ĵ.de fide instrum.G.perpetuus Ex his satis colligitur, quod Archidiaconus habet ordinariam iurisdictionem & perpetuam. Sed contrà, quia Archidiaconus animarum præbendas, uel curam conferre non potest sine conscientia Episcopi, xvi.q.vii nullus.inf. eodem. Archidiaconis.etiam obtentu alicuius consuetudinis, ĵ.eodē.cùm satis. Item ex quo dicis, quòd uicarius Episcopi est, ergo habet iurisdictionem delegatam: hinc est, quòd ab ipso ad Archiepiscopum, non ad Episcopum appellatur.infra, de præben.referente. De humilioribus etiam & minoribus negotiis tātùm cognoscit, grauiora autem Episcopo denunciat, & reseruat.xxv.distinc.perlectis.ĵ.eodem.ad hæc.ergo pedaneus iudex tātum intelligitur.C.de peda.iud.l.fi. Item excommunicare non potest.inf.eod. Archidiaconis.quia excommunicatio mucro est Episcopi.16.q.2.visis.in fi.igitur iurisdictio sine modica coercitione nulla est.ĵ.de offic.deleg.ex literis ff de offi. eius cui mandata est iurisdi.l.fina. Solu.dicunt quidam, quòd ubi per electionē creatur, iuris.habet.xciii.dist.legimus.in authē.de defen ciui §. nos igitur.col.3. Archidiaconus autem alicubi eligitur, sicut & Decanus.š.de elect.cum in iure.inf.de appellatio.constitutus.& præpositus.š.de elect. dudum. 1. inf. de appellatio. constitutus. 2 si uerò non per electionē creetur, sed per episcopum tantùm, qđ quædā iura velle videntur.ĵ.de inst.cùm venissent.lxxiij di. Episcoporum.lx.distinc.c.1.tunc non habet ordinariam, sed delegatam. Alij dicunt, sicut Hugo, quòd nullam iurisdictionem habet, nisi in quantū Episcopus sustinet, etiam obtentu alicuius consuetudinis.ĵ.eod.cum satis. Tertij dicunt, ꝙ ad consuetudinem diuersarum ecclesiarum recurrendum est, & secūdum eam iudicandum, quia iurisdictionem dat.C.de eman.l.1.& fi. ix.q.iij. conquestus. etiam priuatæ personæ.ĵ.de foro compet. cum contingat uel ex speciali priuilegio iurisdictionē habere. potest ut ibi, & ĵ.de iud.nouit.respon.1.ĵ.de exces.præla.ad hæc. & c.accedentibus ĵ.de eo qui fur.ordin.sus.c.1.sed non prodest cōsuetudo, nisi præscripta. & sic intellige.ĵ.eo.cum satis. & hæc opinio communior est, & hanc uidentur fouere iura š. in principio §.allegata usque ad uer.sed contrà. & uide quod not. ĵ. de offi.ord.§ quid pertinet.uersic.usus. de consuetudine etiam excommunicare potest, sed non anathematizare, & de illo intelligas, ꝙ mucro episcopalis est, quia inferior episcopo non potest excommunicare cum illa solennitate, de qua habes 11.q.3.debent.sed simpliciter possunt, inf.de offi.ord. cùm ab ecclesiarum.quod intellige etiam de maiori excommunicatione.inf. de sententia excommunicationis si quem. Quid si non appareat de consuetudine? Dic ꝙ si de nouo instituatur, uel non sunt completi xl.anni, & non apparet de forma institutionis, ad consuetudinem vicinarum ecclesiarum recurrendum erit: argumē. š.de consuetu.cùm olim ĵ de censi.ecclesiis.& capit.ex parte.& capitu.super eo. uel metropolitanæ ecclesiæ.ĵ.de sponsa duo. cap.fina.12.distinct.de his.š.de postulatio.prelato.c.1 ideo autē dixi, si de institutione ipsius non apparet, quia si certa forma canonicè imposita fuit, siue de honore, siue de onere agatur, ei standum erit, nec vltrà peti poterit. argument.ff.de pac.in traditionibus.ĵ.de præben.significatum: infra, de iure patronatus. præterea 2 quædam tamen de iure communi ad officium Archidiaconi.pertinent scilicet institutio corporalis beneficiorum ecclesiasticorum, sicut ponere Abbates & Abbatissas in sedem, examinatio clericorum ordinandorum & preficiendorum: infra eodem.ad hæc §.in quadam verò nostra constitu. & cap. ut nostrum.super quo uide quod not. š. de seru. in ord fa § quando fieri debet Item clericos inuitos tondere.inf.de vita & honestate clerico clericis.ea uerò quæ continentur inf.eodem. c.1. & 2. & c.ea quæ.non ad ius, sed potius ad consuetudinem referuntur uel talia ad ipsum Archidiaco.pertinent principaliter secundariò uerò ad Archipresbyterum, primicerium, sacristam, custodem, & sic non obstant tituli sequentes. Patet ex præmissis, quòd Archidiaconus visitare potest de triennio in triennium, ĵ.eo.c.1.subaudi ad minus: sed ad plus semel in anno, nisi causa emergat, propter quam necesse habeat sæpius uisitare.ĵ.eod.ca. mandamus. quod intelligunt quidam quando Episcopus uisitare non pōt, alioquin ad Episcopos pertinet, non ad Archidiaco.xvii.dist.visitabit quoniam autem Episcopus semel in anno tantum, ut ubi tantum per unum diem procurabitur.x. q. 3. inter cætera, ante finem. sed contra quia bis potest procurari in anno.inf.de censi.cum uenerabilis, ad finem. Solut. Dic ꝙ prima die qua venit, procuratur in sero, & tunc uisitat presbyterum: crastina die in mane conuocat populum, & reddit quod debet: & sic sumpta comestione recedit, & ad aliam ecclesiam proficiscitur, & sic procuratur in qualibet ecclesia bis in anno, scilicet in cœna primò, & secundò in comestione. sic intelligas x.quęst. 1.placuit quod alij dicunt correctum. uel dic, quod bis procurabitur & ter & quater & quoties opus erit: id est, quoties ecclesia causam præbuerit, & correctione indiguerit.xviii.q.2.uisitandi.& c.non semel. Sed dices, Quid faciet miser rector ecclesiæ: nam Archipresbyter uisitat ĵ.tit.1.c.1.2.& 3.cum duobus equis. Item Archidiaco.uisitat.inf e.mandamus.& cum.5.uel 7.equis. Item Episcopus visitat: inf.de offic.ord.c.j.cum xx.uel 30.equis. Item Archiepiscopus cum xl. uel 50.equis, qui etiam uisitat nedum cathedras, sed etiam parochias prouinciæ sibi commissæ, vt expressè habes inf. de censibus, cum instantia. § 1 Item cardinalis cum xxv.equis, ut de omnibus his probatur inf.de cēsib. cùm Apostolus, sed certè si omnes hi ad eandem ecclesiam semel in anno declinauerint, citò ad exinanitionem extremæ uirtutis, id est, facultatis deueniet ecclesia, & longi temporis victum breuis hora consumet, quod est contra iura.10.q. 2.inter cætera, ante medium: inf.de censibus.cùm Apostolus. sed dic, ꝙ metropo habet suam iurisdictionem in prouincia, ut s. annis singulis prouinciale concilium faciat, secundum formam traditā inf.de accusat.sicut olim. dioeceses autem suffraganeorum non uisitabit, nisi suffraganeis mortuis, uel negligentibus visitare. argument.9.quæst. 3. conquestus. & c.cum simul. inf.de off ordin significauit, & c.quanto.& ca.pastoralis. secundum Goffre. Alij contrà quia generaliter visitat totam prouinciam. ix.quęst. 3.Archiepiscopus habet argum.12.distin.de his.x q.3.cauendū. & est expressum, quòd hoc potest nulla præscriptione obstante inf.de præscr cùm ex officii.ĵ de cēsi.sopitæ.& c cum nuper. & not.š.eodem.uer.Item Archiepiscopus. Ego puto, non debere ius

re iuris calumniari, nec verba captari, sed qua mente quid constituitur, animaduerti conuenire. ff. ad exhibendum. l. penulti. puto igitur, quod ad hoc, ut ecclesia Dei sanctius regatur, crimina purgentur, & virtutes inserantur, plures visitatores sunt admittendi. argum. ff. de noui operis nun. nam reipubli. interest, & l. precedent. §. fina. sicut ergo vij. cohortes constitutæ sunt, præpositis eis tribunis, & super omnes spectabili viro, qui prefectus vigilum appellatur, vt vrbs ab incendiis defendatur. ff. de officio præfect. vigil. l. iij. sic multò fortius cauendum est ecclesi. ab incendiis spiritualibus. vnde ad hæc incendia euitanda inferiores constituti sunt præpositis eis Episcopis & Archiepiscopis, & super omnes summo Pontifice. ergo Archipresbyter uisitabit, si de consuetudine hoc habeat: demum Archidiaconus, si de consuetudine hoc habeat, postea Episcopus de iure communi, postremo Archiepiscopus de iure communi, & legatus ab Apostolica sede missus, cum nec papa uenire possit, & contra hoc non currit præscriptio. ꝫ. de præsc. cum non liceat. & c. cum ex officij. ꝫ. de censibus, sopitæ. & c. cum instantia. & cap. cum uenerabilis. & c. venerabili. & c. cum nuper. & ꝫ. de relig. domi. cum uenerabilis. & cap. cum dilecti. nisi subditus nomine non subditi: uel non subditus nomine suo præscripserit. inf. de præsc. cum ex officij. in quo casu requiro titulum. & sic intelligo inf. de præsc. de quarta. ꝫ. de iure patrona. cura. & c. suggestum. ꝫ. de censibus significauit. subditus autem ex titulo concessionis proprij prælati, hoc ius præscribere non poterit. inf. de censib. cum uenerabilis. inf. de donationibus. pastoralis. nisi concessio per papam fuerit confirmata, & à tempore confirmationis præscriptio fuerit completa. sic intelligo ꝫ. de religiosis domib. constitutus. transfert enim confirmatio sedis Apostolicæ iustum titulum præscribendi, sed requirit, quod præscriptionis tempora compleantur. ꝫ. de decimis. dudum. §. cæterum. inf. de præscriptionibus si diligenti. † Quare autem contra visitationem non currat præscriptio,[a] ratio est, quia nisi visitaretur, anima periclitaretur, & ex quo de hoc agitur, scilicet de periculo animæ, omnis consuetudo cessat: ꝫ. de elect. ca. fina. & omnis constitutio. ꝫ. de præscriptionibus, quoniam omne, & omnis appellatio. ꝫ. de appellationibus. ad nostram. & ca. consuluit. & ca. cum speciali. §. portò. & omne iuramentum: inf. de iureiurando. quanto. §. 1. xxi. q. 4. inter cætera. ꝫ. de ecclesi. ædifi. cap. fina. in authentic. scenic. mulier. collat. 5. & omne priuilegium. ubi senatores uel cla. l. prim. in fi. C. de Episcopis & cler. raptores. circa medium. l. ibi, sine fori præscriptione durissimis poenis afficiant: & pro, id est, mortis condemnent supplicio. & C. de raptu virgi. l. vnica. ubi eadem uerba ponuntur, & quantum ad hoc, specialiter debet intelligi, quòd sacræ leges non dedignantur, & cæt. ut not. s. in proœmio. §. vnde habuit originem. uer. est igitur hec nostra scientia. tamen de priuilegiatis dic ut not. infra, de priuile. In legato autem sedis Apostolicæ, ratio est illa, quę redditur, ꝫ. de censibus. cum instantia. & suprà de postu. præla. bonæ. j. istos omnes dico recipiendos, vbi ecclesia non grauatur: ergo sufficiat Episcopo, quòd ecclesias quę ipsum procurare non possunt, per inferiores uisitet. alioquin ipse met sibi prouideat. 10. q. iij. cauendum. & ca. placuit. argum. infrà. de locato. propter sterilitatem. & sic potest intelligi. ꝫ. de offic. ordin. inter cætera. uel dic, quòd ibi loquitur de expensis, quæ fiunt circa equitaturas emendas, & uestimenta, & similia, ad quę presbyteri non tenentur. nam & à iure ei conceditur, ut impeditus per alium visitet, & quis sit modus uisitandi, uide 10. q. 1. Episcopum. & cap. placuit. & in his quæ not. infrà, de offic. ordin. §. quid pertinet. uersic. uisitabit autem Episcopus. igitur si casus accidat, qui non potest per alium expediri. exemplum, ꝫ. de consec. uel al taris, aqua. uadat ipse propriis expensis. idem dico de Episcopo, scilicet, quòd non declinet ad locum, qui ipsum recipere non possit, nisi ex causa, puta si malam famã audiat, uel Episcopus negligens est, & tunc propriis expensis, uel de suo det quatenus ecclesia grauaret: hoc enim de mente est, quod in nullo casu grauet ecclesia: ꝫ. de censibus. cũ Apostolus. in prin. & ca. sopitæ. in fin. Sed nunquid plures ecclesias possunt hi simul vnire ad contributionem faciendã? Non uidet, quia hoc speciale priuilegiũ est legatorũ Apostoli. sedis: ꝫ. de censibus. cũ instantia. §. si verò. & ca. procurationes. §. hoc adhibito moderamine. ergo nullus alius hoc usurpare debet: ꝫ. de priuileg. sanè. dici pôt, quod Episcopus hoc facere potest pro negocio tangente totã dioecesim: & Archiepiscopus pro negocio tangente totam prouinciam. argu. optim. ꝫ. de maio. & obed. c. si. ꝫ. de sta. mona. ea quæ. §. hæc eadẽ. in fin. ff. ad leg. Rhodi. de iac. l. 1. & l. nauis onustę. sed uisitando hoc facere potest. super quo uide quod not. s. de elect. § quid de expensis. & ꝫ. de censib. §. qualiter. sub §. patet ex supradictis. uers. sed & patet puto etiã, quòd sup hoc potest fieri statutũ speciale ab Archiepiscopo de cõsensu Episcoporũ, & procurator capitulorum, uel maioris partis, & saniorís. argu. ꝫ. de his quæ fi. à prela. ca. fina. & inf. de his quæ fi. à maio. parte capi ca. fin. sicut & fecimus in prouinciali concil. quod nuper celebrauimus apud Dignã.

Statuta autem prouincialis concilij debent suffraganei in suis synodis publicare: ꝫ. de accu. sicut. 18. distin. decernimus. Sic iudicio meo, plures uisitatores admittuntur, ut cautius curentur animæ, adeo quòd etiam hodie religiosis ui si tatores, quò ad religiosos, institui mandantur, qui etiam de uisitatione Episcoporum inquirunt, ut apparet infra, de statu monachorum. in singulis §. porrò. & tamen corrigere non possunt greges, cum inferiores sint: sed superiori denunciant: infra, de statu monachorum. in singulis §. ordinentur. & ca. ea quæ. §. quod si Abbas inf. de iure patronatus. nullus. ꝫ. de offic. legati. studuisti. & de appel. constitutus. §. 1. Episcopi verò de uisitatione religiosorum & inferiorum possunt inquirere & punire. ꝫ. de offic. ordi. quanto, ad finẽ. ergo sequens uisitator uestigia prioris diligenter perquirat, & si superior est, corrigat: si inferior, superiori denunciet. ꝫ. de statu monachorum. c. fin. §. sequentes. Secundum hoc occurritur ecclesiarum grauaminibus, iura saluantur, & crimina puniuntur: ergo in his columnis tribus, scilicet. Episcopo, Archiepiscopo, & Legato, qui hoc habent de iure communi, consistere debet alma mater ecclesia, ut simul iuncti, quo ad idem propositum officium suum rectè peragant, & perfectè, & non sit inter illos inuidia neque zelus, id est, odium siue simulatio. argu. ꝫ. de offic. custodis. ca. 2. §. fina. licet ibi non de his tribus columnis loquatur, sed de aliis. & infra, de iure patronatus. cap. 1. ubi habes de simulatione: & hę columnæ uerè & propriè appellantur. inf. de accu. qualiter. 2. §. licet. 2. q. 7. accusatio. 12. q. 2. gloria Episcopi. Hanc materiem tetigi hic, quia in summa. Goffre. tacta erat, licet ꝫ. de censi. conuenientius tractaretur: & si contra hoc notatum inueneris, antequam mouearis, quæso perlegas iura præalleg. & in his diligenter studeas, & antequam iudices, consideres mentem iuris.

Et quibus pręesse intelligatur. Archipresbytero. ꝫ. titu. 1. ca 1. Primicerio: ꝫ. de offi. primi. c. vnico Sacristæ. inf. de off. sacr. c. vnico. Custodi: inf. de off. custo. c. 1. ergo non mouearis, si qua iura inuenias, quæ utrisque dent idẽ officium. nam ad Episcopum omnia pertinent, de iure communi. ad Archidiaconũ omnia sub Episcopo, exceptis prohibitis: ad Archipres. omnia sub eisdem, exceptis prohibitis: inf. ti. 1. c. 2. §. si Episcopus defuerit, & sic de aliis. & breuiter Archidiaconus omnibus præest post Episcopum, ut not. s. eod. § 1. quæ tamen omnia secundum consuetudinem exaudias, ut no. s. eod. §. quod sit eius officium. ver. tertij. & seq. in summa not. quòd Archidiaconus punitur nedum propter propriam negligentiam, uel fraudem, sed etiam alienam. & de omnibus etiam ciminilibus collectis, id est, denariis qui in peluibus, id est, vasis recolliguntur in ecclesia ab his qui eleemosynam facere uolunt, redditurus est rationem. sic intellige, inf. eo. ea quæ. ꝫ. de uerbo. signif. cum inter vos. §. 1. sic uocantur ciminilia omnia uasa ecclesi. xij. q. 2. Apostolicos. inde dicitur cimiliarcha, id est, thesaurarius ecclesiæ, siue sacrista. C. de bo. auth. iud. pos. l. si §. fin. ibi, nec uiros reuerendissimos, oeconomos, uel cimiliarchos sanctæ eccle. in qua pecuniæ deponuntur, aliquod detrimentum uel dispendium sustinere, & c. sic tenetur quis de culpa uicarij uel negligentia. inf. de statu mona. cum ad monasterium. §. penulti. ad fin. ff. de custo. & exhi. re. l. fin. ff. nau. cau po. sta. l. 1. §. fi. & duabus legibus sequen. & l. debet. & de excer. actio. l. 1. §. magistrũ nauis. & §. magistrũ aũt.

ADDITIO.

a Currat præscriptio. ¶ Adde Docto. in c. cũ in officij. de præscr. Archidiac. in c. fi. de censib. lib. 6. Lap. alleg. 30. in 3. col.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Archipresbyterorum genera quot sunt.*
2. *Archipresbyteri ad officium quæ pertineant.*
3. *Pœnitentia solennis dicitur dupliciter.*
4. *Archiepiscopus an debeat benedici ab Episcopo.*
5. *Iube Domine benedicere, quare dicatur in principio lectionum, & Tu autem Domine, in fine.*

Quia post Archidiaconum Archipresbyter gradum facit, ideo post officium Archidiaconi de officio Archipresbyteri videamus: & breuiter sub archidiacono est, quo ad iurisdictionem, sed superior est in ordine: ut not. supra titul. 1. §. quis dicatur. & quare sic appellatur, dic, vt not. supra titu. 1. & vnde dicatur. sed de duobus tantum uidendum est quæ sequuntur. Quot sunt

sunt genera Archipresbyterorum, Quæ pertinent ad officium Archipresbyteri.

1 Quot sunt genera† Archipresbyterorum?

Duo, scilicet Ciuitaten. j. eodem. officij. & ruralis inf. eod. ut singulę. hi etiam uel rurales decani siue Ciuitaten. vocantur: j. de censi cum instantia. & non sunt instituendi uel destituendi sine Archidiacono: ubi de consuetudine habent iurisdictionem, cum officium commune Episcopi & Archidiaconi exerceant. sic intellige, s. tit. 1. ad hæc. §. finali. quia quod omnes tangit, & c. vt ibi dicit. & probatur s. de tempor. ordin. si Archiepiscopus, & ff. de aqua pluuia arcenda. in concedendo. C. de autho. præstan. l. finali.

2 Quæ pertinent ad officium † Archipresbyteri.

hoc satis patet inf. eodem, ca. 1. 2. & 3. & dic quod Archipresbyter vicarius est Episcopi, quo ad quædam spiritualia. Primò prouidere debet de vita omnium presbyterorum, & in ecclesia stare assiduè, id est, horis competentibus. sic de consecratio di. 5. nunquam. sic. j. de frig. & mal literæ. §. fi. ibi, p continuum triennium. sic not. suprà, de vsu pallij. §. & quo loco. ub reperies multas similes concor. Secundo in absentia Episcopi missam maiorem dicet, scilicet in tertia, & collectam, id est, missam matutinalem, & parochialem, quæ à collatione seu collectione hominum sic uocatur. 69 distinc. quoniam videmus. probantur hæc j. eo. c. 1. Tertiò debet prouidere ministerium sacerdotum cardinalium, id est, ecclesiam regentium, à cardine in quo ostium regitur, [a] sic dictorum, in Papa cardo omnium ecclesiarum dicitur. 25. qu. 1. § his ita inde etiam cardinales dicuntur: s. de consue. cum uenerabilis. & de elect. coram & c querelam Et not. quòd presbyteri card. habent titulum diaconi: probatur suprà in eisdem concordan. inf. de arbit. cum à nobis. de testa. Raynutius. §. cum autem & capitul. Raynaldus § à cuius. & licet in decretalibus plerunque ponantur presbyteri sine titulis, in literis tamen domini Papæ nunquam ponitur presbyter quin addatur titulus, nec diaconus nec episcopus cum titulo. hoc ideo noto, & si literam bullatam in qua hoc non seruetur, inueneris, ipsam iudica falsam: arg. inf. de cri. falsi. ca. quam graui. hic autem uocantur Cardin. presbyteri, & alij tam in ecclesiis ciuitatis, quam dioece. principaliter seruientes, & in diuinis officijs ministrantes. De his cardinalibus prouidere debet Archipresbyter quis in qua hebdomada seruiet, ita quòd à sacrosancto die Dominico, id est, vespera sabbati sancti diei Dominicæ incipiat. 75 distinctio. quòd à patribus. j. de fer. quoniam. & per omnes horas canonicas, de quibus habes j. de celebra. missa. c. 1. perseueret indeclinabiliter, id est, non declinando, sed sine intermissione, & indefessè, id est, non fessè. j. de ætate & qualit. intelleximus. ad finem. unde uersus:

Exitus acta probat, finis, non pugna coronat.

Suprà de renun. c. 1. in fi uel indeclinabiliter, id est, ingradatam declinationem irreprehensibiliter perseuerent. quasi dicat, non ponant currum ante boues: quod faciunt qui primo dicunt tertiam quam primã. quasi dicàt, syncopent, i uersus psalterij non cuiscerent: quod faciunt qui dicunt uersus principium & finem, uentre omisso, contra quos inuehitur concilium generale: inf. de celeb. missa. dolentes referimus. & probantur hæc j. tit. 1 ministerium. respon. 1. sed contra, s. titul. 1. officium Solut. Principaliter spectat ad Archidiaconum: secundariò, ad Archipresbyterum sub Archidiacono. uel dic ad diuersas ecclesiarum consuetudines recurrendum, sicut sæpe no. Potest & illud dici, ꝙ illud c. officium, intelligendum est in præcipuis festiuitatibus, in quibus episcopus celebrat. & est ibi ar. j. eodem, ministeriũ. quòd canonici ecclesiæ cathedralis debent esse omnes diaconi, ut sicut uides, quod cardinales domini Papæ sunt omnes ad minus diaconi, sic & Cardinales episcoporum, id est, canonici, diaconi debent esse. arg j. de senten. & re iud. in causis. j. de hæretic. ad abolendã. responso primo. s. de temp. ordin. c. 2. nam & in præcipuis festiuitatibus ad minus duo presbyteri, & tres diaconi exceptis subdiaconis, & aliis clericis debent episcopo ministrare, de consec. dist. 1 episcopus sacrificans. & c. seq iubemus & de his debet Archipresbyter prouidere quis & in quo ordine episcopo seruiat. j. eodẽ, officium. §. quando uerò episcopus uel Archidiaconus. s. tit. 1. officiũ. canonici etiã non incongruè cardinales episcopi possunt dici. nam sicut Papa cardinalium consilio regitur, ut patet s. de electio. licet. respon. 1. & c. in Genesi. in fi. & c. ecclesiæ. 2. in fin. sic episcopi canonicorũ consilio regi debent: j. de his quæ fiunt à præla. nouit. & c quanto. inf. de his quæ fiunt à maio. parte cap. quæsiuit. & c. fin ergo sicut cardinalium domini Papæ alij sunt presbyteri, alij diaconi, sic uidetur dicendum fore de canonicis. Super hoc autem dic, sicut no. supra, de ætate & qualitate. § ordo. & de elect. §. quis possit eligere. uersi. & qui nullo iure impediatur. & ver. iure etiã consuetudinario. & sequentibus. Quartò prouidere debet, ne presbyteri aliquando cedant, id est. cessent, aut scurrilitate, id est decursione, à scurra quod est uagus: j. de off. ord. quanto. respon. 1. ad finem torpeant, id est pigri ent, seu lenti sint: inf. eodem, ministerium. §. prouideat. & loquitur ibi de sacerdotibus cardinalibus. & 7 quæst. 1. pastoralis 34. dist. presbyteri. lxxj. distinctio. fraternitatem. xxj quæstio. 1. relatio. quod expone, ut suprà not. Quintò, exceptis prohibitis, supplet Archipresbyter vicem Episcopi in omnibus, & infirmum reconciliat consulto Episcopo, infra eodem, ministerium. §. si Episcopus. quòd intelligas, quando crimen publicum est, de quo vniuersa ciuitas commouetur, & de publicè pœnitente, qui potest reconciliari ex delegatione Episcopi, non aliter. quinquagesima distinctio. in capite. 25. distinctio. perlectis. nisi morte imminente. & tunc priuatim ipsum reconciliat presbyter non publicè, xxvj. quæstio. 6. presbyteri. & cap. fina. Ioannes tamen dicit, quòd hoc intelligendum est de reconciliatione, quæ finito tempore fieri habet, puta septennis pœnitentia iniuncta est vltimo anno, reconciliabit tantum Episcopus, uel alius de mandato suo, alias autem quolibet anno potest fieri à proprio sacerdote. & sic intelligit capitula allegata. & xxvj. q. 6 capitul. 1. sequens in hoc Hugo. puto securius, quòd non intromittat se Archipresbyter, nisi consulto Episcopo, qui pœnitentiam imposuit. sicut seruat consuetudo, & ut hæc litera dicit. & capitul. in capite allegatum. Quid ergo, si Episcopus in cœna Domini præsens non fuerit, nec aliquem dimiserit in loco? Dicas quòd pœnitentes debent esse extra ecclesiam, quousque ab Episcopo introducantur, uel ab alio. authoritate sua, ita quòd non communicent, nec pacem recipiant: argumen. xij. quæstio. 2. de viro. xxxiij. quæstio. 2. latorem. de pœnitentia, distinctio. 5 si qui verò. de consecratio. distinctio. 2. Nicena. Ad hoc autem quod dixi, quòd Episcopi hoc delegare possunt, videtur contradicere. 50. distinctio. capitul. pœnitentes. & capitul. sequent. quia solennis pęnitentia soli Episcopo competit, ut ibi: unde exponitur à sacerdote, id est Episcopo, ergo ratione ordinis Episcopalis competit, ergo non potest demandari inferiori Episcopo, infrà, de consecratione ecclesiæ. capit. aqua. Dixit Hugo, quòd bene potest hoc fieri: nam consecratio virginum soli Episcopo competit, lxviij. distinctio. quamuis. xxvi. quæstion. 7. capitul. 1. & tamen de licentia Episcopi potest fieri à presbytero. xxvj. quæstion. 6. presbyter sed dic, quòd illud locale est siue temporale, sicut & illud. xcv. distinction. peruenit. hodie enim non potest consecrari à minori Episcopo, sicut notatur suprà, de vsu pallij. §. 1. & de tempo. ordina § quo tempore. uersicul. ergo. Idem dicerem de pœnitentia solenni, si ratione Episcopalis ordin. competeret. hoc tamen non dico: imò videtur, ꝙ ordinis sacerdotalis est. sed consuetudo ipsam ad manus Episcopi retinuit. hoc est quod not. 50. distinctio. capit. pœnitentes. ibi, sicut vbique statutum est. quasi dicat, consuetudo generalissima est, quòd sic fiat. uel quod dicit, à sacerdote, nõ exponas, id est Episcopo sed dimittas in simplici significatione, & dicas, à sacerdote subaudi ex delegatione Episcopi. nam à minori Episcopo alias fieri non potest, sicut vbique statutum est, &c expone ut suprà. Potest ergo imponi solennis pœnitentia ab Episcopo, & à sacerdote ex Episcopi delegatione, ut ibi, & infrà eodem, capitul. 2. ante fi. de reconciliatione hoc approbat consuetudo vbique: non sic de impositione. & illud subtiliter not. quòd Doct. malè uidentur intellexisse. capitul. 50. distinctio. in capite in fi. per quod dicunt, quòd inferiores Episcopo possunt pœnitentes in ecclesiam introducere & reconciliare sed ibi dicit, Ecclesiæ liminibus repræsententur: non dicit quod ab ipsis in ecclesia introducantur, sed quòd repræsententur, intelligo Episcopo. simile xxiiij. distinction. quando. in fin. 3 Vnum enim scias, † quod dupliciter dicitur solennis pœnitentia. vno modo, quia solenniter agitur, & de hac intelligo quæ sacerdotalis officij est, & delegari potest: alio modo, quia solenniter imponitur, scilicet per manus impositionem Episcopalem, & cum publica missa, scilicet Episcopali. & hæc demandari non potest, quia Episcopalis officij est, non sacerdotalis. Item reconciliatio alia publica, & hæc demandari non potest: alia priuata, & hæc demandari potest. xxvj. quæstion. vj. §. 1. & capitul. 1. & §. ecce quod. & cap. sequen. Illud etiam not. quòd hodie de consuetudine raro imponitur publica pœnitentia, quia pœnitentes nec comas deponunt, nec vestimenta mutant: quod tamen requirunt capit. allegata. & vide super hoc quod not. j. de pœni. §. vtrum pœnitentia debeat ite-

ADDITIONES.

a A cardine in quo ostium regitur. ¶ Adde glo. in c. 1. extra eo. tit. & in c. sacrosancta. in fin. 22. dist.

beat iterari sub §. his prælibatis. Sextò pertinet ad Archipresbyterum ecclesiasticum officium uice præsulis absentis inchoare, benedictiones presbyterales in eccle.dare.j.eo.officium.95.dist. ecce.præsente autem Episcopo nullus præsumat dare benedictionem, nisi is cui præceperit. Episcopo autem nullus inferior benedicat, sed quando dicet, Iube Domine benedicere: respôdeat chorus, Ora pro nobis pater.& tunc ipse det benedictionem.ita intelligit Hugo.21.distinctio. denique. argu. ad idem ff. de offic. proconsul.l.fina. 11.quæstio.1.peruenit.j. de offic.leg.uolentes. Solennem autem benedictionem, Sit nomen Domini benedictum, & c.nullus debet dare minor Episcopo. 26.quæstio.6.ministrare.secundum hoc intelligas quod dicit cap.sequens, quòd populus vbi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis. de consecra. distinct.1. cum ad celebrandos. Sed nunquid 4 Archiepiscopus † debet benedici ab Episcopo? Dicas quòd sic, vt apparet ex his quæ no.s.tit.1.§.& unde dicatur.eodem modo uidetur quod Archiepiscopus possit benedicere Apostolico, quod non est uerum, quia a solo domino benedictionem expectat.secundum Hug.argu.21.distin.cap.1.& 2.& 9.quæstio.3.aliorum.& cap.seq.& præceden.& s.de elect.licet.in fin.Sed quare prohibetur inferior, ne superiorem benedicat, nunquid malum est benedicere? Respondeo non, imò bonum, sed prohibetur ne inde superbia oriatur. Quamuis igitur benedictio bona sit in se, tamẽ prohibetur propter malum cohærens, siue inde sequens. sic 95. distin.cap.1.22.quæstio.1.in nouo.j.de iureiur.& si Christus.§. quidam.uel hoc est ut dignitas Episcopalis in maiori reuerentia habeatur, uel prohibetur maius meritum siue bonũ quod inde sequitur, sicut pomum fuit prohibitum Adæ propter bonũ obedientiæ.11.quæst.3.quid ergo.rustici tamen nostri temporis, & etiam mulieres hoc non seruant, sed benedicti benedicunt, ut be- 5 nedicantur ipsi. Consueuit autem quæri, † quare in principio lectionis dicitur, Iube Domine benedicere: & in fin.lectionis, Tu autem Domine, &c. respon.quia in princ.quæritur benedictio ab homine, cuius opera imperfecta sunt.C.de uete.iure enu.l.2.§.sed quia diuinæ.in authen. de instru.cau.1.respon.in fin.col.6.& de non alie.rebus eccle.§.ut autem.col.2.ideo uerbo diminutiuo, seu syncopato utimur, scilicet, Iube Domine: in fine uerò à Deo petimus misericordiam, quia pater est misericordiarum. 26.quæst.1.si quis presbyter.& qui opus imperfectum non nouit.j.de bapt.maiores.§.sed adhuc.ideo dicimus, Tu autem Domine, utentes integro uocabulo & imperfecto. Sed quæritur primò ab homine, & secundò à Deo, ut scias, quod illud quod homo minus bene facit, Deus supplet, unde ad ipsum ultimò recurritur, tanquam ad ultimum refugium. Vel dic, quòd principium significat uitam hominis, & quandiu quis uiuit, est sub homine, excepto Papa.93.dist. qui cathedram.& cap.sequen.& cap.nulla ratione. & ideo ut recognoscat se subditum, petit benedictionem propter bonum obedientiæ: finis uerò significat mortem, quando iam nõ subest homini, sed soli Deo.uel est sensus, ut Dominus taliter nos uiuere faciat sub regimine hominis, quod in fine misereatur nostri. Septimò debet prouidere, ne infirmi sine pœnitentiæ & eucharistiæ sacramento decedant, & ne desit eucharistia in sacrario.j.eod.officium.§.debet.quòd si culpa sacerdotis hoc contigerit, sanguis ouis amissæ, quantum in ipso est, ab eo requiretur.26.quæst.6.si presbyter.& cap.seq.arg.s.titu.1.c.1. ad fin.aliàs autem, nisi occasione infirmorum, non debet reseruari eucharistia in crastinum. sic tollitur cõtrà, de consecra. dist. 2.trib. & concordat ea.dist.presbyter eucharistiam. Octauò debet audire confessiones Ciuitatens. & eorum qui foris ueniunt ex præcepto Episcopi.j.eod. officium.§.confessiones.50.distin.in capite.qd intelligas, si de eadem diœce.sunt uenientes, alioquin contrà.j.de pæn.nullus.de pœ.distin.6. placuit. Ex hoc not.quod tres personæ sunt, quæ immediatè habẽt curam eiusdem animæ: sacerdos proprius.j.de pœniten. & remiss.omnis.& d.cap placuit Episcopus proprius siue de ciuitate parochianus sit, siue de diœcesi.ut hic.tertio Papa, ut apparet in concor. quas not.s.eod.§.uers.sed nunquid Archiepiscopus.ultimum ad baptizandum & succurrendum in omnibus sacerdos debet esse paratus.j.eod. officium.in fin. Hæc quæ suprà diximus, uidentur pertinere ad officium Archipresbyteri siue decani de urbe uel Ciuitatens. hic scilicet Archipresbyter cùm in supradictis officiis diuinis uicarius Episcopi intelligatur, non uidetur quod possit alij delegare. argumento C.de iudic.à iudice.j.de offic.delega.super quæstionum.§.1.sicut nec procurator datus ad iudicium, alium procuratorem facere potest, nisi factus fuerit dominus litis per contestationem.C.de procurato.neque tutores.& l.nulla.sed contrarium est uerum: quia bene potest alij committere.j.eod.monasterium.in fin.25.distin.perlectis.uersicu. Archipresbyter uerò. Nec obstat quod dicitur de procurato.quia potius uidetur procurator negociorum, quàm iudiciorum & procurator ad negocia bene potest alium procuratorem facere.ff.mandati.si procurato.§.1.nec obstat quod allegatur de iudice: quia illud locum habet in contentiosa iurisdictione. porrò aliud in uoluntaria, de qua hic loquitur, in qua nedum Archipresbyter, sed etiã simplices sacerdotes explere possunt quæ licita sunt. sicut prædicare, missam celebrare, & alia sacerdotalia exercere.95.distinct. ecce.suprà, de corpore uitia.significauit. & non Episcopalia, de quibus dixi suprà, de usu pallij.in §.j.& de sacra unctione.§.quis sit effectus. Episcopalia enim uicini Episcopi supplebunt, & probatur hoc.7.quæstio.1.Pontifices. sed ad cautelam præmittenda est protestatio, quòd rogati & inuitati accedunt, nec ista iure proprio exequuntur, ne præiudicet in futurum, ut ibi, & 34. distinctio.presbyteri.& argumen.suprà, de postulatione prælato. bonæ.2.responso.1. Cognoscit etiam Archipresbyter de causis matrimonialibus: argumen.infrà, de consanguinitate & affinitate.cap.1.sicut & Archidiaconus.infrà, de restitutione spoliatorum.literas. sed contrà: quia hoc magnum est sacramentum in ecclesia Dei, suprà, de bigamis.debitum.infrà, de sponsalibus.c.1.ergo magnum iudicem requirit, scilicet Episcopum.35.quæst.6.multorum.sicut innuitur infrà, de consanguinitate & affinitate.cap.1.ad fin. Item Archidiaconus non audit nisi ui la.maiora enim Episcopo referre debet, sicut legatus proconsulis. ff.de offic.procon.si quid erit.& no.s.de offic archidia.§.quod sit eius officium.uersic.de humilioribus.multò minus Archipresbyter, qui minor est, ut not s. in princ.huius titu. Solut. ad Episcopum pertinet, & non ad inferiorem, nisi inferior hanc iurisdictionem habeat de consuetudine uel priuilegio speciali, sicut legitur de Abbate.j.de exces.prælat.accedentibus.& not s.de offic.archi.§.quod sit eius officium.uersic.tertij. Abbas enim ius Episcopale quandoque præscribit.j.de præscriptio.auditis. Ad officium autem Archipresbyteri de plebe siue ruralis pertinet, ut imperiti vulgi, i. simplicis plebis de diœce.solicitudinem gerat, & curiosam affectionem maturè prouidendo habeat, sed & presbyterorum uitam qui habitant per minores titulos.i.ecclesias extra ciuitatem positas.60.distin.capi.2.80.distin. Episcopi iugi circunspectione.i.continua uigilia circunquaque habita custodiat: & si uitium uel defectum inuenerit, Episcopo nunciet, nec contendat Episcopus, plebem Archipresbytero non egere. nam & si ualde idoneus sit episcopus, decet ut sua onera patiatur.j.de præsumptio.mandata sed nec debet Archipresbyter contra decretum Episcopi aliud attentare: alioquin deponetur.j.de maio.& obedien.si quis.probantur hæc j.eod.cap.fin.

DE OFFICIO PRIMICERII.

Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Primicerius quis dicatur.*
2 *Officium primicerij quod sit.*

1 PRimicerius † est primus in choro, uel primus in cantu. Et est certa dignitas in aliquibus ecclesiis: de qua legitur s.de constitu.cum accessissent. In aliquibus ecclesiis uocatur præcentor, siue cãtor, sub quo & subcẽtor est, de quo habes j.de exces.pla.inter dilectos. qui etiam in aliquibus ecclesiis chabiscolus uocat, siue magister scholarium.j.de calum.c 2. Officium † huius est ut præsit in docendo 2 diaconis, & reliquis gradibus, disciplinæ custodiæq; insistat, quia pro animabus eorum Deo redditurus est rationem. Sic s.de offi. Archid.cap.1.& cap.ad hæc.j.de offic.ordi.irrefragabili.j.de regula.capi.fina. Lectiones debet dare ad nocturna officia, & studium habere debet de singulis. Non debet esse negligens, sed in quacunque re capacem sensum habeat, & per ipsum, uel illum cui mandauerit, alij instruantur.j.eod.cap.unico. Eo autem absente ea quæ ipsius incumbunt officio, per illum, qui ei aut ordine, aut iurisdictione proximus est, exequatur.25.distinct.perlectis.uersicu.ad primicerium. signatur contrà.s de offic. Archi. officium.ubi uidentur hæc ad officium Archi. pertinere. Solue, sicut not.s. de offic. Archi.§. & quibus præesse intelligatur. & s. titu.1.§.quæ pertinent, uersic.de his Cardinalib.in fin.

DE OFFCIO SACRISTAE. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sacrista quis dicatur.*

Sacrista

1 SAcrista † idem est quod sacrarius: unde qui hic uocat̃ sacrista, alibi thesaurarius[a] appellatur. 25. di. perlectis, in fi. Vocat̃ etiam alicubi cimiliarcha. vt no. s̃. de off. Arch §. fi. ver. in summa. Archidiaconus autẽ superior est, vt patet s̃. de off. Arch. ea quæ. uel recurre ad diuersas consuetudines. custos etiã sub ipso dr̃ esse, sed cõtrà, j̃. tit. 1. c. 1. & 2. dic ꝙ Arch. superior est omnibus: vel recurre ad diuersas consuetudines. sed quare tacetur ibi nomen sacristæ, & custos exprimitur? Dic ꝙ hoc ideo fit, quia qđ officio sacristæ incumbit, per custodis ministerium expeditur, ergo custos & sacrista quasi idem videntur. vnde j̃. tit. 1. c. 3. sacrista non nominatur, sed custos tantùm: nec in tractatu Isidori de custode mentio habetur, sed de thesaurario tãtùm. 25. di. perlectis. in fi. uidetur ergo poni unus pro reliquo.

ADDITIO.

a Thesaurarius. ¶ Adde an thesauraria sit dignitas, uide per Abb. in c. super literis. in 5. col. de rescr. Abb. consi. xciij. inci. in quæstione quæ ad præsens uertitur. in 2. uol. Fran. Paui. in tractatu, de potestate. cap. sede uacan. in 2. præludio. in 3. col. uer. quandoque autem thesauraria.

DE OFFICIO CVSTODIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Officium custodis quod sit.*
2 *Custos si sit negligens in officio, amoueri potest.*

CVstos ecclesię dicitur is, cui ea quæ ecclesię cõpetunt custodienda cõmittuntur, & subest Archi. j̃. e. c. 1. in prin. Ad officiũ † eius pertinet pulsare tintinabula ad horas canonicas, iubẽte Archidia. j̃. e. c. 1. uersi. in canonicis. secus est, si pulset̃ ad capitulũ congregãdũ: tunc enim præceptum capituli expectat̃, s̃. de elec. in causis. §. 1. Item secus, si pulsetur vt milites ad bellum exeant. 1. dist. ius militare. tunc enim uidetur spectandum præceptum magisteriæ potestatis. C. de iurisd. om. iud. magisteriæ. de officio isto parũ ad nos, quia arma nostra lachrymæ, & oratiões esse debent. xxiii. q. 8. §. j. & c. seq. xxxvi. di. c. fi. quamuis hortari possimus alios ad arma sumenda, ut oppressos defendant & fidem catholicam. xii. q. viii. §. his ita respondetur. & c. seq. igitur. & c. scire. & c. omni timore. & c. hortatu. j̃. de voto. ex multa. § fin. Lampades & lucernas debet accendere, & extinguere suo tempore: circa qđ sic inuigilet, ne supra modũ lucẽdo pereat, aut nimis lucendo obscurior sit ecclesia, sed cum discretione, quæ mater est omnium virtutum. 1. q. 5. præsentium. agat omnia, j̃. eo. c. 1. ver. lampades. Solicitus etiam debet esse de omni ornamento ecclesiæ, de candelis & incenso, & panem & uinum ad missam omni tempore habeat præparatum, oblationes etiam & decimas inter fratres diuidat cũ cõsensu Archidiaconi absente Episcopo. j̃. e. c. 2. respon. 1. si enim Episcopus pręsens est, ad ipsum pertinet diuisio. 12. q. 1. Episcopus ecclesiasticarum. & c. seq. 12. q. 2. vobis. & c. Vulteranæ. hoc intellige, quo ad ea quæ communia sunt, uel ubi non apparet de certa cõsuetudine, alioquin capitulum distributionem habet de his, quæ ad ipsum pertinent. j̃. de test. relatum. 2. §. nomine. nisi Episcopo speciali priuilegio distributio concedatur. j̃. de uerbo. signifi. cùm tibi. in omni tamen casu super quolibet dubio ad Episcopũ recurritur, & per ipsum terminabitur, & etiam si inferiores malè se habeant, idẽ officium corriget tanquam caput. j̃. e. c. 1. ad fi. s̃. de off. Archip. c. fi. ad fi. x q. j. decretum est. & c. sequentib. usque ad §. si autem Episcopus. j̃. de vi. & hone. cle. quoniam. uel Archiepiscopus in defectum ipsius. ix. q. 3. cùm simus. uel ad querelam eiusdem Episcopi: j̃. de offi. ord. irrefragabili. §. ceterùm. Hi tres officiales, scilicet Archidia. Archipresbyter & Custos, quales meliores & sanctiores reperiri poterunt, ordinentur: infrà eod. c. 2 §. in his tribus. quia beneficia melioribus danda sunt. viij. quæst. 1. licet. lxiij. dist. c. fi. j̃. de iure patrona. quoniam. ff. de decu. honores. respon. 1. C. de his qui ad eccle. consu. præsenti. §. quod si in finibus. in authenti. de sanctis. Epis. §. 2. & §. si quis oratorii domum. col. 5. nam sicut meliores bonis, sic optimi sunt melioribus præferendi. lxiij. dist. metropol. in authent. de monachis. §. ordinationem. col. 1. argu. de verb. obl. vbi autem non apparet. antiqui etiam emeriti nouis rudibus præferuntur. lxj. di. quid proderit. statuimus. nec emeritis. Item clerici ecclesiæ peregrinis: ut in c. nec emeritis. & c. nullus. Item prius ordinati, posterius ordinatis. lxxv. di. c. fi. & maiores in ordine minoribus. j̃. de maio. & obe. statuimus. Ad horum solutionem sic dicendũ est, si de proprio gremio fiat electio, sufficit ꝙ malus non sit. 16. q. fin. monasterium. si plures eligantur, tunc habita collatione de his omnibus habetur ratio & determinatio, quis cui pręferatur. s̃. de elec. dudum. 1. & c. quia propter. & c. cõgregato. & c. ecclesia. 2. in fi. ubi uerò de aliena ecclesia quis eligitur, requiritur ꝙ sit optimus, sicut si tutor de terra pupilli eligitur, sufficit ꝙ sit bonus: si de aliena, oportet ꝙ sit optimus. ff. de tuto. & cura da. ab his. diuus Marcus. secundum Goffre. dic ut not. s̃. de elect. §. quis eligi. uersi. is etiam qui non est de eodem gremio. In summa not. ꝙ si
2 custos † minus idoneus datus sit, uel si negligens est monitus per Arch. se non correxit denunciante Archi. per Episcopum amoueatur. j̃. eo. c. 1. uersi. si uerò & sequen. mirabile tamen uidetur, ꝙ aliquis per modum denũciationis amoueatur: nam accusatio inducit depositionem, inquisitio remotionem, denunciatio correctionem. j̃. de accusa. super his, & c. qualiter. Sol. Talis administrando delinquit, unde aliter corrigi non potest, nisi remoueatur. hoc autem generale est, ꝙ ex quo aliter non pótest fieri correctio, remoueri debet, etiamsi denunciatiuè agatur, sicut in iudicio pœnitentiali contingit. 13. distin. nerui. j̃. de simo. ex tuæ. & capi. Mattheus. in fin. & accedit 2. q. 7. qua propter. j̃. de iureiur. querelam. j̃. de fideiuss. peruenit. 81. distin. Maximianus.

DE OFFICIO VICARII. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vicarius quis dicatur.*
2 *A sententia officialis Episcopi ad quem appellabitur.*
3 *Officium vicarij quod sit.*
4 *Casus in quibus sit licitum per vicarium deseruire. 5.*
5 *Vicarius sine authoritate episcopi deseruire non debet.*
6 *Vicarius in ecclesia in qua seruit, quod ius habeat.*
7 *Vicarias plures an quis habere poßit.*

DIctum est s̃. de his qui deseruiunt ecclesiis suo nomine: ponitur hic de his qui nomine alieno, & ideo subiicitur de officio uicarij. uideamus ergo, Quis sit uicarius, Quod sit eius officium, Et in quibus casibus sit licitum per uicariũ deseruire, Et quod ius habeat uicarius in ecclesia in qua seruit, Et an possit quis plures uicarias habere.

1 Quis sit vicarius. † Qui uices alterius gerit, siue in officio non contentioso. j̃. eo c. 1. & 2. j̃. de offic. archid. cap. 1. & de offic. archip. capi. 1. in fin. siue in contentioso. j̃. eod. tua nobis. unde & ei obediendum est, & deferendum tanquam illi cuius uices gerit, ut 93. distinctio. cap. fina. 94. distin. cap. 1. j̃. de offic. delega. significasti. & cap. sanè quia. & capi. cùm olim magister. respon. 1. & not. j̃. de offic. delegat. §. quæ iurisdictio ipsius. uersicu. est tamen hęc iurisdictio. ad idem C. de offic. eius qui uic. alterius gerit. per totum. sed est sciendum, quòd illi uicarij, de quib. in ll. illis tractatur, nõ erant delegati uel subdelegati, sed ordinarij: nam eligebantur in certum tp̃s qđ erat ordinariis præfixum, ut ipsi uices ordinariorũ præsentium & uiuentium supplerent. erant & alij gerentes uices mortuorum & absentium, qui suffecti appellabantur. hi omnia poterant exercere, quæ ad iurisdictionem pertinent, præter ultimum supplicium, & membri abscissionem. C. eodem l. 2. in authen. de collatoribus. §. antequam uerò. collatione 9. Quid sit de officiali-
a bus Episcoporum? [a] Dicas, quòd delegati sunt eo quòd non eliguntur, nec ad certum tempus instituuntur, sed sicut & quantum Episcopi uolunt, possunt tamen alij delegare, quia ad uniuersitatem dati sunt. ff. de iudic. cùm prætor. §. iudices, secundũ
2 Goffred. † Sed ad quem appellabitur à sententia officialis Epi-
b scopi, [b] patet ex præmissis, quòd ad Episcopum: nam à delegato ordinarij ad ipsum ordinarium appellatur. ff. quis & à quo appel. l. ulti. Generale est etiam, quòd à delegato appelletur ad delegantem. C. de appella. præcipimus §. hoc si appellatio. in authen. de sanctissimis Episcopis. § si quis contra aliquem. col. 9. C. qui pro sua iurisdictione iudices dare, dariue poss. l. unica. ad finem. secundum Goffredum. In vtraque quęstione dicas contrarium

ADDITIONES.

a De officialibus episcoporum. ¶ Adde an appellatione officialis Episcopi comprehenditur uicarius Episcopi, uide per Doct. in c. 1. in primo not. de offic. uica. lib. 6.

b A sententia officialis Episcopi. ¶ Adde Doct. in c. quoniam. de offic. ordi. Doct. in c. Roma. de appel. lib. 6.

rium Dic ergo,quòd conſiſtorium Epiſcopi & officialis ,unum
& idem cenſetur,ergo talis officialis ordinarius dicitur , & ab ip
ſo , ſicut ab Epiſcopo , eſt hodie ad Archiepiſcopum appellan
dum , licet ab Archidiacono & inferioribus, eorumque officia-
libus ,ſit ad Epiſcopum & non ad Archiepiſcopum appellandũ:
niſi contraria conſuetudo probetur: ut in authent.d.n.extra,de
appellationibus.Romana eccle cum ſuffraganeorum . & quòd
iuriſdictionem habeant ordinariam comprobatur. C.eodem.l.
2.& in authen.de iudi.in principio.& §.illo cuſtodiendo.collat.
vi.C.de appellatio.l,penult.& l.eo caſũ.& l.præcipimus. in prin
cip & § hinc & ſaluberimæ.in authen.de appellationibus §.fina.
collat 4.ff quis & à quo app. l.1.§. ab eodem. & ſic non obſtat
inf.de appel.dilecti.nam cùm officialis Epiſcopi eadem perſona
cenſeatur cum Epiſcopo , & gradatim ſit appellandum : ab ipſo
officiali ad Archiepiſcopum appellatur : ſi enim ad Epiſcopum
appellaretur,poſſet Epiſcopus alij committere,& ſic nunquam
perueniretur ad metropol.contra iura.2. quæſt.7.metrpol. j̃. de
offic.leg.c.1.j̃.de offic.ord.paſtoralis.ideo pręcepit lex , quòd is
ad quem apppellatur,omnino per ſe cauſam audiat , non dele-
get , ut in authen.vt defun.ſeu fune eo.non iniuri.§ penulti.col
lat. 5.Quid ſi appelletur à delegato officialis Epiſcopi ? reſpond.
Appellari poteſt ad ipſum officialem , uel ad ipſum Epiſcopum
cum idem conſiſtorium ſit utriuſque , ut dixi.ad hoc.ff. quis &
à quo appel.l 1.§.ab eo.& à delegato ad delegantem ſemper ap-
pellatur , ut dixi ſ̃.eod.verſ.ſed ad quem appellabitur:hi officia
les videntur ordinarij ſine adminiſtratione , de quibus loquitur,
inf.de in integ.reſtitu.cauſa §. delegati verò . quamuis etiam il-
lud aliter intelligi poſſit. Vnum tamen not.ꝙ hi officiales dicun
tur hodie ordinarij ex conſti.ſ̃.alle.Romana.ſiue ex vi interpre-
tationis ipſius , ut apparet in his quæ not.inf.de offi. ord. §.1. &
2.unde ſecundum ſua tempora ſatis bene notauit Goff.uel poſ-
ſunt dici ordinarij,quia de conſuetudine , ſiue de iure tales can-
dem habent cum Epiſcopo poteſtatem , ut patet inf.de inſt.ca.
3.inf.de regu.c.2.j̃.de frigi.& malefi.c.11. §. illa. nominationem
ergo ab epiſcopis , poteſtatem uerò à iure recipiunt.argu. x q.
1.Epiſcopum per cunctas.& Exod.18.ca.circa medium.ibi , cur
ſolus ſedes,&c.& hoc inconuincibiliter probat dictum ca. Ro
mana.nam cum Epiſcopus ordinarius ſit, ſi officialis ſuus dele-
gatus cenſeatur,non vnum & idem,ſicut dicit dictum extraua-
gans,ſed diuerſum erit conſiſtorium utriuſque.

3 Quod ſit eius officiũ.† Vt deſeruiat eccleſiæ & perſonę
j̃.eod.prouideas.& ut curam habeat animarum.
j̃.eo.c.fi.ideo debet eſſe ſacerdos.ad quod compellendus eſt per
ſubtractionem prouentuum,uel vicariarum ipſarum , ut ibi. &
ſ̃. de ele.cùm in cunctis.§.inferiora.quod dic ut not.ſ̃.de ætate.
& quali.§.ordo.

4 Et in quibus caſibus † ſit licitum per uicarium deſeruire.
Et quidem quilibet regulariter debet in perſona pro
pria deſeruire.j̃.de cle.non reſiden.quia nonnulli. & c. relatum.
& ſacrificia offerre.xxxi diſtin.ſi laicus . & horas canonicas ho-
ris congruis (niſi occupatio ſuperueniat) ſingulis diebus Do-
mino reddere.j̃ de celeb.miſ.c.j.Super hoc ſunt duę opiniones.
Primi ex præmiſſis ſic concludunt,ergo non licet per uicarium
deſeruire.j̃.eo.clericos inf.de præb.extirpandæ.§.qui uero . nec
debet percipere beneficium qui negligit officiũ.j̃.de cle. coniu.
diuerſis & ca.Ioannes.& de cle.non reſi.conquerente . Secundi
dicunt,ꝙ quilibet debet habere vicarium , ſi facultates eccleſiæ
5 patiuntur argum.vii.q.1.illud.& c.nihil.Ego dico , † ꝙ ſine au-
thoritate Epiſcopi,non licet alicui vicarium inſtituere , qui ha-
beat ius in re , & ſic intelligo ſententiam priorũ : ſed bene põt
ſecum tenere ſocium,cuius adiutorio fulciatur , imo debet hoc
facere:quia væ ſoli, &c j̃.de ſtatu monacho. monachi. reſponſ.
1. authoritate etiam Epiſcopi hoc fieri poteſt , & talis uicarius
habet ius in re,adeò ꝙ ſucceſſor perſonæ ſiue rectoris uicarium
talẽ ſine cauſa non poterit remouere.j̃.eod.ad hæc. j̃. de arb.nõ
ſine argu.j̃.de exceſ.præla.ſicut unire.xvi.q.1 § ſicut.& infr. de
iure patronatus,poſtulaſti.& in his duobus caſibus intelligo ue-
rã ſententiam ſecundorum dico tamen, quod nihilominus re-
ctor debet in propria perſona deſeruire.non ſunt iſta contraria
ſed conſona.ecce enim Epiſcopus habet curam Epiſcopatus ſui
& multi poſt ipſum : quia Archidiaconus ſub eo de conſuetudi
ne: Archipresbyter ſub Archidiacono:presbyter ſub Archipres
bytero : & hi vicarii ordinarii & perpetui ſunt . ſupra , de offic.
Archidiaco.cap.1.& de offic Archipresby.c.1.habet & tempo-
rales qui officiales dicuntur.infrà , de inſti.ex frequentibus.& de
ſolutionib.Odoardus Qui & miſſi Dominici appellantur.infra,
de regula c.2.reſpon.1.infrà , de frigid.c.1.§. 1 de his dixi ſupra
eo.§ Sed nunquid hi conſtituuntur & deſtituuntur per Epiſ-
copum ſine capitulo ? Non uidetur.argument infrà , de his quæ
fi.à præla. nouit.& capitu. quanto.dic contrà , cum officialis ea
dem perſona cenſeatur cum Epiſcopo , ut no.ſ̃. eodem. §. 1. &
hoc conſuetudo approbat , quæ in talibus eſt ſeruanda.j̃. de his
quæ fi.à præla.ea noſcitur.Ex præmiſſis patet , quod authorita-
te Epiſcopi poteſt inſtitui uicarius,qui habet ius in re : & debet
Epiſcopus conſentire,ubicunque cauſa ſubeſt.argu.infrà,de prę
ben.vacante.& ubicunque æquitas ipſum mouerit. argum.ff.de
interroga. act. vbicunque . debet autem ipſum mouere æquitas
in omnibus caſibus in quibus poteſt abſens ſine peccato , per ui
carium deſeruire,& ſunt hi.Primus ratione occupationis . hac
ratione excuſatur Epiſcopus , qui habet vicarios ſub ſe in eccle
ſia cathedrali , ubicunque & regulariter,ipſe ergo in camera ſua
vel capella poteſt horas canonicas dicere ſimul omnes in ma-
a ne,[a] & poſtea expedire alia quę occurrunt : uicarii autem ſui &
miniſtri eccleſiæ ipſas dicent in eccleſia publicè , id eſt , ſolenni-
ter , horis competentibus vice ſua.Hoc idem intelligo in quoli-
bet circa rempubli.occupato infrà,de celebra miſſa.capit. 1. Re
quiritur tamen , quòd in quolibet die Dominico eccleſiam of-
ficiat Epiſcopus , & præcipuè ſolennibus feſtiuitatibus , de qui-
bus dixi ſuprà de uſu pallii.§ & quibus diebus niſi aliqua excu-
ſet neceſſitas.vii.quæſtione 1.temporis in fine.& cap. peruenit,
de conſecra.diſtinctio.3.Epiſcopus infrà , de cele.miſſa te referẽ
te.ad hoc infra,de offic.ordin.inter cætera 10.quæſtio.1 Epiſco
pum . Secundus eſt ratione ſtatuti ſiue conſuetudinis.argumẽ.
de conſtit.cùm omnes.in fin.infrà , de conceſſ.præbend. ex par
te Aſten.in fi.xxxii.diſtinctio.placuit . Tertius eſt ratione priui-
legij,ſeu diſpenſationis.ſuprà,de filijs presby.propoſuit.quæ to
ta die concedit dominus papa ſuper pluralitate beneficiorum ,
iniungens in fine : dum tamen cura animarum non negligatur ,
& eccleſijs facias per vicarios idoneos deſeruire. No. tamen,
quòd contra hunc caſum & præcedentem poteſt uenire præla-
tus , ſi eccleſia ſit ſeruitoribus deſtituta.infrà,de cle.nõ reſi.cùm
ad hæc.& argumen.inf.de deci.ſuggeſtum.& de uerborum ſigni
ficatio . quid per nouale. Ex quo enim conſuetudo incipit eſſe ir
rationabilis , & eccleſiis oneroſa,tenenda non eſt . ſuprà de con
ſuetu.capitu. 1.& fin argumen.xxix.diſtin.capitu.1.& 2. Quar-
tus eſt ratione loci remotioris,& animarum periclitationis. in-
frà, de eccle.ædific.ad audientiam . Quintus eſt ratione religio-
nis,inf.de pręb.de monachis & capitu.in Lateranenſ. Sextus eſt
ratione diuerſæ nationis.infrà de offic.ordin.quoniam.ſuprà,de
tempor.ordin.quòd translationem . Septimus eſt ratione præ-
dicationis.j̃.de ſtatu mona.quod Dei timorem in fin. ibi tamen
potius videtur ſocius quàm vicarius , ſed comprobatur caſus
iſte.j̃.de offic.ordin.inter cętera. Octauus eſt ratione perplexi-
tatis : ut quando quis habet præbendam in eccleſia cathedrali,
cui annexa eſt parochialis eccleſia:hic enim in eccleſia cathedra
li perſonaliter deſeruiet,& per vicarium in annexa j̃.de præbẽ.
extirpandæ § qui verò & c.propoſuiſti nec enim eſt rigor iuris,
ex eo quod ſequi poſſet perplexitas,requirendus inf de ap pel.
interpoſita.§.fin. Nonus eſt ratione defectus ſeu debilitatis ſu-
peruenientis.vii quæſtio.j.capitu 1.infrà , de cleri.ægro.capit.1.
penult.& ult. Aliqui tamen dicunt,quòd iſte eſt coadiutor, non
vicarius:non facio vim in verbis,& quantum ad mentem, uica-
rius eſt.ego non curo de nomine.j̃.de procura. petitio. C. com-
mu.de leg l.2. Decimus eſt ratione neceſſariæ profectionis. j̃. de
appell. peruenit.puta cruce ſignatus eſt.infrà , de uoto.capi. fin.
Vndecimus ratione voluntariæ profectionis,utilis tamen & ho
neſtæ,puta cauſa ſtudiorum , ſeu peregninationis cum prælati
licentia,infrà,de cle.non reſi.relatum.& de conſ.diſtinct v.non
oportet.In hoc tamen caſu & pręcedenti,cùm impedimentum
temporale ſit,non puto quòd conſtituatur perpetuus vicarius ,
ſed ad tempus. Duodecimus eſt ratione diuini cultus augmenta
tionis,& ſanctitatis,& æquitatis,ſcilicet quando bene abundat
eccleſia in reditibus:argu.ſ̃ de conſti ex parte & c. cùm M.Fer.
& ſic poteſt intelligi. vii.q 1.illud.& c.nihil.hic igitur non abſol
uitur rector,ſed tenetur nihilominus in propria perſona deſer-
uire,alioquin diuinus cultus non augmentaretur.

6 ET QVOD IVS HABEAT VICARIVS † in eccle
ſia in qua ſeruit. Vt nõ remoueatur ſine cauſa , nec cum cauſa ſi
ne licentia epiſcopi.j̃ eo ad hæc.j̃.de præben.in Lateranenſ. Vt
animas curet.j̃.eod.c.fi. Vt conueniatur cum habeat ius in re.j̃.
de fide inſtru.G.perpetuus uicarius. Videtur tamen ꝙ ſi eccleſia
ab eo petatur,debet in iudicio Epiſcopum tanquã rectorem to-
tius diœceſis nominare,quia is poſſidet,cuius nomine poſſidet.
j̃.de reſti.ſpo.cum ueniſſet in fi.& c.olim cauſam.& arg.j̃. de of
fic.iudi.c.1.j̃.vt lite non conteſtat.qũ frequenter.§ ꝙ ſi ſuper re
bus immobilibus.& arg.de iur.calũ. c.1.& ult.j̃.de foro compe.
ſignificaſti Dic ꝙ authoritate Apoſtolica trahi põt tanquam is
qui poſſidet.12.q.2.quicũque.16.q.j.in canonibus.ff.ſi uſusfruc.

pe.vti-

ADDITIO.

a Simul omnes in mane. ¶ Adde Ioan.& Abb.in c.1.de cel. miſ. vbi refert
miraculum de ſancto eremita.

pe.vti frui.§.vtrum.& de ser.l.fi.& si ager vecti.vel emphy.pe.l. 1.2.& 3. Episcopus tamen ipsum defendere potest, etiam eo inuito, cùm sua intersit principaliter.s̃.de elect.querelam.j̃.de pręscrip.ex trāsmissa.j̃. ꝙ met⁹ cau.dilecti j̃. de dona.inter dilectos. j̃.de succes.ab intestat.c.fi.j̃.de sta.mo.recolētes.§.fi.j̃.de capel. moc.ca. 2. potest etiam Episcop⁹ interesse in causa per se, potest & per alium.j̃.de iura.cal. c. fi. prodest etiam hoc ei ne colludatur, vt C.de liti.auth.si hæres.& opp.ar. ff.de vsu & habi.si ita legatus.§.dominus proprietatis.& ff.vt in pos.leg.is cui. § qui legatorum. eundé etiam vicarium potest facere procurator, quo ad ius Episcopale.j̃.de cōfir. vti. cùm dilecta.§.quia verò. Quid si Episcopus scit, ꝙ contra ipsum ag tur, & non defendit? Videtur ꝙ paretur ei præiudicium, cùm prohibere possit presbyterum.ff.de re iud.sæpe.§. cur autem. & de except.rei iud. exceptio. j̃. de sent. & re iud. quamuis regulariter.si autem ignorat, præiudicium nō parat:& sic intellige j̃.de donat. inter dilectos. & j̃.de arbit.cum tempore.ar.ff de exce.rei iud.l.iudicatæ §.si debitor.& l.si mater.§. fi. Item habet ius petendi sibi assignari congruam portionem de redditibus ecclesiæ, cui seruit, si minus competentem habeat. debet enim talem habere, ꝙ inde valeat commodè sustentari.j̃.e.ad hæc.j̃.de ap.peruenit.j̃.de præb.de monachis.& c.extirpandæ.§ qui verò.quod autem dicatur sufficiens beneficium, dic vt no.s̃.de rescript.§. quæ possunt obiici. post distinctionem quæ incipit, quod autem dixi ver. sed quod appellas beneficium sufficiens,& sequentibus.

7 Et an posit † quis plures vicarias habere? Not. j̃.eod.prouideas.nec vicarius in vna ecclesia potest intitulari in alia vicaria retenta.j̃.de resc. postulasti. nec intitulatus in una potest fieri vicarius in alia.j̃. eo.c.1. in summa not. ꝙ vicarius adeò personaliter adstringitur ad seruitium ecclesiæ, cuius est uicarius, faciendum, ꝙ alium vicarium sibi instituere non potest.sic intelligitur secundum vnam lect.j̃.eod.clericos. est ergo similis manumisso sub hac conditione, ꝙ nunquam ecclesiā deserat.s̃.de ser.nō ordi.eo libentius.& illi qui adeptus est præbendam, cui hoc onus annexum erat. j̃. de præben. significatum.& clericis intitulatis in ecclesia ad certum seruitium faciendum, qui cùm continuè & personaliter seruire debeant, ab assideo assides assisij possunt dici, vel quasi assidui. j̃. de cleri. non resid.cùm ad hoc aliàs in infinitum res posset extendi.C. de fide instru.l.fi. est ergo uicaria personalis, ideo personam non egreditur.s̃.de vsu pallij.ad hæc.ff.de reg.iur.priuilegia. vij. q.1.petisti.ff.de.solut.inter artifices.j̃.de officio delega. c.fi. §. is autem. C.de cadu.tollend.l. unica.§.sin uerò talis. Vicarius etiam summi Pontificis non potest literas concedere extra urbem, nisi eidem specialiter concedatur.j̃.eod.tua.Finaliter nota, ꝙ secundum beatum Ber. qui per uicarium seruit, per vicarium remunerari debet: nec enim, sicut dixit lex, ferendus est qui lucrum amplectitur, onus aūt ei annexum subire contemnit. quod dic ut no.s̃.de rescr.§. quæ possunt obiici, super uerbo, uersuum pauper. ver. & regulæ iuris, quod intelligo, nisi causam habeat, vt not.s̃.eod.§. & in quibus casibus.

DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS delegati. Rubrica

SVMMARIA.

1 *Delegatus quis sit.*
2 *Delegare quis possit.*
3 *Delegari cui possit.*
4 *Delegari quæ possunt.*
5 *Appellari non potest ab his, qui iurisdictionem non habent.*
6 *Delegatus potest subdelegare principium, medium & finem.*
7 *Merum imperium cum vniuersitate, an tacite in alium possit transferri.*
8 *Officium iudicis delegati quod sit.*
9 *Iurisdictio subdelegata quare se trahat ad delegatam.*
10 *Iurisdictio iudicis delegati quibus modis prorogetur.*
11 *Iurisdictio iudicis delegati qualiter terminetur.*

IN superiori titulo dictum est de his q gerūt uicē alterius in officijs diuinis, seu iurisdictiōe uolūtaria, nunc de his q in iudicio seu in iurisdictione contentiosa uices alteri⁹ gerūt, agēdum est:& sic ponamus rubricā de officio & potestate iudicis delegati, dicentes, Quis sit delegatus, Quis delegare possit, Cui possit delegari, Quæ delegari posunt, Quod sit officium delegati, Quæ iurisdictio ipsius, Quibus modis eius iurisdictio prorogetur, Et qualiter finiatur.

1 a Quis sit † delegatus. [a] Is cui causa committitur terminanda vel exequenda, vices delegātis repræsentans, & in iurisdict. proprium nihil habens. ff. de offic. eius cui man. est iur. l.1.in fin.infrà eodem.sanè quia.& capit. cùm olim magister.

2 Quis delegare † possit. Princeps, iudex ordinarius, & etiā delegatus, sed cū distinctione q̃ infrà dicā.nā inter istos est differentia, quia delegatus à principe suam sententiam executioni mandat. infrà eodem, significasti.& cap.in literis.delegatus verò ab ordinario minimè, imò exequitur eam ordinarius, qui delegauit.ff. de re iudic. à diuo Pio. 2.quæst. vij. quisquis. & potest hoc dici verum, nisi ad vniuersitatem sit delegat. quia cum vniuersitate multa transeunt, quæ specialiter non transirent:infrà, de iure patrona. ex literis. ff. de contrahen emptio.in modicis. ff. de acquirend. rerum domin.quædam. & hoc obtinet consuetudo. Gul. Na. dicit aliud esse de æquitate canonica.infrà eodem.quærenti.quia nimis grauarent pauperes, nisi delegatus aliquam coercitionem haberet.infrà, eo.ex literis. unde cautè procedet iudex ordinarius qui delegat causam, si adijciat illam clausulam, Facientes quod decreueritis, &c. & tunc non erit dubitatio. idem dicit in eo qui delegatur à delegato à papa.nā cùm ipse delegatus hoc possit, & plenariè possit alij committere vices suas. infrà, eodem. super quæstionum. §. porrò. & c. uenerabili.ergo subdelegatus hoc poterit. sed obijcitur, quòd delegatus hoc videtur habere à lege, non ex commissione.C.de iudi.à iudice.j̃.eodem pastoralis.§.1. unde in alium illam iurisdictionem, scilicet iudicis dandi licentiam, nō potest transferre, licet illud sit de iurisdictione.ff. de iuris.om.iud. l.3.in fi.Item delegatus à principe [b] alij delegat, etiāsi sit ad vnā causam datus, & lite non contest. j̃. eo. pastoralis. respon. 1.C. de iudic.l.à iudice.sed delegatus ab ordinario nō pōt nisi lit. ꝯte. si datus sit ad vnam causam.secundum Azo.arg. ff.de iur.om.iu. & quia C.de procu.neque.& l.nulla. j̃. de sent. & re iudic. cum Bertholdus. Alij dicunt, quòd nullo modo potest quia est priuil.deleg. à principe. dictum Azonis verius videtur de rigore iuris.tamen alia opinio celebrior est,& in iudicando tenenda, Potest tamen iudex quilibet certum articulum committere, & sic auditorem dare: vt no. j̃.eodem §. quæ delegari Vbi autem ordinarius delegat vniuersitatem causarum, ibi secundum omnes potest subdelegare. ff. de iud. cum prætor. & à subdelegato ad delegatum ab ordinario appellabitur.Sed si ad vnam causam tantùm delegatus esset, ad ordinarium semper appellaretur: per quod patet, quòd delegatus ab ordinario ad vnam causam lite contest.delegari potest.ff. quis & à quo app. l. j. Item sciendum, quòd quādo papa vniuersitatem causarum delegat, ordinarium facit: sed nullus alius potest constituere ordinarium. in auth. de mand.princ.col.iij. in fin. nisi per consequentiam: vt putà si ad Epm pertinet collatio beneficij, ꝙ habet curam animarum annexā, vel alias iurisdictionē ordinariam.nā collatione facta, per cōsequens ordinarius constitutus est. Item authoritate iuris facit Eps ordinarium, vt no.s̃.ti.1.§.1.sed papa sine aliqua consequentia ordinarium facit:ideo legatus habet ordinariam.j̃.ti.1.c.1.& vl.Sed qn̄ vnā causam, vel plures cōmittit, dummodò non committatur vniuersitati terrę vel prouinciæ, tunc delegatus censet, & talis subdelegare pōt.Si verò à subdelegato delegati à principe appellet ad ipm delegatum appellabitur si sibi retinuerit aliqd de iurisdictione,& causa ꝯmissa fuerit appellatione remota C.q pro sua iurisd.iudi.dare datiue pos.l.unica.aliàs ad principem appellabitur.j̃.eo. super questionem.§.porrò.C.de Episc.aud.auth. si quis litigantium. Aliud est in delegatis ab aliis, quia semper ab eis ad delegantē appellabitur, nisi uniuersitas causarū delegaret. tunc.n.à delegato ad illū appellabitur, ad quē appellaret à delegāte.ff.qs & à quo ap.l.j.& ij.in auth.de iudicib.§.de illo. & tunc deleg.

ADDITIONES

a Quis sit delegatus. ¶ Adde Bal. in l. suggerente. C. de offic. eius qui via. alte.ge.

b Delegatus à principe. ¶ Adde an delegatus principis possit causam meri vel mixti imperii sibi delegatam alteri subdelegare vide gloss. in l.j.C. qui pro sua iurisd.& illa gl.est sing.ſm Car. Zab. in ca. in Archiepiscopatu, de rapto.Bar.in l.si sit.in §.si quis ita legatum.ff. de le. j. Bal. in l.imperium.ff. de iur om.iud.Ang.in l.à iudice.C.de iud.Abb.in c.venerabili.de offi.del. Abb.in c.quod sedes de offi.or.Io.de Im.in c.fi.de offi.del.idem Io.de Im. in clem.j.e.ti.Ang.cons. ccxvij. in c.in causa accusationis. quæ gl. tenet ꝙ sic,& præfati doct.sequuntur d.gl.contrariam opi.tenet Cy. in d. l.j. C. qui pro sua iurisd.vbi pleriquæ antiqui sequunt opi.Cy.s.Ia.de Ra.Ray.Oldr. Mart.Sili. Alber. de Ros.Sal.Raph.Fulg.Lud.Ro.& Ale de Im. in l. j.ff. de of.ei⁹ cui man.est iur.& Bal.sibi cōtrarius in l.j.C.ne lic.poten.Io. And. in addi.Spe.in ti.de iud.del.in §.fi.ver.item quòd est legatus.Pau.de Elea. & Ant.de But.in cle.j.de of.dele.tu dic quòd ista est verior opi, sed gl.in d. l.j.C.qui pro sua iurisd.est communiter reprobata secundum Alb.de Ros. in d.l.j.ff.de of. eius cui man. est iur. &c.

deleg. etiā iudicē dare poſſet, & cauſam delegare. ff. de iud. cum prætor. §. 1. tamen eſt de iure canonico ſecundū G. Na. 2. qu. 6. c. 1. & q. 7. metropo. ſed contra eum eſt ar. inf. eo. ſup quæſtionū. §. porro. & ff. de iuriſd. om. iud. ſolet tamen de hac materia dic ut plenè no. j. de appel. §. à quo & ad quē ſubſti. §. 1. Item delegatus à principe citat cum ſolennitate ante lit. conteſt. j. eo. gratum. & c. paſtoralis. §. 1. ſecus in alio. C. de iudi. ſancimus. Item delegatus à principe mittit in poſſeſſionē ex ſecundo decreto. j. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei. cap. 1. & 2. delegati ab alijs non poſſunt, quia magis imperij quā iuriſdictionis eſt. ff. de offici. eius cui man. eſt iuriſdict. l. 1. & de iuriſd. omn. iudi. iubere. ſed ex primo decreto poſſunt. ff. de dam. infec. l. 4. §. an tamen. & de offi. eius cui man. eſt iuriſd. cognitio. §. fi. & de offi. proconſul. nec quicquā. §. vbi. Sed nunquid delegatus poteſt ſubdelegare, & ſi impeditus non ſit? dic ut no. inf. eo. § quod ſit eius officium. uer. ſpectat ergo ad officium.

[5] Cui poſſit delegari, † his verſibus comprehendes:

Liber, mas, gnarus cui ſit mens, integra fama,
Aetas, qui ſubſit, committitur huic bene cauſa.

[a] *Liber*: ſeruus enim non poteſt eſſe iudex,[a] quia nec arbiter, quod minus eſt ff. de arbi. Pedius. §. fin. ſi tamen creditur liber, & ſententiam ferat, tenet ſententia propter vtilitatem eorū qui apud eum egerunt. ff. de off. præto. Barbarius. & tamen in ueritate iudex non eſt. argu. ff. de decu. Herennius Modeſtinus. ad idem Inſti. de teſta. §. ſed neque. C. de teſta. l. 1. ff. ad Maced. l. 3. in princip. C. de Lati. liber. toll. l. vnica. §. ſed & qui dñi. & §. ſed & ſi qui homini libero: ſic dicimus de excōmunicato. ar. j. de procur. c. fi. & j. de exce. exceptionem. j. de ſent. & re iudi. ad probandum. & in auth. d. N. extra, de excep. pia conſideratione. §. ſi verò poſt modum. & §. ſed ſi poſt rē iudicatā. *Mas*: maſculo enim delegari poteſt, non fœminæ: quia regulariter fœminæ remotæ ſunt ab omnibus uirilibus actibus. ff. de reg. iur. l. 2. ideo non poſſunt iudicare. 33. q. 5. mulierē. nec excōmunicare. j. de poeni. noua quædā. ſuper hoc vide quod no. j. de arbi. §. quis poſſit eſſe arbiter. fœminæ aūt & ſerui, non, quin diſcretionē habeant, prohibentur: ſed morib. quia officiis ciuilibus non funguntur. 3. quæſt. 7. §. tria. *Gnarus*: id eſt, ſapiens ſiue peritus. oportet enim, ꝙ is cui committuntur, iura canonum, nō ignoret. ar. j. de conſan. c. 1. & ꝙ ſit prouidus. inf. eo. cum R. canonicus. requiritur etiam, ꝙ ſit perſona eccleſiaſtica. j. eo. cū te conſulente. & c. ſuper quæſtionum. 1. reſpon. nec eni debet fieri commiſſio, niſi perſonis idoneis & diſcretis. inf. eod ſi pro debilitate. laicus autē idoneus non eſt in eccleſiaſticis. j. de arb. contingit. j. de iud. decernimus. ſed quo ad cauſas temporales, ſufficit ꝙ peritiā habeat, uel per lectionē librorum, uel experientiam. ar. C. de epiſ. & cle. parabolani. C. de iudi. certi iuris eſt. in auth. de iudicibus. 1. reſp. col. 6. quod dic ut no. j. de ſenten. & re iudi. §. qual iter proferri debeat. ver. 3. & 4. & ſeq. Quid ſi delegetur clerico & laico ſimul iunctis? Videtur ꝙ teneat delegatio. ar. j. de arb. dilecti. & c. per tuas. j. de conſe. eccle. ꝙ in dubiis. contrarium credo. ar. s. de elec. Maſſana. s. de conſti. eccleſia ſanctæ Mariæ. c. quæ in eccleſiarum. j. de immu. eccle. aduerſus. niſi à Papa fieret ex certa ſcientia, qui etiam mulierē dare poſſet. 2. q. v. Mennam. 23. quæſt. 8. ſi quos. 12. q. 2. cum deuotiſſimam. & de hoc plenè not. inf. ne cleri. uel mona. §. quæ ſunt permiſſa clericis. ad fin. ver. ſic & multo magis. & ſequen. *Cui ſit mens*: furioſus enim non ſentit. 3. q. 9. iudicas. 32. quæſt. 7. neque furioſus. xvij. q. 1. Conſaldus. j. de ſucceſ. ab inte. ca. fin. j. de regula. ſicut tenor, is autem & impubes & mutus & ſurdus natura, ꝓhibentur, quia iudicio carent. *Integra fama*. Infames enim à legitimis actibus ꝓhibentur. j. de teſtibus licet ex quadam. reſpon. 1. ad fin. j. de exceſ. præla. inter dilectos. reſpon. 1. in fin. Qui autem dicantur infames, dicas hæretici, qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, fures, ſacrilegi, & capitalibus criminibus irretiti, ſepulchrorum uiolatores, & qui aduerſus patres, ſcilicet Epiſcopos armantur. 3. q. 4. hi qui Epiſcopos. q. 5. omnes. & cap. conſtituimus. ſimiliter inceſtuoſi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, benefici, adulteri, & pro ſuis criminibus anathematizati, & demum omnes quos eccleſiaſticæ uel ſeculi leges infames pronunciant. probantur hęc 6. quæſtion. 1. infames. hi lege prohibentur. In ſumma, alij lege prohibentur, ut à ſenatu remoti, uel alias infames. alij moribus, vt fœminæ & ſerui, alij natura, ut impuberes prohibentur: vt dixi s. & probatur. ff. de iudic. cum prætor. §. non autem omnes. *Aetas*, quia impuberi delegari non poteſt, ut dictum eſt, & probatur. 3. q 7. §. tria. ſed nec puberi poteſt quilibet delegare, quia non niſi princeps, de cuius delegatione diſputare ſacrilegij inſtar eſt: nam dignus præſumitur quem elegit Imperator. C. de crimin. ſacrileg. diſputari. 17. quæſtio. 3. § qui autem. in auth. ut iudices ſine quoquo ſuffra. §. eos autem. ibi, quis enim non diligat, & ei col. 2. alius autem delegare non poteſt inuitis partibus, niſi tali qui ſit maior 20. annis: ſed de conſenſu poteſt maior 20. annis, dum tamen ſit maior 18. annis: ſed non cogetur ſententiam dicere. ff. de arbi. cum lege. ſic intellige, ff. de re iudi. quidam conſulebant. quam Azo aliter intellexit: ſed Papa ſic intelligit, ut patet inf. eod. cum viceſimum. *Qui ſubſit*. delegari enim non poteſt inuitus, niſi qui de iuriſdict. delegantis eſt. Inſtit. de Attil. tut. §. ſed hoc iure. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. 1. & l. ius dandi. ideoque metropoli. ſubdito ſuffraganei inuito delegare non poteſt, ſicut nec quilibet alius ordinarius extra territorium ſuum. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. fin. puto tamen quòd ſi ſubditus ſuffraganei non vult recipere delegationem, poteſt pręcipere ſuffraganeo, ut ipſum compellat. tenet ergo delegatio mero iure, tamen non per Archiepiſcopum, ſed per Epiſcopum, cui hoc præcpiet Archiepiſcopus, compelletur. ſic intelligo inf. de offic. ordinar. paſtoralis. igitur ſi intra tēpus aſſignatum per Archiepiſcopum Epiſcopum ipſum non compulerit, elapſo termino poterit vtrunque Archiepiſcopus coercere. argum. j. de offic. ordina. irrefragabili. §. exceſſus. ſic intellige quod dicitur in authen. d. N. extra eodem titul. Romana. eccleſ. prohibemus quoque. vbi dicit & innuit indiſtinctè, quòd Archiepiſcopi poſſunt in ſuffraganeorum ſuorum diœceſi delegare. quod intelligo cum temperamento prædicto, ne videatur corrigi inf. de offic. ordi. paſtoralis. ut & expreſſim probatur in auth. d. N. de foro compe. extra, Romana. §. 1. niſi aliud ſit de conſuetudine ſpeciali, ut ibi dicit. Hodie etiam requiritur, ꝙ delegatus à ſede Apoſt. ſit in dignitate conſtitutus, vel ad minus canonicus cathedralis, vel alterius collegiatæ eccleſiæ, vt in authen. d. N. extra, de reſcr. Sed nunquid poteſt religioſo cōmitti? Et quidem à Papa ſic, dummodo ex certa ſcientia fiat: aliàs contra, ſi non ſit mentio de ordine. argument. ſupra, de reſcrip. cum ordinem. ab alio autem non uidetur hoc fieri poſſe, niſi Abbate imperante, & vtilitate monaſterij exigente. argument. infra de poſtulan. ex parte. & ſic quantum ad hoc, non ſubeſt quilibet religioſus, de facto tamen committitur religioſis cauſæ cognitio tota die. & vide ſuper hoc quod nota. infra, de maio. & obedien. §. & ad quid obediens teneatur, uerſicul. quid ſi Epiſcopus uelit monachum, & ſequen. *Committitur huic bene cauſa*, id eſt, tali bene poteſt cauſa delegari. verum eſt de conſenſu partium in curia præſentium. nam in audientia contradictio locum habet, ideo non dabitur iudex quem altera pars petit, niſi fortè ad petiti iudicis verecundiam euitandam. ff. de iudic. obſeruandum. ſed quælibet pars eligit ſuum, & tertius iudex ponetur de conſenſu partium, vel ex officio. infra. eodem, quoniam. quòd ſi poſt hoc alterutra partium hoc tacito alium iudicem obtinuerit, non valet reſcriptum & in expen. condemnabitur. ſupra, de reſcrip. cæterum in fi. & cap. ex parte decani. vbi autem vna pars tantum præſens eſt, datur iudex quem petit. inf. eod. cum olim magiſter. §. præterea. & capi. cum R. canonicus 3. quæſtion. 3. offeratur. in authent. de exhi. & intro. reis. § ſancimus. collat. 5. C. quomodo & quando. iudex. authen. & conſequenter. illum autē in quem ſemel conſenſi, recuſare non poſſum. inf. eo. ſuper quæſtio. fi. §. verùm. j. de ſen. & re iudic cauſam quæ inter vos. ad fin. C. de lit. conteſta. authent. offeratur. 4. quæſtion. 3. §. item in criminali. uerſicu. ſi quis teſtibus. nec refert, vtrum per me, vel procuratorem meum conſenſerim. j. de cauſa poſſ. & proprieta. cū olim. niſi forte procurator meus formā mandati tranſgreſſus ſit. inf. eo. cum olim. Abbas. j. de accuſa. licet § ipſe autem. quod ſi ex noua cauſa ſuſpectus reddatur, recuſari poteſt ab illo, cui orta eſt noua ſuſpicio. argument. ff. de procura. poſt lit. ff. de arbit. licet. quia noua cauſa nouo conſilio indiget. infra, de iura. calum. cæterum. ff. ut in poſ. leg. planè. ff. de uentre inſpi. l. prima. in princip. ff. de interroga. ac. de ætate. §. ex cauſa. inf. de except paſtoralis. niſi poſt ortam ſuſpicionem ipſum iudicem adierit: intelligas eius iudicium ſubeundo: puta ponendo, uel allegando, uel audiendo interlocutoriam, vel petendo, uel recipiendo diē, uel ꝓducendo teſtes. uel inſtrumenta, tanquam coram iudice. j. e. gratum. in fin. j. de teſti. cum ueniſſent. infra, de ſenten. & re iudic. inter monaſterium. aduerſa verò pars, cui ſcilicet familiaris factus eſt, ipſum recuſare non poteſt in iudicio, cum cauſam non habet. poteſt tamen extra iudicium deſiderare, quòd iudex mutetur: ſic intelligas. j. eo. inſinuante. niſi forte is contra quem orta eſt ſuſpicio, corā ſuſpecto conſenſerit litigare, ut ibi. & dic conſenſerit, id eſt, conſenſerit tacitè, ut ſuprà dixi: uel, id eſt, conſentiet. puto enim, quòd iudices ſecundò impetrati ipſum remittere debeant, ſi cum

ADDITIO.

a Seruus enim non poteſt eſſe iudex. ¶ Adde Abb. in c. ſciſcitatus. in 4. no. de reſcri. Et q. d de illiterato, an talis poſſit eſſe iudex, vide gl. in c. qui vult. de pœ. di. 6. gl. in l. certi. C. de iud. gl. & doct. in l. fi. C. de ſen. ex breui. re. gl. in l. 2. ff. qđ quiſq; iur. Abb. in c. literas. in j. no. de ſpon. Ang. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. Bal. in proœ. Inſti. in §. omnes verò populi. in fi.

cum primò citatus fuerit, hoc desideravit, & petierit ab eisdem. argum. ĵ. de ap. interposita. §. ille. sic verbum Consenserit. ĵ. e. insinuante, positū habet sensum præteriti temporis, & futuri. sic suprà. de rescr. ad hoc summus. inf. de appel. ut debitus. Ex præmissis patet, ꝙ delegatus à Papa quemlibet idoneum potest cōpellere sine defectu personarū. C. qui pro sua iurisd. l. vnica. in fin. ff. de mu. & ho. munerum. §. iudicandi. sed tamen dignitati & personæ deferendū est in coactionibus inferendis. inf. eod. sanè quia. & c. pastoralis. iunge quod not. inf. eod § quod sit eius officium. vers. quod si delegatus. & s̄. de rescriptis. §. quòd iurisdictionē. vers. talis potest.

ſpeciali. niſi fortè aliquis ſit in præſentia Papæ, vel propè, quia tunc coram ipſo probare poteſt,& debet, vt probatur ỹ.co.cum olim magiſter. §. ſanè. ¶ Vbi verò ſunt plures delegati, adiecta clauſula, Quòd ſi non omnes,[a] vel, Si non ambo, & alter recuſatur, alii collegæ non ſuſpecti de hac cauſa cognoſcent. ſic intellige ỹ.eo. cum ſuper Abbatia.& eſt ratio, quia iuriſdictio aliter expediri non poteſt, niſi primò finiatur cauſa recuſationis, cum recuſatus intereſſe velit in cauſa principali: ſed in cauſa recuſationis, cum de ipſa agatur, non debet velle intereſſe, nec poteſt: ergo quo ad hanc iuriſdictionem inſolidum in non ſuſpectos refunditur, authoritate clauſulæ ſupradictæ.& hoc vbi duo dati ſunt,& vnus tanquam ſuſpectus recuſatur, planum eſt. ſed ſi tres fuerint, & duo nõ concordant in ſententia, vel duo recuſant, neceſſe eſt, ꝙ in primo caſu tertium aduocent, vel in vtroque vbi aliud fieri non poteſt, ad arbitros recurratur. ỹ.eod. ſuſpicionis. ergo quandiu habetur ordinarium auxilium, non eſt ad extraordinarium recurrendum. ff. de mino. in cauſæ. 2. reſpon. 1. quod verum eſt, niſi extraordinarium plenius ſit: quia tunc recurritur ad extraordinarium. ff. nau. cau. ſtab.& ita de facto vectorum. §. 1. ibi, miratur igitur cur honoraria actio inducta ſit, cũ ſint ciuiles, &c. Igitur ſi delegatus ab ordinario recuſetur, corã ipſo ordinario cauſa recuſationis probanda erit, vt ex mẽte prædictorum patet, vel alium delegatum dabit. ỹ. de foro compe. ſi quis cõtra clericum. & c. licet. ỹ. de appella. cum ſpeciali. §. cauſa. ſic in vtroque caſu, inquantum poſſibile eſt, ſic diffiniri, & interpretari debere, ꝙ lites abbreuientur, & occuratur laboribus partium, & expenſis. ỹ. de cau. poſ.& propriè. ad vltimum. & cap. paſtoralis. & de dolo & contu. finem litibus. Sed quid ſi vnus ex delegatis laboret impotentia iuris vel facti, vel nullo modo intereſſe poſſit ad præſens, nunquid committere poteſt? Dixerunt quidam, ꝙ ſic. ſed obſtat eis ỹ. eod. coram. ad quam ita reſpondent ibi, delegatus impediebatur impotentia perpetua, vnde deſiderat eſſe iudex. ff. de vaca. mune. prætor. in princi. ſecus, ſi temporali, quia tunc committere poteſt. ỹ. eo. quamuis.& c. ſi pro debilitate. vel erat impeditus impotentia iuris. ſecus, ſi impotentia facti. vel ideo Ferrar. noluit admittere ſubdelegatum ſui collegæ, quia collega obtentus erat per veri ſuppreſſionem, vel falſi ſuggeſtionem: vel ſubdelegatus non erat idoneus, & ideo ipſum recipere non tenebatur. ff. pro ſocio. ideoq;.& hoc ſcripſit Ioan. Laur. autem dixit, ꝙ ideo Ferrar. noluit ibi admittere ſubdelegatum, quia in clauſula quæ in reſcripto continebatur, Si non ambo,& c. tu frater epiſcope, &c. videtur electa induſtria perſonalis, vt per ſe compelleret epiſcopus quod mandabatur. ỹ. eo. c. fi. §. 1. C. de cadu. tollen. l. 1. §. ne autem. ff. de ſolu. inter artifices. Sed & hæc omnia, etſi colorem iuris habeant, ſubſiſtentiam tamen non habent, & ideo mihi non placent: ſed illam ſolam puto veritatem, ꝙ cum vnus ex iudicibus laboraret impotentia iuris vel facti, vt in propria perſona intereſſe non poſſet, nec committere poterat, ſed authoritate clauſulæ, Quòd ſi non ambo, &c. refuſa eſt tota iuriſdictio in alterum: & puto ꝙ allegatio partis circa clauſulam illam, Quòd ſi non ambo, &c. vera ſit, & ſecundum ius. & eam approbat finis decret. illius, non obſtante illa, ſi pro debilitate: quia loquitur, cùm vni ſcribitur,& clauſula, Quòd ſi non ambo, &c. non ponitur in reſcripto, quare locum non habet. nec obſtat illa decret. quamuis. quia non loquitur de laborante aliqua impotentia, ſed de aliquo modicum, vel nullatenus impedito: tu ergo, cùm collega fueris, & committere volueris, noli ſcribere te intereſſe non poſſe, quamuis aliquod habeas impedimentum: ſed ſimpliciter committas, vel dicas ſic, Cùm circa quædam priuata negotia, & commoditates proprias ſim aliquantulum occupatus, vices tibi meas in tali cauſa cõmitto. Nec obſtat lex, quæ dicit, eum intelligi facere poſſe, qui commodè facere poteſt. ff. de verbo. ſignifi. nepos. nam illa loquitur, cum in contractu hoc agitur tacitè vel expreſsè, vt quid commodè fiat, ſecundum Goffred. Magiſtraliter tradi poteſt quod dixit Ioannes. Tamen quicquid ſequatur, & quicquid alij dicant, hoc teneas, quòd ſiue de iure, ſiue de facto impeditus ſit collega, locus eſt clauſulę, Quòd ſi non omnes. ſ. de reſcrip. ſciſcitatus. Si poteſt intereſſe, & non vult, arguendus eſt, & in hoc caſu ſimiliter eſt locus clauſulæ. ỹ. eod. prudentiam. § adiicimus. nec habet priuilegium committendi, cùm ex hoc puniendus ſit. ỹ. de donatio. inter virum & vxo. & ſi neceſſe. ff. de nego. geſt. ſiue hæreditaria.& ſic non valet commiſſio,& in his omnibus caſibus poteſt intelligi. ỹ. eod. coram. Si vult & poteſt intereſſe non commodè, tunc demum eſt locus commiſſioni. ỹ. eod. quamuis. Et hæc locum habent, quando clauſula communis eſt omnibus: ſin autem claudicat, puta, quia dicit, Tu frater epiſcope, &c. multo fortius epiſcopus ſine ſubdelegatione collegæ procedere poteſt. ỹ. eod. coram. ſed collegæ ſine ſubdelegato epiſcopi procedere non poſſunt. ỹ. eod. quoniam. §. 1. ſed & poteſt dici, quòd quando committitur cauſa appellatione remota pluribus iudicib. adiecta clauſula, Quòd ſi non ambo, &c. tunc ſi alter non poteſt intereſſe, non recipietur ſuus ſubdelegatus: & ſic poteſt intelligi capitu. coram. ſi verò non apponatur illa clauſula, appellat. remota, tunc cogitur recipere, & ſic intelligitur capitu. quamuis. quæ ſit ratio diuerſitatis, hæc eſt, quia ſi ſubdelegatus reciperetur, extingueretur omnino virtus illius clauſulæ, quæ magna eſt: vt not. ỹ. de appella.& ſ. eod. §. quis delegare. verſi. ſi verò. vnde ſi condelegatus recipiat vicem collegæ ſui, vel ſubdelegatum eiuſdem, parat ſibi præiudicium: quia quod poteſt ex ſola iuriſdictione ſibi à principe ſubdelegata, ſ. appella. remota, cognoſcere, vel cãm alii delegare, hoc non põt à iuriſdictione ſibi à condelegato commiſſa: vnde ſi ab eo appelletur, nõ ad collegam, ſed ad primum duntaxat appellandum eſt delegantem. ỹ. eod. ſuper quæſtionum. §. ſi verò duo, & hoc propter rationem, id eſt, rationis mentem ſuperius aſſignatam, vt ibi ſequitur, & dic ſuperius. § porrò, loquitur ergo. §. ſi verò duo, quãdo commiſit vices ſuas ſimpliciter, & ſic inſolidum. ỹ. eod. venerabili. ad finem. & §. penult. Quid ergo, ſi ſibi retinuit diffinitiuam ſententiam. dixit Vincent. quòd tunc appellandum erit ad primum delegantem, propter rationem ſuperius aſſignatam, ſubaudi conuerſo modo intellectam: quia quod non poteſt, intelligas appellare ad Papam ex iuriſdictione ſibi à condelegato commiſſa, poteſt ex ſola iuriſdictione ſibi à principe delegata. ſic intellexit Vincentius. ỹ. eo. ſuper quæſtionum. §. ſi verò duo. quod non placet. Quid enim diceret, ſi vnus condelegatorum commiſiſſet alij non collegæ vices ſuas, ſibi tamen diffinitiua ſententia reſeruata, & iſte ſubdelegatus per collegam admiſſus, vnà cum ipſo in tantum proceſſerit, quòd iam liquet de cauſa, nec reſtat, niſi quòd feratur diffinitiua ſententia, nunquid ſi appelletur ab iſtis duobus, quia fortè aſſignant locum non tutum ad vltimum momentum, quod imminet expediendum, antę ferendam diffinitiuam ſententiam: puta ad audiendam relationem, & acta tradẽda, appellabitur in hoc caſu ad Papam, & ſic priuabitur iudex delegatus, qui ſibi retinuit diffinitiuam ſententiam poteſtate ſibi commiſſa ſine culpa ſua, & partes vexabuntur laboribus & expenſis, non eſſet hoc æquum argu. ſ. de reſcrip. nonnulli. ỹ. de dolo & contuma. finem. ỹ. de appel. vt debitus. ỹ. eod. quoniam. dic ergo & in hac, & in præmiſſa proxima quæſtione, quòd non ad Papam, ſed ad collegam appellabitur propter eandem rationẽ, de qua dixi ſ. verſicu. proxi. & ſic poteſt intelligi. ỹ. eod. cum ſuper Abbatia. argu. 17. diſtin. multis. ff. quando appella. ſit. l. 1 §. ſolent. & §. ſequen. Iuriſdictio ergo ſubdelegata, miſta cum delegata, tota ſubdelegata cenſetur. ſicut ergo collega, qui recepit ſubdelegationem, vel ſubdelegatum collegæ, omnino ſubdelegatus cenſetur, & delegata penes ſubdelegantem remanet, & ideo ad ipſum appellabitur, vt dicit §. porrò. ¶ Sed quæ eſt ratio, quòd 9 iuriſdictio ſubdelegata † quę inferior eſt, trahat ad ſe delegatam, quæ ſuperior eſt? nam video quòd cœtus clericalis, tãquam maior & dignior, trahit ad ſe cœtum laicalem, tanquam minorem & viliorem. ỹ. de arbit. per tuas.& oleum conſecratum trahit ad ſe non conſecratum. ỹ. de conſec. ecc. quod in dubiis? Reſpon. iudicium ſtricti iuris eſt. ỹ. eod P. & G. & in inuitum redditur. ff. de verbor. obligat. inter ſtipulantem §. 1. ideo ſtatutum eſt in fauorem rei, quòd appellari poſſit, ne multoties damnaretur iniuſtè propter iniquitatem iudicis, quem aduerſarius impetraret. ff. de appel. l. 1. quanto ergo iudicium odioſius & appellatio fauorabilior, tanto magis amplianda, & aliud reſtringendum. ff. de lib.& poſthu. cum quidam. vel ſic, ꝙ quis appellare poſſit, de iure cõi eſt: ꝙ non poſſit, de iure ſpeciali. Cùm ergo recipiens vices condelegati ſecundum ius commune ex ſubdelegatione neceſſe cognoſcere habeat, ex delegatione autem Papę de iure ſpeciali, nec iuriſdictio ſcindi poſſit, meritò pars, quæ de iure communi eſt, tanquam ſuperueniens vincit ſpecialem tãquam præcedentem: ſimile no. ſ. de conſue. §. cui preiudicet. redit enim res ad id quod ſibi natura ab initio conceſſerat de facili. ſicut notatur ſ. de reſcript. §. quod cui præiudicet. verſicu. item præiudicat. non ergo noto ex hoc, quod alij notant, ſ. ꝙ minus dignum[b] trahat ad ſe maius dignum: ſed potius contrarium. dignius eſt enim commune, quàm ſpeciale. argum. ſ. de tranſla. epiſcop. cap. fin. §. vltimo. Lectio tamen communis eſt, ꝙ hæc clauſula hodie nihil operatur. ỹ. de appellatio. vt debitus. miror tamen quomodo ius non loquens de hac cl'a, appell. remota, ſicut & illud, vt debitus, corrigit id ius loquens de virtute eiuſdem clauſulæ, ſicut eſt illud ỹ. eod. ſuper quæſtionum. §. porrò. & aliud ỹ. de mutu. pet. capi. 2. & aliud. ỹ. de appella. paſtoralis. dic ergo ſicut notatur ỹ de appel. §. quomodo decret. verſicu. præuaricatores.& ſeq. ¶ Quòd autem hæc clauſula

ADDITIONES.

a Quod ſi non omnes. ¶ Adde, ꝙ ſi cauſa delegetur tribus iudicibus datis cũ clauſula, ꝙ ſi duo non ſufficiunt, an ſi iudicant vnà cum tertio excommunicato, valeat? uide Bal. in c. illa quotidiana. in fi. 2. col. de elect.

b Minus dignum. ¶ Adde c. quod in dubiis. de conſe. eccl. uel alta. Archi. in c. anteriorum. 2. q. 6.& in l. hæreditas. ff. de pet. hære.

hæc clauſula non obſit appellare volenti ex iuſta cauſa. probatur s̃. de reſcript. edoceri. & quamuis mens & rigor iuris faciat vim in hac clauſula, & noſmet, quo ad doctrinam iuris in ſcholis tradendam: tamen conſuetudo curiæ, ſecundum quam ſemper appellatio rei committitur, & quæ indiſtinctè admittit appellationem ex cauſa factam, nec nos in iudiciis, quo ad appellationem, effectum vim conſtituimus, ſicut nec in multis aliis quæ ſcripſimus in hoc Opere, & in gloſſis noſtris: aliter ergo hac compilatione in iudicio vtimur, aliter & in ſcholis. ad hoc s̃. in proœmio. §. fina. conſuetudo tamen fragilis eſt, & ideo quo ad habendam perfectam ſcientiam iuri ſcripto magis eſt inſiſtendū. quod dic, vt notatur s̃. in proœm. verſic. ſtudioſus. & verſi. conſulo etiam. Quæro etiam quę ſit ratio, quòd delegatus à Papa, licet poſſit cognoſcere, appella. remota non tñ poteſt ſubdelegare appella. re. j̃. eod. ſuper quæſtionum. §. nos autem. cum aliàs generaliter res cum priuilegio & onere ſuo tranſit. j̃. eod. ex literis. j̃. de pign. ex literis. j̃. de decimis. paſtoralis. & cap. penult ff. de ſer. vrb. prædio Olympico. reſpon. ſpeciale priuilegium principis eſt. ff. à quo appella. non lic. l. 1. in fine. & ſacrilegij inſtar eſt, dubitare de hoc. vt notatur. s̃. eod. §. cui poſſit delegari. verſic. ætas. nec obſtat etiam, quòd illi, quem eligit princeps, non poteſt committi appellatio rei, quia alia ratio reformat pactum, vt notatur s̃. eod. verſi. §. ſed quæ eſt ratio. Quid ſi ordinarius vel delegatus à principe committit cauſam cum illa clauſula, Quòd ſi non omnes: vel, Quòd ſi ambo? Dicas quòd valet: quia & compromitti poteſt cum hac adiectione. ff. de arbit. non diſtinguemus. §. cum in plures. j̃. eod. vno delegatorum. Quid ſi tribus commiſſa eſt cauſa, & duo pronunciant tertio abſente, nec excuſante? non valet. vt not. s̃. eod. §. reſpon. 1. quia aut omnes pronunciabunt, aut nullus. ff. de arb. item ſi vnus. §. item ſi plures. Quid ſi tertio præſente, & contradicente? Valet ſententia duorum. aliud in præcedenti quæſtione: quia ſi præſens fuiſſet, fortè traxiſſet ſententiam aliorum ad ſe. Item valet, ſi præſens fuit, & tacuit, ſecundum quoſdam. ff. de arbitris. ſicuti. & l. præcedenti. ſi in tres. quod dic, vt notatur j̃. de arbit. §. qualiter conſtituatur. verſic. ſed & hoc modo. Quid ſi abſens veniens ratam habeat ſententiam duorum? Certè quamuis ratificare poſſit citationem, vel dilationem: non tamen ſententiam aliquam. & ſic diſtingue inter proceſſum, ſecundum Aug. Papien. ad idem concordat Goffre. arg. s̃. de conſue. ad noſtram. cum ergo omnes pronunciare debeant, & ſic facto opus ſit, ratihabitio locum non habet. Inſtitut. de authoritate tutor. §. j. ff. de autho. tuto. obligari. §. tutor. Ad officium etiam delegati pertinet, vt prius expediat quod prius expediri mandatur. C. de appella. l. 1. C. de rei vendica. ordi. j̃. de cauſa poſſeſ. & propriet. ad vltimū. nec obſtat s̃. de reſcrip. inter cæteras. diſtingue enim, vt notatur s̃. de reſcript. § & de ipſius interpretatione. nec obſtat s̃. de reſcrip. cauſam quæ. nam clauſula illa, Quantum de iure poteritis, ex ſui natura intelligenda eſt, vt mandatur. nec obſtat s̃. de reſcrip. ſuper literis. diſtin. enim ſicut notatur s̃. de reſcrip. §. quæ poſſunt obiici in 1. diſtin. verſic. vbi vero erratur circa acceſſoria. Item ad officium eius pertinet, legitimas exceptiones admittere, quantumcunque præciſè ſcribatur. j̃. eod. ex parte. 2. & cap. ſuper eo. j̃. de iudic. exhibita. j̃. de præben cap. fin. niſi mera executio demandetur. j̃. eod. paſtoralis. §. quia verò. quod dic, vt notatur s̃. §. quæ delegari. verſic. finis etiam litis, & ſequen. Item ad officium eius pertinet omne id, ſine quo iuriſdictio ſua expediri non poteſt. j̃. eo. præterea. & capi. prudentiam §. pen. & vlti. notat. s̃. eo §. verſi. ſed per quem arguetur. pertinet etiam ad officium ſuum, vt quemlibet impedientem iuriſdictionem ſuam compeſcat, & creſcente contumacia augmentet & pœnaam: vt lit. non conteſt. quoniam. ad fi. nam delegatus à principe, maior eſt quolibet ordinario. j̃. eo. ſanè, quia. de offic. ordi. paſtoralis. §. præterea. ideo lite pendente coram delegato non poteſt ordinarius purgationem indicere, nec ſe de negotio intromittere. etiā delegatus hoc non poteſt. j̃. eod. titu. 1. ſtuduiſti. j̃. de purga. cano. cum dilectus. §. fin. Quid ergo ſi libellus oblatus fuerit coram delegato, & deinde partes conteſtentur litem coram ordinario, & quidem per citationem iuriſdictionis perpetuata fuit, vt not. s̃. eod. §. quę delegari. verſi. per hanc citationem. ſed puto quòd tacitè videantur renunciaſſe, & vbi lis cœpta eſt per conteſtationem, finietur. ff. de iudi. vbi, arg. j̃. de app. ſi duobus. & cap. vt debitus. adeò quòd etiam vbi reſcriptum ex officio conceditur, ſi impetrator tacet, & permittat ordinarium procedere, ei preiudicatur. argu. 3. quæſt. 6. pulſatus. ſic intelligo. j̃. de accu. ad petitionem. quam tamen alii aliter intelligunt, dicentes, ꝙ ideo non valuit ibi proceſſus legati, quia non erat iudex. ſed certè tunc dixiſſet, quòd ideo nō valebat, quia non à ſuo iudice factum erat, ſicut s̃. de conſue. cap. 3. j̃. de iud. at ſi clerici. ſed hoc non dicit. imò contrarium ibi propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, & ibi propter iuris ſolennitatem pretermiſſam. Hoc enim non conſueuerunt contra non iudicem, ſed contra iudicem allegare. fortè non citauit abbatem poſt appellationem factam. argu. j̃. vt lite non conteſt. accedens. vel non fecit copiam atteſtationum. j̃. de accu. olim 1. V. & P. § ſi verò non aſſignauit diem ad ſententiam ferendam, & ſic proceſſit contra nō contumacem, & ſic non valuit ſententia. j̃. de accu. qualiter 2 §. debet non ob. de purg. cano. cum dilectus. quia ibi non conſenſit in purgat. facta coram ordinario is qui literas impetrauit. fateor enim, ꝙ citatione facta per delegatum, vel etiam reſcripto ei aſſignato, quamuis non citauerit, nō poteſt præuentor fieri coram ordinario inuito, vel inſcio impetrante. ſic intelligo j̃. de reſti. ſpol. ex ꝯquæſtione. j̃. de appe. vt debitus. Multa alia pertinent ad officium delegati, de quibus notatur j̃. de officio iudicis.

Quæ iuriſdictio ipſius ex forma

commiſſionis apparet: aliquoties enim iuriſdictionem continet, aliquoties executionem, aliquoties ius commune, aliquoties gratiam ſpecialem: quod cognoſcitur & diſcernitur per ea quæ notantur s̃. de reſcrip. § quæ iuriſdictio. & §. quod executionem. & § quod continet ius commune. & §. quod continet gratiam ſpecialem. Eſt autem accidentalis hæc iuriſdictio, vt patet s̃. eod. §. quis ſit delegatus. ideo multis modis diſſoluitur, vt not. j̃. eod. §. & qualiter finiatur. ordinaria verò naturalis eſt, & ideo præuenitur delegata per ordinariam. ſuper quo vide quod not. s̃. de reſcrip. §. quod cui præiudicet. in diſt. quæ incipit, Si de reuocatione. verſic. ſi malitia, vel negligentia. Et tamen hæc iuriſdictio eſt honorabilior ordinaria, vt apparet j̃. eod. cum olim magiſter. reſpon. 1. quia cum vices Papæ gerat, honorandus eſt ſicut Papa. 93. diſtin. ca. fi. 94. diſtin. c. 1. ideo maior eſt quolibet ordinario,[a] & quemlibet poteſt coercere, ſi ei reſiſtat, licet dignitati deferendum ſit, & perſonæ. j̃. eod. ſanè quia. & cap. paſtoralis. in princip. 24. quæſt. 1. qui contra pacem. ff. de pœnis in ſeruorum. 2. quæſt. 7. quiſquis. 50. diſtin. contumaces. 45. diſt. cum beatus j̃. de maio. & obed per tuas. ſed contrà. j̃. de iudic. nouit § 1. ad finem. Solu. Non eſt deferendum in iuſtitiæ redditione. j̃. de accu. qualiter 1. & ſic loquitur cap. innotuit. deferri tamen poteſt in coactionis illatione, vt in primis concord. vel in dila. j̃. eod. conſuluit. Quamuis etiam iuriſdict. delegati citatione facta ante ſententiam perpetuata ſit, vt ſemper poſſit abſoluere & excommunicare. C. de diuer. reſcrip. falſo. j̃. de dolo & contu. c. 1. tamen ſententia diffinitiua lata temporalis efficitur, vnde non durat vltra annū, ideo de noua iniuria agēdum erit coram ordinario vel delegato j̃. de appellat. cum teneamur. poteſt tamen ſententia lata ipſam mandare executioni per ſe, poteſt & per alium. j̃. eod. ſignificaſti. & c. ſi quando. & cap. in literis & ca. paſtoralis. § quia verò. & c. ex literis. ſed refert vtrum ſit realis quæſtio, & tunc elapſo decennio ſtatim exequi poteſt. Inſti. de offi iudi. §. 1. Vel criminalis, & tunc idem eſt. de pœnit. diſt. 1. defleat. & de verborum ſign. ſi qua pœna C. de pęnis. cum reis. 2. quæſt. 1. ſicut. Fallit hoc in quatuor caſibus. Primus eſt, cum princeps iubet acrius ſolito aliquem puniri. C. de pœn. ſi vendicari. 11. quæſt. 3. cum apud. Secundus, cum mulier prægnans damnatur ad mortem. ff. de pœnis. l. prægnātis. Tertius, cum damnatur ſeruus ratiociniis obligatus. C. de bon. proſcri. l. 1. Quartus, cum relegato eſt inſula aſſignanda. 2. quæſt. 6 biduum. poteſt autem colligi per iura prædicta, quare in huiuſmodi caſibus ſit executio retardanda: ſed contrà, quia videtur, ꝙ ſententiæ executio ſuper crimine latę, ſit vſque ad quatuor menſes differenda. j̃. de ſen. & re iudic. quod ad conſultationem nam illa de crimine loqui videtur, dum dicit de purgat. quæ licet ob defectum aliquando indicatur. j̃. de purga. cano. accedens. tamen vt frequentius ob infamiā ortam ex crimine ſolet indici, vt apparet in his quæ not. j̃. de purgat. cano. ſed qualiter illa decret. ꝙ ad conſultationem. intelligatur, not. j̃. de ſen. & re iudic. ſub rub. de re iud. § fin. ſub §. & poſt quod tempus. verſi. ſed cum in dicta decret. & ſequen. Vel perſonalis, & tunc differtur executio vſque ad quadrimeſtræ tempus, quod datur condemnatis. C. de vſur. rei iudi. l. 2. & 3. ff. de iudi ſi debitori. durat autem iuriſdict. delegata vſq; ad annum integrum, intra quem ad exequendam ſententiam iuriſ. ſibi commiſſa vti poteſt: ergo excommunicatū ob rebellionem intra annum venientē, & mandatis delegati parere volētem, abſoluere poterit, ſicut obſeruatur in illo, qui ante lit. conteſta. contumax inuenitur. ſic loquitur j̃. eod quærenti. in fi. In quorum verborum expoſitione defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, & ſomniantes nihil veritatis inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. Quidam enim hæc verba voluerunt exponere per capit. 11. quæſtio 3. rurſus. & cap quicunque. vt ſicut excommunicatus ibi in criminali cauſa pro contumacia intra annum[b] veniens

ADDITIONES.

a Maior eſt qunlibet ordinario. ¶ Adde Arch. in ca. ſi quis epiſcopus. 2. q. 6. Bal. in l. ſi proponas. la 1. C. quomodo & quando iud.

b Intra annum. ¶ Adde gl. in c. contingit. de dolo & contu. Inn. in c. cum bonæ. de æta. & quali. Ant. de Bu. in c. 1. de iud. Car. Zab. diffusè in repe. c. per pendimus, de ſenten. excommu.

veniens auditur super principali. sed postea non auditur, ita & hic. Alij fecerūt hic comparationem de personali act. ad realem, vt sicut passus missionem in poss. rei petitę veniens intra annum possessionem recuperat, sed post annum minimè: vt j. vt lite nō contestat. quoniam. §. in aliis. ita & hic: sed neutra placet mihi, quia non est facienda comparatio Christi ad Belial, maximè semiplenè. Ideo not. ꝙ si quis conuenitur personali actione. in quo casu loquitur. j. eod. quærenti. secundum omnes, aut ipse est contumax post sententiam, aut post lit. contesta. si ante sententiam, aut ante lit. contesta. & talis si non habet bona, non potest pati mis. in poss. bonorum, quæ non habet, vnde necesse est quòd excommunicetur. sic intellige. j. vt lit. non contesta. tuæ in fin. si verò habet bona, tunc alterutra pœna & vtraque contumacia exigente potest feriri. j. vt lit. non contesta. quoniam. § fin. Istæ ergo duę pœnæ æquiparantur, ergo idem iuris est in vna quod in reliqua: quatenus tamen possibile est j. apparet. dicas ergo, quòd si post sententiam excommunicetur talis à iudice delegato intra annum veniens, absolui potest per delegatum: sed post annū non potest nisi per superiorem, & in hoc restringitur potestas delegati: quia ordin. etiam post annum audiret ipsum, sicut eum audiret volentem purgare aliam pœnam, scilicet de missione in possessionem bonorum, quandocunq; veniret post annum ante distractionem bonorum. C. de distr. pign. si prius. ff. de ces. bo. l. 3. & de re iudi. à diuo Pio. vel antequam res vsucapta esset, vel secundum decretum interpositum. ff. de acqui. pos possideri. §. fi. & de dam. infect. si finita. §. Iuli & §. si quis autem. & §. non autem. & sic semper re integra: sed in pœna excommunicationis nunquam erit res non integra, cùm nō sit quod distrahi possit, seu vsu capi. & sic semper admittitur, quia ecclesia nemini claudit gremium suum. C. de summa trini. & fide cat ho. l. vlti. 26. q. 6. si presbyter. & c. agnouimus. & in hoc mitior est hæc pœna, & alia durior: sed & alia mitior in alio casu, vt j. §. seq. Vbi verò talis est contumax ante sententiam si post lit. contest. liquet de causa, vel liquere potest, nihilominus pronunciatur diffinitiuè. 3. q. 10. decernimus. C. de iud. properandum. §. si autem. & si non satisfaciat, vtraque pœna feriri potest. de quo dic, vt s. proxi. si non liquet: & habet bona, patitur missionem, vt dicam j. versi. si verò. sed si nō habet bona, excommunicatur: & si veniat intra annum, auditur, aliàs pro conuicto habetur. sic potest intelligi 11. q. 3. quicunque. arg. C. quomodo & quando iud. consentaneum. & sic in casu isto grauior est hæc pœna, quàm alia: quia in alia per lapsum anni cōuincitur: sed & alia durior est in alio: quia adiiciuntur bona iure dominij, post lapsum anni. C. de iur. do impe. l. 3. & dixi suprà, versi. ideo. & sic contumax in vna grauatur, & in alia releuatur, & ecōtrà. sic suprà, de transla. episc. inter corporalia. §. vlti. j. de paro. c. fi. Si verò ante lit. contest. talis contumax appareat, vtraque pœna similiter feriri potest, si tamen bona habeat: si ergo habet bona, patitur missionem, & veniens intra annum vel post annum auditur, restitutis expensis, & cautione præstita de stando iuri. C. de bon. auth. iudi. poss. auth. & qui iurat. in auth. de exhi. & intro. reis. § si verò. col. 5 ergo idem si patiatur excommunicationem, vt sic in hoc casu nulla sit differentia inter pœnas: prout probatur j. eo. quærenti. & j. vt lit. non contesta. quoniam. §. fi. qui. §. & gl illius decre quærenti. & illius finis est glo. illius §. & ꝙ excommunicatus debeat soluere expensas, antequā absoluatur, & cautionem præstare, probant duæ decr. quarum vna exaudienda est per aliam & supplenda. j. de verb. signifi. ex parte. & de iudi. c. 1. quæ licet secundum alios, nunquam appareat, secundū hoc planum recipit intellectum. Ad idem arg. s. de constit. ex literis. vbi istud clarè apparet, sic puto literam, quam habes j. eod. quærenti, exponendam ibi, exercere, sed post annum, subaudi non exercebit, nisi superior, ex quo excommunicatus fuit post sententiā: secus, si excommunicatus fuisset ante lit. contesta. tunc enim intra annum, vel post annum coram delega. veniēs audiretur, sicut obseruatur in illo personaliter conuento, & missionē passo, qui, subaudi, præstita cautione, & restitutis expensis possessionem recuperat. cum ante litem contesta. & e. vt s. plenius probatum est, & sic in casu isto delegat. non amittit iurisdictionem suam, cum adhuc non sit functus officio suo, sed per lit. contesta. perpetuata intelligatur. j. eod. significasti. & c. in literis. & c. relatum. & c. gratum. & c. pastoralis. §. quia verò. & c. licet. & j. de simo. querelā. hunc puto plenum & planum & verum intellectum.

10 **Quibus modis** eius † iurisdictio prorogetur. De hoc meritò videndum est. Est autē iurisdictio delegata stricti iuris: vnde sicut dicitur in cōpromisso ꝙ id tantum venit de quo actum est, vt veniat ff. de arbitriis. si cum dies. §. plenum. & l. non distinguemus. §. de officio. dicimus sic in iurisdictione delegata, quòd regulariter non extenditur ad alias personas, vel ad alias res, quàm ad illas quæ in rescripto continentur. s. de rescriptis, significante. & c. Rodulphus. & c. significauit. j. eod. cum olim. & cap. P. & G. Prorogatur autem hæc iurisdictio aliquoties de expresso consensu partium, circa quod consueuit notari triplex prorogatio. Prima, de persona ad personam.[a] ff. de iudic. de qua re. l. prima & secunda. C. de iurisdi. omn. iudi. l. prima & tertia. Secunda, de re ad rem. ff. de iudic. de qua re. §. 1. Tertia, de tempore ad tempus,[b] & hoc intelligas fieri debere de consensu partium & iudicis. ff. de iudic. l. secunda. §. sed & si iudex. & hæc in iurisdictione ordinaria omnino locum habent, secundum leges C. de iurisdictio. omn. iudic. priuatorum. Clericus autem non potest consentire in iudicem non suum, nisi septem interueniant. Primum est, quòd is, in quem vult consentire, clericus sit. Secūdum est, quòd iurisdictionem habeat. Tertium est, quòd non quamlibet iurisdictionem, sed requiritur quòd ordinariam habeat. Quartum est, quòd de consensu proprij Episcopi in ipsum consentiat. Requiritur quintum, quòd consentiat, vt intelligitur ex pręmissis, & probatur j. de foro compe. significasti. sed & sextum requiritur, quod commune est omnibus, scilicet quod non erret, sed bene sciat illum non esse suum iudicem, alioquin contrà. ff. de iudi. l. 2. nec accipiat vnum prætorem siue Episcopum pro alio, cum, vt ait Iul. non consentiant qui errant. Quid enim tam contrarium consensui est, quàm error, quod imperitiam detegit. ff. de iurisdict. omn. iudi. si per errorem. Requiritur etiam septimum, scilicet, ꝙ in consensu persistat, alioquin re integra pœnitere potest. ff. de iurisdict. om. iud. si conuenerit. & intelligo rem integram, secundum ius cano. ante citationem emissam, dummodo nō intersit aduersarii, vt apparet in his quæ not. s. eo §. quæ delegari. ver. per hanc citationem. & versi. breuiter puto, & de hoc not. plenius j. de sent. & re iudi. §. quis debeat sententiam. resp. 1. Verùm personarū prorogatio de qua s. dixi, in delegata iurisdictione locum non habet, quia per expressum pactum partium iurisdictio semel amissa non recuperatur. j. e. P. & G. sed contra. ff. de iudi. l. 1. Solu. qđ ibi dicit, qui pro tribunali præest, vel aliam iurisdict. habet, expone qui pro tribunali, id est iurisdictione ordinaria cū administratione, vel aliam iurisdictionem habet, scilicet ordinariam, sed sine administratione. j. de restitu. in integ. causa. vel pro tribunali, quo ad merum imperium, vel ad aliam iurisdictionem, scilicet simplicem, quo ad minora. ff. de iurisdi. om. iudi. l. 3. & sic vtroq; casu intelligitur de ordinaria iurisdictione, secus in delega. vt dixi, tamen authoritate iuris tacitè fit huiusmodi prorogatio: puta, si quis impediat iurisdict. delegatam, vel eius processum. j. e. c. 1. ex literis. j. de sent. excom. graue. si non obediat in executione, vel in aliis, sine quib. iurisdictio expediri non potest. j. e. præterea & c. sanè quia. & c. suspicionis causa. & est argu. ꝙ quāuis delegatus à Papa possit cōmittere vices suas, cū hoc habeat à lege. vt j. e. super questionū. §. interionis. & c. quoniam. tñ, cum sine subdelegat. per se iurisdi. sibi commissam vbi impeditus non expedire valeat, nisi iusta de causa impeditus sit, compellere non poterit renitentem. j. e. si pro debilitate. j. eo. pastoralis. & c. venerabili. potest igitur non impeditus recipere volenti committere, sed inuitum non potest compellere, nisi iusta de causa fuerit impeditus. si j. de offi. ordi. pastoralis. respon. 1. hoc quamuis nouum sit & contrarium sereetur in causis de iure, non dubito fore verum. & vide quod no. s. eod §. quæ delegari. versi. po est autem delegat. & § quod sit eius officium. versi. 1 pecat. & vide quod not. j. §. quis sit effectus. versic. arbitri. ergo nec moueat te ꝙ talis potestas videtur delusoria, cum verba cum effectu intelligenda essent intrà de cle. non resi. relatum nam & alias hoc idem contingit. ecce enim metropolit. causam ad eum delegatam per appellat. potest committere subdito suffraganei, vt in authen. d. n. de offic. ordin. capit. Romana. non tamen potest inuitum compellere. j. de offi. ordi. pastoralis. resp. 1. Tacitè etiam prorogatur, si causa mutandi iudiciū in filium res transferatur. j. de aliena. iudi. mut. cau. fac ca. 1. & 2. Fit etiam prorogatio tacitè, quando scribitur iudici, nō expresso proprio nomine sed dignitatis, quia tunc successor succedit in onere & honore. j. de offi. ordina. pastoralis. §. penult. Quid si mortuus est in hoc casu, antequam mandatū receperit is cui scribebatur, & qui tempore datæ viuebat? videtur ꝙ expiret mandatum. cum enim tempus receptionis rescripti cōsideretur, quando quæritur vtrū onus iurisdictionis habeat is cui scribitur. j. de appellationib. super c. 2. ad fi. ergo si ante receptionem moritur, non potest ei successor succedere in onere, quod non habet. arg. ff. de contrahen. emptio. in lege. s. de rescr. pastoralis. ad fi. sicut enim expirat mandatum morte mandatoris re integra. j. eo. relatum. & gratum. sic & morte mandatarii: Institu. manda. §. rectè, & seq & videtur casus decreta. à contrario sensu. j. eod. quoniam abbas. ibi, illi mandato nostro porrecto: ergo à contrario sensu, aliud si non porrecto: sed puto, quòd idem sit, si non porrecto, vt in auth. vt nulli iudicum.

ADDITIO.

a De persona ad personam. ¶ Adde doct. in c. si pro debilitate. de of. deleg. & per doct. in c. 1. de fo. compe.

b De tempore ad tempus. ¶ Adde doct. in c. de causis. de offi. dele.

iudicū.§. & hoc vero iubemus col. 9. dignitas enim cui scribitur
non moritur,sicut nec ecclesia.12.quæstio. 2. liberti. ff. de annu.
lega.annua.§.à Titia.ff. de rebus dubiis.ciuilib.ff.de iud.mortuo
iudice.s.de rescriptis.eam te.ff. de pactis.tale pactum.§ fin. ff.de
condit.& demonstra.filiusfamil.C.de iure delibera. cum aliquis.
quamuis enim persona decedat,non tamen perit dignitas.unde
imperium perpetuum est.in auth. de quæstore.§. si uero aliquis.
colla.6.& quomodo oportet episcopos.§ fin.collat.1. & hoc est
uerum, nisi destruatur ab illo qui potest delere. supra de constit.
cùm accessissent.nec obest,quòd persona, quæ uiuebat tempore
datæ, non fuit onerata, quia non inspicitur onus personæ, sed
dignitatis, hoc est quod not.decret. infra eod. quoniam abbas.
quando reddēdo causam dixit,quia sub expressis nominibus lo-
corum,& non personarum commissio emanauit not. non facit
vim,vtrum mandatum receptum fuerit, sed in eo quòd nomen
proprium non fuit expressum,& sic soluitur quod obiectum est
de mandatore. nunquam enim scribit Papa, quin nomen suum
proprium exprimat. vix autem scribit in dignitate constituto,
quòd nomen proprium illius cui scribit, apponat. patet ergo,
quare aliud in mandatore, & aliud in mandatario, & sic quod
dicit in dicto capitulo,quoniam mandato nostro porrecto.sub-
audiēdum est maximè, vel narrat factum,quia sic acciderat.nam
hæc sola porrectio sufficeret,quo ad perpetuandam iurisdictio-
nem, nisi & citatio præcessisset, vt probat illa, gratum. Quid si
impetraui Archidiacono Conuentren.ubi plures sunt Archidia
coni.j.eo.ex parte 1.quis erit iudex? Dicunt quidam,quòd forte
dirimendum est,si communi cōsensu impetratus sit, & una pars
dicit de vno,alia de alio,argumē.ff. de iudi. sed cum ambo,xxvj.
quæst.2.sors non est hæc. si rescripta simul repræsentata sint plu-
ribus, alioquin is erit iudex, cui primo repræsentatio facta fue-
rit. infrà,de appellationibus vt debitus. Sed quid, si non de com
muni consensu,sed per vnam partium impetrauit? Dicūt,quòd
iudex erit is quem eliget impetrator, sicut hæres eligit in legato.
ff.de leg.2.si quis.§.si inter duos. nam & in principio iudicij,fit in
terpretatio pro actore.ff.de iudi.solemus.& l. si quis intentione.
argu.C.de condic.indebi.si quis seruum puto contrarium,& no-
cebit impetranti ęquiuocatio, cùm error circa substantialia inue
niatur. sicut enim non licet ponere vnum Ciuitatē.pro alio, sic
nec vnum Archidia.pro alio, vt patet in his quæ not.supra de re-
scrip.§.quæ possunt obiici.ver.circa principalia.& versic.hęc au
tem substantialia.vel consulatur princeps.argu.infrà eo.sanè.su-
prà,de rescript.cap.fin.quia non deficit ius, sed probatio, vt pa-
tet in his quæ no.s.de rescript.§.quod cui præiud.sub distin.si de
reuocatione rescriptorum.ver.vnde dico.& sequentib. & versi.
idem intelligo.& præcedentibus, & imputet sibi q legem potuit
apertius dicere.ff.de pact.veteribus.ff.de verb.obligat.quicquid
astringendæ. Quamuis enim fatear, quod in principio iudicij de
beat fieri interpretatio pro actore,ut probatum est.ff. de verbo.
oblig.inter stipulantē.§.1. non sic in impetrante,quia odiosus est
cū gratia sedis Apost. sæpius abutatur, s.de rescript.sedes. & ca.
nonnulli.& c.quia nonnulli.illud tamen assero, quod in ecclesiis
in quibus sunt plures archidiac. pro maiori parte diuersificentur
nomina Archidiaconatuum,sicut habes de archidia.Richemun
diæ,qui est Eboracen.eccle.j.de cōces. præben.post electionem,
j.de instit.cum uenissent. sed si inter ipsos sit vnus qui retinet no
men ecclesiæ cathedralis, sicut Archidiac. Parisien. in qua & alij
Archidiac.sunt aliis proprijs Archidiaconnatuum vocabulis no
minati,si impetro ad Parisien. Archidiac.nulla est ęquiuocatio,
quia non potest intelligi de alio, quam uox sonat. idem dico in
Archidiaco. Carnotē vbi & multi alij sunt. Probatur de vtroq;
j.de iudi.causam quæ.& idem dico, si de communi ɔsensu fuerit
impetratum,& unus dicit de vno,& alius de alio,hoc non potest
esse æquiuocū,alioquin contrariū, vt præmisi.hoc autem quod
dixi, quòd non expirat mandatum re integra, nisi nomen pro-
prium sit expressum,videtur destruere decre.suprà de rescrip.si-
gnificauit. Solu. Aliud in persona iudicis,de quo dixi:aliud in per
sonis litigantium,vt in contrario.& ff.quæ sentent.sine appella-
tio.rescin.eum qui.ratio,quia iudex æquitatem seruat,iustitiam
exhibet, lites determinat,infrà, de transactio.capitu. fina.partes
verò cauillosæ sunt, lites inculcant, rescriptis abutuntur, vt dixi
suprà,ideo fauores amplianrur in iudice,sed odia in partibus rę-
stringuntur.ff.de libe. & posthum. cùm quidam. Item fit proro-
gatio ex vi clausulæ generalis appositæ in rescripto, vt quando
dicit amoto quolibet illicitò detentore,[a] infrà de re.permu. cū
vniuersorum. vel quando dicit, quidam alij. suprà, de rescript.
sedes.vel vocatis qui fuerint euocandi: infrà, de iudic. exhibita,
vel testes autem,&c.infrà,de testibus,cum causam quæ inter Ar
chiepiscopum vel contradictores & rebelles, &c. infrà de præ-
ben.pro illorum, vel si quis contra hæc ausu temerario, &c. vel
si ɔtra predonem &c.vel sic molestatores, &c. In quibus casibus
si cōseruatores dati sint ad aliquam iudiciā em indaginem suā,
quam non habet, non præsumant extendere potestatem. ergo si
quis vocatus per conseruatorem neget se commisisse violētiam
vel confiteatur se fecisse id de quo quæritur, sed sine iniuria, su-
prà de electio.cum ecclesia Vulterana,cessat eius officium, cum
per negationem id de quo quæritur, dubium factum sit. C. qui-
bus ad libert.proclam.non licet l.3.infrà,de restitut.spol. Pisanis.
respon.1.infra,de probatio.capitu. fin. infrà de testibus cogend.
super eo. nec habet se intromittere,nisi de notoriis ex qualitate
facti, quale est illud suprà, de translatio. Episcopi, quanto. de
hoc dic,ut not.infrà de cleri. nō resid.§.quid sit notoriū, nec per
testes probari poterit coram eo. quamuis ponamus,quòd noto
rium sit in alia religione. nam cum testium receptio iurisdictio-
nem requirat,nisi ubi nuda audientia committitur ab illo,qui su-
per dubio,si incidat, potest interloqui:infrà eodem cùm te cōsu
lente. & conseruator nullam iurisdictio.habeat, nulla per testes
potest fieri probatio coram illo: hoc est quod habes in authenti
ca d.n.extra eodem,statuimus. Quid si conseruator excommu-
nicauerit inuasorem canonicè monitum, licet negaret quod fe-
cerat,sed postea coram superiore reperitur, quòd notorius erat
iniuriator: dic quod tenet sententia, etiam si uiolentius appella-
uerit ab eodem.infrà,de appellatio cum speciali.§. porro.sed ca-
ueat, quòd non dicat notorium quod non est, & in dubio ap-
pellationi deferat:infrà,de appellatio.peruenit,1.& capitu.con-
suluit. 1. alioquin ad expensas tenetur, & alia pœna canon. infli-
getur. infrà, de sentent. excommunicat.sacro.& videtur, quòd
si dubia est iniuria, non tenet excommunicationis sententia ipso
iure,infrà eodem.cum olim.in fin.infrà,de arbit. innotuit.in fin.
de præbend. capitu. fin. in hoc si conseruator sit meram execut.
habens, secus si mistam. quod dic vt not. suprà eodem. §. quæ
delegati.versicul.item modum excedit.ergo tenor rescriptorum
considerandus est, & ipso inspecto facilis erit definitio subtiliter
intuenti,infrà,de priuileg. porrò ff.de transa.de his,super quo vi
de quod not.suprà de rescript.§.quod iurisdictio.& § quod exe
cutionem. Et in summa authoritate iuris extenditur hæc iurisdi
ctio ad omnes personas, quas res tangit, & quarum interest: in-
frà eodem,super eo.infrà,de maiori.& obedient.capitu. final.su
prà,de offic.archidiacon.ad hoc §. fin. Prorogatio etiam secun-
da, scilicet de re ad rem prorsus alia locum non habet in iurisdi-
ctio.delega.infrà eod. cum olim. licet ad maiorem quantitatem
extendi possit.ff.de iudic de qua re. § 1. secundum Goffredum,
puto contrarium, & per eadem iura, potissimè per decret. cùm
olim.§.quia vero.vbi ex præmissis innuit, quòd valuisset proro-
gatio,nisi potestas procura.[b] quæ ad hoc non extendebatur,de-
ficeret. quinimo plus innuit, quòd nisi comes Dominus litis quā
citò peruenit ad aures suas,protinus contradixisset, sibi præiudi-
cium generasset,& tacitè ratificasset,& argum. ad idem. C. com-
munia vtriusque iudic.l.2.C.de nup.si ut proponis.ff. ad Maced.
si filius.ff.de instito. ac. sed & si.in princip.ff. quod cum eo qui in
alien.po.l.fi.53.distinct.si seruus sciente,j.vt lit. non conte.cap j.
ad fin.maior enim quantitas non eadem res sed alia est, ut proba
tur.ff.de appel si quis separatim.§.1 & C de appel.in offerendis.
& ff.de iurisdict.omn.iud.si idem. hæc etiam æquiparantur, quo
ad iuris.pertinet, scilicet minor quantitas, minor pars,aliud pro
alio.Instit.de actio §.si minus.& §.si quis alium pro alio. unde &
authoritate iuris fit prorogatio ad res alias,siue maiores,siue mi
nores,quia non distinguitur:infra,de mut petit. cap. 1.& 2.quod
dic vt ibi not.in summa Hæc etiam iurisdictio prorogatur circa
res accessorias,infra eod.prudentiam §.penul. & si.circa fructus
& expensas, quæ ueniunt officio iudicis in condemnatione, ut
not.infrà de offic.iud § & utrum.ver. c.deseruit.& de dolo & cō
tu.sub rub. de contumacia. §. qualiter deprehendatur. & §. qua
pœna.sub §.si in iudicio & sub §.sed & si petantur expensæ. Item
ad res quæ succedunt loco illarū de quibus agitur.j. vt lit. pen.c.
ecclesia.1.& 2.& cū reus qui dolo desiit possidere pro possessore
habetur.ff.de rei vendic.qui petitorio.ff. ad exhiben. Iulianus.&
cùm contra violentum fit æstimatio rerum amissarum: infrà,qđ
me.cau.capi.fin.Sed & tertia prorogatio,scilicet de tempore ad
tempus iuris.dele.locum habet secundum omnes. infrà eod. de
causis.& c. pastoralis. in fi. nisi princeps hoc neget in rescripto.ff.
de iudi.l.2.§. sed & si iudex. Quid si mandatur alicui, ut intra xx.
dies causam determinet,& reus contumax fuerit & excommuni-
catus nunquid elapsis 20. diebus ipsum uenientem absoluere po
test? Videtur quòd sic.argu.infrà eod. quærenti. & nunquid po-
terit procedere in causa? non videtur: j. eo. de causis. sed certè si
hic est

ADDITIONES.

a Amoto quolibet illicito detentore. ¶ Adde,quid operantur ista uerba posi ta in executione gratiæ,uel in literis executoriis.vide per Ab.in c.cum no stris.in vl.co.de conc.præb.& per Cal.cons.25.in ti.de præb.

b Nisi potestas procuratoris. ¶ Adde an ꝓrogatio possit fieri ꝑ procuratorem.vide per Spe.ti.de legato.in §.8.ver.item quod est iurisd. Car.Zab.in c.cùm olim.el 1.in 7.& 8.q.de of.del.

hic est dolus & fraus, reo patrocinabuntur: quòd esse non debet, infrà de testa. officij. ad fin. & ex delicto suo commodum reportabit, contra l. ff. de negotijs gestis, siue hæreditaria. & pœna immunitatem retribuere non debet. ff. de interd. & rele. relegatorũ. in fin. infrà, de donation. inter virum & uxorem. & si necesse. certè uerbum est satis durum, quia econtra forma rescripti seruãda est ĵ eodem. prudentiam in fi. respon. 1. suprà, de rescript. cum dilecta. & cum minister legis tempus assignauerit, non potest ampliari. argument. ff. de compensa. si cum militi. ff. de arb. Celsus, ĵ. eod. consultationibus. ad fin. non dubito, quòd amplius non cognoscet. argument. infrà, de appellatio. super eo. infrà eod. significantib. nec obstat quòd præscriptio non currit, nisi contra negligentes, infrà, de concess. prębend. quia diuersitatem. quia illud est de præscriptio. per legem inducta. sic s̃. de electio. capit fin. secus in præscriptione ab homine inducta, uel ex iure consuetudinario: argumentum infrà de restitutione in integrum. constitutus. & in his quæ ibi not. & sic est in potestate conuenti rescripto eludere contra ea, infrà, de alienatione iudicij mutãdi cau. facta. c. 1. sed tamen condemnabitur ad interesse, argumen. ff. de arbi. si quis rem, suprà de rescrip. cæterum. & c. vlti. vel dic. quòd põt mederi per decret. infrà eo. pastoralis in fin.

11 Et qualiter finiatur. †Cursu t̃pis, nisi prorogatio facta sit, de qua dixi s̃. prox. Item per relationem factam seu pollicitam. ĵ. tit. 1. licet. infrà, de appellatio. intimasti. Item per appellatio. interpositã à diffinitiua sententia nam is ad quem appellatum est, habet infirmare, seu confirmare, & si confirmauerit, executioni mandabit, in auth. de sanctis. Episcop. § si quis contra aliquem. C. de Episc. audient. authentic. si. quis litigantium. & quia dubium est, an confirmetur, dicitur de medio tempore suspensa. C. de reb. credit. generaliter, in princip. C. de appellatio. præcipimus. §. si hæc appellatio. ideo exponitur, extinguitur, id est, suspenditur ff. ad Turpi. l. 1. in fin. decret. tamen innuit contrarium, infrà, eod. pastoralis. §. præterea, ibi ut interim executio sententiæ suspendatur. quasi dicat, non videmur præcisè reuocare: sed quantum ad hoc, ut interim. & c. ac si dicat. non reuocamus, sed suspendimus: & si malè appellatum inuenimus, sententiam confirmabimus, & partes ad uos remittemus: sicut obseruatur, quando ab aliquo grauamine ante diffinitiuam sententiam appellatur, infrà, de appellat. vt debitus. & secundum hoc non currit annus, de quo dixi suprà eodem §. quæ iurisdic. versic. vel personalis à tempore latæ sententiæ, ut ibi dixi, cum nihil possit iudicibus imputari. argument. suprà de rescrip. plerunque. & infrà, de eo qui mittit. in possess. causa rei seruandæ. capit. 2. ad fin. & not. suprà de rescript. §. quod cui præiudicet, sub distinct. si de reuocatione. versicu. sed à quo tempore. ad idem in his quæ not. suprà §. 1. versic. fin. quod dic, vt plenè not. infrà, de appellatio. §. quis sit effectus. sub §. sed qualiter contestabitur. versicu. sed quis mandabit sententiam executioni. Eodem modo videtur reuocata iurisd. si ab aliquo grauamine appelletur. quandocunque ante sententiam: cessant enim partes illius à quo appellatum est, quousque per illum ad quem appellatum est, vel delegatum suum causa appellat. fuerit terminata: suprà, de rescript. dilecti filij. I. Saracenus. §. vltim. etiam si pars appellans remittatur ad illum qui grauauit, vt si ita est, errorem suum corrigat: non enim cognoscet is de hoc dubio, sed alij qui grauato sunt in subsidium deputati: suprà, de rescr. ab excommunicato. Finitur etiam morte mandatarij, id est, eius qui mandatum recepit. ff. mand. inter causas. in princip. Item si plures sunt. & vnus moriatur, nec sit adiecta clausula, quòd si nõ omnes. infrà eodem. vno delegatorum. fallit, quando non nomen proprium, sed dignitatis exprimitur: infra eodem. quoniam abbas. Item finitur mortuo impetrante. ff. quæ senten. sine appell. rescind. l. penult. ff. qui satisd. cog. si decesserit. fallit hoc. ff. de fideicom. liber. cum quasi. in princip. Item per mortem delegantis, infra eod. gratum. Vel recessum, infrà tit. 1. capitu. fin. non tamen ipso iure, sed ope exceptionis. ĵ. de testibus. cum venissent. quamuis ergo reuocatum sit mandatum, & priuatorum consensus iurisd. non det: infrà de foro comp. significasti. tamen except. opus est, sic secunda sententia lata post primam nõ valet. 2. quæstio. 6. §. diffinitiua. verum est, si excipiatur, alioquin contra. infrà, de senten. & re iudic. inter monasterium sic secundum rescriptum non faciens mentionem de primo, non valet: verum est, si excipiatur. alioquin contra. supra, de rescript. plerunque. & c. si autem. secundum Goffredum. Quod autem dixi, morte mandatoris, vel mandatarij finiri mandatum, verum est, re integra: id est, lit. non cont. secundum Ioan. & Azo. sic. intelligunt. ff. de iurisdict. omnium iud. & quia. per authent. de litig. §. omnem verò. & §. si verò initium. col. 7. facit pro eis infrà eod. relatum. Mar. contra. & si dicit, quòd si contentio facta sit, iam non est res integra. C. de præscript. triginta anno. si quis in rem. & l. cum notissimi. respon. 1 ibi. id est solam conuentionem, &c. ff. de pollicitatio. l. 1 §. cœpisse. comprobatur sententia Mar. infrà eod. gratum sicut patet in his quæ not suprà eodem. §. quæ delegari. versi. per hanc citationem. ideo dicitur quòd gratum & relatum interfecerunt Azo. licet etiam mandatum expiret, non tamen pręceptũ. nam quicunque sit iudex, ille qui præcipit, non expirat. præceptũ morte uel translat. ipsius, vel eius cui præcipitur, dummodo legitimè factæ sint iussiones. nam si contra leges vel ius publ. pro non scriptis habentur. in authẽ. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus. & §. si verò etiam præcepta. col. 9. secundum Vinc. & Lau. & G. Na. dic vt not. suprà eodem. §. quibus modis. versic. fit etiam prorogatio. & sequen. Item finitur per reuocationem delegantis. ff. de iudic. iudicatum solui, 1. vel sine causa fieri non debet. quod dic vt not. suprà eod. §. quæ delegari. versic. sed nunquid potest reuocare. Item finitur sententia lata, & executioni mandata. infrà eod. in literis ff. de re iudicata. Paul. quod dic ut not. suprà, in proxi. allegato versicu. sed nunquid potest reuocare. & §. quæ iurisdic. ver. vel personalis. & sequentibus. Item finitur, si incidat in impossibilitatem iuris vel facti, quãdo apposita est illa clausula, Quòd si non omnes, &c. supra de rescriptis. sciscitatus, infrà, de re iudicat. ad probandum. secundum Goffred. hoc verum est, si perpetua sit impossibilitas: secus, si temporalis. nam licet sit impeditus una die & alia, non illa die qua non est impeditus poterit interesse. De hoc dic vt not. suprà eod. §. quod sit eius officium, versicu. sed quid si vnus ex delegatis. Item finitur per interlocutionem, qua dixerunt iudices se per tales literas procedere non posse, adeò quòd per pactum partium iurisdictionem reassumere non valebit, infrà eodem. significantibus. sed contra, infrà, de pręben. dilectus. 3. dic quòd ibi proceditur authoritate secundi rescripti. Item ibi non fuit primum rescriptum surreptitium sed in illa, significantibus, secus. Item finitur per li. contesta. factam corã ordinario, vel tacitum consensum partium. quod dic vt not. suprà eodem. §. quod sit eius officium. versicu. quid ergo, si libellus. Item finitur per successionem bonorum, argumen. ff. de arb. si vnus. ĵ. de solut. Odoardus. Item finitur acceptilatione, pacto de non petendo, transactione rei peremptoriæ, cum in his casibus non cogatur arbiter sententiam dicere, vt not. infrà, de arbi. §. fin. versicu. item non cogitur, si solutum sit compromissum: & in eo §. potes videre alios casus. Veruntamẽ quod dictum est de successione bonorum. acceptilatione, &c. non intelligas finiri sic iurisdictio. quin ipse delegatus possit pronunciare. ff. de iudic. de qua re. Item non intelligas, quòd in spiritualibus possit fieri transactio §. & in quibus. Item non intelligas, quòd possit fieri pactũ de non petendo coram non suo iudice, cum nec renunciatio teneat in manibus non sui iudicis facta. ut not. suprà, de renuncia. §. cum, & §. qualiter.

DE RECVSATIONE IVDICIS DELEgati. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Recusatio quid dicatur.*
2 *Recusari quis possit.*
3 *Recusationis iustæ causæ quæ sint: & sunt tredecim.*
4 *Recusatio quando fieri debet.*
5 *Recusatio qualiter fieri debeat.*
6 *Effectus quis sit, vt iurisdictio recusati suspendatur, pendente causa recusationis.*
7 *Excommunicatus non habet personam stãdi in iudicio, quousque fuerit absolutus.*
8 *Iudicium in tenebris non est exercendum.*

SEd nec illud omittendum est, ꝙ iurisdictio deleg. finitur per recusationem. Hic igitur videndum, Quid sit recusatio, Quis recusetur, Quæ sunt iustę cãæ recusationis, Quando dẽt fieri recusatio, Qualiter recusatio fieri debet, Quis sit effectus.

a 1 Quid sit recusatio.[a] Et quidem recusatio† est ob iustã causam suspicionis contra iudicẽ propositã audientiæ eiusdem iudicis declinatio, canonicè allegata. vt colligitur infrà, eodem suspicionis, infrà de appel. cum speciali. C. de iudic. apertissimi. 3. quæst. 5. quia suspecti.

2 1 Quis recusetur. † Et quidem tam ordinarius quàm delegatus, & quicunque sit iurisdictionẽ habens, & etiã auditor. vt apparet in his quæ not. suprà, eo. de offic. & potest. iudi. dele. §. cui possit. versi. committitur huic bene causa. & §. quod sit eius

ADDITIO.

a Quid sit recusatio. ¶ Adde Spe. eod. tit. in §. 1. Bal. in c. quoniam contra. in 14. col. ver. quæro, quid est recusatio. de prob.

sit eius officium. ver. salua reuerentia. & seq. ibi etiam inuenies coram quo probatio sit facienda. ver. sed coram quo. & seq.

a 3 Quæ sunt iustæ causæ [a] recusationis.† Et quidem si delegatus recusatur, multæ sunt. Prima est iusta causa, si delegatus sit dominus impetrantis, infrà eodem, causam quæ. Secunda, si nimis familiaris vel commensalis, infrà eodem, insinuante. sed nō nocet, si aduocatus aduersæ partis sit familiaris iudici, infrà de offic. iudicis. capitu. 1. licet sit argumentum contrarium. 4. quæst. 4. §. de domo. & capitu. sequen. contrarium infrà, de ap. ex insinuatione. sed quod ibi dicit litera, videbatur fouere, subaudi non tamen fouebat. multa enim videntur quæ non sunt. Tertia, si est canonicus. infrà, eo. cum R. canonicus. Quarta, si is qui iudex est hoc impetrauit, vel impetrari procurauit. argument. ff. de procur. quæ omnia. & argumen. ff. de iurisd. om. iudicum. prætor. C. ne quis in caus. sua iudic. l. vnica. Quinta, si habet causam cōsimilem: infra, de iudic. cām quæ. infrà, de testi. personas. Sexta, si unus est iudex alterius, puta impetraui te iudicem contra Titium, & tu me contra Seium. Hic Seius recusabit me ex eo, quòd sum iudex tuus in causa Titij: & Titius te ex eo, quòd es iudex meus in causa Seij. tales enim iudices uocabat magister meus taxionarios. quasi taxatum sit inter ipsos & conuentum, qualiter unus in causa alterius procedere debeat. quasi dicat, Facias mihi bonam paropsidem, & ego faciam tibi bonam. hoc est quod dicebat frater Gin. hospitaliorum procurator contra peregrinum subdelegatum domini V. Ebredunen. archiepiscopi, bona la mi fai, bona la ti farai: tamen succubuit, quia ineptè proposuit, vt not. suprà, eod. §. quod sit eius officium. versic. sed coram quo. & tamen causam iustissimam reputo, sicut & dominus Aegidius cardinalis faciebat, per c. 16. quæstio. 2. visis. post medium c. & ante finem. ibi, cuius iudicio & uoluntate nunc erigitur nunc deprimitur. unde fit ut in partem episcopi ad seruiendum sacerdos procliuior fiat. ad idem 8. quæstio. 2. capitu. 1. 11. quæstio. 3. quatuor modis. infrà, de coll. deteg. capitu. 1. idem est, si mecum litem habeat. ff. de excusat. tut. ꝓpter litem. C. qui da. tuto. poss. authentic. si curatoris. Septima, si sit suffraganeus, & hæc non potest esse non notoria, ideo non requiro probationem. sic intelligo infrà, vt lit. non contestat. accedens 1. Octaua, si sit de eadem terra oriundus. quam quidam reprobant indistinctè: ego autem approbo, quando compatriotæ sunt in regione extranea: tunc enim compatriotæ eiusdem regionis diligunt se tāquam fratres, ad quod accedit ff. de hæredibus instituend. nemo dubitat. §. qui frater. ff. de verborum significatio. latæ culpæ. §. amicos. Consueuit etiam liuor inuidiæ regnare inter indigenas & alienigenas: argumentum infrà, de instit. ad decorem. hæc causa, & quædam aliæ fecerunt me Angliam elongare. Hæc tamen causa de consuetudine nō proponitur, sed puto ipsam esse iustiorem quàm multas alias causas, quæ scribuntur: vnde si Anglicus impetrat Anglicum contra alienigenam morantem in Anglia, uel alienigenam compatriotam contra Anglicum, puto quòd tum ratione familiaritatis & amicitiæ, quasi fraternæ, ff. pro socio. verum. tum ratione liuoris inuidiæ, nisi sit ꝑsona valde honesta, talis iudex poterit recusari. 3. quæstio. 5. quia suspecti. & capitul. accusatores. quia tales affectiones consueuerunt veritatem impedire, ut ibi. & 11. quæstio. 3. quatuor modis. idem intelligo, si sit de terra impetrantis ratione subiectionis, maximè si clericus vel scriptor eiusdem sit, vel aliter familiaris, sic intelligo, infrà, vt lite non cōtest. accedens. 2. Nona, si sit consanguineus, uel affinis. ff. de iniur. lex Cornel. ff. de lib. causa. si pariter. Decima, si fuerit aduocatus in eadem causa. ff. de postul. l. fin probatur de utroque. s. de consanguineo & aduocato: infrà de appella. postremò: ad idem. ff. de procurat. sed hæ personæ. & l. Iulia. affinitate. 3. questio 9. absens. 2. Vndecima, si ab eo appellatum sit: infrà, de appel. ad hoc, & c. accepta. quamuis enim non fiat iniuria iudici à quo appellatum est, ex qua scilicet agi possit. C. de appella. & in maioribus. tamen qualiscunque fieri intelligitur. argument. C. de Episcop. aud. l. 2. C. de summa trin. & fide catholic. l. 3. in princip. & ideo timendū est ne prouocatus obesset. vt not. suprà eodem. §. quod sit eius officium. versicu. si quæras rationem. & vide super hoc quod not. infrà, de appellat. §. quis sit effectus. versicu. item licet exemptus sit. & sequent. Duodecima, si comes sit: argument. ff. de offic. præsid. senatus. & ad l. Iuliā. repet. l. 2. & 3. hæc tamen causa in ordinaria iurisdictione non semper locum habet. quod dic, ut not. infrà, de sentent. & re iudic. §. quis debet sententiam. versicul. sed nunquid potest suis, & sequentibus. Tertiadecima, si sit inimicus domini mei: nam propter dominum recusat tota familia iurisdictionem alicuius. C. si quacunque præditus pote. l. vnica. Hæ causæ & consimiles, quas diligens lector per se recolligere poterit, possunt proponi contra iudicem delegatum: sed & omnes quæ repellunt ordinarium: de quibus dixi infrà, de appellat. sub rubri. de recusatio. §. ex quibus causis repellunt delegatum: non tamen ècontrà, ut ibi not. ver. & breuiter. & est ratio, quia delegata iurisdictio accidentalis est, vt no. suprà eodem. §. quę iurisdictio. ver. est autem accidentalis, sed & ordinaria naturalis, vt ibi dixi. non est ergo mirū, si accidēte fortior sit natura. Inst. de iure naturali. §. sed naturalia. dicūt ēt quidam, ꝙ iusta causa est, si non assignatur locus tutus respectu inimicitiarum, & congruus respectu expensarum. infrà, vt lite non contestat. accedens, infrà, de fide instrumen. accepimus. ꝫ. de confirmat. vtil. vel inutil. cum dilecta. 3. q. 9. hortamur. 33. quæst. 2. siue de coniugij. 25. quæst. 1. pudenda. ff. de rebus dubijs, vtrum. 2. q. 2. c. fin. nam si cui difficile sit satisdare in uno loco, remittitur ad alium. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. §. fin. sed hic puto quod sit locus appel. infrà, de appellat. ex parte. Illud est specialiter notandum circa istam materiam, quòd prædictæ causæ non sufficerent omnes ad testem repellendum: ecce enim canonicus non potest esse iudex, vt dixi, tamen bene potest esse testis. suprà, de officio archid. capitu. fina. & est ratio quia non est probationum facultas angustanda. C. de hære. quoniam multi. in fin. facilius autem decem iudices quàm vnum testem poteris reperire.

4 Quando debet fieri † recusatio. Et quidem Goffre. notat, quòd iudex recusari debet intra viginti dies, qui dantur ad deliberandum libello porrecto: & hoc fieri potest, quamuis cautum sit iudicio sisti, vt in authentic. offeratur. sicut & post iuramentum præstitum de stando iuri, potest nihilominus appellari. vt infrà, de appel. ad hoc. & ꝫ. & non postea. vnde in corpore authent. dicitur in medio viginti dierum, id est, intra uiginti dies licitum esse iudicem recusare, vel repudiare, si tamen contingat lit. contestat. fieri: quæ si ualeat, adhuc salui sunt illi dies, & licebit intra illos omnia ex integro fieri. vt in authent. de exhiben. & intro. reis. §. sancimus. colla. 5. & sic intelligas 3. q. 3. offeratur. ideo iudice absente is qui recusare ipsum intendit, protestari debet hoc coram alijs. intelligas tu, ne scilicet 20. dies cedant. C. de iudi. cum specialis. nec obstat, quòd hæc exceptio cum dilatoria sit quandocunque ante li. contest. opponi posse videtur. vt not. infrà de except. §. & quando. quia non ideo dicitur hæc exceptio dilatoria, quòd vsque ad lit. contest. proponatur, sed quia semper ante lit. contesta. proponēda est. secundum Goffre. tu teneas, quòd etiam elapsis illis viginti diebus recusari potest aliquando, & aliquando non. poterit ēt intra illos viginti dies, secundum quod vltra vel citra lis cōtest. erit. nam hæc dilatio & arctari, & prorogari potest. vt not. infrà, de dila. §. 1. versicu. aliæ deliberatoriæ. & §. quis ipsas. quod ergo dixit authent. de 20. diebus, non dixit propter hoc, quòd vellet limitare hāc exceptionem sicut nec deliberationem. imò ex causa arctari poterit & prorogari hæc dilatio. sed iō hoc dixit, quia communiter dari debent viginti dies, quibus elapsis lis cōtestari consueuit: quo facto, iudex non poterit recusari: quinimò si dicat, Cedo. non habet necesse iudicem recusare. si dicat, Contendere volo, intelligendum est coram illo, coram quo uocatus sum, & sic ex quo nihil aliud dicit, videtur in iudicem tacitè consentire: certe nec l. antiqua cum specialis. de iure nouo authent. quod postea factum fuit, videtur somniasse. dicas igitur, quòd semper potes recusare iudicem, antequàm videaris in ipsum expresse vel tacite consensisse, non postea, nisi de nouo emergat, vt apparet in his quæ not. suprà eodem. §. quis possit delegari. versic. committitur huic bene causa. & probatur infrà eodem, insinuante. & infrà de senten. & re iudi. inter monasterium. Quid si competat recusatio contra iudicem, & excommunicationis exceptio contra aduersarium? Videtur quòd vna sit impedimentum alterius. nam delegatus cognoscere habet de excommunicatione. infrà, eo. prudētiā. § sexta. arbitri verò de recusatione, ꝫ. eodem. suspicionis. ergo insolubile sit impetranti & delegato suo. delegatus enim cognoscere non potest de excommunicatione: pendente causa recusationis, expediri potest: sed nec causa recusationis expediri potest, quia nec excommunicato communicandum est ex certa sciētia: ꝫ. quod met. caus. factis. & ꝫ. de sentent. excommuni. significauit. ergo nec cum eo arbitri eligentur. argumentum. ꝫ de iudi. intelleximus. 11. q. 3. cum excommunicato. & ca. præcedētibus. sed certè non est rigor iuris, ex quo sequi potest causæ perplexitas, nimium prosequendus. ꝫ. de appellat. interposita. §. vlti. puto igitur, quòd in hoc casu potest deleg. compellere recusantem, vt vel coram ordinario excommunicationē probet. argumen. infrà, de offic. ordi. significauit. & C. de iudi. l. fi. aut quòd cum aduersario suo arbitros eligat, qui primò de excommunicatione cognoscant: secundò de recusatione: nec allegat timorem communionis, quia excusatur necessitate iuris. 11. quæstio. 3. quoniam multos. & duobus capitu. sequenti. quinimò alia ratio reformat pactum. nam recusans in causa recusationis, actor

ADDITIO.

a Quæ sint iustæ causæ. ¶ Adde gl. in c. accedens. vt lit. non contest. doct. in c. legitima. de appell. lib. 6. Fel. in c. postremo. eo. ti. & ibi Card. Ale. enumerat plures casus quàm Fel. ibi.

actor est,& libellum porrigere debet. vt apparet infra eodem.§. qualiter. ergo impetrans quamuis excommunicatus, cū dubius sit, potest iurisdictionem quam impetrauit defendere, cum cuilibet excommunicato legitima defensio reseruetur.ī. de excep.cū inter priorem.dilectæ.dilecti. significauerunt. venerabilem. poterit ergo iudex deleg. præfigere terminum, intra quem eligat: quod nisi fecerit, ad aduersarium deuoluetur electio.argument. ff.de leg.2.statu liberum.§. Stichum. aduersario autem eligente, & parato procedere, si recusans denegat, puto ꝙ tanquam contra contumacem non obstantibus exceptionibus propositis, poterit iudex delegatus procedere, cum nec aliter sua iurisdictio ualeat expediri, infrà, eodem suspicionis.& in authentica: d.n extra de appellat.legitima suspicionis causa, non vltra procedo in quæstionibus circa hunc articulum. Latet enim quoddā quid energiæ, quā mihi retineo, ne aperiam laqueum indissolubilem rescriptorum.& vide quod no.de hac materia. ī. de exce. §.& quando. ver.in declinatoriis.

5 Qualiter recusatio † fieri debeat. Traditum est ab antiquis, ꝙ libello porrecto. hoc enim præcipit lex C.de iudic.apertissimi. ibi, libello recusationis ei porrecto. gloss. Huius libellus commodè ita concipietur, quoniam res periculosa est, & tristissimos solet sortiri euentus, sub iudice suspecto subire iudicium, ideo ego T. audientiam tuam domine R. recuso.& hoc, si offeratur iudici: si alij, retinet omnia, & immuta, vt dicas audien.illius,&c. Azo.iunge ex tali causa, alioquin non sufficeret, vt infrà, de appellation. secundò requiris.& capi. cum speciali, ideo autem dicitur in libello hoc, Si porrigatur iudici, quia aliquoties porrigitur ei qui recusatur, aliquoties alij, vt apparet in his quæ not. supra eodem.§.quod sit eius officium.versi. sed coram quo probabitur.debet autē talis causa proponi, quæ si probata esset, deberet legitima reputari.infrà, de app. cum speciali.quo facto, arbitri eligendi sunt à partibus, qui terminum assignabunt, intra quem iusta causa recusationis probetur.ī. codē suspicionis.infrà, de appellat.secundò requiris.§.fin. Potest & sic formari, quia suspecti vel inimici iudices esse nō debent, & quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare & inimicorum examen uelle refugere, ideo ego,&c.vt s̄. Quid si a arbiter non vult recipere arbitrium? ᵃnon videtur ꝙ cogi possit: nam hęc res extra necessitatem posita est.ff.de arb.l.3.§.1.verum est quando quæritur de arbitrio voluntario, secus de necessario: nam ibi cogitur arbiter.sic intelligo.C.de aduo diuer. iud.sancimus.tale est hoc, de quo hic quæritur, cum nec aliter iurisd. expediri possit, ī.eod. suspicionis. ī.de appella.cū speciali. Quid si non possunt concordare, aduocent tertium, ad quod compellantur per delegatum, infrà, eod. suspicionis.§.1. Quid si non possunt concordare de tertio, assignet delegatus eis terminum intra quem concordent vel tertium aduocent: quo elapso, delegatus iurisd. sua vtatur. in authent. d. n. extra, de appellat. legitima.§. fina. Sed nunquid per hoc corrigitur Greg. qui vult, quòd arbitri terminum assignent? Non quia Greg. loquitur in termino intra quem probari debet causa recusationis proposita: Inno. verò de termino intra quem vel arbitri concordent, vel tertium concorditer aduocent: ergo si tertium aduocauerunt, cessant partes delegati in termino assignādo. Quid si hodie proponatur causa vna, cras alia, & sic nullus est finis: puto, ꝙ delegator potest assignare diem intra quem omnes proponant: quo elapso, non potest proponi aliqua nisi de nouo emergat, ī. de except.pastoralis.nam & ad probandum peremptoriam exceptionem, potest iudex terminum assignare: quo elapso, excipiēs non auditur: ī.de proba.licet.resp.1.& §.1. vel melius dicas ꝙ imputet sibi, si in libello non proposuit: quia de cætero non proponet, nisi ex noua causa, cum præsumi debeat contra ipsum: & hic est casus ubi iudicio meo libellus admittetur, in quo plures causę proponi poterunt indistinctè. imò talis laudabilior est illo qui subticet, & concelat, cum presumitur in fraudem versari: ad hoc infrà, de dolo & contum.c.fi.infrà, de causa possessio. ad vltimū. ī.qui matrimo. accusa re non possunt.c.fi.in auth. d. n. extra de restitut. spolia.frequens & assidua.§.solet & extra, de excep. pia consideratione.§ si quis igitur.

6 Quis sit effectus. † Vt in iurisdictione recusati suspēdatur causa recusationis pendente, sicut & pendente causa appel.suspenditur, vt not. suprà eodem §.qualiter finiatur: non tamē per omnia.nam & post recusationem iudex recusatus, quo ad quid iudex remanet, vt apparet in his quæ not. suprà, §. proximo.& infrà, de appellat.sub rubric.de recusa.supra, quis cognosceret, sed hoc regulariter verum est. nam sicut per appellation. receditur ab audientia iudicis, sic & per recusationem, nec habeo necesse appellare, sed sufficit recusatio, sicut innuitur, ī. eo. suspicionis.& de appellat.secundo requiris. 3.q.5. quia suspecti. C.de iud.apertissimi.& sicut sententia lata per appellationem iustam, nulla est ipso iure, infrà eod.cum olim.ad fin.infra, de appel. dilecti filii.§.quia verò. sic post recusationem lata nulla est, sicut audiui à domino nostro, qui licet tenet hoc, verum est in vtroque, si causa proposita vera & legitima sit: alioquin cōtrà. ī. de appel. cum speciali. vbi duo æquiparantur, appellatio & recusatio. ideo dicit rubrica de appellationib. recusationib.& relationibus. quia diuersi sunt modi, per quorum quemlibet ab audientia iudicis recedi potest: & vbi non est locus appellationi, nō est locus recusationi: infrà de appellat. super eo.2.§.1. Quid si recusatur & appellatur? Respon. si prosequatur appel non valet, nisi ob causam nō admissam fuerit appellatum, infra eod. super quæstionum, ad fi. ibi, quòd si iustam causam recusationis noluerit admittere, delegat.&c. ergo, si proponis causam recusationis, & non expectes vtrum iudex admittat, vel non admittat, appellare non potes, sicut est in qualibet alia exceptione opposita: infrà, de app. dilecto. ad fin. ff. quando appel. sit l.1.§.si quis tutor. Quid ergo si sic dixeris. Recuso te ex tali causa, & appello, uel prohibeo, ne procedas causa recusationis pendēte? Et certè uidetur quòd appellatio teneat, argu. optimum. ff. de arbitr. non distinguemus.§. cum quidam. uidetur enim hæc appellatio extra iudicium facta: nam ex quo recusatus est iudex, suspēsa est iurisdictio, vt dictum est: nec ad ipsum pertinet cognoscere, utrum causa proposita sit admittenda, uel non, sed ad arbitros: ī. eodem, suspicionis ergo extra iudicium uidetur fieri talis appellatio, & sic ualet, sicut probatur infra, de appellationibus. bonæ me. & dixi in summa, quinimò videtur sibi ipsi p̄rius, qui appellat a iudice recusato, quia recusatio p̄missa innuit ipsum nō eē iudicē appellationis, sequēs innuit ipsum esse iudicē. Vnde apparet recusationis defecisse ꝓdonē, vbi quis ad appellat. auxilium confugit, ar. optimū. ff. rem ratam haberi.l.3.§.falsus. nec obstat, infra eo. super quæstionum.§. finali. quia ibi loquitur quādo subdelegatus delegati recusatur: in quo casu non ad arbitros recurritur, imo coram delegato causa proponenda est, & probanda, ut ibi dicit & in eo. cap.§. quem verò: nos autem loquimur, quādo delegatus recusatur: in quo casu videtur sufficere recusatio. nec nocet si iungas. Appello ne procedas: & sic potest intelligi, infrà, eo. cum super abbatia. & infrà, vt lite non contestat. capitul. 1. 2. & 3. Potest & illud dici, quòd vbi causa recusationis notoria est, appellari potest ne procedat, puta quia suffraganeus est impetrātis. sic loquitur, ī. ut lit. nō contest. accedens. 1. quia vix potest esse non notorium. argum. s̄. de transla. episcopi, quanto.§.cæterum.& ideo nō indiget probatione, s̄. de electio. bonæ memo. Maguntin.§. licet. & §. contra. infra, de iureiuran. ad nostram. 3. si verò dubia est, tene vt dixi. Sed quid si subdelega. delegati recusatur, & nihilominus delegatur? Recurrendum est ad arbitros, ut patet ex præmissis. Et quid si duo non possunt concordare, nec nominare tertium, quādo iusta causa recusationis proponitur cōtra ipsum: puto episcopum ordinarium aduocandum, cum quo ambo arbitri vel alter eorum dubiū diffiniant & decidant. arg. 11. q. 1. quicunque. in authen. de sanctis. episc.§. si quis litigantium. col. 9. in talibus enim ordinarius supplet. C. de iud. cum specialis. Quid si iterum episcopum recuset, tanquam suspectum? Certe nimium quærenti non est respondendum, nec nimium recusanti satisfaciēdum: imo talem inconstantiam merito recusabit iudex. ff. de procu. in causæ. possumus ergo dicere, quòd in hoc casu intelligatur resuscitata lex antiqua. C. de episc. aud. episcopale iudicium sit ratum omnibus, subaudi, in hoc casu, ab illa l. quicunque, superius allegata quæ alias correcta intelligitur, & quam habes infra de iu. nouit. §. non igitur. ibi, & illud dimittamus quod Theodosius statuit imperator. &c. Vbi enim ordinarius secularis recusatur, iungitur episcopus. ut in authent. vt differentes iud. §. si verò contingit. collat. 9. posita. C. de iud. si verò contigerit. nam nec in tertiam personam transit excommunicatio, nec tertiò appellatur, vt tractatur infra de sentent. excommu. §. fin. respon. 1. versicul. hæc autem excommunicatio. & de appellat. §. quoties. nec testes tertio reprobantur. infra de testi. licet. 3. Quid si iudex delegat. vult præuenire recusationem, & causam alij delegare? Non videtur quòd possit cum iurisd. sua elidi posset per exceptionem: & sic inefficax est penes ipsum. ff. de re. iur. nihil interest. ff. ex quibus causis in pos. ea. Fulcinius § si in diē ff. de dolo. & eleganter. §. seruus pactionis. ergo si efficax est iurisdict. in delegante, inefficax est in subdelegante, argumen. ff. de iurisd. omn. iudic. solet prætor. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. l. si prætor. & ff. eod. titul. l. 1. §. qui mandatam. si enim non habet iurisdictionem in cognoscendo, ergo nec in delegando. C. qui prò sua iurisdi. l. vnic. nam delegare pars iurisdic. est ff. de iur. omn. iudic. l. 3. in fin. argumen. ff. de offic. proconsul. obseruare. §. fin. nec debet iudex præuenire diligentiam recusare volentis. argum. infrà, de app. sæpe contingit. ad fin. & cū oblatę. §. penult. & de confir. vti. vel

ADDITIO.

a Quid si arbiter non vult recipere arbitrium. ¶ Adde Spe. in tit. de iur. om. iud. in §. 2. ver. sed an Bar. in l. 1. in 2. col. de leg. 2.

vel inutili.bonæ. Sed contrà, quia causæ suspicionũ personam
iudicis afficiunt, non iurisd. ergo contra successorẽ, id est subde
legatum non competit exceptio.arg.ff. de diuer. & tempo. prę
scrip.an uitium.personalis enim exceptio personam nõ egredi-
tur.ff.de except.exceptiones 2.respon.1. & ideo mutata psona
vitium aboletur.2 quæs.1.in primis.1.quæst.1.citò turpem.s̃.de
fi.presb.ex trãsmissa.ff.uti possid.si duo §.non uideor.Sol.Puto
quòd ante recusationem potest committere negotium quod
in ordinario indubitatum est. ff. de iuris. om.iud.prætor. & idẽ
puto in delegato secundum Goffredum.argu.s̃.de rescript. non
nulli.§ cum autem lites.& apparet in his quæ not.j̃.eod. uersic.
miror.& sequentibus.Patet per præmissa, quòd effectus recusa
tionis ab initio dubitatiuus est.unde suspendit iurisdic.recusati.
ex post facto autem diuersos effectus habet non dubios, sed cla
ros.Si enim is qui de causa recusationis cognoscit, ipsam illegi
timam reputat, remittat partes ad iudicem recusatũ, & puto ꝙ
hic appellari põt & debet, ex quo non admittit legitimam cau-
sam recusationis.& sic intellige quod no.s̃.eodem uersi.quid si
recusatur & appellatur. Si uerò ipsam admittat tanquam legi
timam, appellare potest is contra quem fit recusatio, scilicet is
q iudicem impetrauit: si putat, quod nõ fuisset admittenda, quia
talis arbiter iudex est. & ideo à tali arbitro appellatur. ff. qui sa-
tisdare cogantur.arbitro.& l. sequen. respons.1. ff.à quibus ap-
pel. non licet. l. finali. Quid si pronunciẽt falsam causam recusa
tionis, vel uerã? Idem dico, quòd appellare potest is qui putat
se grauatũ. Sed quid si causam admittãt, & ipsam pronunciant
ueram fuisse, & iudicẽ legitimè recusatũ.dicunt T.& Io.& mul
ti eorum sequaces, quod omnino cessant partes recusati, ita ꝙ
non potest cognoscere, nec alii delegare.j̃.de foro comp. licet.
infrà, de appellationibus.secundò requiris.& hoc in delegato,
ordinarius autẽ delegat.recusatus de recusatoris consensu cau-
sam committere potest.sic intellexerunt infrà, de appellat.cum
speciali.& eodem modo respondebant inf.de foro competenti
si quis clericorum.& infra, de appella.ad hoc cùm à te.uel quod
ibi dicit, qui dirimere ualeat quæstionẽ, subaudi, recusationis,
& non principalem. nec obst leges infrà scriptæ, quia correctę
sunt, secundum ius canonicũ Goffredus reprobauit hoc, & intel
lexit decret.inf.de appel.cum speciali.in ordinario, ut sic con
cordet cum decre.& in delegato, ut sic concordet cũ ll.quæ dñt
quod deleg.quamuis recusatus sit, causam cõmittere potest, in
telligas de recusatoris assensu: sic intellexit.C.de iu.apertissimi.
& l.cum specialis nec obst.infrà, de appellatio.secũdo requiris.
quia quod ibi dicit, causæ cognitioni supersedere tenentur, ue-
rũ est in ꝓpria persona, quia suspectus iudex esse nõ debet ut ibi
sequitur.& 2.quæ.v.quia suspecti. quia hoc periculosum est.in
frà, de exceptio.cum inter priorẽ.ex hoc tamen non negatur re
cusatum committere posse ad alium.inf.de foro competenti.li-
cet.sic respondebat.non obst.qđ ibi dicit ad te, uel ad nos pro
iustitia recurratur. subaudi per appellationẽ ex quo recusatio
non est admissa: sed ea non obstante cognoscere uolunt, unde
ibi sequitur, sicut superius est expressum. hoc eñ in superiori
parte illius decre.exprimit manifestè. Miror quare sapiẽtes per
uerterunt iura. & dico, quòd tam iura ciuilia, quam canonica
concordant, non discordant: assero tamen quod T.& Ioann.
bene respondent decret.sed malè intelligunt legem. Dominus
etiam Goffredus nimis dilatat decretalem, quia proculdubio
decretalis cum speciali, in ordinario tantùm loquitur: & assero
quòd ordinarius recusatus committere potest, non tamen dele-
gatus.& qualiter hoc intelligi debeat, nota. plenè infra, de ap
pella.sub rubric.de recusa §. quis cognoscet de causa ordina-
rio recusato.uersicu.puto. Nec dicunt ll. quòd delegatus recu-
satus uices suas committere possit, quicquid dicat Goffredus.
Quid ergo? Respondeo, ipsi arbitri electi à partibus finita cau-
sa recusationis, principalem quæstionem terminabunt, tanquã
delegati ab illo, qui recusatũ delegauit: hoc est quod dicit.l. C.
de iudic.apertissimi.sed expone quod ibi dicit, & arbitros eli-
gere, subaudi, qui si pronunciauerint bene recusatum de princi
pali cognoscent, sicut cognosceret & is, qui recusatus est, si nõ
fuisset recusatus: & hoc est quod sequitur, & apud eos, scilicet
arbitros uenire, scilicet super principali quæstione, & sic litem,
scilicet principalem apparente, id est, præparante. Vnde etiam
apparitor dicĩ, qui homines facit in iudicio apparere, quasi ar-
bitri fuerint ab imperiali culmine delegati.quod scilicet recusa-
ri possit, non tamen quod arbitri eligantur, imò cognoscet is,
qui subdelegauit, ut no.suprà, eodem.§.quod sit eius officium.
versicu.sed coram quo probabitur. & sequen.& si ab imperiali
maiestate, &c. Eodem modo expone l.fin.eodem titulo.cum
specialis.ibi, Et apud eos litigare. ne, id est, an. quasi dicat, de
hoc cognoscent utrum iusta sit recusatio, & tunc remouetur,
quia non cognoscet, sed arbitri, quando erat delegatus princi-
pis: sed si alterius iudicis ordinarii, tunc remouetur, & alter eli-
gitur, quem superior dabit de consensu, scilicet recusatoris. j̃.
de appellatio. cum speciali. sin autem causa iniusta sit, uel non
potest probari, tunc datus iudex non remouetur, nec alter eli
gitur, imò ad eum reuertuntur litigantes: sicut probant iura ca
nonica allegata.& hoc est qđ ibi dicit in l. ne & datus iudex re-
moueatur, & non alter eligatur, &c. dñi tñ aliter intelligunt di
ctas leges. Sed iste intellectus nedum vtique iuri, sed naturali
conuenit rationi.tu tamen elige cui dicas.Illi etiam decret.licet,
j̃.de for.comp.potest responderi, sicut respondet Gof. Vel dic,
ꝙ illud est ratione consuetudinis antiquitus sic obtentæ, sicut
innuit decret.Arbitri ergo isti no sunt ordinarij, sicut quidam
notauerunt, imò delegati intelliguntur ab illo, qui recusatum
delegauerat, sicut probat l.apertissimi, supradicta.& sic fit pro-
rogatio iurisdictionis delegatæ de persona iudicis unius ad per-
sonam alterius iudicis, authoritate iuris.sicut no.s̃.eo §. quibus.
modis.uersi.uerum personarum prorogatio. & seq. Consueuit
quæri, circa hunc titulum, vtrum iurisdictio prorogata sit ordi-
naria, uel delegata? Et dicunt quidam, quòd ordinaria, quia à le-
ge est, ut apparet in his quæ not.suprà, eodem.uersiculo.quibus
modis.& argum.ff.de iurisdictio.omn.iudic.& quia.Secundi di-
cunt, quòd est delegata. quasi assumat naturam rei cui aggrega-
tur, & communiter.C.communia de leg l. 2.in fine. C. de rei v-
xor.actio.l.vnica.respons.1.xvi. quæst.1.temporis qualitas. inf.
de statu monachorum.recolentes.§. fina. Dicas quòd iurisdi-
ctio delegata prorogata, delegata est, & eadem cum priore, si-
cut precarium prorogatum idem est cum primo. ff. de precar.
sed si manente. & locatio prorogata eadem est. ff. de loc. & cõ
duct.item quæritur.§.qui impleto.& compromissum proroga
tum idem est. ff.de arbitris.non ex omnibus.§.fina.& eadem est
iurisdictio proconsulis & legati ff.de officio proconsulis.memi-
nisse. Quid si is cui cõmittitur causa expresso nomine dignitatis
non proprio, transferatur? Respond.finita est iurisdictio, quo
ad personam trãslatam, quia nihil commune habet cum priore
ecclesię.xxi.quæst.2.si quis iam translatus.infrà, de præbend.de
multa. expectetur ergo successor.infrà, eod.quoniam.infra, de
testamen.relatum.2.§ nomine.ibi, ubi autem in loco defuncti,
&c.Quid de deposito? Idem: nam in foro ecclesiastico deposi
tio vltimum supplicium reputatur, infrà, de accusat.qualiter.
2.§.1 ibi: uidelicet vt criminalis accusatio quę ad diminutionẽ
capitis, &c.quod mortem interpretamur.ff. de pœn. ultimum,
& quod ita sit in trãslato & deposito comprobatur.C.de ped.
iudic. placuit. Quid de suspenso? Dicas quòd non impeditur,
quia intelligitur in suspensis ab ordinaria iurisdictione non de
legata.Et idem intelligas in remoto ab administratione, secun-
dum Goffr.Hoc ultimum approbo: sed in suspenso distingue,
sicut distinxi suprà, de electio.§.quis possit eligere, uersicu.hoc
intelligas. & ubi ipsum suspensum eligere posse, dicas episco-
pum suspensum posse cognoscere: ubi delegaui, & tu deleges
causę cognitionem Quid de excommunicato? Dic quod impe
ditur iurisdictio, non finitur: & eo absoluto, ex commissione
veteri procedetur.ut xv.quæst.vi.nos sanctorum.& capitul.iu-
ratos. infrà, eodem, prudentiam.§.sexta maximè si incipit co-
gnoscere, quia melius est tantisper expectare, quam de nouo
alij personæ committere.ff de vac.mu.l.fina.in fin. quid de audi
toribus curiæ, quibus viua uoce per nuncium causæ à summo
Pontifice committuntur? Et quidem delegato non creditur,
nisi hoc probet per literas: infrà eodem. cum in iure. nec lega-
tis.Co.de mand.princip.l.unica. Nec creditur officialibus Cę
sariensibus alicuius bona tanquam fiscalia uolentibus occùpare
nisi literas habeant. C.de iure fisc. prohibitum. libro decimo.
Sed dic, quod in pręmissa quæstione sufficit probare, sic com-
missum fore cum scripto uel non scripto. in authen.ut litig.iur.
§.quia verò.collat.ix. & de lit.§ edicta mihi incipit.§. alijs col
lat. viij. Et idem intelligo in auditore dato à quolibet ordina-
rio præsente. Et est ratio, quia recurri potest ad delegantem
de facili, si dubitetur de commissione iurisdictio. nec obst.iura
primò inducta, quia intelliguntur, quando delegans absens est
& remotus.argument.C.de satisda.l.unica. Item legato cardi-
nali,[a] vel aliàs non suspecto, credendum uidetur sine litera.ar-
gument.xcvii.distin nobilissimus. quia sicut cardinales honoris
prærogatiua lętantur, sic eos authoritate fungi volumus am-
pliori.in authentica d.n.extrà, de officio legat.officii nostri de
bitum.in fine.dic ut no.infrà titulo 1.§.quid pertinet.Sed quid.
si tenor literarum in acta public. sit translatus, nunquid per acta
probabi-

ADDITIO.

a Legato Cardin.¶ Adde gl in c.ad Apostolicæ.de re iud.lib.6 glo.in c.cùm
olim.el 1.de priuileg.Doct.in c.quòd trãslationem de offi.leg. Ioan. And,
in c.quod super his.de fide instrument.Doct.in c.1.de offi.leg.lib.6.& in ex
trauagant.Bonifacij.incip.iniunctæ.Do.in l.1 C.de mandat.princip. Rota
decis.cxc.incip.item no.quod Legatus.Lap.allegat.xv. incipiẽ.an si frater
minor.Bald.in l.iurisiurandi.C.de testi.Calder.cõs.2. in tit. de offic.legati
Paul.de Cast.cons.ccvii.incip.in x.&c.priusquam iura fierent.

probabitur iuriſdictió ? Reſpond ſic C. de re iudic l.geſta.C de teſtamentis l. publicati. Quod intelligo verum eſſe, cum examinatæ ſint literæ in iudicio, præſentibus partibus, tam in filo, quàm in bulla & ſtylo, & demum probatis omnibus, authoritate iudiciali tranſlatæ ſunt.infrà, de priuilegiis cum olim eſſemus. in fine. Et eſt notandum, quòd quantumcunque iudici præcisè ſcribatur, rationabiles tamen exceptiones tenetur admittere niſi in reſcripto contineatur, quòd nullæ penitus admittantur. infrà, eodem. ex parte 2. quia tunc nullæ admitti debent vel ſaltem moratoriæ vel dilatoriæ non debent admitti: peremptoriæ ſic.C.de preci.impe.offerend.l quoties. vel dici poteſt, quòd & tunc dilatoriæ & peremptoriæ debent admitti, præter illas, de quibus non admittendis in reſcripto ſpecialiter continetur. ff. ſi quis cau. l.ſed & ſi.§.quæſitū.ſint hoc tamē fallit in perſonis illis, quæ propter exceſſus notorios & euidentes ſine exceptione vel executione aliqua condemnantur.23.diſtinctio. In nomine Domini 2 quæſtio.3.lator.21.quæſtio.2.placuit.27.quæſtio.2.ſi homo. C.de decurio.l.exemplo.libro 10. Illud autē in ſumma not. eſt, quòd ſi duo reſcripta ad diuerſos iudices impetrant, nec poſſit cognoſci quod prius & quod poſterius, vt quia eadem data in reſcripto utroque continetur, vel quia delata eſt, ſuſpenditur iuriſdictio, quouſque delegatus conſultus fuerit, quamuis alij aliter intelligant. infrà, eodem.capitu.2 quod dic vt nota. ſuprà, de reſcriptis. § quod cui præiudicet. in diſtinctio. quæ incipit, Si de reuocatione. Item ſi pœna certa inuenitur in iure, illa infligenda eſt, aliàs arbitrio iudicis ꝯmittitur. infrà, eodem. de cauſis. §. vnico. Et ordinarius obedire debet delegato: & ſi ſciat ſententiam iniuſtam. infrà, eodem. ſi quando. Nec poteſt fieri reſtit. ſpol. niſi lite conteſt. quamuis paratus ſit probare deiectionem. infrà, eodem. conſultationibus. ſecundum quoſdam. ego tamen ipſam aliter conſueui legere. Item ſi Papa reſcripſit pro aliquo beneficiando, potior eſt primus ſecundo, niſi de primo mentionem faciat. ꝟ eodem.cap.ex parte.N. Nec dominus Papa contra ius alterius ſcribit, vnde appellare poteſt quilibet à iudice delegato, ſi ſibi præiudicium facit, quamuis in literis appell. ſit remota. ꝟ.eod. ſuper eo. Item [a] excommunicatus † non habet perſonam ſtandi in iudicio, quouſque fuerit abſolutus: poteſt autem abſolui à delegato, quem impetrauit, ſi poſt litem conteſt: excō municatus fuit, vel poſt reſcriptum impetratum excommunicator monitus per delegatū ipſum abſoluere malitiosè recuſet inf. eodem, prudentia.§.ſexta.& ſequenti. Et ſi tres iudices dati ſunt, duo procedere non poſſunt, niſi conſtet de tertij impotentia infrà eo.cum cauſa. Et ſi iudex pronunciat cum illo qui deſijt eē iudex credens quod ſine eo pronunciare nō poſſit, nihil valet pronunciatum. ꝟ.eod.cum ſuper Abbatia. † Iudicium autem in tenebris exercendum non eſt: ꝟ.eod. conſuluit. de hoc tamen dic, vt plenè not. infrà, de iudic.§ qualiter & quando. Item mandata iuriſdictione modica coercitio mandata intelligitur. ꝟ.eo ex literis. & capitu.paſtoralis.reſpō. 1. nec creditur delegato, niſi reſcriptū oſtendat. ꝟ.eodem.cum in iure. Et procurator ad ea quæ in reſcripto continentur, conſtitutus intelligitur. ꝟ.eodem.cum olim. Et qui acta falſat uel frangit, contra ipſa non auditur ut puniatur in eo in quo deliquit. ꝟ.eodem. cùm olim magiſter. Sin autem aliqs dicit ſe excommunicatum poſt appellationem, vel ſententiam continere intolerabilem errorem, ante abſolutionem eius, probationes admittuntur. aliter ſemper abſoluitur ante probationē quamuis excommunicator paratus ſit probare quod iuſtè excōmunicauerit. ꝟ.eod.cùm contingat.

ADDITIO.

a Item excommunicatus, ¶ Adde c.ſolet.in fi.& ibi Doct.de ſenten, excom. lib.6.Abb.in c.cum inter priorem.de exce.idem Abb.in c.intelleximus, & ibi Doctor.de iudic.

DE OFFICIO LEGATI. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Legatus quis ſit.*
2. *Legatorum ſpecies quot ſunt.*
3. *Ad officium legati quid pertineat.*
4. *Legatus quando exerceat ſuam iuriſdictionem.*
5. *Legatus in quo loco exerceat ſuam iuriſdictionem.*
6. *Iuriſdictio legati qualiter finiatur.*

QVia officium legati ſimile eſt officio delegati, quamuis latius, & quia in parte eſt ordinarius: imo omnino, ideo de ipſo videamus inter ti.de offic. delegati, & ordinarij. Simile infrà, de paro & de peculio. in hoc ergo tit. vidēdum eſt, Quis ſit legatus, Quot ſunt ſpecies legatorum, ſeu genera. Quid pertinet ad officium cuiuslibet, Quando iuriſdictionem ſuam exerceat, Et in quo loco, Et qualiter finiatur.

1 Quis ſit legatus. †Quicunq; ab alio mittitur, legatus dici pōt.ff.de lega l.1.& 2 & per totū. vnde legatus dicit vicarius alieni muneris.ff. de lega. vicarius.& l.legatus. nec durante legatione aliquid in re ſua agere poteſt, niſi in his quæ ad iniuriā, vel damnum eius parata ſunt.ff. de legationib·legatus.ff.de iudi.l.2.§ legatis. poſſunt tn̄ in aliū cōpromittere.ff.de arbitr.non diſtinguemus §. item ſi quis. ſed & nuncij, quos apud nos hoſtes mittunt, legati dicuntur, & ſancta res eſt horum legatorum: quòd ſi quis eos pulſauerit, & hoſtibus, quorū legati erant, tradēdus eſt.ff de lega l.vltim. hic tn̄ ſpecialiter tractat de legatis Apoſtolicę ſedis, quibus aliqua terra, ſeu prouincia regenda committitur. infrà eod.c.1.& c. nouit.& ſeq. poteſt ergo legatus vocari miſſus Dominicus. infrà, de regula.c.2.ꝟ.de frigi.c.1.de cuius iuriſdictione ſi dubitari contingat, debet facere fidem per literas.C.de man.princ l.vnica & no.ꝟ.de offic.deleg.§.ſi verſic.quid de auditoribus.

2 a Quot ſpecies† legatorum [a] ſint ſeu genera. Tria: ſunt enī quidam legati, qui emanant ex latere domini Papæ, & his debetur procuratio extra prouinciā, ſi fortè contingat ipſos aliquò tranſitū facere, ſed alijs non, niſi ſpeciale mandatum habeant. ꝟ. de cēſi.cum inſtantia ꝟ.de iureiuran.ego.& hi maximę authoritatis ſunt nec credendum, quòd aliter iudicent quàm ipſe Papa faceret ꝟ.de appella. nouit. ff. de offic præſid.l.1.& intelliguntur pars corporis domini Papæ 7 quæſt.1.§.verum.verſi.ſi quis cum militibus.C.ad l Iuliā maieſt.quiſquis.& de hoc 2.quæſtio. 6. decreto. & talis tanquam Papa honorandus eſt.93.diſtinct.c.ſi. 94. diſtinctio.capit.1. Et intelligi poteſt de latere Papæ miſſus, etiam ſi non ſit Cardinalis, ſed & ſi ſit de familia, vel etiam ſi ſit extraneus, dum tamen ab eo mandatum recipiat, viua voce, vt ſi tetigerit fimbriam veſtimenti eius, quo ad hoc ſaluus ſit, & priuilegiatus. argumentum infrà de maioritate & obedientia. per tuas. nam & vides, quòd quando epiſcopi de curia veniunt in honore ſummi pontificis, quem tetigerunt & oſculati ſunt, vt infrà, de priuileg. cum olim eſſemus. eiſdem proceſſionaliter obuiatur. Sed Romana curia ſolos Cardinales, qui aſſiſtunt Papæ etiam in concilijs, vt ſuprà, titul.1. venerabili. intelligit de latere Papæ miſſos. ad hoc.C.de Iuſtinia.Cod. confirm. & eius ſecunda edit. l. vnica. & de caduc. tollend. l. vnica. reſpon. 1. Alij ſunt qui non emanant, ſed eis committitur, & hi maioris authoritatis ſunt. infrà, eodem. volentes. Alij qui non emanant, nec ſpecialiter eis committitur, ſed officium hoc annexum eſt dignitati, & hi magnæ authoritatis ſunt. infra eod. capit. 1. & de appell.cap.1. de his tribus ſpeciebus infrà eod. excommunicatis. Ergo legatorum alij à fonte deriuantur, vt Cardinales: & hi ſpecialiſſimi dicuntur, & ſpecialiſſimo priuilegio honorantur. in auth.d.n.extrà eod officij noſtri debitum. infrà, eod. excommunicatis. Alii conſtituuntur, vt hi quibus committitur, nec emanant, & hi ſpeciales: & ideo ſpeciali priuilegio gaudent. Alij eliguntur ſiue creantur, & ſic quaſi naſcūtur, vt Rhemen. ſuprà, de fil.preſb c.pe.& Cantuarien. ꝟ.eo cap.j. & alij quibus ratione dignitatis competit hoc officium. hi generales ſunt & cōmunes, & ideo contemnuntur in priuilegiis. quæ enim generaliter dicuntur, niſi ſpecialiter denotentur, neglecta vidētur. ff. de iniu. item apud Labeonem.§. ait prætor. & in generali ſermone, & c. ff. de pig.paulus. & negligitur quod cōmuniter poſſidetur.C. quando & qui.quar.pars deb.l.2.li.x. Ideo no. ꝙ legatus qui mittitur, excedit legatum electum ſiue quaſi natū in quatuor. Primò in abſolutione excommunicatorum. infrà, eo. excommunicatis. quod dic vt not. infrà de ſent.excom.§. quis poſſit ab hac ſententia abſoluere ſub §.ſed & dicunt.verſi ſed & inter legatos.& ſe. Secundò, quia eo præſente non vtitur inſigniis ſuis, neque legatione. ꝟ. eo.volentes Tertiò, in collatione beneficiorum, ut not. ꝟ eod.§. quid pertinet.verſ viuentiſque locum. Quartò in procurationibus, vt patet infr. de cenſi. procurationes. reſpon.1.& §. 1 & not. ꝟ eod.§.reſpon.1.

3 Quid pertinet ad officium † cuiuslibet legati ? exceſſus inquirere & corrigere, cauſas diffinire & audire, & delegare, quamuis per appellationē ad eos non deferantur. ꝟ.eod.ca.1. ꝟ.de his quæ fiunt à maio. parte capi. quanto. de accu. qualiter & quando. & ca. inquiſitionis. & ſuper hoc vide quod not. ꝟ.eo.2 item ad officium legati pertinet audire cauſas prouincialiū, ſtatuta condere, quę perpetuo valēt, quāuis eorum iuriſdictio expiret. ꝟ. eod. nemini. Gerunt enim uices domini Papæ. ꝟ.eod capitu.1.94.diſtinct capit.1.& ideo qui proceſſum

ADDITIO.

a Quot ſpecies legatorum. ¶ Adde Doct. in rub.eo.ti.glo. in verbo legati. in c.1.de offi.leg.li.6.Abb.in c.excommunicamus. in 3.not.de offi.lega.

3 Quid pertinet ad officium† suum. Vt habeat curam subditorum suorum. viij. q. 1. qui episcopatum. vt pro posse singulos adiuuet, singulos releuet. viij. q. 1. Clemens. Non ergo spoliet illos, quibus tenetur paterna prouisione consulere. j̄. de rest. spol. conquerente infra, de natis ex libero ventre. ca. vnico. Vt largam manum habeat, necessitatem patientibus succurrendo, & alienam inopiam suam credat. lxxxvj. distinct. fratrem nostrum, verum pro multis necessitatibus, quæ occurrunt, potest episcopus à subditis cum charitate moderatum auxilium postulare. inf. eo. conquerente. §. fin. j̄. de censi. cum Apostolus. §. inhibemus. puta si ecclesia sit debitis onerata. si proprij reditus non sufficiant. 10. qu. 3. cauendum. j̄. ut bene. eccle. sine dimin. capitul. 1. §. final. sed non debet hoc facere gratia turpis lucri. xvj. quæstione 1. prædicator. si ergo quæstio sit inter episcopum & subditos, quæ sit causa rationabilis, superioris arbitrio decidetur: argumentum. infra, de iure patronatus. nullus. 10. q. 3. cognouimus. 11. quæstio. 1. si clericus. Vt tamen scias, quòd nihil potest exigere episcopus, nisi ostendat per canones sibi licere. 10. quæst. 2. ca. penulti. & ca. fin. in fin. & quæst. 3. per totum 9. q. 3. conquestus. 16. qu. 1. constitutũ. & c. nulli. 18. q. 2. ca. 1. debet etiam cuilibet ius suum reddere, hoc enim summum bonum in rebus est. 12. qu. 2 cum deuotissimam. vnde imperator in votum gerit nihil in iudicijs preterquam iustitiam locum habere debere. C. de appel eos qui. respon. 1. & debet reddi ius sine delectu personarum. inf. de iudic. nouit. §. 1. ver. cæterum scriptum nouimus in l. & licet contumacia exigente pœna duplicatur. infrà, vt lite non contest. quoniam fre. in fin. 18. distinc. si quis autem. ff. de pęn. aut damnum. § quisquis. non tamen prætextu delicti debet iustitiam denegare. ff. ex quib. cau. ma. sed & si ꝑ prætorẽ §. actio. ar. j̄. de priui eg. dilecti. & c. quantò. & excõmunicatũ iustè iudicabit, quia non consideratur in hoc fauor excommunicati, sed ęquitas iudicantis. j̄. de excep. cum inter priorem. §. 1. † 4 Iudex autem & ciuitas iustitiam denegans conueniri potest, & impeti. 23. quæst. 2. dominus. & q. 5. administratores. 3. qu. 7. qui bene in authentic. vt differentes iudi. §. penul. in fi. col. 9. & C. de appel. si appellationem. & hodie iudex secularis, qui clericis vel personis ecclesiasticis iustitiam denegauerit, tertio requisitus iurisdictionem amittit, vt in l. Federici, quæ incipit, Hac edictali. quam posui j̄. de foro comp. §. quib. ex causis ver. doctores & seq. Debet etiam punire deliquentes, secundũ statuta canonica, quæ non debet ad quæstum pecuniæ conuertere, vel in grauamen aliud commutare. j̄. eod. irrefragabili § fi. j̄. de vi. & hone. cle. vt clericorum. §. pen. non enim res sunt quæ delinquunt, sed ipsæ personæ quæ res possident. at illi, scilicet plerique iudices reciprocant ordinem, id est, conuertunt. q. d. contrarium ordinẽ seruant. Eos quidem qui digni sunt pœna, dimittunt: aliorum autem auferunt res, alios ꝓ illis punientes, quos fortè ad illorum vocat successionẽ, in authentic. de manda. princ. §. oportet. col. 3. puta ascendentes vsque ad quartum gradum. Sed nec vxor dotem uel nuptialem donationem amittere debet: his personis deficientibus non sit lucrum substantia iudicis, vel eorum officialium, sed fisco applicatur. in authentic. vt nulli iudic §. vlti. col. 9. ergo non debet peccatum in pecuniam conuerti. inf. de pœnis. licet. ne iudices alienam litem reputent suam prædam. C. ad l. Iul. repe. omnes. ad idem. 16. q. 1. prędicator. in authentic. ut iu. sine quoquo suffr. §. cogitatio ab illo. ver. ad horum furum, alias furtorum merito relara occasione, &c. vsque ad §. hæc omnia. col. 2. sed contrà, quia bene imponitur pœna pecuniaria ꝓ delicto. 24. quęstio. 5. si vos. 18. q. vlti §. fi. j̄. eo. dilectus filius. j̄. dę deli. pu. c. 1. j̄. de rap. in Archiepiscopatu. j̄. de maledic. ca. 2. ad fin. Sol. Si quis accusatus sit & conuictus, & certa pœna reperit̃ in iure, illa infligenda est. non mollior uel durior: alioquin iudex infamis fit. C. de vi pu. seu priua. seruos qui. in fi. C. ne san. bap. reite. l. 4 in fi. quod intelligo, nisi causa subsit, alioquin contra. ff. de pœn. respiciendum. & l. aut facta. in fin. & l. hodie. & ff. de his qui no infa. quid ergo. §. pęna grauior. C. quibus causis. ex infa. irro. & si seuerior. j̄. de transa. ca. fi. in prin. ubi verò certa pœna statuta non est, uel ex offic. mero & puro inquiritur, iudex procedere debet æquitate seruata, semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personas, loca, causas, & tempora viderit postulare.

ĩ. de trāsactio. ex parte. Non tamen debet leuare pecuniam ex auaritiæ fomite, quod intelligo fieri, quando sibi retinet. & sic loquuntur primæ concor. nisi fortè ubi statutum est, si quis tale quid commiserit tantum soluat. tunc enim potest leuare, & sibi retinere. sic loquitur secundum quosdam inf. eo. dilectus. & ĩ. de delictis puerorum. referente. veruntamen tale statutū non videtur rationabile. quod dic, ut not. s̃. de consue. §. qualiter probari debet. ver. quid de consuetudine siue statutis. Generaliter etiam punire potest pecuniariter causa correctionis, quod præsumo fieri, quando non sibi retineret, sed in piis causis expendit. sic intelligo contraria s̃. signata, quia siue plectendo, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, vt uita hominum corrigatur. 23. quæst. 5. prodest seueritas. ad hoc, C. de modo mult. l. 5. intellige etiam quando mulcta leuatur propter delictum, de ipsa satisfaciendum est læsis, ut in authentic. de man. prin. §. ꝙ si delinquentes. col. 3. regulariter etiam, quo ad correctionem pertinet, puto ꝙ sit ea pœna, quæ magis timetur infligenda. inf. ut lit. non contestat. quoniam frequenter. §. fin. 23. q. 4. ea vindicta. Inquirat ego scelera, vlciscatur conuictos, & puniat ĩ. eo. c. 1. condolendo his quos puniet. nam uera iustitia compassionem habet, falsa dedignationem. 45. dist. vera iustitia. 46. dist. hoc habet ꝓprium. non declinet etiam ad dextram, uel sinistrā, non corrumpatur munere, non timore, non odio, uel amore: his enim quatuor modis consueuit peruerti iudicium. 9. q. 3. quatuor. & c. seq. vnde versus:

Si lis inciderit, te iudice dirige libram
Iudicij: nec flectat amor, nec munera palpent.
Munus enim à norma recti distorquet acumen
Iudicis, & tetra inuoluit caligine mentem.
Auri sacra fames, quę non mortalia cogit?

Imò & qui rectè iudicat, si præmiū remunerationis expectet, fraudem ideo in Deum perpetrat, quia iustitiam acceptatione pecuniæ vendit, quam gratis debuit impartiri. 11. q. 3. qui rectè. Et quamuis non liceat iudici uendere iustum iudicium, licet tamen aduocato vendere iustum patrocinium, & assessori rectū consilium. 9. quæst. 3. non licet. 14. q. 5. non sanè. & spe præmiorum assessor est inuitandus C. de offic. asses. l. 1. sed & salariū debet habere. ff. de offi. asses. diem functo. Sed nunquid iudices debent habere expensas, & quidē munera prohibentur non sumptus. 1. q. 1. iudices. & breuiter tam prælati, quam priuati, cum ꝓ causis sibi commissis proficiscuntur expensas exigunt. nec obst. ĩ. de vi. & ho. cleri. cum ab omni. illa enim non interdicit sumptus, sed conuentionē de certa parte litis, quæ interdicitur procuratori. ff. de pact. sumptus. ff. man. salarium. C. de procur. litem. C. man. si contra litium. & quæ interdicitur fideiussori promittenti iudicatum solui. ff. man. si remunerandi. § fi. secundum Goffre. tu dic ut not. ĩ. de vi & ho cle. §. & in quibus eorum ho-

5 nestas. ver. Item consistit in hoc, ut iudicium. † Non debet parcere quin corrigat, ex quo sibi de delicto tanquam iudici constat, & debet diligenter inquirere. ĩ. eod. c. 1. & ca. irrefragabili & habere vicarios necessarios, quibus tenetur de proprio necessaria ministrare. ĩ. eod. quoniam. & c. inter cætera, ĩ. de vi & hone. cle. cum ab omni. ne grauet subditos. 10. quę. 3. illud. quod dic, vt not. s̃. de offic Arch §. quod sit eius offi ver. ego puto vbi etiam dixi de procuratoribus recipiendis. Non sit negligens, quia sanguis subditorum à Deo, coram quo tenetur de omnibus rationem reddere, de manibus suis in die iudicij requiretur. s̃. de offic. archi. c. 1. in fi. ĩ de regula c. fi ĩ. de sta. mo. cum ad monasteriū §. Abbas. & in authen. d. N extra, de sen. & re iud. cum æterni tri-

6 bunal. † Caueat, ꝙ bonum exemplum præbeat. s̃. de electio cum in cunctis. nam ea quæ à prælatis fiunt, de facili trahuntur à subditis in exemplum. ĩ. de voto. magnæ. § & quidem Greg. scire debent prælati qui peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. 11. q. 3. præcipue. nec excusatur pastor, si lupus ouem come-

7 dat, & ipse nesciat. ĩ. de reg. iur. ca. pen. † In correctione debet esse beneuolus. xlv. distin. licet. in iudicio iustus. 3. q. 12. iudicet. in animaduersione misericors xlv. distin. vera sed nec debet excandescere aduersus illos, quos malos putat: neque precibus calamitosorum illachrymari oportet: id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motū vultus detegit. ff. de offic. præsi. obseruandum. ergo inter vtranque personam iudex sit medius nulla interlocutione diiudicantis quid senserit. C. ad legem Cor. de fasis. ubi falsi examen. sed misericors sit erga corrigibiles, & erga incorrigibiles sit seuerus. s̃. de postu. præla. c. 1. §. pen. s̃. de electio. cum in cunctis. §. penul. ĩ. de vi & ho. cle. vt clericorum. §. ne verò 28 distinc. quia sunt culpæ. 62. distinc. docendus. 45. distin. disciplina. 23. quæst. 4. est iniusta. Occultos peccatores celet, non publicet: siue hoc sciat tanquam sacerdos. ĩ. eod. ca. 2. siue tanquam homo. ex quo probari non potest. nec putat ad iniuriam suam episcopus pertinere, ꝙ illi non creditur. nam & si scrupulo propriæ scientiæ se dicat communicare nolle, quandiu excommunicato, scilicet occulto non communicauerit proprius episcopus: tandiu eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caueat episcopus, ne dicat in quenquā quod aliis non potest conuincere documentis. 6. q. 2. si tantum. & ca. placuit. potest tamen in occulto eum vitare, & monere, vt pœnitentiam agat. ĩ. de sent. excom. porrò. & c. cum non ab homine. 1. respon. non tamen publicè ꝓhibere, ĩ. de simo. ex tuę. & ca. Matthæus. sed potius pallio operire. 91. dist. in scripturis. Congregare etiam debet pecuniā relictam in refectione pontium & viarū ponendam. suꝑ quo vide in auth. de man. princ. & defensi. collat. 3. & vt nulli iudicum. colla. 9 ꝑ totum. & quod not. ĩ. e. de immu. eccle. §. à quibus muneribus. ver. verum ad extraordinarium. & seq.

Sunt autem distinctæ iurisdictiones, & gradatim ascendunt & descendunt. vnde Papa superior est omnibus. 9. q. 3. ꝑ principalē. & c. præce. & se. & legatus post ipsum, quantū ad ꝓuinciā sibi cōmissam, quia vices Papæ gerit: ut no. s̃. ti. j. §. quid pertinet. ver. itē ad officium legati. consequenter Primas seu Patriarcha, qui iudex est Archiepiscoporū & episcoporū, Suffraganeorū, deinde archiepiscopus qui iudex est suffraganeorum suorū clericorum, suę diœcesis: demum Episcopus, qui iudex est Abbatū, Archidiaconorū, priorū. & clericorum suæ ꝓpriæ diœcesis, postremò Archidiaconus qui iudex est Archipresbyterorum. Archipresbyter presbyterorū ꝓpriorum, parochianorum, ideo dicitur quòd appellatio gradatim facienda est ĩ. de appel. dilectus filius prior, & conuentus de lacu. 2. q. 6. anteriorū. tres tamen personæ sunt, quibus quilibet subesse intelligit immediatè: quod dic vt not s̃. de officio Archipresbyte. §. quæ pertinent. uer. ex hoc no. & sicut ad Papā appellari pōt omisso medio. 2. q 6 ad Romanam. & c. sequenti. sic ad legatum ipsius. supra titu. 1. & ca nouit. Item Primas seu Patriarcha iudex est ꝓuinciæ suæ, sicut Archiepiscopus. sed nec plus iuris habet in respectu. ĩ. codē duo simul. Est autem Archiepiscopus iudex suæ ꝓuinciæ 9 q. 3. cap. 1. & 2. nullus tamen primas in suffraganeorum suorum diœce. ordinationem aliquam facere potest, nisi cōmunicato consilio Episcoporum uel de consensu diœc. sed ipso consulto hoc potest. 9. q. 3. saluo. & c sequen. si alias hoc facit, irritum est. 9. q. 3. nullus primas. & capit. sequenti. nec enim habet iurisdictionem in suffraganeorū subditos. ideo & si officialis vel alij subditi suffraganeorum citati ꝑ Archiepiscopum non veniant, non potest in eos censuram ecclesiasticam exercere. vt in authen. d. N. de fo competen. extra eo. Romana. §. si & hoc intelligas verum, nisi in casibus, ĩ. eodem. pastoralis. ĩ de exces. præla sicut vnire. in fi. qui autem sunt casus, his versibus comprehende:

Officium varium, forus, appellatio, crimen
Peccans, non parens, res, consultatio, deses
Præsul, canonici tumidi, sententia nequam.
Visitat, indulget, custos, quia Papa dat, vsus,
Permutat sociis, suspectum cùmque remittit.
Casibus his Primas subiectio præsules arcet.

Magister scholar. *Officium varium*. Primus casus, quando scilicet subditi deuiant à consuetudine Metropolitanæ ecclesiæ in diuinis officiis. 12. distin. de his. de con. distinct. 2. institutio. quod intellige, quando non habent certā, uel habent turbatā, quia tunc recurrendum est ad consuetudinem Metropolitanæ ecclesiæ. infrà, de censibus. super eo. infrà, de spon. duo. tuas. alioquin non sunt consuetudines vnius ecclesię aliorū contrariæ subuertendæ, vt not. suprà, de consue. § quę cui præiudicet. vel sicu. tollitur. tenetur etiam suffraganea ecclesia seruare sententiam interdicti, quam metropoli. ecclesia seruat. suprà, de postul. præla. ca. 1. *Forus*. Secundus casus, scilicet si clericus vel laicus conqueritur de iniusta excommunicatione. suprà de offic. delega. cum contingat. infrà eodem. ad reprimendam. idem si clericus conueniat Episcopum ciuiliter, sequitur enim forum Episcopi. infrà, de fo. comp. cum sit generale nam si episcopus conueniat clericū subditum, eligendi sunt arbitri. 6. quæstion. 1. clericus aduersus. alias incipit, si clericus. & potest cogi per Episcopū ad arbitros eligendos arg. suprà, de offic. deleg. suspicionis. ĩ. de fo. compe. si quis clericus. est ergo Archiepiscopus competens iudex suffraganei. 10. quæst. 3. quia cognouimus. in authent. de san. episco. § si autē. colla. 9. 2. q 7. Metropolitanum. *Appellatio*. Tertius casus comprobatur suprà, de offic. delega. ca 1. infra eod. duo simul. & c. pastoralis. *Crimen*. Quartus casus scilicet vbi inter Episcopū & clericum agitatur quæstio criminalis. 6. q. 1. capitu. 1. *Peccans*. Quintus casus, scilicet ratione delicti qui communis est omnibus 3. qu. 6. capitul. 1. & c. 2. C. vbi de cri. agi opor. authen. qua in prouincia. 6. q. 3. placuit, & in alio casu supra, de rescri. ad hæc summus. & ĩ. de institut. ex frequentibus. *Non parens*. Sextus casus, quando scilicet subditus conqueritur de iniusta Episcopi excommunicatione, &

tione,& abſolatus per Archiepiſcopum non vult parere mādatis ſuffraganei.infrà, eod. ad reprimendam.in fi. *Res.* Septimus caſus qui communis eſt omnibus:nam ratione rei, de qua litigatur,ſortitur quis forum.infrà,de for competen ſanè.& c.ſi.*Conſultatio.* Octauus caſus ſi ſuffraganeus eſt, conſultat Metropolitanum.xvij.diſt.multis.maximè in his quæ ſtatutum prouinciæ contingunt.nam hoc ad Metropolitanum pertinet.ix.q.iij. Archiepiſcopus.idem ſi de communi conſilio ſtatutum factum ſit. j̃.de accuſa. ſicut olim.maxime in his in quibus vertitur periculum animæ.j̃.de inſti.ex frequentibus. & in his potiſſimè quæ reſpiciunt ſacramenta eccleſię.j̃.de cele.miſ.pernicioſus.de cōſe.diſt.j.altaria j. *Deſes præſul.* Nonus caſus, ſi Epiſcopus negligens eſt,deuoluitur poteſtas ad Archiepiſcopum.ix. q. iij. cum ſimus.j̃.eo.ad reprimendam.& c.quanto.& c. ſignificauit. & c. irrefragabili.§.exceſſus.argu.j̃.de foro compe.ex tenore. & c. ex parte.s̃.de offi.dele.prudentiam. §. ſexta.etiam ſi Epiſcopus negligens ſit circa executionem vltimæ voluntatis.in Auth. de eccle.titu.§.ſi autem pro redemptione.& ſeq.colla.ix. & caſus iſte multa comprehendit, vt apparet in his quæ no.s̃.de offi. deleg. §.cui poſſint.ver.quid ſubſit. Sed quid ſi Epiſcopus ſit excommunicatus:nunquid deuoluitur poteſtas ad Metropolitanum: non,ſed ad Papam:licet alias puniri poſſit, ſi ſit in mora petendi abſolutionem.arg.j̃.de conceſ.pręben. quia diuerſitatem.& eſt expreſſum in auth d.de .n.ſupplē.negl. prælato.Romana.ſed videtur,quod in hoc caſu poteſtas ad capitulum deuoluat̃. argum dictis iur.& j̃.de maio.& obed.cùm olim, & c. his quæ.*Canoni ci tumidi.* Decimus caſus, quando ſ. canonici in contemptum Epiſcopi, ſi ſine cauſa rationabili interdicunt eccleſiam cathedralem, vbi hoc poſſunt de conſuetudine.j̃. de appel.dilectus.alioquin contra.j̃.de his quæ fiunt à ma.par. capi. quæſiuit. hoc autem in caſu Metropol. cognoſcit tanquam delegatus à Papa.j̃.cod.irrefragabili.§. exceſſus. & §. cæterum. *Sententia nequam.* Vndecimus caſus, quando ſcilicet euidens eſt, ſententiam Epiſcopi nullam eſſe.j̃.de appellatio.ſolicitudinem.§.ſi verò notorium.idē eſt hodie in iniuriis notoriis, contra ipſum vel nuncios ſuos commiſſis, per quas ipſius iuriſdictio impeditur: quia tales punire poteſt,vt in auth.d.n.extra,de pœnis.Romana. *Viſitat.* Duodecimus caſus.j̃.de pręſcript.cum ex offic.j̃.de cenſib. ſopitæ.& capit.nuper.de quo dixi ſupra,de offic. Archidiaco.§. quod ſit officium.verſicul alij contrà,& ſequent.*Indulget.* Tertiusdecimus caſus, nam generalem remiſſionem per totam prouinciam facere poteſt.infra,de pœniten.capitul penultimo. *Cuſtos.* xiiij.caſus,quando ſcilicet vacat eccleſia ſuffraganea, & non ſuperſunt canonici, qui cuſtodiant bona menſę epiſcopalis:vel ſuperſunt, ſed minus idonei, vel ſuſpecti. xij. quæſtio. ij. non liceat. ſed caueat, ne quid ſurripiat, alioquin tanquam furti aut latrocinij reus ſuo priuetur honore.ſicut ſeruatur in epiſcopo res parochialis eccleſię vacātis ſurripiente x.q.ij. quis Epiſcopus.dicunt etiam quidam,quod iudex eſt,quando duo in ſuffraganeam eccleſiam contentioſè eliguntur. & hincinde ſunt omnia æqualia.poteſt enim gratificari cui vult. lxiij. diſt.c. ſina.ꝙ non placet Guliel.Na.dicit enim,ꝙ vbi æqualiter hincinde omnia occurrunt, neutra electio approbanda eſt: requiritur enim hodie,ꝙ in alteram partium maior & ſanior pars capituli concordet.s̃.de elect. quia propter. & c.eccleſia. j. & ij. *Quia Papa dat.* xv. caſus.quando ſcilicet eſt per ſpeciale priuilegium Papæ in alijs caſibus decoratus.j̃.eod.duo ſimul.xxv. quæſtio.2. ca.j.ij.& iij.*Vſus.* xvj. caſus. conſuetudo enim cuiuſlibet eccleſię ſeruanda eſt.vnde vnus Metropol.pinguius ius habet altero, ſecundum quod vſus eſt & præſcripſit. ix.quæſtione iij. conqueſtus.j̃.de exceſ.prælat.accedentibus.j̃.de iudic.nouit.reſponſo j. quia iuriſdictionem dat conſuetudo vt not. ſuprà eodem. §. quis poſſit.verſic.item conſuetudo, & probatur in authentica d.n.extrà eodem titu.Romana.§.non ſic autem.& de fo.competen.Romana.§ j.& ij.& de appel.Romana reſponſ j. ad fin. & §. debet. *Permutat ſocijs.* xvij, caſus, ſcilicet quando Epiſcopus permutationem facit cum capitulo ſuo, quæ non debet fieri ſine authoritate prælati.j̃.de reb.eccleſ.non alie.c.j.& c.cū Apoſtolica & de rer. permuta. quæſitum.nec poteſt epiſcopus fieri auctor in propria re. Inſtit.de author.tuto.in fin.& ff.de auth.tuto.l.v.ſecus,ſi epiſcopus alij permutaret, quia tunc videtur ſufficere conſenſus capituli.j̃.de re.eccleſ.non alie.vt ſuper.ad fin. vel dic,quod illud ſit de ſpeciali indulgentia: vt innuit:alias contrà,quia iurat nihil alienare,ſine conſenſu ſuperioris, vt ibidem reſponſo j.& j̃.de feu.capit.ij.& de eccleſ.ædi.capitu.final. *Suſpectus omnque remittit.* xvij. caſus, quando ſcilicet Epiſcopus recuſatus ex iuſta cauſa remittit cauſam ad ſuperiorem.j̃.de appe. cum ſpeciali.§.cauſa.quod dic vt no.j̃.de appel.ſub rub.de recu. §. quis cognoſcet.verſicul.puto. Quid de ſubditis ſubditorum Epiſcopi,idem ſecundum Ioan.& Lau.argum.j̃.eod.cum ab eccleſiarum.& cap.quanto.j̃.de exceſ.prælat.capi.ij xviij.quæſtio. ij. cognouimus. & intelligunt hoc de ſubditis ſubditi prælati qui per electionem creantur.vt tetigi ſupra eodem.§. quis poſſit conſtituere.verſic. item vniuerſitas. & §. quis dicatur ordinarius.& pro his xxiij.quæſt.iiii.ca.j.xciij.diſtinct. legimus j̃. de immun.eccleſ.non minus. quia vniuerſitas dat iuriſdictionem, vt probant dictæ concor. Hugo, Tan.& Vin.contrà dicunt,ꝙ Epiſcopus indiſtinctè audire poteſt cauſas omnium in ciuitate vel diœce. conſiſtentium, quia iudex eſt totius diœce.j̃. eo. c. j.ix.q. j.de perſona.& quæſt. iij. qui reſiſtit. j̃. de foro competent.cum contingat.& cap.ſequenti.excipiunt exemptos.j̃. de priuileg.ex parte.contra alios etiam procedet Epiſcopus,niſi longæua conſuetudo eum impediat, vel indulgentia ſpecialis: tunc enim non cognoſcet, niſi per appellationem deferatur ad ipſum, vel aliquis de alijs caſibus interueniat. ſic intelligunt j̃. de exceſſi. præla c.ij.& capit. accedentibus. j̃. de ſtat.mona.in ſingulis.xvj. quæſtio.j.conſtitutus.& capit.nulli.conſuetudo autem non pręſcripta non obeſt Epiſcopo. ſuprà, de offic. Archi.cum ſatis. alij ergo prelati inferiores ſunt minores ſub illo, & aliquam habent iuriſdictionem, ſcilicet modicam coercitionem tantum,ſecundum Gulic. Na.j̃. eodem.ſi ſacerdos.& cap.cum ab eccleſiarum. Pro & contra j̃.eodem.conquerente. & c. dilectus. pro Ioann. j̃.eodem. irrefragabili §. exceſſus. In multis eccleſijs & diuerſis, diuerſæ ſunt conſuetudines: ideo dico conſuetudinem cuiuſlibet obſeruandam, quæ iuriſdictionem tribuit, vt not. ſupra eodem.§.quis poſſit conſtituere. verſicul. item conſuetudo. & de offic. Archid §.quod ſit eius officium.verſi.tertij dicunt.& ſe.Si verò non apparet de conſuetudine, opinioni Hu. Tan. & Vin. dicunt ſtandum.ſuper quo vide quod no.s̃.de offic.Archipre.§. quę pertinent.verſi.ex hoc not.& j̃.eod.ver.notauerunt. & ſeq. Hoc tamen teneas,ꝙ quicunque habet curam, poteſt excommunicare, niſi conſuetudo vel inhibitio ſuperioris hoc impediat. argu.s̃.de ele.dudum.Greg. § tandem.j̃. de ſen.excom. ſi quem. qđ dic,vt no j̃.de ſen.exc.§.qs poſſit excōicare.ſub.§.nedum aūt

Sunt autem quędam, q̄ ſpectant ad officiū Epiſcopi lege iuriſdictionis,quædam ex lege diœceſana.hac enim duplici lege Epiſcopus vtit̃.ſ.lege iuriſdictionis & diœceſana.ad legē.iuriſdictiōis ꝑtinēt ea q̄ cōſiſtunt in conferendo,iudicādo & puniēdo.ſubijciēdo ſicut canonica obedientia,ſubiectio,reuerentia,inſtitutio,& deſtitutio,correptio,& reformatio,cenſura eccleſiaſtica, iuriſdictio,cauſarū omniū ad forum eius ſpectantiū cognitio,& examinatio, emendarum ſatisfactio. j̃. eodem dilectus § vnde prælatus. pœnitentiarum impoſitio, & ſacramentorum eccleſiæ collatio. probantur hæc j̃. eodem, conquerente.§. j.ab illo verſicu. habeas canonicam obedientiam. vſque ad illum verſicul. ſynodum. Lex verò diœceſana in recipiendo conſiſtit. vnde ad ipſum pertinet ſynodus, & ſynodicaticum ſiue cathedraticum, decimationum ſeu mortuariorum canonica portio, annua viſitatio, & procuratio.colliguntur hæc omnia j̃ eodem. conquerente. §. j. ibi, ſynodum & ſynodatici, &c. & capitul.dilectus.j̃. de ſentent. & de re iudica. cùm inter vos.infrà,de cenſi.olim, & c. cum canonicis. Quandoque tamen lex diœceſana comprehendit legem iuriſdict.& econtra.frequenter enim ponitur vna pro reliqua: vt apparet j̃. de reſtitu. in integr. auditis. & de præſcript. auditis. infrà, de regu. ex parte. cum autem hæ leges diuerſæ ſint, pactum ſuper vna habitum alij non nocet. infra eodem.dilectus.ff.de pact.ſi vnus. §. animaduertendum. Notauerunt autem antiqui, quòd quantum ad legem iuriſdictionis, ſubſunt Epiſcopo eccleſia, monaſteria omnia, niſi ſpeciali exceptionis priuilegio ſint munita. 50.diſtinc.accedens.xviij.q.ij.hoc tātum.& c.monaſteria.& c.cognouimus.xvj.q.j. Intercedimus. ſed à lege diœceſana ſunt omnia monaſteria, & regulares eccleſiæ exemptæ in fauorem religionis.x.quæſt j.c.j.& c.iij.& capit. inter cætera.xvj queſt.j.placuit omnibus. & ca. cùm pro vtilitate.xviij.q. ij. quàm ſit neceſſarium.ergo non cogentur venire ad ſynodum,niſi populum habeant, vel niſi ratione capellarum nō exemptarum ſic intellige xviij.qō.ij.Eleutherius & c. Abbas.j̃. de priuile.ex ore. Item venire coguntur, ſi conſuetudo ſit, xviij. quæſt.ij. ſi ſeruitium.& c.præced.in fin.§.fin.j̃.de maio. & obed. quod ſuper his.xviij.diſtinct. Epiſcopus non debet.quod aliqui habent pro palea. Item non coguntur ſoluere cathedraticum x.q.iij inter cætera.nec partem decimarum.xvj.q.j.cum pro vtilitate.& §. quæſti.& c. decimas nec partem mortuariorum, vel oblationum. j̃. de ſtat.mon.c.j.quod dic vt not.j̃.de ſepul.ſub §. vetus.& §.& à quibus & de ſtat. monac §.& in quibus teneatur epiſcopo.ne epiſcopum ad miſſas publicas,vel ordines faciendos ſuſcipiunt.xviij.q.ij. luminoſo.& c. dudum.præſtant tamen ſeruitium ab initio impoſitum in ipſa fundatione, vel ex conſuetudine debitum.xviij.q.ij.Eleutherius & c. ſeruitium.& j̃. de iure pat.præterea, quoniam aduocati.j̃.de cenſi. quanto. Item tenetur ad procurationem, quæ ratione viſitationis debetur. j̃. de præſcrip. cum ex officij.j̃. de cenſi.ſopitæ.& c.cum nuper.& ſic videtur, ꝙ viſitatio ſit de lege iuriſdictionis.Seculares verò ec-

clesiæ, etiam quo ad legem diœce. subsunt. x. q. 1. de his. & cap. an
tiqnos. 12. q. 2. sanè. capi statuimus. Capellæ etiam monachorum
subsunt Episcopo, quantum ad vtranque legem ĩ. e. cõquerente.
16. q. 2. sanè. ĩ. de priuil. cum & plantare. §. in ecclesijs. ĩ. de præbẽ.
auaritiæ. & c. de monachis. & c. in Lateranen. s̃. de sup. neg præl c.
2. nisi monasteria exempta sint cum capellis suis. ĩ. eo. grauem. &
ĩ. de priui. quoniam. & c. cum capella. & c. ex ore. in fin. & arg. 16.
q. 2. visis. ĩ. de capel. mo. in ecclesijs. sed capella nimis excrescenti-
bus fortè priuilegijs expirabit. argumẽ. ĩ. de deci. suggestum. ĩ. de
verbo. signif. quid per nouale. Abbas etiam exemptus potest præ
scribere capellam contra episcopum, quamuis subditus non pos
set. ĩ. de rescrip. auditis. & c. cum ex officij. & ca. veniens. requiri-
tur tamen titulus. quod dic vt not. ĩ. de præscrip. sub rub. de præ-
scrip. rerum immobiliũ. §. quę exigantur. sub §. verum quicquid.
versicu. quartam. & seq. Consueuit etiam dici, quòd duobus mo
dis fiunt capellę religiosorum, scilicet ędificatione & donatione.
si ædificatione, monachi habent temporalia, & episcopus spiri-
tualia. ĩ. de capel. mo. cap. 1. 16. q. 2. sanè. c. pen. & vl. & q 5 cap.
2. & 3. Si donatione, aut donatio facta est ab Episcopo, aut à pa-
trono. Si ab Episcopo, aut sub certa forma aut cũ omni iure, aut
simpliciter. Si episcopus conferat capellã religiosis sub certa for-
ma, tunc non habebunt plus iuris in capella quàm forma conti-
neat ff. de pact. in traditionibus. Si cum omni iure, tunc habent re
ligiosi temporalium & spiritualium administrationem, sacerdo-
tum institutionem, & destitutionem, 16. quæstio. 2. visis. & sic in-
telligitur, ꝙ capellæ pleno iure pertinent ad religiosos. 16. quæst.
2. §. fin. in quo casu non coguntur episcopo presbyteros præsen-
tare, vt à contrario sensu. infrà, de præbend. in Lateranen. §. 1. ibi,
pleno iure. remanet tamen ius episcopale in ordinatione, iurisdi
ctione, in visitatione, in altarium consecratione, & similibus. 9. q.
3. per singulas. Si autem simpliciter concessit Episcopus capellam
religiosis, in qua certam percipiebat fructuum portionem, illam
tantum concessisse videtur. infrà, de dona. pastoralis. argumen. ĩ.
de iure patron. quod autem consul. §. vnico. ff. de contrahen. em-
ptio. qui tabernas. ff. de lega. 1. si domus. §. fin. & tunc intelligitur
dedisse ius instituendi. 16. quæstio. 2. visis. secũdum quosdam. dic
contrà, supra de sup. neg. præl. capitu. 2. si verò nihil percipiebat,
omnes prouentus concessisse videtur. ĩ. de donat. pastoralis. & est
mirabilis hæc distinctio, ꝙ quando episcopus minus habet in ec-
clesia, intelligitur plus dedisse. sed ideo est, quia donationem in-
terpretari debemus, vt magis valeat quã pereat. ĩ. de verb. signif.
abbate. §. contra quod fuerat. Quid si non apparet qualiter sit cõ
cessa, sed tamen de concessione constat? Simpliciter pręsumetur
concessa. argu. ff. de ser. si cui. ĩ. de priuileg. quia circa. secundum
quosdam, dic ut not. ĩ. eodem. versi. quid si non apparet, & præ-
cedentibus. Quod si à patrono conferatur de consensu Episcopi,
vel ab Episcopo de consensu patroni, vterque quod suum est de
disse videtur. ĩ. de donat. pastoralis. Donatio autem facta ecclesię
à patrono sine consensu Episcopi non valet: quamuis teneret do-
natio, si ius patronatus cõferret, sicut intelligo infrà, de iure pat.
illud. & c. nullus. quamuis alij aliter intelligãt. quod dic ut ibi not.
§. qualiter transferatur. ver. donatione. Quamuis etiã donatio per
Episcopum facta iustum titulum transferat præscribendi. ĩ. de iu
re patronatus. cura. & ĩ. de cen. significauit. non tamen plenũ ius,
nisi & consensus sui capituli intercedat. ĩ. de his quæ fiunt à præ-
la. tua. & c. pastoralis. ĩ. de donationi. cap. pastoralis. in fin. Et not.
quantumcunque Episcopus generaliter ecclesias conferat, uel à
se eximat, semper videtur quatuor retinuisse. Primum, scilicet
correctionem. 16. quæstio. 2. visis. Secundum, scilicet visitationẽ.
Tertium, scilicet procurationem, quæ ratione visitationis debe
tur. ĩ. de censi. cum uenerabilis. & cap. venerabili. Item quartum,
scilicet cathedraticum. ĩ. de donationibus. pastoralis. non obstat
ĩ. de reli. do. constitutus. quia ibi Papæ confirmatio intercessit. Si-
cut ergo subditus non potest iurisdictionem Episcopalem à se in
totum reijcere, ĩ de foro competen. si diligenti. & ca. significasti.
& suprà, de renuncia. admonet. sic & Episcopus abdicando à se
Episcopale imperium non amittit. arg. ff. de officio præsidis, lega-
tus Cæsaris ff. de pactis. ius agnationis. sic nec vasallus potest feu-
dum alienare, sine consensu domini, nec dominus in alium trans-
ferre dominium, sine consensu vasalli: vt in constitut. Federic. de
prohibit. feud. alienat. per Federic. l. imperialẽ §. 1. & §. pręterea
ducatus. sic patronus quantumcunque ius patronatus remittat,
generaliter tamen quædam iura retinet in liberto, puta reueren-
tiam. & hoc ponunt quidam pro quinto. argumen. C. de bo. libe.
l. fin. Vbi vero ecclesia ad monasterium pertinet pleno iure,[a] ha-
bet monasterium in ea institutionem, destitutionem, inuestiturã,
fidelitatem, obedientiam, correctionem, & quædam alia. infrà,
de maio. & obe. is qui. infrà, de sentent. & re iud. cum inter vos. in
princi. & Episcopus nihilominus desuper est, nisi priuilegium vel
præscriptio vel contraria consuetudo obest ei, vt patet ex præ-
missis: sed ubi pleno iure non pertinet, tunc habet ibi monasteriũ
temporalia & repræsentationem presbyteri vicarij tantum, qui
non debet ab Episcopo recipi, nisi per monachos sufficiens por-
tio assignetur pro se, & recipiendis hospitibus & iuribus Episco
palibus persoluendis. infrà, de præben. de monachis. Quòd si reli-
giosi negligentes fuerint, Episcopus debet hoc facere iure suo. ĩ.
de supplen. negl. prel. sicut. contrà, quòd non prodest præscriptio
nem vel consuetudinem allegare. infrà, de præbendis. extirpan-
dæ. respon. 1. est ratio, quia hic uertitur periculum animarum. er-
go consuetudo contraria non valet. s̃. de consuetu. capi. fina. nec
præscriptio nec constitutio contraria. infrà, de præscript. quoniã
omne. Secundum hoc intellige, quod presbyter debet de tempo
ralibus monachis, & de spiritualibus Episcopo respondere. infra
de præbend. in Lateranen. & de capellis mo. capit. 1. & de priuil.
cum & plantare. § in ecclesiis. Sed qualiter sciam, vtrum ecclesiæ
non pertineant plenò iure ad monachos, eo ipso quòd repræsen-
tant Episcopo presbyterum, ut patet ex præmissis, uel si ibi Epi-
scopale ius percipit Episcopus. infrà, de priuile. quoniam. per con
fessio. postea enim omnino locum habet. c. suprà, de supplẽ. neg.
præla. capitu. 2. Sed qualiter possunt omnia temporalia pertinere
ad monachos ex concessione episcopi, cum ipse episcopus non
posset ipsa sibi retinere, nec censum de nouo imponere, uel anti-
quum augmentare, nec partem redituum suis propriis usibus de-
putare. ĩ. de censibus. prohibemus. nec plus iuris possit in alium
transferre, quã ipse habeat. ff. de contrahenda emptione. aliena-
tio. ff. de acquirendo rerum domin. traditio. ff. de regulis iuris. ne
mo plus iuris, infrà de iure patr. quod autem. in fin. Resp. non po
test episcopus transferre, & hoc nisi ex causa, puta propter pau-
pertatem mensæ religiosorum, quæ non sufficit ad sustentationẽ
ipsorum, ex hac enim causa potest annecti ecclesia præbendæ. ĩ.
de præben. exposuisti. multo fortius religiosorum mensæ com-
muni: argumen. infrà, de vita & ho. cle. quoniam. in quo casu po-
test conferri ecclesia, nedum uacans religiosis. infrà, de resti. spol.
cum venissent. ĩ. de dona. consultationibus, sed necessarius est cõ
sensus capituli, quo ad hoc, ut plenũ ius acquiratur, ut dixi suprà,
& probatur, ĩ. de excessibus prælato. sicut vnire. & ĩ. de his quæ
fiunt à prælato sine con. capit. tua. & capit. pastoralis. infrà de do-
natio. pastoralis. aliàs autem nec religiosi hoc facere possunt pro
pria authoritate. infrà de præbend. auaritiæ. & capitul. de mona-
chis. infrà, de censi. prohibemus. & capitu. sequen. & capitu. signi
ficauit. Quid si dubitetur, utum ab initio donata fuerit ecclesię,
vt temporalia in vsus religiosorum cederent. Dic inspiciendam
interpretationem consuetudinis præscriptæ. s̃. de consue. cum di
lectus. §. 2. Quid si non appareat de consuetudine, nec de dona-
tione. Respon. de iure communi ad rectorem pertinent obuẽtio
nes, salua portione canonica episcopi. infrà, de decimis. cùm in
tua & capitu. cum contingat. & capit. quoniam. infrà de his quæ
fiunt à præl. c. pastoralis. & semper præsumo contra monachos,
nisi authoritatem episcopi probent iuris interuenisse. ĩ. de præb.
auaritiæ. ĩ. de censi. prohibemus. & cap. præterea. & c. sicut. Quid
si religiosi tallias exigunt? Dico, hoc non possunt, suprà de sup.
neg. præla. c. 2. nisi fortè ratione priuilegij. argum. ĩ. de exces. præ-
la. accedentibus. ad fin. ad hoc ĩ. de censi. scientes. & ca. ecclesijs.
ĩ. de iure patro. præterea. quia ad hoc, ut aliquid tale exigatur, vi-
detur esse priuilegium episcopi speciale. ĩ eodem. conquerente.
§. finali. infrà de censi. cum Apostolus. § inhibemus. vbi hoc Ar-
chidiaconis & Archipresbyteris prohibetur, & iunge quod no.
suprà, de supplen. ne. præla §. quot modis. versicu. suppletur &
in beneficiis. Vnum etiam not. quòd fructus ecclesiarum, in qui
bus habent tantum ius patronatus, non possunt sibi appropria-
re. suprà, de supplen. negl. præl. capitu. 2. Cathedraticum[b] autem
est. 2 sol. x q. 3. placuit. ĩ. eodem. conquerente. & usualis monetæ.
ff. de legat. 3. nummis. ff. de contrahen. emp. imperatores. verius
puto vt tam in quantitate, quàm in qualitate pecuniæ inspiciat
consuetudo regionis. x. quæstio. 3. nec numerus. ĩ. de censi. eccle-
sijs. c. olim. de hoc plenius notatur ĩ. de censi. cap. ex quib. causis.
resp. j. vers. seq. Visitabit autem episcopus suam diœce. sicut no.
supra de offic. Archid. §. quid sit eius officium. versicul. ego pu-
to. & in visitatione primo discutiet clericos, qualiter baptisma
ministrant, & alia ecclesiastica sacramenta, qualiter se habent in
ecclesia & in vita: si omnia rectè, Deo gratias: sin autem, instruat
eos & puniat puniendos, & hac nocte qua venit, sequenti die
in mane

ADDITIONES.

a Pertinet pleno iure. ¶ Adde quæ dicatur ecclesia subiecta pleno iure. uide Inn. in c. pastoralis. in fi. de priui. Abbat. in c. querelam. in prin. de ele. Abb. in c. auditis. de præsc. & Ab. in c. de monachis. de præb. Et an omnis habẽs ecclesiam pleno iure subiectam dicitur habere iurisdictionem quasi episco palem, vide per Car. Zab. cons. 48. inc. reuerende pater & dom. mi.

b Cathedraticum. ¶ Adde c. constitutus. de rel. do. Et an pauperes teneantur ad cathedraticum, uide per Car. Zab. in c. conquerente. in 20. q. de offi. ord. Et an cathedraticum præscribi posit, uide gl. in c. quicũque. 16. q. 7. & per Ioan. And. in c. 1. de præb. li. 6. in nouella.

in mane conuocata plebe, doceat eos errores fugere, specificando crimina mortifera, & quod sibi fieri nolunt, alijs ne faciat, & vt resurrectionem & diem iudicij, & alios articulos credat, & in bonis operib. se exerceant, & sic episcopus de ecclesia illa ad aliã pficiscat. 10.q j.placuit. Si videat aliquos amouẽdos, ipsos amoueat suprà, de rescr. dilectus filius abbas, ita quod si à contumacia incipiat, seruet istum ordinem, de quo dicitur, Coerce monẽdo, corrige suspendendo, excommunica degradando. 23.q.3. forte. in fi. 24. dist. quorundã. 84. dist. honoratus. Si verò à crimine incipiat, quod degradationem requirit, tunc incipit à degradatione, & finitur in excommunicatione. 83. distinct. dictum: & demùm potestati traditur seculari. j. de iudi. cùm non ab homine: sicut legitur j. de verbor. signifi. nouimus. alijs tamen verbis vtit Apostolus, dicens, Argue, increpa, obsecra, in omni patientia & doctrina. argue de peccato, obsecra pro iustitia seruanda, increpa, timorem diuini iudicij comminando: sed hæc locum habent in occultis peccatis, & in iudicio diuino. 2.q j. si peccauerit. in fin. Frater Raym. Subditus autem iusto præcepto iudicis possibili pariter & honesto obedire debet, non alij. 11. q. 3. si dominus & c. Iulianus. suprà, de temp. ord. ad aures. & c. dilectus. ff. quæ sententiæ sine app. resc. l. fi. ff. de condi. insti. conditiones. & l. filius. 3. dist. cri t. in dubio etiam obediendum est. 23.q.j. quid culpatur. in fi. j. de maio. & obed. si quis venerit. & c. illud. Item is qui ex officio ordinariæ potestatis potest absoluere, potest & absolutionem denegando committere j. eodem. capitu. fina. secus si ex commissione competat, puta Papa, vel eius pœnitentiarius mandat alicui episcopo, quòd aliquem absoluat, quia tunc non committitur, siue non subdelegatur. suprà, de offic. deleg. quoniam Apostolica. § pe. in fine. Si quis autem impetrauerit, vt sibi liceat excessus corrigere tam authoritate ordinaria, quàm Apostolica, non datur potestas super exemptis. j. eo. graue. nec iuri communi derogatur, j. eodem. licet. ordinarius enim procurat sibi mandari ea, quæ suo iure facere potest, vt magis timeatur. 9. dist. quis nesciat. & ne sibi fortè imputetur. q. d. sic recepi in mandatis non possum aliud facere. ad hoc infra de institu. ad decorem. superior etiam sæpe intendit remittere, non committere. ff. de offi. præsi. sæpe. sic & causæ appellationum temerariarũ remittuntur, non committuntur. infrà, de appella. vt debitus. Sed ad officium ordinarij pertinet, ne pœnitentia seu confessio detegatur. infra eo. cap. 2. quod dic, v t j. de pœn. §. in quo tenetur sacerdos. Item quòd nullus in illicita copula remaneat, & in hoc negligentia seu malitia delegati suppleat. j. eodem, significauit. & vt sponsalia legitimè contrahantur. super quo vide j. de spon. & per totum tractatum quarti Libri. Item quòd accusatio, inquisitio, & denunciatio legitimè fiat. super quo vide totum tractatum quinti Libri, & si quis impetrauerit absolutionem causa tacita, vt ipsum nihilominus coerceat. infrà, eodem. ex parte. Item quòd quilibet rite conueniatur in iudicio, & ritè procedatur vsque ad diffinitiuam sententiam, & super hoc vide totum secundum Librũ. Item quòd clerici vitam honestam ducant, & res suas bene disponant, tam temporales quàm spirituales sibi commissas. super quo vide totum tertium Librum. Item quòd ad summam trinitatem respiciendo ministri ecclesiarum creentur canonicè, qui curam habeant, tam intra quàm extra ecclesiam, secundum quod ipsorum officium, & ordo requirit, & consuetudo approbat. super quo vide totum tractatum istius Libri. Quando autem prælatus religiosos visitat, [a] non debet intromittere seculares, nisi fortè duos uel tres de canonicis proprijs, & illos in decenti habitu, quos tamen voluerit, alijs religiosis adiunctis. j. eo. ut iusta. ideo dicit de canonicis, quia sine eorum consilio talia fieri nõ debent. j. de acc. qualiter. 2.15.q.7 Episcopus nullus. 86 distinc. si quid verò. canonici autẽ sine Episcopo corrigere possunt, si de consuetudine sit. infra eodem. irrefragabili. Ratio diuersitatis hæc est, quia cùm canonici plures sint, possunt inter se deliberare, & consilium habere. Episcopus verò quia solus est, habet necesse consilium aliorum requirere: quia uæ soli, [b] &c. infra de stat. monacho. monachi. & omnia fac cum consilio, & postea nõ pœnitebis. C. de ingenuis manumiss. si auiam. melius ergo est & honestius, quòd habeat consilium suorum quam extraneorum. infra de his quæ fiunt à præla. nouit. nisi ubi sui se indignos reddunt, in quo casu religiosi succedunt. supra de elect. ne pro defectu. j. de concessi. præben. nulla. religiosos autem intelligo, non tam habitu quàm scientia, & honestate. j. de sepul. in nostra. §. nos uerò. j. de sepul. fraternitatem. j. de uoto. ex multa. ad fin responj. j. de consang. c j. ad fi.

Qualiter impediatur.

Per suspẽsionẽ ordinarij, si ab offõ suspendat. Itẽ per excõicationẽ, quia & suspensum ab officio, intelligo suspensum ab ordinaria potestate, & excommunicatus excommunicare non potest. 24.q.j. audiuimus. nec alios iudicare. j. de senten. & re iud. ad probandum. j. de cle. excom. mi. si celebrat. si uerò ordinarius sit alias in mortali crimine constitutus, & sic de merito uitia iudicare non possit. 3. q. 7. qui sine peccato & capitu. iudicet. & c. sequen. de potestare tamen iurisdi. potest, quamuis fuit toleratus, ut not. supra eod. § quis possit esse ordinarius. uersic. unum tamen not. in his autem casibus, s. quando suspensus uel excommunicatus est, ut notat. s. impeditur iurisdictio ordinaria uniuersaliter: in spiritualibus uero negotijs, siue causis impeditur per alios modos præter suspensionem & excõmunicationem, scilicet per appellationem, recusationem, relationem ad superiorem, negotij reuocationem, per aliam factam commissionem, & per alios modos quos per se notare potest quilibet studiosus.

Et qualiter finiatur.

†Quatuor modis. Primò, per mortẽ ordinarij: quia [c] mors omnia soluit. in auth. de nup. § deinceps. col. 4. ff. quę sententen. sine appe. rescin. l. pen. Secundò, per renunciationem sup de renun. per totum. Tertio, per depositionem. infrà de dolo & cõtu. ueritatis. & infra de excel. prælato. ex literis. Quartò, per trãslationem. 21. quæst. 2. si quis iam translatus. Finitur autem his quatuor modis iurisdictio ordinaria respectu personæ & psonarũ. realia. n. dignitas retinet. ff. de cẽsi. ætatem ff. de aqua quot. & æstiua. l. j. §. equissimum. s. de usu pal. ad hoc. j. ne sede vac. c. j io sede vacante iurisdictio penes capitulum residet. j. de ma. & obe. cum olim. j. de hære. ad abolendam. resp. j. j. eo. irrefregabili. arg. s. de consue. cum inter vos. & vbi nõ potest per se, alios aduocat. 7. q. j. pontifices & hoc intellige de consuetudine speciali secundum Goffred. aliter non esset ordinaria iurisdictio, secundum ea quæ no. s. eo. §. quis dicatur. & §. quis possit constituere. ergo intellige de iure communi. & à lege habet hanc iurisdictionem, sicut vniuersitas, sicut collegium licitum. vnde constitutionem facere potest, vt not. s. de constitu. §. quis possit. versi. item capitulum. & ver. item ciuitas. & seq. non tamen habet exercitium, nisi sede vacãte. & sic. C. de ẽtra. fiẽ. l. pen. sede autem instituta, habet exercitium prælatus, sed de consilio capituli, vt patet in his quæ no. s. e. §. quid pertinet. versic. si. qui incipit, quando autem. mortuo ergo prælato, & etiam mortuis omnibus de capitulo, excepto vno, ius totius corporis, cuius prælatus caput est, & canonici membra, in ipsum recidit, & per ipsum retinetur. ff. quod cuiusque vniuer. sicut municipum. ff. de leg. j si grege. quod dic, vt no. j de maio. & obe. §. & ad quid. s. de elect. qualiter. sub secunda forma. versi. quid ergo, si omnes delinquunt. Sed & finitur sine suspenditur iurisdictio ordinarij per reuocationem, quo ad causam quæ reuocata est, j. de appella. vt nostrum. Item ordinaria iurisdict. legati finitur, vt no. s. tit. j. § & qualiter finiatur.

ADDITIONES.

a Prælatus religiosos visitat. ¶ Adde Pauinũ in trac. de visitatio. ubi diffusè.
b Væ soli. ¶ Adde c. illud 7. q. j. c. in omnib. 8 1. dist. originaliter. Eccl. 4.
c Mors omnia soluit. ¶ Adde gl. in uer. nunquam in c. licitè. 32. q. 7.

DE OFFICIO IVDICIS. Rubrica

SVMMARIA.

1 *Officium iudicis quid sit: & quot modis dicatur.*
2 *Officium iudicis an desideret litis contestationem.*
3 *Officium iudicis duobus modis exercetur.*
4 *Officium iudicis quando & in quibus locum habeat.*

Dictum est supra singulariter & spãliter de officio Dignitatum & Iudicum, & quid ad singulos pertineat ratione officiorum, quid ratione iurisdictionis delegatæ, vel ordinariæ: hic autem generaliter indistinctè, & indeterminatè tractatur de officio iudicis, nec exprimitur cuius. delegati vel ordinarij: eo quòd de quibusdam hic tractatur, quæ vtrique, scilicet tam delegato quàm ordinario communia sunt: sicut dare aduocatum non habenti, quod facit delegatus. j. eo c. 1. & ordinarius. ff. de postulan. l. j. §. ait prætor. Item restituere in integrum. quod ad vtrunque pertinet. secundum quod traditur j. de rest. in integ. c. penul. C. vbi & apud quos rest. in integrum postu. l. si ideo sic simpliciter & generaliter intitulatur hæc rub. de offi. iudic. in qua videndum occurrit, Quid sit officium iudicis, Et vtrum desideret litis contest. vel de plano intentetur, Quando & in quibus locum habeat.

1 **Quid sit officium iudicis.** †Est gdẽ potestas iudicis à iure assumpta secundum Goffredum. Lex verò dicit, ꝙ officiũ iudicis latissimum est. ff. de iurisdictione omnium iudicũ. l. j. verè dicit, ꝙ officium iudicis latissimum est: quia quicquid agit in iudicio, vel extra, ad ipsum ptinet: quod vide p ordinẽ. j. de prob.

quoniam contra falſam.& j̃.eod.§ quando, & in quibus locum habeat, ſed & extra iudicium exercetur. nam iudex debet eſſe ſolicitus, vt violentijs hominum reſiſtat. ideo.n.iudicialis rigor in medio poſitus eſt, ne quis audeat ſibi ſumere vltionem. C de Iudæ.nullus.cur etiã ad arma venire patiet̃, quos iuriſdictione ſua poteſt compeſcere ff.de vſufr.æquiſſimum. nam poteſt eam defendere pœnali iudicio ff ſi quis, ius dic.non ob.l.vnica. Sed quia hęc verba generalia ſunt, & nullam aut modicam doctrinam tradentia, ideo dico ad aliquam ſpecialem doctrinam tradendam, quatenus mihi poſſibile eſt, quòd iudicis officium, aliquando poteſt dici purum, generale, & merum, vt quando iudex proprio motu eo vtitur. exemplum. j̃.eo.§ & vtrũ. Aliquando poteſt dici ſolenne, tunc eſt iuris vinculum, vbi videlicet loco actionis proponitur exemplum. j̃.eo.ver.loco actionis. Aliquando verò mixtum deſeruiens ſeu miniſtrans, vt quando actioni deſeruit. exemplum. j̃.eo.verſi.deſeruit. Aliquando anomalum, ſummarium, vel plenarium, vbi ſ de plano imploratur. exemplum j̃ eodem. item aliquando. de ſingulorum ergo deſcriptione videamus. Purum generale, & merum iudicis officium ſic poteſt deſcribi. Iudicis officium eſt rationabilis & ęquus modus iudicis, quo inductus condemnandos condemnat, abſoluendos abſoluit, pęnas vel mulctas infligit vel remittit: deneganda denegat, concedenda concedit, & facienda facit, ſecundum quod decet regendo ſeipſum & ſubditos ac domino famulando, ad quod pertinet quod legitur ſuprà, in proœmio. ideòque lex proditur. Inſtitut. de iuſtitia & iure. reſpon. j. & §. iuris præcepta. Solenne verò ſiue iuris vinculum ſic deſcribo: Officium iudicis eſt quoddam iuris, & iudiciale vinculum, ſeu quædam iuris, & iudicialis ſeu iudiciaria, officialis formula, ſubſidiaria, fauorabilis & benigna agendi ſeu proſequendi in iudicio ius, quod competit alicui ordinario auxilio deſtituto. ad hoc. ff. de furt. is qui nauem. Inſtitu. de act. in prin. & in proœmio. ff §.3. ff. de mino. in cauſæ. 2. Mixtum autem deſeruiens ſeu miniſter ſic deſcribi poteſt: Iudicis officium eſt iuris quoddam adminiculum, quo firmata actio infirmatur, vt quæ ei deſunt, à natura de æquitate, ſeu gratia conſequatur. ad hoc ff. de eo quod cer. loco dari opor. in bonæ fidei. & duabus ll. præcedenti. & ſequenti. Anomalum etiam ſummarium ſeu plenarium ſic deſcribes: Iudicis officium eſt quædam iudicialis æquitas, qua iudex inductus poſtulationem ſeu ſupplicationem alicuius plenariè expedit vel repellit. ad hoc. ff. de eo quod cert. loco da. opor. ꝙ ſi Epheſi. in fi. ff de interrogatorijs actio. vbicunq;. in auth. d. n. de confeſ. extrà. ſtatuimus.

2 Et vtrum† deſideret litis conteſtationem.

3 Circa hoc no. ꝙ officium iudicis † duobus modis exercetur, ſ. proprio motu, vt dicit, quamuis nihil petatur à partibus, vel ad inſtantiam partium. proprio enim motu debet cuncta rimari. 30 quæſt. 5 iudicantem. C. de iudi iudices. quandocunque ante ſententiam j̃. de fide inſtru. cum Ioann eremita. ante fin. Certam ſententiam dare. Inſtit de ac. § curare. Lites dirimere. ff. ſi certum petatur: quidam ex iſtimauerunt. j̃. de dolo & contu. finem. & c. venerabilis. Partes ad compoſitionem faciendam inducere. vt j̃ de tranſactio. c. fin. s̃. de electio cùm inter R. ſeniorem. 5. q. 2. ſi Primates. 9 diſtinct. ſtudendum. Malitijs hominum obuiare. s̃. de præſc. plerunq;. & c. nonnulli. ff. de rei vend. in fundo. Exceptiones arctare. j̃ de exceptio. paſtoralis. Crĩna punire. j̃. de ſent. exco vt famæ. ff. ad legem Aquiliam. ita vulneratus. ante fin. ff. de poſi bona fides. j. reſpon. in fi ff. de fideiuſſit. ſi à reo §. fi. Aequitatē corã oculis habere. ff. de eo quod cer. loco da. opor. q᷑ ſi Ephe. in fi. C. de iud. placuit. vñ nec p̃cib. calamitoſorũ illachrymari oportet, nec aduerſus eos quos malos putat, ſe debet excandeſcere ff de offi. præſi. obſeruandum. debet ēt excommunicatũ publicè, quãuis non opponatur, repellere. j̃. de exce. exceptionē. ſicut & militem proc. factum. vt no. j̃. eo §. qñ, & in quib locũ habeat. ver. ſupplet. quia quos prætor. ꝓhibet, omnino prohibet, & ſi aduerſarius cõſenſerit. ff. de puſtulan. quos prætor. Debet ēt in quo petitum eſt condemnare. ff. commu. diui. vt fundus. C. de fideicom. liber. l. fi. j̃. de iud. examinata. j̃. de ord cogni. cũ dilectus. § fi. j̃. de accu. qualiter. 2. §. pe. j̃. de ſimo. licet Heli §. j. ad fi. & iunge quod not. ſuper hoc s̃. in duob. tit. proximis. §. quid pertinet. & de off. del. § quid ſit eius officium. Vbi verò exercetur ad inſtãtiam partium, ſubdiſtinguendum eſt. nam aliquando loco actionis proponitur, aliquando ſeruit actioni, aliquando de plano implorat̃. Loco actionis proponitur, vbi nõ ſupereſt alia actio, aliàs non recurreretur ad extraordinarium auxilium ff. de min. in cauſę. 2 Puta cùm petitur reſtitu. in integrum principaliter mota à maiori, vel minori, nõ diſtinguo. ff. de min. ꝙ ſi minor. §. fi. Item cum legatarius ſibi petit caueri de legato præſtando. C. vt in poſſeſſi. legatorum. l. j. vel cum vicinus ſibi petit caueri de damno infecto ab eo, cuius domus minatur ruinam. ff. de damno infecto l. p̃tor ait. § et. & l. dies §. hic autem. Vel quando liberi deſiderant ali à parentibus, vel econtra ff. de libe. agno. ſi quis à liberis. quod ex natura provenit. C. de bo. quæ libe. cùm non ſolùm. §. vbi autem Inſtitu. de iure natu. in princ. vnde etiam illegitimi ſecundum iura noſtra poſſunt ſuper hoc officiũ epiſcopi implorare. j̃. de eo, qui duxit in ma. cùm haberet. in fin. Item habet locum hæc actio cùm filius petitur, & à nemine detinetur. ff de liberis exhibendis. l. 3. § hoc autem interdictum. vel exemplifica canonicè per decr. infrà, de conuer. infi. c. fina. & de ſpon. non eſt vobis. infrà, de appella bonæ. 3. quæſt j. reintegranda. In his caſibus & ſimilibus lit. conteſtat. deſiderat, & omnem aliam ſolennitatem requirit. infra eodem. iudicis officium. infra de reſtitu. in integ. c. cum enim loco actionis ſuccedat, naturam ipſius ſequi debet. argum. ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum. infra de uoto. magnæ § penult. circa princip. infra de ſta monacho. recolentes. ad fin. Hæc locum habent, ſi principaliter mouetur quæſtio: ſecus, ſi incidenter ut ecce agebatur rei vendi. coram iudice, & re vſucapta poſt litis conteſta. iubet iudex caueri à reo quòd non pignorauerit, vel non manumiſerit, ſi ſeruus vendicabatur. ff. de rei vendi ſi poſt ſuſceptũ, vel pignoratitia actione propoſita iudex incidenter iubet caueri de dolo ff. de pigno. acti. creditor. vel aliqua quæſtione principaliter mota incidit, quod petitur reſtitutio in integrum, vel propter probationem negligenter omiſſam, vel propter aliam iuſtã cauſam. infra de reſtitu. in integr. cum veniſſent, & c. auditis. & c. ex literis. in his enim caſibus, & in alijs omnibus, in quibus incidit, lit. conteſt. locum non habet. infra eodem. capi. 2. & no. quod non poteſt incidenter per officium iudicis poſtulari, quod petitum eſt principaliter per libellum. ſic poteſt intelligi infra de appella. ſignificante. ſecundum Goff. ego tamen pono ibi alium intellectum. Deſeruit autem actioni in omnibus arbitrarijs actionibus, ſicut ſi certo loco tibi dare promiſi decem, & conuenias me alibi nam in condemnatione per iudicem ratio habebitur de intereſſe. ff. de eo quod certo loco. l. 3. in fin. & l. ſequen. hoc ſi iudicium ſit ſtricti iuris, ſicut ſtipulatio: nam ſi bonæ fidei, iure actionis ueniet intereſſe. ff. de eo quod cer. loco. in bonæ fidei. ff. de dolo. l. & eleganter. §. non ſolùm. de hoc ſupra de offic. delegat. P. & G. infra de foro competent. dilecti. & de plus pet. capitul. unico. Item in act. quod met. cauſa. ff quod met. cauſa, ſi cum exceptione. §. hæc autē actio Item. ff de ędil. edict. & redhibi. act. ædiles. §. item ſciendum. ubi condemnatio fit ex officio deſeruienti ad reſtitutionem fructuum prouenientium poſt lit. conteſtat. ſic infra de reſtitu. ſpoliato. grauis. & de præben. dilecto in fin. & in his caſibus exigit lit. conteſta. non dico ſuper ipſo officio, quod de plano intentabitur, ſed ſuper act. cui deſeruit, uel actioni quæ eſt nuda ante lit. conteſtationem deſeruire non poſſet cum effectu, quia ab actione frigida calorem, quem non habet, recipere non poſſet. ad hoc ſuprà. de reſcriptis. paſtoralis. infra de iure patron. quod autem. infra de deſpon. impu. ad diſſoluendum. & not. de ſimi materia ſuprà, de elect. §. & an mutari. poteſt autem iudex ſupplere in ſententia eadem die circa fructus & acceſſiones. ff. de re iudicat. Paulus. quia omnia ad eum poſt lit. conteſtat. pertinent. C. de rei vendi. certum eſt. & patet in his quæ not. infrà, §. quando. verſic. item locum habet. & ſi condemnatus reali actione iudici non paret, poteſt eum condemnare, quantum aduerſarius in litem iurauerit contra ipſum. ff. de rei vendic. qui reſtituere. Item poteſt in expenſis condemnare. ſuper quo vide in ſumma, infra de dolo & contumacia. §. qualiter contumacia puniatur. Item quando de plano imploratur, vt in interrogationib. faciendis ante litem conteſtatam: & etiam in poſitionibus. ff. de interrogatorijs actioni. vbi quæritur. taceant qui dicunt poſitionem negatiuam non recipiendam, quia curare debet iudex, vt rerum probatio ſalua ſit, & vt veritas eliciatur modis omnibus, quibus poteſt. ff. de teſti. curent. cum ſimilibus. quod dic vt plenè nota infrà, de probat. §. quis debet probare. verſic. nunquid ergo poſitio negatiua. Item de plano imploratur in aduocatis petendis. ff de officio proconſulis. nec quicquam. §. penultimo. Item in dilationibus. infrà, de dilat. dilecti. licet non debet dari dilatio à procedente iudice. C. de dilat. à procedente. Item in omnibus dubijs, de quibus interpretari debet. ſuprà, de officio delegat. de cauſis. infrà, de voto. capitu. primo ff. de vſuris. mora. & de teſtib. l. 3. ff. de verborum obligat. continuus. Item quando petitur, vt vſurarius abſoluatur à iuramento. infrà, de vſur. capitu. primo, & cap. ad noſtram. 2. Item in alio. infra qui cle. vel vo. cap. veniens. in fin. Certè poteſtas iudicis lata eſt, & diffuſa, & in infinitum procēderetur, ſed breuiter recapilogo. Iudicis officiũ aliquando merum eſt & purum, vt quando iudex proprio motu eo vtitur, vt in § & vtrum. Aliquando de plano imploratur, vt in verſiculo item aliquando. In his duobus caſibus non requirit ſolennitatem ſeu ſubtilitatem. excipe inquiſitionem, in qua procedit iudex ex officio & proprio motu, & tamen aliquando & in aliquibus ſubtilitas requiritur, & modus. vt not. infrà, de accu. ſub rubrica de inquiſitionibus. Aliquando eſt iuris vinculum, vt cum pro actione proponitur, & tunc omnem ſubtilitatem requirit, vt in verſic. loco. Aliquando mixtũ, vt cum miniſtri loco

fungitur,

fingitur,& tunc de plano ſeruit,ſed ſolẽnitatẽ dominæ, ſ.actio
ni; cui deſeruit,requirit, vt in ver.deſeruit. Iudex autẽ perſonas,
loca,tpa,caſus,qualitatem & quantitatẽ facti ſemper debet ha-
bere in mẽte,& corã oculis,& maximè Deũ.ĩ.de trãſ.c.vlt.& de
hom.ſicut dignũ.ſed & euentũ, ſeu mentẽ debet attẽdere. ff.de
pęnis.aut facta.ideo dr̃,ꝙ inſpecta quantitate rei petitæ,& qua-
litate perſonarum,aliquando iureiur.decidit cauſam, cum aliæ
probationes non ſuperſunt.ĩ.de iureiur.c.vltimo.

4 Quãdo,† & in quibus locum ha-
beat.Et quidem extra iudicium,& in iudicio, vt not.ſ.e §. quid
ſit. ante lit. conte.& poſt:ante ſententiã,& poſt. Ante lit.conteſ.
vt habeat perſonam publicã, ſi poteſt,aut duos viros idoneos,
q fideliter vniuerſa iudicij acta cõſcribant. videlicet citationes,
dilationes, &c.ĩ.de proba.quoniam contra falſam.Circa edicta
mittenda ad loca,in quibus rei morantur.ĩ.de appell.cùm para-
ti.ĩ.de dolo & contu. cùm olim.ſi inueniri poſſint. ĩ. qui matri.
accu.poſ.relatum.alioquin mittetur ad domos, vel ad eccleſias
eorum,ĩ.de dolo & contu.cauſam.ff.de lib.agno. l.j.in princi.ff.
de damno infecto.l.4.§.prætor.16.quæſt.3.§.poteſt. in verſicu.is
autem.ĩ.de dolo & contu.contingit.c.fi.ĩ.de cleric.non reſi. ex
tuæ.vel denunciabitur cognatis & amicis vt abſentem defendãt,
vel venire procurent.ff.ex qui. cauſis tna. l. ergo.ff.ex qui.cau.in
poſſeſſ.eatur.l.hæc autem.infra qui filij ſint legiti.prælatum.cir-
ca dilationes indulgendas pro conditione temporis,cauſæ,vel p
ſonæ,vt his conſideratis,iudex ordinem edictorum, vel compẽ
dium moderetur.ff.de iudi.l.nonnunquam.& vt per eas delega-
ta iuriſdictio nimium non arctetur.ſupra,de offic delega. conſu
luit.Vt principales perſonæ in iudicio comparentes,non per ad-
uocatos, ſed per ſeipſas factum proponant,niſi fortè adeò fue-
rint indiſcretæ, vt eatũ defectus de iudicis licentia per alios ſup-
pleatur.infra de iudic.paſtoralis. Vt porrigantur libelli apti, &
cõuenientes rei, de qua agitur.alioquin iudex ex officio ſuo eos
repudiet,vel aſſeſſor.infra.de iudic.examinata.ff.ſi menſ fal.mo.
dixe.l.j §.ſin autem.C.vt nemo priua.præ.ſuis vel alien.titu. im-
po.l.2 in fin.& ff.de offic.aſſeſſo.l.1. Vel ꝙ ſine ſcriptis agatur in
ſpecialibus caſibus,quos notabo ĩ.de libel.obla. §. vtrum libel-
lus.verſic. & hoc verum eſt. & ſequen. Item vt per narrationem
actoris,& reſponſionem rei fiat conteſtatio litis.ĩ.de lit.conteſ.
c.vnico C.de lit.conteſt.l. j. niſi agatur cauſa denunciationis vel
inquiſitionis,in quib nec libellus porrigĩ, nec fit conteſtatio li-
tis,vt dicam ĩ.de accuſat.Item vt iuretur de calumnia,vel de ve-
ritate dicenda, vt nota.ĩ.de iura.calum. Item vt fiant poſitiones
partium, & interrogationes iudiciales. de quibus habes ĩ. de iu-
ra.calum.cùm cauſam,quæ.ad fin.& de proba. quoniam contra
falſam.& nota.ĩ.de iudic.ſub §.fiunt autem interrogationes.Itẽ,
vt patienter audiat aduocatos.ff.de of.ꝓconſu.l.nec quicquam.
§.circa. vt ſuppleat defectus aduocatorum in iure. C. vt quæ de
ſunt aduoc.par.iud.ſup.non tamen in facto ſuppleat, niſi de fa-
cto iudiciali. & poſt litis conteſtationem.exempla de hoc habes
C.de appel.l.ampliorem.C.de tempo.appel.l.2.§. pen.ideo autẽ
ante litis conteſtationem iudex de facto ſupplere non poteſt,qa
ante litem conteſtatam omnia conſtant iudici,non vt iudici,ſed
vt priuato:& ideò dici conſueuit,ꝙ ea quæ ante litis conteſtatio
nem contingunt,non pertinent ad offi iudicis ff.de ædilit o edi
cto.l.ædiles.§.Item ſciendum.hoc tamẽ fallit in caſu.nam iudex
ex officio ſuo repellit procuratorem in litem etiam aduerſario
tacente.ff.de procu.l.filiusfamilias.§.veterani.& C de procurat.
l.militem. ſed & illud contingit proprer publicam vtilitatem.
non obſt.his quæ dicta ſunt, lex quæ videtur velle, quòd iudex
ſuppleat de facto,etiam ante litẽ conteſt.ff.de petitione hæredi
tatis.l.final.nam quod ibi dicitur,& ſi non exci piatur,exponen-
dũ eſt ſic,i.ſi non habeat locum doli exceptio.ſatis tñ conſulitur
officio iudicis: & ſic intellige ſuppleri de facto in his, in quibus
vertitur periculum animæ,etiam poſt litem conteſtatam.ſup.de
conſuetud.cap.fi.ĩ.de re iudic.cùm Bertold.ĩ.de conceſſio.prę-
bend.ex parte. Supplet autem iudex,& ante ſententiam oppo-
nendam aduocatis, quærendo à partibus.& ſicut poteſt melius,
verum inueſtigando:30.quæſt.vlti.cap.fina. Supplet etiam poſt
ſententiam,vt in fructibus.ff.de re iudica.l.Paulus. Item locũ ha
bet iudicis officium in omnibus,quæ poſt litis conteſta. accidũt
circa rem petitam, vel contingunt:vt ſi fructus ex ea percipian-
tur,vel damnum in ea detur,ſiue precium rei petitæ ad poſſeſſo
rem perueniat,vel aliquid loco precij,quia quæ poſt lit.conteſt.
accidunt,valde pertinent ad iudicis officium.ff.de rei vend.l. nõ
ſolum.& l.item ſi verberatũ.§.1.& C.de rei vendi. l. certum eſt.
Inſtitut.de offic.iudic.§.poſt inchoatam.& §.eod.quoque nomi
ne.ff.de ædilitio edict.l.ædiles §.item ſciendum. ff. de aqua plu-
uia arcenda.l.1.§.officium.& de vſu. l. 2. idemque dolo vel cul-
pa,ſeu negligentia admiſſa poſt litem conteſtatam,ſicut multis
probatur exemplis.ff.de rei vend.l.quid petitorio §.1. Item iu-
dicis officio fit delatio iuramenti circa quantitatem expenſarũ
in authentica de iudic. §. oportet.col.6.in quantitate damno: fi.
ĩ.quod metus cauſa.c.fin.C.vnde vi.l.ſi quando 2.q.1. in primis.
Item,vt certam ferat ſententiã, prout poteſt ff de iudi. l. de qua
re. Inſtit. de ac.§.curare.Item vt ſententiam executioni mandet
ſi eget executione. nam & ſi in rei vendicat. pronuncietur pro
poſſeſſore contra petitorem, abſoluetur poſſeſſor, nec eſt opus
alia executione.Si autem contra poſſeſſorem pronunciauerit,iu
bebit ei rem reſtituere cũ fructibus.ff.de rei vendi. l. & ex diuer-
ſo.§. vbi autem. Sed ſi poſſeſſor neget ſe in præſenti reſtituere
poſſe, & ſine fruſtratione videtur tempus reſtituendi cauſa pe-
tere, indulgendum eſt ei, vt tñ de litis æſtimatione caueat cum
fideiuſſore,ſi intra tempus,quod ei datum eſt,non reſtituat. In-
ſtit.de offic.iudic.§.1. In perſonali autem actione debet pronun
ciare abſoluendo,vel condemnando.C de ſent & interlo.omn.
iud.l.præſes.nec refert quibus verbis vtatur.nam ſiue dicat, Ab-
ſoluo,ſiue dicat, Mihi videtur Titium nihil debere Seio. Item
ſiue dicat,Condemno te in decem,ſiue dicat,præcipio Seium da
re decem,vel æquipollentia verba,valet ſententia.ff. de re iudi-
ca.l.in ſumma.ff de arbi.l.quid tñ §.quid ſi arbiter.ĩ.de ver.ſign.
in his. In his igitur & conſimilibus, de quibus exempli gratia ali-
qua ſuper litera ipſa notaui,iudicis officiũ ante lit conte.& poſt
actioni deſeruit,ſicut mercenarius & miniſtri,& in tali implora-
tione officij non eſt facienda lit. conte. eo quod facta eſt, vel fa-
cienda in principali, cui per implorationem officij deſeruitur,
ſicut aliàs dicimus non eſſe faciendam lit conte. in cauſa appell.
ſi facta eſt in principali.ĩ.de appel. per tuas.Vt treugas faciat ob
ſeruari, ĩ.de treuga & pace.necnon.& ſtatuta legatorum Apo-
ſtolicæ ſedis.ſ.de offi leg. c.fi.aliquando etiam pro actione pro-
ponitur,& aliquoties incidit,vt no.ſ.e.ver.loco actionis.& ver-
ſic.hæc locum habent.Multa alia exempla poni poſſent, in qui-
bus iudicis officium imploratur principaliter, tam in ciuilibus
quæſtionibus,quàm in extraordinarijs criminibus puniendis, &
in quib.incidenter,ſiue ante lit.conteſ.ſiue poſt: ſed ſufficiat po-
ſuiſſe ſuperiora,cauſa breuitatis,& ſummariæ doctrinæ.vnde a-
liàs dicitur,officium iudicis latiſſimum eſt.ff.de iur.omn.iud. l j.
eo quod latè patet:ideo exempla quæ ponenda occurrerent,nu
merari non poſſent, ſecundum Gof.de cuius ſumma iſte totus
§.ſumptus fuit.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.
Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Maioritas quinque modis conſideratur.*
2 *Obedientia in quibus attendatur.*
3 *Obedientia quid ſit.*
4 *Obedientiam quis præſtare teneatur.*
5 *Obedientia ſub qua forma ſit præſtanda.*
6 *Obediens ad quid teneatur.*
7 *Vxor an peccet frangendo votum abſtinentiæ, ad mandatum viri.*
8 *Inobedientes veniunt excommunicandi.*

QVoniam inter miniſtros eccleſiatũ, de qui-
bus, prælibauimus,aliqui maiores
aliqui minores inueniuntur:ad hoc enim diſpenſatio
nis prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit eſ
ſe diſtinctos, vt dum minores maioribus reuerentiã exhiberẽt,
& potiores minoribus dilectionem impenderent, vera fieret cõ
cordia & ex diuerſitate cõtextio.quia nec eccleſia aliter ſubſiſte
re poterat,niſi eam hmõi differentiam magnus ordo ſeruaret,ſu
per quæ cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit. dum ſunt
angeli, ſunt archangeli in poteſtate, & ordine differentes 89.di-
ſtinctio.ad hoc Et ſicut varietas membrorum per diuerſa officia
& robur corporis ſeruat,& pulchritudinem manifeſtat, ita va-
rietas perſonarum per diuerſa nihilominus diſtributa officia, &
fortitudinem, & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ repræſentat,
89 diſtinct.ſingula. Et quia minor maiori reuerentiam aut obe-
dientiam debet, & quandoque vtrunque: minores enim poten-
tioribus pares eſſe non poſſunt.ff.de alien.iudic mut.cauſ. facta.
l.3.in princ. videamus de maio.& obed. in qua rubrica conſide-
randum eſt, In quibus conſiſtat maioritas, In quibus obediẽtia
attendatur,Quod ſit priuilegium vtriuſque, Qua pœna inobe-
dientes feriantur.

1 In quibus conſiſtat † maioritas.Et quidem quinq; mo-
dis conſideratur, ex prærogatiua ordinis,cõ-
ſecrationis,diſpenſationis, antiquitatis, & ordinantis. *Ex præ-
rogatiua ordinis*, inde eſt quòd presbyter Pontifici præcipitur re
uerentiam exhibere, diaconus presbytero, ſubdiaconus diaco
no,acolytus ſubdiacono, exorciſta acolyto, lector exorciſtæ,
oſtiarius lectori, Abbas oſtiario, monachus Abbati. lxxxix. di-
ſtinct.ad hoc.in fine.xciij.diſtinct.à ſubdiacono. & c. legimus.in
fi.quod

si quod dicitur de abbate, antiquatū est, illud intra ecclesiam omnino locum habet. sic intelligo, j. eod. statuimus. in fine. xxiij. distinctio. subdiac. & c. sequenti. hæc prærogatiua antiquitati præfertur, & in percipienda portione præbendæ. j. eod. statuimus. s. de constit. ca. fina. Quod potest locum habere in Ebredun. & Vapincen. ecclesi. in quibus præbendæ inęquales sunt, & si meliorem habens moriatur, maior superstes potest dimittere suam, & vacantem recipere, certè hodie, & si de nouo maior receptus sit in ordine antiquiori præfertur. non obst. decre. infra de præben. maioribus. & de rerum permut. quæsitum quia illæ possunt intelligi de diuersis Episcopatibus, vel in eadem ecclesia viuentibus personis. præterea dicta permutatio fit de consuetud. prælatorum, & capitulo approbante. Potest ēt habere locum in Viēnen. & Lugdu. ecclesijs, vbi præbenda mortui inter superstites diuiditur, & ei plus donatur qui honorabilius expēdit, certe hodie habenda est ratio ordinis. nec obst. supra de constitutio. cum omnes. quia loquitur, quando ab antiquo præbēdæ erant ęquales, & fraudulenta inæqualitas per canonicos facta fuit. consuetudo autem ecclesiæ in hoc seruanda est, & in diuersis diuersa. argument. supra de consuetu. cum olim. in fine. infra, de concess. præbend. ex parte Asten in fine. Potest etiam hodie poni exemplum in multis ecclesijs, in quibus authoritate d. n. sunt multi recepti vltra numerum nam qui maior est ordine, etiam si posterius receptus sit, in prębendæ receptione potior esse debet. infr. eodem. statuimus. sed instabis, & dices, licet hæc decret. dicat, quòd in portione percipienda debeat esse potior, non tamen dicit in perceptione prębendę, & ideo exponendum est in portione percipienda, id est, in prębendæ perceptione: & hæc altera d[illegible] duabus rationibus, vel quia præbenda diuidenda non est j. de præbend. maioribus. & capitul. tuæ. & capitu. cum causam. & sic nulla est portio præbendæ, quæ integra permanet. vel quia idem est de toto quo ad totum, quod de parte quoad partem, sicut & econtra, vt ff. de rei vendicat. l. quæ de tota. & ideo fortè simpliciter dicitur, quod minores volentes ordinari maioribus volentibus præferantur. suprà, de ætat. & qualitat. quęris. §. 1. ergo & in præbendæ perceptione. infra de arbitr. de priuileg. quia circa. & sic intellige infra eodem, statuimus. nec dicas ipsam specialem. sicut quidam dixerunt, quia est generalis. supra, de constitu. c. fina. vbi etiam hæc constitutio declaratur, & dicit, quòd omnes adstringit, ergo in omni ecclesia, siue sint ibi quotidianæ distributiones, siue non, vendicat sibi locum. & puto hoc priuilegium inductum ad hoc, vt clerici ad recipiendos ordines promptiores fiant. argumen. ff. de iusti. & iure l. 1. & suprà, de postulat. prælat. capit. 1. §. penulti. & expressius 84. distinctio capit. fina. in fine. Potest autem hæc formari quæstio, quam de facto habui, & est quotidiana, quæ talis est: Quidam clericus, Martinus nomine, à domino Papa obtinuit literas, quòd in Cistercien. ecclesia reciperetur in canonicum & in fratrem, & quòd assignaretur ei præbenda, quàm citò facultas se offerret: iste statim, id est, quā citò bono modo potuit, literas suas repræsentauit, nec per ipsum stetit, quominus reciperetur, iuxta mandatum à sede Apo. impetratum. Secundò, Quidam alius clericus, Raym. nomine, in eadem ecclesia sub eadem forma impetrat, quod recipiatur in canonicum, &c. iuncta clausula consueta, non obst. si pro alio ibidem scripserimus, quibus per præsentes literas volumus prę iudicium generari. Raymundus iste licet secundò impetrauerit primò tamen receptus est, quia fortè canonicos fauorabiliores sibi inuenit. secundò receptus est Martinus, vacat præbenda, quæritur cui istorum sit assignanda? In præmissa quæstione non video hæsitationem: certum est enim quòd secundum omnes, primò offerens potior est: sic enim omnes intelligunt communiter. suprà de rescript. capitulum sanctę crucis. ibi, qui prius mandatum Apostolicum reportauit. argument. infrà de appellat. vt debitus. quia vigilantib.[a] non dormientib. iura subueniunt. ff. de his quæ in frau. cre. pupillus. & arg. C. de posi. l. fin. igitur Martinum primò impetrantem, & primò offerentē, quis dubitauit esse potiorē, nisi posterior maior sit in ordine. j. c. statuimus. amicè quicunq; hanc viderit decre. innuit enim, quod primò receptus potior est, nisi posterior maior sit in ordine: vt argu. j. eod. c. j. & j. de præb. dilectus. 2. de conces. præb. ex parte Asten. s. de const. cū M Fer. ad fin. & c. cum omnes. ad fi. nec dicas ipsam decre. statuimus. specialē, sicut aliqui dixerūt, quia generalis est, & omnes, adstringit, vt probat alia decre. quæ ipsam interpretatur. s. de const. c. fi. & no. s. e. ver. pōt ēt hodie poni exemplū. Rn. ipsam generaliter intelligo in canonicis receptis, & electis per capitulū iure suo: ibi enim potior est is qui primo receptus est. & est ratio, quia ante electionē & receptionē neuter habet ius in præbenda. Sed & hoc idē intelligo quando is qui primò electus est, primo receptus est. quid enim, si vna prębenda vacāte canonici primo eligant Marti. secundo Ray. primò tamen recipiunt Ray. secundo Mar. certè Martinus quamuis secundo receptus, potior est in præbenda, imo nec videtur valere receptio Raymundi, vt manifestè probant iura. s. de elect. auditis. & c. considerauimus. & hoc quando ex interuallo fiunt duæ electiones vna post aliā. nā si uno contextu duo ad eandem præbendam eligerentur, de iuris rigore talis electio vel receptio non valeret, vt j. de præb. tuæ. super hoc vide quod no. s. de ele. §. vtrum mutari. super verbo, nequesit. & §. qualiter facienda sit electio. post tertiam formam. versic. quid si duæ electiones. Item decret. statuimus. intelligo in receptis authoritate sedis Aposto. dum tamen is qui primo impetrauit, primo receptus sit. nam sicut s. proxim. dixi primum electum potiorem esse secundo electo, quamuis primò recepto, sic si secundo impetrās etiā primo reddat rescriptum, & primo recipiatur, puto potiorem primo impetrantem, dum tamen non possit ei negligentia imputari: alioquin contrà. s. de rescrip. si autem. & c. plerunque. nā & per monitorias acquiritur ius, sicut subtiliter probatur s. de rescrip. literis, vel ad minus per executorias, secundum omnes. s. de resc. constitutus §. fi. & j. de præbend. venerabilis frater noster. §. j. ad fi. ibi, cū nulla tunc præbenda vacaret, antequam monitorias, &c. quasi dicat, quia si tūc vacaret, fuisset ius acquisitū. Item generaliter dicitur, quod quando duo impetrant super eodē, semper valet primum rescriptum, nisi posterius de ipso primo expressam faciat mentionem. s. de rescript. cæterum. & de offic. delega. ex literis. nec dicas aliud in rescriptis merè contentiosis, aliud in rescriptis ad obtinenda beneficia impetratis: imò ideo omnino, & multo fortius habet hoc locum circa beneficia: quia si Papa sciret se pro primo scripsisse, non concessisset secundo in præiudicium primi, sicut expresse dicit decret. s. de offi. dele. ex parte j. videtur igitur, quod si secundo impetrans non facit apponi illam clausulam, non obstante, si pro alijs. &c. rescriptū surreptitium censeatur, & sic non valet. s. de rescrip. cum dilecta. & c. capitulum sanctæ crucis. ibi, de prædictis literis non habita mentione. & etiam processus authoritate ipsius habitus, irritus est ipso iure, saltem in beneficijs, secundum omnes, vt no. s. de rescr. §. quæ possunt obijci. versi. sed nunquid processus habitus. & est ratio, quia nemo debet per surreptionem beneficium ecclesiasticum obtinere. s. de elec. cum dilectus. §. j. j. de sent. & re iu. cum olim. Nec obst. suprà, de rescrip. capitulum sanctæ crucis. quia ibi ille qui primo impetrauit, primò repræsentauit, scilicet Ray. vt patet ibi, ad eos. B. enim clericus qui secundo impetrauit, non ad eos, scilicet canonicos, sed contra eos, & ad alios obtinuit, vt ibi sequitur in litera. & in fin. dicit, quòd assignanda est præbenda illi, qui ad eos, scilicet canonicos, prius mandatum Apostolicum reportauit, & quis fuit iste Raym. ergo ex vi literæ probatur, quòd primò impetranti est præbenda assignanda. Non ob. capitul. vt debitus. quia non loquitur in diuersis rescriptis impetratis, imò intelligendum est, quando quis coram ordinario præuentus fuit, alioquin multa iura corrigerentur, vel ad minus non loquitur expressim, quando super beneficio impetratur. vt de hoc nota. supra, de rescript. §. quid cui præiudicet. sub distinctio. quæ incipit, Si de reuocatione. versicul. si malitia vel negligentia. Si verò supradicta clausula, scilicet, non obstāt. si pro alijs, &c. apponitur, tunc sequitur ex vi secundæ literæ & clausulæ, quòd præbenda primo impetranti sit assignanda. nam si assignaretur secundo, ergo primo pararetur præiudicium, per secundas contra tenorem clausulæ & ipsarum, & sic quod contra intentionem Papę fieret, videretur irritum & inane, etiā si inter duos diuideretur ipsa præbenda, vt j. de præben. cap. antepen. & vlti. Item si primò receptus potior esset, iam haberent in potestate sua canonici fauere cui vellent in elusionem mandati Apostolici: quod esse non debet. argu. s. de postu. prælat. bonę. 2. § nec nocebat. j. de ali. iu. mut. causa fac. c. j. & j. de præben. pro illorū. & ff. ne quid in loc. publ. l. vl. ff. de iudi. si prætor. nec obst. j. de præbend. dilectus. 2. quia ibi voluit Papa recepto gratiā facere, fortè quia ignorabat literas impetratas, & vt canonici magis punirentur. sicut apparet in fi. ibi, & sibi de redditibus ecclesiæ primo, & c. fortè enim magis voluissent canonici, quòd recepti remouerent, quam quod reditus ecclesiæ primo impetranti assignarentur. arg. s. de constit. cum M. Ferra. sed dominus Papa voluit eos punire in eo, in quo deliquerant: argu. s. de transla. Episcopi. quanto. §. cæterum. & sic saluat ius suum illi qui non habet, ut apparet j. de pręb. dilecto. ad fi. Si vero de rigore iuris uellent procedere, præciperet exequi mandatū suū. primum nō obst. receptio facta, vt j. de præbend. dilectus. 3. & sic remoueretur detentor à præbenda: vt j. de conces. præben. proposuit. ad finem. nam & tempus impetrationis & collationis inspicitur, sicut probatum est, & quando collatio fit primo impetranti: secus, si confertur secundo in præiudicium primi. ad quod facit, j. de præbē. vene-

ADDITIO.

a Vigilantibus. ¶ Adde gl. in ver. in curia. in c. ex parte. de const.

venerabilis.§.1.& §.fina.de accu.accedens. ficut enim primo repræfentatus à patrono ecclefiaftico, potior eft fecundo, quamuis aliud fit in laico patrono, ad oftendendum, quòd clericus ea quæ procedunt de labijs fuis non faciet irrita ficut probatur infra de iure patro.cùm autẽ. & c. paftoralis. & ad oftendendum, ꝙ laicus in iure patro. de gratia toleratur. ĵ. de iure patro. quoniã.xvj.q.ij.fi quis epifcoporũ.quare nullum ius acquiritur præfentato à laico, quo minus laicus variare poffit, aliàs contrà.ĵ.de fenten.& re iudic.cum Bertoldus.ad finem, quoufque per diœcefanum fuerit approbatus:ĵ.de iure patro. quòd autẽ.refponfo j.ad finem.fic multo fortius dico, quòd is cui dominus Papa primò conceffit literas, potior eft, & ipfe clericus eft clericorum, & varietatem fiue contrarietatem, & mendacium deteftatur, infra vt eccle.bene.vt noftrum. §. omnibus. ergo.& ius habet conferendi & concedendi præbendas & beneficia: nullo etiam numero, nullo iuramento obftante. 9.q.3. cuncta per mundũ. & c. per principalem.s.de refcrip.conftitutus.& ĵ.de appellatio.dilecto. igitur non eft præfumendũ, quòd aliquid concedat fecundo in præiudicium primi impetrantis, nifi hoc expreffim dicat, vt arg. s̃.de refcrip.c.2 & c.ad aures.ĵ.de ftatu mona. in fingulis.§. porrò.& fuprà, de offic.delega.fuper eo.C de emancip a.nec auus.ff. ne quid in loc.publi.l.2.§.meritò.& §.fi quis à principe. ideo etiã femper confueuit hanc claufulam apponere in refcriptis, fuper præbendis impetratis, non obft. fi pro atlio vobis fcripfimus, &c. vt fuprà not. quare enim non faciet tantùm impetratio & repræfentatio à principe facta, qui fuper omnes eft, quantum electio feu repręfentatio inferiorum, cùm fupremam manum habeat.non video rationem:nifi quòd magis operari debet, & fortior eft conceffio fua, quàm inferiorum.argu.ĵ.eod. per tuas. & s̃.de offici. legat. dilectus. & de transla. epifcopi. inter corporalia.& infra eodem. propofuit. Si rationes & iura præmiffa diligenter perlegantur, intelligantur & confiderentur, de prædicta quæftione nemo rectè diiudicans dubitabit. *Confecrationis:* ut in Epifcopis, qui poffunt ordinare clericos: quod dic vt not. fuprà de tempo. ordina. de hoc. xcv. diftinct. olim. *Difpenfationis fiue poteftatis:* vnde Archidiaconus maior eft Archipresbytero.fuprà, de offic. Archipresby.c.1.& not.in fumma, de offi.archidiac. inde epifcopus fubeft archiepifcopo, primati archiepifcopus, legato primas, Papæ legatus, cum omnes tamen epifcopi fint: vt patet ĵ.eod.dilectus filius.de hoc.s̃.de offic.ordina.§.quid pertinet ad offi.xxj.diftinct.in nouo.& c.clericos, & clericos.hæc maioritas in iurifdi.confiftit.fuprà, de elect. tranfmiffa. & de his xxv.dift. perlectis. *Antiquitatis.* Antiquitati enim decreta fanctorum patrũ fanxerunt reuerentiã exhibendã, fuprà, de transla. epifcopi.quanto.in authen.de appel.§. illud. ff. de iure immuni. femper.ĵ.eod.c.j lxxv.diftin.ordinationes.ff.de albo fcribendo.l. j. fuprà.de elect.dudum.ad audientiam.ex hac qui prior eft tempore, potior eft iure.ĵ.eodem.capitu.1.ĵ.de paro.capitu.1. hanc non obferuant fratres prædicatores, non habentes rationes fenectutis, fed temporis & ordinis: ordo tamen præfertur, ut fuprà eodem.§.verficu.ex prærogatiua. *Ordinantis:* quia ordinatus à fuperiore inter alios eiufdem ordinis magis eft honorandus, vt ĵ.eodem.per tuas.ff.de albo fcriben.l.2. de his not.fuprà: de offi. archidiaco. §. 1. ex his dicit dominus nofter, quòd fi quis receptus eft in ecclefia authoritate fua, præfertur his qui authoritate legati funt recepti, vel aliàs authoritate epifcopi & capituli, quia à maiori & fuperiori caufam habent: arg. 11. diftin.quis nefciat.

2 **In quibus** obedientia † attendatur. In reuerentia, iudicio & præcepto. Et tangitur hic maioritas ex prærogatiua ordinis & antiquitatis, dum dicit, *In reuerentia.* reuerentia enim debetur ei qui præcedit ordine, vel antiquitate. 93. diftinct. à fubdia.ff. de albo fcriben.l.1. fcilicet vt minor affurgat maiori, nec fedeat ftante maiore 93. diftinctio.non oportet. nec in æquali fede.ff. de offic. præfid. obferuandum.& ut falutet cum reuerentia, fortè inclinando fe, & pileum remouendo, ficut interpretatur confuetudo, & legitur, C. de offic.diuer. iudic.l.2. libro primo, & vt maior præcedat, minor verò fequatur, in fedẽdo, fubfcribendo. 17.diftinctio. §.fina. 96 diftinct.bene quidem. ff.de albo fcribendo.l.1. Item in incedendo, quamuis in curia Roma.& aliis curiis præcedant dominos domicelli, quamuis tempore æftiuo, caufa vitandi puluerem, velint præcedere cardinales.Item in confuetis & honeftis feruitiis faciendis: infrà, eodem, ftatuimus.hoc fallit, vbi pofterior tẽpore maior eft iurifdictione, vnde archidiaconus præponitur[a] archipræfbytero.xxv.diftinct. perlectis Item cum minor vices gerit maioris. xxiii. diftinctio. c. fi. xciij. diftinctio c.j.Item tangitur hic maioritas difpenfationis, dum dicit, *Iudicio & præcepto.* hæc enim debentur ei qui præeft ratione cõfecrationis vel iurifdictionis, aliàs fentẽtia à non fuo iudice lata nullius eft momẽti.ĵ.de iudic.at fi clerici.C.fi à non competẽ.iud.per totum.In ha tamen videndum eft, Quid fi obddientia, Quis & cui eam præftare tenetur, Sub qua forma præftanda eft, Et ad quid obediens teneatur.

3 **Quid fit obedientia.** † A minore maiori manualis vel iuratoria canonicè facta fubiectio. vt patet in his quæ notantur ĵ.eod.§.fub qua forma.

4 **Quis & cui eam † præftare** teneatur. Minor maiori ex prærogatiua difpenfationis. quod dic vt not. fupra eodem.§. in quibus.verficul. difpenfationis. Et nunquid Imperator debet effe obediens domino Papæ? Vtique.infra eod.folitæ.fupra, de electio.venerabilem.in authen. quomodo opor.epifcopos.col. 1.in princi quia fpiritualia digniora funt temporalibus, & ideo præferenda.C.de facrofanct. eccle.fancimus.adeò quòd etiam abbatiffæ præftanda eft à monialibus fuis, & clericis fubiectis.ĵ. eodem, dilecta.tamen excommunicare non poterit.infra.de pœnit.noua quædam.quamuis fufpendere poffit, fecundum quofdam, vt in d.capi.dilecta.ibi tamen innuit contrarium.Non ergo epifcopus archidiacono obedientiam faciet. infra eodem. cùm inferior.erubefcit enim lex, quòd filius poteftatem habeat in parentem.in authen.de nupt.§.fi verò expectet.col.4.& ideo principes cùm filij fint, obedire tenentur epifcopis tanquam patribus.ĵ.eodem, omnes principes. & capi.legebatur. mirabilis enim infaniæ eft filium patrem, difcipulum magiftrum velle fibi fubiicere, & iniquis obligationibus fubiugare. 96.diftinctio. quis dubitet. ideo Imperator vult exhibere reuerentiam Papæ debitam, tanquam patri. C. de fumma trinitate & fide cathol. l. final. ibi, reddentes honorem Apoftolicæ fedi, & veftræ fanctitati, & qđ femper nobis in voto fuit, vt decet, patrem noftrum honorantes beatitudinem, &c. alibi tamen dicit, quòd non multum differunt facerdotium & imperium.in authen.de non alien.rebus eccle.§.fi minus.col.2.& ideo quia maior eft Papa, fingulariter fcribit.infra.de crim.fal.quamuis graue.ĵ.eod.folitæ.fed in tributis principibus refpondendum eft. infra de cenfibus. omnis anima. de hoc in Summa.& clerici ratione tẽporalium fidelitatem præftant laicis, infra, de iureiurando.nimis.fuper quo vide quod plenius nota.infra, qui filij fint legitimi §. qualiter & à quo. & s̃. in procemio §. vnde habuit originem.verfic. eft igitur hæc noftra fcientia.

In fi.not.quòd nullus fe poteft excufare ab obediẽtia alicuius epifcopi faltem Papæ, alioquin acephalus cenfetur 93.dift.nulla ratione.& etiamfi fit exemptus, ad diœcefanũ debet in facramẽtis & alijs neceffariis primò recurrere.ĵ.de præfc.veniẽs §.chrifma. aliàs nullus epifcoporum extraneorum præfumat talibus miniftrare.18.q 2.abbatib.fed Hug hoc aliter intellexit.dic quod formæ priuilegij ftandum erit.ĵ.de priuileg.porrò.

5 **Sub qua forma** † præftanda eft? Religiofi certam formam habent, & ipfam teneant. formam autem quam epifcopi fuis metropolit.præftant, habes infrà, de iureiurando: ego. à quibus vltra formam aliquid exigẽdum non eft.infrà eodem.dilecti filij.de forma abbatis legitur infrà, de fimo.ne Dei ecclefiam.Item canonici fidelitatem iurant: infrà de verb.figni. cùm clerici Placentini & archipresbyteri.ĵ. de fent.& re iudi. cùm inter vos.multò fortius Archidiaconus. ĵ.de exceffib.prælat.grauem. clerici autem qui eam præftant, ad manualem tantùm tenentur, fecundum Deum & canones.ĵ.eodem.his quæ.& capitu dilecta.ĵ.de reftitut. fpolia.olim.infra, de inftitu.ad decorem.ergo nec per iuramentum, nec per fcripturam fe obligant: infrà eod. legebatur. nec homagium faciunt.ĵ. de fimo.ex diligenti.infrà de regul.iur.capitu.fina.& hoc verum eft, nifi fit is cui cura committitur: talis enim iurat, infrà, de iureiur.nullus.ĵ de priui.antiqua.s̃.de electio.fignificafti.24.diftinct. quanquam & idem in his, qui perfonatum habent, vt patet in iuribus fuperius allegatis: nam de his quamuis curam animarũ non habeant, idem iudicium eft habendum: fuprà, de elect.dudum 2. §.pen & iunge quod not.s̃.de elect.§. quid operetur.verfi.iuramentum.& fequentibus.

6 **Et ad quid** obediens † teneatur. Religiofus fui maioris magifterio in omnib. obedire tenetur, & fubiici ei omni obedientia & deuotione.18.quæftio.2. Abbates. fecularis verò & regularis confequenter obedire debet præceptis maioris, in his quæ pertinẽt ad diuinum cultum, vel refpiciunt vtilitatem communem. 7. quæftio. 1. quia frater nofter.ĵ. eod.dilecta.prope fin.ideo fi quid præcipiat maior, quod canonicis obuiet inftitutis, feruandum non eft.ĵ.e.quod fuper his.s̃. de temp.

ADDITIO.

a Archidiaconus præponitur. ¶ Adde Domi.in cap. quanquam. 2.q.7.idem Do.in c.epifcopus.17.dift.

de temp. ordi ad aures. & c. dilectus. & de offi. Archidia. c fi. 11. q. 3. si dominus. & c. Iulianus. & § hic. & si. vt dictum est in fin. & c. si quis episcopus. hoc si certũ est, quod iniustũ, siue iniquũ sit sicut sit si petat procuratio immoderata, vel præcipiatur, quod pœnitentia reueletur, ĩ. de exces. præla. cùm ad quorundam. & c. dilectus. nunquam enim propter obedientiam malum cõmittẽdum est, licet bonũ aliquando debeat intermitti. 11. q. 3. quid ergo. alias in dubio obediendũ est. 23. quęst. j. quid culpatur in fine quia melior est obedientia, quàm victima: ĩ. eod. illud. infrà de hæretic. ad abolendam nam per victimam aliena caro, per obedientiam propria mactatur. 8. quæs. j. sciendum. & si iudex præcipiat aliquid quod non pertineat ad officium suum, impunè non parebitur. ff. de reg. iuris. factum à iudice. & ĩ. e. cum in ecclesiis. & uacante sede capitulũ in omnibus prælatum repræsentat, ĩ. e. his quæ ĩ. de hær. ad abolendam. præterquam in collationib. præbendarum: ĩ. ne sede vacante illa. & est ratio, ne prælatus habeat clericum quem nollet, ĩ. de instit. c. fi. Item non potest dare presbytero licentiam transeundi. 24. distinct. presbyteri. 21. distinct. fraternitatem & est ratio. quia cùm res alienare non possint. 12. q. 2. si qua de rebus. multò minus pſonas cùm maior sit alienatio personarum quã rerũ. arg. 12. q. j. præcipimus. in absentia aũt aliquis non est subijciendus ignorans nec citatus, ĩ. eod. inter quatuor. & c. vlt. & subdia. domini Papæ inter cæteros honorandus est. nõ tñ eximitur ab ordinaria iurisdictione ĩ. e. per tuas Quid si dubitetur, obediat: nã & si forte reũ faciat superiorem iniquitas imperandi, tñ inferiorẽ innocentẽ ostẽdit ordo seruiendi. 23. q. j. qd culpatur. in fin. sic potest peccare superior præcipiendo, & subditus mereri, ex eodem facto obediendo. sic 33. q. 5. manifestũ. & c. noluit. ĩ. de iureiu. debitores. Quid si mandet contra fidem, non obediet: quia nec in talibus ignorantia excusat. 16. q. j. si cupis. imò in talibus ignorans ignorabitur. 38. dist. qui ea. Quid si duo sunt domini cõtraria præcipientes, ſm Aug. maiori semper obediendum est. 11. q. 3. qui resistit. sed ꝯ, quia clericus magis tenetur obedire Episcopo. quàm metropoli. 9. q. 3. per totum.[a] & monachus magis Abbati, quàm Episcopo. 58. dist c. j. & 2. nec episcopus debet inferioris sententiam relaxare: s̃. de offic. ordin. cùm ab ecclesiarum dic quòd c. qui resistit. loquitur quando negotium, super quo mandatur, translatum est ad superiorẽ iudicem per ap. tunc enim ad eum spectat mãdare, ad quem spectat negotium principale. arg. s̃. de offic. deleg. prudentiam. in fi. & c. pastoralis § præterea. & ideo maiori est obediendum: vel loquitur, quando minor iudex habet iurisdictionem à maiore, & maior reuocat in eo casu in quo põt. ff. de iud. iudicium. & ar. ad idẽ. C. de offic. rec. prouinc l. potiores. vel si bene intelligatur litera illius canonis, cessabũt obiectiones. nã in primo exẽplo loquitur de curatore, qui nullam habet iurisdictionẽ: & si habeat administrationẽ. loquitur etiam de proconsule, qui habet iurisdictionẽ & ideo ei obediẽdum est. In secũdo exẽplo ponit de proconsule & principe. Item de principe & de deo, in quib. casib. incunctanter principi ꝯ mandatũ procunsulis, & Deo ꝯ mandatũ principis parendum est. 8. dist. quæ contra morem. in fi. secundũ Goffre. Quid si domini æquales sint, de quo quæsitum est ab initio: puta duobus episcopis facit quis obedientiam? resp. Si utrique potest obedire, ad hoc tenetur. ff. de operis lib. duorũ libertus. alias obediat ei cui primo iurauit; quia iuramentum primũ licitum seruandum est, vt no. ĩ. de iureiu § quot Comites. uersic. item si duo iuramenta, nec enim potest habere tit. nisi unum, ut not. ĩ. de præb. §. vlti. nisi fortè ratione maioris beneficij translatus intelligatur, secundũ ea quæ not. ĩ. de conces. præb. § j. tunc enim debet obedire ei cui principaliter subest. Sed quid si autho ritate Papæ & ex certa sua sciẽtia intitulatus sit qs in duob. locis & sub diuersis prælatis: tunc obediat ei à quo maius beneficium habet, & qui utilius præcipit. ar. ĩ de testa. cum in officiis. & c relatum. 2. ad fi. infrà, de postu. c. fi. ꝙ si omnia æqualia sint, locus est gratificationi. ff. ad Syl. se. cõ l. si quis in graui. §. si cùm omnes. Quid si quis sit canonicus metropoli. & eiusdẽ suffra. Et videtur obediendum Archiepiscopo arg. in his quæ no. s̃. eo. versi. quid si duo sunt domini & ff. de re iudicat. contra pupillum §. is qui ad maius tribunal. sed non puto, quòd aliud sit iuris quàm esset in alis duobus Episcopis, nisi intantum quod Metropol. in suffraganeũ animaduertere potest, argum s̃. de offic. ordi. pastoraralis. & uide quod not. suprà de offic. ordina. §. quid pertinet ad officium. versi. sunt autem distinctæ iurisdictionis & seq. Vnum tamen non omitto, quòd mãdato superioris etiam oneroso parendum est. 19. distinct in memoriam. & patientissimè toleranda est etiam iniusta correctio. c. distinct. contra morem & hæc omnia locum habet in ordinarijs iudicibus: cæterum si duo sunt delegati contraria mandantes, tunc locum habet decret. s̃. de rescrip. cum contingat. Item in vtrisq; locum habet litera: ĩ. de sen ten. & re iudic. c. fin. 7 † Quid de vxore, an peccet mortaliter frangendo votum abstinentiæ ad mandatum viri. cum maiori potestati parere debeat quam viro, ut superius dictũ est? respondeo Deo obedit, dum in hoc uiro obedit: quia hoc facit iuris authoritate. 33. quæstio. 5 manifestum. & cap noluit. Quid si episcopus velit monachum instituere in prælatum in ecclesia seculari: Abbas nolit, cui magis obediendum est[b]. respon. abbati. 16. quæ. 1. cum pro utilitate, & c. monachi. 58 distinct. c. j. & 2. nec ob. 16. q. 1 qui verè. quod enim ibi dicit, nisi iubeatur ab episcopo, suppleo cum licentia abbatis: sed fateor, quod si episcopus causa necessitatis uelit hoc secũdum vetera iura, & statum antiquum ecclesiæ, ut 55. distin. priscis. siue hodie causa utilitatis, vt in c. cum pro vtilitate. cogendus est abbas consentire, & monachum licentiare, vel ad superiorem recurrendum est. vt no. in eo qui postulatur in Episcopum, si à suo prælato non conceditur: supra, de postu prælat. circa princi. & iunge quod no. infrà de statu mo. §. vtrum populum regere possint. Item quid si episcopus vocet monachũ ad se ad ministerium cubiculariatus,[c] nunquid potest inuitum, uel inuito Abbate extrahere? Videtur quòd sic. 2. quæ. 7. cum pastoris. sed puto contrarium, quia hoc est priuilegium solius Papæ, ad quẽ licet ad se reuocare clericum vel monachũ. 9. q. 3. per principalem, sed si Papa vocet ad se monachum, & abbas contradixit, monachus obedire debet Papæ. 8. di. quæ ꝯ mores. & 11 q. 3 qui resistit. secundum Goffr. Item quid si prælatus vocet ad se aliquem religiosum ad suum comitatum, id est, vt secũ vadat. & eum concomitetur, & associet, vbi religiosus generalia statuta sui ordinis obseruare non potest, puta prçlatus frequenter equitat, & fratrem prędicatorem equitem secum ducit cum sit de generali statuto ordinis, ut nullus equitet, nisi infirmus: & certè consulo, ut ad claustrum proprium reuertatur, nec periculum suum exponat commodis alienis. 40. dis. sicut nõ suo. & idẽ dico in fratre minore prælati alicuius camerario constituto, cum sit de ipsorum generali statuto, vt denarios nõ cõtingãt: satis enim absurdum reputo talium manus ex cõtactu pecuniæ rubiginosas fieri, & frequenter insistere calculo rationũ. Quem enim senseris, aut semper, aut crebrò de nummis loquentem institorem potius habeto quàm monachũ. 16. q. j. si cupis. ſm Goffred. & uide ĩ. de postulã. §. quid pertinet. versi. religiosi. verum tamen si de pręcepto Papę vel superioris sui deputatus sit, & nequeat misericordiam inuenire, necesse est obedire. argum. s̃. de off. del. si quãdo & in his quę not. s̃. eo. § resp. 1. & ver. item quid si episcopus vocet monachum & ĩ. eod. §. fin. & no. quod monachi & regulares magis sũt adstricti obedire suo abbati vel priori tanquam qui renunciauerunt proprię voluntati, quam clerici seculares suo Episcopo. 12. quæstio. 1. non dicatis. s̃. de offic. ord. quãto. Item clerici sunt magis adstricti quàm laici. arg. 81. distin. primatus. Ad huius autem materiæ tradendam doctrinam breuiloquam sic distingue. Aut iudex est indignus gratiæ Apostolicæ sedis: puta quia est hæreticus, vel excommunicatus, & tunc ei obediendum non est, vt s̃ de off. ord quod sedem. 24 quæst. j. audiuimus. 15 quæst. 6. nos sanctorum iuratos. aut non est indignus & tunc in excommunicationis sententia obediendum est, vt 11. q 3. c j. & 2. nisi in casibus not. infra de cleri. excommuni. § qualiter excusentur. In præceptis autem subdistin. vtrum præcipiat id quod ad officium suum non pertinet, & tunc obediendum non est. ff. de regu iur. factum. 7 quęstion. j. quia Coepiscopus, & frater noster. Aut pręcipit id quod ad officium suum spectat: & tunc si certum sit, quod sit bonum, obediendum est: quod qui non fecerit, pœnam patietur: vt no. ĩ. eod. §. fina. Aut certum est, quòd est malum & iniustum, & tunc non est obediendum: vt 11. quęst. 3. non semper Iul. & capit. si dominus. & supra, de temp. ordin. dilectus. ne ueniat contra conscientiam, ut 28. quæstion. 1. §. ex his. excipe suprà, de offic. delega. si

quàndo

ADDITIONES.

a Et monachus. ¶ Adde, an monachus tenetur obedire prælato in his quæ sunt contra regulam? dic quòd non, vt in c. qui verè. & in c. cum pro vtilitate. 16. q. 1. quod intellige de regula per sedem Apostolicam approbata; secus si non est approbata, secundum Inno. in c. dilecto. & ibi Card. Zaba. post eum, in 7. no. de off. arch.

b Cui magis obediendum est. ¶ Adde Ab. in c. cæterũ. in 3. col. de iudi. Abb. in c. cum ab ecclesiaru. in pen. col. de offi. or. Abb. in c. cum contingãt. de fo. comp. Inn. in c. quanto. de off. ord. & dicit Ar. in c. qui resistit. 11. q. 3. ꝙ in his quæ spectant ad officium Abbatis, magis obediet Abbati: sed in his quæ versantur in figura iudicij, magis episcop. & vide Card. in clem. ne in agro. in §. quia vero. in 8. q. de sta. mo. dicentem, quod præponet episcopũ in cura animarum ab eo suscepta, in decimarum, & primitiarum ratione reddenda, in causis ordine iuris tractandis. sed abbatem præponet in fractione voti, in abstinentia, vel in silentio tenendo, &c.

c Cubiculariatus. ¶ Adde Inn. in c. cũ olim. de re iud. do. in c. ex rescr. de iureiu. Abb. in c. quanto. in j. no. de off. ord. Abb. in c. cũ I. & A. de re iudi. Ab. in c. sopitæ. de censi. Car. Zab. in repe. c. licet. de ele. Do. in c. si religiosus. de electio. lib. 6. Lud. Ro. sing. 166. inci. An Episcopus.

quando.& c.paſtoralis.§.quia uerò.uel fortè illud eſt ratione dubij: quia ex quo litigatur, dubius eſt euentus: ut ff. de pecu. quod debetur.& ad legem Iul. de adulter. denunciaſſe. Si ergo dubitetur, ſemper in dubio eſt obediendum: ut xxiii.quæſtio.j. quid culpatur. ſed fortè hic pœnam non patietur, ſi non obediat, dum tamen probabilem cauſam dubitationis oſtendat. ar. inf.de ſen.excom ſacro.ſed & caueat, nec certum uel notorium dubium dicat.ſuprà, de reſcrip.cùm contingat.ad fi.j̃.de ap.cõſuluit.& iunge quod no.j̃.de ſenten.excom.§.ex quibus cauſis. ſub §.quod autem.

Quid ſit priuilegium, & quod ſit priuilegium utriuſq;. Patet ex ſuperioribus: ſed in priuilegio ex prærogatiua ordinis, addas quòd ad ſacros ordines promotus eligi poteſt, non tamen in minori ætate, uel minoribus conſtitutus, ut s̃. de ętat.& quali §.ætas.& §.ordo.& de elec.dudum.

8 Et qua Pœna inobedientes † ſint feriendi. Excommunicandi ſunt, j̃.eod.ſi quis. & ſi proteruitas exigat, omnino procul pellendi: j̃.eod. cùm in eccleſiis. in fi.ſed tranſgreſſores præceptorũ Apoſtolicæ ſedis quodammodo infames uidentur j̃.eodem.illud.s̃.de elect dudum.Greg.reſpon.1.3.& 4.ſi quis à ſuo, quia talis inobediens quatuor euangelia uidetur contemnere.xx.diſtinct.de libellis.in fine inobediens etiam mortaliter peccat, quia peccatum Ariolandi & Paganitatis committit.lxxxi.di.ſi qui ſunt presbyteri.& in culpa relabitur Protoplaſti.xxxiiii.diſt.curandum.ergo poteſt beneficiis ſuis priuari, j̃.e. cùm in eccleſiis. j̃.de exceſ.præla.illud.quia non debet ſe quis ꝯ prælatum ſuum per ſuperbiam erigere, ut ibi dicit, alioquin poteſt puniri, & de eccleſia eiici ſicut Adam priuatus fuit per inobedientiam gratia Dei, & eiectus à Paradiſo: nam qui non obedit principi, mori debet.j̃.e.ſi quis. & adde quod no.j̃. de dolo.ſub rubrica, de contumacia.§.qualiter contumacia. & de immu. eccle.§ fi.uer.qui verò in eccleſia.& s̃.de elec §.quis eligi.ſub.§. itẽ ſciendum.uer.de contemptu clauium.

DE TREVGA ET PACE. Rubrica.

SVMMARIA.

EGimus ſuprà de officio iudicũ eccleſiaſticorũ, ad quorũ officiũ ſpecialiter ꝑtinet, pacẽ inter ſubditos tenere, & reformare.xc.di. diſcordãtes, & c.diſſentientes & quia ꝑ treugã ad pacẽ deuenitur, uideamus de treuga, & pace, Quid ſit treuga, Quid pax, Quid ſit iuſtum bellum, De cuius belli treuga hic loquat̃, Quot ſint ſpecies treugæ, Quid operetur.

a 1 Quid ſit † treuga. [a] Securitas perſonis & rebus ad tempus præſtita, diſcordia nõdũ finita, quod in lege dicit fœdus vel induciæ.ff.de ca.& poſtli.re uer.non dubito.& l. poſt liminium.§.induciæ.

2 Quid pax. † Diſcordiæ finis, & tamen pax treuga uocatur.23 q.4.ſic illic.

3 b Quid ſit iuſtum † bellum. [b] dicit decretum, ꝙ militare peccatum non eſt.23.q.1.militare.qđ verũ eſt, ſi à principe indicatur, ut ſequitur j̃.ſimiliter pro defenſione ſua ſeu patriæ ſuę, uel legum paternarũ.ead.q.7.ſi nulla.& quãdo bellum iuſtũ eſt, non ſolum hæretici, ſed omnes capiũtur & ſpoliãtur, & ſpolians dominus rei fit.ea.q.5.dicat.diſt.j.ius naturale. ff.de acquir.rerum domi.naturalem §.ult. ſed quod dicit Ambro.in d.c.dicat.uidetur ſibi contradicere, quia in prin.dicit, ꝙ res capta eſt victoris: poſtea uidetur dicere, ꝙ ſit regis.& in Ge. 16.c.in fi.ita dixit Abrahã, Nõ accipiã ex omnibus quæ tua ſũt. ad hoc dic ꝙ Abrahã non ſuberat illi regi, nec erat de regno ſuo & ideo præda erat in ſua poteſtate, alioquin ſi non fuiſſet ſua, non poſſet dediſſe decimas Melchiſedech.imò nec Abraham legitur ibi aliquid cepiſſe, ſed ſolam prædam factam illi regi recuperaſſe, quæ & antequam rex ei occurreret, in manibus ſuis erat, ſicut dicit litera.unde potuit inde dare decimas, poſt occurſum uerò eidem regi reddidit omnia: ſed regi ſufficiebant animæ. Abraham uerò nec quicquam inde colligere uoluit, ſed liberaliter omnia reſtituit, & ideo dixit, Non accipiã ex omnibus quæ tua, ſubaudi, fuerunt & ſunt: quia tibi omnia reſtituam. uerùm ſi quis ſub aliquo militet, tota præda eſt domini: ſed dñs ipſe tenet̃ ipſam æqualiter diuidere.ead.q.1. militare.& hæc diuiſio fit ſecundũ qualitatem perſonarum.ſic & decimæ dant̃ Epiſcopo, vt eas diuidat.12.q.2.conceſſo.quod ergo dr̃, ea quæ in bello capimus, noſtra fieri, ut in d.l.naturalem, uerũ eſt ꝙ ſunt capientis, ſed tenetur illa dare domino, ut diuidat ſecundum merita perſonarum Ioann.eſt ergo iuſtum bellum, quod edicto perpetuo principis geritur de rebus repetendis, aut propulſandorũ hominum cauſa.23.q.2.iuſtum.& §.cum ergo. & breuiter, qui authoritate ſui iudicis rectè interueniente, accipit gladium, ſiue iubentis, ſiue conſentientis iuſtum eſt 23.q.3.§.ecce quod.ſuper hoc uide quod no.j̃.de reſt.ſpo.§.1.ſub §.intelligendum.uerſic. item not.& ſequen & accedit ea.q.4.ille gladium & q.5.milites & c.ſe.& c.regnũ.& §.1.& c.ſeq.& § præterea, qui ergo authoritate propria accipit gladiũ, gladio feriendus eſt.24.q.1.§.1. Sũt 4 tñ qui dicunt, bellũ † iniuſtũ cenſeri quinq; modis. Primò, rõne rei, ut ſi nõ eſt de repetendis rebus, uel ꝓ defenſione patriæ.23. q.2.c.1.& q.vl.ſi nulla. Secundò, ratione cauſæ, ut ſi uoluntariè non neceſſariò pugnetur.ead.q.1.noli. Tertiò, ex animo, ſ. quando fiat ad vindictam.ead.q.quid culpatur. Quartò, ſi non fit authoritate principis.ea.q.2 c.1. Quintò, ratione perſonæ, ut puta quia eccleſiaſtica eſt, cui nõ eſt licitũ effundere ſanguinem, nec per ſe, nec per alium, ea.cauſa.q.vlt.§.1.& c.clerici.& c. his à quibus.& j̃.de uoto.ex multa.§ fi. In hoc etiam eſt diſſenſio. Quidã em̃ dicunt, ꝙ clerici poſſunt vti armis defenſiõis tm̃, ut clypeo, lorica: ſed non impugnationis, ut enſe, lancea, aliquo gladio. Alii dicunt, ꝙ in neceſſitate ineuitabili pro ſe tantùm, nõ pro aliis ad defendendum poſſunt omnia arma ſumere: ſed ſi aliter poſſunt euadere, nõ ſumant: j̃.de hom.inter feciſti.& c.ſicut dignũ. & capit. ſuſcepimus. & c.ſignificaſti.23. q.vlt conuenior. & ſecundũ hoc intelligunt, j̃.de cleri.percuſ.præſentium.& c. continentia. Alij dicunt, ꝙ authoritate Papæ hæc poſſunt, aliàs non. Gratianus dicit, quòd poſſunt non in perſona propria, ſed per alios.ea.q.ut pridem.ſ.hortando eos ad pugnam.Ioan. dicit in d. diſt.quòd non poſſunt, ſiue ſint in ſacris, ſiue non.ead.q.c.1.& 2 c.& his à quibus, niſi fortè pro defenſione ſua & vehementiſſima cogẽte neceſſitate, & niſi ꝯ paganos iuſſu maioris, & niſi habeãt iudiciariã poteſtatem.& ſic intelligunt c.quæ uidentur contradicere, uel niſi pro defendenda iuſtitia conſilio epiſcopi. de pœni.diſt.5.falſas.ſed ibi loquitur de milite, uel alio officiali lai-c co. Alij dicunt in d.diſt.quòd clerici poſſunt vti armis ſe [c], ſuáq; defendendo, uel recuperando, ut in allegatis decret.de homicidio & de app.ſignificauerunt.& de reſti.ſpo.olim cauſam.& 1.di.ius naturale.nec obſt. c. allegata ꝓ Ioan.quia loquuntur de his qui ſumũt arma voluntate, nõ neceſſitate, uel ꝓ defenſiõe.licet em̃ clericis, & maximè qui iuriſdictionem habẽt temporalem, hortari alios ad arripiẽdum arma pro defenſione oppreſſorum, & ad impugnandum inimicos Dei. Item pro ſua, & patriæ ſuæ ſeu legũ paternarum defenſione, & pace, iuſtitia tuenda: bellum em̃ gerit̃, ut pax acquiratur.hęc probant̃ de pę.diſt.5 falſas. & 23.q. 1.noli.& q.vl.§.2 his ita.vſque ad aliũ § in regiſtro.&c.ſcire, ut dicit Papa, ſcire vos oportet, quòd nunquam ab aliquibus homines noſtros ſinimus opprimi: ſed ſi nulla neceſſitas incurrit, præſentialiter iudicamus, quia noſtri gregis in omnibus ultores eſſe debemus, & præcipuè adiutores. Nec obſt.illa duo capitula, quæ ibi ſequuntur, reprehenſibile, & ſine morte. quia loquuntur ſecundũ qđ dicit Gra.in ſeq §.in epiſcopo qui nõ habet temporalẽ iuriſdictionẽ. In conſtitutionibus tñ legatorũ Apo.ſe.in prouincia edictis continetur, ꝙ ſi quis clericus ſine licentia epiſcopi ſui cultellum cum cuſpide detulerit, non gaudebit priuilegio clericali. Verùm ſi quæras quid circa hunc articulũ tenere debeas, ſatis innuitur in præmiſſis iuribus, & in his quæ not. j̃.ne clerici vel mo.§.quæ ſunt permiſſa clericis.ſed quicquid dicant cõſtitutiones, & quicquid velit tam lex canonica, quam diuina, clerici noſtri tẽporis in omnibus & ꝑ omnia facti ſunt militares. Lex autem aſſerit, ꝙ hi quibus populus Romanus bellum indicit, uel ipſi populo Romano, hoſtes propriè dicuntur, cæteri latrunculi.ff de cap.& poſtli.reuer.hoſtes. unde videtur, ꝙ bellũ, quod tota die exercent principes noſtri temporis, eſt iniuſtum, & ꝙ etiam per diffidentiam fidem ſibi remittere non poſſunt, cùm em̃ natura inter nos quoddã ius cognationis conſtituerit, hominẽ homini inſidiari nephas eſt.ff.de iuſti, & iure.ut uim.q a hoc ius ꝑ pactũ renũciari nõ põt.ff.de.pact.l.ius agnatiõis.C.de pa po.abdicatio. etiam ſi ad inuicem conſentiant. ff. de pact.ius publi-

ADDITIONES.

a Quid ſi treuga. ¶ Adde Arch. in c.illi qui ſunt.24.q.iiij.

c Quid ſit iuſtũ bellum. ¶ Adde Inn.in c.olim.el j.de reſt.ſpol.Bal.& doct.in c.ſicut.de iureiu.Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.Bar in l.hoſtes.ff. de ca. .S.Th.ij.q.xl art.j Io.de Lig.in tract.de bello.&Bar.in tract.de pugna.

c Clerici poſſunt uti armis. ¶ Adde do.in c. ſignificaſti.de homi. do.in clem. ſi furioſus.de homicid.

publicum.nam ciuilis ratio naturalia perimere nō poteſt. 5. diſt. §.1.ff de capi.dimi. eas.& Inſti.de iur.nat.gent.& ciui:§. ſed naturali 1. tales ergo puniendi ſunt,quia non debet remanere malitia impunita.ff.ad le. Aql.ita vulneratus. circa fi. & de fideiuſſo. ſi à reo.§ fi.& ad hoc.ff.de pact.ſi vnus.§.illud.& §.ſeq.& generaliter prohibitū eſt,ne quis ſibi ius dicat.C. ne quis in cau.ſua iudicet & vnde vi.ſi qs in tātā.ff.quod me.cau.extat edictū.nec licet mouere.nec ꝑtare arma inſcio principe.C.vt armor.vſus inſcio p: in.inter.ſit. in rubro & in nigro.lib.11.nam & qui iniuſſu, id eſt ſine iuſſu principis bellū gerit,tenet lege Iul.maieſtatis. ff. ad le.Iul.maie.l.3.ad idem in auth.de man.princ.col. 3. & de armis ,col.6 quāuis neceſſitate imminente ſufficiat authoritas magiſtri officiorum,ſicut traditur.C.de fab.l fi.lib. 11.ſolet tñ princeps aliquibus concedere,qñ ad inſpiciendos agros ,uel ob aliā cau ſam ꝓficiſcūtur, quòd cingulo poſſint vti.qđ tñ ad nullius læſi onem reſpicere videatur.C.de præpoſi.ſacri cubi.l.fi. lib. 12. Eſt tamen in l.contra argu.quia ſi cum aliqua gente fœdus amicitiæ non habemus , hi hoſtes quidem non ſunt , homo tamen noſter liber,qui ad eos peruenit, ſeruus eorū fit, & quod de noſtro ad eos peruenit,ipſorum fit.& ecōtrà,quod de ſuo ad nos peruenit,noſtrum fit.ff de capt.& poſtli.reuer.l. 5 §.in pace.Sed illud pōt intelligi,qñ fit authoritate iudicis,& dicitur pax reſpectu belli hoſtiū populi Romani Sed & ſi quis aſſaſſinos receptauerit,hodie eſt à po Rom perpetuò diffidatus, & poſſunt bona occupari,ita ꝙ nulla alia diffidentia requiritur:videt ergo, ꝙ in aliis requiratur,& ꝙ ex quo quis aliū diffidauit, ipſum iuſtè impugnat,ar.in auth.d.n.de homi.extra.pro humani.§.fi. ſed & illud intellige,quando interuenit authoritas iuris, uel iudicis.Si ergo aliquis ceperit hominem noſtrum ſine authoritate iudicis uel ɔſenſu,pōt peti per interdictum de libero homine exhibendo.res uerò per ui bo.rap.cautio per edictum,quod me.cau. C. quod me.cau.l.2 ff.vi bo.rap.prætor ait. Sed ſi authoritate iudicis rem noſtram occupauerit quis,iuſtam cauſam habet detinēdi,& ideo habet exceptionem.ſic intelligi poteſt.ff.de lib ho. ex hi.l.2.& 3.& de lib.exhi.l.1.§ in hoc interdicto. tñ & illud dico , ꝙ ſi inferenti iniuriam inferatur iniuria repellendo ob tuitionē ſui corporis,repellens non tenetur.ff.de iuſti.& iure. ut uim & ad leg. Aquil.ſed & ſi quæcunque.ĩ de reg.iur. quod non eſt licitum.23.quæſ vlt.ſi nulla.Sed quid ſi quis non habeat copiam iudicis,recurrat ad principem , aliàs illicite aget,nec propter periculum rerum aliquis debet violentiam inferre ſine authoritate iudicis,quia expedit potius,poſt tunicam relinquere pallium.infrà de homi.ſuſcepimus.quod credo verum,ſi nō potuit retinere res ſine periculo mortis alicuius:aliàs ſi non immineret periculū mortis res ſuas poſſet retinere.arg.ĩ.de ſtat.mo.in ſingulis. §.fi.ff.de min.in cauſæ.1.& quæ in frau.cre.ait prætor.§ ſi debitorē.& ar.ĩ.de iureiu.verum.Sed vt aliquam doctrinā habeas de hac materia,notabis ꝙ multiplex eſt bellum. Vnum,qđ eſt inter fideles & infideles,& hoc iuſtū eſt reſpectu fidelium.ĩ.de hære. excommunicamus. Aliud,quod eſt inter infideles, hinc & inde. & hoc multiplex eſt:quia aut fit authoritate iudicis,aut authoritate iuris,aut propria voluntate.Si fiat authoritate iudicis legitimi,puta quia hi contra quos authoritatem dat immediatè ſubſunt ei,& habet ius exercendi merum imperium, nec eſt author in cauſa propria,nec erat iuſtum. poteſt induci ad hoc, ff.quod met.cau.continet.Igitur contra non ſubditos non dabitur ac.nā actor ſequitur forum rei,vt not.ĩ.de foro compe.§. quibus ex cauſis.circa prin.vnde nec eſt vnus pro alio pignorandus,uel impetendus.vt C. ne uxor pro ma. & ne filius ꝓ patre. per totum. & in auth.vt non fiant pignoratio.col. 5.& uide quod no. ĩ. qđ met.cauſa.§ qualiter re tractetur. niſi fortè in defectum iudicis iniuriantis nolētis ius reddere,vt 23.queſ.2.c.2.quia vnus iudex ſupplet defectum alterius,ut no.ſ.de offi.deleg. §. quod ſit eius officium.uerſicu.ſed per quam.& ĩ.de foro compe.§. quibus ex cauſis verſicu.ſed nunquid iudex ſecularis.& adde ĩ.eodem § ſi ergo.Is etiam qui non habet merum imperium, hanc authoritatem date non poteſt ff.de iuriſdictio.omnium iudic l.3. & 4. & iunge ea quæ not.ſuprà,de offic.delegat.§.quæ delegari poſ.uerſic.delegantur.&§.ſi quis delegare. Item nullus in cauſa propria author erit , ut apparet in his quæ not.ſuprà eodem.§.uerſic. eſt ergo iuſtum bellum,& uerſic.lex autem. & de offic.ordi.§. quid pertinet.ſub §.eſt autem archiepiſcopus.uerſic.permutat ſocijs. Item error iudicis non excuſabit ſaltem à toto : ſuprà, de temp. ordin.dilectus §.cùm igitur.& de tranſla. epiſcopi.inter corporalia.§.ultim.Nam & ſi probabilis eſſet, tamen comperto errore eſſet ſatisfaciendum.inf.de frigi.fraternitatis.§.quamuis. & ĩ. de purg.vulg.ſignificantibus.eſt tamen prima facie pro authoritate iudiciaria , niſi apertè apparet contrarium pręſumendum. argum.ff. de acqui. poſſeſſ. iuſtè poſſidet. & ne vis fiat ei qui in poſſ.miſ.eſt l.1.ſuprà,de renun.in præſentia.Ergo qui authoritate iudicis legitimi non errantis impugnat alium , iuſtè impugnat :impugnatus autem ſe iniuſtè defendit : quia tanto magis apparet de contumacia & præſumptuoſa rebellione.argum. de pœniten diſtinct.6 §.1.ad finem.ſuprà,de maiorita.& obedien. ſi quis.ff.de rei vend.qui reſtituere.Idem eſt, ſi fiat authoritate iuris, ubicunque ſ.à iure conceditur, quo ad illum cui ius concedit,ſicut eſt ponere exemplum per iura ĩ.eod uerſi.quid ergo. & ſeq.& in auth.d.n.vt not. ſuprà eodem. uerſicu. ſed & ſi quis aſſaſſinos.& in C.ubi, uel quando licet vnicuique ſine iudice ſe uindic. l.1.& 2. Item in proximi vel vicini iniuria repellenda: ſed & prælatus,ad quem vterque gladius pertinet, contra iniuriantes eccleſię ſuæ vtroque gladio authoritate propria uti poteſt,& debet.& probatur in auth.d.n.extrà de ſent.exc. dilecto. §.& quidem cùm liceat . In ſupràdictis & conſimilibus caſibus is qui gladio vtitur , iuſtè facit: & per conſequens is qui defendit ſe,temerariè ſe defendit:ſapienter autē faceret,ſi ſe emendaret & corrigeret vitam ſuam.ĩ.de iud.cum non ab homine.Sed ſi non interueniat authoritas iudicis vel iuris,hincinde iniuſtum eſt quo ad impugnantes : ſed quo ad defendentes , hincinde iuſtum eſt.de iuſtitia & iure.ut uim.quod qualiter intelligendum ſit , not.infra.de reſtit.ſpol.§.quis poſtulatus uerſicu intelligendum eſt autem,& ſeq.Vt autē in ſumma prædicta recolligamus aliud poteſt dici bellum Romanum,puta quod eſt inter fideles & infideles:& hoc iuſtum,ut not.ſ.eo §.ver.vnum. Hoc autem voco Romanum , quia Roma eſt caput fidei noſtræ, & mater. 25.q 1. his ita.C de ſumma trinita.l.fi.24.q .1. hæc eſt fides. & c. quoniam.ĩ.de hæret.ad abolendam . Secundum , quod eſt inter fideles pugnantes authoritate iudicis: & hoc iudiciale pōt dici, & eſt iuſtum,ſecundum ea quæ not. ſuprà eo.uerſi.ſi fiat. & uer. ergo qui authoritate iudicis Tertium , quod faciunt fideles iudici cōtumaces,& poteſt uocari præſumptuoſum.& eſt iniuſtum, ut not. ſuprà , eodem verſic. ergo qui authoritate Quartum, quod faciunt fideles authoritate iuris,& hoc poteſt dici licitum & eſt iuſtum.Quintum , quod faciunt fideles contra authoritatem iuris,& hoc poteſt dici temerarium , & eſt iniuſtum : ut de his duobus not.ſuprà eo.uerſ.idem eſt. Sextum,quod faciunt fideles propria authoritate , alios impugnantes, & hoc poteſt dici uoluntarium,& eſt iniuſtum.Septimum.quod fideles faciunt defendendo ſe authoritate iuris contra voluntatē impugnātes, & hoc pōt dici neceſſariū , & eſt iuſtum : & de his proximis duobus not ſ.eo.verſi.ſed ſi non interueniat . ergo in Romano , iudiciali , licito , neceſſario non tenetur quis ad reſtitutionem , in præſumptuoſo verò temerario & uoluntario tenetur quilibet ad reſtitutionem.ſecundum hoc intellige,ĩ. de iureiu. ſicut & ĩ.Quid ergo de comitibus noſtris, qui tota die ſine authoritate principis arma ſumunt,& ſumi faciunt , & vaſallos proprios exhęredant? Non dubito,quin ad reſtitutionem teneantur,niſi ſeruent iuris ordinem,qui eſt,ut ſi vaſallus vult ſtare iuri , audiatur. ſi contumax eſt,impugnetur,quod poteſt fieri authoritate iuris, vel iudice pręcipiente ff.de rei vend.qui reſtituere.Cod.de epiſcop & cle.ſi quis in hoc genus.Cod.de his qui latro.occul.l. vltima.§.1 aliàs ſi obediens ſit , tunc non eſt vtendum gladio. Cod. de offic. ciuil. iudic.l.1. Cod. de act.& oblig. negantes. Cod. de glad.l.unica.lib. 11.nulli enim licet arma ſumere ad alium impugnandum ſine authoritate iuris vel iudicis , aliàs pœnam habet , cùm intelligatur violentia inferri ff. quod met.cau.extat. ff.de vſuf.æquiſſimum.ff.de iure priua.creditores.ff. de orig. iu. l. 2.§.poſt originem.ff.de reli.& ſum.fu.oſſa. reſpon. 1.ff. de pub. & uect.licitatio.§.quod illicitè C. de Iudæ. nullus.& in conſtitutionibus feudo de pace tenenda per totum . eſt tamen contrà argumen in conſtitutionibus feud.de inueſtitura , quam Titius accepit capit.fina.in fine & quæ fuit pri.cau..benefic. amit. §. illud tamen . ſed illud intelligi poteſt quando authoritas iudicis habetur.Si ergo dominus, qui immediatè ſubeſt principi,de uaſallo proprio conqueratur, & uelit tutiorem viam eligere , quo ad animam,conſulo quòd non dicat ſibi,uel authoritate principis gladium aſſumat,ſed ad diœceſ.vaſalli recurrat,ad cuius monitionem ſi obedire noluerit,excommunicabitur ratione peccati.ĩ.de iudic.nouit.ſ.titu.1.ſolitæ.ĩ.de cenſi.omnis anima.& ſi ꝑ annum excōmunicatus ſteterit,ex tunc diœceſ.ipſum & res eius exponet,arg.11.q.3.rurſus.& c.quiſquis.ĩ.de hære. excommunicamus.§.1.ſic recurrere debet brachium ſeculare ad eccleſiaſticum,ſicut econtrà fit.ĩ.de iud.cùm non ab homin.§. ult. & ĩ. de exceſ. prælat..tanta . in fine.& in hoc caſu etiam uidetur loqui. ĩ.de homi.poſtulaſti.hoc eſt quod fortè innuitur , quando dicitur,quòd vnus gladius altero ſemper eget. 10. diſt. ſi in adiutorium.& c.ſeq.xcv.diſt.cùm ad uerum.& c.duo ſunt,& in Lombarda,vt epiſcopi & Comites inuicem ſibi auxilium dent. in rubro & nigro.

De cuius belli treuga hic loquitur . De romano non:qa ab illo nulla die abſtinendum eſt.xxiii.quæſt.vlti.ſi nulla.inf.de regulis iuris . quod non eſt licitum , nec neceſſariò , quia neceſſitas legi non ſubiacet,ut notatur infrà,de obſeruat.ieiu.§.1.verſicul.& nunquid in uoto.ſi autem hoc intel-

ligas

ligas de iniusto, scilicet volũtario, hoc nullo tempore faciendũ est. 11. quæst. 3. Iulianus. & capit. si dominus. 23. quæst. 2. capitulo 2. Solutio. Potest hoc intelligi de iusto bello, à quo & si nullo tempore sit cessandum, minus tamen ei vacandum est his temporibus & diebus, de quibus hæc decret. supponit. & hoc idem innuit illud decretum, si nulla. cùm dicit, Si ineuitabilis vrget necessitas, vel importunitas. Idem potest intelligi de iniusto bello, quod & si nullo tempore faciendum est. minus tamen his tẽporibus & diebus, quàm aliis. Potest ergo intelligi de iudiciali & licito, indistinctè, & de uoluntario, non præsumptuoso & temerario, non tamen quod Papa propter hoc approbare uelit tale bellum: sed quia & si in totum corrigi non possit, homines refrenentur vtrinque.

5 **Quot sunt** † species treugæ? Duæ: conuentionalis & canonica. Conuentionalis dicitur, quæ ex cõuentione recipit formam sicut & contractus quilibet. ff. deposi. l. j. § si conueniat. ff. de regul. iuris. contractus. & sicut in vltimis voluntatibus, uoluntas est lex. in auth. de nupt. § disponat. collat. 4. & hæc hosti Romano seruanda est. 23. quæst. 1. noli. 22. quæst. 4. innocens. quod intellige, si & infidelis fidem seruat fideli, aliàs non. infrà, de iureiurand. peruenit. 2. 28. quæst. prima. si infidelis. C. de transact. si diuersa pars. & l. cum proponas. ff. loca. quæro. §. inter locatorem. 95. distinct. esto subiectus. contrà. 11. quæst. 3. inter verba. in fi. 23. quæst. 5. quod Deo pari. 22. q. 2. utilem. Nec obstat c. noli. quia & si non seruet fidelis fidem canonicam, dum tamen seruat conuentionalem, seruanda est ei. & est ratio, quia graue est fidem fallere. ff. de consti. pecu. l. 1. & publica dicitur respectu belli Romani. ff. de pactis, conuentionum. qui nimò quantuncunque frangatur conuentionalis, nullatenus est frangenda, seu vindicanda, secundum militum legem seu consuetudinem approbatam. Item canonica est illa treuga, de qua hic loquitur, & istam aliqui habent perpetuam, aliqui temporalem. Perpetuã habẽt clerici, monachi, ꝯuersi, ꝑegrini, & rustici cũ animalibus, & ministris omnibus rusticanis, dum sunt in agricultura, & redeunt, & vadunt: infra eod. innouamus. 24. quæst. 3. si quis Romipetas. infra de peregrin. capit. unico. habent autem hoc priuilegium rustici quamdiu fuerint in agricultura, sicut milites, dum militant. C. de restitut. mili. l. finali, & C. quibus non obstat long. temp. præscript. l. finali. sic clerici & monachi & conuersi, dum in ecclesiis canonicè regulariter uiuunt, gaudẽt priuilegio clericali. ĵ. de ui. & hone. cleri. c. final. & de cleri. coniugat. Ioan. & cap. diuersis. C. de episcop. & cler. l. generaliter. & sic legati gaudent priuilegio dum in legatione consistunt ff. de iudi. l. 2. §. planè. de quo dic, ut notatur. ĵ. de except. §. ultim. uersic. item effectus. sicut & animalia, quæ ad agriculturam pertinent. Codi. quæ res pign. oblig. possunt. l. pignorum. si uerò cum laicis communem uitam suscipiunt, meritò cum eisdem communem in legibus sentient disciplinam. ĵ. de statu mona. recolentes. §. 2. Temporalem uerò habent omnes communiter, & durat à quarta feria post occasum solis, vsque ad scdam feriam ante ortum solis, feria quinta, propter Ascensionem Domini, feria sexta propter Domini passionem, die sabbati, quia dies est requiei. die Dominica propter Resurrectionem. Item ab aduentu Domini vsque ad octauas Epiphaniæ, & à 70. vsque ad octauas Paschæ. ĵ. eo. c. j. ad has treugas obseruandas, tres funiculi colliguntur, diœcesanorum excommunicatio, confirmatio, id est, comprobatio, similis expositio. s. de offic. leg. studuisti. vicinorum episcoporum, & mutuum auxilium, & consilium à coepiscopis impendendũ. ĵ. eo. c. 1. 91. dist. præcipimus. & c. perlatum. Sed quæritur, an episcopi constituantur transgressores, si hoc non seruent: & potest dici, quòd non, eò quòd non sunt hęc moribus vtentium approbata. 4. distin. § leges.

6 **Quid† operatur?** Tuitionẽ & securitatẽ, ut patet in descriptione, & q̃ eã frãgit, cogendus est per excommunicationẽ ad satisfaciendũ: & prelati mutuum cõsilium & auxilium sibi præstare debent ad pacẽ, & treugam firmiter obseruandam. infra eod. c. 1. ĵ. de transa. c. fi. in principio. & in consti. feud. de prohi. feu. alie. per Feder. imperialem. 90. dist. præcipimus. & 3. q. 1. nulli. Fractor seu uiolator pacis excommunicandus est secundum canones. ĵ. eod. c. 1. sed secundum leges capite puniendus. ff. de re milit. l. final. in fine. In summa hoc sciendum, quod quilibet prælatus, & maxime episcopus prius de plano, & absq; coactione, postmodum autem iurisdictione & potestate, debet discordantes ad concordiam reuocare. 90. distin. c. 1. & 7. q. 1. si primates. & litigantes reconciliare. ff. de vsufruct. si vsufructus. §. æquissimum. ff. de officio præsidis l. illicitas. §. ne potentiores. Sed obijcitur, si sic inter litigãtes componatur, remanebunt crimina impunita. quod est contra legem. ff. ad legem Aquiliam. l. ita uulneratus. Item expedit crimina nocentum esse nota ff. de iniur. l. eum qui. ĵ. de col. dete. c. j. & 2. ad quod respondeo, quod dixi superius, locum habet in causis ciuilibus, & in actione iniuriarum, quam quilibet remittere potest, si iniuria non contingat ecclesiam. 23. q. 4. si is qui. 63. dist. in Salonitanæ. & si sit facta, non facienda. ff. de pactis. l. si vnus. § pacta. Item hoc intelligo in ciuilibus actionib. eodem saluo, quòd in quibusdam casibus remedium compositionis locum non habet. infra tit. j. c. fi. Item hoc intelligo, vbi de crimine ciuiliter agitur: nam & si crimen quis remittere nequeat, potest tamen, nedum à ciuili actione, sed & ab accusatione desistere. infrà, de accusa. veniens. & c. licet. § penultimo. quando autem ab accusatione impunè possit desisti, & quãdo crimen in abolitione veniat, notatur infrà, de calum. qualiter sine metu calumniæ. Item iudex ex officio suo puniet, vt apparet in his quæ notãtur infrà, de accusa. sub rubrica de crimi. sine ordine puniendis. & sic non remanebunt maleficia impunita. Item notandũ, quòd episcopus propriam iniuriam vindicare non potest. 23. q. 4. inter querelas. sed eam debet remittere, quia ei sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Cod. de episcop. & cleri. si quis in hoc genus. videtur tamen quòd ad dimittendum non debet esse nimis facilis. nam publicè ĩterest, pęnas de facili nõ dimitti, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat. C. de pœ. l. si operis. verum Dominus dicit, Dimittite, & dimittetur vobis. Luc. 6. alioquin trademini in carcerem infernalem. Matth. 18. sed hæc & similia intelligas, quò ad rancorem. quod autem iniuriam ecclesiæ episcopus possit remittere, quibusdam argumentis suaderi potest: nam episcopus pater est ecclesiæ. 95. distinct. esto. pater iniuriam filijs illatam remittere potest. ff. de iniu. l. sed & si vnius. §. filiofam. Item actio iniuriarum non est in bonis ecclesiæ, antequam intentetur, & lis super ea contestetur. ff. de iniur. l. iniuriarum actio. vnde cùm nõ sit in bonis ecclesiæ, potest episcopus eam remittere sine consensu capitul. ĵ. de his quæ fiunt à prælato. cum Apostolica. sed hoc non puto fore verum. nec obstant argu. superiora. nam & si dicatur, episcopus p̃r est tamen ecclesiæ, est procurator. ĵ. de dona. c. 2. 2. quæs. 2. casellas 12. q. 1. c. vlt. 12. q. 2. sine except. in illa, cum Apostolica fauor religionis attenditur. summa autem est ratio, quæ ꝓ religione facit. ff. de reli. l. sunt ꝑsonæ. & præcipuè quia ibi melior sit conditio ecclesiæ, vt ibi dicit. & de hoc notat. ĵ. de male. §. j. versi. si quis verbis tantum.

De PACTIS Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Pactum quid sit.*
2 *Pactum vnde dicatur.*
3 *Pactorum diuisiones quæ sint.*
4 *Pacisci an possit in ecclesiasticis.*
5 *Pacisci de rebus spiritualibus an possit.*
6 *Effectus pacti quis sit.*

Voniã per pacta treuga firmatĩ, & pax reformatĩ, p̃misso tractatu de treuga & pace, dicamus de pactis. Vel sic: Explicito tractatu ordinandorum, & eorũdem officiorum, accedamus ad pręparatoria iudiciorum; & quoniam homines, vt iudicia euitent, pacta ineunt, & transactiones, de his tractandum est: sed quia pacta generaliora sunt, quàm transactiones, & decentius & honestius à lite gratis disceditur, quàm pecuniæ interuentu, ante tractatum de transactionibus, videamus de pactis. Videamus itaque, Quid sit pactum, Et vnde dicatur, Quæ sunt diuisiones pactorum, Quis in ecclesiasticis pacisci possit, Et de quibus reb. Quis sit effectus, Et ad quos extendatur.

1 a **Quid sit† pactum.** [a] Duorum pluriũ ve in idẽ dãdũ vel faciẽdũ alteri ab altero cõsensus verbis expressus animo obligandi. Ideo dico, Dãdum, vel faciendum, quia quãuis duo consentiãt in hoc, quòd lapis lædit: vel in hoc vero, Titium esse hominẽ: vel in hoc falso, Titium esse asinum, non tamen est pactũ. Ideo etiam dico, Alteri ab altero, q̃a si paciscor tecum inuito Titio, quod Titius det Seio centũ, non valet pactum: sed si paciscor tecum, vt quid des Titio, pactum quandoque valebit. ff. de verb. oblig. stipulatio. §. alteri. & §. si stipuler. nec mireris si pactum inutile ad agẽdum pactum vocetur. nam sic à iure vocatur. C. eo. l. debitorum. & l. pacto. ĵ. eo. c. fi. Ideo etiam dico, Verbis expressis, quia non sufficit gerere mẽte, nisi exprimatur ore. ff. de verb. obli. q̃cquid adstringendæ C. de condi. ob causam. si repetendi. ĵ. de appell. constitutis. Ideo dico, Animo obligandi, quia si causa doctrinæ proferam, quid est pactum, non obest mihi, vel etiam causa loci. ff. de actio. & obli. l. obligationum substantia §. fi. nisi sit clericus: qui aliquid

ADDITIO.

a Quid sit pactum. ¶ Adde l. 1. ff. de pac. l. pactum. ff. de polli. do. in rub. extr. de pac. Vide amplè per Alb. de Ro. in rub. ff. de pact. & quæ ibi dixi.

aliquid turpe exprimat.j.de exceſ.prælat.quam ſit graue.& per hoc ꝙ dicit, Duorũ, differt à pollicitatione, q̄ eſt ſolius offerentis promiſſio.ff.de pollic.pactum.§.j.ff.eo l.j.promiſſio aũt non ſolùm referri poteſt ad pollicitationem, ſed ad nudum pactum & ſtipulationem ff.de ædil.edi.l.ſciendum.§.j.quod dixi verbis, intelligas à promittente præmiſſis, & recipiente ſubſecutis. vt, Dabo tibi decem.tu reſpondes, Placet. nam ſi recipientis verba præmitterentur,ſtipulatio eſſet.vt Inſti.de verb.obliga.in prin.ff. de vſur.l.j.ſi tamen res inter præſentes geritur,præſumitur ꝙ ſtipulatio præceſſerit,ff.de verbo.oblig.Titia §.pen.& quòd rei reſponſio ſit ſubſecuta.C.de contrah.ſtipul.l.j. niſi contra probetur.ff.eo. iuriſgentium.§.quòd ferè. ſunt tamen & aliqua pacta tacita,vt inferius apparebit.

2 **Et vnde† dicatur,** A pactione.ff.eo l.prima à pactione, hoc eſt, à pace & actu: quaſi dicat, ad pacis actum,nam poſt diuerſos motus, variaque certamina ad pacis actum veniunt paciſcentes.ff.eo.l.j.§.conuẽtionis.C.de reſcin. vend.ſi voluntate. & hoc nomen pactum generale eſt, ad omnia quæ inter partes aguntur cauſa inducendæ vel tollendæ obligationis,ſecundum Goffred. nomen verò conuentionis generaliſſimum eſt: vnde & ſcholares in ſcholis conuenire dicuntur,vel dicitur pactum, à percuſſione palmarum,veteres enim paciſcentes,percutiebant ſibi palmas adinuicem,in ſignum fidei non violatæ. vnde legitur, quòd Abraham & Abimelech percuſſerunt fœdus, Gene.21.vnde poteſt dici pactum, quaſi palmę ictus,qua percuſſione,interpoſito panno, videatur nudum: vtuntur etiam moderni.

3 **Quæ ſunt** diuiſiones pactorum.† Vt quid membranas occupabit,niſi vt ſcholares expenſis inutilibus fatigentur. Quædam enim ſunt inutilia, quædam vtilia. & hoc aliquando ratione perſonæ,aliquando ratione rei,aliquando ratione contractus.Item aliquando pariunt,aliquando perimunt,aliquando elidunt, aliquando informant act.Item quædã nuda,quædam veſtita.Item quædam nominata, quædam innominata.Item quædam expreſſa,quædam tacita.Item quædam inter præſentes,quædam inter abſentes.Item quædam pura,quædam in diem,quædam conditionalia.Item quædam publica,quędam priuata.Item quædam in rem,quædam in perſonam, vt in ſumma Azo.cuius verba ſequuntur, vnde ſi eam habes, ſcribere nõ oportet.Pactorum igitur quædam inutilia. Primò videamus de inutilibus,ratione perſonæ: inutile enim eſt ratione perſonæ, vt ſi fuerit furioſus.nam expreſſim conſentire non poteſt. ff.de actio.& obligatio.l.j.§.furioſum.ſed nec tacitè ff.locati,& con. qui ad certum.niſi in caſu.ff.ſolut.matr.l.2.§.voluntate.ſi autem fuerit pupillus qui paciſcitur ſi ſit capax intellectu, vt ſaltem naturaliter ſe obliget, valet aliquando.vt ff.de actionib.& oblig.l. furioſum.& de noua.l.prima.in fin.& de condiction.indebit.l. quod pupillus.& hoc vbi ſe vult obligare.nam ſi alium ſibi obligare vult,poteſt etiam ſine tutore.vt ff.de author.tutor.obligari.In prodigo quoque idem omnino dico.ff.de verborum obligat.is cui bonis.adultus vero,ſi curatorem habeat,prodigo ſimilis eſt:ſi vero curatorem non habet, obligatur ex omni cauſa ciuiliter & naturaliter,ſed reſtituitur. Co.de reſtitutio.in integrũ mino.l.ſi curatorem habens. Planè filiusfamiliàs ex omni cauſa paciſcitur,præterquam in mutua pecunia,& ibi quidem obligatus eſt ciuiliter & naturaliter: ſed habet exceptionem.Item vouendo non obligatur,ſicut nec ſeruus.ff.de actio.& obligatio.filiusfamil.& ff.ad Macedon.l.1.in primo reſponſo.& de pollic. ſi quis rem.§.voto.niſi filiusfamilias ex voto ingrediatur monaſterium. Cod.de epiſcop.& cler.l.finali.aliàs verò ſeruus paciſcendo, vt domino acquiratur ex omni cauſa, valet pactum.ff. de verborum obligatio ſeruus vetante.& de acquirendo rerum dominio.etiam inuitis.nec obſt. quod legitur.ff.eodem, & hæredi.quia ibi ſeruus erat pactus, ne à ſe petatur, id eſt, ne ipſo viuẽte aliquis ex parte ſua conueniatur:& ideo doli datur domino exceptio, non directa pacti exceptio, ſed in filio & patre non idem dicitur.& eſt ratio differentiæ, quia filio directè propoſuit pactum,& per eum directo proficit alij,quod ita non eſt in ſeruo.& de tali pacto perſonali loquitur.ff.eodem.ſi tibi.§.pactum ne à ſe petatur.quãdoque tamen dicitur perſonale, quod vni tantùm proficit.& ita ponitur.ff.eodem.idem.§.1.licet autem dixerim,ſeruo non proficere pactum, ne à ſe petatur, fallit tamen in caſu,ſed mutato ſtatu ſuo.ff.eodem.iuris.§.ſin autem. ſi autem ſeruus paciſcendo domino nocere velit, ſi quidem in dominicis non poteſt.Cod.eod.ſeruus creditoris. præterquam in ſeipſo.ff.de vi & vi armata.l.1.§.quod adijcitur.ipſe enim ſeruus non eſt res peculiaris,quia nemo in ſui ipſius peculio eſt.l.Stichus habet.in fine legis. In peculiaribus verò paciſcendo domino præiudicat,vſque ad quantitatem peculij.ff.de peculio.ſi qs ſeruum.§ etiam.niſi in caſibus,ut ſi donet.ff.eod.contra iuris.§. ſi filius Item ſi compromiſerit etiam cum pœna, vel ſi interceſſerit non in cauſa peculiari.ff.de pecul.l.licet.§.ſi filius.& §.ſi ſeruus.Item ſi ſe mandauerit emendum, idem puto,ſi ſe uendiderit.ff.mandati.ſi ſeruus extero idem etiam ſi uoluerit, ut iam diximus.his ergo modis ratione perſonarum pacta ſunt inutilia.
Item ratione rerum quæ promittuntur, cenſentur pacta inutilia,ut ſi impoſſibile promittitur.ff.de regulis iuris.impoſſibiliũ. Idem eſt,ſi de iure ſit impoſſibile, puta contra leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, decreta prætorum, edicta principum, uel in fraudem alicuius eorum.ff.eod.iuris.§.prætor.& de ſingulis facile eſt ponere exempla & probationes. Inſtitut.quibus modis alien.licet.ff.de offic.præſid l.plebiſcito.& ad Vel.& ad Maced. ſenatuſconſul.ff.eod.iuriſgẽ.§.ſi paciſcar.& C.ne lice.poten.l.1. Fraus autem admittitur facilè de perſona ad perſonam.idem eſt ſi dolo malo fiat pactum alterius decipiendi cauſa à principio, uel ex poſtfacto dolo commiſſo.hic tamen tenet pactum, licet replicatione elidatur. quod non eſt ita omnino in ſuperioribus exemplis, niſi in Senatuſconſulto nominatis. ipſo autem iure non tenet pactum, non tantùm in ſupradictis, ſed etiam ſi turpe quid promittatur.ff.de uerborum obligat.generaliter.& l. ultima.& l.ſi ſtipuler.ſecus, ſi turpiter, ſed non turpe quid promitteretur,ut puta per metum, uel dolum: tunc enim datur actio,ſed per exceptionem eliditur,ut dictum eſt.C.de inutil.ſtipul.dolo.& ff.eod.iuris.§.dolo & §.ſiue.niſi fortè contractui bonæ fidei dolus cauſam dederit.tunc enim contractus bonæfidei nullus eſt.ff.de dolo.& eleganter.& de minor.in cãę.la ſecunda. ita tamen ſi dolus fuerit ſimplex, id eſt, cui metus miſtus non eſt: alioquin tenet,niſi in caſu, ſed reſcinditur per actionem, quod metus cauſa.ff.quod metus cauſa.ſi mulier.§.ſi duos.& §.penu. & antepenulti.Deficit quoque pactum ratione rei quæ non eſt, niſi mora in eo præſtanda præceſſiſſet.ff.de contrahenda empti. domum.& de uerborum obligation.inter ſtipulantem.§.penultimo.idem eſt,& ſi hominem liberum,uel rem ſacram,religioſam,uel ſimilia promittam:nam pactum tale non tenet. Inſtitu. de inutil.ſtipulat.§.idem iur.eſt. Sed in pacto uenditionis diſtin. circa rem furtiuam, utrum ſciat uenditor, & emptor, uel ſolus emptor rem eſſe furtiuam,& tũc non tenet contractus,an uterque credat rem eſſe prophanam: & tunc tenet contractus utrinque.uel ſi credat ſolus emptor, tenet quantum ad hoc, ut ipſe ſolum agere poſſit:nec tamen aliquid conſequitur, niſi ultrò quod conuenerit,præſtet.ff.de contrahend.empt.ſi in emptione.§.liberum.& §.item ſi emptor.& l.3.& 4.& fortè plus operatur ſcientia emptoris,quàm uenditoris,quia occaſione cõtractus committitur uitium ab emptore,quod aliàs non cõmitteretur:at in uenditore erat ſcientia, etiam antequam uenderetur.quod autem dictum eſt in re furtiua,ſeruabitur in re ſacra & religioſa,uel libero homine, & fortè non idem in re ui poſſeſſa, quia rei immobilis non admitteret furtũ ſcientia emptoris.Inſt. de uſucapio.§.quod aũt.quòd ſi cõmodetur, uel deponatur res furtiua,fortè idem quod in uenditione diſtinguetur. Item inutilia ſunt ratione contractuum,ut inter uirum & uxorem,qui donare ſibi nõ poſſunt,ſed uendere.ff.de donat.inter uirũ & uxorem.l.j.& l.ſi ſponſus.§.circa.Item ratione poteſtatis.C.de contra.iudi.l.2. Habetur etiam miſta conſideratio perſonarum adinuicem.nam licet hic omni obligetur, & cum omni, hi tamen duo adinuicem non obligantur,ut pater & filius,niſi in caſtrenſi peculio uel quaſi caſtrenſi peculio.Inſt.de inut.ſtip.§.item inutilis.ff de iudic.lis.Item perſonarum & rerum,vt licet hæc perſona cũ omni poſſit obligari, & hæc res ab omni promitti poſſit, & pactum de ea fieri:hoc tamen de ea ſibi danda paciſci non poteſt,vt ſi commercium rei non habeat propter teſtatoris voluntatem,qui ei alienari prohibuit, vel ſeruũ manumittit ff.de leg. 2.peto.§.item.& C.ſi manci.ita fuer.alie.vt ma.l.ea.uel pone exemplũ in Iudęo,qui licet alia poſſidere non prohibeatur: Chriſtianum namque mancipium emere, & ſibi habere non poteſt. C.ne lic.Iudę.Chriſti.l.j.vel pone caſũ in ſerico. C.quæ res uẽdi non poſſ.comparandi.Item rerum & pactorum,ut ſi de re certa certo modo paciſci,puta incontinenti non liceat ſtipula.non tenet.ff.de religio.ſi locus.Item perſonarum,rerum & cõtractuũ ut ſi de re mea mihi danda paciſcar.nam licet aliàs ſuper ea contrahere poſſim, & omnis ſuper ea contrahere poſſit, in hac re tamen ego dominus rei ſic paciſci non poſſum.ſi ergo ratione perſonarum tantum,& rerum tantùm,& contractuum tantum & miſta inter eos conſideratione habita pacta cenſent inutilia.

Et vt nihil de contingentib. omittamꝰ,ſciẽdũ eſt quędam alia eſſe pacta,in quib.occulta eſt ratio, quæ cenſentur inutilia, tanquam publicæ vtilitati aduerſantia. & quia probabiliter de his dubitari poſſet, vtile eſſe videtur ea referre quæ ſuperius omiſſa ſunt: & quidem pactum ne liceat reuocare precarium,non tenet.ff.de precario.lege cum precario.vel dic, quòd ibi non fecit pactum de non petendo.tunc enim teneret, ſed conceſſit ad tempus,& interim mutauit voluntatem. Ideoque cùm unum ſpeciale pro eo cui conceditur inducatur, ſcilicet

licet ne teneatur, nisi de dolo & lata culpa. ff. de precario. quæsitum. §. & illud. & hoc contra eum inducitur. argument. ff. de iureiurando. eum qui. Item ne prosit exceptio venturo ad iudicium. ff. si quis cautio. sed & si quis §. quęsitum. uel quod est verius, ibi tenet pactum speciale: generale non, ut ibidē dicitur. Item de dote vlteriori die reddenda. ff. de pactis dotalibus l de die. Item ne quis non nisi in quantum facere potest, condemnetur. ff. soluto matrimonio, l. alia. §. est. & ibidem reddi ratio. Itē vt liceat postulare ei cui non licet. ff. de postulando, quos. nam expedit hoc ut maleficia puniātur. ff. ad legem Aquiliam. l. ita. Itē vt miles sit procurator. ff. de procuratoribus. filius §. vetera ni. esset enim hoc contra publicam vtilitatem. C. loca. milites. Itē de repudiādo iure agnationis. ff. e. ius agnationis. vel patriæ potestatis. C. de pat. po. abdicatio. & est in his ratio, quia iuris naturalis sunt. ff. de regulis iuris. l. iura. Item vt non soluta pecunia pignus sit creditoris. C. de pactis pignorum. l. ultima. Item de remittendo iuramento calumnię. C. de iuram. calumniæ. l. 2. §. sed quia. Item de seruo in dominum torquendo. C. de quæst. l. seruos. ibi tamen loqui non uidetur de pacto. Item ne de dolo futuro agatur, id est, quod quandoque cōmittatur. ff. de pactis. si unus §. pactus. & ibidem assignatur ratio prohibitionis: secus, si paciscar ne depositi agam: quia expressa nocēt, non expressa non nocent. ff. de reg. iur. expressa. Item ut liber sit seruus. C. de libe. cau. nec si. uel ibi non erant uerba pacti, sed scripserat se seruū esse. Item, vt seruitus sit in re, in qua alius habet vsumfructū, nec fructuarius videtur posse ɔcedere ꝑprietario, uel alii: quod tamē intelligo, si dicat, Cōsentio tamen saluo iure meo. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. debitor. §. i. ff. de vsuf. sed & si qd inædificauit. in fine. Itē vt si quis succedat certo homini, uel nō succedat uel certo modo succedat: nisi inter mili. C. e. licet. & l. de q̄stione. & de inoffi. testam. l. si quādo. §. illud. & de col. l. pactū sui per hæreditate autem incerti hominis tenet ut inter socios. ff. pro soc. l. 3 §. sed de illo. sed & in hæreditate certi tenet, si uel dominus contractui consentiat, & in eo consensu, si perseuerauerit vsq; dum viuit, uel ɔtractus præcesserit ex cuius necessitate fiat cautio hæreditatis. ff. de act. emp. si quis. & de hæredi. uel act. uend. l. 2 §. 2. & soluto matri si uerò negociū. nec distinguo inter pactum de hæreditate futura, vt illud valeat, & pactū de futura hęreditate, ut illud valeat. & similem trāspositionem & varietatem dicuntur inducere, ut si dicitur magister Petrus in literatoria, intelligatur scientia: si verò dicitur Petrus magister, intelligatur de carpentario, secundum Placent. pactū uerò de nō petendo fideicommisso conditionali, tenet. C. e. l. 1. licet repudiatio non teneat. ff. de leg. 2. si ita sit scriptum. § si sub. Item vt iudex sit meus qui non est meus. ff. de iurisdict. omnium iudicum. si conuenerit. j. de foro competen. significasti. Item ne liceat vēdere pignus ff. de pignora. actio. l 4. Item ne agatur causa libertatis meæ, uel criminis mihi obiecti. & est ratio, qa non tantùm prohibentis, sed etiam volentis exequi litem interest. ff. de libe. causa. l. 1. 2. & 3. & de appel. l. non tantùm.

Superest ut de pactis vtilibus, quæ sunt vires pactorum, uideamus. & utiq; sunt hæ ut pariant, perimāt, elidant, informent, nec est necesse, vt quintū addamus, scilicet quòd adiuuent, nā ɔtinentur sub illo elidant. nā quæ elidunt actionē, exceptionem adiuuare videntur: & quæ adiuuant actionē, elidunt except. & primò de pactis quæ pariunt videamus: & sic ꝙ pactum fuerit nudum, propter nimiam frigiditatem, actionem parere non potest nisi mirabiliter hoc specialiter in quibusdam casib. accidat, ut in donatione. Item in constituta pecunia. C. de donat. si quis argentū. § si autem hoc minimè donator. Instit. de actioni. §. item prætor. & in dote. C. de dotis promis. l. ad exactionem. & in promissione nuda facta ciuitati. ff. de pollici. l. pactum. & in nautico fœnore. ff. de nauti. fœ l. periculi. & in accessione frumēti. C. de usuris. l. frumenti. & in vsuris ciuitati promis. ff. de vsu. l. etiam & 1 os ex nudo pacto actionem damus, quod dic. ut no. j. e. §. quis sit effectus. de arbi. § qualiter constituatur uersic. sed mens. si autem non fuerit nudum, sed vestitum, actionem parit. sic enim ei rectè nomen impono. quod si aliquod est nudum, quia ex eo actio non datur. C. eo. l. legē. & l traditionibus. ergo aliquod est vestitum, quia actionem indulget, vestitur autē pactum sex modis secundum Io. & Azo. Re scilicet, ut instit. quibus modis re contrah. ob. in princip. Verbis, Instit. de verbor. obligat. in princip. Consensu, Institu. de oblig. quę ex consensu. in princip. Contractus cohærentia. C. eo. in bonæ. & l. petens. ff. eodem. iuris. §. 1. & §. quinimò. Literis. Instit. de lit. obl. in princip. Rei interuentu. C. de rerum permu. ex placito. ff. de rerum permu. l. 1. & hoc secundum cōmunem opi. Sed miratur dominus meus de domino Azo. & plus miraꝛ de do. Io. qui subtilioris ingenij fuit, quo modo tantùm errorē approbare potuerūt, nec aliquo de quatuor primis modis dicebat ipse, puto pactum vestiri:[a] cum autē nec nos, nec ipsi leges habeamus oportet quòd probemus intentionē nostram naturali ratione, à qua nunquam recedere possum: certè secundū naturam cuiuslibet rei est, quòd aliud sit id quod vestit, aliud quod vestitur: & quòd substātia dicatur vestiri per accidens, non accidens per substantiam. Quod non uestiatur re, ita probo: si ego & tu conueniamus, vt tibi dem aliquā pecuniā mutuò: ex tali cōsensu seu conuentione nec ego tibi, nec tu mihi obligaris: si autē tibi numerauerim, tā citò mihi es obligatus ex ipsa numeratione ex aliquo pacto. Insti. quibus modis re contrah. obli. ref. 1. igitur cùm ex numeratione ipsa obligatio oriatur, dices ꝙ per numerationē vestiatur. & sic numeratio ꝑ numerationē. certè hoc nullatenus dicere potes. Idē dico & in verbis, quāuis eīn stipulatio consensum desideretꝫ, tñ stipulatio est uerborū conceptio. ff. de uerb. oblig. l. 5. §. stipulatio. Sed nūquid dices verba ꝑ uerba vestiri? certè secūdū naturā, nō. Itē ex solennitate verborū agitur, non ex consensu. dices ergo, ꝙ consensus vestiatur per solēnitatē, & sic accidens vestiatur per substantiā, non. Quòd autem ipsa solennitas substantia sit apparet, quia ex ea agitur, & illa est ipsa quæ contractū stare facit in viribus suis. Itē nec literis vestitur, quia ex ipsis literis procedit obligatio. hoc est ex solennitate ipsarū literarū. nō ergo rectè dicere potes, ꝙ literæ per literas vestiatur: Quòd aūt ex ipsa scriptura oriatur obligatio, probatur Insti. de lit. obli. quasi in medio. Itē nec ɔsensu vestitur eadē ratione, quia in venditione ipse cōsensus obligat, non uerba, hoc est conuentio precii. Inst. de contrah. emp. & ven. in prin. nō ergo dices, ꝙ consensus per consensum vestiatur. Sed instabis, & quæres, tale pactū aut est vestitum, aut nudū: respondeo, nec hoc, nec illud. quid ergo firmū est: pullus enim natus, nec ferratus est, nec deferratus, sed natus est sine ferris: & sic hæc pacta firma & callida nata sunt. His ergo refutatis, dic quòd duobus modis tantùm vestitur: scilicet rei interuentu, & cohærentia contractus. si enim conueniamus de permuta tione facienda, re demùm tradita ab aliquo nostrum perficitur ob aligt. & tunc nō ex rei interuentu, sed ex præcedenti pacto agit. C. de rerum permut. ex placito. benę ergo possumus discernere pactum præcedens, quod vestitur interuentu rei, & quod uestit. Idem apertè uidere potes in vestimento cohærētię contractus. nam & si ibi agitur ex pacto præcedenti contractū, uel incontinenti subsecuto pacto uestito per contractus cohærentiā. ff. eo. l. iuris. §. quinimò. & §. adeò. & etiam datur ex eo duplex actio. C. de pactis inter emptorem & venditorem. l. 2. Dicūt etiam, ꝙ vestitur per rei principium. ff. de pollic. si quis ob honorē. & l. 1. §. item si sine causa. Sed respondeo, Speciale est, quod si quis ob honorem vel sine causa polliceatur aliquid se daturū, quod ꝓmissio teneat: tamen in vtroque exceptionem habet antequā incipiat: sin autem inceperit, nō dico pactum vestiri per hāc exceptionē, sed potius exceptionē quā habet, amittit, sicut aliàs Maced. exceptio denegat, si soluere cepit, vel pignus dedit. ff. ad Maced. item si filius. § fi. & 2. ll. seq. resp. primo, secundū Iac. de Bald. Dñs verò Vbert. de Bobio etiā octauo modo dicit vestiri, scilicet authoritate legis. C. de donat. si qs argentū. Vestiꝛ fortè & nono modo, s. solutione. ff. de pignor. act. l. 3 §. si. Itē fortè decimo modo, ɔsummatione administrationis, & sic ꝑ finē rei. ff. de tut. & ratio. distra. l. vbi. & l. si tutor reip. causa. in fin. & l. seq. Fortè & vndecimo modo, scilicet iuramēto. j. de usur. debitores. C. si aduer. vend. l. 1. & de ind. uidu. tol. l. 2. ff. de ope lib. vt iurisiurādi. Et est notā. iū, ꝙ pactū vestiꝛ[b] prædictis quatuor modis. primus dicitꝛ vestitū sic, ut multo tēpore fuerit sine uestimētis his. & hæc uestimenta cū suo esse incipit habere, sequentibus verò duobus modis, scilicet cohærentia cōtractus, & rei interuentu, vestitur post natiuitatem, cùm enim paciscimur, pactum quod in sua natiuitate nudum est, sicut optimè probatur ex cōtinuatione duorū §. ff. e. iurisgentium. §. sed cum. & § quinimò. sed cū natū est antè & retrò respicit, & oculos aperit, an præcesserit, uel sequi possit, uel statim nisi aliquis contractus, cuius uarijs & griseis induatur, vt boreā rabiemq; procellæ expellat, & suum suo dño in agendo auxiliū præbeat. pactū enim incontinēti factum, id est, paululum ante contractum, uel paululum post contractū vel in ipso contractu, nec dist. bonæ fidei, uel stricti iuris. ff. si cert. pet. l. lecta est. præscri. verbis acti. dat. C. de pact. inter empt. & vend. l. 1. C. e. petens & in l. in bonæ fidei. uel interesse, si quis aliàs erat contracturus. C. de rescind. vend. l. ea conditione. aut si aliàs non erat venditurus, repetit quod dedit. C. de pactis inter empt. & vend. cùm te. sed nō repetit per cōditionē ob cau-

ADDITIONES.

a Pactum vestiri. ¶ Adde quid sit pactum vestitum, per Cardinal. Zabar. in c. 1. in 7. q. de pact. Et quot sint vestimenta pactorū, uide per Angel. in l. iurisgentium. §. quinimo. uers. tu dic breuius. ff. de pact.

b Pactum vestitur. ¶ Adde Ang. in l. iuris gentium. in §. quinimò. in 5. columnn. ff. de pactis.

ob cauſam:& ſubtiliter probatur ff.de rerum permu.l.j.§.pen.& fi.nam condictio ob cauſam locum non habet in ↄtractibus nominatis,niſi in ↄtractu donationis hodie ꝑ Iuſtinia.fortè nc minato:quia ex eo ſolo cõſenſu datur actio:ſed olim non ita.ff.de donat.l.eum qui.alij verò dicunt dari condictionem ob cauſam:arg.ff.de act.emp.& vend.l.ex empto.§.is qui vina.ſed ibi non in venditione,ſed in contractu arrarum venditionis loquitur,qui eſt contractus per ſe.Informatur quoque vetus actio ꝑ hoc pactũ incontinẽti factum,id eſt,forma quædam attribuitur veteri actioni,ad quam modo datur.ff.eo.iuris.§.quinimò interdum.& vt ↄuenientius ſuper hac re loquamur,dico ideo dicitur informari vetus actio:quia quædam noua forma,id eſt,qualitas ſibi attribuitur,& eſt qualitas actionis,vt dicatur bonæ fidei,vel ſtricti iuris.hic ergo ex vendito actio vel q̃uis ſimilis,licet bonæ fidei ſit ſui natura & origine,tamen nouã formam dicetur aſſumere:quia dicitur ſtricti iuris,eo,ꝙ in locũ actionis p̄ſcriptis verbis,quæ ex pacto naſcitur,ipſa datur præſcriptis verbis,aut actio ſemper eſt ſtricti iuris niſi in caſibus Inſtit.de act.§.actionum.igitur & iſta propter ſurrogationem.argu.ff.ſi quis caut.ſi eum.§.qui iniuriarum.ſubſtantiam tamen actionis eandem eſſe non nego.Hæc regularia ſunt:nam in tribus caſibus nõ naſcitur actio ex pacto incontinenti appoſito.C.de iure dot.l.auia.& de vſur.l.quamuis.ff.de reli.quod ſi locus.Rei interuentu veſtitur,ut in contractibus innominatis,qui ab initio nullam dant actionẽ,ſed re poſtea interueniente & tradita,competit actio ei qui interuẽtu reſtituit contractũ nõ alij,ſcilicet præſcriptis verbis,ad intereſſe,& cõdictio ob cauſam ad repetẽdũ quod datum eſt.ff.de præſcr.verb.naturalis.§.ſin autem rem do.C.de condict.ob cauſam.l.ſi vt proponis.de rerũ permut.l.quoniam.& l.emptionem.& l.rebus.§.de diuiſionis.& l.in traditionibus.& l.nemo.ſed rei vendicatio non datur.C.de rerũ permu.l.cum precibus.tamen in unico contractu,& in eo contractu in vnico caſu datur rei vendicatio,ſcilicet in donatione,vbi donatum eſt vt præſtentur alimenta C.de donat.quæ ſub modo.l.1.hoc idem fortè dici poteſt,vbi lege cõmiſſoria,vel adiectione in diem,uel conditionis adiectione quid eſt venditum,vt C.de pact.inter empt.& vend.l.cõmiſſoriæ.& de in diem adiec.l.vbi.§.vlti.& de contrah.empti.l.ſi quis in fundum.Perimunt quoq; pacta actiones,vt ſtipulationes animo nouandi factæ:ſed iſtæ conuentiones non tantum perimunt actionem,ſed etiam inducunt,ſicut & in bonæ fidei contractibus,qui ſolo conſenſu contrahuntur,ſi re integra,i.re non tradita,& nihil de precio ſoluto paciſcẽdo augeant,vel diminuant precium,ut noua detur actio:& vetus tollitur,niſi in contrarium agatur.nam & in totũ poſſent à contractu recedere.ff.eod.iuris.§.adeò.& l.ſi vnus.§.pactus.& de contrahen.empt.l.pacta.& de reſcin.ven.l.ſi quã.quidam tamen dicunt,veterem cum prima remanere,niſi in cõtrarium agatur.Acceptilationes autem perimunt,ſed non transferuntur.Inſtitut.quibus modis tollitur obliga.§.item per acceptilationem.& §.nouatio.Item pactum ſimplex actionem furti & iniuriarum tollit.ff.eod.l.ſi vnus.§.ſed ſi pactum.& l.ſi tibi.§.quædam.Item ſunt alia pacta,quæ actiones elidunt:nam pactum de non petendo,naturalem tollit obligationẽ.ff.de ſolut.l.Stichum.§.naturalis.ſed & vulnus infligit ciuili,& ipſam elidit ne effectum ſortiatur.Poteſt & tertius effectus notari:quia obligat naturaliter paciſcentem non petere ſicut & ciuiliter,& naturaliter obligaretur ſtipul.interueniente.nec obſtat quod legit ff.de iure dot.ſi pater.§.j.quia quod ibi dicit,non obligatur,uerum eſt ciuiliter,obligatur tamen naturaliter:uel non obligatur aliquid dare,ſed obligatur non petere.Pactum autem de petendo non tollit ipſo iure pactum de non petendo:quia naturalem obligationem extinctam non reſuſcitat,ſed obſtaculũ quod apponebatur ciuili,ne ſortiretur effectum,reijcit remedio replicationis:& ſatis dici poteſt,ut tollat naturalem obligationem ipſo iure,qua creditor tenebatur non petere.ſtipulatio autẽ Aquil.tollit ipſo iure obligationem pręcedentẽ,& redditur ratio:qa in pactis factum uerſatur.ff.e.ſi vnus §.pactus.Inſt.de except.§.j quæ ratio eſt aperta:nam ſtipulatio continet ius,id eſt,obligationem,ut aliquid detur,vel fiat nouandi animo Pactum autẽ de non petendo principaliter interponitur ad extinguẽdã obligationem.nã & acceptilatio,quia hæc duntaxat agit ut extinguat,non extinguatur per contrariam acceptilationem.ergo ꝙ dicitur in pactis verſari factũ,ſubaudi in talibus,id eſt,ad extinguendum interpoſitis.pactum autẽ de dando uel faciendo,quo naturaliter obligatur pupillus vel ſeruus,tollitur ipſo iure ꝑ pactum contrarium.ff.de iure iu.l.fi.& de noua.l.j.quidam tamen rationem differentię aſſignant inter pactum de non petẽdo;& pactum de petendo:quia promptiora ſunt iura ad liberandum,quàm ad obligandum.ff.de act.& oblig.l.Arrianus.

Fieri poſſunt & aliæ diuiſiones pactorũ,q̃ quidẽ utiles ſunt,licet nõ ſint ita omnino neceſſarię,ut iã dicta diuiſio.Pactorũ igitur alia ſunt nominata alia innominata.ff.e.l.j.§.fi.& l.iuris.reſp.j & §.j.& de rerum permu.l.j.& de præſc.verb.naturalis.& differunt hæc inter ſe vel circa ↄdictionẽ ob cauſam,vel circa obligationẽ ciuilẽ quæ non naſcitur ſtatim,vt ex præmiſſis liquet.Item pactorum quædã tacita,vt in reddita cautione,nõ ita in reddito pignore.Item in rebus inquilini inuectis,& in conditione quæ ineſt promiſſioni dotis,& in repetitione pactorum præcedentium principalem cõtractum.ff.eo.l.Labeo.§.ſed etiam.& l.poſtquam.& l.item.& eadẽ põt aſſignari ratio,cũ creditores hæreditarij experiuntur contra emptorẽ hæreditatis,eis ſponte reſpondentẽ.Videtur enim pepigiſſe cũ hærede,ne ipſum conueniãt.C.e.ſi creditores.ff.eo.qui in futurum.quidam tamẽ dicunt,ꝙ ſi emptor non eſt ſoluendo,datur actio in venditorẽ.ff.de leg.j.planè §.j.ſed certè ibi nõ loquitur de creditoribus hæreditatis,imò de fideicõmiſſario,cui reſtituenda erat hæreditas.Itẽ ibi dicit primũ teneri venditorẽ.ſi vero non ſit ſoluendo,dicit teneri emptorẽ.venditor enim rogatus erat reſtituere,ſed tamẽ & emptor tenetur quaſi ſeruus inſtitutus,qui adiuit,iubente emptore,ſic rogatus:quia ſic rogatus erat dominus eius.C.eo.l.poſtquam.Item dicunt,quòd ſi taceat quis mota lite per trienniũ,poſtea nõ auditur,C.e.poſtquam.ſed hoc falſum eſt,quia etiam in 40.an.perpetuatur actio.C.de præſcrip.30.annor.l.vlti.dic ergo ꝙ renunciauit expreſſim,non paciſcẽdo cum aduerſario,odio tamen litis repetitur.Item pactorum alia fiunt inter præſentes,alia inter abſentes.ff.e.Labeo.Item quædã purè,quædam in diem,quædam ſub cõditione.ff.de verb.ſign.cedere diẽ.& de act.& obli.obligationum.Item quædam incipiunt à conditione,quædam autem ſubſequuntur præcedentẽ pactionem:ff.de verb.obliga.l.ita.& not plenè C.eod.ſi pacto.Item pactorum quædam ſunt publica,ut quę fiunt inter duces belli cauſa pacis,vel treugæ,vel conſimilium:quædam priuata,vt quæ fiunt ad utilitatem ſingulorum,vt dicitur in re priuata,ſiue priuatorũ.Item priuata alia iuris gẽtium,ut ferè omnia:alia ſunt legitima,id eſt,iuris ciuilis.vt obligatio literarũ,contractus emphyteuticarius,ſtipulatio.ff.eod.conuentionum.& l.legitima.& de iuſtitia & iur.l.j.§.priuatum.& l.ex hoc.Item pactorum alia ſunt in dando,alia in faciendo.ff.de verb.oblig.l.2 Item alia ſunt in rẽ,alia in perſonã:vel ex vtraque parte,vel altera tantum.& hoc nõ tãtùm ex verbis,ſed ex uoluntate ſiue mente contrahentium perpendi poteſt ff.eod.iuris §.pactorũ.& l.qui in futurum.§.j.perſonale autem dicitur duobus modis,ut prædictum eſt.Itẽ alia ſunt nuda.[a] alia ſunt veſtita,ut ex præmiſſis patet.Item alia cõtra leges,ut dictũ eſt.& in his nec pœna ſubſecuta ualebit.ff.de uerb.oblig.l.ſi huius.& l.Titia.Alia ſunt ſecũdum leges,& in his ualet pactum & pœna,ut tamen actor altero debeat eſſe contentus,niſi in contrarium ſit dictum.ff.eod.l.reſcriptum.§.ſi pacto.Alia ſunt præter legem,ut cùm paciſcor alij dari.& in his pactum non tenet:ſed ſi mihi ſtipulor pœnam,ſi illi nõ datur,tenet.ff.de uerb.obli.ſtipulatio iſta.§.alteri.Item pactorũ alia certa,alia obſcura uel ambigua.obſcura autem interpretamur contra uenditorem.quod intelligo,ſi eius commodo fuerint appoſita,puta ſtillicidia ita ſint,uti ſunt:uel dixit,equum non aſcendere arbores,& intelligebat de ponte.ſi autem gratia emptoris appoſita ſunt,ut quia dictũ eſt rei emptæ accedere Stichũ,& incertũ eſt de quo ſit ſenſum,interpretor cõtra emptorem ff.e.l.ueteribus.de cõtrahenda empt.ſi in emptione.& l.cùm in lege.& hoc,niſi ſignificatio uerborum ambiguitatis quæſtionem dirimat.ff.de uerb.oblig.ſi mihi & Titio.§.fi.de uerbor.ſign.nepos Proculo.& de ſerui.vr.præd.ſi ſeruitus.Item hoc niſi conſtet contrahentes diſſenſiſſe:tũc enim pactum eſſet nullum.ff.de uerb.obliga.l.inter.§.j.Item pactorũ alia fiunt incontinenti,id eſt,antequam contrahentes diuertant ad alia negotia.ff.de uerb.oblig.continuus.in prin.& de duo.re.l.duos §.duo rei.& ad leg.Iu.de adult.l.qđ ait.§.qđ ait.& de teſta.l.hæredes.§.fi.Alia fiunt ex interuallo,ut quæ fiunt è contrario,ſcilicet poſtquã contrahentes ad alia negotia diuerterunt,& hęc non perimunt actiones,nec ſi fiant ſuꝑ accidentalibus,uel ſuper naturalibus cõtractus,ut in fideiuſſore præſtando,uel pœnam tripli uel quadrupli:nã licet ipſa pœna,uel fideiuſſoris datio nõ ſit de natura ipſius contractus euictio tamẽ,ſuper qua imponuntur,eſt de eius natura.C.de euict.l.nõ dubitatur.ſi autẽ fiat ſuper ſumma ipſius contractus,id eſt,ſuper augendo uel diminuẽdo precio,quandocunque fiat,ualet ut ſ̃.dictum eſt.Item pactorum quędam ſunt ad agendum quædam ad defendendum.ff.de contrah.empt.l.pacta.

ADDITIO.

[a] Alia ſunt nuda. ¶ Adde an ex pacto nudo oriatur obligatio naturalis. Vide per bal.in c.cum inter de elect.in 2.col.uer.ſed contractus & an pactũ nudum pariat obligationẽ.uide Ang.in l.iuris gent.§.ſed cum nulla.in j.no.ff.de pact.

Super eſt vt videamus ad quos ipſorũ vires porrigãtur,uel quibus noceat:& quidem regulariter eſt hoc tenendum,quòd

pactum

pactum debet ei prodesse, & nocere ei cum quo factum est, & non alij, nec in re alia. ff. eod. si vnus. §. pacta. fallit autem in casibus. ff. sol. mat. Caius. de verb. obl. quodcunque. §. si ita. & C. ad exhibē. si res. & ff. depositi. publia. & C. de dona. quæ sub mo. quoties. ff. de pig. actio. si cum venderem. Idem est in pactis publicarum personarum, nam ex eis dantur vtiles actiones. ff. rem pu. sal. fo. non quasi. M. tamen semper ex alterius pacto dicebat dari vtilem actionem, quod falsum est. nam specialia non sunt trahenda ad consequentiam. ff. de legi. & se. cons. quod verò sicut. & no. C. per quas perso. nob. acqui. l. 1. Quod autem dictum est de paciscente, intelligendum est & de succedētibus ei, siue in rem, siue in ius vniuersum succedant, vt eis proficiat pactum, si fuerit in re. ff. eo. si tibi. §. pactum conuentum. & l. tale. Si verò fuerit personale, nulli alij prodest, vel nocet. ff. eo. idem. §. personale. sed tamen & personale dicitur duobus modis, vt s̃. dictum est. Si verò dubitetur, vtrum sit personale, vel in rem, præsumitur reale: quia plerunque persona inseritur pacto, vt non personale sit pactum, sed vt ostendatur cum quo sit factum. Itē plerunque tam nobis, quàm hæredibus nostris consulimus. ff. e. iurisgē. §. vtrum. & de proba. l. si pactum. Illud certum est, ꝙ ex persona filij vel serui proficit pactum domino, vel patri, si pactū fuit in rem. secus si personale, per quod tantum filio vel seruo tantùm voluit prouideri. nam si in vita filij vel serui omnib. debebat prodesse, ex pacto serui datur domino doli exceptio, ex pacto filij datur exceptio patri. ff. eo. & hæredi. ex persona autē patris proficit filio quandoque vtilis, quandoque nullo modo, vt. s̃. dictum est. & dicitur ff. eo. si tibi. & l. vltim. & l. siue. & l. acquirent. & l. vlt. & l. & heredi. Azo.

4 a **Quis† in ecclesiasticis** paciscipossit. Prælatus, si ↄcipiat pactū[a] in vtilitatem ecclesiæ: aliàs non: quia procurator non est dominus. j̃. de dona. fraternitatem. secundum Da. sed contra vtilitatem ecclesiæ non posset sine authoritate capituli. j̃. e. contingit. ff. de procura. mandato. 12. q. 2. sine. nec enim aliàs alienare potest. quod dic, vt no. j̃. de rebus eccl. non alien. Tu dicas, ꝙ in omnibus, in quibus donare potest, & quicunq; donare potest, potest & pacisci: quod dic, vt no. j̃. de do. §. quis possit. & §. & quę. præterquam in spiritualibus: de quo dic vt in sequenti summa. Item vacante sede capitulum eodem modo. sed hoc non simpliciter intelligendū est. quod dic, vt no. s̃. de maior. & obe. §. & ad quid. Item prælatus & capitulum, & tunc tenet mero iure. sed si ecclesia enormiter lædatur, restituitur in in integ. j̃. de rer. pmu. ad nostram. quod dic, vt no. j̃. de rest. in integr. & de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.

5 **Et de quibus** reb. † De temporalib. non spiritualib. nisi fortè amicabilis compositio fieret: quod dic, vt in summa sequenti.

6 **Quis sit effectus.** † Vt modis omnibus seruetur, ētsi sit nudum secūdum cano. j̃. e. c. 1. & 3. j̃. de testa iudicante. 12. q. 2. quicunque suffragio. & q. 5. quia Ioan. quia inter simplicē[b] loquelam & iuramētum nō facit Deus differentiam. 22. q. 5. iuramenti. vnde peccat mortaliter, contra simplex verbum veniens. 22. quæst. 1. prædicandum, & ideo quæ procedunt de labijs tuis, tu sacerdos non facies irrita: nam & ori debet cor conuenire:[c] 23. distinct. Psalmista. hoc si sit tale, quod possit seruari sine detrimento salutis æternæ, & si licitum est possibile. secus, si illicitum impossibile vel inhonestum: infrà eodem. c. vltimo. inde est quod ex pacto non habet locum successio in ecclesia Dei. infrà eodem. accepimus. nec potest augeri census ecclesiæ, j̃. eodem. clerici. pactum tamen authoritate Papæ factum, seruandum est. j̃. eo. c. 2. & c. cùm pridē. aliàs si sit impossibile de iure vel de facto non tenet. ff. de regul. iur. impossibilium. & Insti. de inuti. stipulation. in principio. & §. si impossibilis. etiam si iuramentum interueniat, secundum determinationem traditam j̃. de iureiurand. §. quomodo censetur illicitum. versi. quid. & sequentibus.

Et ad quos extendatur. Ad paciscentes, non ad alios si tamen factum personale sit: quia generaliter pactum in vna persona, vel in vna re habitum, non nocet alij infrà eodem. plerique. infrà capit. j. de cæterò. & capitu. veniens. ff. de pactis. si vnus. §. ante omnia. suprà, de officio ordina. dilectus. quia res inter alios acta. &c. infrà, de sent. & re iudi. cap. penultimo. hoc fallit in contractu, in quo hæres succedit. infrà, de solut. capitu. 1. Illud etiam in summa notandum, quòd frangenti fidem, fides[d] seruanda non est. C. eodem. cùm proponas. & de transact. siue apud acta. infra, de simon. dilectus. & si iuramento firmata sit. infrà, de iureiur. capitu. 1. & capitu. sicut. & infrà, in fine.

ADDITIONES.

a Prælatus si concipiat pactum. ¶ Adde an pactum prælati putatiui habet nocere prælato vero. vide per Ang. in l. Imperatores. in §. debitor. in 1. col. ff. de transa.

b Inter simplicem loquelam. ¶ Adde glo. in c. clericus. de iureiu. & in c. 1. & ibi doct. de pact. Arch. in c. 1. de sepult. lib. 6. Card. Zab. in c. ad aures in 4. q. quod metus causa. idem Card. in c. debitores. de iureiu. & Abb. in c. qualiter. de pact.

c Nam & ori debet cor conuenire. ¶ Adde Archidiac. in c. quicunque. circa fi. 12. q. 2.

d Frangenti fidem. ¶ Adde glo. & Abb. in l. vt responsum. C. de transac. tex. in c. innocens 22. q. 4. gl. in c. inter verba 11. q. 3. gl. in c. peruenit. de iureiu. Et in quo casu non seruanti fidem seruatur fides, dic quòd in criminib. vt in l. quamuis. C. ad Tur. & per Car. Zab. in c. cum inter R. in 5. opp. de ele.

DE TRANSACTIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Transactio quid sit.*
2. *Transigere quis possit.*
3. *Transigi super quibus rebus possit.*
4. *Transactio in quibus cesset.*
5. *Transactionis effectus quis sit.*
6. *Transactio est paris autoritatis cum sententia.*

PRemissum est de pactis in genere, nūc in specie: & sic de trāsactionibus, quæ quædam pacta sunt, videamus, Quid sit transactio, Quis potest transigere, Super quibus rebus, Et in quibus cesset, Quis sit effectus transactionis.

1 a **Quid sit† transactio.** [a] De re dubia & lite incerta non gratuita pactio ut. colligitur. ff. e. l. 1. C. e. transactio. j̃. e. super eo. Et dicitur ideo, De re dubia, quia si manifesta calumnia detegeretur, non valeret. ff. de ↄdi. indeb. in summa. exemplum. ff. de aleato. l. 1. & l. quib. Distinguit tamen inter insistentem & resistentem. nam si actor per calumniam insistat, nulla est transactio: sed si reus per calumniā resistat, valet. C. eodem. sub prætextu. licet per actionem vel replicationem de dolo consulatur actori, quando reus dolo induxit actorem ad transigendum, vt ibidem dicit Sed si aliqualis esse potest, quamuis nulla sit, vel iniusta, tenet. C. eod. l. 2. Et ideo dicitur, Lite incerta: quia si contra sententiam latam fieret trāsactio, quæ suspensa non esset per appellationē: vel aliàs non verteretur in dubium de ipsius prolatione, non valeret. ff. de cond. ind. eleganter. §. si post rem. ff. eo. post rem. idem est, si neget iudicatum, cùm tamen sentētia liquida sit. C. de compensa. l. fi. & de poen. qui sententiā. Potest autem trāsigi & ante litem, & post litem, ex quo discordia orta est: vnde intellige, lite pendente vel futura. ff. de cond. inde. eleganter. §. si qui transact. & ideo dicit, Non gratuita, quia non procedit, nisi aliquo dato, retēto vel pmisso. j̃. eod. super eo. & C. eo. transactio. Dicitur autem transactio, quasi actionis transitio, eo ꝙ qui trāsigit, ab actione trāsit & recedit. & sic propriè dicitur transigere is qui agit. C. eo. l. 2.

2 **Quis potest** transigere? † Dominus rerū vel actionū, tutor, curator, & d'curator, habens liberam administrationem. ff. de procu. l. procurator cui libera. prælatus ecclesię, procurator habens speciale mandatum. ff. de procu. mandato. & l. procurator totorum. Item procurator datus in rem suam: quia talis domino præfertur. ff. de procu. procurator in rem suam. secundum Goffr. & breuiter transigere potest is qui pacisci. quod dic, vt not. s̃. tit. 1. §. quis in ecclesiasticis. & quantum ad ciuilia, recurrendum est ad summam Azo. §. quis possit. Vnum tamen notandum, quòd procurator generalis nō potest transigere, nisi habeat speciale mandatum. arg. j̃. de relig. do. c. pen. C. e. trāsactio. & de proc. si procurator. vel nisi habeat generalem & liberam administrationem, vel nisi sit in rem suā datus, vt statim præmisi. Sed quęrit, an prælatus potest transigere[b] in causa ecclesiæ suæ, sine consensu capituli? Resp. non. j̃. eo. cōtingit. sicut nec alienare. 13. q. 2. sine exceptione. & 10. q. 2. §. hoc ius porrectū. sed agere potest cām ecclesię, cum sit maritus & legitimus administrator, præstita tamē satisdatione, ꝙ capitulū ratū habeat, vt video in marito in causa vxoris. C. de pc. l. maritus. vel cum causa sit cōmunis inter prælatū, & capitulum, admittetur prælatus ad agendum cū satisdatione de rato: sicut

consors

ADDITIONES.

a Quid sit transactio. ¶ Adde tex. in l. eleganter. in §. si quis post. ff. de cond. ind. l. j. de transact. l. transacta. ff. de ver. sig.

b An prælatus posit transigere. ¶ Adde Bal. in l. cùm integrum. C. si aduer. transact. Doct. in c. contingit. de transact. Inn. in c. pernenit. de arbit. Car. Zab. in c. super eo. in 7. q. de transact.

consors in causa sui consortis. C. de consor. eiusdem litis l. 2. Defendere autē ecclesiam ex suo officio tenetur. s. de rescript. edoceri. Sed ad primũ opponitur, prælatus habet liberam & generalem administrationē, ergo transigere potest. ff. de procur. l. procurator cui libera & l. procurator totorum. & ꝙ prẹlatus sit procurator ecclesiæ, probatur. j. de do. fraternitatem. 12. q. 1. ca. vlt. Item tutor transigit. ff. de fur. l. interdum §. qui tutelam. & prẹlatus tutor est. 15. q. 1. in canonibus. Item transigit administrator ciuitatis. C. eo. l. præses & prælatus administrator est, seu dispensator. 10 q. 2. precariæ. Ad primam obiectionē respon. prælatus habet generalem administrationē, sed nō liberã: & ideo transigere non potest. ff. de procu. l. mandato. sed contrà. s. de electione. cùm nobis olim. § finali. Solutio. quod ibi dicit, liberam, intelligas quo ad bene administrandum, non quo ad perdendum. j. de dona. c. 2. qđ dic, vt no. j. de dona. §. quis. & §. & quid. Vnde dic, quòd prælatus transigere non potest alienando rem de qua agitur: plerunq; enim per transactionem fit alienatio. C. de liti. l. vltim. & secundum hoc potest prẹlatus agere, sed non alienare, quamuis lex reputet hoc absurdũ. ff. de iure delibe. l. ait prætor. Sed illud est speciale, vt no. s. de rescr. §. quæ possunt obijci. ver. ego contra. Vel potest dici, quòd est generale. fallit autē in prælato. nam & secundum legē illam sequeretur, ꝙ sine consensu Papæ, cui iurauit non alienare, non posset esse in iudicio & vide quod no. j. de iura. calum. §. quis debet iurare. ver. sed non videtur. Item fallit lex illa in tutore. Item nō obstat obiectio prius facta de tutore, qui transigit. nam alio modo requiritur consensus capituli, quàm pupilli. Item non obstat superior obiectio de præside: quia præses habet liberam & generalem administrationem. hæc tamen materia plenius explicatur. s. de rescrip §. quæ possunt obijci. versi 99. & adde quod no. j. de arbit. §. de qua re. versicu. de clerico.

3 **Super quibus** rebus. † Super omnibus, præterquàm in prohibitis ciuilibus, siue criminalib. C. e. causas. & l. transigere, vel pacisci. sed non licet in omnibus criminalibus. vnde versus:

Sanguinis & capitis metuens de crimine pęnam,
Transige, si placeat, non transiget vllus adulter.
Si capitis pęnam metuas, sine sanguine frustra
Transiget, interdum de crimine transige falsi

Versus isti eliciuntur ex l. trãsigere: sed quod dicit primus versus, verum est respectu accusati, sed tamē accusans incidit in Turpilia. ff. ad Turpilianum. l. ab accusatione. de hoc tamē nihil ad reũ cui ignoscitur, si sanguinem suũ quoquo modo redimit. vt ff. de bo. eo. qui an. sen. mor. sibi consc. l. j. secundũ Goff. 2. q. 3. §. notandum. versi. in omnibus. sed non puto, ꝙ hodie sit standum illi legi, cùm mortale peccatũ foueat, vt apparet in his quæ no. s. de offic. archid. §. quod sit eius officiũ. versi. quare autem non currat præscriptio. Et quod dixi, accusantem incidere in Turp. post inscriptionem, intelligas verum esse, nisi abolitio fuerit impetrata. 2. q. 3. §. abolitio. Item & ante litem contestatã, siuę inscriptionē pōt accusans pęnitere. 2. q. 3. si quē pęnituerit. j. de acc. licet. § penult. Quod dicit finis secundi versus, verũ est similiter: sed tñ potest reconciliari. j. de adul. si vir sciens. in auth. vt nulli iud. §. adulteram co. 9. Quod dicit tertius, & prima pars quarti, similiter verũ est: ideo dicit interdum, ꝙ si vera transactio fieret, scilicet pecunia ĩteruenięte, nō valeret ut in d. l. trãsigere. & reus haberetur pro confesso. ff. de præuar. in omnibus. & de his qui no. infa. l. quoniam. & l. precẹd. athletas. in fin. tñ gratuita pactio vel remissio fieri potest. ff. de iure fisci. l. ĩ fisci causis. & ad leg. Iul. de vi pub. qui cẹtu. §. vlt. & de his qui not. infa. furti. §. pactus. Finis quarti versus planus est. Quid de priuatis criminib. non uidetur quòd possit super his transigi. arg. ff. de arbi. l. nō distinguemus, §. Iulianus indistinctè scribit, si per errorem. Sed cōtrà, cùm nulla. l. prohibitũ sit. dic quod ſm canones nō licet transigere super aliquo crimine uera transactione: cum pęna sanguinis non inferatur. 23. q. 7. his à quibus. j. ne cler. uel mo. sententiam. j. de rap. in archiepiscopatu secundum Da. & Goff. tamen gratuita pactio potest fieri, ut suprà not.

4 **Et in quibus** cessat. † In criminalib. secũdum quod dictum est s. prox. si tamen sup actiōe iniuriarũ uel furti fiat transanctio, authoritate iudicis tenet: nec efficitur quis infamis, si precibus remissum sit, vel si iureiurando suam infamiam purgauerit. ff. de his qui notantur infamia. furti. §. pac. & §. qui iussu, aliàs autem in actione famosa, quæ ex delicto insurgit, sicut ui bonorum raptorum, doli mali, furti, iniuriarũ, nō potest transigi. ff. de his qui not. infa. athletas. §. ult. & l. sequ. cus, si ex ꝯtractu insurgat infamia, ut mandati, tutelę, depositi. ff. de his qui not. infa. in actionibus. Item cessat in spiritualibus. j. eo. constitutus. nisi fortè cum alio spirituali fiat permutatio. j. de rerum permu. ad quæstiones. sed tñ licet in spiritualib. reprobetur transactio, amicabilis compositio admittitur, quæ si fiat sine authoritate iudicis, personalis est, & ideo cum psonis extinguitur: si vero authoritate iudicis, realis est, nisi p iudicem aliud dictum sit. sic loquitur. j. eo. statuimus & c. de cætero. & c. super. & c. veniens. j. de confirmat. vtili vel inutili. venerabilis. j. de decimis. suggestum. & c. nuper. & c. dilecti. & c ex multiplici & j. de præbend. nisi essent. j. eod. præterea. Ponitur autē transactio aliqñ pro amicabili cōpositione, vñ ex ponendum est j. eodem. ex literis. & c. veniens. & notandum ꝙ licet ꝯpositio authoritate supioris facta teneat mero iure, tñ restituet, si ex hoc grauiter lędat. arg. j de rest. in inte. c. j. & de reb. ecc. non alie. c. ad nostrã. & ad idem in his quę notant j. de rest. in inte. §. in quib. Itē cessat in actionib. ex testamēto dependentib. nisi testamentũ videatur. ff. eo. de his. Item cessat in subiectione. j. e. præterea. 2. Item non valeret pactum, ꝙ subiectus in subiectione remanens superiori non obediat in licitis & honestis: cùm ei etiam in dubio obediēdum sit, vt no. s. de maio. & obed. §. ad quid obediens. ver. quid si dubitetur. His. n. & inferiorib. & consimilib. transactio non habet locũ. j. eo. c. si. secundum Gof. Potest ergo transigi sup subiectione: quia non ꝫ eam valet præscriptio. j. de pręsc. cùm ex officij. Potest tñ ꝑlatus retinere sibi certam pensionē, quando confert ecclesiam dummodo non augeatur antiquus census. j. de religios. domi. constitutus. aliàs contrà. j. eo præterea j. s. tit. j accepimus. j. de censi. prohibemus. Vel dic, ꝙ in signum dominij potest sibi moderatum censum retinere, episcopus quando confert ecclesiam. arg. j. de censib. omnis anima. vel ad iudicium libertatis percepte. j. de priuil. recepimus, secundum Da. Quantuncunque autem Episcopus generaliter eximat ecclesiam, non transit iurisdictio, nec reuerentia, nec alia, de quib. nota s. de of. ord §. quid pertinet. ver. & notandum. Quid ergo venit in generalem remissionem? omnia temporalia quandoq; j. de don. pastoralis. secundum Goff. Item quæritur, si super ecclesia agat, an transigi possit? resp. non, j. e. constitutus. quod intelligo, cum de ecclesia agit, tanquã de titulo, seu bñficio ecclesiastico j. sup eo. & in auth. d. n. extrà, de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, eum qui. Cẹterùm si duo episcopi, vel duo monasteria agant de ecclesia, contendentes de proprietate illius, vt de proprietate prẹdij alicuius. 16. q. 3. inter memoratos. tunc transactio locum habet, & permutatio, dum tamen non detur temporale pro spirituali. j. de rerum permutatio. ad quęstiones. Si vis scire, vtrum super ecclesia, quæ petitur tanquam beneficiũ, non possit compromitti, vide quod not. infrà, de arbitr. §. de qua re. ver. item prohibetur in matrimoniali. & seq. not. etiam de hoc. j. de iudi. §. quæ sunt necessaria. sub § porrecto. versicu. quamuis autem. Item cessat in matrimonio. j. eod. capitu. fina nec enim leue lucrum tali damno seu dispendio compensandum est. j. de conuer. infide. c. 1. Item in monachó.[a] j. de statu monach. cùm ad monasterium. in fin. Item cessat post rem iudicatam: quod dic vt no. s. §. 1. Item cessat in alimentis in quib. non transigitur sine authoritate iudicis, nisi faceret alimentarius conditionem suam meliorem. ff. eo. cùm hi. vsque ad §. qui transigit. & §. si prætor. & C. eodem. de alimentis.

5 **Quis sit effectus.** † Vt ei stetur omnino si legitimè facta sit. j. e. c. 1. & c. cōtingit. ergo si p metũ vel p fraudem sit extorta. non ob. C de pact. cũ posteaquã. C. e. ti. ĩterpositas. & ar. 15. q. 6. si sacerdotib. verũtamen ex ea non oritur actio: sed exceptio tantùm. C. eod. siue apud acta. & de pactis. cùm proponas. vnde si generalis fuit petitio, & generalis sequatur transactio, in omnib. excep. ob. quæ illam generalitatem tangunt. j. eo c. 1. & C. eo. sub prætextu. nisi aliter dolosè occultasset aliquam speciē. ff de pac. tres fratres. Si verò petitio specialis fuit, & transactio generalis, quantum ad verba ob. excep. tantùm in specie deducta in iudicium. C. eod. si de certa. & l. age. ff. eod. cum Aqui. & l. qui cũ tutorib in fin. Sed si petitio sit specialis, & transactio specialis, hoc non est dubiũ, ꝙ non ob. in aliis. ff. de pact. si vnus. §. pacta. & s. de offi. ordin. dilectus. Sed & si petitio indefinita sit, quæcũque trãsactio sequat, non ob. nisi in speciebus in iudicium deductis. C. eo. si ex falsis, & C. de iudic. Per Aquilianam autem stipulationem & acceptilationem perimuntur omnes antiquę actiones. ff. eo. cum Aquiliana. Instit. quib. mod. tol. ob. §. est & prodita. vñ quicquid aliud opem ferre partib. poterat, sit vacuum omni virtute cassatũ, & sola transactione validum, perpetuumq; robur obtineat j. e. c. 1. Et hic est effectus ex parte rei, cui datur exceptio ex transactione. ex parte verò actoris, non datur actio ex transac. vt id detur, vel id fiat, quod ꝯueniat dari vel fieri, vt recederetur à lite: & est ratio:

ADDITIO.

a In monacho. ¶ Adde an valeat transactio inter monachum & Abbatem. vide per Arch. in c. cum pastoris. 2. q. 7. Inn. in c. cum olim de priuil. Inn. & doc. in c. in præsentia. de prob. Bal. & Sal. in l. interpositas. C. de transac. Abb. consi. 89. inci. do. Io. in 1. col. in 1. vol.

ratio:quia actori superest vetus actio,ad quam redire pōt, & si opponatur excep.ex transactione,replicabitur,nō debet ei fides seruari,qui vult contra pacta uersari.C.eo.siue apud acta. & de pactis.cùm proponas.j.de iureiur.peruenit 2.& si actori nō superest vetus actio,datur ei condictio ob causam contra reū,ut se reponat in pristinam obligationem.ff.de cond.causa da.l.si qs accepto tulerit.uel dat actio actori præscriptis uerbis ad interesse:quia est contractus,Do ut des,cū hic remittere,idem sit ꝙ dare.ff.de cōdictione causa data.si mulier.& de iure dotium.l.si pater.& l.quemadmodum.§.1.& de præsc.verbis l. ob eā. de dolo autem non agit actor,quia non fuit dolo inductus, ut transigeret,licet ex post facto reus fecerit dolo,quòd non seruauit fidem.ff.de dolo.l.2.§. si quis.sinautem in transigendo dolo fuisset inductus,actor ageret de dolo C.eod.l.sub prætextu. † Est ergo transactio paris authoritatis cū sententia:quia ex vtraq; oritur exceptio.C.e.non minorem.sed maioris,quia per ipsam alias obligatio tollitur ipso iure.ff.de solu.Stichum.§.naturalis. secus in sententia.ff.de cond.ind.Iulianus.Itē minoris, qa ex ea nō datur actio,ut dictum est:sed ex sententia oritur. C. de iureiur. actori.Item sententia contra sententiam lata, à qua appellatū nō est,non tenet.C.quando prouo.nō est ne.l.1.secus in transactione secūdum quosdam:imò certè idē.ff.de condi.indebi.elegāter.§.si quis post.nisi bona fide negetur iudicium nō esse. ff. e. post rē.quod dic ut no.s.e.§.1.Item sententia facit ingenuū,non pactio.C.de inge.& ma.ingenui.ff.de sta.ho.ingenuum.

DE POSTVLANDO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Postulare quid sit.*
2 *Postulare quis possit.*
3 *Postulare quis non possit.*
4 *Ad officium aduocati quid pertineat.*
5 *Pupillus per alium respóndet.*
6 *Aduocati sedere non debent.*
7 *Religiosi in foro ecclesiastico aduocare non possunt.*
8 *Clericus postulans pro extraneo contra ecclesiam, in qua est beneficiatus, potest ab ea expelli.*

TRactaturus magister de iudiciis præmittit de qbusdā p̄paratoriis iudiciorū, & sic de postulādo. Vel sic: Quia multoties contingit, ꝙ pacta seu trāsactiones infringunt, uel minus plenè seruant:nec est tutum cuilibet ad iudiciū accedere sine aduocato, ideo videamus de postulando, Quid sit postulare, Quis postulare possit, Quis non, Quid pertinet ad officium aduocati.

1 Quid sit † postulare.[a] Desiderium suum, uel amici sui apud eum, qui iurisdictioni præest, proponere agendo seu respondendo.ff eo.l.1 § postulare.3.q.7.§.tria.ponit autē alibi postulare pro petitione q̄ facit quis iudice sedente pro tribunali, ut sibi caueat de damno infecto.ff.de damno infecto.l.3.§.hoc autem iudicium.& seq.Itē postulari dr̄ ille qui eligendus est.s.de postulatione prælatorū.sed & postulatores dicūtur patroni & aduocati.ff. de uarijs extraordinarijs cogni. lege prima §.aduocatos.dr̄ patronus vel aduocatus qui habet ius repræsentādi in ecclesia.j.de iure patronatus.in summa,& p totū.

2 Quis postulare † possit Ingenuus, libertus, literatus & illiteratus, dummodo habeat experientiā causarū ex cōsuetudine. C.e. nec cæterorū. & l. prouidendum.in prin.& de iud.certi.& in auth.de iud.respon j. ibi,nos igitur.coll.6.& breuiter, postulare potest quicunq; non prohibetur:quia hoc edictum prohibitoriū est,sicut & illud de procu.ff.de procu.mutus.& illud de testibus.ff. de testi. l.j. & illud de matrimonio.j.de spō.cùm apud Item aliquādo postulat quis etiam inuitus:ait enim prætor, si non habet aduocatū ego dabo.ff eo.l.1.§.ait prætor.quod intelligitur de his q ipsum habere non possunt,uel ꝑpter paupertatem,uel propter potentiā aduersæ partis.ff.de offic.proconsul,nec quicquam.§.fin.Si ergo iudex hoc alicui præcipiat, & subiectus sine causa deneget suum patrocinium præstare,caret foro,id est,potest ei per iudicem interdici,ita quod in perpetuum non aduocabit.C.eo.prouidendum.& hoc de plano intentatur offic.iudi.vt dixi s.de offic.iudic.c.1.& in summa.Dixit tamen Azo quòd obedire tenetur ita demum,si sibi cōpetens salarium constituatur pro facundia sua.ff.de var.& extraor.cog.l.1.§ in honorarijs.& facit ꝑ eo quòd nemo tenetur propriis stipendiis militare.j.de syndico.infrà.de præscrip.cum ex officij.ad si quod concedo. hoc tn̄ moderamine adhibito circa clericos saltem, quòd quando diues est is cui datur, sed per potentiam aduersarij ipsum habere nō potest, constituatur ei salarium temporale: sin autem pauper est, gratis aduocet,& à Deo expectet remunerationem spiritualem à quo iā recepit pro salario sciētię,si quā habeat,margaritā: qa gratis accepistis,& c.j.de magist.cap.2.& 3. His autem qui aliàs possunt habere,non puto dandū aduocatum per iudicē: sed ipsi per se,& suam pecuniam,si uoluerint,quærant.ff.de reb.eorū qui sub tut.sunt l.magis puto §.in primis ergo. unde expone, si non habent aduocatum,id est habere non possunt,sic exponit, si aqua pluuia nocet ei,id est,nocere potest.ff.de aqua plu arcen. Labeo.Et istud no.circa huius salariū,quod non licet pacisci cū aduocato de certa parte litis,scilicet quota,puta decima,uel centesima:uel interdici debet ei forus,& est remouendus à communione aliorum patronorū C.e.si qui aduocatorū, sed de quanta licet,dūmodo non egrediatur legitimum modum,scilicet cētū aureorū.ff.de var.& extraordinar.cog.l.1.§ in honorariis.& §.licita.quorum aureorum lxxii.faciūt libram auri.C.de suscep.& arca.quotiescunq;.li. decimo. potest aūt aliquid nomine palmarij,id est victoriæ stipulari.ff.de var.& extraordina.cogni.l.j. §.sed & si nomine palmarii Quod si quis pactus sit de certo salario,ipsum petere potest per condic.certi ex stipulatu, si stipulatio intercessit.Instit.de verborum obligationibus, in princ.Sed si nō intercessit stipulatio,aget condict.ex l.illa.C.de suffragio, l.vna.& in hoc casu speciale est,secūdum legē ut ex nudo pacto agatur,& quòd salarium incertæ pollicitationis petatur contra illud,C.mandati salarium.Si uerò certum nihil pactum est, potest implorari officium iudicis: ut pro modo facundię & scientiæ iuxta consuetudinē fori,& pro quantitate negocii, seu qualitate,salarium reddatur:dummodo non excedat legitimū modum.ff.de uar.& extraordinar.cogni l.1.§.in honorariis. & not. de simili materia,infra,de procura §.quis sit effectus.uersicu.tenetur etiam dominus.Et si quis hoc cū l.C de spor.l.2. ubi solidus pro aureo ponitur,diligenter inuestigator inueniet, quod aduocatus secundum tempora antiquarum legum sexies decies plus,& quatuor vltra percipere potest pro salario, quàm maior iudex pro sportulis recipere posset:sed hodie per consuetudinē seu prauum abusum iudices hoc non seruant:imò eis additū,& detractum est aduocatis.& iunge quod not.j.de Iudęis, sub rubrica de seruis Iudæorum.ver.sed cuius monetæ.

3 Quis non. †Hic sciendū,ꝙ prætor tria capita fecit:in primo ꝓhibuit quosdā q nec pro se, nec ꝑ aliis aduocare possunt:sicut minorē xvii an.& surdū qui nullo modo audit:quia plerunque non exaudita uoce prætoris tāquam contumax damnaretur.In secundo prohibuit quosdam, qui postulare non possunt,nisi pro se, & his quorum tutelā uel curam gerunt, sicut mulierem: & huic dedit causam Calfurnia improbissima mulierum.Itē prohibuit in secundo capite utroque lumine orbatū, cui dedit causam Publius cæcus, qui auersa sella retro tergum Bruti postulando clamauit: & omnes infames ipso iure,uel de capitali crimine condemnatos,uel qui locauit operas suas,ut pugnaret cū bestiis in arena. In tertio prohibuit postulare quosdam,nisi pro se & certis personis, ut puta liberis,parentibus,& patronis,& patronorū defensore,vxore,socero,socru,nuru,vitrico,nouerca:priuigno,priuigna, pupillo, pupilla,furioso,furiosa,fatuo,fatua, cū his personis curator detur.in hoc tertio capite continentur hi qui lege,plebiscito, senatusconf.edicto,decreto, principum placito prohibentur. Item hi qui per sententiam infames sunt. ff. eodem l.1.2.3.4.& 5.vnde versus:

Addictus pœnæ, seruus, pūer,[b] *actor arenæ,*
Luminibus carens, mulier,[c] *muliebria passus.*

Sed multi alii prohibentur & repelluntur. Prohibentur enim clerici in sacris:& si sine titulo sint promoti.quia Episcopus qui promouit eis tenetur titulum assignare.ut not.suprà, de æta.& qualit.resp.1.& de tempo.or.§.& qualiter.uer. sed nec ordinari debet.& probatur j.de præb.cum secundum Apostolum. qđ dic,ut not in § sequent.Item prohibetur Episcopus[d] etiam pro se.5.quæst.3.quia Episcopus.secundum Goffr.intelligo in foro ciuili,aliàs hodie contrà:cùm habeat electionem, utrum per se, uel per procuratorem litiget coram iudice ecclesiastico. sic intelligas j.de iura.calum.c.fi.Item repellitur aliquis iudicis offic.pro eo,quia iudicis & aduocati officio fungitur. C. de offic. asses.

ADDITIONES.

a Quid sit postulare. ¶ Adde gl.in c.1.de postul.præl.lib.6.gl.in §.sed aliud. lxj.dist.gl.in c.decernimus.de sent.excom.lib.6.l.1.§.postulare.ff.de postu & in l.dies.in §.hoc autem.ff.de dam.infe.

b Puer. ¶ Adde Inn.in c.conquestus.de feriis.Ang.in l.1.in §.pueritiam. in.1.collumn.ff.de postu.

c Mulier. ¶ Adde Ang.in l.1.in §.sexum.ff.de postu.

d Prohibetur Episcopus. ¶ Adde gl.in c.cupientes.in §.pen.de elec.lib.6.

assesl.l.si. Item quia non sit æqua distributio, uel quia ad mandatũ iudicis nõ vult patrocinari ei cui iniungitur. talis enim caret foro, nec vnquam restituitur. etiam si excusationem prætendat, quæ nequeat comprobari. C eo. l. prouidendum. 3. q. 7 §. tria. uersi. sin uerò. Item si pactus est salarium cum graui detrimento litigatoris, maximè de quota parte litis. C. eo. si qui aduocatorum. 3. q. 7 §. arcentur. Item quia non est catholicus. C. eodem. nemo. de pœnitent. distinction. prima. nemo. infrà, de hæretic. excommunicamus §. præterea. Item quia excommunicatus. 11. quæst. 3. cum excommunicatus. etiam si aduersarius consentiat. infra. de exceptio. exceptionem. multò fortius, si clericum ecclesiæ, in cuius foro aduocat, interfecerit. argum. j. de pœnis. in quibusdam. quamuis ibi loquatur de alio aduocato. sed si de illo qui in re ius habet, hoc uerum est, multo fortius & de isto prodest hoc notare quia quamuis per dominum Papam à sententia excommunicationis absolutus fuerit, adhuc remanet pœna ista. hoc fuit de facto. sed cõtrà quia pęnę non sunt dilatandæ. ff. de pœnis. interpretatione. Itẽ religiosus.[a] quod dic ut nota. inf. eodem. §. sequen. uersic. religiosi. Item clericus in causa sanguinis, ut not. infrà eod. §. sequ. uersicu. illud tamen. Item per l. Iul. repetun. si pecuniam ob non aduocandum recepit. ff. ad legem Iuliam repet. eadem. Item quia à iudice ad tempus, uel in perpetuum prohibitus est. ff. eodem. puto. & l. sequẽt. Itẽ per legẽ canonicã, si audiuit leges Parisiis. j. de priuil. super specula. uel si habens personatum, leges audiuerit, & intra duos menses non resipuerit: j. ne cler. uel mo. super specula. & cap. non magno. in fi. super quo uide quod not. in summa eodẽ tit. §. si uer. ut religiosi. & seq.

4 Quid pertinet ad officiũ † aduocati? vt ea quę ad causam clientuli sui faciunt, siue de iure siue de facto curialiter proponat, nec opprobriis certet. C. eod quisquis videtur ergo, quòd positiones possit facere & positionibus respondere. argum. ff. de adul. si postulauerit. § quæstioni. & de procu. non solum respon. 1. sed contrà, quia alius pro alio interrogandus non est, nec confessio uel positio principali noceret. ff de interrog act. si sine §. 1. & §. sequẽ. alias est l & incipit, si defensor. 2. quæst. 5. interrogatum. infra. de adult. significasti. ff. de interrog act. qui seruum. §. fin. C. de iura. calum. auth. principales. Ad hoc dicendum, quòd principalis & ponere, & respondere debet. & tamen aduocatus cauere debet, ne clientulus in obscura positione, uel duplici possit capi. dicit tamen dominus Innoc. quòd quando clientulus simplex est, & rudis, potest ponere factum per aduocatũ de licentia iudicis, aliàs non. j. de iudic. pastoralis 5 Item pupillus † per alium respondet. C. de authorit. præstan. l. fin. fallit & in uniuersitate, quæ per illos per quos regitur, & iurat & respondet. ff de cõdi. & demon. municipib. & ad municipales. municipes. C. de iuram. calumn. l. ij. §. quod obseruari. Itẽ fallit in Illustribus & Episcopis. C. de procu. l. penult. in auth. ut ab illustribus. col. 5. & 5. quæst. 3. quia episcopus. inf. de procura. non solùm respon. 1. Item fallit, C. de cura. fu. l. fin & in similibus casibus, aliàs autem quilibet in propria persona cogitur respondere, dummodò ætatem habeat. de consecra. di 4 cùm pro paruulis. & uide sup hoc quod not. infrà, de iudic. §. quæ sunt necessaria. sub §. utroque autem. uer. hoc tamen scias. Caueat etiam aduocatus, ne falsam legem[b] alleget pro uera, aliàs falsi crimen incurreret, ut infrà not. de cri. falsi §. qualiter committatur. uersi. dicto etiam committitur falsum. non mentiatur, nec à ueritate recedat, nec cauillosè alleget, nec peruersè interpretetur. C. de iudic. rem non nouam §. patroni. C. man. ab Anastasio. respon 1. in authent. constitutio quæ ex adscriptio & libera matre. in prin. col 6. inf de decim. ad audientiam. nec dilationes non necessarias petat. 3. quęs. 7. §. tria. uer. si quis ex litigatoribus. C. de iudic properandum. §. illo procul dubio. Item ad officium suum pertinet, ne causam suscipiat contra conscientiã, & quàm citò sentiet, quòd desperata sit causa, omnino recedere debet, alioquin in dolo est aduocatus. arg. optim. de excep doli. l 2. §. Itẽ queritur si quis. in fin. debet ergo à lite recedere, & salarium, secũdum quod recepit restituere, secundum Goffre sed hoc quod dicit de salario non dicit l illa. & quare non haberet aliquid pro labore, quẽ forte subiuit bona fide: tamen ad alia quę procedunt seruanda, olim sacramento adstringebatur, sed hodie non seruatur. quod ergo iubetur, lege cauetur, sed in consuetudine non habet. secundum Bulg. C. de iud. rem non nouam. §. patroni. tñ hodie & si uenit ꝯ ꝯscientiã, ædificat ad gehennã. s̃. de seru. in or. fa c. unico. nec aliquid prodest uniuersum mundũ[c] lucrari, & animæ suæ detrimentũ pati. j. de sim. c. Matth. & nõ minus peccatũ est in offensiõe, quã in effusione sanguinis. xj. q. 3. quisquis. §. inde Dauid; Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est. uel ped. corũ ad effun. san. ideo & tutori imputat, si causam pupilii desperatam ducat, uel superuacaneam. C. de admi. tuto. si bonam. ff. de admi. tuto. quoties §. sicut. ignoscendũ est aũt illi, qui bonã fidẽ agnouit, ut ibi. & ff man. Quintus. unde & aduocatus nequã tenetur clientulo ad interesse in tali casu. arg. C. de admi tuto. non est ignotum. quod dic ut no. s̃. de consue. §. & de virtute. uer generalissima.

Tenetur etiã aduocatus, nedũ si causam desperatam cõsulat prosequendam, ut dictũ est proximè: sed & si per imprudentiam suam ipsam amittat, uel negligentiã. ar. ff. ad leg Aqui. idem iur. & ff. de loc. & cond. cùm in plures. §. locator. ff. de offic. præsi. illicitas. §. sicuti. s̃. de æta. & qual. ad aures. multo fortius, si causam prodiderit: quia tunc maior pœna debetur. ff. de poe. si quis aliquid. § si quis iustam. ff. ad leg. Cor. de fal. l. 1. §. is qui. ff. de extraord cri. saccularij. §. 1. Et breuiter tenetur, qualitercunque uitio suo cãm amittat. ar. ff. de euict. si ideo. C. de euic. emptor. ff. de tabul. exhi. locum. §. condemnatio. secus si ex qualitate causæ, uel ob defectum probationis: quia vitium est materię, non artificis. ff. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. calicem ff. loc. Item quæritur. §. si gemma. 6 Item † ad officium suum pertinet stare, non sedere: quia sedere est iudicis C. e. quisquis in fi. ideo in honorem cleri prohibitum est, ne aliquis in sacris constitutus, uel etiam in minoribus, cui tñ competenter est prouisum, postulare possit corã seculari iudice, nisi pro se & miserabilibus personis: quæ proprias causas defendere nõ possunt. sic intelligo, j. e. c. 1. tales ergo quasi de tertio capite possunt etiam pro coniunctis personis postulare. j. e. c. vlt. hoc est, usque ad 4. gradum. C. de aduo. diuers. iud. petitionem. §. licentia. j. de cons. & affi. non debet. uel fortè nomine coniunctarum personarum continebuntur amici, qui plerũnque diliguntur syncerius, quam consanguinei uel affines. ar. ff. de hær. inst. nemo dubitat. §. qui frater & de uerbo. signi. latæ culpæ §. amicos. quod satis admitti potest, dummodo pecunia non interueniat, quia præcipuè in hac prohibitione auaritia consideratur: quæ in clericis consueuit regnare. j de deci. c. 1. in fi. & de iure patr. nullus & arg j. de homic. tua nos. & j. de pœnis. licet. & adde quod not. j. eod sub § illud in summa. Item honor in hoc consideratur, ut dictum est, ne uidelicet clericus stet in pedibus coram rustico seculari: qui pro tribunali sedet, quæ ratio remittitur vrgente necessitate, uel causa eleemosynæ: quia cuilibet tenemur in necessitatibus subuenire. lxxxvi dist. quisquis. & c. seq. Ex præmissis paret à contrario sensu, quòd coram iudice ecclesiastico licet clericis postulare indistinctè, & corã seculari, si necessitas vrget. quia iusta negotiatio nõ est clericis interdicta.[d] & hæc est iusta 11. q. 3. non licet. j. ne clerici, uel monach. c. 1. quæ autem sint negotia secularia, legitur xj. quæst. 1. §. ex his omnibus. & no. j. ne cleri. uel monac. §. 1. Et nũquid potest agere constitutus in sacris? non, cùm habeat regressum erga ordinatorem, seu successorem. j. de præb. cùm secundũ. imò certè potest repelli. s̃. de ætate & qualitat. accepimus uerũ est: sed culpa sua tantùm, quare non habebit restitutionem. ff quod metus causa, si mulier. respon 1. & ideo vt eius exẽplo alij terreantur. cùm malè meritus sit, publicè perpetua egestate laborare debet. ff. deposi. bona fides. xciij. distinct. diaconi. & de seipso queratur, non de alio: argu. infrà, ut benefic. eccle. ut nostrum. §. quod etiam. Si autem de facto egeat, dicas ꝙ de iure potest sibi quærere uictum, potius quàm mendicare. argu. s̃. de renuncia. ad supplicationem. & oppo. argu. xxj. quęstio. 1. c. 1. in fine. xciii. distinctio. Diaconi. infrà, de censib. cùm Apostolus. in princip. quia licitè recipitur pecunia pro patrocinio impenso 11. quæstio. 3. non licet. nec enim proprijs stipendijs, &c. 13. quæstio. 1. §. quia verè. x. quæstio. 2. precariæ 12 quæ. 2. charitatem. sed contrà: quia non possunt petere salarium constituti in sacris. xv. quæstio. 2. capitu. 1. dic illi capitu. per contrariam cõsuetudinem derogatum. uel intellige de non egente, quod melius est, licet quidã ipsum intelligant de monachis & de regularibus: sic ipsum intelligit Gratianus, ut ea. quæsti. §. unico. 7 † Religiosi[e] tamen etiã in foro ecclesiastico aduocare non possunt. nisi vtilitas monasterij exposcat, hoc abbate nihilominus impetrante.

ADDITIONES

a Item religiosus. ¶ Adde c. cùm monasterium, de elect. c. per tuas, de uoto. c. post translationem. & ibi Inn. de renun.

b Aduocatus ne falsam legẽ. ¶ Adde quid de aduocato qui fecit falsas & iniustas allegationes, tenetur in conscientia ad interesse. uide p Ant. de But. in c. ad aures. circa prin. de æta. & qual. Cy. in auth sed hodie. C. de iud. & per S. Tho. 2. 2. q. lxvi.

c Quid ꝓdest vniuersũ mũdũ. ¶ Adde originaliter Mat. 16. Mar. 8. & Lu. 9.

d Iusta negotiatio non est clericis interdicta. ¶ Adde quæ negotiatio dicit esse prohibita ꝑsonis ecclesiasticis, & quæ non. uide p Spec. tit. de cleri. cõiug. ver. sed quem dices. Bal. in c. transmissam. in fi. de elec. Ant. de But. & Abb. in c. si de uita & ho. cle. Io. de Ana. in c. 3. in 2. col. de ra.

e Religiosi. Adde Ant. de But. & Io. de Im. in c. 2. de postu. & per Io. An. in reg argumentũ. de reg. iur. li. 6. ĩ mercur. limita. nisi eẽt Abbas, q mãdaret ꝓ uno amico monasterii. & tunc ille monachus potest. ut per Inn. in c. cum 1. & A. de re iud. quem sequitur Abb. in c. ex parte. de postul.

trante.vt xvj.q.j.alia.& c.placuit.xv.q.2.c.1.j.eod capi.2.& uide quod no.j.ne cleric.vel monac.§.quę sunt permissa cle.& §.quę sunt permissa monachis.& idem vide de prælatis, & personis ec a clesiarum secularium,[a] cùm quasi pari passu ambulent cum regularibus,vt patet j.ne cleric. vel monach.capi.vltimo.& capi.non magnopere. ideo præcipitur, quòd Episcopi & sacerdotes non per se litigent: sed per aduocatum.5. quæstio.3. quia Episcopus. Episcopi enim & sacerdotes non debent indifferenter aduocare, ne vilescat eorum dignitas.88.distinct. perlatum.13.q. 5.deniq3. 11.q.1. te quidem. si ergo pro propria causa non possunt esse in iudicio multo fortius pro aliena:& potest hoc cōcedi de illis qui curam animarum habēt.cùm enim iudicia forensia præcipuè,vel pro maiori parte curent,& tractent de temporalibus, non bene conueniunt,nec in vna sede morantur maiestas,& amor.j.de cle ric.coniuga.diuersis fallaciis.C.de offi.assef.nemo.in fi. de talibus manifestè loquitur dictum capitulum vel potest intelligi de Episcopis & maioribus,qui tenentur habere œconomos.9.q.3.cùm scimus.hoc quantum ad forum seculare.nam in ecclesiastico eligere potest,vtrum per se,vel per alium litiget,vt nota suprà eodem.§.quis non.versi.item prohibetur Episcopus. Sed nunquid religiosus potest esse iudex? Dic vt notatur suprà,de offic deleg. §.cui possit.versic.cui subsit.Illud tamen sciendum,quòd in causa criminali clericus coram iudice seculari allegare non debet.51. distinctio.aliquatos 23.quæstio. vltima.his à quibus. nisi ad hoc, vt supplicet pro eis. ergo in defendendo admitti potest,secundū quosdam.argum.14.quæstio.6.si res aliena.23.quæstio.5.capit.1. & 3.capit.reos.sed tutius est,quod se non intromittat.argumen. j.ne cleric.vel monach.sententiam. nam si is contra quem defendit & succumbat,pœnam patitur talionis, vt j.de calum.§ quali pœna.& de homic.§.quæ pœna.versicu.illud autem certum est. suprà,de obliga.ad ratio.§.quis obligatus.versicu.quid de curialib. Est etiam oprobrium clericis, si velint se peritos forensium ostendere.C.de testament.consulta.C. de Episcopis & cleri repetita.Et not.quòd omnes qui habent,vel habere possunt propriū, sua repetere possunt,& etiam bona ecclesiæ, cuius clerici sunt in defectum prælati.j. de rebus eccle. non alienan. si quis presbyterorum.ad finem.sed si non possunt habere proprium, tunc agere possunt de mandato prælati.Item omnes agere possunt pro miserabilib.personis de mandato superioris.76.distinct. peruenit.& 88.distin.cap.j.& c.Episcopus gubernationem.non pro aliis.j.ne cler.vel monac.c.1.versic.in placitis.16.q.1.de præsentium. Illos autem qui prohibentur aduocare, non excusat consuetudo illa, cùm status ecclesiæ ex hoc lędatur,& diuinum officium retardetur.arg.s.de consuet c.1.& de off.ord irrefragabili.

3 Illud in summa not. quòd si clericus† pro extraneis præstat patrocinium, vel officium procuratoris exercet contra ecclesiam,à qua beneficiatus est, tanquam ingratus expelli potest.j e c.fi.§.vnico.idem si contra Episcopum suum.j.de excess.prælat.grauem.j.de verborum significatio. cùm clerici Placentini. Si ergo duæ ecclesiæ, in quibus beneficiatus est,adinuicem litigent,consulo quòd nemini nocეat:sed de concordia tractet.argumen. infra eodem,capi.fina.in principi.14.quæstio.quinta, denique si verò prælatus sit vnius,vi detur quòd possit agere contra reliquam, & etiam ius suorum contra propriam ecclesiam,si monita nolit emendare, defendere,& tueri:sicut aduocatus fisci contra fiscum potest esse pro pupillo suo.ff.eodem.l.vltima.& libertus contra patronum.ff.de in ius vocan.leg. fina. & hoc etiam innuit verbum suprà positum, pro extraneis. & dicuntur sui hic, contra quos non potest ferre secundum legem testimonium.15. quæstione 3. certis de causis. quas enumeraui infrà,de testibus cogen.§.1.appellatio autē suorum largior est quàm domesticorum. 47. distin.§ necesse. prope finem ibi,qui suorum,&c.lex autem dicit, quòd pro filiis parentibus,& vxoribus, & ex transuerso, vsque ad quartum gradum potest patrocinium impartiri.C.de aduoca. diuer.iudic. petitionem.§.licentia.ad idem argum.C.de excusatio.tutorum l.humanitatis.C. de episcopis & clericis. authen. licentiam & not.j.de procuratori.§ ad quid teneantur.ver.sunt autem. & iunge quod not.s.eod.§ versicu. item ad officium suum pertinet stare. Quid si episcopus & capitulum litigent? videtur quòd canonicus debeat adhærere Episcopo.argu j.de verborum signifi cum cleric. quod puto verum,si credat quòd ei fiat iniuria,aliàs capitulo adhærebit.arg.j.de iureiuran.petitio. Quid in dubio:quia fortè cancellat conscientia,tractet de pace,vt dixi s.vers illud. In hoc casu tamen videtur, ꝙ debeat esse cum capitulo citius quàm cum Episcopo: ne capitulum remaneat indefensum.argu.j.de iureiuran. breui.& de no.ope.nuncia.c.2. nisi fortè Episcopus contrarium præcipiat,cui in dubio obediendum est,vt not j.eo.versicu.solutio,sed in proprio facto non debet hoc præcipere:sed & caueat canonicus,ne dicat se dubitare,vbi dubitandum non est.s.de rescr. cùm contingat.§.penult.nec pro aliquo cōcanonico,nec aliquo alio sit contra Episcopum, sicut nec contra ecclesiam. argum.3. quæstio.7.scire debes. Item & contra quemlibet concanonicum suum, etiam pro extraneis poterit aduocare. nam licet teneatur ecclesiæ, non tamen cuilibet de collegio.arg.12. quæstio.2.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.l.sed si hac.§. qui manumittitur. ff.quod cuiusque vniuer. sicut municipum. est tamen argument. contrà, s. de offic. delega. cum R.canonicus. licet autem de iure liceat,ad minus hoc non reputo curiale,& si de fratre carnali hoc euitaret, multò fortius & de spirituali hoc euitare debet.argum. s.de translat.Episcop.inter corporalia.& argumen. optim.30.q. 3.ita diligere.Sed nunquid potest cogi beneficiatus,vt pro miserabilibus personis sit cōtra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, vbi non possunt aliàs aduocatum habere. & quidem non videtur. nemo enim debet impugnare illum, à quo beneficium habet,ne videatur ingratus.96 distinctio. si imperator.22.quæstio. 5.de forma.j. de senten. excommuni.grauem in fin. & de excess. præla.grauem & de dona.c.fi. Item cùm clericus fortè iurauerit ecclesiam defendere, non debet obedire mandato superuenienti contrario.j. de iureiuran. veniens. imò deierabit, nisi requisitus per ecclesiam veniat & defendat.j. de iureiuran.c.breui.& si non defendit,saltem impugnare non debet,arg.ff.si serui.vend altius. j.de na.ex libero ven.c.vnico.cum simili.Item cùm non compellatur quis mouere actio.contra fratres carnales.C. de excusatio. tut.humanitatis.ergo nec contra spirituales:& quòd non sit cōpellendus, videtur casus j.eod.cap.fin.§ clericus.Sed contrà videtur ex mēte eiusdē.§ ibi,præsumpserit.q.d.de illo loquitur, qui ingerit se in superbiam elatus non habens causam iustam: secus ergo est in illo qui compellitur.talis enim non præsumitur, sed à Deo vocatus intelligitur, sicut aliàs s.dicitur de electio.qualiter. C.de Episcop.& cleri.si quenquam.nam & video, quòd pro suis carnalibus seu temporalibus potest quis venire contra illum,cui iurauit non esse contra eum.j.de iureiuran.petitio.multò fortius pro suis spiritualibus scilicet pro miserabilibus personis,de quibus quæsitum est: & Episcopus hoc præcipere potest, vt probat concor.signatæ s.eod.versicu.item omnes agere possunt.nec valet circa hoc excusatio: quia in hac parte potius Deo quàm homini videtur resistere, qui resistit. 11.q.3. qui resistit. Sol aut dictat ei conscientia quòd miserabiles personæ ius habent, aut ꝙ ecclesia ius habet,aut dubitat, si conscientia facit pro miserabilibus personis,obedire tenetur:si pro ecclesia, nullatenus obediat, quia non debet venire contra conscientiam, vt not.s.eo.versic. item ad officium suum. imò potius debet excōmunicationis sententiam humiliter sustinere, vt j.de restit.spolia.literas.§.nos autem.versicu.porro.si dubitat, potest dici, ꝙ debet iudici obedire. argu.j.de senten.excom.inquisitioni. & ad hoc facit quod no.s. de maio.& obedi.§.& ad quid obediens.versic.quid si dubitetur. vel dic medium tenendo, ꝙ in hoc casu,ex quo alius haberi non potest, dummodo ecclesia habeat alios qui iusticiam suam foueant,est meritò compellendus,sicut & quilibet in defectū probationis compellitur dicere veritatem, vt not.j.de test.cog.§.1. versic.videtur tamen.sin autem ecclesia non habet alium, vel habet;sed non ita bonum, non est ei istius cōsilium subtrahendum. arg.j.de testa. cum in officiis ar.opt.C. de serui præses.C.de testi. nimis graue.Quid si clericus dicat,quòd causa miserabilium personarum est contra conscientiam,vt coactionem euitet.puto ꝙ Episcopus potest vnum eligere ex duobus, vt vel sacramentum suum recipiat ad purgandum innocentiam suam,si ipsum suspectum habeat,arg.C. de iud.rem non nouam.& ff.de arb.Pompo. si de meis.§.fina.& his quæ not.j.de proba.§.quis debet probare. versi.nunquid ergo positio,vel ipsum excommunicet, nisi miserabiles personas foueat,si ipsas habere reputat bonā causam,arg. j.de app.præterea.& de senten.excommu. à nobis 1. & tunc erit excommunicatus maiori,si aliquam fallaciam adhibet.j.de sent. excom.si quenquam.Nec obst.iuramentum defensionis,seu fidelitatis,si etiā ipsum ecclesiæ fecerit clericus, duplici ratione.Prima,quia prælato tanquā capiti principaliter obligatur.j.de verbo.sig.

ADDITIO.

a Et personis ecclesiarum secularium. ¶ Adde, tu dic quòd sic in iudicio ecclesiastico,secundum Abb.in capit.per venerabilem.in 1.nota. qui filij sint legitimi.Abb.in capitu.cum essent.in 1.nota.de simo. Abb.in capitu.in nostra.de procur. Archidiaco.in capit.peruenit.86.distinctio.Cardi. Zaba.in capitu.sacerdotibus.in 2.nota.ne cleric.uel monach.Ludo. Roma.singulari 282.incipien.tu sai. pro secularibus verò dic quòd non.vt in capit.cleri. & in capit.cum sacerdos.de post.Limita dicta iura, nisi in causa sui affinis, vel amici, dummodo alibi aduocatum habere non posset,vt not.per Doc. in c.fi.de post. Limita secundo, si clericus non haberet beneficium, ex quo posset se sustentare, nec Episcopus ei prouidet, dummodo non esset causa criminalis,vt uoluit Abb.in c.1.de postu.Limita 3.in miserabilibus personis.secundum Abb.in c.fi.de postu.

ne vno die procedente, alius cras veniat & neget, quod alius confessus erat, & sic in supradictam absurditatem incidat aduersarius, vel excuset se dicens: quod non habet acta, nec scit quid alia die factũ fuerit, & sic dilationem impetret in preiudiciũ aduersarij contra mentẽ iuriũ ff. e. tit. in causæ. & l. omniũ. ff. de exerci. ac. ne in plures. j. de dolo & contu. finem. sed & lite contest. cũ vno omnino hoc consilium euanescit, vt patet C. e. neque. Is uerò qui non habet personam legitimã standi in iudicio, puta quia excommunicatus est, ꝓcurator esse non potest. j. de prob. post cessionem, quinimò si vnà cũ excommunicatis constitutus sit, uel ab excommunicatis, uel ipsorum nomina in instrumento ꝓcurationis scripta inueniantur, non ualet constitutio. j. e. c. fin. & hoc est uerũ, quando notorius erat excõmunicatus: secus, si occultus, ut innuit prox. c. prope fi. & extra. s. de rescri. ipso iure. j. de except. exceptionem. & de sen. & re iudi. ad probandũ: alias autem quod cum occulto factũ esset, non irritaret. sed ex quo facta esset fides, amplius non ꝓcederetur ante absolutionem. ar. op. j. eo. auditis. ff de offi. præto. Barbarius. C. de testa. l. 1. sic fuit iudicatum in curia Rom. in quadam causa, quæ vertebatur inter Guli. Baronem clericũ conuicinum meum, ex vna parte: & canonicos Vleien. ex altera, sicut audiui à preposito, contra quem sententia lata fuit. sed tamen multi dicunt contrarium, & hodie patet, ꝙ processus irritus est, ut in extra. ipso iure. superiora quæ dixi, hodie expressius comprobantur in auth. d. N. de except. extra. pia. consideratione. § si uerò post modum. & §. fin. Item monachi[a] prohibentur, quia debent esse segregati à cura temporalium. j. de syndico. c. 1. & nota. s. tit. 1. §. pe. prope fi. imò & clericus in quolibet gradu constitutus, non debet fieri ꝓcurator litis. in authent. de sanctis. Episcop. §. Deo amabiles. & seq. §. aliũ autem. j. ne cleri. uel mo. sed nec procurationes. & c. 1. ver. conductores. sed in spiritualibus credo ꝙ possunt, & pro his fortè, p. quibus possunt postulare, etiam in ciuilibus, quod dic ut nota. s. tit. 1. § quid pertinet unde monachus de licentia abbatis potest esse procurator ecclesiæ suæ, & etiam aliorum necessitate, uel vtilitate vrgente. 16 q. 1. monachi in fi & cap qui uerè. 86. distinct. peruenit. & s. de consue. cum dilectus. j. de app. Nicolao. Sed nũquid laicus † in merè spiritualibus potest constitui procurator: non uidet. ar. s de ele. Massana. & j. de arbit. contingit. & de iudi. decernimus. & c. quanto. sicut nec clericus in ciuilibus pro laicis admittitur, ut proxi dictum est, s. eo. §. & s. eo. titu. 1. §. quid pertinet, sed contrà, quia iura p̃edicta non prohibent, ꝙ laicus non possit esse in spiritualibus tanquam ꝓcurator. sed quòd non sit tanquam principalis, seu iudex, uel assessor, uel præcipiens, vt s. de consti. ecclesia. & j de re. eccl. non alienan. cum laicis. & de deci. tua. & j. & edictum istud prohibitorium est ut dixi s. in princ. huius §. & probatur. ff. e. mutus. & uidetur casus, quod possit. j. ti. 1 c. vni. sed intelligas faustum laicum fore. & est casus j e. tuæ. & de restit. spo. ex conquestione. Solu Quatenus tangit principaliter laicum, potest ꝓcurator interuenire: sed quatenus ecclesiam tangit principaliter, non credo quòd possit, ut probant iura superius allegata, & 89 distinct. quia in quibusdam. & duobus c. seq. s. de off. ord. vt iuxta. & 16. q. 7. in noua actione. j. de his quæ fiunt à prælat c. fin. Sed nec suspectus constitui debet: quod dic ut not. j. de syndico. § si quis syndicus. ver. quod puto. Sed & regulariter quicunque non prohibetur, potest constitui. ff. eodem. mutus.

10 **Et in qua re.** † In ciuilibus ante lit. cont. & post. C. e. l. 2 & l. nihil arbitramur. & in causa appellationis. ff. an causæ appel. per alium red. pos. l. 1. hoc possunt facere priuati, sed illustres necesse habent. C. e. l. pen. & in auth. ibi posita. & secundũ hoc Episcopi illustres dicunt. 5. q. 3. quia. quod dic ut not. s. de postu § quis non. uer. item ꝓhibetur Episcopus Et est hoc uerum, quando quæstio est pecuniaria & priuata. nam si uertat. sup re debita usui publico, non potest interuenire ꝓcurator, nisi ex parte rei. ff. de popula. act. qui populari. nisi forte actor afficiat priuato incommodo. ff. eo l licet. & l mutus. § in popularibus. & l. non cogendum. §. qui ita. & ne quid in loco publico. ei qui. Sed & si de patrimonio publico, quilibet admittitur ad defendendum, & ad agendum syndicus. j. tit. 1. c. 1. ff. quod cuiusque vniuer nomi. l. 1. Sin autem quæstio criminalis est, & pœna maior relegatione sit imponenda, non admittitur ꝓcurator nisi ad allegandas causas absentiæ. sic loquitur. 5. q. 3. reos. 23 q. 5. reos infra, de accusatio. ueniens. Si verò relegationis pœna, uel minor inferenda sit, tunc admittitur. ff. de pub. iud. l. penultim § ad crimen. & de pœnis. absentem. §. aduersus. & an causæ appellatio. per alium reddi possint. l. 1. §. 1. unde & in leuibus criminibus admittitur ff. de accusatio. leuia. & in crimine suspecti tutoris. ff. eodem titu. non solum. §. fin. sed illud quando prætor contra absentem processurus erat, ut no. infra eo. vers. vbi autem de fama. secundum hoc intellige. 5 quæst. 3. in criminibus. & p totum. infrà. de accu. ueniens. Et hæc intelligas uera, quando criminaliter agitur ad pœnam accusando. secus si criminaliter: quia tunc causa pecuniaria inducitur: & de quolibet crimine agi potest criminaliter uel ciuiliter. C. ad l. Cor. de fal. l. vlt. & ad hoc infra de testi. extra mediatores. Item secus, si agat de crimine per inquisitionem: quia tunc potest constitui procurator. infrà eodem. in nostra. & de re iudi. cum I. & A. Item secus, si patronus accuset libertum ex causa ingratitudinis: quia tunc & patronus agere per ꝓcuratorem potest criminaliter, & libertus se defendere per procuratorem potest. ff. eod. sed here. §. 1. Item secus, si appellauero à sententia, quia seruus meus ad bestias est damnatus. hic enim cum priuato incomodo afficiar, procuratorem dare possum. ff. de app. Lucius. Vnde & seruum in criminalibus defendere possum. ff. de accu. si cui. § fi. Item secus, quando quæstio mixta est inter criminalem, & ciuilem. ut si accuset vxor de adulterio corã ecclesiastico iudice, ad diuortium faciendum. j. eod. tuæ. & ut lit. non contesta. c. 1. & infrà. de resti. spol. ex questione. Item si in modum denunciationis agatur, cũ quæstio popularis sit, ad defendendum admittit procurator. & sic similiter potest intelligi. infrà, eodem. in nostra. Item fallit in illustribus.[b] C. de iniur. l. fina. & 3. quæstio, 9. absens. & §. seq. nisi in criminalibus. & hoc verum est in crimine iniuriarum: secus, si in publicis criminibus. C. de accus. tunc. Vbi autem de fama agitur, non admittitur procurator ad defendendũ, nisi speciale mandatum habeat, uel alias prætor contra absentem processurus esset. ff. eod. non solum in fin. multo minus ex parte actoris. argu. ff de action. & ob. Arrianus & de superficie. l. 1. §. ait prætor. & de do. except. purè. in fi. ff an cau appellatio. p alium red. possint l 1. prope fi. & de pœn. in seruorum. in fi. Sed si agatur de muneribus & honoribus, admittitur, cum prohibitum non inueniatur, imò concessum. j. de dolo & contuma. capitul. finali. suprà, de maio. & obedien. capitul. fin. & infrà eodem. accedens. & suprà, de elect. dudum. j. His autem quatuor modis cognitionum numerus diuiditur: aut enim agitur de pecunia, aut de pœna corporali, aut de fama, aut de muneribus & honoribus. ff. de var. & extraordina. cog. l. cognitionum Et quod dixi de lite pecuniaria, intelligas verum, nisi fortè agatur de toto patrimonio alicuius vbi cum grauis sit causa, procuratorem constituere non cogitur quis. infrà eodem. querelam. argumen. j. quod metus cau. Abbas. & de dona. capitul. fina. quia amissio rerum altera mors est. vnde dicitur, quod non est subueniendum in necem meã. ff. de mino. in causæ. idem videt, si de maiori parte totius patrimonij sit quæstio, vt in auth. d. N. de restit. extra, frequens. § illum autem. & iunge quod not. j. quod met. causa. §. qualiter distinguatur. versicul. inuenio tamen. & suprà. de rescri. § quod continet ius commune. versicul. non solum autem. Sed nunquid si aliquis sit iusto impedimento detentus, & venire non possit, tenetur mittere procuratorem? videt quòd sic. infrà, de dolo & contu. cũ dilectus § sed contra. 5. q. 3. si ægrotans. 18. distin. Episcopus. 65. dist. si quis in metropo. infrà, de appel. constitutus. & argumen. infrà eod tit. cum parati. Econtrà videtur, quòd non teneatur ꝓcuratorem mittere. j. eodem titul. querelam. & de re iudi. cum Bertoldus § postmodũ. 1. §. cum igitur. ff de re iudi. quæsitum. suprà, de offic. deleg. consultationibus. Ad hoc dixit Vincen. quòd reus citatus ad causam, si ardua est, & non potest uenire, non tenetur pro se mittere procuratorem, ut in illa decr. querela, nisi specialiter in citatione apponatur, ut in illo §. sed contra. in actore uerò dicit, quòd tenetur uenire uel mittere. ff. de diuer. & tempo. l. 1. Ioan. And. dicit, quòd actor & reus iusta de causa impediti non tenentur mittere, nisi contineatur in citatione, quòd ueniant, uel procuratorem mittant, alioquin sufficit mittere talem qui alleget causam absentiæ. infrà, de iud. tenor. Si tamen aliquis longo impedimento detentus est, de tale sit negotium, quod per procuratorem expediri possit: ita quòd iudex plenè valeat instrui per procuratorem, tunc tenetur venire seu mittere, & illam decretalem, querelam, intellige, quando talis erat causa, & sic inuoluta, ꝙ per procuratorem non poterat de facili expediri.

11 **Quod sit** eius officium. † Mandatũ sibi iniunctum exacta diligentia seruare de off. deleg. cũ olim Abbas. & ut litem exequatur diligenter, vsque in finem. Nam spernere mandatum licet, at susceptũ finire necesse est. Institut. man. §. mandatũ. nisi renunciatũ sit, quod licet, ita tamen quòd integrum ius seruetur mandatori per se, uel per alium negocium explicando. aliàs in caput mandatarij redundabit. l. si mandauero. § sicut. ff. manda. Cogitur autem procurator litem contestari,

ADDITIONES.

a Item monachi. ¶ Adde gl. in c. monachi. 16. q. j. Inn. & Do. in c. cũ I. & A. de re. iu. Spe. ti. de ꝓc.. in §. j. ver. itẽ ꝙ ẽ monachus. Car. in cle. j. in 21. q. de resc.

b In illustribus. ¶ Adde Spe. ti. de act. in §. in ver. item illustris. & in l. medicos. C. de professor. & medi. li. x. & per Fel. in c. pastoralis. in prin. de of. del.

testari, si dominus eo præsente satisdedit iudicatum solui, nisi in casibus qui enumerantur ff. eodem, filius §. vltim & l. sequenti. Item ad officium eius pertinet appellare si sententia lata fuerit contra ipsum: vel si iusta causa eum excuset, denunciare debet domino, ꝙ appellet, si putauerit appellandum: appellationē tñ prosequi non tenetur. infrà, eodem non iniustè. §. potuit. C. eodem. inuitus. & de appella. si actor. ff. man. l. si procuratorem. §. & ignorantes. Item ad officium ipsius pertinet, ut dominum defendat, id est faciat omnia quæ dominus faceret, si pręsens esset quia plenè tenetur eũ defendere, nec fit causa sua deterior in aliquo, pręter quàm in satisdando. ff. eodem. sed & hę. §. defendere. & de interroga. actio. si sine. §. si defensor. aliàs est lex. Et debet defendere in omnibus actio. & insolidũ. nã si unus vellet defendere in 5. & alius in 5. non admitterentur. ff. eodem. omnium. & l. sequenti. Sed si contractum sit cũ pluribus personis, & plures procuratores interuenire possunt. ff. eod. si quis cũ §. vnius litis. Si autem cum vno contractũ fuerit, hæredes eius vnum procuratorem constituere iubentur. ff. iud. sol. iam tamen. § penultim. ne per plures aduersarios distringatur qui cũ vno contraxit. ff. de exerci. actio. l. j. §. penu. & l. ne in plures. Ipsi tamen hæredes, si inter se agant, plures procuratores debent dare: aliàs non posset res expediri circa condemnationes & adiudicationes. ff. eo. licet. § si plures. per quot patet, quòd sententia ferenda est in personam procuratoris, non domini, siue dominus ab initio litē contestatus sit, ĵ. de religio. domib. constitutus. vt patet in principio & in fi. siue procurator. ĵ. de capell mon. c. 2. C. de sententijs & interlocutio. omnium iud. l. j. qđ est contra. M. vt not. ĵ. de senten. & re iud. sub rubrica, de senten. §. qualis. sub §. iusta. ver. vel quia non procurator. & seq. §. hoc de procura. speciali. Sed & generalis ad negocia generaliter experiri potest. ĵ. eodem. petitio. & si dominus ita remotus sit, ꝙ intra 20. dies qui dantur ad deliberãdum, consuli non possit, maior dilatio danda est: quæ si negatur, iustè appellabitur. ĵ. eo. dilectus. Vtrum autem generalis procurator transigere possit, vide s̄. de transactio. §. quis possit. & generaliter ad ipsius officium pertinet, vt proponendo quæ proponenda sunt, & etiam respōdendo fideliter se habeat, nihil de contingentibus omittendo: quia de omnibus tenetur reddere rationem. C. mand. l. à procuratore. C. eodem. si procurator. & s̄. de obli. ad ratio. plenius not.

12 Ad quid teneatur. † Ad negotium sibi iniunctum fideliter exequendum, ut proximè dictum est. nec enim sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibet, imò maior ab eo exigitur. C. man. in re mandata. ideo dicitur, quòd negligentia, quæ in propriis rebus culpanda est, in alienis est uituperanda. argument. ff. soluto matrimonio. etiam. §. j. Item tenetur probare mandatum, vel cauere, habita distinct. Sic cùm quis dicat se procuratorē rei, nunquam admittitur, tanquam procurator, nisi probet mandatum & sufficiens. ideo hoc dico: quia si datus sit tantùm ad agendum, non sufficit, cũ respōdere teneatur: & ideo principalis ꝗ tali, ꝓcuratore dimissso illicentiatus recessit, in expensis cōdẽnandus est. ĵ. eod. constitutus. Patet ergo, ꝙ vocatus ad iudiciũ ad tria tenetur: venire, iustis præceptis parere, & sine licentia non recedere. 11. q. 3. certum. in auth. de litig. §. si verò inter prædictum. col. 7. admittit̃ tamen tanquã defensor: quia publicè interest absentes per quemcunque defendi. ff. e. seruũ quoque. §. publicè. sed in vtroque casu cauere tenetur iudicatũ solui, nisi dominus ꝓ eo satisdederit: quia nemo alienę litis idoneus defensor intelligit̃ sine satisdatiōe. ff. e. ꝗ proprio. §. qui aliũ. Et si dñs ipsum releuare velit, extra iudiciũ sub hypotheca rerũ suarum satisdat, ut hæredem suũ obligatum relinquat. Institu. de satisda. §. si uero. & § seq. & hæc cautio tres habet clausulas, de dolo malo, s. non adhibendo, & de defendendo, & de eo qđ vox sonat. ff. iud. sol. l. iudicatũ solui. j. Sed non tenetur de rato cauere, nisi in casibus specialibus, in quibus oneratur duplici cautione, scilicet in duplicibus iudicis. ff. eodem. si defunctus. § vlt. Item in causa status & restit. in integr. & vbi tutor tanquam suspectus accusatur, & in rei vendic. ff. e non solùm §. si status. & §. est & casus. & §. vltimo. & l. Pompo. §. sed & is, hoc in procura. rei.

13 Procurator autem actoris aliquando cauet, aliquando non. Si enim certũ est ꝙ non habeat mandatum, nunquam admittitur, nisi sit coniuncta persona, quæ cum cautione de rato admittitur, nisi contraria voluntas appareat de hoc s̄. de rescr. nonnulli. & c. ex parte decani. ff. e. Pompo. in fi. ideo enim hæ personæ quamuis coniunctæ, cauere tenentur: quia quamquam lex eis agere permittat, non tamen procuratrices constituit. ff. iudica. solui. l. 3. & ff. eod. non solum. §. si de dote Hoc si non constat de mãdato: & etiam si constet, tenentur cauere de defendendo eos quorum nomine agunt. ff. codem. omnium. & C. de satisdatio. l. vna. & accedit, ff. sol. matrimo. si cum dotem. §. si pater. Quæ est ergo differentia inter coniunctam personam, & extraneam, cùm nulla sine cautione admittatur, & quælibet cum cautione, vt ĵ. & s̄. patet. Respon. Si constet, quòd extranea non habeat mandatum, non admittetur etiam cum cautione de rato: sed coniuncta admittitur, quamuis constet, quòd mandatum non habeat, dummodo non appareat de contraria voluntate: ut dixi. & secundũ hoc videt̃ quòd clericus intelligatur coniuncta persona ecclesiæ suæ, cum admittatur cum cautione de rato, licet mandatũ non habeat. s̄. de offi. del. coram. & cō canonicus argum. suprà, de officio delegat. cùm in iure. Sunt autem coniunctæ personę [a] fratres patrui, materteræ, & affines. ff. eodē. sed & hæ. & omnes hodie vsque ad quartum gradum. ĵ. de consang. & affini. c. non debet. quia lex antiqua loquitur secundum tẽpus, in quo licitum erat filijs duorũ fratrum se matrimonialiter copulare. C. de nuptiis. in celebrandis. & Instit. de nupt. §. duorum. & est argu. in legibus, quas nota, suprà de postulan. §. si. sub §. illud in summa. quòd de quarto gradu intelligatur, & si forte leges loquantur de gradu legali. secundum Goffre. Itē fortè, & patrinus. infrà, de cog. spiri. per totum. & vide super hoc, suprà, in summa, de offic. delega. §. penu. & vlti. Si verò certum est, quòd procurator habeat mandatũ, cauere non cogitur. ff. eod. si procuratorem. C. de satisda. l. j. hoc verum est, nisi cōueniatur: quia tunc tenetur cauere iudicatum solui, cum sustineat partes rei, vt dixi suprà proxi. alioquin denegarentur ei actiones. ff. eodem. mutus. §. pęna. Sed nunquid procurator actoris constitutus ad agendum videtur constitutus ad respondendũ? Non videtur. arg. ĵ. eod. accedens. in fin. & cap constitutus. & quia concedendo vnũ specialiter, videtur & aliũ prohibere. C. eod. maritus infrà, de præsumpt. nonne. cum si. sed contrà: quia videtur datus ad id, sine quo mandatũ expediri non potest. ff. eo. ad rem mobilem. & l. ad legatum. Potest dici, quòd in hoc casu non admittitur ad respondendum tãquam ꝓcurator, sed tãquam defensor, vt statim prox. dixi in procuratore rei, qđ verius videtur. Est autē vis utrum admittatur tanquã procurator: quia tunc contra dominum mandatur sentẽtia executioni: vel tanquam defensor: quia tunc cōtra ipsum, vt patet ĵ e. § versic. qualiter ff. eod. si procurator. §. vlti. Vt autē omnia pericula melius vites, dicas, Cōstituo talē procuratorem in tali causa ad agendum, & respondendũ, excipiendum, replicandum, allegandum, & protestandum cuiuslibet generis iuramentum, & omnia alia ꝓponenda & facienda, quæ in dicta causa necessaria vel vtilia videbuntur. argu. ĵ de dolo & contu. c. vltim. & sic præmissis casib. specialibus, subijcitur clausula generalis. simile no ĵ. de cōmodato. Sed si de mãdato dubitat̃, & agere vult, resecatis superfluis dissensionibus, dico ꝙ in ipsius procuratoris est electione vtrum velit cauere, aut mãdatũ probare, quia ad hæc duo tenetur sub disiunctione. C. e. l. 1. ff. vt in pos. le. si is à quo. §. si procurator, ff. de mino. illud. & l. seq. ergo in ipsius potestate est quid potius eligat. ff. de iure do. l. plerunq;. C. de ꝓd. ind si qs seruum. Hoc verũ est. præterquã in casib. in quibus exigit̃ speciale mandatũ, vt in impetratione rescripti. s̄. de rescri. nonnulli. ideo fortè quãdo est ꝓcurator vniuersitatis, inspicitur instrumẽtũ procurationis: vt appareat de nominibus, ĵ. eo. c. fin. & dicetur ĵ. tit. j. item exigitur speciale mandatũ in petenda restit. in integ. ĵ. de restitut. in integ. corãm felicis. ff. de mino. illud. & in quibusdam alijs casib. in summa Azo. not. Item sunt casus, in quibus aliquis admittitur, & cōtra volũtatem expressam, ut in liberali causa. ff. de liberali causa. l. 2. & 3. quando quis ad mortem condemnatus est. ff. de appel. non tantum.

14 Quis sit effectus. † Vt quicquid fecerit in iudicio, ex quo apparet de mãdato legaliter facto, omnimodo ratum sit. ĵ. e. c. j. in fin. vbi precipitur, ꝙ Episcopus debeat mittere procuratorem cum consensu & subscriptione presbyterorum & clericorũ: per quod videtur quòd prælatus sine consensu capituli non possit rem deducere in iudicium, sicut nec capitulum sine consensu Episcopi. ĵ. de iud. causam quæ. sunt enim vnum corpus, & ideo non licet membra à capite discedere, vel econtrario. ĵ. de his quæ fiunt à præl. sine consensu capituli, nouit. & capit. quanto. hoc etiam naturali ratione probatur. nam vnus sine reliquo alienare non potest: hoc certum est, ergo nec litigare: quia in iudicio videtur quodãmodo contrahere ff. de pecul. licet. §. si filius. & expressim dicit lex, quòd qui non potest rem alienare, non potest eã rem in iudiciũ deducere,

ADDITIO.

a Sunt autem coniunctæ personæ. ¶ Adde c. nonnulli. de rescrip. lib. 6. gl. in c. si. de postu. gl. in c. requisisti. de testam. l. exigendi. C. de proc. gl. in auth. licentiam. C. de episco. & cler. Bar. in l. j. ff. de accu. Bart. & Raph. Ful. in l. cùm qui dam in §. quod dicitur. ff. de acq. hær.

deducère,ff.de iure delib. ait prætor. quod quidā indifferēter ad mittunt: Alij indiſtinctè contradicunt,cùm adminiſtrator vtilē actionem habeat.ff.quod cuiſq; vniuer.nom.l.ſi. & quod rectores faciunt,tota vniuerſitas facere videtur.ff. de cōdit. & demō. l.municipibus ff.ad municipa.municeps. Alij diſt. vtrū negocia ſint communia,& tunc vera eſt prima ſententia: vel diſcreta. & tunc vltima vera eſt.arg.s̃.de reſcript.edoceri. & hanc vltimam videtur magis approbare conſuetudo & ius. C.de Epiſcopis & clericis.nemini § ſin autē. & de ſacroſanctis eccleſijs,l.ſancimus j. ff. quod cuiuſque vniuer. no. nulli. ibi, lex. & argument. j̃. de appel. per tuas. & in hac opin.eſt Gul.Na.de hac materia dic vt nota.plenè ſuprà,de reſcr §.quæ poſſunt obijci.verſicul. 99. in diſtin.quæ incipit,cùm quæritur,vtrū prælatus. Sed nunquid confeſſio à procuratore [a] facta nocet domino? Dicunt quidam quòd ſic.& pro his s̃.de poſtulatione prælatorum. capitu.j. j̃. de capellis mo.dilectus. ſicut & confeſſio aduocati. j̃. de cenſibus. olim.& de appellatio. cùm cauſam.ſed contra. ff. de interrogatorijs act.ſi ſine. §. ſi defenſor. & de confeſſis. certum. §. ſi quis. & ad l.Aquil.proinde.§ j. Alij dicunt, quòd non præiudicat,niſi de hoc habeat ſpeciale mandatū, vel niſi ſit generalis procurator,ſcilicet quòd habeat generalem adminiſtrationem omniū bonorum, vel niſi datus ſit in rem ſuam,ſicut nec pactū, nec iuramenti delatio à procuratore facta nocet domino.ff.de iureiurando.iuſiurandum.§.fina.& l.ſequen. Tertij dicunt, quòd confeſſio defenſoris non nocet: ſed procuratoris bene,cū mandatū habeat: ſed tamen dominus poteſt probare errorem procuratoris, ſicut & proprium.C.de iuris & facti ignorantia error.Io. eſt in prima opinio. ſcilicet quòd noceat. j̃. eodem,capitu.j. nec expectanda eſt ratihabitio domini,arg.ff.de condictio. indeb.ſi procurator.& l.indebitum.nam delinquendo circa iudiciū ſemper domino præiudicat,niſi fines mandati excedat.ſupra,de officio delegati,cum olim abbas. factum enim procuratoris domino pręiudicat, etiam ignoranti. j̃. de re iudicata. ſuborta.ff. de tributoria actione.l.procuratoris.Sed contra, ff.eodem.l. ignorantis. nec contumacia procuratoris domino obeſt,ff.ſi quis ius dic,nō obtēp.l.j.§.ſi ꝓcurator.nec ſcientia dn̄o ignoranti nocet ff.de liberali cauſa. l.in ſeruo.nec delictū eius.in auth.de eccl. tit. §.ſi quis in ſuo.col.9.nec dolus.ff.de excepti. doli.ſi procurator. Sed hæc non proficiunt, ſecundum Ioan.nā eius taciturnitas nocet.2.quæſtio.6.biduum.verſicu.ſi aduerſus. infrà, de reſtitu. in integrum. cùm veniſſent. ante fin. & dolus. ff. de tribu. action. procuratoris.& contumacia.C.de erogat.mili. an. l.in executione.libro 12.etiam ſi ipſe procurator malè gerat negotiū, tenetur actione mādati.C.eodem. ſi procurator. imputet ergo ſibi, qui talem eligit,ff.de mino. cum mandato. nam cùm proſit domino,ſi procurator obtinet,etiam iniuſtè. ff. eod. qui proprio. §.procurator vt in cæteris. ſic & nocere debet.argu.4.quæſtion. 3. verſicul. item ſi quis teſtibus. & 3. quæſtion. 8. cuius in agendo.alioquin talem inconſtantiam meritò recuſabit iudex. ff.eodem.in cauſæ. Mirum tamē videtur, quòd in re ſpirituali noceat, infrà de reſtit. in integrum.c.j §.fin. & ſupra, de offic.deleg. coram.cum non poſſit haberi recurſus cōtra procuratorem & ſic intelligitur non ſoluendo: vnde non deberet nocere.ff. de dolo. & eleganter.§ penult. ſed illud intelligitur, quando dolū commiſit: ſecus,ſi negligenter verſetur. ſed ad hoc poteſt peti reſtit. nomine eccleſiæ. Alij dicunt,quòd poſt lit.conteſta. vera eſt ſententia Io.ff.de doli excep ſi procurator.§ ſi poſt lit.ſed ante lit. conteſtat.non nocet procuratoris contumacia domino ignorāti, ſcienti vero obeſt, ſi non purgauerit eandem quod de nouo adiectum eſt à compilatore. j̃. vt lit.non conteſtat.cap.j ſecundum Goffredum, quod dic vt not. j̃. de dolo & contuma. ſub rubricella de contumacia §. qualiter.verſi. ſed nunquid contumacia. Et illud notandum, quòd dominus tenetur procuratori ad expenſas moderatas, quas in negocio ſeu iudicio fecit. infrà eodem.cum pro cauſa.ff. eod. qui proprio. § litis.impendia. ſed cum diſtin.quia ſi mandatum habeat, etiamſi contrariā ſententiam reportet,nihilominus aget,ſi ſine mandato,non agit, niſi obtineat.C.mand l.etiam ff.iudica.ſol.iam tamē §.in hac. Tenetur etiam dominus aliquando procuratori ad ſalarium ſoluendum: ſed ſecundum leges & dominos legum diſtinguitur: quia aut fuit promiſſum per ſtipulationem certum ſalarium, & tunc agitur condic.certi.vt inſtit.de verbo.obl.in princi. ff.ſi certum peta.ſi quis certum. aut nudo pacto in ipſo mandato, uel ante, vel poſt incontinenti, & ſic veſtitur pactum nudū cohærentia contractus.C.de pac.in bonæ fidei.ſecundum doctrinam traditam. ſuprà de pactis ſub §. ſupereſt. verſic. id aperte. & ſic agitur actione man.C.md.l.j ad fin.aut nudo pacto,& ex interuallo,& tunc agitur off. iud. ſic intellige ff. manda. ſalarium. Aut ſalariū fuit promiſſum incertū re & genere, puta dixit, Bene remunerabo te,& tunc nullo modo peti pōt.C man.ſalariū ff.man.qui mutuam §.pen. Aut fuit incertum re, ſed certum genere: puta dixit, Dabo tibi equum,non dixit quem, vel faciam te militem, nō dixit qualiter,vel quantum daret pro militia,& tunc agitur præſcrip.verbis.& redigitur ad arbitrium boni viri ff.de præſcr. verbis.ſi tibi polienda.ff.pro ſocio.ſi ſocietatem.ff.de lega. 2.l.j. in fine. ff. de legatis 3. ſi filiæ. & nota.de ſimo. Matheus.ſuprà, de poſtulan. §.quis poſtulare, verſicul. & illud notandum. & ſequenti.

15 Et qualiter mandatum† finiatur. Morte mandatoris ſeu mādatarij re integra,vt no. s̃. de offi. deleg.§ & qualiter.tn̄ ſi poſt mortē ignorāter expleat̃, orit̃ hinc inde actio.ff.manda.ſi præcedēte. Itē finitur per reuocationem. ſed diſt. quia aut quæritur de præiudicio reuocantis. & tunc indiſtinctè tenet reuocatio: vt s̃.de reſcript. ex parte decani. & j̃. eod.auditis. Aut de præiudicio aduerſarij. & tunc refert vtrum mandatū reuocetur poſt litē conteſt. & hæc reuocatio proceſſum iudicij non impedit, niſi perueniat ad iudicem,vel aduerſarium,quibus de mādato ſemel fuit facta fides. j̃.e.mandato. ff e. ſi procurator.C.de ſatiſda. l. j. procurator tamē qui celat reuocationē,obligatur.ff.de dolo & elegāter.§.ſi dolo ma procurat. vbi dicitur, quòd ſi per colluſionem abſolutus ſit aduerſarius, procurator tenetur: ſed ſi ſoluendo non eſt,cùm aduerſarius particeps ſit doli,datur mihi actio ꝯtra eum de dolo. ff. mandati. ſi procuratorem. §. j. Si verò reuocatio fit ante litem ꝯteſt. & iudex, vel aduerſaris certificatus ſit de mādato,vel certificari poſſit,ſed reuocatio ad ipſum nō peruenit,idem vt pridē, quia excuſata debet eſſe ignorantia ff.quòd iuſſu.l.j §.ſed ego. ff. iudic. ſolui.ſi ante ff.mand.ſi ꝓcurator.§ ſi ignorantes.& l.inter cauſas. & l. ſi mandauero. §. ſicut. & de interrogatio. actio. de ætate. §. vltimo.ſuprà de conſtitu. cognoſcentes. hoc indiſ. ſenſit Bandinus. & etiam videtur loqui ſuprà de reſcript.ex parte decani. ſed argument. contrà. ff. de manumiſſ. vin. ſi pater. Quid ſi perueniat ad iudicem vel aduerſarium id ſuper quo iam eſt concluſum, non impedit, ſed alia impedit. infrà, eodem. auditis. Vbi autem non fuit facta fides de mandato, ſed alius recepit eum ſine ſatiſdatione. imputet ſibi, cum ipſam exigere poſſet, vt not. ſuprà § ad quid teneatur. quia reuocatio valet. ſic intelligo infrà eodem, in noſtra. & capitul. ex inſinuatione.& contrariū ſenſum, infrà eodē, mandato. & leges. inductas infrà eodem, verſicu. poteſt & illud. Si ergo aduerſarius vigilauit, & petijt ſatiſda non eſt in damno: quia ſatiſdatio de rato præſtita ad intereſſe committitur. ff. rem rat.habe. l. ſecunda. & alia, ſcilicet iudica. ſol. executionem patietur: quia is qui eam præſtitit, obtulit ſe liti. ff. eodem. Plautius. ff. de re iudicat. l. quarta. Poteſt & illud dici, quod quandocunque fit reuocatio ante lit. conteſtat. tenet, quia procurator inuito domino nihil potuit in iudicium deducere. ff. eodem. in cauſæ. ff. de ſolut. cùm quis. §. 1. & ideo tenetur procurator tanquam princeps delicti. ff. de ſeruo corrupt. in hoc iudicio. ſi tamen ſoluendo non ſit, habet actionē q̃ dixi.ar.ff.man.inter cauſas. j̃.de appe. ſignificante.& ff.de iud.de qua re.§ 2.& ſi cer. pet. eius qui. ſed melius eſt, quòd iſtas intelligas ſecundū præmiſſam diſtinctionem, vt s̃.not.

ADDITIO.

a Nunquid confeſſio à procuratore. ¶ Adde glo.in c.j.vt lit.non conteſt.& ibi Anto.de But. Io.And.in addi. Spec.in tit.de teſti.in §.j.verſi. ſed pone. Ant.de But.in c.ſi cautio.de fid.inſtr. Pau.de Caſt.conſi.vlt.

Poſſunt tamen plures exceptiones opponi ꝯ procuratorē: quarum quædam tangunt perſonā domini,quædā perſonā propriam,quędam rem ſuper qua litigatur & quędam iudicia reſpiciunt. Quarum quædam tangunt perſonam domini, puta non potuit re conſtituere procuratorem, Quia minor erat 25. annis. Quia furioſus. Quia procurator ante lit. conteſt. Quia non erat dominus: Quia filiusfa.in aduētitiis,multò minus in profectitiis: quia in aduētitiis,pater eſt legitimus adminiſtrator. C. de bonis mater.l.j.nec in his poteſt filius agere,vel experiri etiam in perſona propria ſine conſenſu patris.C.de bo.quæ lib.cùm non ſolum.& l. cùm oportet. Vel quia excommunicatur, j̃. eodem c. ſi. Vel quia inuitus dedit, infrà eodem. accedens. Item non admittitur, ſed reſpuitur, quando procurator perfidus eſt, & negat omnia, ſed dominus bonæ famæ & honeſtæ. ff. eodem. ſi actor. Vel quia dominus nouit melius veritatem, C.eo.l.vlt.& vide ſuper hoc,ſuprà eod §. quis dare. & accedit. ff.eo.filius. ſed hoc qđ dictum eſt de filiofa.fallit,quando iniuria facta eſt filio, & pater abeſt. ff. de iudici. ſi longius. & de iniurijs.ſed ſi vnius,

§.filio.

§.filio. Quædam tangunt perſonam propriam: vt quia non pōt
eē ꝓcurator,cū ſit minor, & reſtitueris, & ēt fideiuſſores tui.ff.
eo.minor.niſi ſ'm quod legitur.C.eo. exigēdi. Item quia ſurdus
vel mutus.ff.eo.l.2.§.furioſus.& l.mutus. Item qa eſt accuſatus
de crimine.C.eodem.reum.Item quia eſt fœmina, vel miles,ni-
ſi ſecundum quod legitur.ff.eodem.filius.§.veterani. & l.fœmi-
nas.& l.neque fœmina.& niſi in alio caſu,ꝭ.de confir.vti.cùm dī
lecta.§.vlti. & hæ exceptiones ſunt ante litem conteſtat. oppo-
nendæ,vt no.ꝭ.de excep.§.& quando. ſuper quo vide quod no.
ſuprà eodem.§.quis dari.Quædam tangunt rem ſuper qua litiga
tur,vt quia eſt criminalis, vel pecuniaria & publica.quod dic,vt
plenè dixi ſuprà eod §.& in qua re.Et quædam iudicia reſpiciūt,
vt quia non admittitur,niſi de rato caueatur, vel iudicatum ſol-
ui.quod dic, vt not. infra eod. §. ad quid teneatur. & hæ exce-
ptiones ſi ſunt ante lit.conteſt.omiſſæ, poſtea non opponentur.
ff.eod.Pompo.§.rati. niſi incontinenti fortè. argu. C. de pactis.
petens.ſuprà,de elect. officij. Item falſus eſt procurator non ha-
bens mandatum,hæc etiam poſt ſententiam admitteretur.infrà
eodem,in noſtra.in fi.C.eod licet.infrà,de excep.cum venerabi
lis.In ſumma not.quòd ſunt tria ſpecialia in omni cauſa conſor-
tium eiuſdem litis. Primum eſt quòd quamuis conſtet alterum
mandatum non habere,admittitur tamē poſt lit.conteſt.nomi-
ne aliorum preſtita cautione de rato.C.de conſor.eiuſdem litis,
l.2 ſuprà,de conſtitu.cùm M.Fer.Secundum eſt, quòd poſt litē
conte de rato cauet quod eſt contra illud.ff. eodem. Pōponius.
§.rati.Tertium eſt , quòd in cauſa criminali admittitur vnus ꝓ
ſe,& pro alijs.1.quæſt 5.ſtatuit.3 quæſti.6. hoc quippe.ſecundū
Gulielmum Na.Sed qui dixit ſecundum ſpeciale,dicit quod pla
cuit:quid. n.ſi quis poſt lit.conte.à domino veniat,& dicat ſe ha
bere mandatum,ſed non probat,nunquid neceſſe habebit de ra-
to cauere?Quis autem de calumnia iurare debet,in Summa de iu
ramento calumniç inuenietur.& ꝭ.tit.j.§.& de differentijs.

DE SYNDICO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vniuerſitas quid ſit.*
2 *Collegium quid ſit.*
3 *Corpus quid ſit.*
4 *Societas quid ſit.*
5 *Procurator quis dicatur.*
6 *Syndicus quis dicatur.*
7 *Actor quis dicatur.*
8 *Oeconomus quis dicatur.*

TRactatum eſt ſ̄ de negocijs ſingularum perſonarum, quæ per procu
ratorem explicantur,ſequitur de negocio cuiuſque
vniuerſitatis, quod propriè per ſyndicum expedi-
tur:vel ſic, Diximus ſ̄.de procurator. §.j. ver.ſed ſecundum iura
noſtra,quòd non eſt vis facienda in nominibus,dummodò con
ſtet de mente:ſed quia leges faciunt differentiam inter procura-
torem, ſyndicum, actorem, atque œconomum,vt ad notitiam
diuerſitatis ponendæ materiam habeamus,ſpecialem rubricam
de ſyndico apponamus,dicendo,Quis dicatur procurator,Quis
ſyndicus,Quis actor, Quis ęconomus, Et de differentijs eorun-
dem,Et à quo quilibet ſit conſtituendus, Et ad quæ, Et qualiter.
vt autem hæc apertius videantur,primò videndum eſt,Quid ſit
vniuerſitas,Quid collegium.Quid corpus,Quid ſocietas.

1 a **Quid ſit† vniuerſitas.** [a] Collectio pluriū corporum rationabilium
ſpeciali nomine attributo:ſed Azo dixit plurium corporum in-
ter ſe diſtantium. ff. de vſucap. rerum miſtura quod non placet
domino meo , ſed poſuit rationabilium ad differentiam gregis.

2 b **Quid† collegium.** [b] Plurium perſonarum col-
lectio ſimul inhabitantium
ſpeciali nomine attributo , vt canonici ſancti Victoris Pariſien-
ſis,& ſanctæ Genouefæ,& monachi ſancti Proculi Bononien.

Quid corpus. † Collectio perſonarum , &c. vt
proximè ſiue ſimul habitent, ſiue
non,vt piſtores,& nauicularij,& ſimiles.

4 **Quid ſocietas.** † Idē quod corpus , ſed differt:
quia ſocietas contrahitur gra-
tia commodioris vſus, & vberioris quæſtus. ff pro ſocio , coiri
ſocietatem.& l.ſequenti.quod non eſt in corpore,ſeu collegio.
Habent ergo ſe hæc nomina tanquam genus & ſpecies. ff. eo-
dem.l.quòd cuiuſque vniuerſitatis nomine.l. 1. & ff. quod me-
tus cauſa.metum.§.animaduertendū. Vel dic,Societas eſt perſo-
narum indiuiduorum nominatorum collectio generali nomi-
ne,& vnico attributo , & hi quibus permiſſum eſt habere colle-
gium , ſeu corpus,ad exemplum reipublicę,habere poſſunt res
communes,& arcam communē, ſeu ſyndicum vel actorem,per
quos agant atque reſpōdeant,& ſi nemo defendat,ex quo com-
petenter moniti , quod commune eſt poſſideri & infra tempus
arbitrio limitatum.arg.ff.de iure deliberandi.l.j.vendi ſeu diſtra
hi iubetur. tamen & quilibet ipſorum. vniuerſitatem defendere
poteſt:cum melior fiat eius conditio. ff. eodem. l. 1. Traditur
autem hæc regula generalis,quòd omne collegium eſt illicitum,
niſi probetur conceſſum.ff.de colleg. illicit. l. 3. Eſt autem per-
miſſum cauſa religionis.C. de col. illic l. 1. dummodo ſub præ
textu religionis non nutriant hæreſim.C.de ſacroſan. eccleſ.ſub
prætextu.ꝭ.de hæretic.excommunicamus.§.quia verò. & ca. ſe.
Sed & nouæ religiones reprobantur.ꝭ. de reli.do.c.vlti. Et con-
ſpiratores de proprio gradu cadere debent,& tam ipſi quàm eis
conſentientes infames ſunt, vt nec in teſtimonium admittan-
tur.3.q.4.coniurationes.11.quæſt.1.coniurationum. & capi. ſu-
ſpirationum. Sed & ſi quis tumultum contra aliquem fecerit,
vel ſeditioſas voces emiſerit, capitalis pœna eſt.C. de his qui ad
eccle.confug denunciamus.& C.de ſeditioſis l.j.& 2.lib. 9 ff.de
pœnis.l.aut facta.reſpon j.& l.ſi quis aliquid. §. actores. Sed ſe-
cundum conſtitutiones feudorum , quilibet cōiurator punitur
in vnam libram auri, vt in libro feudorum de pace tenenda. hac
edictali §. conuenticulas. Item permiſſæ ſunt ſocietates omnes
omnium profeſſionum ſeu negotiationum : & tales ſub iudice
reſpondere debent.C.de iuriſdi.omn. iud.l. vlti. & ff. de colleg.
illicit.l.fina.& l.Græca,ibi ſignata.& valent ſacramenta cauſa ſo
cietatis facta, vt ibi. Item collegium leproſorum licitum eſt, &
priuilegiatum.ꝭ.de eccle.ædific.cùm dicat.Item ciuitatum & vi-
corum.ff.de leg.1.ſi hæres iuſſus.§. viris.& ad Treb.omnib.Item
omnium decurionum in ſingulis ciuitatibus.C. de natura. liber.
ſi quis. & l.quoniam . Et generaliter omnis congregatio poteſt
dici licita quæ fit cauſa iudicij,& iuſtitiā tuendi.Inſt.de iuſt.& iu-
re.reſp.1.& § ſeq.& §.iuris præcepta.ff.de iu.& iu.l.1. ideo dice-
bat dominus meus,quòd ſocietas Lombardorum licita eſt : ſed
certè ſi Imperator catholicus ſit, potius poteſt dici , quòd inci-
dat in crimen læſæ maieſtatis. & ideo locum habet litera , quòd
morte moriantur.ſ̄.de maiorita & obe.ſi quis.nā quod principi
placet.&c.Item eccleſiarum , quarum priuilegia violatores pœ-
na 5.lib.aur.afficiuntur,vel etiam diſſimulatores.C.de epiſco. &
cle.in eccleſijs.& l.ſi eccle. venerabilis. & quòd contra impetra-
tum eſt,caret roboris firmitate.C.de ſacroſan.eccleſ. priuilegia.
quod quidam malè obſeruant. vt patet in his quæ not. ꝭ. de im-
mu.eccl.§.in quantum.ſub §.ſed nec illa immunitas. Corpus au-
tem monopolarum illicitum eſt,& dicitur monopola, penulti-
ma ſyllaba longa, quando pactum fit inter aliquos mercatores,
vt vno precio vendant, vel vt vni ſoli uendere liceat : uel di-
citur à monos,quod eſt unus,& pola , quod eſt uenditor , quaſi
unus uenditor.uel dicitur monopola,penultima ſyllaba breui, à
polis quod eſt ciuitas,quaſi unus in ciuitate talia uendens.uel di
citur monopolium,inde monopola;qui imperrat ut ſibi ſoli uē
dere liceat certas ſpecies uel res:ſed ſi quis huius officium exer-
ceat,bonis proprijs ſpoliatus perpetuo exilio damnatur.prima-
tes profeſſionum quinquaginta librarum auri pœna afficiūtur.
princeps terræ ſi diſſimulauerit,pœnam patitur quadraginta li-
brarum.C.de monopol.l.1.Sodales autem,quod ab amicitia no
men trahit,poſſunt eſſe homines ad inuicem,dummodo l.publi.
non corrumpant.ff.de colleg. illic.l. ultima. & ſi collegium diſ-
ſoluitur,poſſunt diuidere pecunias communes inter ſe.ff de illi-
cit.colleg.l.3.

5 c **Quis dicatur† procurator.** [c] Dictum eſt ſu
prà titu. j. §. qs
dicatur.

d 6 **Quis ſyndicus.** [d] Syndicus † eſt ille,qui cōſtituiē
ad agēdas cauſas uniuerſitatis,
ſeu defendēdas pſentes & futuras ſine decreto ff.eo.l.j.& l.item
eorū.inde ſyndicus quaſi ſimul uel ſingulorum cauſas dicens,&
ſyndicus Gręcè,Latinè defenſor.ff.de muner.& hono.munerū.
§.defenſores,per quam legem dicunt quidam , ꝙ ad unam rem
poteſt dari:ſed quod dicit ibi,& qui ad unam rem, non facit re-
lationem ad uerbum,defenſores,ſed potius ad ſubauditum,ſcili
cet actores uel procuratores,ſecundū d. m. & Azo. Poteſt quis
conſtitui ſyndicus ab uniuerſitate.ff.eo.l.1. Sed nunquid neceſſe
eſt,quòd ſit de collegio?Quidam dnt, ꝙ ſic.argu. C.de offi.præ.
ur.l.fi.C.de aduo.diuer.iud.petitionem.& l.nemo excepta. C de
epiſ.& cler.in eccleſijs.ff.de mune.& honor.ut gradatim.reſp.1.
& §.1.C.de proxi.ſac.ſcrini.unicuique.lib.12.61.di.nullus.ſuprà
de elect.ne pro defectu. &c. quia propter.ibi , aſſumanē tres de
collegio.

ADDITIONES.

a Quid ſit vniuerſitas. ¶ Adde Car. Zab.in c.dilectus.el 2.in 1.q.de ſimon.
doct.in c.grauem.de ſent.excom.

b Quid collegium. ¶ Adde,quæ ſit differentia inter collegium, & conuentū.
vide per Car.zab.in c.dilectus.in 3.q de exceſ.præl.

c Quis dicatur procurator. ¶ Adde Io.And.in regula quod alicui.de regu.
iur.lib.6.in mercu.

d Quis ſyndicus. ¶ Adde gl.in c.1.e.ti.& gl.in c.qm̄ quibuſdam.16.q.7.

collegio & facit pro his quia non conuenit alicui regni arcana scrutari. C. de commer. & mer. l. 4. in prin. Goffred. contra. nam & si is qui de collegio est, possit constitui. vt patet 16. q. 1. monachi. & c. qui verè. potest & is qui non est de collegio. infra, eodem. cap. 1. Quod puto verum, nisi in fraudem fiat, puta quando recurritur ad ignotum, vel qui causam ignorat, vel malitiosus sit, negabit de facili veritatem. talibus enim indico occurrendum per iura. infrà, de iuramen. calum. in pertractandis. quia malitiis hominum occurrendum est. suprà, de rescript. plerunque. j. de priuileg. ex parte, 3. vnde nec de ipsa vniuersitate admittere debet iudex vilem vel suspectum. argumen. ff. de eden. si quis ex argentariis. §. 1. imò is eligendus est, qui nouit melius veritatem. argumen. ff. de procura. si actor. C. de procurat. l. fin. ergo etiam si necesse fuerit, compellat rectores, ut iurent in animas suas, & illorum qui sunt de collegio vel vniuersitate, & respondeant veritatem, quam sciunt, vel intelligent per illos, in quorum animas iurauerint, vt in authent. d. N. de testibus. extra ad hoc. alias incipit, præsentium. nam & illi debent iurare, qui melius veritatem nouerint, ut expressim probatur etiam in iuramento calumniæ. C. de iuramento calum. l. 2. §. si autem vel dignitas. igitur nec pati debet iudex, quòd is qui veritatem ignorat, iuret, ne incurrat anceps periurium. ff. de in litem iurand. videamus. nec suspectus, de quo verisimile est, quòd iuramentum in reuerentiam non haberet. infra, de cohabitatione clericorũ & mulierũ. clericos. & sic de consilio meo non admittet talẽ syndicũ, sed repellet. & adde quod not. suprà tit. 1. §. quis dari. & j. de testib. cogen. §. 1. ver. videtur tamen. & § quare.

7 **Quis actor.** † Qui constituitur ad agendũ seu defendendum causam, vel causas vniuersitatis præsentes tantũ, & cum decreto. ff. eodem. l. item suffragium. §. si decuriones. ad futuras autem lites constitui non potest, quia decretũ simile est sententiæ, quæ futurum tempus non respicit. ff. de vsuris. l. 1. cum incertum sit. ff. de iudic. sed & si restituat. §. fi. Institu. de verborum obliga. §. conditiones. & ad hoc C. de sentent. quæ sine certa quantitate profe. l. 1. & 2. Institu. de actioni. §. curare. sed actor potest institui à non domino, & ab vno solo. ut patet infrà eo. §. & de differentiis.

8 a **Quis † œconomus.** [a] Dispensator ecclesiæ, seu defensor, cui res ecclesiæ gubernanda mandatur. C. de sacrosc. eccle. iubemus. in prin. & quẽ tractatus Episcopi eligit. argum. C. de Episcop. & cleri. omnes. § præterea. & §. hoc nihilominus. & hunc iubent habere omnes Episcopi. & archiepiscopi, vt vice ipsorum gubernet temporalia, & in iudicio sistat. 9. quæstio. 3. cum simus. 5. quæstio. 3. quia Episcopus. qui etiam uocatur vicedominus, & debet talis constitui, qui hospitibus & causis quæ superueniunt, paratus existat. 89. dist. volumus. alij dicunt, quod vicedominus administrat res Episcopales: œconomus verò res ecclesiæ. 16. q. 7. quoniam in quibusdam. 88. dist. c. 1. 10. q. 2. hoc ius porrectum.

Et de differentiis eorundem. Patet ex superioribus, quòd differentia est inter procuratorem & syndicum, quia procurator ab vno & à pluribus constituitur: syndicus à pluribus tantum. item procurator non iurat de calumnia, secũdũ l. C. de iu. ca. l. 2. sed actor seu syndicus iurat: & procurator satisdat iudicatum solui. quod non est in syndico vel actore. ff. rem ratã haberi. actor. nisi fortè de decreto dubitetur. ff. e. item suffragiũ. §. actor vniuersitatis. dic quòd ibi satisdat de rato & accedit, C. de administratione tutor. l. vlti. § defensionem & l. vulgo. sed secundũ nos, omnes isti de cal. iurant. j. de iur. cal. in pertractandis. & c. seq. & c. pe. & vlti. & est ratio, quia non est vis in nominibus, vt no. s. tit. j. §. quis dicatur. & §. quis dare. hoc secundum quosdam: sed T. dixit procuratores priuati iurare non posse. quod dic vt no. j. de iura. calũ. §. quis possit. & versi. seq. & ver. quod autem dixi. Item procurator ad præsentes & futuras lites constituitur. in hoc ergo differt ab actore, qui ad præsentes tantum. Item procurator sine decreto, vel cum decreto, vt suprà tit. 1. ca. 1. actor cum decreto tantũ. Item procurator non potest constitui à tutore ante lit. contest. sed actor potest. C. de procurato. neque tutores. Differt etiam ab œconomo, quia procurator in ecclesiasticis rebus & priuatis constituitur, sed œconomus in ecclesiasticis tantum. Item syndicus differt ab actore, quia syndicus à pluribus tantum, & ad plures causas, & ad futuras, & sine decreto, sed actor ab vno & à pluribus. ff. de administratione tutorum. decreto. C. de acto. tutor. vel curat. dan. in rubro & in nigro. Instit. de authorita. tuto. in fi. & ad vnam causam dari potest, vel ad plures, sed tantum præsentes, & cum decreto. Item differt ab œconomo, secundũ quod procurator. Item actor ab œconomo differt, secundũ quod procu. Sed & illud notandum, quod vniuersitas per vnum retinetur. ff. e. sicut municipum. §. final.

Et qualiter constituatur. In præsentia vniuersitatis, ita quod ad minus duæ partes adsint, in quibus numerabitur vox electi. ff. codem. l. nulli. & l. planè. s. de electi. cum in iure. ideo debent scribi nomina in ipso instrumento. C. de leg. quoties. li. 10. ne postea causetur quis, se non interfuisse. & ne quis absens tanquam præsens inscribatur, suprà titul. 1. cap. 1. & infrà, de his quæ fiunt à prælat. capit. quanto. ff. de albo scriben. l. 1. & 2. & vt appareat, vtrum duæ partes præsentes fuerint nec ne. & vtrum ibi esset aliquis excommunicatus, quoniam non valeret constitutio, nec aliter valet instrumentũ sine decretum, nisi legitimo modo coadunato factum sit. ff. de decret. ab ordin. fac. l. 2. & 3. nec sufficiunt soli decuriones, imò & aliorum consensus requiritur. C. de defen. ciuit. leg. 2. C. de Episcopali audientia. iubemus eos. quod intelligas, quò ad ius vniuersale, vel quando agitur de ipsius præiudicio, super quo soli decuriones potestatem non habent, quia nec vniuersitas hoc eis concessit. argument. s. de maioritate & obedientia. capit. fina. ff. de aqua plu. arcend. in concedendo. C. de authoritat. præstand. l. fina. alias si vniuersitas regatur per certos homines, quibus hæc potestas data sit ab ipsa vniuersitate, sufficit quòd duæ partes talium præsentes fuerint, & consenserint, quorum nomina sunt inscripta. & sic intellige. C. de decur. nominationum. lib. 10. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. nulli. & l. item suffragium. § si decuriones. Sed quid si conuocato publico Parlamento, constituat aliquis syndicus, & dicat in publico instrumento, quòd plus quam duæ partes præsentes fuerunt, nunquid hoc sufficit? Videt quòd sic: quia si nomina omnium deberent inscribi, forsitan ipsa non reciperet pergamenum, & sic saltem impossibilitas excusabit. ff. de regul. iuris. impossibilium. in tali casu credere sufficere, si maiores & meliores de ciuitate, quatenus bono modo possibile esset, ad arbitrium boni viri inscriberentur, & postea sequeretur super rior clausula generalis. argument. ff. de cond. & demon. à municipibus. ff. ad municipales. municeps. & l. magistratus. C. de iurament. calum. l. 2. §. hoc etiam huic legi. in fin. & suprà de electi. quia propter. ibi, præsentibus omnibus, &c. ad quod accedit quod not. s. de rescri. §. quæ possunt obiici. resp. 1. versicul. sed & si plura. & j. de cõmo. § fi. ver. ergo non tenentur. est tamen consiliũ legis, quòd si in hoc casu, vel alio de mandato te dubitare contingat, exigas cautionem. ff. quod cuius. vni. item suffragium. §. antepen. Sed & si iudex interloquatur procuratorium sufficiens esse, authoritate prætoria fulcietur. arg. ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. pe. ad fi. ff. de min ait prætor. resp. j. ad fi. in ver. quid tñ si prætor. Tamen si maiores & rector ciuitatis excommunicati sunt, videtur quod alij qui excommunicati non sunt, ipsam constituere possunt, dummodo non fiat authoritate excommunicatorum. vt s. tit. 1. c. vlti. excommunicati. n. pro mortuis reputantur. 11. q. 3. nemo Episcoporum. & debet inde fieri decretum legaliter factum. s. ti. 1. c j. Suadetur autem religiosis, ut syndicum habeant, cui dent competens salarium. j. eo. c. vnico. quia cùm debeant esse in ecclesiis, & circa spiritualia & orationes intenti, non debent se immiscere secularibus, quod etiam in alijs locum habet. j. ne cle. uel mon. c. 1. & 2. & c. non magnopere. 2. q 7. sicut sacerdotes. 11. q. 1. te quidem. & §. ex his omnibus. Et loquuntur hæc capitula de honestate, quia abbate imperante, si vtilitas ecclesiæ hoc exposcat, necesse habent obedire, ut no. s. de postulan. §. pe. in fin. xvj. q. 1. §. ecce. & §. quod uerò. & sequen. & c. monachi. & c. qui uerè. & hoc probatur optimè in auth. de sancti. Episco. §. si quando. coll. ix. j. de appel. Nicolao. & præceptores hospitalis uel militiæ templi, & agere & conueniri possunt, j. de iudi. cum deputati. Nec tenentur satisdare, in authent. j. de eccl. titul §. penul. colla. nona. & de hoc tetigi supra, de procura. §. quis dari. & not. quòd sicut dixi in fin. laicum posse fieri procuratorem in merè spiritualibus, quando alium laicum, qui eum constituit principaliter tangit: sic dico clericum posse fieri procuratorem in ciuilib. merè quatenus alium clericum principaliter tangit.

Quid pertinet ad officium istorum? Dic vt suprà, duob. tit. prox. §. quod sit eius officium. & § quid pertinet. nisi in prohibitis, quæ ex superioribus colligere liquet.

A quo quilibet constituendus sit, & ad quem. Ex superioribus patet, & si petas quare: respon. naturali ratione. ualde enim est necessarium, ut qui rebus suis interesse non uult, uel non potest. saltem per alios potest agere & conueniri, & sua negotia gubernare ff. de procu. l. 1. plerunque enim indefensi rerum suarum possessionem & distractionem patiuntur. ff. de negoci. gest. l. 1.

ADDITIO.

a Quis œconomus. ¶ Adde c. cum vos de offic. ordi. in cap. auaritiæ. de elec. lib. 6. glo. in cap. saluator. 1. q. 3. glos. in ca. cum simus. 9. q. 3. & glo. in l. iubemus. C. de sacr. sanct. eccles.

DE HIS

DE HIS QVAE VI METVSVE CAVSA fiunt. Rubrica.

SVMMARIA.

AVdiuimus de his quæ propria & ſpontanea voluntate geruntur, nunc dicendum de his quę vi metusue cauſa fiunt. videamus itaque, Quid ſit metus, Qualiter metus diſtinguatur, Quid vis, Qualiter diſtinguatur vis, Qualiter retractetur quod metus cauſa geſtum eſt. Vt autem antiquitatis nihil ignoremus, Inſtit. de teſta. in prin. quia & ſi iura antiqua non ſint in vſu, notitia tamen eorum neceſſaria eſt. 6. diſt. fuerunt. cōpilator antiquitatem reſpiciēs intitulauit de his quæ vi: quia olim ita dicebatur: ſed poſtea detracta fuit vis mentio, quia quod vi atroci fit, & metu fieri intelligitur. ff. eo. l. 1.

1 a Quid ſit † metus. [a] Inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. ff. eod. l. 1. exigitur autem quod metus præſens ſit, licet periculum futurum. ff. e. metum. 2. & dicitur metus quaſi mentem ſ. liberam tenens, id eſt retinens, ſeu impediens: nam qui timorem habet, non quod ore ſemper exprimit, mente gerit.

2 Qualiter metus † diſtinguatur. Alius probabilis, alius non. Probabilis hoc verſu continetur:

Excuſat carcer, ſtatus, & mors, verbera, ſtuprum.

Talis enim cadit in conſtantem, vt probatur ff. eod. l. iſti quidem. C. de tranſa. interpoſitas. ſcilicet quando timet ſubuerſionē ſtatus, vel ſtuprum in ſe, vel in filios, vel verbera, ſeu cruciatum corporis, vel vincula, vt ff. eodem. nec timorem. Non probabilis eſt, quando cadit in miſerum hominem, & vecordem, qui timet timenda, & non timenda, & talis dicitur meticuloſus. ff. eodem. metum. prima ideo non excuſat metus, niſi talis ſit qui caderet in conſtantem hominem & ſecurum, infrà eodem. ad audientiam. & capitu. penulti. infrà, qui cle. vel vo. inſinuante. Inuenio tamen quòd metus rerum excuſat, ĵ. eodem. abbas 50 diſtin. presbyteros ſed contra 32 quæſtio. 7. omnes cauſationes. vbi damnum rei familiaris non excuſat. Sol. Modicum damnum non excuſat, ſed graue: puta damnū omnium rerum, vel maioris partis. ff. de excu. tu. propter litem, & iunge quod not. ſ̃. de procu. §. & in qua re. verſi. & ꝙ dixi. vel melius, metus damni excuſat in dato, vel promiſſo, vel remiſſo. nam & datum repetitur, & promiſſum non ſoluitur: exigitur & remiſſum, ſed non excuſat in commiſſo, ſ. in peccato mortali, quia potius debemus omnia mala tolerare, & c. ĵ. eodem. ſacris. 32. q. 5. itane. ſecundum Goffr. Item metus, ne honor impediatur, ſeu beneficium. ĵ. de inſtitu. cum veniſſent. Item metus ordinandæ libertatis. ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. § quæ onerandæ. Item metus iudicis. 2. q. 1. in primis C. eod. l. pen. & vlti. Item metus verborum. 23. q. 8. conuenior. Item ſuſpicio metus. ff. de loca. & con. habitatores. Sed & victus victorem aliquando cogit ad ludum retinendo. ff. de aleatoribus. l. 1. in fi. & l. 2. Item excuſat metus verborum, ita ꝙ ſi proteſtatio præcedit hoc ſcilicet in ſecreto, dicit corā amicis, Sciatis quòd quicquid fecerim, timore facio, & nolo quòd mihi obſit. videtur ꝙ non valeat quod agitur. ſic intelligi poteſt. ff. de acqui. hęre. qui in aliena. §. vlti. ſecus, ſi proteſtatio non præceſſit. ff. eo. ſi mulier. §. penult. qui incipit, ſine metu. ĵ. eod. cap. 1. Item timor carceris, vel vinculorum excuſat. ff. eod. iſti quidem. Item metus excommunicationis, nam excommunicatio continet corporis & animæ detrimentum. 2. q. j. de manifeſt. 11. q. 3. audiui. & per ipſam ſubuertitur ſtatus hominis, quia de corpore eccleſiæ eiicitur, & traditur ſathanæ, vt ibi, & eſt æterna mortis damnatio. 11. q. 3. nemo. vnde timenda eſt ſicut mors, ſed contra quia medicinalis eſt, non mortalis. 2. q. 1. multi. dixit Goff ꝙ metus excommunicationis non excuſat, quia aut eſt iniuſta: & illa nō ligat, quò ad Deum. 11. q. 3. cui eſt illata. dummodo non cōtemnatur. 24. q. 3 notandum. in fi. aut eſt iuſta, & tunc ſibi imputet, qui in culpam incidit. ff. e. ſi mulier. ſecundum Goffre. ff. de iureiuran. quod quis. hoc non audeo aſſerere, quia minus excuſat aliquoties, vt patet ex ſuperioribus. Item dubium poteſt eſſe, vtrum iuſta ſit, vel iniuſta, & etiam ſi iniuſtè excommunicetur quis, tamen quò ad eccleſiā tenet ſententia, & multa ſequuntur incōmoda, vt patet ſ̃. de æta. & quali. cum bonæ. cum ſi. ĵ. de ap. paſtoralis, in fi. quid enim, ſi Epiſcopus pauperem ſacerdotem, qui non habet niſi vnicum beneficium in caſu non conceſſo, niſi det 10. vult excommunicare: videtur igitur, ꝙ debeat aliquando. & in aliquibus excommunicare. arg. 11. q. 3. ſententia. ĵ. de reſtit. ſpol. olim. 3. Sed hæc à iudice diligenter inſpicienda erunt, vt arbitretur fideliter in prædictis ſi accidat, vtrum debeat vel non debeat excōmunicare, conſiderando perſonas, loca & tempora, & qualitatem facti, & cauſam ff. ex quibus cauſis ma. in integ. reſtitu. l. 3. ff. eod. non eſt veriſimile. ff. de rei vendi. in fundo ĵ. eod. cap. vlti. ſ̃. de tranſact. c. vlti. in fi. Quid enim de pactis à militibus pauperibus, per vſurarios, quibus obligati ſunt, vel obligantur extortis. certè ſubuenitur. ĵ. de emptio. & vendi. ad noſtram. & de pign. illo. c. cum contra. & c ſignificante. & iuramentum remittitur. ĵ. de iureiuran. debitores. & vide ĵ. eod. §. qualiter retractetur. verſi. quandoque & eſt ratio, quia in contrahendo vtitur quilibet libero arbitrio. C. de actio. & oblig. ſicut. ſed eſt ne veriſimile, ꝙ aliquis diligens paterfamiliàs uelit pecuniam ſuam iactare? abſit. ff. de probationibus. cum de indebito. ideo ſemper præſumitur contra uſurarios: ut dicam ĵ. de pig. §. quibus, de uſuris. § qualiter contractus.

Quid ſit vis. Maioris rei impetus, cui reſiſti non pōt, ſ. cōmode. ff. e. l. j. in fi. aduerſus quam non proficit cuſtodia. ff. de actio. emp. ſi ea & locati. ſed de damno, & commodati. ad eos, ſi ergo poſſumus uitare uim, non excuſabit, quod uerum eſt, ſi uitare poſſumus ſine periculo. aliàs excuſabit. arg. C. de hære. inſti. cum proponas. & poteſt dici atrox, quando fit dolo & illicitè. ff. de minori. auxilium. Nam ſi à iudice fiat licito modo, non tenetur ff. eo. continet.

3 Qualiter diſtinguatur uis. † Alia compulſiua, per quā compellitur quis ad id faciendum, quod nō faceret, ſi eſſet liberi arbitrii. ex hac naſcitur edictū quod metus cauſa, ut hic & in ſuperiorib. Alia expulſiua, hæc inducit interdictum unde ui. ff. de ui, & ui arma. l. j. & 3. Alia turbatiua: & inducit interdictum, uti poſſidetis, in rebus immobilibus: & utrobi in mobilibus. ff. uti poſſidetis. & utrobi, per totum. Alia abuſiua, quæ fortè in prin. §. quid ſit uis. diffinitur: ſed & hæc inducit ui bonorum raptorum. ff. ui bo. rap. per totum. Inſtit. ui bo. rap § ſed nec dum talia. & uide quod not. ſ̃. de treuga & pace uerſi. quid ſi iuſtū bellum. uerſicu. ſi ergo aliquis ceperit hominem. Alia inquietatiua, cum quis à me prohibitus, uel ſuſpicans ſe prohibendum, ſi ſcirem, in meo ędificat. ff. quod ui aut clam: ex quo hoc interdictum naſcitur, ut ibi per totum. hæc cauſa breuitatis ſufficiant. & iunge ĵ. de cau. poſ & proprie. ſub rubricella de cau. poſſ. & propriè. ſub § his igitur præmiſſis.

4 Qualiter retractetur quod metus † cauſa geſtum eſt? & eſt ſciendum, ꝙ aliquando retractatur per uerba edicti, & mentem, ut quando quis timet cruciatum corporis, uel uerbera, aliquando per mentem non per uerba, ut quando timet ſtuprum, uel ſubuerſionem ſtatus ſui. de his ſuprà. §. qualiter diſting. Quandoque per reſponſa prudentum, ſeu officio iudicis: ut quādo quis potens minatur mihi, ꝙ ducet me uinctum ad præſidem, niſi dem ei decem, uel uſurarius non permittit athletam ad certamina iturum, niſi decem promittat ultra debitam quantitatem, hic reſtituitur ad qđ datum eſt, uel quod debitū promiſſum eſt relaxatur. Item ſi quis apparitione, id eſt, coactione iudicis interueniente, ultra debitā quantitatem ſoluerit, reſtituitur: ſed ſi id quod debebat, ſoluerit, quamuis extra ordinem ſoluere non debuerit coactus, inciuile tamen eſſet, quod reſtitueretur, cum debitum ſoluerit. ff. eod. non eſt ueriſimile. Item quando libertus promiſerit, ne libertas impediatur. ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. ſic ĵ. eo. Abbas. Item quando medicus ab infirmo nimio feruore infirmitatis laborante elicit promiſſum ultra quàm licitum ſit. ff. de uari. & extraordi. cogn. medicus. Item per conſtitutiones principum. nam ſi iudex ex adminiſtratione ſibi conceſſa aliquid emat, rem reſtituit, & in quadruplum condemnatur. ff. de contrahenda emptione non licet. Si uerò à ſubiectis emat, & per impreſſionē, reddere cogitur rem, nec preciū recuperat. C. e. l. pen Sed ſi emat ſine impreſſione idem, hoc excepto, quod precium datum applicabitur fiſco. ff. de iure fiſc. aufertur. §. quod à præſide. ſecundum hoc intelligitur. C. de contra. iudi. l. unica. & fi. lib. primo. Dicitur autem impreſſio, crimen inflictum per iniuriam, contemplatione alicuius officii publici. & dicitur aliquando crimen concuſſionis. ff. de concuſſio. l. 1. Item contractus per potentiam eliciti per conſti. infirmantur. C. e. l. ultima.

ADDITIO.

a Quid ſit metus. ¶ Adde c. 1. e. ti. lib. 6. gl. in c. ad audientiam. e. ti. & in l. 1. & in l. metum. ff. e. & Abb. in c. cum locum. de ſpon.

Puniuntur

Puniuntur & alio modo violenti per constitutiones. nam si quis Christianus Iudæo, vel Pagano, vel subdito, & quietè degenti iniuriam irrogauerit, debet corrigi per iudicem: & si aliquid abstulerit, in duplum cogitur restituere. Iudex autem qui constitutionem neglexerit, pari pœna punitur. C. de Paganis & sacrifi. & templis eorum. Item si quis agit contra me finium regundo. & ante sententiam aliquid de terra mea occupauerit, tanti modum agri quanti occupauit, amittit. C. finium regundo. si constiterit. Item si quis aduocatus † authoritate propria rem sibi conuentam pro salario occupauit, eam restituit, & à petitione excluditur. C. de suffragio. l. vnica. Item si inquilinus meus præcedentis anni inquilino meo cui secundo locaui, moueat quæstionem quasi secundus ad iniuriam suam conduxerit, nisi pacto in scriptis habito eius, s. primi inquilini intentio fulciatur, si priuatus est, acriter cæsus in exilium mittitur. Si miles, pœna 10. lib. auri multatur. C loca. & conducti. ne ciui. sed excipitur, ĵ. locati & conduc. c. 1. Item si quis colludente tutore, vel curatore possessionem pupilli, vel adolescẽtis occupauerit, illicò possessio ei, cui ablata est, reddi iubetur, & tutoribus vel curatoribus deportandis, ipsorũ omnia bona publicantur. C. vnde vi. meminerint. Item si quis rem meam mobilem vel immobilẽ sine authoritate iudicis occupauerit, ipsam & æstimationẽ mihi restituere cogitur. si verò sua erat, sed ego detinebam, ius proprietatis amittit. C. vnde vi. si quis in tantam. si tanquam obligata occupat, vel inuadit, soluitur ius pignoris, hoc est, hypotheca ria, licet personalis actio remaneat. sic intelligas ꝙ ius crediti nõ habebit, & hoc per decretum prætoris extat edictum. ff. eo. extat. & de vi priua. l. pe. Item si quis inquilinus meus, vel colonus, vel qui aliàs à me precario possidet, expectato ordine iudiciorũ mihi resistat: id est, nisi mihi reddat ante sententiam diffinitiuam, mihi victori cogitur restituere, & æstimationem eiusdem. C. e. non abre. Item si quis possessionẽ meam vacantem ingressus fuerit sine iudiciali sententia, tanquam prædo punitur: & omnes scire debent quod suum non est, hoc ad alios omnibus modis pertinere. C. vnde vi. cùm quærebatur. & hoc verũ est, nisi iusto errore ductus sit, vbi quidem nullam pœnam patitur C. vnde vi. inuasor. locorum. puta. quia credit ꝙ sit illius cui successit. ff. de reg. iur. qui in alterius. Item si quis per violentiam me spoliauerit rebus meis, ex quo de violentia constat per testes, omnia vtẽsilia, & interesse meum probo proprio sacramento, præcedente tamen taxatione iudicis, vltra quam iurare nõ licet. C. vnde vi. si quando. cuius mentem habes ĵ. cap. vlti. & hoc, quia interesse prouenit ex delicto. nam si ex contractu, necessarij sunt testes, ideo dat consilium lex, ꝙ certa summa apponatur, quia interesse de facili per testes probari non potest. Instit. de verb. oblig. §. pen. ff. de præto. stipul. l. vlt. Item si quis creditor pignorauerit, vel exegerit alium pro alio, cadit ab actione sibi competenti, & in quadruplũ condemnatur. in auth. vt non fiant pignoratio coll 5. Item si creditor liberum hominem pro debito ceperit, vel retinuerit etiam filium, cadit à debito, & aliud tantundem præstat retento, vel parentibus eius. in auth. vt nulli iudic. §. quia verò huius. col. 9.

In hac autem retractatione notandum est, ꝙ si iuramentum interueniat propria authoritate, nõ veniet quis temerè contra proprium iuramentum, vel fidem interpositam: quia hęc duo æquiparantur. ĵ. e. ad aures. & de fideiussoribus. peruenit. & no. ĵ. de arbit. § qualiter constituatur. ver. sed metus. & est ratio, quia Deus inter simplex verbum & iuramentũ non facit differentiam. 22. q 5. iuramenti. quare omnino seruandum est, nisi sit tale quod seruatum vergat in dispendium salutis æternæ. ĵ. eod. cùm dilecti. s. de electione. venerabilem. §. fina. versi. idem etiam contra proprium iuramentum. Et nota secundum Bacian. & T. ꝙ iuramentum vi vel metu extortum, neminem obligat. arg. 22. q. 4. inter casum, qui ponitur in illo c. inter cætera. secundum Ioannem, tanquam diuina voce prætor dixerit, quod metus causa factum erit, ratum non habebo ff. eod. l. prima. Alanus distinguit, an habebat animum adimplendi, & tunc obligatur: non aliàs. ĵ. de bapt. maiores. circa finem. Guliel. Nas. dicit, ꝙ semper est obligatorium. 15. q. 1. merito. ĵ. ad aures. & de iureiurando. constitutus. si tamen venit contra iuramentum præstitum vi, vel metu, iniungitur pœnitentia, tanquam pro veniali. ĵ. de iureiurando verùm. Quod potest dici verum, si sit coactio absoluta: puta, quia aliquis accipit manus alicuius violenter, & ipso nolente, ponit thus in manus eius, & trahit eum ad idolum, ita ꝙ velit, nolit, ponit thus illud super aram idoli. quinquagesima distin. presbyteros. 1. q. 1. constat 32. q. 5. quasi per totum. 15. quæst. 6. ca. 1. argu. de consecr. distinct. 4. eos. ff. de authoritate præstanda. l. prima. Si verò sit conditionalis, non excusat à toto, sed à tanto, quia culpã siue pœnam attenuat. ĵ. eodem. sacris. talis enim coactio dicitur metus, de qua dicitur, ꝙ melius est omnia mala tolerare, quàm malo consentire. 32. q. 5. ita ne. Sin autem cogatur ad id, quod nõ sit mortale, puta renunciare rebus suis, si potest cadere in cõstantem indistinctè potest venire contrà, secundum quosdam. Sed refert, vtrum iurauerit quis resignare tantùm, vel etiam non repetere: si iurauerit tantùm resignare, illud seruandum erit: sed tamen directè ipso beneficio resignato, potest rescriptum impetrare, & ipsum repetere per actionem, quod metus causa, quæ in rem datur, licet personalis sit, vt dicitur ĵ. eod. sub §. habet autẽ. sic potest intelligi ĵ. eod. Abbas. & c. ad audientiam. Si verò iurauerit non repetere, & iterum sibi conferatur, recipere potest, & ex secunda receptione agere. suprà, de renunciatione. cùm inter P. Gaufredi. Item absolutus per Papã poterit petere ex prima institutione. sic potest intelligi dictum c. cùm inter. & ĵ. de iureiurando. si verò. Quid si iurauerit non venire cõtra sacramentum, id est, non petere absolutionem, adhuc potest ecclesiæ nunciare, & ecclesia ad nunciationẽ ipsius ipsum absoluere motu proprio. 36. q. 5. consanguineos. ĵ. de iureiurando. quemadmodum. in fin. & de desponsa. impub. ad dissoluendum. & de iureiurando. ad nostram 2. Si verò iurauit denunciare, non valet. ĵ. de iureiurando. quemadmodum. sed verum est, quò ad pœnitentiam peragendã. Sed si is qui iurauit non denunciare, magis mouetur zelo rei recuperandæ ad denunciationem faciendam, quã zelo animæ proximi, videtur sanum esse consilium, ꝙ non denunciet, quia iam deieraret. ergo in hoc casu amico eget. secundum hoc intelligẽ ĵ. de iureiurando. c. 1. & c. debitores. sic ergo omne sacramentum tenendum, nisi vergat in dispendium salutis æternæ. nam tunc tenendum non est. 32 q. 7. omnes causationes. & 22 q. 4. si aliquid. 32. q. 5. ita ne. ĵ. de iureiurando. verum. quia sacramentum nõ est vinculum iniquitatis 22. q. 4. inter cætera & de hoc notatur. ĵ. de iureiurando. §. quomodo censetur illicitum. versi. quid.

6 Quod autem fit metus causa, † mero iure valet, sed per iudicem irritatur, & ideo dixit prætor, Ratum nõ habebo: quasi diceret, quamuis ratum sit, non tamen seruabo tanquam ratum, sed irritabo hoc bene probatur ĵ. eodem. Abbas. ff. eod. l. metum. § sed quod prætor. vbi datur exceptio: ergo competebat actio. ff. de exceptionibus. l. prima. & est ratio quare valeat, quia deprehenditur voluntas, quamuis coacta. 15. quæstione. prima. merito. ff. eodem. si mulier. §. si metu. Excipiuntur nouem casus in quibus non valet, licet sacramentum interueniat. Primus, in matrimoniis, quia libera debent esse in contrahendo & distrahendo. infrà, de sponsa. cùm locum. & capitulo, veniens. 2. vbi dicit, quòd pater compulit illum quem inuenit cum filia, vt eam duceret in vxorẽ, quare ergo non excusat ibi metus. nam mortis metus imminebat, cùm in hoc casu liceat patri illum interficere. ff. de adulteriis. quod ait. Quare ergo dixit in fine, Nisi metu coactus, & c. quia semper potuit cadere in constantem. sed dic, quòd secundum canones non licet interficere. 33. quæstio. 2. inter hæc. vel in fauorem matrimonii sic respondetur secundum Goffredum dic quòd quamuis liceat patri interficere, non tamẽ semper interficit, imò aliquoties peccato consentit: ideo aut attentauit interficere, & sic metus potuit cadere in cõstantem: aut non attentauit, & tunc matrimonium tenuit. & hoc est quod distinguit Secundus, in promissione dotis, eadem ratione. ff. eod. si mulier. §. si duos. Tertius, in alienatione rei ecclesiæ. 15 q. 6. cap. 1. infrà, de iureiurando. capit. 2 & de rebus ecclesiæ non alienan. si quis presbyterorum. & est ratio, quia non potest vendi, etiam propria voluntate, nisi seruata solennitate, vt notatur infrà, de rebus ecclesiæ non alienandis § quæ res & §. quæ sit forma. Quartus, in iurisdictione proroganda ff. de iudiciis l. 2. ĵ. de foro competenti. si diligenti. in fine. Quintus, in voto. infrà, eodem. capitu. primo. infrà, de voto. capituli. licet. 15. quæstio. 1. non est. Sextus, in authoritate tutoris. ff. de authoritate tutorum. l. prima in fine. Septimus, vbi, quis per metum facit testamentum. ff. de testamentis. qui testamento §. finali. Octauus, in sententiæ pronunciatione. 11. quæstio. 3. iniustum. Nonus in procuratoris constitutione. argumen. suprà, de procurato. accedens. Sed ad hoc notandum, quòd vbi quis intulit sibi metum, & coactus est per talem metũ ab illo, qui iustè eum potuit offendere, aliquid promittere, non restituitur. ff. eodem. si mulier. respon. primo. si verò non potuit ipsum iustè offendere, restituitur. ff. eodem. nec timorem. & l. sequenti. respon. primo. Item si quis inducitur dolo ad bonum faciendum, vel melius operandum, non restituitur. infrà eod. capi. penultimo. & notatur infrà, de conuer. coniuga. §. & vtrum possit exire, si dolo. Sed nunquid cogitur quis ad bonum? Dic, quod ad bonum non susceptum nemo est cogendus. 55. distinctio. qui syncera: & capitu. de Iud. ad bonum verò iam susceptum cogendus est. ead. distin. disciplina. coacta enim seruitia Domino non placent: imò Deus aspernatur coacta seruitia. vnde Apost. ad Corin. Vnusquisque det prout destinauerit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate. hilarem enim datorem & c. vnde datur intelligi, ꝙ qui inuitus dat propter præsentem pudorem, & rem & meritum perdit. Item in eodem, Si ex necessitate euangelizauero, non est mihi gloria; si autẽ hoc ago volens, mercedem habeo apud

beo apud Deum. Item ad Galat. Si spiritu ducimini, nō estis sub lege. ex quo apparet, eū qui sub lege est, id est, qui timore pœnę, non amore iustitiæ seruit, non ducitur Spiritu sancto. Si autem spiritu nō ducitur, Deo placere non potest. Itē, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritū adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. ex quibus verbis datur intelligi, ꝙ & si in veteri Testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum, in nouo Testamento tamē sola libertate & delectatiōe, siue dilectiōe iustitiæ inuitādi sunt ad bonū, sine qua dilectione boni nullus placere pōt Deo. Ioan. in Epistola sua: Timor non est in charitate sed pfecta charitas foras mittit timorem. hoc inuenies. 23. q. 6. §. fin. 20 q. 1. illud. nam etiam subditis cauendum est, ne grauentur. 45. dist. licet. & c. disciplina. & sicut nō vult aliquis ab alio se grauari, ita non audeat inferre alijs quod sibi non vult. j. eo. c. licet. in fin.

7 Habet autem triplex remediū † metū passus. nam datur ei actio quod metus causa personalis, si tradit, quæ in rem scripta est: vel exceptio, si non soluit. Item si dñs erat, vtilis rei vendicatio. ff. eodem. metum. §. licet. Sed si coactus promisi, & in solutione coactus non fui, repetere non possum, quia sublata est proxima causa turpitudinis. C. eo. cùm te ff. e. metum. §. sed quod prętor. ff. de pdi. ob turpem causam. l. pen. Item si cogis me, vt liberē te acceptilatione, vbi omnino promittit res, cōpetit actio personalis ad omnia, vt omnia in pristinum statum restituantur. ff. eo. si fideiussori. & hoc idem est, si alius intulit mihi metū, ex quo ad te aliquid peruenit. ff. eo. si quis alius. Item competit hæc actio contra quemlibet possidentem, quamuis metū nō intulerit, ideo dixi. s. quod in rem scripta est: Institut. de act. §. pręterea. ff. eo. item si cum. §. in hac. & vide quod not. j. de rest. spo. § à quo peti. possit. ver. habet igitur spoliatus. Competit intra annum in quadruplū, post annum in simplum: sed si metum inferens ante sententiam rem restituat, vitat pœnam. ff. eo. item si cùm. §. j. & §. hæc aūt actio Si verò actū sit actione personali, nō potest postea agi vtili reali, vel econtrà: & personalis ita demū ꝓpetit, si nulla alia superest. ff. eod. metum. §. licet. & l. item si cùm. §. v. Quod aūt dixi, Ante sententiam, subaudi secundā: nam duæ sententiæ feruntur, super quibus diuersitas est inter doctores, vtrū quælibet sit diffinitiua. & dixit Azo, ꝙ sic. Alij ꝙ prima interlocutoria: secūda diffinitiua. Dominus meus dicebat primam diffinitiuam, secundam executoriam prioris: sicut iurare in litem, est quædam executio, vel quasi, rei vendicationis. ff. de rei ven. qui restituere. debet n. metum passus accedere ad iudicem, elapso tempore quadrimestri, quod datur condemnatis. s. de offic. dele. quærenti. dicens ꝙ exequatur sicut debet, cùm alius non restituerit, & iudex sequēs naturam actionis exequetur in quadruplum: sic & iurisdictionem suā defendit pœnali iudicio. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. vnica. Vtrum autem à sententia secunda appellari possit, primò dixit, ꝙ non: postea ꝙ sic, per eandem legē. ff. de appell ab executore. Sententia Azo magis est communis, scꝫ vtraque sit diffinitiua. Et dabat consilium Huber. de Bobio, ꝙ sic formetur libellus, Peto à Titio decē quę à me extorsit metu: & nisi restituat, peto ipsum cōdemnari in quadruplum. Sed dominus meus hoc non approbat, quia quadruplum non est obligatio ante contumaciam, ergo antè peti non potest: quia vbi nulla obligatio, ibi nulla actio. Tamen salua pace sua, hic non agitur purè: sed sub conditione; quod fieri potest in hoc casu, vt puto argu. infrà, de contrahen. empt. capit. pen. Illud etiam scire debes, ꝙ si res periret ante secundam sententiam, quandocunq; tenetur qui metum intulit de omni interitu. Si post sententiam secundam ante tempus rei iudicatæ non tenetur de re: quia non est in mora. arg. ff. de ꝑpen. si cū militi. sed sic vt, quod reportet lucrū, & sic cōtradicit. ff. de vsu. in fideic. non obstat ꝙ nihil acquirit, sed dānū vitat: præterea quia in triplū cōdēnabitur, & ideo bene pōt cōpēsari. ff. de verb. obl. stipulatio. § intercertā. & §. seq Si verò post tempus rei iudic. secundæ sententiæ, tūc similiter tenetur. sic intelligebat, ff. e. itē si cū §. qđ si homo. C. eod. l. 1. Cætera quæ hic deficiunt, in Summa Azo. plenius inuenies. Illud verò in summa no. quòd si qs, dū in captiuitate detinet, aliquid promittat, vel fideiussores det, exceptio nē habet aduersus petentem, & act. vt liberetur ipse & fideiussores. ff. eod. metum. §. sed qđ pretor. Item singularis persona, populus, & curia, & collegium, & corpus, hoc edicto tenenī. ff. eo. l. metum §. animaduertendū si verò cā guidagij vel conducti aliquid detur, non repetitur, nisi fortè is qui recipit hunc metum submisisset. ff. eod. metum §. sed licet. Item si quis obsidet castrum meum, & cùm ego videam, quòd nullatenus possum euadere, castrum reddo, ita quod cum familia & armis exire possum, credo huic edicto locū fore, & hoc nimis sæpæ de facto contingit. & plerunque discreti dubitant, quæ actio competit: sed planū est, quòd hæc. ff. e. metum. resp. 1. ibi, aliter atq;, &c. interdictū enim vnde vi, locum sibi nō vēdicat in hoc casu, vt expressim legitur ff. vnde vi. si rerum. distinguendum tamen est, vtrum bellum iustum sit, vel iniustum, quod dic, vt no. s. de treug. & pact. §. quid sit iustum bellum.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE. Rub.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum quid sit.*
2 *Restitutio in integrum à quo sit facienda.*
3 *Restitutio in integrum cui sit facienda.*
4 *Soluens perdituro non liberatur.*
5 *Restitutio in integrum qualiter fiat.*
6 *Restitutio in integrum contra quem fiat.*
7 *Restitutio in integrum an perpetuetur per litis contestationem.*
8 *Executio sententiæ contra quam restitutio petitur, an retardari debeat.*
9 *Restitutio in integrum in quibus danda est.*
10 *Restitutio in integrum quibus denegetur.*
11 *Effectus restitutionis in integrum quis sit.*

Quia de his quæ per vim, vel metum perperàm gesta sunt, restituuntur plerunque, ideo est videndum de in integrum restitutione. vel sic: Vidimus de restitutionibus, quæ ratione metus maioribus competunt, videamus qualiter ecclesia, vel minores læsi restituuntur; & sic apponamus rubricam de Restitutione in integrum, & dicamus, Quid sit in integrum restitutio, A quo facienda sit, Cui, Quando, Et qualiter. Contra quem, Quoties Verum perpetuetur per litis contestationem, An executio sententiæ cōtra quam restitutio petitur, retardari debeat, Et in quibus danda est, Et in quib. denegetur, Et quis sit eius effectus.

1 Quid sit in integrum † restitutio. a Prioris status vel iuris reintegratio. ad hoc C. de sent. pas. & restitu. tis. l. 1.

2 A quo facienda sit. † Ab ordinario & delegato d. Papę Itē à delegato ab ordinario quo administrationē habet hi. n. de cā restitutionis cognoscant, si principaliter coram eis moueatur, vel etiam incidenter. Delegatus autem ab ordinario, qui administrationem non habet, vel arbiter compromissarius de causa restitutionis cognoscere non pōt, nisi incidenter coram ipso moueatur. j. eo. causa restitutionis C. vbi & apud quos. l. vlt. Potest aūt ordinarius restituere ꝯ sententiam suam, vel iudicis inferioris ff. de mino. in cāe 2 §. vlt. & l. seq. Consueuit autē quæri, qui sint ordinarij administrationem non habentes: & potest dici secundum legem, ꝙ illi, quibus imperator indulget, ꝙ causas possint audire & diffinire, & iurisdictionem voluntariam ꝑ totum imperium exercere, qui honorē & dignitatem habent, sed non administrationem, quorum potest iurisdictio prorogari. ff. de iudi. l. 1. & 2. C. de iudic rem non nouam respon. 1. & C. vbi & apud quos. l. fin. sed & secundum iura canonica potest poni exemplum in episcopo, qui renunciauit episcopatui, id est, oneri, non honori. s. de ord. ab episcopo, qui renun. episcop. cap. j. de renun. nisi cum pridē. §. fina. & capitu. post translationem circa fin. secundū Goffr. Sed qualiter dices, quòd talis remaneat ordinarius, quo ad forū iudiciale in tēporalibus, quod non ratione ordinis episcopalis competit, sed administrationis commissæ, vnde relicta administratione, quæ principalis est, relicta intelligitur facultas iudicandi, tanquā accessoria. ff. de reg. iu. cum principale. s. de elec. venerabilem. ad fin. Respondeo, quòd discussio maiorum ad ipsum spectat ratione ordinis, vt probatur suprà, de elec. transmissa. Itē potest poni exemplū in episcopo, cuius episcopatus per paganos vel alios est destructus, vel etiam in officialibus episcoporū. quod tamen non placet Goffred. quia non sunt ordinarij seu delegati ad vniuersitatē causarū. de quo dic, vt not. suprà, de officio vicarij. §. quis sit vicarius. Quis autē possit ordinariū facere? dic ut no. sup. de offic ord. §. quis possit. verū contra hoc quod dixi delegatū posse restituere, obiicitur, quia ex edicto restitutorio nulla pficiscitur ꝑpria actio, sed totū dependet ex officio iudicis. ff. de mino. ꝙ si minor. §. vlti. sed ea quæ ex officio expediunt, nō delegant. ff. de of. pcōsu. nec quicquā §. vbi. ff. de reg iur. omnia. ff. ad muni. ea quæ. dic ꝙ speciale est hic fauore restitutionis: sicut & aliud speciale, ꝙ cū excellēs sit restitutio, mādatū exigitur speciale, secundū Goffredū, vt notatur infrà, eo. §. in quibus. versi. illud. vel quod dicit lex illa, ꝙ si minor quod totum dependet ex officio iudicis, exponendum est, id est, exactio.

ADDITIO.

a Quid sit in integ. restit. ¶ Adde Doct. in rub. eo. tit.

ctio, quæ vocatur iudicis officium, vt ſ. de offi. iud. c. 2. & ſic nõ contradicunt iura inducta, quæ non loquuntur de hac actione, ſed de maiori diſcuſſione & examinatione, quæ non poteſt fieri, niſi per iudices maiores, ſicut notatur ſ. de officio delegati. §. quis delegare & §. & quæ delegari. poteſt ergo reſtituere delegatus, ſicut dixi, & maior magiſtratus. Sed minor magiſtratus ꝯtra ſententiam maioris non reſtituet. ff. de minor minor. Item nullus poteſt reſtituere aduerſus ſententiam delegati à principe, niſi ſolus princeps. C. ſi aduerſus rem iudicatam. l. aduerſus. & legatus hoc facere non poterit, niſi habeat ſpeciale mandatum. ſ. de officio legati. ſtuduiſti. & de officio delegati. paſtoralis. §. quia verò, ſed & ſucceſſor ꝯ ſententiam prædeceſſoris reſtituit arg. de electione. innotuit. Quinimò ſententia ſedis Apoſtolicę non negatur in melius poſſe commutari, & principes contra res bis iudicatas permittunt reſtitutionem in integrum examinari. j. e. cum ex literis. Item arbiter examinat ipſam, ſi inciderit, vt dictũ eſt. cum alias non poſſit iuriſdictionem exercere: ſic iudex qui alias de cauſa ſtatus principaliter cognoſcere non poteſt, ipſam determinat, ſi inciderit. C. de iud. quoties. & de ordine cognitionum. l. 1. & 2. Item delegatus ideo principaliter cognoſcere non poteſt, quia ſententia ſemel lata, ſiue benè, ſiue malè, functus eſt officio ſuo: ſupra, de officio delegati. in literis vnde nihil remanet penes ipſum. ſuper hoc vide quod notatur ſupra de officio delegati. §. quæ delegari poſſunt. verſic. quid ſit ſimpliciter. & ſequen.

Cui. Minori † Vigintiquinq; annis, & ſuis fideiuſſoribus. ff. de mino. in cauſæ. 1. & reſp. j. & §. j. ſed cum diſtinctio. nam ſi principalis habet ius ſuum ſaluum aduerſus alium, reſtituetur etiã & fideiuſſor. ff. de procuratoribus. minor. & de minoribus cùm mãdato. & de adminiſtratione tutorum. l. 2. in fine. Sed ſi non habet regreſſum aduerſus alium, & minor deceptus eſt facilitate ſua, non ſubuenitur fideiuſſoribus in necem aduerſarij. Quod ſi dolo aduerſarij circunſcribatur, & fideiuſſori ſuccurritur. C. de fideiuſſorib. minor. l. 2. Ergo quamuis reſtituto minore, competat ſibi exceptio, non tñ fideiuſſori ſuo: & eſt ratio, quia hæc exceptio competit ei iure ſpeciali: nã ſi iure communi ei competeret, & fideiuſſori etiam prodeſſet, ff. de exceptionibus exceptiones. & ſic ſpeciale eſt hoc, quòd remoto principali remanet acceſſorium contra illud. C. de vſu. eos. qui. reſpon. l. Minor autem reſtitui petens neceſſe habet ꝓbare duo, & quod eſſet minor tempore contractus, vel ſententiæ, ꝯ quam petit reſtitui, & quòd læſus ſit: j. eo. cõſtitutus. hoc ideo, quia non eò ipſo quòd probatur minoritas, probatur & lęſio. ff. de iureiurando. nam poſtea. §. minor. 54. diſtinct. generalis. In mutuis autem deceptus præſumitur, niſi probetur locupletior. hoc in odium fœneratorum. C. ſi aduerſus creditorẽ. l. 1. & 2. Hoc tamen nota, quòd ſi pupillus ſine tutoris authoritate mutuũ accipiat, nullo modo tenetur, ff. de actionibus & obligationibus. l. pupillus. & de condictio. indebiti quod pupillus.

a Sed nũquid ſine authoritate tutoris [a] poteſt eſſe in hoc iudicio? Dic vt nota. ſ. de proc. § quis dare poſſit. ver. ſed nũquid admittitur. Item nec minor curatorem habens, ſi ſine curatore recipiat. C. de in inte. reſt. mino. ſi curatorem verũ ſi locupletior ſit, omnimodo tenetur, quia hoc natura æquum eſt, &c ff. de cõd. indebi. naturaliter. § fina. & l. ſequenti. ff. de commo. l. 3. Idem in eccleſia, j. depoſi. c. j. nam is creditor intelligitur, qui quod crediderit, probat in vtilitatem eccleſiæ fore verſum. aliter enim ꝯ eccleſiam nõ aget. Sed nunquid agit ꝯ œconomum, vel pręlatum, vel alium cui mutuauit? Videtur quòd ſic: argu. ff. ſi cer. pet. ciuitas 10. q. 2. hoc ius §. qui res. Quid ſi agat ꝯ eccleſiam, nunquid ſufficit ei probare, quòd eccleſia indigebat frumento, oleo, vel veſtibus neceſſarijs clericis, quando pecuniam mutuauit? fortè ſic. argu. ff. de exer. actio. l. vltima. in fine. vel verius eſt, vt dicamus eccleſiam non teneri, niſi probet pecuniam verſam in vtilitatem eccleſiæ ſuæ. argu. ff. de in rem verſo. quòd ſi ſeruus. §. penu. Azo. Sed nunquid creditor erit ita curioſus, vt ſemper ſciat in quem vſum pecunia conuertatur? Secundum hoc nullus inuenietur, qui cum eccleſia contrahat. arg. ff. de minoribus. quòd ſi minor. § 1. & l. verum. §. ſi locupleti & ideo ſi nimia ſubtilitate circa res eccleſiarum vtamur, illa ſubtilitas in earum perniciem reuertetur. C. ad Trebel. l. penul. in princ. & de verborum ſignifica. cùm quidam in fine. qualiter enim probabitur eccleſia pecunia indigere. unde dic, ſecundum alios, quòd probabitur eo ipſo, quòd non probatur contrarium, ut not. Azo. ff. de excepti. l. fina. argu. C. qui mili. non poſſ. ſuper ſeruis. lib. 10. Vel dic, & melius, quòd ſufficit, ſi probet quòd de conſenſu capituli, uel maioris partis pecuniam mutuauit. ut à contrario elicitur. j. de fideiuſſori. quòd quibuſdam, ſecundum Gul. Naſ. tu dic, ut diſtinxi, j. de fideiuſſo. §. & quis. Sed & ſi adoleſcenti luxurioſo mutuetur, ut meretrici det, uel aliàs perdituro, ut in ludo, nulla actio datur, & ideo nec neceſſaria eſt reſtitutio. ff. mãd. ſi

4 filiusfamilias. §. ſi adoleſcens. † Itẽ qui perdituro ſoluit, nõ liberatur. ff. de ann. leg. cum qui rogatus. Item reſtituitur reſpublica Romanorum. C. de iure reipubl. reſpu. lib. 11. aliæ autem ciuitates loco priuatorum ſunt. ff. de uerb. ſignifi. cum qui vectigal. & l. præcedenti. & ciuitas & priuatus æquiparantur. ff. ad Macedo. nihil. eſt tamen contrà, argu. C. de ſacroſanct. eccleſi. l. vltima. Sed eccleſia reſpublica eſt, quia ius publicum conſiſtit in ſacris & ſacerdotibus. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. & ideo ſemper iure minoris ſeruatur illæſa. j. eod. c. 1. & cap. auditis. Veruntamen priuilegia eccleſię, & minoris quantum ad reſtitutionem, de qua hic loquitur, & oblig. ſe habent per excedentia & exceſſa. Priuilegium enim minoris, excedit priuilegium eccleſiæ, quia contra minorem temporales præſcriptiones non currunt, ut notatur. j. §. in quibus. Sed contra eccleſiam currit uſucapio licet reſtituatur. 16. q. 3. quas actiones. Priuilegium uerò eccleſiæ excedit priuilegium minoris, quia eccleſia non tenetur, niſi creditor probet pecuniam uerſam in utilitatem eccleſiæ, ut notatur. ſ. uerſicu. minor autem ſi reſtituitur. C. ſi aduerſus credi. l. 1. Nedum autem eccleſijs ſiue minoribus, quinimò & etiam maioribus ex iuſta cauſa per reſtitutionis beneficium ſubuenitur: ut ff. ex quibus cauſis maiores. l. 1. ad finem. & per totum. & ſic intelligas j. eodem. ex literis. j. de ſententia & re iudicata. cùm Bertoldus. §. poſtmodum. j. de pign. ſignificante.

Quando minor 25. annis reſtituit. Toto tẽpore minoris ætatis, & ſi lædatur, etiam ultimo momento 25. anni, ut tamen ſi quis natus ſit in biſſexto, duo dies computentur pro uno nam poſterior dies intercalatur, id eſt, de medio eximitur, nec computatur. contingit autem biſſextus [b] in ſingulis quadriennijs. nam annus continet [c] 365 dies. ff. de ſtatulibe. cùm hæres. §. Stichus. ſubaudi, & ſex horas. illæ autem ſex horæ in quatuor annis faciunt 24 horas, & ſic integrum diem. unde cùm in ultimo anno quadriennij computentur 366. dies, intercalatur poſterior, & ſic remanent 365. ex quibus annus conſtat, ut ſuprà not. hoc tangitur. ff. de verborum ſignifica. cùm biſſextus. & accidit in feſto beati Matthiæ, ut probatur. j. de uerbor. ſigni. quæſiuit. §. feſtum. ſecundum hoc intellige minorem reſtituendum, & ſi lædatur ultimo momento 25. anni, ut ff. de minoribus. l. 3. § minorem. ſed momento cõpleto, olim habebat annũ utilem, hodie verò habet quadriennium, intra quod neceſſe eſt, ꝙ cauſa reſtitutionis incipiat & terminetur. C. de temp. in integ. reſtitutio. l. fina. Sunt autem qui dicunt, ꝙ eccleſia ſemper reſtituenda eſt per infinita ſecula ſeculorum, vt Alanus & Gulie. Naſ. & hanc opinionem non Naſininam, ſed aſininam dixit magiſter meus. patet j. eodem, beneficio. & extrà Greg. & c. ſic. n. non poſſet eccleſia quicquam amittere, nec per præſcriptionem, nec alio modo. Ideo remotis alijs ſuperfluitatibus, ponenda eſt eccleſia in vltimo momento 25. anni, tempore læſionis, vt ſic intra quadrienniũ tantùm reſtituatur, non vltra, niſi aliquid præuaricationis vel fraudis probaret interueniſſe conuentum, vt excom. eccle. & C. vnde vi. meminerint. Illud verò videtur ſpeciale in eccleſia, qđ ſufficit ei, ꝙ cauſam reſtitutionis incipiat intra quadriennium, quamuis terminari non poſſit, cùm per ipſam non ſtet. j. eod. tum in literis. aliud in minore, vt ſuprà. §. vel fortè. quia non debet ei currere tempus, cùm non ſtet. ſed per iudicẽ, vt in auth. ut ſpon. largi. § hoc quoque. col. 9. Item in conſiſtorio principis quæſtio mota perpetuari uidetur: nec eſt imputandum parti inſtanti, ſi per iudicẽ ſtet. C. de tẽp. appellatio. l. fin. § ſi tamen. & §. penult. ibi, niſi ipſe appellator, &c. tamen Laurentius & Vincentius dicunt cum T. ꝙ reſtituitur intra quadriennium à tempore læſionis, uel à die celebrati contractus computandum, & non ultrà: quia omnis reſtitutio fiſci, uel priuati intra quadriennium terminatur. C. de temp. in integrum reſtitutio. l. ultima. & de ſacroſanct. eccleſijs. ut inter diuinum. & exponunt illam decret. j. eo. requiſiuit. ubi dicitur, ꝙ ſemper iure minoris debet illæſa ſeruari eccleſia, & dicunt minoris facti maioris ſemper, id eſt, ubicũq; enormiter lęditur: & dicunt, ꝙ illud ſemper, non notat tempus, ſed numerũ & modum & alij dicunt, ꝙ vſque ad 30. annos, ponentes eccleſiam in primo die minoris. Alij uſque ad 15. annos, ponentes eã in an-

ADDITIONES.

a nSie authoritate tutoris. ¶ Adde Paul. de Caſt. in l. ſi putas. in 2. col. verſ. item erat alia ratio. C. de peti. hære. etiam in iudicio criminali. ſecundum Bal. in §. item ſacramenta. in titu. de pa. iur. fir. in vſibus feud.

b Contingit autem biſſextus. ¶ Adde glo. in l. cum biſſextus. ff. de verb. ſign. gl. in l. 3. §. minorẽ. ff. de minor. & gl. in l. 2. ff. de diuer. & temp. ꝑſcr. & quando occurrit biſſextus, quot dies habet ille annus. vide no. in c. 2. 52. diſt. & glo. in verbo, dum ſex dies, in c. quadrageſimam. de conſ. diſt. 5. & per Cald. in commento c. ſi propter. de reſcr. lib. 6.

c Annus continet. ¶ Adde glo. in verbo qui duo. in c. quæſiuit. de ver. ſig.

In anno xiiij. Alanus dicit, ꝙ in infinitum sit restituenda sine praefinitione temporis, cum quo cōsensit Galiel. Nas. ut s. standum est enim significationi illius aduerbii Semper: [a] nam non est recedendū aliter à significatione verborū, quàm si manifestè appareat, aliter testatorē sensisse. ff. de leg. tertio. non aliter. ar. j. de dec. ad audiētiā. j. de diuor. gaudemus ibi, nō dixi tres. & c. xxxj. dist. omnino. xxxj. q. j. quomodo de consecr. dist. 4. si quis presbyter. nam ad communem verborum intelligentiam recurrendum est. j. de spon. ex literis. & de celebrat. missa. in quadā. § caeterùm. Et ꝯ expositionem aliorū facit apertè. 4. dist. erit. ubi dicitur, quòd lex debet esse manifesta, ne aliquid per obscuritatē in captionē cōtineat: nā aliter si intelligeretur Papa deciperet consulentem, sicut & alibi. j. de rebus eccle. non alienandis. vt s. ipse tamen non vult aliquem decipere. j. de donat. per tuas. nam quando dixit Semper, potuisset exponere, intra quod tempus restitueretur, si voluisset, sicut ipse aliàs dixit. s. de transla. episc. inter corporalia. §. sed neque. ibi poterat expressisse, & j. de decimis. ad audientiam. Item contra alios, & pro Alano facit j. de rebus ecclesiae non alienandis. ad nostram. nā ibi dicit, ꝙ post multos annos ecclesia fuit restituta. & arg. j. e. tum ex literis. in prin. & circa finem. ibi, danda sit vel data. nam ex illa decr. colligi potest, ꝙ sine praefinitione temporis restituitur ecclesia, quia vt ibi dicitur, tempore Eugenij Papae IIII. & in primo mense sui Pontificatus interuenit laesio, & tempore Celestini indulta est restitutio, qui causam commisit sententiae Eugenij. non obstat & si obiiciatur, ꝙ interrupta fuit ibi quadriennij praescriptio: respōderi potest, ꝙ restitutionis questio, nedum petitione perpetuatur, sed nec litis contesta. vt notatur j. eo. §. vtrum perpetuetur. sed certè aliud est, perpetuari: & aliud, interrumpi: & aliud, quādo per iudicem stet, non per partes, vt ibi. & notatur s. eo. versi. illud uerò. Item pro Alano, nonne minor restituitur toto tempore minoris aetatis: ita ergo & ecclesia sine praefinitione temporis restituetur, quia semper est minor. vnde in Canticis canticorum, iuxta finem, Soror nostra paruula, & vbera nō habet, & nunquam mutat statum, nec moritur. [b] 12. q. 2. liberti. 24. q. j. pudenda. in fine. nec obstat si quis dicat, ꝙ secundum hoc quod ego dico, melioris conditionis esset ille qui non haberet titulū, quàm qui habet. nam praescribitur ecclesiae sine titulo. j. de praescrip. de quarta. & c. illud. 16. q. 3. quas actiones. & in multis aliis locis, & ita non restituetur ecclesia: sed si habet titulum restituitur, secundum quod ego dico, quod videtur absurdum. Respōdeo, non est verum, ꝙ sine titulo praescribatur ecclesiae, imò necessarius est iustus titulus. j. de praescr. si diligenti. in fine. ergo si non habet titulum, non est necessaria restitutio ecclesiae, quia iure suo poterit agere. Item non obstat, ꝙ dicitur de fisco C. de iure fisc. iustas. lib. 10 & de praesc. 30 an. omnes quia non loquitur illa lex de ecclesia, quae magis priuilegiata est quàm fiscus, vt in illa authen. hoc ius porrectum. & si loqueretur de ecclesia, derogaretur ei per decret. j. eod. c. 1. quae vim legis obtinet. arg. j. de iura. cal. ca. 1. & de iudi. c. clerici. & in authen. quomodo oport. episc. §. 1. col. 1. & vt clerici apud propr. episc. con. §. si verò ecclesiasticis. col. 6. Caue tamen tibi, quia quod dixi, quòd titulus necessarius est, intelligitur de prēsumpto: prēsumitur enim quēlibet habere iustum titulum & bonam fidem, nisi probetur contrarium: sicut quilibet prēsumitur ignorans, nisi probetur sciēs. ff. de probat. verius. nec cogitur quis titulū allegare, quia nemo cogitur dicere titulum possessionis suae: verum est, deficiente actore. 2. q. 5. §. 1. C. de pet. haer. cogi. ff. si serui. ven. si quis diuturno. nec probare, nisi sit contra possessorem praesumptio, vt in illa, si diligenti, & j. de prob. licet. & de praescr. accedentes. & c. auditis. vnde si poteris probare praescriptionem, nunquā ostendas titulum: quia si allegares, oporteret teipsum probare, & tūc posset restitui ecclesia, sed contra praescriptionem, vt j. de decimis. dudum. circa medium, & in fine. secūdum Gul. Nas. Tu dic, vt no. j. de praesc. sub rub. de praescr. rerum immobilium. §. quae exigantur. sub § hoc quo ad res. ver. quartum. & seq. Sed obstat ei, quod dixit de titulo praesumpto. nam ecclesia restituitur contra iustum titulum: sed iustus titulus fortior est praesumpto, vel potior. nam praesumptus admittit probationem in contrarium, vt dixi, & dicetur j. de prēsump. §. quot eius species. ver. alia iur. quod non est in iusto. ergo si restituitur ꝯ iustum titulum, multò fortius contra iniustum, vel praesumptum: quia si vinco vincentem te, multo fortius vinco te. ff. de cui. vendicantē. respondeo & dico, ꝙ non sequitur, quia fallit. s. de offi. ord. pastoralis. C. de na. lib. auth. licet §. ab intestato. Item nō nocet, quia nisi certum est, illum non habere titulum, non valet praescriptio. & ita nō est necessaria restitutio, vt s. dixi secundum Gul. Nas. Sed his omnibus quae dicit Gul. Nas. multa alia possunt obiici, in primis quod non videtur, ꝙ in illa decreta. requisiuit. fuerit quaesitum, intra quod tempus posset peti restitutio: sed respondeo pro Gul. Nas. ꝙ hoc posito, nihilominus potuit diffiniri, licet non fuerit quaesitum. Item dicunt contra, secūdum Gul. Nas. ꝙ non obstat illa decr. tum ex literis, quia ibi non fuit data restitutio, cùm Papa dicat se uelle certiorari super eo assertione partiū. Item obiicitur, ꝙ ius minoris non habet locum ultra 29. an. ergo idem in ecclesia, cū iure minoris utatur, ut in illa, decret. requisiuit. Item obiicitur, ꝙ non tantùm actio, sed etiam uis, id est, potestas, quae consistit in facto, tollitur spacio 30. uel 40. annorum. Cod. de praesc. 30. annorum. cùm notissimi. §. eo iure. ergo ecclesia non habebit ius petendi restitutionem ultra 40. annos. quae praescriptio currit contra ecclesiam. & ita uidetur, ꝙ saltem usque ad 40 annos possit restitui. Hoc uidetur tetigisse hic dominus Gul. dicens ꝙ ecclesiā fungitur iure minoris. nam comparatur rei publicę. [c] C. de sacrosan. eccle. ut inter diuinum. & respub. comparatur minori. [d] ut patet in his quae notantur s. eod. § cui. uersi. item restituitur respub. non tamen est minor. imò maior restituitur, sicut minor, vt respub. ut C. de officio eius quis uices alterius gerit. l. 1. nam si minor esset, non fuisset desponsata. 25. dist. acutius. s. de bigamis debitum. & puto ecclesiam quandocunque sine praefinitione temporis in cōtractibus & in iudiciis restitui etiam post sententiam quandocunque. j. e. suscitata. & c. tum ex literis. sed non nisi ob grande damnum. ff. de mino. si ex causa. & hoc intelligas, nisi post contractum, uel sententiam contra ecclesiam praescribatur. nam in praescriptionibus, vel vsucapionibus non inuenio, quod ecclesia restituatur. & si quaedam tempora subducantur, vt notatur j. de praesc. §. quę res. versi. ad hoc autem. vnde in his duobus differt ecclesia à minore. Primò, quia ecclesia, laesa quamuis maior restituitur, sed minor nō, nisi in minore aetate sit laesus. Secundò, quia ecclesia praescribit, & contra eam praescribitur. sed minor ipso iure seruatur illaesus, praeterquam in longissima praescriptione, quae quidem contra minorem currit, sed restituitur. C. in quibus causis in integrū restitutio non est necessaria. l. vlti. secundum Goffredum. quasi dicat, contra ecclesiam currit prēscriptio 40 an. nec est restituenda: sed certè & si nō inueniam expressum, ꝙ ecclesia restituatur cōntra praescriptionē, satis est ꝙ non inuenio contrarium, scilicet ꝙ sit restitutio deneganda. cùm inueniam ꝙ restituenda est, sicut minor. j. eo. c. 1. & potest dici, ꝙ inueniatur, sicut notatur j. eod. §. in quib. versic. in praescrip. & de hoc notatur j. de praescr. sub rub. de praescriptione rerū immobilium. § quae exigantur. §. hoc quo ad res. vers. res etiam Dominicae. & seq. & licet hoc magis sit ad probandum. tamen dici potest, quòd elapso anno post completā praescriptionem, potest implorari officium iudicis generaliter nō per beneficium restitutionis. j. de rebus eccle. non alien. ad nostram. arg. ff. de exer. ac. l. 1. § parui autem refert.

5 **Et qualiter.** † Aduersariis praesentibus, & causa cognita. ff. de mino. verum. §. sciendū. & l. in causae. 1. §. causa. quia merita causarum partium assertione panduntur. j. eo. tum ex literis. § pe. in fi. ideo si facta sit creditoribus, nō praeiudicat eis. ff. de mino. etiam si parre. § vlti. & est ratio, quia in integrum restit. per officium iudicis petitur. ff. de mino. ꝙ si minor. § vl. & l. illud. §. si talis. & l. seq. & ita demùm, si nulla alia actio superest. nam si mero iure quis munitus sit, non recurritur ad hoc extraordinarium auxilium. ff. de mino. in causae. 2. resp. 1. Hic ergo necessaria est li. contest. s. de of. iud. iudicis officiū Sed cum quo contestaretur, si aduersarius absens esset? Certè & legatarij, & omnes quos negotium tangit, citādi sunt. C. si minor ab haere. se absti. authen. si omnes & quòd procedi non possit in hac causa lit. non contest. apertè videtur dicere decr. j. vt lit. non cont. accedens 1. §. fin. tamen si legitimè citatus non compareat intra tres menses, nihilominus restituet minor, vt in dicta auth. & in auth. vt spon. lar. § ad hoc. col. 9. pōt ergo fieri sine lit. contestat. aduersario absente per contumaciam. ff. de minor. in causae. 1. §. causa. Sed quidam contradicunt, asserentes, ꝙ speciale est in causa appellationis, ꝙ lit non contesta. procedatur, sicut & illud. C. de temp. appel. l. fina. § illud. nec obstat auth. vt spon. lar. §. ad hoc, quia casuale est, secundum Doctores. quomodo ergo prouidebitur minori, cùm necesse sit causam finiri intra quadriennium, cùm aduersarius possit se absentare per quinquenniū, & vltra. Posset dici, minor in possessionem mittetur, & post quadriennium restituatur, ex illa generali clausula, Si qua iusta causa

ADDITIONES.

a Aduerbij Semper. ¶ Adde gl. in c. si quis suadente. 50. dist. in c. si clericus laicum. de fo. comp. Arc. in c. sacerdotib. 31. dist. l. 2. in §. 1. ff. de in. ru. & iniusto testa. Raph. Fulg. consi. 105. inci. Quaedam domina Lucia.

b Nec moritur. ¶ Adde c. si gratiosè. iuncta glo. in verbo moritur. de rescr. lib. 6. & per Arch. in c. petiisti. in fi. 7. q. 1.

c Nam comparatur reipublicae. ¶ Adde Bald. consi. 162. inci. punctus in 2. vol. Barb. consi. 30 inci. illud in medium referam, in 1. col. in 4. vol.

d Respub. comparatur minori. ¶ Adde glo. in l. Imperatores. ff. de re iud. l. respublica. C. ex quib. cau. ma. Barto. in rub. C. de iur. fisc. Bald. in l. 1. C. de poen. iud. qui malè iudic.

causa mihi videbitur.ff.ex quibus causis maiores.l.1.&l.sed & si per prætorem.§.vlt.& hæc est communis opinio, ꝙ non procedatur in hac causa,nisi lite contestata. Sed contra videtur, ut dixi,arg.s.de offic.delegati.consultationi.in fine.& j.eod.tum ex literis.in fin.dic vt notatur. j. vt lit non contest. ver. item ubi expeditur. Item restitutio sic fieri debet, vt quilibet ius suum saluum habeat.s.tam is qui restituitur, quàm alius contra quem postulatur.Cod.de reputat.l.una.de mino.ꝙ si minor. §.restitutio. quod intelligas in illo articulo, in quo petitur restitutio, non in alio,nisi fortè connexi essent,vt ibi.& in l. patri. §. 2.& l. etiam.§.j.ff.de minorib.C.de præ.mino.si pdiū.in fi.12.q.2. Vulteranæ.j.de rebus eccl.non alien. ad audiētiam. nec enim æquū esset,ꝙ ecclesia locupletaretur cū aliena iactura.liiij.dist. generalis.j.de pœn.fiam ff de condict.inde.nam hoc natura.sed & potest minor,vel ecclesia restitutioni iam impetratæ, renunciare. ut ff.de mino.& si iudex.

6 **Contra** quem.† Contra illum cum quo contractum est, vel hæredem eius:sed contra tertium, ad quem res peruenit, non, nisi sciens recepisset, dummodò is qui contraxit,uel heredes eius soluendo sint, aliàs in solidum aduersus tertium restituetur, & tertius aduersus authorem suum agere poterit:& si per plures personas ambulauerit, idem iuris erit.ff. de minoribus.in causæ.1.§.vl.& duabus ll. seq minor autē aduersus minorem restituitur,& ecclesia contra ecclesiam:& sic priuilegiatus contra priuilegiatum.ff.de mino.verum.§.vl.j.eo.auditis.& c.suscitata.

Quoties. Si sæpius postuletur,& semel concessa sit, iterum concedit. uerbi gratia,adiuit minor hęreditatē,probat læsio,restituit ut repudiet ipsam:iterū aliqua pecunia hæreditaria apparet nunc,quæ præcedenti tempore latebat,ff.de pactis,tres fratres.& sic probatur læsus,quia repudiauerat,iterum restituetur,ut adire possit.ff de minoribus.ait prætor §.restitutus, aliàs est lex, & incipit, & si sine. quod uerum est, si omnia integra sunt.nam si substitutus adisset.& bona hæreditaria distraxisset,& nunc ueniret minor ad accipiendam paratam pecuniam,denegaretur sibi restitutio.ff.de minorib.quod si minor.§.si quis iuuenili, aliàs est l.Item fallit in alio casu, propter paternam reuerentiam,& ne leges minori ludibrio fiant. C. de bonis quæ libe cùm non solùm.§.ubi aūt:si uerò minor, seu ecclesia semel petierit restitutionem in integrum, & fuerit denegata,de cætero non restituetur contra talē sententiam, præterquàm ad appellādum,nisi propter nouas defensiones.l.de nouo repertas,uel quæ competierunt ecclesiæ, & quæ extabant, sed non fuerunt exhibitæ,j.eo.c.vlti. C. si sæpius in integrum resti. sue.postul.l.1.& 2.& j.eodem.c.2.prope fi.ff. de eden. argentarius.Sed dicet aliquis Quid refert utrum restituatur cōtra sententiam,uel ad appellandum? Respondeo,Cùm restitutio conceditur contra sententiam, perinde est ac si sententia lata non esset.j.eod.tum ex literis.respon.1.ibi,non obstat sententia memorata ubi autem ad appellationem restituit quis,prima sentētia salua manet, quāuis postea per quam denegata fuit restitutio contra primam sententiam suspendatur per appellationem. C.de rebus credi.generaliter.resp.1.C.de appell. præcipimus §. hæc si appellatio.s.de offic.delegat.pastoralis. §. præterea. j.de senten.& re iudi.cùm inter.non obstat. ff. ad Turpil.l. 1.§.fina. quia ibi exponitur,extinguitur, id est, suspenditur. secundum Goffredum.

7 **Vtrum** perpetuetur † per litis contestationem. Dicas ꝙ non.imò certo tempore clauditur.ff.de minoribus.Papinia.scilicet quadriennio,vt s.eod. §. quando.sed fortè si moueatur in consistorio principis,perpetuatur: uel si non perpetuatur,saltem interrumpitur.j.eodem.tum ex literis.& c. suscitata.& cùm nemo debeat priuari iure suo, sine culpa sua. lvi. dist.satis peruersum.s.de consti. cognoscentes. nec alieno odio aliquis prægrauari.C.de inoffic.testa.si quis suo. Non est imputandum parti,si non per ipsam,sed per iudicem stet, ut notatur s.eod §.quando.ver.item contra alios.data etiam restitutione, intra quadriennium rescissoria actio,id est, vtilis antiqua actio, quæ forte spacio temporis, vel accept. uel alio modo perempta erat,sed ad eam proponendam restitutus est minor,incipienda est intra quadriennium.C.quibus ex causis ma.l. vl. ff.de act. & ob.in honorariis.ibi,sed cum rescissoria. & c.C.de c.& post l. reuer.ab hostibus.sed an rescissoria perpetuetur lit.contest. quidam dicunt,ꝙ nō,sicut in prima,sed Io.visum est, ꝙ perpetuet, cùm nulla lege inueniatur prohibitum.de hac rescissoria multa notata inuenies.Instit.de act.§.rursus.

8 **An executio** † sententiæ,contra quam restitutio petit,retardari debeat. Vinc.dicit,ꝙ sic,licet quandoq; viderit, ꝙ Papa ex aliqua latenti causa mandaret sententiā executioni,licet restitutio peteretur:sed tñ de iure retardari debet.C.in integr.restitut postula.ne quid fiat.l.j.Hoc autem verum est, quòd si præsumptio sit contra petentem, cautione stita de restituendis omnibus, ꝙ occasione sententiæ ad uictorem peruenerunt, ab ipso victore mandabitur executioni sententia, ut expressim habes j. eo. suscitata.sic idonea cautio exigenda est ab omnibus suspectis,quando in possessionem mittuntur.C.de legat.si in fraudem.& de pet.hæred.l. fina. ff.de rei vendi.is à quo.ut lega.no.caue. postquam . & de damno infect. prætor.& j.ut lit.pend.ecclesia 1.& si non potest exponere cautionē,& res immobilis sit,sequestrari iubetur penes iudicem.ff. qui satisdare cogan.si fideiussor.§ ul ti.sic j.vt lit.pend.c. penult. & ulti. Aliàs si postulans restitutionem non sit suspectus, nihil debet innouari pend.cau.restit.in integrum.sicut nec pendente appellatione.2.quæst.6.§.appellatione.ff nil innou. penden. appellat.l.1.s.de rescriptis.olim.sic nec pendente lite. infrà, ut lite pendente.per totum.suprà,de constitut.cùm M.Ferrariensis.in fine.

9 **In quibus** danda est.† Dicas ꝙ datur, si omisit instrumentū uel aliquid quod debuerat allegare.j. eodem.capitu.2.in fi.ff.de minoribus.§ 1.uel si omisit aliquid non omittendum.ff.de minori.non omnia.& l.ait prætor. §.fin. & l. sequen.subuenitur etiam in damnis & in lucris, ut in d.l.non omnia. Aliud in maioribus absentibus causa reipublic. quibus in lucrum non subuenitur.ff quibus ex caus.m a.in integrum restit. sciendum. sed quando restituitur ad appellandum,non cassantur acta.secus si contra sententiam. j. eodem. tum ex literis. Sed nunquid potest peti restitutio contra sententiam? Non uidetur,quia quandiu cōpetit ordinarium auxilium, non est recurrendum ad extraordinariū.ff.de minoribus.in causæ.sed appellare pōt,qđ est ordinarium,is contra quem sententia lata est. & si non appellet minor,uel ecclesia,restituitur ad appellandum ut C.si sepius restit.in integrum post.l.1.Resp.si quęras de sentētia Papæ, non uidetur habere locum,quæstio, cùm non habeat superiorem,nec ab eo appelletur.suprà,de electione. licet. §. fi. ix.quæst.3.cuncta.Sed dices imo,quia supplicari potest,ut notatur infr.de appel §.à cuius sententia.Resp utrunque remedium scilicet supplicationis & restitutionis, extraordinarium est, & eadem æquitate inductum,unde vnum non excludit reliquum: sic & aliàs dicitur, actio de dolo non datur, si alia competat. ff.de dolo.l.1. sed hoc verum est, nisi sit alia eadem æquitate inducta. vt actio quod met causa,quæ non excludit, sed concurrit.ut ff.quod metus causa. item si cum exceptione. §. eum qui.

a Restituitur ergo minor & ecclesia [a] contra sententiam non obstante l.in causæ.quia ibi minor tutus est ipso iure.& ideo denegatur ei extraordinariū auxilium restitutionis. Item non obstat C.si sæpius restit.in integ.post.l.1.quia loquitur, quando semel fuit denegata restitutio.& ideo non restituitur secundo,nisi ob noxias defensiones.quod dic,ut notatur s.eo.§.quoties. ad fin.secundum Goffred.Restituitur si detulit, vel dimisit iuramētum. ff.de iureiuran nā postea.§.si minor.& contra confessionē suam restituitur.ff.de confes.certum.§.in pupillo. Item in cōpositionibus.C.si aduer. transl.1.& 2.& notatur s.de transactio.§.& in quibus.uersi.item cessat in spiritualibus. Item in contractibus quandocunque læditur,uel decipitur calliditate aduersarij, uel sui facilitate,vel ratione eorum quæ non acquisiuit, uel quia oneri se subiecit.ff.de mino.ꝙ si minor.§.nō semper. j. de rebus eccle.non alien.ad nostram.vel quia accepto tulit alicui.ff.e.patri.§. penul. & hoc intelligas in ꝯtractibus & quasi. sicut de his ponuntur in C. diuersæ rubricellæ. quod locum habet, quando contractus tenet,puta celebratus in casu concesso,& debita solennitate seruata.x.q.2.hoc ius.12.q.2.sine exceptione.aliàs contractus nullus est ipso iure.10.q.2.§.qui rē.& no j.de reb. eccle. non alie §.quæ sit forma & ideo nō est necessaria restit. cùm ecclesia ipso iure seruetur illæsa:vt notatur s.eod.§.uersi. sed nunquid.Præscriptiones autem longæ nō currūt minori, imò ipso iure seruatur illæsus.C.in quibus cau. restit.in integr. non est necess.sancimus.quod uerū est,si sint in corpore iuris clausæ: secus, si sit municipalis præscriptio.j.eod.ꝯstitutus.In præscriptionibus etiā restituitur ecclesia,& sic potest intelligi j.ut lite nō cōtestata.accedens.1.& j.de rebus eccle.non alien.ad nostram.sed hoc non admittit Goffred.vt notatur s.§. quando.uersic.itē ob iicitur.& seq.Item & præscriptiones iudiciorū currūt,sed restituitur.C.de iudic.properandum.§ finali.Illud notandum, quod nullus auditur petens restitutionem nomine alterius,nisi ostendat speciale mandatum.j.eod.coram.ff.de minor.illud.§.& si talis.Subuenitur autē minori, si lædatur siue decipiatur ipse minor,siue tutor eius,vel curator.vt C.si tuto. vel cura. interue.l. etiam.& idem in ecclesia,quia delictū personæ non debet redūdare

ADDITIO.

a Minor & ecclesia. ¶ Adde,an ista duo æquiparātur. Vide tex. iuncta gl. in verbo minoris.in c.auditis.de rest.in integ.gl.& do.in l.imperatores.ff.eo. Doc.in c.causam.de iud.Io.de Im.in c.quæsitum super gl.1.ff.de re iud.

dare in ecclesiæ detrimentum. 16.q.6. si episcopus. secus est, si decipiat simplex procurator minoris vel ecclesiæ, qa tūc non subuenit eis, nisi tunc demū, cùm procurator est non soluēdo. ff. de do.& eleganter. § pen.& ff. de minor. cū mandato. quare aūt magis subuenitur prælato quàm ꝓcuratori, ratio est, quia prælatus gerit ex necessitate, procurator ex voluntate: igitur ecclesia ex facto p̄lati restituit, quia non licet ei conditionē ecclesiæ facere deteriorē. j̃. eo. c. j. j̃. de dona. c. 2. qđ intelligas in faciendo. nam omittendo deteriorē facit, dū tñ legitimū tp̄s sit completū. vnde præscribit res ecclesiæ. 16.q. 3. placuit. j̃. de præscr c. j.& per totū. sed si non est p̄scriptū, non facit deteriorē omittendo, imo restituit ecclesia ēt in omissis. vt no. s̃. eo. §. resp. j & probatur j̃. eo. auditis.& c. cum venissent. in fine. sed aliquando facit deteriorē, scilicet donando modica. 12. q. 2. terrulas.& notatur j̃. de dona. §.& quid. Itē subuenitur ecclesiæ, si se sine mandato negotijs immiscuerit alienis, vel saltem necesse habet cedere domino negotiorū beneficium restit. vt ff. de mino. quòd si minor. Sed & minori & ecclesiæ succurritur, si quasi contumax ad iudiciū nō venit, culpa interueniente. ff. de min. minor. secus, si ex dolo, vt notatur j̃. eo. §. ꝓx. ver. sed nunquid subuenitur. nā qualitercunq; in iudiciis capiat, siue agat siue cōueniatur, dum tñ non delinquat, subueniendū est. ff. de minor. ait prætor. §. sed & in iudiciis. Minori ēt subuenit, si defensor alterius extiterit, & fideiussor. suis. ff. de ꝓcu. minor 25. ann. vel si se vel sui fideiussorio nomine obligauerit, & in iudiciis, siue agēdo, siue ꝯueniendo capiatur. ff. de mino. ait prætor. §. non solum autem in his. Sed & si ex causa iudicati bona ipsius capta sint, & distracta, subuenitur ei si grande damnum ipsius sit. ff. de mino. si ex causa iudicati. restituitur ēm nō solum, cum de bonis eius aliquid minuitur, sed etiā cū interest ipsius litib. & sumptibus non vexari. ff. de minorib. l. minoribus vigintiquinq; annorum subuenitur.

10 **Et in quibus** denegetur. †In re modica ff. de in integrum restitu. scio. Item vbi damnū ꝑuenit ex euentu, puta ecclesia vel minor emit prædium sibi necessarium, quod postea chasmate perijt, vel vendidit rem suam. nec fuit in venditione deceptus, sed postea amisit precium per casum. hic non restituitur, cum vix patrifamilias hæc contingere possent, etiam Salomoni. ff. de mino. verum. §. sciendum.& C. de restitut. in integr. minor. l. fi. Item si ipso iure contractus non teneat. ff. de mino. in causæ. 2. §. Pompo. quia non recurrit ad hoc extraordinarium auxilium, vt notatur s̃. §.& qualiter. Itē si minor petat restitui ad hæreditatē omissam per substitutum distractam, vel eiusdem laboribus ampliatam. quod dic, vt notatur s̃. §. quoties. Item si debitor alleget creditorem suum minorē, & nihilominus compulsus sit per iudicem ei soluere, licet ipse minor pecuniam amittat. ff. de mino. ait prætor. § qui tamen. Item in delictis, nisi quatenus ætatis fragilitas induxerit iudicē ad minorem pœnam imponēdam. ff de mino. auxilium. Sed nūquid subuenitur ei, si contumax cōdemnatur? sic videtur. ff. eod. si ex causa.& l præcedenti. quod admitte secundum l. C. de iu. properandum.& de auth. tut. clarum. s. ꝯtumax fuit: sed curatore habebat. aliàs nulla foret sententia. ff. de re iudic. contra pupillum. secundum hoc potest intelligi de sententia diffinitiua. vel dic, ꝙ intelligit de interlocutoria, scilicet, quia propter contumaciam suam, cum nullus appareret defensor, fuit aduersarius missus in possessionem causa rei seruandæ. ff. ex quibus cau. in pos. ea. Fulcinius.& de bo. autho. iudi. poss. si minor. vel refert vtrum contumacia ex culpa prouenerit, & tunc restituitur, vt dictū est: an ex dolo contumax, & tunc non restituitur, vt ff. eodem. si ex causa. §. nunc videndum. quia in delictis, &c. vt notatur s̃. proximo versicu. item in delictis.& hoc etiā intelligas, si tota ecclesia delinquat. aliàs delictum personæ non redundat in damnū ecclesiæ vt notatur s̃. eod. § proxi. versicul. subuenitur autem minori.& se. secundum Goff. Sed nūquid tenetur de expensis? Dicas quod sic. argum. ff. de regu. iur. non potest dolo.& ff. eod. si ex causa §. nunc videndum.& C de his qui ve. æta. impe. l. j. & de emancip. nec anus. Quid ergo operaꝭ restitutio in dicta l. cùm magis extraneus de mundo hoc sequeretur, vt j̃. vt lite non contestata. quoniam frequenter. §. in aliis. respondeo intelligas legem, elapso anno.

11 **Et quis** sit eius effectus. †Vt vnusquisque quod suum est accipiat. vt notatur s̃. §.& qualiter. in fine.& legitur C. de reputa. l. vnica.& vt is qui restituitur, ad omnia restituatur, ff. de verb. sign. restituere.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI causa facta. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Alienatio quid sit.*
2 *Alienator qua pœna puniatur.*
3 *Actio ista qualiter competat.*
4 *Res litigiosa alienari prohibetur.*
5 *Actio ista cui competat.*
6 *Actio ista qualiter cesset.*

EX superiori titulo prouidetur læsis, ne ipsorum cōditio deterior fiat officio iudicis: hic vero prouideꝭ iuris authoritate, ne alterius dolus possit mihi obesse, & sic vidēdum est de alienatione iudicij mutādi causa facta. Vel sic: Suprà, prox. tit., puisum est ꝑ in integrum restitutio. ecclesijs, vt in c j. Itē minorib. vt in c. cōstitutus. Item maioribus, vt in c ex literis. hic aūt in minori ætate prospicitur omnib. in quorū damnum & p̄iudicium possessiones, vel res, de quibus timeꝭ moueri quæstio, causa mutandi iudiciū in alios transferunꝭ, sic dicamus de alienatione, &c. sicq; tractemus de hac restitutione, videntes, Quid sit alienatio iudicij mutandi causa facta, Qua pęna alienator feriatur, Qualis qui ab eo recipit, Qualiter competat hæc actio, Et cui cōpetit hæc actio, Qualiter cesset. Et nota, quòd debuit compilator addere in rub.& cessione actionum per secundā decret quam apposuit.& ideo subsequenter videamus, An actio cedi vel vendi possit, Et quis sit effectus cessionis.

1 **Quid sit alienatio.** † Alienare causa mutādi iudicii dicit, qui credens se ab aliquo ꝯueniendum reali actione, vel p̄sonali, quæ in rē scripta sit alienat rē dolo malo, causa iudicii, scilicet futuri mutandi, id est vitandi. Et idē si possessionem solam alienat. ff. eo. non solū. & lege, ex hoc. §. ait prætor. Et nomine alienationis continentur constitutiones seruitutū prædialium. ff. eod. non solùm. §. ad iura. Forsan & personalium, vt vsusfruct.& vsus. Idē fortè in iure emphyteutico, vel superficiario. Hæredis tñ institutio uel legatum non continetur hoc nomine. ff. eod. ex hoc. §. si hæredem, quia non videtur hoc facere dolo malo fauore supremi iudicii. Hac eadē ratione necessariæ præstationes, seu alienationes excusantur, vt si vēdat causa necessitatis, vel soluat creditori suo, vel redhibeat, nisi hoc ea ratione faciat, vt iudiciū vitet. ff. eo. ex hoc. §. vltimo.& l. quia.& l. nam & si.& de redhib. ac. bouem §. si quis. vel dic, aliàs non redhibiturus. nam & si de iure hoc potest, nunquam videtur dolo facere. ff. de regulis iuris. nullus videtur. 23. q. 4. qui peccat. Item eius factum non improbat prætor, qui adeo execratur litē, quòd magis voluit re carere, quàm litigare, & ideo alij donauit. secus si vendidit vel permutauit. nā is vituperandus est, qui cùm rem velit habere, litē ad aliū transfert, & molestum aduersarium pro se subijcit. ff. eo. item § fin.& qui precium habet, rem videtur habere. ff. de pet. hære. si & rem. & de peculio. l. sed si quis.& l. nam penes.& de vsufruct. quia q precio. sed & si possessionem pro derelicto habeat, non tenetur, licet possessionem transferat. ff. eod. item § potest. ex omnibus his fortè excipiendum est. j̃. c. j. vt dicam j̃.

2 **Qua pœna** alienator feriatur? Vt actio in factū ex hoc edicto contra ipsum proposita, & intentione probata ad interesse condemnetur, saluis nihilominus pristinis actionibus aduersus nouos possessores. ff. eodem. l. 1. Et consideratur hoc interesse ratione loci: vt si alienasti rem in hominem alterius prouinciæ, & sic habeo necesse sequi forū rei. j̃. de foro competenti. cum sit generale. s̃. de rescriptis, nonnulli. Item ratione causę: vt si seruum quem volebam petere, manumisisti. fit enim conditio mea deterior, quia prætores libertatib. fauent. ff. de reg. iuris. libertas s̃. de ser. non ordi. miramur. j̃. de re iudicata. c. vltimo. Itē ratione personæ, quia potentiorib. pares esse non possumus. Itē causa potest considerari duplex, ratione rei principalis, quia scilicet difficilius de iure prosequiꝭ, ut dictum est in manumissione: vel quia nullatenus prosequiꝭ, quia scilicet res vsucapta est. Est & tertia ꝯsideratio, vt si ꝑ eo qđ petebā restituēdo vel destruendo, oportet me expendere agendo ꝯ emptorē, qđ non expenderem agendo ꝯ te, vt interdicto, qđ vi aut clam: aut de noui operis nuncia. ff. eo. l. 1. 2.& 3. nec obstat quod legitur. ff. de noui operis nuncia. l. vltima quia ibi non alienauit dolo malo. & ideo tenetur emptori, si sciuit mutationem factam, aliàs contrà. ff. quod vi aut clam. vim facit. §. tandiu. arg. contra. ff de noxa. act. in delictis. §. si extraneus. habetur autem ratio expensarum, vt dixi suprà, in ratione loci habenda. Sed nunquid pro interesse agam, antequam aliqnid expendam. P. dixit, quòd non, sed demùm possessore excusso. argum. ff. eod. l. 3 §. ex quibus. potest tamen dici contrà secundum Azo. maximè re vsucapta, pro qua petenda in uanū rem expenderē. arg. ff. eo. l. 3. §. item si locum.& de negotijs gestis. si quis mandato. Sed & tenetur alienator pristina actione, cùm dolus eū repræsentet posseso-

sessorem.ff.de rei vendi.qui petitorio.ff.ad exhiben.Iulia. C.ad exhiben.l.ad exhibend & hoc non tantum ratione doli ad æstimationem rei,quinimo & ratione pretij,si quod habuit,quia loco rei succedit. ff de per.hæredi. si & rem & precium.ff.de peculio.sed si quis.ff.de vsufru.quia q pretio.ff.de leg. 2. Imperator. & l. seq. j. de vsur. cum tu in fin.ff de lega.3.fideicommissa.§.si rem. j. vt lite pend. ecclesia. in quo iudicio & interesse considerabitur,secundum Goffred.

Qualis qui ab eo recipit? Vt teneatur eadem actione,qua tenebatur is contra quem agebat,vel agi debebat. Cod.eodem.l.j.ideo rescriptum quod aliàs non extenditur, nisi ad personas quæ ibi continentur, extenditur in hoc casu ad illū qui se ingessit in possessionem, siue is qui possidebat appellauerit, siue in aliam personam transtulerit permutando, seu dolo malo se absentauerit, ex quo sciuit rescriptum impetratum.j. eo.c.j.& si nullus possideat missa trina citatione domino, & publicè proposita, potest poni impetrans in possessionem rei petitæ.s.de officio delegati.consultationibus. j. vt lite non contestata quoniam.§. in alijs.& de dolo & contu.causam.& c. fin. & ex hoc quod dicitur.j.eo.c.j.ibi, qui in possessionem se ingesserunt, videtur ꝙ loquatur de illo qui scienter recepit.j.de præben.cùm iamdudum.& s.tit.1.& 2.respon.j.de procur. quæ omnia.pōt autem possessor conueniri coram ordinario suo & corā delegato obtento, quamuis aliàs non extendatur rescriptum. vt no.s.de offi.deleg § quibus modis. veruntamen si ab illo qui alienauit,consequatur actor rei æstimationē,sicut no.s.§. prox. ver sed & tenetur. non aduocabit postea rem à possessore.ff.de pet.hære.si & rem & precium.sed vtroq; casu tenetur alienator ad interesse.vt not.s.§.prox.

3 Qualiter competat †hæc actio. Tria sunt necessaria, scilicet ꝙ alienatio fiat dolo malo.ff eod.l.j.& s dixi.§. quæsit. Item secundū necessarium est, quòd mea intersit. ff.eod.non solum.§.hæc actio.ideoque si is qui alienauit, paratus sit recipere iudicium,ac si possideret, pœnam vitabit. ff. eodem l.3.in fine.fatuus est ergo, nisi semper in se suscipiat, cum & inuitus conueniri possit, vt patet in his quæ notantur. s.eod.§ qua pœna. versi. sed & tenetur. Item tertium necessarium est,scilicet quòd fiat causa mutandi futurum iudicium, non id quod iam fit.nam tunc haberet locum pœna litigiosi.C.de litig.l.vltim. est autem res litigiosa hæc de cuius dominio agitur, aut per iudiciariam conuentionem aut per preces principi oblatas, & iudici insinuatas, ac per eum aduersario interpellatoris cognitas, in authē.de litig.resp. j.collat.8.C de litig.authē.litigiosa 9.q.3.quia res.s.de constitutionib.ecclesia.j vt lite penden.ecclesia. Porrò si præsens sit iudicium,sed tamen de dominio, vel quasi nō fit quæstio, quamuis non dicatur res litigiosa, tamen satis non potest dici locū habere hoc edictum. quia plus videtur delinquere qui alienat iam conuentus, quàm si conuentus non esset.argumen.in authentic. de litig.§.si verò inter prædictum.in fi.collat.8.Plus dico, quòd secundū iura nostra perinde teneri videtur quis, ex quo citatus est,sicut secundum l.si litis contest.facta esset.sicut ergo ibi condemnaretur,si post litis contestat.desijsset dolo possidere. ff.de rei vendi.sin autem.§ j.& l.cum autem.& l.si possessor. & l.is qui dolo.& ita condemnabitur, si post citationem alienet.ergo hoc locum habet, si ante citationem sciens impetratum rescriptum contra se alienauerit.argum.j. eodem.cap j & s.de officio legati ca.vltim.& de officio delegati.licet. gratum & relatum & de rescriptis.significauit.& sic per solam citationem videtur res facta litigiosa,secundum iura nostra:& licet dixerim rem fieri litigiosam,si agatur de dominio,idē videtur,si agatur de quasi dominio.argum.Instit.de actio.§. aliæ. Habet autem locum titulus de litigiosis in corporalibus tantum, non in incorporalibus. sed non refert vtrum res mobilis sit, vel immobilis, nec habet locū in hypothecaria actione,vt in corpore authē.de litig §.ad hoc. & secundum l. simpliciter interdictio rei non facit rē litigiosam. a C.de litig.l 1.& ff de litigio.l. 1. in principio. Res ergo litigiosa [a]

4 †alienari prohibetur.in quæstio: 1 quia res.quòd si quis alienauerit iure nouo, hanc pœnā patitur is q scienter rem receperit, venditionis vel donationis titulo, vel quolibet alio contractu rem cogitur redhibere, & precium fisco tradere, alienans tantundem de suo fisco præstare cogitur hoc intellige,nisi ignorantia excuset ipsum.tamen hoc non putauit Azo posse procedere. quia in facto proprio non est tolerabilis error. Sed quid dices si alij successissem, contra quem lis fuit contestata, & sic vendo ignorans,quia qui in alterius locum succedit,& c.Dico, si vterq; ignorauit,restituetur res,& precium recuperabitur, & sic erit iusta ignorantia excusata.j.de cler.excomm.mini.Apostolicę.Sed si tradens ignorat, & recipiēs scit,dico rem restituendā, & duas partes precij lucrabitur fiscus.tertia penes tradentē remanebit, sicut in sequenti membro:& sic voluntas & propositum maleficia distinguunt.ff.de furt.qui in iure.j. de sententia excommunicationis. cùm voluntate. Sed si ignorabat recipiens, & tradens sciebat, emptor rē restituit: & ꝓciū si soluerat,recuperat. Quòd si obligatus erat, liberatur, & alienans tertiam partem precij ei qui ignorās erat,dare cogitur de suo proprio:venditor aliàs duas partes necesse habet fisco præstare,& vbi donatur,verum precium æstimatur.

ADDITIO.

a Res ergo litigiosa. ¶ Adde Specul in tit.de appel.in §.nouissime.versicu. verum.

Excipiuntur casus in quibus potest alienari res litigiosa, scilicet causa donationis propter nuptias, dotis, transactionis, diuisionis rerum hereditariarum, vel legatorum causa dari potest, vt omnia hæc probatur C.de litig.l.vltima.sed in legato dicitur per auth. ꝙ hæres causam perficiet,& si obtinuerit,rem restituet: si succūbit, nihil præstabit, quia euentus iudicij legatus videtur.ergo liti interesse prodest,ne colludatur.vt in authen.de litig.§.primo. & Cod.eodem.authenti. nūc si hæres. Et secundū Azo. eandem pœnam patitur actor alienans, quam pateretur reus:de quo diximus plenè:secundum hoc intellige decretales,supra,de constitu.ecclesia sanctæ Mariæ.& infra, vt lite penden. ecclesia sanctæ Mariæ.

5 Et cui competit actio in†factum,quę oritur ex hoc edicto.Ei in cuius fraudem facta est alienatio,& hæredibus suis,& intra annum,& dabitur directa in eum, qui alienauit suo nomine. In eum verò qui alieno nomine alienauit, ut tutor,procurator,& similes,datur vtilis:sed non datur in hæredes. hęc actio,quia est ex debito.ff.eo.non solum.§.fin.& l.nam & si §.fi.ergo in prælatum datur vtilis,cùm sit procurator.j.de don. cap.1.& 2.

6 Qualiter cesset.† Cessat autem hæc actio, si is qui alienauit, eandem rem recuperauit: secus in furto.ff.eo.ex hoc.§.si quis.& deposi.l.j. § si rem. & de ædilitio edicto.quis sit fugitiuus.item si res nō erat petitoris, vel si mortua est sine culpa,nisi si qd actoris intersit ratione quæstus, vel accessionū, vel expensarum ff.eo.non solum.§.penul.& de noxalibus actionibus electio. §. si is. Itē si reus paratus sit subire vtile iudiciū,vt dixi s §.qualiter.quod est intelligendū, quādo eandē causam promittit se præstaturū,puta,ꝓmittit se restituere sub maxima pœna.alias si diceret rē nō restituā, quia nō habeo: sed quāti interierit tua, vel quāti in litē iuraueris, secus esset.nā & si hoc nō offert,tenetur ad idē,cum dolo desierit possidere, vt ꝓbant leges quas not.s.§.qualiter competat.versi. plus dico.

DE CESSIONE ACTIONVM. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Actio an cedi vel vendi possit.*
2 *Cessionis actionis effectus quis sit.*

AN actio † vēdi vel cedi possit. dist. Vtrum fiat in vltima voluntate, & tunc valet.ff. deleg 3.nomen. si tamen actio erat in dubitata, aget legatarius vel fideicommissarius.Sed si erat dubitata id est, in iudicium deducta: tunc enim dicitur dubia.argu.ff.de pecul. quod debetur. & de adulte. denunciasse. in hoc casu agit hęres,& quod consecutus fuerit,dabit legatario.C.de litig.quicunq; & in auth. nunc si hæres. no. §. qualiter. propè fin. sic intellige C.mā.l.pe.& ff.de lib.lega.l.legaui An fiat inter viuos ex pacto.& tunc si fiat cessio potentiori,nulla est.j.eod.c 2.versi.ita quod iactura.Ergo si fiat tutori cessio contra pupillum, cum tutor potentior sit, nulla erit.C.qui tut.da.pos.authē.minoris.sed nec valeat, si fiat illi cuius tutelam vel curam quis gessit quamuis tutela vel cura finita sit,& quamuis ex veris causis fiat, vt in auth.vt hi qui obl.se habe.perhi.res mino § ꝙ si quis.col.6.& sic cedens non agit,nec potentior.imo actio extinguitur.C.ne liceat poten l.2.Et intelligo potentiorem non quemlibet ditiorē, vel nobiliorem,sicut s.§.qua pœna.ver.itē ratione personæ, sed talem qui terribilis est, & terribilē seu minacē faciē ostendere potest.C.quod met.cau.si per impressionem.j. de cēsi.cū Apostolus.in fi.& de immu.eccle.qa pleriq; C.si quacunq; prædi. po.l. j. & si rector prouinciæ.l. 1. Item potentior si sit clarissimus sub præside,de hoc crimine conuenit, & seuera sententia, scilicet arbitraria damnatur.C.ne li.poten.l. 1. Nunquid ergo clerici in eo ꝙ clerici potentiores sint laicis,quantū ad hoc, de quo hic quæritur? quidā dicunt ꝙ sic. j.e.c.2. sed certe ibi non imponitur aliqua pœna.imò dicitur, ꝙ clerici per cen.eccl.ꝓpellantur, nec tales cessiones recipiāt contra laicos, quia vident turpi lucro inhiare.

tiare, quod eis prohibet. 14. q. 4 clerici. & c. canonū. & 88. distin. fornicari: ī. ne clerici vel mon. c. 1. imò potius potentior videret laicus clerico, quia magis terribilis est. arg. ī. de reb. eccl. non alie. cùm laicis. & de immu. eccle. non minus. & c. aduersus. 2. q. 7. laici & quod dicit ī. e. c. 2. ꝙ iactura, & c. non dicit ideo, ꝙ clerici sint potentiores, sed apposuit cōpilator illa verba, ut includeret tractatū huius distinctionis. Si uerò cessio fiat non potentiori, & actio sit dubitata, non tenet cessio, nec tñ amittit actio, imò nihilominus est agentis qui cessit. Item in casibus tenet, quos not. s. § qualiter competat. prope fi. ver. excipiunt. & probat C. de litig. l. 2. & vlt. & C. man. l. pe. Sin autē actio indubitata sit, & constat veram esse cessionem, tenet. C. de hære. uel act. vend. ꝑ totū. & de hoc ī. §. & quis sit effectus. sin autem constat illam esse simulatam, nulla est. C. plus va. quod agi. in rubro & in nigro. ī. qui fil. sint legit. ꝑ tuas. ī. eod. c. 2. ver. cùm igit cessiones. & in hoc casu potest intelligi ipsum c. uel intelligas, quū fit in grauamen aduersarij, & innuit, & ꝑ ꝑ hoc facit ad tit. hunc, quia uult laicū reum trahere ad forū ecclesiasticū. Sed hoc quomodo fiet, cū actor sequatur forum rei? Resp. ratione consuetudinis. ī. de fo comp. si clericus, uel qa laicus conueniet clericū sibi iniuriantē corā ecclesiastico iudice, & clericus reconueniendo actionē sibi cessam intentabit, quod in conuerso casu prohibet. ī. de iure pat. relatū. de quo dic, ut no. ī de mu. pe §. apud quem. ergo si uera esset cessio, vt ꝙ coram laico ipsum reconuenire posset, sed non est verum: imò semꝑ præsumo, ꝙ in fraudem fiat, quantū ad hoc, quia nunq̄ aget, ut bene innuit decret. necenim licet eis hunc quæstum quærere, secundū Ber. uel dic ut ī. no. Quid enim si aliquis mihi delegauerit debitorē suum, ꝯ eum actiones cesserit. cùm aliàs soluere non possit, sed & si succederet, secus esset. arg. C de decu. lib. x. & ff. de decu. qui prohibet, uel si legaretur ei in vltima uoluntate, ut s. dixi. Donari ēt potest inter viuos, dummodo bona fide fiat à clerico clericis ꝯ laicum, & à laico laicis ꝯ laicum, uel clericū. & à laico laicis ꝯ laicum. & in omnibus casibus intelligi potest quod legit Co mand. per diuersas. § fin. ff. de alie. iudi. mu. cau. facta. l. pe. dummodò publicè fiat. C. man. ab Anastasio. in fi. resp. j. inde est, quòd si quis laicus aufert ecclesiæ ius suū, siue feudū, nec ecclesia ipsum aliter recuperare ualeat, potest ipsum dare in feudū alij, qui & idē feudū recuperet, ꝑ ecclesia recognoscat. ī. de feud. c. 2. §. pe. & fi. sed summa est ratio, quæ ꝑ religiosis facit. ff. de reli. & sump. fu. sunt personę. Item fieri potest inter cohæredes agentes fa. erc. iudicio. & potest cedi legatario, & quilibet acquirere potest ad tuitionem rei quam possidet, non ad impugnandum aliū, ut in ea. l. ꝑ diuersas resp. 1. & §. 1. sic ī. de excep. cùm inter priorem, in fi. Item si dubitet, vtrum cessio sit verà uel ficta, semper præsumit simulata, ex eo ꝙ actio ꝑ parte donata fuit & ꝑ parte uendita: hic autem aget is, cui cessa est vsque ad quantitatem quam d edit non in superfluo, nec cedens agit idē, si ꝑ modico precio uendidit. arg. ff. de transact. cùm hi. § modū. Item si dicat in instro cessionem factam, & non dicat ex qua causa. ff. de iure fisci. C. man. l. pe. & fi. Item præsumit facta in fraudē, si clerico fiat cessio à laico ꝯ laicum. secus puto, si ꝯ clericum. ar. ī. eo. c. 2. uel potest distin. quando laicus cedit clerico ꝯ laicum, vtrum trahat ipsum coram ecclesiastico iudice, puta quia sic est de consuetudine: uel coram suo, ut in primo casu præsumatur ꝯ clericum, in secundo minimè. sed & quicquid malitiæ ꝯ hoc excogitari potest, pro infecto habetur. C. man. ab Anastasio. in fi.

2 **Et quis** sit effectus cessionis. † Vt directæ actiones transeant. & ideo ipsas intentare potest nomine suo is, cui cessæ sunt, sed si emantur, & non cedantur, competunt vtiles, & hoc circa personas & pignora. ff. de hæredi. uel action. uendi. emptori. & contra debitores & fideiussores: & imputatur uenditori, si nomen, id est, actionem quam uendidit, exigat, uel compenset, unde exactum uel compensatum tenetur emptori reddere. ff. de hæred. uel act. uend. uenditor actionis. Dixerunt tamen quidam, quòd actio iniuriarum uendi non potest ante litem cont. cùm non sit in bonis nostris. ff. de iniur. iniuriarum. nec potest, cum sit litigiosa. sed fortè ideo non dicitur in bonis nostris, quia non datur hæredibus, ut not. inf. de iniur. ergo dum viuimus agere possumus, & alijs cedere, secundum Azo. quia omnes actiones, siue puræ, siue conditionales, siue reales, siue personales, uendi possunt: & tenetur uenditor de euictione, si debitor nihil debet, vel nihil habet, uel nisi tueatur se perpetua exceptione, sed locupletem debitorem, uel in summam certam non tenetur præstare, nisi in contrarium actum sit. arg. ff. de hæred. uel actio. vendi. nomen. & l. quidam. & l. nomina. & C. de hæred uel actio. uen. l fin. Ex præmissis patet, quòd si actio data sit, uel vendita, sed non cessa, is qui emit, vtilem proponet, quam cedens directam habebat, uel vtilem quam vtilem habebat: sed si fuit cessa, & is qui cessit habebat directam, eandem proponet. si vtilem, vtilem proponet. C. de hæred. uel act. uend. emptor. sic intellige C. de proc. qui stipendia. & man. ab Anastasio. C. de leg. ex legato nominis. & nihilominus eædem remanent penes cedentem, vnde ipsas intentare potest, nisi in tribus casibus, ut no. ī. de solu. sub rub. de delegat. §. quid est delegare.

DE ARBITRIS. Rubrica.

SVMMARIA.

IVdiciorum ꝑparatoriis expeditis, tractandum erit de iudiciis. Sed quia consueuerunt homines primò recurrere ad amicos, quibus sæpe causas nequeuntibus terminare ad iudicium peruenitur, ante tractatum de iudiciis: præmittit de arbitris: videamus igitur, Quid sit arbitrium, Quis possit esse arbiter, De qua re possit compromitti, Qualiter constituatur, Qualiter ad effectum perducatur, In quibus casibus non cogitur sententiam ferre, Quis sit effectus.

1 a **Quid sit † arbitrium.** [a] Actus trium personarū exequentiū cōpromissū. nam arbiter exequit inquirendo ueritatē actor ut obtineat, reus, ut absoluat. secundū Azo. Sed hoc idem est in iudicio, licet ipse ponat differentiam non hic, sed vt notat ī. tit. 1. § quid sit iudicium. ueruntamen adhuc non est plana hæc denotatio, sicut esse posset: vnde dic, quod arbitriū est causa in dicendo voluntariè posita & recepta. Vel, Arbitriū est potestas voluntariè data alicui & recepta ad pronunciandū in lite, prout arbitro visum fuerit, aliqñ certa pœna vallata, & certis terminis limitata. arg. ff. eo. diem. §. stari C. eo. l. 1. ī. eod cap. 2. ff eo. non distinguemus. §. de officio. & §. si ī. e. cum dilectus. Ideo aūt dixi, Potestas uoluntariè data alicui & recepta, quia ab initio hęc res extra necessitatem posita est. ff eo. l. 3. §. tametsi neminem. ideo dixi in lite, scilicet ciuili, quia aliud est in causa criminali. vt notatur. ī. eo. §. de qua re. ad hoc. C de transf. l. causas vel lites. Ideo autem dico, Prout arbitro, quia sic pronunciat. patet. ff eo. item si vnus. § idē Pomp. aliàs est lex, & incipit, si ita. & not. ī. eod §. qualiter constituatur. sub § dicitur ergo. versic item ita demū. ideo etiam dixi Aliquando certa pœna, &c. quia & aliquando aliter fit, vt notatur ī. eod § qualiter constituatur, hanc teneas, si placet. Veruntamen Goffredus sic descripsit, Arbitrium est trinus actus personarum super ciuili quæstione in iudicio contendentium. nam iudex laborat, vt veritatem inueniat. xxx. q. 5. iudicantem. actor ad intentionē, id est, causam ampliandam, reus ad extenuationem, id est, causam diminuendam. ii. q. 4 capit. 1. & sic concordat cum Azo. & hoc de arbitro compromissario. Sed & alio modo dicitur arbitriū, potestas data alicui ad pronunciandum, prout æquum fuerit, & hoc redigitur ad arbitrium boni viri. Ideo

2 dicitur, quòd arbitrorum † duo genera sunt. ff. pro soc. si societatem. § arbitrorum. & de hoc s. de electione. causam quæ. ī. eo. cap. 2. & cap. cum tempore. & cap. ex parte. & cap. penulti ī. de iureiurando. veniēs. quando. & Quintaual ff. de oper. libe. si libertus. alibi dicitur arbitrium potestas data aliquibus ad eligendum. vt notatur s. de electione. §. qualiter facienda. sub § secunda forma. Alibi vocat arbitriū iurisdictio delegata. s. de offic. delegati. suspicionis. C. de aduo. diuer. iudi. sancimus. & de iudic. apertissimi. ī. de appella. cū speciali. & c. scd'ò. requiris. qd̄ dic vt notat s. de offi. dele. §. & qualiter finiat. sub §. sed nec illud omittendū. §. quis sit effectus. uer. sed quid si casum admittat. & seq. Alibi ponit arbiter ꝑ iudice ordinario. 11. q. 1. si clericus aduersus clericū. ff. q satis. cog. si ab arbitro. ff. à quib. app. si licet. ul. In his eñ recipit arbiter iurisdictionē à lege, seu à canone, & talis scilicet, qui à lege habet iurisdictionē ordinarius intelligitur. ut notat. s. de offic. ordina. §. quis potest constituere. in fine.

Quis po-

ADDITIO.

a Quid sit arbitrium. ¶ Adde quot modis accipiatur hoc nomen arbitrium. vide in l. arbitro. & in l. si arbiter. ff. qui sat is. cog. Bar. in repe. l. si societatē. in §. arbitrorum. ff. pro socio.

Quis possit esse arbiter. †Liber homo, filiusfamiliàs, paterfamilias, etiã de rebus patris, quia & iudex potest esse in causa ciuili non in criminali. 3. q. 7. §. tria. ver. cognitores. Item in causa ciuili, si delegatus sit, potest causam finire, & examinare, sed ordinarius potest audire lite contestata, ad hoc, vt actio perpetuet. Et aliquando compellit filius iure magistratus, patrẽ adire hæreditatem ex Trebellianico iure. ff. de iudi. in priuatis. & de iurisdictione omniũ iudicũ. l. qui iurisdictioni. & de officio præsidis. l. senatusconsultum. & ad trebellia. ille. §. vltimo. & l. namque. & ff. e. §. sed & filius. & l. quin etiam. quod dic, vt notatur j. de sententia & re iudic. sub rub. de senten. § quis debet sententiam proferre. versic. sed nunquid suis. Sed si filiusfamil. daretur hodie delegatus in causa patris posset recusari tanquam suspectus. arg. in his quæ notatur s. de officio delegati. §. & qualiter finiatur. ver. Item finitur p iustam recusationem. Item potest esse arbiter Ingenuus & Libertinus integrę famæ, & infamis. 3. q. 7. §. tria. ver. cognitores. quod in iudice non est. Cod. de digni. neque famosi. lib. 12. j. de testi. testimonium. ff. eo. Pedius. aliàs incipit, parui referre. & l. sed & si ita. & de verborum significat. illa verba. sed si compromittatur, ualebit sententia ff. e. sed si in seruum. & si liber factus sententiam dicat & in ipsum iam liberum factum compromittatur, valebit sententia. ff. e. sed si in seruum. Et si cõpromissum sit in liberum & seruum, non valet: quia si liber tantùm sententiam dixerit, non valebit, quia non vt accepit, dixit, nisi dictum sit quòd alterutrius sententiæ staretur. ff. eod. Pedius. § in seruum. Item non potest esse arbiter furiosus, mutus, surdus, minor xx. ann. sed maior xx. potest, licet restituatur, si doceat sua interesse non recepisse. ff. eodem. sed si in seruum. §. 1. & l. cum lege. Item fœmina prohibetur. C. eo. l. vlt. ff. de reg. iur. l. 2. xxxiij. q. 5. mulierem. 3. q. 7. §. tria. nisi papa hoc fecerit, id est, authoritatem iudicandi tribuerit: quod facere potest. viij. q. 1. uereor. xxxiij. q. iiij. si quas. xij. q. 2. cum deuotissimam. 2. q. 5. Mennã. & accedit, s. de officio delegati. cùm vigesimũ. Aliàs non potest iudicare, nec excommunicare, nec pœnitentias dare, ut probant iura superius allegata. & j. de pœnit. noua. Nisi consuetudo terræ repugnet, quando potest iudicare, & arbitrix esse. j. eo. dilecti. & hæc decret. fortè sumpta fuit de gl. D. Ioann. quam fecit super legem vltimã. C. e, dicentis. Sed quid si aliquis magnus vir, qui habet iurisdictionẽ alicuius terræ decessit, relicta filia, & ipsa extitit hæres, & dominus Imperator. concessit ei iurisdictionẽ: si homines illius terræ compromiserint in eam, nunquid valet arbitriũ? Respondeo sic, Ioan. Bapt. Sed nunquid iudex de ea re, de qua iudex potest in se arbitrium recipere. ita videtur, j. eo. cum tempore. cum olim. ex parte. j. de præsum. literas. & de præbend. nisi essent. sed contrà. ff. eod. sed si in seruum. §. si quis iudex. quæ est canonizata. 3. q. 7. §. tria. circa fin. Dicit Tanc. quòd non obstat, quia hoc solum prohibet, quòd iudice præcipiente in eum non compromittatur. ff. de tut. curat. da. ab his. l. 4. sed hic is est sensus literæ, iudex phibetur accipere compromissum iubendo in se compromitti. vt sic illa verba in se, ne cõpromitti iubere, sint expositio præcedentium verborum. Sed certè duo phibet, quòd non præcipiat, & ꝙ non valeat, etiamsi eo non iubente fiat: ideo dic, quòd in eum tanquam in verum arbitrũ compromitti non potest, sed tanquam in amicabilem compositorẽ. in auth. ut diffe. iudic. § si vero contingit. collat. 9. s. de transact. capi. fin. & sic in concor. pro hac via adducas dictam legem, quam alij signant contra. Posset illud dici, quòd delegatus verus arbiter effici potest, j. eo. cum olim. sed ordinarius non potest, tribus rationibus. Prima, quia si nollet pronunciare, non esset qui eum cogeret, cùm per ordinarium cogi debeat arbiter. ff. e. l. iij. §. tametsi neminem. Quia si quis suam sententiam impugnaret, fortè prouocatus obesset. s. de offic. deleg. suspicionis. & nimis animosè defenderet. C. de assesso. nemo. Tertiò quia arbiter † est similis iudici. ff. eod l. 1. & C. de iud. rem non nouam. ergo debet esse alter, & non idẽ, quia nihil est idipsum cui est simile. secundũ Goffred. Hę tamen rationes non placent: prima enim fallit simpliciter. nam in papa fallit, cuius plenitudo omnia supplet. arg. C. de testa. omnium, & in alijs omnibus cùm nullus sit, quin ordinarium iudicem habeat, per quem potest compelli ad pronunciandum. s. de ele. licet §. fi. Secunda etsi colorẽ habeat, non tamẽ est multum efficax inspecta natura arbitri, cuius sententiæ standũ est, & si iniquè arbitretur. ff. eod. diem. §. stari. imputet ergo sibi, qui talem elegit. ff. de minor. cum mandato. Tertia etsi subtilis sit, non tamen ualet, quia in ueritate aliud est iudicium, & aliud arbitriũ: & alius iudex, & alius arbiter. sed & aliud merx, & aliud pcium. ff. de rerum permutatione. l. 1. tamẽ in eandem personam cadunt, diuersis respectibus, ut manifestè patet, j. de præbend. nisi essent. & argu. s. de electione. cum inter uniuersas. ad finem. & ideo licet idem sit in veritate, tamen tanquam & alius potest pronunciare iuris fictione, sicut & fictione iuris duo corpora in veritate censentur vnum. j. de conuer. coniu. ad Apostolicam. sic fictione iuris vnum corpus in ueritate censeri potest. Et ideo dic, quòd verior ratio reddi potest, si quæratur quare iudex non potest esse arbiter, hæc est triplex: quia cùm iudex teneatur secundum iura, & iustè pronunciare, in auth. iusiurand. quod præstatur ab his qui admit. §. & ęquus ero. C. de iudic. l. rem non nouam. noluit ius, quòd daretur ei materia iniquè pronunciandi, siue deierandi, & quia cum iure suo possit iudicare, & habeat in se auxilium ordinarium, non est recurrendum ad extraordinarium. ff. de minor. in causæ. hoc enim esset retrogradi, & nos debemus potius ascendere, quam descendere. ff. de mun. & hono. vt gradatim. xciij. dist. legimus. ad fin. s. de transl. episc. c. 1. tamen arbitrator potest esse, ut dixi, quia tunc non perimitur, sed dilatatur æquitas, & lites breuius dirimunt. ad quod facit quod not. j. eod. §. qualiter constituatur. sub §. dicitur ergo. ver. potest & illud dici. Et nunquid monachus arbiter esse potest? [a] credo quòd sic, de licentia abbatis. arg. in his quæ not. s. de postulando. §. quid pertinet ad officiũ. Sed duo exiguntur, quod imperet abbas, & utilitas monasterij hoc exposcat. 16. q. 1. monachi. s. de postulando, c. 2.

De qua re possit compromitti. †De qualibet, nisi prohibeatur. Potest ergo in ciuili. infrà eodem. capitul. 1. etiam si de crimine agatur ciuiliter: & tamen non infamat sententia arbitri. ff. de his qui notantur infamia. quid ergo. §. ex compromisso. Et de quolibet crimine potest agi ciuiliter & criminaliter. de hoc notatum inuenies infrà, de crim. fal. §. qualis probatio. & versicul. sequenti. Cod. quando ciui. ac. præiudic. crimi. l. 1. in fine. suprà, de procura. tuæ. j. de testi. testimonium. & extra mediatores. Sed in liberali & criminali phibetur & in populari act. ne timore pœnæ pretermittat quod fieri expediret. ff. e. non distinguemus. §. Iuli. & § de liberali. & de his qui notantur infamia. quid ergo. §. ex compromisso. Item prohibetur in matrimoniali. s. de transaction. ca. finali. & idem videtur in sprituali, quia non acquiritur nisi ex iusta institutione. vt not. j. de institut. §. qualiter facienda. sed tamen contrariũ est, vt inf. e. ex parte. s. de electione. cum inter canonicos. secundum Goff. caueat tamen quilibet de conscientia, quia nõ est multum securũ nisi per Papam confirmetur. ut patet j. de præb. nisi essent. Item caueat de pactione inter se, ut patet in his quæ not. s. de trã. §. & in quib. cesset. uer. item cessat. & ver. item quæritur. ex quibus patet, ꝙ tutius est abstinere: quod etiam si compromittatur, de iure pronunciari debet, ut in duabus decretal. allegatis. j. e. ex parte. & de preb. nisi essent. Quæri consueuit quæ sit ratio, ꝙ in causis supradictis non admittitur compromissum: & quidem de liberali planũ est, quòd fauore libertatis, quæ maiores iudices requirit. C. de pedaneis iudic. l. 2. & C. ubi causa sta. iamdudum. C. ne de stat. defunc. si pater. sed arbiter paruus est iudex: vnde nec sententia sua per omnia sententia est. ff. de his qui notantur infamia. quid ergo §. ex compromisso. & hæc eadem ratio in criminali, matrimoniali, & alijs adaptari potest. suprà, de restitutione in integrum. causa. Item cum arbitri sententiæ, quamuis & iniquæ, standum sit, ut notatur s. eo. § prox. uer. hæ tamen. in prima imminet status hominis subuersionis periculũ, scilicet in liberali causa. In criminali uerò periculũ corporis: in matrimoniali periculũ animæ: & quia quos Deus coniunxit, homo non separet, & quia excellens est sacramentum. igit quia circa maiora periculum vertitur, non sunt committenda uoluntati hominum, imò cautius est agendum. xlij. dist. quiescamus. & ex his satis patet, ꝙ nunquam potest super iure spirituali, uel sup alio, in quo uersatur periculum animæ, compromitti in aliquem tanquam in arbitrum, ne detur via ingressui uitioso. Instit. vi bo. rap. §. sed nedum talia. quia beneficia non acquiruntur, nisi iusto titulo, & proprij iudicis authoritate. j. de institut. ex frequentibus. j. de exces. prelat. ad aures. s. de clericis peregr. c. fi. 1. q. 1. principatus. & in auth. d. N. de eo qui mittitur in posses. causa rei ser. extra eũ. qui per quod uidetur, ꝙ nec super sententia excommunicationis potest compromitti ne timore pœnæ pareatur iniustè, vel iusta sententia contemnatur. potest tamen in his casibus cõpromitti in iudicem, tanquam in amicabilem arbitratorem, & non in alium, ut quantũ ad spirituale de iure pronunciet, & quantum ad expensas uel similia arbitretur, ut bene probant iura superius allegata. versi. item prohibetur in matrimoniali. Item prohibetur in causa restitutionis, nisi inciderit, ut s. de in integ. rest. causa. §. 1. & 2. Incidenter autem potest cognoscere, sicut aliàs dicitur in causa status. C. de ordi. iudi. l. 1. 2. & 3. & de iudi. quoties. nec obstat j. e. ex parte. quia ibi fuit amicabilis compositio.

ADDITIO.

a Monachus arbiter esse potest. ¶ Adde gloss. in cap. inter monasterium. de statu mon. glos. in l. Pedius. §. 1. ff. de arbit. Spec. in tit. de arb. in §. sequitur. ver. Sed quæro. Car. in cle. 2. in 19. & 20. q. de resc.

Impedi-

6 **Impeditur** etiam compromissum † ratione personę, vt quia seruus, sed filiusfa. pōt compromittere. ff. de peculio licet. §. si seruus cùm se pro libero. & §. sed si filius C. de iud. seruus. ff. eod. non distinguemus. §. si seruus. Quid de minore: pupillus sine authoritate tutoris compromittens obligatur naturaliter tantùm, non ciuiliter, fideiussor tamen suus efficaciter tenetur. ff. eo. si pupillus. sed in iudicio etiā dato fideiussore non posset in aliquo pupillus ꝯsistere sine tutoris authoritate. C. si aduer. rem iud. cū & minores. & de autho. tuto clarum. ff. de re iudi. acta. §. fi. nisi in momētanea possessione C. qui legit. per s. ha. stan in iud. l. fi. & quantum ad cōpromissum idem in adulto habente curatorē. C. de in inte. rest. mino. si curatorē. secus in iudicio, vt dictū est de pupillo. Sunt & alij casus, in quibus minor potest esse in iudicio, quos no. s̄. de proc. §. quis dare. & ver. item maior. Item impeditur, mista consideratione habita rei & personæ. quia nō potest quis esse arbiter in re propria. ff. eo. l. pen. sed arbitrator potest esse, vnde si tibi iniuriam fecero, totū possum ponere in te, vt tū arbitreris tanq̄ vir bonus de hoc. s̄ §. quid sit arbitrium. & vir bonus intelligitur iudex. ff. de verb. obli. continuus actus. & de iniurijs. sed si vnius. §. ait. Sed & mista consideratio impedit, ne super spiritualib. possit in laicum compromitti. ȷ̄. e. contingit. Secus, si in laicū & clericū, dūmodò fiat authoritate superioris. ȷ̄. eo. per tuas. trahit. n. magis dignum minus ad se. sic ȷ̄. de consecra. eccl. vel altar. ꝙ in dubijs. & de ver. sig. abbate. sic cōtra iurisdictio subdelegata mista cum delegata totam subdelegatam facit. s̄. de officio delegati. super quæstionum. §. si verò duo. aliàs autem laicus non pōt, secundum Goffredum, cognoscere de spiritualibus, neq; principaliter. infra, titu. 1. decernimus neque incidēter. ȷ̄. de ordi. cog. tuam. ȷ̄. qui fil. sint leg. lator. nisi authoritate superioris recipiat compromissum. ȷ̄ eodem. per tuas. seu iudicium. 32. distin. §. verum. vel nisi superior se causa humilitatis subijciat. 2. q. 7. nos si incompetenter. vel nisi fiat ad tollendam omnem suspicionē. 2 quæst. 5. habeat. & capit. Mennam. secundum Goffredum. sed certè quasi in istis omnibus casibus interuenit authoritas Papę. nec puto ꝙ alius hoc facere posset. ideo intellige vt prædixi, & vt plenè notat ȷ̄. ne cle. vel mona. §. quæ sunt permissa clericis. ad finem. ver. sic & multo magis. & sequen. Item ratione vel occasione arbitrij non potest decima laico assignari: etiā occasione dotis. ȷ̄. eodem. peruenit. ȷ̄. de rerum permut. cap. fin. Item exemptus nō potest compromittere super exemptis in præiudicium domini Papæ. ȷ̄. eodem. cum tempore. Sed nunquid vasal-

7 lus † potest super lite feudali cōpromittere. [a] Potest dici quòd sic, quo ad præiudicium ipsius vasalli, non domini. argum. ȷ̄. eodem cum tempore. s̄. quod metus causa cum dilectus. ȷ̄. de confirmat. vti. cum dilecta. §. quia verò. ȷ̄. de dona. inter dilectos. ad finem. quare enim non posset personam suam sub certa pœna obligare: verū dominus hoc potest prohibere sub pœna feudi. argu. ff. si quis ius dicen. non obtem. l. vnica. aliàs indirectè posset fieri fraus iuri volenti, quòd vasallus feudum non alienet sine domini voluntate. in constitu. feudo cap. lex Corradi. post. t. testes sunt vocandi ad nouam inuestituram. & hoc intelligas quando inter duos vasallos est quæstio, & dominus nō multum distat: secus, si multum distaret. vt in eo. c. lex Corradi. & notatur. ȷ̄. de feud. sub rub. apud quem vel quos iudices causa feudi debeat agitari. ver. sed quid si quęstio sit inter archiepiscopum.

[b] Quid de clerico, [b] & maximè religioso. planum est, quòd religiosus administrationem non habens sine licentia abbatis non potest compromittere. arg. ȷ̄. de sta. mo. cum ad monasterium. 12. q. 1. non dicatis. 16. q. 1. non placu it. sed nec administrationē habens neque clericus, quo ad perpetuum præiudicium faciendum ecclesiæ, cui præest: vt bene probatur. ȷ̄. eo. cap. 2. & c. cum tempore. & c. per tuas. ver. pen. ibi quia iuramento suo, &c. & c. exposita. ȷ̄. de preb. nisi essent. verum quo ad modicum damnū: sicut de fructibus & similibus, inquantum donare posset. super quo vide. ȷ̄. de dona. §. & quid. Item quo ad proprium suum, si quod habet, indistinctè tenet compromissum. & sic intellige infrà, eod. c. 1. & 2. & c. dilecti. & c. innotuit. & seq. ad quod accedit ȷ̄. de appell. reprehensibilis. §. pen. & de præb. de mulcta. ver. & si vltra sex. sic ergo quamuis iustum sit vnicuique sua com-

[c] mittere. C. de Iudæ. nemo. & licet quilibet in re propria [c] sit moderator & arbiter. C. man. in re mand non tū in ecclesiastica. & est rō, vt ȷ̄. de don c. 2. & de his quæ fi. à ma par. ca. c. 1. §. nec ꝯstitutionem. ȷ̄. de iureiu. sicut nostris. 35. q. 9. quod quis commisit. igitur non omnis, qui potest rem ecclesiasticam in iudicio deducere, pōt super eadem cōpromittere. & ēst ratio, quia primum necessarium est, & reddit in inuitū. ȷ̄. de ver. ob. inter stipulantē. §. 2. & iō necesse est, ꝙ ecclesia defendaē. s̄. de resc. edoceri. alioquin ecclesiæ posset esse dānosum. arg. ff. quod cuiusque vniu. l. ȷ̄. §. quib. aūt. secundū verò volūtatis est. vt no. s̄. e §. prox. ver. & ideo. ēt est & ratio: vt no. s̄. eo. §. prox. & ver. & ideo dic. & qa sicut iurisdictioni superioris non potest præiudicare, ēt quo ad personam suam: ita neque quo ad ecclesiam sibi subiectā. arg. ȷ̄. de fo. com. significasti. & in iurib. inductis s̄. eo. vers. proxi. & est expressum arg. in auth. de san. epis. § œconomos. & seq. ibi, non enim concedimus prædictis personis, &c. col. 9. & arg. ȷ̄. de prec. c. 2. & qa cōpromittere & transigere æquiparantur: vt innuitur ȷ̄. e. per tuas. resp. ȷ̄. ergo qui non potest transigere, nec compromittere, & modus qui in vno requiritur, & in alio. super quo vide quod not. s̄. de transa §. quis potest transigere. & sicut ibi notatur, quis & inquantum, & qualiter possit transigere, intelligas ꝙ idem, & in tantum, & eodem modo compromittere potest.

Quid constituatur. Aliqn̄ sub pęna partib. adinuicem stipulantib. quid si arbiter stipulatus fuerit dixit Placē. nō tenere: sed dic cōtrarium: cogetur. n. arbiter cedere actionem, quasi inter partes: & cum arbitro id videatur tacitè actum, & ideo pro expresso habendum est. arg. ff. de præsc. verb. si gratuitam. § fi. & commodati. si is qui. § fin. quasi partium videatur: quia causa earum fit. ff. de edend. prætor. §. ȷ̄. & si de re mea aliquid peruenit ad te, bonum & æquum est, vt illud mihi reddas. ff. si cer. pe. si & me & Titium. in fi. Sed si ab altera parte tantum fuerit promissa pœna, non valet: quia non debet claudicare compromissum. ff. eod. si cum dies. § pen. & l. sed interpellatur. § si ab altera. Ergo si certa pœna ab vtraque parte promissa est, tenet compromissum: & arbiter cogitur ferre sententiam. ff. e. l. 3. §. ait. & l. litigatores. §. quod ait. Tamen ex hac sententia non oritur actio, neque exceptio: sed pœnæ petitio datur tantùm, secundum do. meum. ff. e. l. 2. & C. eod. l. 1. & in authenti. decernimus. ibi, sed pena statuat, qua præstita, &c. Sed secundum M. si vtraque pars consenserit sententia audita, & expressim homologauerit & subscripserit, indistinctè oritur actio & exceptio. C. eo. ne in arbitris § si quis autem. Comprobatur aut sententia M. ȷ̄. eo. p tuas. ibi, respondemus, ꝙ si ex parte plebani, &c. Et si aliqua partium contradicat. habet locum quod dictum est. ȷ̄. eod. dilecti. in fine. &c. per tuas ibi, & si quidem, si pœna, &c. Sed illa dilecti. in fine, videtur contradicere, vbi innuit quod emologatum fuerit: ideo potest dici, ꝙ est in potestate illius qui non venit contra compromissum: vtrum mandetur executioni, vel pœna petatur: uel quod ibi dicit sponte susceptum, subaudi ab initio. quasi dicat, sponte fuit compromissum: sed audita sententia pars hospitalio rum ꝯdixit. sed & illi dat demùm pęnæ petitio, qui nō incidit in pęnam. ff. e. non ex omnibus. 1. resp. & §. ȷ̄. & l. si cùm dies. §. pen. C. e. si contra compromissum. ȷ̄. de pen. constitutus. Si uero pœna incerta sit, hic similiter ualet compromissum: & arbiter cogitur sententiam ferre, non tamen pōt peti pęna certa, quia neq; promissa est: sed agitur ad interesse: & sic intelligunt Doc. ff. eo. non autem interesse, ꝙ si nulla pœna promissa sit, nec certa, nec incerta, sed tamen compromissum est per stipulationem, tenet compromissum: sed tamen arbiter non cogitur ferre sententiā. ff. eod. non distinguemus. §. 1. Et si tulerit, non oritur actio, nec exceptio: sed committitur stipulatio ad interesse: & agetur condictione incerti ad interesse. ff. eo. diem. §. vlti. & l. sequenti. ff. si quis in ius uocatus non ierit. l. ult. & sic potest intelligi ȷ̄. eo. per tuas. ibi, ac si nulla, &c. Sed si stipulatio non interfit, non tenet compromissum, nec arbiter cogitur sententiam dicere. ff. e. nō distinguemus. §. 1. & l. litigatores. §. arbitrium. Sed si dixerit, & partes expsse homologauerint, dicut s̄. C. e. ne ī arbitris. §. si qs autem. & l. cum antea. in princi. ibi, si quidem subscripserint, &c. Quid si expressim non consenserint: & intra decem dies aliqua partium reclamauerit: impunè non parebitur. C. eo. l. pen. §. altera. & ȷ̄. eo. exposita. Sed si tacuerit per decem dies, & actio & exceptio orietur. C. eo. l. pen. §. sin autem minimè.

Sed mens decret. alia uidetur: quia si expressim cōsentiant partes, indistinctè mandatur executioni: vt dixi s̄. Aliàs si iuramentum interuenit solum, idem, nisi per Papam fieret absolutio. ȷ̄. eodem. capitu. 2. & c. cum tempore. Secundum leges non ualet, si iuramentū interueniat. C. eod ē, auth. decernimus. & in auth. de iudicib. §. quia uero. col. 6. Sed standū est in hoc decretalibus. ȷ̄. de iureiurando. si uerò.

ADDITIONES.

a Nunquid vasalus potest super lite feudali compromittere. ¶ Adde gl. in c. ȷ̄. in ti. si de feud. vasal. ab alijs interpel. Andr. de Iser. in c. si inter pares. in prin. de leg. Corr. in vsibus feud. Spe. d. ti. de arbi. in §. pen. ver. sed nūquid vasalus. Ant. de But. in capit. cum tempore. de arbit.

b Quid de clerico. ¶ Adde an talis possit sine licētia diœcesani. vide Ab. in c. dilecti. de arbitr. & in c. contingit. in c. exposita. & in c. per tuas. & vtrobiq; per Doc. e. ti. & per Car. Zab. in c. peruenit. ȷ̄. in 5. q. e. tit.

c Quilibet in re ꝑpria. ¶ Adde l. sed & sic. in §. absoluit. ff. pe pe. hær. Car. Zab. i d. c. dudū el. ȷ̄ui §. insup. in 2. opp. de elec. de Car. i c. de his. i 3. No. de sepul.

si verò ex literis 22.quæstio.1.omne.& quæstio.4.cap.j.ij.& iij.& 6.quæstio.4.quòd bene semel. Dicunt tamen quidam, quòd non debet fieri cum iuramento:sed si factum sit,tenet.arg. j̃.de iureiurando.quemadmodum.Alij dicunt,quòd auth.loquitur de iuramento quod præstat arbiter,non partes, quia vtrunque admittebatur per legem antiquam.C.eo.ne in arbitris. scilicet: ꝙ vterque per se iurare posset.vnde in hac parte corrigitur:sed verius est, ꝙ lex vetus resuscitetur authoritate canonum, & ei standum dico.Si verò iuramentum interuenit, & pęna promissa est simul, & is qui compromisit compromittere non poterat in præiudicium domini, vt quia falsus procurator: vel habens generale mandatum tantùm, vel quia non potuit aliàs cõpromittere,secũdum ea quæ notantur s̃.eodem.s̃.de qua re: sub §. impeditur.& ver.sequẽ:si proprium habeat, agitur ad pœnam. Quodsi nulla promissa est,ad interesse, & hoc contra procuratorem, qui personam suam, non ecclesiam potuit sacramento suo adstringere,j̃.eodem. per tuas. ab illo uer. si uerò. usque ad uersic.quod autem.Et idem est,si fides interposita sit,ac si iuratum esset,ut notatur j̃.de iureiurando.§.quæ pęna periurij. uer. in summa notandum. & seq. & probatur s̃. quod metus causa. ad aures.j̃.eodem.peruenit.& c.cum tempore. & cap. ex parte. Ideo dic, quòd graue est fidem fallere. licet fortè lex non habuerit hanc considerationem. ff. de constituta pecunia. l. 1. In hoc etiam casu,ubi pœna & iuramentum interuenit, dicit Azo ualere compromissum:quia utile per inutile [a] nõ uitiatur. ff. de iure fisci.nõ intelligitur.§.si quis.Sed si pœna sola interuenerit, ad ipsam agetur contra partem reclamantem.j̃.eod.cùm dilecti.in fin.Si neque pœna,neque iuramentum.nec fidei datio interueniat.quasi dicat,non facimus uim,utrũ stipulatio intercesserit:uel nudo pacto compromissum sit, quia & ex nudo pacto actionem damus,ut notatur s̃.eo.de pactis.sub §. superest. Sed dist. utrum reclamatum fuerit intra decem dies, & tunc agitur ad interesse.j̃.eodem.per tuas.uer.at si nulla. Vel non fuerit reclamatum, & tunc stetur dicto.j̃.eod.cùm olim.& dixi,s̃. Et sic ex quo semel compromissum est, non licet secundum nos alicui pedem trahere sine pœna,dummodo intersit aduersarij.sic ff.de condi.causa da.si pecuniam.resp. 1.nec enim ecclesia in cõtractibus suis fraudem adhibet. j̃. de donat. p tuas. nec alicui laqueum imponit.27.q.1 de viduis.2.ad hæc.j̃.de commo. capit. 1.§.uno.uel dic, ꝙ si reclametur intra decem dies à principali, à nullo tenetur.C.eo.cùm antea. j̃. eodem. exposita. sed quando falsus procurator interuenit,tenetur ad interesse,quamuis reclamatum fuerit.ut in illa,per tuas.potest tamen dici,quòd illa decret.exposita.non facit ad hoc,quia ferebatur sententia contra res prius iudicatas. 2.quæstion.6.§.diffinitiua. Potest autem pœna promitti sub hac conditione, si sententiæ arbitri non pareatur:& si alter sub hac conditione promisit:alter sub hac, si nauis ex Asia uenerit,pendente conditione, non cogitur prætor sententiam dicere,ne sententia inefficax sit,illa conditione, Si nauis,&c. deficiente prætor tamen,si potest, faciet diem proferri, ff.eodem.l.litigatores.§.idem Iuli.& l.quo casu.& quod dixi de pœna,idem est,si pignoribus datis compromittatur.hoc pacto adiecto, ꝙ reddantur ei qui obtinuerit: uel si alter promisit pœnam,alter pignora dedit;plenum,idest, firmũ erit ꝯpromissum: uel si faciat pactum de non petendo debito,super quo non compromittitur.ff.eodem. litigatores. §. quòd autem.si autem hinc inde obsides dati sunt.j̃.eodem. exposita. & uide quod notatur s̃.de his obsidibus.j̃.de pignorib.§.quæ res obligari. uer.item fallit.Sed nunquid religiosi † possunt petere pęnam ab illo, qui nõ seruat arbitrium? Videtur casus ꝙ sic.j̃. eodem. dilecti. in fine. nam etiam aliàs authoritate iuris pœna petitur.12. quæst. 2. episcopus qui mancipium.23.distin.quanquam. 16. quæst. 1.statuimus. 12.quæst.2.cum deuotissimam.& cap.in legibus. 17.quæst. 4.si quis contumax.& c.quisquis. & c. si quis domum. & c. qui subdiaconi.Sed cõtrà, 12.q.2. fraternitas. religiosi enim nedum pœnam, sed nec ẽt sortem, seu capitale petere debent, cum scãdalo aliorum. 11. quæst. 1. aliud de pœni. distinct. 1. aliud. j̃.de pœnis.suam Solutio. Dicas, ꝙ religiosi pęnam petere possunt, siue in pecunia consistat, siue in alio. 1.quæst.8.quoties. suprà, de electione.cum dilecti.æquum est. n. ut quilibet pœnam contumaciæ suæ luat.ff.de colla.bo.l.2.§ si cum duobus. ff. de tabulis exhib.locum.§ condemnatio. & hoc siue pœna sit conuentionalis, siue à iure permissa.secũdum quosdam.nec obstat c. aliud: quia loquitur in foro pęnitentiali Mihi breuiter uidetur, quod pœnam fraudulentam, sicut in fraudem usurarum promissam, nemo petere potest.ff.de act.emp.l Iulianus.§.idem Papinianus. Illa etiam pœna, quæ à iure permissa inuenitur, peti potest à religiosis:ut dicunt illa iura.12 q.2 episcopus qui mancipium.&c. ut s̃.ergo iudicialem petere possunt, ut patet in his quæ notantur.j̃.de sen.excom.§.& qualiter hæc absolutio. sub §. secũdum etiã requiritur.uer. quod aliquot. & seq. Conuentionalis uerò peti põt,si succedat loco interesse.j̃.de fideius.peruenit.& c.constitutus.ff.de act. emp. & uend. prædia. si autem non interest, sed causa auaritiæ extorquet, ut in lucrum cedat proprium, & alterius detrimẽtũ, tũc non debẽt nec possunt petere religiosi. arg.j̃.de præben.auaritiæ.de decim.c.1.de censib.ea quæ de auaritiæ.& c.ex parte Compostellani.ad fin.j̃.de simon.nemo.religiosi enim potissimè obseruare debent,nè cum alterius iactura fiant locupletiores.ff.de condi.inde.nam hoc natura. ergo si pœna promissa est inter duas ecclesias, & vtraque in pœnam incidat,cõpensatione hincinde facta,neutra agere potest j̃. de pœnis.constitutus.Si verò altera tantùm incidat,& nõ interest:puta nec laborauit petendo coram iudicibus vel arbitris, nec expẽsas fecit post, cum arbitrio fuerit 50. lib. pœna apposita, nisi intra certum tempus soluisset 40.lib.pars condemnata,de quibus soluit 33.iniquum est pœnam peti.sic loquitur manifeste infrà, de pœnis.suam.Sed si interest,puta quia laborauit petens: & expensas fecit coram arbitris, in quos sub pœna compromissum est veniendo,hæc potest peti pœna.& sic loquitur j̃.e.dilecti.& hoc qñ tenuit compromissum, vt quia licentia superioris habita fuit,vel conuentus.j̃.eo.dilecti.s̃.de transa.contingit.aliàs ab ecclesia peti non potest,& sic etiam potest intelligi j̃.de pęnis.suã. licet posset exigi ab illo qui proprium haberet. secũdum ea quæ notantur suprà,eo.sub §.si verò iuramentum. Sed nec religiosus petere debet grauem pęnam pro modico interesse:& sic etiã potest intelligi j̃.de pœnis.suam.licet secularis.hoc possit facere de rigore iuris:& hæc erit differentia inter eos & istos. Et nunquid pœna recepta peti potest, ꝙ sententiæ stetur non videtur. vt ff.de cond.inde.eleganter.in fine. & hoc duabus rationibus. Prima est,quia pœna ideo petitur,quoniam sententiæ non paretur:iudicatum verò,quia sententiæ standum est: ergo tanquam contraria proponens,est repellẽdus.vt j̃.de app. solicitudinẽ in fine,& notatur.j̃ de libel.obla.§.quid debeat continere libellus, subdistin.cùm plures actiones.versic.j.Secunda,quia ex sententia arbitri cũ pęna assumpti non agitur: sed sufficit pœnæ commissio.C.eod.l.1.& in auth.decernit.& in auth de iudicib.§.quia verò.coll.6.& hoc verum est,nisi in compromisso expressim dictum sit, ꝙ pœna soluta rata remaneat sententia,& toties committatur, quoties contrauentum fuerit.argu.C. de transa. cùm proponas.& ff.de transa.l.pen.

Dicitur ergo plenum ꝯpromissũ, s.firmũ & validũ.ff.eo.Pomponius.§.si de meis.aliàs est l. si de meis. quandoque etiam dicit plenum,qđ factum est de ꝯtrouersijs omnib.ff. eo. si cùm dies. §.plenum.quandoque dicitur plenum, quod habet doli mentionem:puta stipulantur partes adinuicem ne dolum adhibeãt, corrumpendo arbitrum, vel aduocatos, vel testes.ff.eod. ita demùm.Item ita demùm valet,si sic compromittatur, ꝙ is in quẽ compromittitur, dicat quod sibi videbitur, non quod videbitur tertio.ff.e.item si vnus §.idem Pomponius. & de hære.insti. illa.quia nõ potest recedi à persona arbitri:& si plures sunt, oẽs pronunciare debent.ad idem.j̃.prox.ver.& ver. sed & hoc modo.ff.de re iud.duo ex trib & ff.de arbitris. non distinguemus.§. cùm in plures.& adde quod notat.s̃.eo.sub §.constituitur. vers. sed hoc modo.& seq.nec potest compromitti, hoc pacto adiecto, ꝙ certa detur sententia absolutoria, vel condemnatoria. ff. eo.qualem.Secus,si dictum sit,quòd secundum legem tãtùm, vel canones tantum, vel legem consuetudinariam pronunciare debeat:& si partes compromiserint stare sentẽtiæ Titij vel Seij, valet.sed is cogendus est,in quem litigatores consenserint.ff.eodem.item si vnus.§.Pomponius.quod verum est,si arbitrium susceperint:nec enim cogitur.ff.eodem.l.3.§.1.nisi quando res aliter decidi non potest, vt notatur suprà,de offi.deleg.§. & qualiter finiatur.sub §. sed nec illud omittendum. §. qualiter recusatio. versicul.quid si arbiter.Est autem consilium legis, quòd cõpromittatur in vnum:vel in tres.infrà, eod. capitu. 1. tamen & in duos compromitti potest.j̃.eod.c.1.& in quatuor. j̃. eodem peruenit. sed quia naturalis facilitas hominum ad dissentiendũ prona est.s̃.de rescri super literis.de concessi.præbend. quia diuersitatem.& de regula.consulti.& de consec.distinct.4. sicut in sacramentis.ff.ad Trebel.quia poterat. sanũ est consilium legis. Verum & si in duos compromissum sit, & non possint conuenire, prætor tertium iubetur dare, cum quo consentiant ambo, vel alter eorum.ff.eo.item si vnus.§.principaliter. aliud tamẽ secundum Goffredum obseruatur, in duobus iudicibus delegatis discordantibus,quia illius sententia,quæ per superiorem cõfirmata

ADDITIO.

a Vtile per inutile. ¶ Adde c.ad probandum.de re iudic.c.cùm super.de off. del.Ant.de But.in cle.attendentes.in §.pen.de sta.mo.

rata fuerit, prævalebit: vt j. de senten. & re iudic c. si nec valet, si compromittatur in duos, ita quod si dissentiant, eligant tertium incertũ, quia ita possunt dissentire in electione tertii, sicut in pronunciatione. ff. eod. item si vnus. §. si in duos nec obstat j. eod. ca. pen. quia fortè ibi actum fuit de certis personis assumendis, quãuis non fuissent expressæ: vel illud obtinuit ob reuerentiam legati. & est si. s. de offi. deleg. quoniam. §. fi. j. de accu. ad petitionem. vel dic. ꝙ vni arbitro potest dari hæc potestas, vt alios, quos voluerit, secum sumat, quia deficit ratio. l. prædictæ. nam nemini cõueniet qui secum diffidet ipse. & sic loquitur j. eod. c. pen. secundum Goffredum. vel dic, ꝙ vbi duo arbitri discordant, prætor iubet dare tertiũ, vt dictum est, & ideo cùm ordinarius hoc à iure habeat, potestas eidem data à partibus nihil detrahit, sed addit potius. j. eod. cap. pen. Verùm delegatis vel arbitris hæc potestas dari non potest à partibus, nisi diceretur, ꝙ tertium darent, vel eligerẽt certum, vt puta Gulielmum. aliàs si determinatè daretur potestas, non valeret, quia compromissum de incerta persona factum, non tenet. j. eod. innotuit. ff. eod. item si vnus. §. si in duos. Tamen authoritate canonis datur etiam arbitris potestas eligendi etiam incertum, vel delegatis non generaliter, sed in casu. j. de appel. cùm speciali. s. de officio delegati. suspicionis. quia nec ius posset certum nominare, cùm perpetuum sit, & nominatus perpetuò viuere non possit. C. de sacrosan. ecclesiis. vt inter diuinũ. Potest & illud dici, ꝙ partes non possunt dare potestatem eligendi incertum arbitrum. j. eod. innotuit licet possit dari potestas eligendi incertum arbitratorem. j. eod. cap. pen. Ratio, quia causari potest in arbitro, & dicere, Domine, si ego sciuissem ꝙ talis eligeretur, ego non compromisissem, quia bene sciebam, ꝙ iniquus homo est, & iniquè arbitraretur. argumen. ff. de ritu nuptiarum. si filius. nec voluissem perdere causam meam. argu. ff. de probat. cùm de indebito. sed hoc nõ potest causari de arbitratore. Aliud ergo in vno quàm in alio, quia sententiæ arbitri standum est siue æqua sit, siue iniqua. Sed dictum arbitratoris redigitur ad arbitrium boni viri, vt dixi s. §. quid sit arbitrium. primum ergo denegatur, quia odiosum, & ne lites ex litibus oriantur. secundum admittitur, quia fauorabile, & vt lites extingantur. ad hæc. ff. de liberis & posthum. cùm quidam. cum suis similibus. & s. de rescript. nonnulli. j. de dolo & contu. finem. & facit quod not. s. e. §. quis possit. versi. posset & illud dici. versi. & ideo dic.

Constituitur etiam cõpromissum hoc modo, vt pronuncietur vsque ad certum diem, & si apparuerit impedimentum, possit dies proferri: sed in hoc casu vtroque contradicente, non prorogabitur. ff. eo. arbiter ita. si verò alter contradicit, incidit in pœnam: sed dies non prorogabitur: si vtraque pars consentiat, adhuc non prorogabitur, nisi & arbitro uideatur. ꝙ si de die proferenda, seu prorogãda actum non sit, iubenti impunè non parebitur. ff. eo. Labeo. respon so 1. & l. non distinguemus. §. dies §. ultimo. Et si prorogatio fiat, eædem securitates adhibendæ sunt, quæ primò datæ erant, siue pignora forent, siue fideiussores. Quòd si iidem fideiussores fideiubere nolunt, alii non similes adhibendi sunt. ff. eodem. si arbiter. §. hæc autem. & §. final. & licet lex uocet primum compromissum, est tamen unum, sed prorogatum. ff. eodem. si cùm dies. in fine. respon. 1. & de precario. sed si manente. Vel dicuntur duo, respectu fideiussorum qui fideiusserãt, usque ad certam diem. & ideo illa elapsa non tenentur, nisi iterũ fideiubeant, ut dixi: sed unum est, quantum ad arbitrũ & partes. Sed dicitur finitum matrimonium. non quantũ ad uirum & uxorem, sed quantũ ad socerum. ff. de donation. inter uirum & uxorem. cùm hic status. §. si socer nurui. Item constituitur, ut arbiter certo loco pronunciet: ꝙ si nihil dictum fuit, uidetur actum de loco in quo compromissum est, ut tamen arbiter in secessibus circa urbem, id est, locis delectabilibus seu grangiis possit iubere adesse, dummodo locus honestus sit, & arbiter eius authoritate, & ut in talibus locis soleat iudicare. Si uerò uni honestus est locus, & non alteri, excusatur is cui honestus est, si non ueniat, cùm nec alter teneatur uenire, quia non debet arbitrium claudicare ff. eod. si cùm dies. § si arbiter. Sed & hoc modo constituitur, ut arbiter altera parte absente pronunciare possit, alioquin in præsentia utriusque pronũciare debet, ita ꝙ si alter sit minor, uel furiosus, exigitur tutoris uel curatoris præsentia & authoritas, tamẽ is qui absens est, incidit in pœnam. ff. eo. diem. §. si quis litigatorum. Sin autem in duos uel plures compromissum sit, altero absente sñia lata non ualebit. quamuis si præsens esset, & contradiceret, ualeret sententia lata à maiori parte. & est ratio, quia sententia absentis sententiam præsentium potuit trahere ad se. Item si præsens sit, & non concordet, necesse est ꝙ omnes pronuncient. ff. eo. sicuti. ad finem. in authen. ut iudi. nõ expec. sacras iussi §. si autem duo. coll 9. sed si omnes concordant, potest unus pro omnibus pronũciare, & sufficit ꝙ alii, qui præsentes sunt, consentiant. Sed caueat pronuncians, ꝙ non singulariter dicat, Ego talis: sed in plurali pronunciet, dicendo, Nos tales, & sic intelligitur. ff. eod item si unus §. fina. aliàs est lex, & incipit, Si in tres. & ff. de re iud. Pomp. aliàs incipit, Si uni ex plurib. & l. duo ex tribus. secundũ Azo. potest tamen agi, ut unus ex arbitris pronunciet, etiam aliis absentibus. ff. eod. non distinguemus. §. cũ in plures. & unus uel duo uice omnium arg. s. de elec. quia propter. uersi. uel saltem. uidetur tamen, ꝙ siue concordent, siue discordent, necesse est quòd omnes pronuncient, nisi aliud dictum sit. argu. in his quæ not. s. eod. §. uersic. item ita demùm. cùm enim iudex in propria persona non per alium pronunciare debeat. C. de sent. ex breui. reci. l. 2. multo fortius arbiter. nec ob. auth. ut iud. non expect. sacras iussi §. si autem duo, quia uacat ibi arg. à contrario sensu, ut innuit ibi, & sic iubemus, &c. q. d. nedum quando consentiunt, debent omnes pronunciare: quinimò & si dissentiant. nec obst. l. si in tres. quia quod ibi dicit sufficere, duorum consensum, subaudi, & pronunciationem, & eodem modo respondeas omnibus consimilibus iuribus. Igitur sententia duorum non ualet, tertio arbitro absente, uel non pronunciante. & idem in pluribus iudicibus delegatis ut in proximis inductis legibus, nisi aliud dictum sit in compromisso, uel in rescripto. secundum hæc intellige ff. e. l. item si unus. §. item si plures. & §. ult. & l. sequen. & l. non distinguemus. §. cùm in plures. C. de peda. iudi. placuit. & ff. de uerb. obli. si quis arbitratu. secundum do. meum. Dominus Vbertus de Bobio contrà, si mortuus sit tertius. dicit enim, ꝙ duo superstites pronũciare possunt: quamuis hoc dictum non sit: quia maiori parti standum est. ff. ad municip. quod maior. suprà, de electio. licet. in fin. & facit pro ipso optimè infrà, de testi. præsentata. nec obst. l. si quis arbitratu. quia illud uerum est, quando in unum tantum compromissum fuit, unde de cetero nullus pronunciare potest. Sed si plures sunt, deficit ratio supradicta: quia sententia mortui nõ potest de cætero trahere ad se sententiam superstitum: ergo pronuncient: quia in incertis non certis locus est coniecturis. ff. ad Vel. si quando. §. ulti. & de uerbo. oblig. continuus. & in authen. de resti. & ea quæ parit in 11. mense. §. unum si quidem. colla. 4. Sed hodie approbatur sententia Domini mei, suprà, de offic. delega. uno delegatorum. j. de testa. Raynaldus. Illud sciendum est, ꝙ in iudicio semper succedit hæres: quamuis nihil dictum sit. ff. de feriis. l. oratione. in fin. & de prætor. stipul. l. 2. & C. ne ex delict. defun. l. unica. In societate uerò nũquam succedit etiam speciali pacto. quãuis in actione succedat, & sic in iudicio, scilicet ad hoc, ut rationem reddat, & reliqua præstet uel audiat & recipiat. ff. pro socio. nemo potest. & l. cum duobus. §. idem respondit Sed arbitrium inter hæc duo medium est: quia ex speciali pacto succedit, aliàs non succedet: imò morte compromittentis soluetur, & si fiat pactum de succedendo, ab utraque parte fieri debet: aliàs si ab altera tantũ, non ualet. ff. e. diem. §. 1. & l. sed & si interpellatur. §. si ab altera. j. eod. ex parte. & c. ulti Idem in personali pacto. ff. de pac. idem. §. personale. tamen aliquando uidemur prouidisse hæredi etiam plusquam nobis. ff. de pact. iurisgentium. §. pactorum. & de proba. si dictum.

9 Qualiter ad effectum † perducatur. Hoc notandum, quòd arbiter partes iudicis assumit ff eodem. Pompo. si de meis. §. recepisse. nam arbitraria ad similitudinem iudiciorum sunt redacta. ff. eodem. l. prima. redacta intelligas in princ. in medio, & in fine. In principio, scilicet ut mulier [a] uel seruus [b] arbiter non assumatur: ut dixi s. § quis possit. Item, ut libelli solennitas in litis contestatione facienda procedat, eaque facta interruptio fiat. sicque transeat ad hæredes. C de iudic. rem non nouam. § patroni. Item quòd possit citare arbiter per nuncium uel epistolam. ff. eodem. sed & interpellatur. § adesse. Item quod iuretur de calumnia. C. de iureiurando propter calumniam dan. l. 2. §. sed quia. In medio, ut allegationibus, & attestationibus in ea factis possim uti in iudicio quandocunq;, & statur dictis mortuorum testium. Sed si superstites sint, in potestate aduersarij est, vtrum eis stare uelit, uel iterum producantur & testificentur. C. de fid instru. cùm apud compromissarios iudices. j. de testi. præsentata. Item, in feriarum obseruatione. C. de fer. omnes. Adde tamen quod no. j eod §. pen. ver. item dies feriata. Item ut sacrosanctis scripturis propositis [c] uẽtiletur causa C. de iud. rem non nouam. circa principium. In fine, ut sententia in scriptis recitetur, secundum omnes. C. de senten. ex breui. reci. l. 1 C. eodem cum antea. ibi, si quidem subscripserint, &c. sed certè ibi loquitur de subscriptione partium, non de scriptura arbitrorum. Si dicis

ADDITIONES.

a Mulier. ¶ Adde l. cum lege ff. de arb. & in l. fi. & ibi gl. C. de arb. c. dilecti. de arb. c. mulierẽ. 30. q. 3. Doct. in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. Spe. ti. de arb. § 2. ver. prohibetur ergo. doct. in c. quintauallis. de iureiur.

b Vel seruus. ¶ Adde Spe. in ti. de arb. in §. potest esse arbiter. versi. item seruus. Arc. in c. sicut. 11. q. 1.

c Sacrosanctis scripturis propositis. ¶ Adde c. fi. de iureiur. gl. in verb. tacta in cle. 1. de hæret.

dicis,ergo erat ſententia ſcripta : quia primò fit ſcriptura , quàm
ſubſcriptio , placet mihi : ſed intellige per tabellionem , qui non
mutata ſubſtantia,licet mutatis verbis in ſcriptis redegit ſenten
tiam:argumen.j. de conuer.coniuga. dudum.§ 1. alioquin cùm
illiteratus neſciat ſcribere vel legere ſequeretur, quòd non poſ-
ſit eſſe arbiter : contra id quod not. ſuprà , eodem. §. quis poſſit.
quod dic vt not.j. de ſenten. & re iudica.ſub rubrica, de ſenten-
tia.§.qualiter. verſicu.3.& verſicu.4. & ſequent Item , quòd co-
ram partibus pronuncietur.ff.eodem.diem § ſi quis.Item , vt ab
eius ſententia etiam maiores iuſta de cauſa reſtituãtur.ff. ex qui-
bus cauſ.maio.l.2. Item , vt intra triennium terminetur. argum.
ff.eo.item ſi vnus.§.ſi multò poſt.& l.litigatores.reſp.1. Sed con-
trà,in authen. de appellat.collat.4. reſpon.1.§ ſancimus. vbi non
obſt.lapſus biennij , etiam ſi decies millies ſit lapſus : ſed certè ni-
hil aliud probat, niſi quòd biennium quod datur ad proſequen-
dam appellationem non currit partibus , quandiu litigatur corã
arbitris : imò nihilominus cognoſcet iudex de appellatione la-
pſo biennio. Item vt litem ſuam faciat , ſi iniquè arbitretur. C de
pact. ſi quis in conſcibendo. Item vt actio & exceptio oriatur ex
ſententia, ſecundum ea quæ not.ſuprà , eod.§.qualiter. & in om-
nibus dico ſimilia iudicia & arbitria : niſi vbi inueniuntur diſſi-
milia.

Sunt autem diſſimilia in appellatione. C. eod.l.1.quia non ap-
10 pellatur à ſententia† arbitri: vt ibi.& 2.quæſt 6.à iudicibus. Item,
ſententia arbitri non infamat. Item multa ſunt ſuper quibus non
poteſt cognoſci per arbitrum:quod dic vt not.ſ.eod.§ de qua re.
Item,quia infamis arbitrari poteſt: vt not.ſ.eod § quis poſſit Itẽ
non poteſt pronunciare,niſi vtraque parte præſente: vt dixi ſ §.
proxi.verſic.ſed & hoc modo Item non poteſt citare partes niſi
ad locum vbi compromiſſum eſt: vt not.ſ.eo.ſub § conſtituitur.
verſic. item conſtituitur . Item non poteſt delegare arbitrum.ff.
eod.non diſtinguemus.§.quæſitum.& l.in compromiſſis.Item ſa
tiſdatio non præſtatur coram arbitris: quia ſufficit pœnæ petitio.
in authen de litig.§. ad excludendas.mihi incipit § omne autem
diſpendium.col.8 Item in arbitrio non poteſt mora purgari poſt
diem datum ad ſolutionem faciendam.ff.eod.quid tamen.§ ſolu
tioni.& l.ſi cùm dies.§.vltim.& l. Celſus aliud in iudicio.C.de fi-
deiu. ſancimus.ff. ſi quis cau. & ſi poſt tres . Item nullo pacto ab
initio fieri poteſt, ꝙ ſententiæ ſtetur:nec poteſt ſententiam ſuam
executioni mandare C. eodem.l.pen. ſecus in iudicio.C. de tem-
po appel l.fina.ff de appel.non reci.l.vlti.ff.de re iudi.à diuo Pio.
Item in arbitrio non eſt locus reconuentioni.j eodem,cùm dile-
ctus Item non poteſt aſſignare diem ad ferendam ſententiam,
niſi ſit actum, vel niſi partes de nouo conſentiant.infrà,eodem.ex
11 parte.ff eodem. non diſtinguemus.§. vltim. † Sed nunquid po-
teſt punire contumacem in expenſis , vel de fructibus cognoſce-
re ? Non videtur. niſi hoc dictum fuerit.j.eodem. cùm dilectus.
ff eo.non diſtinguemus §. de offic.& § vlti. & expreſſus caſus vi-
detur.ff.eod.quid tamen.§ vlti.& de iudi.l.2.§ fin.poteſt dici con
trà.nec obſt. ꝙ non venit in compromiſſo , niſi de quo actum eſt
vt veniat: imò contrà eſt : quia ad ſimilitudinem iudiciorum re-
dacta ſunt. vt ſ.dixi. nec obſt.l. quid tamen.§.vltim. quia verum
eſt de pœna,ſub qua compromiſſum eſt,cognoſcere nõ poteſt,
niſi hoc dictum ſit:ſecus de accidentibus argum.ſ.de in integ.re
ſti.cauſa.§.1.nec obſt ff.de iudic.l.2.§.vlt.Confiteor enim,ꝙ mul
ctando punire non poteſt : vt ibi, ſed condemnando ad intereſſe
poteſt ff eod.non diſtinguemus §.vlti.qui incipit:item non eſt in
fin.& ſic poteſt intelligi ff eod. non ex omnibus.& arg .ff.de red-
hibi.act.ædiles §.item ſciendum.ff.de re iudica.Paulus.quomodo
enim procederet aliàs ſi ponamus actorem contumacem,niſi ex-
penſas reſtitueret, cùm ei aditus iudiciorum claudatur.C.de iud.
ſancimus.nam iuſtam exceptionem debet admittere arbiter,ſicut
& iudex:ſuprà,de offic.deleg.ex parte 2.ſed ſi hoc de actore con
ceditur , idem in reo.argu ff de regu.iur non debet quia nec ar-
bitrium claudicare debet: vt dixi ſuprà,ſub §. conſtituitur.argu.
ff.iudicatum ſolui.iam tamen.§.in hac.j.de or.cog.cùm dilectus.
reſpon.1.in fine. ergo ſi actor contumax fuerit , & poſtea veniet,
in nullo audiet ipſum arbiter,niſi primò de expẽſis ſatisfaciat:ſed
nec reum contumacem audiet, ſi petat ſcripta , vel aliquid aliud
proponat , niſi & primò de expenſis ſatisfaciat. vterque igitur &
ſi non condemnetur per arbitrum , debet ſe offerre ad ſatisfa-
ctionem,ſi audiri velit,ſicut aliàs habes ſimile, infrà de ordine co
gni cùm dilectus.§.nos autem.ad fin. ſed & arbiter poteſt facere
condemnationem,ſicut & citare poteſt per nuncium vel epiſto-
lam,vt not.ſ.§.qualiter ad effectum.nec videtur , pronunciaſſe,
niſi de fructibus pronunciet.ff. de rei vendi.& ex diuerſo §.1. Sed
contra ff. eodem. de his . Solutio . Illud intellige non de acceſſo
riis , ſed principalibus . Et vbi ab initio plenum fuit compromiſ-
ſum : vt , Si ego & tu compromiſimus de omnibus controuer-
ſiis , quæ ſunt inter me & te. ff. eodem. ſi cùm dies.§. plenum.li-
cet poſt lit.conteſta.auferam tibi caſtrum,de hoc non poteſt ar-
biter cognoſcere:quod mirum eſt,quia nec de hoc potuit ab ini
tio excogitari. alij intelligunt l.non ex omnibus ſ. ꝙ poſſit puni
re contumacem in arbitrariis actionib. deferendo iuſiurandum
in litẽ:vel quando actum eſt in compromiſſo, ꝙ ſæpius commit-
tatur pœna aliàs commiſſa:ideo quia rem non reſtituit,nõ com-
mittetur poſtea hac ratione, quòd iuranti non ſatisfaciat. ff eod.
ſi duo.§.vltim. porrò ſi vni defert iuramentũ : quia alter non ex-
hibet nomina teſtium,nõ propter hoc in litẽ iuratur,nec dicitur
actio arbitraria.vt in l.non ex omnibus, ſed an committatur pœ
na,non exprimit.& videtur quod ſic,quia per hoc impeditur ar-
biter pronunciare Sed pone,compromiſſum factum in aliquem
ſuper aliqua re , per actorem datus eſt libellus reo, & tempus ad
deliberandum , rediit & dicit, Deliberaui non contendere cum
actore , quid faciet arbiter ? Inſtat enim actor , & dicit arbitro,
Quæratis ſi poſſidet rem,de qua ago.nam & iudex hoc quęreret.
ff de rei vendic.qui petitorio ſi dicit. Non poſſideo,dicet actor,
mittatis me in poſſeſſ. nam & iudex hoc faceret : ergo & vos de-
betis hoc facere.argum.ff. eodem.l.1.& l. Pompo.§. recepiſſe.&
de rei vendicatio.l.fina de inſtito.actio.qui ſeruum.§.penulti.re-
ſpondebit reus,Domine,non debetis hoc facere, quia ponere in
poſſeſſionem, miſti imperii eſt.ff.de iuriſdict.omn.iudic.iubere.
& de his quę pertinent ad merum imperium,vel miſtum,nihil ad
arbitrum. vt ff.eod. non diſtinguemus.§. ſi per errorem.aliàs eſt
l.& l. de liberali. Item alia ratione non debetis ipſum actorem au
dire,quia aut verum dixit , & ſic non debetis eum ponere in poſ-
ſeſſionem: aut falſum , & ſic de hoc falſo nihil ad vos,quia de ip-
ſo non eſt in vos cõpromiſſum,nec erat de hoc lis tempore com
promiſſi. ad hoc.ff. eodem.non diſtinguemus.§. fina.& l de his.
ſuprà,de reſcrip.cap.fin.verſicu aut literas. Sed obiiciet actor de
eo quod legitur.ff.de rei ven.non ſolum.& de redhibit acti.ædi-
les §.item ſciendum.reſpondebit reus aliud in compromiſſo ubi
dolus,vel delictum commiſſum poſtea punitur per act.ex ſtipula
tu ſi hoc eſt cõpromiſſum, uel per exceptionem doli, & non per
officium arbitri, quod non extenditur ultra quàm dictum ſit.ff.
eod.non diſtinguemus § de offi.& l ita demum.C.eod.l.3.& for-
tè hac reſponſione innuitur quid actor debeat facere.Sed ſi reus
poſt compromiſſum dolo deſijt poſſidere, cum de re ipſa ſimpli
citer fuerit compromiſſum, an de hoc debeat ſe intromittere,&
an res ſit litigioſa , quaſi ſub iudice eſt argumen.C.eod. titulo.l.
penult.in fine Sin autem ueniat reus,& dicat,Bene confiteor me
poſſidere,ſed nolo litigare , quia iuraui non litigare ſecum : non
confiteor , nec nego rem ſuam eſſe , quia nolo litem conteſtari,
nec poteſtis me compellere : dediſtis mihi diem ad deliberandũ,
& ego deliberaui non litigare.dicit actor , Procedatis contra ip-
ſum , ſicut iudex faceret.ff. de noxa. non ſolum. uel compellatis
ipſum reſpondere, vtrum res ſit mea.reſpondebit reus , Non eſt
ſuum:ſed hic uidetur quòd poſſit illudi compromiſſo.ff.eo.non
diſtinguemus.§.quæſitum.& l.idem Pedius. ibi quemadmodum
ſatiſdetur , & c.ſecundum Vber.de Bobio. Notabis etiam , quia
cum arbitria redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum , poteſt
arbiter citare,& lit.conteſta.audire , & dare dilationem ad teſtes
producendos,uel inſtrumenta, & datam abbreuiare cauſa cogni
tá,nam interlocutoriam mutare poteſt,non diffinitiuam:in quo
caſu Caſſius ſententiam magiſtri ſui bene excuſauit. ff. eod. qua-
7 b VTRUM † libellus ſit [b] de ſubſtantia iudicij . Dicunt quidam, ꝙ non: ſed ita demum dādus eſt, ſi fuerit poſtulatus.11.quæſt.1.ſi quis cum clerico.ĵ.de dolo & contu.prout. ubi non fuit libellus porrectus.& argumen.3.quæſtio 6.pulſatus. dominus meus contrà, quia lit.conteſt contra hoc indultum habita pro nihilo eſt.3.quæſt.3 offeratur.in fin.2.quæſt 1.legum.in authen.de exhib.& intro.re.§.illud quoque.oportet enim conteſtationem in ſcriptis eſſe.ut in authen.de tempore non ſol.pecu. ſuper dote.§.1.& in §.conteſtationem.coll.7.& ad hoc ĵ.de probatio. quoniam contra falſam . vbi omnia in ſcriptis præcipiuntur redigi.C. de appellat ne cauſa & hoc ſiue cauſa ciuilis ſit , ut probant iura inducta , ſiue criminalis.3.quæſtio.8 libellorum.& in hoc iudex poteſt etiam ſupplere, ut patet ĵ.eo.ignarus nam iudex erat ignarus ſynodo præſidens , & dixit agentibus , oportet uos ſecundum eccleſiaſticam , & c quod non feciſſet, niſi fuiſſet de ſubſtātia iudicii : quia iam uideretur de facto ſupplere, & hoc patet ex eo, ꝙ offerendus eſt, ut dicit authen.offeratur.& ĵ.cod. in ipſa rub.ſignificatio cuius uerbi exigit, ut gratis & proprio motu dari debeat.Cod.de uſur.acceptam.& eſt expreſſum ff.de leg. 3. fideicommiſſa.§. ſi rem . & hoc etiam , ꝙ aliter non ualeat lite conteſta.apertè probatur in corpore authen.quia ita dicit, quòd quidam per artes ſuas & machinationes uocāt aduerſarios ſuos ſimplices in iudicium, & faciunt litem cōteſtari, ut ſic remaneāt obligati.ut in authen.de exhib & intro.reis § illud.col.5.& ſeq. §.præcipit quòd offeratur. & quòd lit.conteſt hac obla.omiſſa, pro nulla habeatur. & de hac oblatione multa not.ĵ. de ſolu.ſub §.eſt & oblatio. Et hoc uerum eſt, ubicunque in forma iudicij ſtricta ratione conſiderata proceditur:aliud, ſi de plano : ut in cauſa inquiſitionis & denunciationis. & tamen ibi capitula , de quibus inquirendum eſt, ſunt edenda.quod dic ut not ĵ.de inquiſi.Item fallit in caſibus , puta quia cauſæ uiles ſunt, & paruæ ſummæ, uel quia ruſtici, ſeu agricultores, uel pauperes ſint litigantes.ut in authen.de manda.princ.§.ſit tibi col. 3.in authen.de quæſtore col. 5.C.de ſent. ex breui.recit. authen. breuiſſimas. aliàs incipit, niſi breuiores.dicebantur olim breues lites, vſq; ad 50.aureos.C.de defen.ciui.l.1.hodie uerò vſque ad 300 vt in authen de defen.ciui.§.ex prouinciali.& §.iudicare, & ſic intellige , ꝙ epiſcopus inter clericos ſuos de plano , ſine ſcriptura, & ſine ſportulis cauſas audiat.

ADDITIONES.

a Libellus ineptè conceptus. ¶ Adde Inn.& Hoſti. in c.1.de of.vic. Io.An. in addi.Spe.ti.de accu.in §.1. Ant.de But.in c.examinata.de iudi. Bal.in l. edita.C.de eden.Iac.But.in l.licet.ff.de procu. & ubicunque libellus eſt ineptus, tunc nullus terminus currit ad excipiendum, ſecundum Bal.in d l.edita.quem ſequitur Barb.in d.c.examinata.in 11.col.

b Vtrum libellus. ¶ Adde c.1.e.tit.gl.in c.2.de lit.cont.lib.6.gl.in c.prout.de dolo & contu.gl.in c.de cauſis.de offi.dele.glo.in cle.ſæpe. de verb.ſig.& in auth.offeratur.C.de lit.conteſt.

audiat,vt 11.q.1.ſi quis cū clerico.vel fortè ſpeciale eſt ibi,quod
idē epiſcopus ex non ſcripto procedit,ſicut & alibi,ſcilicet quā
do iudex aufugit, nec reddit rationem.vt in authen.vt iudi.ſine
quoquo ſuffragio.§.neceſſitatem.col.2. Idem ſi agatur de bene-
ficiis obtinendis.quod dic vt not.j̃.de excep.§.& quando.verſi.
fi.Item ſi agatur de minus canonicè obtentis,ſine diœceſani licē
tia.16.quæſt.7.nullus.j̃.de inſtit.capi.3.de exceſ.prælat.ad aures.
s̃.de cleric.peregr.cap.fin.vel diutina vocatione, vel aliis graua-
minibus eccleſiarum,quæ diœceſanus ex officio ſuo debet cor-
rigere,quandocunque ipſe ex officio procedit,vt patet j̃.vt be-
ne.ecc.c.1.de præb.c.de monachis.& c.graue.s̃. de ſupplen.neg.
præl.c.2.10 q.1. regenda. idem vbi de plano iudicis officium ex-
peditur,de quo multa exempla inuenies not.s̃.de offi.iudic.§.&
vtrum.j̃.de feriis.§.quid in eis.j̃.de accu.ſub rubrica, de crimina
libus ſine ordine puni. & j̃.vt lite non conteſta. per totum. & s̃.
de iudi.§.quæ ſit.ſub §.illud.verſ.item in cauſæ.Item ſi partes in-
ter ſe conueniant ex certa conſcientia, ꝙ de plano procedat iu-
dex,& ſimpliciter ſupponendo ſe mandato & voluntati ac arbi-
trio ſuo.vt C.de priui.ſchol.quoties.in fin lib.12.ſic intelligo C.
de epiſcop.& cleri.generaliter.in fin. & in corpore auth.de litig.
§.ad excludendas. verſi.omne autem diſpendiū.coll.8. Et ſic in-
tellige,ꝙ iudex ipſius rei, de qua iudex eſt,poteſt fieri arbiter,id
eſt,arbitrator.not.s̃.de arbitr.§.quis poſſit.verſicu.ſed nunquid
iudex.Item nec in cauſa matrimoniali videtur neceſſaria ſcriptu
ra.j̃.de teſta.Albericus.quod dic vt not.j̃. de ſenten & re iudi.§.
qualiter proferri.verſi.quid de cauſa matrimoniali.Item cū pręſes conuenitur,vt rationē reddat adminiſtrationis ſuę finito of-
ficio.in auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffragio.§.neceſſitatē.col.2.
Nec obſtat j̃.de dolo & contu.prout.nec alia contraria:quia in-
telligendum eſt, ꝙ ibi præceſſit libellus, vel qđ habebatur vice
libelli. nam ſi ex tenore reſcripti poteſt aliquis inſtrui ſuper peti-
tione actoris, nec libellum, nec inducias dilatorias obtinebit.j̃.
de dila.præterea.& ar.op.C.quomodo & quādo iudex auth.qui
ſemel.vbi oblatio libelli & preces oblatæ principi,& iudici dire-
ctæ,& per ipſum aduerſario inſinuatæ, æquiparantur. vel fortè
dabitur libellus,licet non detur dilatio, niſi permodica ad caute
lam.Vel de neceſſitate ſi dubitet, & nunquā habuit diem ad de-
liberandum.arg.ff.de eden.l.1.reſp.1. & in his quæ no.j̃.verſi.itē
contra.& ſeq.& j̃.de dila.§.& quare.verſic.quid ergo.vel dic vt
not.j̃.de excep.§.& quando.verſi.fin.Conſuetudo tamen quaſi
generalis primam ſentētiam approbare videtur. ſed dico ipſam
erroneam & irrationabilem: quia etiam per pactum expreſſum
non puto procedere poſſe,ꝙ iudex in lite procedat,& ipſam de
iure ſtricto,& diffinitiuè pronūciando determinet ſine oblatio-
ne libelli.Sed voluntati & arbitrio poſſunt ſe ſupponere,vt dixi.
& ſic hoc ius iudico publicum authoritate & vtilitate,quod dic
vt notatur s̃.de renun.§.& quę renunciari.& accedit ff.de admi.
tuto.quidam decedens. alij tamen hoc ius intelligunt priuatum
vtilitate: ſed inductum propter communem vtilitatem. vnde ta
citè ei renunciari poteſt, ſicut dicitur in ſacramento.c.quamuis
8 non expreſſim.quod non puto verum niſi prout dixi. † Libellus
autem ſecundū Gof.porrigendus & offerendus eſt reo ab acto-
re.vt 3.q.3.auth.offeratur.& auth.libellum.Doctores tamen cō
muniter dicunt,ꝙ iudici offerendus eſt.& iudex offert reo.vt j̃.
eo.tit.c.1.C.de epiſco.& cler.auth generaliter. ergo offeratur li-
bellus ſubaudi iudici, qui ipſum offert ei qui ad iudicium & c.&
ſic intelligunt auth.offerat̃.& offerri debet ab actore.ff.de eden.
l.1.§.1.& ante litis conteſt.vt patet ex præmiſſis: & in iudicio.vt
in auth.offeratur. ſecundum hominem bonum: ſed videtur, ꝙ
etiam extra iudicium offerri poſſit.arg.in his quæ not.s̃.e.verſi.
a nec obſtat.Item qa & diebus feriatis,[a] quibus exercetur iudiciū,
offertur.vt ff.de adul.miles.§.ſexaginta.nec authen.contradicit,
& hoc etiam approbat conſuetudo.& ſatis videtur hoc facere iu
dex,quia in actis redigitur, & ad præceptum iudicis hoc fit.Sed
contrà, quia chartæ non debent offerri, niſi præſente aduerſa-
rio.3.q.9.chartæ. ſed dicunt illud exaudiendum in criminalibus,
in quibus præſens à præſente accuſari debet.contradicit tamen
§.ſexaginta. qui in criminalibus loquitur. & vide quod not.j̃.de
accu.§.quis accuſati.Item cōtrà:nulla enim dilatio datur à pro-
cedente iudice.vt C.de dila.à procedente.ſed omnis libellus da-
tur cum dilatione. vt in auth.offeratur. ergo nullus libellus da-
9 tur à procedente iudice Item dilatio † libelli arbitraria eſt: quia
aliquando dantur plus quam 20.dies.s̃.de proc.dilectus.aliquan
do minus.argu.in auth de man.prin.§.ſit tibi.col.3. Sed hoc non
debet fieri,niſi cauſa cognita.ergo non niſi ſedēte iudice pro tri
bunali.3.q.3.§.ſpacium.ver.à iudice ff.de off.proc.nec quicquā.
§.vbi.Item offertur libellus ei,qui ad iudiciū vocatur,non ergo
illi qui non vocatur ad iudicium, nec extra iudicium.Item eadē
dies aſſignanda eſt partibus: quare & diem oblationis libelli de-
bet continere libellus ſcriptum ab eo qui recipit,ne ars quędam
fiat,puta ne reus fortè poſſit dicere, Adhuc non uenit dies,pro-
pria ſcriptura ſibi obſtante.in authen. de exhib. reis.§.ſancimus
igitur.coll.5.ergo hoc præſentibus partibus & in figura iudicij
fieri debet. imò & de conſenſu partium datur dies.j̃.de appella.
ſignificante.vnde & petitiones in actis redigendæ ſunt.j̃.de pro-
bat.quoniam contra falſam.Solu.Puto quòd iudici poteſt offer
ri quolibet die. & ſic intellige ff. de adult.miles.§.ſexaginta. Sed
reo non puto ꝙ ſit extra iudicium offerendus, vt in contrariis.
& arg.C.de adult.iure mariti.ibi,quibus in publico eius facultas
fuerit,& c.ff.quis ordo in bon.poſ.ſeruetur. vtile.§.dies.nec ob-
ſtat j̃.de dila.§.præterea.nam quod dicit reo ad iudicium legiti-
mè conuocato,exponendum eſt,i.competenti termino aſſigna
to.j̃.de dilatio.c.1.& in libello oblato, vt dicit auth.offeratur.&
quod dicit, Induciæ deliberatoriæ, & c.ſubaudi 20.dierum: ſed
pauciores dies ſufficient,vel etiam nullam dabit, ſi plenè certus
eſt & inſtructus, vt dicit ipſa litera.arg.s̃.de elect. cum inter vni-
uerſas.ff.de actio.emp.& vend.l.ſi.ſic igitur offertur libellus par
ti,iudice pro tribunali ſedente & audiente, & quāta dilatio dari
debeat,diffiniente,ſicut dixi quis debeat offerre,& cui,& quan-
do,& vbi,qualiter,& ad quid fiat.

10 **Vtrum poſsit** actor † deſiſtere à proſecutione li-
belli. Poteſt quidem,re integra indi-
ſtinctè.vt C.vt ne.inui.age. vel accu.co. in rubro & in nigro. ſed
ſunt quidam,quibus periculum imminet,niſi egerint,vt tutores
vel curatores.vt C.arbit.tute.nomina. & de admin.tut.debitori
bus.& l.ſeq.& pupillorum & geſtorum negotiorum, ſi erat co-
gnatus domini abſentis. & de facili potuit ſatiſdare.ff.de negot.
geſt.ſin autem.item procu vt C.man.procuratorem.& admini-
ſtrator ciuitatis vt ff.de admin.re.ad ciuit.perti.l.vlt.§.4.& pen.
Item hæres qui vindicat mortem defuncti, quod intelligo non
occidendo,ſed accuſando interfectores ipſius,vt C.ad Syllan.ſe
natuſc.l.1.item quilibet agere cogitur & proſequi libellum,vſq;
ad finem,lite conteſt.vel act.ſemel propoſita, & reo citato oſtē
ſa.vt C.quomodo & quādo iud.auth.qui ſemel.& in auth.de li-
tig.§.omnem verò.j̃.de dolo & contu.cauſam quæ.& adde qđ
11 not.j̃.eo.§.proxi.ver.qđ ergo dixi. † Sed nunquid iudex poteſt
præfigere terminum actori,intra quem agat, ſi voluerit,alioqn
poſtea non audietur? Non videtur, quia in poteſtate ſua eſt qn̄
agat.vt C.vt ne.inuitus.& de tempo.in integ.reſti.petē.ff.de cal.
annus.& ideo cogi non poteſt.arg.C. de pig.creditor. Itē actio
certo tempore limitata eſt:& ſic habet actor certum tempus à iu
rę.ergo priuatus auferre non poteſt.vt in auth.de nup.§.quid dę
augmētis.in fin.col 4.38.diſt. de his.in auth.conſti.quæ de digni
tati.in fi.col.6.Contrà credo, ſcilicet ꝙ ex cauſa poſſit arctari tē
pus legis per iudicem.Quid enim ſi ciuis expectat,quouſq; ſcho-
laris ſit in progreſſu receſſus ſui, & quādo vult aſcendere equū,
citat ipſum calumnioſè, vt ſcholaris redimat ſe, qui nullatenus
remanere poteſt,cum neceſſitas cogat ipſum,& expenſæ graues
immineant & omnia ſint parata: ideo credo ꝙ ex tali cauſa, vel
quacunque iuſta, poteſt iudex arctare tempus.vt dixi.argu.C.de
inge.& ma.l.diffamari & de remiſ.pig.ſi eo.& qui accu.non poſ.
ſi ea.& de vſu.l.fi.5.q.1.quidam.s̃.de reſcrip.nonnulli.reſp.1.&
c.fin.& in auth.vt cùm de ap.cog.§.ſed & hoc in præſenti.col.8.
& expreſſum eſt in auth.d.n.de reſti.ſpol.extrà. frequens.§.ſolet
enim ſic arctatur j̃.de cōuer.coniu.ex publico.& de clan.deſpō.
cum inhibitio.s̃.de ele.ne pro defectu.& c.cū in veteri.ff.de op.
leg.mancipiorum.nec obſtant iura s̃.in contrariū allegata, quia
intelligenda ſunt quò ad partes, ſcilicet quādo iudex nō arctat,
vel hoc facit ſine cauſa. Sed nec iudex priuatus eſt. nec obſtat
28.diſt. de his quia illud voluntatis eſt. 22.q.1.integritas. & vide
qđ not.j̃.de mu.peti.§.qualiter procedendū ſit, ver.& nunquid
vbi impetrauit.& j̃.de dila.§.& quare verſ.ſed quod dixi.Quod
dixi,in agēdo & defendendo,fortè locum habet, ſcilicet ꝙ quis
non teneatur præcisè defendere ſe,ſed mittatur actor in poſſ.&
fiat venditio, vel indicatur mulcta, vt nota.s̃.titu.1.§.quibus ex
cauſis.verſi.item ratione contractus.ff. de bon.aut.iudic.poſſ.l.
pen.& dicetur j̃.de dolo.ſub rubri. de contum.§.qua pœna.ver.
item tanquam cōtra actorem. & ſeq.& vt lit.nō conteſt.§.& in
aliis,procurator tamen actoris qui de defendēdo cauit, præcisè
tenetur defendere.s̃.de procu.ſed & hæ.§.pen.& not.s̃.de proc.
§.ad quid tenetur.ver.hoc ſi non conſtat.& § præced.verſi.item
ad officium eius pertinet.& j̃.de lit.conteſt.§.& qualiter.

12 b **Et an libellus** mutari† poſſit [b] Vtique:vt C.de edeu.
edita actio. quandocunque ante ſen-
tentiam, ſecundum Pla.& M. vt Inſtitut.de act.§.ſi minus.ff.de
noxa.

ADDITIONES.

a Et diebus feriatis. ¶ Adde gl.in c.præſcripta.2.q.8.gl.in §.quod ſi per 20.
de elect.lib.6.gl.in l.iure mariti.C.de adul. Bal.in l.diuus.ff.de feriis.Bal.
in c.fi.de feriis.Bar.& Bal.in rub.C.de in ius voc.

b An libellus mutari poſsit. ¶ Adde Card. Zab.in c.3.in pen.q.de lib.obla.
idem Car.in cle.ſæpe.in 18.q.de verb.ſign.

noxa.In delictis.§.si detracta.dominus meus cōtrà.& ideo dic, quòd in vniuersali actione mutari & emendari potest addendo vel detrahendo, non dico act.mutando.vt j.quandocunq; ante sententiam,vt ait Pla.& M.vt ff.de peti.hære.l.4.& l.si quo tempore. Sed in singulari non licet lit.contestat.secundum Columbum,ff.de iudic.non potest.C.de temp.appella.l.ulti.& sic intel lige.C.de edendo.l.edita.2.quæst.7.libellorum.ff.de except.rei iu.l.egi.& l.cùm quæritur.& l.cùm de hoc,uel secundum Azo.licet hoc quandocunque, antequam sacramentum de calumn. præstitum sit aliàs iuraretur bis de calum.secundo scilicet ratione additionis, quod prohibet ius, ut dicam j.de iura.calumn.§.quando.& si tacite remissum sit sacramentum, quod potest fieri.C.de iura.cal.l.2.§.sed quia licet. quandocunque ante depositionem testium.secundum Io.& sic etiam licet mutare act.dum modo alia causa non apponatur, ut si ab initio proposui actio. ui bo.rap.pro re mobili rapta,modò uolo proponere actionem furti ex eadem causa licet.ad hoc.ff.de iurei.duobus.§.exceptio.& §.colonus.& in dictis ll.in quibus ex eadem causa plures actiones oriuntur,quas no.s.eod.§.quid debeat.uersi.actio.ibi an sit tale factum,&c. Quid ergo,si prorsus extraneã act.mutet,ut primo proposuit fam.erc.postea proponat rei uendi. dicunt quidã φ potest.arg.Insti.de actio.§.si quis aliud pro alio.sed hoc nō est uerum: quia cùm noua causa sit, nouæ dilationes dãdæ essent,& noua lit.contest.facienda, cùm prorsus sit alia causa. Sed & hoc quidem potest saluo iure rei scilicet ut condemnetur sibi ad interesse.& expensas omnes quas fecit.si ergo nil interest, impunè mutabit.ff.de interrog.actio.de ætate.§.ulti.&man. si mandauero.§.sicut.& de eden.ubi.§.is autem.& de iudi.eum quem temerè & sic intelligas,φ licet porrigenti libellum recuperare, ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur.2.quæst.6.si quis libellos.C.de app.si quis libel.argu.ff.de regul.iuris.nemo.Sed & libellus accusationis reuocari potest.2.q.3.si quem pœnituerit.quod tamen dic,ut notatur j.de acc.§.qualiter procedatur.uer.hoc siue crimen.& seq.Quod ergo dixi s.§.prox.uer.item quilibet agere cogitur, scilicet quod ex quo actor semel proposuit actionem, necesse habet eam prosequi usq; in finem lit. expone actionem id est,causam.uel dic actionem propositam,uel aliam quæ ad eãdem causam competat:hoc enim impunè licebit, prout dictum est:nisi forte actor in totũ destiterit.C.de pœnis.postquam, sed non destitisse uidetur,qui distulit, sed qui in totum renunciauit. ff.de minori.destitisse uidetur.Et secundum hoc parum uidetur addere in libellis clausula,quæ tota die apponitur in fi.scilicet,& supradicta petit,saluo iure addẽdi [a] diminuendi, & corrigendi, & permutandi,& emendandi.quam habes positam in textu.j.de fid.instr.inter dilectos.resp.1.quia siue apponatur, siue non,habet locum quod dixi.sed quidã apponunt,saluo iure, & c quandocunq; vsq; ad finem litis.& non consulo,φ hoc uerbũ admittatis,ne uideamini approbare sentẽtiam Pla.suprà positam,& tacitè renunciare iuri uestro.arg.j.de his quę fiunt à maio.parte.c.ex ore.& j.de cenfib.cùm olim.s.de of.deleg.gratũ.& c.relatũ.C.de iure doc.impet.nisi creditor.hæc enim uerba quandocunq; ante sententiam,proculdubio aliquid operari debent.ff.de usur.si stipulatus.& extẽsiua sunt,ergo extenduntur.ff.ad Tertulian.l.filij mater.§.filius & §.ēt tacita renũciatio magis prodest quandoq;,quàm expressa.Item contrariã actionem mutare nō licet: qa in his per electionẽ unius altera tollitur,& ambas propponẽs non est audiendus,ut notatur s.e.§.quid debeat.uersi.si circa idẽ. nec obstant ↄ̃ria signata,quæ faciũt pro snĩa Pla.s.in prin. huius §.nam quod dicit §.si minus,φ in eodẽ iudicio licet amplius proponere,expone,id est,apud eundem iudicem, nam p.p identitatem personarum,litigatorũ & iudicis, idem dicitur iudiciũ,licet aliud petatur.ut Insti.de actio.§.si quis aliud pro alio. nec obstat l.in delictis.§.si detracta.quia ibi ex eadem cã.& ex eadem actione, & ad idẽ agitur.licet esset uariatio in quodam beneficio, qđ dominus habet per legem scilicet,ut conuentus noxaliter possit pro noxa dare seruũ, ut Insti.de actio.§ summa. Sed de æquitate canonica uera est fortè snĩa Pla. arg. in his quæ notantur s.eo.§.quid debeat.uer.T. dixit.& modica mutatio nō obest.j.de dila.literæ.quod dic ut notatur j.de dila.§.& quare.uersi.quid ergo,

13 **Quis sit** eius effectus.† Hic est ut certa feratur sententia lit.contest.si de causa liqueat.quia secũdum petitionem in libello factam, formanda est sententia.ut notat.s.e.§.quid debeat.sub § patet ex præmissis.uer.in personalib.in fine. itẽ obligat offerentẽ causam ad finẽ pducere.ut C.quomodo & quando iudex.auth.qui semel. quod dic ut notatur s.e.§.& an libellus.& §.utrũ possit.Item perpetuat act.annalem,sicut est actio iniuriarum,si principi oblatus fuerit,ut C.quando lib.prin.oblatus.l.1.& 2.Item facit rem litigiosam,secuta per executorem denunciatione.C.de litig.auth.litigiosa.sed hoc intellige.j.ut lit.pend.ecclesia.11.q.1.quia res.Item eodẽ modo interrumpit præscriptionem.C.de præscrip.30.ann.sicut in rem.& in tãtum hoc uerum est,ut si quis aliquem in libello obnoxium dixerit, & si libellus nullam causam,uel unam solam contineat,omnium tamẽ actionum personaliũ uidetur interruptio facta. C.de annali excep.si ex multis.nec obstat φ libellus ineptè uideatur formatus, quando nulla causa exprimitur: nam & sine libello sola executoris conuentio præscriptionem interrumpit, ut in lege allegata. sicut in rem.de facili enim fit interruptio in odium præscriptionis,ut innuit dicta l.si ex multis.in fiñ.ergo libellus oblatus ipsam multo fortius interrũpit. Quinimò libellus oblatus ipsam actionem perpetuat, ut C.de annali excep.l.1.lite tamen contesta.ut dicam j.de lit.contesta.§.quis sit effectus.

ADDITIO.

a Saluo iure addẽdi.¶ Adde gl.& ibi Abb.in c.inter dilectos.de fi.instr.Speti.de li.con.in §.nunc videndum.circa fi.Bar.in l.non solũ.in §.morte.ff.de no.op.nun.Bal.in l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iud.Ang.in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudic.

DE MVTVIS PETITIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Petitiones mutuæ quæ dicantur.*
2. *Petitiones mutuæ apud quem fieri debeant.*
3. *Petitiones mutuæ quando sunt fiendæ.*
4. *Reconuentioni an sit locus in causa appellationis.*
5. *Procedi qualiter debeat in mutuis petitionibus.*
6. *Mutuæ petitiones quibus casibus cessare debeant.*

QVoties contingit, φ libello reo oblato, reo offertur libellus à reo actori: ut ergo sciamus quid iuris de reoblatione ista,uideamus de mutuis petitionibus,dicẽtes,Quę dicantur mutuæ petitiones,Apud quem fieri debeant, Et qñ faciẽdæ sunt,Quæ pęna actoris nolentis respondere,Qualiter procedendum sit in mutuis petitionib.Et in quib.casib.cessare debeãt.

1 a **Quæ dicantur** mutuæ† petitiones, [a] Respondeo, adinuicem propositæ quæstiones. quod patet ex significatione uerbi.& de his C.de compensa.neque scriptura.ff.de uar.& extraord.cog.l.1.§.vlt.

2 **Apud quem** fieri debeant,† Apud eundem iudicem. nec enim cōtinentia iudicij diuidenda est,ut j.de sequestr.possess.c.1.C.de iudi.nulli.s.de rescrip.cap.si uersi.seu quenquam.

3 **Et quando** faciendæ sunt.† Ante lit.contest.aliàs lite contestata semel non audietur reus uolẽs reconuenire actorem coram delegato,sed demùm finita lite poterit eum conuenire coram ordinario: ut C.de sententiis & interloc.omn.iudic authen.& consequenter.& est argu. φ uno & eodem tempore non est quis trahendus ad diuersa iudicia, ut est expressum s.de rescrip.c.ulti.& in authen.d.n.extrà,de rescrip.dispendia.quia præsumitur hoc facere fraudulenter: ergo imputet sibi qui tacuit. ut in authen.de execu.& his qui cōueniuntur.§ illud.uersi.si itaq; tacuerit.& hoc intelligo de litibus ortis ante lit.contest. quas sciebat reus sibi cōpetere.porrò in ortis postea, aut antea,sed ipse nesciebat.qđ exemplificat per l.de verb.obl.l.ult.& de reg.iur.qui in alterius.nec enim imputari potest taciturnitas.arg ff.de uen.inspi.l.1.j.de iur.cal.cęterum.& de excep.pastoralis.ergo in hoc casu coram ordinario lis suo marte discurrat.etiam innuit ordo iuris rubricellę hic positus:quia primò posuit cōpilator de libelli ob.secundò de mutuis petitionibus,ante rub.de lit.contesta.quasi uelit dicere, φ post libellum oblatum ante lit.contest.fieri debet,non post.Dixit tamen Azo,φ etiam post lit.contest.incontinenti, nullo cōtrario actu interueniente, potest fieri reconuentio.arg.C.de lib.causa.l.ult.super hoc uide concor.positas s.de ele.in prima forma super illo uerbo, mox.& idem dicit Gof.arg.C.de proc.nihil inter est. quia principium causæ dicitur contestatio.C.de iur.calum.l 2.uerum ubicũque libellus reconuentionis porrigitur vsque ad lit.contest.uel parum post,necesse habet reus respondere ad libellum reconuentionis lit.iam contest.in causa conuentionis, ut j.c.1.uerius uidetur,φ ante lit.con.arg.C.ubi in rẽ act.ex.deb.l.2.j.ut lit.non cont.quoniam.§.ult.& est ratio.ne processus alterius impediatur:quia qui prior appellat,prior agat.ut ff.de iudi.qui prior.j.de ord.cog.cũ dilec.§.nos autẽ. ut & apparet in his quæ not.j.e.§.qualiter procedendum sit, & hæc locũ habent in delegato.Sed nunquid corã ordinario locus est recōuentioni quãdocunq;,ita φ sint mutuæ petitiones? Quidam dicunt,φ sic:quibus nō assentio,ne pareretur præiudicium ei qui primò appellauit, ut s. proxi.dixi.pararetur autem præiudiciũ, quia differretur cognitio primæ causæ,cùm mutuæ

ADDITIO.

a Quæ dicantur mutuæ petitiones. ¶ Adde doc.in rub.eo.tit.

mutuæ petitiones simul retractandæ sint, ut dicam j. § qualiter. Sed tamen in modum conuentionis admittat, quandocunque intra tempus legitimum, cùm ipsius iurisdictio perpetua sit. & hoc est quod uoluit notare litera, dicens ꝙ procurator datus ad agendum lit. contest. cum eo vice mutua conuenitur, non dixit reconuenitur, quasi diceret, ex quo fit post lit. conte. mutuæ sunt conuentiones, vt ff. de compensatio. in rem. Et hoc verum intelligas, qñ tam actor quàm reus erat de eodē foro: quia tūc dicitur idem consul. ff. de offic. proconsul. meminisse. & ad municipales. l. magistratus, secundū dominum meum: nam si ex diuersis, ut quia clericus conuenit laicum coram iudice seculari, lite semel contest. non poterit laicus coram seculari reconuenire clericum, nec etiam conuenire: sed sequi forum suum, ut s. de iud. ca. fin. Restat igitur, ꝙ ante lit. conte. coram seculari iudice ipsum clericū potest reconuenire, nisi sit causa, quæ coram ecclesiastico iudice sit tractanda. super quo uide exempla s. de fo. comp. §. ex premissis patet. & in hoc casū potest laicus clericum conuenire coram iudice non suo, ratione reconuentionis, vt dixi s. de fo. compe. sub §. liquet etiam. & sic reconuentionis causa prorogatur iurisdictio ad alias res, quæ continentur in rescripto. quod est contra s. de offic. dele. P. & G. & c. cum olim abbas. & ad personas, in quibus ordinarius iurisdictionem non habet, ut in clerico, prout dixi, & probatur 3. q. 8. c. 1. sed certè ratione reconuentionis factus est iudex suus: & sic taceant qui dicunt, ꝙ in hoc casū speciale est, ꝙ sententia à non suo iudice lata teneat: imò iudex est, quia actor sequitur forum rei. s. de fo. compet. §. quibus ex causis. Sed quid si coram pedaneo iudice, qui de libertate nequit cognoscere, ut C. de peda. iud. l. 2. fiat reconuentio super libertate? Videtur ꝙ fieri possit. arg. C. de iud. quoties. & de ord. iud. l. 1. s. de rest. in integ. causa. §. de legati. Dic contra, quia nunquam potest fieri reconuentio coram iudice, nisi super causa, quam ex vi iurisdictionis habet, quòd non posset pronunciare: sed hoc in reconuentione necessarium est, ergo aliud in incidenti, quia ibi non pronunciat. † Sed nunquid in causa appellationis [a] locus est reconuentioni, secundum illos qui dicunt, quòd vna & eadem causa est cum principali? non. Sed secundum alios qui dicunt, quòd alia causa sit, pro quibus facit inf. de testa. Raynaldus. § demum. ver. dilectus. nam ibi fuit lis contesta. super causa app. quare patet, quòd alia causa, de hoc dicetur inf. de ap. §. quis sit effectus. ver. vbi autem à sententia & seq.

Quæ pœna nolentis actori respondere. Respondeo, ut ei nō respondeat. arg. j. de iura. calum. Imperatorum. & c. fi §. pœna. nam & si iudex reconuentionem negligeret, & vellet procedere in petitione actoris, repulsa reconuentione, non teneret factū suum, vel potius appellandum esset, ut ff. quæ sen. sine ap. re. l. 1. §. vltim. & ad hoc. ff. de procur. mutus §. pœna. Nunquid ergo procedetur vltra, ut iudex ad instantiam rei procedat super reconuentione, ex quo semel tractus est in iudicium? & quidem non uidetur: quia hoc beneficium habet reus ex conuentione: sed illa cessat. ergo reconuentio cessare debet, ut argument. j. de ap. cum cessante. 61. dist. §. his omnib. & actor ante lit. conte. desistere potest. ff. de in ius vo. quamuis. & rem ratam ha. amplius. dic contra. argum. ff. de bo. pos. contra ta. post mortem. §. vltim. & expressim probatur j. eodem. cap. j. Et quod dixi, quòd ante lit. conte. potest desistere actor, uerum est, quo ad pœnam uitandam. porrò facere iustitiam potius præmium est, quam pœna, & iudex inter partes per citationem perpetuatus est. s. de offic. deleg. licet. & cap. vlti. Item non obstat, quòd cessante causa, cessat, & c. nec enim cessat causa, cū semel conuenerit: nā factæ causæ infectæ fieri non possunt. ff. de capt. & post li. re. in bello. § factæ. ergo instante reo semel conuento, id est, pulsato, in reconuentione proceditur. in auth. de execu. & his qui conueniunt & reconueniuntur. § illud. collati. 7. & est ratio: quia iudicem, quem pro te approbasti, contra te habere iudicem dedignari non debes, ut C. de sen. & interl. om. iudi. cùm Papinianus. in fin. 3. q. 8. cuius in agendo. vnde nec ipsum iudicem poterit recusare conueniens. ar. ff. de nego. ge. Pomp. & de adulte. si vxor. § vl. nisi ex noua causa. ff. de interrogato. ac. de ætate. § ex causa. j. de excep. pastoralis. & quod quisq; iuris, & c. s. de consti. cùm omnes. ff. ꝙ quisq; iur. l. j. & frustrà petit debitum, qui qđ debet non impendit. 22. q. 6. nihil iniquius. j. de elec. significasti. in fin. 91. dist. esto subiectus. j. de iureiu. peruenit. & de vsuris. qa frustra. sed ꝯ. C. de compen. l. vl. solutio. id speciale est in deposito. j. deposi. bona fides. §. fane.

Qualiter procedendum † sit in mutuis petitionibus. Hoc mō libello oblato ab actore reo, reus si eum reconuenire vult, porrigat ei reconuentionem suam, ante lit. contest. & ita deliberatione hincinde habita, fiet primò lit. conte. super peti. primitus offerentis. secundò super petit. reconuenientis: postea iudex uicissim audiat causam utranq;, sic conueniens primò faciat positiones, secundò reconueniens, conueniens primò producat testes, secundò reconueniens: ita quod una & eadem die vtranq; quæstionē quasi una sententia terminet concordia, uel iudicio mediante ut j. eod. cap. primo. & de ord. cog. cùm dilectus. §. nos autē. ideo si adueniente die, in quo debeat respondere libello ante lit. conte. uult porrigere lib. actori defertur responsio primæ petitionis, quousque elapsi sint xx. dies, qui dantur actori. 3. q. 3. §. spacium. C. de dila. si quando. ideo hoc admittitur ante lit. conte. quia postea nimis differretur causa, cùm iam cœptum sit iudicium. ergo ubi non concurrūt, sicut dixi, habet locū regula, q prior appellat, prior agat. ff. de iudi. q prior. Sed & ubi concurrūt, quantū ad hoc ut is q primò ad iudiciū proclamauit, primò in omnibus admittatur, secundum Goff. sicut s. plenè exposui. non dicuntur ergo concurrere, quando post lit. contest. super primo libello offert secundus: sed si ante, sic. & differtur lit. cont. primi, quousq; habatur dies data ad deliberandū super secundo: quia in mora modici temporis non est maximum damnum ff. de iudic. si debitori. Vbi ergo concurrūt conuentio & reconuentio, uicissim sunt tractandæ, & eadem die incipiendæ, quo ad lit. conte. & diffiniēdæ quasi una sententia, ut dixi. & bene dico, Quasi una. nam in ueritate duæ sunt sententiæ, quæ feruntur circa duas quæstiones sese minimè contingentes, & etiam si se contingant, puta quia agitur petitorio & possessorio circa eandem rem, adhuc sunt sententiæ ferendæ. j. de causa. pos. cum ecclesia. sed quasi una & eadem sententia dicunt, quo ad contextum prolationis, quia sub uno contextu feruntur, sicut plures stipulationes, respectu pluriū rerum dicuntur una & eadem stipulatio, quo ad conceptionem uerborū. ff. de uerb. obl. scire debemus. & his Strichū. §. stipulatio ff. de do. cau. mor. senatus censuit. §. vl. ideo si iudex pronunciet in causa conuentionis, & differat pronunciare in causa reconuentionis, à tali grauamine appellari potest. ff. quæ sen. sine ap. resc. l. 1. §. vlt secundū Goff. Quid ergo, si impetro rescriptum ꝯ te sup x. tu uis me reconuenire sup xx. uel sup diuersis rebus, nunquid potes: quia indistinctè dicitur, ꝙ me poteris recōuenire, ar. ff. de proc. omniū. & de interro. ac. si sine. §. si defensor. aliàs est lex, & ff de iuris om. iu. si idem. Et nunquid poteris me reconuenire criminaliter? fortè sic, ut j. e. §. & in quib. casibus. Sed contrà, suprà, de rescri. sedes. Quid si uis me reconuenire sup lite, quæ orta est inter me & te post datam rescrip. quod contra te impetraui? uidet ꝙ non possis: quia rescriptū non extenditur ad futura. suprà de rescrip. ad hoc sumus. & c. ult. uers. aut literas. non enim rescriptum quod impetraui, plus priuilegij tibi afferre potest quàm mihi: quia actoris & rei una & eadē conditio est. j. eod. c. 2. unde si remota est ap. in conuentione, uidetur remota & in reconuentione quasi repetita. 3. 2. q. 6 Apostolus. C. ad Trebel. non iustam. ff. de leg. 2. debitor. §. 1. & non debet licere actori, quod reo non licet. aliàs contra. ff. de reg. iu. non debet. nec iudiciū claudicare, sic nec arbitriū. ut no. s. de arbi. § qualiter constituat. uidet tamen ꝯ: quia non di. ut dixi. & reconuentioni locus est quandocunq; ante lit. contest. ut not. s. eod. § & quando. nec enim uires rescripti inspiciuntur, quantum ad reconuentionem, sed æquitas, ut not s. eo. § quæ pœna. ibi, & est ratio, & c. unde ēt in reconuentione dele. ordinarius uidet, cū hoc habeat à iure. ff. de iur. om. iu. & quia. s. de of. ord. irrefragabili. contrà ar. Sed expositio quā ibi facio, concordat: nec enim ex uiribus rescripti potest cognoscere, nisi de rebus quæ ibi continentur, ut no. s. §. & qñ. prope fi. & sic rescriptum plus prodest reo in hoc casu, quam si ipsemet impetrasset. & nunquid si reus impetrat ꝯ me, possum ipsum conuenire super quibuscunque? non puto. Et nunquid ipse potest me reconuenire? non credo: quia non habet locum ratio superior, cum ipsemet impetrauerit. Et nunquid ubi impetraui iudicem ꝯ ipsum reū, & ipse reconuenit me potero ipsum recōuenire (ut ita loquar?) uidetur ꝙ sic, sicut possum triplicare. ar. s. de foro comp. ex parte. §. id quoq;. j. de condi. appo. per tuas. ff. de exceptio. l. 2. j. de testibus licet. iu. Item quia hæc reconuentio potest dici reconuentio, respectu tuæ reconuentionis, quæ potest dici reconuentio respectu subsequentis, sicut & relator dicitur delator C. de rebus cre. generaliter. contrà credo. & est ratio, quia actor habet in potestate vtrū impetret super vno vel pluribus. ff. de quib. reb. ad eū iudi. eatur. l. 1. & 2. s. de rescrip. ca. fin. & in auth. d. N. extra, de rescrip. dispendia: vel addi faciat clausulam generalē, & super quibusdam alijs, & quando impetret. Sed hoc non est in potestate rei, ꝯ quem impetratur: imputet ergo sibi actor, si non vi-

ADDITIO.

a In causa appellationis. ¶ Adde Spec. in tit. de reconuentione. in §. 2. ver. legatus. gl. in cle. 1. de cauf. poss. Inn. & doc. in c. j. de mut. pet. Cyn. in l. per hanc. 7. q. C. de temp. appell.

non vigilauit: nec imputetur reo qui ad iudicium inuitus trahitur. ad hoc s̃. de reſcript. ſedes Apoſtolica. ff. de calum. annus. C. de temp. in integ. reſtit. petendæ. ff. de reg. iur. fauorabiliores ff. de act. & obli. Arrianus. j̃. de proba. ex literis. aliàs in infinitum procederent hæ mutuæ petitiones: quod eſſet iniquum. arg. in auth. d. N. extrà, de reſcript. c. in multis.

6 **Et in quibus** † caſibus ceſſare debeat. In præiudicialibus actionibus, de quibus nota. j̃. de ordi. cog. §. 1. verſicul. ſi altera. & verſicul. fallit regula. Item in actio. iniuriarum, vel furti, vel damni dati eo animo, quod is qui paſſus eſt, poſſit reconuenire. inf. de iure pat. relatum. ff. de iudi. l. 2. §. ſed ſi agant. Item in criminali quæſtione [a] concurrente cum liberali cauſa, vel ſi de hæreditate & libertate agatur: & ita ciuilis præiudicat aliquando criminali. iij. q. vltim. §. aliquando. Item excommunicatus [b] non poteſt reconuenire, licet poſſit vti defenſione, recuſatione, & appellatione. j̃. de excep. cùm inter priorem. & in ſumma dicit & tamen poteſt conueniri. ſuprà, de iudi. intelleximus. Item coram arbitro [c] non eſt locus reconuentioni. ſuprà, de arbit. cùm dilectus. quod intelligas, niſi plenum compromiſſum factum ſit, de omnibus controuerſiis, quæ inter actorem & reum uertuntur, vel verti poſſunt. ff. de arbi. ſi cum dies. §. plenum. tunc enim non aliter auditur actor, niſi ſe defendat, & reconuentioni rei reſpondeat. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. ſed & compromiſſum illud. Item ſi accuſo te criminaliter, non poteris me reconuenire. iij. quæſtion. 11. ca. 1. quia non relatione criminis, ſed purgatione deſinit eſſe innocens accuſatus. ff. de publi. iudi. is qui. item in cauſa ſpoliationis, quæ dedignãtis naturæ eſt, nec compatitur diſſimilem quæſtionem, ſecundum Goff. nam ſi peto, à te poſſeſſionem fundi, de quo me deieciſti, non potes me reconuenire ſuper aliquo, niſi ſuper ſpoliatione conſimili: quia in hoc cauſa ſpoliationis noſcitur priuilegiata. j̃. de ordi. cog. ſuper ſpoliatione. Item fallit in momentanea poſſeſſione. nam ſi pupillus agat ꝯ me, vti poſſid. vel interdicto, vnde vi, vel quod vi aut clam, ipſum reconuenire non potero. C. qui legitimam perſo. habe. ſtan. in iudi. l. vlti.

ADDITIONES.

a In criminali quæſtione. ¶ Adde glo. in ca. at ſi clerici. de iu. gl. in c. cuius in agendo. 3. q. 8. Cyn. in l. 1. & in l. neganda. C. qui accu. non poſ. Bald. in l. is qui reus. ff. de publi. iudic.

b Item excommunicatus. ¶ Adde not. per doct. 4. q. 1. in ſumma. doc. in ca. cum inter. de excep. diffusè per Pet. de mante in ſua repe. capitul. intelleximus. de iud.

c Coram arbitro. ¶ Adde Barb. conſ. 3. inci. in medium afferam. in 11. col. ver. facit etiam quod voluit d. Abb. in 4. vol.

DE LITIS CONTESTATIONE. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Litis conteſtatio quid ſit.*
2 *Litis conteſtatio qualiter fieri debeat.*
3 *Litis conteſtatio quando fieri debeat.*
4 *Litis quare non conteſtetur per poſitiones & reſponſiones.*
5 *Litis conteſtationis effectus quis ſit.*

Quia libellis oblatis hincinde in mutuis petitionibus vna & eadem die litis conte. eſt: ideo dicamus, Quid ſit litis conteſtatio, Qualiter fieri debeat, Et quando, Quæ ſit ratio, quòd per poſitiones & reſponſiones ad eas factas non conteſtetur lis, Quis ſit effectus litis conteſtationis.

1 **Quid ſit** litis conteſtatio. † Principalis negotij hincinde apud iudicem facta narratio, ſecundum Azo. [a] Sed hoc non placet, quia innuit, ꝙ per poſitiones conteſtetur, imò potius videt̃ deſcribi mutua petitio: ideo dico, ꝙ litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij per petitionem in iure ꝓpoſitam, & congruam reſponſionem ſecutam, animo conteſtandi litem factam: quo miſſo, ſi in forma iudicij procedatur, vexantur inanibus laboribus & ſumptibus procedentes ſeu litigantes, vt patet in inferioribus.

b 2 **Qualiter** fieri debeat. [b] † Per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſecutam ad eã, vt patet, s̃. proxi. & j̃. capit. 1. ſuprà, de elec. dudum. §. licet. & §. partibus. & s̃. tit. 1. c. 1. ibi, mandamus quatenus, & c. & adde qđ no. j̃. de excep. §. & quando. verſic. fin. idem ſi narrationi in libello propoſitæ reſpondeatur. ſuprà, de elect. querelam. j̃. de reſti. ſpo. cùm ad ſedem reſpon. 1. argu. contrà, j̃. de dolo & contu. prout. Sed illud intellige, ſecundum Ber. vel dic vt nota. j̃. de excep. §. quis ſit effectus. ver. ſed nunquid. & ſeq. ergo res in iudicium non videt̃ deducta, ſi ſola petitio in iudicio ꝓpoſita ſit, Sed tunc, cùm iudex incipit audire cauſam per narrationem, & reſpõſionem: vt C. de lit. conteſt. l. 1. Quod ergo Greg. vocat petitionem, lex vocat narrationem: vnde dicit ꝙ reus nolens iurare de calum. habendus eſt ꝓ confeſſo, in his capitulis, quæ in narratione, id eſt, in libello comprehenſa ſunt, vt C. de iura. cal. l. 2. §. ſin autem reus. & bene dico, in his capitulis. nam ſi plura ſunt capitula in libello, omnibus reſpondendum eſt, ad hoc vt ſit plena litis cõte. facta. ar. ff. de app. cùm in vna. & de no. ope. nun. de pupillo. §. ſi pluriũ. 2. q. 3. §. notandum. in verbo, ſi plura. j̃. de ſen. excom. cum pro cauſa. Et idem intelligas in poſitione plures articulos continente, vt not. ſuprà, de iudi. quæ ſunt. ver. hoc tñ ſcias. & ſeq. Sed & ſi ſic reſpondeatur, ſicut in Romana curia fieri conſueuit, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri nõ debere plena eſt litis conte. facta. arg. inſt. q. mo. tol. obli. §. eſt & prodita. ff. de ver. ob. pluribus. in prin. & l. Titia. in fi. Item ſi omnia negentur, ſecundum Goff. quaſi ad omnia intelligatur ſingulariter reſponſum. Si plura ſint diſiunctiuè poſita in libello, hoc admitto ſi ãutẽ copulatiuè, oportet ꝙ ſingulariter reſpondeat, alioquin pro vno falſo quod ibi poneret, poſſet negari totus libellus ſine metu periurij: vt apparet in his quæ not. s̃. de reſc. §. & de ipſius interpretatione. ver. ſed ſi non obligauit ſe. & ſecundum hoc intellige quod no. j̃. eo. ver. quid ſi ante iuramentum. nec obiicias de diſiunctione poſita in libello: quia aliquoties admittitur. ar. j̃. de reſt. ſpo. cũ ad ſedẽ. & no. s̃. de libel. obla. §. quid debeat. ver. ſed & legiſtæ. aliquoties etiã non opponit. Lex ergo petitionem vocat narrationẽ. & In. vt s̃. de ele. querelã. Alex. actionẽ. s̃. ti. 1. c. 1. Et Inn. libellũ: s̃. de lib. ob. c. 2.

ADDITIONES.

a Secundum Azon. ¶ Hanc diffinitionem probat & ſequitur Martinus in ſumma eodem tit. hæc adiiciens. Et fiet, inquit, hæc narratio per principales perſonas, non per aduocatos, niſi principales perſonæ fuerint adeò indiſcretæ, vt eorum defectus de licentia iudicis per alios ſuppleatur, extr. de iudi. paſtoralis. Similiter, ſi fiat interrog. de facto, principalis debet reſpondere. ff. de interrogat. action. Et hoc habet locum in omnibus interrogationibus quæ fiunt ante litem conteſtatam. de dolo & contumac. prout. ſimiliter habet locum in poſitionibus quæ fiunt poſt litẽ conteſtatam: quia probationum loco ſuccedunt, per eas tamen non fit litis conteſtatio. de election. dudum. 2. Et omnium ſuperiorum ratio eſt, quia principalis perſona melius nouit factum, quàm aduocatus. Et ideo per ſeipſum iurare de calumnia, & de veritate dicenda debet, & per ſeipſum de facto reſpondet, & non aduocatus. ff. de procurator. l. ſi actor. l. vnica. C. de lit. conteſtat. Hoc tamen fallit in quibuſdam caſibus. de iudi c. paſtoralis. Litis autem conteſtatio eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij, ita ꝙ ea omiſſa receptio teſtium, niſi in caſu, & ſententia lata non tenet, extra, vt lite non conteſtata. accedens. & de electione. dudum. 2. Martinus.

b Fieri debeat. ¶ Litis conteſtatio (inquit Martin. in ſumma eod. titul.) fit aliquando uera, aliquando non uera, ſed quaſi uera, ut per ueram narrationem actionem actoris, & reſponſionem rei. Reſponſionem dico contradictoriam. C. de iudic. l. rem non nouam. §. patroni. & de lit. conteſtat. l. unica. Item fit quaſi litis conteſtatio, cùm agitur actione reali, & uocatur colonus, uel inquilinus, qui detinet nomine abſentis. uocatus nominat dominum, datur tempus ad denunciandum, non uenit in termino dato, tunc ex his omnibus quæ præcedunt, ſcilicet, quia uocatur inquilinus & colonus: quia auditur nominans dominum abſentem, & quia datur tempus ad denunciandum domino, & expectatus à dño non uenit, habetur lis quaſi conteſtata, quo ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem, ut li. non conteſtat. qm̃ frequenter. & C. ubi in rem act. l. 2. Itẽ fit litis conteſtatio per narrationem actoris, & rei rñſionem ꝯtradictoriã, ita tamen ꝙ huiuſmodi narratio fiat animo procedendi, & ea intẽtione directè expoſita, quia ſi actor proponat, uel reus reſpondeat in iudicio, non ea mente, quod uelit litem conteſtari, uel reſpondit ei, cum proteſtatione, ſaluo iure ſuo, uel ſine præiudicio, ut non actor reſiſtat, uel iudici, ut iudici, ſed ut amico, ſeu familiari negotij qualitatẽ exponat, non eſt propterea lis conteſtata, ut C. de lit. conteſtat. l. unica. extra e. ti. c. 1. de ele. dudum. 2. Sed ſi plura ponãtur in libello ad omnia reſpondendum eſt, ut ſit plena & uera litis conteſtat. arg. ff. de app. cum in una. 2. q. 3. §. notandum. & de ſen. excõ. cum pro cauſa. & c. officij. Sed ſi reus neget omnia in libello contenta, uel ſi ſic reſpondeat, Nego narrata, ut narrantur, & dico petita fieri non debere, plenè dicitur fieri litis conteſtatio, quaſi ad omnia ſingulariter ſit reſponſum. arg. de uerb. oblig. l. pluribus. in prin. & l. Titia. in fi. Item ſi petam à te decem, & confitearis uocatus ad iudicium, non expectans libellũ, dicens, de plano te debere, quod petitur, non fit propter hoc litis conteſtatio, nec ſequi poteſt ſententia, ſed præceptum. ff. quod me. cau. l. fin. Si uero poſt libellum porrectum reus confiteatur ſe debere, quod petitur, litis conteſtatio facta intelligitur, & ſententia poteſt ſequi. ff. de confeſ. l. 1. 3. & 5. Et ſecundum hoc dicitur, in confitentem nullæ ſunt partes iudicis, ſcilicet ad examinandum, ſed ad pronunciandum ſic. ff. ad leg. Aquil. proinde. §. fin. Item, qui excipit, non dicitur litem conteſtari, de lit. cont. ca. 1. ſimile de ord. cog. c. 2. Mart.

ob.c.2.Greg. libellum conuentionalem: vt s. de libel.obl.c.vlt. Ignarus reclamationē seu postulationē: s.de libel.obl.c.1. Sunt ergo hæc nomina diuersa, idem tñ significantia. & sic tam leges quàm cano. concordant, ꝙ per petitionem seu narrationem, siue libellum, & responsionem ad ipsum contestetur lis, & non per positiones, vt sequitur j.prox. Et si contestetur, quamuis aliqui dicant litē nō contestari, tñ dico lit. cont. vnde ferenda est sententia. j. de rer. permu. cùm olim. s. de const. ecclesia sanctæ Mariæ. 2.q.j. nos in quenquã. & dicã j. de cōfess. §. vtrū in cōfessum. siue ꝑ negationē, vt C.de iud. rem nō nouã. §. patroni. sed non contestatur per positiones & responsiones, vt hic. & s. de elec. dudum. §. licet. quæ sit ratio, dicet j. eo. §. quæ sit ratio. Hoc de vera lit. cont. est em̄ & interpretatiua. quod dic vt nota. j. vt lit. non cont. §. quid si super rebus. vers. secundum. vbi lis quasi contestari videtur. Quid si die adueniente respondeat reus, cōtendendum puto? Dico litem non esse conte. potest em̄ esse, ꝙ vera sint quæ in libello continentur, & tñ contendere vult, & sic non respondet petitioni: sed contrà. 3. q. 3. offeratur. dico, si dicat, ꝙ contendere vult, bene facit id ad quod viginti dies data erant, Sed non est adhuc lis contest. quare dicit lex, ꝙ si respōdeat, contendendū puto: iterum debet sibi dari tempus siue dilatio, vt veniat instructus ad respondendum, siue ad agendum, id est, excipiendum. ff. de eden. l. t. in prin. Sic ponit accipere ꝓ respondere. j. de iura. calum. imperatorū. Et ideo cauti iudices faciūt apponi, Data est dies talis ad deliberādū & respondendū. Sed certè l. 1. de eden. non ꝓbat hoc, ad quod inducitur, imò potius ꝯ: nec enim dicit iterū dandā dilationē. Sed si deliberauit contendere, debet venire instructus ad agendū, id est respōdendū, & sic ex quo habuit tempus ad deliberandū, incontinenti respondere debet. Quid si dicat, Cedo liti? Dic ꝙ sufficit: nō tamen fert sententia, cū nec lis conte. sit, sed manu militari aufert ab eo res. ff. de rei vend. qui restituere. quia inuitus nemo agere cogitur: vt no. s. de lib. obl. §. vtrum possit. Sed destitisse videtur non qui distulit, sed qui in totum renunciauit liti. C. de pac. post quam liti. ff. de mi. destitisse. Quid si nō vult respōdere? dic, sicut de illo qui non vult iurare de calumnia, vt not. j. de iura. calum. §. vlti. vel dic, ꝙ iudex potest eū ꝓprio motu mulctare. ff. si quis ius dicen. non ob. l. vnica. aliter lite non conte. non videt quod posset fieri absolutio, vel condemnatio. vel dic, ꝙ videtur contestatus & confessus esse. ff. de interro. act. de ætate. §. qui tacuit. ff. so. ma. l. 2. Sed & ita demum contestat, si petitioni respondeatur animo contestandi litem: secus si reus dicat, Ego narro factum, sicut coram amico non animo contestandi litem. ar. j. de ordi. cog. cùm dilectus. j. de testi. dilecto. & arg. ff. de condit. & demon. l. 2. in fi. ff. qbus mod. pign. vel hyp. sol. si debitor. §. si in venditionē. sed si non exprimatur, videtur lis contest. argumēt. ff. de condi. indeb. quòd quis. ff. de verbo. obligation. quicquid adstringendæ. C. de condict. caus. dat. si repetendi. su ꝑ hoc vide quod nota. suprà, de constit. §. quando constitutio incipit arctare. in idstin. quæ incipit, cum quæritur vtrum protestatio valeat. versicul. quid si protestatio in iudicio fiat. Potest autem omitti lit. conte. ex certa scientia partium, ita ꝙ iudex de plano procedat. quod dic vt not. s. de lib. oblat. §. vtrum libellus. versic. & hoc verum.

in quacunq; causa, &c. ꝯpellatur, scilicet secularis: sed de licentia prælati admittatur: vt in fi. Se regularis nullatenus admittat nisi ſm qđ dixi ipsum posse fieri syndicũ. qđ dic vt no. s̄. de syndi & hoc quod dixi de seculari b. intellige quò ad causas collegiorũ: secus de ꝓpriis. ideo sequitur ĩ. si expedire suæ ecclesiæ nouerint. q d. de causis ecclesiatũ loquimur: & si vellet intelligere de aliis, tunc est casus, ꝙ procu. priuati iurat: sed mens literæ repugnat ibi. Veruntñ cum hac moderatiõe, vt episcopus incõsulto Ro. pon. vel quisquis clericus, sc. reus. q. d. clericus cõuentus corã extraneo iudice, nõ potest cogi iuramentũ subire, qa nec respondere inconsulto iudice suo. s̄. de foro cõpe. significasti. si ergo sit actor. iurare põt, & debet, si propria sit causa: si collegii, põt alij delegare de consensu collegii, vt s. arg. ad hoc s̄. de foro cõp. cum sit generale. & de offi. del. præterea. & c. suspicionis Ex quo enim Papa agere permittit, per ꝯñs & iurare, & licentia Papę sufficit, vt ĩ. de cle. nõ resi. fraternitati. ſm hoc plana est litera: nec corrigitur, quicunq; de ꝯsuetudine, vel de iure, sed aliis defensorib. Hoc referas ad causas episcoporum & collegiorũ non clericorũ seculariũ priuatorũ, & ad causas ciuiles, nõ criminales nam in criminalib. nõ posset interuenire defensor, put no. s̄. de pro. §. & in qua re. sed nec in criminali, i. mista, seu qñ ciuiliter quæritur de crimine, cogetur iurare: nã si ageret criminaliter, cogeretur. Sed cum hac moderatione, &c. vt ĩ. ver. veruntamẽ & dic defensorib. puta syndicis, vt s̄. de syndic. ca. vno. vel ęconomis, vt ĩ. c. Imperatorũ. Hoc est quod dr̃, ꝙ inspecta qualitate ꝑsonæ aliqñ principalis iurat, puta quia secularis est: aliqñ hoc cõmittit, scilicet si vult, quia episcopus: vel cõmittit, id est decẽs est committere, ut quia religiosus. s̄. de iud. cũ deputati. sic intellige ĩ. eod. in pertractandis. vt no. ĩ. e. ver. qđ aũt dixi. Iurat ergo œconomus, & syndicus, & actor, & pater in causa filij, & orphanotrophus in causa hospitalis: quia habent administrationẽ ex lege scripta vel iudiciali authoritate, vt C. e. l. 2. §. 3. & de bon. mat. l. j. & de episcopis & cle. orphanotrophos. & auth. sed hodie. & instit. de autho. tut. §. vlt. Et idem dixit Azo. in clericis, licet ꝓhibeãtur iurare iudicio sisti. sic intellexit, C. de epi. & cler. cũ cleri. §. pe. dic tñ vt no. s̄. Vel sic in foro seculari est in optione clerici, vtrũ ꝑ se, vel ꝑ aliũ præstet: quia & fecisse vr̃, qui per aliũ facit. sed in ecclesiastico si per se litigat, per se iurabit: vt ĩ. e. c. cęterũ & c. vl. Goff. tñ scripsit, ꝙ decr. ĩ. e. c. j. corrigit ꝑ sequẽtes: sed melius est, ꝙ illam intelligas, sicut dixi. Itẽ iurat tutor & curator: qa põt scire, vtrũ causa bona sit, vel mala. C. e. l. 2. §. qđ obseruari. & vel oẽs, vel ẽt vnus, vt C. si ex plu. tut. vnus vel om. & age. vel ꝯue. pos. l. j. Potest tñ dici, ꝙ & minor de veritate dicẽda iurabit: quia & seruus in ꝓpria causa pecuniaria torquet. C. de testib. seruos. qđ intellige, ex quo pubes est: non ante. 22. q. 5. pueri. & c. paruuli. 4. q. 4. c. j. nã & ad officiũ iudicis ꝑtinet, ut veritatẽ inquirat. C. de eden. l. 2. de testi. curẽt. & minor à ꝯfessione sua restituit, vt no. ĩ. de ꝯfes. imò dixerũt quidã, ꝙ vbi pubes est, iurabit etiã de cal. interueniente authoritate cura. ar. ff. de adm. tutor. l. j. §. pe & vl. & sic potest intelligi. ff. de autho. tut. accipiẽtis. vel potest intelligi in pupillo, qui agit ꝯ vnũ extraneũ & ꝯ alium defendit sic: est tñ ꝯ istos. ff. noxa. actio quoties. §. si tutor. Item imperator per nuncium iurat. 63. dist. tibi domino. & quilibet vir spectabilis [a] 17. quæst. 4 metuentes. In his autem qui præsunt municipio, illud seruandũ est, ꝙ omnes, vel maior pars debeãt de cal. iurare. ut C. e. l. 2. §. hoc etiã. ff. de ꝯdi. & demõ. municipib. & ad munici. municeps. vel quia difficile esset. dic ꝙ sufficit, si ꝓcurator iuret, id est syndicus, ĩ. e. cùm causam. dũ tñ talis sit, qui causam omnino nesciat. ĩ. e. in pertractandis. quasi dicat, talis debet esse syndicus, q habeat notũ negotiũ de quo quærit. & hoc est ꝯ quosdã, qui submittunt quasdã personas ignotas & viles: sed parum prodest, si bonus sit iudex: quia tũc ꝯpellet iurare & respondere omnes, vel maiorẽ partẽ illorũ qui præsunt vt s̄. dixi. arg. in his q̃ nota ĩ. ver. seq. & s̄. de syndi. §. quis syndicus. vers. sed nũquid necesse est. & seq. Sed & ꝯ tales ꝓuideri pt̃ scilicet ꝙ syndicus iuret in animas illorũ, qui sunt de vniuersitate vel collegio, dicere veritatem, vt in auth. d. n. extra. de test. ad hoc. & ĩ. præsentiũ tibi authoritate mandamus. Qđ aũt dixi, ꝓcu. priuati & singulares ꝑsonas iurare nõ debere, intelligas, nisi in rẽ suã datus sit: tũc enim iurabit, cũ ad eũ damnũ & emolumẽtum pertineat, siue intentet vtilem actio. nomine suo, siue directam nomine cedentis. ar. ff. de ꝓc. qui stipẽdia. ff. qñ appel. sit. l. j. §. in ꝓpria nisi reus alleget, ꝙ dñs veritatẽ melius nouerit, vel ꝙ honestior ꝑsona sit. vnde melius dicit veritatẽ. tunc enim iudex pt̃ cogere dominũ ad iurãdũ. C. de ꝓc. l. vlt. ff. de ꝓc. si actor ſm. Sed Pla. dicit hoc verũ esse, qñ intẽtabat vtilem actionẽ nomine suo: nã si directã nomine domini, tũc dñs iurabit. Rog. vero dixit, dominũ semper iurare debere. Sed verior est sñia Azo. vt patet. ĩ. eo. in pertractandis. ibi, qñq; ꝑ ipsas principales, &c. & intelligas ꝑ principales, qñ melius nouerunt veritatẽ: vt no. s̄. vers. sed aliis defensorib. si tñ proc. satisdederit iudicatũ solui: & sic ꝯueniat, iurabit ipse. ar. ff. de ꝓcu. Plautius. sicut & fideiussor ꝯuentus ex causa fideiussionis: quia principalis intelligit, cũ sententia executioni mandat ꝯ ipsum. vt no. ĩ. de proc. §. & qualiter finiat. ver. si ergo aduersari⁹. sic intellexit T. ſm Azo. ꝓcuratorẽ priuati iurare nõ posse nisi ſm qđ dictũ ẽ. sed alij indist. admittunt ꝓc. ad iurandũ. qđ dic ut not. s̄. de syndi. §. & de differentiis. Sed non videtur, ꝙ parentes seu patroni hoc iuramentum pręstent: quia nõ præsumit ꝙ calumnient. ff. qui satisd. cog. de die. §. vlt. & de iureiur. l. iusiuran. Sed nec præsumit, quòd religiosi calumnient. arg. ĩ. de no. ope. nun. cũ ex iniuncto. §. super eo. & tñ iurant. vt s̄. not. Et breuiter quilibet tenet iurare, nisi à iure excipiat. Hoc autem no. ꝙ œconomus siue syndicus iurat in animam ꝓpriam, vt ĩ. eo. in ꝑtractandis. sed ꝓcurator in animam domini, in casib. in quibus dixi ꝓc. iurare posse, nisi qñ ponit in loco œconomi vel syndici. c. dist. optatũ. 17. q. 4 metuentes Fit hoc iuramentum sub talib. verbis, Ego iuro in animã domini mei, ipso mandante, ꝙ ipse hoc seruabit, &c. uel sicut dominus iurat per me, quòd hoc obseruabit, sic Deus ipsum adiuuet. & tũc dico, ꝙ dñs obligat se ꝑ aliũ & aliũ nõ obligat. ar. ĩ. de præb. accedẽs. qa fecisse vr̃, &c. ĩ. de sent. excõ. mulieres. ff. de adm. tut. ita aũt. §. gessisse Sed ꝯ, Inst. de inuti. stip. §. si qs aliũ. & §. si quis alteri. Ideo dixi, ꝙ iurm. de calu. semꝑ præstãdũ est in animam iurantis. quod dic vt no. ĩ. e. §. qñ præstandum est. vers. sed & quarta. nec obst. c. allegata, optatum, & metuentes. quia sicut ex lectione illorum patet, loquuntur in alio genere iuramẽti: & hoc verũ est regulariter fallit autẽ in casibus s̄. not. in quib. etiam possunt intelligi, c. optatum, & metuentes. & dixi ver. itẽ Imperator. & se. & nota. de simili mã. ĩ. de spon. qualiter ꝯhant. Licet autem principalis iurauerit, videtur ꝙ hæres eius nihilominus iurare teneatur: quia iuramentum non extẽditur ad hæredes. ĩ. de iureiu. veritatis. contra, quia semel tantum iuramentũ præstandum est: vt not. ĩ. eo. §. qñ. & hæres succedit in iudicio. ff. de feriis. oratione. dicas iurandum esse. arg. ĩ. e. cæterum. ĩ. de testi. vltra. ĩ. de exce. pastoralis. & intelligas ꝙ semel præstat ab eadem persona non ficta. & licet hæres succedat in iudicio, non tamen in iuramento: unde dicit lex, quòd multum discrepat à principali hæreditarium iuramentum. C. de rebus creditis & iureiur. l. generaliter. respon. j. [b]

3 Et in quibus casibus iurandum sit. In ciuili hoc planum est, ĩ. eodem. capitul. antepenulti. & vltim. etiam si agatur de crimine ciuiliter. s̄. titu. j. quoniam. responso. j. C. quando ciuilis actio præiud. cri. l. vnica. Item in criminali, quia indistin. loquit lex C. eodem. l. j. & expressum videt ĩ. eodem. c. j. ver. nos vtique ibi, in quacunque causa seu controuersia criminali seu ciuili. ad idẽ, C. de fid. instr. l. vlt. & de autho. præstan. clarũ. & de pœna iudi. qui mal. iudi. auth. nouo iure. ſm Ber. Io. & Azo. Sed M. & quidam alij contradicunt: quia criminalis actio, & ciuilis actio nihil commune habent. Insti. de publi. iudi. in princip. Sed illud verum est, quo ad modum agẽdi: quia in ciuilibus agit ad aliquid dandum vel faciendum, in criminalibus autem ad pœnam reo infligendam. Addunt ipsi & aliã rationem, quia in criminalib. licet pacisci, transigi, & mentiri. vt not. s̄. de transa. nã parcendum est ei, qui sanguinem suum redemit, qualitercunq; potuit vt ff. de bo. eorũ qui mor. sibi con. l. j. vnde in criminalibus aliquando ei parcitur, qui calum. ingerit. ff. de bon. lib. qui cũ maior §. si patri. non ergo cogi debet quis subire hoc iuramentũ: quia daret materia deierandi. Sed hoc nõ obest imò calumnia compesci debet, cum & periculum sit actoris, quem similitudo supplicii expectat. vt C. de accu. l. vlt. licet eñ permittatur transigi, nõ tñ calumniari, certè nec mentiri. in hoc enim non est standũ legi. ĩ. de præsc. c. fi. qđ autem in criminalibus debeat præstari hoc iuramentũ, est arg. in auth. vt lit. iurent. §. fin. autẽ criminalis col. 9. & iurisiurandi religio solum Deum habet ultorem, ut C. de re. cre. & iureiu. l. iurisiuran. Sol. Puto ꝙ ſm legẽ non sit iurandũ in criminali, q̃ vindictã sanguinis exposcit: qa licitũ est ibi corrũpere, qđ sine falsitate fieri non põt, & sine calũnia. ergo nõ est indicendum hoc iuramentũ. arg. in his q̃ no. ĩ. de coha. cle. & mulie. clericos. quia hoc esset iurare ꝯtra mentẽ, & incurrere anceps periurium. porrò secundũ ea in dist. iurãdũ est, cũ non infligat ecclesia sanguinis sententiam. ĩ. ne cle. vel monach. sentẽtia. nec admittat mortale peccatũ, & secundũ hoc vbi criminalis uindictã sanguinis nõ infligit. & secũdũ hanc dist. intellige iura hic allegata. Legista tñ indist. tenet sententiã Azo.

ADDITIONES.

a Quilibet vir spectabilis. ¶ Adde qui dicantur spectabiles, uide Ant. Corse. in tract. de Regibus. q. 21.

b Hoc in summa obseruandum rectè putat Mar. ubi s̄. ꝙ nullus debet huiusmodi iuramento adstringi, de quo præsumitur quòd non debeat obseruare. argumen. extra de coh. cl. & mu. clericos. ubi de hoc in glo. arg. colligitur. Mart.

Azo. Sed in hoc debẽt nobis deferre, q̃a de foro nostro est iurm. Sed q̃d si mihi ignoranti vendidisti rẽ alienã, nunc verus dñs rei agit ꝯ me rei vẽdicatione, & pro certo didici, ꝙ sua est, nũquid iurabo de calũnia? Quidã dñt, ꝙ sic: quia ideo hoc facio, vt de eui ctione agere possim. ar. ff. de neg. gest. at qui natura §. cũ me absente. ff. de iniu. si qs de liberta. ff. de liberali cã. qui ex libertate. Consultius est, ꝙ libello oblato denunciem tibi venditori, ꝙ defendas me: & si hoc non vis facere, veritatem ꝯfitebor, ante quã iurem de calum nã veniendo ꝯ conscientiã deierarẽ, cùm sciam me iniustam cãm fouere: & ego teneor honestũ tñ defendere. ff. man. ideoq; gñaliter: & pudori meo parcere. ff. manda. Quintus Mutius, & cãm fouere, si iusta est: nõ aliàs. ar. ff. de admi. tut. quoties. § sicut. & tu vẽditor imputabis tibi, si noluisti defendere, ex quo denunciaui tibi, alioquin si non denunciassem, agere nõ possem: vt no. j. de ꝯhen. emp §. & ad quid venditor teneatur. nam si non defendã, vbi notoriè liquet de iure agẽtis, nihilominus ago ꝯ actorem meũ. ff. de act. emp. l. ex empto §. emptor. patet ꝙ iuratur in ciuilibus & in criminalib. Ergo & in mistis act. seu cõtro uersiis iurandum est, de quibus ponimus exemplum s. de proc. tuę. j. de accusa. super his. ad hoc 14. q. 2. super prudentiã. 11. q. 1. placuit. 16. q. 1. frater noster. In spiritualibus aũt nõ iuratur, vt j. e. literas. idẽ puto in annexis spiritualibus, vt in iure patronatus. s. de iudi. quantò Sunt aũt spirituales causę matrimoniales, & qñ agitur de ecclesiis vel decimis. ut in dicta decre. literas. sed in his iurandũ est de veritate dicenda, vt est expressum s. de elect. dudũ Grego. §. partib. & §. licet. j. de iureiu. ex literis. sed & vbi de spirituali agitur ciuiliter, puta ad testi. faciendã, iuratur. j. de rest. spo. literas. §. præterea. fm T. Sed certè ibi loquitur in excep. opposita. & in iuro de malitia, non de calum. alioquin si etiam de spoliatione rei spiritualis principaliter agatur, non iuratur de calũ. sed de veritate dicẽda, vt in auth. d. n. de testi. extrà, ad hoc & j. pśentium. & iunge qđ not. j. eo. versi. illud tamen audiui. & sequenti, & præcedentibus. Item iuratur in exceptionib. oppositis in spiritualibus, si præsumptio sit contra excipientem. s. de ele. cum dile cti. §. nos verò. arg. j. de excep. pastoralis. & de despon. impu. con tinebatur. & c. attestationes. & in alijs concor. quas no. j. de contu. §. qua pœna. ver. quinimò Sed quę est ratio, quare in spiritualibus nõ iuratur de calum. cũ minus calumniandũ sit in illis, quã in aliis. nã circa maiora maius periculũ vertitur. 42. dist. quiescamus. 8. q. 2. c. fi. ff. de Car. edic. l. 1 §. 2. Resp Iurm de calumnia ad multa arctat iurantem: at in causis spiritualibus non est rigor iuris obseruandus. & propterea loco illius successit iurm de veritate dicenda in his casibus, ex quo nihil aliud prouenit. nisi vt veritas excutiatur. fm Goff. hoc bene sciebam. hoc enim dicit c. literas. ibi: quia huius causæ non ex legũ distinctione, sed ex canonũ æquitate debitum sortiuntur. ad hoc s. de iudi. dilecti. j. de dolo & cont. c. 1. 27. q. 2. sunt qui dñt. Sed hæc ratio non videtur bona: quia sic in foro ecclesiastico nunquã iuraretur de calum. cũ magis sequamur canones quàm leges, vel sensum propriũ: vt s. de consti. c. 1. & 10. dist. c. 1. Item in omni cã, & in omni iuro calumnia fugienda est: ergo de calum. iurandũ est, ideo præstatur hoc iurm, vt timore huius sacramenti litigatorũ instantia compescatur. C. e. l. 1. Item ideo vt veritas eliciatur. j. e. cęterùm. tertiò nequis immemor sit suæ salutis, & æternæ. ut probat concor. signa tæ. j. e. uer ideo non præsumitur. Ideo fortè est ratio, q̃a non præsumitur, ꝙ aliquis ibi calumnietur: & quia cũ de spirituali tractemus, & super spirituali ponamus, semper habemus Deum in mẽte: & scire debemus, ꝙ inter simplicẽ loquelam, & iurm nõ facit Deus differentiam. 22. q. 5. iuri. hac enim ratione iuratur, ut cum positiones fiant sub iuro, semper habeatur in memoria Deus: q̃a Deus in memoria dẽt haberi, ut in auth. ut iudi. sine quoquo suffra. §. sic igitur. in prin. quid enim in memoria, si non liberatio & redemptio? Hac de cã fortè præcipiebatur in lege, ꝙ qñ iudex sedet pro tribunali habeat Euangelia corã se, ut Deum in mẽte habeat, sciturus ꝙ sicut iudicabit, ita iudicabitur. C. de iudi. rem nõ nouam. sic Deum non põt tradere obliuioni, qui de Deo loquitur: sed quasi de Deo loquitur, qui de sacro loquitur. Ideo non præsumitur, ꝙ aliquis in spiritualibus sit immemor salutis æternæ. 1. q. 7. sancimus. C. ad leg. Iul. repe. l. ult. s. de proc. in nostra. §. ult. adeò ꝙ siue personę ecclesiasticę, seu seculares, super spiritualibus litigẽt, semper spirituale retinet hanc naturã: sin aũt super ciuili, & ipsum naturam suam retinet: & sic potius inspicitur natura iudicij quàm personæ. quicunq; enim sit iudex, fm legem suam iudicabit oẽs: hic appello iudicium rem, super qua contentio est. Item spiritualia magis cõueniunt Deo, quàm ciuilia. quare in spiritualibus potius uidet recipere Deus, & exigere iurm si præstaretur, quàm homo: homo uerò magis uidetur ipsum recipere in ciuilibus, ideoq; Deus cùm in nullo calũniosus sit, nõ exigit, nec recipit iurm. homo uerò, qui fm humanitatẽ & fragilitatem calũniosus est, in suo ipsum exigit & recipit. Illud tñ audiui aliquoties, ꝙ spiritualia ad nullum pertinẽt iure proprietatis, sed sunt cõia: unde in ipsis non exigitur sacrm calumn. quia qđ cõe est, naturaliter negligitur. C. qñ & quibus quarta pars debetur. l. 1. lib. 10. Hæc tñ ratio uidetur fallere in usura, quã usurarius cupit ultra cõem cupiditatẽ. Itẽ in matrimonio: nec enim dicet quis, ꝙ maritus petat uxorem, uel negligat ut cõem. Ex hoc uerò insurgit alia ratio. clerici enim procu. sunt, non domini. j. de do nat. c. 2. sed nullus procu. iurat de calum. fm quosdam, ut not §. quis debet. uersi. procu. sed fm hoc etiam in ciuilibus positionibus ecclesiasticis non iuraretur. Tene igitur superiores rationes: ad quas facit j. de immu. eccle. cùm ecclesia. & quod not. in summa eiusdem tit §. in quãtum. Quare ergo iuratur de calum. in exceptionibus circa spiritualia oppositis, ut not. s. uer. in spiritualibus. & seq. ibi tetigi unam rationẽ. Item põt dici, ꝙ hoc ideo est, quia cùm ius canonicum cõpositum sit, ut no. in proœmio: magis tñ trahitur ad spiritualia, quàm ad ciuilia, ad ueritatẽ, quàm ad subtilitatem. ut j. de dolo. & cont. c. 1. cum ergo exceptio plerunq; cãm protrahat, & ueritatẽ impediat, pp subtilitatẽ sui, iuuans se natura iuris ciuilis ꝯ canonicum, meritò & ius canonicũ eadem subtilitate, ẽt circa spiritualia iuuabit se ꝯ ipsam, & sic ad ipsam reprimendam iurm de calũnia exigitur. arg. s. de consti. cũ oẽs. 3. q. 8. cuius in agẽdo. & j. e. literas. Potest & id dici, fm Gof. ꝙ in exceptionibus non iuratur de calũnia, sed de malitia. differunt aũt hęc iura in multis. Primò, quia iurm de calumnia pręstatur post litis contest. ut no. s. e. § qñ. sed iurm de malitia ẽt antè, ut s. de ele. cum dile. §. nos uerò. & j. de resti. spo. literas §. præterea. & post lit. conte. ut j. de testi. in causis. & c. pe. Scđò, quia de calũnia semel tm̃ iuratur in tota lite. ut no. j. §. qñ. Sed de malitia toties, quoties in iudicio aliq̃d proponitur, qđ timetur vel præsumitur malitiosè proponi. Tertiò, q̃a de calũnia non habet locum, nisi in prophanis, seu tẽporalibus, sed de malitia in utrisq;, ut dixi. s. in spiritualib. & prophanis. Quartò, q̃a per iurm de cal. prouidetur, ne q̃d malitiosè seu calumniosè fiat in tota lite, sed per iurm de malitia prouidetur tantum in illo articulo, in quo præstatur. fm Gof. Et breuiter in omnibus uidetur præstandum iuramentum, præterquam in spiritualibus, cùm de his tantum prohibeatur. unde quod de uno prohibetur, de aliis conceditur. a arg. ff. de iudic. cum prætor. j. de præsum. nonne. 35. dist. qualis.[a]

Quando

ADDITIO.

a Interiicias hic commodissimè ex Mart. in sum. e. ti. rubricellã, siue articulum hunc, in quib. iurm de calumnia differat ab alijs, & in quib. conueniat. id quod ab Host. omissum miror. Iurm, inquit ille, de calumnia differt à iuramento de malitia in quatuor. Primò, quia iurm calumnię præstatur post lit. contest. extra de testib. in causis. & c. pen. & de iura. cal. cum cãm. Iurm uero de malitia præstatur ante & post lit. contest. extra de ele. cum dilectus. & de excep. pastoralis. de rest. spol. capit. fi. Item secundo differunt, quia iuramẽtum de calumnia præstatur semel tm̃, vt dictum est inchoata lite. d. c. cum causam. Sed iurm de malitia toties præstatur, quoties in iudicio quis aliquid proponit, uel postulat fieri, quod ex malitia procedere timeatur. Item tertio, quia iuramentum de calumnia habet locum in prophanis tantùmmodo: sed iuramentum de malitia non tantum in prophanis, sed & spiritualibus causis locum habet, vt probatur per iura præmissa. Itẽ quarto, quia per iuramentum de calumnia prouidetur, ne aliquid calumniosè fiat in tota lite, sed per iuramentum de malitia prouidetur, ne illud quod proponitur vel petitur, malitiosè proponatur, vel petatur, quando suspectus habetur proponens. Item differt iuramẽtum de calumnia à iuramento de veritate dicenda in tribus. Primo, quia iuramentum de calumnia locum non habet in spiritualibus causis, sed iuramentum de veritate dicenda pręstatur in illis. extra, de iureiur. ex literis. vbi de hoc in glo. iuramentum. de elect. dudum. 2. Sed iuramentum de calumnia in temporalibus & pecuniariis causis locum habet, de iur. cal. cęterùm. & c. cùm causam. & c. fi. Item secundò differt, quia in iuramẽto de calumnia respondere tenetur iurans de illo, quod existimat, vel credit, in auth. de his qui ingre. ad app. §. pen. & fin. vnde statim sine inducijs respondere debet, Credo, vel non credo. Nec potest dicere Dubito, sed in iuramento de veritate dicenda debet respõdere de veritate. nam hoc ipsum uerbum sonat. l. 1. ff. iudic. solu. unde potest dubitare. Ideoque habebit inducias ad deliberandum, & tunc nõ dicat se dubitare, quia simpliciter dicere debet, Scio, uel nescio. ff. de interr. act. l. qui interrogatus. & C. de iur. deli l. si curatoris. de his habes extra de iur. cal. in gl. responsionib. c. pen. Item tertio, quia iuramentum de calumnia multa capitula continet, quę in iuramento de ueritate dicenda locum non habẽt. Sciendum est enim, ꝙ iuramentum de ueritate dicenda successit in locum iuramenti de calumnia, quia tunc istud præstatur, quando illud locũ nõ habet, & interpretatur ius; & imitatur naturã illius, ut præstetur statim post. lit. contest. arg. ad hoc. ff. de pet. hære. l. item ueniunt. §. cum prædiximus. C. comm. de leg. 1. Item iurans de calumnia non tenetur in eadem causa præstare iuramentum de ueritate dicenda. Sed econtrario tenetur, ut C. eo. ti. auth. in hoc sacramento. & arg. extra de testi. præsentium. ubi de hoc in glo. iuramento. Iurantes autem de calumnia, & de ueritate dicenda mittuntur ad egregias personas, si ad iudicium nolunt uenire. ff. de iureiur. ad personas. Item qui meram, puram, & plenam dicere ueritatem iurat, nullum uerum tacere debet 3. q. 9. hortamur. & nullam depromere falsitatem. 2. q. 4. nullam. de accusa. cum dilecti. ubi de hoc. Item sicut actor nolens iurare de calumnia, cadit ab instituta actione, sic & nolens de ueritate dicenda iurare: & pro confesso habetur reus. de iur. cal. literas. C. eo. l. 2. §. quòd si actor, & auth. principales. in fi. Mart.

4 a **Quando** præstandum † est. Post [a] lit conte immediatè, & antequam positiones fiant: alias tacitè uidetur remitti, ut suprà in prin. huius Summæ, & de lit. contesta §. & quando. & semel tantùm præstandum est, non sæpius ut C. eo. auth. hoc sacramenrum. & in auth. in isto sacramento, sed & in exceptionibus, quæ obijciuntur ante litis conte. iurandū erit de cal. vt dixi s. in excep. oppositis in spūalib. §. & in quibus. versic. in spiritualibus & pro hoc, ff. qui satisd. cog. de die. §. iubetur. & ad hoc ff. ad exhibend. thesaurus. & ff. de dam. infec. qui bona. §. si quis stipulatus. & de iureiuran. l. iusiurandum. nec. obst. quòd semel tantum iurandum est: quia illud intelligo quo ad ea quæ accidunt post litem contestatam, ex quo iuratum est secundum T. Sed alij, quibus assentit Goffred. dicunt, ꝙ omnia iura, quæ uidentur uelle, quòd iuretur de calumnia ante lit. contest. corriguntur: quia non est iurandum, nisi semel, ut dictū est. Hoc tamen fallit in quibusdam casibus, in quibus secundò de calum. iuratur. in auth. de testi. §. quia uerò. & de fide instr. §. si uerò. collat. 7. quæ authenticæ posteriores sunt illa, de his qui ingred. ad appell. Sunt & alij casus, quos not. j. de dolo. sub rubricella, de contuma. § quæ pœna. uer. sic. quinimò. Vel dic, quod in illis casibus non iuratur de calumnia, sed de malitia, inter quæ differentia est, sicut not. s. eod. §. & in quibus. versic. illud potest dici. & sequ. secundum Goffre. Item potest etiam dici in his quæ accidunt ante litē contesta. scilicet, quòd tunc iuratur de malitia, seu de calūnia spirituali, scilicet, ꝙ nō cōtinet ī se plura capitula: sed hoc tantùm, quia nihil calumniosè proponat, & sic uerius uidetur, ꝙ non corriguntur iura superius allegata, quę uolunt ut ante lit. conte. de cal. iuretur. Sed nunquid danda est dies ad deliberandum si is contra quem fit positio, dicat se dubitare in iuramento de ueritate dicenda? Puto quòd sic, ne incurrat anceps periurium, & infamiam facti, sic potest intelligi, ff. de interrog. act. qui interrogatus. C. de iure delibe. si curatoris. ff. de pet. hæred. si quis libertatem §. planè. sed in sacramento calumniæ minimè, cū sine timore aliquo iuris uel facti respondere possit, 5 Credo, uel non credo: quia nec ad illud tenetur, ut patet j. eo. §. quid contineatur. Nam secundū Goffred. iuramentum † hoc de ueritate dicenda differt à iuramēto calumniæ, in tribus. Primum est, quia in iuramento de ueritate dicenda, respondendum est de ueritate: sicut ipsum uerbum sonat. ff. iudicatum solui. l. iudicatum. solui. & arg. ff. de legatis iij. l. nō aliter. ergo dicat, Est uel nō est. Sed in iuramēto de calumnia sufficit quod dicat, Credo, uel nō credo. in auth. de his qui ingred. ad appel. §. penult. & fin. Sed quid refert, utrū dicat, Credo, vel non credo, confiteor, uel nego: nam in utroq; inspicitur cōscientia ut no. j. de iureiu. § quorum comites. ver. in ueritate. ergo & si de ueritate dicenda iurauerit, & si falsum credat esse uerū, debet tā secundum conscientiā respondere. ideo dixi s. ne incurrat anceps periuriū & infamiā facti. s. quo ad hominū opinionē. & facit pro hac opin. 3. q. 9. hortamur. ibi, conscientiæ vestræ. q. d. secundū cōscientiā debet testis testificari. sed contrà est. arg. in eo c. ibi, quæ in rerū ueritate nouerūt quasi dicat, de his quæ sciunt debent testificari, & non de credulitate, quia de ueritate dicēda iurāt. Sed quod ibi dicit, Nouerunt, subaudi siue per scientiā, siue per iudicium scientiæ, siue per credulitatē: nam super his omnibus interrogatur testis: vt j. de testib. §. super quibus. versi. auditu. & versic. scientia. & probatur j. de testib cùm causam quæ inter archiepiscopum. re spon. j. nam & quicunque venit contra conscientiam, &c. infr. de præscrip. cap. fin. Item pro Goffred. videtur expressum in authen. a. n. de testi. extrà, ad hoc. & j. ibi, qua norunt. suprà, de iudi. § quæ sunt necessaria. sub §. porrecto. ver. hoc tamē scias. sed pro me facit, quod in eo extra, sequitur ibi & quam intelligent: q. d. si fortè notitia sua falsa est, non debet eam sequi: nam & talis credit scire qui errat. Insti. qui & ex qui. cau. ma. non possunt. §. in fraudem. ideo dicitur, ne innitaris. &c. suprà, de const. ne innitaris. ideoque iubetur plātus non solum per ea quæ nouit, id est, nosse se credit, sed & propter ea quæ ab alijs intelliget, suam conscientiam informare, & secundum ea respondere, sicut expressum dixit extra. al. leg. & sic facit pro, & non cōtrà. scio tamē quod opin. Goffred communis est. & quamuis uerba eam uideantur fouere, tamen quò ad uim responsionis faciendæ, mens uerborum & iurium contradicere uidetur, si præcisè respondere uelit negando, uel affirmando, sed in medio ius est. nā in iuramento de calū præcisè cogitur respondere, & nō sic in iuramēto de ueritate, in quo sufficere uidet, si dicat, Nescio, ut xxij. q ij. homines. ibi, & temerè iurat. s. si affirmat uel negat id quod nescit, licet instante iudice possit & debeat de conscientia respondere, non tamē affirmare quòd ita sit ne incurrat anceps periuriū. ff. rerum amo. Marcelli. § iurare. ff. de in litem iurā. uideamus. circa princ. Secundum est, in quo differt secundum Goffr. quia de ueritate locum habet in omni causa, siue in spūali, siue in temporali: sed de calum. non habet locum in spiritualibus: imò loco illius successit iuramentum de ueritate dicenda in defectum iuramenti de calum. ut patet j. de his quæ no. s. §. & in quibus. uer. in spiritualibus. & seq. Tertium, quia iuramentum de calum. multa continet capitula, ut patet j. eod. §. quid contineatur. quæ nō continet iuramentum de ueritate dicenda. Vnum tamē nō omittas, quòd vbi iuramentum de ueritate præstatur in defectum iuramenti de cal. statim post litem conte. præstandum est, ut sic in tempore imitetur naturam illius cui succedit. arg. ff. de pet. hæ. item ueniunt. §. cùm prædiximus. & C. communia de leg. l. 1. secundum Goff. & melius. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. Puto tamen, quòd & postea exigi potest, ut not. s. de lit. cont. §. & quādo. vel etiam ante, vt no. j. qui matrimonium ac. pos. sub rub. si mulier petit. ver. sed quoniam agēs. Sed & quarta differētia not. potest: quia iuramentum de ueritate potest per procuratorem præstari. vt in auth. d. n. extra, de testi. ad hoc & j. ibi, p̄sentium tibi authoritate mandamus. secus in iuramento de calūnia quod p̄statur in animam iurantis. infrà, eodem. in pertractandis. nā in personam procurat. non possunt bene cadere capitula, quæ continentur in iura. de calumn. ut patet infrà eodem. §. quid contineatur. & vide quod no. suprà eodem. §. quis debet iurare. ver. hoc autem not. hoc enim quod hic dico, regulare est. Sed aliquando fallit in casibus, vt ibi not. alij tamen nullum excipiunt casum. Sed nunquid si semel negauit, iterum cogetur respondere? puto quòd sic: si allegetur quòd tunc melius nouerit ueritatem. nam ad iudicem pertinet inquirere ueritatem: & potest esse, quòd quando respondit, non calumniabatur, quia sic credebat: nunc autem contrarium credit. vt ff. de damno infecto. qui bona. §. si quis stipulaturus. ideo secundum Goffredū, non sufficit, quòd in iuramento de calum. iuretur de præterito, vt dicat se non calumniandi animo mouisse litem, sed adiiciat nō mouere, & hoc ex parte actoris & eodem modo reus dicat, quòd non calumniandi animo resistit, ut probatur. ff. fam. ercis. inter cohæredes. § qui famil. ercis. s̄m Goffredum. quinimò vr ꝙ hoc non sufficit, nisi & futurum tp̄s ꝯplectatur, scilicet ut dicat, resistit in p̄nti uel resistet in futuro, ut innuit l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de dān. infect. & quia hoc iuramentū ad totā litem extēditur, ergo ad tempus futurum, vt dixi suprà eodē, in princip. & probatur. C. de iudic. rem non nouam. §. patroni. vnde si bene uellet seruare iuramentum is qui tunc responderat proprio motu ueniret, & responsum suum corrigeret: sed quia pauci capiunt uerbum istud, saltem quo ad effectum, tutius est quòd iterum interrogetur.

6 b **Quid contineatur** in eo [b] † His versibus comprehende: Istud iuretur, ꝙ lis sibi iusta videtur, scilicet actori in agendo, reo in defendēdo. Et si quæretur uerum, non inficietur. Nec distingue vtrum positio sit negatiua, uel affirmatiua. ergo qualitercunque ponatur respondēdum est. quod dic vt no j. de proba. §. quis debet. uer. nunquid ergo. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur. Nil promittetur scilicet causa corruptionis. nec falsa probatio det̄, scilicet quo ad instrumenta, vel testes, uel alias species probationis, de quibus no j. de prob. § & quot sunt species. probantur hæc ff. fam. ercis. inter cohæredes. §. qui fam. ercis. C. e. l. 2. & auth. principales. in auth. vt litig. iurent, col. 9.

7 **Quæ sit pœna** † nolentis præstare huiusmodi sacramentum. Vt actor ab intentata actione cadat, scilicet per sententiam, quia absoluetur reus: sed si reus non vult iurare, habetur pro confesso in iure: & sic pro conuicto. vnde condemnabitur in his capitulis, quæ in narratione comprehensa sunt, ut infrà eo. c. ulti. § pœna. C. e. l. 2. §. quod si, & §. sin autem res. & auth. principales. in fine. in auth. ut litig. iurent, col. 9. & accedit. ff. de interrog. actio. de ætate. §. q tacuit.

ADDITIONES

a Quando præstandum est. ¶ Adde Spec. tit. de iur. cal. in §. 1. idem Spe. tit. de iur. om. iud. in § 6.

b Mart. in sum. e. tit. scribit iurantē de calūnia, quinque cōsiderare debere in se. primò ꝙ credat se bonā causam habere, & interrogatus nō negabit qđ credit verum esse, & non vtetur scienter falsa probatione, nec dilationem petet ex fraude, & quòd non dedit, nec dabit, nec promiserit aliquid pro hac causa nisi illis personis quibus leges dare permittunt. C. e. tit. l. 1. & 2. & in auth. principales. & extra de iur. cal c. 1. vbi de hoc in gl. Mart.

DE DILATIONIBVS Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Dilationum species quot sint.*
2 *Dilationes quis dare possit.*
3 *Dilationes quando dari possint.*

4 Dila-

4 *Dilationes quibus dari poſſint.*
5 *Dilationes quoties dari poſsint.*
6 *Dilationes quare dantur.*
7 *Dilationes qualiter dantur.*

QVia indicio cœpto, & iuramento de calumn. præſtito, de quo proximè egimus, ſæpe contingit, quòd dilationes petuntur, quandoque ad teſtes ꝓducẽdos, uel aliis de cãis. & ſi decr. huius ti. nõ videantur loqui, niſi de his quæ ante litis conteſt. petuntur, nos tamen plenè de ipſis videamus expediẽtes. Quot ſint dilationũ ſpecies, Quis ipſas dare debet, Et quando, Et quibus, Et quoties, Et quare, Et qualiter.

1 Quot ſint dilationum † ſpecies. Dicas. Dilationũ, Aliæ citatoriæ. Aliæ reſtitutoriæ. Aliæ deliberatoriæ. Aliæ ꝑparatoriæ. Aliæ executoriæ. Aliæ reuocatoriæ. Aliæ vocatoriæ, ſiue feriales. Aliæ proſecutorię. Aliæ ſaluatoriæ. Alię præceptoriæ. Aliæ electoriæ. Aliæ experitoriæ. Aliæ experimẽtoriæ. Aliæ repræſentatoriæ. Aliæ ordinatoriæ. Alię exceptoriæ. Aliæ citatorię, quę dãtur vocato ad cauſam, & ſunt ſex mẽſiũ in Epiſcopis. iij. qu. iij. de inducijs. in alijs clericis. xviij. dierum. v. q. ij. præſenti. ſecundum Da. ſed derogatur, xxiiij. q. iij. de illicita. citãtur enim tribus citationibus, ſicut alij, vel vna pro omnibus, vt ibi dicitur. C. quomodo & quando iud. conſentaneum Veruntamen peremptorium non eſt [a] ponendum in prima citatione, niſi ex cauſa, nec nimis breue, aliàs appellari pôteſt à tali grauamine. infrà eod. ca. j. ſed ex cauſa poteſt, vt not. ſ. de iudi. ſub § porrecto. verſi. & not. ĩ. de dol. & contu. cùm dilecti. ff. de iudic. nonnunquam & ĩ. eo. c. vl. reſp. j. & in perẽptorio dẽt iudex cõminari. ff. de iud. in perẽptorio. & vide ſ. de iud. ſub §. porrecto. & ĩ. de contu. §. quid ſit cõtu. Itẽ omnes citationes poſſunt poni in primis literis, vt ita dicatur, Mandamus quòd in tali die & tali loco compareas coram nobis, ſicut ius dictauerit proceſſurus. quod ſi die illa non veneris, aſſignamus talem: & ſi neç in illa, talem argu. infrà, de teſtib. cog. cùm ſuper. & ſic mittitur vnũ pro tribus. xxiiij. q. iij. de illicita. & ff de iudi. nonnunquam. dicit tamen auth. quòd inter diem debet eſſe ſpacium xx. dierum, ut in auth. de liti §. omnẽ verò. Quid ſi non venerit ad primam citationem, nunquid condemnabitur in expenſis, licet veniat ad ſecũdã? Non videt, dũ modo veniat ad peremptorium. arg. ſuprà, de in integ. reſtit. ex literis. infrà, de do. & contum. cap. j. dicas contrà argu. ſuprà de proc. querelam. C. de iud. ſancimus. infrà, de dol. & contu. cùm dilecti. in fi. infrà, de app. reprehenſibilis. §. fin autem. niſi morã purgauerit. 4. q. 5. quiſquis. ĩ. de app. ex ratione. ff. de iudi. ſi prętor. in fi. Alię reſtitutoriæ, quæ dãtur his q ſpoliati fuerunt poſt reſti. & ſunt ad minus ſex mẽſium, nec maiores anno. vel dic ꝙ arbitrariæ ſunt. 3. q. 2. eiectis. & c. ſi epiſcopus. hodie tamen his exceptionibus ſeu dilationibus in cauſis non vtimur, ſecũdum Gof videtur tñ, ꝙ vti poſſimus. arg. in auth. d. n. de reſti. ſpol. extrà, frequens & aſſidua. vel tãto tẽpore debet pacificè poſſidere, quãto ſpoliatus ſtetit, antequam reſpõdeat, vt iij. q. ij. prius. & c. tãdiu ij. q. ij. prçceptum eſt. Item reſtitutorię, quę dant ad appellandum. & ſunt xx. dierum 3. q. 6. anteriorum. Item 4. annorum ad petendã reſtit. in inte. C. de temp. in inte. reſt. l. vlt. & no. ĩ. de in inte. reſt §. & quando. Alię deliberatorię, quę dãtur reo ad deliberandũ. & ſunt xx. dierum. iii. q. iii offeratur. aliquãdo plurium, ſecũdum locorum diſtantiã. ſ. de proc. dilectus. aliqñ denegant, vt ſi potuerit deliberare viſo tenore reſcripti. ĩ. eo. prçterea. vel aliter qualitercũq;. ff. quod vi aut clàm. ſem p. §. fi. & de contrah. emp. hæc vendi. & de re iud. debitor. & l. iiii. & Inſt. de offi. iud. ff. qui ſatiſ cog. de die §. pe. in auth. ut iudices nõ expe. ſacras iuſ. co. ix. Sed ꝯ arg. in auth. vt cũ de ap. cog. §. j. col. 8. ſecundum M. hæ ſecũdũ Gof. in criminalibus locũ non habẽt. cũ enim reus certus ſit, vtrum ꝯmiſerit crimen, vel non, ſtatim debet confiteri, vel negare. hoc non placet mihi: qa ſaltẽ propter exceptiones, quibus accuſator repelli põt, quæ multæ ſunt, vt no. ĩ. de accu §. quis poſſit. danda eſt dilatio, & circa maiora periculum vertiť. dic vt no. ĩ. de acc. §. qualiter. ſub §. oblato. & vide quod no. ĩ. e. §. & quib. uer. in criminalib. & §. & quare. uer. quid ergo. Aliæ præparatoriæ, quæ dãtur uolenti probare, & ſunt trium mẽſium, ſi probationes ex eadẽ prouincia poſtulentur, ſi ex cõuicinis inſulis, ſeu prouincijs, quæ ſcilicet modico aut nullo freto diſtant. ff. de verb. ſig. notionẽ. §. continentes. ſecus, ſi ex trãſmarinis, ix. menſium. iij. q. iij §. ſpacium. C. e. l. j. dantur hæ tam actori, quàm reo. xvj. q. 6. ſi aũt. ſecundũ Gof. de hoc ĩ. e. §. & quibus. Aliæ exequutoriæ quæ dantur condemnato ad hoc vt ſatisfaciat, & ſunt 3 menſium ſ. de of. dele. quæ rẽti. C. de vſuris rei iud. l. iij. ſed hæ in realib. nõ habẽt locũ neq; in criminalibus, in quib. exequutio nõ differt, niſi in caſib. qđ dicut no. ſ. de of. delę §. q̃ iuriſd. ver. quãuis, &c. Aliæ reuocatoriæ, quæ dantur illi qui habet ius reuocãdi domũ: puta quia ꝑ alia cauſa uocatus erat, vt ĩ. §. & quibus. uer. itẽ dantur. Aliæ uacatoriæ, ſiue feriales, ut ĩ. ti. j. Aliæ ꝓſequutoriæ, ſicut illæ quæ dantur ad appellationem proſequendã, & ſunt arbitrariæ, ut dicã ĩ. de ap. §. intra quę tẽpora debeat appellatio exerceri. Aliæ ſaluatoriæ, ut pœnitentiales, quæ etiam arbitrariæ ſunt, ut dicã ĩ. de pœni. §. quæ pœnitentia. Aliæ præceptoriæ, ut dicam ĩ de appel. præterea. Aliæ electoriæ. ĩ. de conuer. coniu. ex publico. ff. de opti. leg. mancipiorum. ſ. de elect. ne pro defectu. Aliæ experitoriæ. ĩ. de frig. & male. laudabilẽ. Aliæ experimentoriæ. ĩ. qui mat acc. non poſ. capi. ſi C. de ingenuis. diffamari. Aliæ repræſentatoriæ. ĩ. de ap. perſonas. reſpon. j. & c. ſępè. ſ. de ele. dudum. j. & de renunc. veniens. Aliæ ordinariæ ſ. de elect. cùm in cunctis. Aliæ exceptoriæ, ſcilicet ad proponendas exceptiones conceſſæ, ĩ. de excep. paſtoralis.

2 Quis ipſas dare debet. † Aliquando dantur à iure, vt quãdo dies ſunt feriati de his infr. ti. j. dicetur ſatis. Item reſtitutoriæ à iure danť, oppoſita exceptione. Item executoriæ: tamen & hæ, ſcilicet executoriæ ex cauſa arctari poſſunt, inſpecta qualitate negotij, & perſonæ. ff. de re iud. l. ij. aliàs ſuppletur à iure quod minus datum eſt per iudicẽ. ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi quis tamẽ. & ſi reus factum iudicis approbet, ualet, quia tacitè uidetur renunciaſſe maiori beneficio. infrà, de re iudic. quod ad conſultationem. Item citatoriæ, deliberatoriæ, & præparatoriæ, & ſequentes omnes ex cauſa arbitrio iudicis hodie committuntur. unde uerſus:

Tempus lege datum, prætor producit, & arctat,

ſecũdum Azo. qui inſpecta utilitate, uel neceſſitate partiũ, modo plus, modo minus cõcedat, ꝓut requiret qualitas negotij, temporis, cauſæ quantitas, & ꝑſonæ. ſuprà, de tranſ. c. ul. 5. q. 3. ſi ęgrotans 3. q. 2. ſi epiſcopus. 3. q. 3. de ĩducijs. in auth. de litig. §. omnẽ uerò. xxiiij. q. iij. de illicita. C. quomodo & quã. iu. ꝯſentaneum. & auth. ibi poſita. ff. de iudi. nonnunquam. ff de re iud. l. 2. ſ. de proc. dilectus. ĩ de app. cùm ſit Romana. 28. diſtinc. de his. 3. q. 3. ſpacium. lxxv. diſt. quoniam. & § pręceden. ĩ. de re iudi. quod ad conſultationem. ff. de uer. ob. cõtinuus. § j. ĩ. de pœni c. 3. Et breuiter & regulariter teneas, quòd omnes dilationes ex cauſa arbitrariæ redduntur: & ſi contrarium inueneris, caſuale eſt, ſicut probant iura proximè allegata.

3 Et quando. † Certè quãdo iudex uidet, ꝙ petiť bona fide, nõ ex malitia, aliàs materia dãdarũ dilationũ ſemper amputanda eſt: ut C. de tẽp. ap. l ij. in prin. Præſumitur autẽ peti bona fide, in cauſis à iure expreſſis poſt ſacramentũ calum. quia nõ præſumitur quòd ſit immemor ſalutis æternæ, cùm iurauerit ſpecialiter, quòd nõ animo differẽdi negotium dilationem petat. ut no. ſuprà ti. j. §. quid contineatur. Sed & ſi non ſit iuratũ de calum. & uidetur iudici, quod petitio malitioſè fiat. uel dubitet, poteſt tũc ab eo ſacramẽtũ exigere, quòd hoc non petat animo calumniandi, uel cauillandi, ut no. ſuprà ti. j. §. & in quibus. uerſi. & in ſpiritualibus. & ſeq. & arg. infr. de dolo & contu. finem. in auth. de litig. §. omnem uerò. col. 7. C. de falſis. l. ij. & de iure deli. l. 3. & de fid. inſtr. l. ult. ff. de eden. ſi quis. §. exigitur. Quia prima facie præſumitur cõtra petentes dilationes, & excipientes. ĩ de præſum. nullus. 11. q. 1. Chriſtianis. 3. q. 9. decreuimus. lxxiiij. diſt. honoratus. ſ. de in inte. reſt. ſuborta. Item aliquãdo præſtatur ante lit. cont. aliqñ ante ſententiã, aliqñ etiam poſt ſentẽtiam, ut patet ſuprà, §. quot ſũt ſpecies. & uer. aliæ dilatoriæ. & uer. aliæ citatorię. & uer. aliæ ꝑparatoriæ. & uer. aliæ reſtitutoriæ. & uerſi. aliæ executorię. & cæteris uerſib⁹, quos uide ꝑ ordinẽ. & dic ut ibi dixi plenè. Quãuis etiam dixerim non præſumi calumniã, ex quo iuratum eſt, ſi tamẽ iudex ipſam deprehendat (nã & aliqui ſunt, qui nõ multum curant de ſacramento) denegabit dilationem. ſuꝑ quo uide quod no. infrà, de contumacia. ſub §. hoc de expenſis uer. illud autem certum eſt. & uerſi. ſequentibus. & §. qua pœna. uer. quinimò.

4 Et quibus. † Aliqñ actori, aliquando accuſatori, aliquãdo accuſato. In pecuniarijs enim datur actori ſeu reo, una dilatio tantùm ad teſtes producendos ꝓ ſingulis cauſis, id eſt, impedimentis. ut ff. de ferijs. l. ultim. datur tamen prima ſine grandi cauſæ cognitione, niſi euidens calũnia appareat. ſecũda uerò cauſa cognita, ſic & tertia, & ſic de ſingulis. cauſa cognita, ſi inopinabile quid emergat, id eſt, ſi probauerit iuſto ſe impedimento fuiſſe detentum. ff. de edẽdo, l. ſi quis. §. penultim. & fi. & l. ueluti. & de ferijs, l. oratione. & l. ultim. C. eodem. l. j. & ff. de iudic. interdum In criminalibus autem cauſis

ADDITIO.

a Peremptorium non eſt. ¶ Adde an & qualiter citatio dicitur peremptoria. vide per Bar. in §. Iulianus. in l. ſi finita. ff. de dam. infect.

causis datur accusatori duæ, accusato autem tres sine causę cognitione grādi: sed & tertia dabitur accusatori, & quarta accusato causa cognita. quod dic, vt dixi suprà in prox. ver. & ꝑ easdem leges. Verùm in crimine adulterij [a] nulla dat̄ dilatio, nisi vt personæ exhibeantur, vel nisi iudex ex qualitate negocij motus, hoc causa cognita ꝑmiserit. ff. de adul. in crimine. Ratio autem, quare plures dantur in criminalibus [b] quā in ciuilibus, est in promptu, quia scilicet solēnius procedit in criminalibus. ff. de quęst. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro. ff. de pœ. absentem. & de requi. re. l. j. ij. q. viij. sciāt. secundum Goffred. C. de falsis. vbi. & hoc est cōtra illud quod Goffr. dixit, scilicet ꝙ in criminalibus denegētur deliberatoriæ. vt no. suprà e. §. j. ver. aliæ deliberatoriæ. Videtur tamē, quòd in ciuilibus plures dilationes dari possunt ob vnam causam, vt in auth. de testib. §. quia verò. aliàs incipit, quoniam verò. sed ibi loquitur non de pluribus dilationibus, sed de pluribus productionibus, quæ sub vna dilatione fieri possunt, & possunt fieri tres, sed quarta nō cōceditur, nisi iuret, quòd nō didicerit testificata. quinta nullo mō. & hoc exaudias, si in prima productione, secūda & tertia, produxit aliquē testē, aliàs si impeditus fuisset in prima, secūda & tertia, probato impedimēto sine aliquo sacramēto dabitur secūda dilatio, & sic etiā cētesima vel millesima. se. ūdum d. m. sic intellige j. de testi. vltra tertiā. verbi gratia, mihi data est dilatio triū mēsiū ad producēdos testes de eadē prouincia: dico ego, Domine, volo facere vnā productionē vsque ad xv. dies. hāc s. tabellio scribet. volo facere secundā usque ad alios xv. dies. & hanc similiter scribet tabellio volo facere tertiā vsque ad alios xv. dies. & hāc scribet tabellio, & caueat ꝙ ita scribat, data est dies ad faciendā primam productionem, non dicat dilationem. quia sic non daretur secunda, nisi causa cognita. vel dic, quòd in auth. accipitur quarta productio ꝓ secūda dilatione. & sic intra vnā dilationē possunt fieri centum productiones, sicut plerique faciūt dātes vnam dilationem, ita quòd qualibet die intra illam possunt testes produci. Sed quod prius dixi, magis videtur consonare iuri: & sic aliud est ꝓductio, de qua loquit̄ auth. aliud dilatio, de qua loquuntur antiquę leges. sic intellige, infrà de test. in causis. sic accipitur productio pro præsentatione testiū, sicut vox ipsa sonat. simile. ff de verb. signifi. ter enixa ff. iudic. sol. l. iudicatum sol. Sed alij non faciunt differentiam inter dilationē, & malè: quia iam corrigerentur antiqua iura, quæ vnam dilationem tantum dari debere innuūt, prout dixi. iij. quæst. vj. induciæ. Et not. quòd in quarta productione potest ꝓducere testes, quos antea nominauit, nō nouos. ergo ab initio tenetur nominare si petitum fuerit, vt in authent. de testi. §. quia verò multi. infrà, de testi. cog. cap. j. & capi. cum contra. vnde in literis Papalibus apponitur tota die, testes autem, &c. infrà, de testi. cum cām, verùm Goff. notauit in hoc seruari debere quod in causis obtinet de facto. cum enim aliquis probare intendit per testes, colligere debęt omnes illos testes, quos tunc vult habere, & adducere coram iudice, & ei dicere: Istos repræsento pro prima productione. Item colliget secundò alios, & repręsentabit pro secūda, iterum tertiò alios: & repręsentabit pro tertia. omnes tamen hi sub vnā dilatione producuntur, secundum Goffred. Tu tamen tene, si placet, sicut not. suprà eodem. vers. videtur. & sequent. periculosum enim esset, quod docet Goffred. quia fortè non possent omnes simul pręsentari. & de facto etiam contrarium seruatur in multis locis. & bene sufficit, quod nominentur. argumen. in authenti. d. n. extrà, de rescrip. cum in multis. Sed nec tot productions admittet iudex, si sentiat legitimè probatum, & ex quo multos testes recepit, quia ex officio potest repellere multitudinem effrenatam. puta quia iam recepit xl. ut infrà de testi. cap. de testibus. & capi. cum causam §. volētes. cautè tamen hoc facit, quasi moueatur præ nimia multitudine testium oblata, quia nullo signo debet denudare mentem suam. Cod ad l. Cornel. de fals. vbi. ff. de offic. præsi. obseruandū. in genere ergo loquatur, & quasi sub quodā verborum inuolucro, sicut dicitur de sacerdote, cui quis confessus est peccatum, suprà, de offic. ordi. si sacerdos. infrà de pœni. omnis. Si verò non admitteret quartam productionē cum solennitate, de qua dixi, & sine hac causa iustè appellari posset ab eo. infrà, de testib. significauit. sufficit autem hæc causa, quod xl. fuerunt iam producti vt suprà dixi. Alij dicunt, quod non est uis in xl. imò iudex secūdum qualitatem causæ hoc debet moderari, decret. tamen hoc moderamen apponit, ergo citra xl. inuito eo qui producere uult, non potest refrenare, ne aliquo signo demonstret quid sentiat. Sed si videt probatū, bene potest sic dicere: Frater tu produxisti iam x. testes, attendas vtrum hi, quos vis producere, melius nouerint veritatē: quia si probari possit, satis videtur quod per x. posset probari: ideo moneo te, quòd non facias me frustra laborare. non ideo quia paratus sum recipere testes tuos, sed pro Deo ducas illos qui melius veritatem nouerint, & parcas tibi & mihi. & etiam debet potius ipsum terrere, quàm sibi aliquam spem dare: ut possit partes ducere ad compositionem, dicēdo, probauisti fortè, fortè non, fortè obtinebis, fortè non. ad hoc, suprà, de mut. peti. c. j. & de trans. c. vltimo. & no. suprà, de offi. iu. §. & utrum desideret. versic. lites. & sequen. Solennitas autem legalis hæc est, quia iurabit is qui petit quartā productionem, quod non fuit percunctatus dicta testium per se, vel per alium, ut tetigi suprà, uer. videtur. & quod non petit quartam productionem ꝑ aliquem dolum, machinationem, vel artem: sed quia nō valuit uti testibus, quos producere intendit. in auth. de testib. §. quia verò. col. vij. Et nūquid per hoc derogatur illi auth. de his qui ingre. ad app. §. quia igit̄. col. 5. vbi dicit, ꝙ semel iurandum est in tali lite. Gof. dicit, ꝙ sic: quia auth. de testi. posterior est: eodē modo derogat̄ illi auth. de his qui ingre. ad appe. ꝑ auth. de instru. cau. § si verò moriant̄. col. 6. versic. similiter secundò iuratur. vel dic, ꝙ nō corrigit primū, quia auth. loquit̄ de iuramēto credulitatis, aliud de iuramēto veritatis. secundū Gof. vide qđ no. de hac materia, s̄. de iura. calum. §. quando præstandum est. Sed videtur ꝙ tres dilationes dari debeāt, vt in auth. vt cū de ap cog § j. Solutio. Præsenti datur vna, vt dixi, absenti & cōtumaci dant̄ tres, ut in contrarijs. nec dicas ꝓpter hoc meliorē cōditionem absentis, quia ipsæ tres dilationes nō excedūt tres menses, sed illa quę datur præsenti, potest esse ix. mensium: qa datur secundum moderamē locorum, secūdum d. m. Vel dic, ꝙ nullo modo contradicit: nec enim illæ tres dilationes dātur ad testes producendos: sed ad præsentiam sui faciendā, & contumaciam conuincendā, & ad allegandā: unde si veniret in prima dilatione, fortè nō haberet tertiā, licet secunda daret̄, si diceret causam quare. Item datur ei q pro alia causa venit: nō eñ cogit̄ respōdere, cū habeat ius reuocandi domū. j. e. c. j. de hoc dic vt not. j. de except. § quis sit effectus. ver. item effectus Quāuis aūt dixerim, ꝙ nō possit quis testes producere, ex quo didicit testificata in instrumētis, cōtrarium obseruatur, quia instrumēta qñcunq; produci possunt, & semper dabitur dilatio probatis impedimentis, dūmodo in causa conclusum non sit. postea eñ nō audiretur. vt j. de fid. instr. cum dilect. resp. j. & hoc in causis quæ examinātur per inferiores iudices: secus, si imperator cognoscat de causa appel. vel eā alij committat: quia tūc nunquā datur dilatio, siue in priore iudicio data fuerit, siue petita, vel nō petita. sic intelligunt quidam, C. eo. cùm à nobis. 3. q. iij. §. spacium. versic. cùm verò. & malè. arg. C de temp. ap. auth. sed lis. & vbi senato. vel clar. quoties. & no de app. § à quo & ad quē. Dicas igitur, ꝙ hæc quæ dixi locum habēt in qualibet causa, nisi in cā relationis, in quo casu Azo ītellexit illā l. cùm à nobis. ibi eñ nō datur dilatio: & est ratio, quia iudex non debet referre negotium, nisi probatū sit plene, & renūciatum. vt C. de rela. l. 1. & de app. ne causas. j. de app. intimasti. & ideo qa plenè examinatum est primū iudicium, iustè dilatio denegatur: siue princeps cognoscat de relatione, siue iudex quicunq;. sed hæc ratio videtur reprobari in auth. vt iudic. non expectent sacras iussiones. col. 9. vel dic, ꝙ fit relatio ad consultationem, qa iudex idiota erat, & est qđ possit imputari petenti dilationē: & hoc est, qđ dicit litera, cum à nobis. ibi, ad appellationem consultationemue. & si habes consultationem, expone, & pro vel. ff. de verb. sign. sæpe. vel intellige secundum decre. j. de testi. cū clamor. j. de offi. ord. dilectus. unum tamen scias, ꝙ etiam in relatione iterum inquiritur ueritas, si plenè non fuerit inquisitū, secundum iura nostra, & ꝙ causa referri possit etiam, quamuis de ipsa non constet, ut s̄. de offic. legat. licet. & de elec. dudum. in no. Denegatur autem dilatio propter modicam mutationē libelli, uel si declaretur, qđ obscurè dictum erat: dum tamen gl. non sit nimis remota à textu. hoc enim arbitrarium dico, secūdū ea quæ no. s̄. de libel. obl. §. & an mutari. Ad hoc j. eo. literæ. & ff. de hære. inst. hæredes. si eñ non mutatur persona iudicis, actoris, uel rei, neq; causa, neq; actio, ad quid daretur iterū dilatio, cùm super prædictis deliberare potuerit. j. eod. præterea. Item denegatur illi, qui ad extraordinariū iudiciū id est delegatum traxit me, sed mihi dabitur: quia instructus esse nō potui, qui præter aliquam speciem ad alienum iudiciū trahor: iij. q. iij. §. spacium. uer. ei autem. C. eo. si quando. Sed si mihi detur dilatio & aduersarius dilatione illa gaudebit. C. de tempo. in integ. rest. petende. & C. de iud. auth. iubemus. Quod autem dixi actori

ADDITIONES.

a In crimine adulterij. ¶ Adde tex. i l. diuus. i §. fi. ff. de q̄st. gl. in c. spatiū. 3. q. 3. Spe. in tit. de dila. in §. videndum. ver. utrum valeat. Anto. de But. in c. licet. de adul. Bar. in extrauag. ad reprimendū. super verbo declaratio.

b In criminalibus. ¶ Adde quòd in causis criminalibus dantur dilationes deliberatoriæ. vide gl. sum mæ. iij. q. ij. c. perscripta. & ibi Arch. 2. q. 8. Io. An. in c. 2. de dilat. Pau. de Elea. in cle. fi. ut lit. pen.

ri denegari dilationem, in hoc casu intelligas quando petit inducias ad formandũ libellum, uel aliquid simile, in quo potuit deliberare: secus, si inopinatũ quid emergat, de quo non potuit diuinare: puta contra rescriptum suum exceptio opponitur, in quo replicatione opus est: hic enim inducias obtinebit, argu. s. de iura cal. cæterum. j. de except. pastoralis & in his quæ no. s. e. §. resp. j. & versi. 1. & 2. & §. quis ipsas dare. Datur & alia dilatio illi, ex cuius domo iniquum quid patior: vt legitur in authen. vt omnes obed. iudic. §. si igitur. col. 5 posita in C. ubi de crimi. agi oportet. auth. qua in prouincia. versic. si ergo ambo.

5 **Et quoties.** † Quotiescunq; opus est, & bona fide petitur. dic ut no. s. §. & quando. & §. & qbus. nisi tẽpus triennij, intra quod causa terminãda est, instet, ut C. de iud. properandũ. § & si quidem pars, uel tempus intra quod causa terminari iubetur in rescripto, vt s. de offic. dele. c. de causis. & c. pastoralis. §. vlt. Regulariter vna tantum dilatio dari dẽt vt dixi s. §. & in quibus. si etiam excõmunicatio obiiciatur actori, nõ videt quòd debet dari reo dilatio, nisi vna: vt s. de officio deleg. prudentiã. §. sexta. quia nisi probauerit intra terminũ cõpetentem, scilicet prout videtur iudici limitandum, ex tũc actio sine aliquo offendiculo audiri iubetur. hoc intelligo, nisi probaret iustum impedimentum, ut dixi s. §. & quibus. & seq. sed si peteret dilationem ad impedimentum probandum, non admitto: nisi incontinenti paratus sit probare. arg. j. de ord. cog. cùm dilectus. de restit. spol. literas. §. præterea. & depositi. bona fides. §. vl. & in auth. d. n. extrà, de restit. spol. frequens. & de excep t. o. extrà. pia cõsideratione, ubi hoc apertè determinatur. nam ita demum dilatio dãda est, si vrgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desiderata instructionis exigit. C. e. l. 1. §. quod ita. 3. q. 3 induciæ. versi. indicantes.

6 **Et quare** † Vt homo deliberare valeat. 3. q. 3. offeratur. Vt veritas rerum salua sit, ut patet s. §. & quibus, Vt possit haberi consiliũ. C. de inge. & manu. l. 3. Vt in omnibus æquitatis ratio obseruetur, ut patet s. eo. §. 1. & seq. datur eñ gratia instrumentorum, gratia personarum, scilicet testiũ & aduocatorum, & propter alias necessarias causas vt C. e. l. 1. & l. penult. Sed quod dixi de aduocato, intelligas nisi præsumatur contra petentẽ ex certa causa, quòd malitiosè petat. tũc eñ nõ impetrabit dilationem, vt s. ut lit. non contest. c. 1. j. de dolo & cõtu. prout. aliàs autẽ dari debet, si bona fide petatur. arg. de offic. procon. nec quicquam. § de plano. & de postul. l. j. §. ait prætor. & ex quib. cau. ma. in integ. rest. ab hostibus. § sed quod simpliciter. & l. ait prætor. § vl. & C. de iud. properandũ. §. illo proculdubio. ff. de vsur. sciendum. Quid ergo si adueniente die, quæ data est ad deliberandũ & respondendum, petitur dilatio causa aduocati? Non habebit debet eñ sibi imputare, si libellum habuerit, & non deliberauerit, nisi probet iustum impedimentum: vt no. s. § quoties. Sed & bonus iudex debet attendere formam libelli, scilicet vtrum ponatur duplex causa, uel duæ actiones. & vtrum tangat ius vel factũ, saluo eo quod notatur de benignitate cañ. s. de lib. obl. §. quid debeat continere. uer. T. dixit. debet etiam attendere qualitatem personæ, & negotij certitudinem, vtrum simplex fuerit, vel discretus: & utrum diem ad deliberandum vnquam habuerit, vel non: & his pensatis, uel dabit aliquã, vel magnam, vel modicã, uel penitus denegabit. arg. j. de iudic. pastoralis. & iunge, quod no. s. de libel. oblat. §. utrum libellus. uersi. libellus. & præced. & seq. s. e. § 1. uer. aliæ deliberatoriæ Si tamen sentẽtia lata sit prætextu aduocati nõ habiti in processu, sententia retractari non debet. ut C. de postul. uelamẽto. excipitur fiscus, qui sine aduocato nõ põt esse in iudicio, unde nõ teneret sententia contra eum lata. ff. de iure fisci. si fiscus. & C. de aduo. fisci l. ult. idẽ dicũt quidã in causa matrimoniali. arg. 3. q. 3. de induciis. quod non placet. arg. s. ut lit. non contest. c. 1.

7 **Et qualiter.** † Iudice sedẽte ꝓ tribunali, & utraq; parte præsente, & causa cognita. ideo dicitur, ꝙ causæ cognitio nõ interpellatione plenaria, scilicet quasi de plano fiat, sed cõsidẽte magis iudice, id est, sedente pro tribunali, præsentibus partibus colligatur. aliàs dicitur plenaria interpellatio, ꝙ fit sine libello, ut C. de naufra. l. pen. & si fortè dilationis petitio fuerit improbata, per sententiã iudicis, scilicet interlocutoriam dirimetur. ut C. e. tit. à procedente. 3. q. 3. §. spaciũ. uersi. à iudice procedente. hæc aũt interlocutoria mutari põt ex causa. ff. de re iud. quod iussit. & de arbitr. qualem. §. dicere. aliàs est lex. & j. de appel. cùm cessante.

DE FERIIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Feriæ quare dicantur.*
2 *Feriæ qualiter distinguantur.*
3 *Dies diuersis modis incipit & desinit.*
4 *In feriis quid agi debeat.*
5 *Appellari potest quolibet tempore.*
6 *Feriis an renunciari possit.*

Audiuimus suprà de dilationibus, quæ aliquãdo dantur à iudice, aliquando à iure: nunc dicamus de his quę à iure tantum dantur, & sic videamus de feriis, excutientes, Quare dicantur feriæ, Qualiter distinguantur, Quid in eis agi debeat, Quid non, Et an feriis possit renunciari.

1 a **Quare** dicantur † feriæ.[a] Feriæ dicuntur per contrariũ. cùm enim feriæ colendę non sint, hæ tamen coluntur. unde feriæ dicuntur, quasi foeriæ præstant enim vacationem ab his quæ in foro agi consueuerunt. secundum Azo. quia in forensibus negotiis immunitatem prętant. ut ff. eo. diuus. ergo feriæ, quasi dies festiuandi, ut patet in inferioribus.[b]

2 c d **Qualiter** distinguantur. † Feriarũ aliæ repentinę, aliæ solennes.[c] Repentinę dicuntur, quas Imperator indicit,[d] vel propter palmã, seu victoriã, quia scilicet hostes subiugauit, uel quia uxorem duxit, uel quia filius ei natus est. & dicuntur repentinæ, quia non sunt certæ, imò repentè, siue subito indicuntur. nullus autem præterquam princeps has indicere potest. quòd si fecerit, carebunt nomine, per consequens & effectu. Cod. de fer. à nullo. Solennium enim[e] aliæ indictæ sũt ob reuerentiam Dei, vt j. eodem. capit. vltim. quæ numerantur j. de consec. eccle. vel altar. distinct. 3. & 5 ff. eod. pridie. in quos dies Solis connumeratur, id est, dies dominicus. C. eodem l. omnes. & l. dies. septem enim sunt planetæ, & septem dies in hebdomada. nam dies Dominicus à Sole denominatur, dies Lunæ à Luna, dies Martis à Marte, dies Mercurij à Mercurio, dies Iouis à Ioue, dies Veneris à Venere, dies sabbati à Saturno. ex his non dicitur aliquis dies feriatus excepto die Dominico, nisi aliud festum inciderit. † Est tamen notandum, ꝙ dies diuersis modis incipit & desinit. nam quo ad celebrationem diuinorum,[f] consideratur de vespera in vesperam, j. eodem. capit 1. & 2. quo ad iudicia de mane in vesperã, & sic de luce in lucem. Sed quo ad contractus de media nocte in mediam noctem, ut s. de offi. dele. consuluit. secundum Ioan. T. & Goff. de hoc tamen dic vt not. s. de iudic. §. qualiter. quo ad ieiunium[g] sextæ ferię, incipit post cœnam diei Iouis & desinit in mane diei sabbathi. de consec. dist. 3. de esu & idem est in alijs obseruandum. Epicurei tamen siue gulosi interpretati sunt, ꝙ cœna durat vsq; ad mediã noctẽ, & manè incipit in media nocte. quo ad obseruationem treugæ ab occasu solis quartæ feriæ, vsq; ad ortum solis secundæ feriæ, vt s. de treuga & pace. c. 1. An autem Septuagesima & Quadragesima sit erianda, & quidam alij dies, de quibus in decretis reperitur, dic vt not. de consecrat. distinctio. 3. Aliæ uerò indictæ sunt ob honorem principis, ut dies natiuitatis eius, uel dies in quo coronatus est. Aliæ ob honorem ciuitatũ, ut dies natalitij vrbiũ maximarũ, scilicet Romæ & Constantinopolis, in quibus debet iura deferri, qa & ab ipsis orta sunt. Aliæ[h] ob necessitates hominũ, vt gemini seu duo mẽses: vnus q datur gratia messium

ADDITIONES.

a Quare dicantur feriæ. ¶ Adde Barb. in rub. e. tit.

b Azonis etymologiam videtur sequi Mart. Abbas in sum. e. ti. subiiciẽs ferias præstare immunitatẽ à mercatis propter peccatũ. quod in huiusmodi cœtibus sæpe contingit. de pœn. dist. 5. qualitas. & c. negotiũ. Cessandũ est ab his, maximè diebus solennibus. e. tit. c. 1. Mart.

c Aliæ solennes. ¶ Adde quòd feriæ solennes & repentinæ æquiparantur secundũ Ang. in l. 1. in prin. C. de feriis. & an feriæ introductæ in honorẽ Dei possint tolli ꝑ consuetudinem vel statutum. vide gl. & Bal. in l. quadragin ta. C. de fer.

d Repentinæ dicuntur. ¶ Adde ex quibus casibus indicant feriæ repentinæ, & in qbus possit eas indicere: vide gl. in verbo necessitates. in clem. sæpe, de ver. sig. & an possit renũciari feriis repentinis. vide per Spec. tit. de fer. in fi. & in l. sed & fi. in §. si feriæ. ff. ex quib. cau. ma.

e Solennes ferias ad honorem Dei introductas fuisse scribit Martin. vbi s. In qbus ait, cessandũ est ab omni opere seruili. Sed nec causæ agitari debẽt, qa his partes renũciare nõ possunt, nisi necessitas vel pietas id exposcat. Nec in his sñia ferri debet. Nec pœna sanguinis vel mortis dẽt imponi. Nec iuramẽta pstari, nisi ꝑ pace, obedientia, & fide, uel alia simili necessitate, de consec. dist. 3. c. 1. & 3. & de feriis. c. 1. & c. licet. Non t ñ cessandũ est ab operibus. de sta. mo. cum ad monasteriũ. § in refectorio. Martin.

f Nam quo ad celebrationẽ diuinorũ. ¶ Adde gl. in c. 1. e. ti. gl. in c. 2. e. ti. gl. in c. alma mater. de sent. exc. lib. 6. Arch. in c. quid à principibus. lxxv. dist. idem Arc. in c. 1. de consec. dist. 1.

g Quo ad ieiunium. ¶ Adde Ab. in c. 2. de fer.

h Feriæ solennes gratia messium & uindemiarũ cõceduntur ad fructus decerpendos, in æstate & in autumno. Propterea quiescunt homines a causis agitãdis, nisi processus fiat de partiũ uoluntate, qa his renunciare possunt ex causa, extra de fer. c. fi. ubi de hoc in gl. Et ad hoc duo dant menses à Præsidibus prouinciarũ diuersis temporibus secundum diuersitatem locorum.

ſium, alius qui daſ gratia vindemiarū. & hæ feriç ſecundū diuerſas qualitates, ſm ɔſuetudines regionū modò citius, modò tardius indicunt. nā meſſes in calidis regionibus in feſto ſancti Ioānis, uel circa mediū: in montanis circa feſtū beati Michaelis. & ideo hæ à præſidibus indicuntuſ ſeu præconizantur. ad hoc C. e. publicas. l. quadraginta. & l. omnes dies. ff. e. prçſides. & de offi. procon. ſi in aliquam. §. & ſerias.

4 **Quid in eis** agi debeat. † Ea quæ pertinent ad diſciplinam militarem, vel ſcholaſticā, propriè liberales artes peragi poſſunt. ergo ſtudere poſſumus. Item cuſtodia eorum qui ſunt in carcere adhibenda eſt, & an habeāt victum [a] proſpiciendum. ff. eodē. l. pen. C. de epiſc. aud. iudices. Item ea quæ pertinent ad agriculturā, uel putationem vinearū, vel foſſuram earum. C. eod. omnes. §. ruri. & eſt ratio, ne modico momēto pereat commoditas cœleſti prouiſione conceſſa: vt ibi. alibi dicitur, ꝙ in mora modici temporis non eſt periculum, nec maximū damnum. ff. de iud. ſi debitori. hoc autem intelligas neceſſitate inſtante, quando quidem licet piſcari etiam diebus Dominicis [b] ad alecia, ut cū facta collectione ſeu captione congrua portio eccleſiis circūpoſitis, & Chriſti pauperibus fiat, ut ĵ. e. licet. Et generaliter quandocunq; neceſſitas, uel pietas exigit, nō ſunt feriādi hi dies, ergo cauſæ matrimoniales, [c] & aliæ, in quibus vertitur periculū animarū, etiam his diebus tractari poſſunt: qđ dic vt not. ĵ. eo. §. & an feriis. ver. quid de cauſis matrimonialibus. & ꝓ pace, uel neceſſitate alia, uel vtilitate his diebus iurare poſſumus. ĵ. eo. c. 1. in fi. & c. vlt. §. quibus. exempla ponuntur multa. ff. eod. l. 2. & 3. ĵ. de deſp. impu. c. 2. ideo ea quæ ad pacem & concordiā pertinent, tractari & determinari poſſunt. pacta enim conferant, tranſactiones loquantur. C. eodē. l. vlt. Item videtur, ꝙ cauſç miſerabilium & debiliorū perſonarū his diebus tractari poſſunt: hoc enim pietas ſuadet, in operibus miſericordiæ diſtinctio dierū non eſt habenda, ut not. ĵ. eo. §. & an feriis. ver. itē renūciatio fit.

5 † Itē quolibet tempore appellari poteſt, [d] ſiue feria ſit ſolennis, ſiue repētina. Sed appellationis exercitium denegatur, ut C. eo. l. 1. Itē quolibet die libellus [e] offerri poteſt. ff. de adult. miles. §. ſexaginta. dic ut no. ſ. de lib. obl. §. utrum libellus. uerſi. libellus. & ſeq. Quid de cauſis matrimonialibus pauperū, & aliarū miſerabilium perſonarū, uide quod not. ĵ. e. § & an feriis. uer. item renunciatio. & ſeq. & uerſi. cauſa etiam. & ſeq. vſq; in fi. Item licet in ſolennibus feriis, uel repentinis non cognoſcatur de appellationis cauſa, currit tamen tēpus anni, uel biennij appellanti etiam his diebus. C. de tempori. appell. l. 2. §. pen. Item ſi actio tempore peritura eſt, lis poteſt cōteſtari, uel executoris cōuentio ſequi, & liberalia iudicia omni tempore expediuntur. Item in eū qui feriarum, nundinarumue nomine aliquid accepit, vt ipſç nūdinæ impediātur, uel ne frumētum ad eas deferatur, omni tempore ius dicitur. ff. e. l. 1. §. ſed excipiuntur. & l. 3. Item quæſtiones latronum inſigniū, & maximè Iſaurorum, ſeu iugulatorum, in quibus puniendis ſummi numinis ſperatur venia, & multorum ſalus & incolumitas ꝓcuratur, his diebus expediuntur. C. e. l. pe. nam Phinees hominem occidit. & c. 23. q. 8. occidit. Itē publicæ & fiſcales cauſæ geminis menſibus tractari poſſunt. C. eod. publicas. aliud in feriis ſolennibus ob honorem Dei. C. eo. omnes. in fi. Sed quæ pertinent ad voluntariam iuriſdictionem, ſicut adoptio, emancipatio, excōmunicatio, abſolutio, ubi non requirit cauſæ cognitionem, puta in notoriis criminibus, & manumiſſio etiam diebus Paſchalibus expediri poſſunt. C. e. actus. Ergo tutores & curatores dabūtur, & admonebuntur vt gerant, & alimenta conſtituent, & mulier uentris nomine, uel legatorum in poſſeſſionem ponetur, & pro damno infecto, quia celeritatem deſiderat. ff. de damno infect. l. j. fiet miſſio. Item exhibendi teſtamēta, ne præſtetur materia fabricandi falſum, ff. quemadmodum teſta. aper. l. prima. fiet cognitio. Item dabitur curator bonis hæreditariis. Item ut liberi alantur à parentibus, & ecōtrariò, cognoſcetur, & præcipiet, & atrox iniuria æſtimabitur, & fideicommiſſaria libertas præſtabitur. ff. e. l. 2. & 3. In his enim, uel ſimilibus licet de geminis menſibus loquatur prox. l. non putauit Azo reuerentiā Dei excludere, imò magis inducere cauſarum examinationem, quæ reſpiciunt humanitatē vel miſericordiā cōprobatur eius ſentētia. ĵ. e. c. vlt. § quibus. Artes etiā mechanicæ in geminis menſibus exercētur. ſecus in feriis inductis ob honorē Dei, C. e. omnes. Dei aūt ſabbathi potius debemus operari, quàm etiā aliis diebus, ne iudaizare uideamur. de conſec. diſt. 1. c. 1. & diſt. 3. peruenit.

Quid non. Mercatū, placitū, nec aliqs ad mortē, uel ad pœnā his diebus damnari debet. ĵ. eo. c. 1. excipiuntur caſus quos ſuprà enumerauimus. Ideo autē mercatum his diebus fieri non debet, quia difficile eſt inter emētis & uendentis commercium non interuenire peccatum. de pœnitent. diſtin. 5. qualitas. & ca. negotium. quod præcipuè his diebus uitandum eſt. nam tempus peccatū aggrauat, ut notatur ĵ. de pœn. ideo etiam à placitis abſtinendum eſt, quia quamuis liceat placitare, non tamen expedit. 11. q. 1. aliud. de pœni. diſ. j. §. in Euangelio. & c. aliud 15. q. 3. placita. C. eo. omnes. Nullus etiā ad mortem duci debet, nam quamuis non ſit peccatum iudici ſeculari hominem occidere. 33. q. 5. qui malos. & c. iudex & c. ſi homicidium. quia tamen horridum & miſerabile eſt, hominem ab homine perimi, & quia pœnæ non irrogatæ indignatio ſolā duritiem contine. ff. de ſer. expor. ſeruus. in fin. ideo ob reuerentiam dierum ſolennium eſt ab huiuſmodi abſtinendum, & à iuramentis. ĵ. eod. c. 1. quia à malo non credentium fiunt. ſ. de electione. ſignificaſti. ĵ. de iureiur. & ſi Chriſtus. Diebus autem Dominicis & aliis feſtis ſolennibus, uel à Paſcha uſq; ad Pentehcoſtem genu flexo orandum non eſt, niſi cōſecratio epiſcoporum uel clericorū aliud exigat, uel niſi aliquis ex deuotione in ſecreto hoc facere uelit. ĵ. eod. quoniam. § diebus. & § in conſecrationibus. 30. diſt. c. ulti. & eſt ratio, quia dies illi iugi gaudio & continua lætitia peragendi ſunt. lxxvi. diſtin. §. ſcire. Sententia etiā non eſt ferenda, 15. quæſt. 4 capitu. 1. & 2. & ſi lata ſit, non meretur ſententia uocari, ut patet ĵ. §. & an feriis. Itē licet matrimonium quolibet die contractum per uerba de præſenti ɔſenſu legitimo interueniente ſit firmum, tamē à lxx. uſque ad vij diem poſt Pentehcoſtē, ſecundum conſuetudinem eccleſiaſticā, ſiue poſt octauas Paſchæ, ſecundum canones fieri non ſinatur: traductio tamen uxoris, nuptiarū ſolennitas, ſcilicet eccleſiaſtica, & carnalis copula prohibentur: ſed ſponſàlia conceduntur, ſecūdum communem opinionem: quod dic, ut no. ĵ. de matri. cōtr. contra inter. eccle. §. quid iuris. ſic ergo matrimonia prohibentur, & ſi facta ſint, ſeparantur, ſcilicet ad tēpus. ĵ. de matri. cont. contra inter. eccl. ex literis. & c. 1. ſic intellige xxxiii. queſt. 4. non oportet à lxx. & ita tres hebdomadç prçcedentes feſtum ſancti Ioan. Bapt. in quibus matrimonium interdicitur, à tempore rogationum uſque ad ſeptimum diem poſt Pētehcoſten, continuè ſunt numerandæ. ſic intelligo ĵ. eod. capellanus. Quòd autem dixi nuptias prohiberi à lxx. vſq; ad octauas Paſchæ, ſecundum can. uel uſq; ad 7. diem poſt Pētehcoſten, ſecundum conſuetudinē Rom. eccleſiæ, ad idē computū redit, nam Paſcha intelligitur durare à die reſurrectionis uſq; ad diem Pētehcoſtes incluſiuè: ſi ſic enim computaueris, dies 50 inuenies, quibus feſtum reſurrectionis repræſentatur. lxxvj. di. §. non autem. & §. ſcire. cū ergo dies Pētehcoſtes, diem reſurrectionis ſiue Paſchç repræſentet, qæ eſt ultima in ɔputo, patet, ꝙ ſeptimꝰ dies Pētehcoſtes cū octaua Paſchæ, idē eſt. iō dicit decret. ꝙ Pētehcoſtes caret octauis. ĵ. e. c. capellanus. in fi. ſed contrà, ĵ. e. quoniā §. prçterea. Solutio. Quòd ibi dicit octauis, expone: id eſt, octaua die ĵ. e. c. capellanus reſp. j. uel fictione iuris caret octauis, ut in decr. capellanus ſed in ueritate ipſas habet. ut in d. § prçterea.

6 **Et an ferijs** poſſit renunciari. Repentinis † minimè, ſolennibus inductis ob honorem Dei, multo minus: quia nec proceſſus habitus, etiam partibus conſentientibus, tenet, nec ſententia. ĵ. eod ca. ultimo. § quibus. Videtur tamen quòd poſſit aſſignari dies feriata ad repræſentandū, & craſtina die ad reſpondendum. ſic poteſt intelligi, ſuprà titu. 1. c. ultim. in fine. & de reſtit. in integr. cùm ex literis §. ultim. ſed ſi aſſignaretur dies feriata ad reſpondendum, non cogeretur uenire citatus, nec poſſent ab eo peti expenſæ, ſi non ueniret. ut ff. ſi quis in ius uocat. non ier. l. 2. in fin. & eſt ratio, quia ſi preſens eſſet, reſpondere non cogeretur. ff. de iud. non uidetur litigare. Sed contra expreſſum, ĵ. de dolo & cont. cùm dilecti §. j. ubi Dominica, qua cantatur, Ego ſum paſtor bonus. fuit aſſignata peremptoria ad reſpondendum, ſed intellige ſecundū prçdicta. Poteſt etiam dici, quòd dictio uſq;, [f] poſita in dictis iuribus, non eſt intelligenda incluſiuè, ſed excluſiuè. Vel dic, quod decret. iſtæ loquuntur in aſſignatione diei facta per papam, qui ſuper hoc corrigi non pōt. 9. q. 3. aliorum. alii ergo iudices hoc priuilegio uti non debent. nam his diebus nulla unquam de iure urget admonitio: nulla fideiuſſionis flagitatur exactio, tacet apparitio, aduocatio delitescit: ſunt hi dies à cognitionibus alieni: pconis horrida uox ſileſcit: reſpirant à controuerſiis litigantes, ut C. eo. dies

ADDITIONES.

a An habeant victum. ¶ Adde Ang. in l. minimè. C. de ap. & alleg. gl. in l. fi. C. de erog. mil. annonæ. lib. 12.

b Licet piſcari etiā diebus Dominicis. ¶ Adde Doc. diffusè in c. licet. de fer.

c Cauſæ matrimoniales. ¶ Adde gl. in c. vir cum propria. 33. q. 4. & in c. capellanus. & ibi Doc. de fer.

d Quolibet tempore appellari poteſt. ¶ Adde gl. in c. fi. de fer. c. appellatio. de ap. li. 6. Bar. in l. 1 in §. dies. ff. qn̄ ap. ſit. Bar. in l. diuus. ff. de fer.

e Quolibet die libellus ¶ Adde gl. in c. fi. de iud. gl. in c. cupientes. in §. ꝙ ſi per viginti. de ele. li. 6. Ant. de But. in c. fi. de lib. obl. Bar. in l. 1. in §. nuntiatio. ff. de no. ope. nunc. Bal. in l. 1. C. de fer.

f Dictio vſque. ¶ Adde Arch. in c. de illa. 33. di. idē Arch. in c. ſi gratiosè. de reſc. li. 6. Spe. ti. de cita. in §. 1. ver. itē excipit ꝙ citatio. Bar. in l. patronus. in §. Sēpronio. ff. de le. 3. Raph. Cu. cōl. xcix. inc. qdā poſſeſſio ſoluta erat

dies feſtos.de conſuetu.tamen obtinet, ꝙ primo notatur.ſed nō eſt approbanda,quia nec per ſpeciale pactum huic iuri renūciari poteſt.j̃.eo.cap.fina.ideo cauti iudices conſueuerunt vti in literis ſuis hac clauſula, Et ſi dies aſſignata in feriam incidat, primam diem ſubſequentem,in quam feria non inciderit, aſſignamus.Item inductis ob honorem principis vel ciuitatis, non pōt renunciari.ff. de arbit. ſi feriatis.ff. de poſtul. quos prætor.ff. de iur.immu.ſemper.§.conductores.s̃.de foro com.ſi diligenti.Solennibus autem inductis ob neceſſitates hominū renunciari poteſt,& eſt ratio, quia id de quo ibi quæritur, poteſt per alios expediri,& quia quilibet poteſt iuri ſuo renūciare. ſimile j̃.de teſti. tuis quæſtionibus.ſed ſi renunciatum non eſſet, non valeret ſententia dicta.j̃.e.c.vlt.§.vlt ff.eo.l.1.& l.ſi feriatis.Item renunciatio fit aliquando authoritate iuris in omnibus feriis. nam in operibus pietatis magis inſiſtendum eſt diebus ſolennibus,quàm priuatis:vt arg.j̃.de ſtatu mo.cùm ad monaſterium.§ in refectorio. & j̃.e.c. fi.§.quibus. & in operibus miſericordiæ diſtinctio dierū non eſt habenda.77.diſtin.vtinam.de conſec.diſtin.5.nunquam. quia & ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. ff. de relig.& ſum.fun. ſunt perſonæ. Cauſa etiam quæ tempore lapſo inutilis remanet,etiam in feriis vindemiarum & meſſium tractatur.s̃.de iudic.c. vlt.§.vlt. idem fortè in his quæ appellationem non recipiunt.ff.de appella.recip.vel non l.vlt. Quid de cauſis matrimonialibus & ſpiritualibus? Videtur quòd etiam his diebus tractari poſſunt.argumen.s̃.de elect. cùm inter vniuerſas.& capi.ne pro defectu.& vt lite non conteſta.quoniam frequenter.§.porrò.& ſequen.& in iuribus.s̃.prox.duobus verſibus inductis.& hoc no. Hug.15.quæſtio.4.placita. puto contrà, ſi in figura iudicij agatur.ſed ſi procedatur ex officio, fortè poteſt.arg.j̃.de clande.deſpon.cùm inhibitio.j̃.de diuor.porrò.§.1. Quid ſi magiſter conducit ſcholas, & alius poſtea conducit alias ſcholas iuxta ſuas, & voces impediunt ſe adinuicem? Primus vltimū depellere poteſt,& tractabitur cauſa etiam his diebus.arg.s̃.de iu.c.vlt.C.de ſtud.liberal.vr.Rom.& Conſtan.l.2.lib.11.Sed nunquid milites & clerici habēt ferias tempore meſſium & vindemiarum? Item quid de his,qui non habent prædia,nec vineas? Videtur quòd in eis deficiet ratio, quare hæ feriæ conceduntur, ergo & effectus. j̃.de appel. cùm ceſſante. ſed certè tales circa meſſes amicorum & familiarium,& emptionem melioris fori,qđ habetur tempore meſſium,poſſunt eſſe intent.: non ergo in his omnino deficit ratio,& ideo in re dubia melius eſt verbis edicti ſeruire.indiſtinctè enim loquitur, ergo indiſtinctè recipere debemus.arg.ff.de exerc.act.l.1.§.ſi is qui nauem.ver.in re igitur dubia.ff.de officio præſid.l.3.2 q.5.conſuluiſti. & quia priuilegium eſt latiſſimè interpretandum. j̃.de dona.cùm dilecti.ff.de conſti.prin.l.vlt.nam & priuilegium poſtliminij pertinet nō ſolùm ad illos qui pugnare poſſunt,ſed ad omnes qui eius naturæ ſunt,vt cōſilio,vel aliis modis vſui eſſe poſſint.ff.de cap.& poſtli.reuer.poſtlimi.§.vlt.ff. de vaca.mu.l.2.§.qui ita.& §.ſeq.& arg.j̃.de voto.ex multa.§.ſecundò quęſiſti.& §.vlt.& ſic ſaltem propter alios hoc priuilegio gaudebunt. Sed tamen habes contrà arg.s̃.de treug.& pace.c.2. & C.quibus non obeſt long.temp.pręſc.l.vlt.vbi priuilegiū conceſſum occaſione agriculturæ ſiue militiæ non prodeſt, niſi exiſtentibus in agricultura ſiue militia. ſed ibi loquitur de ruſticis & militibus, qui ad illa duo ſunt ſpecialiter deputati & eſt ideo dictum,vt diligentiores ſint circa officium ſibi cōmiſſum. Vel dic, ꝙ ſi non habent iuſtum impedimentum,vel pro ſe, vel pro alio ſibi neceſſario venire tenentur;& reſpondere:nam hi tantùm videntur habere priuilegium, qui circa rem ruſticā occupati ſunt, vt ff.e.l.1.reſpon.1. ¶In cauſa tamen quam moui cōtra hoſpitalarios ſuper villa Maunaſchę,allegabat frater V.de Prædel.procurator ipſorum,ferias meſſium coram domino Io.Gaietano auditore noſtro:ſed fuit ſic reſponſum ad hoc, ꝙ exceptio feriarū admittenda non ſit. primò induco curiæ Rom. conſuetudinem approbatam ſecundū quam omnes cauſæ indiſtinctè huiuſmodi feriis audiuntur,quæ & conſideranda eſt,& ſeruanda.ff.de legib.de quibus.s̃.de conſt.ex literis.12.q.2.mos.& ad hoc vt in curia Rom.hæc exceptio locum non habeat,facit æquitas naturalis, quam iudex præ oculis debet habere.ff. de eo quod certo lo. quod ſi Epheſi.s̃.de tranſact.c.fi.cùm enim de longinquis regionibus veniant homines ad matrē ſuam pro expeditione iuris ſui, æquū eſt lites abbreuiare,& eis cito finem imponere, ac occurrere laboribus partium,& ne vexentur inanibus ſumptibus prouidere.comprobantur hæc in auth.vt dif.iudi.reſpon.1.& §.ſi verò.col.9.& in auth.de quæſtore.col.6.C. de iudi. properandum. j̃.de dolo.finem.in authen.de man.prin.§.ſit tibi.col.3.de inoffi. teſta.l.1.eſt etiam hoc opus miſericordiæ, in quo diſtinctio dierum,&c.vt no.s̃.eo.ver.item renunciatio.Secundò dico, ꝙ & ſi conſuetudo in curia Rom.eſſet contraria,tamen adhuc non debet admitti exceptio, cùm feriæ indictæ non ſint.ff.eo.præſides prouinciarum.& de offi.procon. ſi in aliquam.§.& ferias ſecundum mores. Tertiò dico, ꝙ ſi indictæ eſſent,adhuc non eſt locus exceptioni,tum ratione perſonæ excipientis, tum ratione qualitatis cauſæ. Ratione perſonę,quia clauſtralis eſt,nec habet adminiſtrationem aliquam,nec aliud, niſi hanc cauſam ſibi commiſſam vnicam expedire,vnde quò ad omnia alia,mortuus reputatur.& ſi diu moratur extra clauſtrum, alia mors imminet, quia ſicut piſcis ſine aqua,& c.16.q.1.placuit.communi ergo ſibi eſt properandum. deficiente ergo in perſona ratione, quare hæ feriæ conceduntur,deficit & effectus.j̃.de app. cùm ceſſante.ff.de pact.quod dictum eſt.nec etiam ratione amicorum circa melius forum poteſt eſſe intentus,quia niſi maior præcipiat, & vtilitas hoſpitalis ſui hoc exigat, ſunt ſibi talia penitus interdicta.16.q. 1.monachi.j̃.ne cler.vel mon.c.j.s̃.de ſyndi.c.vnico.s̃.de poſtul. ex parte.ſed contra eum faciunt iura allegata.s̃.eo.verſic.ſed tamen.& ſic etiā non obſtant iura inducta.s̃.eo.verſi. ſed nunquid milites. Ratione qualitatis cauſæ, quia agit de iure eccleſiarum, quod publicum eſt 1.diſt.ius publicum.ff. de iuſti.& iu.l.1.§.publicum ius in ſacris. ſed hæc exceptio in publicis & fiſcalibus cauſis locum non habet.C.eo.publicas.neque enim fiſcus magis debet eſſe priuilegiatus,quam Deus, imò potius contrà.ar.j̃.de hæret.vergentis.& in auth.vt non luxu.cōtra naturam.quaſi in medio.col.6.C.de ſacroſanct.eccl. vt inter diuinum.ſed & cùm appellationis cauſa ſit hęc quā agimus,minus debet excipiens exaudiri.arg.in auth.de iudi.§.appellationes.col.6.& maximè quando in euidenti eſt.C. quorum appe. non recip. abſtinendum eſt. arg.ff.e.l.2.& 3.vbi multi caſus excipiuntur, qui non vidētur ita fauorabiliores,ſicut iſte. Eſt etiam præſumptio contra excipientem, ꝙ hoc malitioſè proponat.conſtat enim paternitati veſtræ ꝙ tota die quærit diffugia, tardè venit ad iudicium,& tardius reſpondet: citò quærit recedere, & parum expedire. talia debent conſiderari à iudice,ne malitia foueatur.s̃.vt lit.non conteſt.c.j. j̃.de dol.& contu. prout j̃. de præſumpt.nullus dubitat. in auth. de litig.§.omnem.colla.7.11.q.1.Chriſtianus.3.quęſt.9.decernimus.& expreſſum eſt, ꝙ tali eſt exceptio deneganda.s̃. de iudic. c.fin. Præterea per contrarium actum videtur renunciaſſe,quod in talibus cōſiderandum eſt, & ſi aliàs hoc priuilegium haberet. ff.eo.l.1.§.ſed ſi prætor.& quæ deficiunt, ſupplere dignetur benignitatis peritia iudicantis,quibus auditis pro parte noſtra interlocutoria lata fuit.

DE ORDINE COGNITIONVM. Rubrica.

ELapſis feriis, de quibus præmiſimus, lites recto tramite coram competētibus iudicibus peragi poſſunt.Sed quia plures quęſtiones aliquando proponūtur ab vna & eadem parte, aliquando à diuerſis, aliquando incidunt, aliquando emergunt in ipſis iudiciis,videamus quē ordinem cognoſcendi & diffiniēdi debeat ſeruare iudex.Si quidem vna tantū proponitur,ibi ordo ſpectandus non eſt,de quo hic quęritur.ſed alius de quo diximus s̃.de iudic.ſub §.porrecto. & vt lite non conteſt.§.in aliis.& ſequen.ſed ſi plures quæſtiones oriantur,aut vtraque eſt ciuilis,aut vtraque criminalis,aut mixta. Item aut proponitur vtraq; ab vna & eadem parte, aut à diuerſis. Si vtraque ciuilis ſit,& ab eadem parte proponatur, pōt quidem regulariter.Sed fallit in caſibus j̃.not.ſi enim cōtrariæ ſunt, hoc facere non poteſt, vt ſi perat pecuniam actione furti,quaſi eo inuito contrectatam,& actione mandati,quaſi voluntate ſua data ſit.C.de furtis.l.1.& de hoc dixi s̃. de libel.oblat.§.quid debeat continere.verſi.cùm plures actiones.& ſequen. Item quando vna dependet ex altera,neceſſe eſt ꝙ primò pronūcietur ſuper ea ex qua alia dependet.primò ergo quærendum eſt,vtrum aliquis hæres ſit,antequam ipſe agat tanquam hæres.j̃.eo.tuam. C.de hæred.act.vt debitum. Idem eſt, ſi altera ſit præambula,vt quia quęritur de poſſeſſione & proprietate alicuius rei.C.de rei vendicat.l.ordinarij.hoc intellige ſecundum diſt.quam feci j̃.ti. proxi.ſub rub.de cauſa poſſeſ.& proprie §.an quæſtio poſſeſſionis.ſub §.his igitur uerſi.cùm poſſeſſorium.& ſeq.quæſtio enim ſpoliationis priuilegiata eſt.j̃.eo.c.ult. In actionibus autem quæ electione tolluntur,idem iuris eſt,ut dicitur in tributoria, & qđ iuſſu,& de in rem uerſo,& de peculio.& in actio.ex teſtamento, & rei uendi.& hypothecaria pro legato,uel fideicom.hæreditatis. uel pro ipſa hæreditate competentibus, de quibus dicitur j̃. de teſtam.& ad hoc ff. de tribu.l. quod in hæredum.§.eligere.& de leg.2.cùm filius.§.uariis.& de regulis iuris. nemo.§.quoties. Item ſi altera ſit præiudicialis,primò tractāda eſt,ut ſi peto fundum Titianum tanquam meum,& eidem dico deberi ſeruitutē per alium fundum,quem conſtat tuum proprium fore;hic enim primò cōſtare debet,utrum fundus meus ſit, antequam poſſim ei uendicare ſeruitutem:ſecus ſi primò peto ſeruitutem,& ſecūdò fundum. Vel ſi conuenio te rei uendi, pro parte indiuiſa, poſtea ago communi diuid.pro eadem re,repellendus ſum,quia antequam diuidatur,debet conſtare,an ibi habeam partem,uel nō.

Idem.

Idem ſi peto fundum tanquam meum, & iterum cōdico fructus, ac ſi conſtaret fundum eſſe meum ff. de excep. fundum Titianū. & l. ſed & ſi aute. & l. fundi. Si autem occaſione eiuſdem rei velit proponere quis complures actiones contra aliquem, eligere tenetur: quod dic, vt not. s̃. de libel. obla. §. quid debeat continere. verſic. cùm plures actiones. & ſeq. Sed & ſi quis velit plures conuenire ſuper eadem re, poteſt, cùm prohibitus non ſit, vel occaſione diuerſarum rerum, vel factorum. arg. ff. de prob. ab ea parte. j̃. de teſtit. ſpolia. c. cùm ad ſedem. & de fide inſtru. inter dilectos. & de don. inter dilectos. & de cēſibus, cùm olim. & c. olim. Vbi autem à diuerſis partib. plures quæſtiones proponūtur, dic vt notatur s̃. de mut. petit. §. & quando. § qualiter. & §. in quib. j̃. de cauſa poſſeſ. & proprie. ſub rub. de cauſa proprie. §. an quęſtio. ſub § his igitur. verſi. cùm poſſeſſorium. Sin autem vtraque criminalis eſt, & ab vna & eadem parte proponuntur, & contra eundem, ſi ex diuerſis factis, poteſt cùm non ſit prohibitus, ſed. ex eodem facto videtur, ꝙ non liceat: arg. à contrario ſenſu. l. C. de accu. qui crimen. quia Deus nō iu dicat bis in idipſum: nec d. del icto vno ſæpius quærendum eſt. s̃. de offi. leg. licet. ff. nau. cau ſta. licet. §. vltim. Quòd ſi plures criminales actiones quis proponere velit contra duos ex diuerſis factis, vno eodemque tempore, & eodem libello: non poteſt accuſare duos, ſed diuerſis libellis poteſt duos accuſare, non tamen tres: vt C. qui accu. non poſſ. cum rationibus. vel dic, ꝙ nec duos poteſt, etiam in diuerſis libellis: niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. vna enim accuſatio per alteram impeditur: vt ff. de accuſa. hos accuſare. §. lege. & ad l. Iul. de adult. inter. §. vltim. nec obſtat l. cum rationib. nec enim dicit, ꝙ duo accuſari poſſunt, ſed de tribus negat: quia de tribus fuerat quæſitum: eodem modo negaſſet de duobus, ſi de duobus quæſitum fuiſſet, ſecundū dominum meum. Sed occaſione vnius criminis vnus etiam centum vel mille poterit accuſare: vt C. ſi reus vel accu. mor. fuerit. l. 1. ff. ad legē Iul. de adul. vim paſſam. § inceſti. fallit hoc in accuſatore adulterij: vt C. ad legem Iul. de adult. reos. & ff. de adult. ſi maritus. §. vlt. Vbi autem vnus pro vno crimine vult agere contra vnum ciuiliter, & pro eodem crimine contra eundem criminaliter, pēdente priori iudicio, vel econtrà, non poteſt. ff. de publi iudi. l. 4. ff. vi bono. rap. l. 2. §. j. Sed finito priori iudicio, poteſt ad aliud habere recurſum, ſi tamen vtraque quæſtio proponatur propter rem familiarem: vt quia aliquid abeſt, vel abfuit de patrimonio noſtro. C. quādo ciuil. actio præiud. cri. l. vnica. & hoc locum habet in publicis iudiciis, vt ipſa litera dicit. idem in priuatis. nam in quolibet furto hoc locum habet, vt ff. de furt. l. vltima. licet Pla. diſtinguat inter publica iudicia, & priuata. Nec obſtat. ff. de fur. interdū. §. qui furem. nam ibi dixi mihi ius, capiendo furem, & ducendo ad iudicem. ideo debeo eſſe contentus, ꝙ corporaliter puniatur, & ꝙ res mihi reſtituatur remota pœna furti de quadruplo rei. Si autem competat criminalis & ciuilis ad vindictam tantùm, tollitur vna per alteram. ff. de iniuriis. quod ſenatuſcon. & l. prætor. §. 1. hoc locum habet, quando plures actiones mouētur ab vno contra vnum, vel plures. Sed & ſi à diuerſis partibus, aut ab actore mouetur vna, & à reo altera, aut plures, & diuerſi agunt contra vnum. Si actor mouet vnam, & reus alteram, non in modum exceptionis, ſed petitionis, locum habet regula, Qui prior appellat, prior agat: vt ff. de iudic. qui prior. infra. eodem. cùm dilectus. § nos. Hæc regula locum habet enim vtraque eſt ciuilis, vel vtraque criminalis, & neutra præiudicialis. Item cùm prima eſt maior ſecunda. ſed ſi ſecunda ſit maior prima, præiudicat in criminalibus: niſi nomen accuſati accuſare volētis accuſantem, receptum ſit inter reos: quia tunc obtentu maioris criminis obiecti non differtur prima accuſatio, ſicut & ſi quæuis alia exceptio opponeretur. ff. de adult. ſi maritus. § præſcriptiones. fallit regula, cùm vtraque eſt ciuilis, & ſecunda præiudicialis: quia eſt de libertate vel filiatione. Inſti. de act. §. præiudiciales. ff. de libera cauſ. ordinata. C. ad legem Iul. de adult. quoniam Alexandrum. & de ordi. cog. l. 1. & l. cùm ſtatus. Item fallit, cum ſecunda eſt criminalis, & prima ciuilis. C. de ordi. iudi. l. vlti. Item cum vtraque eſt criminalis; ſed ſecunda maior. Item cum vtraque eſt par: ſed accuſatus vult proſequi ſuam iniuriam, vel ſuorum. C. cui accuſa. non poſ. l. 1. & l. negāda. 3. quæſt. 6. c. 1. Sin autem reus non in modum petitionis, ſed exceptionis aliquid obiiciat actori, vt eum repellat, ſemper de exceptione eſt cognoſcēdum, fundata intentione actoris. C. de proba. exceptionem. & de excep. ſi quidem. j̃. eo. c. 1. de ſent. & re iudi. inter monaſteriū. & hæc probantur j̃. eo. cum dilectus. Sed an de incidenti pronunciandum ſit, quæritur. & ait Ber. non eſſe pronunciandum, niſi quādo criminalis incidit ciuili, vel econtrà. ſatis eſt enim, ꝙ iudex de principali pronunciet: quia per conſequens, & de incidenti pronunciare videtur. C. de ord. cog. l. 1. & pen. & de ordi. iudic. l. 2. & ad legem Iul. de adult. quoniam. & ad legem Flauiam de pla. pręſes. ff. de præua. præuaricationis. vel dic ꝙ ibi non opponitur pręuaricatio in modum exceptionis, imò in modum accuſationis: &

8 *Census aliquando soluitur in signum subiectionis.*

Expediuimus tractatū de causa possessionis & proprietatis: & ideo tam prolixè, quia materia satis ignota est; & practicatoria, sequitur videre de causa proprietatis.

1 a Quid sit † proprietas. [a] Dominium rei iustis modis quęsitum, quod qualiter acquiratur, prolixum esset hic dicere; multis enim modis acquiritur: sed breuiter dicas quòd acquiritur iure naturali, iure gentium, & iure ciuili. Iure naturali, per occupationem, vt in feris animalibus, & aliis quæ occupanti conceduntur. vt Institut. de rerum diui. ab illo §. feræ. vsque ad §. item ea quæ ab hostibus. Item iure gentium, vt in his quæ ab hostibus capimus: hoc contingit per accessionem discretam, vt in fœtibus animalium nostrorum. Item per accessionem concretam, vt per alluuionem. Item per specificationem, vt cùm ex aliena materia speciem facimus aliquam. Item per confusionem, vt si voluntate dominorum duæ materiæ sint confusæ. Item per immistionem, vt si frumentum meū cùm tuo mistum fuerit. Item per ædificationem, vt cùm in alieno solo ædificatum est: hoc tamen ita demùm uerum est, si ædificatum, siue stipes, id est, columna ædificij solo affixus sit. aliàs si mobile sit, & ad tempus factum, non cedit solo. vt ff. de actionibus empti & uenditi. granaria. ff. de acquirendo rerum domi. Titius. nisi fortè causa perpetui usus factum sit. ff. de actionibus empti & uenditi. fundi. §. si ruta. resp. primo, ff. de uerborum significatio. urbana prædia. & l. malum. §. fi. ff. de leg. tertio, prædiis. §. pen. Sed & is qui bona fide ædificat, expensas recuperat. super quo cadit magna distinctio. ut no. Institut. de rerum diuisio. §. ex diuerso & sequenti. Licet autem dixerim, quod ibi factum est ædificium non affixum terræ, & ad tempus solo non cedit: non tamen credas, quòd licitum sit cuilibet hoc facere, domino prohibente, quia & si in suo solo quis ædificat, non tamen fimum, aquam, tignum, uel quid aliud licet immittere in alieno, ut ff. si seruitus uendi. sicuti §. Aristo. neque fodiendo, neque aquam deriuando. ff. de aqua pluuia arcen. l. j. §. de eo opere. & §. sequenti & § denique. quinimò ingredientem fundum meum potero prohibere, etiamsi causa uenandi ingrediatur: Institu. de rerū diui. § feræ. & §. ibi sequenti. planè. Item per plantationem, ut cùm in alieno fundo plantatum uel seminatum est. Item per scripturam, ut si in charta tua scripserim. nam literæ membranis cedunt. Item per picturam. ubi quidem si pictura fuerit preciosa, tabula picturæ cedit. Item per perceptionem, ut in fructibus, quos percipio de re mea: ꝙ si tu perceperis, & consumpseris, condico ipsos. Item per inuentionem, ut in thesauro, quem si in proprio fundo inuenero, meus fit. idem si in alieno data opera: sed si non data opera medietatē debeo dn̄o fundi. Item per traditionem, & quasi traditionem, ut oīa hæc leguntur Insti. de rerum diui § interdū. usque ad finem tit. per totum. Res etiam pro derelicto habita occupanti conceditur: s. si sit mobilis & abiiciatur: idem si immobilis, & exeo de fundo, hac mente, ut pro derelicto habeam. ff. pro derelicto. l. j. sed si in mari iactauerim res meas, causa nauis leuandæ, non habeo pro derelicto: quia non hac mente abiicio. unde si librum bene inuolutum iactauerim, non habeo pro derelicto: secus, si apertum. tūc enim ex qualitate facti præsumitur, ꝙ pro derelicto habeo. Institu. de rerum diuisio. § ulti. ff. de furtis. falsus. § si iactum. & de dāno infecto. si finita. §. si qs metu. Aliàs solo animo sine adiectione non habeo rem ꝓ derelicto, nec solo animo dominium amitto, quamuis solo animo possessionem amittam, vt ff. eod. l. si quis vi. § differentia. ideoque si probem. ꝙ semel fui domin⁹, præsumitur quòd adhuc sum dominus, nisi in contrarium probaueris. C. de probationibus. siue possidetis. ff. de minoribus. ait pretor. aliàs, si sine. §. vltimo. secus de possessione: vt dicam j. titulo primo.

2 Quis possit agere † de proprietate, & qualiter, & cōtra quem agi possit. Dic vt not. suprà de libell. oblation. §. quid debeat. versicul. si realis. Veniunt autem fructus & accessiones omnes percepti post lit. contestat. in act. iudic. offic. sed percepti antè in libello debent peti. sic intellige regulam, ff. de iudi. solemus. j. eodem. ecclesia. §. vlt. per l. ff. de ędilit. edict. & redhibi. act. ædiles. §. item sciendum & l. itē. si serui. §. j. C. de rei ven. certum. de hoc not. j. de contu. §. qua pœna. versicul. punitur etiam contumax. sed & in vniuersalibus act. rectius intelligi potest. Quo ad ea quæ dixi de fructib. dist. est inter bonę fidei possessorem, & malę fidei possessorem, vt dicam j. tit. j.

3 An quęstio † possessionis & proprietatis simul tractari possit, Circa hoc not. quòd actio & interdictum aliquoties concurrunt. interdictum autem nihil aliud est, quàm quædam verborum solennis conceptio, quibus prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat, quod tunc maximè faciebat, cùm de possessione vel quasi aliqui inter se contendebant. Et est dictum interdictum non ab interdicendo, sed quia

ADDITIO.

a Quid sit proprietas. ¶ Adde quæ dicatur plena proprietas, & quæ nuda vide in l. fœminæ. in §. illud. & ibi Bal. C. de sec. nupt.

quia inter duos datur, vt Institut. de interdictis. in principio. & §. sunt tamen. Videtur tamen, quòd interdictum idem sit cum actione nam actio est quedam formata verborum conceptio, vt C. de for. & impe. act. sub. l. vnica. sed non est ita, quia solennitas actionis à iure ciuili est, & generaliter formata: sed solennitas interdicti à iure prætorio. & quot sunt homines agere volentes, tot sunt necessariæ verborum conceptiones, vnde in interdictis verba variabantur, secundum demonstrationem personarum, vt diligens studiosus notare potest. ff. de tabu. exhib. l. prima. & ne quid in lo. publ. l. prima. & de vi & vi armat. l. prima. hodie tamen nulla est differentia inter interdictum & act. vt Institut. de interdictis. §. fin. & est interdictum actio in factum prætoria, vt ibidē Sed est sciendum, q alia gratia iuris diuini prodita sunt: vt interdictum de mortuo inferendo, & de sepulchro ædificando, & ne quid fiat in loco sacro, vel ponatur, seu immittatur, & vt id quod factum est, seu immissum, tollatur, vt ff. de interdictis. l. secunda. §. j. & ne quid in loco publico. l. j. §. locorum. & de mortuo infer. l. j. Primum locum habet, vt non prohibeatur quis mortuum inferre, & sepelire, quo inferre licet vel sepelire. Secundum, vt non prohibeatur quis ædificare sepulchrū, quo liceat inferre mortuum, vt ff. de mor. infe. l. j. in prin. & § prætor ait, Tertium & quartū significatio nominis declarat. Item quintum, ne quid fiat in loco sacro. l. fi. & ne quid in loco publi. prætor ait. resp. j. & §. locorum. & §. pretor qd in via. Alia verò sunt iuris humani, quorū quædā competunt p priuatam vtilitatem: quædam propter publicam, vt de locis publicis, riuis & fluminibus publicis, vt ff. de interdi. l. prima. §. quæ sunt. Propter priuatam vtilitatem quædam gratia sui iuris tuendi, vt interdict. de lib. exhiben. & de vxore exhib. vel liberto exhi. Quædam gratia officij tuendi, quod homo debet homini ex natura, vt interdictum de libero homine exhi. vt ff. de interdictis. l. ij. §. hominum causa. Item quædā ratione rei familiaris, vt in proxim. l. §. horum autem. alia dantur gratia adipiscendæ possessionis, vt quorum bonorum, quorum legatorum, & Saluianum, de rebus coloni, quas pignori obligauit pro mercede fundi. Alia causa retinendæ possessionis, vt vti possidetis, in rebus immobilibus, & vtrobi in rebus mobilibus: quando s. duo dicūt se possedere insolidum eadē rem. Alia causa recuperādę possessionis, vt interdictum vnde ui, directum & utile, & quod ui aut clam. de quo dicam j̃. tit. j. vt ff. de interdictis. l. j. §. hoc autem. & Instit. de interd. §. sequens. Et notandum, quod interdictum quorum bonorum, datur bonorum possessori, id est illi qui loco hæredis est. hæredis enim effectus de iure ciuili est: sed bonorū possessoris de iure prætorio. nam cum prætor nequiret suo beneficio hæredem facere, quia hoc legis est, vel senatusconsulti, vel constitutionis, fecit quod potuit, quia s. bonorum possessorem constituit. vt Insti. de bon. pos. §. quos autem. vtriusq; tñ, s. hæreditatis & bonorum posses. idem est effectus: sed in hoc differūt quia hæreditas nititur authoritate legis, sed bonorum possessio authoritate prætoris. Item aditio hæreditatis non requirit authoritatem iudicis viuentis, sed bonorum possessio requirit authoritatem & præsentiam iudicis. datur igitur interdictum quorum bonorum, gratia adipiscendæ possessionis contra possessores vniuersitatum, vt ff. quorum bonorum. l. 1. §. interdictū hoc. sed & contra possessores rerum singularium. ff. de fur. hoc amplius. dummodo sint eorum possessores. ff. quorum bo. l. 1. nec obst. ff. quorum bono. l. 1. §. interdictum. hoc restitutorium est, & ad vniuersitatem bonorum, vt ad singulas res pertinet. nam quod dicitur, non ad singulas res, subaudiendum est tantùm. sic & petitio hæredi. pro una re tantum datur, ut ff. de petit. hæred. licet. Sed cum bonorum possessor per bonorum possessionem factus sit dominus hæreditariarū rerum, quomodo adipiscitur per interdictum quorum bonorum, id quod iam adeptus est? respon. per bon. possess. adeptus est dominium, sed non possessionem, sicut in aditione hær. contingit. ff. de acquir. pos. cùm hæredes. & ideo necessarium est interdictum gratia possessionis, vt dixi. Sunt & quædam interdicta duplicia, s. tam recuperandæ quàm adipiscendæ possessionis, ut ne vis fiat ei qui in possessionem missus est. ff. ne uis fiat ei qui in possessio. missus est. l. pe. §. cùm prætor. Item quædam continent causam ueræ proprietatis, ut interdictum de iti. actuq; pri. quod datur uolenti reficere iter, & is qui proponit, necesse habet probare dominiū seruitutis, & se iuisse hoc anno 30 dieb. ut ff. de iti. actuq; pri. l. inde aliàs unde §. ait prætor. ff. de interd. l. 2. §. quædam. idem in interdicto quod datur de aqua ex castello ducenda, ut ff. de aqua quo. & æsti. l. 1. §. ait prætor. idem, quando maritus petit restitut. uxoris. necesse enim habet probare, quòd cùm ea contraxit, & eam cognouerit, & sic in possess. fuerit, ut j̃. tit. 1. ex transmissa. & cap. ex parte. j̃. de spon. commissum. Item quædam obtinent causam quasi proprietatis, ut interdicta quæ diximus competere de locis sacris, religiosis, & de lib. exhib. ff. de interdict. l. 2. §. sed illa. ideo dicitur quasi proprietatis, quia proprium esse non potest, sed ac si proprium esset, necesse est ut probetur res sacra, uel religiosa, cuius ratione interdicitur. Item & nomine ecclesiæ uendicatur, j̃. ti. 1. cùm ad sedem. j̃. de reli. do. constitutus. & c. pen. & ulti. & de capel. mona. c. 2. Item interdictorum alia dantur respectu possessionis, ut interdictum unde ui, & uti possid. & utrobi, s. ubi conpetunt propter possessionem rei corporalis. ubi uero datur uti possid. seruitutis gratia, pro quasi possessione intenditur. ff. de serui. quoties. uia. & si seruitus uen. sicuti. §. ideq; ait. j̃. codem. cum ecclesia. & de proba. licet. idem in interdicto quod mihi datur de itinere, uel actu uel uia priuata: quādo usus sum hoc anno xxx. diebus, non ui, non clàm, non precario à te. & ideo non debeo prohiberi, quo minus utar interim uel tantisper, quo ad de seruitute constet. ut ff. de iti. actuq; pri. l. j. respon. 1. & §. 1. & l. 3. § hæc autem.

4 Interdictorum † etiam alia simplicia, alia duplicia. Simplicia sunt, in quibus alter reus est, alter actor, qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. & quædā prohibitoria. ut de arboribus cædendis, & de iti. actuque priua. & ne quid fiat in loco sacro uel flu. pub. ripāue eius: nam actor est qui desiderat exhiberi aut restitui. uel ne quid fiat? reus à quo desideratur, ut restituat, uel exhibeat, uel quid aliud facere cogatur. Duplicia uerò sunt, quædam interdicta prohibitoria, ut uti pos. & utrobi, & de superficiebus, & de aqua quo. & æstiua. quandoque. s. quando proponitur inter hæredes & emptores, & bonorum possessores. & dicuntur duplicia, quia in his uterque est actor, uterque reus, & ille uincit in eis qui tempore lit. contest. non ui, non clàm, non precario possidet ab aduersario. Instit. de interdict. §. retinendæ. & §. tertia. ff. de interdictis. l. 2. resp. 1. & de superficiebus. l. 1. §. proponitur. & de aqua quotidi. & æstiua. l. 1. § ait prætor, inter hæredes. si tamen unus prouocat ad iudicium, is sustinet partes actoris: uel si ambo simul prouocant, sorte dirimitur res: sicut in actio. famil. erciscund. & communi diui. ff. de iudic. in his tribus. j̃. de proba. ex literis.

5 † Sunt & alia interdicta prohibitoria, ut proxi. exposui s. uersi. simplicia. quædā restitutoria, quædam exhibitoria. prohibitoria dicuntur: quia uetant uim fieri sine uitio possidenti, uel mortuum inferenti, quo ius ei est inferendi. uel in sacro loco ædificādi, uel flumine pu. ripāue eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Restitutoria autem dicuntur dupliciter, uel quia restituitur ei possessio qui aliquando possedit, ut in interdicto, unde ui: uel quia restituitur, id est, datur possessio ei qui nunquam possedit, ut in quorum bonorum, & quorum legatorum. nam & uerbum reddendi habet significationem per se dandi. ff. de uerb. significationem reddendi. Exhibitoria sunt, per quæ iubet prætor exhiberi, s. quando de alicuius libertate agitur, cùm quæritur, cui libertorum patronus operas indicere uelit: uel quando parens liberos eius, qui in potestate sunt, iubet exhiberi. Instit. de interdict. §. 1. & ff. de liber. exhib. Sunt & quædam mista, s. prohibitoria & restitutoria: ut interdictum, ne uis fiat ei qui in pos. mis. est. nam prætor prohibet uim fieri possidenti, & amissam possessionem iubet restitui. & idem non potest in interdicto de libe. exhi. & de libe. ho. exhi. nam illa & alia ratione mista sunt. id est prohibitoria & exhibitoria. exhibitio enim fit per ea. Item prohibet prætor inuitum hominem liberum detineri. Item prohibet uim fieri patri quo minus deducat filiū, ut ff. de interdict. l. 1. §. interdictorum autem. & de lib. exhib. l. 1. & l. deinde. & de lib. ho. exhib. l. 1. Est & alia distinctio, quia quædam in præsens, quædam in præteritum referuntur. In præsens. ut uti possid. in præteritum, ut de itine. actuque pri. & de aqua quotidi. & æsti. ff. de interdict. l. 1. §. antepe. Item alia sunt annalia, alia sunt perpetua, ut de tabu. exhib. ff. de interd. l. 1. § ult. & de tab. exhi. l. iij. §. fi. Hoc tamen uidetur regulare, ut anno interdictum quodlibet terminetur: nam & ipsius prætoris imperium annale erat. Instit. de perpe. & temp. act. § eas uerò. Sed potest in eis distingui, ut si cōtineant rei persecutionem, nec dentur ex maleficio, dentur perpetuò. Si autem sint ex maleficio, aut non contineant rei persecutionem, terminentur anno: si tamen ex maleficio aliquid peruenit ad hæredem, & sic de eo perpetuò tenetur, & de re perpetua is qui maleficium commisit, quamuis quò ad pœnam, annale sit. ff. de actio. & obl. in honorariis. ff. unde ui. l. 1. in princip. respons. 1. tamen secundum iura canonica tenetur hæres ex maleficio, quamuis nihil peruenerit ad hæredes, ut not. j̃. de sepul. §. quibus interdicatur.

6 Interdictorum † quoque alia sunt publica, idest, cuilibet de populo competentia, alia sunt priuata. publica sunt 7. de libe. ho. exhib. Ne quid fiat in loco sacro, Ne quid fiat in sancto, Ne quid fiat in religioso, Ne quid fiat in loco publico, non solùm dico ciuitatis Romanæ, sed

re, sed alterius, vt in theatro, vel cãpo Martio, vel arena, vel insula, vel agro, vel via publia, itinere publico. si enim de rebus fiscalibus sit controuersia, cessat interdict. & præfecti sunt iudices & procuratores Cesaris, vt ff. de ne qd fiat in loco publico. l. ij §. publica. & §. hoc ĩterdictũ & §. interdictũ hoc ꝑpetuo. & de lib. homi. exhi. l. quod lex. §. hoc interdict. & de sepulc. viola. l. 3. C. vbi causa fical. l. ad fiscum. lib. 3. Item populare est interdictum ne quid fiat in fluminib. vel mari, quo peius nauigetur. Item, ne quid fiat in flumine vel ripa, ut aliter aqua fluat quã prio ri æstate fluxit. id est, vt aqua fiat latior, depressior, rapidior. cum incommodo accolẽtium, quorum existimatione flumina à riuis deseruntur. vt ff. de fluminib. l. j & ne quid in flumine publico. l. j. Item interdictum, ut in flumine publico, uel lacu, uel fossa, vel stagno publico liceat nauigare. vt ff. vt in flumin. publi. liceat naui. l. j. in istis omnibus interdictis non potest assignari ratio, quare magis competa isti quàm illi: ideo dicitur populare. Fortè & octauum populare est interdictum, scil. vt liceat reficere cloacas publicas, licet earum refectio specialiter ad magistratum pertineat, ut ff. de cloa. l. j. §. hoc autem. & §. vl. Priuata autem 28. sunt De mortuo inferendo, Quorum bonorum, Quorum legatorum, Vnde vi, Vti possidetis, Vtrobi, de tabul. exhiben. De liberis deducendis, Saluianum, De precario. Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, De loco pu. fruendo, De superficiebus, De itinere actuq; priua. De aqua quotid. & estiua, De riuis reficiendis, De fonte, quod ei datur, qui aquam duxit hoc anno, non vi, nec clam, nec precario: de alterius fonte, lacu, puteo, piscina, fossa, stagno, non de cisterna, vt ff. de fonte. l. j. Item de cloacis priuatis reficiendis Quod vi aut clam. De arboribus cædendis, quæ impendunt ita in alterius agrum, vel domum, uel radices immisee rint, vt inferant periculum domui alterius. in primo casu non stirpitùs seu radicitus arbor succinditur, sed à xv. pedibus s. à terra altius coercetur: vbi verò domui impendet, prorsus debet succindi. idemq; est, & si propter radices periculum minatur, vt C. de interdictis. l. j. ff. de arboribus. cæden. l. j. Item interdictum de glande legenda, quod datur ei, cuius glans, vel alius fructus [a] in fundum alienum cecciderit: vt quoquo, id est, tertio singulo die le gere & exportare liceat, vt ff. de glande legenda. l. j. Item interdictum de migrando, quod datur inquilino, vt ipse liberè cum rebus suis de habitatione possit migrare, si tamen locatori satisfaciat, & de pensione. & de damno, si quod in domo conducta dederit: sed de gratuito inquilino datur, colono autem non datur, sed aliàs ei extra ordinem iudicis officio subuenitur, si velit, non dico migrare, sed colonariam post tempus exactum velit derelinquere. ff. de migrando. l. j. Item interdictum vtrobi, datur his; qui de possessione mobilium rerum contendunt: vt ff. utrobi. l. j. Item interdictum de nou. ope. nuncia. quod datur ei, qui prohibetur ædificarę, postquam satisdedit, & in eum qui non satisfdedit, ne ædificet. ff. de noui oper. nunc. prætor. & de hoc infrà de noui oper. nuncia. Item interdictum fraudatorium, quo tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit, vt fraudetur pupillus qui conuenturus erat tutorem, ut ff. de solu. pupilli. respons. j. potest & sic dici fraudatorio interdicto teneri eum, qui in fraudem participando emit à creditore, qui non sit soluendo, arg. C si vendito pig. agatur. l. fin. huius autem interdicti specialiter tractatus vel titulus non reperitur. Sciendum est autem, quòd licet dixerim 7. vel 8. forè interdicta popularia, & 28 priuata, de directis & principalibus interdictis debet intelligi: ferè enim semper sub directis & principalibus plura utilia, & accessoria inueniuntur, interdum duo, & interdum tria, ut ff. de no. ope. nunc. l. j, & l. ait prætor. resp. j. §. deinde. & ne quid in loco public. l. ij respon. j. & § ait pretor. & §. deinde. §. prætor. §. ait. & de fluminib. l. j. respons. j. §. deinde. & de aqua quoti. & æstiua. l. j. respons. j §. ait prætor, inter hæredes. & §. ait pretor, quo ex castello. Traduntur autem quædam regulę generales circa hæc interdicta, de quibus dixi infrà, de precarijs. sub §. extra summam.

His igitur præmissis, quæ de summa domini Azo. sumpsi, & hic apposui, tanquam canonistis utilia, extranea, ignota, & practicatoria, & ad materiam redeamus, scilicet an petitorium & possessorium † simul intentari possint. super hoc cancellatis omnibus ita breuiter distinguo. Cùm possessorium & petitorium intentatur, aut simul, aut diuisim, id est, vnum post aliud. Si simul & ab eadem parte, potest quidem, dummodo intentans sibijpsi non sit contrarius, ut apparet in superioribus: sic intellige ꝫ. eodem. capitul. j. ij. iij. & iiij. & capitul. cum dilecti. Si à diuersis, refert vtrum conueniens proponat petitorium, & conuentus reconueniat eum super possessorio in modum petitionis, & tunc sunt mutuæ petitiones: nam si in modum exceptionis, & erat possessorium oppositum, quod competit spoliato, non audiretur primò proponens petitorium, quousque spoliatum restituisset proprio motu: quia nec sine petitione posset fieri condemnatio: sic loquitur suprà, de ordine cognitionum. cùm dilectus. §. nos autem. & c. vlti. versicu. quanquam, & quid iuris sit de mutuis petitionib. s. in titulo proprio. Si uerò conueniens proponat possessorium, & conuentus reconueniat cum petitorio, & possessorium primo propositum competebat spoliato ad recuperandam possessionem, non est locus reconuentioni, nisi super consimili possessorio. in hoc enim quæstio spoliationis noscitur priuilegiata, vt suprà, de ordine cognitio. c. ultim. respon. j. ꝫ. tit. j. c. j. & ij. & c in literis & c. Item cùm quis. & ca. ex conquestione. sic intellige. ff. de iud. si de vi. ff. de vi pub. l. qui cæ tu §. si de vi. C. de appel. l. prima. Sin autem possessorium primò propositum competebat ad adipiscendam possessionem, & conuentus habet probationes paratas super petitorio, primò audietur quàm etiam conueniens. vt ff. ad exhibend. l. iij. §. ibidem. & ut in pos. leg. si is à quo. opposita scilicet exceptione doli. vt ff. de except. doli. dolo facit. ff. solut. matrimo. si socer à genero §. Lucius. illa enim regula locum habet in petitorijs indistinctè. Idem in possessorijs, si incontinenti offerantur probationes, ⁊ aliàs. ff. ut lega. seu fideicom. nomine caue. si is à quo. ergo si petat dilationem, non paratur præiudicium possessorio. ff. quorũ leg. l. j. ad hoc, ꝫ. de test. veniens. ij. §. j. hoc etiam in interdicto restitutorio obseruatur propter periculum animæ, quantũ ad carnis copulam. ꝫ. titu. j. literas. §. propterea & in compensatione. ꝫ. depositi. bona fides. § ult. C. de compen. l. vltim. argumen. s. de or. cog. cùm dilectus. resp. j. Sed si non habet probationes paratas, tunc erunt mutuę petitiones, ut suprà dictum est. Si verò possessorium primò propositum competebat ad possessionem retinendam, ibi non est locus reconuentioni petitorij: nam re conueniens esset sibi contrarius: quia interdictum dicit eũ possidere. & rei vend. non datur possidenti, vt Insti. de actio §. j. & sequen. Goffr. tamen not. ꝙ hæc interdicta, quamuis non concurrant cum rei vend. in eodem iudicio, tamen pręcedere possunt & subsequi, dum tamen in diuersis iudicijs proponantur: vnde quod dicitur ꝫ. eod. pastoralis. præcedunt, subaudi & subsequuntur, secundùm Goffred. secundum hoc intellige ꝫ. eo. pastoralis. versi. alijs possessorijs, &c. hoc enim ordinarij iuris est, ut primò pronuncietur super possessione: quia cùm quilibet contendat se possidere, regulariter expediri non potest, quò ad hoc, ut petitorium proponatur, nisi primò appareat quis possessor sit. ff. vti pos. l. j. §. huius. & § inter litigatores. Inst. de interd. § retinendæ. secundum hoc intellige, ff. de acquirend. possess. exitus. C. de rei vend. ordinarij. & de interdi. incerti. & quorum bonor. l. vlt. & si à non competenti iudice. si de proprietate. ꝫ. de prob. licet. §. ultim. Quid si unum post aliud intentetur, si aduersarius velit reconuenire, non est locus reconuentioni, lite contest. ut not. sup. de mu. peti. §. & quando. sed si in modum conuentionis ad mitti velit, dist. quis primò proponat, & ad quid competat possessorium. vt suprà dixi, & eodem modo: ut suprà nota. admitte, vel repelle. Sed si eadem pars recurrere uelit de uno ad aliud: & est possessorium, quod competat ad recuperandum possessionem, uel adipiscendam, potest quidem quandocunque, antequam sit in causa conclusum. Sed & postea, si tamen hoc facit de licentia iudicis: vel si ignoret se possidere, ut ff. de acq. pos. naturaliter. §. nihil. uel si ratione rei detentionis, intentatur rei uendi ff. de rei uend. officium. aliàs enim sibijpsi contrarius esset, & ideo repellendus Item si de petitorio recurrat ad possessorium retinendæ possessionis, uel econtrà, adhuc dico, quòd hoc facere potest: non dico primo suspenso, sed in totum renunciato. sic loquitur ꝫ. eod. pastoralis. & sic approbatur sententia Mar. & reprobatur opinio Io. quæ consueuit no. ff. de ui & ui armat. cùm fundum §. vltim. de qua l. decre. pastoralis. mentionem facit, & eius tenorem ponit. Sed & causa decisa potest recurri de uno ad aliud, ut ꝫ. eodem. pastoralis. § si uerò. suprà, de electio. querelam. ꝫ. de donat. inter dilectos. C. si à non competent iudice. si de proprietate. & sic etiam potest intelligi. ff. de acquirend. possess. naturaliter. §. nihil. & C. quorum bonorum. l. ulti. nisi fortè utrunque deductum sit in iudicium: quia tunc, si aduersarius probaret intentionem suam, uel iure communi, vel alio modo quæstio proprietatis, seu sententia quantum ad executionem, possessorio iudicio preponitur, quamuis super possessorio primo pronuncietur. ꝫ. e. c. iij. & iiij. & ut ꝫ. ti. j. c. j. & de test. significauerunt. Sed si aduersarius nihil probat de petitorio, bene condemnabitur mihi in causa possessionis, cùm nullam iustam causam habeat detinendi: aliàs Saluianum interdictum, & multa inutilia essent, sed qualitercunque probet dominium ad se pertinere,

ADDITIO.

a Glans vel alius fructus. ¶ Adde an appellatione glandis continetur omnis fructus: vide in l. qui venenum. in §. glandis. ff. de ver. signu. Ang. in l. qui seruum. in §. si glans ff. de præsc. ver.

nere, commodum retentionis habere debet. C. de præscriptio.
xxx.annorum.si quis emptionis.§.j.& ij.suprà, de ord.cog. cùm
dilectus.§ j.xvj.quæstion.iij.§.potest.ij.versicul.quid si mala.Di-
xi suprà distinguendo, quòd vna & eadem pars potest recurrere
de vno ad alium.versi.sed si eadem pars.& nunquid condemna-
bitur in expensis, si omnino renunciet? Dico quòd sic, cùm po-
stea non possit redire.C.de pactis.postquam liti.ff.de minor. de
stitisse.& sic apparet, quòd temerè uocauit me in iudicium. ff.
de iudi.eum quem temerè. C. de iud.sancimus. quia nec est ve-
risimile, quòd princeps hoc priuilegium concedat in detrimen-
tum meum.C. de emancipa. nec auus. suprà, de offic. deleg. su
per eo. cum concor. Sed si non renunciat, suspendetur senten-
tia de expēsis.& si obtinet in possessorio, quod denuò instituit,
in nullo cōdemnabitur iudicio meo, & hoc si agatur interdicto
vnde vi, & dico hoc in odium deijcientis: sed si aliud interdi-
ctum nō denotans violentiam intentatur, secus iudicarem. Itē
si succumbit, condemnabitur in expensis factis occasione pos-
sessorij iudicij:& si reuertitur ad petitorium, & succumbit, idē,
si non reuertitur, instāte reo idē. C. quomodo & quando iudex
auth.qui semel.Sed si priùs proponit possessorium, & postea re
dit ad petitorium, similiter condemnatur:hæc tamen locum ha
bent secūdū sententiam illorum, qui dicunt indistinctè victum
in expensis condēnandum victori, quorum opinionē sequitur.
sed alij contra.quod dicut no.j.de dolo, & contumacia. sub ru-
brica de cōtu.§.qua pœna afficiatur contumax.Notauerunt aūt
aliqui, quòd is qui incepit agere de proprietate pendente iudi-
cio, potest redire ad possessorium, ita ꝙ etiam instante reo, non
feretur sententia, nec procedetur in petitorio, cùm hoc fiet de
permissione iuris, ut sic talis permissio sit ei fructuosa:nec obst.
auth.q semel.s.allega.quia intelligitur in actore ꝯtumace. Alij di
cunt, ꝙ instante reo proceditur, vt s.tetigi per authenticā, qūo
& quando iudex:qui semel.& ff.de iud.de qua re.j.eod. cùm su-
per.nec est infructuosa talis permissio, quia licet absoluatur reus
in petitorio, adhuc potest prodesse actori sententia ferenda su-
per possessione p.p fructus & interesse.sicut video in vsufructua
rio, qui de his etiam agit vsufruct.finito.vt ff.de vi.& vi armata.
idem est.§.fin.& l si plures.§.deiectum. quid si ago contra te in-
terdicto vnde vi vel condict.ex canone redintegranda, iij.q.j.&
obtineo, nunquid hæc sententia oberit tibi violento, ut sic de
cæterò non possis agere de proprietate? non, quia de possessio-
ne tantùm actum est, vnde non præiudicabit in proprietate. C.
de sen.& interlo.omnium iudic. post sententiam secus, si egisset
condict.ex l.si quis in tantam, quæ nedum possessionem aduo-
cat, sed in proprietatem ponit. in vtroq; tn̄ casu pōt excipi ex il-
la constitutione, si quis in tantam. Sed cauetur ꝙ ex violentia
clerici, vel prælati non daretur condictio ex l. si quis in tantam,
vel ex canone, redintegranda. Nec exceptio ꝯ ecclesiam, si de
proprietate vellet agere:quia delictum personæ, &c.xvj.q. vj.si
Episcopum.Sed nunquid post annum agi potest interdicto vnde
vi? Non videtur, quia annale est.ff.de ui & ui armata.l.j.in prin.
& ideo competit intra annum vtilem à tempore eiectionis com
putandum.ut in eadem.l.j §.annus.ergo anno elapso expirat, si
cut & cæteræ prætoriæ actiones. vt Instit.de perpet.& tempora.
actio.in princip.Dicas, hoc verum est, quò ad pœnæ persequutio
nem:sed quò ad rei repetitionem, perpetuæ sunt.ff.de act.& ob-
liga.in honorarijs.sic & interdictum vnde vi.& sic quamuis quò
ad ea, quæ in prædio erant post annū non competat, tamen quò
ad prædij repetitionē, perpetuò datur, ut in prædicta l.j.in princ.
vt & no.s eo.ver.hoc tamen videtur regulare in tractatu de in-
terdictis.Condictio tamen ex canone redintegranda, non tan
tùm ad prædium, sed etiam ad omnia perpetuò competit tem-
poris conditione, captiuitate, dolo, aut violētia, non obstante,
vt ex eiusdē c.lectione patet.Quod aūt dicit j.eo.pastoralis.alijs
possessorijs iudicijs in suo robore duraturis, &c. exponunt qui
dam de interdicto de liberis, & de tabulis exhibendis.hæc enim
de natura sui vendicationem præcedunt: prius enim liberi exhi-
bentur, & deinde agitur de iure personarum. C.de liber.exhiben-
dis.l.j.Itē tabulæ testamenti prius exhibentur, & demùm petitur
relictum in testamento.ff.de tabulis exhibendis.locum.§ solent.
& qui non exhibet, condemnatur, habita æstimatione eius quod
relictum est, ut in eadem.l.locum.§. condemnatio.ad hoc ergo
non est regressus post intentatam vendicationem.tu expone sic,
ut no.s.eo.sub §.prox.ver.si verò possessorium primò ꝓpositū.

Quid si ago contra te violentum de spoliatione, nunqd si
ab alijs conueniar, teneor respondere? Videtur quòd sic: quia
non competit exceptio, nisi contra spoliatores: vt innuitur su-
prà, de ordin.cogn.capitu.fin.sed dic quòd de eadem spoliatio-
ne possum agere contra vnum & excipere contra alium, cum ge
nerale sit, quòd spoliatus quemlibet contra se agentem repel-
lat, vt iij. quæst.j.capi. j. & quæstio. ij. cum ecclesiæ. secundum
Gofred.excipe tamen ab hac generalitate, agentem depositi con
tra me: quia cùm contra talem non habeat locum deductio, vel
compensatio, ut infrà, depositi. bona fides §. sanè.& ff depositi.
l.j.§.pe.nec contra ipsum potero excipere de spoliatione, secun
dum quosdam.Sed dic contrà.ratio diuersitatis hæc est: quia dū
depositarius non inficiatur depositum, sed per compensatio-
nem conatur retinere, perfidè agit, & ideo non auditur, ut in iu
ribus allegatis: sed cùm spoliatus ab initio, & antequam de de-
posito constet, excipiat, & dicat se inermem cum armato con-
gredi nolle, ut 3.quæst.3.oportet. audiuimus.nam audietur con-
tra agentem de spoliatione, ut suprà, de ordin. cognit. ca.fina.
Item ab hac generalitate excipiunt aliqui virum agentem de ma
trimonio: quia matrimonialis causa est fauorabilis.infrà, qui
matrimon accusa. non poss. videtur. & prærogatiuam habet in
multis, ut not. infrà, de matr.§.final. sub §. vt autem nihil. ver-
sicul. præsumptuosum.sed dic contrà, & sine exceptione teneas,
quòd spoliatus quemlibet agentem repellit, ut dixi secundum
Goffr.tu tamen dic, ut not.j.titu.1 §.quando versicu.item dum
spoliatus est.& versic.quid ergo.quicquid dicat hic Goffred.ve-
rùm secundum ipsum nota quatuor priuilegia spoliationis. Pri-
mum est, quia primò proposita non patitur aliam sequentem
& dissimilem quæstionem secum concurrere. sed si contra
agentem de spoliatione excipiatur, de simili spoliatione agens
repelletur, vt supra de ordin.cognition.capitu.final. & est du-
plex ratio. Prima, quia fauorabiliores sunt rei quàm actores,
vt notatur infrà, de iureiuran.sub §.non redeundum.§.quando
sit deferendum. versicul.quod si iura.& probatur infrà, de pro-
batio.ex literis. Secunda, quia exceptiones fortiores sunt quàm
actiones: unde cui damus actionem, multo fortius exce-
ptionem, ut ff. de superficiebus.l. prima. §. quod a teni. &
de regulis iuris. inuitus.§. cui damus. ideo etiam quæ tempo-
ralia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ff. de
exception. doli. purè. §. final. & Institution. de exceptioni-
bus. & C. de exceptionib. si pactum. ideo etiam excom-
municato competit exceptio. vt infrà, de exceptionib. cùm
inter priorem. & hac etiam ratione contingit, quòd exce-
ptio excommunicationis impedit actionem spoliationis, vt
no j.titu j.§.quando. versicul.iiii. Secundum mirabile est, quia
quæstio spoliationis in modum exceptionis proposita, quem-
libet ciuiliter agentem repellit, ut infrà, eodem versicu.quid si
ago contra te. Tertium, quasi in modum exceptionis pro-
posita, repellit quemlibet accusantem. sic intelligas, iij. quæst.
j.per totum. Quartum, quia in modum actionis proposita, &
accusantem repellit, & restitutionem indulget, sic exaudias.iij.
quęst.ij.capit. ij.iij & iiij.Quod autem dixi, quòd quęstio spo-
liationis in modum exceptionis proposita quemlibet agentem,
vel accusantem repellit, ut versicul. ij. & iij. intelligas cùm quis
spoliatus est tota sua substantia, uel maiore parte ipsius. & hæc
innuunt uerba canonis, nudi & inermes. iij. quæst. ij. oportet.&
non potest exui iam nudatus. ij. quæst. ij. capitu final. & infrà,
titul. j. olim.ij.ibi, inanis actio.Cæterùm si in una re tantum spo-
liatus sit: & si possit repellere spoliatorem in odium uiolenti,
non tamen alium, cùm multa alia bona habeat, de quibus
satisfacere potest. Quia uerò ubi quis spoliatus est tota substan-
tia, uel maiore parte ipsius, posset fieri fraus: quia fortè timens
actionem contra se mouendam, uel accusationem contra se pro
ponendam, non curaret, ut sub prætextu huius exceptionis reti-
neret rem alienam, uel iaceret in peccato suo, potest ei iudex assi
gnare terminum, intra quem petat restitutionem, & prosequa-
tur.Quòd si non fecerit intra terminum assignatum, postea mi-
nimè excipere poterit. Nec mireris, si iudex certum tempus
præfigat ad agendum: hoc enim fieri potest secundum ea, quæ
not.s.de lib.oblat.§.utrum possit.uersi. sed nunquid iudex. Hæc
omnia quæ notan. ab illo uer. sed quid si ago, usque hic, extraxi
de Summa Goffr. de ord.cog Veruntamen super hoc hodie ita
tenendum est, quòd nullus reus in ciuilibus potest excipere con
tra tertium de spoliatione:sed contra illum tantum, qui spolia-
uit, vt s.de ord.cogn c.fi.& in auth.D. N. extra de restitu.spolia.
frequens.§. statuimus. In criminalibus autem potest excipi de
spoliatione à tertio, seu quocunque facta, dum tamen excipiens
spoliatus sit tota substantia sua, uel maiore parte, ut in eodem,
extrà frequens §. illum autem. & sic in criminali causa tantum,
& non in ciuili intelligenda sunt.c.allegata.s.e. uersic. quartum.
de quibus idem extrà mentionem facit. Sed & si quis excipiat
contra spoliatorem suum in causa ciuili de spoliatione ab eo-
dem facta, uel in criminali. ubi excipiens spoliatus est tota sub-
stantia sua, uel maiore parte ipsius, à quocunque uolueris, & ne-
gatur spoliatio, debet excipiens de exceptione hac facere fidem
intra dies 15.à tempore obiectionis connumerandos, alioquin
in expensis, quas actor interim faciet, condemnabitur, & aliàs
prout uisum fuerit iudici, nihilominus punietur, ut in eo.extra
frequens.§.sed si in ciuilib. Quid si de ueritate exceptionis con-
stiterit, sed tamen spoliatus non curat restitutionem petere, cum

accusatus

accusatus sit criminaliter, vt prætextu huius exceptionis omnē actionem elidat, potest ei iudex terminum præfigere, sicut not. s. eod. versic. quia verò vbi quis intra quem nisi quæstio spoliationis terminata fuerit, non obst. spoliationis exceptio, deinceps poterit accusari, vt e. extra, frequens. §. solet enim. Porrò rerum priuatarum spoliationis exceptio super ecclesiasticis vel econtrariò, decætero nullatenus opponatur, vt in eo. extra, frequens. §. fi. & per hoc comprobantur quæ not. anrequam vidissem Summam Goffr. vel decretalem nouam. j. tit. 1. §. quando. versi. item spoliatus est. ver. quid si vir.

3 Illud extra summam notandum, ꝙ census † aliquãdo soluitur in signum subiectionis. vt j. tit. 1. cùm venissent. & c. olim. 1. & de censibus, omnis anima. 10. q. 3. illud. C. de episc. & cleric. nulli. §. vlti. Quandoque verò census est signum exceptionis. j. de relido. constitutus. & de censibus. cùm venerabilis. Quandoque est signū protectionis, vt dicit j. de priui. recepimus. Et sic non semper probatur dominium per solutionem census, vt j. eod. c. vlt. nec qui cēsum soluit, ignorante illo, cuius res censualis est, propter hoc sibi domino acquirit. C. de rei vend. l. si. solēnib. secus, si sciente: quia tunc videntur donare, vt C. de don. censualis. Et hoc non est prætermittendum: quòd si quis conferat Archidiaconatum, vel beneficium aliquod siuè personatum, dum est in quasi possessione iustè recipit, cui confertur, quamuis conferens non habeat ius: quia nō compleuit fortè præscriptionem, tamen canonici ad quos pertinet electio, mero iure agere possunt contra conferentem, nisi præscriptio sit completa, vt j. eo. cùm olim. s. de elect. querelam. j. de iure pat. consultationibus.

a DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM. a

Rubrica.

SVMMARIA.

IN superiori titulo dictū est qualiter possessio amittatur, & quoniam amissa restituēda est, ideo videamus de restitutione spolia. dicentes, Quis spoliatus restitutionem petere possit, Quando sit facienda restitutio, A quo peti possit, Et quis sit effectus.

1 Quis spoliatus † restitutionem petere possit. Is qui verè possidēs possessionem amisit per violentiam: necesse est enim, ꝙ ad hoc, vt restitutionem petere possit, probet, ꝙ tēpore spoliationis possideret, siue corpore suo, siue animo, idcirco si quis de possessione sua exiēs nemine ibi relicto, veniens admissus non fuerit, vi deiectus videtur. abstulit. n. ei possessionem, quam animo detinebat, & sine corpore. ff. eod. l. 1. §. interdictum autem hoc. vnde non dicitur rem amittere, qui eam non habuerit: vt ff. de reg. iur. nō videtur rem amittere. Itē illud necessariū est, ꝙ verè possessio sit amissa: inde est, ꝙ si quis me vi deiecit, meos autem non deiecit, non habeo vnde vi interdictum, quia per meos possessionem retineo. ff. de vi & vi armata l. 1. §. pe. cùm enim ciuilis possessio socia sit naturali, nequit ciuilis ab altera separari. ideo solo domino expulso, vtraque retinetur: colono verò expulso, quælibet amittitur, quasi ciuilis concomitetur naturalem amissam, vtpote digniorem, vel quia in coloni persona repræsentatur dominus, vt ff. de vi & vi armata. l. 1. §. quod seruus. & sic patet, ꝙ possessionem quā retineo per colonum, nō amitto, licet eam nolim habere, nisi alio ingresso. non enim debet plus operari animus meus in amittenda possessione quàm extranei expulsio. Per violentiā autem amittitur possessio, siue quis corpore expellatur, siue veniens non admittatur. ff. de acqui. possessio. clam. §. qui ad nundinas. & l. si id quod. §. vlt. & l. quamuis saltus. & l. peregrè. §. vlt. & l. licet. ff. e. l. 1. §. idem Labeo ait. ibi, sed Pomponius, & c. nec enim verbum ius, adeò largè est accipiendum, vt in edicto diui Marci, quia ait, toties vim fieri, quoties quidem id qđ sibi debetur, non iure reposcit, vt ff. qđ metus causa. l. extat. nam secundum hoc tenetur interdicto vnde vi, qui rem propriam, quam alius possidet, volens sibi possidere clam ingreditur. qđ cuique patet esse falsum. Item constitutio, si quis in tantam, quæ vim punit, etiam eum adstringeret, qui rem propriā surriperet, vel equum alicui commodatum de pascuo, non requisito commodatario acciperet, sed verba constitutionis refragantur, secundum Azo. ideoque magis agendum, puta actione in factum ex interdicto, sicut & agitur contra patronum, vel parentes, vt ff. e. l. 1. §. antepe. vel condi. sine causa. quia possessio sine causa penes eum est: vel quod est verius, in primo casu datur interdictū, quod vi aut clam. in secundo commodator tenetur contraria commodati, vt ff. commodati. in commodato. § sicut. & quod vi aut clam. l. 1. j. de commodato. c. 1. §. 1. Quid ergo, si te absente ingressus sum possessionē, & tu absens suspicatus es te posse repelli, nunquid habet locum interdictum? Dominus Hugo dicit, ꝙ non: & ait in hoc casu proditum esse auxium legis. C. eod. cùm quærebatur. Pla. verò exigebat, vt is qui suspicatus est se posse repelli, ad locū iret, ut sic reuertens non admitteretur. Sed certè dixit Azo, tunc non admittitur, qui desierat possidere: qa suspicatus fuerat se posse repelli, non ergo tunc daretur interdictum, imò quia vani timoris nulla est æstimatio, vt ff. quod metus causa. nec timorem. cum duabus legib. præcedentibus. ff. de re iud. si quis ab alio decem, responso 1. Dixit tamen Azo, ꝙ in hoc loco vtile interdictum locum habet ad exemplum eius qđ dicitur de familia & mercenario, qui alium expulerunt de prædio, & prædij possessio peruenit ad dominum, tenetur ei dominus vtili interdicto, ratione preuentionis ex delicto famuli, multo fortius iste ex delicto proprio, cùm ad eum propter suspicionem deiecti peruenerit possessio. ff. e. l. 1. §. si filius. & §. si quis tamen eget. licet autem exigam, ꝙ amissa sit possessio, non tamen exigo, ꝙ sit violento ingressori quæsita: nam & de eo quod ad eum non peruenit, tenetur vsq; ad annum. vt ff. e. l. j. responso. 1. Ad hoc quod dixi, dominū teneri vtili interdicto, si ex delicto famuli possessio ad eum peruenerit, contradicit j. eo. cùm ad sedem. §. pe. & vlt. dico, non contradicit. ibi enim fuit propositum interdictum contra possidentem, & non dixit vtrum vtile vel directum, per quod videtur directum proposuisse. ff. de petitione hæreditatis. nec vllam. § si quis sciens. & ideo propter ineptā petitionem succubuit: Alij dicunt, ꝙ dominus inuenit vacuam possessionē, & eam intrauit, & ideo vsucapere posset. ff. de usucap. sequitur. §. si tu me ui. sed uerius puto quod dixi. Quicquid autem sit de edictis & interdictis, hoc semper uerum est, ꝙ si quis armatis uisis, uel audito ꝙ armati uenirent, metu de possessione discessit, deiectus uidetur. ff. de usucapio. non solum. §. si dominus. Porrò si armati illuc tendebant, habet locum interdictum, unde ui. ff. eod. l. 1. §. idem Labeo ait. si autem aliò tendebant, non competit. ff. eo. l. 3. §. si quis. & hoc siue uerū erat, eos esse paratos ad eundū aliò, siue non, nisi post modum me expellerent, ut ff. quod metus causa. metum. & in predicto. §. ff. eo. l. 3. & in his casibus non est res uitiosa, quantum ad usucapionem, nisi occupata fuerit possessio. Nam ea occupata & uitiosā, datur interdictum. edictum autem, quod metus causa, locum habet re per metum tradita, ut notatur s. quod metus causa. §. qua liter tractetur. per totum, maximè sub §. habet autem triplex remedium. & uersi. item si quis obsidet. Datur ergo restitutio deiecto siue ciuiliter, siue naturaliter possideat, ut cùm est in re ipsa, uel in conspectu, siue tamē possideat ciuiliter: quod est, cùm reuertens non admittitur, ut ff. eo. l. 1. §. deijcitur. & §. siue autem. siue ēt naturaliter possideat, ideo datur usufructuario, & usuario, ut ff. eod. l. 3. §. unde ui interdictum. & l. si fundo. non tamen dico colonis uel inquilinis ipsum dari, nec ciuilē nec naturalem habent possessionē, ut plenè notatur s. ti. 1. sub §. hoc tū notandum. uersi. sed & si colonis. & §. & qualiter retineatur. uersi. sed si animo. nec obstat ff. eodem. colonus. & l. cùm fundum. quia ibi colonus interuerterat possessionē, & ideo tanquam prædo, non

ADDITIO.

a Restitutionum plura genera constituit Martinus in summa, in verbo restitutio. Primò restitutionem prælatorum, & clericorum. Nam hi tenetur restituere bona ecclesiastica pauperibus, quę consumunt in vsus illicitos, arg. 26. q. 1. quoniam. & 23. q. 7. quod autem. Secundò restitutionem turpiter acquisitorum, de qua ff. de cal. l. 1. Tertiò restitutionem naufragij, & pedagij. de qua in l. si quis ex naufragio. ff. de incen. rui. & naufr. & 22. q. 3. si quis Romipetas. Quarto restitutionem tallearum & quæstorum iniustè exactorum. vt 1. q. 1. placuit. & c. quàm pio. Quinto restitutionem damnorum ob bellum iniustum datorum. de quo 23. q. 2. in c. 1. Sexto restitutionem raptorum. de quo in c. 1. de sent. & re iud. & 33. q. 5. si quis dicat. Septimo restitutionem emptorū de rapina, vt 12. q. 2. quod in humanis. Octauo restitutionem hęredum raptoris. de quo 16. q. 6. si Episcopum. de usur. tua nos. de pig. ex præsentium. Nono restitutionem iudicis malè iudicantis, de quo C. de pœn. iud. qui ma. iud. & 11. q. 3. quatuor. Decimo restitutionem aduocati. nam si per malitiam, pertinaciam, infidelitatem, & imperitiam litem amiserit, tenetur restituere, quicquid amiserit, vt 24. q. 5. non sanè. Vndecimo restitutionem vsurarum, de quo habes extra de vsu. quia in omnibus. Martinus.

non tanquam colonus habet interdictũ. Datur ergo hoc interdictum ei qui ſuo nomine poſſidet, & ei cuius nomine poſſidetur: ideoque ſi colonus coloni mei, vel inquilinus inquilini mei deijcitur, mihi domino datur reſtitutio, vt ff.eo l.1 § qđ ſeruus. & l.v ti. & ȷ̃.e.olim.1. Cuicunque autem deiecto datur interdictum, & ei dabitur, ſi veniens non admittatur non admiſſa differentia an expulſo, poſſideat iuſtè, vel non. nam & prędoni datur reſtitutio, ſicut de colono dictum eſt, vt ff.eo.l j § qui à me.& l. Fulcinius.& l.colonus.& l.cum fundum.ff de iudiciis non à iudi ce.& de pignoratitia actione.l.ſi pignore.§.ſi prædo. [a] & depoſiti.l 1.§.ſi prædo.& l.bona fides.§. quod ſi ego. & de his lex facit memoriã.ȷ̃ eo.in literis. Ergo ſpoliatus duo habet neceſſe probare ad minus:& ꝙ poſſideret, & ꝙ deiectus ſit, vt ȷ̃.eo.ex trãſmiſſa.& c olim.1.& c. ex parte.& c.olim.3. & etiam tertium, ꝙ per vim expulſus ſit de poſſeſſione, expulſiuam nõ compulſiuã. tunc enim habet locum edictum, qđ met.cauſa, vt ff.eod.ſi rerum.nec refert an quis petat reſtitu.rerum, an penſionum.nam ſi pẽſiones ſubtrahantur, ſpoliatio facta videtur.ſ̃.de elect.querelam.& de cauſa poſſeſ.& proprie.cùm eccleſia. refert tamen quò ad actionem proponendam.

Intelligendum eſt autem, ꝙ vis illicito modo cõmiſſa ſit.ideo autem hoc dico, ꝙ ſi vi expuliſti me, vel meos, quã citò hoc ſcio, & poſſum, licitũ eſt mihi te expellere:quia vim vi repellere, incontinenti omnes leges, omniaq; iura permittunt, cùm moderamine tamen inculpatæ tutelæ.ſic loquiẗ ȷ̃.e.olim.ff.de acq.poſ.ſi de eo.& ad Tertul.l.1.§ confeſtim.ff.e l.1.§ vim.& l.3.§.cũ igitur ff.ad l. Aquil. ſcientiã §.qui cum aliter.ȷ̃.de ſen.exc.ſi verò.§.ſi verò.& de homici.ſignificaſti.§.pe.& diſt.j.ius naturale 3.q.1.§.patet.C.vnde vi l.1.ſed contra 46.diſt.ſeditionarios.23.q.4. inter querelas. Solutio. Illud intellige, qñ fit ad vltionẽ ſumẽdam. de hac materia no.ſ̃.de treu.& pa.§.qđ ſit iuſtum bellum.& ȷ̃.de Iudæ.ſub reſp. de Iudęis §.in quibus tolerentur.verſi.quid ergo ſi iuſticia. In repellenda enim violentia tria ſunt conſideranda, ſcilicet ꝙ fiat incontinenti, vt ȷ̃.de ſen.exc.ſi verò.§.ſi verò id eſt, antequam ad aliena diuertant negocia, vt ſ̃.de elect.in prima forma, ſuper illo verbo mox.ſed & ille qui adhuc expulſus nõ eſt, ſed expelli vult, poteſt reſiſtere vim inferenti, & pulſare vim illatam ad defendẽdam poſſeſſionem. Item ꝙ repellatur flagrante adhuc maleficio, cauſa defenſionis, non vltionis.ff.ad l. Aquil.ſcientiã.§. pe.Item tertium, ꝙ fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt C.e.l.1.ȷ̃.e.olim.in fi.& de homic.ſignificaſti.§.fi. Quod moderamen circa duo attenditur. ſi enim ſine armis vim inferat mihi quis, & ſine armis propulſare debeo:ſi cum armis, & cum armis licitum eſt.ff.e.l.3 §.cùm igitur. Arma autem [b] ſunt omnia tela, hoc eſt fuſtes, lapides, nõ ſolùm haſtæ frameæ, id eſt romphęę, vt ff.e.l.3.§.armis.& expone rõphęę, id eſt, frameæ.i.gladij vtrinque ſcindẽtes:& ſolet dici framea gladius, qui vulgariter appellatur miſericordia:inde habes, Erue à framea Deus animã meã. Quod ſi pugnus vnius durior ſit, quàm enſis alterius, fortè ꝑꝑ debilitatem naturæ debilibus vtetur armis, ſed plurimum quæ non poſſunt omnia ponderari: nam interdum tempus & locus non patitur plenius deliberandi conſilium.ff.de exerc.act.l.1.& patet in ſe.ver.proxi. Illud quidem dixerunt ſimplicitate nimia ducti, ꝙ poſſeſſor debeat pati, vt primò percutiatur, quàm ipſe percutiat:ſed quia ſi fortè expectaret primũ ictum, poſſet eſſe ꝙ nunquam magis percuteret.in hoc concordant doctores, ꝙ ſatis eſt ſi armis terreat me, vt ſic contra ipſum armis vti poſſim, vt ff.eo.l.3.§.qui armati.ff.ad l.Aquil.ſed & ſi quæcunq;.& ad l. Cor.de ſica.l.is qui. Debet & in hoc moderamen ſeruari, vt fiat ad defenſionem, non ad vindictã.ff.ad l.Aquil.ſcientiam.§.qui cùm aliter.ſi enim iam illatã repellis, potius eſt vindicta, quàm repulſio.& hæc illicita.46.diſt.ſeditionarios.pugnas enim repercutiendo:vnde Apoſtolus, Noli repercutere, ne duo mali ſitis. dixit tamen Iacobus antiquus, ꝙ ſi incõtinenti repercutio, ſemper præſumor hoc facere ad defenſionem. dicas ꝙ ex qualitate facti hoc præſumi debet:quia poſſet probari, ꝙ poſterior oculum effodit vim inferenti data opera.ff.ad l. Aquil.ſi ex plag.§. tabernarius. Quamuis ſupradictis omnes doctores vel quaſi aſſentiant: Ala.tamen diſtinguit, an vis inferatur perſonæ, aut rebus:ſi perſonæ, antequam vis ſit illata, eſt repellenda cum moderamine.ff.e.l.1.§.ſine.& l.3.§. ſi qua.C.e.l.1.ſeruatur autẽ moderamen, ſi illud tantùm fiat, quo omiſſo violentia repelli non poſſet:ſi ergo periculum vitare non poſſis, niſi violẽtum interfeceris, eum ſine omni culpa interficis.ff.ad l. Aquil.l.4.C.ad l. Corn.de ſica.l.2.& 3 ȷ̃.de homicidio.interfeciſti § fi.& c.ſi perfodiens.etiam ſi ſis regularis ſecundum quoſdam.ȷ̃. de homicidio, ſignificaſti.& c.ſi arg.ꝯtrà, in §. 1. ſed ipſi gloſſant ibi non ſe defendẽdo, fortè q̃tũ ad irregularitatẽ noceret.hoc dicit.l.ſi qs viduã.ff.de q ō.& ȷ̃.de homicid.tua.§.ad vltimũ. ȷ̃. de cleri.pug. in duel.c.2.vbi diciẗ, ꝙ quatuor modis cõmittiẗ homicidiũ, ſed intelligas defenſione cõmitti homicidium, ubi exceſſit modũ, ut ȷ̃.de homicidio.ſignificaſti.§.fi.quod dic ut not.ȷ̃.de homic. §.qua pęna.§. ſin autẽ fuit ineuitabilis. Si uero rebus inferatur, tunc Ala.ſeruat diſtinctionẽ aliorũ, ut ȷ̃.de homicidio. ſignificaſti § ult. huic opinioni puto ſtandum eſſe. Item no.quòd aliquãdo ſi ſine authoritate iudicis violẽtiã repetere volo, ad vindictã facio hoc, C.vnde vi.ſi quis in tantã.ff. quod met. cauſ. extat edictũ.vel etiam admiſſam ſeu illatam cum iudicis, vel quod maius eſt, principis arbitrio ſeu mandato cupio vindicare. Quid enim ſi iudex, vel imperator mãdauerit, ſeu reſcripſerit, vt res illę mihi reſtituantur, vel ꝙ ingrediar authoritate propria? certè propter hoc non innouatur ſtatus poſſeſſionis circa abſentẽ, q rem tenet, ſ̃m Azo.& eſt ratio, quia merita cauſarum partium aſſertione pãdunẗ.C.ſi per vim vel alio modo.l. fi. & quia præſumiẗ ꝯ̃ ius extortũ, & per nimiam occupationẽ. ȷ̃. de pur. can. cũ in iuuentute.C.ſi ꝯ̃ ius vel util.publ.l.3.& 4.C.de prec. impe. offe.reſcripta.ſ̃.de off.dele.ſuper eo.cũ ſuis concor.hoc peroptimè ꝓbaẗ.ȷ̃.ut lit.pend.c.i.& ꝑ totũ. ſ̃. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.ca.j.& poteſt iſtud nõ ineptè intelligi, qñ alius abſens non eſt citatus, nec cõtumax. aliàs iuſtũ eſſet bellũ, ſcilicet iudiciale.qđ dic vt not.ſ̃.de treu.& pa §.quid ſit iuſtũ bellũ.ſub §.ſed vt aliquem.& verſ.ſeq.Sciendũ autem eſt, quòd iniuriã ſocii mei poſſum armis repellere.23.q.3.fortitudo & c. nõ inferenda. Gra.tamẽ primò probat 10.authoritatibus & exẽplis cõtra, & in fi.ſic cõcludit, quòd ſi iniuria non eſt armis repellenda, armorũ auxilia non ſunt appetenda:& quod non eſt petendũ, de iure præſtari non debet:poſtea reſpon & dicit, ꝙ multa iuſtè præſtãtur, quę nõ iuſtè petuntur, ſicut iudex iuſtè vindicat iniuriam, quam tamen vir bonus non rectè poſtulat, quod ꝓbat ꝑ ſequens c.& per duo exẽpla.arg.tamẽ contra, quod nõ licet defendere dñm ſuũ vel ſociũ ſuum.33.q.vlt.§.j.ſed nõ eſt verum, 23.q.3.fortitudo.& c.pro mẽbris & c.vlti.6 q.j.infames. nam ſeruus potius iuuabit dñm, quàm ſeipſum.ff.ad Sil.ſe.cõ.l.2.§.ſecundũ & §.hinc etiam iniuria etiam facta cõcanonico meo.mihi videẗ facta vel collata.argum. de pœn.diſtinctio.j.vulgaris. ibi, totum, & c.12.q.2.qui manumittitur.ſ̃.de fo.compe.nullus iudicum.ȷ̃.de pęnis c.2.arg.ſ̃.de of dele.cum R.canonicus. Sed hodie hoc expreſſum eſt, ꝙ quilibet tenetur iniuriam vicini, vel proximi propulſare:alioquin videtur, ſi negligat, iniuriæ cõſentire, vt in auth.d.n.extrà, de ſent.excom. cum dilecto. & §.quidem cum liceat. quod ſumptũ eſt ex dicto Gratiani.23.q.3.§.fi.

2 Quando facienda ſit † reſtitutio. Cum quis probauerit intentionem ſuam, niſi aliqua exceptio obſit. Sed multũ refert, an quis dicat ſe ſpoliatum à iudice ſuo, iuris ordine non ſeruato: tunc incõtinenti reſtituendus eſt. 2.q.6.arguta.& q.1.notũ.& 7.q.1.c.præſentiũ.ȷ̃.e.ꝯquerente.& & cum veniſſent.ȷ̃.qui fi.ſint leg.per uenerabilẽ.§.1.etiam ſi aduerſarius incontinenti paratus eſſet probare ꝯ̃rium, ſcilicet, de dominio.ȷ̃.de ſen.& re iud.ſuborta.rñ.1.nam ibi certum erat de proprietate, ſcilicet per priuilegiũ: vt patet per ſequentia.& nihilominus iudicatur reſtitutio faciẽda, & arg.2 q.2.nullus.2 alij ꝯ̃, vt ff.ad exhi.l.3.§.ibi.& ad Treb. ille à quo 27 q.2.Agathoſa. 28.q.2.cuius rei cauſa.ſed ibi non agitur interdicto, vñ vi.vt no. ſ̃.de cauſ.poſ.& ꝓprie.ſub § his igitur indiſtinctè dic ergo, ſemper faciendã reſtitutionem. An ſit ſpoliatus ſeruato iur.ordine à iudice ſuo.& tunc non reſtitueẗ ante cauſę cognitionem.7.q. 1.præſentium.ſ̃.de reſcr.dilectus filius Abbas.ȷ̃ de cohab.cle.& mulie.ſuper eo quia prima facie ſtatur ſententiæ iudicis, vt ſ̃.de renun.in pręſentia ſed non ſtaẗ ꝓceſſui, niſi quatenus cõſtiterit legitimis documẽtis.ȷ̃.e.cum ad ſedẽ.§.vlt.& de prob.qm ꝯ̃ falſam. Item ſi extra iudiciũ hoc fecerit iudex, nõ præſumitur pro facto ſuo, imò facienda eſt reſtitutio, ac ſi à priuato peteretur. arg.ȷ̃.de ap.bonæ. An conſtitutio, ſi quis in tantam, habeat locũ in eccleſiaſticis.dic vt no.ȷ̃.de re.eccl. non alie.§.an res alienatã. Vel ab illo, qui non eſt iudex, ſpoliatus ſit, & tunc omnino incõtinenti reſtituendus eſt, nec ante poteſt accuſari.3.q.1.c.1.& per totum.ȷ̃.e. Item cum quis. ſed facta reſtõne põt accuſari.3.q.2. audiuimus.C.de ordi.cog.l.vlt.& de don.inter vi.& vxo.ſi maritus.

ADDITIONES.

a §.Si ꝑdo. Martinus in ſumma ſua hoc titulo, ſcribit, ꝑdonẽ reſtituẽdũ eſſe de rigore iuris, niſi (inquit) talis prædo ſit, cui nullus parcere debeat de iure. Quod procedit etiã in eo, qui reſtituere incontinenti debet.dolo enim facit ſi petit.de reſt.ſpol.literis.ff.de excep.do.l.dolo. Sed & ſeruus poteſt petere reſtitutionem rerũ domini ſui abſentis, quas de iure poſsidere non poteſt.C.ſi per vim vel alio modo.l.fi.Similiter reſtituitur uxor ad res ſibi datas à viro, quas poſsidere non poteſt ff.de vi & vi ar.l.1.§.deiicitur.de reſt.ſpo.ex parte. Mart.

b Arma autem. ¶ Adde gl.in cle.ne in agro.in §.quia vero.de ſtat.mon.glo. in cap.clerici.23.queſt.8.l.armorum.ff.de verb.ſig.& an gladii de pane dicantur arma.vide per Bald.in c.clerici.de vit.& hon.cleric.verſi.ſed nunquid gladij.

ritus.sed contra.2 q.1.in primis § quia Item dum spoliatus est, j nec ciuiliter potest agi cōtra eum.3.q.2.audiuimus.2.q.2.in scr pturis.qđ intellige ab ipso spoliatore. ab alio enim accusari posset:quia res inter alios acta,& c.s̃.de of.dele.super eo j.de prēb. dilecto.in fi.& de don. inter dilectos.§ vlt. & de fide instr.inter dilect.§.porrò.C.res inter alios acta.dic vt not.s̃.tit.1.§.fi.sub §. quid si ago contra te.& seq arg.cōtra.3.q.7.hoc quippe. Quid si vir petat aliquam vxorem,& die statuta dicat mulier, se nō teneri rñdere,cum ipsam spoliauerit omnibus rebus suis? videtur ꝙ non teneatur respōdere.3.q.3.si quis Episcopus.contra.C de don.inter vir.& vxo.si maritus. quomodo enim prætextu temporalium rerum differtur cognitio spiritualium,in quo tātum periculum animæ vertitur. 12.q.2. præcipimus. C. de sacrosan. eccl.sancimus.1.& argu.s̃.de fer.c.fin.ad fi.nulla enim exceptio prodest contra præceptum Apostoli.j̃. de coniu.lepr.c.2.& anima [a] innumerabilibus corporib. præfertur.23.q 3.si habes. versus finem.nec obst.iura contraria,quæ volūt,ꝙ ante omnia fiat restitutio.2.q 2.& 3.q.1.per totum:quia loquuntur quando petitio tēporalis est, in quo casu temporalis exceptio opponi potest.porrò spiritualis petitio tam periculosa animę obtentu alicuius temporalis exceptionis impediri non debet,ar.C.de compen.l.1.j̃.de nou.ope.nun.c.fi.hoc hodie expressim probatur in auth.D.N .eod.titul.extra , frequens & assidua.in fin nec puto ꝙ obstaret exceptio excōmunicationis,nec aliqua alia, nisi fornicatio.j̃. de diuor. significasti. vel alia habens in se perpetuam causam prohibitionis.arg.s̃.de ord.cog.c.j.vel aliqua illarum, de quibus not.j̃. eo.sub §.seq.versi.9.& seq.quæstionem autem solueram,antequam noua decreta facta essent,vt no.s̃.tit.1.§.fi. sub §.si ago.versi.porrò,rerum priuatarum. & præceden. Quid si ago contra te de spoliatione, tu excipis contra me de alia spoliatione , nunquid possum replicare contra te de illa spoliatione, de qua ago.Non , quia exceptio fortior est , nec possum ex eodem actu agere , & replicare , secundum Goffre. ad hoc. j̃.de excep.dilecti.Sed nunquid de alia spoliatione potero replicare? Videtur quòd sic.arg.j̃.de except. à nobis. & de sent.excom.in præsentia.Sed dicas contra, quòd replicatio adiuuat actionem, secundum Goff.quasi dicat, sic impugnaretur reus , & perimeretur sua defensio contra illud quod not.suprà tit.1.§ fin.sub.§. quid si ago.ver.primum est.& duobus sequenti.Quid si ago cōtra te de spoliatione, tu agis contra me de alia spoliatione, & ego excipio de tertia spoliatione, & tu replicas de quarta spoliatione:& quidem qua rōne admittit iudex exceptionem,eadem & replicationem,& sic sublata exceptione,remanebit conuentio & reconuentio , vt s̃ de ordi. cogni.cùm dilecti , & capitul. fin.secundum Goffred. Sed quid si contra te agentem probaui spoliationem in modū exceptionis:demùm ago contra te de eadem spoliatione?respon.incipit esse conuentio & reconuentio.secundum Iacob quod non puto verum : quia ex quo contra te probaui spoliationem in modum exceptionum , non audieris , nisi proprio motu restituas me , vt s̃. de ordi. cognitio. cùm dile.§.penul non enim debes dicere , ꝙ ex eo quod agere incipio, perdam exceptionem iam acquisitam. nec enim quis persequendo ius suum , vel contestando litem ,facit conditionem suam deteriorem,imò meliorem : vt ff. de regulis iuris.nemo enim in prosequendo.& C. depsiti.l. fin.& vide quod no.j̃. de excep.§.quis sit effectus.& no.etiam cautè.& seq.

3 In casibus autem restitutio † denegatur. Primò in eo qui occupat sedem Apostolicam : nam si expellatur , non competit sibi restitutio, vt 3.quæstio.1.§ vlti. xxiij. distinctio. In nomine Domini.suprà de electio. licet de uitanda. Secundò , si oriatur scandalum ex restitutione 2.quæstio. 1. in primis. Sed hoc non bene probatur per illud cap.ideo alij adducunt. 2. quæst. 5. presbyter. 3. quęst. 6 hæc quippe. sed melius infrà. de pur. canon. inter solicitudines.§.1.& 2.infra,de iure patro.capitul.1.2.& iij. Tertio , si petenti restitutionem obiiciatur spoliatio , nisi de alia spoliatione replicetur, secundum T. vt infrà, de ordi.cogni. cùm dilect. §.penulti.& vltim.iij.quæstio.2. audiuimus. super hoc vide suprà eod.§. respon. 1. versicul. sed nunquid de alia , & præced. Quartò , si opponatur excommunicatio , cùm excommunicatus 4 † non habeat personam standi in iudicio. [b] suprà,de iudiciis. intelleximus : etiam si ego non oppono , iudex ipsum debet repellere , si tamen publicè excōmunicatus sit:ut infrà, de excep exceptionem. Quintò si opponatur spontanea renunciatio in manu iudicis facta:secus,si in manu aduersarij : sic solue contrarium,infra,eod.capitul.ij.& iij.vel in tertio agatur possessorio , & petitorio: uel intelligitur cum determinatione secundi. Sextò,si crimen enorme opponatur. 2. quæstio. 5. super causa. puta dilapidatio.3. quæstio.2. quia ea.infrà,de accusat.licet. hodie tamen propter suspicionem dilapidationis solam non remouetur quis ab administratione , nisi probetur suspicio:infra,de simo.liter Heli. secundum Goffred. potest tamen dari coadiutor, suprà de offic.deleg. venerabili. idem videtur , si obiiciatur infamia. 2. quæstio. 5. presbyter. uel crimen simoniæ. infrà de simo. accusatum.& capitul. tanta.uel contumacia.3. quæstio.9. decernimus, uel crimen notorium : infrà , de diuor. signficasti. vel exceptio rei iudic.2.quæstio 6.§.diffinitiua. supra , de offic. delega.causam.vel iustam absentiam spoliatoris: suprà , de offi. delega.consultationibus.secundum textum. Septimo , quando deduxit petitorium & possessorium in iudicium , & succubuit in petitorio,suprà,de causa posses & propri.cùm dilectus.& ca. cùm super.& capitul cùm ecclesia.Octauo,quando expulit me vi,& incontinenti repuli violentiam , vt infrà eod. olim.j.quia vim vi repellere &c. ut not. suprà. eod. §.1 .sub. §. intelligendum.ver.in reppellenda.& sequ. Nonò , quando vir petit vxorem, qua dicit se spoliatum , obst.ei adulterium:infrà.de diuor. significasti.nisi replicatione possit iuuari: vt infrà , de adul.cap. penulti.& vltim.ff. solu.matri.viro atque vxore & de hoc nota.j̃.de diuor.§ quot modis sub §. generaliter.idem si recessit voluntate propria à marito,infrà de dona.inter virum & vxorem.plerunque. infrà , de adul.intelleximus. xxvij. quæstio.ij. Agathosa.Decimò,obstat viro,si timetur de ipsius sęuitia,quia tam capitali odio persequitur mulierem , quòd nulla cautione ei mederi potest: tunc enim mulier sequestranda est,ut infrà eo. transmissa. & capit literas.§.vltim xxxij.quæstio. 1. de benedicto.uel si virgo est, & timetur de defloratione, quia, A iuuene & cupido credatur reddita virgo? infrà , de spon. cùm locum. uel si obiiciatur exceptio rei iudicatæ , à quo non est appellatum.argument.suprà, de officio delegati.causam.secundum T. Quid si aliqua diu stetit cum aliquo viro , demùm propria authoritate reliquit eum, dicens se virginem, & uolens intrare religionem , maritus autem petit restitutionem : & quidem satis apparet per prædicta , quòd differenda est restitutio , & per ea quæ not. infrà de fri.§ qualiter & quando. uer. & quid si maritus.ut tamen intra certum tempus transeat. sicut nota. infrà.de conuer.coniuga.§. qualiter possit conuerti. nam & petens restitutionem , videtur quòd necesse habeat duo probare , scilicet quòd contraxerit.infrà eodem, ex parte.& quòd cognouerit,infrà eod.ex transmissa.infrà,de sponsalibus,cum locum. Vndecimò , si obiiciatur gradus cōsanguinitatis prohibitæ,& probationes incontinenti paratæ sunt, infrà eod. literas. §. propterea ubi differtur restitutio,quo ad carnis copulam , sed in alijs omnibus fit. Duodecimò , obstat viro , si non vult cohabitare cum muliere sine contumelia creatoris. infrà de diuor. gaudemus.hoc intelligas ex quo facta est fides ; uel si notorium sit,ut ibi. Tertiodecimò , si de hæresi vehementer suspectus sit , scilicet quòd suspendatur carnis commercium , sicut uides quod accusatione pendente suspenditur clericus in hoc casu ab officio & beneficio,ut infrà. de pur.can. inter alia. semper facienda est restitutio vxoris , dummodò constet de matrimonio legitimè contracto , & quòd cognita fuerit , ut infrà.eod. ex transmissa.& capitul.ex conquestione. & de hac restitutione tractatur xxxiij.quæstio. 2.de benedicto. & per totum. Quid ergo , si quis dicat se aliqua ecclesia , quam possidebat , tanquam beneficio spoliatum ? Videtur quòd non sit restituendus , nisi probet , quòd authoritate ordinarij ipsam fuerat adeptus. argum. ex prædictis.& infrà,de instit. ex frequentibus.suprà, de renun. admonet.infrà , de cler. peregri. capitul.fin. & quidam admittunt,alij contrà. Quartodecimò , si agitur petitorio , obest consanguinitas. xxvij . quæstion. 2. Agathosa. suprà de ordi. cogni.capitul. 1. infrà eod. ex literis.§. nos autem. Quintodecimò , quilibet spoliatus , ex quo constat de spolialione , incontinenti restituendus est , nisi confisus de iure suo admittat probationes super petitorio, vt infrà.eod. capitul. j.ij.& iiij.v.vj.& vij.secus,si non probet spoliationem , ut infrà eod.ex parte.& capitul.olim.iij.Sextodecimò , item frustra agitur contra illum qui factus est non soluendo, j̃.eod.olim.ij Decimoseptimò hæreticus non pōt petere restitutionē rei ecclesiasticæ : quia non potest possidere,ut no.23.q.7.c.j.& 2.Pari ratione. Decimooctauò,non petit pari ratione laicus restitutionē decimæ , ut j̃.de præscrip.causam. Item differt restitutio , ubi non soluendo est ab alio spoliatus, vt infrà,eo.olim.2. Vigesimò , non restituitur quis

ADDITIONES.

a Et anima. ¶ Adde c.cum infirmitas.de pœ.& remis.c. præcipimus.12.q. 1.glo.in ca.1.de præb.li.6.gl.in c.dilectę.de sen.excom. eo.li.& in l.sancimus.C.de sacrosanct.eccles.

b Excommunicatus non habet personam standi in iudicio. ¶ Adde capit. soli.& ibi Doct.de sent.excom.lib.6.

quis per sententiam, nisi in modũ excep. tantũ probauit spoliationem: s. de ord. co. cum dilectus. §. fi. Itẽ ob excep. rei iud. 2. q. 7. §. diffinitiua. Itẽ non restituit is qui sub condit. possidebat, j. e. olim. 1. Itẽ nec is qui de gratia uel pcario possidebat. x. q. 3. quia cognouimus. j. de excess. præl. 1. cũ ad quorundã. s. de postu. præla. bonæ. 2 resp. 1. vnde non restituit, si ut colonus quis possedit, ff. de vi, & vi arma. cùm fundum. possunt autem hi casus uel maior pars his uersibus denotari:

Vsurpans cathedrum Petri, Ne scandala fiant,
Altera vis, Damasus sensit quod sponte resignans,
Cùm quis restitui petit, & rem vendicat, At non
Possedisse probat: Cadit aut de proprietate,
Visque repulsa. Scelus, geritur cui mos, Anathema,
Vir suspectus, Inops, Gradus, Ac offensio Christi.
Qui fore possessor nequit, hi non restituuntur.

Sed & vbi vir petit restitutionẽ vxoris, cõmunis est opinio magistrorũ, ut stetur dist. q̃ fecit dñs Inn. j. e. literas. §. porrò. & se. ꝯdicit tñ in ea. decre. §. nos aũt ad pręsens. ibi, reprobamus: nec cuiquam earũ aliquod pręiudiciũ. & c. Sed rñdent, ꝙ ex curialitate sic loquit, quasi ad modum magistri, qui plurimũ p suã opinionẽ dicta maiorũ intendit corrigere: dicit tñ saluo præiudicio, uel salua reuerentia eorundẽ, sic. 9. dist. neq; quorumlibet. Potest tñ satis pbabiliter dici, ꝙ §. nos aũt. supradictus, est finis decret. literas. Nã §. sequẽs, porrò, continet allegationẽ, & respicit finẽ vers. secunda uerò assertio, q̃ habes in §. 1. & ei continuari potest. & post continuationẽ sequit litera vsq; in fi. & vr tota illa pars arbitraria, quãuis quodãmodo instruat iudicẽ qualiter debeat arbitrari. Restabit ergo, ꝙ alius vers. eiusdẽ §. 1. qui ver. incipit, opinioni aũt vl. legendus est, subsequenter. & ꝙ sic §. nos aũt. concludit oĩa supradicta. quod ergo ibi dicit, reprobamus, subaudi indistinctè sed nos approbamus cũ distinctione q̃ tñ non scribimus, sed relinquimus posteris faciendã, dũ tñ p iura ipsa duxerint cõprobandam, & hoc est quod ibi sequit: nec aliquã earum, s. in suo casu, & sm quod intelligi potest & debet, quãuis pscriptũ, & c. ecce innuit qualiter distinctio incipienda erat. vel dic ꝙ ibi sequitur, referat, subaudi à quibusdã, qui non vltrà pcedunt, & sic semiplenè distinguunt, uel plenè, dum tamen sanum habeãt intellectum, ideo de hac materia sic distingue.

5 Cum quæritur, vtrũ viro † repetenti vxorẽ sit restitutio facienda, nulla exceptione obstante, refert utrũ maritus [a] intentet petitoriũ solũ, & sic ob. quælibet exceptio. & sic intelligit op. secũdorũ, & s. de ord. cog. c. 1. & j. eodem. literas. §. 1. uers. secunda. Vel possessoriũ tñ, qđ est, qñ constat de matrimonio, uel p euidentiã, uel p confessionem: sed dr ꝙ nunq̃ habuit possessionẽ, & tunc regulariter est examinanda restitutio, nulla exceptione obstãte. & ẽ facienda, ut j. eodem. ex conquestione. & s. de off. del. causam matrimonij sm literã postq̃ & s. vt lit. non conte. accedens. 2. in fin. j. de spon. c. 1. & c. ex parte. e. & c. ueniẽs Mariota. & de diuor. porrò. 33. q. 2. seculares. & sic intellige sententiã priorũ. & j. eodem. literas. §. 1. respon. j. Nec enim in hoc casu potest referri quæstio de consanguinitate: hoc enim nihil aliud esset, q̃ matrimoniũ accusare. sed ab accusatione quilibet suspectus repellit. j. qui ma. accusa. non poss. significante. & c. fi. ergo & iste. Nec aliquod crimen potest obiici spoliato: quinimò videret, ꝙ si is qui spoliauerat, cœpisset matrimoniũ accusare, sibi p reconuentionem præiudicium pararetur, secundum quę not. suprà eod. §. quando. uer. uel ab illo. & seq & specialiter in ver. quid si vir. Tamen carnaliter aliud continget. ideo dixi suprà, regulariter. nam refert, vtrum obiiciatur exceptio, in qua vertatur periculum animæ, nec habeantur probationes paratæ: & tunc habet locum quod dixi. Idem si sit exceptio, in qua non vertatur periculum animæ, quamuis probationes paratæ sint, & oblatæ. argument. superiori. & sic potest intelligi infrà eodem. literas. §. porrò & §. præterea. versicul. quòd si non habeat. Sin autem sit talis, in qua vertatur periculum animæ, & offeruntur probationes, restitutio denegatur, vt in eisdem §. Et sic quando possessorium solum intentatur, videntur habere locum v. acceptiones tantum. Prima est seu eritas, simul iuncta alij impedimento legitimo. Secunda, consanguinitas lege prohibita, cum oblatione probationis simul iuncta. Tertia contumelia creatoris. infra, de diuor. gaudemus. Quarta, integritas corporis cum voluntate & proposito intrandæ religionis, vel cum alio impedimento, in quo periculum animæ vertitur simul iuncto. Quinta, exceptio rei iudic. quousque sit facta fides ecclesiæ de errore. infrà, de sentent & re iudic. lator. tenore. consanguinei. infrà, de fri. fraternitatis. infrà, qui fil. sint le. per venerabilem. §. videbatur. ver. præterea. & not. supra eodem. §. quando. versi. 10. & ver. quid si aliquam. Sed & sexta, scilicet adulterium, quo ad opponentem: non quò ad ecclesiam; vt patet in his quæ not. infrà, de adul. §. quæ pœna. versicul. sed & secundum legem diuinam: & sequen. & sic etiam, quo ad istas exceptio. est uera sententia secundorum, & si immineat periculũ consanguinitatis diuina lege prohibitæ: aliàs autem fiet restitutio, secuudum quod primi dicunt: & secundum quod dist. infrà eodem, literas. versicul. opinionis. in qua sententia fuit magister Petrus de Villaco. tamen ad hoc quod dicit de gradu diuina lege prohibito: vr contradicere litera, quando distinguit. vtrum probationes paratæ sint, cùm talis gradus, scilicet primus, vel secundus, videatur notorius, infrà, de diuor. porrò §. vnico. dic quod ibi non negat, quin possit esse occultus, quamuis concedat, quòd possit esse notorius. multi enim ex parte patris creduntur fratres, qui sunt extranei, & econtrà. argument. ff. de his qui sui iuris sunt. filium. infrà, de pœnis, officiis. uel expone quod dicit infrà eodem. literas. §. nos autem. ibi, nullam de prædictis, scilicet duabus primis. nam tertiam non admittimus. argument. infrà, de consàn. non debet. in fin. & ideo illas duas primas incontinenti soluit ibi: quamuis præscriptum, & cæt. quod verius est. Si verò agatur possessorio, & petitorio simul, puta quia vxor quæ repetitur, negat matrimonium, nec est notorium: hic potest opponi quælibet legitima exceptio. oportet enim quòd de matrimonio fiat fides. infrà eo. ex transmissa. & capitul. ex parte. & sic potest intelligi opinio secundorum: & sic suprà, de offic. deleg. causam matrimonij secundum literam, priusquam. infrà, de proba. causam. infrà, de testibus. ex tenore. infra, de spon. cùm locum. inf. de diuort. cùm significasti. argum. suprà, de causa possess. & proprie. cùm ecclesia. cùm super. cùm dilectus.

6 A quo peti possit. † Ab illo qui deiecit, vel mandauit deijci, uel ratam habuit deiectionem, non ab alio. ff. eod. l. prima. § deiecisse. & §. quoties. & §. cùm autem. Item si familia tua, vel mercenarij deiecerint me de possessione mea, teneris mihi de eo, quod ad te peruenit insolidum: si nihil peruenit, de uiolentia familiæ, noxaliter teneberis: si liber homo sum, & suo nomine seu tuo deiecit, tenetur: conuento autem & exacto domino liberatur procurator. vt in proxima. l. alle. & §. qui igitur. & §. familiæ. & §. si filius. & l. interdicto. ff. vnde vi. sic & municipes tenentur interdicto vnde vi, de eo quod ad ipsos peruenit ex uiolentia, quam alius fecit eorundem nomine. ff. eo. si vi me deiecerit; sed propter reuerentiam personarum quandoque denegatur unde vi interdictum: ut liberis contra parentes, & libertis contra patronos. datur tamen eis actio in factum: si tamen vi armata vtantur. tales hoc etiam interdicto conueniri possunt: ut ff. eodem. l. prima. §. interdictum hoc, quo ad atrocitatem. Hoc quantum ad interdictum, quod non datur contra possidentem, nisi probetur, quòd ipse mandauerit, uel deiecerit, uel ratum habuerit. infrà, eod. cum ad sedem. ff. eod. cum à te. Aliud in actione, quod metus causa, quæ datur contra quemlibet possidentem: ut not. suprà, quod metus causa. §. qualiter retractetur. uersicul. habet autem. & versicul. Item competit hæc actio. Item aliud in noui ope. nunciatione. ut ff. de no. ope. nunc. l. vltim. Item aliud in interdicto, quod vi aut clàm. ff. quod vi aut clam. semper. respon. 1. Item aliud, si restitutio petatur ex condi. ex canone, infrà eo. sæpe. habet enim locum contra quemlibet possessorem, qui scienter receperit. Si uerò ignorans, habet locum condictio ex canone 3. quæstio 1. reintegranda suprà, de iudic. cap. quia V. uel officium iudicis. ut infrà de ap. bonæ. secundum T. uel potest aliter diuersificari: ut not. infrà, eodem. uersicul. habet igitur spoliatus, secundum Goffredum. Sed quid si eieci te uiolenter de possessione, & alius à me emerit bona fide, nunquid præscribere potest? Videtur quòd sic. nam l. Plautia & Iulia, ea demùm præscribi uetuit, quæ vi possessa sibi, non ea ex quibus vi quis foret eiectus. ff. de vsucap. nõ solum. §. si dominus. & §. sed si nihilominus. Item hic est titulus & bona fides: nec vltra requirit ius canonicum, infrà, de præscrip. si diligenti. dic, si ante completam præscrip. nouerit emptor rem uitiosam, succedit in vitium, & ideo non præscribit. infrà, eod. sæpe. secundum Goffredum. melius infrà, de præscrip. quoniam omne. tamen contrarium est dicendum, si nulla parte temporis habuerit conscientiam rei alienæ: ut ibidem, non obstante scrupulosa conscientia Theologorum, quæ non est rationabilis.

super

ADDITIO.

a Vtrum maritus, ¶ Transferri huc meritò potest, quod in summa sua Mart. eod. tit. scribit nempe in matrimonio restitutionem uxoris: uel uiri differri posse, quando pars altera statim vult probare consanguinitatem in dispensabili gradu. Aliàs autem huiusmodi restitutio non debet differri licet spoliator uelit probare incontinenti exceptionem, nisi, vbi uidetur periculum animæ & corporis imminere. de rest. spo. literas. §. nos autem, ubi de hoc in gl. M.

super quo uide quod nota. infrà de clan. despon §. quare prohibeantur. versicul. hic tamen not. & sequen. Item qui dolum fecit, de suo dolo tenetur. ff de dolo. l. prima. Item per officium iudicis petitur res, cùm aliquis propter absentiam perdit rem, de qua agitur. ff. ex quibus caus. maio. l. prima. & illo potest agi contra quemlibet possidentem. 16. quæstio. 3. porrò. & capitul. 1. Habet igitur spoliatus plura auxilia: habet enim actionem, interdictum, condictionem ex canone, iudicis offic. Actione, quod metus causa petitur restitutio: & competit contra quemlibet possessorem: ut not. suprà, quod met. caus. sub. § habet autem triplex remedium. item de dolo, per quem petitur restitutio contra illum qui dolo fecit. Sed contra hæredes agitur inquantum ad eos peruenit ex dolo defuncti. ff. de dolo. si plures & competit ad restitu. rei: & refertur hic duplex sententia. prima quòd res restituatur: secunda, si non restituitur, defertur iuramentum actori, quanti in litem iurauerit. & idem seruatur in act. quod metus causa. ut not. suprà quod metus causa. sub §. habet triplex remedium. & versicul. sequen. sed ubi certum est, dolosum non posse restituere, protinus condemnandus est ad interesse. ff. de dolo. arbitrio. respon. 1. §. 1. Interdictum autem datur contra illum qui deiecit, &c. ut not. suprà, eod. §. respons. 1. condictio verò ex canone illo, infrà eodem. sæpe. locum habet contra successorem uiolenti, qui scienter rem detinet uiolentam. Sed secundum Goffredum condictione ex illa decre. infrà, de appel. bonæ. agitur contra quemlibet possessorem, apud quem res fuerit uiolenta. Sed condi. ex illo canone. 3. quæstio. 1. reintegranda. agitur naturaliter aduersus possessores rerum, quas noscitur aliquis perdidisse, quacunque condi. temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut uiolentia maiori: & per quascunque iustas causas: & hoc siue res propriæ sint, siue ecclesiæ, vt ibidem dicit. Patet ergo, quòd cap. reintegranda, generale est: & contra quemlibet possessorem, & qualiter amissa fuerit possessio competit. Sed decre. sæpe. requirit scientiam possessoris: ut sic successor etiam singularis uideatur in uitium succedere, quod in vniuersalibus successoribus solet communiter obtinere. C. de acqui. posses. uitia. ff. de diuer. & temp. præscrip. an uitium. Ergo non tenetur quis condictio. ex illa decre. sæpe. nisi scientia probetur. ff. de ꝓba. verius. quia hoc difficulter probari potest multoties tutius est, ꝙ agatur ex illo canone, reintegranda. Qualiter autē agatur offic. iudi. not. s. eod. ver. Item per officiū, ſm Goffredum. Cum igitur diuersæ actiōes competant spoliato, caueat ne ineptè proponat, uel nō eligat, aliàs succumbet propter ineptam petitionem. vt ĵ. eo. cū ad sedem. in fin. s. de cau. posses. & proprie c. vlt. & de iudi. examinata. Sed nunquid cogitur eligere, cū plures actiones ex hoc post facto cōpetant. dissensio est. quod dic ut no. s. de libel. obla. §. quid debeat cōtinere. in distin. quæ incipit, cū plures actiones. & ver. seq. Quid si quis absens est causa studiorum, vel peregrinationis, vel alia ꝓbabili cā, vt ĵ. de cleric. nō resi. relatū. ff. ex q. bus cau. maio. nec non. & is spoliauerat me, nec fuit citatus antequam recederet, nunquid recipientur testes mei ꝯtra ipsum, maxime si iurisdictio iudicis temporalis est: quia mandatum est ei, quod intra mensem causam determinet? Dicas non, cū non sit absens per contumaciam. s. de offi. deleg. cōsultationibus: ergo à ꝯrio videtur, ꝙ si ꝯtumax fuit, debeāt recipi testes mei, ut ff. de min. in causæ. j. § causa cognita. quod Gul. Na. admittit de benignitate cano. nec obst. ꝙ lis non sit conte. quia talis sententia est potius interlocutoria, quā diffinitiua, 2. q. 6. si quis. & magna iniquitas posset contingere, nisi hoc diceremus: quia licet poneret in pos. cau. rei ser. intra annū, nō haberē ꝯmodū possessionis meę & sic alius reportaret lucrū de dolo & ꝯtumacia sua. aliqñ non recedūt à iure cōi. s. ut lit. non contest. quoniā. quod dic vt no. s. ut lite non contest. ver. sed nūquid est hoc gñalr verū, & seq.

Notandum est autem, quod licet ex presse nō petat restit. sufficit ꝙ ꝯquerat aliquis simpliciter se spoliatū: quia sequitur restit. licet non petatur. 2. q. j. notū. de causa possessio. & propr. cū ecclesia. & licet non respondeat ad quæstionem. 27. q. 4. quia præsulatus. ad hoc. C. de diuer. resc. l. 1. tamen contra est: quia vbi non est petitio, ibi nulla condemnatio, ut s. de ord. cog. cùm dilectus. § ult. vel quod præmisi, intelligi potest, vbi Iudex ex officio procedit.[a]

ADDITIO.

[a] Procedit. ¶ Interiici congruè his posset rubricella, ex Mar. sum. e. ti. Quæ sit forma restitutionis. Restitutionis (inquit) igitur forma hæc est, qđ semper & regulariter facieda est spoliatis, vel eorū hæredibus, si inueniri possunt. 3. q. j. fere per totum & c. reintegrāda. de rest. spo. & ferè p totū Hoc intelligendū est, qñ spoliatus fecit testamentū, & certā summā retinuit, qua noluit esse contentus. Si autē mandauit in testamento distribui per executores quicquid ad ipsum spectabat de mobilibus & debitis, tūc facienda est executoribus eius restitutio pro rata, & liberis etiā pro rata, si vxorem habebat: & si liberi & uxor debeant habere in reb. ipsius aliquā portionē, aut de iure aut dispositione testatoris. Si aūt contempsit facere testm̄, facienda est restitutio insolidū hæredi, vel ei, qui debet aliter ei succedere ab intestato siue de iure, siue de consuetudine. Si autē non potuit facere testamentū propter occupationem, tunc ad consilium ecclesiæ fiat restitutio pauperibus ꝓ anima eius, si est consuetudo loci, quod pro taliter decedente faciat ecclesia testamentū, alioquin totū restituatur hæredi. Et forma tenēda est, quotiescunq; faciēda est restitutio defuncto. Itē, vbi nō inueniuntur spoliati, vel etiā ignorantur, vel hæredes eorū, tunc cū consilio episcopi, uel si est parua quantitas, cū cōsilio pœnitētiarii, distribuat pauperib. vel in pias causas. ar. ĵ. de usur. cū tu. & 87. dist. diuinę. & 12. q. 2. concesso. de rest. spo. c. j. Et hoc in uilla, ubi facta est spoliatio si ꝯmodè fieri pōt. aliàs si multū remota sit, vel ex alia iusta causa. sufficit, ꝙ hoc alibi fiat. Similiter, si uilla nescitur. saltē fiat in illa diœcesi, ubi rapina facta est cum consilio episcopi illius diœcesis: uel capellani uillæ, si discretus est. Si eps nō retinuit sibi has restitutiones. qđ fieret de ꝯsilio eius. ar. 87. di. diuinæ. & in alijs capitulis superius assignatis. & hoc si ꝯmodè in illā diœcesim pōt mitti. Item qñ restituens simpliciter non est soluēdo, agat pęnitentiā cum dolore, & proponat restituere, q̄ cito poterit. 14. q. 7. c. si res. & de cessione bonorū. l. j. si autē potest restituere, sed non ualet absq; suo periculo, & familiæ suæ, tunc studeat pœnitentiarius rectificare voluntatē eius ad restituendū, & dicat ei, ꝙ petat dilationē spoliatis, vel de ꝯsensu eorū assignet eis amicabiliter certā partē de reditibus suis, de qua sibi satisfaciāt successiue, & de hoc eis bonā faciāt cautionē. Si vero omnes sibi denegēt dilationem, & postulent ꝙ iste cedat bonis, tunc credendū est ꝙ iste tenet absque dilatione satisfacere vel cedere bonis, quia fur & raptor semper sunt in mora, & ideo semper augēt peccatum. ff. de cond. fur. l. in re furtiua. & ĵ. de simo. cū in ecclesiæ Item, si discrepēt iter se spoliati, quib. tenet, quia alij volūt dare dilationē quinquennalē s. minor em̄ dari nō pōt inuito debitore Debitor em̄ dicet, si voluerit, Cedo bonis, vel, Date mihi quinquennium. Alij uero nolunt, sed petunt cessionē tūc standū est maiori parti. Et intellige maiorē partē, vbi est maius & fortius debitū. Vnde si uni ex creditorib. teneatur plus quam reliquis omnib. qui fortè sunt decem vel plures, stabitur voluntati illius de dilatione quinquennali danda, vel cessione petēda. Si uero paruū sit hincinde debitū, stādum est maiori numero creditorū. Sed si omnia sunt paria, eligenda est clemētior sententia, s. quæ dat dilationē, secundū distinctionem legis fi. C. de ces. bo. Hæc autē intellige, vbi petentes cessionē, uel sibi satisfieri non possunt induci ad dandam dilationem, tunc satisfaciendum est in foro pœnitentię ꝓ parte substantiæ, q̄ eos cōtingit, præsertim si egeant, ita ꝙ non possint concedere absq; periculo suo, & familiæ suæ. 5. dist. baptizari. Similiter tenetur restituere debitor creditori quantū restituere potest, habita ratione, ne egeat, qa nō est fraudandus alimentis quotidianis. ff. de sol. l. qui bonis: & ĵ de sol. c. pe. vbi de hoc in gl. & ita patet. Itē tenetur debitor creditori ad pęnā sub ꝯditione ꝓmissam, si tēpore debito remisit ei capitale ꝑ nunciū, quē ei fidelē rationabiliter credebat, licet nuncius ei postmodū non soluerit, infideliter agens: quia malitia nuncij non debet dño imputari. ĵ. de pignorib. significante. vbi de hoc. Itē quid de illo, qui plurib. tenetur & uult partē soluere cū totū non possit, nunquid potest gratificare vni soluēdo ei insolidū? Aut tenetur singulis ꝓ rata, & si teneatur ex contractu, & ex maleficio, nunquid prius soluendo in hanc causam, q̄ in illā liberet. Similiter, nūquid anteriorib. creditorib. prius soluendū est, q̄ posteriorib. & habentib. pignora, uel hypothecas, prius q̄ habentib. ꝑsonales tantū actiones; & inter hypothecarios creditores quis & cui ꝓferendus est. Resp. si creditor vigilauit exigendo debitū in iudicio, vel extra pōt ei debitor soluere debitū, antequā bona debitoris incipiant possideri, quia postea iura perfecta sunt omniū creditorū, quia non habet pignora vel hypothecas, vel non sunt priuilegiatæ personæ Itē, si vtroq; creditore instante debitor uni uoluerit gratificare, debet illud omnib. communicari, uel eadē petitio singulis qri. Similiter si unus creditorū denūciauerit alteri, ne accipiat à debitore, in fraudē uidetur ille uersari, si accipiat. ubi aūt nō uigilauit creditor exigendo debitū non videtur, ꝙ debitor debeat ei gratificare. Iure tñ poli (& si non iure fori) excusaretur, ut dicūt qdā, debitor, si pietate motus gratificet plurimū indigēti creditori Nec dicēdum est, ꝙ aliquod habeant illi quib. tenetur ex maleficio, vel quasi, vel illi quib. tenetur ex contractu, vel quasi, cæteris parib. inter creditores qui priores sunt illi, qui acceperūt pignora his qui habēt personales actiones tantum. Potiores, inq̄, ut soluatur eis, quoniam valet pignus. Inter hypothecarios autem, creditores, qui prior est iure, potior est tempore: nisi in quibusdā casib. qui solēt notari, C. qui po. in pig. ha. inter eos aūt, q̄ habēt actiones personales tm̄. ęstimātur priuilegia nō ex tpe, sed ex cā: vc; qa fiscus & mulier i dote ꝑferēdi sūt cęteris priuilegiū nō habentib Similiter ex cā, quia actio tutelæ, & actio depositi, & similes priuilegiatæ sunt, ut prius soluat qđ debetur eis, quam qđ debetur ex alijs actionib. non priuilegiatis Vbi aūt sunt paria priuilegia aut personarū, aut actiōnū, æqualiter concurrent in satisfactione faciēda, nisi de aliquo illorum probet qđ sit alteri ꝑferendum ſm leges. Qđ aūt dictū est notari solet plenius. C. de bo. aut. iu. pos. Sed hæc breuitatis causa sufficiāt. Itē resto facienda, primò dēt fieri mulieri, qa mulier ꝑfert oībus habētib. ꝑsonales actiōes vł tacitas hypothecas. C. q̄ po. ī pig. assiduis. sed nō ꝑfert creditorib. expssas habētib. hypothecas. Nā fiscus simile priuilegiū habet cū muliere. C. de pri. fis. quis fiscus nō ꝑferat creditorib. expressas habentib hypothecas. ff. qui po. in pig. si pignus. de hoc habes extr. de pign. ex literis. in gl. quoniam mulier prefert. Itē qñ possunt sciri personæ spoliatorū faciēda est eis restitutio. iij. q. j. reintegrāda. Nec pōt sacerdos dare dilationē restituēti, uel quietare aliquid sine cōsensu spoliatorum, uel creditorū. Sed ubi nō possunt sciri, dēt pęnitens simpliciter, & absq; pacto, & cōditione, & omni fraude, & simulatione, totum qđ habet resignare in manu episcopi, vel pęnitentiarij discreti. Nec faciēda ē resignatio de necessitate, quia sufficit, quod ad consilium episcopi, vel pęnitentiarij discreti disponat de reb. illis. Et tunc episcopus, vel pœnitentiarius, si uiderit eum pauperem & egentem, debet partem, uel totū remittere, si fuerit necesse. Potest etiam ei dare dilationem, si viderit expedire, ne aliter ipse cum filijs, & vxore, fame pereant. Mart.

Quis sit

7 **Quis ſit effectus.** † Vt reſtituatur res ipſa, & ea quæ in ea ꝯtinent, facienda eſt reſtō ad omnē cauſam, in qua eſſet, ſi nō fuiſſet ſpoliatus. ff. e tit. l. j. §. non ſolum & ad eundē locum, vnde fuerūt ablata, & expē a ſis ſpoliatoris. 3. q. j. reintegranda. ff de rei vend. ſi verò [a] Et breuiter not. quòd plenariè facienda eſt reſtitutio. hoc enim importat verbum reſtitutio. vt C. de ſentētiam paſ. l. j. & ff. de verborum ſigni. cùm prætor. Et eſt facienda reſtit. ante principalis cauſæ ingreſſum. j͂, qui fil. ſint legi. cauſam. j. antequam accuſari poſſit ſpoliatus. j͂. eo. Item cùm quis. vel antequam referatur ei quæſtio de canonica inſtitutione non facta, j͂. eod. in literis. vel de proprietate. j͂. e. ꝯquerente. ſecundū hoc intellige. 2. q. 2. ptotum. 2. quæſt. j. per totum, & ſic intellige. quia ante omnem cōtentionem debet fieri reſtitutio. j͂. capit. j. Non autem intelligas ante ingreſſum cauſæ principalis, ſcilicet reſti. illa enim principalis cauſa vocatur. j͂. e. Item cum quis. quia in illa debet fieri ꝯteſtatio litis, & probatio electionis, antequā reſtit. fiat. s͂. de off. dele. conſultationibus. quod qualiter intelligatur. no. s͂. vt lit. nō ꝯteſ. ver. itē vbi expeditur. Nec liberatur prędo interitu rei, qa à tēpore delicti pluſquā fruſtrator eſt, & in mora fuit. ff. eo. l. j. §. qđ aūt. & §. rectiſſime. & §. ibi aūt. & §. ex interdicto. & l. ſi vi me deieceris & l. merito. C. de fur. ſubtracto. ſed ſi nō eſt ſoluendo, inanis eſt actio. j͂. eo. olim. ij. & de ſolutionib. Odoardus. ff. de fur. itaq; fullo. ff. de dolo. nā is. Item reſtituendi ſunt oēs fructus, quos percepit uiolentus poſſeſſor, & quos potuiſſet percipere deiector, ſi ei licuiſſet poſſidere. j͂. eod. grauis. ff. eod l. j. §. ex die. C. e. ſi de poſſeſſione. Fructuarius ergo deiectus in eam cauſam reſtituendus eſt, in qua fuiſſet, ſi non eſſet deiectus: ſi tamen tpe fuit finitus uſusfructus, ex quo deiectus fuit, cogendus eſt dominus uſumfru. reſtituere. i. conſtituere. ff. eo. ſi plures. §. deiectum. Probata autem ſpoliatione, ſeu uiolentia per teſtes, probantur res amiſſæ per ſacramentum petentis. quia nec ſingula uaſa domus, uel ſupellectilia per teſtes probari poſſent: dic ut nota. ſupra, quod metus cauſa. §. qualiter retractetur. uerſicul. puniuntur. & uerſicul. item ſi quis uiolentiam. & dicitur in cap. finali ipſius titul. Interdictum autem hæredibus datur, & contra hæredes in id demum, quod ad eos peruenit, doloue eorum malo factum eſt quo minus perueniret. ff. eodem. l. j. §. interdictum hoc & hæredi. & §. ultimo. & l. ij. & iij. reſponſ. j. & §. fin. Non ſolùm punitur uiolentia per hæc quæ dixi, imò & per conſtitutiones, quas notaui ſuprà, quod metus cauſa § qualiter retractetur, uerſic. puniuntur. & ſequen. Item per legem Iuliā punitur criminaliter. ut ff. eod. l. j §. ne quid. in fin. not. quod interdictum unde ui, competit circa res ſoli tantùm: ſed ui bonorum raptorum, circa res mobiles, uel ſe mouentes ablatas, ut Inſtitu. ui bon. rap. §. quę non ſolum. Item ſi Papa mandat aliquem reſtituendū fore, ſicut plenè, liberè & pacificè poſſidebat tempore motæ litis, duo uidentur mandata, ſcilicet quòd reſtituatur, quo ad hæc, q bus ſe ſpoliatum probauerit: & hic reſpice factum. quia hic facto opus eſt. Item aliud, quod id quod poſſidebat, liceat poſſidere plenè ac liberè, ſicut tempore motæ litis poſſidebat; ſi ergo poſt motam litem inimici ſui intrauerunt caſtra, in quibus habebat fiſcus bona uel poſſeſſiones, & ipſa minuerint, non ſeruatur mandatum, ubi caſtra dimittant: aliàs in poteſtate ſua eſſet ipſum expellere, uel non admittere: hunc igitur modum reſpicit. j͂. eodem. Piſanis. §. porrò.

ADDITIO.

a Si verò. Rationem adfert Mart. in ſumma eo. ti. Nam, ait, in verbo reſtitutionis non tantum res ablatæ ueniunt, ſed & damna & fructus percepti à violento, & qui percipi potuiſſent à paſſo violentiam, ſi ei licuiſſet poſſidere. Similiter omnis utilitas & omnis commoditas, quam habiturus fuiſſet eiectus à die eiectionis ſuę, continetur. ff. de ui & ui ar. l. j. §. ex die, §. non ſolum. & ff. de ver. ſig. l. cum prætor. de reſt ſpol. grauis. ubi de hoc in gl. no. ꝙ fructus. Item reſtituenda ſunt omnia, & in eo. loco, vnde abſceſſerant, ſunt funditus reuocāda, ſi ad alia loca fuerunt tranſlata. iij. q. j. reintegranda Reuocanda dico ſumptib. uiolenti. ff. de rei ven. l. ſi uero. Similiter damna reſtituēda probabuntur per iuramentū eiecti, C. vnde ui, l. ſi quando. & ij. q. j. in primis, extr. quod me. cau. c. ſi & hoc interueniente iudicis taxatione, quæ fieri debet ante iuramentum, & non poſt, iij. q. iij. §. ſpacium. & ff. ad exhib. l. ij. §. ij. & in auth. de iudi. §. oportet. Item reſtitutus plenam debet habere reſtitutionem in priſtinam cauſam ff. de vi & vi arm. l. j. §. qui deiecit. & ſic uacua poſſeſſio non traditur, ſi alius in ea ſit cauſa legatorum, uel fideicom. ff. de act. emp. l. ij. §. uacua, de reſt. ſpol. Piſanis. vbi de hoc in glo, not. quod, qui. Mart.

DE DOLO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Dolus malus quid ſit.*
2 *Dolus qualiter committatur.*
3 *Fallacia qualiter committatur.*
4 *Machinatio qualiter committatur.*
5 *Auxilia ex dolo quæ competant.*
6 *Actio de dolo cui detur.*
7 *Actio de dolo contra quem detur.*
8 *Actio de dolo ad quid detur, & quando ceſſat.*
9 *Actio de dolo qualis ſit.*
10 *Pœna doloſi quæ ſit.*

Auditis de his qui ſpoliantur extra iudicium, nunc audiamus de his qui fatigantur in iudicijs dolo, uel contumacia aduerſariorum. Vel ſic: quia plerunque ſpoliatus non poteſt conſequi reſtitutionem rei ſuæ propter dolum uel contumaciam ſpoliatoris, dicamus de dolo & contumacia, dicentes, Quid ſit dolus; Quæ auxilia competant ex dolo, Cui detur, Et contra quem, Ad quid detur actio de dolo, & quando ceſſat, Qualis ſit actio de dolo, Quæ ſit pœna doloſi, ſubſequenter annectentes, Quid ſit contumacia, Qualiter deprehendatur, Quis contumax, Et qualiter puniatur contumacia, uel etiam dolus.

1 a **Quid ſit** † dolus. [a] Dolus malus eſt calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallēdum decipiendum alium adhibita. ff. e l. j §. j. Et committitur calli- 2 ditas† in tacendo. & Salomon, Qui diſſimulat [b] iniuriam, callidiſ- b ſimus eſt: & exemplum poteſt poni in uenditore, ſi ſciebat ſeruitutem deberi, uel rem alienam, uel alij obligatam. nec certificauit emptorem: tenetur enim, quia dolo malo uerſatus eſt. ff. de action. empt. & uendit. l. j. & l. tenetur §. ultimo & penultimo. multa & alia exempla poni poſſunt per ea quæ notantur ſuprà 3 de reſcriptis. §. poſſunt obijci. Fallacia † uerò committitur in decipiendo, in his quæ aſſerit falſo ex certa ſcientia. ff. de furtis. falſus. §. ſi quis mih. unde ſecundum Auguſt. mendacium dici- c tur [c] falſa ſignificatio uocis cū intētione fallendi. xxij. q. ij. § in his autem. & §. ille ergo. lex autem dicit, quòd falſitas, eſt immutatio ueritatis. in authent. de inſtrum. cau. in principio. collat. 7. & in hoc membro dicitur committit calliditas tā ex parte loquentis, quàm illius, ad quem ſermo dirigitur. xxij. quæ. 5 §. ex his o- 4 mnibus. † Machinatio [d] autem committitur in arte uerborum. d xxij. quæſt. 5. quacunque arte. & ſi uenditor ſciebat fundum pluribus municipijs legatum deberi, & in tabula ſcripſit uni deberi. & ſic innuit cæteris non deberi, & poſtea inſeruit, ſe nolle teneri nomine legatorū, tenetur enim: quia dolo malo decepit emptorem. ff. de actionib. empt. & uenditi. Iulian. §. idem Iulianus. nam machinatio eſt occulta inſidiatio. unde maritus qui uitæ uxoris inſidiatur, dicitur machinari in necem ſuam, & econtrà. j͂. de eo qui duxit in matrimo. quam poll. per adulterium. capitu. j. & iij. & capitul. ſignificaſti. Seruij autem diffinitio reprobatur, quæ ponitur ff. de pactis, l. iuriſgent. §. dolo. nam & ſine ſimulatione poteſt aliquis circumuenire dolo malo alium. quid enim, ſi metum mihi inferas, uel rem rapias, uel iniuriam facias. hæc profectò ſine dolo committi non poſſunt. ff. ui bono. rapto. l. ij. §. doli. & de iniu. l. iij Item poteſt eſſe, quòd aliud agatur, aliud ſimuletur ſine dolo malo, ſicut faciunt qui aliena tuentur ſuo nomine: ut ſi latrones plures homines ceperint cum ſuis rebus, & dicant uni, cui uolunt gratiam facere, Sunt tuæ res iſtæ? ipſe reſpondet, Ha, uos neſcitis modò cuius ſint, quaſi dicat, quòd ſuæ ſunt, & ſic liberet eas, cùm tamen ſint ſocij ſui: hic quidem ſimulat, ſed ſine dolo malo. ff e. l. j. § j. Sicut autem reprobatur diffinitio à Seruio & à Pædio, ſic reprobanda eſt differentia, quam fecit inter dolum & fraudem: ut ff. de pact. l. iuris gentium. § ſed ſi fraudandi. ut enim dolus cum diſſimulatione fit, & ſine ea, ita & fraus. Item ſicut in dolo exigitur intentio decipiendi, ita & in fraude. ff. de regulis iuris. fraudis. quandoque tamen

ADDITIONES.

a Quid ſit dolus. ¶ Adde l. j. ff. de dol. & Abb. in c. vnico. de commo. & an dolus æquiparatur cum culpa. vide per Bal. in l. quod Nerua. ff. depoſi. & Abb. in d. c. unico.

b Qui diſſimulat. ¶ Adde an diſſimulatio permittatur ex cauſa. uide per Card. Alex. in c. ſuper eo. in 6. no. de cogna. ſpir.

not.s̄.de alien.iud.mu.causa facta.c.fi.§.qualiter competat.ver. plus dico.& patet s̄.§.qualiter.versi.seq. Item etiam post litem contestatam, admittitur supplicatio in casibus, sicut acta edantur. Vel sententiæ editio fiat.C.vt lit.pend.l.ij.j.de fid.instru G. perpetuus vicarius.& de hoc not.j de prob.§.quid debet.versi. item licet. Vel vt alius associetur iudex.supra, de officio delegati.causam.& cap.coram dilecto. Vel mutetur:quia necessarium est testimonium suum.j.de testi.dilecto. Vel ut terminetur causa,uel citius finiatur, ut in auth.in medio litis non profer.sacras iussi§.super hoc.collat.viij. Item simoniaco in ordine vel publicè infamato interdicitur executio ordinis lite pendente. inf. de simon.accusatum.& c.quoties. Et breuiter secundum canones indistinctè licet rescriptum vel priuilegium impetrare, etiam lite pendente: dummodo ex certa scientia principis impetretur,ut patet supra, in Summa,de rescriptis.§. quod cui præiudicet.ff ne quid in loco publico l.j.§.si quis à principe. & §.meritò j.eodem.capit. vltimo. Sed secundum leges lite contestata nullo modo potest priuilegium impetrari super his quæ in litem deducta sunt, sed super alijs licet: si tamen fiat sine magno incommodo aliorum, scilicet ut detur priuilegium ducendi aquam ex flumine publico,vel ædificandi in publico,ut in prox. §.vel petatur ad tempus quod certū est deberi, & in similibus. Cod.de precibus imperatori offerendis.quoties. Quid si iudex mutauerit aliquid lite pendente, corrigat discretè quod indiscretè egit,ne inde nascatur iniuriæ,unde iura nascuntur.infrà de accusa.qualiter.j.magnæ enim prudentiæ erit hoc.xxij.quæstio. iiij. magnæ xxxv. quæstio. ix. quod quis.nam & sententia Papæ corrigi potest,ut ea causa.& quæstio.sententiam.& capi.ueniam. supra.de in integrum restit.tum ex literis.§.j.nec imperator verecundatur reuocare errorem suum: imò potius uult ipsum corrigere,quàm quod à successoribus corrigatur, ut in authen. de nuptijs.responso.j.collatio.iiij.ad idem supra,de usu pal. nisi specialis. tamen iudex debet inuenire aliquam occasionem, ut quàm cautius potuerit,reuocet quod iniustè egit,ut in proxim.cap.ne ipsius uilescat authoritas, uel differat negotium, & subsistat:quia si principium ordinatum non fuerit, nihil ordinabiliter potest sequi.j.de accu.qualiter. primò. Igitur quicquid fit lite pendente in pristinum statum reducendum est, ut patet j.capitu j.& in superioribus,antequam procedatur amplius in litem.quod enim contra legem fit, per legem dissolui meretur. x.distinct.vides.imò nec firmitatem habet.j.de testibus In nomine Domini.nec ualet quòd sequitur ex eo, uel ob id, ut C. de legibus.non dubium.supra, de electione. qualiter post obitum.j de rerum permu.cap.ultimo.De uitio litigiosi,de quo fit mentio.j.eod.ecclesia.j. dic vt notatur j.de alien.iudi. mu.causa fact §. qualiter competat.& not.quod ex quo superior ad se negotium aliquod reuocauerit,non est aliquid ab inferiore attentandum:quod si fiat,totum reuocabitur.infrà, cod.ecclesia. ij.j.eodem capit.j.§ ultim.quod dic ut notatur supra,de ordin. cognit.§ sin autem reus. uersicul. breuius in regula quæ ibi exponitur, de qua re.In summa notatur, quòd is qui lite pendente aliquid immutat,in expensis condemnandus est. supra de dolo & contum cap.ij.j.tit.j.cap.j.in prin.& in fin.quinimò secundum l.dicta pœna, scilicet de condemnatione expensarum locum habet, & desiderium suum effectu caret, & infamis efficitur.C.eod.l.pen.& ult.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM & fructuum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sequestratio quid sit.*
2 *Sequester quid sit.*
3 *Sequestrandi sunt duo modi.*
4 *Sequestratio an sit licita.*
5 *Sequestratio qualiter finiatur.*

Licet regulariter traditum sit in superiori rubrica, quòd lite pendente nihil penitus innouetur, nec moueatur quis à sua possessione,hoc aliquando fallit,quia aliquando fit sequestratio. Ideo dicamus de sequestratione possessionum.hic videndum, Quid sit sequestratio,Quis sequester,Quot sint modi sequestrandi,Et an sit licita sequestratio Et qualiter finiatur.

1 a Quid sit sequestratio.† [a] Rei de qua agitur depositio, puta duo contendunt de aliqua re, ponunt eam in manu communi,sicut vulgariter dicitur, vel amici communis, qui eam debet restituere ei qui obtinuerit, & interim eam custodit.

2 Quis sequester.† Depositarius rei in iudicium deductæ siue amicus communis, de quo dixi s̄.proxi.§.& probant hoc ff.depositi.licet.& l.propriè. ff.de uerb.sign.sequester.

3 Quot sunt modi sequestrandi.† Duo:nam aliquando fit omittendæ possessionis causa: & tunc neuter litigantium possidet,sed sequester. Aliquando uerò sequestratur res custodiæ causa,& tunc possessio remanet penes possidentem,ut in legibus j.eod.§ proxi.uersi. primus.allegatis. super quo uide quod no.j.depositi.§.in quibus rebus.

4 Et an sit licita sequestratio.†Non,imò generaliter est illicita, unde dic de sequestratione possessionum,subaudi generaliter prohibita,ut C.de prohibita sequestratione.l unica. ideo reuocauit Innocen. sequestrationem quā Celestinus prædecessor suus arbitrio suo fecerat: quasi dicat,non iustè,ut patet j.eodem, capitu.1.§ 1.& 2.quia nemini turbanda est sua possessio. ut notatur s̄.titu 1. ut lit. penden.sub §.patet quòd lite pendente.& sequentibus. In casibus tamen sequestratio admittitur. [b] Primus casus,in quo sequestratio admittitur,is potest notari, scilicet de consensu utriusque partis, ut ff. de solutio.si solutus depositi.licet.ff. de acquirenda possess.interesse. & potest hic agi sequestraria actione.ff.deposi. si in Asia. §.cum sequestro.Secundus casus in re dotali, quæ iusta ex causa ponitur in sequestrum: puta si furor mariti interueniat.ff.solut. matrimo.si cùm dotem.§. si uerò dotis.uel quando maritus cauere non potest, & scandalizaretur,si mulier ministret, hic ponenda est pecunia dotalis penes aliquem mercatorem, ut de iusto & honesto lucro coniuges sustententur. j. de donatio inter uirum & uxorem per uestras alias si sine scādalo mariti fieri potest, etiam ipsa mulier administrationem habebit. C. de iur. dotium ubi.uel decret. intelligitur, quando & maritus & uxor suspecti sunt de dilapidatione,in quo non dicebatur per l.quid iuris est. uel dic ut ibi notatur in Sūma sub rubrica de dote post diuort. restitu.§. & quando competit.uersicu 1. Tertius fauore religionis:nam licet propter contumaciam religiosorum aduersarij essent ponendi in possessionem ecclesiarum petitarum, tamen fauore religionis fuerunt sequestratæ.s̄. de dolo & contumacia.cap.2 quia summa est ratio, quæ pro religione facit.ff de reli.& sumpt.fun.sunt personæ.12.quæst.2.religiosam. Quartus, quando persona,à qua res mobilis petitur,suspecta est, & timetur ne cum ipsa fugiat.ff.qui satisda.cog. si fideiussor.§.ultim.ff. de offic.præsid.senatus §.fina C de agric. & censi.litibus lib.11. Quintus,quando aliquis de familia iudic. à me petit: quia fortè furtum passus est: hic enim sequestratur res usque in aduentum successoris ff.de offic.præsid.senatus.Sextus, propter conditionem personæ:nam si seruus proclamat in libertatem, res sequestratur peculiaris,& hoc ideo ne dominus dissipet C quib.ad lib. proc.non lic.l.3.C.de asser.tollen l.1.§.super peculio,& c.ar ꝙ si dominus seruos malè tractauerit, uel etiam multò fortius liberos homines,iudex ex officio suo debet subuenire:& si fortè petantur ab alio quem dominum recognoscunt, poterunt sequestrari,si timeatur per certas coniecturas ꝙ successor propter hoc grauior eis existat,ut arg ff.de officio præfecti urbis.l.1 § qd autem & arg.Insti.de his qui sui iuris sunt §.dominorum. & uersi. sequē.& optimè ff de adult.si postulauerit §.ratio.& de quæstionibus.l.1 §.penultimo. & de his quibus ut indignis. si inimicitiæ. s̄.ut lite non contesta.quoniam.§ ultim j.de prob.c penultimo. & hoc de plano inquiret iudex, ut argu.ff.de officio proconsul ne quicquam § de plano.& de offic.præsid senatus. ad hoc idem faciunt iura superiora & inferiora.Septimus, quando maritus petit uxoris uirginis restitutionem matrimonium contractum negantis: sequestratur enim puella quousque causa terminata sit.j. de sponsa cùm locū.Idem uidetur,si mulieri trepidanti per cautionem nō possit mederi, cùm maritus ipsam capitali odio prosequatur,ut uidi exemplum inter Audebertum de Fos & dominam Beatricem.& s̄.de resti.spol.ex transmissa & c.literas §.ult i Octauus,quādo appellatur ab executore,ubi quidē si est res mobilis sequestratur: si immobilis, sequestrātur fructus C.quorum appe.non recipiun.ab executione.Nonus, in colono, qui negat pēsionem deberi ei qui nunc petit, cum longo tpe cessauerit.C. de agric & censi.litibus.Decimus, si quæstio sit de possess.& non possit probari quis possideat. ut ff.de acquirēda possessione.interesse. Vndecimus, quando possessor uictus appellauerit,& incipit dissipare fructus, uel alienare.2 quæst.6. quot.2.j.eo.c.ult i. quem

ADDITIO.

a Quid sit sequestratio. ¶ Adde Card.in cle.1.in 15.& 16.q.eo.ti.

b In casibus tamen sequestratio admittitur. ¶ Vide glo.& doct.in c.2.eo.tit. Arch.in c.quia res.11.q.1.Io.An.in regula, locupletari.de reg.iur.lib.6.in merc.& per Cyn.Bal.& alios in l.1.C.de prohib.sequestr.

quem caſum dixit Vin.non eſſe lege expreſſum: quamuis hoc dicat lex,ubi ab executore appellatur, tamen ſalua reuerentia tanti doctoris hoc dicit lex ex qua decre.ſumitur.ff.de app.imperatores.& uide ſuper hoc quod not.ſ. de offic.deleg.§. quæ delegari poſſint.uerſic.& not.quod ubi appellatur. Idem in eo qui miſſus eſt in poſſ.cau.rei ſeruan.ſi alienet, ſequeſtrantur fructus. j.eod. dilectus. Idem in re litigioſa.11.quæſt.1.capi.ult. idem eſt ſecundum Goffred. quod circa rem mobilem uel immobilem perſona poſſidens eſt ſuſpecta,ne fructus depopuletur, uel diſſipet,ut in eiſdem iuribus, & ff.ſolut.matri.ſi cum dotem.§. ſin autem in ſæuiſſimo.3.queſtio.2.quia ea.Duodecimus,propter ſcandalum uitandum,ſecundum quod vno modo intellexi, infrà,de donat. inter uir.& uxor.per ueſtras.infrà,eod.cap.1.& argumen.j.de iure pat.cap.1.& 2.Tertiuſdecimus, propter contumaciam uolentis cauere, ut ff.de col.bo.l.1.§ ſi frater.Quartuſdecimus,ne impediatur uendendi commoditas.ff.de dolo. ſi oleum.ſecundum Goffred.Quintumdecimum addunt Epiſcopi noſtri temporis facientes indifferenter iuxta uoluntatis propriæ beneplacitum ſequeſtrari fructus eccleſiarum,& aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum,de quibus agitur inter aliquos, & potiſſimè cùm ipſimet inde referunt quæſtum, quod plerunq; potius ſumunt à capite quàm à iure. quare eſt retractandum: nam nec Papæ arbitrio in hoc ſtatur.j.eod.cap.1.[a]

5 Et qualiter finiatur.†Finitur autem ſequeſtratio exiſtēte cōditione depoſitionis & reſtituenda eſt res.ff.de dolo.ſi quis affirmauerit.§ ſi oleum.Item ſi ſequeſter uelit deponere officium, iuſta de cauſa hoc facere poteſt, de licentia tamen iudicis.& erit tunc deponenda res in ęde ſacra.ff.depoſiti.l.ei.§.ulti.

ADDITIO.

a Hos ſequeſtrādi modos recenſet Mart.in ſum.eo.ti.quibus adiicit & alios, videlicet,quando maritus vergit ad inopiam,nam tunc ſeparanda eſt dos vxoris.ff.ſol.mat.l.ſi cum dotem.§.ſin autem.Eſt & alius,nempe,quando timetur de ſæuitia viri,nec poteſt vxori caueri, extra de reſti.ſpol.literas.& c.ex tranſmiſſa. tunc enim ſequeſtranda eſt vxor. Addit & alium,ſi vxor timeat corrumpi.extra de ſponſ.cùm locū. Subiungit etiam alium,ſi timeatur perdi commoditas vendendi.ff.de do.ma.ſi oleum. Adnectit & quando quid oblatum eſt illi qui eſt de familia iudicis.ff.de of.præſid.l.Senatuſconſulto.Prætermittit autem Hoſtienſis articulum hunc, Circa quæ fiat ſequeſtratio.quē ex Mart.vbi ſ.huc tranſtulimus.Fit autem,ait,ſequeſtratio circa rem mobilem, vel immobilem, ſi perſona poſsidens eſt ſuſpecta. Fieri etiam debet ſequeſtratio de fructibus & poſſeſsionibus rei mobilis, cum perſona poſsidens de dilapidatione eſt ſuſpecta.ff. qui ſatiſd.cog.

DE CONFESSIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Confeſſus in iure pro conuicto habetur, qualiter intelligatur hæc regula.*
2. *Confeſſio regulariter non nocet, niſi fiat aduerſario præſente.*
3. *Error confitentis an reuocari poſſit.*
4. *Confitens falſum, an ſuccumbere poſſit.*
5. *Confiteri quot modis quis intelligatur.*
6. *Reſpondere nolens habetur pro confeſſo.*
7. *Sententia an ſit ferenda in confeſſum crimen.*

SAepe fit,quòd oblato libello uocato ad iudicem & die ad deliberandum aſſignata,& reſpondendum,ſuſpēditur cauſæ examinatio propter contumaciam rei ad iudiciū non redeūtis, contra quem multifariè prouiſum eſt in titulis intermediis : quia aliquando patitur miſſionem in poſſ. aliquando excommunicatur, aliquando poſſeſſio ſequeſtratur : ſed quia ueniens intra annum oblata cautione iudicio ſiſti,poſſeſſionem recuperat,expenſis tamen reſtitutis.ſ.ut lit.non conteſta. quoniam.§.in aliis. & §.ſeq. & rediens ad conſcientiam, confitetur quod in libello continetur:uideamus de confeſſis. Vel ſic,Quia frequenter in iudicio fiunt poſitiones, ut ſ.de elect dudum.§. licet autem. & de lit.conteſta.cap.unico. fiunt aliquando interrogationes à partibus,ut ſuprà,de dolo & contumacia,prout,& infrà, de appella. cùm cauſam.& quandoque à iudice.ſ. de poſtu.præl.cap.1.j.de fide inſtrumen.cùm Ioan.uerum. quibus cōfeſſis releuatur pars à poſitione facienda,maximè per teſtes:quæ probatio laborioſa eſt,ut not.j.de probatio.§.quis debet probare.uerſicu.nunquid ergo. antequam tractemus de aliis probationibus, uideamus de confeſſis. Vel ſic:Quia libello oblato, & adueniente die ad reſpōdendum,aliquando comparet reus,& confitetur quod ibi continetur : uideamus de confeſſis, qui pro conuictis habentur. C. eod.l.1.& ff eod.l.1.dicendum igitur, Qualiter intelligatur hæc regula,confeſſus in iure, & c. An error confitentis reuocari poſſit, Quid ſi quis extra iudicium confiteatur, Quid ſi confitetur quis falſum, Quot modis intelligatur quis confiteri, Quid ſi non vult reſpondere, Vtrum in confeſſum ferenda ſit ſententia. Primò tamen not. quòd hæc eſt differentia inter titulum de interroga.act.qui locum habet ante lit.conteſtat.& etiam poſt, & hunc qui poſt litem conteſta.tantùm locum habet.unde ſic etiam poteſt continuari. Quoniam poſt ſacramentum de calum. præſtitū fiunt poſitiones, quas partes aliquando cōfitentur, dicamus de confeſſis:quæ autē interrogationes fieri debeant ante lit.conteſt. quæ poſt,dic ut no.ſ.de iudi.ſub §.fiunt autem interrogationes.

1 Qualiter intelligatur hæc regula, confeſſus † in iure pro conuicto hr̄,certè magnā caudā trahit poſt ſe, & conſueuit no.his uerſib.

Maior,ſponte,ſciens,contra ſe ius,& hoſtis.
Hæc natura rei,fauor aut lis,ius ne repugnet.

a Ego tamen hanc regulā trado ut quaſi omnia includam.Maior[a] 25.ann.Sanæ mentis.Sponte.Sciens Dominus cauſæ.Contra ſe. In iure Corā ſuo iudice.Præſente aduerſario. Certum quid confeſſus.Pro conuicto habetur.Dummodo ſit cum alio actio.Niſi fauor aliud inducat. Aut ius improbet.uel natura : unde uerſus, Victus dicatur,ſi certū quid cōfiteatur.Maior.Contra ſe. Compos.dominus Sciens Vltro.Iudice.Parte.foro. Præſentib.Actio dum ſit. Porrò ius iſtis. Fauor. Et natura reſiſtit. Vel ſic. Maior. Sponte.Sciens.Dominus.Pars.Lis.Sed & in ſe.Confeſſus certū. Compos. Præiudice.Iure. Damnatur.Ne ius. Fauor. Aut natura repugnet. Nos tñ uerba deſcriptionis exponēdo uerſus ultimos proſequimur.Dicas igitur:*Maior 25.an.* ideo dicit uerſus,maior, & bene. nam confeſſio à pupillo facta ſine authoritate tutoris, nulla eſt ipſo iure.ff.eo.certū.§.in pupillo.quia eius ætas quid uideat ignorat.C.de falſa mon.l.1.ſ.de corpore uitia.ex parte B.j. de regularib.cùm uirum.& qui ma.accu.poſ.c.ſi.excipiuntur caſus in quibus ſine tutore poteſt eſſe in iudicio,ut in momētanea poſſeſſione.C. qui legitimam perſonā habeant ſtandi in iudicio. l.vlti.& in interdicto de lib.ho.exh. ut ff.de li.ho. exhi.l.3.§.hoc interdictū.in his enim caſibus tenet cōfeſſio,ne litigantes authoritate principis decipiantur:qđ eſſe non debet.C.de his qui uen. ætat.impe.l.1.& iunge quod not.j.e.uerſi ſunt tamen caſus.Sed nunquid pupillus in his caſibus reſtituetur contra confeſſionem ſi leſus ſit ſecundum illos,qui dicunt ipſum non eſſe reſtituendū contra ſententiam ? dicendum eſt, ꝙ nec & contra confeſſionē, ſed ſecundum dominum meum,& contra ſententiam & contra confeſſionem reſtituetur.Si uerò pubes confiteatur, licet mero iure teneat confeſſio,tamen reſtituitur,ut ff.eo.certum.§.minorem.& §.in pupillo.& hoc intellige,quando non habeat curatorē:nam ſi haberet,idem ꝙ in pupillo, ſcilicet ꝙ non ualeret ſine authoritate cura.arg.C.de in integ.reſt.minorum.ſi curatorem. Illud autem certum eſt, ꝙ ſententia lata contra minorem, ſiue puberem, ſiue impuberem ſine authoritate curatoris nullius eſt momenti,ut patet in concor.quas ſignaui ſ.de arbit.ſub §.impeditur.Quid eſt ergo, ꝙ confeſſio ualet. Hanc oppoſitionem quidam timentes intellexerunt dictum §. minorem. ff.eo.l.certum. quando confeſſus eſt authoritate curatoris uel tuto.ſui,ſed mēs §.intelligitur,quando pupillus, & pubes confeſſus eſt ſine authoritate curatoris uel tuto. nam ſi pupillus authoritate tutoris confeſſus eſſet,teneret confeſſio,non eſt dubium:quia cōueniri pōt authoritate tutoris, uel tutor nomine pupilli.in poteſtate enim tutoris eſt hoc ut ff.de adminiſtr.tuto.l.1.§.licentiā. dummodo pupillus fari poſſit,& ſupra ſeptimum annum ſit:aliàs ipſi tutores debent iudicium in ſe ſuſcipere nomine pupilli.Sed ſi quis uelit puberem conuenire,in poteſtate conuenientis eſt,utrum cōueniat ipſum authoritate curatoris,uel curatorē nomine adulti. & hoc qñ adultus pręſens eſt:nam ſi abſens,omnimodo curator nomine adulti cōueniendus eſt.ff.de admi.tut.l.1.§.in cauſis. Dicas ergo, ꝙ aliud in ſententia, in qua non poteſt eſſe pubes, ſine authoritate curato.aliud in cōfeſſione, quam poteſt facere ſine authoritate curatoris.ratio quia cōtrahere poteſt qñ non habet cura.& tenet contractus.C.de in integrum reſtit.mino.ſi curatorem.ſed confitendo quaſi cōtrahere uidetur:ideoq; conuenitur utili actioné ex illo contractu,ex quo cōfeſſus eſt.ff de interrog. act.de ętate.§.qui interrogatus.& ff.ad l.Aqui.proinde.§.ſi procurator.Certè quicquid dicatur, idem in ſnīa,quia quaſi contrahere uidetur.ff. de pecul. licet.§. ſed ſi filius. & tñ non ualet. Sed in ſententia maior deſideratur ſolennitas) & ideo aliud. ad hoc C. qui tutores dari poſſunt. in uniuerſis. Poſſet tamen intelligi §.mino-

ADDITIO.

a Hæc omnia refert,& enumerat Mart.in ſumma,eo.ti.quæ dicit copulatiuè exigi,ad hoc,ut confeſsio præiudicet confitenti,quibus adiicit nūc caſum, nempe,ut fiat de re litigioſa.ff.de interrog.act.l.confeſsionib.Mar.

§.minorē ſm priorem opin. & § In pupillo. qñ pupillus minor eſt 7.ann.licet fari poſſet, per l.ff.de admi.tut l.j.C. de iure delib. ſi infanti. Sũt tñ caſus, in quib.adultus põt eſſe in iudicio ſine authoritate curat. ſcilicet in his, in quib. dixi pupillũ ſtare in iudicio, vt j.ver.maior. & in omnib. ſpiritualibus, etiã per procu. vt in matrimoniis, qđ dic vt no ſ.de proc §.quis dare verſ.itē maior. Et generaliter ſm cano ꝯqueri poteſt pater de filio, & ꝯ.2.quæ. 7 quæritur, quamuis ſecundum leges inter patrem & filium etiã maiorem non poſſit eſſe lis, niſi de caſtrenſi peculio, & quaſi. ff. de iud lis. ſed fortè decre intelligitur de patre ſpirituali, contra quem agi põt vt ſ.de offic.ordin.ad reprimendam.j.de cal.c.2. & pater ꝯ filium.j.de exceſ.præla.grauem.ſ.de maio.& obeb.cũ in eccleſiis. Vel queritur filius de malo patre, id eſt, malè administrante. Queritur, id eſt, ſuperiori denunciat, qui ad denũciationem filii de hoc inquirere debet.ad hoc C. de bo. quę libe. cùm oportet. §.nõ autē.& ff de of præfe.vrb.l.1.§ quod aũt.vel q̃rit ex eo ꝙ ipſum cædit, uel torquet nimis aſperè, qđ iudex tolerare non debet etiã de ſeruo.expedit eñ reipu.ne quis re ſua malè vtatur, C.de emēda ꝓpinquorũ.l.1.Inſti.de his qui ſui iur. ſunt. vel ali §.ſed hoc tēpore.& §.dominorum.quod dic ut no.ſ. ti.1. verſ.ſextus.vel queritur in ſpiritualib.omnib.j.de ſpon.non eſt nobis In his ergo omnib. caſibus tenet confeſſio & ſententia facta à minore, & lata ꝯ minorē, ut dixi in pupillo.ſ.e §.uer.maior. & uer. ſeq. *Sanè mentis*.ideo dicit uerſus, cõpos. & bene: quia ſi furioſus ꝯfiteretur, non obeſſet ei, cùm nullum negociũ ꝯtrahere poſſit.ff.de reg.iur.in negociis.& ff.de iure codicillorũ l.2.§.furioſus.ff.de arbi.diē proferre §.corã j.de ſucceſ. ab inteſt.c.ult. & de regularib.ſicut tenor.17.q.1. Conſaldus. *Sponte*. ideo dicit verſus, ſpõte.hoc autē ideo dictũ eſt, quia ſi præ magna anguſtia tormentorũ quis ꝯfiteat, nõ obeſt ei, niſi in cõfeſſione pſeuerauerit poſt depoſitionē tormētorũ.ff.de quæſtio.l.1.§.diuꝰ.& §.ſi quis vltro vel ſi cruciatus ꝯfiteatur.31.q 2.Lotharius.ſuper hac materia vide j.de teſtib §.quis poſſit eſſe teſtis. ver.bene dico. & uer.dicũt tñ.ver.in crimine.*Sciens* ideo dicit verſus, Sciens, & hoc ideo dictũ eſt, quia ſi erraſſet in facto ꝓbabili, poſſet reuocare errorem qñcunq; ante ſententiam.C de iuris & facti ignorãt. error.diſtinctionē in capit, ut patet j §. quid ſi ꝯfiteř falſum *Dominus cauſæ*.ideo dicit, ver.dñs, hoc verò ideo ſuppleui: quia ꝯfeſſio proc.tut.curato.dño abſente nõ obeſt.ff.e.certũ §. ſi quis abſente.uer.ſed an & pſos.& hoc verũ eſt, ſi modo dñs neſciens paratus ſit probare ꝯtrariũ, ſm quoſdã, pro eis.j.e.c.ult. tutores eñ & curatores loco dominorũ habent, qñ bene adminiſtrant: nõ eñ cùm pupillum ſpoliãt, ut ff.pro emptore.qui fundum.§.tutor.& ff.de admi.tuto.l.tutor qui tut.ff.de ſeruitu.interdũ §.qui tutelam.Imputatur tñ tutorib. ſi ſuperuacaneã litē exerceãt. ff. de admi.tut.quoties §.ſicut.C.de admi.tu nõ eſt ignotũ. & ignoſcēdũ eſt, ſi pepercerint pudori ſuo.ff.mãdati Quintus Mutius. aliàs incipit, l.ſi quis ſub uſur.ideo vř, ꝙ eorũ ꝯfeſſio, & etiã procuratorum obſit dño & pupillo. ad quid enim iurarent de calũ. niſi confeſſio eorũ ualeret: quod tamen faciunt ut no.ſ.de iura. cal.§.quis debet iurare.ver. ibi eq Itē ad quid interrogarer ꝓc. ſi ipſius confeſſio non ualeret, & tamen interrogař, ut ff. de ꝓc. non ſolum. & ſine dubio confeſſio ꝓcur. nocet domino. j. e. c. ulti.& contumacia.ſ.ut lite non ꝯteſt.accedens in fi.& de poſtu. præla.c.1 j de ſenten.& re iud.ſuborta.ſ.de cauſa poſſeſſio.& ꝓprieta.cùm olim.ſed cõtra, ff ſi quis ius dicen.non obtem l.1.§.ſi ꝓcu.& ad l.Aquil.proinde.C.de pac.pactum curatoris. Ideo diſtingue ſi confitetur præſente dño, perinde eſt, ac ſi dñs cauſæ confeſſus eſſet niſi contradicat ſicut intelligitur in aduocato, ſecundum quoſdam.C.de error.aduo.l.1.ff.manda ſi remunerandi.§.qui paſſus & l.qui patitur. Si uerò domino abſente confiteř intra triduum, poteſt reuocari nudo uerbo, ſecundum Iul. ſicut no.in aduocato, j eod §.an error & uerſ.ſeq.ſed ſi triduum elapſum eſt, & mala fide, non parat præiudicium, ut in contra.nam licet concedatur alicui generalis & libera adminiſtratio, non tamen uidetur ſibi conceſſum, ut donet, ut ff.de pact. contra iuris ciuilis regulas §.ultim.& nota.j.de donatio. §.quis poſſit donare.Sed ſi bona fide paratur præiudicium.C de tranſactio.præſes.ff.de iureiuran.tutor pupilli.& in aliis concor. ſig.ſ.uerſicul. dominus cauſæ. ſed & diſtinguendum uidetur, utrum procur. ſoluendo ſit, necne, etiam ubi mala fide confitetur. per l. ff. de dolo, & eleganter. §. penulti. Item licet bona fide confiteatur, probato errore reuocatur, ut j. capitul.ultim. ſecundum Iul. Vel melius procura.meus contrahendo, & quaſi contrahendo iudicium ſubeundo in his quę ſibi commiſſa ſunt, & poteſtatem habet, mihi præiudicat. Delinquendo autem, uel quaſi, ſeu dolum, uel contumaciam committendo, vel incurrendo, mihi non parat præiudicium ignoranti Scienti autem prę iudicat, ratificanti tacitè uel expreſſim, & cum non purgo id quod purgare poſſum, & hoc ante litem conteſt. locum habet. Poſt litem conteſta. enim præiudicat mihi: quia aduerſarius excipit contra me ex dolo procura. licet procurator teneatur mihi ſi ſoluēdo ſit: & ſi nõ ſit ſoluendo, reſtituitur mihi actio.ff.de dolo, & eleganter § pe.ff.de excep.doli.ſi procu.quod dic vt no.ſ.de dolo. ſub rubrica, de contumacia.§ qualiter.ver.ſed nunquid cõtumacia. Sed nunquid pupillus vel adultus ipſo iure audientur volentes ꝓbare ꝯ, vel demum impetrata reſtitutio.etiã ſuper hoc eſt diſſenſio.Hoc in tutore & curatore, procuratore prælatoq; eccleſiæ, qui & procurator dicit, vt j.de donatio.c.2. & aliis defenſorib. eccleſiæ locũ habet: ſed ſi quis ſine mãdato defendat, nullũ dño præiudicium paratur, vt ff.de interro actio ſi defenſor de cõfeſſione aduocati, dic ut j.§.an error confitentis reuocari. *Contra ſe*. ideo dicit, ver.ſed & in ſeq.id eſt, ꝯ ſe, quod ideó additur, quia ſi pro ſe ꝯfiteatur, nõ ꝓdeſt ei: ſed ꝯ ſe tunc fides adhibenda eſt. ff. de interro.actio.de ætate.§.j.14 q. 2 §. j. quia nullus in re ꝓpria põt eſſe teſtis, quantũ ad vtilitatē ſuã, ut no j.de teſtib.ver.quis poſſit.ſub §.hi verò omnes.& verſi ſeq.Item ideo dico, ꝯ ſe, quia ſi ꝯ alium confiteatur non obeſt ei ꝯ quem fit cõfeſſio.j. de capel.monacho.c.2.& de donatio inter dilect.ſ.de arbit. cum tempore.2.q.5.interrogatũ.ſed neq; ſnĩa lata ꝯ vnũ præiudicat alteri, licet dicatur particeps.ff.de adult.denunciaſſe.ff.de inofficioſo teſtamēto poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.ſi ſerui.vendi loci §. competit.& per hæc iura determinatur quædam quæſtio quæ in hunc modũ fieri ꝯſueuit Duo fratres ducũt duas ſorores in vxores: accuſatur matrimoniũ ꝯtractum inter vnũ de fratrib. eorundē parentum, & unam de ſororib.parentũ, & probata conſanguinitate, fertur diuortii ſententia inter ipſos, quæritur vtrum præiudicet aliis in tantum, ꝙ nulla alia probatione exacta ſit inter ipſos diuortium celebrandum? & eſt dicendum, ꝙ non.arg opti.j.de præb.dilecto.in fin.& in his quæ no.j e. ver. Itē fallit in connexis.quia res inter alios acta,[a] &c j.de ſent.& re iud.c.pe. Hoc in ciuilibus: quia ante omnia animaduertendum eſt, &c.ff.de pactis.ſi vnus §. ante omnia. multò fortius in criminalib. hęc locũ habent: infrà, de adult. ſignificaſti. ibi enim non debet queri de aliorum conſcientiis.C.de accuſa.l.vltima.15.q.3.memini.j.eo. c.j.reſpon j.Hoc dicunt quidam verũ, ſi confitetur ꝯ vnum, ex quo de ſeipſo ꝯfeſſus eſt: ſecus ſi ante.ſed reprobatur, ff.ad ſenatuſconſult. Sillan. primis Excipiuntur tñ caſus in quibus inquiriť de aliorum conſcientiis: ſcilicet crimen læſæ maieſtatis vt j eo. c.j.§.j.6.q j.ſi quis cũ militibus.C ad leg.Iul.maie.l.3.& 4. Itē crimen ſimoniæ.[b] C.de epiſ & cle.ſi quenquam.79.di.ſi quis Papa. ad fin.de ſimo.tanta j.eod c.2 Item crimen hæreſis.j. de hæreti. excommunicamus.& c.vergētis.Item & publicus latro, Iſaurus ſiue iugulator, ſi captus ſit, interrogař de ſociis. vt C.de ſer. prouinciarum.ff de cuſto.reorũ diuus.ff.de quæſtionib.l.j.§ pe. Itē fallit in connexis: nam ex quo cõſtat de uno connexorum, & de alio: nam ſi conſtat aliquē malè ordinatum, per ꝯñs cõſtat ꝙ ordinator malè ordinauit, & pœna dignus eſt.ſ de æta.& qual.cũ ſit.81.diſt.tanta.8.diſt.ordinatos.& eſt ratio quia de facili nõ eſt credendũ ordinatorē ignorare vitiũ clericorũ.j.de reg.iur.quãuis.ſ.de ele.innotuit.C.de rei vē.quiſquis.qđ verũ eſt, qñ per ſe examinat: Secus, ſi per aliũ: qđ dic, vt no.ſ.de ſeru in or.fa.§ qñ. & § per quos.de ęta.& qua.reſp.1.& iũge ea q̃ no.j.de ſen.& re iud.§.quib ſub §.ſed & in criminali.in aliis ergo, niſi exceptis his criminib.non debet quis de aliorũ conſcientiis interrogari.aliorum dico occultorum, ſed iudices noſtri temporis contra hoc vſurpando temerè præſumentes de caſibus ſpecialibus faciunt generalem regulam, indifferenter quærentes, vt peccata & delicta vendere poſſint, & ſic reciprocant ordinem, ut not.ſuprà, de off ord.§ qđ pertinet.ver. debet etiã punire delinquentes & ſeq & legitur in auth.de man.prin.§.oportet.coll 3.*Occultorum*, ideo dixi: quia ſi alii infamati eſſent, tunc etiam a criminoſis poteſt inquiri.j.de accu c.qualiter.1.ad fi.j.de teſti.quoniam.j e.c. 1.§.vlt Verum licet in prædictis caſibus dixerim de aliorum cõſcientiis poſſe quæri, non tamen dixi, quòd reſponſiones ꝓbationē faciãt.ideòq; niſi per alios conuincantur, vel ipſimet vocati confiteantur, non condemnabuntur, cum in his probationes exigantur luce clariores. 5.q 6. Epiphanium. C. de ꝓb. l. vlt.2.q.1 nos in quemquam Per participes autē criminis nõ poteſt quis conuinci, ut no.j.de teſt § hi aũt omnes.ver. Itē in cauſa.& hoc exaudias, quo ad pœnam ordinariã imponendam, ſcilicet quando accuſatur quis: ſecus, ſi ex officio ꝓcedit Iudex ad mulctam extraordinariam indicendam: quia tunc leuiores probationes ſufficiunt. vt not. j. de accu ſub Rubric. de criminibus extraordinariè puniendis. Item per conſpirationes [c] fit plena probatio:

ADDITIONES.

a Res inter alios acta. ¶ Adde gl.in c.pe.de app.In 1.in c.auditis.de reſcrip. Salyc.in l.ſi his quos.in j.no.C.de iu.caul.

b Crimen ſimoniæ. ¶ Adde do.in c.ex parte.el 2. de of.del. do.in c.j. de ſimo.

c Conſpirationes. ¶ Adde quid eſt conſpiratio.uide gl. in c. ꝑ tuas.d ſimõ. Card.in cle paſtoralis.in 7.no.de re iud. Fel.in c.conſtitutionem.in §. cæterum.de ver.ſig.

probatio:& eſt ratio,vt no.j̃.de teſti.co.§.qui teſtes. ver. vide ıt tamen.quod ergo dixi, locum habet quantum ad præſump. inducendam & famã.j̃.de adul.ſignificaſti.In iure,ideo dicit ver. ſ. iure:ꝙ ꝓpter hoc ſubauditur quia ſi extra ius cõfiteatur,nõ obeſt ei. oportet eñ ꝙ Iudex ſedeat pro tribunali. 2.q.3.§ p æuaricator.ſiue no.ſicut dixi in dilatione cõcedenda.ſ̃. de dila §.vl. ergo in iure cõfeſſus pro conuicto habetur.j̃.e.c. 2. ſ̃. de tranſa- præt erea.2. ff. quis ordo in poſ. bo.ſeruetur.l 2.§.dies.C. eod.l. vnica.ff.e.l.j. aliud eſt in interrogationibus,quæ fiunt ante litem conteſt.vt not.ſ̃.de iud.§.quæ ſunt neceſſaria. ſub §.fiunt aũt ali quãdo interrogationes.Ibi eñ accipitur in iure,id eſt,apud magiſtratus,etiã ſi pro tribunali nõ ſedeat,vt ff de interrog. ac.voluit.quid ſi extra ius ꝯfitetur qs? Dic vt no.j̃.§ q̃d ſi qs extra ius *Coram ſuo iudice*: ideo dicit ver. præ iudice, id eſt, corã iudice.q̃d ideo additur, quia non ſufficit, ꝙ iudex pro tribunali ſedeat ad hoc, ꝙ confeſſio obſit, niſi & iudex proprius ſit. confeſſio igitur corã non ſuo iudice facta non obeſt.C.de li.cauſa interrogatam.ſ̃.de iud.at ſi clerici.ſicut nec ſententia audita, ut ibi dicã.j̃. de re iu.ſub Rub.de ſententia.§. ſi quis debet. Nocet tamen aliquando confeſſio extra ius facta,id eſt, licet Iudex nõ ſedeat ꝓ tribunali,vel licet ſit facta coram nõ ſuo iudice, ſ̃.de elect per inquiſitionem.j̃.e.cùm ſuper.j̃.de exceſ.prel. quã ſit graue.4 quæ. 9 nihilominus.34. quæſtio. 3.ecce. *Præſente aduerſario*. Ideo dicit ver.pars.& bene.nã ſi abſens ſit,obeſt.ff.e. certum.§. ſi quis abſente.ſufficit tñ,quòd procura.ſit præſens,vt ibid.& ff. de interro.act.l.fi.& ſecundum hoc intellige.j̃.e. cùm ſuper. ſecundum Gof.ſcilicet, quòd canonicus ille Bethlemitanus accuſatus fuerat de ſimonia,& confeſſus eſt,& depoſitus,& ſic ceſſant omnia cõtraria,quæ ibi aſſignari conſueuerũt: ſcilicet quia nemo ſine accuſatore deponitur.2.q.1.nihil. 5.q.2.relatum.j̃.de accuſ. ſu ꝑ his.ff.de mu.& honorib. reſcrip.§. ſi quis accuſatorẽ non habet Vel dic, ꝙ ibi inquiſitio facta fuit tam de eligentib. q̃ de electo. ſicut ſ̃. de ele. per inquiſitionẽ. vnde ſi per modũ inquiſitionis cõſtitit de ſimonia,potuit deponi, quãuis nõ exauthorari. j̃.de acc.inquiſitiõis in prin. Vel dic,quòd quia teſtis erat,& delictũ electi,de quo principaliter quærebat,ideo fuit punitus.j̃. de except.deniq;.ſic nõ obeſt.ſ̃.de or.cog.cũ dilectus in fi.ff. de his q not.infa.Lucius. Vel expone ibi deponẽdũ, id eſt, ſupponẽdũ. nam & ex confeſſione etiã extra ius facta ſuſpenditur quis.j̃.de exceſ.præl.quam ſit graue.ſecũdum Gof. verum eſt autem regu-

2 lariter, quòd confeſſio † non nocet, niſi fiat præſente aduerſario, ut no.ſ̃.ſed fortè hoc ambiguum eſt hodie,cùm etiã reo abſente eremodicium contrahatur.C.de iud. properandum §.ſin autem reus.& §.cùm aũt eremodicium,ſecũdum Io. Vel dic, ꝙ §.ſi quis abſente,intelligitur,quando eſt abſens, ſed non contumax l. verò.C.quando eſt contumax.ſic ſ̃.vt lit.non cõte. accedens.2.in fi.& c.quoniam.§.j. *Certũ quid confeſſus*. ideo dicit ver. confeſſus certum.& hoc ideo ſubaudiendũ eſt,quia ſi incertum confiteatur,non obeſt: eſt tamen cogendus vt certum confiteatur.ff.e. certũ. aliàs ſu ꝑ re incerta nõ poſſet dari certa ſentẽtia. 11.q.3.graue.Quòd ſi reſpondere nolit, vel iudicem certũ reddere,dic vt j̃.§.quid ſi non vult reſpondere.*Pro conuicto habetur*, hoc eſt quod dicit verſicu.damnatur.tamen contrarium innuit verbi ſignificatio:quia ſi damnatur, ergo pro conuicto non habetur.ſi uerò pro conuicto habetur, ergo in eum non eſt ſententia ferenda:dic vt no.j̃ §.vtrũ in ꝯfeſſum.*Dummodo ſit cum alio actio*.ideo dicit ver.lis.& hoc ideo additur,quia ſi impubes vel genitalibus carens vel naturaliter frigidus confitetur ſe adulteriũ commiſiſſe, nõ trucidabitur:quia nec iſtud committere potuit. j̃.de frigi & malefi.quòd ſedem.& de diuor.quanto §.pe.ff.de adulteriis.ſi minor 25.ann.j̃ de delict. pu.ca. pueris. & hoc melius exemplum de natura. j.§. vel natura. Item ſi confitear me interfeciſſe viuũ,vel naturaliter defunctũ, vel hominẽ vulneratũ confiteor me vulneraſſe, non obeſt, ſi tñ à quocunq; vulneratus eſſet,vel interfectus:actio quæ in nullũ cõpetit,ex mea cõfeſſione in me daretur.ff.ad l. Aquil.inde Neratius.§.vl.& l. hoc apertius.& l.proinde & ff.e.qui Stichũ.j̃.de interrog.ac.q ſeruũ Itẽ ſi noxa actio agitur ꝯ me nomine hominis liberi, qui tamen ſeruus putatur:& pendente hoc iudicio, pronunciatur liber:abſolui debet,non obſtante cõfeſſione,quia nomine hominis liberi, nõ potuit eſſe hæc actio ff.de interro.ac. ſi is cuius. *Niſi fauor alius [illegible]cat*, ideo dicit ver. fauor.& de hoc aũt canoniſtæ ponunt exemplum in libertate,dicentes: Quòd ſi quis ſe ſeruũ ꝯfiteatur,nõ obeſt ei.C.de libera.cauſa.interrogata. ſed falſum ponunt:q.a ibi fuit facta cõfeſſio extra ius,nã in iudicio benè obeſſet q̃ſtio ſu ꝑ hoc.C.de libera cauſ.l. iubemus ideo meli⁹ facerẽt ſi in iure ſuo exemplum ponerent: nam in cauſa matrimoniali non obeſt confeſſio contra matrimonium facta, tum propter fauorẽ ipſius,quia magna prærogatiua gaudet.j.qui mat.accuſ. non poſ. videtur tum propter periculum colluſionis, ut patet j̃.de eo qui cog con. vx. ſuæ.ſuper eo, ſecus, ſi pro matrimonio fiat.tunc enim ſtatur confeſſioni,niſi aliud præiudicium parare tur,hoc totum propter periculum & propter fauorem animæ: ad hoc j̃.de clandeſtina deſpon.c.2.& de ap.directè.ſ̃. de reſt in inte.ex literis.q̃d d. cut no.j̃.de iureiu. ſub §. nunc redeundũ. §. & ſuper quib.ver.q̃d de cauſa monachatiõis. Aut ius improbet ideo dicit ver unus.& eſt ratio, quia tũc nõ valet cõfeſſio. ſ̃. de pactis. c. vlt. exemplũ in eo qui ꝯfitetur fore ſe mancipiũ Iudæi: cùm eñ ius hoc improbat.C.ne Iudæi Chriſtianũ mãcipiũ. &c. l. vnica.& de Iudæ.c.vl.non obeſſet.Item exemplum, xxxij.q.ij. ſolet.Item exemplum in ſeq.prox. ver.*Vel natura*.Ideo dicit ver. *aut natura repugnet*.quod ideo dicitur:quia ſi confeſſio ſit iuri vel naturæ contraria,vt no.ſ̃. e. ver. dũmodo.non præiudicat. nam falſæ confeſſiones,ad hoc vt præiudicẽt, debent ſaltẽ naturalib. conuenire. vnde no.contra mendacia quorundã quæ tãta ſunt, quia nec iuri conueniũt,nec naturæ,ideo poſſunt talia mẽdacia vocari meritò monſtruoſa: vt ſi confiteor illum filium meum, qui me maior eſt natu: vel ſi confiteor illum etiam ſeruum meũ fore,qui verè liber eſt:ff de interrog act. confeſſionib.& l.ſi is cuius. vel confitear illum ſeruum meum eſſe qui ab hoſtib. captus eſt. quamuis enim ius poſtliminij habeat, meus tamen non eſt, dum ab hoſtib. detinetur. ff. de interrog. act. ſi ſeruus. j. Hoc de confitentibus in iure præcedente,vel non præcedente interroga-

a tione,vt ff.de interroga.actio.ſi ſine.[a]

3 **An error** confitentis † reuocari poſſit. De proprio errore dic,vt no. j̃.§. quid ſi cõfitetur quis falſum. de errore aduocati,dicunt quidam,vt Pla.quòd vſque ad triduũ poteſt reuocari tantùm.C.de errore aduocato l.vlti Azo dixit, quod quandocunque ante ſententiam, probato tamen errore. non obſtat l.vlt.C. de errore aduoc. nam ibi ſic accidit de facto: quia lata ſententia fuit intra triduum proximum poſt confeſſionem ab aduocato factã.Quicquid ſcriptum inuenias,diſtinguendum videtur vtrum aduocatus errauerit in iure, & ibi ſecundũ omnes, poteſt reuocari, quia cauſæ meæ qualitatem certiorem habeo quàm iuris ſtatuta, vel ſubtilitates quæ mihi fortè cognitæ minus plenæ, vel fortè penitus ſunt ignotæ. Si verò in facto errauerit, & ego interrogatus an habeo ratum, quod aduocatus meus in iudicio dicet:reſpondi, quòd ſic: perinde eſt, ac ſi ego confitendo erraſſem:ergo ꝓbato errore potero reuocare quãdocunque ante ſententiam.C.de iuris & facti ignorantia. error. & ff.e.non fatetur.ſic intelligas.C.de errore aduo.l.j.nam & poſt ſententiam reuocatur quandoque error probabilis. ff. quando actio de peculio annalis eſt l.ij. Sin autem non fuerit à me quæſitum, vtrum habeam ratum, vel non vel fuit quæſitũ,& ego cautè reſpondi videlicet in hunc modum: Habeo ratum id quod ꝓ me dixerit: ſed quod dixit contra me ratum non habeo: tunc errorem ſuum potero nudo verbo ſine probatione aliqua intra triduũ reuocare.ſic intelligas,C.de errore.aduo.l. vltima.dicere enim quòd ita accidit de facto, diuinatio eſt.Et pro hac ſenten-

b tia facit optimè, ꝙ confeſſio [b] aduocati per procurat. fuit eadem die nudo verbo reuocata, & ſic per cõſequens non fuit lis conteſtata.j̃.de appe.cum cauſam.& à contrario ſenſu.j̃.de cen.

c olim. Videtur etiam ꝙ error ſiue proprius, ſiue procur. [c]reuocari poſſit. ſ̃.de ele. ſcriptum. § j. ſubaudi incontinenti. j̃. de teſti. cogen. prætereà.ſuper quo vide quod no ſ̃.de ele §.qualiter. ſuper verbo,mox.Idem videtur in procurat.fines mandati excedẽte.ar.ſ̃. de of. deleg. cùm olim abbas.vel illud, quia ad hoc non eſt datus:ſecus fortè in his,ad quæ fortè cõſtitutus eſt.error igit aduocati eodem die poteſt reuocari,vt dixi. & dic idem intra triduum: argu.in his quæ not ſ̃.§.proxim. verſ. dominus cauſæ. & ſequentibus: & videtur hoc triduum computandum à tempore ſententiæ. arg.in proxim.allegata decre.elapſo autem triduo, perinde habetur,ac ſi principalis confeſſus eſſet, & ſic etiam poteſt intelligi C.de errore aduocato.l. j. Sit ergo cautus & diligẽs aduocatus,

ADDITIONES.

a Adiici commodè hic ex Mar.ſumma,e.tit.poterit rubricella,de confeſſione alieni facti.qua in re ita ab eodem ſcriptum eſt. Confeſſio de alieno facto nulla eſt.de teſti.c.veniens.de ſponſ.præterea 2.& 3.q.3.§.itẽ in criminali.Item confeſſus de ſe ſuper crimine alterius non debet audiri, exceptis ſimonia, hæreſi,& crimine læſæ maieſtatis, vt extra de teſti. veniens. & de ꝯfeſ.capitu.j.in glo.nulli ergo. Valet tñ q̃nq; huiuſmodi ꝯfeſſio de aliis quo ad præſumptionẽ,non quo ad probationem veram: tñ ſi ſunt aliæ præſumptiones,valet etiam ad probationem:quoniã auditur confeſſio vnius latronis contra alium.C.de ſer.l.prouinciarum.Mart.

b Mirum videri non debet,ſi aduocati & ꝓcuratoris cõfeſſio reuocari poſſit:nã & nocere poteſt,ſi fiat in iure,vt de ſent.& re iud.ſuborta. de poſtul. ad hæc. Sed hoc accipiendum eſt,ſi in facto errauerit confitendo, & error probetur.C.de iur.& fact.ign.l.error & l.cum quis.& de conf.ſ.c.fi.vbi de hoc in gl.facti error. Et ſic patet,ꝙ confeſſio aduocati, & procuratoris,& ſyndici reuocari poteſt incótinenti, maxime eadem die: quia non videor eam ratam habere cú poſt reuoco eadem die:& tunc ſufficit reuocatio ſimplex.Confeſſio igitur reuocata non nocebit, vt de appe.cùm cauſam quæ, Mart.

c Error ſiue proprius,ſiue proc. ¶ Adde Inn.in c.vlt.de confeſ.lib.6.

aduocatus,quando petetur à clientulo suo, an habeat ratum id quod ipse aduocatus dicet in iudicio. nec pudeat ipsum aduocatum respondere,vt docui s̄.§.ita dicat, habet ratum, si quid pro ipso dixero:sed contrà,non habet ratum: vt sic seruetur clientulo beneficium dictæ l. quia ꝙ clientulus cogatur habere ratum id quod aduocatus dicet in iudicio, inuenisse me non memini iure cautum:nisi,quantum nota. s̄.de postu.§. quid pertinet, scilicet,ꝙ potest interesse positionib.& de licentia iudicis respondere. Posset illud dici, quòd hoc quod dixi de triduo locũ habet, qñ clientulus absens erat,sicut distin.in procura.suprà, §. proxi. ver.dominus.& sequen. sed veriùs est quod dixi suprà. §. proxi. no. confessio autem ritè reuocata non nocet. j̄. de appel.cũ causam.j̄.de censib.olim.

Quid si quis extra ius confiteatur? Dixit Iacob.antiquus præiudicare eatenus, vt confessus necesse habeat probare contrà.argu C. de probat.non nudis.&l. non epistolis. ff.de proba.quidam & ff. de his qui no. infa. quoniam. & pro ipso j̄.de prob.per tuas. & qui filij sint legitim.transmisse. & de excess.prælato.quam sit graue. ideo signauit auth falsam C.eod. incipit,si debitor. Iob.contrà:quia non nocet, nec in iure facta ff. de interroga.action.l.vltima.& l.j.in fine.C.de iuris & facti ignorantia.cum falsa.& nota.suprà § qualiter. versicu. in iure.& seq. nec obstant l.nõ nudis & l.non epistolis. quia ibi nõ nocet, ideo ꝙ confessio facta sit extra ius: sed quia filius in pos.filiationis inuenitur.nec obstat,ff.de his qui no. infa. quoniam. quia perinde habetur,ac si in iudicio facta sit confessio.vnde subauditur, quoniam videtur confiteri,scilicet in iudicio crimen qui paciscitur, secundũ Azo. & aliud est cõfiteri simpliciter, & aliud cõfiteri, & pacisci.nec obstat ꝙ sit graue:quia illud in odium clericorum gloriantium de peccatis suis,vel propter scandalum,& infamiã ortam contra illum diaconum ex sua furiosa confessione: nec obstat authentic. si debitor. quia falsa est, ut dixi. nec enim sumitur de corpore authentic.sed hoc poteris tu inuenire,quòd si debitum redactum sit in scriptis, & postea vocentur quinque testes, & rogentur, ut de solutione testimonium ferant, si solutioni sic rogati interfuerunt, bene probabitur per ipsos solutio, in authentic. de test.§.& licet.C.de testibus.authenti.rogati. iij. quæstion.ix.§.de his. vt autem de hac materia plenius instruaris, resecatis omnibus,sic dis.Cùm quis extra iudicium confitetur si ad alium liberandum,& in scriptis elapsis xxx.diebus, rata est cõfessio.sed intra xxx.dies habet exceptio.non solutæ pecuniæ.excipiuntur quinque casus, in quibus statim præiudicium paratur. vt tractatur. C. de non nu. pecun. in contractibus. &. de quadri. præscrip.l.ij.in fin & ad Velle.antiquæ.Si sine scriptis, non obest secundum Ot. Papien nisi adsit numerus v.testium rogatorum. sed hoc verum est de cõtractu in scriptis celebrato,vt dixi s̄. eo. ver.cum quis.aliàs enim sufficiunt duo testes, vel tres. arg. ff.de pact. tale pactum. & de testi.vbi.4 q.3 versi Item vbi numerus. quia in ore duorum vel trium,& c.j̄.de testi. in omni. & c.licet. j̄ Sed si quis confiteatur extra iudicium ad se alij obligandum,si in vltima voluntate, & hoc iurauerit, statur confessioni. ff. de leg.3.cum quis decedens.§.codicil.C.de probatio. authẽ. quod obtinet. in auth.de iureiurando, quod à moriente præsta.§.1.Si sine sacramento,non obest hæredib. vt ex mente testatoris præsumatur vim fideicom.habere, vt quia erat coniuncta persona cui se debere confitebatur, & illi cui tantum erat de suo relicturus,etiam si nihil deberet,vt ff.de don ex hac.ff.de leg.2.Lucius. §.qsqs. ff. de aur.& arg leg.qui vxori.j̄.de testam §.ad quid hñs. ver.quid si quis rem alienam. Sed si inter viuos confiteatur quis extra iudicium ad se obligandum,si in scriptis,& sine causa,non præiudicat.j̄.de fide instr.si cautio.ff.de prob.cũ de indebito §. vlt.Sed si causam adijciat,aut adijcit causam mutui vel dotis, in quo casu exceptio competit intra sua tempora: vt tractatur C. de non nu pec.in contractib. resp. j. C.de dote cauta nõ num. l. vlt.& auth ibi posita.quibus temporibus transactis,rata manet confessio, nisi querela interim exposita fuerit, quo casu hæredi & contra hæredem perpetuo datur exceptio. C. de non nu.pec. si intrà.quia non est in potestate sua,quando conueniat.ff. de exceptio.doli.purè § vlt.ff.de calum.annus.Aut adijcit aliam causam non mutui vel dotis,puta emptionis, locationis, & similiũ contractuum:in quo casu incontinenti parat præiudicium sibi, quia satis absurdum est qđ quis propria voce dilucidè protestatus est,& c C.de non nu pec.generaliter.j̄.de prob.per tuas.Hoc vbi in scriptis confessus est inter viuos extra iudicium: sed sine scriptis non paratur præiudicium.secundum Ot. Papien.qa non obest confes extra ius facta,vt s̄.dixi.Sed dic idem,si sine scriptis secundum dist præmissam.nec.enim scriptura est de substantia. C.de prob.cum res ff.de pig.contrahitur.vt not. j̄.de fide instr. §.quid si instrumentum instrumento alteri ver. si quis vult probare.nec ob.ll.quas Ot.Papien.pro se inducit.ff.de interro.act.l. 1.in fin. quia intelliguntur, quando nulla causa adiecta facta est cõfessio.porrò vbi causa adijcitur, videtur habere vim pacti. ff. de interro.actio.de ætate.§ qui interrogatus. Sed alia põt differentia assignari,hæc s. ꝙ vbi in scriptis confitetur, non admittitur volens probare contrarium, nisi per scripturam.sed vbi coram testib.& per testes põt probari.ar.in auth.e.§.licet ff.de reg. iur.nihil tam naturale.sm Ho.bon.ar.j̄.de reg iur.c.j.& probatur ff.de probatio.cùm de indebito.§.vlt. & dicta l.genera liter.

4 Quid si confitetur quis† falsum Et quidem si ante litẽ quis falsum cõfitetur etiam sciens, potest pœnitere,& reuocare ante litis contest. etiam sine aliqua probatione facta. ff. de noxa. electio.§. penultimo. nisi fortè intersit aduersarii,vt quia actio temporis lapsu expirauit, vel aduersarius aufugit,cum quo habebat actionem.& sic intellige.ff.de rei ven di.is qui se obtulit.& l.sin autem.rei ponſ. primo, ff.de interro. actio de ætate §.penultim.& vltimo ff. de dolo. l. penultim. Si verò post litis contestat. vult pœnitere, & aduersarius sciuit quando respondit, quod falsum dixerat, potest quidem pœnitere, si scit quòd possit aduersario imputari. Idem intelligas in casibus,quos statim excepi ante litis contest.sciens enim à seipso decipitur,ergo à seipso queratur. ff.de rei vend.is qui. & l.sequ. Sed si aduersarius cui respondebatur, credebat ipsum uerum respondere, non poterit reuocari confessio, nisi is qui confessus est probauerit se iusto errore deceptum & probabili:tunc enim subuenitur ei,ut ff.de interroga.actio. de ætate. §. ex causa. & §. qui iusto.j̄.eod.capit.ultim.Sed si post litis contesta. quis falsum confessus sit sciens,non potest reuocare. idem si errauerit in iure. ff.eo.non fatet.sed si errauerit in facto probabili, tũc subuenit ei probato errore quandocunq; ante sententiam, ut no.s̄.§. error.uer.si uerò in facto.Ideo dico probabili errore facti: quia in proprio facto non est rationabilis error : sed in alieno tantum.s̄.de rescrip ab excõicato.& de or.ab eo qui renunt.episcopatui.ca.j.j̄.de cler.excom.minist. Apostolicæ. & de eo qui duxit in matrimonium quam pol.per adult.c. 1.& ca.ueniens. & de senten.excom.sacro.ff.de iuris & fact.ignoran. plurimum. ff. ꝓ suo.l.ulri.& de reg.iuris.qui in alterius. C.de rescin.uendi. quisquis.Idem si credit se ritè institutum ab eo qui furore detinebatur,cum ipsum sciret furiosum,non est error probabilis,& ideo non subuenitur ei.ff.de interrogat.action de ætate. §. qui iusto.

5 Quot modis †intelligatur quis confiteri. Et quidem ore proprio.15.quæstio. 9.capit. 1.& 2. Item rei euidentia, quæ nulla tergiuersatione celari potest.j̄.de coh.cler & muli.tua.& cap.ultim.C.de pœnis. qui sententiam.25.distinct. priusquam. Item contumacia nimia.j̄.de præsump.nullus. 11.quæst 3.rursus.& cap.quisquis.3.quęstio.9. decernimus. Item paciscendo super crimine. ff. de his qui no.in fa.quoniam.Item aliquando qui tacet, consentire uidetur.ff.so luto matrimonio.l.2.& ff.de tribu.actio.l j.§ scientiam. 54. dist. si seruus. ar.j̄.de accu.ad petitionem.27.dist.diaconus. aliquando z̄,ut ff.de proc.filius § inuitum.dicit tñ regula iuris,ff.qui tacet non utiq; fatet:sed uerũ est eũ nõ negare,ac si diceret, qui tacet,non loquitur, quod & uerũ est:sed aliquando tacitè consentire uidetur Item quod de uno negatur, de alio conceditur, & econtra j̄. de præsump. nonne.ff.de conditio. & demonstratio. cum legatur ita.& 25 distin.qualis.15.q.3.ex eodem. ff. de pactis dota.ob res.& de iudic.cùm prætor.24.q.2.sane. C.de procura. maritus.

6 Quid si non uult respondere? † Respondeo, habetur pro confesso, si confessio facta ei obesset: uel ꝓ negato, si negatio ei obesset.idem si obscurè, uel incerto modo respondeat, & non vult certificare iudicem.ff.de regul. iur. qui tacet.ff.de interrog.actio.de ætate.§. si cum & §.qui tacuit. & §. nihil interest.sicut dicitur in illo,qui non uult præstare sacramẽtum de calum.prout no.s̄.de iura.calum.§ ult.& supra de iud.§. que sunt.sub §.fiunt.

7 Vtrum in confessum ferenda sit sententia,†si crimen cõfiteatur. Sic secundum omnes, ut ff.de custo.& exhibition. reorum si ꝯfessus j̄.de rerum permuta.cùm olim & de accusa.c.si constiterit.In ciuilibautem dicunt quidam, quòd non sit ferenda sententia: quia nullæ sunt partes iudicis in confitentem.ff.ad l.Aquil.proinde.alij z̄, ut ff.eo.l.j.3.& 5.nihil.& l. qui Stichũ. C. de execu.rei iu.l.ul. Sed dico distinguendũ an iudex de plano cognoscat,nullo libello oblato, uel in figura iudicij libello oblato.Si de plano nullo libello oblato cognoscat Iudex,& aduersarius confessus fuerit, ibi quidem non fert diffinitiua sñia: quia nec potest,ut not.s̄. de libelli oblatione.§. utrũ libellus.& de litis contesta.§.qualiter.uersic.potest. sed præcipiet iudex pecuniam intra legitima tempora solui, sicut tota die uidemus fieri.ad hoc,ff.de re iudicata l.post rem iudicatam.ff. eo. certum.§.ultimo.ff.quod metus causa l. fina. Sed si iudex cœpit audire causam ordine iudiciario, scilicet quia libellus oblatus est,tunc uidetur damnandus, nisi forte is qui conuenitur, sic dicat, Domine, bene debeo sibi id quod petit, non condemnetis me: quia paratus sum soluere, sic enim potest intelligi, quòd omnia

omnia iudicia ſunt abſolutoria: Inſtit.de perpe.& tempo.actio. §.vltimo.& hoc optimè probatur.ff.de iudic.ſi debitori.ſic manifeſtè videtur loqui.ff.ad l.Aquili.proinde.in fin.& l ſequen. ff.de legatis j.ſi domus.§ in pecunia.ff.iudic.ſol l. indicatum ſolui. Sin autem petat inducias dicendo quòd debet, ſed non habet præ manibus,nec ſoluere poteſt,tunc condemnabitur, non tamen negocium vlterius examinabitur: & ſic nullæ ſunt partes iudicis in confitentem: verum eſt examinatoriæ, ſed bene ſunt condemnatoriæ, ſicut probant concor.ſupt.adictæ. ſecundum Azo.& dominum meum Lanfran.Cremo.Quid ſi cōfitetur quis in iudicio ſine cauſa.dn̄s Rofredus in libello ſuo videtur innuere, ꝙ non poſſit ſequi condemnatio.quia non obeſt confeſſio ſine cauſa facta.ſicut not.s̃.eod.§ quid ſi quis. ver. ſed ſi inter viuos.& ver.hoc vbi in ſcriptis.vnde quo ad hoc,nō eſt differentia utrum confiteatur in iudicio,vel extra.& ideo iudex debet cogere reſpondentē vt dicat ex qua cauſa,ſicut quādo incertū reſpondet,ar.ff.eo.certum.& Inſt.de actio §.curare. Et facit pro hac via,quia poteſt eſſe,ꝙ pecunia nō ſit de iure debita, & ideo nō ſequitur ꝯdēnatio.ad hoc ff de cōſti.pecu.ꝙ ſi maritus.§ j.& s̃.de pac.c vlt.& in his quę no.s̃.e.§.qualiter.ver. dummodo,& ver.vel ius,ratio,vel natura.Vel dic, quòd ſi quis ſimpliciter petit debitum, & alius ſimpliciter confitetur, libello non oblato, præcipiat iudex ſolui.Sed ſi alius, ſ.reus etiā poſt præceptum iudicis velit determinare, vel declarare cauſam, & cauſa iniuſta eſt in ſe,& iniuſta, quo ad reuocationē faciendam, reuocabit iudex præceptum:ad hoc ff.de teſta.hæredes.& de re iud.quod iuſſit.aliàs,ſi nihil obijciat,ſequetur executio. ſi vero libello oblato,tunc antequam ſit concluſum, dictū ſuum poterit declarare,ſed poſtea minimè: ar.j̃.de fid.inſtr.cū dilectus.& j̃.de accuſ.cū dilect.imputet ſibi qđ reſpōdit,& nō fecit ex primi cauſam ex qua peteretur qđ facere poterat, vt s̃.de lib.obla. c.vlt.cùm enī hoc nō fecerit alius ſuum ius totum in iudicium deduxit: vnde ſi reus negaſſet,ſufficeret ꝓbare quācūq; cauſam iuſtā.ff.de exce.rei iud.& an eādē.§.3.& de cauſa poſ.& proprie. cum eccleſia.§.vlti.& C.de ann.exce.l.vlti.Sed ex quo ꝯfeſſus eſt & nihil aliud opponit interrogatus à iudice an habeat aliquam defenſionē,& an velit defendere, præſumendū eſt, ꝙ cauſa iuſta ſit,& rationabilis,atq; ſufficiens: arg.ff.de proba.ab ea parte. & l.cum de indebito.reſponſo primo. Nam in dubio ſemper interpretandum eſt ſecundum quod iuri cōgruit,& vt res potius valeat quàm pereat,vt j̃.de ver.ſign.Abbate § contrà.& de regu.iur.eſtote.ff.de reb.dubijs.quoties.ſi enim contradicas,qualiter reſpondebis.ff.eo.qui Stichum. confeſſus eſt ſe debere Stichum,nec dicitur ex qua cauſa,& tn̄ reum aſſerit ꝯdemnādum. ad idem,ff.eo.certum.reſp.j.,Contra, quia cauſa ex qua aliquid debetur,conſideranda eſt.vt ff.eo certum.§.ſed & ſi fundum.& ſeq & l.penul.reſpondeo verum,ex quo exprimitur in libello: ad hoc,ff.de verborum obligat.inter ſtipulantem.& l.quicquid adſtringendæ.

DE PROBATIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Probatio quid ſit.*
2 *Probare quis debet.*
3 *Probatio cui eſt facienda.*
4 *Probari quid debet.*
5 *Iudex non poteſt cogi oſtendere partibus originalia.*
6 *Probationis ſpecies quot ſunt.*

QVia ſæpe ea quæ in iudicijs ponuntur,probāda ſunt, vt puta aduerſario negante: ideo viſo de confeſſis,dicamus de probationibus, quæ fieri debent ſuper negatis, videntes,Quid ſit probatio,Quis debet probare, Cui facienda eſt probatio, Quid debet probari,Et quando, Et qualiter, Et quot ſunt ſpecies probationum.

1 a Quid ſit † probatio.[a] Rei dubiæ per argumenta ſufficientia oſtēſio,ſecundū Azo.& Da.& fortè dicitur à probè aduerbio, ſecundum Placen. probè enim agit qui probat:nam per hoc pœnas non probantium euitat, & dubia manifeſtat: res enim negata dubia dicitur, quia per negationem res dubia efficitur. C.quibus ad liber. procla.non li.l.3.de peti.hære.ſi debitor.j̃.eod.c.vlti.s̃.de reſti.ſpolia.ca.ſi. Hæc autem deſcriptio ſecundū Goff. locum habet in his quæ probantur per inſtantiam diſputandi, non tamen in his quæ in iudicio probantur per teſtes vel inſtrumenta. & plerunq; per præſumptiones, quoniam argumentum nunquam teſtibus, nunquam tabulis dat probationem.Sed dicitur argumētum, quaſi argutē inuentum.probatio autem teſtibus & fide tabularum cōſtat.j̃. de ver.ſig.forus.§.cauſa aut argumento. Vnde ſic poteſt deſcribi: Probatio, eſt rei dubiæ per teſtes vel inſtrumenta, & plerunque ꝑ præſumptiones oſtēſio.Plerūq; ideo dixi, quia & in ciuilib præſumptiones & indicia probant, dūmodo certa & violenta ſint.22.q.1.dixit.ff.de his qui ſui iuris ſunt. filiū. C.de fide inſtru.ſicut.& de rei vend.indicia.non tamē in criminalibus.j̃.de præſum.literas.ff.de pœnis abſentem.2.q.1.primò,niſi eſſent luce clariora.C.e.ſciant.& ad l.Cor.de falſis.vbi.ſecundum Goff. ſed adhuc nō eſt ſufficiens iſta deſcriptio, cùm multis alijs modis fiat probatio,vt no.j̃.eo.§.& quot ſunt ſpecies. vnde videtur, ꝙ prima melior eſt.nec obſt.decre.forus.quia ibi accipitur argumentum ſtricto modo,& propriè,ſicut accipitur in Dialectica,& in iure,quando diſputatur, uel allegatur. Sed in deſcriptione accipitur argumentum largo modo pro omni ſpecie ꝓbationis,ſicut & inſtrumentum plerunque ſtrictè accipitur,ſ.ꝓ narratis tantum. vt j̃.de fide inſtr. per totum.quandoque verò largo modo, ita etiam ꝙ ſupponit pro teſtibus, & quandoque etiam generalius ſumitur.ut not.j̃.de fide inſtr.§. quid ſit inſtrumentum. Vel ut ſatisfaciat conſcientiæ.do.Gof.dicas, ꝙ probatio eſt rei dubiæ legitime facta declaratio.

2 Quis debet probare.† Actor.quod dicut not.j̃.ut benefi.ecc.cap.j §.datur hic & alia regula.ergo ei qui dicit,non ei qui negat, incumbit probatio.ff.e. tit.ei qui dicit.quia negantis factum per reum naturam, nulla eſt probatio.5.q.6.actor & cap.quiſquis.ſuprà, de elect. bonæ me. Magun.§.contra.j̃.eodem.quoniam contra falſam. & dic per rerum, id eſt, per cauſarum naturam,id eſt,conſuetudinem: q̃a conſuetudo altera natura eſt: quaſi dicat, negatiua per ſolitum curſum cauſarum,ſiue conſuetum,non poteſt probari: ſemper enim conſueuit iudici probatio affirmanti,non neganti. Vel per rerum naturam,quia ſecundum Goffred.id quod negatur, nec genus habet nec ſpecies,nec circūſtantias,neque cauſas, quæ tn̄ improbant,neceſſaria ſunt.j̃.de teſtibus.cū cām quæ inter Epiſcopum.auth.de teſt §.2.col.7.4.q.3.§.item in criminali.uerſicu. ſola.& no.ꝙ licet factū negatiuū non probetur, ut dictum eſt: tn̄ dictū negatiuū bene probatur.j̃.e.tertio.j̃.de deſpon.impube.ex literis.21.q.2.Lotharius.ſecundum Goffredum.Tu tamē ſic expones hæc uerba,per rerum naturam.no.quod dicit naturam rerum,& nō dicit,& non rerum.natura enī de rebus, id eſt, de his quæ ſunt,& non de rebus, id eſt, de non exiſtentibus habet prædicari.ad hoc pertinet, quod dicit, harum negationum non ſunt cauſæ: igitur quam cito aliquid negas, dicis illud non eſſe in rerū natura. q̄uo ergo ſuſtinebit hoc natura, ꝙ ſuper nō ſuo prædicato probatio admittatur.q̄uo etiam ſecundum hanc naturam id quod dicitur non eſſe,probabitur, uel quibus teſtibus uideri non poteſt:quia id quod non eſt,probari non poteſt: ergo negantis factum per rerum naturam, nulla eſt probatio. uel per rerum naturam,ſ.naturantem,id eſt Deum.ff.de iud.ſed & ſi reſtituatur.nec enim deſcendet,ut teſtificetur, quamuis ipſum nihil lateat.s̃.de iudic.nouit.ſed quod proximè no. præualet.nā & teſtis eſt mihi Deus,ut j̃ de iureiu.& ſi Chriſtus §. Angelus uer.Apoſtolus.& § præcedenti. Vt aūt plenius ſcias qualiter hoc intelligatur,ꝙ negatiua probari non poteſt, ſcire debes ꝙ negatiua, Alia iuris,Alia qualitatis,Alia facti, & negatiua facti, Alia prægnans.Alia terminata, Alia pura, & ſimplex & indeterminata.Negatiua iuris eſt,qn̄ dicit,non pōt eſſe procurator: & hæc probanda eſt ff.de procura.mutus. uel nō poteſt eſſe teſtis.ff.de teſtibus.l.j.uel non poteſt matrimonium contrahere. j̃.de ſponſa.cum apud.uel emancipatio non fuit ritè facta, ut ff. e.ab ea parte.& eſt ratio,quia ius eſt certū & determinatū.unde negando, ꝙ hoc fieri non debet: allegare uideor ius quod hoc prohibeat:ideo neceſſe habeo ipſum oſtendere: quia omnia uidentur licere,niſi cōtra probetur, ut ff.ex quibus cauſis ma.nec nō.§.quod eis inquit licebit,ſuprà,de tranſlat.Epiſco.inter corporalia §.ſed neque.j̃.de rerum permuta.ad quæſtiones. hoc in edictis prohibitorijs.verum ſi aliud generaliter prohibetur, uel ſemel adhuc & ſpecialiter uidetur prohibitum,niſi ſpecialis cōceſſio probetē.ff.de colleg.illicitis.l.3.Itē negatiua qualitatis ꝓbanda eſt ab illo qui negat bonam qualitatem: ut ſi dicatur, Tu non es bonus, tu non es ſoluendo.[b] & eſt ratio, quia ius præſumitur

ADDITIONES.

a Quid ſit probatio. ¶ Adde Inn.& doc.in rub.eo.tit.Inn.in c.forus.de uerborum ſignificatio.Doct.in rubric.C.de probat.Docto.in l.indicia.C.de rei vendica.

b Tu non es ſoluendo. ¶ Negatiuā quoq; qualitatis eſſe dicit Marti. in ſumma in verbo, negatiuam,qn̄ quis negat aliquem idoneū, vel legitimū eſſe, dicens,Hic non eſt idoneus,non legitimus.In his negatur qualitas.& hoc probare dēt, quia hoc negat.quia quilibet præſumit idoneus & legitimus niſi contrarium probetur.extra de præſum.dudum.ff.de lega.a.l.cum pater.§.rogo.C.de inofficioſo teſt.l.omnimodo.Marti.

mittitur in contrarium, ut suprà, de scrutin ord. fac. capit. 1. ĩ. de præsum. capitu. vltimo & ff. de priuileg. creditorum. si creditores, in fin. Sed contrà argument. C. de proba. ex persona. & de tutel. l. j Sed fortè illud intelligitur, quando facta est fides, quòd aliquando fuit soluendo. Negatiua verò facti prægnans probāda est similiter ab illo qui negat: vt si dicam, Ego non renunciaui sponte. Hinc enim implicitè affirmo me renunciasse coactione vel violentia interueniente, ideo hæc filia implicita probanda est. suprà, de renuncia. super hoc quod sciscitaris. Item negatiua facti terminata probanda est: vt si nego me interfecisse hominem Parisiis die Martis proximè præterita: nam si probem quòd eram Romæ, impossibile est quòd illa die interfecerim Parisiis. sic hæc negatiua indirectè probatur. ĩ. de testibus. ex tenore. C. de contrahend. & commit. stipulat. optimam. Institut. de inutil. stipula. §. item verborum. ff. de eo quod certo loco. nō vtique. §. si quis ita. nisi diuino miraculo aliud contingeret, ut legitur in vita beati Arigii episcopi Vapin. quia ascendit super diabolum, & fecit se deportari in vigilia Cœnæ Domini à Vapinco vsque Romam, cùm papa qui tunc temporis præerat, grauiter peccasset, vt nunciaret ei, ne crastina die chrisma cōficeret. Item quando dicitur, quòd personæ positæ in primo gradu, non sunt in primo, sed in secundo, ut ĩ. de testi. series. Negatiua autem facti pura & simplex & indeterminata: vt si dico, quòd non fui citatus: suprà, de electio. bonæ me. Mag. §. econtrà. hoc nullatenus probatur: nisi quando dicitur, quòd capitulum non consensit: tunc enim probatur quodam modo mirabili, quia dicunt omnes canonici, quòd quotiescunque tractatus habitus fuit super tali, maior pars capituli contradicebat facto, de quo quæritur. ĩ. eodem. c. tertio. & de testib. tam literis. § finali. ĩ. de his quæ fiunt à prælat. ea noscitur. Item si dicatur, quòd clausula aliqua non fuerit apposita in literis iudicum de conscientia ipsorum, statur testimonio eorundem: ut infrà, de excessibus prælatorum. inter dilect. § præterea. & suprà, de rescrip. olim. Probatur etiam negatiua per iuramentum delatum, vt not. infrà, de iureiuran. sub rub. de assertor. iurament. §. quando sit deferendum. versiculo aliâ autem. Idem probari videtur per testes in casu quem habes infrà, de frigidis. lectæ. respons. 1. ibi, quòd eadem nunquam poterat esse mater. Item si dico, Non interfeci hominem Stichum, licet neque diem, neque locum adiiciam: tamen probatur hoc modo. probo enim quòd iste Stichus viuit, vel quia alius interfecit, uel morte naturali mortuus fuerit. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. § si quis hominem. & duabus legibus sequent. & de interrogatoriis actionibus qui seruum. & not. suprà titul. j. §. qualiter. versiculo, dummodo sit cum alio actio. Item negatiua probatur per acta: infrà de sententia & re iudicata. lator. ad finem. & capitulo consan-

a guinei. [a] Restat igitur, quòd quinque modis dicitur negatiua, non pluribus, & tamen quilibet modus probari potest. Nunquid ergo positio negatiua admittenda est, & ei respondendum. Quidam dicunt, quòd non indistinctè, cùm nec probari possit: ideo non est vexandus aduersarius superflua positione, seu responsione. argument. C. de probationibus. ad probationem vtilis dominii. Alij attendunt, utrum talis sit negatiua quę probari possit, tunc admittunt; vel quæ non possit probari, & tunc reiiciunt. Ego cum domino Homine bono Cremonensi indistinctè dico ipsam admittendam, si iudici videatur, ff. de interrogatoriis actionibus. vbicunque. 1. ex quo videt, quòd facit ad causam: & hoc assero illa ratione qua primi hoc negant, scilicet quia non potest probari, verum est per testes: & sic mihi magis subueniendum est, argum. suprà, de iuramento calumniæ, cæterum. vnde hæretici, serui: & etiā contra clericos laici in defectum admittuntur, vt nota. ĩ. de testibus cogendis §. 1. versi. videtur tamen. Si enim non remanet mihi nisi vna species probationis, scilicet, confessio tua, qua ratione mihi aufertur, nunquid vt veritas occultet. ergo cùm testes deficiunt, recurrendū est ad sacrm, ĩ. e. sicut ɔsuetudo. & c. ad nr̃am. ĩ. de fideiussorib. peruenit. rñso j. & §. 1. curare. n. dēt Iudex, vt veritas eliciat modis oībus quib. pōt: vt ff. de testi. curent. ĩ. de iureiu. ex lr̃is. Insti. de actioni §. curare. ergo per sacrm, sicut qn̄ q̃ritur de ɔscientia alicuius, cogit. n rn̄dere per sacrm, cùm nec alit de hoc possit fides fieri, in auth. de hære. & Falc. §. si verò absunt. col. 1. & de testib. §. si verò moriant. C. de iure deli. scimus. § licētia. Plus dico, ꝙ nisi aduersarius respondeat, non vitabit pœnā periurii: cum iurauerit dicere veritatem in toto negocio, secundum quod credit & æstimat. & non dist. vtrum poneretur affirmatiuè, uel negatiuè. vt not. s̃. de iu. cal. §. quid contineatur. & etiam ipsam negatiuam iurat in ipso sacramento. ad hoc. C. de iureiur. propter cal. l. 2. §. sin autē vel dignitas. in auth. de his qui ingre. ad ap. §. ul. colla. 5. & quare laborabo in quærendis testibus, cum per confessionem suā possit fieri fides. certè iudex ex officio his occurrere debet. s̃. de dolo & cont. finem. & veritas debet esse salua. ĩ. de testi. veniens. 2. in fi. & c. dilecto. & c. significauit. non ergo est angustāda facultas ꝓbādi, sed ampliāda, C. de hære. & Manichæis. qn̄ multi. in fi. & de edē. l. 2. & de reb. credi. gn̄aliter. & hæc opinio per intelligētes præ cæteris approbat, negatiua eī̄ probari præcipitur, vt C ad l. Cor. de sica. l. 1. de dona. inter uirū & vxorē. si filii. & de errore aduoc. l. 2 ergo quælibet species ꝓbationis admittēda: sed quæ magis legitima, q̃ responsio aduersarii. imo cùm verecundia & rubore, reuelo mirabilem errorē non recipientium negatiuam: nam si ita ponatur, pono ꝙ tu nō mutuasti mihi decem, non recipiunt. sed si ita dicatur, pono ꝙ fuisti sine eo, ꝙ mihi decē mutuaueris admittūt eā. ve imponētibus legē verbis, & nō reb. ɔ l. C. con[...]unia de leg. l. 2. in fi. ĩ. de ver. sig. intelligētia. & c. in his. Et hodie [ex]pressum est, ꝙ Iudices tales positiōes admittere possunt. si æquitate suadēte hoc uiderint expedire, ut in auth. d. n. extrà, de cōfes. statuimus. & sumit ex l. ff. de interro. actio. vbicūq;. Actor ergo ꝓbare debet (ut dictū est) intentionē suam, sed & excipiens exceptionē: nā reus excipiendo actor efficitur. ff. e. in excep. siue obiiciat except. siue dicat deficere actoris intētionē. vnde opponens solutionem ipsam ꝓbare debet. C. e. l. 1. & 2. hoc nisi ius præsumat ꝓ negāte: vt si dicat se nō citatū: necesse est eī̄ ut ꝓbetur citatio, uel monitio, vel sciētia, cū allegatur ignorātia xxxii. di. ꝓposuisti. ĩ. de testi. in nomine Domini. & c. significauit. & de sent. excomm. sacro. ff. eo. uerius. vide super hoc s̃. de dolo & contu. §. qualiter deprehendatur. uer. quid si absens dicat. aliquando tamen præsumitur scientia. s̃. de elec. innotuit. § parcentes. aliquando etiā releuatur quis à probatione propter præsumptionem iuris: qđ dic vt not. ĩ. de præsump. versic. quot sunt eius species. sub §. secunda diuisio. uersi. uel iuris. Patet ex præmissis, ꝙ quando dicimus actori probationem incumbere, largo modo accipimus actorem, scilicet actorem, & reum excipientem: quod uerum

b est si excipiendo aliud asseueret. [b] Secus si neget: ut cum proponit exceptionē nō numeratæ pecuniæ: tunc enim non sibi, sed creditori incumbit probatio. C. de non nume. pecu. si ex cautione. nomine actoris accipias, & denunciatorem. ĩ. de ca urn. c. 2. sed & inquisitionis promororem uel adiutorem, si ad ipsius denunciationem commissā sit inquisitio, secundum ea quæ no. ĩ. de accusa. sub rubricella de denunciationibus, & de inquisitionibus. §. quis sit effectus. in fin.

3 **Cui facienda** est ꝓbatio.† Et qdē iudici nō aduersario, licet p̄sentia aduersarii exigat. C. de eden. procurator. 2. q. 6. pleriq;. 4. q 3 §. item in criminali. uers. si testes. fides enim religioni iudiciariæ debet: sed præsente aduersario fieri debet, ut C de testi. eos. & l. si quādo. §. sed cum. & ff. ex quibus cau. maio. si idcirco. C. de condict. ob turpem causam. l. 1. s̃. de elec. dudum. 1. cap. scriptum. ĩ. de spon. sicut ex literis. ideo dicitur, ꝙ ipse magis scire potest, quanta fides sit testibus adhibenda, ff. de test. testium fides. sed ex post facto debet fieri fides aduersario, cùm omnia act[i]tata ei tradenda sunt, ĩ. eo. quoniam. & aliquando etiam ab initio, & de fid. instr G. perpetuus. suprà. de offi. deleg. cùm in iure. & de dila. c. 2. C. de manda. prin. l. unica. sed t̄n iudex determina[r]e hēt, an probatio sufficiēs sit, an non, & aduersarius appellet, si putauerit appellandū.

c 4 **Quid debet** probari. [c]† Id quod negatum est: nā confessi in iure pro conuictis habentur.

ADDITIONES.

a Consanguinei. ¶ His adiicit Mart. in summa, tit. de probat. alium casum nempe, si negationem impugnet honestas, neganti probatio incumbit, vt in hoc casu, cùm vxor negat se acquisiuisse aliquid de bonis viri, probare debet se aliunde acquisiuisse, ne incidat in suspicionem turpis quæstus. ff. de donatio. inter virum & vxor. l. Quintus Mutius. C. eodem titulo. l. etiā Idem quoque iuris est in prælato, cùm quæritur, an de bonis ecclesiæ acquisierit. C. de episco. & cleric. l. sacrosanctæ. & in auth. ibi signata, licentia,

b Aliud asseueret. ¶ Huius rei rationem ad fert Mart. in summa, eodem titul. Nam reus quandoque efficitur actor. l. in exceptionibus. ff. eo. titu. l. 2. Quod autem de actore hic scribit Hostiensis, extendit Mart. vbi supra ad rescripti impetratorem, Nam is omnia præmissa esse vera probare tenetur, licet al[i]qua sufficerent ad probandum, quando ponitur in rescripto hæc clausula, Si est, vel si præmissa sunt vera, extra de rescript. olim. ad finem. ibi de hoc in gloss. videtur ergo, quod c. ex parte. 1. & c. ex literis, ampliat etiam procedere in eo, qui asserit se indebitum soluisse. huic enim incumbit probatio. ff. de probationi. l. cum de indebito. §. si verò. Item qui aliquid obiicit electo confirmando vel consecrando probare debet. extra de accus. super iis. Idem quoque iuris est in denunciatore, promotore, vel adiutore inquisitionis, ad cuius denunciationem commissa est inquisitio. nam is probare debet, alioquin puniettur, C. de accusat. ea, quæ, & l. 1. de decurio. lib. 10. & ĩ. de accusationibus. c. cum oporteat. Martinus.

c Probari. ¶ Martin. in sum. eodē tit. scribit. id probandum esse, quod ꝓbātē releuat, C. de probatio. l. ad probationē. Item probare debet duo, quāuis alterū eorū sufficeret, q se adstrinxit ad duo ꝓbanda. C. de rei uēdica. l. fina. de his habes ex̄ de ꝓbatio. cap. licet. in gl. sic vī, de cā possessio. cū ecclesia. Itē ꝓbare dēt utrunque, qn̄ duo mandant ɔiunctim, & neutrū p se sufficit. cap. olim. de rescrip. Sed si alterū p se sufficit ad remotionē alicuius, tunc sufficit ꝙ alterū probet, quamuis copulatiuè illa duo mandentur, extra de rescriptis. ex parte Cōuētē. ubi de hoc in gl. sed nūq d. & in c. inter.

tur.vt j.de ſimo.de hoc inſinuatum: quod dic vt no. ſ. tit. j.§. qualiter: id quod negatum eſt intelligas, ſuper quo iudicium verti poteſt; ſiue litigetur de pecunia. ſiue de conditione perſonæ, ſiue de poſſeſſione vel dominio: ſiue de hypotheca, ſiue de ſeruitutibus rerum vel perſonarum, vel muneribus & honoribus decernendis, vel fama ſeu criminibus.ff.de var.& extraordi. cogni. cognitionum numerus: & idcirco quod probatum non adiuuat, non eſt dilatio danda, nec eſt probatio admittenda: & ſic ſunt omnia ſuperflua reſecanda, ſ. de of. deleg. cùm contingat. vnde ad probationem dominij non ſufficit probatio factæ locationis. j.de fi.inſtr.inter dilectos.§. pen. C. locati.ad probationem.ad idem ad ſuperflua ſ. reſecanda eſt arg.C. de proba. ad probationem.ſ.de elect.cum Vinton.ff.de fideicom.liber. Thais.§.ſorore & vt leg.nomine caue.hæc ſtipulatio.§.j.& de procura.nõ cogendũ.§.vlt.ſ.in prima cõſti.§ penult. ibi. reſecatis ſuperfluis ſ.de electio.in Geneſi nõ ergo recipiẽda eſt poſitio, q̃ nõ facit ad cauſam: qa ſup his tantùm quæ ad cauſam pertinẽt, inquirẽdũ eſt, & ponẽdũ.vt ſ.de iud.exhibita.j.e.cauſam.Sed & iudex cauere debet, ne ex abrupto reiiciat: quia aliquando videtur, ꝙ ad cauſam non faciat, & tamen facit: eſt ergo exprimenda intentio ponentis ſaltem auribus iudicum, & iudex debet attendere æquitatem.ff.de interroga.act.vbicunq;.ſ.de tranſact.ca. vltim. nemo enim cogendus eſt ad id quod eſt inutile.xxiij.q. vj. §.vlt, in princ.xx.q.j illud. & arg. de pœni. diſtinct. vltim. ſi quis aũt, in fi. Qualiter autem negatiua probanda ſit, dixi ſuprà, §. quis debet. verſicu.ut autem & ſequent.& de hac materia nota.ſ de iudi.§.q̃ ſunt neceſſaria.ante ſub §. fiunt. verſic. hoc tamen ſcias, & ſequen. Vnum tñ no. ꝙ adſtruens probare negatiuã puram & ſimplicem & indeterminatã, vel qui negatiuam directè intẽdit, repellendus eſt.ſuprà, de cau.poſſ. & proprie.cum eccleſia. j.eo. iurauit Secus ſi oſtendet indirectè, vt j.de teſtib. ſeries.ex tenore cùm in tua. Item licet pro ſentẽtia prima facie præſumat ꝑ p authoritatẽ iudiciariã; vt ſuprà de electio.bonæ memo. Magun, §.cõtra.j.de re iudic.cùm inter vos.& ca.ſicut.ſ.de renũ.in p̃ſentia.& ſic p̃ſumant oĩa ſolẽniter acta, ut Inſtit.de fideiu.in fi. hoc verũ eſt, quãdo nihil obiicit ꝯ proceſſum.nã ſi dicat, Non fui citatus neceſſe eſt ꝙ citatio ꝓbet, vt ſ no. verſi. actor idẽ ſi dicat, Nõ fuit lis cõte nõ vidi teſtes iurare nec fui vocat⁹.& hoc eſt ꝙ dicit, nõ p̃ſumit ꝓ ꝓceſſu, niſi quaten⁹ legitimis cõſtiterit documẽtis.ideo ſcribẽdæ ſunt citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſpõſiones, interrogationes, & cõfeſſiones.ex hoc nota, ꝙ iuramẽtũ calumniæ tacitè omittit eo ipſo, ꝙ nõ eſt exactũ inter lit.ꝯteſ.& poſitiones, ſicut & hic tacitè omittit, dic vt no.ſ.de lit.ꝯte.§ qñ.& expone interrogationes, id eſt, poſitiones: vel ideo hoc dicit, qa nõ refert qualitercũq; ꝯfiteat, ff.de interrog.actionib.ſi ſine. & ideo qa non cogit ponere per ſacramentũ, ſi ponat ſuper his quæ in libello ꝯtinentur, cùm ſemel iurauerit.imò in modũ interrogationis de his quæri põt. ſecus, ſi ponat ſuper aliis, quæ non ꝯtinentur in libello, dũmodo faciant ad cauſam: & quare non ſimiliter, ex parte rei, quia fortè actor poſuit totũ libellum fore verũ: reus negauit: ideo cogitur reus particulariter interrogatus reſpondere.ar.ff.de cõdit.inſtit. l.j.& de rebus dubiis.ſi is qui ducenta.§.vtrum.& in auth.d.n.de teſti.extra.ad hoc præſentiũ. vterq; etiam ſigillatim ponet, & reſpõdebit ꝑ ſacramentum tacitè, vel expreſſim.ideo dicit, Interrogationes, & non poſitiones: qa largius eſt vocabulũ, cum & ante litis conteſt. & poſt locum habeant, vt not. ſ. de confeſ.reſp. j.verſ.j.tamen notandum, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, ꝯcluſiones, &c.quæ ꝑ ordinẽ occurrerint.ideo hoc dicit, ꝙ interlocutiones & appellationes & exceptiones aliqñ incidunt ante litem conteſt. aliquando poſt, ſunt in ſcriptis redigenda: ita ꝙ ſi opponatur locus, tempus, ſ.annus, menſis, dies, & perſonæ principalium, & teſtium, & ſic partibus tribenda ſunt, ita tñ ꝙ originalia penes ſcriptores vel iudices remaneant, vt ſi aliquã dubitatio oriatur, poſſit per hæc fieri plena fides, hæc omnia habes j.eodem, quoniam contra falſam.ſuprà, de reſtitutione ſpoliatorũ, cum ad ſedem.in fine. ſecundum hoc intellige j.de pœnis, dilectus. j.eodem, cap. vltimo. Et not. ex præcedentibus, ꝙ non cogitur iudex † oſtendere partibus originalia: ſed ipſa tranſcripta tradere; alias appellari poſſet, vt C. vt lite pendente l.ij. & de edendo. is apud quem.& notatur. ſupra, vt lite pedente. §. & qualiter hæc regula. §. patet. verſiculo. in caſibus.ideo autem non traduntur originalia, ne quid falſi cogitari poſſit cancellando vel radẽdo, ſicut fecerat aduocatus, qui amiſerat cauſam ſuam ꝑ p reſponſionẽ Scęuolæ, reſpondentis poſſe, ideo in omnib.libris cõmunitatis, quos cõmodato ſigillatim recepit, poſuit nõ poſſe; ſed ꝯuictus fuit poſtea ꝑ authẽticũ Pandectarum, quod Piſis cuſtoditur, ad hoc ſupra, de reſcriptis, olim ex literis.ſic proceſſus ꝓbandus eſt, ſi negetur, j. de teſtib, ſignificauit, & c.conſtitutus. 2 §.fi.& de ſententia excommunicationis.ſacro. Voco autem legitima documenta,[a] etiam teſtes: j. de teſti.conſtitutis. 2.& de regul.iur.ad noſtram.2.& de teſti.cogen.peruenit.1.& ff.de fid.inſtru.l.1. Et nunquid iudici credetur? Nõ, ſi ſolus ſit: vt in ꝯſtit.qm̃.& C.de arb.ne in arbitris.j.de teſt.cum à nobis.& c.licet.2.in fi.reſ.1. Quid ergo ſi fuerint duo vel plures? Dico ꝙ ꝑ tales poterit fieri plena fides, dũmodò cõcordent omnes, vel maior pars.ar.ſ.de elec.cùm dilecti. §. nos. & expreſſim. j.de acc.cùm dilecti.infrà, de exceſſib.p̃lato. inter dilectos.§.p̃terea.& ar.18.diſ.de eulogijs.ſed ꝯtrà, 2.q.6. ſtatuẽdũ.j.de teſti.dilecto.Solutio. Illud intelligit de eo qđ ſcit tanq̃ priuatus: porrò de his q̃ tanq̃ iudex ſcit, p̃t teſtificari. Idẽ credo, ſi probet per vnũ iudicẽ, & alium bonum teſtem, aliàs ſolius iudicis verbis nõ credit, vt dixi, ſicut nec ſolius verbis tabellionis, vt in auth.de hære.& Fal.§.ſi uerò abſunt.col.1. Hoc ẽt nõ omitto, ꝙ ſ'm Gof.ante ſnĩam diffini.latet, nõ præſumit pro proceſſu iudicis, &c.vt ſtatim dixi.& ſic intellexi hanc decret.qm̃ ꝯ falſam.ante ſnĩam tantùm locũ habere: nã poſt ſnĩam ſemꝑ præſumitur ꝓ ſnĩa & proceſſu, niſi ꝯriũ oſtendat: vt dñt iura ſignata ſ.co.ver.itẽ licet.ſ'm Gof.qđ intellige ſecundũ ea quę not. j.de ſen.& re iudi.§.qualiter proferri debeat.ſub § is eſt ordo.& uer.ſeq maximè in verſic.& hoc ſecundum iura ciuilia.

Et quando Cauſa pendente, & lite cõteſt.& primò actoris intẽtio, ſecũdò rei exceptio, ſed ſi exceptio peremptoria ſit, poteſt proponi & probari quandocũq; ante ſententiam, ſcilicet poſtquam actor fundauerit intentionem ſuam.C.de except.ſi quidem.& C.ſentẽtiam reſcin. non poſſ.peremptorias.& de præſcrip.longi tempo.emptor.infrà, de teſtibus.præſentiũ.ex tenore.& licet lex, emptor.& l.ſi quidem.videantur velle, quòd conteſtatio fieri debeat ante probationẽ: dico hoc volũtatis, nõ neceſſitatis: imò & aliquando ſtultum eſt ꝯteſtari.vt patet in decre. pręſentium. ſed & quædã peremptoriè poſt ſententiã opponunt. ut dicetur infrà, de excepti.§.& qñ & qualiter opponant. & §. hęc de dilatoriis. Si verò dilatoria ſit exceptio, ſi dilatoria ſolutionis, vel ex pacto, vel ex lege opponi debet ante lit.conteſt. probari poſtquam aduerſarius fundauerit intentionẽ ſuã.C.de excep.ſi qdẽ.infrà, de ſent. & re iudica.inter monaſteriũ.C de proba.exceptionẽ.dummodo is qui ꝓbare intẽdit, nõ didicerit teſtificata.ut notatur infrà, titulo 1.§.& vtrũ poſt publicationẽ.ſed ſi exceptio dilatoria ſit declinatoria iudicij, ſi aliquis ſciuit ipſam ſibi cõpetere, opponenda eſt, & probanda ante litẽ conteſtatam.nam ſi diſſimulauerit, perpetuò ſilebit.C de exceptionibus.l. vlt.ſed ſi neſcit ea m ſibi competere, & ſic litigat cum falſo procuratore, etiã poſt ſententiã opponi poteſt.C.de procura.licet.idem ſi ignoranter litigat coram non ſuo iudicè. C. ſi à non cõpetenti iudice.l.fi.ſ.vt litè non conteſta.aliquando probatur.quod dic ut notatur.ſ.ut lite non conteſta.§.1.& ſequen.

Et qualiter. Secundùm formam libelli cùm ſecũdũ eã pronũciandũ ſit.ſuprà, de ordine cognitionum.cùm dilecta §.ult.& de cau.poſſeſſionis & proprietatis.ca.vlt.infrà, de accuſ.qualiter.2.§ pen.& de ſimo.licet Heli. ff.cõmuni diui.vt fundus.C.de fideicommiſ.lib.l.vl.& ſecundũ titulũ, ad quẽ probandum aliquis ſe adſtringit, ut utraq; pars tituli probanda eſt aliàs non releuatur, licet altera per ſe ſufficeret, vt videtur. j.e.licet.§ idem quoq;.infrà, de teſtibus. ſignificauerunt.& cap.de teſtib.arg.ff.de excuſatiõe tuto. q teſtamento. infrà, de ele.excõ.mini. ꝓpoſuit.§.vl.& ſibi imputet, q tot ſimul copulauerit: ſed ꝯtrà in his quæ not.ſuprà, de reſcrip.§. de ipſius interpoſitione.indiſtinct.cũ duo probanda uerſic.& ſi quidem in libello.ſed & clarè & determinatè probãdum eſt aliàs, in dubio faciẽda eſt interpretatio ꝯtra illũ, qui teſtes produxit. j. e.in pręſentia § fi.j.de cond appo.c.penul.

Et quot ſunt ſpecies † probationis?[b] Nouẽ.[c] vnde uerſus:

Aſpe-

ADDITIONES.

a Legitima documẽta.¶ Adde an appellatiõe documẽtorũ veniant teſtes, vide ꝑ Barb, cõſi.lxxvj.inci.ſapienter.in 8.col.uerſ.item ille tex.in 4.col.

b Quot ſunt ſpecies ꝓbationis.¶ Adde Spec.tit.de probatio.§.fin.Paul.de Caſtr.in rubric.C.de probatio.in prima col.ver.ſunt autẽ plures ſpecies.

c Nouem. ¶ Martin.ſex duntaxat ſpecies probationũ conſtituit: ꝓbatiões enim euidentiores, quàm per euidẽtiã rei, de elec.bonæ.1.circa mediũ de accu, euidentia.& de cohabita.cle.& mul.veſtra.& c.fi. Itẽ cũ quid eſt ita notoriũ, vt nulla poſſit tergiuerſatiõe celari.d.c.euidentia.& c.veſtra.ubi de hoc.Subiicit deinde probationẽ legitimam tribus modis fieri, nẽpe teſtibus, inſtrumentis, & confeſſione iure facta, ut extra de reſt.ſpo. cũ ad ſedẽ.Quædã autẽ melius probantur per inſtrumentũ quàm ꝑ teſtes, quædã vero è contrariò.extra de prob.c.tertiò loco.ubi de hoc in gl.ſic ergo teſtes, vnde teſtes præferuntur inſtrumento, ut extrà, de fid.inſtr. cùm Ioan. Aliqñ inſtrumenta teſtibus.ff.de prob.l.cenſus.Qñque verò & æquiualẽt teſtes & inſtrumẽta.C de.fi.inſt.l.in exercẽdis.Qualiter aũt iſta diuerſitas intelligat, habes in p̃dicta gl.ſic ergo teſtes.Hoc autem commune probationũ ſpeciei, ut earũ facultas nemini auferat, aut pereat, ut 3.q.7.c.in ſames.§.ſi quis.Probandi quoque onus transfertur quandoque ad reũ idq; propter præſumptionẽ & fauorẽ extra de ꝓc.ex inſinuatione.ubi de hoc

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum;
Iurans, confessus, præsumptio, fama probabunt.

Ad quorũ euidentiã dic ꝙ multis modis fit probatio. Probatur eñ per rei euidentiam, quæ nulla tergiuersatione deleri potest. quod dr̃ notoriũ facti. ideo dicit versi. *notoria.* de hoc s. tit. 1. §. quot modis. ver. 1. puta, si aliqs publicè in adulterio deprehendatur. 50. dist. si quis diaco. 81. di. si quis clericus. & c. presbyter. C. de defen ciuita. l. 7. in prin. j. de accu. euidentia. 2. q. 5. de manifesta. ff. de ritu nuptiarũ. palàm. Secundò, ꝑ famã consentientē. ideo dicit versi. *fama.* ad hoc j. de testi. pręterea. ff. de test. l. 3. 4. q. 3 §. item in criminali. vers. itē sæpe. qđ dic, ut no. j. de test. §. sup. quib. ver. fama. & seq. Tertiò, per præsumptionē violentã, ideo dicit vers. *præsumptio.* ad hoc 32. q. 1. dixit. j. de spon. is qui fidē. & c. ad id quod. 18. di. peruenit. 44. di. multis. j. de coha. cle. & mulie. si quispiã. nec eñ latrones, vel vsurarij testes adducunt, per quos conuincant: vnde vident sufficere argumenta cũ fama. ar. j. de vsu. cũ in diœce. tua. & ff. de re mili. non oēs. §. à Barbaris. & de incendio. l. ne quid. & de test. l. 3. & hoc intelligas, qñ ciuiliter agitur, non qñ criminaliter accusatur quis, quia cum ꝯ salutē hominis agitur, debet diligentior examinatio fieri. C. de appel. addictos. ff. de bon. eorũ qui mortē sibi consci. l. j. C. de falsis. & de proba. l. vlt. 5. q. 6. Epiphanium. s'm hoc intellige de test. veniens. j. & c. qm̃. quod dic ut no. j. de pręsum. §. quot eius species. sub §. secunda. & ver. seq. Quartò, ꝑ iuramenti delationē, [a]ideo dicit ver. *iurans.* ad hoc 16. q. 3. dilecto. ff. de iurei. manifestę. j. de iureiu. c. vlt. quod dic ut ibi no. & is modus aliqñ uocat purgatio. 3. q. 11. negãda. de hoc. j. de purga. can. & ad hanc purgationē recurrendũ est qñ instr̃a deficiunt, ut not. s. in quæ. quæ incipit, Nunquid ergo positio negatiua. Quintò, per testes, ideo dicit ver. *Testis.* de hoc no. j. tit. 1. per totũ. Sextò, per instr̃a, ideo dicit ver. *Scriptum* de hoc j. de fide inst. per totũ. quinimò & per abbreuiaturã tabellionis fit probatio. j. de fid. inst. c. fi. Septimò ꝑ confessionē, nedum propriã, sed ēt paternã: ideo dicit ver. *confessus.* qñ quis cõfitetur aliquē filium suum esse. quod intellige, qñ quis inuenit in possessione filiationis, sic C. e. non nudis. & l. non epistolis. ff. e. quidã. secus, si confiteor sine causa me tibi x. debere, ut nota. s. de confes. §. quid si quis ex ius. & §. vlt. ar. ff. de dona. nuda. non eñ facit probationē. sed posset ꝓficere ad præsum. cum alijs. C. e. instr̃a. j. e. cum causam. C. de rei ven. indicia. ideo dr̃, Et quæ non ꝓsunt singula, multa iuuant. sic eꝯ. Et si nõ obsunt singula, multa nocent, ut j. de eo qui du. in ma. q̃ pol. per adulte. cùm haberet. ad idē ff. de neg. gest. Nesennius. ibi, maximè, & c. ff. e. l. vlt. Itē quod si quis filium alienũ suum confiteat, grande præiudicium paratur. ff. de libe. agno. l. 1. §. Iul. per se aũt non sufficit ad plenam probationē. ff. de interro. act. l. 1. §. fin. Innuitur ergo, ꝙ filiatio probari possit, ēt naturalis. j. e. per tuas. ꝯ. ff. de condi. & demon. Lucius. dic ut no. s. de fi. presby. §. quis dicatur filius presbyteri. & j. qui fil. sint le. §. qualiter probet filiatio. Octauò, fit ēt probatio per inspectionē oculorũ. ideo dicit ver. *Aspectus:* nam si maritus dicat, ꝙ cognouit vxorē suam, & vxor negat, statur dicto viri, cum sit caput mulieris. [b]34. q. 1. si quis acceperit. j. de despon. impu. continebatur. & c. duo pueri. §. pen. si tñ matronæ fide dignæ eã diligenter inspiciant, quæ tñ expertæ sint in opere nuptiali, & obstetrices ipsam asserant priuilegio virginitatis gaudere, reprobat assertio viri qui solus est: j. e. ꝓposuisti. j. de frig. & male. fraternitatis. & c. vl. sed personæ matronarũ reprobari possunt, & quia oculus & manus obstetricũ sæpè fallit, iterũ possunt eligi alię matronæ quæ ipsam inspiciant. j. e. causam matri. 27. q. 1. nec aliqua. Hæc oculata fides magis amplectitur, q̃ quę per aures animis audientiũ infigit. Insti. de gradibus. §. sed cũ magis. 30. q. 5. §. vlt. 3. q. 9. testes. sed in hoc dis. ut dicã j. de testi. §. super quib. ver. auditu. ad hoc j. tit. 1. licet 2. Per hanc atrox iniuria [c]æstimat, & determinat iudicium finium regundorũ. de quo loquit j. ex literis. Itē opus factũ de quantitate expensarũ testificat. ff. de feriis. l. 2. in fi. & finiũ regũdorum si irruptione. j. de præscri. quia indicante. C. de admi. tut. lex. j. de po. Apostolicæ. Itē si aliquis Episcopus transeat de vna ecclesia in aliam, non põt esse notoriũ. de transla. episco. quanto. Itē minor ætas aliqñ per inspectionē oculorũ probat, ut ff. de mino. minor 25 annis, ex aspectu. distinguitur tñ, vtrũ dicat se minorē petens restit. in integ. quo casu debet probare minoritatem & deceptionē per testes. C. de in integ. rest. minorum, si minorem. ff. de iureiu. nam postea. §. si minor. & cũ hæc oratio minor annis, intelligi possit dupliciter, quia & pupillus & adultus dr̃ minor annis. C. si minor factus ma. se dixerit. l. vlt. uel 5. si testis dicat, quantum minor est, fit interpretatio contra illum qui testes produxit, j. e. in præsentia §. vlt. arg. j. de condi. appo. per tuas. in fin. Sed si quis allegat minoritatem, quantũ ad hoc, ꝙ contendat non finitam tutelam, debet tutor probare minoritatem. ꝙ si tutor dicat minorem, & pupillus dicit se puberem esse, hoc probare debet pupillus, scilicet se puberē esse. ff. de mino. l. minor. 25. ann. & l. de ætate. Dominiũ autem probatur hoc ipso. ꝙ probo me, uel patrem meũm semel dominũ fuisse. C. e. siue possidetis. & ff. finium regun. in fin. in auth. de testi. §. si verò dicatur. Item scilicet ꝙ probatur dominium, si probo me emisse, & in vacuam possessionem inductũ, & precium numerasse, uel habitam fore fidē de precio, & illum qui uendidit dominum fuisse. C. eo. cùm res. & ff. de pig. & quæ nondũ. §. quod dicitur. Sed quare non præsumit quis minor, ex quo constat, ꝙ semel fuit minor, sicut de dominio diximus: manet enim semper hæres qui semel extitit. ff. de min. ait prætor. aliàs. & si sine. §. pen. Respondeo, quia solo tractu tēporis efficit quis maior, sed solo transcursu tēporis non amittitur dominiũ, nec præsumitur me possidere, eo ꝙ aliquando possederim. & est ratio, ut no. s. de causa pos. & proprie. versi. & qualiter amittatur. sub rubrica, de causa proprie. §. quid sit proprietas versi. res ēt pro derelicto. & probat. ff. de acqui. pos. l. si quis vi. §. differentia. Nonò probat ēt per libros antiquos, [d]& antiquas scripturas, ēt in lapidibus marmoreis [e]positas. ideo dicit vers. *Sculptum.* & ad hoc j. e. cùm causam 24. q. 2. sanè. 2. ff. de albo scribē. l. 1. hoc in antiquis factis verum est, de quibus testes non possunt haberi, nisi quo ad famã. 16. q. 1. plores. ff. de leg. 3. si chorus. ar. C. de reli. & sum. fu. monumentorum. sed illud intellige, quando veritas ꝓbari potest per veriores ꝓbationes, & eodem modo responde, ff. de reli. & sump. fune. vel ꝙ. Imò dic, quòd ibi inscriptio non valet, voluntate testatoris deficiente, uel quia manu ꝓpriã fuit scriptum. Quid ergo si inueniatur chartularium curię, in quo ꝯtinetur, quòd talis possessor debet talem censum, & sic de singulis, nunquid ei credet, si antiquum sit, & in præcedentibus & sequentibus verũ inueniat, & de eadē manu scriptũ sit? certè videtur, ꝙ faciat fidē. arg. in iurib. & ff. de edē. si quis ex argentariis. & per totum. & j. de præscri. ad audientiam. j. eod. c. vl. & c. j. ff. de le. j. si seruus plurium. §. si numerus minorum. & in auth. de his qui ingre. ad appellan. §. si verò. co. 5. 30. q. 1. c. 1. ff. de fun. instr. l. cùm de lanionis §. asinam molendinariam. aliàs calumniosa scriptura debet repelli. ff. de fid. instrumen. l. 2. sic petetur census non ob. lapsu temporis, quia nec præscribi potest. j. de relig. do. constitutus. in fin. C. de præsc. ip. xxx. anno. malè agitur. & accedit suprà de in integ. restitut. cùm ex literis. §. pen. & ff. de proba. census. C. arbitium tut. l. fin. & qui potior. in pign. habeã. scripturas. ff. e. si arbiter. & de aqua plu. arcen. in summa. §. idem Labeo. sed ꝯ. C. de agri. & cen. litibus. § caueant. & de colo. reipubli. vel domi. l. si. Decimò, fit etiam probatio per literas episcopi [f]sigillitas, ideo etiam dicit versi. *Sculptum.* & ad hoc j. eo. post cessionem. 11. q. 3. curæ & c. debent. j. tit. j. cum à nobis. xviij. dist. de conciliis. cùm secundũ Apostolum. j. de fideius. ꝑuenit. & de fide inst. c. 2. 20. q. 1. vidua lxiij. distin. in nomine Domini. in fin. xcviij. dist. c. 1. & 2. C. de epis. & cler. si qua. s. de cler. pereg. c. 1. sed sigillũ abbatis fidem facit. xix. q. 3. statuimus. & sigillum capituli, uel conuentus facit fidem. j. eo. c. tertio loco. & de app. significauit. & cuiuslibet collegij. j. de exces. prelato. dilecta. sed & creditur sigillo episcopi alieni. xix. q. 2. c. 1. & 2. Sed & consuetudo in quolibet talium consideranda est, quia & sigillo principis terræ statur de consuetu. tantùm. j. de fide inst. cùm dilectus. C. ad l. Iul. de adul. quamuis indubitati. Contrà: nã uiua vox præ-

ADDITIONES.

a Delarionem. ¶ Adde ex Martino, vbi suprà quæ (inter cætera) iuramento probari possunt. Primò amissio instrumenti, vel priuilegij, per amittentis iuramentum probabitur. C. de fide instrumen. l. fin. Sed tunc oportet eum probare non solum amissionem, sed & tenorem priuilegij, vel instrumenti, & quod fuerunt sine aliquo falsitatis vitio. argum. de priui. c. cum olim. 1. vbi de hoc in gloss. Item amissio rerum contra predonem probatur per iuramentum amittentis. C. vnde vi. l. si quando. extra de his quæ vi, me. causa fi. & 2. q. 1. in primis. Simili modo potest probari amissio literarum, & quòd fuerint sine vitio falsitatis, & hoc per bonos & discretos testes, ar. de priuil. olim. j. Mart.

b Cùm sit caput mulieris. ¶ Adde capitul. 1. de fri. & male. gl. in c. 1. de clan. despon.

c Atrox iniuria. ¶ Quæ dicatur, uide in §. atrox. insti. de iniur. gl. in c. fin. de dona. capit. cum illorum. de senten. excommuni. & in c. tanta. de exces. prælato.

d Libros antiquos. ¶ Martinus in Sum. eod. titu. scribit libris antiquis, & censualibus, atque scriptura priuata ex archiuo publico producta probari limites diœcesum, & ecclesiarum parochialium l. in exercendis. C. de fide instr. & 31. q. j. peruenit. Quod autem de instrumentis publicis ait Hostiensis ad abbreuiaturas notariorum, vnde complendæ sunt, & ad instrumentum publicum reducendæ, extendi potest. Nam & quædam eiusmodi abbreuiaturis probari, ubi supra attestatur Mar.

e Scripturas etiam in lapidibus marmoreis. ¶ Adde c. postulas. iuncta gl. 3. q. 7. glo. in c. quanto. de iureiu. glo. in ca. solennitates. de consec. di. 1. Car. Zab. in c. ad audientiam. in 3. not. de spon. Bar. in l. monumentorum. C. de reli. & sum. fu.

f Per literas Episcopi. ¶ Adde Innoc. in c. 1. de fide instr. Ioan. And. Ioan. Cald. Anto. de Bu. Bal. & Abba. in c. post cessionem. de prob.

vox præualet mortuæ. sed voci episcopi non creditur. 6.q.2.si tantum.& cap.placuit.j.eodem.quoniam j.tit.proxi.cùm à nobis.multò minus ergo sigillo, quia nec omnia eulogia bona fide fiunt.vt patet j.eodem.tertio.ut ff.de custo.& exhi.re.diuus. suprà, de procur.capi.1. Quidam indist.dicunt standum literis episcopi:vt Hugo.alij dicunt, hoc non esse verũ, nisi sint in publicam formam redactæ, vel nisi habeant subscriptionem testium.de fide instr.cap.2.in auth.vt nu li iud. §. sed si quis verò. colla.9. C.de dona.in dona.j. de fide instrument. inter dilectos. 16.quæstio.3 §.potest.& in auth.de instrum.cau. §.sed neque.& §.si quis.& de hoc not.j.de fide instrumen.§ quibus instrumentis.sub §.item redditur.ver. Item secundum Goff. Gof.scripsit, quòd literis episcopi creditur præterquam circa acta. j.e. quoniam contra falsam.Sed opponitur,cùm viua vox mortuæ præferatur. in auth. de instru. cau. §. si verò aliquid tale.quare non creditur episcopo dicenti aliquem excommunicatum.vj.quæ. 2.si tantum.& ca.placuit.& creditur ei scribenti.11.quæstio.3. curæ.s.de treu.& pac.ca.1.respondeo, scribenti iure ordinario creditur iudici,de eo quod fit corã eo, tanquam corã iudice.& sic loquitur c.curæ. ei autem dicenti id quod nouit ut homo,& contentiosè dicenti, tanquam parti non creditur. & sic loquitur c.si tantùm.& j.tit.1.cùm tu fili.secundũ Gof.sed certè hoc videt contradicere ei quod no. suprà eo.ver.Gof. scripsit.ideo dic ut not.j.eo.versic.& est ratio.& seq.Dico standũ literis episcopi prima facie,quamuis dicto suo solo non credit, nisi ignotum sit, quia tunc non creditur.vt j.de fide instrumentorum. quod super his.requiruntur igitur.vers.ignota in casu.s.de cle. peregri.c.1.sed si notum est,standum est ei,ut dixi prima facie. nam eadem ratione sequeretur, ꝙ non esset standum instrumẽto tabellionis, quia nec ipsi soli creditur, ut in auth.de hære.& Fal.§.sancimus. uer. si verò absunt. sed tamen instrumento suo prima facie creditur, ergo & instrumento sigillato sigillo episcopi, sicut & instrumento tabellionis. requiritur ergo quòd habeat testes inscriptos, quia & in instrumento tabellionis hoc requiritur.& hæc duo æquiparantur, scilicet,instrumentũ personæ publi.& literæ sigillo authentico sigillatæ,ut patet in auth. d.N.de sent.excommuni.extrà, cùm medicinalis. §.exemplo. & j.de fide inst.c.2. & iunge quod not. j. de fide inst. §.quibus instrumentis, & sic creditur literis episcopi, quamuis soli voci suæ non crederetur, ẽt si testes inscriptos non habeat, secundũ quosdam, ut s.no. Et est ratio, quia si ipse fert testimoniũ, solus est:sed si literæ suæ producuntur, & testimoniũ suum adducitur,& scriptoris & sigillantis, vel saltem scriptoris, si ipsemet tenebat sigillum.& ideo prima facie statur sigillo, nisi ꝯ probet. ut j.eo.tertio. Item quia verisimile est, ꝙ adeò caueat falsitatẽ episcopus, sigillum suum custodiat ẽt non iuratus, sicut tabellio q̃tũcunque iuratus arg.22. q.5 iuramenti.s. de proc.in nostra §.nos verò s.de elect.cùm inter R.§.fin.j.de voto ex multa.ante fin.resp.1.8.q.1.qualis.j q.j.vilissimus. C.de epis.& cleri. si quẽquam.dicas igitur,quicquid j.uel s.scribatur, ꝙ literæ sigillo episcopi sigillatæ semper fidem faciunt, sicut & obtinet de ecclesię consuetudine generali.arg. j. de fide inst.cùm dilec. nisi contra ipsas ex eo ꝙ consueuit falsa sigillare, uel sigillũ suũ personæ vili cõmittere, uel aliqua alia causa verisimiliter præsumatur.arg.j. de his quæ fiunt à prælat. quanto. §. absentiũ.& ff.de eden.si quis.§. 1. Sed nunquid idem episcopus potest scribere & sigillare?sic.Sed si de hoc constaret,non crederet ei, cũ solus sit:ubi autẽ non opponitur,non præsumitur,quia non cõsueuit hoc facere,sed scriptor suus.sic spectatur consuetudo patrisfa. ff. de pigno. act. uel vniuersorũ. de vsuris. qui semisses.j. de præsump.scribã & c.mandata.hoc not.decre. possessionem. quando dicit,quibus standũ est, donec contra probet. Quid ergo si opponatur? Dico dandã dilationẽ ad faciendã probationem præstito iuramento,ꝙ malitiosè non opponat.hæc si præsumptio sit contra petentẽ, secundũ ea quæ no suprà, de dolo. sub rubrica, de contum.§. qua pœna. ver. quinimò. sed quid si idem qui pro se producit,scripsit, & videtur obstare, licet non obesset, si dictasset, & alius scripsisset.quod dic ut not.j.de cri. falsi.§.qualiter cõmittatur sub §.quasi autem falsum.versi.item & quasi falsum.& ver. illud not.dignum. Vincent.dixit, ꝙ non creditur literis episcopi, nisi quandiu durat iudicium.extra eũ non creditur eis in præiudicium alterius: sed contrà.j. eodem quoniam.sin autem sigillum inducatur contra illũ cuius est, statur ei, quamuis sit priuata persona.ff.de procur.si procur.C.de reb.alie.non alie l.2.& si quis alieno sigillo vtatur,hoc exprimere debet.arg.inf.de sent. & re iudicata, cum inter vos. § 1. Item in contractibus creditur,si consuetudo approbet:j.de fide inst. cum dilectus.Item in excommunicationis sententia statur sigillo,inf.e.post cessionem 11.q.3 curæ.supra, de treuga & pa.c.1. & in auth.d.N.de sent.excom.cum medicinalis.Sed quid si episcopus pro se inducat? vide quod no.suprà,de rescrip.§.& quæ possunt obiici.versi.96. & §. sed vt breuioribus. & j.de testib.§. quis possit.sub §.hi verò omnes.resp j.& ver.seq.& sub §.sed & personæ ad personã.ver.item iure ciui.& seq. Sunt autem quædam iudicia cõmunia, in quibus vterq; litigãtium reus & etiam actor intelligitur, ut in finiũ regun.famil.erciscundæ, cõmuni diui.vti possi.vtrobi:hic vterq; probat intentionẽ suam:& qui meliores probationes affert,obtinere debet.j.e.licet.in fi.Quod si probationes ęquales sunt, fertur sententia pro reo, id est, illo qui ad iudiciũ vocatus fuit vbi actor foueat causam rationabilem, putà dotem,matrimonium,testamentum,libertatem,religionem,ut j.eodem.ex literis.& de sent.& re iudi.c. fi.quod dic vt nota.in Summa,de sent.& re iudi.ad hæc.C.eo.l.2.

DE TESTIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Testes quis debeat producere.*
2. *Testis quis esse possit, vel non.*
3. *Parentes & liberi non admittuntur ad testimonium, etiam volentes.*
4. *Testium binarius numerus in testimonio requiritur.*
5. *Testes quid iurare debeant.*
6. *Testes super quibus sunt interrogandi.*
7. *Varietas temporis dictum testis reprobat.*
8. *Testes quando sunt producendi.*
9. *Testes quoties sint producendi.*
10. *Testimoniis quæ diuersitates noceant.*
11. *Testes alij post publicationem produci possunt.*

DIximus suprà de probation. in genere, nunc in specie, & sic de testib. Vel sic,Quoniam super negatis testes producendi sunt, j.titulo j.c.super eo.& s.diximus de possessionib. quæ plerunq; negant, dicamus de testibus; Quis debet testes ꝓducere, Quis possit esse testis,vel non,Quotus numerus testium requratur,Quid debeant iurare,Super quibus interrogandi sunt,Qñ sunt ꝓducendi,Et quoties, Quæ diuersitates nocent testimoniis. Et vtrum post publicationem alij testes ꝓduci possint.

1 Quis debet testes† producere.Is qui sibi ipsos necessarios putat. nam ꝯ se non cogitur quis testes ꝓducere,uel instrũa ostendere,ut s.ti.1.c.1.C.e.nimis graue,C.de eden.l.j.& l.qui accusare.& dixi s.titulo j.§.quis debet probare.hoc tñ fallit:nã si præses officiũ suũ expleuerit,cogitur exhibere iudices uel domesticos suos,quos secũ habuit in officio,uel ut ꝯueniant,uel ut ẽt testimoniũ ferant de his quæ in officio commissa sunt.arg.C.de offi. assessor.si post.Si vis scire, an testes cogendi sint uel non.vide j.tit.1.in summa.

2 Quis possit esse† testis, [a] vel non. Et quidẽ hoc edictum prohibitoriũ est,sicut edictũ de ꝓcuratoribus,ut ff.de proc.mutus.& de man.ꝯ j.de spon.cum apud.& dic prohibitorium,s.certarum personarũ, & generaliter aliàs permissoriũ.licet hoc edictũ prohibitoriũ aliter ponatur, & aliter sumat,Inst.de interdictis. §. interdictorũ ff.de interdi. l.1 ergo quilibet in testem admittit, nisi prohibeatur.ff.e.l.1.§. 1.Si enim constitutio semel affirmatiuè promulgata sit,semper vr̃ concessum id quod in ea continet nisi inueniatur prohibitũ. exemplum.31.q.1. Deus masculum sed si negatiuè. tunc semꝑ videtur prohibitum,nisi probetur concessum.exemplum 23.q. 5.si non licet. In testib. igitur producendis septem principaliter considerantur,quæ in his versib.continentur.

Conditio,Sexus,Aetas,Discretio,Fama,
Et fortuna,Fides,In testibus ista requires.

Bene dico,*conditio*.considerandum est enim,vtrũ sit liber vel seruus,quia seruus [b] non admittitur in testimonium: nam sæpe seruus metu

ADDITIONES.

a Testis. ¶ Adde Specul.in tit.de teste.§.1.

b Seruus. ¶ Adde Specul. titul. de teste. in §.1. ver.item quòd est seruus. authent. si dicatur. C. de test.tu dic quod non admittitur, nisi cum tormentis,ut in l.seruus.& in l.serui.ff.de testib.& per Bald.in rub.C.de summa trinita.fallit quando agitur de probando secreta patroni, secundum Paul.de Castr.in l.scimus in §.licentia.in 2.not. C.de iure deli.l.consensu. in §. si seruus,ff.de rep.l. quoties.de naufrag. libr. 11. & in cap.veniens.el 2.de testi.Barto.& Ioan.de Imol.in l.in illa.in fin.de verbo.oblig. Barto. in l.si quis ex argentariis.in §.penul.ff.de eden. Cal.consil.25 incip. testator habens filios.

nus metu dominantis supprimit veritatē, vt j.de verb.sig.forus.§.testes.C.e. quoniam liberi.nisi aliis probationibus deficientib. tunc enim cum tormentis admittitur: vel si quæratur de facto ipsius serui,non tamen pro domino,vel contra dominum præsentem vel præteritum:nam & habenda est ratio preteriti dominij:hæc probantur 4.q.3 §.item in criminali.ver.item non videtur.& seq.& ver.Item serui respōso.ff.e.serui C.d. diuor.& rep.l.consensu.§ super plagis.C.de quæstionibus.seruos. & l.interrogari.Sed refert vtrum is, cui seruitus obiicitur, dicat se liberum à natiuitate,si quidem testimonium suum admittitur,& tempore disputationis reseruatur quæstio:vel dicat se libertinū,& tunc repellitur,nisi ostendat instrumentum:sed & si iuret, ꝙ alibi habet probationes,admittitur: vt C.e.auth.si verò dicatur.& not.simile.j.e.ver.in testib.ista requires. *Sexus*,quia mulieres repellūtur in criminali.[a] 23.q.vlti.c.vlti.15 q.3.de crimine. & est ratio: quia varium semper & mutabile testimoniū fœmina producit. j.de verb.sig.forus.§.vlt sed secundum leges videtur, ꝙ indistinctè admittitur in omni causa, nisi sit condemnata de adulterio.ff.e.ex eo 15 q.3.ex eo.præterquam in testamento,[b] vt Insti de testamen.§.testis.& §.sed neque.ergo in codicillis[c] potest esse testis:quia non prohibetur aliqua lege.sed secundum Gof.l.illa,ex eo intelligenda est in ciuilibus. si verò quæritur de crimine ciuiliter,vel in modum denūciationis,vel inquisitionis, seu exceptionis,tunc etiam secundum cano.admittitur mulier, etiam particeps criminis, & etiam contra clericos.j.e.quoniam.& c.tam literis.§.1.indistinctè secundum quosdam.alij dicunt hoc generaliter verum esse, sed quantum ad præsumptionem tantùm, non probationem.super hoc vide j.de simo.§.qui ad accusationem. Quid de hermaphrodito[d] qui habet vtrunq; sexum,scilicet hominis & mulieris?dic seruandum,ꝙ qualitas sexus incalescentis ostendit.vt ff.e.repetundarum.4.q.3.§.hermaphroditum.iudicatur enim secundum sexum qui in eo præualet, vt ff.de statu homin.quæritur de hermaphrodito.Quid si vtriusq; membri officio vti potest, secundum quod de facto fuit in villa mea, scilicet Secusiæ? Respōdeo,eligat cui se dicat,secundū quod episcopus Taurinen. diœcesanus noster de ipso fecit, & iuret ꝙ de cætero alio nō vtetur,quia nec fungi debet duplici officio,maximè tam diuerso.arg.16.q.1.presbyteros.arg.j.de cler.coniug.diuersis.ff.de pact.si plures. *Aetas*, quia in causa ciuili impuberes[e] repelluntur:in criminali verò non admittitur quis minor 20.an.ff.e.inuiti.& l.in testimonium.4.q.3.testes.& § Item in criminali.ver.itē in testimonium.& accedit s.de offic.deleg.cùm vigesimum.Sed nūquid pupillus factus pubes[f] potest testificari de his quæ vidit in pupillari ætate? vtique, & per consequens factus liber de his quæ vidit in seruitute, secundum Azo ff.de verb.sig.notionem.§.instrumentorum.arg.op.j.qui mat.acc.non pos.c.vlt. *Discretio*, quia furiosus repellitur à testimonio,sicut & à iudicando.3.q.7.§.tria.quia non sentit, vt j.de succes.ab intest.c.vlt.& de regularibus.licet tenor.17.q.1.Gonsaldus *Fama*, quia qui non est integræ famæ,non admittitur ad testimonium. nam si vita bona defuerit, fide carebit.j.de verb.sig.forus.§.testes.j.ti.1 præterea.3.q.5.constituimus.Infamibus enim portæ[g] dignitatis clausæ sunt. j.de excessi prælat.inter dilectos.in fi.resp.1.C.de digni.neque famosi.& omnes actus legitimi interdicti sunt,ergo & testimoniū. j.e.licet ex quadam.in fi.resp.1. Infames autem vocant canones omnes illos quos leges seculares infames appellant.2.q.3.§.hinc colligitur.excipe quod no.j.de secun.nup.§ pe.& vlt.& quot modis infamia irrogetur, dic vt 3.q.7.§.porrò. & seq. Infamis ergo de iure[h] repellitur à testimonio, quamuis pœnitentiam egerit, etiam in ciuilib.j.e.testimonium.resp.1.nam per pœnitentiam peccatum remittitur,sed infamia nō remouetur: vt dicit § hinc colligitur.nisi fortè infamis,sicut dicitur in prin.ipsius § per Romanum Pontificem in integrū fuerit restitutus. vt ea.q.& causa.§.præuaricator.in fi.C.de sen.pas.& rest.l.1.Potest.n Papa[i] famā restituere clericis.j.de sen.& re iud.cum te & de simonia.ex diligenti.& puto etiam,ꝙ laicis, vt apparet in his quæ not.j.qui fil.sint legi.§.qualiter & à quo, & patet in ca.cùm te. allegato.Item Princeps vel Senatus laicis, vt ff.de post.l.1.§.de qua.sed & secundum Io. episcopus potest infamiam remittere in casibus illis, in quibus potest dispensare:quia ecclesia senatui equiparatur.16.q.1.ecclesia. & nedum facientes, sed & consentientes criminibus infames videntur.vt 3.q.4 consanguineorum.ar.contrà 22 q.5.si quis conuictus.Excipitur periurus, qui quantumcunque pœnitentiam agat, testificari non potest, quamuis alij pœnitentes, licet fuerint criminosi, possunt testificari.j.eo.testimonium.§.2. ex quo enim semel probatum est ipsum periurum, etiam in modum exceptionis,repellitur in alio iudicio, & est speciale in periuro: quia nimis frequentatur hoc crimen,& quia ipsum crimē testimonium tangit,j.e.ex parte Adæ.& c.sicut nobis.6.q.1.quicunque.22.q.5.paruuli.2.q.7.non potest.j.de præsump.literas. & de exce.c.1. sic ergo qualitercunque constet de periurio,infamis remanet in dist.secundum cano. sed legistæ consueuerunt distinguere,vtrum quis iuret de præsenti,vel de præterito:& tunc si deierauerit,non est infamis:sed tenetur crimine stellionatus:ergo potest fieri exul.sed crimen illud non infamat,sicut intelligūt ff de crimine stellionatus.l. vlti.& l.2 si verò iurat de futuro, & non fuit appositum pactum,& sic venit contra sacramentū tantum,satis Deum habet vltorem C.de rebus credit.& de iureiu.l.iurisiurandi.sed si venit cōtra sacramentum & pactum, infamis efficitur:vt C.de transa.si quis maior 25.ann.sed in hac parte canonibus puto standum.Hoc idem dicit Goffre.quia siue de præterito,siue de præsenti iuret,& scienter,& prudēter falsum asserat,siue iuramentum sponte prestitū de dando vel faciendo volens violet, infamis est.6.q.1.infames. nam qui sponte periurat, mortaliter peccat.22.q.1.cap.vltimo ergo infamis fit infamia canonica.6.q.1.illi qui.Item periurium crimen est.j.eo.querelam. s.de tempor.ordi.capit.fina. ergo est famosum.25.distinctio §.nunc autem.in versi.epistola verò.verùm frater Raymundus distinguit inter assertorium & promissorium iuramētum:in assertorio dixit, ꝙ non incurrebatur infamia.argu.ff de his qui not.infa.Lucius.& j.de exceptio.denique.s.de ordi.cogn. cùm dilectus.§.vltimo.in promissorio autem infamia incurritur, vt in iuribus superius allegatis.Sed tu dic indist.vt dixi cum Goffred.ad l.Lucius.& ad decretal.cùm dilect.& denique.respondeas sic,ꝙ ibi dicit testes, quorum testimonium reprobatur, inter infames haberi nō debent:& verum est si intelligas de infamia legali,quę generaliter non ipso facto,sed per sententiam irrogatur: secus de canonica,vt dixi. Vel sic,possibile est, quòd testimonium testium reprobatur,nec ex hoc solo testes de periurio conuincuntur,vt si negotio apta non proferant 4.quæstio.3.versic.si testes. puta nudè deponunt.4 quæst.3.versic. item sola, vel causam testimonij sui non faciunt manifestam:quia per plures contrarium probatur.in authen.eo.tit.§.& licet.colla.7. & vi de quod not.j de iureiuran §.quæ pœna. Quid si quis criminosus sit, & de hoc constet, & in crimine perseueret, repellitur à testimonio etiam in ciuili.j.eo.testimonium.respon.1.ergo adulter dum detinetur in adulterio, testificari non potest.33.quæst.5.præceptum.quæst.7.qui sine peccato.& c.postulatus.1.q.1. multi.3.q.7.porrò.repellūtur ergo fures.latrones,adulteri,homicidiæ,simoniaci,& aliàs criminosi, vt in dictis c.& j. de simo.per tuas. Dicunt tamen quidam, ꝙ infames in causa criminali tantum prohibentur.ff.eo.l.3 §.lege Iul. vbi ponitur exemplum de accu.l. Iulia de vi.sed in pecuniaria admittuntur, vt ff.e.quæsitum.cum tormentis tamen,vt in auth.e.sancimus.sed hoc reprobatur in dicta dec. testimoniū.intellige enim, vt s.dixi.Repellitur etiam qui ob dicendum,vel non dicendum testimoniū pecuniam accepisse conuictus, vel condemnatus est.ff.e l.3.§.lege.4.q.3.§. item lege Iul. de vi,cauetur.in fi.talis etiā.l.Iul.repe.tenetur.ff.ad le. Iul.repe. l.eadem lege.secus videtur,si pactum fecit, vt j.e.intimauit.excipe j.tit.1.c.vlt.& accedit.j.e. sicut nobis.s.ti.j licet.§.iidē quoq; testes.In criminali autem causa, si quis producatur in testē, qui in alio iudicio condemnatus fuerit de aliquo crimine, siue confessus, vel conuictus, vel nunc in modum exceptionis inde conuinci possit,vel saltem possit probari,ꝙ aliàs inde conuictus fuerit, & saltem de facto grauata remaneat eius opinio, repellitur. j.e.te-

ADDITIONES.

a Criminali. ¶ Adde gl.in c.quoniā.de testi. Spe.in ti.de teste.§.1.versi.item ꝙ est mulier.fallit quando per masculos probari non potest crimen sm Io. And.in addi,Spec.in ti.de teste.§.1.in addi.incip.refert Iac. de Are.& per Alex.de Imo.consi.64.viso themate & dubiis,in primo vol.idem Alexan. consi.24.animaduersis.in secundo volum.

b In testamento. ¶ Adde gl.in verbo, nec femina.in c.forus.de ver.sig.l.qui testamento.in §.mulier.ff.de testam. Ant.de But.in c.qm aliqua. de testib.

c In codicil. ¶ Adde Io.And.in addi.Spec.in tit.de teste.in §.1.ver.quid de codi.& Bal.in l.fi.C.de codicil.

d Quid de hermaphrodito. ¶ Adde Spe.in ti.de test.in §.j.ver.item ꝙ est de hermaphroditis.idem Spec.in tit.de instru.edit.in §.12.versi.quid si vnus.

e Impuberes. ¶ Adde gl.& Bar.in l.talis.C.de his qui.vt indig.dic ꝙ non ad probandum delictum. vt in l.in testimonium.ff.de testi.tamen tales impuberes faciunt indicium ad torturam secundum Bald.in l.1.in §.impuberē. ff.ad Silla.Spec.titu.de teste in §.10.versi.item excipitur,ꝙ est impubes.& per Bar.in l.maritus.ff.de quæstio.

f Pupillus. ¶ Adde quid de impubere, vide gl.in c.cum itaq;. de conse.dist. 4.glo.in c.relatum.37.dist.gl.& ibi Abb.in c.cum nobis.de præscrip.glo.in verbo impubes.in §.testes.inst.de testa.gl.in c. notionem in §.instrumentorum.& ibi Bar.ff.de verb.sig Spec.tit.de teste.in §.1.versi.sed nunquid factus pubes.Io.And.in c.ex parte.de corpo.viti. Abb.in c.fi.de verbo.sign. Bar.in tractatu de testi.in §.item repelluntur impuberes.

g Portæ. ¶ Adde tex.in reg.infamibus,de reg.iur.lib.6.

h De iure. ¶ Adde c.testes.2.q.7.c. cum te.de re iudi.c.testimonium.de testi. fallit,si sit electus de concordia partium secundum Bald.in c.Imperatorū. in vlt.col.ver.item posset esse testis. de iur.cal.

i Papa. ¶ Adde Archi.& Domi.in §.hinc colligitur.2.q.7.S. Tho.2.2.q.68. argu.vlti.in fin.

j.e.testimonium.quantumcunq; pœnitẽtiam egerit,ut in fi.di cit.Sed in ciuili non repellitur,licet probetur,quòd aliàs in modum exceptio.repulsus fuerit, & si de facto tantum remaneat infamatus.sic §.j. decr.testimoniũ loquit de infamia iuris & facti:vt ibi no.§.vl loquit de infamia facti.Et ex hoc habes,ꝙ infamatus etiã de facto in criminali repellit:vnde & pendente accusatiõe nõ põt qs produci in criminali,vt j.e.c.vl.sicut non põt aliũ accusare,iij.q.xj.negãda.ff.de pub.iud.is qui.& sic debet esse testis sine aliqua infamia in criminali.ij q.vij.testes.quia tales requiruntur ad testimoniũ,quales ad ordinũ ꝓmotionẽ, vt ibi,& j.c.vlt.sic q nõ potest denũciare,nec testificari.j.de ac cũ oporteat.aliàs inter accusantẽ & testẽ distinguit qa aliquis admittit ad accusationem,qui nõ admitteretur ad testimoniũ.vt infra,qua.acc.nõ pos.c.vlt.ibi enim admittitur accusator,cuius actor repellitur.Sed in testem nõ admitteretur. j.e.licet ex quadam res.j.& est ratio:quia inter accusatorem & testẽ distingue debet: testis enim probat,nõ acusator. infrà,de simo. licet Heli.§.pen. in fi.In crimine aũt læsæ maiestatis omniũ est cõditio exæquata:quia quilibet indistinctè admittitur.suprà,de confessis.c.j.ff. de qstionibus.l.de minore.res.j.& C.ad le.Iul.maie.nullus xv.q. iij.sanè.vj.q j.§.verum.ver.si quis cum militibus.cũ tormẽtis tamen admittuntur infames.ff.eo.l.ob carmen.§.si ea.sed in simo. dist.vt no.infrà,de simo.in summa.& dist. in c.licet.§.pen.& ca. seq.per tuas.Ex quo autem aliquis egit pęnitentiam, admittetur in ciuili,ut dixi,uel etiam quãdo de crimine ciuiliter agitur. infrà e.testimoniũ.& est ratio, quia nouus homo videt factus, vt de pœ.di.j.agite. 50.dis.ferrũ.suprà,de sum.tri.firmiter.§.pę. & intellige,quando egit pœnitentiam nõ fictam, sed veram,& quando non rediit ad vomitum,tanquam canis,ut no. infrà,de pœ §.quæ pœnitẽtia sit fructuosa,quę non.Sed quomodo sciã an sit emendatus de crimine,vel etiam confessus,si publicã pœnitentiam egit,hoc planum est. 50.di.in capite,sed in occulta nõ debet sacerdos parochianum suũ ꝓdere aliquo verbo, uel etiã signo,vt j.de pœniten.omnis.s.de offi.or.si sacerdos.dicas hoc verũ esse,nisi ad instantiã peccatoris,ergo peccator per sacerdotẽ suum probabit se emẽdatum, qui propter hoc testimonium nõ debet pecuniã accipere,uel aliquod xenium, aliàs simoniam cõmitteret.infrà,de simo.nemo.crederet ergo sacerdoti ꝓprio in hoc casu. 50.di.in capite.ij.q.j.si peccauerit. qa ipse debet cognoscere oues suas.Sed quomodo credetur vnius testimonio [a] in præiudicium alterius.contra,infrà e.veniens. & ca. licet vniuersis.respõdeo:quia cùm solus soli confiteatur, vt j. de pœni. omnis.impossibile est,quòd per plures probetur,ergo faciat homo qđ põt.xxij.q.ij.faciat.præterea non præiudicatur quò ad principale pricipaliter:sed quò ad exclusionẽ, siue exceptionẽ, per quam repellebatur testis, licet fortè diceret veritatem,quæ exceptio ad honorem Dei inducta est,& ob fauorẽ animarũ delinquentium,scilicet ut citius conuertantur,& pœnitẽtiã agãt: ergo sufficit ꝙ satisfactum sit vicario Dei, hoc est sacerdoti.ipsi ergo confessio per ipsum probabit,& iniunctio pœnitentiæ, satisfactio autem per domesticos & priuatos, qui eum videbãt ieiunantem, & eleemosynas facientem, & confitentem, quòd talis sibi fuerat pœnitẽtia iniũcta.aliàs impossibile foret,ꝙ aliqs probaret se de crimine emendatũ. Quid ergo de illis qui etiam de licẽtia sacerdotis cupiũt trãseuntibus confiteri? Bene potest dicere sacerdos,quòd ab ipso licentiam petierit,sed non, quòd pœnituerit.ergo quilibet caueat sibi Et quid si sacerdos moriatur,ideo tutũ est,ꝙ Episcopo suo confiteatur,& etiam proprio sacerdoti si timet,ꝙ cõtra ipsum aliquoties ꝓbari possit. *Et fortuna*,id est,diuitiæ:quia semper magis creditur diuitibus.ff.eo.l. iij.ij q.iij.§.itẽ in criminali.C.ad leg.fal auth. sed cùm testator. & hoc qñ habetur suspicio de corruptiõe,ut quia lusor est,uel meretricator,vel potator:secus si bonę famę sit, & fidelis, quãuis pauper.ar.Insti.de suspec.tut.§ vlt.sed & vbi fidelis diues,& pauper fidelis inducuntur:semper ponderosior est uox diuitis, & in dignitate constituti.ar.suprà de elec dudum.j.quia potentioribus pares esse non possumus.ff.de alie.iud.mu.cau. fac.l.iij. *Fides*,quia infidelis, ut Iudæus,vel hæreticus contra fidelem non admittitur. 2 q.7 §. si hæreticus 24. q. 3. ipsa pietas. infrà de hæreti.excommunicamus.& dixi in Summa. sed inter se testimoniũ dicũt,& si hæreticus & orthodoxus adinuicẽ litigẽt, uel Iudæus & infidelis in testem productus ꝓ orthodoxo aliquid dixerit, ualet testimonium suum: orthodoxis autem adinuicem litigãtibus,nõ producitur infidelis,nisi contra illũ, qui in curialem trahitur cõditionem.C.de hæreticis.auth.si hæreticus.2.q. 6 pagani.cum duob §§ sequenti sed contra, quia Iudęi contra Christianos [b] vtuntur testimonio Iudæorum.j.eo.Iudæi.verum est de facto:ideoq; non dixit, Vtantur:sed uti præsumãt.q.d.nõ possunt vti:quia non admittit aliquis,nisi sit fidelis conuersationis.j.e.licet vniuersis inde est, quòd excõmunicatus testificari nõ potest:imò relaxatur sententia,ut liberè testificetur.j.eo.veniens.in fi.Idem videtur de suspenso.j.de accus.olim.j.v.& P.G.

& de excep. Apostolicę.G.in subsidiũ tamẽ etiã hæretici cõsueuerunt admitti.C.de hære.quoniam.in fin.sed hodie non tenet, secundũ Gof. *In testibus ista requires*.verum est: sed & inter multa alia requirendum est,an sit amicus, uel inimicus. odiosi enim si probentur capitales,incõtinẽti repelluntur,admissa probatiõe: sed si leuis inimicitia opponitur,ut de causa pecuniaria,admittitur eius testimonium, & in tp̃s disputationis reseruatur qstio.& no.si s.eo.ver.bene dico cõditio.Repellũtur etiã executores negotiorũ.infra e.super.ff.e.l.vlt.vnde & si is qui procurator fuit in principali vel aduocatus,nõ potest esse testis in causa & appellationis.vt in auth.d.n.extrà,eo.ti.Romana. resp j. sed & repellũtur etiam ignoti & nimis obscuri.recipiuntur tñ cum verberibus inferendis à iudice,si administrator sit.auth.e.§ si verò dicatur.& §.si verò ignoti.colla.vij.& inimici capitales & conspiratores æqparãtur.j.de sen.& re iud.cũ I.& A.& de simo.in c.fi.& c.per tuas.§.uos.& § cæteras.& ff.de arb.licet.& de adimẽ.leg.l. iij.Inimici ergo suspecti repellũtur.4.q.3.§.itẽ in criminali.vers. itẽ testimoniorũ.ij.q.j.in primis.& c.prohibent.iij.q.5.c.j.& 4. [c]

Hi verò omnes lege repellũtur. In ꝓhibitione aũt habet aliquando mista consideratio personarũ & rerũ,ut ecce licet in qualibet re possim testificari,in propria tamen principaliter vel secundariò non ferã testimonium.ff.e.omnibus.iiij.q iij.versic. item nullus. excipiuntur causæ collegiorum,& uniuersitatum, secundum Goffred.quod dic,vt no.infrà e.uer.& cum causa uniuersitatis. Item excipitur legatarius,vel fideicommissarius, qui admittitur, non quando agitur de legato, uel fideicommisso: sed si quæratur, cuius debet esse hæreditas.Institu de testamen.§ legatariis. sed ex uoluntate aduersarii potest legatarius inueniri iudex & testis, & tamẽ impropriè loquitur,scilicet cùm iuramẽtum defertur hæredi. C de fideicommiss.l.vlt.Venditor ergo pro emptore uel debitor in causa pignoris pro creditore admitti non potest:quia ꝓpria causa ipsius videtur,usq; adeò,ut etiam biduũ, sicut in sua olim præstabatur.ut ff. quando appell. sit. l.ii.§. sed si alius. ij. q. 6 §.biduum.ff.de appellationibus.l.iiii.§.alio. Idem in iudice, q iudicaturus est interim,dum causa pẽdet.fortè idem, & si finita sit,licet Placen.de hoc dicat se nihil egisse.idem in patrono causæ.suprà de transactionibus.ex literis. & in executoribus negotiorum:ut ff.eo.l.ultima.& 2.q.6. statuendum. secundum Azo. Sed hoc uidetur debere intelligi tantùm dum causa pendet. secundum Placent.arg.s.tit. .quoniam contra falsam.& quando

iii quæritur

ADDITIONES.

a Testimonio. ¶ Adde Spec.in tit.de teste,in §.restat.versi. sed tamen fallit. & per Car.Alex.in c.de Syracusanæ.xxviij.distin.

b Iudæi contra Christianos. ¶ Adde c.placuit.iiij.q.iij.Spec.in tit.de teste. in §.j.ver.item quòd Iudæus.& per Alex.de Imo cons.lxx.incip.viso processu inquisitionis formatæ.in primo vol.dic hoc esse verũ,non solum si est nunc Iudæus, sed etiam si nouiter à Iudaismo vel hæresi ad catholicam fidem est conuersus:vt est tex.in c.non potest.ij.q.vij.

c Præter sex prędicta versibus comprehẽsa adiicit & alia Martinus hoc ipso titu.ait enim fidei nobilitatem, & dignitatẽ testium attendi debere: quia numerus in testibus non semper præualet,extra de test.ca.in nostra.& de renũtia.super hoc.& iiij.q.2.si testes Testis quoque sine malitia esse debet. vnde. si conuincatur de crimine,repelli debet. extra de testib.testimoniũ & c.super eo.& de exc.c.j.Sed testes criminosi,si sunt emẽdati,recipiunt in causa ciuili,& in criminali.si ciuiliter agatur:dummodo non sint infames, vel periuri,vt in d.c.testimonium. Criminosi quoque recipiuntur contra infamatum de hęresi & simoniacũ.modo sint catholici,extra de simo.cap. tanta.& c.per tuas. Testes etiam minus idonei admittuntur propter defectum probationis,qui aliàs repelluntur,C.de hære.l.fin. de elect. cùm dilectus.Testis tamen non efficitur infamis,nec etiam punitur,licet crimen eius in modum exceptionis probetur.de ord.cog.cum dilectus. Intelligitur tamen reprobatus testis eo ipso, quòd iudex scienter iudicat ꝯtra ipsum.d.c.cùm dilectus.Testis etiam debet esse persona communis, & pro vtraque parte debet dicere puram & meram veritatem. iij. q. ix. hortamur.& q.iiij.nullus.alioquin is,qui malo zelo mouetur, testis esse non debet.de accusa. cum oporteat.de simon.per tuas.j.& xj.q.j.conspirationũ. Item prætor potest esse testis,qui testimonium dicere debet.iiij.q.iij.§.itẽ in criminali.& de testib. clerico. Denunciator quoque in causa denunciationis recipi debet pro vno teste.extra eo.tit.in omni negotio. vbi de hoc. Item non admittitur quis in causa communi duorum vtriusque.est argu. ff.de ritu nupt.l qui liberi.§.idem iuris.Pater quoque & filius & similiter in eodem testamento testes esse possunt:similiter & duo fratres.quarta q. stione secunda. §. item in criminali.ver.item pater. Quædam tamen sunt personæ, quæ aduersus conuicinos suos testificari non coguntur. dicto. §.item in criminali.ver.itẽ in lege.Synodales quoq; testes debent circumire prouinciam.& quæ inuenerint, debent ad concilium reportare, & tales debent esse honesti & discreti. quibus meritò sit credendum, & debent procurari à parochiis,ad quas vadunt.de accusationibus.sicut olim. vbi de hoc in gloss.Iuramentum autem quod faciunt in synodo,extenditur & durat vsque ad finem officii sui,siue coram ordinario,siue coram delegato causa tractetur,sicut iuramentum de calumnia extenditur ad omnia quæ causam contingunt.de testib.cog.præterea.vbi de hoc.Martinus

quæritur de facto, quod non eſt ſibi notum, tanquã iudici: quia hoc ſciebat, antequã cauſa moueretur, vel delegaretur: in quo caſu, ſi non poſſit per alios probari veritas, ſi delegatus ſit, debet remoueri, & alius ſurrogari, & ſi hoc opponatur, & non admittatur, rectè appellatur. ĵ. e. dilecto. ſed ordinarius debet alij delegare. arg. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. prætor. quia curandum eſt, quòd veritas rerum ſalua ſit. vt no. ŝ. de probationibus § quis debet probare. verſicu. nunquid ergo. & ſequen. porrò finito negotio poterit teſtificari, vt not. ŝ. titu. 1. §. quid debet probari. verſic. item licet. quod intelligas, quando vertitur in dubium de proceſſu, vt probatur ĵ. de exceſſib. prælator. ex literis. & capitu. ſequen. § præterea. Item de facto, quod ei notum eſt tanquam iudici, etiam pendente iudicio, ſupplere poteſt, vt no. ŝ. de officio iudic §. quando & in quibus. verſic. vt ſupleant. procurator tamen vel aduocatus prioris iudicij in cauſa appellationis non admittitur, vt in authen. d. n. eodem titu. extrà, Romana. Item de domo iudicis nec teſtis nec accuſator producetur. 4. q. 4. capitu. fina. quare ergo aduocatus admittitur de domo iudicis, vt ŝ. de officio iudicis. capi. 1. reſpondeo, quia aduocatus non probat, teſtis probat. primus enim eſt teſtis iuris, ſecundus veritatis facti, vnde magis intereſt illius, contra quem producitur, ꝙ poſſit repellere teſtem, quàm aduocatum: vel dic, ꝙ teſtimonium vtriuſque in ſubſidium admittitur, vt innuit decre. allegata. argu. in his quæ not. ĵ. titu. 1. §. 1. verſicu. videtur. Item capit. allegatum loquitur in criminalibus. Quid ſi aduocatus[a] recipit pecuniam ab aliqua partium, vt non foueret aduerſam? Videtur quòd non poſſit eſſe teſtis. argu. in his quæ not. ŝ. eod. §. reſponſo 1. verſic. fama, & verſi. repellitur etiam. ſed contrà, quia hoc edictum prohibitorium eſt, vt not. ŝ. eod §. reſponſo 1. Item in cauſa communis criminis, ſcilicet mei & tui, licet te accuſato & nõ me, tua ſit cauſa, & non mea, non tamen admittar in teſtimoniũ, nec tibi contra me credetur. ĵ. eod. veniens. & capitu. perſonis. ŝ. de confeſſ. capitu. 1. ĵ. de adulter. ſignificaſti. C. eod. quoniam. obſtat enim par cauſa turpitudinis, excipitur crimen læſæ maieſtatis. ŝ. de confeſſ. capi. 1. & ſimoniæ, in quo mediator qui nullum emolumentum habuit, ſi ciuiliter agatur, ſubaudi, & contra clericum inferioris ordinis, qui de facili remoueri poſſit, admittitur ĵ. eod. extrà, mediatores. & de ſimon. per tuas. in ciuilibus autem non admittitur mediator, niſi volente vtraque parte. in authen. eod §. quoniam. collatione 7. Quid ergo de ſociis,[b] diſtingue ſecundum Azon. ſi ſocius meus agit de parte ſua, ita ꝙ mihi nullum emolumẽtum acquiratur, admittor in teſtimoniũ: aliàs contrà. C. eod. quoniam liberi. ff. quando appellan. ſit. l. 1. §. in propria. 2. q. 7 §. biduum. verſi. propriam. 4. q. 3. verſic. item liberi. Si ergo ſunt ſocij alicuius negociationis, vel omniũ bono. repellendi ſunt. ff. pro ſoc. cum duobus. §. vlti. ſed ſi inciderint in communionem, putà quia vnus fundus duobus donatus eſt, ſi alter litiget de parte ſua, admittitur alius: cum enim non proſit, nec obſit ſententia alterius. argu. de præbend. dilecto. in fin. Moueor tamen de eo quod dictum eſt, mediatorem non admitti, niſi vtraque parte conſentiente, & quia non diſtinguitur vtrum pro indiuiſo donatus ſit: tunc enim non videtur vllatenus admittendus: quia cauſa duorum, vtriuſque eſt. ar. [illegible] de ritu nup. illud. & hoc probari videtur C. e. quoniam. §. ideo iuris. licet quidam illud referant non ad primum dictum legis, ſed ad ſecundum. ſic habetur conſideratio perſonæ & rei.

3 Sed & perſonæ ad perſonam fit cõſideratio. nam parentes, † & liberi non admittũtur in teſtimonium etiam volentes, nec pro, nec contrà. C. eo. parentes. 3. q. 3. verſic. item pater & filius. niſi in teſtimonio filiifamilitis. ff. de teſta qui teſtamento. §. per contrarium. Inſtit. de teſta. §. in teſtibus. Appellatione autem parentis[c] & mater continetur, ſicut & nomine patroni continetur patrona. ff. de verbo. ſigni. patroni. Pater tamen & filius, item duo fratres in eodem teſtamento teſtes eſſe poſſunt. ff. de teſtamen. qui teſtamento. §. per contrarium Inſti. de teſta §. in teſtibus 4. q. 3. verſic. item pater. Item cùm quæritur de ætate, etiam profeſſio matris admittitur. vt ff. de proba. etiam. ſed hoc ſecundum Azon. intelligendum, quantum ad præſumptionem, vt ſcilicet tanquam adminiculum coadiuuet dicta teſtium aliorum ſic ĵ. de ſucce. ab inteſt. capitu. vlti. & de ſimo per tuas. ad fin. reſpon. 1. C. de rei vendic. indicia. Dicas Azo. dictum verum eſſe, quando quæritur de minoritate ad hoc vt filius in integ. reſtituatur, ſecundum ea quæ not. ŝ. titu. 1. §. & quot ſunt ſpecies. verſic. item minor ætas. & ſequen. nam in cauſa matrimoniali cùm quæritur vtrum matrimonium conſtare poſſit, vel contrahi, conſanguinitate impediente, vel non impediente, & parentes, & conſanguinei nedum admittuntur, imò cæteris præferuntur. præſumuntur enim ſcire veritatem genealogiæ ſuæ, id eſt, conſanguinitatis vel parentelæ, & magis laborant hoc ſcire tum per inſtrumenta, tum per recitationem maiorum, vt infrà, qui mat. accuſ. poſſ. videtur. ĵ. de ſen. & re iudica. tenor. His autem deficientibus, admittuntur extranei honeſti, & bonæ famæ, & omni exceptione maiores. infrà, de conſangui. & affini. capi. 1. non tamen ſufficit hodie teſtimonium de auditu, niſi & ab hominibus bonæ famæ ſenioribus, & antiquis hoc audierint poſt motam litem, & plures à pluribus, ita quòd quilibet de pluribus loquatur. nam ſi ſinguli de ſingulorum auditu loquerentur, eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares: & ideo non admitterentur, vt ĵ. eod §. quotus numerus. & debent iurare, quòd bono zelo teſtificantur, non odio, non amore, non timore, vel commodo aliquo temporali interueniente, & debẽt incipere à ſtipite, vel germanis ſingulos gradus ex vtroque latere propriis nominibus, uel æquipollentibus circunloquutionibus ſufficientibus exprimentes: ideoque ſi decem teſtes probant unum latus, & alij decem aliud latus, non puto ſufficere, licet quilibet de germanis faciat mentionem: quamuis Ioan. contradixerit, & debent concludere, quòd ita acceperunt à maioribus ſuis, & quòd credunt ita eſſe. ſed nec iſtud ſufficit, niſi dicant ſe vidiſſe germanos: vel conſanguineos ſecundos, uel ſaltem tertios pro conſanguineis ſe habere: ſic reſtringitur facultas probandi, & eſt ratio: quia tolerabilius eſt aliquos contra ſtatuta hominum admittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta domini ſeparare. ſic intellige infrà eo. licet ex quadam. & de conſang. & affini. tua. & infrà eod. quoties. 35. quæſt. 1. capi. parentelæ. ea. quæſt. 6. de parentela. & de hac materia plenius. ĵ. de conſang. §. vſque ad quotum gradum. verſicu. & quia iudex. Idem fortè erit, quòd recipiatur mater, ſi quæratur de pubertate uel minoritate, ſcilicet ut ſciatur an matrimoniũ teneat, uel non teneat. argu. in d. l. ff. de probat. etiam. & accedit ĵ. de deſpon. impu. de illis. à nobis. atteſtationes. quia & ipſa melius nouit ueritatem. uel diſtinguitur, an nobilior & ditior ſit extraneus ſponſus, quàm filia, ut ſequen. uerſi. Vbi autem quæritur, utrum matrimonium contractum ſit, uel non, cùm filia hoc aſſerat, & ſponſus extraneus hoc neget: ſi ſponſus ditior & nobilior ſit, nõ admittitur mater, nec etiam conſanguinei: ſic enim uilis mulier poſſet petere regem in uirum. uel ruſticus reginam, inducens teſtes de conſanguinitate ſua, uel ſi ſint pares, uel quaſi, uel extraneus ſponſus infirmior, & tunc admitti poſſunt. argu. op. ŝ. de reſcript. ſedes. §. fina. ſed certè in pari uidetur ſuſpectum teſtimonium. iuxta illud: Si quæris aptè nubere, nube pari. hoc ergo arbitrabitur bonus iudex: nam & inuenio, quòd conſanguinei admittuntur. ĵ. de ſpon. ſicut ex literis. & argu. infrà eod. ſuper eo. & licet loquatur ibi de matre tantùm, idem puto de conſanguineis. argu. C. de emenda. propin. l. unica. & de tranſact. de tutela. & uide infrà uerſic. qui incipit, Habet autem licet minores diuitiæ repellerent matrem, quàm conſanguineos hos, tamen ſuſpecti repelluntur. ut infrà eodem. in literis. In contractibus igitur aliis non admittitur pater, uel mater, uel filius. ut infrà, qui mat. accu. poſ. uidetur. in fin. nec fratres qui in eiuſdem ſunt poteſtate, quamuis extranei inter ſe teſtificentur. 3. quæſt. 4 uerſic item pater & filius, cum duobus uer ſicu. ſeq. & uerſic. item teſtis idoneus. & ff. eod. teſtis idoneus. Item in teſtamentis conficiendis, ſi inſtituatur filiusfam. non poteſt adhiberi teſtis pater eius, uel frater: quia in eiuſdem patris eſt poteſtate: reprobatum eſt enim in ea re teſtimoniũ domeſticum, aliàs ex una domo plura teſtimonia habere non nocet. Inſti. de teſta § pater. & ſeq. & adde quod not. ſuprà eodem uerſi. ſed & perſonæ. Item iure ciuili domeſticum teſtimonium[d] generaliter reprobatur. 3. quæſt. 5. per totũ. C. eod. etiam. 5. q. 3. uerſi. item etiam. ff. e. l. pen. domeſtici autem dicuntur[e] coloni adſcriptitij, filij, ſerui, & mercenarij, & hi qui de familia ſunt alicuius. ĵ. eo. in literis. C. de his qui ad eccle. confu. præſenti. §. ſanè ſi ſeruus. ff. de pœnis. reſpiciendum. § furta. ff. ad Syllan. ſenatuſconſul. l. 1. §. ſi vir. ff. de re mili. qui cum uno. C. de quæſtionibus. pridem. ff. de ædili edict. ædiles. § familiæ. ff. de relig. & ſump. func. l. familiaria. & breuiter ſecundum Goffre. omnes illi qui ſuſpecti ſunt in iudicando, repelluntur à teſtificã

do: quia

ADDITIONES.

a Aduocatus. ¶ Adde glo. in uerbo, uel cognitor. in c. ſtatutum eſt. 2. q. 6. l. nemo. C. de aſſeſ. & in l. fi. ff. de teſti.

b Quid ergo de ſociis. ¶ Adde gl. in c. ueniens. de teſt. gl. in l. quoniam liberi C. de teſti. & ibi Cyn. in 1. q. gl. inſti. de teſtam. in §. legatariis. Spe. in titu. de teſte. §. 1. uerſi. item nunquid ſocius. Bal. in l. non ideo minus. in pe. col. C. de accuſa. Ang. in l. ea quidem. in 7. col. e. ti. Doct. in c. 1. de confeſ. ubi concludunt ꝙ ſocius criminis non admittitur in teſtem. Fallit in criminibus grauibus, puta in crimine læſæ maieſtatis, falſificationis monetæ, & aliis caſibus quos enumerat gl. 2. in c. 1. de confeſ.

c Parentis. ¶ Adde Alber. Malet. in tractatu de teſte, in 1. colum. uerſi. idem intelligendum eſt de aduoc.

d Domeſticum teſtimonium. ¶ Adde Spe. eo. tit. §. 1. uer. item excipitur. & in l. etiam. & in l. penul. ff. de teſti.

e Domeſtici autem dicuntur. ¶ Adde gl. in c. in literis. de teſtib. gl. ſummæ. 3. q. 5. l. reſpiciẽdũ. in §. furta. & ibi Bar. ff. de pę. Bar. & Sal. in l. ẽt. C. de teſtib.

do: quia testes absque suspicione & iusamia esse debent.2.quæst. 7.testes.secundum Goffre.nescio si scriptor errauerit.nam multa repellunt iudicem, quæ non repellunt testem, vt not.s.de offic.delega.§.& qualiter finiatur.sub §.sed nec illud omittendum. §.quæ sunt iustæ causæ.ver.illud est specialiter.& j.eo.versic.sed certè omnes. Quid si quis fuit colonus meus,[a] vel mercenarius, modo non est: nunquid potest pro me testificari? Sic, de consuetudine.& arg.ff.de postul.l.3.§.affinitates.quod dicas verum, nisi in fraudem eum à me eiecissem, ideo vt pro me testificari posset. est tamen arg.contra cõsuetudinem, quæ ipsos admittit: quia seruus in memoriam præteriti dominij non torquetur contra antiquum dominum, ergo nec pro, vt C.de quæstionibus.seruos nõ solùm.ff.de quæstionib.vnius.§.seruus.1. Quid de vxore?[b] quidam vt Pla. indistinctè admittunt ipsam: quia non prohibetur aliqua lege.ff.e.l.1.nec enim sunt restringendæ probationes, sed dilatandæ, vt no.s.de prob.§.quis debet.ver. nunquid ergo negatiua.& sequenti. Alij distinguũt, an sit debilis naturæ, quæ timeat maritũ, & talis respuitur: an virago, quæ de facili verberaret maritum, si auderet loqui, & talis admittitur, dũmodo aliàs sit bonę famæ.ar.C.e.l.eos.4.q.3.ver.itẽ eos. Dic indistinctè. ipsam repellendam: quia nemo de domo propria testem producere potest. ff.e.l.pen.& vxor est socia diuinę & humanę domus.ff.rerũ amota.l.1.C.de crimi.expi.hære. aduersus. imò etiam sunt vna caro, vt s.de bigamis.debitum.j.de conuer. coniug.ad Apostolicam. arg.ff.ad Sylla.senatusconsul.l.1.§.si vir. nam & funus ipsius domesticum dicitur. vt ff.de in ius vocand.l.2. & si quis caution.sed & si quis.§ præterea.& ff. de iudiciis.interdum. quinimò lex expressa est, ꝙ nomine familiæ[c] continetur.nam si quis impetrauit priuilegium vt liceat sibi familiam suam ducere, potest ducere liberos, seruos, filios & vxorem.C.de re milit. quicunque.lib.12. & expressim 47.dist.§.necesse.imò magis coniuncta est, quàm pater vel filius, vt patet in authoritate protoplasti: hoc nunc os[d] de ossibus meis, & caro de carne mea, & propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna, vt s.de bigamis.debitum.excipe.C.de quæstionibus.l.3. Quid si volo ꝙ testificetur contrarium? posset dici ipsam admittendam.ar.C.de legibus.quod fauore.sed contrà 4.q.3.versi. item parentes.C.e.seruos.& de quæsti.l.1. Quid de socio? Hugo. dicit ipsum non admittendum. arg.ff.solut.matri.l. rei iudica.§. vlt C.de verb.sig.l.vlti.ff.de iniur.l.1.§. item aut per semet. Lanfranc.Cre.contrà, quia cum inuitus non cogatur, vt dicam j.tit. 1.restat ꝙ volens admittatur.4.q.3.versi. item.l.Iulia publico.1. Sed & familiares repelluntur.ff. de ædil. edict.l. ædiles.§.familiæ. ergo etiam cohabitantes.arg.j.eod.in literis, & s.de offic.deleg. insinuante. Sed hoc non est verum generaliter, nisi sint suspecti. multi enim iudices possunt recusari, tanquam suspecti, qui non repelluntur à testimonio. nam & concanonicus non potest esse iudex.s.de offic.deleg.cùm R.canonicus. & tamen est testis.s.de offic. Archi.capi.fin.& est ratio: quia facilius inueniuntur mille iudices, quàm vnus testis. ad hoc pertinet quod not.s.eod.sub §.sed & personæ ad personã.versi. Item iure ciuili.sic non obstat decre.insinuante. nec alia, in literis, ob.qa loquitur in causa mrimoniali & de suspectis familiarib.& malę opinionis, vt dicit lra.

Et cùm causa vniuersitatis nõ sit singulorum, uel econtrà.12.q.2. qui manumittitur. & ff.quod cuiusq; vniuersi. nomi.sicut municipum.in causa collegij quilibet de collegio[e] testimonium ferre potest.14.quæst. 2 super prudentia.j.eod.insuper.& cap.tuis.& cap.nuper.& cap. cùm nuncius.& hoc in causa ciuili.in causa etiã criminali si prælatus accusetur etiam ab aliquo de ipso collegio, potest quilibet subditus, bonæ famæ tamen, contra ipsum ferre testimonium.13. quæstio.2. super prudentia.2.q.7.lator nemesion. s. de electio. per inquisitionem. dummodo non sint conspiratores vel inimici.j.de senten.& re iudic.cùm I.& A.& de simo.licet. & cap.per tuas. & de accu. illa præpositorum. & est ratio: quia non magis reprobatur domesticus accusantis, quã accusati. Si verò aliquis de vniuersitate accusat extraneum, & cæteri de vniuersitate non possunt pro ipso testimonium ferre. 14.q.2. super prudentia.3. quæst.5 accusatoribus. & cap.antepenul.j. de accu.repellantur. videtur tamen, ꝙ in defectum tales admitti possent.argu.j.de iureiur.& si Christus.in fine.j.titu.1.capitu.fina. Sed nunquid prælatus,[f] vel rector ecclesiæ in causa eiusdem ecclesiæ poterit esse testis? Ita videtur per præmissa iura. & quia procurator est non dominus.j.de donationibus.cap.2.vnde si videt ius ecclesiæ periclitari propter defectum probationis, debet alium procuratorem qui nomine ecclesiæ agat, constituere, vt s.de iura.calum.c. fina. & ipse testificetur.arg.j.eodem.dilecto. & dicat veritatem de re sibi nota, & sic etiam potest intelligi illud.j.eodem.in omni. quia nec est causa sua. vt patet in his quæ not.j.sen.& re iudi. sub Rubrica de sententia.§. quis debet sententiam.sub §.1.versi. nunquid ergo episcopus.& sequen.& de hoc not.s.de procu.§.si quis dare.versi.hoc patet.illud autem certum est, ꝙ actor & testis simul esse non poterit, vt j.e.insuper.& ar.j.de cleric.coniu. diuersis. Et tamen not. ꝙ licet supradicti repelli possunt, secundum determinationem quam posui: si tamen aliquem prædictorum pro me induxero, ipsum de cętero reprobare non potero, nisi ex noua causa superuenienti: quamuis cõtra dicta ipsorum opponere possim, si falso vel variè aliquid dicant.vt C.eo.si quis testibus.4.q.3.versi.item si quis testibus.s.de proba.per tuas.s.de of.deleg.insinuante.j.ti.1.præterea.non solum autem per legem testes repellũtur, vt dictum est satis plenè, imò & officio iudicis, ita ꝙ aliquando omnino repellitur testis, aliquãdo admittitur: sed modica fides ei habetur.repellit enim iudex effrænatam multitudinem testium, vt ff.eod l.1.& taxatur certus numerus, scilicet 40.j.eodem.cum causam quæ inter archiepiscopum.§.volẽtes.& arg.j.de cle.excom.mini.latores. sed quia aliquãdo 23.millia pauci dicuntur. vt 45.distin.disciplina. melius est, vt dicamus hoc arbitrarium.j.eo.de testib.in fi.& c. significauerunt.& vide super hoc qđ no.s.de dila.§. quibus.ver.videtur. & hic omnino repellit testes. Dabit aũt testibus magnam, fidẽ vel modicã, secundum diuersitatem personarum, & qualitatem testificationis, & quantitatem, vel qualitatẽ rei, de qua quæritur.in teste enim cõsiderabit iudex, si sit decurio, an plebeius, & vtrum sit honestę & inculpatæ vitæ, an notatus, seu infamis & reprehensibilis. Item vtrũ sit locuples, vel egenus, vel lucri causa facilè quid admittat. Item vtrũ sit amicus, vel inimicus. Item vtrum simpliciter ferat testimonium suum, s.non mutato vultu: sæpe.n.pallor, vultus, rubor, titubatio, faciũt vt minus fidei alicui adhibeat, vt dicit Marcus Tullus in Topicis, ideo debet iudex ipsum testẽ inspicere in vultu, sicut no.s.de cie.in prima forma: in illo uerbo, qui secreto & sigillatim.& attendat vtrum vnum eundemq; sermonẽ præmeditatum dicat. Item an sit consanguineus, vel extraneus, & an magna sit quantitas, vel res de qua quæritur: sed & famam consentientem attendat, & alia adminicula. & secundum hoc stabit dictis testium.vel modicam fidem adhibebit: ergo breuiter non ad vnam speciem probationis debet mentem inclinare, imò ex argumentis & testimoniis quæ rei, de qua quæritur, aptiora esse compererit, confirmabit motum animi sui.ff.eo.l.3.& 4.q.3.§.testium fides.j.e.pręterea.& c.in nostra præsentia.& s.de renunc. in præsentia.ff.eo.ob carmen.ideo dictum est, tu magis scire potes, &c.vt d.§.testium.& j.de fideiusso.constitutus.

4 Quotus numerus † testium requiritur? Ad minus binarius: quia licet aliquæ causæ plus quàm duos testes exigant, nulla tamen est quæ vnius testimonio, quãuis legitimo, terminetur: ergo in ore duorum vel trium[g] testiũ stat omne verbum.q.d. non pauciorum.j.e.c.licet.c. veniens.& c.in omni.4.q.3. Item vbi numerus.ff.eo. vbi numerus.2.q.4.§.1. & ca.1. In depositione autem Cardinalium & episcoporum requiruntur 72. testes: si presbyter 44. si diaconus.16. si subdiaconus vel inferior, ad minus 6.2.q.4.præsul.& c.nullam. Vel intelliguntur capitula de speciali priuilegio decoratis, seu quando testes non sunt idonei, secũdum Gra.vt ea.causa, & q.ea.§.sed hoc. Item cum quis inter agentes in reb. promouendus est, 15. testes exiguntur. vt C. de proxi.sacro.scri.l. vnicuique.lib.12. Item in inspectione priuilegiorũ debet quis esse contentus numero 12. j. de fide instru. accepimus. in fin. Item in testamentis 7. testes[h] requiruntur.

ADDITIONES.

a Meus. ¶ Adde Bal.consi.378.incipien.ad euidentiã.in secundo volumine.

b Vxore. ¶ Adde l.sed & si qs.ff.si quis cau.l.2.C.de testib.& gl.insti.de testa.

c Familiæ. ¶ Adde l.quicunque.& ibi Bar.C.de re mili.lib.12. Bar.in auth. de resti.fideicom.in prin.

d Nunc os. ¶ Adde c.debitum.de biga.gl.summæ.27.q.1.gl.in verbo, vaticinabatur.1.§.Adam.de pęni.dist.2.& gl.in c.fi.de frig.originaliter Gene.1.

e Quilibet de collegio. ¶ Adde Inn.in c.nuper.de test. Spec.tit.de teste.in §.1.ver.sed nunquid in causa vniuersitatis. Ant.de But.& Ioan.de Imo.in c.cum nuntius.de testi. Alex. de Imo.consi.43.incip. visis & ponderatis his quæ continentur in processu. in 4.vol.idem Alex. sibi contrarius consi.18. incip.viso, & nondum discusso processu causæ.in 2.vol. Abb.consi.16.inci. ad claram decisionem præsentis dubij.in 1.vol.

f Prælatus. ¶ Adde doct.in c.veniens.& in c.super eo.de testi.

g Trium. ¶ Adde tex.in c.ab isto die.35.q.6.c.licet.de testi.c.cũ esses.& c.relatum.el j.de testa.c.nouit.de iu.c.in omni negotio.de testi.originaliter Leuitic.19.Matth.18.& 2.ad Corinth.13.

h In testamentis 7.testes. ¶ Adde c.cum esses. de testam.fallit in testamentis Venetorum, vbi sufficiũt duo testes, sm Io.And.in addi.Spe.in ti.de instr.edi.in §.compendiosè.versi.sed nunquid de cõsuetudine. cum ver.seq.Io.de Imo.in l.3.ff.de test.Ant.de But.& Abb.in c.2. de consti. Iac.de Are.in disp.incip. Secundum consuetudinẽ ciuitatis Venetiarum, & illa disputatio est posita inter consilia Bar. Old.consi.248.inci.præsupposita consuetudine.Ang.consi.226.incip.testamenti factio.idem Ang.consi.234.inci.punctus est. Secundò fallit in testamentis peregrinorum, qui vadunt Romam pro indulgentiis.secundum Ang.in l.omnes peregrini.C. communi.de succes.& eum sequitur Pau.de Cast.in l.nutritoribus.C.e.tit.Ang.in §. qđ aũt. vbi limitat in auth.de non alie.re. Alex.de Imo.in l.fi.in pe.col.C.de testa.

a requirunt. In codicillis v.[a] & v.similiter in donatiõe causa mortis.qđ dic, vt not.j.de testamentis.§.qualiter cõficiatur. Item si quis vult cautè deponere,faciat hoc cũ subscriptiõe triũ testiũ: vt in auth.de instrumẽtorũ cau.& fi §.si qs igitur.colla.vi. Item v.requiruntur in cõfessione creditoris,dicentis sibi pecuniã solutã,& debẽt esse rogati,ut in testamentis,ut Co.e.auth.rogati. qđ dic vt no.s.de cõfes.§.an error.in dist.cũ quis extra iudiciũ. Item in cõtractu,qui excedit librã auri in ciuitate.C.si cer. pet.
b auth.nouo. Vox aũt unius,[b] vox nullius,et si præclara dignitate fulgeat.j.e.cùm à nobis.& c.licet ex quadam.in fi.respõ. 1. C.e. iusiurandũ.4.q.5.item iusiuran.xxxiii.q.ij.admonere.Sed cõtrà 11.q.1.quicunq;.quidam dicũt illud speciale in episcopo:& malè,vt j.e.cùm à nobis.6.q.2.c.2.imò secundum Iac.antiquũ nõ inducit præsumptionem vnius testis. vt ff.de quæst.maritus.sed malè dicit arg.ff.quẽadmo.test.ape.l.1.in fi.ut no.j.de iureiur.§.quando sit deferendum,uer sed si semiplenè. Hoc fallit, nam si quæstio est,an instrumentum publicũ sit uel non:uidetur standũ assertioni illius qui ipsum confecit.arg.C.ad le.Cor. de falsis. si quis decurio.si tamẽ habet nomina testium inscripta, aliter non,in auth.de instr.cau.§.si verò.col.6.j.de fide instr.c.2.Item in his in quibus nemini paratur præiudicium, statur testimonio unius,vt si dubitetur an aliquis baptizatus sit, uel an ecclesia sit consecrata.de conse.dist.4 paruulos.& capit. cùm itaque.Item ubi testator hoc voluit,ut ff.de dote præleg. Theopompus.Itẽ ubi de consensu partium ita conuenit, cùm & testimonio aduersarij stari possit.C.de fideius.l.ult.Item quantum ad præsumptionẽ.lxxxvi.dist.tanta.xxviii.dist.de Syracusane.xxii. quæs.4. innocens.Item statur testimonio unius, quò ad hoc, ut matrimonium impediatur,nisi iam fortè firmatum sit iureiurã. ut j.e.super.& de spon.præterea.quod dic ut no.j.de spon §. fi.uer. Item tertiò.sed contractus nũquam separatur. j. de eo qui cog. consan,uxo.suæ.de illo.& cap.super eo.Item quando quæritur, utrũ aliquis sit emendatus de crimine, statur testimonio sacerdotis,ut infrà eo.testimonium,& de simonia.nemo. cùm enim secretò confiteatur,aliter probari non potest.Item prima denũciatio charitatiua eadem ratione per unum tantùm probatur:
c quia nec aliter potest,ut j.eodem.in omni.[c]

5 Quid debent iurare † & qualiter. Tactis sacrosanctis Euãgeliis,nisi sit Episcopus uel sacerdos,ut C.de epis.& cle.authen.sed iudex.11.quæst.1.non flagitetur,mihi incipit,Imperator.& c.si iudex.hi enim iurabũt propositis Euangelijs,non tactis.s.de iuramen.calum. c.ulti.alii dicunt hoc speciale in episcopis. sed uidetur, quòd debeant euangelia tenere in manibus. argum.1.q.7.quoties.dic ut not. s.de iura.calum.§.quis debet iurare.uersi. procur.Item remittitur iuramentum de consensu partium. infrà eod. tuis.& argum. ff.de ferijs.l.1.alias,quantæcunque religionis sit testis, nunquã creditur ei,nisi iurauerit,si aduersarius cõtradixerit etiam fratri minori.infrà eo.nuper.nisi cùm tractatur de uentre inspiciẽdo ut ff.de uentre inspi.l.1.respon.1.& quando matronæ inspiciũt an aliqua uirgo sit.creditur enim testimonio matronarũ.suprà, de proba.proposuisti.& sic sine iuramento, ut j.not.de cohab. cle.& mul.§.qualiter.in fin. obtestantur tamen: quod dic, ut not.infrà de frigi.§.qualiter & quomodo diuortium. uersicu. si uerò impotentia. Debet autem iurare, quòd totam ueritatem quam nouit,de causa illa dicet.3.q.9.hortamur.& solam ueritatem, scilicet quòd non misceat falsitatem.2.q.4.nullam.nec de suo aliquid adiiciat,nec quod uidetur etiam bonum,addat.3.q. 9.pura.j.de accu.qualiter.1.§.formam.& c.seq. Et hoc ideo inuẽtum fuit:quia cùm quidam iurasset dicere ueritatem, & eam dixisset, & apposuit postea contrariũ in dicto suo, & cũ postea redargueretur de periurio,dixit ꝙ non deierauit:quia si pluris erat res,utique tanti erat.& iunge quod nota.j.e.§. quæ diuersitates.uersi idem uidetur.Item iurat dicere ueritatem pro utraque parte.C.de episco.& cle.auth.si iudex.14.q.5 non sanè. j. eod.ueniens.2.in fin.Item quod nec precio, nec amore, nec timore,nec odio, scilicet priuato, scilicet quia habet odio personam: secus de publico, scilicet quia odit opera praua, & ideo odium publicum siue speciale non obest. idem de amore, nec proprio cõmodo quod habuerit,uel habeat, uel habere speret testimonium dicet:ut j.eodem,quoties 6.quæs.3.quatuor j.eodem,licet.§.testes.4.q.3.uersic. testium fides. Et quòd dicit totam veritatem,licet non interrogetur, & super eo quod interrogabitur.infrà,de accu.cùm dilecti. Sed ibi loquitur in causa inquisitionis, ubi duplex forma iuramenti præstatur, ut ibi.& c. præcedenti.& aliqui faciunt de illa duplici unam,quando inquirunt.Item additur de consuetudine, ꝙ nulli pandat testimoniũ: & bene,ut 4.q.3.uersic.item qui falso.ff.eo.qui falso. j. eodem. fraternitatis.Sed nunquid in causa matrimoniali potest remitti iusiurandũ? Dicas quòd non: quia nec confessioni cõiugum statur.j.de eo qui cog.consan. uxo. suæ. super eo. hoc aũt iuramentum præstandũ est utraq; parte præsente.C.e.si quãdo,uel saltem admonito aduersario,aliàs non valet testimoniũ.vt j.eo. in nomine Domini.in auth.eo.§.& hoc verò.sic intellige. j.de fideiusso.constitutus.

6 Super quibus interrogandi sint. Certè † diligenter inquirendi sunt, & examinandi, ut s. titul.1.licet.§.1.cautela etiam adhibenda est, vt non dicat iudex asserendo puta, Vidisti tu, quando Petrus interfecit Titium. hic enim magis asseuerator est,quàm interrogator.ut ff.de quæstion.l.1.§.qui quęstionem. non ergo legat titulum testi, sicut quidam fatui iudices faciunt: quia fortè iam repeteret ei lectionem suam falsam & prauam: sed in genere potest narrare factũ, & dicere tenorem libelli,& postea quærere, Scis tu aliquid de facto isto.argumen.s.de offi.or.si sacerdos. & secundum quod viderit ipsum testificantem, debet descendere ad specialia. & dicas super omnibus his quę expressi suprà uersi.habet autem. De circunstantiis dico, scilicet, De causis, De personis, De tempore. De loco, Auditu, Visu, Scientia, Credulitate, Fama Et certitudine Et cuncta plenè sunt conscribenda.j. eod.cum causa q̃ inter archiepiscopũ. Is ergo erit ordo. Iudex examinabit testem sigillatim, & in parte.j.e.venerabili.j.de accu.inquisitionis argu.s.de elec.quia propter.C.eod. nullũ.nisi in casu. quod dic,vt no.j.de fid.instr.§.de publicatione.sub §. & qualiter fiat. Quod exemplo Danielis inductũ est, qui diuisit senes accusantes Susannam, sicut exemplo Salomonis inducta est repetitio allegatorum.infr.de pręsumpt.afferte. ibi enim repetit Salomon qualiter vtraque mulier asserebat filium suum viuere,& alium mortuum. Sic & exemplo Domini scribentis in terra inductũ est,quòd sententia scribatur.2.q.1.in primis.in fin.3.q.7 postulatus.Et exemplo eiusdẽ introductũ est,vt iudicemus secundum allegata: quia noluit condemnare Sodomitas & Gomorręos, quousq; inquisiuisset,licet de peccato certus ẽet.2. quęst. 1.Deus omnipotens.j. de accu.qualiter.2. de simo. licet.Sic ergo inquirendũ est à testibus,*De causis*.nam causa semper requirẽda est, vt no.s.de libel.obla.& patet infrà,de fi inst.cùm Ioannes.& c.si cautio.ideo dicitur, quòd sola attestatio.i.nuda sine causa prolata,non est credenda,quæ nullis aliis legitimis adminiculis adiuuatur.C.eod.solam in auth.eo.§.& licet.3.q.3. vers. item solam.*De personis*, scilicet litigantium, à quibus & contra quos inducuntur.aliter nõ videtur, quòd possit testificari.argu. in auth.e.§ 1.& de instrumentorum cautela.circa prin.& §.si qs igitur.Quid si dubitetur an cognoscant cõtrahentes, exhibẽdi sunt ipsis testibus in eadem forma in qua esse consueuerunt: qa murata forma,fortè non possent cognosci.ff.ad exhiben.Iul.§. sed & si quis. Vel de personis,scilicet ipsorum testium, an videlicet sint honesti,& c.vt dixi suprà,uer.habet autem. Sed nũqd tenetur respondere,an sit periurus,vel adulter, vel aliter criminosus? Videtur quòd sic.argum.ff.eodem.l.3.& 4.q.3 si testes. & suprà,de confes.cùm super.& de elec.per inquisitionem. Testis enim, & ordinandus æquiparantur.2 q.7. ipsi Apostoli. & cap.testes.& dixi suprà §.quis possit.versic.in criminali.ordinãdus autem tenetur dicere crimen suum.50.distin.ex pœnitentibus.xxiiii.di.cap.vlti.suprà de elec.innotuit.§.2.in fi & de corpore vitia. exposuisti. & argu. ad hoc infrà, de except.denique. Sed ꝯ non inuenimus statutum, ergo standum est prædictis iuribus.C.de testa.sancimus.Sed videtur contrà: quia nemò tenetur prodere se.de pœn.dist.1.non tibi dico.Item alii non coguntur ad hoc,vt not.infrà titul.1.multo minus idem. Dicunt quidam,quòd saltem ad illa, de quibus dixi suprà eo.§.quis possit. sub §.fi.uersi.habet respondere tenetur.arg.j.de accus.inquisitionis.§ 1.Vel posset dici,quòd teneatur respõdere iudi.ad interrogata.infrà,de acc.cùm dilecti.nõ tamẽ sunt crimina publicanda propter infamiã vitandã.ergo respondetur,quo ad hoc vt iudex instruatur quanta fides ei adhibẽda sit:ideo dicitur, Tu magis scire potes,& c.ut ff.eo.l.3.§.tu magis.& infrà, de fideius. constitutus.& ad hoc j.eod.significauerunt.& suprà,de proba. licet.§.quanquam.infrà eodem, tam literis. resp. 1. remanebit

ergo

ADDITIONES.

a In codicillis v. ¶ Adde Pau.de Ca.in l.hac consultissima. in 1.col. C.qui testa.fac.possunt.

b Vox autem vnius. ¶ Adde Bal.in c.veniens.el 1.de test.

c His adiicit Martinus alium casum, nempe si testes producantur ꝯ instrumẽta.nam ad minus quatuor requiruntur:quia inquit, tabellio æquiualet vni testi & plus,& instrumentum duobus ad minus,argum.de fi.inst.cùm Ioan.& de prob. tertio loco. Debet tamen à iudice effrænata multitudo refrænari, extra de testi.c.signifi.& c.cum in causis. Multitudo autem testium effrenata dicitur, si sunt ultra decem,extra de cleric.exc.minist.latores. Sed in hoc consideranda est magnitudo causæ,& qualitas personarum. Nam xxiij.millia dicuntur aliquando pauci.vt xlv.distinct.disciplina.

ergo in actis ſecretum, vt dixi, ſi neceſſe fuerit oſtendatur iudici, q de appellatione cognoſcet, ſed nec ille reuelabit. Poſſet tamen dicere parti aduerſæ, quòd fruſtra laborat, vel etiã ei ſecretò oſtendere, & ſacramẽto adſtringere, ne alij reuelaret. ſic multoties non ſequitur dictum teſtis, ſicut nõ ſemper ſequitur inſtrumentum j. de ſentent. & re iudic. ſuborta & ca. inter monaſterium ſecundum lecturam Laur. Vel dic de perſonis præſentium, qui interfuerunt negotio, de quo quæritur. ſuprà, de prob. quoniam contra falſam. & de conſue. c. ij. quia nec inuenio ius aliquod, quod reſpondere teneatur, an criminoſus ſit; quamuis inueniam qòud iudex interrogare debet, & ſic imputet ſibi teſtis, qui crimen propriũ confitetur: quia in publicatione denudabitur, quicquid dixerim aliàs, abſurditas nimia ſequeretur. poteſt tamen reſponderi c. non tibi dico; quia loquitur de illo qui penitere vult. talis eñ non debet prodere ſe. ſed certè criminoſus, & in crimine perſeuerãs, & ſe ꝓdere, & ſe accuſare tenetur. vel dic, pœnitens non debet ſe prodere in publicũ, ſecus in iudicio, vt v. q. j. c. quidam. dicit tamen Bertrandus, quòd talibus interrogationibus non tenetur reſpondere: quia nec iurat, niſi ſuper negocio principali, & vide quod no. ſ. de ſcru. in ordine fa. §. vlt. ver. nedum. & ſeq. † *Tempore*. nam varietas temporis dictum teſtis reprobat. iij. q. ix nihilominus. xxxv. q. vj. de parentela. Debet enim inquiri teſtis, quo anno, quo menſe hoc factum fuit, de quo teſtificatur. argu. iij. quæſt. viij. libellorum. ff. de accuſa. libellorum. Sed nunquid de hora vel de die quęretur ab eodem? Dicas non. argum. in proxi. l. niſi fortè vacillando ferat. teſtimonium, vel aliàs ſit ſuſpectus. argumen. ſuprà, de cauſ. poſſeſ. & propriet. cum eccleſia. ff. de quæſtionibus. ex libero. tunc enim inquiri debet & de die & de hora, & etiam de qualitate temporis videlicet, an tempus nubiloſum eſſet, an clarum, qualiter etiam indutus erat is, de quo loquitur: cuius coloris erat pnanus, quid habeat in capite ſeu in manu an ſederet, vel in pedibus ſtaret, qui conſules erant, qui Imperator, ſeu comes, vel marchio, vel poteſtas: quis epiſcopus, & omnia alia, ut in ſermone ſuo capi poſſit, vt ore proprio conuincatur. quo caſu Iudex ipſum priuatim poterit punire. C. eo. nullum. ad hoc j. de fi. de inſtr. inter dilectos. §. j. C. ad Sillan. prius. ſecundum literam. quo anno flagitium, ſed alia litera dicit, quo mandante, ad hoc infrà eod. ex tenore. ff. de rei vend. ſi in rem. *Loco*: vt poſſit conuinci de falſitate per alios teſtes: j. eod. ex tenore. C. de contrah. & committen. ſtipu. optimam. ff. de eo quod certo loco. nõ vtique §. ſi quis ita. 2. Inſti. de inutil. ſtipu. §. item verborum. & ſufficit, quòd dicat, in tali domo: nec enim angulum domus, in qua factum fuit, neceſſe habet cõplecti vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. 1. *Auditu, viſu*, habita conſideratione rei de qua quæritur: nam ſi intẽdo probare actum corporalem, & dicat teſtis, quòd ſcit, quia audiuit non reddit bonam cauſam: quia ſic potuit audire ictũ parietis. Si verò corporalem, vt confeſſionem, & dicat ꝙ hoc ſcit, quia vidit, ſimiliter malam reddidit: quia verbum videre nõ potuit licet potuiſſet audire. Sed & ſufficit, quòd dicat: qa vidi fieri, is enim eſt ſenſus. vidi perſonas confeſſionem facientes. Sed & ſi audierit, licet perſonas non viderit, dummodò manifeſtè perſonas cognouerit, vel poſtea ipſas viderit, cùm non eſſet alius in domo, ſufficere uidetur: ſicut contingit de quadam ganea, quæ furata fuerat cuidam ſcholari ſcyphum argenteum, & cuidam tabernario turpi amatori ſuo commendauerat, nec recuperare poterat, cùm tabernarius corã teſtibus denegaret, fuit ei datum cõſilium, vt poneret eũ in camera, & tabellio, & teſtes eſſent ad oſtium. qđ & factum eſt. & cùm ganea eſſet cũ tabernario ipſam cognoſcere volente, dixit ei, *Nunquam cognoſcetis me*, niſi reddatis mihi ſcyphum, quem cõmendaui vobis: & ipſe reſpondit quòd redderet: ergo dixit ganea, Bene cõfitemini, quòd à me habuiſtis ex cauſa depoſiti. vtique, dixit tabernarius, qui non cauebat ſibi, ergo dixit ganea aperiens oſtium, Tu cõficias mihi inſtrumentum inde, & uos alii ſitis teſtes inde tabernarius perterritus ſcyphũ reddidit, & ſcholaris recuperauit. ideo dicit litera teſtiũ videntium, reſpectu terræ quæ ponebatur, & audiẽtium, reſpectu donationis, quæ verbo fiebat. ſ. de conſuet. ex literis. & ſic intellige C. eod. teſtium. 2. q. i. in primis. quaſi in medio. 3. q. 9. de his 30. q. 5. §. vlt. Ergo informat iudex motum animi ſui ex cauſis, quæ aptiores reddũtur, reſpectu rei, de qua quæritur. j. eod. præterea. & dixi ſuprà eodem §. quis poſſit. ſub §. fin. verſi. habet in fi. non ergo dicat quis ſpeciale in aqua pluuia arc. quod ibi ſufficiat teſtimoniũ de auditu. ff. de prob. ſi arbiter. vel in matrimonio, vt infrà eodem. licet ex quadam. & de conſan. tua. quia hoc regulare eſt, quòd valet teſtimonium de auditu illius de quo quæritur, ſi actum corporalem probare intendam: ſed illud dico in prædictis, quòd ſufficit teſtimoniũ de auditu alterius. ſic enim dicit teſtis: Ita audiui à patre meo, qui ita audierat à patre ſuo. qui & ab auo ſic audierat, & ſic de ſingulis. *Scientia, credulitate*: quia ſi dicat ſe neſcire, ſed credere, non valet teſtimonium. C. eodem. teſtium. infrà eodem, tam literis. reſponſ. j. niſi in caſu. ff. de uen. inſp. l. j reſpon. j. & in matrimonio: infrà eodem. licet ex quadam. §. j. ideo ſequitur quaſi expoſitiuè, *Fama, certitudine*. quaſi dicat, quod audiuit, credere debet, & non debet reddere ſe certum. 33. diſtinction. habuiſſe. infrà, de ſimo. per tuas. 2. nec etiam ſi malum ſit, de facili credere debet. lxxxvj. diſtin. ſi quid de quocunq;. j. de ſimo. licet Heli. § j. ergo non dicat per ſacramentum ſe certum, vbi certus non eſt. ſuprà, de reſcri. cùm contingat. in fin. aliàs incurret anceps periurium. vt ff. re. amo. Marcellus. & de in litem iurand. videamus. ergo dicitur, quòd multum diſcrepat paternum ab hęreditario ſacramento. vt C. de rebus cre. generaliter. reſpon j. contrà. arg. xxij. q. v. hoc videtur. & q. 4. innocens. ſed certè, quia vidimus, ſcimus: & quia ſcimus, teſtamur, & ideo teſtimonium noſtrum verũ eſt. Sed nunquid fama probatur, vt no. ſ. de prob. §. quot ſunt ſpecies. ver. ij. Rog. dicit quòd ſic, ſi tamen ſit conſentiens, id eſt, ſimul ſentiens. iiij. quæſtio. iij. verſi. item ſępe. Vnde dixit, Si habeo vnum teſtem bonum, qui conuincat te de adulterio, & fama conſentiat, id eſt, ſimul cum teſte ſentiat, quòd adulterium commiſeris. condemnaberis. ad hoc facit optimè j. eodẽ. præterea. vbi videtur ſufficere teſtimonium de auditu: quia fortè diſtabant teſtes tenui pariete, ſtrepitum audientes cum fama & alijs adminiculis. Iob. dixit, quòd ſufficit ſi fama cõſentiat dicto meo cum alijs adminiculis. aliàs aũt ſola fama non probat, licet purgationẽ inducat. vt j. de cohabitat. clerico. & mu. c. noſtra. & c. ſeq. vtrum autẽ, & in quibus, & qualiter fama probet, eſt arbitrio boni iudicis committendum, vt patet in his quę nota. ſuprà eodem. §. quis poſſit. ſub §. final. verſiculo. habet. Sed quomodo probabitur fama? Dic per duos teſtes. argument. ff. de magiſtra. cõueniendis. l. j. §. iiij. qui erunt de ſenioribus & honeſtioribus, & iurabũt, quòd talis eſt fama publica apud bonos & graues. arg. iiij. q. iij. uerſi. item ubi numerus. aliud, ſi dicant ipſum infamem ſimpliciter, quaſi diceret, tunc uidẽtur teſtificari quòd infamis ſit, quo, ad ſe. ſic non uidetur probata infamia. ſic intellige infrà de accuſ. inquiſitionis. ad fi.

Et cuncta ſunt plenè conſideranda, vt ſuprà ꝓmiſi de ſingulis circunſtantijs & adiacentibus, vtrum eſſet, ſolus, vel cum ſocijs & adiacẽtib. an fuerit de nocte, vel de die nam ſi diceret, quòd vidit firi ictum de nocte tẽpore obſcuro, ſatis patet ſuſpectum teſtimonium ſuũ. Hæ autem interrogationes, ſeu inquiſitiones tradendę ſunt ex parte ilius contra quem teſtes producuntur, & vocatur inquiſitorium, & debet ſemper antea is qui eas tradit, ſi cautè vult agere, ſuperfluas apponere, quam aliquas ꝋmittat: nam & iudex ex officio ſuo repellet fortè ultra quàm deberet, & debet fieri inquiſitorium ſuper titulis, ſeu intentionibus. Is ergo eſt ordo. Primò vocandus eſt aduerſarius ad iudicium. Secundò offertur libellus, & lis conteſtatur. Tertiò iuratur de calumnia, uel de ueritate dicenda. Quartò fiunt poſitiones ſecundum tenorẽ libelli. Quintò traduntur tituli ſuper negatis, & aliquando negata pro titulis traduntur. Fiunt autem tituli ex parte illius qui teſtes producere uult, ut appareat ſuper quo producitur teſtis, & ſuꝑ quo iurat. hoc ideo quia ſi ſuꝑ alijs deponeret, nõ ualeret. j. eod. de teſtibus. Hoc quando producitur ſuper aliquo titulo ſpecialiter, ſed & pars aduerſa põt conſiderare, quòd iuret ſub toto negotio, ſi tamen producatur poſt litem conteſtatã. vt j. eod. c. de teſtibus. & ſecundum hoc intellige quod no. ſuprà eodem. §. quid debent iurare. uer. debet autem. Fiunt autem tituli hoc modo. Titulus Henrici contra Petrum ex eo quòd uendidit eidem Henrico dictus Petrus domum, quam habebat ſitam in tali loco, & ſunt tales cohęrentiæ, & hoc precio. 10. lib qđ hi tituli dandi ſint, ſiue intentiones, quod idẽ eſt. habes ſuprà, de cauſ. poſ. & prop. cùm eccleſia. j. eod. ueniens. & de fid. inſt. cùm Io. §. j. argum. ff. de pe. hæred. ſi quis libertatem. C. qui legiti. ꝑſo. hab. ſtan. in iudi. l. ult. ff. de iureiur. ſi duo patroni § idem Iul. Hoc uerum eſt, ſi petantur: aliàs uidetur, quòd ſufficit qualitercunque producti fuerint, dummodo ſuper libello deponãt, etiamſi nulla poſitio facta ſit. ut arg. ſuprà. de reſt. ſpo. cùm ad ſedem. §. ult. Et ſic tituli tradendi ſunt illi contra quem producũtur teſtes & publicandi, ſuper quib. fiunt interrogationes prę miſſæ ab illo contra quem producuntur. uerbi gratia, dicet P. contra quem formaui titulum ſiue intentionem. Inquiſitoriũ Petri ſuper titulum Henrici, ſi dicant teſtes quòd Petrus uendidit Henrico domum prædictam, interrogẽtur, ubi fuit facta uẽditio, & coram quibus, & quo anno, & quo mẽſe, & qua die: & ſi ipſi teſtes fuerunt præſentes, ſi ſciunt hoc per credulitatem, uel famam: & ſi audierunt perba contractus, uel uiderunt: & ſic de ſingulis, ut ſuprà dixi. Quot teſtes ſuper his interrogãdi ſint. in Io. §. j. in ſuprà probatum eſt. & probatur j. de fide inſtru. cum fi. & tam de titulis quàm de interrogatorijs habetur expreſſum hodie in auth. d. n. e. extrà, ad hoc j. & ſi iudex malitioſè, ue l per negligẽtiam omiſerit interrogationem fieri, quòd præſumitur

ex eo

ex eo quòd neceſſaria erat, non ſuperflua reſpectu teſtis vacillantis, vel non vacillantis; vel quia omittit aliquid de his, quę habuiſti ſuprà, eodem.§ ſuper quibus.in princip. quæ in iure inueniuntur ſpecialiter ſcripta, etiam poſt publicationem inquirendum eſt. ſecus videtur, ſi is contra quem producebantur teſtes, non dedit inquiſitorium. vt ꝫ.eod per tuas. Quamuis enim dixerim ipſum reſpondere debere, intelligas verum, quando inquiſitorium datũ fuit: aliàs ſi nec datũ fuit inquiſitorium, nec interrogatus, ſufficit quòd teſtis plenè & breuiter ſuum teſtimonium dixerit. C. de precib. Imp. offer. l. ultima. & de appellar. ampliorem. §. in refutatoriis in authentic. eod. §. 2. infrà, de ſent. & re iudic. ſicut. xxiiij. queſt. ij ſi habes. ff. de no. oper. nuncia. de pupillo. § qui opus ff. de iureiurand. iuſiurand. § qui iuſiurand. & de damno infecto. qui bona. §. ſi alieno. Hoc inquiſitorium eſt de ſecretis iudicialibus, ſicut & teſtimonia nondum publicata. hoc ergo debet habere iudex in ſecreto chartulario, & hoc celare debet, ſicut ſacerdos peccatorem infr. de pœnitent. omnis. & eſt ratio, ne quid mali excogitetur. ff. quemadmodum teſtamen. aper l. 2. §. diem. nam ſi is qui producit teſtes ſciret inquiſitoriũ, fortè inſtrueret teſtes, & daret eis electionẽ prauã, ideo in curijs in quibus iura ſeruantur, alius eſt chartularius teſtium, in quo & inquiſitorium reponitur, alius libellorum & poſitionum primus non cuilibet traditur: imò cauẽdum eſt, ne quilibet poſſit apponere manum. Secũdus verò cuilibet edi poteſt. ad hoc ꝫ. de cuſto. eucha capi. 1 & 2. Et nota, quod ſi teſtis dicat ſe non recordari de anno, menſe, vel die; nihilominus valet teſtimonium ſuum. infrà, de fide inſtrumen. cùm Ioann. § 1. ad fin. Sed quid ſi teſtis prius deponit nõ iuratus, & poſtea iurat, quòd ſic eſt ſicut depoſuit. Goffre. not. quòd non valet: quia primò debet iurare quàm deponere, alioquin ei nõ creditur. C. de iureiurando. 4. q. 3. Item in criminali. verſicul. iuriſiurand. infrà eodem. nuper. Sed contrà in his quæ not. ſuprà, de lit. conteſt. §. qualiter. verſicul. quid ſi ante iuramentum. hic nec obſt. alia iura. quia non dicunt, quòd primo iurandum ſit, ſed quòd non ualet teſtimonium, ſi non iuratus deponat: hic autem non deponit non iuratus: quia in iuramento videtur repetere totam depoſitionem, ex quo ipſam aſſerit verã eſſe: & quamuis iuramentum non reſpiciat futura, trahitur tamen ad præterita, & ipſa confirmat: ꝫ. de iureiurando clericis. & vide quod nota infrà, de fide inſtru. §. de publicatione. ſub § & qualiter fiat. verſicul. & ſi teſtem. ergo hanc ſubtilitatem meritò recuſabit iudex, maximè eccleſiaſticus. ſuprà de iu. cùm dilecti. & de dolo & contumacia capit. 1. Quid ſi teſtis ſcribat teſtimonium, & dicat iuratus verũ eſſe, quod in ſcriptura quam tradit, continetur. dicas non ſufficere, niſi iudex ipſum iterum examinet. nam iudex habet examinare uocem teſtis, ſermonis conſtantiam, & trepidationem. ff. de quæſtionibus. de minore. §. 2. & nota. ſuprà eod. § ij. & § quis poſſit. ſub fi. verſ. habet autem. aliàs pateret via falſitati: quia poſſet credi teſtimonium in ſcriptis falſo teſti: quia fortè neſciret petere prauã lectionẽ, de qua not. ſ. eodem §. reſp. 1. ergo ſi ætatem habet, de ſe loquatur. de conſecratione, diſtinct. 4. cùm pro paruulis. & quòd non ualet tale teſtimonium, ſatis probatur 5. quæſt. 2. relatum. 3. quæſtio. 9. teſtes. & cap. chartæ. 2 q. finali capi. vltimo. infr. de accuſatio. inquiſitionis. §. tertiæ. & expreſſius infrà, qui matrimon accuſa. poſſunt. cap. 2. Sed nunquid tenetur reuerti, ut dicat cauſam, ex quo teſtimonia publicata ſunt, licet ab initio petitum non fuerit, ſecundum conſuetudinem Mutinenſem & Reginen. & multarum aliarum ciuitatum Lombardiæ, non eſt quæſtio: qa publicatis atteſtationibus petũt teſtes reuerſari, id eſt, quod reuertantur & iterũ teſtificentur. Sed tu dicas hoc nõ debere fieri ad petitionẽ aduerſarij. ut ꝫ. eod. per tuas. nam in eũ rerũ, id eſt, ſuper eodem capitulo, ſuper quo iam teſtimonium tulit, nõ poteſt teſtificari, vt ff. eod. produci C. eodem l. ultima §. ſin autem. infr. eodem. fraternitatis nec enim danda eſt via malitijs in authent. de tabellio. in fine. col. 4. C. de indi. vidui tollen. l. 2 ſed iudex ex officio ſuo interrogare poteſt, & debet quandocunque ante ſententiam, ut de fide inſtrument. cum Ioann. §. penulti. xxx. queſt. v iudic autem. ff. de interroga. actio. ubicunque. C. de iudic. iudices. Item poteſt redire teſtis, & interpretari dictũ ſuũ, ſi ita obſcurum erat, quòd non poſſet ſententiari. quod etiam obſcurè dicitur, pro non dicto habetur. ff. de interrog. actio. de ætate. § nihil intereſt. & obſcurè ſcriptum pro non ſcripto habetur. ff. de his quæ pro non ſcriptis. l. 2. & hoc ad inſtantiã iudicis intelligas. infrà, eodem. cùm clamor. non enim de nouo aliquid dicit, ſed quod dixerat declarat. ff. de teſtamen. hæredes. §. ſi quid poſt factum teſtamẽtũ. & de acqu. rer. dom. adeò. §. cũ quis ex aliena materia. in fine. aliàs facienda eſt interpretatio cõtra illum qui eum produxit. ut not. ſuprà, de probatio. §. & qualiter. in fi. Quid ſi teſtis ꝓprio motu venit, dicens ꝙ vult corrigere dictum ſuum, & dum primò dixiſſet album, modò dicit nigrum: videtur ꝙ ſtandum ſit tãtum ultimo teſtimonio. ff. de hæredib. inſtitu. ſi ita ſcriptum. reſpon. i ff. de manu. teſtamen. Stichus. ꝯ, quia fidem ſibi derogat: ꝫ. eo. ſicut nobis. & c. cùm in tua. Dicas ſi habuit aliquem tractatum cum aliqua partium, non eſt admittendus: quia ſuſpectus eſt, aliàs ſeipſum corrigere poterit: ſi tñ aliàs ſit honeſtæ & bonæ opinionis. & ſic intellige ꝙ incontinẽti pot ſeipſum corrigere ꝫ. ti j. præterea. uel dicas illud incõtinẽti arbitrariũ. arg. iiij. q. iij teſtium fides. ff. e. l. ij. quid enim, ſi ſit quidam Epiſcopus, quidam religioſus, qui non eſt immemor ſuæ ſalutis. j. q. vii ſancimus. ſ. de proc. in noſtra. ad fin. certe hoc debet ualere: quia pro perſona præſumitur. Et quid ſi ꝯxit poſteà affinitatem cum aliqua partium, uel nimiam, familiaritatẽ? certè in hoc caſu ſi reuertatur, ſuſpectus eſt, quãuis ualeret teſtimoniũ ſuũ, ſi non reuerteretẽ ad hoc ff. de poſtu cui eo. ũ § affinitates. ꝫ. ti 1. præterea ſic poteſt intelligi. 35. q. 6. de parentela.

[g] **Quando ſunt** producendi.† Poſt litem conteſtatam regulariter, & nõ ante fallit in caſibus, quos not. ſuprà, ut lite non conteſta § 1. & verſic. ſequ.[a] Poteſt enim reus publicare teſtes ſuos, ſi timet de futura controuerſia etiam ante litem conteſtatam, citatis his ad quos res pertinet: & ſuper citatione debet fieri publicum inſtrumentum; vt ſi quandocunque negaretur citatio facta, probari poſſet, ꝫ. eo. ſignificauit. & c. Albericus. Producendi autem ſunt de prouincia in Italiã, uel eꝯ. Item de prouincia in prouinciam, uel de ciuitate in ciuitatem. ſunt enim remittendi, ſeu tranſmittendi ſi de ꝯſuetudine ſit. ff. e. l. 3 ĩ fi. Sed & ſi iudex viderit expedire, poteſt mittere perſonas diſcretas, quæ teſtimonium recipiant. ꝫ. eod ſi qui teſtium. puta quia ſunt in dignitate conſtituti[b] hi tres vel matronæ, quæ non debent ſe virorum cœtibus immiſcere. C. de iura. calum. l. ii. § ſin autem uel dignitas. ff. de iureiuran. ad perſonas egregias.[c] & quod dicit dicta decret. ꝫ. e ſi qui teſtium. ibi, nuncio, expone, id eſt nunciis, uel id eſt tabellioni. ꝫ. titu. 1. cap. 1. per decre. ſ. de prob. quoniam contra. Vel etiam poteſt mandare iudici, ſub quo teſtes degunt, ut teſtes recipiat, & in ſcriptis redacta teſtimonia fideliter & ſub ſigillo incluſa ei remittat, declarando quanta ſit fides teſtibus adhibenda. hoc facit propter diſtantiã locorum, & aliquando propter paupertatẽ illius, qui nõ poſſet expenſas ſumptuum teſtibus facere. ſic intelligi poteſt uno modo ꝫ. eodem, ſi qui teſtium. & capit. cùm olim. & de fideiu. conſtitutus. Hæc in ciuilibus: in criminalibus enim præcisè cogendi ſunt teſtes[d] venire corã iudice, q de cauſa cognoſcit in auth. e §. & quoniam ſancimus. C. de fid inſtru. iudices. in authen apud eloquẽtiſſimum. Et not. quòd quamuis dixerim, iudicem habere poteſtatem mãdandi alii in ciuilibus, quòd teſtes recipiat, non tamen neceſſitatem impoſui. & hoc eſt quod dicit §. proxi. & quoniam ſancimus ibi, licentiam habere iudicem, & c. & ibi, ex interlocutione iudicãtis, & c. Quid enim ſi cauſa magna ſit, & nominentur teſtes illius terrę qua conſueuerunt de facili deierare, nec puniuntur? Certè bonus iudex nõ remittet, ſed interloquetẽ iudex teſtes coram ſe uenire debere in auth.

ADDITIONES.

a Et verſic. ſeq. ¶ Mar. vbi s. declarat hanc concluſionem procedere in principali. c. j. & ij. vt lit. non cont. Eam tamen limitat loꝯ ſi non habere in quibuſdam caſibus, nempe ubi timetur de morte vel abſentia teſtium diuturna, & tunc ſi actor non conueniat aduerſarium, uel ſaltem ei denunciet intra annum, poſt annum ualet. Similiter vbi agitur de electione. Similiter in cauſa inquiſitionis, & publicationis, & denunciationis, nam in dictis caſibus non publicantur teſtes ſic recepti, niſi poſt litem conteſtatam. ut extra, ut lit. non cont. quoniam. Item recipiuntur lite non conteſtata vbi actor agere non poteſt propter iuramentum, quando iurauit non repetere vſuras. extra, de iureiur. ad noſtram. Similiter vbi aliquid expedire uidetur iudici ex officio ſuo. C. ſi ut mi. ſe ab hære. abſtineat. in auth. ib poſita. Similiter, cùm in integrum reſtitutio iudicis officio incidenter petitur, de offi. iud. c. ij. de appel. c. interpoſita. Item recipiuntur lite non conteſtata, in petitione legati & fideicommiſſi. C. de vſu. & fruc. leg. l. j. & C. ſi. reg. l. 3. Similiter in Trebelliani. reſtitutione. C. ad Treb. l. pe. Similiter in cauſa hæreſis. 24 q. 2. ſanè. Similiter ubi oſtenditur publicum commodum. C. de pœnis. l. nec diuerſis. & 3. q. 2. qa ea. Similiter cum perſona eſt incerta. 5. q. 2. quidam Similiter in cauſa libertatis ſecũdum quoſdam C. de ingen. l. diffamari. & arg. extra e. ti. cùm olim. Similiter per contumaciam partis aduerſæ in caſu quando aliquis ſuper dignitate, perſonatu, uel beneficio eccleſiaſtico litigat cum alio poſſeſſore, in quo caſu examinato negotio, cauſa debet per iudicem fine debito terminari, extra de eo qui mit. in poſ. cauſ. rei ſeruand. accedens. & cap. quoniam Similiter propter abſentiam actoris pręſente reo. C. quomodo & quando iud. qui ſemel & de dolo & contu. c. cauſam quæ.

b Quia ſunt in dignitate conſtituti. ¶ Adde quot modis ſumatur dignitas vide gl. in c. ſedes. de reſc. gl. in c. denique. 4. diſt. & qualiter accipitur hoc nomen dignitas. vide gl. in c. nonnulli. de cle. non reſi. Arch. in c. ſi. de conſue. lib. 6. doc. in rub. de præb. & Bar. in l. j. C. de digni. lib 12.

c Ad perſonas egregias. ¶ Adde quæ dicantur perſonæ egregiæ. vide per Spe. in tit. de teſt. in §. ſequitur ver. quid de presbytero. l. ad egregias. ff. de iureiu. & ibi doc. & Abb. in c. ſi qui teſtium de teſt. & an in cauſis criminalibus mittatur ad egregias perſonas vide gl. ſing. ſecundum Abb. in c. j. de teſti. cogen. & per Lud. Roma. ſing. ſuo 399.

d Cogendi ſunt teſtes. ¶ Adde doc. in c. j. & in c. dilectorum. de teſtib. cog.

quib. vt defuncti seu funera eorũ non iniurientur.§. illud etiam supra eo.colla. 5. secus, si nominetur terra, in qua sunt homines bonæ famæ & iusti iudices, vt j. de fideiusso constitutus. & c. peruenit. Vel dic distantiam locorum, & scientiam, & famam Iudicũ potius considerandam, quàm qualitatem seu famam testium, quod uerius puto sicut plenè, & planè ex premissis iuribus colligere licet studenti, & subtiliter intuenti. Venturis aũt ad iudiciũ debent sumptus victualiũ exhiberi ab illo q eos producere desiderat 4.q.3. ver. item venturis. C.e. quoniam.§. in exhibitione. Et si timetur, ꝙ non recedant, dent fideiussores de non recedẽdo, & si nõ possunt dare fideiussores, iurẽt: nec tamen tenent expectare vltra xv. dies, sed iudex si per ipsum steterit, omnem iacturã tenetur parti læsę de suo ꝓprio resarcire. C. eo. si quãdo.

⁹ **Et quoties.** † Ter. quia tres productiones tantum fieri possunt infra vnam dilationem qđ dic vt not. s. de dila.§. & in quibus. ver. videtur aũt. Quid si testib. renũciatum sit, etiã si nullus testis ꝓductus fuerit, non poterit de cætero aliquis testis produci. etiã in secundo iudicio, nisi ex noua causa. in auth. e.§. illud arg. C. de rebus credi. & iurem. si qs iusiu. nisi noua essent capitula ex veteribus emergentia. j. eo. fraternitatis. causam quæ. cùm uenissent. series. de testib. cùm causam quæ inter œconomũ. & c. constitutis. ij. nisi ex beneficio restitu. in integrũ subueniatur ei, ut s. de rest. in integrum. auditis. ff. de minoribus. si in emptione.§. vltimo. de hoc tamen dic, ut not. j.§. & vtrum post. Item si produxi testes contra te in principali, & tu excipias in personas illorum, licebit tibi producere testes ad reprobationem meorum, & eodem modo licebit mihi à iure testes meos defendere, & reprobare tuos. nam cõceditur mihi à iure testes meos defendere. j. de simo. licet. & c. per tuas. & etiam confirmare. 3.q.3. de induc. ulterius tamen non licet tibi reprobare meos. nã si liceret tibi quartos respectu illorum, quos in principali produxi, contra tertios producere, eadem ratione liceret quintos producere contra quartos: & sic in infinitum. j. eo. licet dilecti. infinitas autem vitanda est. C. de iudi. properandum. in prin. s. de dolo & contu. finem. ff. de re iud. à diuo Pio.§. sed si emptor. ff. de arbit. non distinguemus.§. quartum. ff. [illegible] fi. ff. de leg. 3. fideicommiss.§. si quis x. & in auth. d. n. dei [illegible] extra, cum in multis.

¹⁰ **Quæ diuersitates** † nocent testimonijs? Colli ge isto versu,

Res, Persona, Locus, Gradus, Hæc sunt consona, Tempus.

Res: ut puta quando vnus dicit de re vna, & alius de alia re: uel vnus de uno facto siue ꝯctu. alius de alio, non ualet talium testimonium, cùm singuli sint in suis testimonijs singulares. vt s. eo.§. quotus numerus. & versicu. sequentibus, *Persona*: ut quia unus de Titio dicit, alius de Sempronio. s. de rescri. Rodulphus. & c. significãte. sed si ponerent certas circunlocutiones, nõ obesset error nominis. vt not. s. de rescript.§. quæ possunt obijci. versic. idem est si in nomine erretur. & s. eod.§. quis possit. versi. Item cùm quæritur de ætate. *Gradus*, qñ scilicet quæritur de consanguinitate, & unus testis ponit duas ꝑsonas ĩ primo gradu alius ĩ secundo ponit easdem. j. eod. series. 35.q.6. de parentela. *Locus* vt patet in exemplo Danielis, unus dixit sub pruno, alius sub pino idem de tempore dic. ut s.§. super quibus. & versic. sequent. Hoc autem dicunt quidam uerum esse in facto non iterabili, ut est homicidium, quod uno ictu perficitur, nec reiterari potest, nisi resuscitaretur sicut Lazarus. in facto autem iterabili, ut in adulterio quod sæpius committi potest, non obest talis uariatio: quia licet non probent idem adulterium, probant tamen illum adulterum fore, contra quem testimonium fertur. Sed cùm Susana accusaretur de adulterio, ut patet in epistola Danielis, & ibi obsit hæc uariatio, qui ita scripserunt, exemplo Danielis de mendacio cõuincuntur. Sed si vnus dicat aliquid factum esse die Dominico & non adijciat horam, & alius dicat hoc factum eodem die Dominico hora tertia, talis uariatio non nocet: imò cõcordant testes, cùm dictum secũdi sub dicto primo contineatur: nec talis similiter nocet, si unus dicit hoc factum in domo episcopi Parisiẽsis, & alius in camera Episcopi Parisiẽsis ro[illegible] nisi & alius descenderet ad aliã camerã specialiter nominãdam. Item in facto durabili nõ nocet diuersitas horarum: ut si unus dicat, quòd uidit episcopum celebrare in hora tertia: & alius dicat de hora sexta, dummodo concordent de die & de loco, nisi & unus diceret, ꝙ hora tertia dicebat Pater noster, & alius diceret, quod hora sexta. Quid si agat de decima, & unus testis dicit decimam fuisse solutã. & interrogatus quid uiderit solui? respondet fabam. alius dicit ciceram. dicendum est, quòd non probant: quia in rebus discordant, ut suprà eo. uersic. res. secundum Goff. in contrarietatibus autem testium hoc notabis, quòd si testis sibiipsi cõtradicat in suo testimonio, reprobatur, & conuincitur ex ore proprio. iij.q. ix. nihilominus. xxiij.q. 7. quòd autem. j. de appel. solicitudinem. in fin. C. de li. causa. cum precuim. & de fur. l. j. & de mune. patri. professio. li. x. ff. quando appell. sit. l. ij. nisi faciat hoc corrigendo seipsum. secundum ea quæ notan. s. e.§ super quibus. uer. quid si testis motu proprio. Item uidetur, quòd si testis pro parte falsum dicat, uel si adstruit probare negatiuam puram, simplicem & indeterminatã: quæ nullo modo probari põt: uel dicat se certum de eo ꝙ nõ uiderit nõ ualet testimonium. quia testis propter unũ falsum quod immiscet totã seriem testimonij decolorat. ix. dist. si ad sacras. 4.q.3. uersic. item qui falso. suprà, de causa possess. cùm ecclesia. 3.q.9 pura. & uide quod no. super hoc, s. e.§. qui debent iurare. uer. debet. & seq. & § super quibus. uer. fama. & seq. uidetur tamen, ꝙ si in uno dicat uerum, in alio falsum, ualet saltem, quantum ad illam partem, in qua uerum dicit j. q. j. dominus. in fin. & 37. distinct. turbat. & c. si quid. quid si plures pluribus contradicant? dicunt quidam, quòd sibi fidem adinuicem derogant, si ab eadẽ parte producti sint. argu. infrà. de fide instru. imputari. C. de fi. instru. scripturæ. Sed malè dicunt. & est ratio diuersitatis illa: quia si quis producit diuersa instrumenta sibi contraria [a], apud se explorare potest an contradicãt sibi adinuicem, cum tenorem legere possit ff. de uerbo. signi. cognoscere. sic an expediat ei producere. imputet ergo sibi, qui contrarias scripturas producit. aliud autem est in testibus: quia nec semper ferunt testimonium sicut asserunt: imò multoties aliud dicunt, & aliud proferunt secundum A. & hoc comprobatur ho. die. infr. de fide instr. imputari. Dicas igitur, quòd si singuli singulariter cõtradicunt, sibi fidem derogãt, cùm sint in suis testimonijs singulares, s. de elect. cùm dilecti. & de proba. licet.§ quãquam. infrà, eodem. tam liter is: respon. j. sed si saltem duo uel tres bonæ famę concordes remaneant, alij etiam mille sibi adinuicem singulariter cotradicant, iudicabitur secundum dicta istorum. 4. quæstio. 3. uersicul. item si testes. quia in ore duorum uel trium, & c. alij enim habẽtur pro non productis. Sed si plures pluraliter pluribus contradicant, & omnia ęqualia sint, tamen adinuicẽ sibi fidem derogant, ut dixi secundum quosdam suprà, uer. quòd si plures. nisi fortè aliqui ipsorũ astutè appareant in contrarietate incidere, & alijs fidem derogent uel etiã sibiipsis, in quo casu tormentis subijci mandant, & ut ueritas sola eliciatur. in auth. eo.§. si uerò apertè. Si uerò ex una parte sit maior numerus, uel uerisimiliora dicunt, uel meliorem causam reddunt, uel melioris sunt æstimationis, quamis etiam pauciores præferendi sunt. & secundũ dicta sua iudicandum erit: quia nec ad multitudinem testium habebit iudex respectum. ut j. eod. in nostra. & c. præterea. ff. eod. ob carmen. & optimè suprà, de probat. licet.§. ex præmissis. Sic quamuis personas testium quos induxit, non possum reprobare: dicta tamen reprobare possum. C. eod. si quis testibus. 4. quæstio. 3. uersi. item si quis testibus. Hoc intelligas uerum esse, quãdo sic contradicunt, quòd nullo modo possunt concordari. aliàs cõcordandi sunt, ne de periurio possint redargui. j. c. cum tu fili. sicut & Aug. concordat Euangelistas. de pœni. dist. j. periculosè. nihil enim obstat narrandi diuersitas. dummodò eadem sit sententia. infrà, de uerb. signifi. nihil obstat. 11. q. 3. antecessor. s. de consue. cùm dilectus. nam si eundem & præmeditatum sermonem dicant, suspecti sunt. ut not. suprà,§. quis possit. sub § fi. uer. habet. debent tamen per diuersa uerba in eadem sententiã quantum ad mentem concordare. ut C. de pœn. qui sententiam. nam & si unus dicit me possedisse per decem annos, & alius per xx. & alius per xxx. omnes utique in x. an. concordant. ff. de arb. diẽ ꝑferre.§. si plures. sed si alter dicat per lx. an. & amplius, idem uidetur: ut consueuit not. C. de secundis nupt. l. ij. arg. pro & contra. suprà, de dila. literæ. Sin autem testes adinuicem contradicentes à diuersis partibus producti sint, dic ut not. s. uersi. si uerò ex una parte. Quid si omnia æqualia sint, quod uix contingit, secundum Gof. fertur sententia pro reo, non pro actore. s. de proba. ex literis. infrà. de fid. instr. inter dilectos. nisi in causa fauorabili. not. s. de proba. in fi. de sen. & re iu.§. & quando. & hoc quando alter possidet. Quid si neuter possidet, si diuidi possit res, uidetur quòd diuidenda sit, arg. j. de præsum. afferre. Vel potest iudex gratificari, maximè si indiuisibilis sit arg. j. de parochijs. c. j. & de iure patr. quod autem. cum autem. Vel fortè dirimetur res fortè. ar. ff. de iud. sed cùm ambo. & C. communia de lega. l. ult. 27. q. 2. sors. & uidetur, quòd iudex sibi retinere possit. a. g. j. de deci. quoniam. Quid si duo petãt eandem uxorem, & æqualiter probatum sit. si apparet de tẽpore, uel de hora utri usq; ꝯtractus, priori adiudicãda est. j. de spon. c. pe. aliàs uidetur dãda ei cui cõsentit. arg. C. de nup. viduæ. j. q. ult. sancimus. argu. op. j. de re iud. ca. vlt. & ff. de reb. dub. si fuerit. in fi. Sed si neutri vult

ADDITIO.

a Diuersa instrumenta sibi contraria. ¶ Adde Bal. in c. j. in x. col. ver. quid si sunt plures. de proba. Et quid si reperiuntur duo instrumenta eadem die confecta unum pro dote, aliud pro fisco, quis eorum profertur. vide per Bal. in l. dotis C. de iur. dot. Bal. in l. ad exactionem. C. de promiss. Nicol. de Neapol. in l. quamuis. de priuil. fisc.

vult cõsentire, meliori & ditiori videtur dãda: ꝙ si omnia ęqualia sunt, dicunt quidam, quòd forte dirimitur per iura dicta. & 21. di. cleros. Ex præmissis patet, quod si testes inducantur ad reprobanda testimonia priorum indirectè. vt j. e. series, & c. ex tenore. necesse est, quòd secũdi sint plures, vel fideliores & honestiores, & verisimiliora de negotio dicãt, de quo quæritur. vt s. de prob. licet §. vl. secus vr̃ si producãtur ad personas priorũ reprobandas: quia tunc vr̃ standũ duobus, dummõ sint omni exceptione maiores. arg. 2. q. 3. Item vbi numerus. & C. de contrahen. stip. magnam.

11 Et vtrum post publicationem alij testes [a] produci possunt. De hoc tetigi suprà, eodem §. quoties. Sunt aũt Canonistæ in hac opinione cõiter, ꝙ super antiquis capitulis etiã in causa appellationis non possunt testes produci, sed super nouis dũtaxat: vt, si probaui meam intentionem, & tu opponis exceptionem peremptoriam testib. publicatis, qđ potes, vt Cod. sentẽtiam rescin. non posse, peremptorias. j. eo. series. possum & ego inducere super replicatione. Item, si probaui venditionem rescindendam, possum probare excessus quantitatem: quamuis publicatæ sint attestationes: qa nouus articulus est. sic intelligunt concord. signa. s. §. & quoti. j. de fid. instru. cùm Ioannes. & hoc idem intelligunt in causa matrimoniali. j. de proba. iurauit. Legistæ verò dicunt, ex quo didicit testificata, non potest testes producere, etiam super nouis, vt in auth. e. §. qa verò. & §. illud. Mihi videtur distinguendũ inter eandẽ instantiã, & cãm appellationis seu restitutionis, & inter antiquos testes, & inter causas & causas. Dicas igit̃, ꝙ in eadẽ instantia super eodẽ articulo non licet testes ꝓducere, ex quo testimoniũ publicatũ est, vel ex quo is q ꝓduceret didicit testificata, vel ex quo dilatio lapsa est, vel ex quo ꝓduxit multitudinẽ testiũ effrenatã, nisi de falso redarguere vellet testem. Itẽ ꝓducere nõ potest, si super illo renunciauit, intelligas & didicit, aliàs sola renunciatio non videtur obesse. secundum Azo, arg. in authen. eo. §. quia verò §. illud tamen. & probatur in nouell. Contradicit tamẽ j. e. c. de testib. in fi. & c. constitutus. 2. in fi. vbi videtur quòd sola renunciatio sufficiat: sed si non nocet specialis renunciatio, sicut Azo intellexit, cui non audeo contradicere: quia non vidi nouellam quam allegat, nocet ad minus si generaliter renunciatum sit & conclusum, vel si renũciatum sit allegationibus, vt in auth. vt cum de ap. cog. §. 1. col. 8. quia postea etiam instrumentũ produci non potest. sic intellige j. eodem, cùm venissent. de testib. series. & c. ex tenore. j. de fid. instr. cùm dilectus. s. de procu. auditis. & de causa poss. pastoralis. j. e. vltra & c. præsentium. in auth. eod. §. quia verò. colla. 7. s. de procura. in nostra. in fi. & de prob. licet. j. de excep. cũ venerabilis. Si uerò generaliter renunciatum fuerit super alio articulo, potest testis produci. & danda erit dilatio, vt in eisdem c. j. eo. cùm causam quæ inter œconomũ. Idem si ad aliud & propter aliud inducantur. j. e. veniens. & c. cũ in tua. s. de causa poss. c. vlti. quia generaliter pactum super vna re habitum, seu testimonium alij obesse non debet. j. de fide instru. inter dilectos. §. nec attestationes. s. de off. or. c. antepe. ante fi. ff. de pac. si vnus §. ante omnia. & hoc comprobat̃ ff. de rei ven. officiũ C. de prob. exceptionẽ. & C. e. tit. l. vlt. & de præscr. lon. temp. emptor. & de exce. si quidem. & de contrahen. stip. magnam. Item non obest, si inter alias personas actum erat quamuis de eodem quæratur, vt in eisdem concor. & j. e. constitutus. Item si interrogationes necessariæ omissæ sunt, iterum apud eũdem iudicem interrogatur. j. e. per tuas. Idem si confuse deposuit, vt no. s. eo § super quibus. versic. sed nunquid videtur. Sed si nec generaliter, nec specialiter renunciatum fuerit nec testificata didicit, nec effrænatam multitudinem testium ꝓduxit, sed adhuc clausa sunt testimonia, potest iterum producere testes j. e. causam quę inter archiepiscopum. in fi. & j. de accu. dilecti §. j. Hoc si sit alia causa quàm matrimonialis. in ipsa autem dicunt quidam speciale esse, quòd publicatis attestationibus alij testes producantur. j. e. series. & c. ex tenore. j. de consan. & affi. ex literis. j. c. cum in tua. j. e. sicut. & hoc in fauorem matrimonij. Sed secundum Gof. hoc non est augmẽtare fauorem, sed viam falsitatibus aperire. in auth. eo §. quia verò multi testes. Vnde dic, quòd etiã in causa matrimoniali non possunt testes produci super eisdem articulis, ex quo partes testificata didicerint. j. e. constitutis. nec ob. iura. pro alijs inducta: non enim ob. c. series. quia ibi producuntur testes ad alium gradum: nec obst. c. ex tenore. quia ibi probat̃ negatiua: & per consequens reprobantur testes indirectè, sicut & contra. C. de contrahen. & commit. stipu. optimam. nec obst. c. cũ in tua. quia ibi prima productio facta fuit extra iudicium, cum ꝑdiceretur in ecclesia de matrimonio cõtrahendo, secunda in iudicio. & ideo percunctatio priorum attestationum non nocet, & ideo cautè subiunxit in fi. cum hæc exceptio locum non habeat in hoc casu. Quidam tamen habent in litera in hac causa, sed prior litera est verior. nec obst. c. ex literis: quia ibi prima probatio fuit facta extra iudiciũ. secunda in iudicio, tertia productio fiebat ad aliũ & nouum articulum ꝓbandum, scilicet qñ testes didicerunt ꝙ testificati sunt, nec declarat vtrũ ante accusationẽ matrimonij, uel post. Et cùm super q̃one hac inter Gof. & alios doctores eẽt dissensio, curia Ro. ꝯsulta super quæstione, quæ de facto pendebat, posteriorẽ sñiam approbauit f̃m Gof. Verùm ad saluandas opiniones istas & iura concordanda, posset hoc modo dist. utrũ id, de quo q̃rit̃, tãgat periculum animæ, vel sit de iuris apicibus. Si tangat periculũ animę, & est tale quid in quo ecclesia dispẽsare non põt: vt quia dr̃ hr̃e alium virum viuum, & legitimũ, vel quia dicitur quòd est in primo gradu consanguinitatis, [b] vel in secundo in linea descendenti, cùm in his ecclesia non dispenset, vt s. de transa. c. vl. & de rest. spol. literas. siue sit conclusum siue non, siue sit sententiatum, siue non, siue pro matrimonio, siue contra, indis admittuntur testes, vt j. de re iudi. tenor. ar. j. de frigi. & male. fraternitatis & c. ul. & de diuor. porrò. & de sen. excõ. à nobis. Sed si obijcitur tale quid, in quo ecclesia dispensare cõsueuit, ut secundus gradus in transuersali, uel cognatio spiritualis, quandocunq; ante sentẽtiam admittitur probatio, etiam attestationibus publicatis. j. e. cum in tua. de cog. spirit. c. vlt. Idem est, si contra matrimoniũ sententia feratur: quia tunc nunquam transit in rem iudicatam j. de re iudi. lator. sed solis uerbis mulieris non creditur, nisi aliter fiat fides. j. de re iudic. consanguinei. super hoc uide quod no. j. de cogna. spir. §. quis sit effectus. uer. effectus verò tertiæ. Quid si pro matrimonio sententia ferat̃, [c] bene transit in rem iudi. & sic de cæterò nullus audietur, cùm uideatur ecclesia tacitè dispensare. & hoc totum dici potest in fauorem matrimonij, & ut aliquis sit litium finis, ar. infrà, eod. licet. 2. in fin. qui ma. accu. non poss. uidetur. & de re iudic. ca. ulti. & sic ubicunq; exceptio potest opponi post sententiam, admittitur post publicationem & ante sententiã, ut s. de probat. licet. § j. Si dñs Papa faceret, ꝙ hanc distinctionem approbaret, bonũ esset: aliàs aũt, vbicunq; impedimentũ ꝑpetuum apponit̃, vr̃ ꝙ volens probare semper sit audiẽdus. arg. j. de ꝯsan. & affini. non debet. in fi. Sed si id de quo quęritur, est de apicibus iuris, & quia mulier dicit sententiam latam cõtra matrimonium nõ valere, ex eo quòd ordo iuris [d] seruatus non est: puta quia licet cõfiteatur se citatam, dicit tamen, quòd per maritum impedita sit quò minus potuisset venire, cùm de apicibus iuris contendat, meritò & apices iuris contra se probare debet, ideoq; obest renunciatio, & publicatio, etiã in eadẽ instãtia. j. e. c. cõstitutis. 2. nã si apicibus iuris pro se vtitur, & contra se vti debet. 4. q. 3. vers. itẽ si quis testibus. Non obst. s. tit. j. iurauit: quia loquitur in contrahendo, non in cõtracto. vel melius dicas, quòd ibi non auditur quia directè adstruebat probare negatiuã, dicãs ꝙ nullo gradu consanguinitatis sibi attinebãt, & non distinguebat gradus, quare nõ auditur. sic s. de causa pos. cũ ecclesia. §. 2. & j. de spon. cõsultationi. resp. j. nam si distingueret, & sic ostenderet, ꝙ indirectè probare uellet, ꝙ bene audiret̃, vt j. e. series. & c. cum in tua. etiã in cõtrahendo. j. de spõ. cũ in tua. & c. cõsultationi. §. vnico.

Hęc in eadem instantia: in causa aũt resti. audit̃ sup ꝗb. ut not. s. de in integ. resti. §. & qualiter. & §. in quib. danda est. & s. e. §. & quoties. Idẽ in causa appellationis. sed refert, vtrũ antiquũ articulũ uelim ꝓbare p testes antiquos. & hoc quidem non possum: quia cùm semel iurauerint de dicenda veritate, præsumitur quòd totam dixerint: quia sic iurauerunt, vt not. s. §. quid debent iurare, sed super nouis duntaxat ipsos producere possum. item & nouos etiã super antiquis: nã si in causa principali minus plenè probaui, uel allegaui, ẽt in cã appellationis plenius probare uel allegare possum ẽt super antiquis articulis, uel etiam nouis, ex ueteribus tamen pendẽtibus, sic intellige j. e. fraternitatis. & sic quod ibi dicit super nouis duntaxat, respicit antiquos testes, & subauditur, uel etiam super antiquis, sed per nouos, & sic quòd dicit de nouis testibus, sic recipit subauditum, & dicas nouis pendentib. j. de fi de instr. cum Ioan. C. de ap. eos qui. §. j. & de temp. app. per hanc. ff. de mino. etiam. Et breuiter uidetur dicendum, quòd ubicunque

ADDITIONES.

a Post publicotionem alij testes. ¶ Adde do. in c. fraternitatis. eo. tit. & doc. in c. iurauit. de prob.

b In primo gradu consanguinitatis. ¶ Adde doc. in c. non debet. de cõsan. & affi. & do. in cle. j. e. tit.

c Si pro matrimonio sentẽtia feratur. ¶ Adde gl. in c. lator. de re iud. Ho. in c. ex literis. de rest. in integ. Ang. cons. 306. incip. ꝓposita multum eleganter. ad fi. Lud. Ro. cons. 367. incip. circa primum cõsultationis articulum.

d Ordo iuris. ¶ Adde an ordo iuris sit seruandus vide Bar. in l. j. C. de ꝓdu. prædi. fisc. lib. 11. Et an sit seruandus in possessorijs, uide tex. in l. j. in §. necessario. ff. si muli. uent. nomi. & gl. in c. consultationib. de off. dele. fall. t in trib. casib. de quib. enumerat Fel. in d. c. consultationib. in vlt. col. Et an ordo iuris seruatur in omni regno Franciæ, uide per Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. in 23. col. ver. vlt. not.

que obſtaret exceptio rei iudic. non poſſunt teſtes produci ſen-
tentia lata:ſed vbi nõ obſtaret, produci poſſunt.ff.de excep. rei
iu.cùm quæritur.& legibus ſequentib. ergo in cauſa ap. quia ibi
non obſt. exceptio, cùm pronunciatum appellatione ſuſpen-
ſum ſit.ff.ad Turp.l.j.in fi.j̃.de iureiurand.venientes.& ſic opp.
arg.quòd cauſa appel.alia eſt à prima,& non eadem. Canoniſtæ
autem huic opinioni obijciunt, quòd timendum eſt de ſubor-
natione teſtium, quò ad antiquos articulos: vnde in cauſa app.
non poſſunt plenius probari,cùm eadem ratio remaneat.arg.s̃.
de conſti.tranſlato.C.de libe.p̃teritis.l.j.j̃. de conſang. & affini.
tua.Et facit contra ipſos in hoc, quòd dicunt non præſumendã
calumniam,ex quo iuratum eſt de cal.quod dic,vt not.s̃.de do
lo & contu.§.qua pœna afficiatur contumax. Sed certè duplex
eſt ratio, quare hoc prohibet, prima de qua dixerunt, vt ꝓbat
§.quem ad hoc allegant,in auth.e.§.quia verò multi.ſed hic de-
ficit inſtantia iudicij mutata,vt patet.s̃.de prob.c.vlt.C.de iud.
ꝓperandum.j̃.e.præſentata.ſecunda,vt lites breuius terminen-
tur.vt in fi.dicti §.quia verò.Ideo in quarta ꝓductione breuior
dies eſt arbitrio iudicis aſſignanda, vt ibi.& hoc durat in prima
inſtantia iudicij & ſecunda. vt ſup. de dolo & contuma. finem.
hanc puto veritatem, quicquid j̃.notetur.Sed & vt ſcias quòd
alij ſentiunt,& ſequaris opinionem quam malueris, notãdum
eſt quòd.y.in hac materia talem tradidit doctrinam,non oppo
ſitum opponam,& oppoſitum non probatum probabo, id eſt,
non oppoſitum,ſcilicet in primo iudicio,opponam, ſcilicet in
iudicio appel.& oppoſitum,ſcilicet in primo iudicio,ſed tamẽ
non probatum probabo,ſcilicet in iudicio appella. & hæc pro-
bantur,ff.de appel.ſcio.C.de appel.eos.§ ſi quis autem. & de tẽ
por.appe.per hanc. Albricus ſcripſit,quòd poſt publicationem
teſtium,nec in prima cauſa appell.nec in cauſa appel.licet circa
idem teſtes producere,per auth.e.§.quoniam verò multi.& di
cebat, quòd non obſt.iura ſuperiora, quæ ipſa intelligebat, qñ
in primo iudicio fuerat probatũ,nõ ꝑ teſtes,ſed alio modo: ta
men ad decret.j̃.e.fraternitatis.non poterat reſpondere.Et no.
ſecundũ Goff.ꝙ dec.illa dicit, teſtes poſſe produci in cauſa ap.
ſuper nouis articulis.ſed l.ꝑ hanc.dicit ſuper nouis aſſertionib.
quæ nõ ad nouum articulum pertinent.ad quod reſpõdeas, ꝙ
dec.exponẽda eſt ſecundũ l.vt exponas capitulis,id eſt, aſſertio
nibus,ſuper quibus auditur quis in cauſa ap.ſi nõ ad nouum ca-
pitulũ pertineãt. Porrò ſi appellans proponat aliquid de nouo
nõ cõtingens id de quo actũ eſt in primo iudicio, non eſt audiẽ
dus.Itẽ decr.dicit in cauſa appellatio.nouos admittendos, ſuper
nouis dũtaxat capitulis.ſed l. per hãc. dicit tam ſuper veteribus,
quàm ſuper nouis.Soluunt Legiſtę dicentes, ꝙ ſuper ueteribus
A quo, siue per quem, Et qualiter fiet comparatio? Respon.per hos qui bene nouerunt formas, & figuras literarum atq; ueritates.C.de re milit.l.semel.& debent iurare, quòd neque lucri causa, neque amicitiæ,neque gratia tēti hāc comparationem bona fide facient.C.eod.comparationes.§.omnes.Item is qui inducit instrumentum ad comparationem, siue is qui fecit fieri comparationem, iurat, quòd non aliam habens fidem siue probationem idoneam,ad collationem instrumentorum venit,nec quicquam circa eam egit, aut machinatus est,per quod veritas abscondi possit. in auth.eo.§.si verò nihil.Si ergo inducis contra me instrumentum Guliel. tabellionis, ego vt derogem fidei ipsius instrumenti, induco aliud instrumentum,quod redditur suspectum: quia dicitur non fuisse factum per manum ipsius tabellionis, cuius nomen ibi manifestatur,& ego ad iuuandum ipsum induco alia instrumenta eiusdē manus similis literæ, & similis formæ,hoc admittet iudex: sed hoc ita demùm si tabellio non superest.aliàs ad ipsum recursus habebit.C.ad legē Cor.de fal.si quis decurio.sed si mortuus est, tunc fit comparatio literarum tabellionis, & signorum, uel notarū,si tamē supersit minister tabellionis, & administrator.aut etiam subscribentium,si ibi sint, fiet comparatio.in auth.e.§.sed & si instrumenta.& §.& hoc dicimus.

Quis sit effectus cōparatiōis. Olim effectus talis erat ut p eam instrumentum omnino comprobaretur,uel improbaretur.hodie autē una quædā,id est, semiplena tollitur fides,ex cōparatiōibus literarū atq;signorū, & quādo quę omnino credit ei,quādoq; non, prout iudici uidebitur. & sic est arbitrarium.in auth.e.§ si uerò morianē.nam & si ab una parte sit scriptura tantùm,ex altera scriptura & uiua uox, uiuę voci standū.est, in auth.eo.§.si uero tale aliquid. Item & hodie diligentius & cautius fit comparatio: quia in mutuo & in quo libet cōtractu dist.nam si super minori summa lib.auri fiat scriptura,duo testes ad plenā probationem sufficiunt, siue fiat à perito,siue ab imperito in scriptis,uel sine scriptis,in auth.e.§. ult. vel forte speciale est in solutione debiti in scriptis, vt quinque exigantur,etiam si minor sit summa. C de testib.testium. & authentic.rogati vel illa per hanc determinatur.Si uerò excedat lib.auri,[c] & peritus literarum contrahit, & in scriptis, exiguntur quinque testes,inter quos requiritur tabellio,& omnes subscribere debēt cū ipso ɔ̄hente. vel pro contrahente vnus testiū scribet,uel premittetur signum contrahentis.in auth.e.§ oportet.Sed si imperitus in maiori summa cōtrahat,sine scriptis, exiguntur tres testes.in auth.e.§.j.& §.sed si & instrumēta.Cùm autem peritus literarum in maiori summa contrahit sine scriptis, vel in scriptis,exiguntur tres testes, ut in prædicto tit.& fit examinatio,quæ fortè dicitur comparatio literarum priuatarum, si priuata intercesserit scriptura, ita demū,si supersint testes nec exigitur eorū subscriptio.si verò subscripserint, exigitur vt ueniant, & propriis subscriptionibus attestentur: uel si non subscripserint,exigitur ut ueniant, & attestentur,ꝙ eis presentibus confectum est documentū,& sic collatio iuuatur arg. testium, secundum hoc intellige.C.eod.auth ad hæc & auth.at si contractus.in auth.eodem.§.1.2.& 3. Quid si scriptura per manum tabellionis facta sit?Dic ut no.s.§ proximo.uersi.si ergo inducis. & hæc in vrbe locum habent: in agris enim vetera iura seruari iubentur.in auth.eodem.§.penult.& per totum & in nouel. eodem titul.sunt autem iura uetera, ut in omni summa sufficiant duo testes, nisi contractus chirographario instrumento initus sit ultra l.lib.auri ubi quidem tres testes exiguntur. ut C si cert. pet.l.ult ff.de testib.ubi numerus. secundum Azon. sicut hoc notatur in summa. C. si cert.petat.§. penult. Sed quia hæc glossa satis cōfusa est,nec omnino uera, ideo ad certam doctrinam de hac materia tradenda, sic dicas: Quicunque contrahit ultra 50.lib.auri,& in scriptis,requiruntur tres testes.C.si certum petatur.l.fina.quæ in duobus casibus tantùm, s.in mutuo & in solutione debiti locum habet,& hoc etiam intelligas, quando ex hoc per tabellionem fit publicum instrumentum:sed si contractus per manum priuatam scribitur, necessarii sunt tres testes, qui se contractui interfuisse firment præstito iuramento, ut in authen.eo § si quis igitur uult cautè deponerę.& seq. & C. qui pot.in pig.hab.scripturas.& licet dominus Azo dictos §§.nitea tur multum extendere,se tamen ad casus alios non extendunt. ꝙ si instrumentū fiat per manum publicam, eodem modo exiguntur tres, s.tabellio,& duo alii in authent.eod.§ sed si instrumenta.& seq.nisi fortè fieret apud acta.quod.dic vt not. s̄ eod. § quibus instrumentis.sub § item redditur uersic.item secundū Goffred. In aliis autem contractibus distinguendum est: quia aut is qui se obligat,est peritus aut imperitus. Item aut contractus celebratur in ciuitate,vel extra. Item aut in scriptis, aut sine scriptis.Itē aut excedit lib. auri,aut non.Si imperitus contrahat obligando se in ciuitate & in scriptis, & contractus excedat lib.auri,tunc requiruntur quinq; testes.Si uerò in minori summa,vel extra ciuitatem,uel sine scriptis, sufficiūt duo testes. ff. de testib.vbi numerus.Quòd si peritus contrahat obligando se, sufficiunt duo testes sicut hæc omnia eliciuntur in auth. eod. §. oportet.& seq.& hoc nisi fortè fiat inde publica scriptura. nam si fieret,requiruntur tres testes,sicut no.s̄.eo.uersi quicunque. & seq.Sed si quæras rationē quare aliud in perito,& aliud in imperito?respond.In perito ideo non exigitur tanta solēnitas: quia potest respicere scripturam, & videre ne quid ɔ̄ ipsum scribatur.C.arbit.tutel.l.si.quod si non facit,sibi imputet.ff. de regu. iur. quod culpa sui damnum patitur. imperito autem subueniendum est.arg.ff.de probat.cùm de indebito.§.1.ideo in ipso quinque testes requiruntur, ne cōtra ipsum aliquid machinetē. ad hoc.C.qui testam.fac.pos.hac consultissima.ad finem. & de fide.c.l.fin.xx.dist.de quibus.s̄.de offic.delega.prudentiā.secundum Dom.Rober.Hoc secundum l.sed secūdū can. in ore duorum,[d] vel triū testium,&c. j̄.de testa.cùm esses & c.relatum.qđ dicit ut notatur in Summa.§.qualiter conficiatur.& s̄. de testi.§. quotus numerus. Quare aūt sola collatio non facit hodie plenam fidem. dicit autem: quia ætas,tempus,scriptura, eiusdem manus

ADDITIONES.

a Est autem archiuus. ¶ Adde Doc.in cap. 1. de proba.& in authen.de defens.ciui.in §.præterea.colla.3.

b Posse fieri comparationem. ¶ Adde Spe.in tit.de proba.in §.si ver.sed in strumentum.l.comparationes.& ibi Cyn.& Doc.C.de fide instrumē. Dy. Bar.& Saly.in l.uenditor.ff.de iudi.

c Librā auri. ¶ Adde quot ducati faciunt librā auri.vide gl.& Doct.in c.fi. de deci.gl.in l.2.C.de spor.gl.in rub.C.de veteri.potesta. nummis.Io.An. in addi.Spec. in tit.de instru.edi.in §.porrò.in fi.Cyn.in l.pen.C.de dona. Bal. in l.fi.C.commu.de leg.& per Alex.de Imol.conf.4.incip.circa primū quęsitum.in 1.vol.

d In ore duorū.¶ Adde c.cū esses & c.relatum.de tesia.& in c.nouit.de iud

manus variat. non enim ita ſcribit iuuenis & robuſtus, ſicut ſenex & fortè tremens. ſæpe enim & languor hoc facit. Item calami, ſiue pēnæ, & atramenti, ſiue tinctæ immutatio in auth eod. in prin. ff. de condi. inde. l ſi non ſortem § libertus. Item nec instrumento per aliud inſtrumentum, uel etiam teſtes ſemper derogatur, ut patet j. e. §. quid ſi inſtru. inſtrumento alteri. uer. qđ ſi ſcripturæ teſtibus. & ſeq.

5 **Quid ſi** inſtrumentum † amiſſum fuerit. Et quidē vbi quæritur de his quę ſine ſcriptis fieri poſſunt, ſufficiūt teſtes, & generaliter poteſt fieri fides per teſtes in omnibus, præterquam in caſibus. Primum habes C. ſi minor ſe ma. dix. ſi alterius. Secūdum, C. de ſuffragio l. 1. Tertium. C. de teſti. teſtium. & in auth. rogati Quartum, C. de non. num. pec. generaliter. Quintum C. qui teſta. fa. poſſunt l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana ff. de proba. cenſus. j. de præſcrip. ad audientiam. Sextum, xcvii. diſt. nobiliſſimus. ſ. de offi. deleg. cùm in iure. Septimum, j. de priuil. porrò. ſ. de vſu pal. c. vlt. Octauum, lxxi. diſ. extraneo. j. de cler. non reſi. fraternitati. C. de epiſco. & cler. ſi qua. Nonum, 1. quæſt. vii. ſaluberrimum. Decimum, ſ. de elect. quia propter. Vndecimum, x quæſt. 2. hoc ius. j. de rebus eccle. non alien. capit. primo Duodecimum, ſ. de procurat. capitulo 1. Tredecimum. Cod. de fide inſtrumen. contractus. Decimumquartum, in emphyteuſi. vt notatur j. eodem. §. quid de contractibus. Decimumquintum, in fideiuſſore, ſecundum domi. M. quod dic, vt notatur j. de fideiuſſo. §. qualiter. uerſi. ſed præmiſſam rationem. Decimumſextū, in appellatione facta ab aliquo grauamine, uel interlocutoria, ut in authentic. d. n. extrà, de appel. cordi. Decimumſeptimum, in donatione quæ excedit quingentos aureos, ut notatur j. de donat. §. quæ donatio. Decimumoctauum, in ſententia excommunicationis. Decimumnonum, in requiſitione tranſcripti ſententiæ excommunicationis, ſicut de his duobus caſib. legitur in auth. d. n. extrà de ſent. excom. cū medicinalis & ſi qui ſimiles reperiantur. In aliis autem non refert, dummodo per teſtes poſſit fieri probatio. ſ. de cler. pereg. tuæ. C. eo. l. 1. & l. ſicut. & l. ſtatum. & l. ſi ſolennibus. & l. inſtrumentis. & l. cum inſtrumentis. & l. non idcirco. ff. eodem l. 1. & l. iure. & de pign. contrahitur. quinimò refici poteſt authoritate iudicis, ſi tenor probetur, vt dicam j. eodem. §. de publicatione. & habes j. de priuileg. cùm olim eſſemus. In amiſſione autem inſtrumenti diſtin. vtrum ipſum amiſerim, aduerſario meo machinãte, & tunc ad fundandã intentionē meã non habeo neceſſe aliud probare, niſi quod ipſius dolo faciente amiſerim, ſiue ipſo procurante. C. de probat. ſi de poſſeſſione. ſ. tit. 1. peruenit. 1. & de teſtib. conſtitutis. 1. C. de poſtul. prouidendum. 3. quæſt. 7. §. tria. uerſi. ſi quis autem. Sed ſi altero procurante amiſerim, nō ꝓdeſt probare tenorē, niſi & teſtes contractui interfuiſſent. ſecundum Azon. contrà not. j. eodem § quid ſi inſtrumentum. in fine idem eſt, ſi per caſum ipſum amiſerim. porrò ubi debeo pecuniam in ſcriptis quã ſolutam per ſcripturam aliam habeo neceſſe probare, ſi probarem amiſſionem ſcripturæ de ſolutione facta in aliquo releuor: quia nō erunt quinque teſtes neceſſarij, imò per duos poterit probari. C. de teſtib. teſtiū. & in d. auth. rogati.

6 **Quid ſit antapocha** † & cui fiat. Et quidē eſt chirographū qđ facit debitor creditori, in quo confitet ſe ſoluiſſe tantùm. & dicitur ab anti, quod eſt ante: non ab anti, quod eſt contra: quia fit ante apocham, & eſt inducta ad ſecuritatem creditoris. qui enim nomine alieno poſſidet, & penſionem ſoluit, uel qui creditori ſuo vſuras repræſentauit, ſi quidem dicat ſe ſuo nomine poſſidere, & ita ſe dominum factum, vel præſcript. liberatū contendit, ius agentis vacillare facit, niſi dominus, uel creditores penſiones uel vſuras præteriti temporis ſibi ſolutas probet. unde neceſſaria eſt antapocha debitoris, per quam ſolutionem ꝓbet. C. e. plures. uel ut dicunt alii, antapocha eſt ſcriptura quam facit debitor, obligando ſe. ab anti, quod eſt ꝯ. † Apocha [a] autē,
7 ſecundum omnes, eſt ſcriptura creditoris confitentis ſibi à debitore ſolutum fore. ff. de adminiſt. tut. Lucius. §. tutor. ſic ergo plenè conſulitur domino, uel creditori, ut dando apochã debitori uel colono, eius exēplar retineatur, ſubſcriptione coloni uel debitoris, uel creditor det debitori apochã, & ab eo recipiat antapochã. ut in d. l. plures. C. eo. titu. & ſecundum hoc dicitur,

Apocha ſit dantis, antapocha ſuſcipientis.

id eſt, apocha fit à creditore, & datur debitori: ſed antapocha fit à debitore & datur creditori.

8 **Quid de** contractibus † ſine ſcriptura factis. Et quidē ualent generaliter, niſi in caſibus quos no. ſ. §. quid ſi inſtrumentum amiſſum fuerit. idem exigitur in emphyteu. contractu, ut not. j. de locato & conducto. §. potuit emphyteuta. ſub § qualiter contrahatur. ſemper autem uidetur fieri ſine ſcriptis etiam ſi ſcriptura inde fiat ad probationem, niſi inter contrahentes id actum ſit expreſſim, quod non aliter valeat, niſi ſcriptura inde facta ſit, ſecundum quod ſapientes intelligere voluerunt. Cod. eodem. contractus. Vel ſecundum Azon. tunc dicitur fieri in ſcriptis, quando in contractu uel ante contractum ſimpliciter conueniunt, ut ſcriptura inde fiat. & tunc aliter non valet, quouſque rogationes, id eſt, inſtrumenta in mundum recepta ſint. & dicitur mundus charta, quæ plenè omnia continet inter partes a munditia, eo quòd ſine vituperatione debet eſſe, & debent partes ſubſcribere huic mundo. Item & teſtes, & videtur innuere, C. eo. contractus. in auth. eo. §. ſed ſi inſtrumenta. & §. oportet. Item oportet mundū ex toto compleri à tabellione, & poteſt quælibet pars recedere à ꝯtu, quouſque omnia prædicta ſint completa, & à partibus abſoluta, q̄uis nota ſiue abbreuiatura facta ſit, nec recedentē oportet timere amiſſionē intereſſe, licet emptor arras amittat: venditor autem duplicatas reddat, ut in dicta l. contractus. Inſtit. de emp. & vend. §. 1. Quid ſi venditor ante mundum completum rem tradidit, nunquid transfert dominium? Dicas non. cùm ꝯtus non ſit cōpletus, C. de ſuffragio. l. vnica. C. eo. ꝯtus. ſed nunquid parat cauſam vſucapiendi? fortè ſic, ſecundum l. ar. ff. pro dote. l. j. §. & primū. ſed contrà j. de præſcri. quoniam

Quid ſi inſtrumentum inſtrumento alteri, uel teſtibus contradicat. Hic quidem notãdum eſt, quòd quatuor varietates vertuntur in iudicio. Aut enim principalis principali contradicit: Aut teſtes teſtibus: Aut ſcripturæ ſcripturis: Aut ſcripturæ teſtibus. Si principalis principali contradicit: attende an ſit actor, uel reus, & an quæratur de intentione, vel exceptione: & an negatiua probari poſſit, vel non, & an probet plenè vel ſemiplenè, vel nullo modo: & an actor foueat cauſam fauorabilem, uel non: ſecundum hoc fiat condemnatio vel abſolutio, vt not. ſ. de probatio. §. quis debet probare. & j. de iureiur. ſub §. nunc redeundum. §. quando ſit deferendum. verſic. quòd ſi iura obſcura ſunt. & ſeq. & de ſent. & re iudi. §. & quando. Si verò teſtes teſtibus contradicant, dic vt not. ſ. de teſtib. §. quæ diuerſitates. Sin autem ſcripturæ ſcripturis contradicunt, aut poducuntur ab una & eadem parte, aut à diuerſis; ſi ab vna & eadem parte, & ſunt omnino contrariæ, ut quia vna dicit producentem & proprietarium, & alia vſumfructuarium. quod impoſſibile eſt, cùm vſusfruct. ſeruitus ſit, & res propria nemini ſeruiat, ut ff. ſi vſusfru. pet. vtifrui. & ff. de ſerui. vrban. præd. in re communi. vel quia vna probat me dominum rei ex cauſa donationis, alia ex cauſa permutationis, uel donationis alterius: ſiue ab altera perſona factæ, quod impoſſibile eſt: quia quod meum eſt, nō poteſt fieri meū, niſi deſinat eſſe meū: j. eodem inter. §. cæterùm. Inſti. de actio. §. ſic itaq; diſcretis. uel quia vna dicit me ꝯtraxiſſe Vercel. Mccxxxix. iij. idus Maij, alia dicit me contraxiſſe Romæ eodem anno & eodē die, quod eſt impoſſibile, vt ſ. de teſtib. ex tenore. & no. ſ. de proba. §. quis debet probare. uerſ. item negatiua facti terminata. fidem ſibi derogat. j. eodem. imputari. C. eodem. ſcripturæ diuerſæ. ff. de regulis iuris. vbi repugnantia. Idē ſi una & eadē ſcriptura ſibiipſi hoc modo contradicat. j. eod. inter. §. cæterùm. Aliud autem in teſtibus ab vna & eadē parte productis, vt no. ſ. de teſtibus. §. quæ diuerſitates. verſi. ꝙ ſi plures. Sed ſi non ꝯdicant directè, ut exēplificaui, ſed quia diuerſificãt: ut quia vna dicit quinquaginta legata: alia centū, valet vtraq; in quinquaginta in q̄bus ꝯcordant. ut ff. de legat 2. Sēpronius. & de arbit. diē proferre. §. ſi plures. Sed ſi à diuerſis partibus contraria inſtrumenta proferantur, ꝯſideret iudex cui ſcripturæ magis credendū ſit, cōſiderata fama, & qualitate proferentis, & conficientis, vt iam dicam in inferioribus. hoc intelligas, quando diuerſæ ſcripturæ eiuſdem formæ ſunt, & eiuſdē qualitatis. nam ſi una priuata ſit, & alia publica, publicæ ſtabitur contra priuatam quouſq; contra probetur. j. e. c. 2. & c. inter. §. eadem. & C. de prob. inſtrum. & l. cum precibus. qđ ſi ſcripturæ teſtibus contradicant, uidetur ꝙ ſibi inuicem fidem derogent. C. eodem. in exercendis. & l. ſcripturæ. & j. eodem. imputari. Alij dicunt, ꝙ viuæ voci ſtandum eſt contra mortuam ſ. de proba. tertio, & in auth eodem. §. ſi verò aliquid tale. Tertii, ꝙ magis ſtandum eſt ſcripturæ. ut ff. de proba. cenſus. nam efficacior eſt iſta probatio, vt patet ex his quæ not. ſ. §. quid ſi inſtrumentum amiſſum. imò plus dicit Lanfran. Cre. ſ. ꝙ nunquã poſſit reprobari inſtrumentum per dicta teſtium, niſi inſtrumentum ſuſpectum reddatur ex parte proferentis, vel ex parte conficientis. & eſt ratio., quia memoria hominis labilis eſt: nec ſunt teſtes ad ea quæ dicuntur in tractatu adeò attenti, ſicut tabellio, ſed manifeſtè reprobatur j. eo. cùm Ioan §. porrò. §. pe. & ultim. Goffred. verò notat, ꝙ quatuor teſtes requiruntur ad reprobandum inſtrumentum. cùm enim tabellio habeatur loco duo-

ADDITIO.

a Apocha. ¶ Adde l. plures. apochis. & ibi Cy. C. de fid. inſt. Doc. in ru. C. de apo. pub.

co duorum testium,[a] ff. de testam. Domitius. & quãdoq; faciat plenam probationẽ. C. ad leg. Cor. de fal. si qs decurio. necesse est, quòd tot sint excedentes numerũ duorum, quot per se facerent probationem. j. e. cùm Ioan. §. 1. vbi quatuor testes inducuntur ad reprobandum instrumentum, secundum Goffred. Sed quia hic sunt multæ & diuersæ opiniones, ideo sic intellige & distingue. Si quis vult probare intentionem suam, non refert vtrum per testes probet, vel instrumenta, nisi in casibus. quod dic, vt notatur. s. eod. §. quid si instrumentum amissum fuerit. & sic intellige l. in exercendis litibus. &c. Sed si testes scripturæ cõtradicãt, refert an sint de testibus in scriptura subscriptis, & tũc suspectum redditur instrumentum, vt ff. queẽadmodum te. ape. l. 1. in fine. arg. j. eod. cùm Ioan. §. dictus. & si maior pars ꝯdicat vel omnes, irritatur omnino, ut ibi. & s. de probat. tertio. & de testi. tam literis. §. vl. in auth. eod. §. 1. 2. & 3. Sed si sunt alii testes tunc extendat iudex personas conficientium. & producentiũ nam si consueuit falsum producere uel conficere, instrumentum redditur suspectum: & hic considerabit quantitatem, de qua quæritur. Item famam testium, uel infamiam, uel suspicionem, & secundum hoc stabitur instrumentis, uel testibus: quia ex transacta vita, &c. ad hoc. ff. de edẽ. si quis. §. 1. j. de præsump. mandata. & c. scribam. ff. de accusa. si cui. & de re mili. non omnes. §. à barbaris. & de suspec. tu. l. 3. C. de edicto diui Adriani tollend. l. vlt. j. eod. cùm dilec. & de præsum. illa. & de præsump. ad audientiam. j. de dolo & contum. prout. & c. veritatis. §. j. Item consideret quot sunt testes, qui iuuant instrumentum, & quot hi qui contradicunt: nam si plures & meliores sunt contradicentes, stabitur eis. vt expressim probatur. j. eodem. cùm Ioan. §. porrò. & §. pe. & vl. & sic aliquando stabitur viuæ voci contra mortuam, aliquando mortuæ cõtra viuam. Quòd si omnia hincinde æqualia fuerint: tunc considerabit naturam negocii & qualitatem. nam si factum recens est, magis credendum est testibus: si antiquum, magis credẽdum est scripturæ: quia memoria hominis labilis est. ad hoc, C. de donatio. in donat. & qui testamenta facere possunt. hac cõsultissima. §. at cùm humana. ff. de proba. cẽsus. & l. si arbiter s. de proba. cùm causam. & ex temporis diuturnitate consueuerunt testes variare fidem. ff. de Carbo. edict. l. 3. §. duæ. & de dam. infect. qui bona. §. vl. Item naturam negotii attendet: quia quædam sunt quæ melius probantur per scripturam. vt not. s. eodem. §. quid si instrumentum amissum fuerit. & idem in processu iudicij, secundum quosdam. s. de proba. quoniam contrà. C. arbitrium tu. l. vltima. C. ad Vell. antiquæ. j. de regula. statuimus. quod dic vt notatur s. eod. §. de publicatione. sub §. & qualiter. versic. quid enim si tenor. & hoc, quando à diuersis partibus producuntur. nam si ab eadem, dic ut distinxi, quando testes ab eadem parte producti sibi inuicem contradicunt, ut dixi s. de testibus. §. quæ diuersitates. uer. quid si plures. & attẽde similiter, an sit de ipso instrumẽto, uel de aliis & famã testium: & naturam negotii & personam cõfitentis, vt s. dixi, si omnia hincinde paria sunt, fertur sententia pro reo, nõ ꝓ actore, nisi actor fauorabiliorem causam foueat, ut not. j. de re iudica. sub rubrica, de sententia. §. & quando. & j. de iureiuran. sub §. nunc redeundum. §. & quando sit deferendum. ver. quod si iura obscura sunt.

9 b An instrumentum † edi debeat,[b] & qualiter fiat editio? Distingue, nam Scripturarum aliæ publicæ, aliæ priuatæ. Priuatarum, aut communes, aut alterius, aut propriæ. propriarum aliæ sunt penes dominum, aliæ penes non dominum. Item aut dominus usurus est instrumento, aut non. Et si est vsurus, aut vsurus est toto instrumento, aut certo capitulo. Item aut is qui petit editionem fieri, redarguit instrumentum de falso, aut nõ. Aliæ publicæ. ut puta acta iudiciorum. vocat enim indistinctè hic scripturas publicas illas, quæ factę sunt authoritate iudicis, & in capitulariis siue chartulariis curiæ scriptæ: cæteras autem omnes priuatas, etiam si per manum tabellionis factæ sunt, vel sigillum authenticũ habeant. Istæ ergo scripturæ, vt citationes & dilatiões, &c. per ordinem, vt dicit litera suprà, de probationibus. quoniam contra falsam. cuilibet parti petenti edendæ sunt, cum die & cõsule, vt in decre. quoniam. Co. de eden. l. secunda. aliàs lite penden. appellari potest in hoc casu, etiam secundum ll. ut not. suprà, vt lit. penden. §. secundo. uersicul. item etiam post lit. contestat. & legitur C. vt lit. penden. l. secunda. ideoque & rescriptum edendum cum data, est. j. eodem ex literis. suprà, de dila. præterea. nam & data ipsius cõsideranda est, vt s. de rescriptis. eam te. & c. constitutus. & de transact. ex literis. Priuatarum aliæ cõmunes, ut puta rationes nummulariorum, vel procuratorum, in q̃bus cõtinentur accepta, & data, & pedagiorũ, qui & iurati sunt & tales scripturæ edendæ sunt cũ die & cõsule, cùm gratia utriusque fiant, ut ff. de eden. l. prima. §. rationes. & §. prætor ait. C. de edendo. non est nouum. & l. vltima. Item si instrumenta communia hæredibus alteri, tãquam seniori & honestiori commendata sunt. vt ff. famil. ercisc. si quę. ff. eodem. l. ultima. Cod. eodem, illatæ. infrà, eodem. G. perpetuus vicarius. ff. de iure fisci. l. 2. § diuus. Si alterius, & non est vsurus is qui habet, non est faciẽda editio, nimis enim graue est quod alicui dicatur. Instrumenta quæ contra te sunt, apud te ipsum require, & in medium profer. ut suprà, de probationibus. cap. primo. Cod. de testibus. nimis graue. & de edend. qui accusare si verò vsurus est, disting. vt in seq. Propriarum autem aliæ sunt penes dominum. editionem istarum non potest dominus petere: quia potest ei dici, Quod petis intus habes. s. de iudiciis. examinata. ff. de edendo. si quis ex argentariis. §. prohibet. Aliæ penes non dominum. hic peti potest editio per actionem ad exhibendum, vt C. ad exhibendum. l. vltima. & postea vindicari, vel condici condictione sine causa, scilicet, quando solui tibi debitum: sed instrumentũ in quo me tibi obligaueram, & quod emeram penes te remansit, nec vis ipsum mihi restituere. C. de cõdictione sine causa. dissolutæ. Quòd si is qui petit, non erat dominus, tunc proponet actionem in factum. vt ff. ad exhibendum. l. secunda. §. penultim. Itẽ petitur aliq̃n pignorati. actio. ff. de pignor. actio. l. 1. respon. 1. Item familiæ erciscundæ. ut ff. famil. ercisc. l. 4. & sequentibus. Itẽ actione ex empto. vt ff. de actio. empt. & vendi. Titius. & l. creditor. in ultima charta. Itẽ ꝯdictiõe, ex l. Co. de liber. causa. sicut datã. Item actione ex testamento, vt C. de fideicommis. instrumenta. Item officio iudicis. vt C. de edend. l. secunda. ff. ad legẽ. Falc. l. pen. §. vlt. Itẽ actione mandati, & pro socio, & tutelę vt ff. de eden. quędã. Itẽ actione in factũ ex edicto de edẽdo. ff. de edendo. l. secũda. Item actiõe in factum, ex illo edicto, quẽadmodũ testam. aper. sed distin. vtrũ is à quo petit editio, confiteatur se tabulas possidere, & tunc locũ habet actio ꝓx. aut negat, & tũc locum habet actio in factũ ex interdicto de tabul. exhibend. ff. de tabul. exihend. l. prima. & quẽadmodũ testa. aper. l. secunda. §. si quis non negans. & sic nota quatuordecim uel quindecim modos, ꝑ quos põt peti editio instrumenti, s̃m d. m. & dominum Vber. de Bobio. qui & dñs meus fuit. Si uerò dñs ꝓpriũ instrumentũ possidens vsurus sit toto instrumento, totũ c est edendũ: si certo capitulo siue articulo, dñt quidã ꝙ totus [c] tenor legi debet. sed articulus super quo quæstio vertit, solus trãscribendus est. sic intelligũt j. e. ꝯtingit. sed mens literæ repugnat licet hũc intellectũ verba videant approbare. nã si totus tenor recitet, multa p̃t pars aduersa audire, sup quibus litigiũ mouebit, & sic non seruat mens. ideo dico, ꝙ si toto instrumento usurus est, totus tenor legi debet, & totus transcribi sine die & ꝯsule, nisi fortè arguat de falso. vt in sequẽtib. sic infrà eo. G. ꝑpetuus. & cap. accepimus. Si certo articulo tantùm vsurus sit, ille solus legi & transcribi debet. ff. de edẽdo. argentarius. §. edi. & l. prima. §. edere. & sequentibus. & Cod. quẽadmodũ testã aperi. l. tertia. sed ꝯtrà: quia stipulatio non vr̃ edita, nisi tota edat, ut ff. eo. l. 1. §. penul. Sed illud ideo, quia stipulationes non diuidunt. ff. de verborũ oblig. l. stipulationes non diuidunt. unde nihil vr̃ esse actũ, &c. Cod. ad Sill. senatusc. l. penul. in fi. vel illud qñ usurus est tota. sic ff. de legib. in ciuile. & s. de renũciat. c. 1. Sed qñ sup vno articulo tãtùm vertit quæstio ipsum solũ recitabo, ne litigia ex litigiis oriantur. contra l. C. de fid. instr. l. vlt. in fi. & cõtra decret. s. de rescript. nonnulli. §. pen. & hoc dicit decret. contingit. j. eo. si sanè intelligatur. vnde subaudi ibi super verbo recitetur, s. totus tenor, & totus transcribatur, qñ toto usurus est: aliàs si vno articulo tantùm uult vti, ille solus articulus recitabitur, & trãscribet, ideo sequit in litera expositiuè ita, ꝙ si super vno tantùm, &c. q. d. p̃cedens verbũ intelligendũ est, s̃m hoc scilicet recitet vnũ tantùm c qñ sup vno est tantùm quæstio: sed recitabit totus, qñ super toto. & similiter transcribet. vt dictum est. & sic fuit iudicatũ Vercel. me assidente in quadã causa de facto. Item aut is qui petit editionem, redarguit instrumẽtũ de falso, d in quo casu cũ die & cõsule [d] edi debet, siue toto instrumento vsurus sit, siue etiã certo articulo, nõ tñ totus tenor, ne aliud litigiũ oriat. j. e. contingit. nisi fortè velit dicere, ꝙ ubi sunt rasuræ, vel lituræ ꝑꝑ quas falsificat: tunc eñ nõ taliter potest redargui, nisi to-

ADDITIONES.

a Tabellio habeatur loco duorũ testium. ¶ Adde Alberi. de Ro. in l. cũ precibus. C. de probatio. Bal. in l. prima in §. fi. ff. de verborum oblig. Car. Zaba. in capit. quoniam contrà. de probatio. idem Card. in capitu. cùm Ioann. de fide instrumentorum Specul. titul. de teste in §. restat. uersicul. sed quæro.

b An instrumentum edi debeat. ¶ Adde Spec. tit. de instrum. edi. in §. 1.

c Tenor legi debet. ¶ Adde an tenor priuilegiorũ sit inspiciendus. vide in c. porrò. de priuileg. Cardin. Zabar. in c. 1. in 1. quæst. ne sede vacante. idem Car. in cap. cùm dilect. in 1. notab. de donationibus.

d Cum die & consule. ¶ Adde Doct. in c. inter dilectos. & in cum P. de fide instr.

niſi totus tenor inſpiciatur. ȷ̃ eod.accepimus.& ſic poteſt intelligi.ff.de eden.l.j § pen.C. de contrah.& cõmit. ſtip. optimam. ȷ̃.e.inter.§ ſed contra.& §.ea uerſ.ſed & ipſum.& c.accepimus. ſed is qui de falſo arguit,debet iurare de calumnia. vt not. eo.§. quibus inſtrumentis.reſp.1.ver.Item obiicitur huic aliquando. Sed ſi de falſo non arguat,tunc fiet editio ſine cõſule & die, ne qd falſi excogitari poſſit,vt ff.de edẽ l.j §.editiões ſine die & cõſule.& quemadmodum teſta.aperi.l.2.§ diem autem. Debet autem fieri editio [a] præſente iudice uel à iudice deputato,& aduerſario.ȷ̃ eodem.contingit. Item loco tuto, & qui editionem fieri petit,inſpectione 12 hominum numero ſit contentus.ȷ̃. eodem.accepimus.hoc tamen puto arbitrarium, ſicut & numerũ compurgatorum,vt nota.ȷ̃.de purgatione canonica. debet etiam fieri copia originalis ſeu authẽtici ſigilli,& ſubſcriptionum, & ſignorum ubi quis obiicit falſitatem,vt patet ȷ̃.eodem. inter. & in his quæ not.ſuprà, eodem.§.quibus inſtrumentis.reſpon.j. verſic. huic autem inſtrumento. & ſeq. nam & ſigillum aliquãdo eſt ignotum.ȷ̃.e.quod ſuper his.& literæ papæ aliquando ſuſpectę. vt ibidem. & etiam decretales aliquando dubiæ proferuntur:in quo caſu ſi iuri communi conſonent,ut ſuprà, de reſcript.extrà,ipſo iure.& de teſtibus.extrà,mediatores. non timeat iudex ſecundum eas iudicare.Si verò diſſonent,vt quia multas contrarietates recipit,vt s̃.de tempo.ord.extrà,nullum.uel quia diſſenſio eſt,vt s̃.de reſti.in integr.extra,eccleſia.cõſulatur princeps,antequã iudicetur. ȷ̃ eo.paſtoralis. videtur ergo,quòd extrauagantia illa ſeriò abſconsè miſſa fuerint, vt quamuis adhuc non conſtet ipſa miſſa fore, ſemper remaneat dubium qđ non eſt,ut ſic per eas decret. paſtoralis.exponi & exemplari poſſint.de hoc etiam dixi s̃.de conſtit.§.qualiter.verſi.quid ſi dubitetur.[b]

10 De publicatione, apud † quem fiat. Et quidem olim fiebat apud magiſtrum cẽſus,vt C.de teſta.conſulta diualia. & l. teſtamenta ſed hodie fit apud defenſorem ciuitatis, vt in auth. de defenſorib. ciui.§.ſed neque.col.3.quinimò apud ordinarium iudicem, quamuis etiã adminiſtrationem non habeat, vel delegatum ab ordinario,qui tamen ordinarius adminiſtrationem habeat,ſic intellige.ȷ̃. eod. cùm P.tabellio.& c.ſi inſtrumẽta.per decret. s̃. de reſti. in integ. cauſa.ſi ergo authoritas talium iudicum non interuenerit, publicatio non valebit:vt C.de edend.procurator.& ſecundum hoc intellige.ff.de admi.tut.chirographis.

Per quem fiat? Per tabellionem:nam per publ.perſonam exemplari iubentur.ȷ̃.eo. c. vlt.Quid ſi non habetur copia tabellionis? dic ſufficere duas pſonas honeſtas, uel tres,cùm ſubſcriptione,vel etiam vnam cũ nominibus præſentium inſcriptis, & cùm ſigillo authentico. s̃. de probat.quoniam.ȷ̃.eod.cap.2.& cap. cùm dilectus. Quid ſi tres tabelliones exemplauerint, & quilibet ſubſcripſerit, uno ſcribẽte,& profiteatur quilibet quòd uidit originale, ſiue authẽticum non uitiatum,non cãcellatum? Dicas non ualere, niſi authoritas iudicis interuenerit. vt s̃.dixi.licet ſit arg.cõtra:quia in ore duorum,uel trium,[c] &c.& quòd credi debet perſonæ publ. C.de probat.cùm precibus.ȷ̃.de præſcript.ad audientiam.& de præſumpt.illud.quod etiã præſtat authoritatem originali,idem & ſumpto,& ſic ſumptum fidem nõ facit:quia ſecundum Albericum de porta Rauen.ſuſpicio eſt,quòd authenticum fuerit uitioſum,ſicut & in quadam cauſa de facto accidit corã eo,& tũc mutauit opinionem ſuam:quia antea tenuerat,quòd ſumptum fidem faceret,per authent.ut fratrum filii.§.illud. ſed timẽdum eſt,ne authenticum uitioſum fuerit,& ideo fecerit publicari, & omnis materia fabricãdi falſum remouẽda eſt.Inſti.ui bon. rap. §.ſed nedum talia.ȷ̃.de accuſat.qualiter. nec obſtat teſtimoniũ tabellionis:quia uidetur facere teſtimoniũ in cauſa ſua.Dictum Alber.approbo,ſed non rationem: quia contradicunt iura allegata.dic ergo quòd hæc eſt ratio:qa pręſentia iudicis & authoritas eſt de ſubſtantia formæ publicationis, ideo non ualet qđ agitur,niſi forma & ordo iudiciarius diligenter ſeruetur: ut ff. man.diligenter.s̃.de reſcrip.cùm dilecta.in fine.& de offi. dele. uenerabili.ȷ̃.qui fil. ſint legit.per uenerabilem.§.1.& per iudicẽ debet fieri examinatio: quia ad ipſum pertinet approbare, uel reprobare,non ad tabellionẽ:ut ȷ̃.e c.ult.& C.de teſtam. teſtamenta.& ſic loquitur auth. ut fratrum filii. Igitur ex quo authoritas iudicis interceſſit, fidem facit, etiam ſi per unũ tabellionẽ ſcriptum ſit,non obſtante allegatione timoris, quòd authenticũ potuerit uitioſum eſſe:quia nõ eſt ueriſimile,ꝙ iudex dediſſet authoritatem ſumẽdi,ſi uitium fuiſſet in originali.ȷ̃.e.c. fi.ȷ̃. de priuile.cùm olim eſſemus.Nec obſtat s̃.de proba. quoniam contra falſam.ubi dicit recurrẽdum ad originalia,ſi de geſtis traditis partibus dubitari contingat:nam illa non fuerunt ſumpta in præſentia iudicis,& eiuſdem authoritate ſolenni,ſed tabellio p ſe tradidit,uel de præcepto iudicis in modum ſcripturæ priuatæ,ſicut fit tota die. Vel etiam ſi inſtrumentum publicũ inde factum fuerit,non dicit quod iudex aliud examinauerit cum originali,& ideo eſt ad ipſa originalia recurrendũ vt ſuprà, de proba.capitul fin.Poteſt & illud dici, quòd quandocunq; dicitur aliud contineri in ſumpto,& aliud in originali, recurrendum eſt ad originale,ſi haberi poteſt.argumen.in iuribus allega. ſuprà c. §.quibus inſtrumentis fides ſit adhibenda. verſic. item obiicitur quod non eſt originale.unde & in hoc caſu recurretur ad notã, ſiue abbreuiaturã tabellionis,ut in iuribus ſequentibus. argum. nam & veritas elicienda eſt modis omnibus quibus poteſt & bene reiteratur examinatio,vt patet in his quæ not.ſuprà,de proba.§.& quot ſunt ſpecies.verſic.8.& infrà eo.§.vlt.Quid ſi tabellio legauit [d] alii tabellioni abbreuiaturas ſuas, quod poteſt: vt ff.de eden.quædam.§.nihil.ad fi. nunquid tabellio legatarius poterit in publicam formã redigere ſine authoritate iudicis? Non eſt du-

ADDITIONES.

a Debet autem fieri editio. ¶ Adde gl.in c.dilecti.de iudic.& ibi Ioan. And. gl.in c.quo iure.8.diſt.Cyn.in l.edita.C.de edendo. Bar.in l.in fraudem.in §.neque.ff.de iure fiſci.

b Huc transferas rubricellam, quibus ex cauſis reprobentur inſtrumenta, ab Hoſtienſe prætermiſſam. Qua in re ita ſcribit Martinus hoc titulo: Inſtrumenta reprobantur, vel eorum fidei derogatur,ſi habent raſuram in loco ſuſpecto.extrà, de priuileg.cum olim.2.vbi de hoc in gl. in loco ſuſpecto.& de fid.inſt.c.inter.Item ſi habent lituram ſeu mutationem primæ figuræ.extrà, de fid.inſt.inter dilectos.& ff.de pb.ſi chirographum. ff. de iis quæ in teſta.delen.l.1.& C.de edic.di.Adr.tol.l.1. Syllabæ tamen immutatio, vel immiſſio uitium non inducit,niſi ſenſus variationem inducat.de fid.inſtr.c.ex parte.vbi de his in gl.ex hoc videtur. & d.c.inter dilectos.ff. de manumi.teſta.l.qui habebat. Vnde emendare teneẽ actor, & verba ſententiæ reuocare,non mutato ſenſu,non prohibetur. ff. de re iud. actorum. Item raſura paucarum literarum, quæ ſapientis animum non immutant, permittitur, etiam in literis Papæ, præter vitium falſitatis. extrà, de crimi.falſi.c.1.dummodo talis raſura non ſit in loco ſuſpecto. d.c. cum olim. 2.in glo. in loco ſuſpecto. Item vitium grammaticæ non vitiat,nec etiam error ſcripturæ impedit eam. C.de teſtament.l.errore.& l. ambiguitates. Et eſt ratio in inſtrumentis, quia eorum fides auctoritati tabellionis innititur, vt ſuperius eſt expreſſum: ſecus in reſcriptis domini papæ. extrà, de reſcriptis. ad audientiam. Inſtrumẽti autem falſitas deprehenditur ex qualitate chartæ ad ſcripturam confectam per eundem tabellionem. C.de fid.inſtru.comparationes.& in authentic.eo.tit.§.ſi verò. Saluo tamen, qđ ætas facit quandoque diſſimilitudinem literarum, non enim ita ſcribit iuuenis vt ſenex: robuſtus, vt debilis. Item facit calami, & atramenti mutatio, quæ variat etiam ſimilitudinem literarum, ut in auth.de fid. inſtru.in princ. Item reprobantur inſtrumenta, niſi contineant annos Domini, indictionem, nomen principis, diem & menſem Etiamſi huiuſmodi inſtrumẽta publica tradantur à parte, ſine die & conſule tradi debent, ut in authentic.ut præpo.no.Impe.in prin.col.v.xxiii.diſtinct.in nomine Domini, niſi quis vellet agere de falſo: vt extrà, de fid.inſtr.inter dilectos. Item, ſi vetuſtate conſumpta fuerint inſtrumenta, & non renouata, nulla fides eſt eis adhibenda. Poſſunt tamen ordinarii auctoritate iudicis renouari. de fid.inſtru.c.fi.vbi de hoc in glo.propter vetuſtatem.& d.c.inter. Item reprobantur, ſi charta eſt vetuſtiſſima, & ſcriptura recentior.d. c. inter. Itẽ derogatur eis, ſi non contineant, quod contractus habuit teſtium præſentiam, & debitũ eorũ numerũ, ut in auth. de fi.inſtr.§.ſi quis igitur.& § ſed & ſi. Derogaẽ quoq; eis, ſi aliqd inueniaẽ ſubſignatũ, vel ſubſcriptũ.ff.ad legẽ.Cor.de falſis.l.Paulus Similiter, ſi in aliqua ſui parte ſit inciſum.ff.ſi tab.teſta.nul. exta.l. pe.approbatur tamen.& reprobatur inſtrumentum ex qualitate pſonæ.ff.de eden.l.ſi quis ex argentariis.§.j.& de fid.inſtrum.c.cum dilectus. Derogatur quoque eis, ſi repugnantia contineant.ff.de reg.iur.l. vbi. Item ſi contraria inſtrumenta quis in iudicio producat. nam illa ſibi inuicem derogant.extrà, de fid.inſtru.imputari. vbi de hoc in gl.C.e.tit.l.ſcripturæ. ſecus tamen in teſtibus contrariis, uel diuerſis ab eadem parte productis. Itẽ derogatur eis, ſi vnus teſtium in inſtrumento ſubſcriptorum, non agnoſcat ſubſcriptionem ſuam.ff.quẽadmod.teſta.ape.l.1.in fi. Item derogatur eis, ſi non ſit originale inde ſumptum. Exemplum enim & ſumptum idem ſupponunt. Originale uerò & exemplar idẽ ſignificant. Exemplum igitur ſiue ſumptum ſine originali fidẽ non facit: de fid.inſtr.c.fi.9.diſt. vt ueterum.& lxxvj.diſt.ieiunium.& ff.fa.erc.ſi quæ ſunt.C.de fideic.l.inſtrumenta. Quidam tamen contrarium dicunt, Quia qñque in ſumpto, licet contineatur tenor originalis de verbo ad verbum, tamen poſſunt eſſe in originali uitia raſuræ, & ſimilia, quæ in ſumpto non ponuntur. Sed ſi ſumptum ſcribatur per tabellionem authoritate iudicis ordinarii, ſtandum eſt ei.arg.C.de teſta.l.publicati.C.de re iud.l.geſta.de confir.vtil.cum dilecta. Non enim ueriſimile eſt, iudicem authoritatem præſtitiſſe ſumpto, ſi vitia in originali fuiſſent: extrà, de priuil.cùm olim eſſemus.de fid.inſtru.c.fi. Poſſunt etiam reprobari per teſtes inſtrumenta, ſi non apparent ſolenniter acta. C. de vſur.l.1.de teſti.c.ſignificauerunt. Non poteſt tamen argui de falſo, niſi uiſum ſit inſtrumentum.de fid.inſtr.c.accepimus. Martinus.

c In ore duorum uel trium. ¶ Adde text.in c.ab iſto die.xxxv.q. vi.c.nouit. de iudic.cap.licet.& in c.in omni negotio.de teſtibus.c. cùm eſſes. & in c. relatum.de teſtam. originaliter Deut. xix. Matth. xviii. & ij.ad Corinth. xiij.

d Quid ſi tabellio legauit. ¶ Adde an notarius poſſit committere ſuam matricem alteri notario ad ſcribendum, ſe poſtea ſubſcribendo, uide p Bald. conſ.lxxxviij.inc.Factum.in 2.uol.

eſt dubium, quòd per alium ad hoc officium deputatum quaſi vicarium tabellionis poteſt hoc fieri viuente tabellione, & iuſta cauſa non ficta, ſed vera impedito, dummodo is qui deputatus eſt vicarius authoritate iudicis fuerit deputatus. in auth. e §. in his verò. & de tabellionibus. §. antepenu. & pe. col. 4. ſed eo mortuo non valebit, niſi authoritas iudicis interueniat, vt ĩ. eo. cap. vlti.

11 **In quibus caſibus** †locũ habeat? & quidem in dictis teſtium publicandis, & in formã publicam redigendis ex parte rei indiſ. & ex parte actoris quando timetur de ipſorũ abſentia diuturna, vel morte propinqua, vt quia intrant mare volentes facere lõgum iter, vel ire ad nundinas remotas, vel intrare bellũ campeſtre, ſiue duellũ, vel torneamentum, vel ire in exercitum regis, uel quia teſtes ſunt ſenes & valetudinarii. quod dic vt not. s̃. ut lit. non ꝯteſt. §. j. Item habet locũ in teſtamentis, vt C. de teſta. publicati. & l. conſulta. Item quando tabellio morte præuentus eſt, & tenor remanſit in protocollo, ſiue nota, vel abbreuiatura, vt ĩ. e. c. penu. Quid ſi abbreuiatura [a] ita abbreuiata inueniatur, quòd non intelligitur quid dicere velit, ſicut faciũt tota die tabelliones dicẽtes, eodem anno & eodem die tali menſe Petrus vendidit fundum ſuũ &c. Henrico precio. 10. vel renun. &c. & fuit fideiuſſor, G. & Ber. vnuſquiſq; inſolidũ renun. &c. & ſic plura. &c. & ĩ. ponit quam etiam decre s̃. vt lit. pend. eccleſia & infra e. accepimus. nũquid tale inſtrumentum poteſt publicari, ſi contractus eſt celebratus in ſcriptis? planum eſt, quòd nõ, ut patet in his quæ no. ſuprà eo. §. quid de contractibus ſine ſcriptis factis, aliàs ſi per ſcripturã præcedentem vel ſequẽtem, vel aliam perfectam per eandẽ manum in eodem contractu & in eadem renunciatione põt fieri fides, bene poterit publicari, ar. ff. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus nummorum. & de fun. inſtr. leg. cùm de lanionis. §. aſinam molendinariam. & de pig. act. vel vniuerſorum. & de uſuris l. qui ſemiſſes. cætera enim quæ deficiũt cum his præſumptionibus authoritate iudicis ſupplebuntur, vt ff. quod falſo tuto. l. 2. §. 2. & in auth. vt fratrum filij. §. illud quoque colla. 9. idem ſi id quod deficit per teſtes, vel per confeſ. aduerſarii probari poſſit. puta quia cohærentiæ deficiunt, uel aliud tale factũ, ergo põt iudex ſupplere, quia non poteſt diuinare etiam Papa, ut infrà, ut bene eccle. vt noſtrum. Sed ius ſupplere poteſt, cùm ſit miniſter iuris, & hoc eſt contra id quod dici conſueuit, quod factum eſt in poteſtate iudicis, ſed nõ ius. ff. ad municipal. ordine. §. durioribus. & quod raſura facta in narratione facti nõ obeſt, ſed in narratione iuris obeſt. ĩ. e. ex literis. ſed alia ratio reformat pactum ſubtiliter diſcernenti. Item habet locum in priuil. & inſtrumentis, quando propter vetuſtatem vel aliam iuſtam cauſam timetur de conſumptione ipſorũ, puta quia litera incipit deleri ꝑꝑ chartæ vitium, vel encauſtum. ĩ. e. inter. vel quia à muribus rodi incipiunt, vt ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tabul. l. j. §. ſi roſæ. ĩ. e. c. vlt. quia quod paulatim labitur, cõuenit renouari, vt in auth. de quæſt. circa princ. col. 6. & vetuſtatem renouamus. in authen. de adminiſt. circa princ. col. 7. vel aliam iuſtam cauſam expone, per ea quæ no. s̃. e. §. qd ſit antapocha. & breuiter in omnib. aliis in quibus ęquitas mouerit iudicem in ſententiis publicandis & ſimilibus, ut s̃. de teſti. Albericus ĩ. de ſent. & re iud. ſicut.

12 **Et qualiter †fiat.** citatis & vocatis his ad quos res pertinet: quia quod omnes tangit, &c. ut notat ſuprà de officio archi. ad hoc. Cod. de auth. tut. l. vltima. ff. de aqua pluuia arcen. in concedendo. ff. de adoptio. nam ita. & l. adoptio. & fiet inſtrumentum de citatione, per qđ poſſit probari citatio, ſi fortè negaretur. ſuprà, de teſtibus. ſignificauit. hoc ſi citatio poteſt peruenire ad ipſum, aliàs mittetur citatio ad domũ qđ dic vt no. s̃. de dol. & cont. §. qualiter deprehẽdatur. verſi. ſi citatio. Itẽ videtur, ꝙ ſi præſens ſit, & nõ venit, debeat ſibi imputare. ar. C. de remiſ. pig. ſi eo tempore. & ĩ. de re iud. quamuis. idem ſi hoc ſcit, quamuis abſens ſit arg. s̃. de elect. cum inter vniuerſas. ff. de act. emptio. & vend. l. j. in fin. ĩ. de ſen. & re iud. quamuis regulariter, ſed qa fortè difficulter probaretʳ ſcientia: tutius eſt ꝙ citetur. & hoc intellige, qñ publicatio inſtrumentorum, uel priuilegiorum, vel teſtium ex parte rei ꝓductorũ imminet facienda qa hic debẽt habere perpetuã firmitatẽ. ſecus, ſi ex parte actoris publicentʳ teſtes: tũc eñ ſufficit ꝙ actor intra annũ certificet reũ ſuper hoc, & illud neceſſe habet facere, aliàs elapſo anno nõ ualerẽt dicta, ut s̃. vt lit. non ꝯteſt. quoniam frequenter. Et ſi teſtamentum publicandũ ſit, debẽt teſtes ſimul vocari, & legetʳ totus tenor teſtamẽti corã eis: q ſi iurauerint ita fuiſſe ſicut ſcriptura teſtatʳ, pręcipiet iudex redigi in publicã formã. vt C. de teſta. hac ꝯſultiſſima. §. vlt. & l. vlt. & q teſta. fac. poſ. l. hac ꝯſultiſſima. §. at cùm humana. ſm Ho. bo. ſed ꝯ quia teſtes ſunt ſigillatim examinandi, ut no. s̃. de teſti. §. ſuper quibus. Nunquid idem in aliis inſtrumentis, ſcilicet vt totus tenor legatur coram teſtibus? Fertur Hugo. dixiſſe, quod ſic, quia tangit teſtes. ergo ab ipſis comprobandum eſt. ſed non videtur uerum, cum diligenter examinãdi ſunt, ut s̃. de teſti. ſignificauit. & c. Albericus. arg. pro & contrà. ĩ. de priuileg. cùm olim eſſemus. per qđ probatur quòd priuilegium uel inſtrumentum amiſſum publicari põt, ſi tenor per teſtes probetʳ, certè in utroque tutius uidetur & uerius quòd ſigillatim examinentur, niſi forte ex cauſa aliud iudici uideatur. Quid enim ſi tenor inſtrumenti nimis prolixus eſt, uel ſi quis intendat probare lõgum & prolixum proceſſum coram aliquo iudice habito, de quo teſtis nullo modo poteſt, vel nõ poteſt de facili recordari, ex tali cauſa, uel ſimili, cõmitto iudici ut tenorẽ legat, teſtibus idoneis & fide dignis, etiã ſimul uocatis, & ſic nõ ſigillatim examinabit. & fallit etiam hoc id quod notatur ſecundum Goffre. de teſtibus. §. ſuper quibus. ſub §. & cuncta ſunt. uerſi. ſed quid ſi teſtis. & ſeq. ſin autẽ teſtes ſuſpecti ſint, tunc examinet ſigillatim. cõprobatur hoc in his q̃ no. s̃ e. §. quid ſi inſtrumentum inſtrumento alteri. uerſicul. tertij. & ſeq. & uer. ſi. & s̃. de teſti §. ſuper quibus interrogãdi ſint. uerſi. temp. tũc ſeq. Quid ſi aduerſarius, contra quem fit publicatio, ueniat & obijciat non eſſe faciendam publicationem, ſi obiiciat iuſtam cauſam, & incontinenti paratus ſit docere de iure ſuo, uel intra breue tempus ubi in expectatione uel dilatione breui periculum nõ imminet, audietʳ: aliàs fiet publicatio ſaluo iure ſuo. ut ĩ. de confir. utili uel inuti. cùm dilecta. ĩ. de priuil. ex parte. Publicabitur aũt inſtrumẽtũ ita demum, ſi appareat non uitiatum, nõ deletum, uel interletum uitioſum in aliquo, uel cãcellatum, ſeu uituperatũ, neq; in tenore, uel in ſignis, uel ſubſcriptionibus, uel etiam ſigillo uel filo. ĩ. e. c. ult. & C. de edict. diui Adria. toll. l. fin. dicet ergo tabellio, anno Do. &c. Petrus ueniẽs corã Laur. iudice domini Comitis ꝓuinciæ ſupplicauit humiliter, & inſtãter petiit, ꝙ inſtrumẽtum, cuius forma ſequitur, faceret in publicã formã redigi, cũ ob uetuſtatẽ ipſius ꝑꝑ difficultatẽ ꝓbationis à iure ſuo poſſit cadere ipſo inſtrumẽto penitus antiquato, q Lau. iudex uolẽs ꝓbationibus ſubuenire, ne ueritate occultata, iuſtitia deperiret citatis omnib. & uocatis, qui fuerãt euocãdi, & quos res tãgebat, puta tali & tali, & ipſis ueniẽtib. & nihil rationabile obiicientib. ꝓpter qđ deberet publicatio impediri, uel etiã ꝑ cõtumaciã abſentib. dicto inſtrumento undiq; diligẽter inſpecto & ꝯſiderato inuẽto nõ uitiato, nõ cãcellato, nec in aliqua parte ſui abolito mihi tabellioni ĩ. ſcripto præcipit, ut ipſius tenorẽ in publicã formã redigerem, ad fidem perpetuã faciẽdã, cuiꝰ inſtrumẽti tenor talis erat, Anno Do. &c. ponat totũ tenorẽ de uerbo ad uerbũ. ſigna, & omnia & ſi erat ibi ſigillum, dicat ꝙ tali ſigillo ſigillatũ erat, poſtea dicatur in fi. & ego talis tabellio de mandato prædicti iudicis, & ipſo authoritatẽ præbẽte p̃dictũ inſtrumẽtũ in formã publicã redegi, q p̃ſens fui in omnibus ſupradictis & ipſum originale uidi, & iudici, & teſtibus oſtẽdi, & expoſui & ꝑlegi nõ uitiatum, nõ cãcellatum, nec in aliqua parte ſui abolitũ ſeu ſuſpectum, neque in charta, neque in ſcriptura, nec in ſigillo, ſi ſigillũ habebat: tũc etiam teſtificetur ꝙ ſigillũ integrũ erat, & in forma ſeu impreſſione, & in literis circunſcriptis quæ legibiles apparebant. ad hoc ĩ. e. inter. & poſtea ponat actũ ĩ tali loco, in p̃ſentia taliũ teſtiũ ad hãc publicationem uidendam, & audiendam teſtium uocatorum & rogatorum. Sed & ſi originale amiſſum fuerit, probatã amiſſione, ut ff. de eden. ſi quis. §. ult. & locat. & cond. ſi quis domum. §. imperator. & de exhib. reis. l. milites. §. carceri. C. de pignor. actio. ſi creditor. ſi reperiatur nota in chartulario tabellionis, qui inſtrumentum confecerat, iuſtum eſt, ut ei qui amiſit ſubueniatʳ ſicut conſuetudo obtinet, quæ etiam probationem non exigit, niſi per ſacramentũ illius, qui dicit ſe amiſiſſe. ad hoc. ff. de bon. autho. iudi. poſ. cum plures ad fin. & in hoc conſuetudo ſeruatur. C. de teſtamen. teſtamenta. iurat autem ſecundum formam quam poſui s̃. e. §. quibus inſtrumentis. uerſicul. item obiicitur. & adiungit, quòd ſi perueniat ad manus ſuas, ipſum ſcindet, uel iudici præſentabit, nec iuuabit ſe, niſi hoc de nouo publicato.

Et quis ſit effectus? ut eãdem uim habeat, quam habebat primum: & perpetuã facit firmitatẽ nec enim donat plus iuris, quàm per primũ habet is qui publicationem fieri petiit. ĩ. e. c. ult. & de confir. uti. uel inuti. cùm dilecta. & de priuileg. ex parte. C. de teſta. publicati. Et nũquid ſufficit quòd ſemel fuerit facta fides? Videtur quòd ſic, vt ff. de

ADDITIO.

a Quid ſi abbreuiatura. ¶ Adde an facit fidem, & an poſſit notarius extendere ſuas abbreuiaturas: vide per Ioan. And. in addi. Spec. tit. de inſt. edi. in §. videndum reſtat. ver. & nota, ꝙ tabellio. Ant. de But. & Abb. in c. cum P. tabellio. de fid. inſtr. Lanf. in repet. c. quoniam contra. de prob. verſi. quæro nunquid protocollum. Bar. in l. fideicommiſſa. in §. j. ff. de lega. 3. Bar. & Ang. in l. Lucius. ff. de teſtam. mil. Bal. in l. j. C. de aſſeſ. Bal. in l. contractus. in 3. col. C. de fid. inſtrum.

vt ff. de bon. poſ. ſecundum tabu. l. j. §. ſemel. ſed non eſt uerũ, niſi & iterum nat fides. j. de priuile. cùm olim eſſemus. hoc in inſtrumentis. nam teſtimonia & acta habebunt perpetuã firmitatem. ut C. de re iudic. geſta. s. de teſtibus. ſignificauit. & capit. Albericus. hoc quando ex parte rei producti ſunt: ſecus, ſi ex parte actoris vt s. ut lit. non conteſt. quoniam. & tetigi. s. eod. §. ſub §. qualiter reſpon. 1. & uerſi. ſeq.

DE PRAESVMPTIONIBVS Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Prꝑſumptio quid ſit.*
2 *Prꝑſumptionis ſpecies quot ſunt.*
3 *Prꝑſumptionum diuiſio ſecunda.*
4 *Prꝑſumptionum diuiſio tertia.*
5 *Bonum eſſe rectè factum prꝑſumitur.*

EXpedito tractatu de uera probatione, accedamus ad tractatum de quaſi probatione, ſeu ſemiplena: & ſic videamus de præſumptione, quæ & aliquando plenam probationem facit, puta quando uiolenta eſt, ſiue iuris eſt, & de iure:[a] aliquãdo probationem iam ſemiplenè factam adiuuat aliquando prꝑſumptionem ſolam inducit: ſicut vox ipſa ſonat, ut in inferioribus apparebit. Dicamus igitur, Quid ſit præſumptio, Quot eius ſpecies, Quis ſit eius effectus.

1 b Quid ſit † præſumptio.[b] Alicuius facti dubii aliquoties ſemiplena, aliquoties plena inueſtigatio ſecundum Goff. Vel dic, præſumptio eſt alicuius facti dubij ſemiplena, aliquando quaſi plena facta inueſtigatio, quæ aliquando motum animi iudicis, vel alterius hominis informat, qualiter debeat ſe habere, & aliquando oſtendit qualiter debeat iudicare. Vel præſumptio eſt ex diuerſis perſonarum, rerum, locorum, temporum, factorum qualitatibus perſpicatio, & prout fieri poteſt conſideratio certa probatione deficiente animi cuiuſlibet hominis, & maximè iudicis probabilis ſiue iuſta inſtructio, ut ex inferioribus apparebit.

2 Quot eius ſpecies † Prima diuiſio hæc eſt, quia præſumptionum alia temeraria. & hæc reprobatur. 2. q. 1. primo. & 6. q. 1. oues. j. de ſent. excom. inquiſitioni. Alia probabilis, ut quando quis infamatus eſt, ideoque inducit purgationem. s. de proba. ſicut conſuetudo. & ca. ad noſtram, 2. q. 5. presbyter. j. de pur. can. c. 1. & 2. Admittitur etiam probabilis ad ſemiplenam probationem faciendam, ut patet j. eod. c. in multis. & j. de ſent. excom. inquiſitioni. & s. de reſti. ſpol. ſolicitæ. ſecundum Goffr. Eſt & alia violenta & huic ſtatur adeo, qđ ſententia fertur propter eam, quo ad thorum, uel quo ad hoc, vt alias ſuſpectus puniatur. hæc enim ad pronunciandũ eſt ſufficiens, ad hoc ff. de his qui ſui iuris ſunt. l. filium. s. de teſtib. præterea. ut cùm inuenitur ſolus cum ſola, nudus cum nuda, & in loco ſuſpecto, ut j. c. literis. & c. ſeq. xxxii. q. j. dixit Dominus.

3 Secunda diuiſio † hæc eſt præſumptionum. Alia iudicis ſiue contumaciæ hominis: Alia famæ: Alia naturæ: Alia iuris tantùm: Alia iuris, & de iure: Alia qualitas facti. Alia iudicis ſiuę contumaciæ hominis, vt quando epiſcopus citauit clericũ ſuum, niſi redit ad eccleſiam, præſumit iudex, quòd habet eccleſiam pro derelicta. argu. à cõtrario ſenſu. 8. q. 1. præſentium. hæc bene admittit probationem in contrarium, ut ibi & not. infrà, de cle. non re. ſub §. utilitatem huius titul. & de hac legitur. 2. q. 5. omnibus uobis. circa fin. Alia famæ. ut quando quis infamatus eſt, nec apparent alia indicia, & hæc admittit probationem in contrarium: aliquando per inquiſitionem, ut infrà e. cùm in iuuentute. & de accuſ. inquiſitionis. & cap. qualiter. 2. aliquando per purgationem, ut not. ſuprà c §. quot ei⁹ ſpecies. Alia naturæ, ut ſi pater exhæredauerit filiũ,[c] præſumitur quòd iniuſtè, quia non permittit natura præſumere, quòd filius patrem offendat, uel econtra. C. de inoffic. teſta. omnimodo. & auth. non liceat patri. quia nullus affectus uincit paternum uel maternum infrà eo. afferte. C. de cura fur. l. ult. & ideo plerunque conſilium capit prò liberis paterna pietas. ff. de adulter. nec ea lege. & magis veretur ſtuprum pater in filium, quàm in ſeipſum. ff. quod met. cauſa. iſti quidem. ideo pater filium exhæredans, dicitur quodam furore teſtatus. ff. de inoffic. teſta. l. j. & ij. & ex hac præſumptione contingit, quòd non præſumitur frater contra fratrem falſum teſtimonium dicere, maximè in crimine hæreſis, uel in alio graui. j. c. literas. naturale etiam fœdus non permittit quicquam ſæui criminis ſuſpicari. infrà, de cohabi. cler. uel mu. c. j. & capi. ult. dic ut dixi in ſumma. Alia iuris tantum, puta cum ius prꝑſumit aliquid, ſed nõ ſtatuit ius ſuper præſumpto ſecundum Goffre. ut ſi vir diu fuerit cum uxore ſua in lecto, præſumit ius quòd ipſam cognouerit, ſi ipſe hoc dicat, quamuis uxor neget. infrà, de deſpon. impube. continebatur. & cap. duo pueri. xxxiij. q. j. ſi quis acceperit. tamen bene admittit probationem in contrarium. 27. quæſt. 1. nec aliqua. s. de proba. propoſuiſti. & capit. cauſam. nec prætermittendum eſt, quòd aliquando lex fingit bonum, quod canon malum præſumit. nam in liberæ mulieris coniunctione, & cohabitatione, lex præſumit matrimonium. ff. de ritu nup. in liberæ. ca non uerò præſumit ſtuprum ſeu contubernium, niſi probetur matrimoniũ. xxx. q. 5. c. j & ſecũdo. & hoc propter periculũ, qđ accidere poteſt clandeſtinæ deſpõſationis. nã quamuis verũ matrimoniũ contractũ ſit inter aliquos, ſi tamen alter diuertat, nõ diſtringētur ꝑ eccleſiam, niſi matrimoniũ probetur. xxx. q. v. §. his ita. j. de clandeſti. deſponſa. c. 1. & no. in ſumma eiuſdem tit. §. quare prohibeantur. Item exemplum de præſumptione iuris tantùm. C. de epiſcop. & cleri authen. licentiam. 12. q. 5. nulli. j. d de teſta. requiſiſti ſecundum Goffr. item ſi chirographum[d] cancellatum ſit, præſumitur debitor liberatus, niſi contrarium probetur. ff. de proba. ſi chirographum. Item inſtrumento & literis ſtatur prima facie, niſi probetur contrarium. ſuprà, de prob. c. poſt ceſſionem. C. de probat. iubemus quod dic ut nota. ſuprà, de probat §. quot ſunt ſpecies. verſi. 10. ſit etiam probatio. & de fide inſtru. §. quibus inſtrumentis. Item prꝑſumitur à iure, quòd quicquid habet uxor de bonis mariti, acquiſierit, niſi cõtrà probetur. ff. de donatio. inter uirum & uxor. Quintus Mutius. C. de dona. inter ui. & uxo. etiam. ſic in clerico adminiſtrationem habente, ut not. j. de pecu. cler. § ult. & ideo ſi relinquitur clerico ab extraneo, præſumitur relictum intuitu eccleſiæ, niſi contrarium probetur. j. de teſta. requiſiſti Item prꝑſumit ius, ꝙ quilie bet ſit idoneus[e], niſi contrà probetur, ut j. eodem capi. final. ſuprà de ſeru. in ordi. fa. cap. unico. & quòd ſit ſoluendo. ff. de priuileg. cre. ſi creditores. in fin. licet ſit argumen. ſuprà, de probat. ex perſona. & præſumit, quòd quilibet ſit bonę fidei, niſi probetur malæ. C. de euic. l. pe. C. qui mili. non poſ. ſuper ſeruis. lib. xij. & de non nu. pec. authenti. contra qui propriam. & ideo qui dolum dicit, dolum probare debet. ff. de probat. quoties. §. qui dolo vel culpa. ff. de admi. tutò. chirographis. Dominus tamen Gulielmus Alumen. Pariſien. epiſcopus dicebat, quòd potius debemus præſumere malum quàm bonum: quia pro vno bono inueniuntur x. mala. Et multi ſunt vocati, pauci uerò electi. Sed hoc fit æquitate & benignitate iuris: & quia de omnibus f dubijs[f] benigna interpretatio fieri debet. j. de regu. iu. eſtote. Itē ſi abbas aliquem reprꝑſentauerit, præſumitur quòd hoc faciat de conſenſu clericorum, ſiue monachorum ſuorum, niſi contrà probetur. j. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. ca. ea noſcitur. Item ſi quis metu literarum, quas audiuit contra ſe impetratas, appellauit, præſumitur fruſtratoriè appellaſſe. j. de appel. ſuper eo. ſed incumbit probatio aduerſario: ut dicunt quidam. ar. ff. de proba. ab ea parte. & l. in excep. quod non credo verum. s. de offi. delega. cum cauſa. & de mut. pet. c. j. Alia iuris, & de iure: cùm quis fingit aliquid, & ſtatuit ſuper ficto, ſecundum Goff. & hoc non admittit probationem in contrarium, ut ſi ſemel deierauerit quis, nunquam admittatur in teſtimonium, quia præſumit ius ꝙ ſemper deieraret. s. de teſti. teſtimonium. quod dic vt dixi in ſumma. §. quis poſſit. verſ. excipitur periurus. Itē ſi ante litis conteſta. teſtes produxerit actor, niſi intra annum conuenerit aduerſariũ, uel ipſum ſuper hoc certificauerit, præſumet ius, ꝙ in fraudem hoc fecerit, & ideo elapſo anno nõ ualent teſtimonia, ut s. ut lit. nõ cõteſt. quoniã. Item ſi aliqua mulier inuita tradatur maritò, & habitat ſecum ꝑ annum & dimidium, de cæterò nõ poterit reclamare: idē ſi permittat ſe cognoſci, quãuis etiã nõ habeat annos legitimos. nam & carnalis copula facit de ſponſalib. matrimonium, iure præſumente, ꝙ cõſenſerit, & de hac præſumptione facit ius, & ſic dicitur præſumptio iuris & de iure. j. de ſpõ. ad id qđ. & de deſpon. impub. de illis. à nobis. puberes. & q matri. accu. nõ poſ. inſuper. & de ſpon. iuuenis. & de deſpõ. impu. literas. & de cõdi. appo. ꝑ tuas. Itē exēplũ j. de ſponſa. cõmiſſum. 54. diſtin. fraternitatem. 27. diſtin. quod interrogaſti. xxvij. q. ij. vidua. j. de regula. vidua. Et aliàs generaliter, vbicun-

ADDITIONES.

a Siue iuris eſt, & de iure. ¶ Adde c. quanto. de præſump. doc. in capi. is qui. de ſpon. Inn. in c. fraternitatis. de frig. Do. in auth. ſed iam neceſſe. C. de inceſt. nupt.

b Quid ſit præſumptio. ¶ Adde doc. in rub. eo. ti.

c Si pater exhæredauerit filium. ¶ Adde do. in c. Quintauallis. de iureiuran.

d Si chirographum. ¶ Adde an & quando reſtituto cirographo, uideatur remitti debitum. uide per Arch. in c. hunc numerum. 77. diſtin.

e Quilibet præſumitur idoneus. ¶ Adde l. non omnes. in §. à Barbaris. ff. de re mil. & per Spec. ti. de prob. in §. j. uer. reſtat.

f De omnibus dubijs. ¶ Adde c. abſit. xj. q. iij. c. inter dilectos, de fid. inſtru. ca. cum dilectu. de accuſ.

vbicunq; ius fingit & statuit super ficto. Quandoq; tñ ius fingit aliud esse quàm sit. nam fingit mulierẽ stipulatam dotem, quæ non est stipulata. C. de rei uxor. actio l. unica. in prin. Fingit etiã natum quod non est. de statu ho. qui in utero. Item fingit uiuere quod non uiuit, Instit. de excu. tuto. §. filij autem. Sed & fingit non esse natum, quod natum est. ff. de libe. & posth. Titius testamento. §. Lucius. Præterea fingit non conceptum quod nascitur mortuum. ff. de uerb. sig. qui mortui. secundum Goff. Vbi ergo ius præsumit, & ex tali præsumptione ius facit, dicitur præsumptio iuris, & de iure: sed si quis non statueret ius ex tali præsumptione, sed præsumeret tantum, tunc dicitur præsumptio iuris tantùm, & talis bene admittit probationem in ɔ̃rium, etiã si sit uiolenta, ut de hoc iam not. s̃. multa exempla & habes 35. quæst. 3. extraordinaria. Ideoque præsumptio iuris est, quando ius præsumit super dubio cancellando, magis tamen pendet ex una parte, & ideo ei stamus prima facie. Præsumptio uerò iuris, & de iure est, quando ius super dubio æquitate pensata æstimat, quod uerius sit, & certius, seu tutius intendens ex tali æstimatione ius statuere: ideo additur, & de iure. q. d. est præsumptio iuris, id est, ius in dubio iustè & rationabiliter p̃sumit: & de iure, id est, & iustè facit, & tutè, quia ex tali præsumptione constituit ius, unde prima facie est iusta præsumptio à iure inducta, sed dubitatiua ex honestate, uel æquitate, uel fama, uel natura seu qualitate facti procedẽs. Secũda uerò iusta & certa ex ui constitutionis iuris à ratione seu honestate naturæ, seu publicę iustitiæ procedens: ideo dicitur aliquid notorium iuris], Alia qualitatis facti & de hoc iure est similiter, quia s. ius propter qualitatem facti p̃sumit aliud bene, uel malè actum. inde dicitur, quòd per exteriora[a] comprehenduntur interiora. nam si quis simpliciter, humiliter, & continenter uixerit, cum honestis & discretis libẽter conuersetur. præsumuntur eius opera bona, & recta, & munda: & ecõtrà si libenter non orauerit, non ieiunauerit, nec humiliter se habuerit, sed cũ luxuriosis, lusoribus & potatoribus se exposuerit, huius opera præsumi possunt inhonesta, & mala, ut ĩ. e. c. ex studijs. 50. dist. si quis dia. ĩ. de sta. mo. quod Dei timorẽ. resp. j. & sic de malo opere pręsumitur malus animus, secundum hoc intellige s̃. de electio. Osius. ĩ. de cle. non resi. capit. j. nam contumelia, furta & huiusmodi in sui natura mala sũt. ĩ. ti. j. & si Christus. §. quædam. & de reg. iur. estote. ff. de adul. si adulteriũ. & de uerbo. sign. probrum, & opprobrium. & impudicus oculus impudici cordis est nuncius, secundum Aug. 22. q. 5. nec solo. & c. qui uiderit. ideo quicquid iniuriosum fit, aut dicitur, præsumitur animo iniuriandi factum uel dictum, nisi contrarium probetur. ut C. ad l. Cor. de sic. l. j. & de iniur. si non conuitij. licet delinquens dicat, ꝙ ludens fecerit, vt ĩ. eo. cap. j. nam ludus noxius in culpa est. ff. ad l. Aqui. nam ludus. & ideo non debet remanere impunitus. ff. de fur. in furti actio. §. ul. quis enim ludos appellabit, ex quibus crimina oriuntur, ut in constit. ff. ueter. §. illud uerò. ideo præsumitur de facili ɔ̃ usurarios, qui consueuerunt exercere usuras, ut not. s̃. quod me. causa. §. qualiter distinguat. uer. quid enim de pac. & ĩ. de contrahen. emptio. §. qualiter rescindatur. ver. de contractu ad cõtractũ. & uer. de re ad rẽ. & de pigno. § quibus pact. & uer. ibi. & se. & habes ĩ. de pig. illo. in fin. ff. de actio. empt. & uend. Iulianus. §. idem Pomponius. Item ex qualitate facti, loci, & personæ præsumitur contra illum, qui dicit se compulsum in ciuitate, uel coram prætore, cùm sit potẽs & nobilis. ff. quod met. causa. non est uerisimile. Item à communiter accidentibus præsumitur contra excipientes, & dilationes petentes. ut not. s̃. de dila. §. & quando § quoties. Item qui natus est de Christianis, & inter Christianos conuersatus, præsumitur baptizatus, ut no. ĩ. de presbyte. non bapt. §. 1. uersi. quid si mortuus, & in eo. tit. legitur. c. ult. in fin. Item quod constat semel uerum, semper præsumitur uerum nisi probetur contrarium: unde sufficit, ꝙ probem rem patris mei fuisse, siue possideam, siue petam, nisi alius probet contrarium. C. de proba. siue possidetis. quod dic ut not. s̃. de probatio. §. & quot sint species. uersic. dominium.

4 **Tertia diuisio** †præsumptionum hæc est, quia Alia fit præsumptio facti præsentis ad præsens. Alia præsentis ad præterita. Alia p̃teriti ad futura. Alia præteriti ad præsens. Alia ex præsenti circa futurum. Alia ex p̃teritis circa præteritũ. Alia præsentis ad p̃sens, ut 6. q. j. qui crimen. Itẽ non est uerisimile, ꝙ aliquis renunciet maiori beneficio pro minori. ĩ. eod. quia non est uerisimile. s̃. de renunc. super hoc. non enim diligens paterfamilias pecuniam suam iactare præsumit, ff. de proba. cùm de indebito. Item ad præsens. ĩ. eod. literas. §. 1. ibi, ꝙ eo tempore. Item si quis petit dilationem, præsumitur subterfugere. ĩ. eo. nullus. Item ex præsentibus operibus in præsenti bonum, uel malum præsumitur circa adolescentem. ĩ. eod. ex studijs. quicquid sit in futurum, dicit enim Salomon, Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, uia colubri suprà petram, uia aquilæ in aere, uia nauis in medio maris, & quartum est via adolescẽtis in adolescentia sua. Alia præsentis ad præterita, vt si quis accusetur de adulterio, & excuset se prætextu proximitatis. si postea cum illã ob quam accusabatur, ɔtrahat, apparet nunc ꝙ ab initio cõmisit adulterium. C. de adult. si quis adulterij. ff. ad Mac. Itẽ si. alias idem Iulianus. §. interdũ. sic ĩ. qui filij sint legi. per venerabilẽ. §. 1. & de frig. & malefic. fraternitatis. in fine. 34. quæst. 2. per bellicam. ĩ. de spon. in præsentia. & de secũ. nup. c. 2. Alia præteriti ad futura, quia ex trãsacta vita in te didicimus quid de subseqenti præsumere debeamus, ideo dicimus consuetudinem patrisfam. spectandam. ĩ. eo. mandata. & c. scribam. secundum quod legitur interrogatiue. ĩ. eod. illud. in fin. & de præscri. ad audientiã. s̃. tit. j. cùm dilectus. ff. de pig. act. vel vniuersorum. & de vsuris. qui semisses. ĩ. eod. cùm in iuuentute. Alia præteriti ad præsens, vt quando quæritur de fama alicuius ut in proxi. concor. quia talis famæ habendus est quis, qualis est in ciuitate sua. ff. de quæstio. de minore. s̃. de elect. postquã. & c. scriptum. & vicini hoc semper melius cognouerunt. ĩ. eo. quosdam. & c. quãto. 77. dist. quicunq; & c. monachus. Alia ex præsenti circa futurum. ut 50. dist. si qs diaconus. Alia ex præterito circa præteritum 28. distin. quia sunt. Item præsumitur ex signo: annulus enim significat aliquando, ꝙ mulier sit vxorata, aliquãdo quòd panem vendit. ĩ. eo. illud. aliquando dignitatẽ. vt ĩ. de vi. & hone. cle. clerici. 2. aliquando voluptatem in digitis clericorum simplicium, & militum non coniugatorum. nã hos procaces seu procatores esse ostendit. Item ansulæ, id est annuli, aliquãdo ponuntur in digito causa sortilegij, vt 26. q. 2. illud. quasi in medio. ibi, ante destructionum ossibus. Et est notandum, ꝙ quamuis hæretici leui arg. detegantur, s. quantum ad hoc, ut suspecti habeantur, vt C. de hæreti. l. 2. non debet tamen quis in tãto crimine & propter violentã præsumptionem condemnari, vt ĩ. e. literas. sed contrà. ff. de reb. du. si mulier. 32. q. 1. dixit dñs. ĩ. e. afferte. Guliel. Na. dixit, ꝙ loquitur de suspicione, quæ facti est: ego dico ꝙ & si de violentia intelligatur, & iuris præsumptione, non ɔdemnabitur, si verã pęnitentiam agit, non fictam, aliàs ɔdemnabitur. & ex his apparere potest, vtrum in tenebris ambulet, an in luce. & hoc dixit litera ipsa planè. vel dic vt not. ĩ. de hær. §. qualiter deprehendatur. ver. & quia inter solicitudines. & ver. ergo sola. Qualiter autem oriatur pręsumptio ex persona, loco, tempore, & ætate, alijsq; modis in libello. ti. plenius dicitur, qui & ordo iudicialis vocatur.

Quis sit eius effectus. Et certè varius & multiplex, sicut variæ & multiplices sunt eius species, vt patet s̃. eodem. § quot eius species. In summa notandum, ꝙ omne bo-
5 num† factum rectè præsumitur actum. 38. dist. quia sunt. & omne malum prauè præsumitur actum, ĩ. eod. capitu. 1. 6. quæstio. 1. si omnia.

ADDITIO.

a Per exteriora. ¶ Adde gl. in c. & si quæstiones. de simo. l. is qui. in §. diuus. ff. de tut. & cur. da. ab his. gl. insti. de rer. diuis. in §. ceruos.

DE IVREIVRANDO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum quid sit.*
2 *Iuramentum quot comites habere debeat.*
3 *Iuramenti quot species.*
4 *Iuramentum quomodo censeatur illicitum.*
5 *Vasallus an possit cogi de nouo iurare successori.*
6 *Papa absoluit à iuramento per vim vel metum extorto de rebus non repetendis.*
7 *Pœna periurij quæ sit.*

DIximus de probationibus, sed quia propter inopiam p̃bationũ recurritur ad iuramentum, quia omnis controuersiæ finis est iuramentum. ĩ. eod. & si Christus. §. Iacobus. & alibi dicitur, ꝙ maximum remedium expediendarum litium est iuramẽtum. ĩ. eod. capitu. j. post tractatum probationum annectit hæc rubrica secundum Goff. Vel sic, quia præsumptio aliquoties semiplenam probationem inducit, vt no. s̃. titu. 1. in prin. & §. 1. & ideo iuramentum defert aliquando actori ad faciendã plenã probationẽ, aliquando reo ad suam innocentiam ostendendam. vt ĩ. eo. iuramentum. post tractatum de præsumptionibus dicamus de iureiur. Quid sit iuramẽtũ, Quot comites habere debeat iuramẽtũ, Quot species iuramenti, Qũo censeatur

seatur illicitũ iuramentũ, Quæ sit pœna periurij? subsequẽter apponemus rubricam de assertorio iuramẽto, demum aliã rubricam de iuramento in litem dando. & not. ꝙ competentius dicetur factum iuratum, eò quod super facto iuratur. vel ius iuratum, quià super iure quod iuranti competit iurat; quàm iusiurandum. & sic cõuenientius intitularetur hæc rubrica, si dixisset de facto iurato, vel de iure iurato, quàm modo dicat, de iureiurando adijcitur, non iurando eo ꝙ id debet esse iuratum quod antè fuit iurandum, relatione facta non ad id quod fit, sed ad id quod fieri conuenit. simile ff. de iusti. & iure. l. pen. quæ incipit, ius. secundum Goffred.

1 a **Quid sit** † iuramentum. [2] Et dico quòd est assertio, vel negatio de aliquo licito, possibili, & honesto sacræ rei attestatione firmata: in auth. de man. princ. §. sed neque. arg. & patet in inferiorib. & dic sacræ rei, puta Euangelij, vel etiam fidei. nam & per fidei interpositionem obligatur quis, sicut per iuramentum, ut j̃. ne prælati vices suas. querelam. s. de arbi. peruenit. & quod me. causa, ad aures. & de arbi. cum tempore. Item ideo dixi sacræ rei, quia non licet iurare per creaturas non sacras secundum Goff. quod dic vt not. j̃. eod. §. quomodo. versic. per quod.

b 2 **Quot comites** [b] † habere debeat iuramẽtum? tres, veritatem, iudicium, & iustitiam. sic enim dicit Hieremias propheta: Et iurabunt, viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & iustitia. vt j̃. eod. & si Christus. §. Iacob. 22 q. 2. animaduertẽdũ. & quæst. j. & iurabunt. In veritate secundum conscientiam. nam sicut gerit in corde, sic debet exprimere ore: licet etiam falsum putet, & sic in ueritate secundum conscientiam. ideo dicitur, Sit sermo vester Est, est: non, non: quod sic intelligas, est, respectu quærentis, est, respectu respondentis, non respectu quærentis. non, respectu respõdentis. q. d. si credit ꝙ sit ita, affirmet: si credit ꝙ non sit ita, neget. 23. dist. Psalmista nõ. n. Deus ex operib. quenquã iudicat, sed ex corde & animo. Ideoq; si quisquã periurare paratus sit, statim piurus est, si non iurauerit. 22. q. 5. qui periurare paratus sit. & sic iuramentum de veritate videtur esse de credulitate 22. q. 2. homines. & q. vlt. c. vlt. est tamen differentia, quod dic, ut no. s̃. de iuram. calum. §. quando præstandum. uer. primum, & de hoc tangit j̃. e. sub. §. nunc redeundum. §. ad quid transeat. ver. item notandum. quod autem amplius est, à malo est: non dixit, malum est, sed à malo est: à malo s. non credentis, non è malo præstantis, & ita licitum est iuramentũ præstare, quoties necessitas vel utilitas exigit, ut probatur per multas authoritates. j̃. eo. & si Christus. Et in iudicio, vt s. fiat cum discretione animi & deliberatione, ideo furiosi iurare non possunt, nec pupilli proximi infantiæ. ff. de ar. diem proferre. §. coram. j̃. de suc. ab intest. capi. vlti. 22. q. 5. paruuli. Nec pueri. j̃. qui mat. accus. non pos. c. vltim. & est verum, ꝙ in iudicio. i. corã iudice non recipitur iuramentum pupilli, vnde nec testis esse potest, ut not. s̃. de test. §. quis possit esse testis. versi. ætas. & seq. & probatur. 4. q. 3. c. j. Sed extra iudicium potest iurare & deierare, ex quo habet sensum, ut j̃. de spon. ex literis. 2. & de deli. puero. pueris. hoc intelligas si sit doli capax, aliàs non tenetur, vel fortè etiã doli capax non obligatur, nisi parte consentiente iurauerit, si pater ↄtradixerit quam citò sciuit, aliàs s̃. vt dicta decret. ex literis. 22. q. 5 pueri. 32. q. 2. mulier. tale sacramentum, s. quod caret iudicio, id est, discretione temerarium dicitur, & ideo non seruandum. vt j̃. eo. sicut. Et iustitia, ut s. id quod iuratur sit iustum, licitum & honestum, aliàs periurium erit, & temerarium iuramentum, & ideo non seruandum: vt si ego iurem, ꝙ non loquar patri, vel matri, vel fratri, vel uxori, vel filiis, vel ꝙ ipsos exhæredabo, quod non licet, etiam sub prætextu conferendi bona ecclesiæ. Nam qui hoc facere vult, quærat aliũ, non Augustinum. 17. q. vlt c. vlti. 13. q. 2. si quis j̃. eo. cùm quidam. & c. Quintauallis. Item si duo iuramenta contraria fiant, unum post reliquum, si primum sit licitum secundum non tenet. j̃. e. veniens. in fi c. intellecto. & c. eam te. j̃. de spon. sicut ex literis. §. pen. quamuis teneat matrimonium contra iuramentum contractum, vt j̃. e. c. §. j. Sed si primum sit iniustum, non est seruandum, sed vltimum tantum. vt j̃. eo. tua nos. & ad hoc. j̃. e. si diligenti. & in hoc. s. in illicito non peccat cõtraueniendo, sed peccauit iurando, vt j̃. e. quanto & c. ad nostrã. 2. & 22. q. 4 qui sacramento. Quod si quis incautè iurauerit, vel iocosa leuitate, veniale peccatum videtur. vt 25. di. §. aliàs. Dicit tñ Aug. narrando octo genera mendaciorum, ꝙ primum genus maximum & capitale est, & longè fugiendum, quod s. fit in doctrina religionis: ut puta si quis Christum negauerit, vel aliquẽ articulum fidei catholicæ, qui 12. vel 14. sunt principales. vt no. s̃. de sum. tri. & fide cath. §. quot & qui sunt articuli. Secundum, vt aliquẽ lædat iniustè, s. de trahendo famæ alicuius, vel dicendo falsitatem, vel ueritatem occultando. s̃. de testi. testimonium. j̃. de cri. falsi. c. j. quod tale est, vt nulli prosit, sed obsit alicui. Tertiũ qđ prodest alij, ita vt alteri obsit, quãuis non ad immũdiciã corporalem obsit, vt falsus testis in ciuilibus. Quartũ sola mentiendi fallẽdiq; libidine, qđ merũ mẽdaciũ est: vt si quis dicat, solem, cum cecidit, & stellas in mari mergi. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaui eloquio. Sextũ, quod nulli obest & ꝓdest alicui, ut si quis iniustè velit tibi auferre res tuas, ego qui ipsas scio interrogatus, dico me nescire, quod vocãt Legistæ bonũ dolũ. Septimũ, vt præcedẽs, vt si quis te interficere velit, & ego celo te. Octauum, qđ nulli obest, ꝓdest tñ. ad hoc aũt vt ab immũdicia corporali aliquẽ tueatur: vt si vis cõcũbere cũ muliere soluta, & ego dico, ꝙ tibi caueas quia est ꝯiugata. qđ faciẽdum nõ est. nã in bonis castitas animi pudicitiæ corporis præfertur, & in malis quæ ipsi facimus eo ꝙ fieri sinimus, tibi dãnabile est. verũ in his generibus tãto minus peccat quis, cũ mẽtit quãto à primo recedit 22. q. 2. primum. potest dici, ꝙ prima quinq; sũt mortalia, sed sequẽtia venialia. vel omnia mortalia pfectis. Mẽdacium etiam iocosum perniciosum nõ est, scilicet in pfectis: vt hæc ꝓbant 22. q. 2. primum. & c. ne quis. & intelligas illũ perfectũ, qui si moreretur, statim ad æternã patriam cõuolaret. secundũ Io. & Hug. vel dic vt de hoc plenius no. j̃. de pœni. §. q interrogationes. sub §. dixisti vnquã mẽdaciũ. Si aliquod prædictorum triũ comitum iuramento deficiat, periuriũ erit vt dixi: & ꝓbatur 22. q. 2. animaduertendũ. alias valet, sed nõ de leui iurãdum est, quia nõ debet quenquã propria voluntas ad iurãdum adducere sed necessitas importuna, vel opportuna, vt j̃. eo & si Christus

ADDITIONES.

a Quid sit iuramentum. ¶ Hanc Hostiensis definitionem probat Mart. e. ti. in sum. subnectẽs ideo in deffinitione sacræ rei, verba posita fuisse, q. a nõ licet iurare per creaturas non sacras, ut per capillum, & c. ut extra e. ti. c. & si Christus. Mart. ¶ Adde tex. in c. quantumlibet. 47. dist. gl. sum. 22. q. j. do. in rub. e. tit. Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiur.

b Quot comites. ¶ Iuramenti quoque conditiones huc commodissimè referri possunt ex Mar. sum. e. tit. Has autem esse idem tradit, si Deo placuerit. 12. q. 3. beatus. Si placuerit Papæ. Nam authoritas papæ semper excepta intelligitur in quolibet iuramẽto, ut extra de iureiu. veniens. & c. quãto. vbi de hoc. Si res in eodem statu permãserit. 12. q. 2. ne quis. Si mihi seruabitur fides extra de iureiu. peruenit. 2. Conditiones quoque honestæ & possibiles intelliguntur: extra. e. tit. quemadmodum. Si mihi numeraueris pecuniam. C. de non nume. pecu. l. indubitati. Si nuptiæ fuerint subsequutæ. ff. de iur. dot. stipulationem. Si non immoderatum quid præcipiatur. d. cap. veniens & cap. Quintauallis. Si adfuerit facultas: extra e. tit. breui. Si fuerit commoditas. ff. quar. re. act. l. j. §. quæ onerandæ. Speciales tamẽ conditiones non subintelliguntur in iuramento, si non exprimantur, quãuis mente concipiantur. 22. q. vlt. c. fi. in fin. C. de cond. ob caus. l. si repetendi. nisi vbi lex exprimit aliquid tacitè agi inter contrahentes, tunc illud ꝓ expresso habetur. ff. si cer. pet. cùm quid. Hęc autẽ vera sunt in compromissoriis iuramentis, quia in assertoriis nulla conditio subintelligitur. Et de tali loquitur 33. q. fi. c. fi. Iuramentum tamen conditionale non dicitur, quamuis omnes præmissæ conditiones intelligantur. ff. de condi. & dem. l. conditiones. vbi de hoc & de iureiur, c. quemadmodum. in glo. no. quod plerunque. Si enim iuraui aliquid, & emergat casus inopinatus, de quo si cogitassem, nullo modo iurassem, non teneor pro illo iuramento, ut pone regladium in manus furiosi, qui tunc erat sanus, quando iuraui gladium resignare, quia non extenditur ad alios articulos, qui in forma iuramenti non continentur: extra de maio. & obed. c. dilecti. 2. Itẽ, si aliqua multitudine iurante se aliquid facturam, vel non facturam, duobus vel tribus cõuenientib. possuntne contrauenire, uel si quilibet de illa multitudine iurauit se aliquid facturum, uel non facturum sub hac conditione, Si alij seruarẽt nunquid duobus, vel tribus ꝯuenientibus possint contrauenire, & infringere iuramentum. Item quid si nesciatur, quomodo intelligatur illa conditio, Si alij seruarent, vtrum scilicet, de omnibus alijs, an de aliquibus: vel si dubitetur, utrum iuramentum sit sub conditione, vel simpliciter? Respondeo, dicendum est, quod si duobus habentibus vnam mensam communem, & alter prædictorum iurauerit, uel intendit sub conditione iurare, scilicet quod non portaret huiusmodi mensam ad forum, si reliquus non portaret, tunc reliquo non seruante iuramentum, nec ille seruare tenetur. Si autem absolutè iurauit in omnem euentum, tunc seruare tenetur. Si autem nescitur, quo modo iurauit, uel quid intenderit, dicendum est, quod si emolumentum mensæ sit commune duobus, à quocunque portetur ex illis, vno portante, reliquus vel nouissimus tenetur iuramentum obseruare, cùm nullum ex hoc sibi præiudicium fiat. Si autem solius portantis mensam esset tutum venire contra. Sed denuntiare poterunt prælato, vt uel compellat iurantes sibi inuicem remittere iuramentum, vel seruare faciant, qui non seruant, quod iurauerunt. Si autem quod iuratum est spectat ad cultum Dei, vel religionem, vel pietatem, aut sit tale, quod iuratum est, quod tenetur facere absque iuramento, si dubitetur, vtrum simpliciter & absolutè, aut sub ↄditione iuratum sit: aut si nesciatur, de quo alij intellexerunt illam conditionem, Si alij seruarent, tunc tenendum est certum, & dimittendum incertum, & interpretandum est iurantes obligatos esse per huiusmodi iuramentum, nisi pars major iurantium trãsgressa fuerit iuramentum; quo casu, iam non existente conditione, sub qua iuratum est, reliqui ex illo iuramento non sunt obligati.

Christus §.Iacobus.hæc aũt opportunitas,seu importunitas his ver.cõprehendit.Pax.12.q.2.omneq; s̃ de iud.nouit.Et fama.2.q.5.presbyter si à plebe.j̃.de pur.ca.p totũ Fides, ut 1.q.7.quoties.& j̃.de hære.excõicamus.de cõse. di st. 2.ego Berengarius. Reuerentia j̃.c.nullus & c.ego.& not.s̃.de ma.& obe.§.sub qua forma.Cautio damni.2.q.1.in primis.s̃.quod met.cau.c si.Defectus veri,sibi poscunt iura caueri,aliàs magna, & accedit.28. dist.de Syracusanæ.& quod not.s̃.de test.§.quid debent iurare.& de fide.& de obe.& ueritate habes s̃. de elect.significasti.ubi hoc no.Ergo iuramentũ phibet,non ideo q̃ malũ sit,sed p p se quelam periurij,quæ ex eo plerunque procedit:sic prohibet uinum non q̃ malũ sit, sed quia luxuria quæ inde prouenit, mala est,ut j̃ e.& si Christus.§.quædam etenim.

3 a **Quot sunt** † species[a] iuramenti? Duæ, s.assertoriũ:qđ & multas species habet.& de hoc dicut no. j̃.eo.sub §.nunc redeundũ.nã assertoriũ aliud est de calumnia,aliud est de veritate dicenda.quod dic ut no. j̃. de iur.cal §.qñ p̃standũ est.vers.sed nunquid danda est.Et promissoriũ,ut si reus promittat per sacramentũ de iudicio sisti. aut actor iuret se litẽ executurũ.vt C.de episc.& cleri auth. generaliter.aut si quid aliud promittat, quodcunq; sit illud. habet autẽ iuramẽtũ istud conditiones tacitas:ut faciã hoc,si maiori,id est,Papæ placuerit, b quia in omni iuro,s.pmissorio authoritas Papæ[b] siue superioris intelligit excepta,ut j̃.e.venientes.§.1.ad fin.& ar.ff.ad munici. Imperatores.ubi princeps fecit gratiã iurisiurandi cuidam, qui iurauerat se non recepturũ honorẽ,nam & Prætor remittit aliquando iusiurandum.ff.de condi.insti.quę sub cond.resp.1.& §. vlt.& l.quidã.& in omni fidelitate Imperator specialiter est excipiendus,vt in consti.Fede.Imperialẽ.in si.Sed illud facit ꝯ, ga dat intelligere q̃ nisi specialiter excipiat, non videt excepta,sed p hac via est.s̃.de resc.constitutus.De Papa verò non est dubiũ quin eius authoritas videat excepta,ut 25.q.1.§. vlti.versic.ipsi nãque s̃.de resc.constitutus.& de elec.significasti. vnde ex causa potest remittere vel relaxare ad tẽpus, uel in perpetuũ iuramentum j̃.c.si verò.& c.verũ.& c.eam te.nã & ipse absoluit fideles à iuramento,quandiu dñs est excõicatus: ut 15 q.6.alius.& duobus c.seq.j̃.de hære.c.vlti.& de pœnis.c. vlt.& hoc idem vult constitutio feudorũ, quæ æquiparabat bannitũ à rege excõicato.& dicit,quod quandiu durat bannũ regis, uel excõicatio,non tenet dño vasallus, ut in constit.feu. de pace tenenda.§.dño guerrã.Itẽ p hac via facit quod not.s̃.de postulando. §.fin. ver.sed nunquid potest cogi beneficiatus. & seq.Itẽ subaudit si Deo placuerit,si Deus dederit.22.q.2 Beatus.§.1.Itẽ,si res in eodem statu pmãserit: nam si tibi sanæ mentis iurauerim cultellũ reddere,qñcunq; peteres, furore adueniente non debeo ipsum tibi reddere,ne teipsum uel aliũ interficias.22. q.2 ne quis.ar.ff. de sol.cũ quis.& j̃.eo.quemadmodũ.Itẽ subaudit si mihi fidem c seruaueris. [c] Non seruanti enĩ fidẽ, non est fides seruanda.ideo iuramentũ illũ non ligat qui præstitit, dum is cui præstitũ statuerat seruare, negligit q̃ pmisit, vt inf.c. peruenit.& c. sicut.& j̃. §.iuramentũ.& de simonia.dilectus filius.j̃. de pœnis, constitutus.& de censib. cũ olim. C.de pactis. cũ pponas. & de transac. cũ proponas. Ideo si mulier contra fidem sponsaliorũ, uel matrimonij uenerit, licet iurauerim ipsam semper tenere p uxore uel ipsam ducere,non obstante iuramento, possum uenire contra.ut j̃.eo.quemadmodũ. Itẽ si iuro tibi pecuniam reddere ad certum tẽpus spe numerationis futuræ, subaudit, si pecuniam numeraueris, ut C. de non nu.pecu. indubitati. Itẽ si iuro aliud tibi soluere vsque ad certum tempus, uel ad certam diem, subauditur nisi iudex contrà præcipiat.j̃.de censi. significauit.& ff. qui satis.cog.l.vlt.nam ius superioris semper uidetur exceptũ, j̃.eo.uenientes.§.1.& si.Item si iuro tibi dare dotem, subaudit, si nuptiæ sequutæ fuerint, ut ff.de iure do. stipulationẽ.Item si iuro tibi tanquam regi,uel episcopo, te deposito uel deportato, obligatus non remaneo.Idem videtur,si iuras mihi tanquã episcopo soluere pecuniã, post depositionẽ non remanes obligatus,qđ credo verũ, si in vtilitatẽ ecclesiæ pecunia versa fuerit. ut no.j̃.de solu.§.vlti. sub rub.de cessione bo. ver.illud.in summa.de fideiuss.§.& quis.ad hoc s̃. ver. Itẽ si res.& s̃.de ele.uenerabilẽ.in si.15.q.1.alius. Item si iuro stare mandatis tuis pro offensa tibi uel tuis facta, subaudit, nisi immoderatũ quid præcipias iniustũ, illicitũ, impossibile, uel inhonestum, quia talib.parendum non est.ut no. s̃.de maio.& obe. §.& in quibus. vnde si præcipias tale quid quod iuraturus non fuissem, si mandatũ tale sciuissem, non uideor obligatus.ut j̃.c.veniens.& c.Quintauallis.ff.de oper.liber. si libertus.ff.de ritu nup. si filius.& l.quicquã. ff de instit.act.sed & si pupillus.§.de quo palàm.ver.literis.in authen.qũo opor.episcop.§.igitur ordinandus episcopus.colla.1. quia in generali sermone,&c.vt C.quæ res pig.ob.pos.l.1.& ff. de pignorib.obligatione ff. de pact.tres fratres. & de transa.cũ Aquiliana.& l.qui cũ tutorib.in si. redigetur ergo ad arbitrium boni viri,vt ff. p socio.si societatẽ.§.arbitroiũ. & no.s̃.de arbi. §.quid sit arbitriũ.ver.ideo dr.& præced.Sed ꝯ.j̃.eo.quemadmodũ.§.illud aũt.ubi iurauit generaliter. sed intellige præmissa clausula speciali,ut no.s̃ de rescri.sedes.& no.j̃. de cõmod §.& inquantũ.vers.tenetur.uel illud qñ apparet, q̃ hoc intellexit iurans.aliàs concordaret iuri cõmuni ex præsumptione,ut j̃.eod. Quintauallis.ueniens.venientes.ad nostrã.3.eam te.petitio. Itẽ si facultas se obtulerit,aliàs non imputabit, ut j̃.c.querelã.& c. breui.& de pig.significante.22.q.2.Beatus.necessitas ergo uel impossibilitas excusat hominẽ: ideo non vr̃ deierasse, qui ex concessã causa deserit iuramentũ,ut ff.qui satis.cog.l.vlt.22.q.2.faciat homo.j̃.de fur.si quis per necessitatẽ.& no.j̃.de obser.ieiu. § quando ieiunandũ.vers.& cũ necessitas. Sed si uoluntariè veniat contrà,tunc ei imputatur. s̃. de const.cũ M. Fer.verũ cùm præsumatur solendo,qui iurauit denariũ ad certũ terminũ reddere ff.de priu.cre.si creditores.in si. consulo ei, ut ante diẽ ueniens corã iudice cedat bonis.j̃.de sol.Odoardus. Quid ergo, si quis iurauerit tenere obstagia,nec habet in loco qđ comedat,uel vnde soluat,certè inopia excusata vr̃.ar. in superioribus iuri.allegatis in ver.Item si facultas.& ff.man.si procuratorẽ.§ si ignorantes.ver.quid tñ si paupertas.j̃. de sent.excõ. quod de his.ibi, in mortis periculo,uel paupertate.Sed contrà:quia si iuramẽtũ non seruat,deierat,& sic turpiter viuit,quia in mortali peccato. sed non est ignoscendũ ei qui prætextu paupertatis turpẽ vitã elegit.ff.de ritu.nup.palàm.§.non est ignoscendũ.j̃.de simo.qm̃ simoniaca.circa prin.ibi, paupertatis prætextu.& ar.op.j̃ de sen. exc.ea noscit.§.alios autẽ siue pauperes.& c. Itẽ aut non erat soluendo tẽpore pmissionis,& tunc non videtur q̃ habeat aliquã excusationẽ,sed quærat victũ manibus.ar.91.dis. clericus victũ. vel ostiatim vadat.ar.j̃.de sent.excõ. cũ voluntate.§.prædicatores.de pœn.di.6.si sacerdos.nec de comestione timeat, quia dñs omnes pascit, vnde Psal.qui dat escã omni carni.& iterũ,qui dat iumentis escã ipsorũ, & pullis coruorũ inuocantib.eũ.aut erat soluendo,& tunc ei imputat, si non excepit.ar.ff.de pact.ueteribus.& non prospexit hoc euenire posse.ar.s̃.de seruis non ordi.c.1.& de ob.ad rati.c. 1.& ff.loca & cõdu. si quis domũ § hic subiungi.Solutio.Puto, si non erat soluendo tẽpore obligationis,tenetur obstagia seruare,quia ad hoc videtur se obligasse,ut proximè dixi.Si verò soluendo erat,& factus est non soluendo: distingue,vtrũ esset talis qui possit mendicare sine verecundia, puta abiectus & vilis,& tunc idẽ ut pridem.ar.ff. depositi.bona fides.& 93.dist.diaconus.& sic potest intelligi.j̃.de sent excõ. ea noscitur.§.alios. Vel homo nobilis, & in dignitate constitutus. & tali subueniendũ est ut in iuribus allegatis.s̃. e. ver.item si facultas.& sic potest intelligi.j̃. de sent. excõ.quod de his.ar. s̃.de renun.ad supplicationẽ. Item faciã hoc, si cõmodè potero.ff. quarũ rer.ac.non da.l.1.§.quæ onerandæ.s̃.de elec. quia pter.& de dila.c.vlt.ff.de verb.sig.nepos Proculo Item si iuras mihi reddere vinum,uel bladum,subauditur eiusdem bonitatis,non ergo vinum nouũ pro ueteri reddes. ff.si cert.pet. cũ quid.& de ver.obl.triticũ.Item iuro tibi dare filiã meã,uel sororem in vxorem,bona fide laborabo,ut eam habeas nec enim ad aliud obligor cũ alienũ factũ præcise pmittere non possum.Insti.de inuti. stip.§.si quis aliũ.j̃ de sponsa.ex literis.2.31.q.vlt.c. fin.ff.si cer. pet.l.vlti.j̃.de matri.cõ.contra inter.eccle.c. 2. Itẽ si iuro alicui soluere pecuniã vsque ad certum diem, subauditur, nisi per ipsum fuerim absolutus.ut j̃.e.§.quomodo.sub §.quid. ver.& hoc notandũ. nam & pactum etiam sponsaliorũ remittere possunt sibi adinuicem.sponsi.ut j̃.de spons.c.2.Item si iuro alicui fidelitatem,uel etiam q̃ contra ipsum non sim,ad hoc obligor,ne pcurem ut vitam uel membrum perdat,uel terram suam. porrò si me offenderit,uel proximiores, defendere me potero & rueri,quia proximiores uidentur excepti,ut j̃.e.petitio.& c.ego.& secundũ hoc intellige.s̃. de postula c. vlti. & j̃. de exces.prælagrauem.porro quid contineatur in iuramento fidelitatis, patet j̃.e.ego.& 22.q.5.de forma.& dixi. j̃.de feu. §.quid sit fidelitas. ver.est autem sciendum.

4 **Quomodo** censeatur illicitum † iuramentum,his versibus comprehende.

Sit iusiurandum licitum,discerne notando,
Quis,cui,quod,per quod,ad quid,cur,quomodo,quando.

Quis,quia ex persona iurantis iudicatur illicitum iuramentum, vt patet s̃.eo.quot comites.versi.& in iudicio.

Cui.cle-

ADDITIONES

a Quod sunt species. ¶ Adde glo.ff.de iureiu.super rub.Laud.in clem.Romani.in §.1.eod.titul.

b Authoritas Papæ. ¶ Adde gl.in c.constitutus.de resc.gl in c.de forma.22. q.vlt.glo.in c.quæ contra mores.8.dist.& in l.fi. qui satisd.cog.

c Fidem seruaueris. ¶ Adde text.in c.innocens. 22.q.4 gloss.in capit. inter verba 11.q.3.glo.in c.quod Deo patri.33.q.5.glo.& Bald.in l.vt respon. C.de transact.

Cui. Clericus enim cuiquam laico sup sancta Dei Euangelia [a] iurare non debet. 22. q. 5. nullus. ideo nec testimonium dicet. 11. q. 1. testimonium intelligas, nisi de licentia prælati. vt s̃. de iuramen. calum. c. 1. & dixi in summa ibidem. §. quis debet iurare. ver. patet igitur. & seq. Vel dic quòd nec iuramentum fidelitatis debet præbere redigendo ecclesiam suam in seruitutem: quod si faciat, super eo potest accusari. j̃. de accus. ueniens. quia nec pro spiritualibus debet fieri homagium, aliàs simoniam committere uidetur. j̃. de simo. ex diligenti. & de reg. iur. c. vlt. nec si is cui administratio committitur, ut j̃. eo. nullus. Imò nec is homagium faciet, quamuis faciet fidelitatẽ. ut no. s̃. de maio. & obed. §. sub qua forma. & sup dicta regula, j̃. de reg. iur. c. fi. Hoc intellige, nisi clericus temporalia teneat à rege, ratione quorũ dicitur inferior. vt s̃. de maio. & obed. solitæ. ideo vocatus ad concilium excusatur nõ ueniens, si detineatur in seruitio regis, cũ aliàs inobediens deponeretur, ut xviii. dist. si episcopus & ar. s̃. de offic. deleg. pastoralis. §. ult. potest ergo seruire clericus laico pro temporalibus, aliàs non potest ei subesse, si nihil tẽporale ab eo teneat, & sic seruus domino suo aut stat, scilicet qa benefacit, remunerãdus, aut cadit, scilicet quando delinqt puniendus, quã dominationẽ laicus in personam clerici exercere non potest, ut patet s̃. de cõstitutio. ecclesia. & de iudi. at si clerici. secũdum hoc intellige. j̃. c. petitio. & c. nimis. & adde his quę no. j̃. qui filii sint legi. §. qualiter, & à quo. uer. cum ratione 5 cõfirmationis. Et no. ꝙ licet quilibet vasallus † de nouo ueniẽs dẽat iurare dño suo: ut j̃. c. ego. & c. null⁹. ex quo tñ semel iurauit dño & successoribus, non coget successori prębere iuramentũ quia sufficit quòd semel iurauit, vt j̃. eo. veritatis. sed cõtrà. 12. q. 2. sæpe. & in constitu. feu. tit. de prohib. feud. alienat. p Federic. c. imperialem. §. præterea. Dicunt quidam, quòd potest iurare, si velit, vt in contrariis. sed non cogit ut dicit decre. ueritatis. ista solutio nulla est, cùm constitutio feudorum priuet uasallum à feudo, nisi intra annum, & mensem, uel intra annum & diem post mortem eius cui successit inuestituram petierit à domino fidelitatem pollicẽdo: ergo imponitur necessitas, si feudũ retinere velit. Dic ergo, quòd decre. ueritatis, intelligenda est in psonis clericorum. & quòd hic dicit, hęredes, expone, id est successores. j̃ de solu. cap. 1. Contraria uerò loquuntur in libertis ecclesiæ, & laicis vasallis. Clerici ergo non coguntur iurare, nisi semel, & est idẽ quia si iurauerit clericus, siue nõ, nihilominus adstrictus remanet episcopo infrà cuius dioecesim cõsistit. j̃. de pscrip. cùm non liceat. & de reli. do. de xenodochiis. xvi. quęstio. vij. omnes basilicæ. xviii. q. ii. monasteria. Sed non eo ipso quòd laicus miles, uel libertus aliquis est intra dioecesim alicuius, uasallus, uel libertus ecclesię cõprobatur, & sic propter mutationes dominorum & prælatorũ possent domini, uel ecclesiæ amittere ius suum. arg. s̃. de restit. spoliat. sæpe. & hoc probat decre. 12. qu. 2. longinquitate. aliàs sæpe. ut & patet in his quæ nota. j̃. de præscriptio. sub rubric. de præscriptio. rerum immo. §. quæ exigantur. sub §. quartum. uersi. sed quare non tenetur. Vel potest intelligi constitutio feud. quando iuramentum fidelitatis non fuit factum domino & successoribus. sed nec consuetudo est inter laicos, quòd hoc fiat si tamẽ fiet, potest dici, quòd qui semel iurauit, non cogetur iterum iurare. si apparet de primo iuramẽto: sed tñ cogetur recognoscere, & fidelitatem sine sacramẽto renouare. ar. in decre. veritatis. & s̃. de resti. spolia. præterea. & j̃. e. & si Christus. §. Iacobus. & secũdum hoc sufficit semel præstare iuramentũ fidelitatis, sicut & in causis sufficit, ꝙ semel iuret de calũ. ut no. s. de iura. cal. §. quando præstandum est. Sed & si semel fregit fidem in reconciliatione, iterum iurabit, & etiam fortius & sufficientius cauebit, prout poterit. ar. 1. q. 7. quoties. & s̃. de præsumptio. literas §. si & de maioritate & obedientia. cũ in ecclesiis. & infrà, de appella. q̃stioni. Quicquid tamẽ dicat decre. de facto tamen obtinet, quòd & successoribus iuratur.

Quod. Nam ratione rei, super qua iuratur, illicitum est aliquando iuramentum. ut patet s̃. e. §. quot comites. uer. & iustitia. & uer. in ueritate. nam si super re turpi, uel iniusta, uel illicita interuenerit iuramentum, non ualet: ut arg. s̃. de pactis. c. ult. & est ratio: quia non est uinculum iniquitatis. infrà e. quanto. xxii. q. iij. inter cætera. ergo in malis promissis rescinde fidem. xxii. q. iiij. in malis. & sic non ualet iuramentum præstitum, quòd in notoriis seruetur per omnia ordo iuris; quia posset contingere, quòd remanerent maleficia impunita, ut infrà eod. ad nostram. 3. & capitu. quemadmodum. §. illud. Nec ualet, si maritus iuret non habitare cum uxore, uel econtrà, nisi ambo uellent continentiam profiteri. ut j̃. eodem. tua nos Nec ualet in detrimentum ecclesię. infrà e. sicut nostris. infrà, de his quæ fiunt à maiori parte capituli. cap. 1. Nec ualet, si fiat in detrimentum uel diminutionem regni: ut si rex incoronatione iuret nihil alienare in regni præiudicium, & postea faciat immoderatas alienationes in detrimentum regni, nõ obstante iuramento secundo contrario primo poterit quod alienatum est repetere, ut infrà eo. intellecto. & adde quod nota. suprà eo. §. quot comites. ver. item si duo iuramenta. Quisquis ergo iuramento se firmauerit aliud facturum, quo sequuto corporalis salus vel spiritualis amittit, uel sine quo utraque salus, uel altera reparari vel conseruari non possit, fidem seruare prohibetur: &. habes multa exẽpla, 22 q. 4. c. Innocens. §. vnde dr̃ intelligi. ver. iurm itaq; multiplicetur. aliàs si tale est qd̃ seruari põt sine detrimẽto salutis æternæ, seruandũ est: ut si quis à parẽtibus coactus, vel etiam uoluntariè iuret, ꝙ nũquam intrabit religionẽ qa & si nunquã clericatus tõsuram, uel religionis vestem suscipiat, non ideo minus salutem promereri potest, ut 22. q. 2. §. vltimo. versicul. ex modo iurandi. & est dictum beati Ambrosij. habet tamen conditionem: quia in præiudicium superioris nõ tenet, ut no. j̃. de conuer. coniug. §. fi. ver. sed quid si maritus. & ver. solutio. & sequen. Si quis igitur iurauerit rem suã tradere metu coactus, tenet metu iure iuramentum, cùm possit seruari sine detrimento saltis æternæ, vt j̃. eo. si verò. & 12. q. 4 si aliquid. nam & pactum nudum & simplex seruandum est: nisi & detrimentum salutis æternæ immineat, ut no. s̃. de pact. §. qs sit effectus. & dũmodo non sit in damnum alterius: quamuis in damnum sit paciscentis. infrà e. cum contingat. sed contrà, infrà e. debitores. vbi pactum simplex de soluendis usuris non seruatur, & tamẽ iuramentum seruatur, dic ꝙ ibi non seruatur iuramentũ iuris authoritate, sicut nec pactum, ut j̃. c. c. j. secundum Goff. Tu dic ut infra nã seruãdum est iuramentũ, sed tñ Papa absoluere potest, cuius authoritas excepta est ut no. s̃. eo. §. quot sunt species. ver. hẽt aũt. & ad eũ pertinet interpretatio & declaratio ut patet j̃. e. quanto. & c. ad nostrã. 3. & c. petitio. Aliqui tñ distinguunt inter promissoria, & assertoria iuramenta: ut in promissorijs met⁹ vel coactio conditionalis excuset, in assertorijs nõ: quia potius debemus omnia mala sustinere & c. xxxiij. q. ij. ita ne. xi. q. iij. quatuor. & c. quisquis. & c. nolite. Promissoria se habẽt ad dandum vel faciendũ, vel non. asertoria ad verum uel falsum, & maximè circa fidem, secundum Goff. Tu dic ꝙ si quis per metum rẽ suã tradat, & iurat nõ repetere, tenet mero iure. si quis ergo in hoc casu uenit cõtra iuramẽtũ suũ, repellit. Et sic intellige, ꝙ nullus debet venire cõtra propriũ iuramẽtũ, licet illicitũ sit, nisi absolutionẽ à dño Papa meruerit, vt s̃. de cle. venerabilẽ §. pen. vers. idẽ etiam intelligitur enim, quando illicitũ est, sed ibi priuata utilitas vertitur, nam & si iuro usuras soluere, instante die & adueniente, cogẽdus sum dño reddere iuramentũ, ut j̃. eo. debitores. sed pẽdẽte die vel ꝯdõne, possum implorare officiũ iudicis, vt cogat usurariũ ad relaxãdũ iuramẽtũ p cẽsurã ecclesiasticã. vt j̃. e. c. j. & de vsuris. tua nos. qui si uult potius excõicationem tolerare, quã relaxare iuramentũ, per temporalẽ potestatẽ puniri potest, contumacia nimia exigente, cũ ecclesia nõ habeat plus quid faciat, ut j̃. de cle. excõ. mini. c. ij. s̃. de iudi. cùm nõ ab homine q̃ ipsum fortè velut hæreticũ cõdẽnabit. xj. q. iij. rursus. & c. quilquis j̃. de hæreti. excõmunicamus §. j. & ij. & de pœnis. c. ult. uel sicut quorundam locorũ cõsuetudo obtinet capietur ad mãdatũ ordinarij, sicut est in Anglia, uel quolibet mẽse soluet certam pecuniæ quãtitatẽ, sicut est in Frãcia & specialiter in partib. Tholosanis. sed nihilominus aduenientẽ die soluere debeo, nisi à Papa, vel alio authoritate Papæ fuerim interim absolutus. Et hoc notãdũ, ꝙ is, cui iuramẽtũ facio, me potest absoluere, vel prolõgare, quod de facili non cõcederent aliqui, sed expressim est j̃. e. c. j. & c. sicut & j̃. Et prodest hoc notare, ad hoc, ut si iuraui alicui tenere obstagia, possit me prolongare, uel penitus relaxare. T. tamẽ aliter intellexit cõtrarietatẽ supradictã, scilicet ꝙ debitor cogitur dño reddere iuramẽtum, vt j̃. eo. debitores. scilicet si nõ petat absolui. vt j̃. c. j. & de usuris. tua. sed non video qualiter vitet periurium die instante, nisi per Papã uel usurariũ fuerit absolutus, uel nisi episcopus, exigente cõtumacia usurarij excõmunicati, in pœnã contumaciæ relaxauerit iuramentũ, secundũ ea quæ no. j̃. de sentẽ. excõ. sub §. quis sit eius effectus. & §. & quæ sit pœna participantiũ. sub §. quid si tenor sacramenti. uer. tu teneas. & secundum hoc potest intelligi sententia T. s̃. nota. Sed & quãuis solutã metu periurij, nihilominus repeto solutũ, ut dicũt dictæ decre. nisi iurassem nullã quæstionem, inde me motu rum, ubi ecclesia ex officio suo procedet, & mihi restitui faciet, vt j̃. e. ad nostram. 2 quod intelligo, nisi iurauerim nõ recipere. s̃. quod me. cau. ad audientiã. tunc enim, nisi p Papã absoluatur, erit fortè talis vsura paupérib. erogãda: sic quando nescitur ubi sit is:

ADDITIO.

a Super sancta Dei euangelia. ¶ Adde quid si iuro, Deus est mihi testis, an sit per idem, ac si iurarem per sacra Dei Euangelia, uide tex. in ca. quoniam vero iuncta gl. in verb. duo. in auth. quib. mo. na. effi. legi. quem tex. ad hoc alleg. Bal. in rub. ff. de iureiur. & per Lud. Ro. & Alex. de Imo. in l. ait prætor. in §. iurari. ff. de iureiu.

ſitis,à quo extorta fuit:vt no.ĩ.de vſur.§.quæ pœna.ver.eſt aũt
vſura.Si verò ſimpliciter vſuras ſoluere promittã ſine iuramen
to, ſoluere teneor,nec per aliquẽ cogar.ĩ.e.debitores.reſpon.
1.fructus autem deductis ſumptibus computãtur in ſortẽ. vt ĩ.
e.ad noſtram.1.ſuper quo ſi expedire videtur, vt quia fortè nõ
cõſtat de quantitate,licet conſtet de obligatione, iuramentũ de
veritate dicenda à partibus exigi poteſt.vt ĩ.e.ex literis.

6 a **Papa** † **etiam** à iuramento [a] per vim vel metũ extor
to de rebus nõ repetendis abſoluit. ut
ĩ.eo verum. quæ eſt Celeſtini ſequentis Gelaſium Greg. & Vr
banũ.15 q.6.& c.alius.c.nos ſanctorum c.iuratos.qđ qualiter in
telligaẽ,dic vt not.ĩ.quod me.cauſa.§.qualiter retractetur. ſub
§.in hac autem retractatione ſecundum hoc intellige.ĩ.eo. c. 2.
& quod dicit, nullis vinculis iuramenti ſup hoc poſſe conſtrin
gi,ſubaudi, qñ ipſum abſoluere poſſimus, ſcilicet nos Papa.&
ideo ſequitur,quẽ tamen,&c.ſecũdum G.Naſo.& hoc verum,
ſi res erãt ꝓpriæ epiſcopi,ſcilicet patrimoniales.Sed ſi intelligas
rebus ſuis,id eſt eccleſiaſticis,tunc nihil ſubaudias.ſed qđ dicit,
Abſoluimus,ſubaudi ad cautelã.& ſic intellexerũt Ber.& T.ſed
non diſt.Gul.Na.diſ.tñ cũ prędicta diſtinctione eſt vterq; intel-
lectus verus,quia volẽti repetere rẽ eccleſię alienatã, nõ obeſt
iuramentum etiam voluntariè præſtitum,multò minus uiolen-
tum.35.q.9.quod quis commiſit.12.q.2.ſine excep.ĩ.de reb.ec
cle.non alie.ſi quis presbyterorũ. Nedum iuramẽtũ ſup vſuris
non repetendis ſeruandum eſt,imò & ſi mulier iurauerit dotalẽ
rem alienatã non repetere,ſeruãdũ eſt:quia tale eſt quod ſerua-
ri poteſt ſine interitu ſalutis æternæ,& mulieri tantũ obeſt iura-
mentum.nec habebit Papã in authorem periurij,vt ĩ.e.cùm cõ
tingat.Idem in adulto alienante rẽ ſuã, & iuramento firmante
vt C.ſi aduerſus vend.l.1.in conſti.feud.tit.de pac.iurã. firmãd.
hac edictali.§.item ſacramenta.nam per illum per quẽ periuria
puniuntur,nõ debet via per iuriis aperiri,vt ĩ. de accuſã. quali-
ter.1.C.de indi.vidui.tol.l.2. Inſti.vi bo. rap. §.ſed nedum talia.
Sed cõtrà,quia alienatio rei dotalis nulla eſt,quantumcunq; cõ
ſentiat mulier,prohibente lege.ff.de fun.dotal.lex Iul.C. de rei
vxo.act.l.j.§.vlt.Inſti.quib.ali.licet,vel non. in prin.ergo non ua
let iuramentũ:quia quod ꝯ leges fit, per leges diſſolui meretur.
C.de legi.non dubiũ.10.diſt.vides.ſ.de teſti.in nomine Domini
in fi.& ſic iuramentũ nõ tenet.ff de lega.1. ſi quis inquilinos. in
fine.& de iure pa.adigere.§.vlt.qa quoties peccatũ à iure ꝯmuni
remotũ eſt nec iuramentũ ſuper hoc additũ ſeu adiectũ ſeruan
dum eſt:ut ff.de pact.iuris gen.§.ſed & ſi quis paciſcatur.aliàs in
cipit,Item ſi qs uer.generaliter.ĩ.e.ad noſtrã.3.Item iuramentũ
hoc eſt ꝯ ius publicũ:ergo non eſt ſeruandũ,vt ſ.de fo.compe.ſi
diligẽti.publicè enim intereſt,ne mulieres remaneãt indotatæ,
vt ciuitas liberis repleatur:ut ff.ſol.ma.l.1. ad hoc dixit Ioan.ꝙ
tunc obeſt iuramẽtũ mulieri,qñ maritus habet in bonis,vnde ſi-
bi ꝯſulere poſſit,non aliàs, vt C.ad Vell.auth. ſiue à me.ĩ. de ꝯ-
hen.emp.peruenit.Quãuis aũt iuramentũ ſeruandum non eſſet
de ſui natura,id eſt reſpectu principalis, quod non tenuit, quia
magis attendiẽ acceſſoriũ,ſicut & in ꝓmiſſione uſurarũ ſerua-
tur,vt dixi ſ.ver.& hoc notandũ.& ſe.& adde qđ no.ĩ.q fil.ſint
legi.§.qualiter & à quo uer tñ ratione naturali.& ſeq.nã & iuri
publico renunciare poſſum,quatenus tãgit priuatã utilitatẽ. ff.
de pac.ſi unus.§.pac.& §.illud.Dicunt etiam, ꝙ hæc prohibitio
non eſt perpetua,cũ ſecundo conſenſu interueniente firmetur,
vt dicit d.auth.ſiue à me. & ſatis plus debet operari iuramentũ
cum promiſſione, quàm duæ promiſſions ſine iuramento. res
enim dotalis non perpetuò dotalis remanet.& ideo ratio publi
cæ vtilitatis quam ſ.allegaui, non eſt ſemper durabilis: quia ſic
ſequeretur, ꝙ nec ſoluta alienare poſſet.nam publicè intereſt,ut
habeat mulier de quo dotetur: & fortè non habebit, ſi alienet,
quia expendet pecuniã,ſed ꝯria intelliguntur de his quę habent
perpetuã cauſam prohibitionis. & accedit ĩ.de pig. ſignifican-
te.& vide in ſumma.§. quæ res obligari poſſunt. Ego ſic intelli-
go decre.cùm contingat.ꝙ dicit ſeruare debent,ſubaudi mulie
res,quia propria temeritate non debunt venire cõtrà: ſed tamẽ
Papa eas proprio motu reſtituet,ſi inuenerit iuramẽtũ ui & do-
lo præſtitũ.& ideo ſequiẽ,ſiue ui & dolo,&c.& eodẽ modo loq
tur auth.ſacramenta puberũ. Sed cùm metus uel dolus qualita-
te facti non probetur,qualiter ꝯſtabit de hoc, ut C.de tranſact.
interpoſitas.reſpon.ex perſpicuis indiciis probabitur conſidera
ta qualitate perſonarum:nam ſi mulier quædã uirago ſit, ſicut
multæ inueniuntur,quę etiam maritos uerberarent,ſi auderent
loqui,non præſumitur coacta:qa nõ poteſt quis habere poteſta
tẽ coacti & cogẽtis.ff.ad Treb.ille à quo.§. tẽpeſtiuũ. nec eſt ue
riſimile cõpulſam in urbe,ſcilicet in platea publica, uel corã iu-
dice.ff.qđ met.cau.nõ eſt uerisimile.Si uerò debilis naturę erat,
& maritus duræ ceruicis,& faciei ferocis,attendat iudex, utrum
exigẽte neceſſitate, ꝗ in ueritate vrgeret, alienata ſit res dotalis
& tunc bene eſt.ar.ĩ.de ꝯh.emp.& uend.peruenit.& no.in ſum.
uel an hoc contigerit uitio ꝓdigalitatis mariti: & tunc reddi-
tur ſuſpecta alienatio,ut ſ.de ꝯſuetu.ex parte.Itẽ attendat an ex
parte creditoris fuerit adhibita cautela iuramenti,quod tũc uir
in talibus præſumitur uoluntate ſpontanea præſtare,ut ſ.de re-
nunciatio.ſuper hoc.& de reſtitu.ſpolia.ſolicitæ. quia nec dili-
gens paterfami.libenter iactat pecuniã,uel renunciat maiori bñ
ficio pro minori.ff.de proba.cum de indebito.ſ.tit.prox. quod
non eſt uerisimile.ĩ.de cle.non reſi.c.1. & ſi contra creditorem
præſumendum videtur.ar.ff.ad Vell quamuis.§.ſi mulier.& §.in
terdum.& §.ſi cùm eſſem.& l.ſi mulier.§.pen.C.ad Velle.ſi ſciẽs
l.cùm ad eas. Itẽ ꝓbabit mulier minas mariti, & fortè uerbera:
uel quia extrahebat cultellum ſuper eam.ĩ. de ſponſa. ueniens.
& de deſponſa.impub.ex literis.His omnibus concurrentibus,
mulier abſolutionẽ poterit impetrare: Sic non obſtat, quod ſ.
dixi,dolũ non probari qualitate facti. ſubaudiendum enim eſt
uerum cum eſt ſola,ut C.de reſcindenda uenditione.l.4. ſed cũ
aliis indiciis probat,ut no.ſ.de ꝓb.§ quot ſunt ſpecies.uer. ter-
tio. Quid ſi maritus ſuaui eloquio & blando ſermone inducit
mulierẽ ad conſentiendum?& quidem ualet conſenſus.arg.C.ſi
quis aliquem teſta prohibuerit.l.ult.ar.contrà,ff.de dona. inter
uirum & uxo.l.3 ſed illud intelligo, quando non interuenit iura
mentum.Quid ſi mulier ducta coram iudice,ut iuret, ueniat ad
aurem iudicis,& dicat ſibi, ꝙ inuita cõſentit,& iurat, nõ debet
hoc iudex ſuſtinere:ſed ſi ſuſtinuerit,pręſumptio eſt ꝓ muliere.
ar.ſ.quod met.cau.c.1.ĩ.de app.ſi iuſtus metus. Quid in dubio?
uidetur tenendum iuramentum,quia in dubiis tutiorem uiã eli
gerę debemus.ĩ.de ſpon.iuuenis.& de homi.ad audienfiã.ſigni-
ficaſti.& de cle.excom.miniſ.illud.§.2.Sed cõtrà,quia in dubiis
pro matrimonio & pro dote iudicare debemus. ĩ. de re iudi.c.
ult.ff.de iure do.in ambiguis.& de regu.iur.in ambiguis.arbitrio
Papæ relinquitur,quia quod ipſe uoluerit,tutius erit, nec aliter
poterit agere,niſi per ipſum ſit abſoluta,ut not.ſ.eo.ſub §.quid.
uer.ſi quis igitur iurauerit.& ſeq.Cõciliũ gñale mulierũ,& parẽ-
tum earundem uidetur hoc,ut quando mulier tradetur in ma-
trimonium,faciant ipſam iurare, ꝙ nunquam conſentiat in alie
natiõe rei dotalis,niſi coram iudice cauſa cognita & ꝓbata,ſcili
cet neceſſitatis inſtantis,non fictæ ſed ueræ: ſic enim ſi aliter iu-
ret,& conſentiat,non ualebit,etiã ſi iuramentum interueniat,
cũ ſit contrarium primo licito & honeſto ut ĩ.eo.eam te.& no.
ſ.e.§.quot comites. uerſicu.item ſi duo iuramenta.& iungat, ꝙ
ſi unquam contrauenerit, non ualeat.ut ĩ. de præbend.dilecto.
§.1.uer.quanquam.ſub prætextu tamen talis iuramenti,videtur
quod quilibet p oſſit repetere rem alienatam.

Per quod. nam ratione eius per quod iuratur cenſetur
illicitum iuramentum, ut ſi iuratur per cœ-
lum,per terram,uel per Hyeroſolimam ciuitatem, uel per ca-
pillum proprium,uel caput,uel alias creaturas qualeſcunq;.22.
q.1.conſidera.& c.clericum.multo minus iurare debes, ſi intel-
ligatur de membro non hominis, ſed Dei;nam hic maiorẽ pœ-
nam patieris:quod tñ poteſt fieri duobus modis. uno iurando.
ſeu affirmãdo,alio deteſtãdo ſeu uituperãdo.ut no.ĩ.de maledi
cis.§.qualiter quodlibet genus.uer.quid ſi iurat per caput.& ꝓ
batur xxii.q.1.ſi quis per capillum.& authen.ut nõ luxu.contra
naturam.§ ult.col.6.nam per nomina improbata iurare non li-
cet.l.nõ erit.§.2. Quia aũt dixi, non debere iurari per creaturas,
uel membra creaturarum,alias illicitum eſt iuramentum: intel-
ligas uerũ ab initio,ꝓhibetur enim hoc iſta ratione,ne per huius
iuramẽtum transferatur honorificẽtia creatoris ad creaturam.
porrò ex quo iuratum eſt perinde habetur,ac ſi per Deũ iuratũ
eſſet.nã qui iurat in cœlo,iurat in throno Dei,& in eum qui ſe-
det ſuper eum, ut ĩ.e.& ſi Chriſtus.§.licet enim.xxij.q.1. monet
te.& §.ſeq.ſimile eſt etiam quod habetur ff.e.nõ erit.§.j.reſpon.
1.multa enim prohibẽtur,quæ facta tenẽt.ĩ.e.quẽadmodum.§.
quid ſit poſt huiuſmodi.Prohibetur etiã, ne iuretur per caput,
uel per capillũ Dei,ꝓpter quoſdã hæreticos,qui ex quadam ru
ſticana ſimplicitate dixerunt Deum humana mẽbra habere, &
tñ Deus ſpiritus eſt incorporeus, nec enim membris diſtingui-
tur,nec corporis mole cenſetur,ut 24. quæſtio.ſi.anthropomor
phitæ.ſic dicti,quia Deũ, ideſt ſubſtãtiã diuinã putabant homi-
nẽ.Anthropos enim Græcè,Latinè homo interpretatur. perſo
na tñ filii,ſcilicet Chriſti,& Deus & homo eſt, ut ĩ.de hæret.cũ
Chriſtus.Iurare etiã p creaturas, ubi à iure ꝑmiſſum eſt,non eſt
malũ. neq; illicitũ:poſſumus n. iurare per crucẽ ſacratã & nõ ſa.
cratã,& in manu epiſcopi.xxii.q. 5. qui iurat. Per Euangeliũ.23
q.1.ſi

ADDITIO.

a Papa etiam à iuramento. ¶ Adde de poteſtate Papæ,ſuper iuramento.ui
de gl.in c.authoritatem.15.q.6.Car.in cle.1.ad fi.de iureiu.Spe.tit.de leg.
in §.nunc oſtendendum. uer.24. Car.ſancti Sixti,in tractatu de poteſtate
Papæ.q.38.Alex.de Imo.conſ.38. incip. uiſa petitione Antonii in 3.uol.
idem Alexand.conſi.39.incipi.uiſo ſtatuto.in 4.uol.

q.1.si aliqua. Per ordinem, 1.q.7.quoties. Per salutem principis,
ff.e.l.3.§.ult. & l.qui per salutem. sed hodie non uidetur ꝙ sic iu-
randū sit, licet antiquis patribus hoc concessum fuerit ar. 12.q.
1.§ sic ēt cū in libro. ver. sed obiicit, ꝙ Ioseph dic. vt no. ĵ. post
sub §.1. ūc redeūdū. § qualiter iurādū. Per altare seu reliqas. 22.q.
1.habemus. per fidei interpositionem. ŝ. qđ metus cau. ad aures.
Per res Sed nec in omni loquela deierandū est. 22.q.1.habemus.
& q. 5.iuramenti.

Ad quid Quia finis ad quem tenditur, reddit sacramen-
tū illicitū. ut si iuret quis, ideo intelligatur 8.q.
3. Artaldus sic habēt locum maxima dialecticorū, cuius finis
bonus est, ipsum quoque bonum est: & econtra, cuius finis ma
lus, &c.

Cur? Quia si causa turpis est, & iuramentū illicitum vt si iu-
ramus adinuicem delicti alicuius societatē, & tale iura-
mentum deserēdum est. 22.q.4.§.ecce. & c. ad positionem. & ff.
de verb. obligat. si stipuler. & l. generaliter. ŝ. de pact. c. ult sic nō
fuit tenendum sacramentum Herodis, quod propter saltatio-
nem factū fuit. 22. q.3. vnusquisq;. ĵ. de homi. cum iuramento.
ideo coniurationes & conspirationes reprobantur, secundum
quosdam, si occultæ sint, quia tales sunt indistinctè illicitæ 11.
q.1.coniurationū & c.conspirationum. ĵ. de re iud. cū I. & A. si
verò publicæ & super re licita, tūc licitæ sunt. 16.q.7. sanè. 1.q.1.
concussionis. 22.q.1.c.1. sed super re illicita non tenēt. 11.q.j. si
q. & c si clerici. Io. di. tm̄, utrū fiāt su p re licita uel illicita. de pœ
na istorum dic ut ĵ.§. quæ pœna. & utrum hoc licitè fiat. uide
quod no. ŝ. de syndico. sub §. quid societas. ver. & conspiratores
& seq. & ĵ. e.§. quæ pœna. ver. si verò temerarium iuramentum
colligatum sit. & seq.

Quomodo? Quia & si ex modo iurandi censetur il
licitum, vt si deficiat aliquis de trib.
comitibus, de quib. dixi ŝ.§ quot comites. & uer. seq. & not. ꝙ
temerariū iuramentum, & si inconsultè colore iracundiæ factū
nō est seruandum, ut dicitur de Dauid, qui iurauit occidere Na
bal. 22.q.4.quod Dauid. Item si iuraui peccare etiam venialiter,
nō debeo adimplere: quia esset addere peccatum peccato. ead.
q. diffinitio. & cap. si quis. nō enim pecco frangēdo votū incau
tè emissum, sed in hoc peccaui: quia temerè voui, vel iuraui. 33.
q.5. vna. in cautè etiam iurat id, quod qui iurat, non credit esse
peccatum, cum sit. 22.q.4.tribus.

Quando Tempus enim reddit illicitum iuramentū:
vt si iuretur diebus Dominicis, nisi pro pa
ce, & alijs piis causis, vt ŝ. de feriis. c.1. hoc ab initio. nam & si iu-
retur tali tempore, puto iuramentum seruandum. vt dixi. ŝ. eo.
sub. §. per quod. Item si quis iurauerit, dum in captiuitate deti-
netur, est illicitū iuramentū, quia remittendū est. qđ dic ut no.
ŝ. e. sub §. quid. ver. si quis igitur. & ŝ. qđ metus causa. §. qualiter
retractetur. sub § in hac aūt retractatione. & ver. seq. Sciendum
est autem, ꝙ cùm generalitas obscuritatem pariat, si aliud gene
raliter iuro, nō videor cogitasse de his super quibus specialiter
iuraturus non fuissem, nec contra ius. vt ĵ. eo. ueniens. Quintaual
lis. ad nostram. & dixi ŝ. & not. ŝ. eod. §. quot species. uer. item si
iuro stare. & sic ēst argum. quod iuramenta interpretanda sunt
secundum intentionem iurantis. 22.q.5.humanæ aures. Sed con
trà, quia intentio recipientis attendenda est. 22. quæst. 5. quacū-
que arte & cap ecce. Dic, quòd si recipiens bonā intentionem
habeat, & si iurans malam, quia intendit recipientem decipere,
fit interpretatio secundum intentionem recipientis: si contra
ponas, contra iudicabo. Deus enim duplicitatis aspernator, sim
plicem intentionem vtriusque considerat, & ex vtraque parte
artem verborum aspernatur, & odit, vt 22.quæst. 5. qui periu-
rare. & capi. seq. ex his omnibus. & notatur. ĵ. de sponsalibus. ex
literis. 2. Dicunt autem quidam authoritate istius literæ, quod
in dubio ad communem intelligentiam verborum recurrendū
est. alii contra illum interpretantur, qui legem apertius potuit
dare ff de pact. veteribus. s. de probationibus, c. in præsentia. ad
finem. Goffredus tamen circa hoc talem doctrinam tradidit in
summa sua, quòd ex quo aliud firmatum est per iusiuran. seruā
dum est: nisi vergat in interitum salutis æternę. infrà eodem, si
verò. etiam si vergat in præiudicium temporale. ĵ. eod. debito-
res. etiam si præstetur super contractu non obligatorio. de iure.
inf. à eo. cùm contingat. secundum Goffredum. tu dic vt notatur
suprà eodem. sub §. quid.

a 7 **Quæ pœna periurii?** [a] † Magna: nā hoc crimē
adulterio & fornicatiōi
cōparatur in penitentia & homicidio sponte commisso: ideo si
renuit agere penitentiam, excommunicatur, nec in domo alicu
ius recipiendus est. xxii. quæst. 1. capitulo vltimo. imponitur er-
go pœnitentia. vii. ann. vi. quæst. 1. quicunque. & xxii. quæstio.
1. prædicandum. quia talis pro quolibet mortali peccato impo
nitur. 33.q.2. hoc ipsum. quod intellige in iudicio animæ: sed in
iudicio corporum si accusatus conuincatur, degradabitur. 25.
distinct. criminis. & infamis est, nec ad testimonium admittitur
quantuncumque pœnitentiam egerit, ut suprà, de testib. testi-
monium. 6. quæst. 1. infames. Domini tamen legum distinguunt
vtrū qs iuret de præsenti, vel præterito, vel futuro. quod dic ut
no suprà, de testi. § quis possit esse testis. respon. j. ver. excipitur.
& patiuntur hanc pœnam ordinatam: quia minus frequenta-
tur hoc crimen. xxii. quæstion. 1. capitulo ultimo. hoc intellige
de illo qui scienter deierauit: ponendo falsum pro uero: uel
econtrà celando veritatem. infrà, de crimin. fal. capit. 1. uel veni
endo contra id quod iureiuran firmauit, nisi excusent ipsum ali
quę de his conditionibus quas posui suprà, versicul. habet. & se
quen. Et hoc quando iuramentum fuit licitum uel seruandum:
non si temerarium aut simplex sit, aut colligatum. Si simplex,
in foro iudiciali, secundum Goffred. priuatur beneficio. infra
eodem. tua. §. cæterùm. sed in pœnitentiali imponitur pœna v-
nius anni tantùm. xxii. quæstion. iiij. qui sacramento. Vel dic,
quòd non priuatur in primo casu, nisi quando constat per inqui
sitionem de periurio. infrà eodem, querelam. Vbi verò periu
rium est simplex & temerarium, non priuatur, nec efficitur in-
famis. ideo non repellitur à testimonio: ut suprà, de testi. co
gend. capitu. vltimo. & de testi. intimauit. & capitu. constitutus.
nec à promouendo, ut infrà eodem. sicut nostris. Sed superior
b periurus cum infamis sit, [b] non potest promoueri. lxxxj. distinc.
tantis. & ĵ. de accusat. episcopus. xxxij. distinct. laici. ĵ. de excess.
præla. inter dile. §. 1. nam & ab obtento repellitur. non enim
merentur ecclesias vel præbendas regere crimine periurii irre-
titi. Et habet locum hæc pœna, ubi clericus etiam duo contra-
ria iurauit, cùm periurium vitari non possit. infrà eo. querelam.
& capitu. sequen. infrà, de fideiuss. peruenit. & magis puniendū
est hoc

ADDITIONES.

a Pœna periurij. ¶ Periurum eum dicit esse Mar. in sum. eo. ti. qui intendit
dicere falsum, licet verum sit, quod dicit: idq; ob fallendi intētionē. 22.q.
2. homines. Periurium etiam dicitur falsa iuratio, sicut transgressio liciti
iuramenti, & hoc est peccatum mortale. 6.q.6. quicūque. Si uerò illicitū sit
iuramentū, scienter hoc iurare peccatum est: sed contrauenire, non est pec
catum. Iuramenta verò temeraria, licet largè dici possint periuria, non ta
men repellunt à testimonio ferendo, extra de testibus. capitu. intimauit. in
gl. eo enim ipso, & c. constitutis. Iuramentum etiam licitū nō seruanti pœ
nitentia septennis imponenda est, sicut pro aliis peccatis. 22 q.1. prædica-
dum. Inspecto tamen modo periurii, & qualitate personæ, & cæteris circū
stantiis, vel magis, vel minus asperior pœnitentia est iniungenda, argumē
to. 33. quæstio. 2. hoc ipsum. & hoc in iudicio animæ. Sed in iudio corporū
pœna periurii est depositio. 25. distinct. §. criminis. Item pœna temerarij
iuramenti est pœnitentia vnius anni in pœnitentiali foro. 22. quæstio. 4.
qui sacramenta. In foro tamen iudiciali debet à beneficio remoueri. de iu-
reiur. tua. 1.§. cæterum. Item secundum iura ciuilia, iuramenti cōtempta
religio solum Deum habet vltorem. l. 2. C. eod. nisi iuramentum in contra
ctibus interponatur. ff. de cri. stellio. l. fina. C. de transactio. l. si quis maior.
Item iurans, qui dicit falsum, credit tamen dicere verum, si hoc procedit
ex ignorantia crassa & supina, mortaliter peccat alias venialiter. 22.q.5.
peruenit. emolumentum benignè interpretandum est, qđ fidem non seruan
ti se seruaturum non promisit cum damno suo, & alterius lucro. Vnde nō
tenetur seruare iuramentum, si à reliquo non seruetur. Ad iuramentum de
multitudine dicendum est similiter, & quod simpliciter & absolutè in eun
dem euentum iuratum est, quilibet seruare tenetur, quod iurauit, quicqd
alii teneur. Si autem sub conditione, uel ob causam iurare intēderit, nul-
lus tenetur seruare iuramentum, nisi existente causa, vel conditione, pro-
pter quam iuratum est, argumen. xxii. quæst. viii. non solum. & extra de cō
di. appos. c. verum. de iureiuran. peruenit. Et hoc intelligas, ubi tota obli-
gatio ponebatur in euentum conditionis: aliàs verò, si alia fuit causa, uel
etiam si fecerit iuramentum ob causam, & publicè non expressit causam
in iuramento, tunc & propter conscientiam, & propter scandalum tol-
lendum, tenetur implere iuramentum, sicut & votum, argument. extra de
uoto. magnæ. & de conuers. coniug. ex l. parte. circa fin. Quæ omnia in foro
pœnitentiali seruanda intelliguntur, ubi iudicatur de intentione. Quo
ad aliud dicendum, quòd intelligatur illa conditio, Si alii seruent, utrum
scilicet, si omnes seruent, uel si aliqui tantum, recurrendum est ad inten
tionem iurantium, & secundum hoc iudicandum est in foro penitentiali.
Ad ultimum dicendum est, quòd si tantum spectat ad commodum uel in
commodum iurantium, & medietas multitudinis non obseruabit iura-
mentum, reliqui uerò tenentur seruare: quia iam non extat conditio sub
qua iuratum est, quia quod facit maior pars uniuersitatis, censetur facere
tota uniuersitas. Si autem medietas, uel maior pars multitudinis ad
hoc seruat iuramentum, dicendum quòd si hoc iuramentum uergat in
damnum seruantium, & in lucrum non seruantium illud, cùm non sit ue-
risimile, quòd quis per iuramentum uoluerit conditionem suam facere
deteriorem, & aliorum meliorem, benignè interpretandum est, sicut di
ctum est superius in casu de mensa. Si autem nullum commodum ex hoc
patiuntur seruantes iuramentum, non est eis.

b Periurus cùm infamis sit. ¶ Adde glo. in c. uenerabilem. de elect. glo. in c.
si quis coniunctus. xxii. q. v. l. si quis maior. C. de transact. Cyn. in l. 2. C. de
reb. cred.

est hoc crimen in episcopis, quàm in inferioribus:ut j.eod.cùm quidam. respons. 1. Si uerò temerarium iuramentum colligatũ sit,ut in coniurationibus uel conspirationibus illicitis : quod dic ut not.s.eod.§ proximo. sub §.cur. si clerici uel monachi commiserunt,degradandi sunt:si laici,excommunicandi, & infames fiunt secundum canones.11. quæst.1. conspirationum. & capit. coniurationum. nec in testimonium admittuntur. j. de simon. per tuas. nisi de generali statu ecclesiæ, ubi quidam interrogantur,& si dicant etiam contra illum,contra quem conspirauerũt, dummodo per alios legitimè comprobetur, ualet sententia.Sed & contra alios stetur eorum testimoniis. j. de re iudic. cum I. & A.sed & ad detegendam conspirationem admittuntur & coguntur,ubi alij testes deficiunt.& s. de testib.cog. capitu.ultimo:ne tamen maleficium remaneat impunitũ. Constitutio uerò feud. tales punit singulos in unam libram auri,ut in li.feud.de pace tenenda & iuram.firmand.cap. hac edictali.§. conuenticulas. Sed secundum l. antiquam pro qualitate personæ ad furcam tolluntur,aut bestiis subiiciuntur, aut in insulam deportantur.ff.de pę. si quis aliud §. authores. & l. aut facta: respon.1. secundum l.C. qui tales suscipiunt,& defendunt contra iussionem diuinam,grauissimam pœnam patiuntur,& authores secundum l.ff.s.proximo allegatam, puniuntur, ut C. de seditiosis l.1. & 2. Qui uerò denudat secretum principis,capite punitur.ff. de re militari.omne.§.3.C.de commer.l.1.& 3. Sed secundum Goffred. periurium multiplex est,dicitur enim periurium falsa iuratio,quæ si adhibita omni diligentia ignoranter facta fuerit,nullum peccatum inducit.22.quęst.2.homines.sed non adhibita omni diligentia,est ueniale peccatum. 25.distin.§. uerum. in fin. Item dicitur periurium transgressio liciti iuramenti, & hoc est mortale.6.q.1.quicunque. Si uerò quis illicitè scienter iurat, iurando peccat, sed non ueniendo contrà, ut not. s.§. quot comites. uersicu.item si duo iuramenta. Item dicitur periurium indiscretum iuramentũ, & hoc ueniale est. 25. distinct. §. criminis. in fine. Dicitur etiam periurium mendacium iuramento firmatum, & istud mortale est.22.quæstio.2. homines. nisi fiat ioco.22. quæstio.2. quod ait. uel simulatoriè.22. quæstio.2. utilem. In summa notandum est, quòd iuramentum non extenditur ad futura, unde clericus qui iurat statuta ecclesiæ seruare, non tenetur ad obseruationem statuti post iuramentum de nouo promulgati, quamuis per idẽ iuramentum promittat.nec tamen debet uenire contra promissionem suam:quia inter simplicem loquelam, & c.ut j.cap.clericus.22.quæstio.5.iuramenti.ad hoc.ff. de contrahen. empt.& uendi. Rutilia. & l.in lege. Sed quid si quis iurauit seruare statuta edenda,tunc uidetur obligari. j.eod.ueritatis.Sed in quo est uis, a cùm obseruare teneatur, quia Deus non facit differentiam.[a] &c.Respondeo, licet Deus non faciat differentiam,eccles.tamẽ differentiam facit:quia mendax simplex non patitur pœnã,quo ad infamiam & repulsionem testimonij, uel quando possit promoueri sicut in mendace iurato hanc pœnam dixi.& hoc intelligas, ex quo simplex mendax est emendatus de crimine:secundũ decre s.de testi.testimonium. Item & minor pœna imponenda est frangenti fidem simplicem,quàm iuratam. nam & qui in cruce consecrata,uel manu episcopi deierat,per tres annos pœnitere debet:si in cruce nõ consecrata, uno ann.22.q.5.qui periurat. Nunc redeundum est assertorium iuramentum, sub quo apponemus Rubricam.

ADDITIO.

a Deus non facit differentiam. ¶ Adde tex. in c. iuramenti.22.q.5. gl.in c.clericus.de iureiur.Arch.in c.1.de sepul.lib.6.Card.Zab.in c.ad aures.in 4.q. quod met.caus.idem Cardi.in c.debitores.in princ.de iureiur. Abb.in cap. qualiter.de pact.

DE ASSERTORIO IVRAMENTO. Rub.

SVMMARIA.

CIrca quod uidendum occurrit, Quot species sint, Quis possit deferre, Et cui, Quando sit deferendum, Et super quibus, Qualiter sit deferendum, Qualiter iurandum, Et quis sit effectus, Et ad quem transeat effectus.

1 Quot species sunt. † Et quidem aliud uoluntariũ, Aliud necessarium, Aliud iudiciale.

Aliud voluntarium. hoc aliquando illicitum ut quãdo fit sine causa ut no. s.§.quod comites.uersi.si aliquod.Sed si cum causa fiat, tunc est licitum,quia secundum Apostolum, homines iurant,id est,iurare debent per maiorem suum,id est per Deum.q.d non per creaturam:& omnis controuersiæ finis est iuramentum.q.d.ex causa faciendum est,ut j.eod.& si Christus.§.Iacobus.in fin. Vocatur ergo uoluntarium,quod extra iudicium fit: & ideo uoluntariũ, quia ex sola uolũtate pendet.nam indistinctè potest suscipi,uel recusari,ut ff.eo.iusiu.quod ex conuentione.

Aliud necessarium: & hoc aliquando probatoriũ, ut iuramentum qđ testis præstat,ideo ut ueritas eliciatur. Aliqñ suspicionis calũniæ fugatorium, ut iurm calumniæ. Aliqñ diffinitiuum, ut quando iudex in iudicio propter probationum inopiam iuramentũ defert,arg.ad hoc.ff.de in lit.iur.l.ulti. Et ideo dicitur necessarium, quia sine causa non potest recusari, deferri autem nullo modo, vt C.eo.generaliter.§.sin autem.Hoc autem aliquando est cõtumaciam puniens, & ueritatis declaratorium ff. de rei uen.qui restituere.ff.de in lit.iur.l.pen.& s.quod met.caus.c.ult. Voluntarium ergo defertur secundum uoluntatem deferentis,necessariũ uerò secundum arbitrium iudicantis secundum Goff.ut apparet ex præcedentib.& j.e.§.quando sit deferendum.uersi. fiunt.

Aliud iudiciale, vt quãdo pars parti in iudicio defert: quia & recusari & deferri potest,ut C.eo.delato.& l.generaliter. responso primo & § sin autem is cui. Ex quo autem ipsum semel suscepit quis & approbauit, habet locum quod consueuit dici manifestè. & hoc intelligas, quando susceptum approbauit expressè, secus si tacitè, ut C.eod.generaliter.respon.1.uel posset aliter intelligi manifestæ turpitudinis. quando enim is qui defert, nullam præsumptionẽ inducit: tunc potest recusari indistinctè.sed si habetur præsumptio, tunc est manifestæ turpitudinis. Vel sic manifestæ, & c.nolle iurare, scilicet quando defertur à iudice, uel referre, scilicet quando defertur à parte:uel saltem recusare, subaudi,ut probatum est. Alij dicunt,quòd corrigitur, quod non credo.Sunt tamen casus speciales,in quibus hoc iuramentum deferri non potest,ut in actione rerum amotarum,& furti,& aliis famosis actionibus,seu surgentibus ex delictis.ff.rer.amo.Marcellus § fina.& l.non magis.Idem intellige, ubicunque lex defert iusiurandum. ut C.de fideicom. quæstionem. & de iur.deli. scimus.§ licentia. & de iure do.impe.l fin.nisi & per legem detur potestas deferendi,ut C.de bon.author.iudic.pos.l fina.§.1.& §.fina.In hoc iuramento delator appellare non potest, ergo nec relator, secundũ Azo.quia omnis relator delator est Plac.contrà Nec is cui refertur appellat, ut C.eod.generaliter.§.sin autem.& §. omne.sed is cui defertur, appellare potest, si ipsum uiderit esse recusandum siue à parte, siue à iudice sit delatum, sed si iudex appella.uideat bene illatum iuramentum:sed iniustè recusatum, sententiã confirmabit.ut C.eod.generaliter.§.sin autem is. Hoc uocatur iudiciale,de quo præmisi ad differentiam uolũtarij, quia illud extra iudicium. Item ad differentiam necessarij potest uoluntariũ iudiciale dici, quia necessarium non potest recusari, nisi ex causa, sed hoc indistinctè recusatur. Vel etiam dic ad differentiam euidentiorem iuramentorum diffinitorum. Aliud iudiciale necessarium, ut illud quod à iudice parti defertur. Aliud iudiciale uoluntarium, ut illud quod in iudicio defertur à parte parti. Aliud uoluntarium extra iudiciale, ut quando pars parti extra iudiciũ defert. Hoc ideo dixi,quia quidam doctores, quod primò uocaueram necessarium,dixerunt iudiciale:& quod dixi iudiciale,uocauerunt necessarium, & hoc propter l.ff.eod.manifestæ.alij respondent,quòd corrigitur, ego exposui ipsum s.eo.sub §.aliud iudiciale.uersi. quando.& uersi. ex quo autem.& seq. sed secundum quod proxi not.vtrunque inducitur, & tamen non est multum de nominibus disputandum, ex quo cõstat de mente,ut ait Marcus Tullius, secundum Azo. & probatur C. communia de leg.omne uerbum.& C.si ut se ab hære.abst. mi.l.1.& de dona.l. fin.& de consti.pecu.l.2.ante fin.j. de verbo.signifi.intelligentia. & c.in his.j.de procu.petitio.Secundum hoc intellige.j.eo.iuramentum.in 1.parte.

2 Quis possit deferre † Maior 25.ann. paterfam.liber, compos mentis. In rebus quæ ad ipsum pertinent, *Maior 25.an.* si enim esset pupillus, & contra ipsum excipiatur, replicatione adiuuatur.ff.quarum rerum actio non datur l.1.§ si pupillus.ff.e.iusiuran.quod.§.pupillus.idem si sit adultus curatorem habens.C.de resti.in integ.mi. si curatorem.quod si non habeat,restitutionem poterit impetrare,si se minorẽ probauerit,& deceptum.nec enim eo ipso,quod se minorem probauit, circumscriptum se docuit, vt ff eod.nam postea.§.si minor restituetur. igitur si facilitate sui motu cholerico cum probationes ha-

nes haberet, aliàs detulit iuramentum: ſecus, ſi propter inopiam probationum. ff. eod. tutor. *Paterfami.* quia filiusfami. in profectitijs deferens non præiudicat patri, licet contra patrem actio de peculio ſemper detur. & intellige, niſi habeat generalem peculij adminiſtrationem. *Liber*, quia ſi ſeruus fuerit, etiam de peculio in dominum non datur actio, niſi extra iudicium detuliſſet, licet econtrà iuramentum à filio, uel ſeruo præſtitum, proſit domino, vel parenti, ut ff. eo. ſeruus. & l. huic. & l. quidam. & l. ſi ſeruus. & l. quanto magis. & l. ſed ſi ſeruus. & de pec. depoſiti. §. ſi filius. *Compos mentis*, quia prodigus, uel furioſus deferre non poteſt: ff. eod. tutor. § prodigus. *In rebus quæ ad ipſum pertinent*, ſcilicet quod res, ſuper qua defert quis iuramentum, ad deferentem directè pertineat, uel utiliter. ſuprà, de procu. ex inſinuatione. uel quia eiuſdem rei tanquam tutor uel curator, uel uniuerſitatis defenſor habeat adminiſtrationẽ. hi enim in re dubia deferre poſſunt: nam ſi certa ſit, uel probari poſſit, gratiam facere non poſſunt. ff. eod. tutor. & l. iuſiuran. quod. §. penult. C. de tranſact. preſes. ſic & in prælato. argumen. ſuprà, de poſtu. præla. bonæ. 2. §. 1. infrà, de reb. eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. Si autem adminiſtrationem habeat tanquam procur. licet ei iuramentũ deferre in tribus caſibus: ſi ſpeciale mandatum habeat, ſi in rem ſuam datus ſit, ſi generalem, & liberam habeat adminiſtrationem, & epiſcopus habet hanc, ut ſuprà, de elec. cum nobis olim. §. fina. 21. quæſtio. 1. relatio. ut ſuprà, de tranſactio. §. quis poſſit. Idem de aliis inferioribus adminiſtrationem habentibus, niſi diſcretione careant. 22. quæſtio. 1. capitu. 1. & capi. ultimo. Sed hoc intelligas, quo ad ea quæ alienare poteſt. ſuper quo uide infra, de rebus eccle. non alienan. §. quæ res. & §. quibus ex cauſis. uel etiã quando probatio deeſt, ut ſuprà nota. quia ſcilicet nihil probat: aliàs præiudicat non domino. nec multum prodeſt; ſi cautionem de rato præſtiterit, cùm ex ea reus agere nequeat, niſi de periurio ſuo docere poſſit, vt ff. eod. iuſiuran. quod. §. fina. & l. tutor. & de procura. procurator cui libera. & l. procurator totorum. Sic fiet inſolubile reo. nam ſi agat contra procuratorem, ex eo quòd domino poſtea agente damnatus ſit reus, dicet procurator reo, Amice, aut iudex iniuſtè condemnauit te, quia nihil debebas: & ſic iniuria iudicis mihi non debet obeſſe. ut ĩ. de contrahenda emptione. capitu. ultimo. & ff. de euictio. ſi per imprudentiam ff. rem rat. hab. ſi ſine. §. cùm autem. Aut iuſtè, ſcilicet quia debebas, & ſic deieraſti me deferente tibi. unde ex hoc periurio agere non potes. Sed non eſt ita, quia non poterit excipi contra ipſum reum de periurij turpitudine, propter aduerſarij uoluntatem, qui iureiurand. contentus fuit. ut ff. eo. qui iuraſſe. Sed nunquid eo ipſo, quòd dominus ratam non habuit delationem, ſtatim commiſſa eſt ſtipulatio contra procura. quamuis dominus adhuc litem non fuerit conteſtatus? dic ſic. ſi tamen dominus ratum habuit poſtea agenti ex ſtipulatione, obſtabit doli exceptio. ut ff. rem rat. hab. quo enim. §. 1. ſecus in ſtipulat. amplius non peti, quæ lite demùm conteſta. committitur non antè. ff. rem rat. haberi. amplius. Eſt tamen caſus, in quo reus ante ſententiam non aget. ff. rem rat. haberi. procurat. §. final. ſi uerò reus non debeat, nec deierauit: agit ad impendia tantùm. ut ff. rem rat. hab. ſi ſine. §. cùm autem. ſic non prodeſt multum ſtipulatio, imò obeſt, quando deierauit: quia magis grauatur opinio, quàm commodum pecuniæ ualeat æſtimari. ff. de iureiuran. in duobus. 6. quæſtio. 1. ex merito. cum capitu. ſequen. ideo dicitur, quòd maior eſt pœna, modicus ictus fuſtium, quàm quæuis pœna pecuniaria. ut ff. de pœnis. in ſeruorum. in fin. hoc in iudiciali uoluntario iuramento, & extraiudiciali. Aliud autem iuſiuran. quod uocaui neceſſarium iudiciale, deferri poteſt ab omni homine qui poſſit eſſe iudex: quod dic ut nota. ſuprà, de officio delegati. §. cui poſſit delegari.

3 **Et cui.** † Et quidem non habetur diſcretio, cuius ſit ſexus vel ætatis. nam ſiue uerum ſiue falſum iuratum ſit omnino cuſtoditur iuſiu. nam deferens contentus debet eſſe ex quo detulit. pupillus tamen, qui alio deferente iurauit, non uidetur deierare: quia ſciens fallere non uidetur. ff. eod. qui iuraſſe. & legibus præcedentibus. dic ut ſ. eo. § quot comites. uerſi. iudicio. Sed nec habetur diſcretio an ſit liber, an ſeruus, pater, uel filiusfam. ut ex præmiſſis patet. defertur etiam actori, & aliquando reo: ut ĩ. §. ſequen.

4 **Quando ſit deferendum.** † Quod à parte parti defertur, quod uocaui iudiciale uoluntarium, ſed extraiudiciale uoluntarium, quãdocunque deferri poteſt. Verùm quo ad neceſſarium iudiciale, ſcilicet ꝙ iudex defert parti, diſtingue ſic. Aut probat quis plenè intentionem ſuam, reo nihil excipiente, & non probãte. Aut nihil probat, ſed probatio & intentio per exceptionem rationabilem oppoſitam eliditur. Aut iura hincinde obſcura ſunt: quia hincinde æqualiter probata eſt intentio & exceptio. Aut actor ſemiplenè probauit, & reus nihil oppoſuit uel probauit. Si quis plenè probauerit intentionem ſuam: ut ſ. dixi, debet ſequi condemnatio: ut C. de actio. & oblig. negantes. & de condi. ob tur. cauſam. l. 1. & de fid. inſtru. l. 1. de pact. inter empt. & uendi. cum te fundum. ff. de rei uendi. officium. & de proba. in præſentia. ſ. de electio. querelam. prope fin. ĩ. de ſenten. & re iudi. cum Bertholdus. §. vlti. Si verò nihil probat actor, vt dictum eſt, ſi reus nihil præſtiterit, abſoluendus eſt: vt C. de edend. qui accuſare. ĩ. vt benefi. eccle. vt noſtrum. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. C. de rei uendi. l. ulti. niſi in quibuſdam caſibus, in quibus defertur à lege ſacramentum ad purgandum innocentiam. C. de his qui ad eccle. confu. l. vlt. §. ſic vbi. aliàs incipit, cum autem. C. de fid. inſtru. l. vlti. & de iure deli. l. vltima. § licentia. in auth. de inſtr. cau. § ſi verò moriantur. & §. ſi verò nihil aliud. & de hæred. & Fal. §. ſi verò abſunt. & ſecundum cano. propter infamiam indicitur reo purgatio. ut not. ĩ. de pur. cã. & in aliis quos not. ĩ. vt benefi. eccle. §. datur hic & alia regula. quòd ſi iura obſcura ſunt, pro reo ſententia fertur, non pro actore, vt ff. de actio. & oblig. Arrianus. & de reg. iur. fauorabiliores. Inſtit. de interdictis. §. commodum. ſ. de probatio. ex literis. niſi actor fauorabilem cauſam foueat, vt puta libertatem, teſtamentum, matrimonium, uel dotem. vt ĩ. de reg. iur. cap. vlti. dixi in ſumma. §. & quando. Sed ſi ſemiplenè probauerit, puta per ſcripturam domeſticam, vel per collationem literarum, vel per vnum teſtem, vel per fugam rei, qui finito officio, ibi vbi geſſit officium, debuit reſpondere per ſe, vel per procu. defertur ſacramentum actori, qui nouit ueritatem, maximè ſi res petita ſit modica, & actor eſt honeſtus. in auth. de inſtru. cau. §. ſi verò moriantur. col. 6. & de collatorib. §. ſuper hoc. & §. ſi autem. col. 9. & ff. de re mili. non omnes. §. à barbaris. & de legiti. tu. legitimos. reſp. j. & ff. e. iuſiur. & ad pec. §. ſi de qualitate. & §. pe. nam & vnũ teſtem dico inducere præſumptionẽ. arg. ff. de dote præle. Theopompus. & quemadmo. te. ape. l. j. §. ſi vnus. & eſt expreſſum. ſ. de proc. ex inſinuatione. & ĩ. de ſucceſ. ab inteſt. cùm dilec. §. 1. nam & duo faciunt plenã probationem, ut not. ſ. de teſti. §. quotus numerus. reſtat igitur, ꝙ vnus ſemiplenam probationẽ faciat. Nec obſt. ff. de quæſt. maritus. nõ. n. ideo prohibetur ancilla torqueri, ꝙ indicium non præceſſerit, ſed quoniam ancilla in pecuniaria cauſa non debuit contra dominum ſuum torqueri, etiam ſi indicia præcederent. vt C. de quæſt. l. 1. Sed & propter enormitatem delicti à reo commiſſi defertur iur̃m actori: ſcilicet, ſi non poſſit quæ perdidit, vel quæ ablata ſunt ſingula cõprobare, vt C. vnde vi. ſi qñ. ſ. qđ met. cau. c. vlt. Item propter temeritatem rei, & improbitatem litigandi defertur actori iur̃m. C. de iudic. properandum. § ſiue aũt. Aliàs aũt, ſi actor ueritatẽ non nouit, vel ſumma magna eſt, & perſona ſuſpecta, vel reus eſt ita honeſtus, vt actor, & ſumma eſt modica, defertur reo iuſiur. vt abſoluatur in cõtractib. ſtricti iuris, & bonæ fidei in delictis, & quaſi delictis, propter regulam generalem, quæ traditur ff. e. admonendi. C. e. in bonæ fidei. & in hoc caſu negatiua probatur per iuramenti delationẽ, vt no. ſ. de prob. §. quis debet probare. uerſi. negatiua aũt facti pura uel ſimplex. quia reo neganti defertur iur̃m. Fuerunt tñ qui dixerunt, ꝙ reo ſemper deferendũ ſit. per l. ff. e. admonendi. ibi, cùm à iudice aliquis, &c. Lanfran. dicit recurrẽdum ad conſuetudinẽ fori: nam in ciuitate Cremon. taxatum eſt vſq; ad tres libras imperialiũ, & accedit ad hoc ff. de fund. inſtruct. inſtrumen. le cùm de lanionis. §. aſinam. & de flumi. l. 1. §. 1. Quid ſi non apparet conſuetudo, relinquo arbitrio iudicis, qui perſonis & cauſis pẽſatis qñque actori deferat, qñque reo, attendens, qui melius nouerit ueritatem: nam qui in alterius loco, &c. ff. de reg. iur. qui in alterius. & ideo multum diſcrepant paterna & hæreditaria ſacramẽta. C. e. generaliter. reſp. 1. ad hoc accedit. ſ. de tranſac. c. vlti. in fi. ff. de act. & obli. l. vlt. C. ſi quis Impera. mal. l. 1. ff. de tranſac. cum hi. §. vult igitur oratio. & §. ſeq. Et hæc opinio, ꝙ qñque deferatur reo, qñque actori, comprobatur hodie per Grego. ĩ. eo. iuramentum. in fi. etiam in cauſa appel. & in auth. d. n. de teſti. extrà, Romana. §. neq; indiſtinctè. Quidam aũt dixerunt modicã cauſam, vſq; ad duos aureos. ff. de dolo. ſi oleum. in fi. uel vſq; ad 6. ſol. ĩ. de ſimo. ex tuæ. Quicqd dicant alij, hoc arbitrariũ puto, ſ'm ea quæ dixi. nam & qñ de præbenda agitur, quod magnum quidem eſt, defertur ſacramentum, ſecundũ quod quidã intelligũt. ſ. de proc. ex inſinuatione. Quid enim, ſi aliquis factus homo bonæ famæ, & religioſus, petat magnam pecuniæ quantitatem, vel ab eo petatur, & religioſus inducit pro ſe in teſtimonium quendam aliũ ſibi ſimilem, & is cõtra quem agit, eſt uilis pſona, infamis, & qui omnia faceret pro tẽporalibus acquirẽdis: certè credam religioſo, & ſibi deferam. arg. ſ. de procu. in noſtra. 1. quæſt. 6. ſancimus. nam & 23. milia hominum, quandoq; pauci dicuntur xlv. diſt. diſciplina. Plus proceſſit Lanfran. Cre. dixit enim, ſi ſint æqualis famæ actor & reus, deferendũ eſt actori. qui unum electũ teſtem adducit propter authoritatẽ domini, ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo. & teſtimonium de me perhibet pater: nam & in lege noſtra ſcriptum eſt, quòd duorum teſtimonium uerum eſt. ſ. de teſti. in omni. & hoc probat principiũ

ipſius

ipsius decre. quia sic dicit, in omni negotio principalis persona dicens ueritatem de re sibi nota, habēda est pro teste.ad hoc.C. eod generaliter.§ ult.ante finem. & hunc etiam intellectum innuit Gregorius ĵ.eod iuramentum.§.1.ibi,nisi iudex, &c.ubi dicit considerandas causæ circunstantias, non dixit quantitatem, sed circunstantias: quasi dicat,ei deferendum est, qui nouit melius ueritatem & qui magis dignus est: sed hoc uerum est de circunstantiis personæ: dicit tamen ꝙ & circunstantiæ, causæ sunt attendendæ. hoc idem expressim legitur in authentica d.n.de testibus extrà, Romana.in fine.ideo puto cum Gregorio & domino nostro,ꝙ omnia sunt consideranda:& iunge quod notatur ĵ. § qualiter.uersi.item præstabitur.

5 **Et super** quibus.† Et quidem super quocunq; & de quocunq; litigetur,siue de ꝓprietate, siue de posses. uel personæ,uel rei,uel siue agatur in rem,siue in personam,siue ordi.act siue de conditio. personę,an sit in potestate,uel non,uel an mulier conceperit ex defuncto,uel non.prodest enim mulieri hoc iuramentum: quia nomine uentris in pos mit.sed non prodest, quo minus in edicto quæratur, an ex defuncto genitus sit: & sic econtrà,si mulier deferat iuramentum.nocebit mulieri,ne in pos mit. sed patrui non nocebit,quia delatio alterius alteri nō obest,nec prodest.ff.eo.l.3.usque ad illum § iurari. Alterius dico, id est, eius qui omnino est alter.nam tutor,cura.procu.alter ipse uidetur.idem in socio & reo fideiussore,ut patet ĵ.Item si duo petant aliquem in libertū,quilibet in solidum, si libertus altero deferente iurauit se non esse libertum,statur sacramento:ideo ꝙ si de periurio suo docere uelit,aduersarius non auditur,admittuntur probationes alterius, qui non detulit illi ius patronatus ad se insolidum pertinere, ut ff eo.si duo. In pupillari etiam actio.defertur iuramentum,& præiudicat aliis,si bona fide delatum fuerit.ff.eo.eum.§. in popularibus. iuratur & in famosis ac. ut ff.e.si duo §.idē Iul.& patet in his quæ no.s̃ §.quot species sub §.aliud iudiciale.Quid si criminaliter agatur ꝯ aliquem? fortè pars parti deferre poterit,quamuis transigi non liceret, quia iurans non sic cōfiteri uidetur crimen,sicut transigens:imò apertè negabit:sed iudex propter inopiam probationum,non defert, etiamsi semiplenè probatum sit actori,cùm probationes exigātur in his luce clariores.C.de proba.sciant cuncti.5.q.6. Epiphanium.uel poterit reo deferri ad innocentiā ostendēdam. ut apparet in his quæ not.s̃.§.prox.uersi.aliàs autem. Quid de causa monachationis & conuersionis,uel matrimonij? ſm Azo.fortè defertur sacramentum ad similitudinem aliarum causarum.arg.s̃.de prob.sicut cōsuetudo.& c.ad nostram.& ĵ.de regula uidua quid enim si is cui displicet,deierauerit,licet,uerū sit,ꝙ contraxerint,uel apponant impedimentum fictum contra matrimonium? certè non est credendum,etiam si uterq; confiteatur contra matrimonium.ut ĵ. de eo qui cog.consang.uxor.suæ.super eo.secus si pro matrimonio confiteatur, nisi opponatur gradus diuina lege prohibitus, uel nisi paretur prę iudicium alij matrimonio,cum in his ecclesia dispensare non possit tacitè, uel expresse.s̃.de transa.c ulti.& de restit. spo.literas. aliàs autem confessioni factæ pro matrimonio statur,si impedimentum probari non possit iustum.ĵ.de clan.despon.c.1.& 2.& de consan.& affi.c.j.sic uidetur,ꝙ ei qui stat pro matrimonio,sit deferendum, si habeat unum bonū testem.Sunt tamen quidam magistri,qui hoc nequaquam admittūt: & facit pro his,quia inuitæ nuptiæ consueuerunt tristes exitus habere.ĵ. de spon.cùm locum.& c.requisiuit.quid enim si is qui probauerit,sit uilis & pauper,& alius diues & potēs? dic ut no.s̃.de testi. §.quis possit.sub §.hi uerò oēs.uer.ubi autem quæritur, utrū matrimonium & opti.facit ad hoc decre.eiusdem tit.super eo.cum illi non prosit testimoniū matris cum assertione filiæ, & alterius mulieris extraneæ.Quid plura? decre.uidetur expressa.ĵ.eo.mulieri.ubi maritus propter inopiam probationum ab impetitione mulieris absoluitur, sed inopia probationum dicitur semiplena probatio sicut exponitur.C.eo.in bonæ fidei.Sed certè quamuis ita quidam intelligant,non dicit hoc.imò dicit, ꝙ nullas probationes habebat,nisi proprium iuramētum.ideo contra moueor, quoniam si maritus deierauerit, & secundas nuptias cōtraxerit, ꝙ & ipse patria sunt in periculo constituti,cùm etiamsi confiteatur modò uir pro matrimonio, non credatur ei in prę iudicium secundi.ĵ.de re iudi.consanguinei.s̃.de testi.sicut nobis.porrò si neuter contraxisset ante,posset pœnitere uir:quia & si antea nō consensisset,ex hoc nouo cōsensu matrimonium firmaretur, ut ĵ.de eo qui dux.in matri.quam pol.per adul.ueniens.& licet testi corrigere dictum suum re integra.s̃. de testi. cogen. præterea.& magis credendum est ei hoc.cum tempore pro motu remediū expectat salutare,ut s̃.de prę sump.literas.ĵ.de ho.significasti.nec audiretur mulier,si modò negare uellet,cum primò contrarium iurauerit.s̃.de proba.per tuas.sed ex quo ad secunda uota transiuit,non auditur,ut dictum est in foro iudiciali: imò excommunicabitur ad instantiam secundæ, si ei debitum deneget coniugale. in foro autem pœnitentiali dicetur ei, ꝙ excommunicationem sustineat,antequam contra conscientiam ueniat,ne ædificet ad gehennam.& s̃. de restit. spol.literas.§. quod si non habeat.ĵ.de senten.excom.inquisitioni.Item in foro pœnitētiali dicetur mulieri,ꝙ nullatenus contrahat contra conscientiam.In iudiciali dicetur,Nec prohibeo nec consentio,sed tuæ conscientiæ te relinquo:ne si fortè uerum iurauerit, detur materia periuriis, & ne si falsum iurauerit,ex prohibitione contigerit matrimonia legitima impediri,ut ĵ.e.mulieri.sic in dubio quilibet relinquitur conscientiæ suæ.33.distin.habuisse.1.q.7.sancimus.Sed certè non est ludus in undis,nec litigium de lana caprina:& licet non præsumamus de aliquo malum, tamen in ueritate esse poterit, ꝙ mulieri iuueni continere nequeunti, sufficit ꝙ dicatur ei ꝙ relinquitur conscientiæ suæ. & si contraheret, fortè postea pœnitebit, & in foro iudiciali excommunicabitur: sicut de uiro dixi s̃. sic ergo ex hac opinione & interpretatione utrique laqueus præparatur, quod ab ecclesia fieri non deberet, nec approbari.27.q.2.de uiduis.2.nec debet adhibere fraudem contractibus suis ĵ.de dona. per tuas. melius ergo fuit ab initio ante tempus occurrere, &c. ut C.in quibus cau. resti. in integ.non est neces. scimus. & quando licet unicuique sine iudic. uindi. l. 1. quod enim uituperari posset,debuit præcaueri, ut s̃.de ser.non or. cap.1. & de elect licet.23.distin.in nomine Domini.Non est dubium, quod fatuitati suæ imputabitur,non ecclesiæ, ex postfacto: sed ut ante tempus occurram,dico melius esse,& tutius ut deferatur ei sacramē tum qui matrimonium asserit esse contractum habenti unicum bonum testem, secundum ea quæ dicta sunt arbitrio iudicis cōmittendo.nam & si ualde diues esset maritus, & potens, & nobilis,& mulier pauper, sed pulchra, cùm petens haberet unicum bonum testem:& omni exceptione maiorem,deferrem mulieri honestæ,quamuis pauperi sacramentum, & maximè aliis adminiculis interuenientibus: utputa si eam sæpe & sæpius de stupro solicitasset,ut ĵ.de sepul.ex parte parentum.uel si haberet unum testem,ꝙ iurasset eam certo tempore ducere uxorem, & ex confessione utriusque constaret, ꝙ fuisset carnalis copula subsequuta:utputa,quia testis dicit,ꝙ annus est elapsus, ꝙ eam iurauit ducere in uxorem. & uir confitetur ꝙ à sex mensibus citra cognouit eam,nisi cum alia contraxisset,ut dictū est,ad hoc ĵ.de spons. is qui fidem.& de condi.appo. per tuas. Nec obstant iura cōtraria,ꝙ inuitæ nuptię &c quia cogentur causatiuè per excommunicationem,ut de nolente fiat uir uolens ut ipsæmet decre.probant ĵ.de sponsà.ex literis Syluani.secundum hoc expone uerbū positum in decre. Mulieri probationes alias non habenti. ſ præterquam proprium sacramentum,uel,id est.nulla probatione facta,uel semiplena, sed minus honesta uel suspecta sic igitur & si pericula animarum uitari non possunt per omnia malitia hominum excrescente:tamen prout iuri congruit, refrenatur.& in dubio pro matrimonio iudicatur, & laqueus animarum uitatur,& tutior uia eligitur.& hæc opi.fulcitur à iuribus.ĵ. de senten.& re iudi.c.fi.ĵ.qui ma.accu.pos.uidetur.ff. de reb.dub quoties.& de reg.iur.quoties. & l.in ambiguis ĵ. de spon.iuuenis. & de homi. ad audientiam.& de cler. excom.minis.illud §. licet autem & de reg.iur.estote.Per hoc etiam occurritur malitiis quorūdam, qui solam carnalem copulam extorquere cupientes, seducunt mulieres,quæ dicunt se nullatenus consentire nisi contrahant secū, & uiri contrahunt, uel ipsam ducere iurant, sed non patiuntur, ꝙ istud uideat,uel audiat,nisi unicus testis tantùm,dicentes se uerecundari, & sic extorquent copulam, & postea negant contractum,quia sciunt,ꝙ non bene potest probari,nisi per testem unicum:& uox unius uox nullius.his obuiandum putaui, & eorum malitiis,ut arg.ĵ.de diuor.quanto.in fi.ĵ.de spon.tua nos.qui uidetur quibusdam facere contrà,sed nō est uerum,quia ibi dominus Inno.more Scęuolæ iurisperiti,secundum proposita respōdet, quia consulens omnino pro constanti ponebat ꝙ uir nunquam consenserit:ideo respondet, ꝙ non est matrimonium, secundum ea quæ proponuntur.protestatur tamen, ꝙ non uidet qualiter de hoc.ſ.quòd non consenserit, constiterit consulenti, & quòd nisi ita se certum redderet, fuisset pro matrimonio præsumendū.uel dic,ꝙ loquitur in iudicio animæ,ut not.ĵ.de spon. & ma.§.qualiter contrahatur.uersi.quid si præmittat in fi.& sic mens domini Inno.III.amplectitur quod præmisi: & sic tenebo. nisi Ro.eccl. contrarium illius statueret, & expressim.iunge qđ notatur ĵ.de pęnitentia.§.quæ interrogationes.sub §.de luxuria. uersi.quid si maritus.

6 **Qualiter** sit deferēdum.† Si pars parti deferat.Primò iurabit se non delaturum calumniosè.si hoc exigitur,nisi iusiur.remittatur per legē quibusdā,puta parētibus, & patronis.relator autem de calumnia non iurat.ut ff. eod.iusiu. ad pec.§.qui iusiurand.& §.antepe.ꝙ Azo dixit correctum,cùm non iuretur in tota lite de cal.nisi semel,in quo continetur,quòd calumniosam probationem non exiget.ergo nec iusiu.tamen & ipsum loco probationis habeatur. ff.eod.l. sed & si possessori.§. ultim. sed in hoc casu credo standum legi antiquæ, saltem iu ex-

cep. ante li. contest. oppositis, super quibus aliquando defertur iuramentum, vtrum sit ita, uel non, vtrum ita factũ fuerit, uel non. ff. e. l, vl. §. si verò creditor. & C. e. generaliter. §. his de præsentibus. Hoc de iureiu. voluntario iudiciali. nam uoluntarium extraiudiciale, secundum voluntatem partium, ex toto procedit, necessarium iudiciale, & secundum arbitriũ iudicantis. Iusiurandum necessarium iudiciale, voluntariũ iudiciale per condi. personarũ, & in diuersis locis præstabit: nã ad personas egregias, & quæ valetudine impediunt, domi mitti oportet, & aduersarius p se, uel p procu. poterit esse præsens præstationi, uel relationi uel recusationi. expensæ autẽ ,p huius causa, uel ab vtraque parte fiant, ut cũ vnus detulerit, alter retulerit: vel ab altera tantũ, ut cum vnus detulerit alter non retulerit, ut ff. eo. ad personas. C. eo. l. penul. §. his de præsentibus. nec ,ppter hoc cæteris capitulis preiudicabit. imò nihilominus examinant cætera litis mẽbra, ut ibi dicit. Quid si quæstio sit de personis, sint egregiæ,[a] vel non, honestæ, vel non? dirimẽt arbitrio iudicis, sicut est in arbitrio suo, an personã uocet, uel ad recipiendũ iuramentũ mittat, & vtrũ iuret in ecclesia, vel ex, & an iuret super altare, uel ad sancta Dei Euangelia, ut ff. e. iusiu. §. si de equalitate. C. e. generaliter. § vlt. Item præstabitur, vel in princip. uel in medio, uel in ipsa diffinitiua sententia: id est, ante sententiam prope ipsam, non expectata vltima diffinitione, uel prouocationis formidine: sed olim deferebat in sentẽtia, ut fieret post sententiam. C. e. l. pe. §. 1. & de sen. & interl. om. iud. cùm iudex. potest autẽ reuocare delationẽ is qui detulit quandocunq; ante sententiã, dũmodo præstitũ non sit. C. eod. l. pen. resp. 1. sed si semel reuocauit, decæterò ad delationẽ non redibit, nam absurdũ est redire ad id, cui renunciandũ putauit, cùm desperat de altera probatione ad alteram conuolare. C. eo. tit. si quis iusiu. ꝙ si delatio non reuocetur, is cui delatum est plura remedia habet. nã potest ipsum pstare, vel referre, uel recusare ex causa: quod intellige, ut s. dixi. § quot species. sub § aliud iudiciale. & si referat, & is cui defert non suscipiat, absoluẽdus est reus. Relatio aũt sic facienda est, sicut delatio facta fuit, nisi varietas rerũ uel personarum aliud inducat. ut ff. eod. iusiur §. penult. & vlti. verbi gratia, Ago contra te act. de dolo, defero tibi iuramentũ, vt iures te non fecisse dolum, licet tibi referre, ut iurem te fecisse dolum in re, quæ sit vltra duos aureos: uel libertus defert iusiurand. patrono, ut iuret se non fecisse iniuriam, licet patrono referre, ut iuret patronũ atrocẽ iniuriam sibi fecisse: uel defero tibi, ut iures te mihi non donasse, licet tibi referre, ut iurẽ te mihi non donasse vltra. 50. solidos. ut ff. de dolo. si oleum. in fi. & sequen. & de in ius vocando. sed si hac lege. §. vltimo. C. de donatiouibus. l. penultima. in fine. Item is cui delatum est, potest soluere id quod ab eo petebatur, & ita absoluetur à iudicij obseruatione, quia solutione eius quod debetur, omnis oblig. tollitur, vt Institut. quibus modis tollitur obligat. in princip. vel potest iurare, & tunc à petitione absoluetur, & sic sunt omnia iudicia absolutoria, vt Institut. de perpet. & tempora. act. præscrip. in fin. secundum Azo. imò distinct. est, vtrum lis contestata sit, uel non, ut nota. suprà, de confes §. vtrum in confessum.

Qualiter iurandũ sit. Prout iusiurãdũ delatũ est. nam si defero, quòd iures per Deum, te mihi nõ debere & tu iuras per caput tuum, uel Euangelia, licet videaris iurare per Deũ: quia respectu diuini numinis ita iuras, tamen nõ iurasse videris, & ideo ex integro solenniter iurandum est. i. per Deum ff. eod. l. 3. §. vlti. & l. iiij. & 5. in prin. & l. qui per salutem. In quibus etiam legibus admittitur iuramentum creaturarum, contra id quod not. s. e. §. quomodo. sub §. per quod. nunquid ergo corrigit, fortè non, sed tale iuramentũ iustè recusari potest, si tamen iuretur, prætor tuebitur iusiur. ut ibi. Moueor tñ ex eo, quod legitur lxxxiij. dist. error. & 86. distin. tanta. ideo potest dici vt sequitur de vana superstitione, uel dic, quod dicit de creaturis, est intelligendum extra iudicium, & sic plana est lex, quo ad iudicem, cui periculum non imminet: tñ hodie per creaturas nullatenus est iurandũ, quamuis contrariũ teneat prauus vsus. Sin aũt delatum sit iusiurandũ per superstitionẽ publicè improbatam, vt Apollinis, vel Dianæ, non est ratum iusiu. secus fortè, si non est publicè improbata: vt si dicat, ꝙ iuret per crede mihi, per sine dubio, vel per, Deus scit, vel per, certum est, sicut monachi facere consueuerunt, ut ff. e. l. 5. §. diuus. & § si quis. nam & in veteri testamento sic iurabat, Viuit Dominus, viuit anima: in primitiua verò ecclesia Sic testis est mihi Deus: Deũ inuoco. sed hodie p Euangelia iurat cõiter. j. eo. etsi Christus. §. Apostolus. 60. dist. tibi Domino. 1. q. vlti. c. vlt. 22. q. 4 ad peccatum. Sed & si is qui detulit aduersario iurare parato remiserit, perinde habendum est, ac si iurasset: verùm si alius delationem incontinenti non approbauerit, sed se velle deliberare dixerit, si postea prohibente delatore iurare velit, uel incontinenti suscepit, sed non iurauit. & si postea iuret delatore ,phibente, nihil ei prodest, ut ff. eod. non erit. §. vltimo. & l. remittit. C. eodem. actori. Hoc aũt not. ꝙ iuramentũ iudiciale voluntariũ delatũ & præstitũ, quandoque reuocat, qđ est specialissimũ, ut si hæres detulerit iusiu. legatario contra eum agenti, & legatum petenti, quod dicit sibi in testõ relictum: si enim legatarius ante apertas tabulas hoc iuramentũ præstiterit, & postea testamento aperto comperiat ibidem nihil relictũ fore: non proderit legatario iusiuran. & est fortè illa ratio specialitatis: quia de his controuersiis, quæ ex testamento proficiscunt, non aliter potest iudicari, uel etiã transigi, nisi tabulis visis & perlectis, ut ff. de transactionibus. de his. supra, de fide instrumentorũ. accepimus. j. de priuilegiis. porrò. Delatio autem iurisiurandi necessarij iudicialis antequã prestet. reuocat pro arbitrio iudicantis: si autẽ sit præstitũ, non reuocatur postea, nisi pretextu instrumentorũ postea de nouo repertorum. ff. eod. admonendi. tunc enim lata sententia fit reuocatio: sic enim dicit. Absolutus fuerit, sed fortè dicit absolutus destinatione: nam si lata esset sententia, non liceret reuocare, secundũ Azonẽ, imò licet ex magna causa, ut dicit in sacramento in litem. ff. de in litẽ iurando. l. videamus. § pen. Voluntariũ autem iusiurand. nullo casu reuocatur. ff. eod. non erit. §. dato. & l. nam posteà §. primo.

7 Et quis sit effectus. † Vt ex eo detur actio in factum, si iurauerit quis quid sibi deberi, non adicta forma, uel rem suam esse. C. eo. actori. & hoc in vtroque genere iurisiurandi. si autẽ adiecta forma iurauit, inquit mihi deberi, dat mihi vtilis actio ex eodem contractu, & non tantùm mihi, sed etiã aduersario. verbi gratia, iuraui quòd mihi vendideras fundum pro x. ex hoc iuramento agere possum ad fundum actione utili ex empto, & tu ad x. act. utili ex uendito. uel iuraui, ꝙ obligauerã tibi pignori domũ ,p x dat mihi utilis pignoratitia ,p domo, & tibi utilis condictio certi ,p x. uel iuraui fundũ mihi datũ in dotẽ, & ipsum prosequi potero, & soluto matrimonio teneor utili ex stipulatu. ff. e. l. si duo. §. si quis iurauerit § Marcel. Vbi aũtem iuraui rem meã esse, dabit actio in factum, & utilis rei vendicatio, sicut dat utilis personalis, sed contra deferentẽ tantum, si nitar ex delatione & præstatione iurisiu. sed si nitar ex delatione & præstatione, & ex eo quod nactus sum possessionem rei à non domino bona fide, p p iuramentum dabit mihi publiciana contra quẽlibet possessorẽ, preterquam contra dñm: sicut & si rem emissem à non dño, uel ,p me iudicatũ esset. ff. de Publi. l. 1. 2. 3. & 4. Nec obst. quod legit. ff. de Publi. l. cũ. §. petenti. vel si petenti, ꝙ eĩ dicit dari Publicianã contra deferentẽ duntaxat, est intelligendum, ut excludat ,pprietatis dñm, non autẽ cæteros possessores. Vbi autẽ iurasti, rem meam non esse, cõpetit tibi exceptio, sed non aliqua actio. ff. eo. l. sed & si possessori. Quidam autem dixerunt ex iudiciali, uel necessario iuramento non dari iuranti actionem in factum, quia habiturus est eam ex sententia, sed nihil impedit huic: nam eiusdem rei nomine, non est mirum plures competere actiones, ff. de act. empt. & vend. non est nouũ. & de ac. & ob. non est nouum, posset enim dari ex confessione, si confessus est in iudicio: quia confessus habetur pro iudicato, idem multo fortius in iureiur. In hoc igitur, ꝙ actio & exceptio ex iureiu. oritur, patet ꝙ est paris authoritatis cum re iud. nam Apostolus ait, Omnis controuersiæ finis, est iuramentum. j. e. etsi Christus. §. Iacobus. in fi. & lex concordat cũ Apostolo. ff. eo. l. 1. Hæc aũt exceptio obstat quotiescunque agi non posset, si verũ esset, quod iuratũ esset: nam ,p ueritate accipit iusiu. ff. e. sed & si possessori. § item si iurauero. & §. sed & si rerũ. nec refert, vtrũ agat ex eadem actione ad alia, dum tamen agat ad idem, & ex eadẽ causa, ut ff. e. duobus §. exceptio. vsq; ad pe. §. & l. si duo. §. idẽ Iul. Hoc verũ est, nisi posterius iuramentũ præiudicet primo, ut ecce, iuraui mihi dari oportere: deinde cũ cõtrouersia esset an iurassem, uel non, me deferente iurasti me nõ iurasse. in hoc enim casu tantũ posterius iusiurandũ seruandum erit. ff. e. duob §. fi. & l. ꝙ si iuraui. Igit in agendo vel excipiendo parificatur sententiæ iuramentũ: minus aũt est in duobus. nã sententia lata ꝯ sententiã, à qua non est appellatũ, est ipso iure nulla. dic ut j. de sent. & re iudic. §. quot sint eius species. sub §. diffinitiua, secus si damnetur aliquis de furto, & iurauerit se furtum non fecisse. ff. eod. nam postea. §. si damnetur. C. quando prouo. non est ne. l. prima. Item & si iurauerit quis se patronum esse, licet quantum ad alia sit patronus, non tamen quantum ad bonorum pos. contra ta. secus, si pro eo iudicatum foret. ff. de iure patro. si iurauero. Sed & iusiur. prætexu instrumentorum de

ADDITIO.

a De personis, sint egregiæ. ¶ Adde quæ dicantur personæ egregiæ. Vide p Specul. in tit. de teste. in §. sequitur. ver. quid de presbytero. Abb. in cap. si qui testium. de testibus.

toſſi de nouo repertorũ reſcinditur.vt dixi ṡ.eo.§.proxi.ver.de latio.ſecus in re iudi.j̃.de ſent.& re iudic.inter monaſteriũ. & c. ſe.niſi in caſu.ff.de re iudic.Imperatores.C.de re iud.ſub ſpecie. Eſt & ſacramentũ maioris authoritatis re iud.quia minor nõ reſtituitur ꝯ ſacramentum corporale,licet reſtituatur ꝯ rem iudicatã.vt C.ſi minor ſe ma.dix.l.vlt.& ſi aduerſus rẽ iudicatã.per totũ tit. Sed & iuſiurãdũ.ipſo iure tollit nãlẽ obligationẽ:ff. e.l. vlt.& de ſolu.Stichũ.§.naturalis.non ita in re iud.ff.de cond.indebiti.l.Iul. Vnde quantum ad extinguendã naturalem obligationem, poteſt dici ꝙ iuſiu.vicem ſolutionis obtinet. Sed vtranque obligationẽ extinguit in his obligationibus, quæ ipſo iure tolluntur per pactũ,vt furti,& iniuriarũ,vt ff.e.iuſiuran. etiã.& de pactis ſi unus §.idem dicimus & l.ſi tibi.§.quædam. Sed & vicem obtinet delegationis, quia per iuſiurãdum incipit quis aliis obligari quã ei, cui prius tenebatur ex vi innouationis:quia noua actio tribuitur creditori,ſi iurauerit ſibi deberi prima obligatione non extincta,ſed durante.ff.e.qui iuraſſe.§.vlt.& l. cũ qui iurauit.ibi,cùm omiſſa hac parte,&c. Itẽ obtinet vim litis cont. quia ſicut actio tẽporalis perpetuatur lite conteſ. ita & iureiu.ſi iuraui te mihi teneri redhibitoria,uel quanto minoris .ff. e. nam poſtea.§.ſi is qui temporali.

6 **Et ad quem** tranſeat † effectus. Ad iurantes & ſuccedentes ſingulari tit. vel vniuerſali. ff. eodem,ait prætor.& l.etiam.& l.nam poſtea.in prin.& præiudicat ſacramentum deferentibus, & omnibus eorum ſucceſſoribus, eo ſaluo ꝙ iuſiu.tutoris,cura proc. Item ſerui & filij proficit nobis.vt no.ṡ.§.qs poteſt deferre.ver.pater.& ver.liber. & dicitur ff.eo,nam poſtea.§ pen. nec obſt. quod dicitur, ff. de proc. non ſolum.§.j.quia vtilis,non directa datur mihi actio ex ſacramento procuratoris.Item ſi duo ſunt rei debendi, vel credẽdi ſacramentum vnius ſocij alteri prodeſt & obeſt,vt ff.e.duobus.& de arb.ſi duo.quod enim legitur.ff. de pact. ſi vnus. intelligendum eſt de argentariis ſociis in mẽſa non ſociis in negotiatione, vel ꝯtractu, uel ibi erat ab vno lis conteſt. Item iuſiu. rei principalis prodeſt fideiuſſori.fideiuſſoris aũt iuſiu. prodeſt reo, ſi iurauerit ſe ſoluiſſe.ſecus forte,ſi iurauerit ſe non fideiuſſiſſe, vel peccuniã mutuo datam non eſſe, vt ff.eo.duob.§.j & 2. Extra ſummã no.eſt,quòd iuſiu.non omnino loco probationis ſuccedit. nam licet damnũ dans & inficians conuictus per teſtes dãnetur in duplũ, ſi tñ contra eum iuratum ſit, in ſimplum tantum condemnabitur,vt ff.e.cũ qui in prin.C.de nõ nu.pec. auth. ꝯ qui ꝓpriã. Item not. ꝙ iuriſiu. præſtiti per Deum contempti religio punitur à ſolo Deo, non per principem, ſecundum leges,vt no.ṡ.de teſti.§.quis poſſit eſſe teſtis.reſp.j.verſ.excipitur periurus. & ſe. Secus,ſi iurauerit aliquis per principem, vel eius ſalutẽ, vel per caput, vel per genium.& eſt genius Deus principis qui in genitura potentiam exercet: olim eñ princeps tempore illo, quo nõdum erat Chriſtiana fides,colebat Iouem, vel Mercuriũ, qui in genitura ſibi patrocinaretur,& his caſib. fuſtigatur ille qui deierat: & debet ei ſuperindici, importunè noli iurare,vt ff.eod.ſi duo.§.vlt.Itẽ not. ꝙ cum hoc iurm.ſ.aſſertorium, ſit de veritate dicenda: eſt enim de re, vt ff.e.quoties,id eſt, de ueritate.ff.ad l. Cor.de fal.l.j.§. qui in rationibus.ideo is qui non nouit veritatẽ impetrat ſibi remitti iuſiuran. aut dari ſpacium cõpetẽs, vt certiorari poſſit ff.e.iuſiur. & ad pecu.& rerum amo.Marcel.§.qui rerum. & ſeq. iurare enim debet aliquis ſic eſſe vel non eſſe, vt tñ caueat, ꝙ contra conſcientiam nihil dicat, ut apparet in his quæ not.ṡ.eo.§ quot comites.ver. in veritate. ideo in dubio datur dilatio, ne ſaltem de facto ſuggilletur fama, vt ſupra dixi de iura.calum.§.quando præſtandum eſt. verſic. ſed nunquid danda eſt,& ſeq.quod dic, vt ibi not. Eſt & iuramentum quoddam aſſertorium de ueritate,quod vocatur iuramẽtum in litem: ideo apponamus rubricam,

DE IVRAMENTO IN LITEM DANDO.
Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Iurare in litem quid ſit.*
2 *Iuramentum in litem unde dicatur.*
3 *Iuramentum in litem quis deferat.*
4 *Iuramentum in litem qualiter deferatur.*
5 *Iuramentum in litem in quibus actionibus deferatur.*
6 *Effectus iuramenti in litem quis ſit.*

SVper quo videndum, Quid ſit iurare in litem, Vnde dicatur, Quis deferat, Qualiter, Cui Propter quæ, In quibus actionibus, Et quis ſit effectus.

1 **Quid ſit** iurare in litem. † Suo arbitrio præſtito ſacramento, pro quanto nollet re carere, ſecundum ſuum ſingulare intereſſe rem ęſtimare.ff.de in litem iurando. l. 2. §. interdum. & l. ſi tutor. Res tamen petita non idcirco æſtimatur pluris eſſe de iure cõmuni.vt C.e.l.2. vnde & qui tenetur dare fideiuſſorem pro qualitate rei.vt ff.qui ſatiſ. cog. ſi verò.§.qui pro rei.ſi dederit fideiuſſorem,qui tãtum habet in bonis,quanti ea res eſt,idoneè videtur cauiſſe,licet non habeat tantum,quantum æſtimaret rem actor iurando in litem, quia nec datus fideiuſſor tenetur vltra idem precium rei. ff. de fideiuſ. l. vlt.Quandoq; tñ dicitur iurare in litem, etiã is,qui iurat tanti rẽ eſſe vel fuiſſe,vt in prædict.l.2.ff. eo. l. nũmis. & l. cùm furti. & ita etiam intelligitur quod eſt ff.eo.in actionibus.§ planè.

2 **Vnde dicatur.** † Ex eo qđ propter litem & in iudicio tantùm præſtatur, vel propter rem in litem,id eſt in iudicio petitam.

3 **Quis deferat.** † Iudex:cæterùm ſi alius detulerit iuſiur.vel non à delato iuratũ ſit,nulla erit religio,nec ullum iuſiur.vt ff.e.iuſiur.§.deferre.

4 **Qualiter.** †Vt certa ſumma ſtatuatur à iudice ſi ei viſum fuerit,ne in infinitum iuretur. ff. e. videamus §.iurare.& §.ſed an iudex.& l.in actionib.§. ſed iudex.

Cui. Domino litis.nec enim poteſt alius iurare, niſi is qui ſuo nomine litem conte.eſt.ff.eo.vulgo.Quid in cauſa tutelari? & quidem pupillo non defertur iuramentum:adoleſcẽti autem poteſt deferri:matri autem ipſorum nõ defertur:fortè quia in infinitum iuraret amore filii. tutoribus autem & curatoribus minorum deferri poteſt iuſiuran. hoc, ſed tamen ipſi non coguntur iurare, ne anceps periurium incurrant. ex hoc patet, ꝙ debent iurare minorem nolle re carere pro tãto: puta pro c. ſed ſi volunt ſubire admittentur, quia non ad ſuam vtilitatem referenda eſt æſtimatio, ſed ad eum, cuius nomine tutelæ ratio poſtulatur. ff. eod. videamus. Illud autem ſacramentum quod non reſpicit voluntatem ſuam, ſed reſpicit credulitatem vel veritatem rei, compellitur ſubire tutor vel cura. at ſacramentum calumniæ, & de quantitate expenſarum, & iuramentum quod defertur de lite decidenda.vt C.de iuramen. calum. l. 2. §. quod obſeruari. & de iud. properandum.§.j. & de rebus credi. §.penulti.

Propter quæ. Propter dolum ſolum, non etiã ob culpã, ſed æſtimatio culpæ erit à iudice faciẽda.ff.e.videam⁹.§ fi.& l.in actionib.§.ſed iudex. Qđ aũt dictũ eſt,culpa,intelliget fortè quis de leui vel leuiſſima:ſed ꝓpter latã diceret iurandũ in litẽ,cũ dolo æquiparet.ar.ff.de preca. quæſitũ.§.culpa tñ.& §.ex hoc interdicto.ff.ſi menſ.fal.mod.dixe. l.j. Sed Azo contra,quia ſicut propter cõtumaciam quis excõmunicari põt tãtũ,ut patet j̃.de ſent.excõ.ſacro.ſic propter dolum tantum in litem iuratur.ff.de dolo.arbi.§. j. cõparatur ergo lata culpa dolo,quãtũ ad pecuniariũ damnũ proſequendũ, nõ quãtũ ad pœnã corpori infligendã.ff.ad l Cor.de ſica.l. in lege nec ꝗtum ad infamiã irrogandã.ff.de ſuſpect.tut.l.j.§.ſuſpectus.ſed nec ꝗtum ad iuſiu.in litẽ, quod irrogat pœnam reo ex ſola voluntate iurantis.Porrò contra tutorem etiam propter leuẽ culpam,uidetur poſſe iurare: ſed contra hæredem ſuum fortè non iurabitur,niſi propter dolum ſuum proprium,vel latã culpam. C.e.is qui.& l.alio iure.ideo fortè Imperator interſeruit hũc titulum in libro C. in tracta. tutel. ut in actione tutelæ aliquid oſtenderet ſpeciale.

5 **In quibus** actionibus.† In rem,& ad exhibendũ,& arbitrariis omnibus quæ enumerãtur Inſti. de act.§ præterea quaſdã.& in bonæ fidei iudicijs directis,nõ ꝯriis. ff. depo.l.j.§.in depoſiti quoque.& l. ei apud. ff. eo. in actionib. Sed ſecundum Azo.in act ex empto ſpeciale eſt, vt non iurent in ea,ſed ſit bonæ fidæi:quia venditor liberatur præſtito intereſſe,ut no.j̃.de contrah. emp. §.& ad quid venditor. In aliis autẽ actionib.ſcilicet ſtricti iuris,nõ arbitrariis, nõ iurat in litẽ in caſu,ſcilicet,cùm quis in ius vocatum vi eximit. ff. ne quis eum q in ius vocat. vi exi.l.pen.§.j.& eſt illud ſpecialiter ſtatutum, propter contemptam authoritatem iudicis, uel propter vigorem iudicij non ſeruatum.Et idẽ in familia,ſi non reſtituitur res alienata in fraudem patroni.ff.ſi quid in frau. patro. l. tenetur. §. in act. nam & ſi nõ ſit arbitraria, eſt tamen in rem ſcripta.Idem dicitur in promiſſione Stichi, ſi fecit moram, & Stichus deceſſerit.cùm enim Stichus mortuus ęſtimari non poſſit, in litem iurabitur:aliàs ſi ex ſtipulatu,vel ex teſtamento agatur, non ſolet in litem iurari.ff.e.in act.§.planè interdum. Sed hoc obtinet veram & communem æſtimationem,ut patet ṡ.ibi.cùm enim Stichus,&c.vnde & impropriè dicitur iuramentum in litem.& de tali loquitur.ff.e.cum furti.nam quãdo agitur act. furti ad rem duplandam vel quadruplandam,quia habetur ſuſpectus actor, ſiue agatur cond.fur. propter inopiam probationũ,defertur iuſiur.ſuper vera quantitate rei:nec eſt adiiciendum pluriſue.nã ſi res pluris eſt,vtiq; tãti eſt,vt ff.e.l. cùm furti. Sic & defertur iuſiur.

iur. in interdicto, vnde ui. vt C. unde ui. ſi quādo. s̃. quod me. cā. c. ulti. defertur etiā hoc iuſiu. ſuper ſpeciebus petitis. pro quanto nollet quis eis carere: nam maiori affectiōe moueri poſſum ad unam ſpeciem, quàm ad aliā. Sed & in nummis ſiue denarijs non habet locum illa ratio, propter omnimodam ſimilitudinē nummorum ad alios nummos, cùm vtilitas omnino eadem ſit, vnde defertur hoc iuſiu. nūmis depoſitis iuret quis quòd ſua interfuit, cùm certa ſit nummorum æſtimatio. nā ſpecies æſtimantur pecunia. & nō pecunia ſpeciebus, vt ff. de fideiu. ſi ita fideiuſſorem. poſſet tamen deponēti deferri vt iuret, quanti ſua interſit, nummos ſibi redditos non fuiſſe: quid enim ſi ſub pœna vel pignore pecuniā debuit, & quia pecunia depoſita denegata eſt, incidit in pœnam, quia non ſoluit, vel pignus diſtractum eſt: reſpon. in litem iurabitur. ff. eo. nummis.

6 Et quis ſit effectus. † Vt iudex iuſiu. ſequatur, ſi uiderit faciendum: vel etiam minoris condemnabit, quā iuratum ſit, ſecundum Azo. ſed fortè hodie ſecus, vt in auth. de iu. §. oportet. Item & prorſus poteſt reum abſoluere ex magna cauſa, poſtea repetitis probationibus contra actorem: facile enī ſi quæritur de periurio iurantis in litem. ff. eo. videamus. §. item videndum. & l. fin. & ad hoc j̃. de pur. vulga. c. 2. Sic & ſacramentum quod defertur à iudice parti de veritate rei retractat, propter noua inſtrumenta. ff. de iureiu. admonendi.

DE EXCEPTIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Exceptio quid ſit.*
2. *Exceptionum diuiſio quæ ſit.*
3. *Exceptiones quando & qualiter opponantur.*
4. *Exceptiones à quibus opponantur.*
5. *Exceptionis effectus quis ſit.*

Quoniam probationes plenæ & ſemiplenę, de quibus in ſuperiorib. diximus, plerunq; eliduntur exceptionib. iuſtis oppoſitis & probatis: nam & is qui exceptione vtitur, onus ꝓbationis in ſe recipit. ff. e. l. j. & per exceptionem defendit quis & iuuatur, ſicut per actio. vt inſtit. eo. in prin. dicamus de exceptionibus, Quid ſit exceptio, Quæ ſit exceptionum diuiſio, Et quando & qualiter opponantur, Et à quibus opponantur, Quis ſit effectus.

1 Quid ſit † exceptio.[a] Scire debes, ꝙ exceptio quandoq; largè ponitur, ſcilicet pro omni defenſione q̃ competit reo etiam ſi nulla actori cōpetat actio, & hæc à quibuſdā vocatur facti exceptio, vt ſi quis dicat mihi, ſolue x. quæ tibi credidi: ego dico, non credidiſti, vel aſſero me ſoluiſſe: qđ ſi verū ſit, obligatio eſt ſublata, ut inſtit. quibus mo. tol. obli. in princ. Vel dic, quòd dicitur hoc intentionis exceptio, vt verbis commodioribus utaris, ſecundum Azo. Item largè dicitur exceptio etiā replicatio, quæ datur actori contra exceptionē. ff. eo. l. 2. §. j. Datur autē reo exceptio, ſed actori replicatio. j̃. e. à nobis. & c. dil. fil. s̃. de for. compe. ex parte. & Inſti. de repli. & no. ſecundum Gof. quòd ſicut ſe habet exceptio ad actionem, ſic ſe replicatio ad exc. quo ad modum probandi: quia ſicut exceptio peremptoria probanda eſt fundata intentione actoris, ſic replicatio fundata intentione excipientis, tamen & ſimul uterq; ꝓbare poteſt. j̃. de præſcrip. illud. ſic tamen, ut ultimò probans teſtificata non didicerit: ut not. s̃. de teſt. §. & vtrum poſt publicationem. Contingit tamen aliquando, quòd propter præſumptionem, quæ pro actore habetur, probatio exce. nō admittiť, ſed replicationis tantū, vt s̃. de renun. ſuper hoc. ſecūdum Gof. Item quandoq; ſtrictè ponitur pro defenſione, quæ ꝯpetit reo contra actorē competentem, ideo ipſum principale nō proponitur loco exceptionis. s̃. de for. cōpe. ex parte. §. pen. & ultimo. Eſt etiā opponenda exceptio coram iudice, non alibi. ut patet j̃. e. olim. aliàs incipit, cùm olim. & de appe. interpoſita. & c. dilecto. Exceptio autem contra agētem opponitur, vt dixi. unde dicitur ꝓprie exceptio excluſio: ut exceptio pacti de nō petendo, quæ elidit actionem: replicatio uerò pacti de petendo facta poſtea extinguit exceptionem. ff. de pac. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. e l. 2. reſpon. 1. & §. replicationes.

2 Quæ ſit exceptionum diuiſio. † Et quidem exceptionū aliæ ſunt perpetuæ & peremptoriæ, qualis eſt exceptio doli, & quod met. cau. & pactum de non petendo in perpetuum, & de re iudic. Hæ enim ideo perpetuæ uocantur & peremptoriæ: quia intentionem actoris perpetuò perimunt, & opponuntur, quando agitur. unde ſi nunquam ageretur, nunquam excipefetur: & hac ratione dicuntur perpetuæ. ff. de do exce. purè. §. fi. C. e. ſi pactum. Aliæ dilatoriæ, quæ cauſam differunt. vt Inſtit. e. §. appellantur. Aliæ anomalæ, vt apparet infrà. Dilatoriarum. Aliæ dicuntur dilatoriæ ſolutionis, vt quia eſt factum pactum de non petendo vſque ad certū tempus. ff. eo. l. 3. §. j. de hac s̃. de plus petitio Et alię dilatorię iudicij: quarum quędam opponuntur contra perſonam iudicis, quædam contra reſcriptum, per quod iurandum conceditur ſuper ac. ſiue obli. antiqua, id eſt, quæ competebat ante reſcriptum impetratum. hęc enim exce. contra reſcriptum oppoſita, ideo dilatoria dicitur: quia licet reſcriptum perimat, non tamen actionem ſiue obligationem antiquam. ſi autem obligatio ex reſcripto oriatur, vt puta quando ſuper beneficijs impetratur, huius exceptio contra tale reſcriptum oppoſita, peremptoria dicetur, cum reſcripto amiſſo vel perēpto perimať, & obligatio quæ ex ipſo oriebatur. ad hoc inſtit. de literarum obli. s̃. de renun. veniens. j̃. de præb. dil. 3. s̃. de reſcrip. ex inſinuatione. & c. in noſtra. & c. ad audientiam. 2. j̃. de conceſ. præb. cū noſtris. §. auditor. & c. ex tenore. & ſe. vel dic, quòd talis exceptio anomala eſt: quia quatenus impedit proceſſum iudicis, & ipſum iudicem ſiue iuriſ. ipſius, eſt declinatoria iudicij: quatenus autem reſpicit agētem, & petitionem ſuam, peremptoria eſt, & tamen lite non cōte. proponi poteſt & probari. quod dic, vt no. j̃. e. § ſe. verſi. ſi. Quædam contra perſonam agentem, vt in inferioribus apparebit. De quibuſdam reſpon. conſueuit dubitari, an dicantur perpetuæ, vel tēporales. quid ergo de exce. non nume. pec. vel de exce. non nu. dotis? Dicunt quidam hanc anomalam ideo, quia ab initio incertū eſt, utrum ſit temporalis, vel perpetua. ſed Azo ipſam iudicauit temporalē, cū certis temporibus limitata ſit, aliquando 30. diebus, aliquando biennio, aliquando decennio. C. de non nu. pec. in cōtractibus. & de dote cau. non numerata. l. vlt. & in auth. ibi poſita. & in authen. de tempore non ſolutæ dotis. colla. 7. quod dic vt not. j̃. de do. inter vi. & vxo. ſub rub. de dotib. ꝓmit. §. qđ ſi maritus. Sed ob hoc poſſet dici anomala: quia licet alias excipienti incumbit probatio. vt ff. de prob. in exce. hic tamen ꝓbat ille qui petit. C. de non nu. pecu. l. 3. Contingit & aliud mirabile in his exce. nam qui alteram illarū proponit, ſimul & lit. cōteſt. & except. cum per alias peremptorias exceptio. non ſoleat fieri ꝯteſtatio litis, ſecundum Goff. Itē dubitari poteſt de excep. quadam ratione futuri temporis vel accidentiæ. vt ff. de cōdi. inde. ſufficit. Sed & ratione iur. dubitari poteſt. vt de illa quā maritus habet, ne condemnetur vltra quàm facere poſſit, vt viſum eſt Azo. ipſam temporalē fore: quia ſi ſoluatur, repeti non poteſt, ut ff. de condi. inde. nā & maritus. quod fieret, ſi foret perpetua, cū ſit fauorabilis. vt ff. de cōdi. inde. qui exceptionē. & unde pōt eſſe, quòd ipſe perueniat ad meliorē fortunam, vel hęres ſuus, vel hæres hæredis, vt argu. C. arb. tut. ſi defunctus. paupertates enim & diuitiæ toto die creſcunt & decreſcunt, vt in authenti. de nupt. §. quia verò hactenus. col. 4. in authenti. vt omnes obe. iu. §. j. col. 5. Alia ratione uidetur perpetua & tēporalis, vt patet j̃. §. j. ſub §. hoc de dilatorijs. verſi. item maritus. & præced. nam ut ibi not. etiā poſt ſententiā opponi poteſt, ne plus extorqueatur quàm condemnatus facere poſſit, probatur. ff. de re iudic. inter eos. in fi. & l. cùm ex cauſa. & de verbo. ſignif. in condē. & hac ratione iudicatur à quibuſdam anomala. Item exceptionū Alię ſunt odioſæ, vt Macedo. Alię fauorabiles, vt Velleia. Aliæ inductæ ob iuris rigorem obſeruandum, ut exce. rei iudi. ff. de cond. indeb. qui exceptionem perpetuam. l. Iul. Aliæ ꝓpter cauſam naturali æquitate inductæ ſunt, vt non nu. pec. doli mali, quod me. cau. rei litigioſæ, trāſactionis, pactionis expreſſæ vel tacitæ, & erroris vel ignorātiæ, & præſcriptionis temporalis, ætatis & militiæ. Item exceptionum Aliæ ſunt in rem, quæ competunt alicui, & his qui ex perſona ſua conueniuntur. Aliæ in perſonam quæ ad alios nō tranſeunt, vt ne quis condemnetur, niſi in quantum facere poteſt, & pacti perſonalis. ff. eo. exceptiones. in princip. & §. rei.

3 Et quando † & qualiter opponātur. Dilatoriæ ſolutionis ab initio litis, ſcilicet lit. non cont. opponenda eſt: probari autē debet, ex quo actor fundauerit intentionē ſuā, vt C. de prob. exceptionē. & de exce. ſi quidem. Sed declinatoria iudicij ante litem conte. opponenda eſt & probanda. nam poſtea non audiretur: ut C. de procu. ita demū. & no. s̃. de proc. §. vlt. & ad hoc. 3. q. 7. §. exceptio. & §. j. j̃. de re iud. inter monaſteri. quę iura volunt, quòd ante litem conte. ſit opponēda quandocunque. Subaudiendum eſt tamen, vbi certus terminus fuerit aſſignatus per iudicem ad omnes dilatorias proponendas,

ADDITIO.

a Quid ſit exceptio. ¶ Adde do. in rub. eod. tit. Raph. l. in l. 2. eo. Ang. Are. inſtit. eo. tit.

hēdas, quod facere pōt propter malitiā hominū, qui plerūque obtentu talium exceptionum faciunt negotium plus debito pro rogari, ut in auth.d.n.extrà, de restit.spo.frequens.& ca.pia. Idē de perēptorijs.s̃.de proba.licet.resp.j.& § j.& de testib. cū causam quæ.& de fide instr.accepimus. nec mirum: quia etiā ad agēdū aliquoties terminus datur. ut no.s̃.de libel obla.§. vtrū possit.ver.sed nunquid iudex.& j̃.de calū.§.qñ.sub §.sic patet.vers. is tamen destitisse. videtur tamē regulariter nemo inuitus agere cogi.C.vt nemo inuitus.in rubro & nigro. sed reus ad iudiciū inuitus trahitur.ff.de ver.obl.inter stipulantem. Item potest cogere excipientem ad præstādum iuramentum calum. siue malitię, vt no.s̃.de dolo.& cont.§ qua pœna.ver.quinimò. quia cōtra excipientes de facili præsumitur, ut no.s̃.de dil.§. & quādo.& §.& quoties. Sed & termino elapso admittitur, si de nouo ad ipsius audientiam peruenit, & nihil potest ei imputari, ut j̃.e.pastoralis. quod probare potest iuramento suo, vt ibi. & j̃.q ma. accu.pos.c.vlt. quod intellige, nisi periuriū ei opponat, & probetur secundum ea quę no.s̃.tit.j.quæ pœna periurij. Itē quædam exceptio opponebatur olim in matrimonijs, scilicet si per 20.an.vel 18. simul quietè permansissent. 35 q.8. de gradibus. & hoc dicebat antiqua decret. qui mat.accusa. poss. per tuas. in tertia cōpilatione. sed hodie non habet locum, imò tanto sunt grauiora crimina, quanto diutius, &c. vt j̃.de consan & affi.non debet.& de eo qui dux.in matrimo.cùm haberet.s̃.de cōsuet.c. vltimo. Itē proponitur except. excom. quę quamuis sit dilatoria, in qualibet parte litis opponi potest. Sed tamen intra viij. dies probāda est hodie, die, quo proponitur, minimè cōputato. quòd si non probetur, excipiens in expensis, quas actor ob hoc se fecisse docuerit, cōdēnatur, & iudex causam incœptam expedire debet, & habet necesse excipiens speciem excommunicationis & nomen excommunicatoris exprimere. sed nec in eadem instantia de eadem excommunicatione, uel alia excipi potest tertio.§. quòd autem hęc lex perēptorias. nisi noua emergat excommunicatio, uel euidens & prompta probatio superuenerit de antiqua: quamuis autem probata excommunicatio ne excludatur actor in sequentibus, ea tamen quæ præcesserūt in sua remanent firmitate, ut in auth d.n.extrà, e.pia consideratione. vsque ad §. sed si post rem iudic. Sed & qui scienter omittit, ut aduersarius fatigetur, eidem in expensis condemnatur.& hoc intellige de excommunicato occulto, quo ad iudicem, q non debet uitare occultum, 6.q.2 si tantùm.& c.placuit. Secus de notorio. nam si iudex aliquem agentem publicè excommunicatum sciat, repellere debet ipsum ex officio, etiam si non opponatur. ut j̃.e.exceptionem. & in auth.d.n.extrà, e.pia cōsideratione.in fin. Et intelligas publicè excommunicatum, ex quo in ecclesia fuerit condemnatus, uel si publicè in platea clericū percussit.ar.j̃.de coha.cle.& mu.nostra & duobus c.sequen & de usuris.cùm tu.& c.cum in diœce. & sic quos prætor publicè prohibet, omnino prohibet, etiā si aduersarius consentiat. vt ff. de postulando l.quos prætor.s̃.de fer.c.vlti. & de foro compe. si diligenti.j̃.de sent.excom.contingit. Et no. quod dicit, in qualibet parte lit. opponi potest. quasi dicat, quando prolata est sententia appel.non suspensa, opponi non potest.j̃.de re iudic.ad probandum.s̃.de procu.c.ulti. Sed hoc non est verum, imò opponi potest post sententiam Sed ideo hoc dicit: quia licet executionem retardet, sentētia tamen firma remanet, sicut & qñ lit.penden.proponitur & probatur, futura impedit, sed præteritis nullum præiudicium generatur. vt in auth d n.eo.extrà, pia consideratione.§.fina.& §. si uerò postmodum. sic constitutio futura respicit, & non præterita. ut not.s̃. de constitutionibus. §.quando constitutio.versicul.in futurum.& seq.versicu. fin.§. 2. sed hoc intellige extrà, s̃.de rescript.ipso iure. Illud etiam no. debes pro excommunicato: nam licet non possit in iudicio impugnare alium, ut s̃.de iudic.intelleximus. neque reconuenire, j̃.cū inter priorē. nec impetrare super quocūq; nō facta mētione de excommunicatione.s̃.de offi.ord.ex parte.& de offic. delega.cum contingat.j̃.de sent.excom.per tuas.&c.cûm pro causa. tamen conueniri potest: quia iudicium redditur in inuitum.ff.de verb.obl.inter stipulantem. & ne ex delicto suo commodum sentiat.j̃.de donat.inter uir.& uxor. & si necesse. & alius damnum.ff.de dolo.l.j. quia nemo debet alieno odio prægrauari.C.de inoffic.testa.si quis suo. sed si conueniatur, quæliber defensio ei reseruatur: quia non debet iudicium claudicare. Tanta ergo æquitate iura utuntur, quòd etiam diabolū nō condemnarent iniustè, si in iudicio esse posset: & eis absurdū videtur, quod actore impugnante reo defensio legitima denegetur: quia sic multoties innocens cōdemnaretur. potest ergo excommunicatus appellare, & quamlibet exceptionem opponere, sed non posset reconuenire. ut j̃.eo.cùm inter priorem. ergo ad prosequendum appel.suam potest rescriptū impetrare, uel ad defensionem, quamuis de excommunicatione, quæ causam nō tangit, non fecerit mentionem. Potest etiā iura eccle.suę defendere & tueri, & opponere excommunicationē agenti ꝯ ecclesiā, quāuis obijciens excōmunicatus existat. ut j̃.eo.dilecti.& c.dilectæ.&c.significauerūt:& c.uenerabilem. secus, si causam tāgat excommunicatio, super qua rescriptū impetratur. Nā tunc & de excommunicatione, & de causa excōmunicationis necesse habet facere mentionem. vt j̃. de sent. excom. cùm pro causa.& de coha.cle.& mu.super eo.s̃.de offic.ordi.ex parte.& de rescri.dil.fil.abbas. vñ ad hoc, ut ualeat impetratio ab excōmmunicato facta, duo requirit Gof. quæ satis tacta sunt. primū est, ꝙ originaliter reus fuerit in primo iudicio, in quo appellauit, & super quo impetrauit. Secundum est, quòd excommunicatio nō cōtingat articulum, super quo impetrat, alioquin literæ impetratæ in forma cōmuni, non facta mentione de excōmunicatione, elidi possunt. ut in decre.dil.s̃.prox.alleg. Potest igitur excōmunicatus per exceptionē repelli. nūquid autē except.excōmunicationis per replicationē excommunicationis tolletur? olim diceretur quòd sic, dummodo de maiori excōmunicatione replicaretur, per decret.j̃.e.a nobis. sumptor ar.à contrariò sensu. tamen hodie dicendum est, quòd non, per aliam.j̃.eo.dilect. secundum Goffr. quamuis autem excommunicatio maior etiā non possit opponi in modum replicationis, tamen in modū exceptionis potest opponi, etiam minor. vnde si quis agat ꝯ me in modum actionis, uel denunciationis pro eo quod excommunicatus celebraui, vel beneficium cōsecutus sum, & ideo petit me remoueri, possum ego dicere, Amice nō es audiēdus, qa nō vitasti me tanquam excōmunicatum, imo participasti in ecclesia, & in mensa. sic intellige j̃.de cler.excom.mi.proposuit.§.pe. & fi.& de sent. excom. in præsentia. Sed hoc specialiter notare debes, quòd ex quo alicui collatū est beneficium, nec restat nisi quòd possessionem, uel quasi adipiscatur, non auditur contra ipsum aliquis excipiēs de facili, sed accuset ipsum q uoluerit, ex quo possessionem pacificam fuerit assecutus. sic loquitur j̃. de appella.constitutis in præsentia nostra.§.nos ergo.& de cōcess. præb.non vac.post cler.§.fi.& de accu.accedens. ideo dico de facili: quia si obijceretur excommunicatio, qua ligatus erat tēpore adepti beneficij, uel alia legitima, ipsam admitterem argu.in his quæ not.s̃.de offi.delega.§.quæ.delegari.ver.finis. & seq. dū tamem videretur mihi, quòd excipiens esset homo bonæ fidei, nec suspectus, & incontinenti ad arbitrium bonum redigendū paratus esset fidem facere. ad hoc pertinet quod not.s̃. de restitutione spo.§.quando facienda sit restitutio. versicu.quanto.& versic.uel si obijciatur gradus consanguinitatis. In declinatorijs autem iudicijs hunc ordinem seruabo, ut primò proponā exceptionem, quam habeo contra personam iudicis: nā si coram suspecto elegerim sciēter litigare, tardè potero pœnitere, nisi ex noua causa, j̃.de re iud.inter monasteriū. quia videor tacitè cōsensisse, eo ipso, quòd passus sum, quòd pronunciet aliquid tāquam iudex. Dicit tamen dominus Io.dist.esse, an ꝓ me interlocutus sit, & tunc habet locū quod dixi. argum 4.q.3 si quis testibus. vel cōtrà.& tunc possum ipsum recusare, dummodo lis nō fuerit contesta: quia semper credo, quòd declinē iudicium, nec adhuc ipsum approbaui. arg.C.de inoff.testa.ꝯ maiores. Alij dicunt indistinctè, quòd si pro me pronunciet, siue contra, semper ante litē contestatam ipsum recusare possum. arg.3.q.3.offeratur. quid enim, si obijciat excommunicatio principali, & iudex recuset. nō enim poterit iudex cognoscere, pendente causa recusationis, nec cum excōmunicato arbitrium eligere cogar, nec ēt litigare: melius est ergo, ut dicunt, ꝙ recusatus cognoscat de excōmunicatione opposita.& facit ꝓ his. aliàs dicit Grego. quia rigor iuris ex quo possit sequi causæ perplexitas, non est nimium prosequendus. j̃.de appel.interposita.§.si Sed certè indistinctè hunc rigorem admitto, quòd is cui iusta causa recusationis obijcitur, pendente causa recusationis nunquā cognoscat de aliquo: quia hoc ipso appellare possem. s̃.de offi.delega. super quæstionum.§.vltimo.& c. suspicionis.& j̃.de app.secundò requiris.& c.cùm specialis.§.j.& ij.& c.interposita. respō.j. Itē potest dici, quòd obijciēs has duas exceptiones iuret, quòd non animo calumniandi hoc opponat, recurrendū erit ad ordinariū, q de hac cā, scilicet de exce.excōicatiōis cognoscat.& sic supplebit defectū delegati. arg.s̃.de officio ord.significauit & si inueniat excōicatum, apparebit ipsum non posse procedere: si non probetur excōicatio, ipsum remittet ad delegatū. ut ibi arbitri, qui cognoscāt de causa recusationis, à partibus eligant. Vel melius dic, ut in dubio isto, scilicet qñ obijcitur excōicatio, & alius negat, arbitri eligendi sunt, qui de except. excommunicationis primitus cognoscāt, cùm alius inueniatur in quasi possessione communionis catholicæ. sicut dr̃ de illo qui est in quasi possessione libertatis, scilicet qđ pendēte iudicio ꝓ libero habetur. C.de lib.causa. lite ordinata. ff.de li.causa. ordinata lite. Quid eñ si ordinarius recuset,[a] certè ad arbitros recurrendū est. j̃. de appel.

ADDITIO.

[a] Quid si ordinarius recuset. ¶ Adde §.fin.3.q.5.& in l.apertissimi. C.de iu.

appel.cum speciali. Item quid si dico, impetrantem & iudicem delegatum tempore impetrati rescripti excommunicatos fuisse. & hodie esse, certè uel ad ordinarium recurret, vel ad arbitros, ut s̃.notatur.& arg.s̃.de rescrip. pastoralis.& C. de iudic.l. fin. sic dico hanc perplexitatem vitandam. Nec admitto dist. Io. quia posset esse, quòd iudex suspectus pronunciaret semel pro illo qui eum recusare posset, ut sic decæterò vitari non posset eius iudicium, & sic contingeret viam malitijs aperiri. ad hoc j̃.de ap. bonæ. & de hac materia inuenies plenè not. s̃.de offic. deleg. sub illo §. qualiter finiatur. in tractatu de recu.§. quando debet fieri recusatio. Dicas ergo indistinctè, exceptionem declinatoriam primò opponendam contra personã iudicis, ut non es iudex meus, & sic non potes cognoscere. s̃. de iud. at si clerici. nam si scienter hoc omittatur, postea opponi non poterit. ut C eod. l. fin. secus si errauerit, siue in iure, siue in facto, ut ff. de iurisdict. omn. iudic. si per errorem. & de iudic. l. secunda. quamuis quidam dist. inter errorem iuris & facti. & quæ possint obiici iudici, dixi satis s̃.de offic. delega.§. cui. & de iudic.§. sunt quędam necessaria. Hac deficiente, opponendum est contra rescriptum, de quibus except. habes exempla infinita. s̃. de rescript. §.& quæ possunt obiici. postremò contra personam agentis, quia minor xxv. ann. uel furiosus, uel quia non potest esse proc. quod dic ut not. s̃.de procu.§.fi. sub §. possunt tamen. & sequen hunc ordinem seruandum innuit ordo literæ. s̃. de probat. quoniam contra falsam. Est tamen not. quòd non uidetur in iudicem consensisse, qui genus actionis sibi edendum postulauit. ff. de iudic. non uidetur. quod intelligo, quando iudex nihil pronũciauit, ut inf. de re iudic. inter monasterium. & secundum hoc intellige iij. quæstion. iij. offeratur. & si aduocatus dilatoriam omissam post lit. cont. opposuerit, vnius libræ auri pœna mulctabitur. ut C. eod. l. penulti. subaudi, nisi de nouo emerserit. s̃. de off. delega. insinuante. uel nisi de nouo ad aures suas peruenit. arg. d. capit. pastoralis. cùm enim post terminum à iudice statutum in casu isto liceat eam opponere, multo fortius post terminum legalem, cum mitius agi consueuerit cum lege, quam cum ministro legis. ff. de arbitr. Celsus. & not. inf. de cler. excom. si celebrat.

Hæc de dilatoriis. peremptoriæ enim ante litẽ contestatã, & post quandocunque ante sententiã opponi possunt ex parte rei, & hoc in ciuilibus. ut C. de præscrip. lon. temp. emptor. & sententiã rescin. non posse. peremptorias. & C. de probat. exceptionẽ. hæ autem leges velle vident, quod reus debeat contestari excep. suã ante probationem actoris, intelligas ex voluntate, non ex necessitate. In casibus tñ etiam post sententiã opponi possunt, miles enim si omisit excep. etiam post sententiam opponere potest ipsam. C. de iur. & fac. igno. l. 1. Item exceptio Macedoni. & Velleiani, etiam post sententiam opponi potest. ff. ad Macedo. tñ. Itẽ maritus & donator si condemnent vltrà quàm facere possint, etiã post sententiam excep. opponent. ut ff. sol. ma. ex diuerso.§ 1.& de re iudic. Nesennius. in fin. not. alios casus. j̃. de sent. & re iudi. sub rub. de re iud.§. quanta sit authoritas uer. nec occasione peremptoriæ & seq. Sed nunquid illa excep. tu non habes mandatum, opponanda est ante lit. cont. ita vr̃. nam cũ sit procuratoria, ergo & dilatoria. ff. de excep. l. ij.§. vl.& l. 2. ergo opponenda ante lit. contest. secundũ ea quæ s̃. dixi. e.§. resp. 1. Sed certè & post sententiam opponi potest, cùm per hanc iudicium retro dicatur nullum, controuersiæ nullæ. C de proc. licet. & idem in qualibet consimili. ut si dicatur sententia lata à non suo iudice, uel authoritate falsorum instrumentorũ, uel testium. C. eo. si à non compet. iudice. l. vlt. 2. q. 1. in primis. s̃. de procu. in nostra. & de proba. licet. C. si ex pluri. instru. l. vl. j̃. de re iudi. cum I. & A. Sed intra quod tempus potest opponi post sententiam? Dicas, si criminaliter quæratur de falso in modum accu. intra xx. ann. vt j̃. eo. cùm uenerabilis.§. intelleximus. & C. ad l. Corn. de falsi. querelam. Potest tamen agi ciuiliter actione in factũ: & tunc intra xxx. annos de falso quæri potest. ut ff. ad l Corn. de falsis. qui nomine prætoris. Sed & si quis velit petere restit. implorando officium iudicis potest, & intra quadrienniũ terminabit. C. si ex falsis instru. l. 1. & 2. ff. de re iudic. diuus. vnde versus:

Accusas agis in factum. Per I. o. verecundis.
Falsum viginti. triginta. quatuor annis.

Secundum hoc intellige. C. de transact. si ex falsis. s̃. de procu. in nostra. ad fi. & de probat. licet. j̃. eodẽ. cùm venerabilis.§. intelleximus. & dicitur in versi. Verecundis, id est, minoribus. quasi dicat, per I. o. id est, iudicis officiũ quod dat minoribus ad hoc ut restituantur in eo, in quo capti sunt infirmitate consilij. aliter enim non audirent, quia non restituuntur qui tanquam diligentes patresfamil. negotia sua gesserunt. ff. de minoribus. l. j. & l. verum.§. si locupleti hæres. & l. præfecti. est autẽ uerecundũ confiteri errorem suum, quamuis iustum sit. j̃. de accus. qualiter 1. & s̃. de vsu pal. nisi specialis. Quid de exceptio. quam opponunt fideiussores, uel pignorũ possessores, scilicet non potes me conuenire, nisi primo conuento, & principali presente. C. de fideius. auth. præsente. & nisi conuẽto & excusso fideiussore, vbi agit contra pignoris possessorem. C. de actio. & oblig. authen. sed hodie. videtur, quòd ante lit. contest. sit opponenda, dilatoria enim est: quia dilatat rem. Itẽ si quis me accusauerit, & absoluar, & alius velit me accusare super eodẽ crimine, possum excipere contra ipsum, ut prius conueniat accusatorẽ præcedentẽ, de præuaricatione. ff. de præuari. l. 3. j̃. de col. detegen. ca. vltimo. nisi in casu. ff. de adult. si maritus. 1.§. 1. Sed hæc exceptio opponi non potest, ex quo nomen receptũ est inter reos, & sic ante litẽ cõtestatam opponi debet, ut ff. de adul. si maritus. 2.§. præscriptiones. ergo idem in supradicta; quia omnino similis videtur. Sed contra est: quia quandocunque ante sententiam opponi potest. C. de fideiusso. si fideiussor. nec enim verè dilatoria est, imò ab initio potest dubitari an dilatoria sit, & hoc sufficit. ar. ff. de condi. inde. sufficit. nec obstant aliæ leges: quia in causa criminali locũ habent. Sed nunquid si possessor pignoris obiiciat mihi dictam exceptio. est lis contest. uel differt? Dicas, quod differi debet: in auth. de fideiusso §. sed neque. col 1. & hoc, quando ante lit. contest. opponit. Quid ergo si post litẽ contest. nunquid differtur causa? Dicas quòd non. argum. C. de iud. properandum.§. & si quidem. & § seq. & est ratio: quia nisi possessor hanc exceptionem opponit ante lit. contest. iniquum esset, quod teneretur respondere: quia sic grauaretur, licet sibi nihil imputari posset. Sed si semel passus sit litem contest. imputet sibi: quia pronunciabitur. ut ff. de iudic. de qua re. s̃. de causa possess. cum super. in fine. verùm si tẽpore sententiæ creditor non reperiat bona creditorũ & fideiussorũ excussisse, postea absoluet. ut dicto auth. Quid de exceptio. quam opponunt fideiussores, scilicet, ut eis cedant actiones: etiam post sententiã opponi potest. ff. de fideiusso. si fideiussores.§. 1. Idẽ fortè in illa, quod non teneor tibi restituere rem, nisi prius resarcieris expensas, de qua habes ff. de exceptio. doli. Paul. respon. 1. Itẽ in ciuilibus ex parte rei in perpetuum opponi possunt, etiam vsq; ad mile annos, cùm non habeat in potestate quando conueniat. ff. de doli exceptione. purè.§. vlti. In criminalibus autem ante litem contestatam sunt opponendæ. ff. de adult. si maritus.§. præscriptio. secundũ Lanfran. cui contradicunt, ut dicetur j̃. de adul.§. qualiter in accus. sit procedendum. vers. peremptoria. & vers. item potest. Quid de exceptionibus feriarum, messium & vindemiarum? Videt quod ante lit. contest. sit opponenda & probanda, cum sit dilatoria, siue declinatoria iudicij. ut notatur s̃. eod.§. respon. 1. & vers. seq. Contra videtur: quia per ipsum redditur iudicium retro nullum. ut ff. de feriis. l. 1. in fine. & in illo vers. si verò. s̃. de feriis. c. vltim. ergo post sententiam opponi potest. ut notatur s̃. versic. sed nunquid illa. in fine. & pro hoc ff. de accep. an inutilis. dicas si scienter omissa est post lit. contest. non opponitur, quia tacitè renunciatur. ff. de fer. l. vlt. argu. j̃. de his quæ fiunt à maiori parte cap. c. ex ore. C de iur. do. impet. l. 2. Nec obst. ff. e. l. 1. in fine. quia ibi necesse habuit litem contestari, & ideo non imputatur sibi. arg. ff. qui satisda. cog. si fideiussor.§. si necessaria. nec obstat ver. siue rò: quia ibi erat lis contestat. antequam feriæ inciderent, ideo postea opponi non possunt. sic ff. de procu. Pomponius.§. rati. C. de consor. eiusdẽ litis. l. 2. Sin autem ignorans omisi, potest dici, quod postea possum obiicere, sicut s̃. dixi de excep. illa, Tu nõ es meus iudex. versicu. dico igitur indistinctè, Quòd si quis impetrauerit rescriptum super beneficio obtinendo, & opponatur contra rescriptum, quod est surreptitium, nunquid admittetur probatio lit. contest. & quidem non videtur: quia talis exceptio est peremptoria, secundum ea quæ not. s̃. eod.§. quæ sit exceptionum diuisio. versic. quædam contra rescriptum. ergo non debet retardari litis conte. in auth. d. N. de lit. conte. extrà, de exce. peremptoriæ. Sed contrà, quia hæc est declinatoria iudicij, cum de surreptione rescripti agatur. s̃. de rescri super literis. ergo ante lit. conte. opponi & probari potest & debet, ut patet in his quæ no. s̃. e.§ ver. dico ergo indist. & seq. Sol. In tali casu non videtur de necessitate litem conte. debere. ar. 11. q. 1. si quis cum clerico. vnde lite non conte. in talibus procedetur, ut satis apertè probat s̃. de rescript. ad aures. & c. constitutus. & de ęta. & qualit. accepimus. j̃. de præb. cùm secundum Apostolum.§. pen. & fi. & c. dilec. 1. 2. & 3. & c. pro illorum. & c. vacante. & ca. pe. & fi. j̃. de conces. præb. proposuit. & c. ex parte. in quibus nõ inuenitur nec dicitur lit. contest. fuisse. & tamen ad diffinitiuam sententiam est processum. quod tamen lis contestari debeat, est arg. j̃. de præb. dilecto. & c. cum causam. & cap. cùm iamdudum. sed ibi agitur ex iure ante impetrationem competente. vnde rescriptum postea impetratum merè est contentiosum, sed in casu proposito est executorium mixtum: quia partim sapit naturam executorij

ram executorij meri, partim iudicialis contentiosi. Sapit.n. naturam executorij meri. Vnde hi, quibus scribit̃, executores dicuntur, & literæ impetratæ executorię & iudices dicunt̃ exequi quod mandat̃. s̃. de rescrip. constitutus. & c. capitulũ sanctę Crucis. & c. ex insinuatione. j̃. de præb. cùm teneamur. & c. dilectus. 3. & hac ratione considerata, non est necesse libellum offerre. ar. C. de exe. rei iu. si ut ꝓponis. sed & sapit naturam iudicialis contentiosi. vnde & tales executores quamlibet exce. legitimã necesse habent admittere, sicut & iudices. s̃. de off. dele. ex parte. 2. qđ merus executor non facit, quod dicit no. s̃. de off. dele. §. q̃ delegari. ver. finis. & seq. de consuet. tñ & de facto offert̃ libellus, & sic petit̃ tota die. posset & illud dici, ꝙ qui talem exceptionem ꝓponit & lit. cont. & nihilominus excipere intelligit̃, sicut not. Gof. in quibusdam aliis perẽptoriis. s̃. e. § quæ possunt. ver. contingit. ideoq́; & in hoc casu intelligi potest, quòd tenor rescripti loco libelli & petitionis habeat̃, cùm ex eo apparet, quis, quid, à quo, coram quo, quare petat̃. ar. s̃. de dila. præterea. exceptio verò loco responsionis, vt satis apparet s̃. de rescrip. constitutus. sic ergo per petitionem & responsionem lis contesta est, vt no. s̃. de lit. contest. c. 1.

Et à quibus opponat̃. †Et quidẽ à reis & eorum hęredibus & fideius. nisi sint personales, vt dixi s̃. eod § quæ sit exceptionum diuisio, versi. in fi. non autem transit ab vno fideiussore ad alium. ut ff. de fideiuss. amissi. § vlti. Communis autem exceptio sua niti t̃ æquitate, ut Instit. eo. ꝑ totum. j̃. eo. cùm inter priorem. sic ff. de vac. mune. l. 1. Item inducitur exceptio à reo ꝯ actionem actoris, ab actore autem replicatio ꝯ exceptionem, & à reo triplicatio, & ab actore quadruplicatio. insti. de replica. respon. 1. & §. rursus. s̃. de fo. compe. ex parte. Crimina autem aliquando opponunt̃ in modũ exceptionis, ut quis ab agendo vel testimonio repellat̃ j̃ eod. c. 1. & tunc non est necessaria inscriptio: quia non infligitur pœna ordinaria. s̃. de or. cogni. cùm dilectus § vl. & potest dici verum, quando tangit causam, de qua quæritur. tunc enim punit̃, ut no. s̃. de confes. § qualiter intelligatur. ver. præsente aduersario. & sic intellige j̃. e. c. 1. in fin. s̃. de confess. cùm super. Quid si de crimine excipiatur ꝯ electum confirmatũ, ut à consecratione repellatur, obligare se debet excipiens ad pęnam extraordinariam. j̃ de accu. super his. hoc in dignitatibus, in quibus non acquirit quis plenum ius per confirmationẽ: nam si plenum ius acquireret, tunc in modum exceptionis non audiret̃ quis, sed in modum accusationis, vel denunciationis tunc: ut no. s̃. e. §. prox. versi. sed hoc specialiter notare debes & de hac materia not. plenè, j̃. de acc. sub rub. de exceptionibus. Hoc autem scire debes, ꝙ replicatio omissa ante sententiam ex causa probabili potest opponi etiam post sententiam ut ff. quando ac. de pec. annalis est. l. 2. §. fin. ergo multo fortius excep. arg. s̃. de rescrip. di. in fin. j̃. de re iudi. ad ꝓbandum. & de despon. impu. ad dissoluendum. in fin. Item nemo prohibet̃ pluribus excep. vti, etiam contrariis. ut ff. e. nemo. & de inoffi. testa. contra veterani. §. sed nec impuberis. j̃ tit. 1. c. auditis & de capel. mona. ca. 2 de reli. do. c. pe. nemo etiam excipiens de intentione aduersarij uidetur confessus. j̃. e. cùm uenerabilis. §. intelleximus. uer. non vtiq;. Cum aũt excommunicatus uel suspensus agere non possit, aliqñ ad cautelam relaxantur sententiæ, ne cõtingat vtilitatem uel reformationẽ ecclesię impedire. j̃. eod. Apostolicæ. & de accusa. olim I. V. & P. s̃. de testi. ueniens. 2. in fi. Licet etiã adulter adultero non possit adulteriũ obiicere ut j̃ de adulte. c. penul. nec beneficiatus pluritatẽ beneficiorũ beneficiato, ut j̃. eo. cum ecclesiasticę ligatus tñ minori excõicatione excipere potest ꝯ legatũ maiori: quia non est arenarius, sicut ipse, ut j̃. e. à nobis. sed contra: j̃. de senten. excom. in præsentia. illud intellige, quando participans accusat excõmunicatum maiori: sed decreta à nobis loquit̃ in casu conuerso, s. quando excommunicatus maiori accusat̃ eum qui secum participauit, & sic cuilibet reseruat̃ sua defensio, ut not. s̃. e. § & qñ & qualiter. ver potest igit̃. si quis autem conuentus rei uendicatione absolutus fuerit: quia nihil repertus est possidere, si de nouo perueniat ad ipsum possessio, conueniri potest, non ob. excep. rei iu. ut j̃. e. aduersario. ff. de exce. rei iud. si rem meã. itẽ est iusta exceptio, ne quis trahat̃ à diœc. sua ultra duas dietas. s̃. de rescrip. nonnulli. & dil. fi. j̃. e. olim. no. ergo. ꝙ locus tutus respectu inimicitiarum & commodus & communis respectu expensarum est assignandus, ut probat̃ de confir. vtil. & inutil. cũ dilecta. §. nolentes. igit̃. quod si non fiat, appellari potest j̃. de appel. ex parte. quia æqualitas in iudicio seruanda est. j̃. eod. cum inter priorem. suprà, de mut. pet. c. 1. & de reg. iur. non debet.[a]

Quis sit effectus. †Vt per dilatoriam deferat̃ iudiciũ, uel uitetur persona iudicis uel proc. per perẽptoriam verò perimatur actio agentis, uel intentio excludatur, ut apparet in his quæ no. s̃. e. § 1. 2 & 3 per totum. Sed nunquid per peremptoriam except. oppositam contestatur lis? Videtur ꝙ non. nam exceptio est actionis exclusio, ut nos. s̃. eod. §. quid sit exceptio. sed non est opus actionem excludi, cui ꝯdictum nõ est. Primò ẽt debet contestari lis, & demum qñq; ante sententiã locum habent exceptiones peremptoriæ. vt C. e. si quidem. & l. præscriptiones & de præscri. long. tẽp. emptor. & sentẽtiam rescin. non posse. peremptorias. Itẽ oportet prius per ꝯdictionem ordinarij iudicij, & demũ ad defensiones perueniendũ est, vt patet in his quæ not. s̃. de lit. conte. § qualiter. & §. quæ sit ratio. & §. & qñ. & §. fi. Sed ꝯ: nã instituta actione, & opposita exce. perẽptoria, vr̃ esse iudicium. vt ff. de inter. actio. si filius §. exceptionib. Item per exceptio. non nu. pec. & solutæ dotis fit cõtestatio, vt no. s̃. eo. §. 2. ver. de quibusdam. Et quod per exce. peremptoriam contestetur lis, videtur probari s̃. de dolo & contu. prout. vbi post excep. præscriptionis propositam procedetur ad diffinitiuam sententiam, vtpote lite, quæ ingeritur, cõtestata. & arg. j̃. de app. cùm causam. à ꝯrio sensu. Sol. puto nõ fieri contestationẽ. vnde si opponatur antè lit. conte. intẽtionis erit exclusio. sic intelligas, ff. de condi. indeb. eleganter § si quis post transactio. & quod metus causa. metũ § sed quod ait. in fin. & de neg. gest. si aũt. §. quocunq;. Sed si postq̃ libello rñsum est, opponitur, tũc erit actionis exclusio. non obstat. s̃. de dolo & ꝯtu. prout. qa ibi agit de respondente ad interrogationem, nõ ad positionẽ. Vel ibi non fuit facta litis contest. sed quasi. vnde dicit, vtpote lite quæ ingeritur, contestata. Quòd autem ibi proceditur ad diffinitiuam sentẽtiam, speciale est in odium rei calumniosi, qui toties subterfugerat iudicium. & est simile. C. quomodo & qñ iudex. auth. qui semel. Nec obst. j̃. de appella. cùm causam. nam ibi cessat argũ. à contrario sensu. sicut & alibi C. de episco. & cle. conuenticulam. & j̃. de ver. sig. quod dicitur. & 27. q. 2. priusquam. vel ibi Papa magis inspexit opinionem iudicis, quàm veritatẽ, secundum Goffr. Item effectus exceptionis est, vt repellatur ab accusatione, vel testimonio, uel ordinibus, vel beneficio. quod dic vt no. j̃. de accu. sub rubr. de excep. De except. rescriptorum inuenies s̃. de rescript. § quæ possunt obiici. De exceptionibus quæ competunt contra iudices, s̃. de iudic. §. quæ sunt necessaria. & de off. dele. §. cui. Vide etiam de quibusdam alijs exceptionibus, j̃. qui ma. accu. pos. in rubricella, quę exceptiones & in rubricella, qui testes. De exceptionibus procuratorũ, s̃. de procur. § qualiter mandatũ finiat̃. ver. possunt aũt plures exceptiones. & seq. De alijs diuersis exceptionib. studiosus in diuersis huius summæ ꝯctib. satis poterit colligere ꝑ seipsum. Nota ẽt cautè per diuersitatẽ effectuũ inter protestãtẽ excep. & act. Qui ẽm protestatur, dicit se ius hr̃e, sed nec præcludit aduersario ius agẽdi, nec sibi in aliquo condemnatur, sed reseruat̃ ius suum tantũmodo protestanti, nisi fortè recedatur à ꝓtestatione tacitè uel expresse: qđ dic ut plenè no. s̃. de ꝯstit. §. qñ constitutio. sub §. & quia de protestatione & dist. ibi seq. Qui uerò excipit, non solũ ius suũ uidet̃ reseruare in posterum, quinimò aduersario uiam agendi præcludit, sed tñ nullam ꝯsequitur condemnationẽ, ut s̃. de ordi. cog. cùm dilectus. rñso j. & §. nos aũt. & § uerũ. Qui aũt agit nõ solùm ius suum reseruat, sed interrumpit exceptionem aduersarij & perpetuat suam actio. ut no. s̃. de libel. oblat. §. quis sit effectus. & condemnatur sibi aduersarius, sicut perit & ꝓbat. j̃. de accusat. qualiter. 2. § pe. ad finem. ff. cõmu. diuid. ut fundus. C. de fideicõmiss. liber. l. ulti. Perpetuatur etiam aliquoties exceptio, quæ aliàs anno clauderetur. quod dic ut no. s̃. de constit. §. qñ constitutio. sub §. licet autem. & dist. seq. uers. si non sit limitata. & seq. Ex eodem etiam facto aliquando agitur, & excipit̃, ut ff. de inoffi. testa. contra ueterani. aliàs l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & s̃. de rescript. si autem. & cap. plerunque. Item effectus est aliquoties, ut aliquis habeat ius reuocandi domum: habet enim excep. si uenit Romam pro alia iusta causa & necessaria. s̃. de foro compet. licet. puta quia uocatus est quis ad concilium. s̃. ti. j. ego. 5. q. 2. uocatio. Itẽ si sit probabilis, & necessaria, ut si

ADDITIO.

a Non debet. ¶ Interijciendam hic rubricellam quis excipere posit, necessariò putamus, quam ex Marti. summa eodem tit. huc transferre placuit. Exceptio, inquit idem, datur reo, replicatio uerò actori, extrà de except. à nobis. & c. dilecti filij, & de renunc. super hoc. Si uerò exceptio non competit reo, tunc actio datur actori, quia alias non haberet, si reus excipere posset. ff. si ser. uendi. l. loci. §. fi. extra, quòd metus cau. ad audientiam. & de iuse. ff. si ser. uendi l. loci §. fi. — reiu. debitores. Quandoque tamen excipere potest actor. ff. de except. l. 2. §. 1. Exceptio autem quæ competit reo, competit eius procuratori, & fideiussori. l. idemque. §. generaliter. ff. mand. Si igitur procurator omiserit scienter exceptionem necessariam, imputatur ei. ff. de exceptionibus. l. omnes exceptiones. & l. ex persona. Item reus potest excipere contra actorẽ spoliatorem in causa ciuili, de restit. spol. frequens. Episcopus tamen non potest excipere de excommunicatione aduersus clericũ, qui eum accusat, si ei primo communicauerit: quia secum debet habere clericos honestos. de accu. nulli. arg. de sententia excom.

vt si sit uocatus causa testimonij ferendi. cogitur enim venire, si de consuetudine sit. ff. de testibus l. 3. in fin. imò etiam compellentur à prætore, & vt recognoscant sigra, & testimonium ferant. ff. de tabul. exhib. locum. §. exhibere. Item si iudicandi causa vocandi sunt, etiam si à communi, uel suo domino in prouincia missi sunt, quia necessariò habemus his parere. ff. de iustitia & iure. veluti. & [illegible] Aquil. liber homo. ij. Idem si causa appellationis exercẽdę ve[illegible] t: quia & iustè ob aliã causam venit & probabilẽ & necessariã [illegible] venerit ad hoc, ut reddat rationem gestionis, seu administ[illegible]ationis. Et generaliter idem dico, quandocunque uocatus est à iudice, ut veniat pro alia causa, nõ cogitur respondere. s. de dil. c. vl. Superiores omnes habent ius reuocandi domũ, nisi contraxerint vbi conueniuntur. Itẽ nec legati ratione contractus initi ante legationẽ conueniri possunt, nisi demum finita legatione. Item omnes superiores amittunt huiusmodi ius, si aliquem conueniant: nã reconueniri poterunt, nisi iniuriam, aut furtũ, aut damnũ sibi illatum persequatur: sin autẽ dubitatur, an quis habeat ius reuocandi domum, prætor summatim hoc discutiet. & si constet eum huiusmodi ius habere in iudicio sisti, & in quẽ diẽ compareant, nudẽ repromittet, nõ datis fideiussoribus. Omnia superiora intelligas uera, nisi actio tempore peritura sit: nam tunc saltem vsque ad lit. contesta. iudiciũ subire debet. Hæc omnia habes ff. de iudic. l. ij. ab illo. §. legatis. vsque in fi. & intelligas, ꝙ hi habent ius reuocandi domum, sin qua habent domicilium. ut ff. ad munici. libertus. §. sola domus. Alibi autem accipitur domus pro habitatione. ut ff. de iniur. lex Corn. §. domum. Item hi coguntur respõdere in patria sua per procuratorem, si quis eos ibi conuenerit, quãuis absentes sint. ff. de eo qui ap. l. j. nisi absentes sint causa reipubli. ut in secunda l. eodem tit. & tit. apud eum à quo appel. l. vna. Quod autem dixi de legatis ꝙ non tenentur de contractu, verum est, ante legationem inito, ut dixi. & probatur ff. de iudic. non aliàs. I tem si quasi contraxerint, nisi adijsset hæreditatem: ff. de iudi. interdũ. §. senator. & l. de eo autem. Et quod dixi, ꝙ delegati non conueniantur, nisi elapsum sit tempus, intra quod reuerti ad propria potuissent. ff. ex quibus caus. maio. si cui. §. tam diu. ff. de sol. ratum. C de resti. mili. l. finali. Hi igitur habent ius reuocandi domum, ut dictum est, nisi dies sit exitura. ut ff. de iudic. sed si restituatur. §. sed & dies. Sed signatur contrarium in auth. vt omnes obediant iudicibus. §. si igitur. quam habes signatam. C. vbi de crimine agi oportet. auth. qua in prouincia. vbi dicit, ꝙ respondere tenetur vbi contraxit, non obst. aliquo priuilegio. Dicunt ꝙ istud corrigitur: sed hoc falsum, imò potius corrigeret illa decret. hanc Dic ergo, ꝙ ibi dicit priuilegio, s. cõcesso à principe: secus de priuilegio, corpore iuris clauso, ut hic. Quòd autem dixi, ꝙ si conueniant aliquem, se defendere teneantur, rationabile est: vt supra, de mut. pe. c. j. & ij. nam quod quisque iuris, &c. s. de constitu. cùm omnes. & de maio. & obd. dilecti. C. de sent. & interlo. omn. iud. cùm Papinianus. in fi. Sed in legato hoc fallere videtur. ut ff. de leg. is qui. & l. Pau. & l. legatus. responde, si sit permissum ꝙ agatur, reconueniri possunt. uel hoc intelligitur in alijs, non in legatis. Nec in iud. ordinarijs, idem in arbitris. Nam nec arbiter compellere poterit legatum, ut coram eo cõpareat nisi post legationem compromissum foret. ut ff. de arbit. non distinguemus. §. item si quis compromisit Romæ. Sed nunquid si conueniant aliquem, tenetur se defendere contra omnes, nedum contra istum quem conueniunt? Dixit Azo, ꝙ sic: argu. ff. de iudic. non alias. in fin. ideo enim eis datur priuilegium istud, ne impediatur eorum officium, vt ibi dicit, sed ex quo conueniunt aliquem, cessat hæc ratio siue causa: & ideo cessare debet effectus. ff. de pact. quod dictum est j. de appellat. cum cessante. Posset tamen dici contrà, secundum Ia. Bald. non enim reconueniri possunt, nisi ab his contra quos agũt, & dum agũt, vt ff. de iudi. qui non cogitur. & l. sed & si restituatur respon j. & expressum est in auth. de san. Episcopis. §. reuerendissimi. Dixi, ꝙ si dubitaretur, an habeat ius reuocandi domum, prætor hoc summatim discutiet. potest autẽ dubitari: vt quia non constet eum esse clericum uel legatum, & ita prætor recognoscet, an iurisdictio sua sit. ff. de iud. si quis ex aliena. & ff. si quis, in ius vo. non ierit. l. 2. Quid si quis clericus prosequitur iniuriam sibi factam coram iudice seculari, nunquid potest ab alio reconueniri? Non puto. ar. ff. de iudi. l. ij. §. sed si agant. & j. de iure patro. relatũ. & ideo si iudex secularis interloquatur contra priuilegium clerici secularis, licitẽ poterit appellari. vt ff. de appell. non reci. l. 2. In hoc etiam videntur priuilegiati clerici. vt s. de for. comp. cum sit generale. nec ob. s. de mu. peti. c. 1. & 2. quia illud verum est, quãdo conuentio est ciuilis, seu non iniuriosa, aliàs semper laicus acciperet asinum clerici, ut sic eum reconuenire posset coram iudice seculari. Et quod dixi, ꝙ non teneantur repromittere, nisi nudè, intelligo vbi persona honesta est: secus, si suspecta esset. ff de adulte. si adulteriũ. ff. qui satisd. cogan. si fideiussor. §. ul. & de of. præs. senator. Quid de vagabundo? [a] Vide suprà, de foro compe. §. quibus ex causis. versi. quid de uagabundo. Hoc ius reuocãdi domum non dicat quis speciale in ciuitate Romana. nam idem in quolibet alio loco: ut ff. de iud. l. ij. §. legatis. ibi, Romæ, uel alio loco.

ADDITIO.

a Quid de uagabundo. ¶ Adde gl. in l. hæres absens. ff. de iu. l. j. & ibi Bar. C. vbi de cri. agi opor. Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de rescr. præsenta. in § ratione autem. uer. quid si vagatur.

DE PRAESCRIPTIONIBVS. Rubrica.

EX quo vidimus de exceptionibus in genere, dicamus in specie: & sic apponamus rubri. de præscriptionibus, & quia præscriptionum alia vertitur circa res mobiles in speciale nomen transiẽs, quæ dicitur usucapio. Alia verò circa res immobiles, in nomine generali remanens, & sic dicitur pscriptio, sicut not. j. de cogna. lega. circa princip. apponamus primò rubricam de prima, scilicet de usucapione dicentes,

DE VSVCAPIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. Vsucapio quid sit.
2. Vsucapio quare fuerit introducta.
3. Vsucapere quis possit.
4. Vsucapi quæ possunt.
5. Vsucapi quæ non possunt.
6. Vsucapioni necessaria quæ sunt.

QVid sit vsucapio, Quare fuerit ĩtroducta, Quis possit vsucapere. Quæ res possunt vsucapi, Quæ non, Quæ sunt necessaria in usucapione, Quis sit effectus.

1 a Quid sit † vsucapio. [a] Adiectio vel acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis lege diffiniti. ff. de vsuca. l. iij. & ponitur hic vsucapionis nomen tam pro præscriptione rerum immobilium, quàm vsucapione mobilium, olim etiam res immobiles dicebãtur vsucapi. ff. de vsucap. furtum. & l. quam rem. Temporis lege diffiniti, ideo dicit: quia licet olim spacio vnius anni vsucaperentur res mobiles, immobiles verò in Italico solo spacio biennij, & ideo dicebantur mancipi. in prouinciali verò non procedebat vsucapio: quia non erant prouinciales domini, cùm præstarent tributa, & ideo dicebantur nec mancipi. tamen hodie sine differentia mancipi, & nec mancipi, id est, Italici & prouincialis soli spectatur triẽnium in rebus mobilibus. In immobilibus verò inter pñtes decenniũ, inter absentes vicenniũ. secundum l. C. de vsucapione transformanda l. j. & Insti. de vsucapionibus. responso primo. & §. j. & est vtrũque tps ɔtinuũ. ff. de vsuc. nunquam. §. j.

2 Quare fuerit introducta. † Pro bono publico, id est, utilitate pub. contra æquitatẽ naturalẽ, secundum quam sunt omnia cõmunia. Instit. de iure natura. gentiũ & ciui. respon. primo. sicut & seruitutes contra eandem æquitatẽ, secundum quam sunt omnia libera, sunt introductæ. prout colligitur Instit. de ingenuis. §. j. & de libertinis. §. j. Est autem vsucap. introductionis duplex ratio. prima, ne dominia rerum sint in incerto. ff. de usucap. l. j. Instit. de vsuca. respon. j. Secunda, ut aliquis sit litium finis. ff. pro suo. l. ulti.

3 Quis possit vsucapere. † Et quidẽ paterfa. & filiusfam. & maximè miles, quod in castris acquisiuit vsucapiet: sed & pupillus etiam sine tutoris authoritate, dũ tamen habeat animum possidẽdi. Furiosus etiam quod sanus possidere incœpit vsucapit, licet non possit durante furore incipere. vt hæc probantur ff. de usuca. l. iij. §. j. ij. & iij. Seruus autem cùm nihil possit possidere, nihil vsucapit. ff. de vsucapioni. sequitur. §. seruus. dominus tamen per ipsum ingorans: & etiã si infans sit, vel furiosus, quæ peculiariter nactus est: seruus vsucapit. ff. de vsuca. Labeo. ff. pro soluto. l. 2. ff. de acquir. posse. l. j. § item acquirimus. quamuis ẽt hæreditate iacente siue vacãte, vsucapio non possit incipere, cœpta tamen continuatur. ff. de vsuc. l. nunquam vacuum tempus. & l. iusto. § nondum. & l. ultima. §. fin. ad hoc. j. ne se vacan. c. j.

4 Quæ possunt vsucapi. † Et breuiter q̃cũque possunt possideri exce. phibitis. ergo incorporalia

ADDITIO.

a Quid sit vsucapio. ¶ Adde l. 3. ff. de vsuc. Instit. de vsuc. per totum. gl. summæ. 16. q. 3. gl. in c. vigilanti. de præscr.

incorporalia non vsucapiuntur, cùm non possideantur. ff. de acqui. rerum domi. seruus. § incorporales. ff. de vsucapi. sequitur. § si viam. sed ?, ff de vsucap. vsucapionem. Dicunt quidam, quod aduerbium Maximè,[a] ibi positũ superabundat, vel dic quod sicut incorporalia non verè possidentur, sed quasi: non verè traduntur sed quasi, vt puta patientiã dñi inducentis me in possessionẽ seruitutis viæ cauẽtis me, ne impediat me veterem. ff. de seruitu. rustic. prædi. l. j §. vltimò. ff. de actio. emp. & vend. ratio. §. si iter. ff. de ser. quoties via. sic non verè vsucapiuntur, sed quasi vsucapiuntur, vnde & seruitutes habentes continuam causam, sicut seruitus tigni immittẽdi, altius tollendi, aquæductus, stillicidij recipiẽdi: quæ si semper nõ stillat, tñ cùm ex naturali causa fiat, ex cęlo aquã capiat, nõ opere humano perpetuò stillare intelligitur, tempore acquiritur. ff. de ser. vrb. prædi. sed si inter. & l. foramẽ. C. de ser. l. 2. ff. de aqua plu. arcenda. l. 2 §. antepenultimo. Hę igitur seruitutes quæ continuã habẽt cãm spacio decẽnij inter præsentes, vicennij inter absentes, computandi à tempore illo, quo vsucapiens incipit vti seruitute iure serui. non vi, non clã, non precario, vsucapiuntur, vel quasi. ff. quemadmodũ seruit. amit. l. fi. Illa verò seruitus, quę intermissionẽ habet, non cãm continuã, sicut via, actus, nõ acquiritur spacio temporis, ẽt 40. ann. acquiritur tamẽ spacio temporis, cuius nõ extat memoria, secundũ Azo. ff. de serui. seruitutes. 4. ff. de aqua plu. ar. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua quoti. & æstiua. hoc iure. §. ductus aquæ. sed & si iusta causa allegetur, ad quam probandã inducatur, & probatur patientia lõgi temporis, iure constituta videtur. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. fi. & l. fi. ff. de vsuris. cùm de in rem verso. ff. si seruitus vend. si quis diuturno. secundum Azonem & dominos legum. ad idem. 18. q. 2. seruitium. 1. quæst. 3. quartum. quod mihi non placet. sed dic vt not. j. eod. sub rub. de præscript. rer. immobil. § quæ res. sub §. de quibusdam. ver. sed quare non sufficit. Sic ergo vsucapiuntur[b] corporalia, sicut vsucapiũtur incorporalia, sicut iure eligẽdi, instituẽdi, & ecclesiastica sacramẽta[c] recipiẽdi iurisdictiones, quæ & per consuetudinem præscriptam acquiruntur, etiam spatio 40. an.[d] quicquid Azo notauerit, & fortè illa est ratio: quia de cœlo videntur venire talia sicut notatur in seruitute stillicidij. s. eo. § respõ. j. vnde in electione facienda inuocatur spiritus sancti gratia.[e] de elec. cũ terra. ad finem. & omnis potestas & iurisdictio à domino Deo est. C. de præscrip. lon. temp. l. vlt. in fin. j. eodem. cũ olim. §. vlt. ad hoc s. de election. quærelã. & c. Cumana. & de cau. poss. & propriet. cũ ecclesia Sutrina. & c cũ olim. s. de foro compet. cùm cõtingat. j. eodem. olim. & c. veniens. C. de emancipat. l. j. & fi. secus autem est in seruitutibus, & quæ sit ratio, notaui j. e. sub rub. de pręscript. rer. immob. §. quæ res. sub § de quibusdam. uer. sed quare non sufficit. Item licet non vsucapiantur seruitutes per se, vsucapiuntur tamen cum re, cui accedunt, vnde vsucapit domus vel ager cum seruitutibus debitis. ff. de vsu. si aliena. § j. Sed & libertates omnium seruitutum vsucapiuntur C. de præscrip. long. temp. l. finali. propriè tamen, siue verius loquendo non vsucapiuntur, sed per illius cui debentur negligẽtiam amittũtur, vt not. j. eo. sub rub. de præscript. rerum immobilium §. quę res. sub §. de quibusdam uers. amittitur autem seruitus. Verũ propriè loquẽdo vsucapiuntur mobilia, uel se mouentia, sed immobilia præscribuntur. C. in quib. caus. ces. long. tempo. præscri. l. 2.

5 Quæ non. † Et quidẽ res furtiuæ, uel ui possessæ non usucapiuntur. Inst. de usucap. §. furtiuę. & §. quod autem. quod intelligas de ui expulsiua, siue ablatiua, nam aliud est in compulsiua. C. quod met. causa. l. 3. in fi. secundum Azon. imò certè intelligũtur ui possessæ, quo ad periculum animæ, siue uiolenter inuadantur, siue scienter mala fide contra conscientiam detineantur, nec redduntur: ut s. de restitutione spoliat. sæpe contingit, & de iudic. quia. & j. de testam. filius. 14. quæstio. 5. si quidem inuenisti. & capitu. multi 47. quæsti. 4. quicunque. & iunge quod notatur j. eodem sub rubri. de præscrip. rerum immobilium §. quæ res. uer. sed nunquid actio perimitur. & sequentibus. Quod autem dixi furtiuam, & ui possessam rem usucapi nõ posse, intelligas nisi uitium purgatum sit: & intelligitur purgatum uitium, si res in potestatem domini scientis, non ignorantis reuertatur, ita quòd ab eo auelli non possit: idem, si æstimationẽ rei scienter recepit. ff. de usucap. sequitur. §. tunc potestatem sed & requiritur, quòd dominus eam habeat eo modo, quo antea habebat. ut patet in his quæ notantur j. eodem. uersi. uerum si seruus. Sed & si res pupilli surripiatur, sufficit quòd in domum suam reuertatur sciente tutore, idem in curatore furiosi. ff. de usucap. sequitur. §. si pupilli res Et est ratio: quia tales loco dominorum sunt. ff. de fur. interdum. §. qui tutelam hæc nisi tutor furripu erit & uendiderit: tunc enim non sufficit scientia tutoris, imò necesse est, quòd in potestate pupilli omnino reuertatur. ff. pro emptore. qui fundum. §. si tutor. idem ergo & in prælato ecclesiæ: nam & talis procurator non est dominus [illegible] itatem j. quæstion. 3. saluator. Sin autem creditori surripiatur res obligatã & debitor qui dominus erat surripuit, tunc non est res furtiua: nam reuersa est in dñi potestátem, licet debitor teneatur creditori actione furti. sed & si debitor alienam rem obligauit, & postea surripuit, necesse est quòd reuertatur in potestatem creditoris ad hoc, ut uitium sit purgatum. ff. de usucapio. sequitur. §. si rem pignori datam. ff. pro emptore si rem. Sed si alius, & non debitor surripuit rem obligatã à uero domino, tũc debet reuerti in potestatẽ debitoris, qui uerus est dñs. ff. de usucapionib. sequitur. §. quod autem. ff. pro soluto. l. ultima. Quid si seruo meo surripiatur res peculiaris, me sciente, oportet quod & me sciente seruus rẽ recuperet; si me ignorante, & me ignorante pôt purgari uitiũ, nisi fortè in peculio ipsam esse uolui: tũc enim oportet ut sciã. ubi uerò ab extraneo mihi res aliqua surripitur, non purgatur uitiũ, nisi me sciente in potestatẽ meã reuertatur, uel nisi fortè ipsam in peculio esse uolui: tunc enim, si me ẽt ignorante, ad seruũ perueniat, purgatur uitiũ. ff. de usucapionib. sequitur. §. labeo. uerùm si seruus mihi surripiat rẽ dominicã, statim est furtiua, non tñ amitto possessionẽ, quamdiu apud ipsum seruum est ipsa res: & hæc est etiam ratio, quare ipsum fugitiuum uideor possidere: nam is quemadmodum aliarum rerum possessionem interuertere nõ potest, ita nec suam. ff. de acquirenda possessione. rem quæ. ff. de surt. l. serui & filij. Instit. de obligat. quæ ex delict. nascuntur. §. hi qui in parentum. Exigitur ergo, quòd purgetur uitium, ut ita incipiam rẽ habere, quẽadmodum habebam antequam surrepta esset. ad hoc suprà, de restitutione spolia. Pisanis. nisi cùm rem scirem, ipsam in peculio sibi concessi. ff. de usucapionib. sequitur. §. item si eam rem. Sin autem seruus rem peculiarem mihi surripiat, quamdiu eam retinet, non mutatur rei cõditio, sed si alij tradiderit, furtum facit, & erit res furtiua. ff. de furtis, interdum. §. cùm autem. & purgabitur uitium, sicut & suprà, in re dominica notatur. uersi uerùm si seruus. Et quod dictum est de rebus furtiuis, hoc idem intelligas de natis ex eis, ut in partu ancillæ furtiuæ. de quo plene. notatur infrà, de furtis. §. inquantum. uersic. quod si ex re furtiua. Prohibetur etiam usucapi res propter delictum personæ, ut est in re data præsidi, contra legem Iuliam repetundar. hæc enim nõ usucapitur; quousque in potestatem illius, à quo extorta est, uel hæredis eius reuersa fuerit. ff. ad legem Iuliam repe. l. penultima. Dicunt etiam quidam, quòd res clandestinę uel precariarum usucapi non possunt, argumen. Cod. de præscriptione triginta annorum. malè agitur. Quod non placet Azoni, quia nec l. probatur, quinimò precaria cum domini uoluntate facta iusta est. ff. communi diuidundo. l. condict. §. inter prędones. licet etiam dicatur clandestina possessio, non tamen res propter hoc clandestina iudicatur, ut subtiliter elici potest. ff. de acquirẽda possessione. l. clam possidere. nec litigiosa res, quãtum ad hoc, dicitur uitiosa. C. de pręscrip. longi tempor. l. j. secundũ Azonem, sed breuiter cum mala fide nullus usucapit. ut notatur infrà, sub rubrica de pręscriptione rerum immobilium. §. quę exigantur. sub §. uerùm quicquid dicant. Sed & impeditur usucapio propter naturam rei, quę non potest esse in alicuius dominio, puta in libero homine. Item propter fauorem religionis, ut in rebus sacris religiosis. ut Institu. de usucapionib. § primo. quod intelligas quantum ad laicos, qui talia possidere nõ possunt: unde nec decimas usucapiunt siue pręscribunt. infrà eod. causam. quę. ad idem. 16. q. 7. §. 1. capitu. 1. 2. & 3. secus, quantum ad clericos, qui ipsas etiam possidere & præscribere possunt. ut infra e. & 16. q. 3. quasi per totum. Fauore etiam publici usus impeditur, ut in campo Martio, & theatro, & arena ciuitatis Veronen. uel alterius. ff. de usucapio. usucapione. Sed & priuilegio personę, puto iure minoris 25. annorum, uel res dotales. regulariter enim ubicunque prohibetur alienatio & usucapio. ad hoc Cod. de fundo dotali. l. si fundum ff. de administr. tuto. l. quæ tutores & in quibus causis restitutio in integrum non est necessaria. l. fina. & quibus nõ obst. longi tempor. pręscip. non est. ff. de acquirendo rerum dominio. bonæfidei. §. 1. ff. de uerbo. significa. alienationis. Itẽ potest dici in rebus fiscalibus, nisi fortè bona uacantia delata fuerint fisco, sed nondũ nunciata. hic enim empta bona fide usucapiuntur. Instit. de usucapio. §. res fisci. Sed & si sine titulo

ADDITIONES.

a Aduerbium maximè. ¶ Adde Bar. in extrauag. ad reprim in verb. maximè. Rapha. Cum. cõsi. 87. incip. Franciscus de Iacanipa Per. Philip. Cor. consi. 49. incip. Visis in j. vol.

b Vsucapiuntur. ¶ Adde doc. Insti. de vsuc. in §. res fi.

c Ecclesiastica sacramenta. ¶ Adde an vsucapio habet locum in rebus ecclesiasticis, vide per Cardi. in cle. 1. de si q. pos. & fru. idem Car. in c. j. de resti. in integ.

d Spatio 40. ann. ¶ Adde tex. in c. de quarta de præscrip.

e In electione facienda inuocatur spiritus sancti gratia. ¶ Adde quid de Missa spiritus sancti vide per Abb. in c. transmissam. in 3. côl. de elect.

titulo incipit, qs tales res possidere, meri potest spatio 20. annorum, si computet ab illo tēpore, quo dicta bona cœperunt esse vacantia: sed si ab illo tempore quo nunciatum fuit fisco, cōputare velit, sufficit quadriennium. sic intellige Cod. de quadrien. præscri. l. j. ff. de iure fisci. l. j §. diuus. & §. præscriptio. ff. de diuer. & temporis præscrip. inter quatuor annos & iunge quod notatur sub rubrica de præscriptione rerum immobilium. §. quæ exigantur. sub §. verum quicquid. versi. ego tamen. & sequentibus. Quæ dicta sunt de rebus fiscalibus, idem potest dici de rebus cuiuslibet ciuitatis, licet non sint in vsu public. hæc enim non vsucapiuntur minori tempore 40. vel centum annorū. C. de præscr. 30. annor. omnes. C. de sacrosan. eccle. l. fina. Ea verò quæ sunt in vsu public. nullo tempore vsucapiuntur. ff. de via publi. l. viā publicā. vnde nec aquæductus vsucapitur. C. de aquæductu. diligenter. lib. 11. & de fundis rei priu. & saltibus diuinæ domus. l. vsus aquæ. lib. 11. Quidam etiā voluerunt dicere, quòd res mobiles ecclesiæ non vsucapiuntur, sicut nec fiscales. vt notat. s̄. eo. versic. idem potest dici. & est ar. pro ipsis. C. de sacrosanc. eccl. l. vlt. tu dic, non sic in rebus ecclesiasticis: quæ si mobiles sint, spacio triennij vsucapiuntur. C. de sacros. eccl. auth quas actiones. posita. 16. q. 3. q. vlt. aliæ verò non minori spacio 40. ann. etiam si quis ecclesijs legatum vel hæredit. reliquerit. 16 q. 4. neque decennij. etiamsi Imperator dederit rem ecclesiæ. j̄. de rebus eccle. non alienan. c. 1. 12. q. 2. quicunque militibus. quamuis si essent priuati, res ab Imperatore datæ spacio quadriennij, excluderetur ab omni petitioue. C. de quadrien. præscript. bene à Zenone. nisi in casibus, vt not. j̄. sub rub. de præscript. rer. immobilium. §. quæ exigantur. Sed nec vsucapiuntur publicæ functiones. 16. q. 3. §. prodest. ad fin. Nec colonus fundum quem colit vsucapit. C. de præscript. 30. ann. malè agitur. nec vasallus feudum. de hoc infrà sub rub. de præscript. rerum immobi. §. quę exigantur. sub §. hoc quo ad res. Nec insignia à Romana eccl. concedenda vsucapiūtur. 93. distin. illud. & c. peruenit. super quo vide quod no. suprà, de vsu pal. §. & quibus diebus. versi. & notandum. Nec visitatio per consequens, nec procuratio, quæ occasione visitationis debetur. infrà eo. accedens. cùm ex officij. super quo vide quod no. s̄. de off archi. §. quod sit eius officium. versi. quare autem contra visitationem. & præceden. Sic nec subiectio. vsucapit. infrà e. cùm non liceat. sed contrà j̄. e. audītis. infrà de capel. mona. c. 2. j̄. de priuileg. cùm olim. propter quæstiones. s̄. de excep. cùm venerabilis. in fi. Sol. secundum Goffr. subiectus per se tantùm, nec obedientiam nec libertatem præscribit contra subiectum sed. & si priuilegium libertatis cōcedatur alicui in enormem lęsionem illius, cuius debetur subiectio, implorare potest læsus, quòd priuilegium huiusmodi reuocetur. argu. j̄. de dona. Apostolicæ. j̄. de decimis. suggestum. j̄. de verbo. signifi. quid ꝑ nouale. hoc tamen ius implorandi potest vsucapi à subiecto. & ad hanc solutionem accedit, C. de fundo patri. l. vlt. libr. 11. & de quadri. præscrip. l. j. vel licet subditus nomine proprio non possit hanc libertatem præscribere, potest tamen nomine illius cui debitam esse prætendit, & cui tanto tempore ipsam præstitit. sic videtur loqui infrà, de priuil. cum olim propter quæstiones. Potest etiam subditus aliqua præscribere, quę ad superiorem pertinent, vt patet j̄. e de quarta. & de iure patro. cura. secundū Goff. super quo vide quod not. j̄. de sepulturis. sub §. vetus. §. & quota sit. versic. sed nunquid præscribi potest. Licet autem fines prædiorum vsucapiantur, j̄. eod. quia indicante. 16. q. 4. volumus. s̄. de proba. ex literis. fines tn̄ prouinciarum, vel diœcesum, vel parochiarum non vsucapiuntur, nec quæ finibus seu limitib. adhęrent. s̄. de prob. cum causam. 16 q. 3. licet. j̄. de parochi. super eo. & tangitur ratio. j̄. de decimis. cùm sint homines. in fin. Sed nec ius pignoris spacio triennij vsucapitur: quod dic vt no. j̄. sub rubrica, de præscri. rerum immobi §. fi. ver. quæ est ergo ratio.

6 Quæ sunt necessaria † vsucapioni. Et quidem multa. Primò requirit, quòd res non sit vitiosa, vel quasi, alioquin non esset præscriptibilis. quod dic vt plenè no. §. proxi. Secundò, vt ille qui vsucapit, habeat bonam fidem, scilicet quòd credat distrahentem esse dominum, vel habere ius distrahendi. ff. de ver. sig. bonæ fidei. quæ bona fides semper præsumitur adesse, nisi probetur mala. secundum Azo. sicut & quilibet præsumitur ignorans, nisi probetur sciens. ff. de proba. verius. & bonus. nisi probetur malus. s̄. de præsump. c. fin. ideo dolum ex perspicuis indicijs probari oportet. C. de dolo. l. dolum. ad hoc s̄. de elect. dudum. j in fi. Et tamen contra. arg. s̄. de elect. innotuit. §. parcentes. sed intelligitur secundum illam dudum. & s̄. de elect. cum terra. in fi. scilicet quando apparet vitium seu defectus, & non adhibuerunt eligentes diligentiam quam potuerunt, & ideo imputatur & pręsumitur contra ipsos. ff. ad Mace. l. pen. de hoc tamen dic, vt no. j̄ de pręscri. rerum immobil. §. quæ exigantur. vers. bona fides. Præsumitur etiam mala fides ratione denunciationis factæ, ne emat. C. de rei vend. si fundum. Vel quia contra l. mercatur quis. C. de agri. & cen. quemadmodum. lib. 12. quòd in his quæ de iure communi competunt alicui potissimè potest exemplificari. vt not. j̄. sub rubrica de præscrip. rerum immobi. §. quæ exigantur in præscriptio. sub §. hoc quo ad res. versic. vt tamen. Vel quia emisti à procura. meo peticonclusionem, vel quia emisti à luxurioso, quem sciebas protinus expensarum in scorto precium. ff. de vsuca. pro empto. qui sciens. & l. si quis. Iuris autem ignorantia nō prodest, vt videatur quis bonæ fidei esse. vt ff. de vsucap. nunquam. ff. de vsucap. pro empto. l. secunda. §. si à pupillo. secundum Azo. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. 1. & 2. quod verum est in vsucap. nam in præscrip. prodest, vt patet j̄. de iure patronatus. cura, secundum Goff. quod mihi non placet. nec sic illam intelligo decret. quod dic vt no. j̄ de præscript. rerum immobi. §. quæ exigantur. sub §. hoc quo ad res. ver. circa corporalia. sed contra in eo quod no. j̄. responso 1. pro donato. vers. Item donatio inter virum. dic vt ibi. Exigitur hic bona fides tempore traditionis, non tempore contractus, nisi in emptione, vbi & tempore contractus & tempore traditionis requiritur, secundum Azo. quod dic vt not. infrà e. sub rubricella, tit. pro soluto. Sufficit autem, quòd hic habeatur bona fides in princip. nec interrumpitur ex posteriore alienæ rei conscientia. C. de vsuca. transfor. l. vnica. 16. q. 3. §. potest hoc, quo ad vsucapientem, vel vniuersalem successorem: secus, in singulari. C. de usuca. pro empto. diutina. ff. pro empto. ibi 2. §. si eam. nec dicitur fieri furtum, vel res furtiua ex posteriore scientia propter iustū initium, quod spectatur. Azo C. de præscr. 30. anno. si quis emptionis. & in hoc etiam multi conueniunt Canonistæ. Mihi videtur, quòd continua bona fides requiritur, alioquin quicquid dicant leges vel alia iura, vel doctores, vsucap. nō procedit, ut expressim dicit Conci. genera. infrà eodē. quoniam omne. Quod non est ex fide, peccatum est. cui enim ita bene credam in interpretatione peccati, sicut domino Papæ, & concilio generali? & iunge quod not. s̄. de offic. archi. §. quod sit eius officium. versicul. quare autem. & hoc teneas, quicquid s̄. uel j̄. notetur. solue quod no. j̄. eo. uer. quandoq; tn̄ speciale est. & iunge quod not. j̄. eod. sub rubrica de præscript. rerum immobi. §. quæ exigantur. sub §. hoc quo ad res. uersicul. secundum. Bona fides uerò ementis nomine suo exigitur: siuerò nomine alieno emerit, puta procurator uel seruus nomine domini. in seruo distin. utrum nomine peculiari emerit, & tunc siue cum mandato, siue sine mandato scientia & ignorantia serui tantum, & non domini inspicitur. ff. de ædili. ædicto. cum mācipium. ff. de libera, causa. imo. ff. de litigiosis. l. 2. resp. j. nisi fortè domino præsente, & non contradicente, seruus emerit: tunc enim in præiudicium domini scientia sua inspicitur. ff. de libe. causa. imo §. planè si filius. sed si præsens contradicere non posset, non obesset ei. ff. de contrahend. emp. huius. Sin autem seruus non nomine peculiari, sed nomine domini, & mandato suo emerit, si mandatum de incerto recipit, idem est quod suprà, idem est & si sine mandato emat domino seruū vitiosum. ff. de ædilitio edicto. cum mancipium. §. circa. Sed si de cætero mandauit dominus, tunc inspicitur sua scientia, & non serui. ff. de liberali causa. imò etiam tunc. & l. in seruo ff. de lit. l. 2. respōso j. de contrahend. empt. & vendi. sed & si seruo. ff. de ædil. edicto. cum mancipium. §. sed & si seruus. nec obstat, ꝙ ibidē dicit, cæterum incertum: quia refertur ad eum casum, quando emit nomine peculiari. & idem dicēdum est in vsuca. ff. pro empto. l. 2. §. si seruus. vsque ad §. si à pupillo. Illud autem certum est, ꝙ quādoque quis emit vt procu. vel nuncius, scientia vel ignorantia domini tantum spectanda est, sed sicut distinxi in seruo & filiosfami. distinguendum puto secundum Azo. Quandoque tamen speciale est, vt quis cum conscientia rei alienæ, non dico cum mala conscientia remurmurante vsucapiat. vt conueni te noxali actione, ꝑ seruo alieno, quē possides, & eum mihi pro noxa, des. ff. de noxa. & generaliter. sed certè authoritas iudicialis hoc facit. ff. de acquirēda possessio. iustè possidet. ff. ne vis fiat ei qui in pos. mis. est l j. & 2. ff. de mino. ait prætor. ff. quod cum falso tut. l. j. 16. q. 3. placuit, vt quicunque. & authoritas iuris. j̄. eod. c. j. 23 quæst. 4. qui peccat. & ne maleficia remaneant impunita. j̄. de sent. excommuni. cum voluntate, & bonum iustitiæ, quod est summum. 12. q. 2. cum deuotissimam. vnde propriè loquendo, & si scientiam rei alienæ habeat, non tamen conscientiam malam, sed bonam, & sic bonam fidem, & iunge quod no. j̄. eo. sub rub. de præscrip. rerum immobi. §. quæ exigantur. sub §. hoc quò ad res. ver. quandoq; tn̄ minori spacio. Tertiò requiritur, ꝙ res tradatur, vel quasi, puta; quia præsumitur tradita propter patientiam & scientiam, & similia. ff. pro legato. l. pe. C. de acq. posses. l. 2. & no. s̄. de causa poss. & propric. §. qualiter acquiratur. idem est, & vbi aliquis sine uitio suo nācíscitur possessionē, vt ibi, pro derelicto, etiamsi vsucapiens ignoret. ff. pro dereli. id quod pro derelicto. ergo si sine traditione, vel quasi, non procedit vsuc. quia nec sine possessione. ff. de usuc. siue pos. sed nec possessio acquiritur sine traditione, uel quasi. C. de pact. traditionibus

tionibus.C.de rei vend seruum emptum Insti.de rerum diuis.§. per traditionem. Quartò, vt distrahens,& tradens bonam fidē habeant. nam si malæ fidei possessor alienauerit rem alienam, spectatur præscriptio 30. annorū. si tamen dominus rei alienationem factam ignorauit: nam si sciuit, imputetur ei, si intra sua tēpora non fuerit contesta. vt in authen. vt sponsa. lar. §. rursus. col 9 nec istud puto correctum per concilium ῑ.e. quoniam. qđ non loquitur, nisi de præscribente, sed in hoc præsumo bonam fidem ex quo constat de titulo : nisi contrà probetur. vt suprà eodem, versicul. 2. Quintò requiritur continuatio possessionis, & temporis completi. ut not. suprà eodem. versic. §. quid sit vsucapio. ergo si interrumpatur possessio, siue naturaliter, puta desijt vsucapiens possidere, siue ciuilitet: puta quia conuentus est coram iudice, siue litem contestat. non possunt continuari prima tempora cum sequentibus. imò requiritur spacium xxx. annorum: etiamsi postea possessionem nanciscatur usucapiēs; uel 40. post litem contestatam nisi in illo casu, quando possessionē recuperat, sit bonæ fidei. tūc enī fortè statuto tēpore usucapiet. ff. de vsucapi. l. si is qui pro emptore. §. si is qui bona. & l. naturaliter. C. de præscriptio. 30 annorum. l final. & C. de annal. excep. l. j Quandoq; tamen, & si possessio non sit ꝯtinua, perficitur usucapio. nam inchoata à defuncto perficitur, iacente hæreditate. ff. de vsucap. nunquam. § vacuam. & l. iusto. §. nondum. & tamē primo non est in hæreditate. ff. si quis testament. liber esse iussus fuerit. l. j. § Scęuo. & est argument. ꝙ ecclesia uacans præscribat siue continuet præscriptionem cœptam à prælato defuncto. & tamen contra ipsum non præscribitur, vt no. ῑ. eodē. sub rubrica de præscriptio. rerum immobi. § quæ res. versic. ad hoc autem. & sequen. Idem est in vsucap. tegularum vel columnarum: nam si decem dies superessent ad eam complendam, si aliquis in ædificium suum eas concesserit, nihilominus eas vsucapiet si ędificium possederit. ff. de vsucap. rerum. §. Labeo. & tn̄ tegula vel columna posita in ædificio minimè possidetur. ff. de acquirenda possessione. q vniuersas. ff. de vsuca. cū qui ędes. Idē potest assignari in debitore, qui rem quam cœpit vsucapere, ꝓpignori dedit, & tradidit creditori. vsucapit enim eam debitor, & si non ipse sed creditor ipsam possideat. ff. de acquir. possessione l. j. §. per seruum. & l. qui pignoris. ff. de vsucap. secus secundū Azo. dic, vt nota. ῑ. de pigno § qualiter contrahant. versicul. sed quare. Fit aūt continuatio possessionis inter hæredem & testatorem, & hæredem, & hæreditatē. Item inter emptorē & venditorē. Itē inter testatorem & legatariū. Itē inter hæredē legatariū, & ꝯsimiles personas: sed hoc ita demùm, si nullus alius medio tēpore possederit. ff. de acquir. possessione. Pomponius. mihi incipit, cum lapides. § quęstrum. ff. de vsucap. posses. & l. id tempus. §. fi. Illud tn̄ noæst, ꝙ tp̄s quo venditor possedit, anteq̄ rem venderet & traderet, tn̄ ꝓdest emptori, non illud quo postea possedit. ff. de vsucapio. id tempus. ff. de diuer. & tēp. præscript. l. pen. § pen. Sed & ita demùm fit hæc cōtinuatio, si res vitiosa nō sit. nam nec vitiosa non vitiosę accedit, vel eꝯ. ff. de acquirenda possessioné. Pomponius. §. fi. Computatio autem triennij in vsucapionibus de momento ad momentum non fit: imò cùm prouenit aliquis ad aliquam horam vltimi diei, perfecta est vsucapio. ideoq; qui hora sexta calen. Ianuarij possidere cępit, hora sexta noctis, pridie calē. Ianua. reuoluto triēnio perficiet vsucapionē. ff. de vsuca. in vsucapionib. Sextò requiritur titulus[a] verus, non putatiuus, non falsus. ff pro legato. l. 2. & 3 secundū Azon. vsucapio procedit. C. de vsucap. pro hærede. l. vlt. in prin. Institu. de vsuca. § error. ff. de vsuca. Celsus. per titulum autem accipe omnem actum, per quem solet transferri dominium, Pro soluto, Pro emptore. Pro transacto, Pro hærede. Pro donato, Pro derelicto, Pro legato, Pro dote, Pro suo. De quibus omnibus tā in C. quàm in ff. speciales tractatus habentur, & nos etiam maximè, quia hæc materia vtilis est & canonistis ignota, de his omnibus speciales rubricas ad maiorem euidentiam apponamus.

ADDITIO.

[a] Requiritur titulus. ¶ Adde Pau. de Cast. in rub. C. eo. titu.

TITVLVS, PRO SOLVTO. Rubricella.

ISte titulus locū habet, vbicunq; credo me obligatū ex quacunq; causa, & tu similiter putas tibi illud idem deberi, & si ego & tu falsum putemus, hoc siue putem me obliga. ad equum album alienum, quem possideo, & ideo ipsum tibi trado, siue ad certam q̄titatē pecuniæ, & ęquum tibi do insolutū, puta credo me tibi debere decē li. ex stipulatione, do tibi equū alienum, quem possideo insolutū pro his decē lib. vtiq; hūc equū vsucapies. vt ff. e. l. j. & si ciustus error dat titulum pręscribendi siue vsuca. hoc tn̄ facit in emptione. nam si ex causa emptionis puto me tibi teneri ad traditionē equi, & ideo trado, non habet locum vsuca. pro emptore: quia emptio non ꝓcessit, neq; pro soluto, cum ex causa causa emptionis tradatur. diuersitatis causa hæc est; quia in cæteris causis solutionis tempus inspicitur nec enim interest cùm stipulor alienū, sciam esse, vel non, id quod stipulor. Sed sufficit, me putare tuū esse, cum solueris; in emptione autem vtrunq; tempus, s. contractus & solutionis inspicitur, ff. eod. tit. si æstimans. ff. pro empto. l 2. resp. j.

TITVLVS, PRO EMPTORE. Rubricella.

HOc titulo vsucapit q in veritate emit rem alienam bona fide, & bona fide recepit, vel emit à furioso, quem putabat sanæ mentis. ff. eodem. l. secunda §. si à pupillo. ff. de vsuca. pignori. §. j. Item si procu. vel seruus meus, cui mandaueram rem emere. persuaserit mihi, ꝙ emit, & sic tradiderit, vsucapitur, vel pro soluto, vt dicunt quidam, vel pro emptore, secundum Azo. vt titulo conueniat responsio Africani. ff. eo. quod vulgo. & sic similiter erroneus titulus, dum tamen probabilis sit, dat causam vsucapiendi, In hac tamen vsucap. multa requiruntur, scilicet vtroque tempore bona fides. vt not. s̄. proxi. rubricella. Item quòd emptio sit pura, non conditionalis. ff. eod. l. 2. §. si sub condit. nisi fortè conditio extiterit. nec enim sufficit, ꝙ vsucapiens putet ipsam extitisse, cum non extiterit: nam is similis est ei qui putat se emisse. ff. e. l. 2 §. idem est. Item requiritur ad illa, ꝙ eadem res quæ empta est, tradatur: nam si alia pro alia traderetur, non vsucaperetur. ff. e, l. 2. §. cùm Stichum. Qn̄que tamen vsucapit res, & si empta non sit, vt no. s̄. eo. versi. Item si procu. Item si fundum emi, & amplio res fines possederim bona fide, totum simul vsucapiam: quia non singulas res, sed totam vniuersitatem possideo. ff. eod. l. 2. §. sed si fundus. si verò scienter pars alterius fundi adijceretur, nō vsucaperetur, mala fide impediente. ff eo. qui fundum. §. 1. Item in emptione non transit dominium, nisi precio soluto, vel aliàs satisfacto, aliàs tamen contrarium est, Insti. de rerum diui. §. vēditę. vnde videtur. quòd non vsucapiantur, nisi de precio fuerit satisfactum. Item in re immobili aduocato pro salario data exigitur scriptura. C. de suffragio. l. vnica. aliàs nō videtur ꝙ vsucapi possit. quod idem videtur dicendum in alijs casibus, in quib. exigitur scriptura, vt nota. suprà, de fid. instru. §. quid si instrumentum amissum.

TITVLVS, PRO TRANSACTO. Rubricella.

ISto titulo vsucapitur res, quę relinquenti act. & recedenti à lite trāsactionis causa à nō domino putante se dominum, traditur nec enim hoc titulo vsucapitur id super quo transigitur, id est, res de qua litigabatur, sed id propter quod transigitur, id est, res propter quē à lite receditur. vt C. de vsucap. pro emptor. vel transact. l. ex causa. C. de transact. si pro fundo. & iunge ea quæ not. suprà, de transact. § quid sit transactio.

TITVLVS, PRO HAEREDE. Rubricella.

HIc titulus in suis hęredibus locum non habet: nam sui non videntur habere titulum plusquam pater: vtpotè, cum eo viuente rerum hæreditarjarum quodāmodo dn̄i existimentur. ff. eodem. l. 2 §. filium. C. eodem. nihil pro hærede. ff. de lib. & posthu. in suis. & iunge ea, quæ not. ῑ. de consang. §. vsque ad quem gradum. uersic. & est ratio. Sin autem pater incepisset aliquam rem pro hærede usucapere, etiam ipsi filio proficere posset, ut patet in his quæ not. suprà eodem. §. quæ sunt necessaria. uersicu. 5. & uersicul. fit autem continuatio. Idem est: si filius emancipatus fuerit institutus, quamuis pater non possedisset pro hærede, nec aliquo alio titulo, & in his duobus casibus potest intelligi lex. ff. pro suo. l. penultim. §. penultim. Item non habet locum hoc, nisi ubi quis uerè est hæres. hinc est, quòd si institutus hæres non habet factionem testamenti, puta persona indigna est, nec potest institui, non usucapit pro hærede ff. eod. l. fi.

Item si is qui verè est hæres, alij, quē putat coheredem suum, cū non sit, pro parte indiuisa tradat rem, non ꝓcedit vsucapio, nisi fortè fiat ex causa transactionis. si uerò tradat ꝓ parte diuisa, ꝓcedit forsan vsuca. pro parte q̄ vult transferre in cohæredem. licet non pro parte illa quam putat esse cohæredis. ff. familiæ erciscundæ. cùm putarem. ff. de condictione ob causam dat. l. 3. §. subtilius. nam cum de usucapioni. quærit. uerus titulus denotat. arg. C. e. l. penultima. Veruntamen ꝓbabilis siue iustus error dat causam & titulum præscribendi: nam si quis iustam causam habeat existimandi se hæredē, uel bonorum possessorem, domino extitisse fundum, ꝓ hærede possidebit & usucapiet. ff. de vsuca. non solū. §. quod vulgo. Ergo non ꝓcedit vsuca. nisi quis uerè sit hæres, uel saltem iustè, & probabiliter hoc putet: secus, si quæratur utrum quis possit conueniri petitione hæreditatis, ibi enī sufficit possidere pro hęrede, & si non hæres, sed prædo sit. ff. de petitione hæreditatis. l. pro hærede. Item ex bonis testatoris viuentis nihil potest usucapi pro hærede, sed eo mortuo, procedit usucapi. quamuis hominis viui sint bona quæ vsucapiuntur. sic intellige. ff. eod. l. 1. ubi dicit pro hærede ex uiui hominis nihil usucapi potest, & si possessor mortui rem fuisse existimauerit, quamuis credat ipsum testatorē mortuū esse. Sed quid si quis extraneus alienam rem mala fide possidens me hæredem instituit, & ego nō habeo conscientiam rei alienæ, nunquid vsucapiam istam rem pro hærede? Quidam dicunt ꝙ sic, si ex persona mea volo incipere vsucap. secus, si vellem vti accessione temporis illius, cui successi. ar. C. de præscri. long. temp. l. 1. ff. de acqui. pos. Pomponius. Hi aūt tali arg. vtunt. Ego sum hæres verè institutus, & bonæ fidei, nec est res vitiosa, ergo vsucapere possum. Iob. & Azo contrà: quia lex interpretat hæredem succedere in scientiam defuncti. C. de fruc. & li. expen. l. 2. ff. de diuer. & temp. presc. cùm hæres. & hæc opinio expressim cōprobatur. C. eo. l. fi. nam bona fides in initio exigitur, & illa sufficit. 16. q. 3. §. quæ sunt necessaria. ver. sufficit aūt. & si hoc est in vna & eadem persona non ficta, ut ibi. ergo idem debet esse in vna & eadem persona ficta, puta in defuncto & in hærede, qui duo fictione iuris eadem persona intelligunt. ut in auth. de iureiu. qd̄ à moriente præstat. resp. 1. col. 5. & ar. op. s̄. de temp. ordi. c. literas. hoc etiam satis comprobat à destructione consequentis. ff. de publ. si ego. §. idem Iul. ibi, ex ea causa partum me vsucapere, & c. ergo ut ibi innuit, ex qua causa non vsucapit quis partū apud se conceptū, & editum, neq; matrem ex illa vsucapione, & si furtiua non sit, sed ibi hęres non vsucapit partum, ergo nec ex eadem causa vsucapiet matrem, & si non sit furtiua, sed tunc non obstabit vitium rei, sed tantū personæ, scilicet mala fides defuncti, ut si hæres non vsucapiet, quasi penes eum vitium remaneat. ergo obest hæredi mala fides defuncti. ad idem: quia dicit lex, quòd vitium non personale si purgatum sit, non impedit vsucapi. ff. de vsucap. vbi. §. 1. ergo à ɔ̄rio sensu vitium personale, quamuis etiam purgatum sit, impedit. De hac tamen materia sic dis. Vitiorū alia sunt rei, Alia personæ. Item successorum, Alius generalis, Alius specialis. Si quidem sit vitium rei, nō distinguo, vtrum sit generalis an specialis successor: quia in neutro casu vsucapere pōt. ff. de pub sin aūt. §. hæc actio. & l. si ego. §. partus. Et hæc vera sunt, si vitiū rei interuenerit: ut puta res est furtiua, clandestina, vi possessa. Idem est, si res non sit vitiosa, est tamen quasi vitiosa, ut puta si res fisci sit: nam illa nullo tempore vsucapi pōt, ut C. cōmunia de vsu. iam pridē. & Inst. de vsuca. §. res fisci. Vel si res pupilli sit, vel data præsidi. ɔ̄ l. Iuliam repet. ut ff. de acquir. rerum domi. bonæ fidei. Sin aūt vitium personæ, tunc dist. vtrū sit specialis, uel generalis successor. ut si sit generalis, nunq̄ possit vsucapere. ut ff. de publicia. si ego. §. partus. & ff. de diuer. & temp. præscriptio. cū hęres. Sin aūt sit specialis successor refert an velit vti accessione sui authoris, uel nō. Si uelit vti, & sic tēpora sui authoris cū suis cōtinuare, vtat cū sua causa suisq; vitijs. ut ff. de acq. poss. cum lapides. §. 1. & 2. §. vl. aliàs incipit, l. Pomponius. Sin verò tēpora cōtinuare nolit, nec velit vti accessione sui authoris, ibi pōt vsucapere, quāuis author suus nō potuisset. vt ff. de publi. sed & si res. §. in hac actio. & ff. de diuer. & temp. præscrip. an vitium. & C. de præscrip. lon. tēp. l. 1. Et hæc vera sunt, quantū ad Publicianā vtendā, uel vsuc. cōplendā. verum quantū ad hoc, ut doli exceptio obsit successori, seu obijci possit, distinguit, an habeat lucratiuā causam, uel etiā prope lucratiuam, secundū Iob. & tunc obsit successori dolus authoris. an non habeat lucratiuam causam, nec prope, ut puta emit: tunc enim non oberit sibi dolus auhoris sui, nisi accessione authoris sui vti velit, tunc eīn ei obesset. f̄m ꝙ hæc omnia distinguunt, ff. de excep. doli. apud Celsum. §. de auctoris dolo. & §. si quis autem ex causa leg. & sequen. f̄m Hominem bonū. Si quæras, qualiter procedit hæc vsucap. scilicet pro hærede? resspon. ubi defunctus possidebat aliquam rem alienam bona fide, sed titulum non habebat. hic enim extraneus institutus hæres, cum hunc titulum, scilicet pro hærede, habeat, rectè vsucapiet pro hærede, si putat rem ex hæred. esse. ff. eo. l. pen. dum tamen res non sit vitiosa, alioquin contrà. sic intellige C. e. l. fi. vel intelligitur in suis hæredib. & accipe suum ill̄ū, qui est in potestate: extraneum verò illum, qui non est in potestate, quantumcunque aliàs sit propinquus. ut C. de iur. dot. cùm quidam. §. simili quoque modo & de rei vxo. actio. l. unic. §. accedit. in fin.

TITVLVS, PRO DONATO. Rubricella.

HVIusmodi titulo vsucapit, cui donata est res à nō domino, & tradita est, nec sufficit opinari: imò donatum esse oportet bona fide. C. eodem. l. ultima. & quòd donatio de iure teneat: nam & si pater filiofam. donauerit, postea decedat, filius nō vsucapiet pro donato: quia donatio nō valuit ratione patriæ potestatis. ff. eod. l. j. responso j. & §. 1. ff. pro hærede. l. 2. §. filium. Sed si post donationem filium exhæredauerit, & filius hoc ratum habuerit, ab eo tēpore, quo incœpit ratam habere donationem, vsucapio procedet. ff. eo. si pater. sed & si hæres ratam non habeat donationem, & si non pro donato, saltem quasi pro legato, secundum Azo. uel saltem pro suo. ut apparet in his quæ not. infrà in rub. tit. pro suo. ver. Item titulus iste. usucapiet donat. tacitè confirmata. qd̄ dic ut no. s̄. de donat. inter vir. & vxor. sub rubr. de dona. simplicibus. §. qualiter inutiles. & statim sequitur. Item dona. inter vir. & vxo. [a] facta non tenet: si tamen rem alienam dedit vir vxori, putanti donationem ualere, ex cuius donatione non sit factus pauperior, vxor vsucapiet pro donato. ff. eod. si vir vxori. ff. de dona. inter vi. & vxo. sed & si cōstante. nisi fortè tantū vsucap. completa, fiat diuortium. ff. eo. l. 1. §. Item si vir. Sed nunquid est hic error iuris, qui non prodest in vsucapione, vt no. supra eod. sub rubr. de vsucap. §. quæ sunt necessaria. versicu. iuris autem ignorantia. ad hoc dic, quòd speciale est in hoc casu, ꝙ error iuris prosit, cùm nec aliter haberet bonam fidē. credit enim ꝙ vir sit dominus: & sic errat in facto, & quòd possit donare, sic errat in iure: & ideo cùm sit error mistus non nocet error iuris. argu. de dona. inter vir. & vxor. si sponsus. §. generaliter. potest etiam hic reddi ratio specialitatis hæc, quia dona. inter virum & vxorē generaliter prohibita est: in casibus tamen admittitur. & iste est vnus de illis casibus, quia non fit vir pauperior. & hoc est qd̄ dicit lex prædicta, si vir vxori, in litera quam quidā libri habent, in fi. quæ talis est, quia ea donatio demum reuocatur, ex qua is qui donat est pauperior, si occasione rei remaneret. & qui accepit locupletior. fieret aūt pauperior, si occasione rei remaneret obligatus, puta commodanti uel deponenti, quod tamen ignorabat, puta habebat aliam rem huic similem, credidit dare suam, & dedit commodatam. & hoc casu non usucapiet. ff. e. l. 1. §. itē si vir. Vbi autem aliquis cœpit seruum vsucapere pro donato, & ante vsucapionem completam seruum manumisit, non valet manumissio, sed possessionem amisit, & per consequens vsucapio. ff. eod. qui pro donato. Sed si is qui alienam rē dedit, pœniteat, & etiam rem in iudicio uendicet, nihilominus vsucap. currit. ff. eo. si is qui alienam. Quòd si uenditio causa donationis facta sit, non pro emptore, sed pro donato res vsucapiet. ff. e. l. fi. Igitur ex pręmissis apparet, donationē rei alienę tenere, quantum ad hoc, ut vsucapiendi iustus titulus trāsferatur. nec obst. ff. de dona. in ędibus. in fi. vbi dicit donari non potest, nisi quod eius sit cui donatur: quia exponi debet, nisi quod sit, id est, nisi agat quod eius sit cui donatur, uel quò ad propositum donantis. ff. de Publiciana. quæcunque. §. 1. in fi. alioquin locum hæc usucapio nō haberet. secundū Azo. Vel sic, aliena res donari non potest, quo ad hoc, ut statim dominium trāsferatur. nec enim ualet in præiudicium domini ueri facta. C. eo. l. 2. quia quod quis non habet, trāsferre non potest. C. de donationib. si filius. 1. q. 7. Daibertum. infrà, de iurepatron. quod autem consul. ad fi. uel quo ad hoc, ut quis se de euictione obliget, ex quo bona fide fit. ff. de ædil. edi. ad res donatas; & sic intelligas dictā l. in ædibus. sed bn̄ pōt donari quò ad hoc, ut usucapiatur. sicut suprà plenius comprobatur. & infrà de dona. Apostolicæ. respon. 1. ad fin. & infrà, de iure pa. cura. & C. eod. l. 1.

ADDITIO.

a Dona. inter uir. & vxo. ¶ Adde in toto tit. ff. de dona. inter vir. & vxor. per tot. & C. eod. tit. per tot. Abb. in rubr. de donat. idem Ab. in c. fi. de donat. inter vir. & vxor. fallit si donator efficitur pauperior secundum Salic. in l. irritam. in finalib. verbis. C. de vsucap. pro donato.

TITV-

TITVLVS, PRO DERELICTO. Rubricella.

TItulo iſto vſucapitur res mea ab alio, qui credebatur dominus, poſſeſſa, & ab eodem pro derelicto habita, ab illo qui credebat illum dominum & credens rem pro derelicto habitam, ipſam poſſidere incepit, quamuis ignoret à quo derelicta ſit. ff. eod. ſi id quod pro derelicto, ſed ſi non habetur pro derelicto, & ſic falſum eſt, quòd credebat illum dominum, vſucapio non procedit. ff. eod. nemo poteſt. vnde nec merces ex naue iactatæ hoc titulo vſucapiuntur. ff. eod l. penultim. licet fortè pro ſuo vſucaperentur, vt ff. pro ſuo. l. ſecunda. Vbi verò quis emit eandem rem ab illo qui eam cœpit poſſidere, non pro derelicto, ſed pro emptore, vſucapit ipſam, ſicut & ſi eandem emiſſet à marito, cui uxor ipſam donauerat. ff. eod. l. ſi id quod reſp. j. nã quaſi me uolente qui dñs ſum, & rem pro derelicto habeo, id fieri uidetur, ut ibi dicit. res em̃ ꝑ derelicto habita, quaſi donata uidetur. ff. de ſtipu. ſeruorum. quod ſeruus. ff. de euict. l. vlt. quod ſi ego dominus rem propriam pro derelicto habeam, non vſucapitur, ſed occupanti ɔceditur, qui ſtatim ex quo rem occupauerit, dominus efficitur. ff. e. l. j. & l. ſi id quod. §. id quod quis. ff. de acqui. rerum do. qua ratione. §. hoc amplius. Inſti. de rerum di. §. ult. Quamuis etiam ego rei proprię pro derelicto habitæ, quam cito pro derelicto habeo, ſtatim dominus eſſe deſinam, tamen nemini acquiritur nec poſſeſſione apprehenſa. ff. e. l. 2. Nec poſſum rei partẽ habere pro derelicto, cuius inſolidum dominus ſum licet hoc poſſem, ſi pro parte tantum, quam pro derelicto habeo, dominus exiſtam. ff. eo. an pars.

TITVLVS, PRO LEGATO. Rubricella.

TItulo hoc vſucapit is, cui res aliena bona fide legata eſt. & nullꝰ alius. ff. e. l. j. & l. pro legato. j. in prin. nec ſufficit opinari, imò neceſſe eſt, ꝙ in ueritate legata ſit, licet nõ iure: & quamuis legatum ademptum fuerit, nihilominus uſucapio currit. ut ff eo. l. 2. & l. ulti. Quod intelligas, q̃ñcunq; error ꝓbabilis excuſat vſucapientem, puta credit teſtũ valere non errando in iure, ſed in facto: puta, qa credit teſtatorẽ ſanæ mẽtis eſſe, cùm furioſus ſit, uel ignorãs legatũ codicil. ademptũ eſſe. Idẽ eſt, ſi in nomine probabiliter erretur, puta legauit quis Titio; cũ duo ſint Titii, & q̃libet de ſe ſenſit, cũ tñ de illo nõ ſenſiſſet teſtator. ff. e. l. pro legato. j. Idẽ ſi vſucapiẽs putat mortuũ teſtatorẽ, q̃uis in ueritate uiuat, dũmodo legati nõie res tractata fuerit, uel etiã legatarius, ſine uitio ſuo poſſeſſionem rei legatæ adeptus ſit. ff. e ea res. & l. ſeq. & l. penu. Sed nec poteſt vſucapere hoc titulo, niſi is cũ quo teſtamenti factio eſt. ff. e. nemo põt. Patet ex præmiſſis, ꝙ titulus putatiuus, & ſi uerus non ſit dum tamẽ probabilis error excuſet, dat iuſtam cauſam uſucapiẽdi, ut no. s̃. eo. uerſ. quod intelligas. & ſeq. & in ſuperioribus rubricellis. Nunquid ergo idem eſt, ubicunq; probabilis error excuſet? dixit Azo, ꝙ non: quia regula eſt, ꝙ ſine uero titulo nõ ꝓcedit uſucapio, ut no. s̃. §. quę ſunt neceſſaria. uer. 6. cui ſtare uult exceptis caſib. ſupradictis, & ſi q ſimiles in l. ſcripti reperiantur: qui cum ſpeciales ſint nõ ſunt trahendi ad ɔſequentiã. ff. de reg. iur. quæ propter. & l. qđ ɔ̃. Martinus & alij quidã dicunt, hoc ad quemlibet titulũ, ubicunq; iuſtus error interuenerit, extendendum; quod uerius puto, quantum ad hoc ut inde factũ illius qui allegatur, ſaltẽ ɔpetat titulus pro ſuo, ut apparet in his quæ not. j. rubricella, titulo pro ſuo. uer. Item titulus iſte. quia ſemper dẽt eſſe probabilis ignorantia excuſata. ff. pro ſuo. l. fi. ff. de iu. & facti igno. plurimum. & l. regula. s̃. de ord. ab Epiſcopo qui reſign. Epiſcopa. c. 2. j. de cle. excom. Apoſtolicæ, & ubi eadẽ ratio, idẽ ius. j. de conſan. & affi. tua, C. de liber. præteritis uel exhæreda. l. j. quis enim poſſet in omnibus ſupradictis caſibus & in aliis in iure expreſſis ſpecialitatis reddere rationẽ: & hoc maximè ſecundum iura canonica locum habet: quia aut fit alienatio in canſu conceſſo, & ritè, & tunc non eſt neceſſaria uſucapio: aut minus iuſtè, & in hoc caſu neceſſe eſt intelligi iura canonica de præſcriptione tractantia, alioquin ſuperflua eſſent, & fruſtra occuparentur membranæ. 19. diſt. ſi Romanorum. ad hoc not. infrà, eod. rubricella. de præſcri. rerum immo. §. quæ exigantur. ſub §. hoc quo ad res. uerſic. circa corporalia uerò. Nec obſt. regula ſupradicta: quia quod dicitur. C. pro hærede. l. ulti. uſuca. non præcedente uero titulo, non procedit, ſubaudi uel putatiuo errore facti probabili comprobãte: & quod ibi dicit intentio, ſubaudi craſſa, ſupina, erronea, non probabilis, uel quando res eſt uitioſa, uel quando ſui hæredes & legitimi uolunt uſucapere pro hærede, quod eſſe non poteſt. ut not. ſupra eodem. in rubric. titul. pro hær. de.

TITVLVS, PRO DOTE. Rubricella.

LOcum habet hic titulus, quando res aliena bona fide in dotem datur. unde & ſi duæ filiæ patri hæredes extiterint, & res alienas, quas pater bona fide poſſidebat, ĩ dotẽ dederint, & ſic à maritis uſucapiãtur, ſoluto matrimonio ipſas inter ſe diuident. ff. e. l. ult. tamen circa hanc materiam ſic diſtingue. Cùm res in dotem dantur aut æſtimatæ, aut inæſtimatæ. Item ſi inæſtimatę, aut eo animo, ut ſtatim fiant accipientis, quod ſemper in dubio prę ſumendum eſt, ut ff. de iure dot. dotis fructus in fin. & l. ſequenti. aut non eo animo. ſi eo animo ante nuptias, habet locum titulus pro ſuo: poſt nuptias uerò, pro dote. ut ff. eodem. l. 1. hoc ſi de iure & de facto tenuit matrimonium. nam ſi de facto tantum, habet locum pro ſuo. ut ff. de iure dot. procul. Alij dicunt, quòd ſi iuſtus error interuenerit in matrimonio, habet locum pro dote. Si uero res æſtimatæ dentur, dicunt quidam quòd ante nuptias non uſucapiuntur. argum. ff. eo. l. 2. ſequutis nuptiis uſucapiuntur pro emptore: quia æſtimatio ſimilis eſt emptioni. ff. ꝓ emptore. & l. j. & l. litis. Rogerius uero diſtinguit ubi etiam æſtimatæ dantur, vtrum eo animo dẽtur, ut ſtatim fiant accipientis, & tunc ante nuptias uſucapiantur pro ſuo: ſequutis uerò nuptiis, pro emptore, ut ſupra dictũ eſt. Aut eo animo ut fiant accipientis, ſequutis demùm nuptiis, & tunc ante nuptiàs non uſucapi. ut ff. e. l. 2. & ff. pro ſuo. l. j. Nec obſtat, ſi dicas æſtimationem tacitam cõditionem habere hanc, ſcilicet ſi matrimonium ſequutum fuerit: quia talis conditio non facit æſtimationem conditionalem. arg. ff. de conditionib. & demonſtratio. cõditiones extrinſecas. Alij dicunt, quòd æſtimatio habet tacitam prædictam cõditionem, ut ff. de iure dotium. plurimumq;. §. ſi ante. & ideo ante nuptias. uſucapi non poteſt: tamen cùm cõditione impendenti ſic, ut ff. pro emptore. §. ſi ſuper cõditione. ſecundum Bo.

TITVLVS, PRO SVO. Rubricella.

AD euidentiam huius tituli notare debes hoc, quod dico pro ſuo, duobus modis accipitur, ſcilicet uere, & ſimilitudinariè. Verè ſumitur, cum dicitur pro ſuo, ad differentiam eius quod alienum eſt, unde uerus dominus rem propriam & quam ſcit ſuam eſſe, nec erat, pro ſuo poſſidet. ſic poteſt intelligi. ff. e. l. 2. & dicitur hoc ad differentiam creditoris uel commodatarij, qui non pro ſuo poſſidet, & ſic hoc quod dico pro ſuo, nõ eſt titulus uſucapiendi. alioquin quilibet uſucaperet rem ſuã propriam. Similitudinariè accipitur, quando ponitur pro titulo puta cùm is qui poſſidet, credit ſe dominum eſſe ex aliqua iuſta cauſa, cum nõ ſit, & hoc habet fieri duobus modis, ſcilicet communiter, & ſpecialiter. Communiter accipitur quando concurrit cum alio titu. ut ſtatim exemplificatur. j. e. uer. titulus iſte generalis eſt. Specialiter accipitur, quando competit, alio quolibet titulo deficiente, ut no. j. eo. uer. Item titulus iſte. & uer. fi. Debes ergo ſcire, ꝙ titulus iſte generalis eſt ad alios titulos ſuprad ctos nam & qui pro emptore & qui pro donato, & ſic de alijs, poſſidet dummodò ſe credat dominũ, & pro ſuo poſſidet, & uſucapit ſiue emptũ uel donatũ ſit ff. e. l. j. ſiue non ſit. ff. de uſucap. Celſus dummodò probabilis error excuſet. Sed & ex quacunq; cauſa credat quis ſe dominum, & ſibi uel patri ſuo traditum fuiſſe, pro ſuo uſucapiet. ff. e. l. ult. ff. pro dote. l. j. uer. ante nuptias autẽ. ſed & id quod ex hæreditate ad me peruenit, uſucapiam. nam uſucapio pro ſuo procedit in his rebus, quæ aliena in bonis patris inueniuntur. ff. e. ſi ancillã. §. pe. Nec obeſt falſa cauſa dummodo traditio facta ſit. ff. e. ſi ancilla. § fin. & dũmodo bonã fidẽ habeamus. alioquin contra. ff. e. hominem. Inde eſt, ꝙ ſi ancillam furtiuam bona fide emero, partũ eius titulo pro ſuo uſucapio, etiam ſi ante completam uſucap. ancillam furtiuam eſſe ſciuero, dum tamen eius dominũ certificauero, ſi poſſum, ſi non poſſum, excuſatus ſum. ſed ſi poſſum, & non certifico, clàm uideor poſſidere, & ſic poſſidere titulo pro ſuo, clam non poſſum propter malam fidem, per conſequens nec uſucapere. ff. e. ſi ancillã. Hoc titulo poſſidentur omnia quæ mari, terra, cœloq; capimus aut quæ alluuione fluminũ noſtra fiunt, & quæ ex rebus alieno nomine poſſeſſis, id eſt, ex quib. alium authorem habemus ſic ff. de his qui no. infa. furti. §. ſi quæ nota ſunt poſſidemus ueluti partum ancillæ hæreditariæ, uel uẽditæ ſimiliter fructus uẽnditæ, uel donatæ, ad quem cùm non extẽdatur titulus ſpecialis: quia qui uendit rẽ uel donauit, nõ uẽdit uel donauit ſpecialiter fructus futuros, neceſſe eſt ad hunc titulum recurrere generalem, ut omnia hæc probantur. ff. eod. l. 2. Et not. ꝙ is qui pro ſuo

vsucepit,& si ꝑ plures,potest dicere,pro meo vsucepi : & si per plures sunt,possunt dicere,ꝑ nostro,vt subtiliter ꝓbat.ff.eo.est species.ibi ꝑ suo.& ibi ꝑ nostro.& bene pōt dicere titulo, qui dicitur ꝑ suo possideo,uel usucepi,ut ꝓbatur ff.e l.j. ibi , & ꝑ emptore pro suo possideo,&c Potest dici,ꝙ ibi loquitur Vlpianus magistraliter,Paulus verò in l.seq.propriè. nam si rem meam dicam suam impropriè loquor, cùm eadem res nō possit esse duorum dominorum insolidū.ff.cōmodati.si ut certo.§. si duob. vehiculū nā meus & tuus,& suus noster & vester, correlatiua sunt quorū hæc est natura, ꝙ unum nō est reliquū. vt ff. de rerū per mu.l j.ergo ꝓpriè loquendo sicut ille ꝑ suo possidet sic & tu ꝑ tuo possides,sic & ego pro meo possideo Hic igitꝰ titulus, sicut videtur petitionē hæreditatis non excludet, nisi aliqua alia iusta causa & vera prætēdatur.ar.ff de peti.hære.pro hærede. aliàs qlibet posset dicere, pro meo possideo, & sic nunquā magis hæc actio locū haberet. Itē titulus iste nūquā dat causam præscribendi,nisi aliquis superiorū prætēdatur.ff.de usucap.Celsus. vel aliqua alia iusta causa,pone occupationis: puta inuenit quis margaritā alienā ad litus maris quā credit in nullius bonis esse, vel alluuionis vel accessionis ad rē emptā,vel donatā. ff. e. l. 2. & l. si ancillā.resp.j.vel stipulationis.ff.e.hominē.vel diuisionis rerum hæditariarū à parte factæ,& sic vicē emptionis obtinet.C.cōmunia vtriusq; iud.l.j.sic intelligе ff.e.si ancillā. §. si pater. aliàs ꝯdiceret illi l.ff.pro donato.l.j § si pater.posset tñ dici,ꝙ l.j.in prox. §.si pater. & si deficiat titulus pro donato, habet locū titulus ꝑ suo.vt in l.si ancillā.ergo si ex causa diuisionis ad alterū fratrē ꝑueniat res aliqua vsucapio locū habet, vel ex causa successionis vel cuiuslibet alteriꝰ ff.e.l vlt & sic titulus iste in oīb. iustis causis possessionis ꝑ quas ꝯsueuit acquiri dominium,deficientib. aliis specialib. titulis locū habet sed sine iusto titulo, siue causa, solus tēporis cursus non sufficit C.de præscriptio.long.temp.nec petentē.& l. præce.aliàs quilibet & malæ fidei possessor & sine titulo vsucaparet,dicens ego credebam rem meā esse,sic vsucepi ꝑ mea,quod esset absurdū arg. Inst vi bo rap.§.sed nedum talia.& s.de rescri.nōnulli.j.de accus.qualiter.j.Illud aūt sciendū est,ꝙ q ex ꝓducto possidet, quāuis corporaliter teneat, non tñ sibi, sed dño rei intelligitur possidere.s. de rest. spo. cùm venissent. ergo nec pro suo vsucapiet.C.communia de usuca.l. j. Item si nō fide bona,nō procedit vsuca.C.cōia de usuc. l. fi. Nec res uitiosa vel quasi vsucapitur.C.cōmunia de usuc.l.pe.Nec rem propriā vsucapere possumus:quia qđ nostrū est,nequit iterū nostrū fieri,nisi desinat esse nrm.ff.de acq posses. possideri.§.ex plurib. Inst.de act.§.sic itaq; discretis.s.de fid instr.inter dilectos.§ instrumētū. ver.cæterum.in fi.vnde hæc duo proponens , scilicet rem suam esse & usucepisse,seipsum videtur excludere.vt j.e.veniens. §. fi. Quid est ergo dictū ,usucepit pro suo hoc, quia tanquā suum quia hoc credebat legitimo tēpore re sibi tradita, & ex iusta causa, & probabili, quāuis falsa possedit , & sic vsucepit. Sed & pōt dici iustus titulus ꝑ iudicato. res enim iudicata spacio 10. dierū vsucapitur.quod dic ut not.j.de sen.& re iud.§ quot sint.versi. quo ad temporalia.& seq.

Quis sit eius effectus. Et quidem vsucapionis effectus in rebus mobilibus,& se mouentibus, is est , secundum omnes , ut rei vsucaptæ directum dominium acquiratur. C. de pac.traditionibus.ff.de vsucap.l.j.& 3.ff. pro suo.l.fi.ff de pig.l.j.§ cùm prædiū.in rebus vero immobilib. dissensio est,ut no. j.e.sub rub pro vi.seq.§. quis sit eius effectus.

Ex quo plenè expediuimꝰ tractatū ꝑscriptionis, siue vsucapionis,circa res mobiles , & se mouentes,in quo etiā aliqua interseruimus ad res immobiles pertinentia : videamus de præscrip. rerum immobi. interserentes etiam aliqua ad res mobiles,uel etiam incorporales pertinentia,& sic apponamus rubricam,

DE PRAESCRIPTIONE RERVM IMMOBIlium. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Prescriptio quid.*
2 *Præscriptionis quot sunt species.*
3 *In præscriptione quę exigantur.*
4 *Quę res præscribi possunt.*
5 *Præscriptio quibus modis interrumpatur.*
6 *Præscriptionis quis sit effectus.*

HIc videndum est,Quid sit præscriptio ,Quot sint eius species ,Quæ exigantur in præscriptione,Quæ res prescribi possunt, Quib. modis interrumpitur præscriptio ,Quis sit eius effectus.

1 a Quid sit præscriptio.† a Et quidem ius quoddam ex tēpore causam trahens,id est, firmitatem capiēs secundum Da. Alij dicunt, quòd præscriptio est exceptio ex tēpore causam trahēs. Tu dic,præscriptio est exceptio ius quoddam ex tempore continuæ possessionis rerum immobilium,aliquando dominij vtilis, aliquando actionis vtilis , aliquando legitimæ exceptionis causam tribuens.16.q.3 §.porest C. de præscript. 30.ann si quis emptionis.j.cod. c.j.& per totum . & in his quę no. j.§ si plenius apparebit.

2 Quot sint eius species.† In primis scire debes,quòd exceptio , quæ circa iudicia plerunque opponitur,& si dilatoria sit,aliquoties abusiuè vocatur pręscriptio.sic.C.de testi.nul um.C de excep.l.fin.Præscriptionum tamen,de quibus specialiter tractare intendimus, duæ sunt species. omnis enim præscriptio aut temporalis est , aut perpetua. Temporalium præscriptionum, Alia est vnius horæ , ut si clericus deficiat vna hora, quòd non intersit diuinis: vt argumen.12. dist.c.fi.quod tamen qualiter intelligatur, no.j. de cle.non resi. vel quando illud apud acta lata sententia appellandum est. ff. de ap.l.j.§.fi.& no j.de ap.§.qualiter.sub §.vbi vero. Alia 20. horarū de viro qui debet tenere adulterum deprehensum cum uxore. ff.de adulter.l.capite quinto. Alia vnius diei.nam eo die duntaxat,quo iudex tulit sententiam, si quidem defuerit, circa fructus accessiones vel expensas supplere potest. ff. de re iud. Paulus. Alia duorum dierum , scilicet olim in causa propria. Alia trium dierum,olim in aliena causa.2.q. 6. §. biduum. Item circa reuocationem erroris aduocati. C.de erro.aduoc l.3.& si iudex recusetur,secundum legem antiquam.C.de iudi cùm specialis. & si quis iussit exire religiosum post pubertatē in religione completam.j de regularib.ad nostram. Alia quatuor dierum,in examinatione clericorum ordinandorum. 24 dist quando.sed certè ibi non loquitur de præscriptione. Alia quinq; dierum, intra quos olim debebāt peti Apostoli.2. q. 6. ab eo.hodie verò intra 30.C.de appel.qui Item inuenitur ꝑscriptio quatuor,vel quinq; dierum ff.si quis cau.& si post tres. Alia sex dierū, quib. scilicet operari permittitur, sed septima cessandum est.s.de fer.c.1.& 2. Alia septem dierum, vt qui cadauer tetigerit , septem dieb. immundus erit.de conse.. dist. 4.nequaquā. Alia octo dierum, quibus Festum dedicationis ecclesiæ celebratur.de conse.dist.1. solennitates.& idē intelligas in omni festo habente solennes octauas.s.de fer.capellanus. Alia est nouem dierum,à morte defuncti numerandorum,intra quos hæres nō poterit,ex persona defuncti ꝯueniri. C.de sepul. vio.l.fi.& Auth.ibi signa. Alia decem dierum,intra quos hodie appellādum est. 2.q.6.anteriorum vel sententiæ arbitri ꝯdicendum.C.de arbit.l pen. & in constitutione pecuniæ.ff.de ꝯsti.pec.promissor Stichi.§ j. Item in alio casu. 13.q.3.auth.quod fieri. Alia 12.alia 14.alia 16. alia 18. alia 19. dierum,vt v.q.2. præsenti. alia 25. dierum, ultra quos non detinet testis inuitus.C.de testib.si qñ. Alia 20 dierum,qui dantꝰ ad deliberandum. 3.q.3.offeratur aliquando plus,aliqñ minus. ut not. s. de dila.§. quot sint dilationum species. versi. aliæ deliberatoriæ. Item quęstio mota iudici post depositum officium intra 20. dies determinanda est, quamuis teneatur expectare per quinquaginta:ut C.ut omnes tam ciui.quàm mili t.iudices.l unica.§. fi.respō.j. in auth.ut iud sine quoquo suffragio §.necessitatem. col.secunda.in auth. de collatoribus.§ fina. colla.9. Item habes præscriptionem 20 dierum.j.de crim.falsi.dura.§.fi. & de cleri. excommunica mi.illud. Alia 20 dierum:nam si per tres hebdomadas præsbyter ab ecclesia sua defuerit,remouendus est. 7.q.j. si quis in cleo. Alia 29. dierum , qui dantur antequam exequatur,intra quos nisi occurrerit Episcopus accusatus suspenditur. 4 quæst.v.quisquis. Alia 30 dierum, qui dantur antequam exequatur sententia lata à principe super animaduersione 11. quęstio. 3.cum apud.Item si creditor scripsit sibi solutum esse,& uelit contrarium dicere , intra 30. dies tantùm auditur. C. de non nu. pecu. in contractibus. Item Apostoli intra 30. dies b petendi sunt,ut not.j.de appellatio.§.qualiter.sub.§.tibi uerò. uersi. Iudex autem. Item pœna commissi pupillo remittetur , si intra 30.dies soluerit fisco ff. de pu. & uectigal. Imperator. Alia 40. dierum,quibus debet pœnitere is,qui à domino compulsus deierauit,cum 7.tamen sequentibus annis. 22.q. v. cap.1. ad idem. infrà,de spon.duorum.accepisti.infrà de accusat accusasti. Alia 30.dierum,ut not. suprà eodem uersicul. alia 20. ibi , Item quæstio mota, &c. Item contra tutorem, uel curatorem se excusare uolentes,ut Instit.de excusa. tuto.§.qui autem. Alia 60.dierum, intra quos debet inuentarium compleri.C. de iure delibe. scimus.

ADDITIONES.

a Quid sit præscriptio. ¶ Adde gl. summæ xvj. q.iij gl.in c.venerabilis.de excep.glo.in l.aduersus.C.de rei vend.doct.super ista rub. Io.And.in regula.possessor.de reg.iur.lib.6. in mercuria.

b Item Apostoli intra 30.dies. ¶ Adde gl.in uerbo,tempore,in cle.2.de ap.

ſcimus.§.ſi autem dubius.Itē ſi dictum non ſit, intra quod tēpus poſſit redhiberi res empta ſi diſpliceat,lx.dies dātur.ff.de redhi. ac.ꝙ ſi nolit.§.pe.Item alibi iiij.quæſt.iiij.§.aliquando.ver.libellum. Alia centum dierum, qui dantur petenti bonorum poſſeſſ. C.qui admitti.ad bo.poſ.l ij.Alia vnius menſis,iiij.q.v quiſquis. Alia duorum menſium, vt quando neceſſitas excuſat accuſatū. v.q.iij.ſi ægrotans.Alia trium menſium,vt ibidem,& quando Iudæus emit ſeruum cauſa mercimonij. liiij.diſt. fraternitatē.ſ.de Iudæis.c.fi.ver.ſi intra tres mēſes. Alia iiij. menſiū, intra quos debet in perſonalibus actionib.executioni mādari ſentētia.ſ.de of. del.quærenti. Alia v.menſiū,intra quos debet electus conſecrari. c.diſt.quoniam.hodie dantur 6.mēſes.ſ.de transla. Epiſco.inter corporalia.§.ſed neque.quod dic vt not.ſ.de ele.§.quo tempore.verſi.hinc not.Alia 6.menſium, qui dantur in redhibit.actione.ff.de ædil.edic.redhi.& quanto mino.l.ſciendum.§ ſi.& alibi. 3.q.3.de induciis.Alia 7.mēſium.ff.de ſta.ho.ſeptimo. Alia octo menſium.18.diſt.propter. Alia 9.menſium.3.q.3.§.ſpacium. Alia 10.menſium, in auth.de reſt.& ea quæ pa.in 11.menſe.§.fi.col.4. Alia vnius anni.63.diſt.§.ſeruus.11.q.3.rurſus. Alia vnius ann. & diei.20.q. 2. puella. Alia vnius anni & dimidij.3.q. 3. de induciis. Alia bienni.19.q.3.monaſteriis. Alia triennij. 18.q.2.ſi quis incognitus. Alia quadriennij.16.q.3.quas actiones.C.de quadri.præſcri.bene à zenone. Alia quinquenni. C. ne de ſtatu defun.l.1.& l.ſi pater. Alia 7.an.diſtin.6 § 1.ibi, ſi emeris ſeruum, &c. Alia 7. an.C.de iure deli.ſi infanti. Alia 9.an.ff.de ali.& cib.lega. Alia 10. an.16.q.3 §.pōt.2. Alia 11.an.vt j. de deſp.impu. ſi puella. Alia 12.an.in auth. de tempore nō ſolutæ pec.ſuper dot.§. & ſi quid inter ætatem.col.7.alia 13.an.C.de ſilentiariis.l.3.lib.12 Alia 14. an.j.de deſp.impu.ex literis. de illis. Alia 15 C. de operi.pu.omnes qui.20.quæſt.2.illud. Alia 17.an.§.tria,ff. de poſtu.l.1.§.pueritiam. Alia 18.an.28.diſt.de his. & j.de reg. quia in inſulis. Alia 20.an.C.de falſis.querelam. Alia 25.an.C.de in integ.reſtitutio. min.ſi minorem.20 quæſt.1.virgines.Sed perpetuarum, Alia 30. an.26.q.3.§ poteſt. Alia 40.an.j.eo. de quarta.20.q.1.ſanctimonialis. Alia quinquaginta an. vt l.Græca, alearum ludus. Alia 60. an.20.q.1.iuuenculas. Alia 100 an.21.q.3.nemo.j.eo.ad audientiam.cùm nobis.ſi diligenti.in fine.[a]

3 Quæ exigantur in præſcriptione. Et quidem † ſecundum l. in præſcrip.lon. tempo.bona fides,& iuſtus titulus, & continua poſſeſ.& q̄d res ſit præſcriptibilis exiguntur. Bona fides autē ementis, vel ex alio iuſto titulo accipientis exigitur, vt C.de præſcrip long.tempo. diutina.& l.ſeq.& l.ſi fraude.& l.pe.& licet ꝓxima lex dicat poſſeſſorem debere probare bonam fidem: Azo tamen not.ꝙ probatur eo ipſo, ꝙ non probatur contrarium.arg C qui mil.non poſſ.l.penul & not.ſuprà,ſub rubr.de vſucap.§. quæ ſunt neceſſaria.verſic.ſecundo.uel dic,quòd præſumitur contra poſſidentem, niſi titulum probet: ſed eo probato, præſumitur præſcriptione iuris:& ſic probatur per conſequens bona fides:& ſic potes intelligere dictas leges; ſicut ex lectione ipſarum colligi poteſt.& eſt argu.quòd in rebus eccleſiaſticis, in quibus bona fides requiritur, requirendus & allegandus eſt titulus, & probandus. uel melius: aut poſſidens ſuſpectus eſt ex aliqua cauſa probabili, & ſic requiritur, quòd probet titulum per quem præſumatur bonæ fidei: aut nulla præſumptio eſt contra ipſum & tunc præſumitur bonæ fidei,& ſic.l.penul.C.de præſcrip long.tempo.poteſt intelligi, quando præſumitur contra poſſidentem ex aliqua iuſta cauſa: & iunge quod not.j.eodem.ſub §. quartum. & ſeq. Sed neque conſueuit nocere mala fides tradentis.ff. de diuer.& tempo.præſcrip.an uitium. & Inſtit.de uſuca.§ quod autem.niſi recipiens uti uellet acceſſione malę fidei poſſeſſoris.ut C.de pręſcrip.long.tempo.l.1.ff.de acqui.poſſe. Pomponius.§.cùm quis. Sed hodie malæ fidei poſſeſſore alienante, ignorante rei domino, ſpectatur pręſcrip.30.an.ipſo autem domino ſciente,ſi non fuerit conteſtatus, ſufficiunt 10. ann. inter præſentes. 20. inter abſentes, in authen.ut ſpon.lar.§.rurſus.col.9.& not.ſ.de uſuca. §.quæ ſunt neceſſaria.uerſicu.4. Titulus uerò requiritur: quia ſine eo non currit longi temporis præſcriptio, ut C. de præſcrip. long.tempo diutina.& l.nec petente.& l.ſi is.niſi in caſu, ut not. ſuprà,ſub rub.de uſucap.§.quæ ſunt neceſſaria.uerſicu.quandoque tamen ſpeciale eſt. In hac etiam præſcriptione longi temporis neceſſaria eſt continuatio longi temporis, ſcilicet 10.anno.inter præſentes. 20. anno. inter abſentes, & intelligitur præſens, quo ad hoc pertinet qui eſt in eadem prouincia, vbicunque res ſita ſit: nam ius uendicationis incorporale eſt, & ubique poteſt exerceri, ſicut & quælibet actio perſonalis. ſunt enim actiones quædam diuino motu, & animo ſubtiliſſimo conſtitutæ. C. de præſcriptione longi temporis.l.ultima. Quòd ſi præſcripſi rem tuam te præſente per 5. annos, demùm te abſente per quinque annos, nunquid completa eſt præſcriptio? Non.imò ſicut duplicatur decennium,ubi nullo tēpore fuiſti præſens, ſic debet quicquid de decennio te abſente cucurrerit duplicari, ut in authent. ut ſpon. larg.§. de præſcriptione. Sin autem præſcriptio fuerit interrupta, pręſcriptio impeditur ut not. infrà eod.§.quibus modis. In præſcriptione uerò longiſſima, ſcilicet 30.anno. non requiritur niſi continuatio poſſeſſionis, & habet locum præſcr.ſecundum l.ubicunque ceſſat præſcriptio long. tempo. quod dic ut not.infrà ſub §.uerum quicquid.& ſequen. Ceſſat autem præſcript.long.tempo.ratione perſonæ, puta minor eſt 25. ann. cuius res præſcribitur.ff.de acquir.rer.domin.bonæ fidei. C.in quibus cauſis reſtitutio in integr.nō eſt ne.l.vlti. Excipe quinquennalem præſcriptionem,quæ tuetur ſtatū defuncti: hæc enim currit contra minorem,nec reſtituitur.C.ne de ſtatu defunct.ſi mater. Item in dote cauta non numerata, quandoque currit minori,& reſtituitur.quandoq; non,vt conſueuit not.C de tempo.reſtitut.in integr.authen.ſi minor. Item ceſſat propter qualitatem rei, vt quia religioſa: vel eſt ſacra & in re vitioſa & deficiente bona fide,vel iuſto titulo, vt patet in his quæ not ſ.de vſucapionib. § quę non.& §.ſequent. Item in omnibus perſonalibus actionib. C.quibus non obijci.long.temp.præſcrip neque mutui. Item in omnibus mobilibus.C.in quibus cau. ceſſat longi temporis præſcriptio.l.ii. Item in omnibus miſtis actionibus C. in quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.l.vnus indiuiduum.excipitur hæreditatis petitio, quæ quandoque ſuos excedit terminos, quandoque exceditur à ſuis terminis.vt not.C.de petiti.hæredi. l.hæreditatis petitio. Quandoque etiam verè currit, ſed effectu caret, quod accidit propter iuſtam,& probabilem, & neceſſariā perſonę abſentiam, reſtitutionem petentis, quod in militibus,& eorum vxoribus circa expeditionem occupatis, & in medicis,& in abſentibus cauſa reip. & in captis ab hoſtibus, & poſtliminiò reuerſis, vel in abſentibus caſu fortuito locum habet, vt C.quibus non ob.long.temp.præſcrip.l.j.ij.iij.vj & vl. ſuper quo vide quod not.j.eod.§. quæres. verſi.ſed & ſi quis de mandato domini Papæ. In illis autem caſibus, in quibus ceſſat lon.temp.præſcri. vt not.ſ.eo.verſi.ceſſat. & ſeq. præſcriptio longiſſima.ſ.30.ann. ſuccedit, vnde non reſpuit vitioſam rem. & eſt ratio: quia hæc præſcriptio longiſſima non in fauorem præſcribentium, imò in odium non petentium, ſed ius ſuum proſequi negligentium, eſt inducta.C.de anna.excep.l.vlt.in fin.arg.C. de edicto diui Adri.tollen.l.fina. quod Epheſinus legiſlator primus conſtituit. infrà, eodem. uigilanti. Igitur ſecundum leges, quæcunque ſit actio, ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue miſta, quantumcunque poſſeſſor habeat malam fidem, ſpacio 30 annorum regulariter concluditur.C.de præſcrip.30.annorum.ſicut in rem.& l.ſi quis emptionis.16 quæſt.3.§.poteſt.uerſi.quòd ſi mala fide. in hac enim menſura omnes perſonales actiones poſitæ ſunt.C.de conſti.pecu.l.2. C. de præſcript. 30. annorum.l.ultim. quod uerum eſt de perpetuis: ſecus, de temporalibus, quæ minori ſpacio temporis concluduntur, ſicut redhibitoria,& quanto minoris, & ſimiles. C.eod ſicut in rem.reſpon.1 & § ſed ſi aqua.& §. hoc autem.& Inſtitu.de perpe.& tempo.actio.reſpon.1.nec dicas correctas leges, quæ uolunt, quòd cum mala fide quis poſſit præſcribere, per decret.infrà, eodem. quoniam. quod enim ibi dicit tam canonica, quàm ciuilis, exponi debet, id eſt, tam de re ſpirituali quàm ciuili; eccleſiaſtica tamen, ſecundum Ber.quod mihi non placet,ut not.j.eod.ſub §.uerum quicquid.quod enim eſt mortale in foro canonico,eſt mortale & in ciuili,& illud intendit remouere,& leges ipſum fouentes corrigere, ut patet ibi,cum generali,&c.& not.quòd ibi cautè dicit derogandum: quaſi dicat, non intendimus leges abrogare, ſed eis, inquantum peccatum mortale fouent, derogare.igitur inquantum uolunt, quòd cum mala fide poſſit quis præſcribere, non ſunt tenendæ. Sed quo ad alia, in ſua remanent firmitate, ut patet in his quæ not.j.eod.§. fina.uerſicu. ſed ſecundum canones.& ſic non abrogantur, ſed eis derogatur.ff. de uerbo. ſignifica. derogatur. oportet autem, quòd præſcribens rem 30. ann. continuè ipſam poſſideat iure ſuo, nec enim illos appellari conuenit poſſeſſores, qui ita tenēt, non obſt. hic ſolitam debeant præſtare mercedem: alioquin

malè

ADDITIO.

[a] Introducta præſcriptione, eiuſque generibus, quæri debebat, quis præſcribere, an non, poſsit. id quod ab Hoſtienſi prætermiſſum, ex Martin.ſum.e.ti.ſuppleas. Præſcribere igitur, inquit, non poſſunt precario tenentes. 10.q. 2.quia cognouimus. Similiter.16.q.3.clerici.& c.ſeq. Similiter, nec qui poſſidet nomine alieno, extrà de præſcr. ſi diligenti. Similiter nec vſufructuarius, vt inſti.per quas perſo.acqu.§. fructuarius Creditor quoque non præſcribit pignus.ff.de vſucap.l. non ſolùm.§.quod pignori. & C. de pig.act.l. nec creditores. Et hoc intellige de longa præſcriptione, nō de longiſsima, vt in gl.c.cùm non liceat. de præſcri. Clericus contra epiſcopum in quarta decimæ,& oblationum, quadragenaria præſcriptione, dummodo habeat iuſtum titulum de præſcrip.de quarta. In reliquis conueniunt Mar.& Hoſtienſis, ideo adiiciendā non putaui.

male ageretur cum dominis prędiorum: quia cogerentur, quòd locauerunt amittere, aut utiles conditiones {aliàs, concessiones} excludere, aut anno quolibet de suo dominio protestari. C. de præscrip. 30. anno. l. 2. Item oportet, ꝙ quis possederit sine interruptione, quod dic ut not. j. eod §. quibus modis. alioquin tempora interruptionem præcedentia non prosunt. C. de præscrip. long. temp. l. 1. & C. de præscrip. 30. anno. cum notissimi. respon. 1. In actione uerò uel iure personali, non requiritur uera possessio, sed quasi possessio: quia nec aliter dici potest. ff. de peti. hære. regulariter. & l. etiam. §. ultim.

Verum quicquid dicant Legistæ & aliqui magistri. ut not. s. eod. uersicu. igitur. nullus potest per præscriptionem rem alienam corporalē acquirere, nisi habeat bonam fidem, atque continuam: super quo uide quod not. j. eod. §. quæ res. sicut enim continuationem possessionis requiro, sic & bonæ fidei, ut j. eo. uigilanti. 34. quæstio. 2. si uirgo. & hoc est quod expresse determinat concilium generale. j. eod. quoniam. quod diuiditur in tres partes. In prima parte reddit causam constitutionis, & corriguntur iura præscriptionum cum mala fide admittentia in utroque foro canonico & ciuili, & durat usque ibi, cum generaliter, &c. Ibi uerò incipit secunda pars & in illa secunda parte reddit rationem, quare dicta iura corriguntur, scilicet quia sine peccato mortali seruari non possunt. & durat vsque ibi, vnde oportet, &c. In tertia verò parte concludit comprobando principium decre. cui standū est, ex quo de peccato agitur, non obstantibus legibus cōtrariis, vel opinionibus quibuscunque, vt patet in his quæ not. s. de offi. archid. §. quod sit eius officium. ver. quare autem. & istud uidetur expresse comprobari in auth. ut eccles. Rom. 100. an. priuilegio gau. post medium, ibi, sed uel seruetur innocens, qui reuerà innoxius, &c. In hoc concordant Io. & G. nec obst. lapsus temporis, imò tanto grauiora sunt peccata,[a] quantò diutius infelicem animam detinent alligatā. s. de consue. c. fi. j. de eo qui duxit in matrimo. cum haberet. in fin. & c. seq. 33. q. 5. quod Deo patri. & quod alienum scis, reddere debes. 14. q. 5 si quod inuenisti. & c. multi. aliàs furtum & rapina committitur, ut ibi dicit Augu. & Hiero. & iunge quod not. s. eod. rub. de usucap. § quæ sunt necessaria. uersicu. mihi uidetur. Igitur ratione peccati potest ecclesia leges corrigere, & causas audire, & diffinire, suprà, de iudic. nouit. sic suprà, de restitu. spolia. sæpe contingit. & iunge quod not. j. qui fil. sint legiti. §. qualiter & à quo. & suprà, de constitu. §. qualiter constitutionibus. nisi inuenias alias remissiones. & est considerāda conscientia præscribentis, non alienantis: sicut enim per propriam fidem non per alienam quisque saluatur, ex quo ætatem habet. de consecra. distinctio. 4. tum pro paruulis. sic per propriā fidem, non per alienam præscribit: quia nec debet quis alieno odio prægrauari. C. de inofficio. testamen. si quis suo testamento. ff. de dolo. l. 1. Aliquoties etiam præscribit quis cum rei scientia aliena, sed tamen bonam fidem habere debet, ut not. suprà, eod. in rubri. de vsucap. §. quæ sint necessaria. uersic. quandoque tamen. Quid si quis dubitat, an res sua sit, & habet iustam causam dubitationis, adhuc debet habere bonam fidem, & utetur fructibus. ff. de vsuris. qui scit. §. bonæ fidei. & sic præscribit. debet tamen ab aliis inquirere ueritatem, ut sic ad eam perueniat. arg. 37. quæst. vlti. occidit. Quid si prælatus habet scientiam rei alienæ, sed ecclesia habet bonam fidem? Dicunt quidam, ꝙ tenetur denunciare ei quem credit dominū, & sic purgabit conscientiam: nec videtur fraudem facere. argum. ff. de nego. gest. at qui natura. §. cùm me absente. ff. manda. Quintus. & melius, in auth. vt spon. larg. § rursus. col. 9. Sed nunquid in hoc casu tenetur defendere ecclesiam? & dicunt quòd sic. sed non oberit confessio sua ecclesiæ, nisi vbi de facto suo ageretur. arg. 26. quæst. 2. post quam. j. de exces. prælat. inter dilectos. §. præterea. ff. de iur. & fa. igno. plurimum. Mihi videtur, ꝙ cautè faciet, si habeat consiliū capituli sui, & aliorum proborū, si qui sunt qui melius nouerint veritatem: quia ab aliis quærendum est. s. de iura. calum. in pertractandis. s. de elect. scriptum §. 1. s. de testi. licet ex quadam. & si habito consilio inuenerit, quòd aliena sit res, ipsam restituat. ar. j. de sim. per tuas. 54. dist. generalis. in fi. imputandum enim esset ei, si superuacuā litem exerceret. ff. de admi. tut. quoti. §. sicut autem. & sicut per se nō debet hoc facere, ita nec per alium. ar. j. de pecu. cleri. c. pen 46. dist. sicut non suo. nec debet fraudem adhibere contractibus suis. j. de dona. per tuas. nec laqueum iniicere. 27. q. 1. de viduis. 2. nec contra conscientiam agere. vt no. s. eo. §. sub §. 1. resp. 1. & ad hoc. C. de aduo. fisci. l. pen. & de iud. rem non nouam. Quid si prælatus conscientiam lęsam habuerit, capitulū verò bonam? Dicat prælatus, Defendatis vos, prout melius poteritis. ar. legis proxi. inductæ. 16. q. 7. filiis. j. de reb. eccl. non alien. si quis presbyterorum. ad fin. à sanguine autem huius causæ volo ꝙ mundæ sint manus meæ. arg. 40. dist. Ephesus. Sed quid si iam completa præscriptione conscientiam rei alienę incipiat habēre, puta audiuit & pro certo, ꝙ hæ res quas præscripsit, erāt Martini, nunquid ipsas debet reddere Martino? Theologi dicunt ꝙ sic. & facit pro eis: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14. quæst. 6. si res. j. de usur. cuncta. §. super his. ad fin. & nullus numerus annorum defendit. 34. quæst. 2. si uirgo. & not. s. §. proximo. Magistri canonum communiter contradicunt: quia completa præscriptione tutus est qui præscripsit, secundum utrunque ius: ut j. eo. cap. 1. & cap. de quarta. & cap. ad aures. 16. quæstio. 3. cap. 1. & 2. & cap. dilecto. talis enim iure, id est, authoritate iuris possidet. si iure, ergo iustè: si iustè, bene. secundū August. 14. q. 4. quid dicam? Alanus uolens concordare Theologos & Magistros, distinxit utrum ex causa lucratiua is qui præscripsit causam habuerit, & tunc est uera sententia Theologorum. argumen. ff. de his quæ in frau. cre. quòd autem. § sed quod cum pupillo. uel ex causa onerosa, & tunc non tenetur reddere, & sic est uera sententia Magistrorum. argumen. 13. quęstio. 1. quod debetur. C. de iure delibe. sancimus. §. sed si legatarij. C. de codicil. l. fina § penultim. in fin. Hæc opinio reprobatur. C. de præscript. long. tempo. l. penultim. j. de dona. Apostolicæ. respons. 1. ad fin. Goffre. dixit, quòd sententia Theologorum consilium est, non necessitas. acquiescere ergo eorum sententiæ arbitrarium est, nō necessarium. 14. quæst. 1. quod præcipitur. ff. manda. l. 1. in fin. sed & quamuis non sit necessarium sequi consilium, si tamen consilio uti uolueris, minus boni adipisceris, tamen nihil mali perpetrabis. 14. quæst. 1. quisquis. Mihi uidetur, ꝙ in hac quæstione cōscientia Theologorum est nimis angelica, sicut & sententia Legistarum in materia quam not. s. eod. sub §. uerum. quicquid dicant Legistæ, est nimis sensualis: ut patet in his quæ not. j. eod. uersic. sed nunquid maius peccatum. In utraque ergo dico standum esse canonib. sequentib. rationē. quod dicut not. j. de clandespon §. quare prohibeant. nec enim leges, nec legistę possunt homines bonæ fidei facere, si conscientia contraria sit: & si contraria est, ædificat ad gehennam. j. eod. c. fin. 24. q. 1. §. ex his. s. de restit. spol. literas. § porrò. s. de scru. in or. fa. c. 1. & licet erronea sit, tamen consilio prælati deponenda est, si tamen deponi non potest, ueniens contra sententiam periculum non euadit. j. de senten. excom. inquisitione. j. de sim. per tuas. 2. igitur si quis credit peccare mortaliter, retinendo rem præscriptam legitimè, ipsum non Theologum iudico: sed fraudulosum, cùm id timeat quod nulla suspicione est dignum. C. de iure delibe. scimus. §. ex omnibus. C. de fid. instr. l. vlt. in fin. j. de simo. & si quæstiones circa prin. si tamen eius conscientia ratificari non pōt, reddat rem, & sequatur conscientiam: nam aliter, ut s. proxi. not. periculum non euadet. Ego tamen de illis non sum: quia non uideo rationē nisi contrariam. nam ex quo præscripsi aliquam rem, dominium acquisiui, ut not. j. eod. §. quis sit eius effectus. & hoc authoritate iuris: ꝙ cùm essent omnia communia, etiam per uiolentiam ab initio res diuisit. ut Instit. de iure natu. respon. 1. §. ius autem gentium. & fecit per certos modos, hoc meum, & hoc tuum. 8. dist. quo iure. & iunge quod not. j. de sen. & re iudi. § quot sint. sub §. sed nunquid hoc est simpliciter uerum, quo ad temporalia, & sequentib. nec mireris, si acquiritur ius per præscriptionem longā uel longissimam. nam & secundum legem diuinam pręscriptione anni unius acquiritur res in casu, & omne ius tollitur, ut legitur Leuiti. 25 ut dicit, si nō redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi nō poterit, etiam in iubileo. nam sicut ibi procedit in anno iubileo, regulariter omnis uenditio redibat ad dominum, & ad possessorem pristinū: excipitur domus uendita intra urbem, quæ spacio vnius anni præscribitur, ut prædixi. Nunquid ergo si per præscriptionem legitimam rem alienam acquisiui, habeo de cætero rei conscientiam alienæ? Absit, imò meæ: quia & mea facta est. vnde & authoritate iuris, necessitate famis instante, possum rem alterius occupare sine pœna furti, & comedere. j. de furt. si quis pro necessitate. quamuis aliqua pœna imponatur, ut ibi dicit. & equum meum pabulare. ut in constit. feu. de pa. tenen §. ult. qui incipit, quicunq; per terram transiens. Sic & si princeps mihi rem alienam dederit, non habeo rei alienæ conscientiam, sed meæ: quia hoc facere potest, cùm sit mundi dominus. 8. dist. quo iure. ff. ad l. Rhod. de iact. deprecatio. aliàs incipit, domine Imperator. ff. de euic. Lucius. Sed nunquid maius peccatū est, rem alienam conferre, quàm quod etiam cum mala fide per 30. an. præscribatur, constituere? Resp. nec maius, nec minus: quia primum nullum peccatum. nam hoc est ius principis, ꝙ potest rem alienā donare: quia quantūcunque aliena sit, ipse tamen est dominus: ut patet in his quæ not. j. eod. uersi. item hoc intelligas. & s. eod. uer. proxi. & licet aliqui intelligant, ꝙ omnia sint principis, quo ad iurisdictionis tuitionem & defensionem: uerius est tamen, ꝙ etiam

ADDITIO.

a Tantò grauiora sunt peccata. ¶ Adde tex. in c. cum ecclesia. de sim.

etiam quo ad proprietatem & maius dominium &, ut in alium dominium possit transferre non solum quò ad utilitatem, vel fructuum perceptionem, ideo potius videtur dare suam quàm alienam. Itē illi cuius res erat, datur regressus aduersus fiscum. vt j. eod. versi. ergo Imperator. & sic imputet sibi, si non agit. nā princeps hoc habet priuilegium, & sic nemini facit iniuriam, si vtitur iure suo. s. de ele cum ecclesia Vulterana. per cōsequens, nec recipiens peccat, nec fraudem committit. sed nec intellige quod no. j. qui fil. sint. legi. §. qualiter & à quo. sub §. salua reuerētia. versi. quamuis ergo Imperator. & seq. sed qui præscribit mala fide, fraudulenter agit, cum sciat alienum quod possidet, & sic cōscientia semper remurmurat, dum est in præscribendo. ideoque si primo anno quo uenit ad pœnitentiam, quod debet facere quolibet anno semel ad minus. vt j. de pœnit. omnis non denudat. hic in pœnitentia non verè confitetur, & sic quolibet anno mortaliter peccat: si denudat, iniungetur ei ꝙ rem reddat: & si hoc non facit, mortaliter peccat similiter. sic ergo semper uiuit periculosè, & in mortali peccato. vnde cū ex hoc puniri debeat, non potest ex eodem præscriptionis priuilegium reportare. ar. j. de donat. inter uir. & uxo. etsi necesse. ff. de neg. gest. siue hereditaria. & hoc est quod no. iura signata s. e. sub §. respon. 1. ibi, sicut enim continuationem, &c. & ver. mihi videtur, ꝙ in hac quæstione. Sic dicerem & in Papa, ꝙ bene posset mihi conferre aliquam ecclesiam alienæ prouinciæ, siue Episcopatus, & ego cū sana conscientia ipsam recipere, & tenerem. 9. quæst. 3 cuncta p mūdū. &c. p principalē. vel aliquā eximere. sed nō posset facere, ꝙ aliquā cū mala fide ope exceptionis præscriberē, uel ecclesia alienā propter mortale peccatū annexum, vt dixi, secus in psonalibus actionibus. qđ dic ut no. j. e. sub §. quæ res. ver. sed nūquid. Ergo Imperator potest conferre rem alienam: excipe rem ecclesiæ, quam non potest donare, ut j. de reb. eccl. non alie. c. 2. 16. q. 1. in canonibus. nec in præiudicium ipsius cōstitutionem facere, ut no. j. de immu. eccl. §. inquantum. sub §. sed nec illam. rem autem priuati secularis, & laici potest donare, vt dictū est s. ver. sic & princeps. & probatur s. dist. quo iure. Insti. de vsuca. §. vlt. & pe. C. de quadri. præsc. bene à Zenone. nam ut ibi dicit, siue Imperator siue Augusta siue procurator principis, epistalmate tamen interueniente, id est, scriptura cū signo & sigillo, quo Imperator consueuit vti, rem alienam quocunq; titulo alienationis in aliū transtulit, ipsius est s. recipientis, licet dominus rei possit eum pro æstimatione rei intra quadrienniū conuenire. sic intelligitur. C. de quadr. præs. l. 1. 2. & 3. sic corrigitur quod legitur C. si aduersus fiscum. edicto. & Insti. de usuca. §. si. Hoc autem intelligendum est, quādo vnam rem alienauit, vel plures singulares, sicut si vniuersitatē aut hæreditatem alicuius. ratio enim est: cōuenitur recipiens à creditoribus hæreditariis, & etiā à vero hærede, petitione hæreditatis vtili C. de hæredit. vel act. vend. l. i. ff. de peti. hære. nulla. aliàs incipit, etiam §. item si quis à fisco. Item hoc intelligas, quando tanquam suam, illa ratione, quia dominus est omnium, alienauit: secus, si tanquā alienā: quia fortè tributa non soluebantur: vel quia census aliarum functionū publicarum, s. annuarum exactionum soluta nō sunt siue in vestibus, siue in auro: vel argento, vel ad refectionē pontium, vel uiarum pertinentib. consistant: ut sic omnium possidentium terras fiat collatio, per quorum solutionem siue in totū, siue in partē cessatū fuerit, procurator fisci prædia vendere pōt. C. si propter public. function. l. j. C. de distra. pig. quandiu. vnde propter reliqua dicitur fieri uenditio, id est, propter illud quod restat ad soluendū, sed & omnia significare potest reliquorum præstatio. ff. de verb. sig. cæterorum. Hic aūt necesse est, ꝙ iusto precio fiat venditio, ꝙ res præconizetur & subhastetur, & ꝙ ad sit authoritas præsidis, & ꝙ bona fide cōparetur. C. si propter public. function. l. 2. & ꝙ interueniat authoritas tuto. vel curat. illius, cuius prædium distrahendum est. & si aliquod istorum defuerit, non tenet contractus. C. si propter pub. fun. l. penulti. & si quæras, quanto tempore debemus expectare soluentem antequam fiat distractio, non plenè exprimitur lege. dixit tamē Azo, ꝙ satis potest dici, vt per biennium expectetur, sicut dicitur in simplici colono priuati. ff. loca. quæro. §. inter locatorē. & in emphyteuticario ecclesiæ. j. de loc. c. pe. & vl. Vel pōt dici, ex quo intra terminum statutum non soluit, nec postea videns distractionem imminere, antequam fiat, vult moram purgare. ar. in proxi. decre. & ff. de iure delib. l. j. §. ait prætor. s. de os. dele. de causis & de transa. c. fi. ad fi. & j. de vi. & ho. cle. à crapula. in fi. j. de clan. despons. cum inhibitio. & similibus. Hoc etiam intelligas, ubi fiscus non uendidit bona uacantia tanquam sibi delata: tunc enim dist. vt no. s. sub rubri. de usu. §. quæ no. uer. idem potest dici in rebus fiscalibus. Nunquid etiam si princeps uel Lateran. concil. uel tempus cuius non extat memoria, mihi concedit, ꝙ de aliena accipiam nomine pedagij: nisi aliud obuiet, habeo rei conscientiam alienæ? nequaquam ut j. de uerbo. sig. super quibusdam. §. præterea. Aliqui tamen dicunt, ꝙ ualet præscriptio, etiam cum mala fide: & si uis hoc fouere, potes dicere, ꝙ ualet, quo ad exceptionem acquirendam, quā dominus amittit per negligentiam suam, ut no. s. eo. § uer. igitur ſm leges. & procedit non quo ad actionem acquirēdam, si fortè quis à possessione cadat, & sic potest intelligi. j. eod. quoniam. quod mihi non placet. sed dic, ut not. j. eo. §. quæ res. uers. sed nunquid.

Hoc quo ad res laicorum, in quib. hęc tria tantundem requiro. Primum est, ꝙ bona fide possideantur. & no. ꝙ si quis per 30. annos, rem aliquā ut feudum possederit, & seruitium domino feudi exhibuerit, & si inuestitus non fuerit, defendetur tū pręscriptione, ut in consti. feu. si de feudo uas. ab aliquo interpellat. fue. c. si qs per 30. ann. sed hodie vř ꝙ nulla obstet præscriptio, ut in consti. feud. de prohibit. feud alienat. per Federic. c. Imperialē. §. nos aūt. super quo uide qđ no. j. de immu. eccle. §. à quibus muneribus. uersi. ab angarijs uerò, & seq. Secundum exigitur, scilicet ꝙ continuè possideatur usq; ad legitimum tempus completum, ut no. s. eo. sub. §. uerum quicquid dicant Legistæ. aliqui tñ dicunt, ꝙ si ante completam pscriptionem habuit quis malam fidem, postea incipiat habere bonā, & si compleat præscriptionem, non vř fuisse interrupta præscriptio. ar. 11. q. 3. cui est illata. sed expressim ꝯdicit j. eo quoniam. in fi. ibi, nulla temporis parte, &c. & c. pe. ad fi. ibi, si verò nondum, &c. nam vt ibi probatur, & præcedentibus, si quis præscriptionem. non obest postea mala fides, sed obest ꝯrius actus. si verò est in præscribendo, superueniente mala fide, præscribere non pōt, nec potest dici fuisse erronea, quia aut petens probabit se dominum, & sic nō errabat in hoc, ꝙ rem putabat alienam: aut non probabit, & sic non est necessaria probatio præscriptionis. C. de rei vend. l. vlti. sic uidetur, ꝙ hęc interruptio naturalis sit, quia omnibus prodest, ut & plenè innuitur. 34. q. 2. si virgo Non tamen intelligas, quòd præscribens teneatur probare hanc continuationem possessionis, quia hoc impossibile esset, sed sufficit, quòd probet se possedisse in principio temporis, medio, & in fine. arg. C. ne de statu defun. si mater. ad fin. C. de apoc. public. quicunque. li. x. ff. de leg. j. si seruus plurium. §. si numerus. secundum Ioan. Tertiū etiam requiritur, scilicet ꝙ res sit præscriptibilis, aliàs contrà, ut patet in his quæ no. s. sub rub. de usucap. § quæ non. & idem intelligas in rebus patrimonialibus clericorum, in quibus 30 ann. sufficiunt. 16. q. 3. c. 1. & 2. placuit. quicunq; secundum hoc qđ dicitur j. eo. sanctorum. pertinentes, subaudi, spe. j. de pec. cleri. per totum. vel dic pertinentes sicut creditor, puta quia emerūt clerici à nō domino bona fide, quamuis ipse qui uendiderit, habuerit malam fidem, & tunc sic ordinabis literam: pertinentes perpetuò teneantur, subaudi, ab his fratribus uestris, à quib per 30. ann. &c. & tunc est casus, quòd ecclesia præscribit contra laicum spacio 30. ann. & de hoc no. j. e. ver. proxi. nec mirum, quia & laicus contra laicum sic præscribit. C. de præscr. long. tempo. l. j. & auth ibi signata. & in his casibus potest intelligi decre. j. eo. sanctorum. quam alij dicunt correctam per illam. j. e. illud. vel aliter, ut no. s. eo. §. quando constitutio. sub. §. licet autem. ver. si in fauorem ecclesiarum. in rebus autem ecclesiasticis hæc eadē tria, quæ s. prox. no. requiruntur. & maius tempus, scilicet centum anno. secundum iura antiqua. C. de sacrosanct. eccle. l. fin. in auth. vt eccles. Roma. c. anno. habeat præscriptionem. col. 2. hodie verò in præscriptio. 40. ann. currit, & obstat ecclesiæ regulariter, nec minor sufficit, nec maior exigitur, quo ad res immobiles. in auth. hæc constitutio innouat constitutionem. §. j. col. 8. & de ecclesiasticis titu. §. pro temporalibus. col. 9. j. eo. de quarta, & c. ad aures. & c. illud. & c. auditis. s. de elect. Cumana. §. penul. & fi. suprà, de caus. possess. cum ecclesia Sutrina. & ca. cùm olim. infrà de censi. olim causam. Nunquid ergo ecclesia [a] potest res laicorum præscribere spacio x. ann. inter præsentes: vel xx. inter absentes? non videtur, quia quod quisq; iuris, &c. ff. quod quisque iuris. l. j. suprà, de consti. cùm omnes. §. cùm igitur. dic contrà. quia proprio motu non per impetrationem concessum est hoc priuilegium, sicut dist. ff. ꝙ quisque iuris. l. iij. & ideo quòd fauore, &c. C. de legi. quod fauore. sic sola quadragenaria præscriptio currit ecclesiæ: hæc enim pscriptio omne ius extinguit, siue priuatum, siue publicum. C. de præscript. 30. anno. omnes. Quandoque tamen minori spatio præscribitur res ecclesiastica, etiam cum sciētia rei alienæ: & est ratio, vt not. s. sub rub. de vsu ca. §. quę sunt necessaria. ver. quandoq; tamen speciale est. & accidit hoc, quando scilicet aliquis prælatus negligēs est circa hæresim alicuius loci sibi commissi extirpandam, & alius, in cuius per prædicationem ipsum locum ad fidem Christi conuertit, & per trien-

ADDITIO.

a Nunquid ergo ecclesia. ¶ Adde Do. in ca. causam quæ. de præscript. & ibi Docto.

per triennium pacificè possidendo dictum locum præscripserit, vt j.eod.c.1.subaudi,& 6.menses.vt 16.q.3. placuit. 2.responso 1.Itē res mobiles ecclesiæ, sicut & cæteræ spacio triennij vsucapiuntur. ut nota.s.in rub.de vsucap.§.quæ non.versic. quidam. Item priuilegia spacio xxx. ann. vel x.uel actu contrario amittunt,quod dic ut no.suprà,de constit.§.quando constitutio.sub §.licet autem.& distin.ibi sequen. Itē præscriptio annalis currit contra ecclesiam. s.ut lit.non contesta. quoniā frequenter. §.in alijs. & s.de resti.sin autem. & ca.pleruq;. & alia exempla poteris inuenire.s.e.§ quot sint eius species. Sed & temporales iudiciales contra ecclesiam currunt.s.de excep.pastoralis.iij.q.iij. §.spacium.& auth.offeratur. Potestas etiā ecclesiastica quandoque minori spacio concludit, quo ad actum, de quo agitur, & si hi qui debuerunt eligere intra tres menses uel vj.non elegerunt.suprà,de elect.ne pro defectu.& de sup.negli.præla.cap.2. Sunt & multi alij casus canonici, in quibus certis ex causis à potestate sua,uel per ius, uel superiorem suspenditur quis ad tempus,quos per se potest colligere diligens studiosus, tamen regulariter non obstat in ecclesiasticis, quo ad ecclesias aliqua præscriptio minor xl.anno. Hæc autem quadragenaria præscriptio spectatur,& hypothecaria præscrptio:C.eo.cùm notissimi.Hic tamen dist.quia aut res obligata possidetur à debitore uel hærede suo, uel alio vniuersali successore, & tunc spectat præscriptio ad 40.annos ut ind.l.cùm notissi.respon.j.Aut ab extraneo: & tunc habet causam à fisco,& sic spectat presc.quatuor annorum.C.de quadri.præsc.l.1.& 2. Aut ab executore tributorum, & tunc spectatur præscriptio vj.mensium. C.de cen.l.vltim.lib. 11.Aut ab aliquo priuato & tunc aut habet bonam fidem,& sic spectatur præscri long.temp.C.si aduer.credi.l.1.& 2. Sed nunquid hic,& in rebus mobilibus locum habet? & fert dominum Irn.id negasse.dñs Azo contrà putauit: necenim necesse debuit esse præscribenti, cùm minori tempore decē annorum factus sit dominus. ff de capt.& postlimi.reuer.l.in bello.§.si quis seruū ergo aut titulus & bona fides vtriusq; concurrit, & sic habet locum præscriptio xxx.annorum long.tempo. ut dictum est: aut alterum deficit,& sic spectat præscriptio longi tempo.xxx.anno.sicut in rem secundum l.C. de præscript.xxx.ann. sicut in rem & de præscript. long. tempo. l. 1. & authen. ibi signata.Nec obstat,ff.de vsuca.si quis fundum.§. vltim.ubi videt sufficere longum tempus, etiā si mala fides absit ex parte distrahentis: quia illud intelligit, quo ad proprietatem, non quo ad hypothecariam,& illud etiam hodie immutat in auth.s.proximè allegata. Item non obst.ff.de dam. infect.cùm postulassem. §.fina.nam ibi non soluit quæstio,sed mouet secundum Hominem Bo.& Azo.quicquid dicat,nihil cum mala fide præscribit. ut not.s.eod. sub §.quicquid verum. Habet etiam locum hæc quadragenaria præscriptio in actionibus, quarum præscriptio per litis contestat est interrupta.C.de præscriptio.xxx.ann.l.fin. Quandoque etiam prescriptio vltra 40.ann extendit,puta si de conditione curialium vel exac tributorum quæratur. ut C. de præscript.xxx.ann.possessionē & l.comperit, nisi quis impetrauerit,ut dempto canone rem possideat p priuilegium speciale. ut C.de fun.patri.l.fin.lib.11. Sed & contra Romanam ecclesiā[a] non currit præscriptio minor centum an.ut j.eo. cùm nobis & capit.ad audientiam.& cap.si diligenti.in fin.j.de confirm.vtili. cùm dilecta.§.quia verò.xvj. quæstio.iij.nemo in authent.c. ut Rom.eccle.c.an.gaudeat priuilegio, in rubro & in nigro.col.2. & sic potest intelligi, C.de sacrosanc.eccles.ut inter diuinū.Res etiā dominicæ, id est principis, uel reipu.uel templorum, nulla longitudine temporis præscriptione obstante, restitui iubent, ita q nec preciū p eis datum iniquis comparationib. restituet, licet de euictione sibi cauere fecerint,cū emerint contra legem, alias agere possent.C.de eui.si fundū.nec rescriptis per obreptionem obtentis poterunt se tueri,ut omnia hæc probant.C.ne rei dominicæ, uel templorū uendicatio tēporis except.submoueatur in ipsa rubrica.&l.2 & 3. Sed nunquid tempore illarum legum præscriptio longissima saltem 40.anno.prodesse poterat? ita vr.C.de præscrip. xxx.ann.omnes.sed alia l. Iustiniani exigit centum an.C de sacrosan.eccle.absurdū enim esset, ciuitatē, de qua ibi loquit,maioris priuilegij esse, quàm princeps, uel templum,siue ecclesia,ut in eadem l.innuit.Igitur cùm præscriptio, quæ contra ecclesias currit,sit in 40.an.coarctata,ut no.s.e.ver. in rebus autem ecclesiasticis multò magis,& quo ad ciuitatē intelligitur coarctata, secundū Iob.& Azo.ratione tamen reipu. minores præscriptiones, siue tēporales non currunt.ff.de diuer. & temp præscript.in omnibus. Itē ecclesia restituit in integrū, sicut respu.sed intra quadrienniū tantū quod dic ut no.s.de resti.in integ.§.cui.ver.item restituit respu.& seq. vnde completa præscriptione contra eccle.videtur, quòd intra quadriennium possit petere restitutionem à completo præscriptionis tempore computandum,quod dic ut not.suprà, de restitut.in integ.§. quandoque.versic vlti.

Quartum etiam requiritur in prescriptione rerum ecclesiasticarū,s.titulus,ut expressim legit j.e.si diligenti. ad fi.j.de decimis, dudum.§ 1.& s. de proba. licet.§ ex præmissis.& vr esse triplex ratio. Prima est, quia tempus non est modus tollendæ obligationis.ff.de actio.& obl.l. obligationū ferè. §.placet.multo minus inducendæ,cum fauorabilius sit tollere,q inducere:sicut absoluere fauorabilius est,q condemnare.ff.de actio & obl.Arrianus.& cui damus actionē, multo fortius exceptionē ff de superficiebus.l.1.§.qd ait prætor. vnde census sine causa præstitus,nullus est. j.de censi.peruenit.Secunda,quia sm leges, vbicunq; requirit bona fides, requirit & iustus titulus,ut apparet in his quæ no.s.eo.§.resp.1. & vers.seq.& in rubrica,de vsuca §.quæ sunt necessaria.ver.2. & ver. 6 & in seq. rubricel s. pro soluto, & alijs omnib. sed sm can. nulla præscriptio valet, saltē in rebus eccl.sine bona fide,ergo sm l.nec sine titulo, inspecta natura iuris canonici,quod saltē in ecclesiasticis sequi debemus.Tertia,quia mala fides præsumit,nisi quis p probatinoē tituli releuet,ut satis conuincit. C.de præsc.long.tēp.l.pen.quod dic,ut not.s.e.§ respon.j.ver.bona fide.& est fortè illa ratio,qa oēs scire debent quod suū non est, hoc ad alios m odis omnibus pertinere.C.vnde vi l.fina.ideo si quid inuenisti,reddere debes, alias furtum committis uel rapinam ut not. s.eo.sub §.verum. sed contrà,quia nemo cogitur dicere titulum suæ possessionis, nisi conueniat petitione hæredi. C.de pet. hæred. cogi.2.q.5.§. 1.nam & bona fides,quæ semper præsumitur, ut not. secundū Azo.s.sub rubrica,de vsuca.§.quæ sunt necessaria ver. 2. cū cōtinuatione tēporis sufficere videat,ut j.e de quarta.& c.vigilanti.& c.quoniam & quasi per totū.in quibus nihil dicit de titulo. ad idē suprà,de prob.ex literis.18.q.2.seruitium.1.q.3.quæsitū. C.de præsc.xxx.an.cōperit.& quasi p totum.Itē si iustus titulus requirit & probat,ergo non est locus præscriptioni, cùm res ex duabus causis non possit acquiri insolidum.ut patet j.e.veniens. §.vlti.& not.suprà eo.sub rubrica pro suo versi.si nec rem propriam. Præterea si quis fundat intentionem suam de iure communi,petens vineam, uel fundū, qui situs est intra territorium alicuius castri,quis probabit qualiter ipse, uel pater suus ipsum acquisiuit,cùm fortè non extet memoria, quòd genus suū semper tenuit, quilibet exhæredari poterit hoc prætextu,quod esset iniquū nec ob.ff.de offic. præfec.vrb.l.1.§.in initio.vel similia,quia intelligi possunt non quò ad proprietatē,sed quò ad iurisdictionē.Circa hanc materiam multi multa dixerunt.Io.no. q circa corporalia non est necesse titulum allegare. s. de causa pos.& propriet.cùm ecclesia Sutrina.C.de agri.& censi.litibus. lib.11.secundū Ioan.& de hoc not.j.de censi.§ quis census. ver. sic ergo in censibus. sed hoc vr reprobari. s. de elect. consti.vbi agitur de iure eligendi,& sic incorporali,& tamen monachi iussi sunt exprimere titulum, & allegauerunt ineptum, vnde succubuerunt & intellexit Goff.q illud monasteriū Siscanū immediatè subesset domino Papæ, sicut apparet in integra. vnde non valuit concessio ibi facta sine consensu Papæ,cū esset quasi quædam seruitus:ar.s.de resti. in integ. cùm venissent in fi.j.de sen.& re iud.suborta. uel illa concessio non est extendenda ad electionē:quia odiosa est,vnde est restringenda j. de deci.tua.j.de consan.& affi. q dilecto.Neutra solutio mihi placet, quia non est seruitus, p quā Papæ fiat præiudicium,nec est odiosa concessio,imô fauorabilis: quod religiosi ad elect.vocent, ideo dic q ibi fiebat concessio, ut abbates illi, de quibus ibi loquitur,haberent vocē in capitulo, subaudi, tanquā monachi, ita q monachi & fratres eius monasterij rem alienent 9 consilium.j.de relig.do.c.si.ver.tamen.cùm præscriptio cōpleta eis prodesset, ut s.de elect.Cumana.& de causa pos. cū ecclesia.& ca. cùm olim. sic videtur quòd in incorporalibus tantum faciat vsus cū præscriptione, quantum in corporalibus titulus cū præscriptione, & sic in consuetudine allegatur vsus loco tituli, & tēpus pro præscriptione. vnde consuetudo nil aliud videtur sonare uel esse, quā vsus præscriptus, secundum hoc intelligi possunt iura induncta s.in rubrica,de vsucap.§.quæ res.ver.illa verò.& seq.& iunge quod nota.s.de consuetudine.§. qualiter pbari.versi. sequitur in

ADDITIO.

a Contra Romanā ecclesiam. ¶ Adde c.2.de præscrip.li.6.Are.in c.2.16.q.4.limita dicta iura, vt procedant in iuribus immediatè pertinentib.ad ecclesiam Romanam:secus si ad subditos ecclesiæ Romanæ,tunc sufficit tps commune sm gl.& Do.in ca. ad audientiam.de præscri.& per Abb.consil.18.incip.in causa & quæstione quæ vertitur seu verti speratur. ad fin.in 2.volu. Item Imperator gaudet hic priuilegio centum annorum,secundum Ang.in l.sicut in rem. C.de præscri.xxx.ann.ubi alleg.gloss.in verbo,differunt enim.in §.vt autem.in authen.de non alie. Item hic priuilegio centū annorum gaudet princeps non recognoscens superiorem, secundum Alc. de Imol.loquens de duce Mutinen.consil.84.in 4. col.incip.in causa vertente.in j.volu.

tur in deſcriptione.& ſeq & § fina.ſub §.extra ſummam.uer.tertia.Circa corporalia nō requiritur titulus iuſtus, ſecundum Io. & legitimus & uerus,ſed putatiuus & erroneus,ut quia Epiſcopus dedit ſine conſenſu capituli, quæ donatio nō transfert plenū ius,vt j̃.de dona.paſtoralis.in fi.transfert.tamen cauſam præſcribēdi,ut patet j̃ de dona.Apoſtolicæ.reſpon.primo.ad fin.& ſic poteſt intelligi, j̃.de iure pat.cura.nam & poteſt credi,ꝗ Epiſcopus conſenſum capituli habeat:j̃.de his quę fiunt à præla.ſine cōſenſu capituli.ea naſcitur.& licet erret in facto, nihilominus intelligitur habere bonam fidē.ff.de verbo.ſig.bonæ fid. & ſic uerus titulus,quāuis erroneus,dat cauſam præſcribendi.j̃.de cōtrah.emp.peruenit.& no.s̃.tit.pro legato.vt patet ex præmiſſis.ſed & præſumptus dat cauſam præſcribēdi,puta quādo Epiſcopus negligens eſt circa petitionē quartæ decimarū ſibi debitæ,& ſic præſumitur ipſam cōcedere poſſidenti. vnde ex tali titulo præſumpto pręſcribitur.j̃.e.de quarta.ſecundum Io.Idem ſentit Guli.Naſo,ut nota.s̃.de reſtitu.in integ.§.quando. uer.caue tamē tibi:Lauren.& Tan.dixerunt,quòd ſufficit bona fides, nec requiritur titulus,niſi quādo præſumptio eſt cōtra poſſidentē.argum.j̃.de relig.domi.cap.pen.§.fi.& pe. Gof.hoc idē dicit niſi quis ſpōte alleget.j̃.de decimis.dudum. uel niſi pro hærede, uel poſſeſſore poſſideat.C.de petitio.hæred.cogi.B.dixit, quòd vbi eſt talis res,quæ de iure communi poſſideri poteſt: ſicut vinea,uel fundus,ſufficit bona fides, ubi uerò talis eſt, quòd non poteſt poſſideri de iure cōmuni,ſicut eccleſia, uel decima detēta à laico,quāuis religioſo,tunc requiritur titulus.& ſic loquitur j̃.de decimis.dudū.Indiſtinctè ſuſtineri poteſt, & probabiliter,quòd in omni præſcriptione,excepta illa, cuius non extat memoria,exigitur,ſecundum Cano.quòd allegetˉ titulus, & ꝓbetur.alioquin poſſidens condēnabitur, ut probant iura inducta.s̃.eod.uer.quantum.& ſeq.vſq; ad uerſi.ſed cōtra. nec obſt. iura cōtraria.nemo enim cogitur dicere titulum quæ poſſeſſionis,&c.verum eſt ab initio ante lit.cōteſt.nec etiam poſt, actore non probante,nam reus,& ſi nihil præſtiterit, abſoluetˉ. C.de reiuend.l.ulti.vi.q.vlti.actor.porrò actore probāte intentionē ſuam,vel per teſtes,vel per violētam & ſufficientem præſumptionem,debet reus,niſi titulum allegauerit,& probauerit, condemnari.C.de probat.ſiue.Item non obſt. iura, quæ non videntur exigere niſi bonā fidem,quia quod minus dicunt de titulo, ſupplendū eſt per alia, quæ titulum exigunt & requirunt. ff.de legibus.nō eſt nouum. quod enim primum ius dubie vel ſemiplenè dicit,ſequens declarat & ſupplet.ff.de publiciana. de pręcio.s̃.de cōſti.c.fin.s̃.de offi.dele.ſuper quæſtionum. j̃. de ſimo. per tuas.j̃.de ſen.exc.inter alia.nec mirum. quia & per iudicem ſupplendū eſt.ff.de teſti,quæſitū. ſcio.-Sed nec obſtat quod no. s̃.eo.ver.item ſi iuſtus titulus, ut apparet in his quę no. s̃. eod. uer.circa corporalia.Nec obſt.etiam,quòd no.s̃.eodem.verſic. præterea ſi quis fundū.quia illud excipitur. vt no. s̃. eod. uerſici indiſtinctè. Vt tamen non omnino ab opinionibus maiorum videar recedere,ſic videtur tenendum, quòd ubicunque intentio actoris de iure communi fundatur in rebus eccleſiaſticis, id eſt ſpiritualibus:puta epiſcopus petit eccleſiam, uel portionem canonicā intra ſuā diœceſim,& exigitur,ꝗ per eū contra quē agitur,titulus allegetur & ꝓbetur,ſic 100.di.ↄtra morē.& ſic manifeſtè loquitˉ j̃.de decimis.quoniā.& c.dudū.ver. nō ſpōte.ſicut quidā intelligūt,fuit titulus allegatus,imò præſcriptio.ut patet in §.1.ibi,præſcriptio.allegas no.quòd nō dicit titulum,ſed præſcriptio.& ſtatim ſequitur,ꝗ Papa mādauit,vt pręſcriptionis titulū quē allegauit,probaret,& tamē nō allegauerat titulum,ut dixi.vnde potius debuiſſet dicere pſcriptionē quā allegauerat. Sed ideo dixit cautè de titulo,qa aliàs inutilis eſſet præſcriptio. vnde qđ ibi dicit allegauit,expone.i.tacitè præſumitˉ allegaſſe. & ſicut probatū eſt,præſcriptio,ſiue curſus tēporis, ſine titulo nō ꝓdeſt:& eſt ratio,quia in tali caſu,ſcilicet qñ actor fundat intētionē ſuā de iure cōmuni,aut præſcribēs ſciebat ius, & ſic cū malæ fidei eſſet,præſcribere nō potuit.aut ius ignorabat,& talis ignorantia nō profuit,vt no.s̃. in rubrica,de vſucap.§. quæ ſunt neceſſaria.ver.iuris aūt ignorātia.maximè in tali iure, qđ quaſi naturale eſt,& qđ oēs tenentur ſcire.ar.xciij.diſt.nulla ratione. j̃.de pœnitē.omnis.ſicut nec in iure conſimili: aliàs excuſat.C. de in ius uocan.l.2. Et idem videtur, ſi quis fundet intentionē de conſuetudine,ut patet s̃.de officio archid.capit.fina.reſponſo.1.& §.finali.Idem eſt,ſi agatur de rebus temporalibus eccleſiaſticis, & contra poſſidentem ex cauſa aliqua præſumitur, & ſic apertè loquitur.j̃.eod.ſi diligenti.& ſuprà,de probatio. licet Vbi verò nulla præſumptio eſt contra poſſidentem,abſoluitur, & ſi nihil pręſtiterit.quod dicut no.j̃.de benefi.eccl.§.datur hic & alia regula.In rebus uerò temporalibus laicorum, uel patrimonialibus clericorum,etiam ſi de iure cōmuni petatur res,ſufficit bona fides cum præſcriptione.30.anno completa.nec exigitˉ tur titulus.maximè propter defectum probationis. argu. ff.de rebus creditis,& iureiurand.generaliter. reſponſo 1. aliàs abſurditas poſſet ſequi.vt not.ſuprà eodem verſicu. præterea, ſi quis fundet.ſic intellige,C.de pręſcript.30.anno.omnes.& per totū. & licet illa iura velint,quòd cum mala fide poſſit quis præſcribere,tamen hoc non eſt eis credendum, vt patet in his quę no. s̃.eo.ſub §.uerum præſcribere,quicquid dicant Legiſtæ, & ſeq. Si verò præſcriptio completa non ſit,ſuccumbet poſſidens,niſi titulum probet.C.de probat.ſiue.quantumcunque habeat bonam fidem,vt patet in his quæ nota.ſuprà eod.verſicu. 1.qui incipit,bonā fides & titulus pro ſuo,verſi.item titulus iſte. Sic notabis,& elicies ex prædictis,quòd ſubditus laici facilius pręſcribitur.quàm ſubditus prælati,& eſt ratio quadruplex.Prima, qa facilius alienantur res laicorum,quàm eccleſiarum. vt patet in his quæ no.j̃.de reb.eccl.non alienan. §. quæ ſit forma. vnde & in Leuiti.25.capit.legitur ſic, Aedes Leuitarum quę in vrbibus ſunt,ſemper poſſunt redimi:ſecus in domibus laicorum venditis intra vrbem, quæ ſpacio vnius anni ſine ſpe recuperationis præſcribantur, vt ibi præcepit,& eſt ibi argum. quod cum conſcientia rei alienæ poſſit quis præſcribere, vt tamen cum mala fide, cùm ibi interueniat authoritas illius, qui peccare non poteſt. infrà, de pœn. diſtinct. 2. §. charitas.ſuper quo vide quod not. s̃.de vſucap §. quæ ſunt neceſſaria. verſicul. quandoque tamen ſpeciale eſt.item Leuiti.xxvii.capitul.Omne quod Domino conſecratur: ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non vendetur: nec redimi poterit, quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino: ſecus de poſſeſſionibus laicorum, ut ibidem. Secunda, quia & perſonę laicorum facilius alienantur, quàm clericorum, vt patet infrà, de parochiis capit. 1. ſuprà,de foro compe.ſignificaſti. Tertia, quia ſpiritualia non acquiruntur, niſi iuſto titulo interueniente, & authoritate Epiſcopi regulariter. ut not. infrà, de conſt. §. qualiter.Quarta,quia prælati & clerici nihil proprium intelliguntur habere. xvi.quæſt.1.quoniam.j̃. de præbend.c.3. vnde nec ſunt domini.j̃. de do. fraternitatem. & ideo in eo quod poſſident verſatur & conſideratur vtilitas publica & communis: non ſic in laicis, qui proprium habent, & omnia priuatæ vtilitati appropriare intendunt. ideo non eſt mirum, ſi publica & communis vtilitas plus habeat priuilegij quam priuata.s̃. de poſtula.præla.bonæ.1.7.quęſt.1.ſcias.C de cadu.tol.l.vnica.§. fin. C. de primipil.vtilitas publica. lib.12.in auth de reſti.& ea quæ parit in 11.menſe.§. licet. ibi enim ea quæ communiter, &c. collat.4.& iunge quod not.j̃.de cenſibus.§.quis cenſus, & s̃ de conſue.§.& de virtute ipſius.ſub § extra ſummam.verſic.3. Sed qualiter non tenetur quis probare titulum, quando dominus ſecularis fundat intentionem ſuam, de iure communi, ſicut quando fundat Epiſcopus intentionem ſuam de iure communi, ut innuitur ſuprà eod.verſic.vt tamen non omnino.& verſic. prætereà.ſi fundet. maximè cùm & in ſingularibus videatur titulus requirendus, vt viij.diſtinct.quo iure.reſpon.fortè fauor religionis & fidei, hoc faciat. argum. ff. de religio. & ſump. fun. ſunt perſonæ.& quia ſpiritualia digniora & fortiora ſunt.s̃. de tranſla.epiſco.inter corporalia & quia circa maiora periculum vertitur.xlii.di quieſcamus & ne detur materia ingerendi ſe: tēporalia enim tota die acquirūtur in multis caſibus, iuſtè etiam authoritate iudicis ſecularis, non ſic in ſpiritualibus. ad hoc s̃. de elec.qualiter.& de renunc. admonet. cum ſimilibus. imò eſt fortè & melior ratio, ſcilicet quia in ipſo quæritur, quod facis, falſum inducis. nec enim eſt aliquod ius commune ſcriptum, quod regna vel principatus diuidat ſeculares: ergo non poteſt ius commune, quod non eſt, allegari: ſecus in Epiſcopatibus & parochia, vt probatur j̃.de his quę fi. à præl. paſtoralis. xiii. q.1.eccleſiaſticas. vnde nec diuiduntur, nec vſurpantur, quia nec ſine ſuperioris anthoritate, &c.j̃.de præbend.maioribus.j̃. de rerum permutatio.quæſitum. & ſunt adeo limites eccleſiarum firmi & ſtabiles,ꝗ nec præſcribi poſſunt, vt not.s̃.eodem. ſub rubrica, de vſucap.§.quæ non.uer. vlt.ſecus in limitib.ſecularium principū, q tota die mutantur & diuiduntur,& in feudalibus, quicquid prohibeat conſtitutio feu. de non alie. feu. ſine conſenſu maio. d. l. imperialem. § præterea. 2. & uſurpantur violenter de iure,Inſti.de iure natu.§. ius autem gentium. 3. q.1.nulli dubium. ideo nec iudices eccleſiaſtici debent recurrere ad limites laicorum. vt xvi. quæſt.v. poſſeſſio. & ſic intelligitur infrà.de religio.domi. capit. 1. Sed viri & limites ac iura eccleſiaſtica dicuntur immutabilia permanere.ar.Inſti.de iure naturali.§.ſed naturalia.non ergò mirum, ſi ius eccleſiaſticum,qđ in hac parte quaſi immutabile eſt, requirat titulum, & non humanum.argum.C.de ſacroſan.eccle.vt inter diuinum.& de veteri iure enucle.l.2.§.ſed quia diuinæ.in authen. de non alienan. aut permu.rebus eccl.§.ſi minus.col.2.ad hoc.xvi.q.3.licet in regulis.& §.poteſt. & aliter diſtingui. 3. quæſt.vi. hæc quippe. ad fi. 100. diſtinct. peruenit.xl. diſt. Imperatorum. & per totum. ad quod pertinet qod no.s̃.de iureiurando.§.quomodo. ſub §. cui.verſ.clerici ergo.& ſeq. Legiſtæ tamen volunt, quod & ſeculares

culares principes fundent intentionem suam de iure communi, vtentes quibusdam argument. quibus facile est respondere.

4 **Quæ res** prȩscribi possunt.† Et quidem tam res corporales, quàm incorporales: secũdum quod not. s̃. in rubrica de vsuc. §. quæ res. omnes etiam actiones siue in rẽ siue in personam, siue mixtæ limitatæ sunt: vt s̃. scilicet intra 30. uel 40. annos ad plus regulariter moueantur. C. de præscrip. xxx. ann. sicut in rem. & l. omnes. nunquid ergo leges illȩ corriguntur indistinctè, nunquid si debeo tibi centum, & tu non agis intra tua tempora, amittes ius tuum per negligentiam tuã, & nunquid debes tibi imputare, in cuius potestate est agere ff. de excep. doli. purè. §. fin. & non tamen. cùm in inuitum reddatur iudicium. ff. de verbo. obligat. inter stipulantem. Quid enim si fortè ego solui tibi, nec recuperaui instrumentum, nec de solutione instrumentum recepi, vel ipsum fortè amisi, & tu non conuenis me, vel hæredem meum, elapsis xxx. uel xl. vel pluribus annis, nunquid iniquum esset, quòd bis idem exigeretur. ff. de verbo. signific. bonæ fidei. Item quid de act. temporalibus, sicut de dolo, quod me. cau. redhibitoria. & quanto minoris, & alijs similibus, de quibus traditur Institu. de perpe. & tempo. act. & ff. de diuer. & temp. præscri. & de act. & obl. tam in textu, quam in glossis. nunquid hæc omnia corriguntur? Non puto. ideo dic, quòd res immobiles non præscribuntur cum mala fide, ut not. s̃. eodem. sub §. verum quicquid. Actiones verò personales amittuntur suo tempore, & quo ad hoc non derogatur legibus antiquis. nam & iura canonica, j̃. eodem. vigilanti. & c. quoniam 34. quæst. 2. si virgo, non in personalibus, sed tantùm in realibus locum habent: vt ex ipsorum lectione patet. vnde in illis, scilicet realibus considerat ius canonicum malam fidem rei possidentis contra conscientiam rem possessam, & non negligentiam non petentis, quam leges considerant, non curantes de peccato, vt innuit j̃. eodem. vigilanti. & ideo propter periculum animæ nõ præscribit in realibus aliquis, in personalibus verò non potest considerari mala fides circa rẽ possessam, cùm nulla possideatur, sed potius consideranda est negligentia non agentis. nec enim mortaliter pecco, si tibi non soluo, dummodo te inuito non retineam, maximè si ignoro. Et sic corporalis res cum mala fide non præscribitur. Sed nunquid actio perimitur? Non. quia connexa sunt: si enim dominus remaneo, non obstante tali præscriptione, ergo & ipsam rem potero vendicare. ff. de rei ven. in rem. Oppono tamen. nam in reali act. non est persona obligata, quæ tenet, sed tantùm ratione detentiõis conueniri potest qui possidet. ff. de rei vend. officium. s̃. de iudic. examinata. in personali verò sicut in emptione, locatione, commodato, & similibus, persona obligata est. quare ergo magis tenetur obseruare reus bonã fidem circa reales act. quam ꝑsones, maximè cum personales pro magna parte bonæ fidei sunt, reales verò stricti iuris sunt. vt patet Institut. de act. §. actionum. quare in personalibus exuberantior fides exigitur. C. de actio. empt. & vendit. l. 2. Respon. nullus regulariter personaliter obligatur, nisi consensus interueniat. ff. de actio. & obligatio. sicut ab initio. vnde si vendis mihi rem precio 40. uel mutuas. 10. vel ipsas ab initio de consensu tuo habeo, & ipsis ex pensis, non possum ipsas contra voluntatem tuam de cætero contrectare. possum etiam de facili tradere obliuioni, quòd ipsas tibi debeam, & etiam si recordor, præsumere possum, ꝙ ex quo ipsas non repetis, vel vis donare, vel quia non indiges, temporis gratiam facere. arg. j̃. de commo. c. vnico. j̃. de vsu. consuluit sic ergo nec pecco, nec habeo malam fidem. & pauci sunt qui tam longo tempore omittant repetere quod debetur, & si hoc facit quis meritò propter maius periculum: quia potest esse, quod solutum suæ negligentiæ imputat igitur ñ repetitur, sed debitor soluere renuit, quamuis fortè propter potentiam uel malitiam suam non vocetur in iudicium. super quo vide quod no. j̃. eo. §. quib. ver. item personalem. in perpetuum non prȩscribet vt patet in his quæ no. s̃. e. sub §. verum. ver. sed nunquid. qa eadem ratio est, ergo idem ius, sic bonam fidem considerare in omni casu æquum est, ut ff. de actioni. & obligat. bonam fidem quia graue est ipsam fallere. ff. de consti. pecu. l. 1. respons. 1. sic non interpellat dies pro homine, quo ad peccatũ mortale committendum, licet hoc faciat, quo ad moram, ut patet. j̃. de locato. c. si §. vnico. nisi fortè iuramentũ interuenerit. s̃. de iureiuran. debitores. c. vnico. Res verò non nisi iustis titulis & traditionibus acquiruntur. C. de pac. traditionibus. & pro magna parte ab initio contra dominorum voluntatem vsurpantur: ut patet in his quæ no. s̃. eod. §. proxi. uersi. vltim. vnde & si res mobiles contrectentur contra voluntatem domini, propriè furtum committitur vt Insti. de obli. quæ ex delic. nas. §. furtũ. & de usucap. § ꝙ autẽ primò. imò uerò quo ad ius canonicum, propter mortale peccatũ vitiosæ reddunt. vnde hęc duo ęquiparantur scienter detinere, uel inuadere alienum. s̃. de resti. spoliat. sæpè. contingit. ergo aliena res mala fide possessa, tanquam vitiosa vsucapi non põt, vt nota. eodẽ cap. sub rubrica de vsucapi. § q̃ non. respõ. 1. & hoc fortè respiciebant hi qui dixerunt, fundi locive furtũ fieri. quasi dicat, sicut res mobilis furtiua vsucapi non põt, sic nec immobilis ꝯ voluntatem domini mala fide detenta, & sic quasi contrectata. & s̃m hunc intellectum resuscitat̃ ꝑ ius canonicum opinio veterũ quæ ꝑ leges aliàs abolita reputat̃. Institut. de usuca. §. quod autẽ. 2 remurmurat enim conscientia. super quo uide quod no. suprà eodẽ, sub § uerũ qcquid uer. sed nũquid maius peccatũ. sic ergo in realibus nullus præscribit cum rei mala conscientia. & idem uidetur de actio. personalibus in rem scrip. & de mixtis, de q̃bus habes Instit. de actio. §. 1. & 2. & §. sic itaque discretis. & §. quędam actiones. de quibusdam tamẽ ex his tractatur specialiter j̃. eodem, sub §. item non currit. & sub §. sequent. dic ut ibi no. Ad hoc autem, ut hæc præscriptio locum habeat, necesse est, ꝙ is cui competit actio, ipsam mouere possit, alioquin non currit præscrip. ideoque uacante ecclesia non currit præscriptio. j̃. eodem cap. 1. & ca. de quarta. j̃. ne sede uacan. c. 1. 2. & 3. ipsa continuat præscri. à prȩlato defuncto inceptam ut no. s̃. eo. sub rubrica, de usucap §. quæ sunt necessaria. uer. quandoq; & si possessio. Vel tempore hostilitatis. j̃. eod. ex transmissa. 16. quæstio. 3. prima actione. & c. porrò. Nec tempore prælati hæretici, contra quem quis præscribere intẽdit. j̃. eodem. cap. 1. in fin. Vel schismatici suprà, de elect. quia diligenti. j̃. eodem. cùm nobis. Vel suspensi. j̃. de conces. præbend. quia diuersitatem. In his tamen casibus subducuntur tempora de præscriptione de medio, ita quòd prima & ultima, & alia quę his subditis remanent, computẽtur, ut j̃. eodẽ. auditis. §. quod si abbas, & capitul. cùm nobis. & capitul. de quarta. Et adde, j̃. eodem. uersicu. sed & si quis. ergo hæc interruptio similis est pupillari: de qua dic, ut notatur j̃. eodem, sub §. item non currit uersi. differt autẽ. Vel nullius, id est, qui nihil habet, non audet uiuere sed mori. secundum dominum Phili. Aquen. Archiepiscopũ unde perinde est, ac si ecclesia nullum haberet. suprà, de transl. Episcopi. inter corporalia. § sed nec. argum. ff. de autho. & consens. tu. nulla differentia. non est tamẽ expressum in iure, quod tẽpore talis prælato non currat p̃scriptio uel in uita p̃lati malè alienantis, quo ad rem malè alienatam. 16. q. 3. si sacerdotes. Nec tempore minoris ætatis. C. in qui. cau. resti. in integ. non est necessaria. l. ult. secundum Goffre. tu excipe pupillarem ætatem. C. de præscip. 30. anno. sicut in rem. Vel patriæ potestatis. C. de bon. quæ lib. quicunq;. C. de bonis mat. l. 1. in fi. & in authen. ibi posita. C. de anna. excep. l. 1. in fi. Vel tempore matrimonij, quo ad uxorem, quæ agere non potest. C. de iure do. in rebus. § non omnis. nisi fortè marito uergente ad inopiam, ut ibi. & eod. tit. l. ubi. Sed & si quis de mandato domini Papę proficiscatur, uel aliàs contrà Saracenos seu qualitercunquæ causa reipub. subducendum est de præscri. tempus illud, quod in absentia fluxit, sit primum, medium, ultimumùe. & per hoc restitu. in integ. ut sic non prosit, nec obsit quòd euenit. ff. ex quibus causis maio. in integ. restituantur. l. j. in princip. & l. uidelicet. unde & si sine prȩsentia illius qui rediit compleatur usucapio, adhuc potest considerari ꝙ subducatur tempus, quod in absentia fluxit, & si pluribus uicibus quis absfuerit, omnium absentiarum tempora subducunt̃, secundum quosdam, quæ sententia æquitatem habet. & comprobat̃. C. de restitu. mil. quod tempore militiæ. & ff. ex quib. caus. maiores. nec non. §. si quis sæpius. C. de temp. resti. in integ. l. finali. C. quibus non obijcit̃ long. tempo. p̃script. l. præscriptio. Alij dicunt tunc demùm debere restitui aliquem, & tẽpora subduci, quando in absentia sua completa est præscriptio, vel parum post reuersionem suam, & hoc eliciũt ex verbis prætoris, dicentis, si qd ex bonis absentis causa reipu. præscriptum fuerit, cùm is qui abesset, postea restituam, quod verbũ postea, ad modicũ tempus refertur, s̃. dum quis post reuersionem suam cõducit hospitium; disponit sarcinulas, quærit aduocatum. hæc enim modica præsentia ꝑ absentia reputatur. ff. quibus ex caus. maio. l. ab hostibus § sed quod simpliciter. arg. ff. de verbo. sign. l. hæc adiectio. sed secundum Azo. & si prior sententia æquior sit, ultima tamen securior est, secundum legem. Quod autem dixi, absenti, currere præscriptionem, intelligas ex quo veniens non fuit admissus, uel suspicatus est se posse repelli, vel aliàs amisit possessionem, sicut not. s̃. de causa posses. §. & qualiter amittatur. nam si adhuc retineret possessionem, non curreret cõtra ipsum præscriptio, secundum Azo. Item nõ currit præscriptio debitori, nisi adueniẽte die, vel existente cõditione debiti. C. de præs. 30. an. cùm notissimi. § illud aũt. Quid ergo dices in annuis vel mẽsibus {alias, mẽstruis} debitis, vel alterius t̃pis singularis, & quidem secundum l. currit præscript. non ab exordio obligationis, sed ab initio cuiuscunq; anni vel mensis, uel alterius tẽporis, ut in d. l. cùm notissimi. §. in his quod quidam sic interpretantur, vt tot oporteat currere præscriptiones, quot debẽt esse solutiones, ut sic quantuncunq; temporis fluxerit, semper remaneãt xxxix. an. præteriti, pro quibus possit agi, & semper pro

futuro

futuro tempore, ſm M. & P. quibus d.l. fauere videtur. Bul. ve-
rò intelligit, nullo modo poſſe agi tranſactis 30.an. computan-
dis ab initio cuiuſcunq; temporis, quo erat ſolutio faciẽda, ſed
ceſſatum eſt in ſolutione. C. de uſur. eam. reſpõ. 1. Sed M. reſpon.
ꝙ ibi loquitur in acceſſoria obligatione vſurarum, quæ ſolutio
ſecũdum l. nulla eſt cum extincta principali obligatione, nihilo-
minus vſura per ſtipulationem debita peti poſſit. ff. de eo quod
certo loco. l. 2. §. item Iulianus. & l. centum. & bene adaptatur
præſcriptio ſolutioni, quia qui præſcribit, ſimilis eſt ſoluenti. ff.
de adminiſtra. tuto. ſi pupillus. & poteſt reddi illa ratio: quia
vt in ſingulos ann. aliquid eſt promiſſum, una eſt actio ff. de do-
nat. cauſa mort. ſenatus. §. fina. nec obſt. ff. de verbo. oblig. pluri-
bus. §. 1. vltim charta. quia ibi recitatur opin. Pauli & Vari. quæ
tenenda non eſt, ſecundum Bul. Vel diſtingue vtrum nominen-
tur anni, puta cum dicitur annua, bima, trima die, & tunc erunt
tot ſtipulationes, quot anni: an generaliter dicatur ſingulis an.
& tunc erit una ſtipulatio. arg. ff. de verbo. obliga. quod dicitur.
& ſ̃. de elect. in gene. hac ergo actione ſemel per præſcriptionẽ
eliſa, præ nimia uerecundia ſuæ frontis, iam non audet erigere
telum, q̃ rationem multũ approbauit R. Si quæras, quæ eſt ergo
dubitatio. l. Reſpõ. magna. nam quia debitor agnouerat debitũ,
putabatur eum decætero contra creditorem præſcribere non
poſſe: quod falſum eſt. Iob. & Azo diſ. inter legata & promiſſa.
in legatis enim quia tot ſunt actiones, quot debita, tot eadem
ratione oportet currere præſcriptiones. ff. de don. cauſa mor. ſe
natus. §. fina. ff de ann. leg. l. cùm in annos. ideo tale legatum non
vtendo amitti non poteſt. ff. qui. mod. vſusfr. ami. ſi vſusfructus
alterius. ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. fi. & l. qui uiam. & in his
vera eſt ſententia M. in ſtipulationibus autem vera eſt ſententia
Bul. Quod ſic eſt intelligendum, debes mihi annua legata, ſolui
ſti per duos annos legata, ceſſaſti poſteà per tres. 30. ann. poſtea
elapſis, legatum tertij anni eſt præſcriptum. adde vnum annũ,
legatum quarti anni eſt præſcriptum: adde alium annum, legatũ
quinti anni eſt præſcriptum. & ſic de ſingulis. in ſtipulationibus
verò aliud eſt. quia ſi per duos vel tres an. 10. quæ debebas, ex ſti
pulatione ſoluiſti, & poſtea ceſſare cœpiſti, 30. an. elapſis nil poſ-
ſum petere. quare? quia vna eſt actio & obligatio, quæ ſpacio
tanti temporis eſt ſublata, ſecundum Azo. Nec obſt. l. cum notiſ
ſimi. quæ legata & promiſſa æquiparare videtur. dicit enim
quantum ad hoc, paria ſunt: quia non ab exordio obligationis,
ſed ex eo tempore quo ceſſatum eſt, currit præſ. vt no. ſ̃. & pro
batur C. de pręſcrip. 30. anno. ſi quis emptionis. §. fin. ergo ſi po
teſt agere, currit præſcrip. ſi non poteſt, non currit, ut not. ſ̃. eod.
§. ver. ad hoc autem. & ſeq. Quamuis autem in ſupradictis domi
ni B. Iob. & Azo, quo ad rigorem iuris ciuilis ſubtilius mouean-
tur, M. tamen & Placent. æquius & verius, quo ad ius cano. ſed
quod in omnibus ſuperioribus & inferioribus, puto non eſſe ue
niendum contra conſcientiam, ut patet in his, quæ no. ſ̃. eod. §.
verſi. ſed nũquid. nec rigorem iuris ciuilis, ſed veritatem & ſim
plicitatem tenendam & ſequendam eſſe. ut ſuprà, de iudi. dile-
cti. & de dolo & contu. ca. 1. Illud etiam teneas, ꝙ ubi agi non po
teſt, non currit præſcript. quicquid ĩ. ſequatur. arg. ĩ. de elect ca.
fina. & ĩ. de conceſ. præbend. vel eccle. non vac. quia diuerſita-
tem. §. ſi tamen. & ſequen. Videtur tamen, quòd in act. confeſ.
currat præſcript. & ſi quis nequeat vti ſeruitute, uel agere: puta
quia fons exſiccatus eſt, unde non potuit is, cui ſeruitus debeba-
tur, aquam ducere. ff. de ſer. ru. præ. & Attilicinus. ſed fortè in
ruſticis ſeruitutibus ſpeciale eſt, ut amittãtur eo ipſo, ꝙ quis nõ
vtitur, non diſtincto, vtrũ potuerit vti, vt ff. quemadmodũ ſer-
ui. amit. ſi partem §. ſi per fundum. ſecus in vrbanis. ut ff. de ſer.
vrb. prædi. hoc autem Quia verò legere, & non intelligere, ne-
gligere eſt, ſcire debes, quid ſit cõfeſſoria & negatoria actio. &
quidem confeſſoria eſt quædam actio, quæ datur domino fun-
di cui ſeruitus debetur. ff. ſi ſerui. vendi. l. 2. §. hoc autem. ſed &
non domino, puta creditori, ſuperficiario, vſufructuario. ſed
& publicè datur ei, cui conſtituta eſt ſeruitus à non domino fun
di. ff. de remiſ. l. 1. § idẽ Iul ff. de ſuperficiebus. l. 1. §. fin. ff. ſi vſus-
fructus pe. l. j. reſpon. 1. Item datur contra poſſidẽtem fundum,
qui ſeruitutem debet. ff. ſi vſusfru. pe. l. vti frui. §. vtrum. uel qua
ſi poſſidet. ff. ſi vſusfr. pe. l. fin. Negatoria verò datur dño fundi,
qui negat ſeruitutem deberi, & vtilis datur non domino, puta
uſufructuario. ff. ſi ſeruitus ven. l. 2. & l. ſicuti. Ratione etiã poſ-
ſeſſionis intẽtatur cõtra eum, qui rẽ poſſidet ratione vſusfr. ff.
de acquir. poſſeſ. naturaliter. & quia actiones iſtæ dãtur dño, &
quaſi dño, contra illum qui poſſidet, & quaſi poſſidet, ſicut rei
vendic. & Publiciana, quæ reales ſunt, ideo dicuntur in rẽ eſſe,
vt Inſti. de act. §. ſed iſtæ quoq; actiones. Datur aũt confeſſoria,
& ſi nulla fuerit ſeruitus, licet Placen. dixerit eam ita demùm da
ri, ſi ſeruitus amiſſa fuerit, quæ prius fuerat conſtituta: ſed repro
batur. ff. ſi ſeruitus vend. loci § comperit. & l. fiſtulas. ſecundum
Azo. Dicitur autem ideo actio confeſſoria, quia ad hoc datur,
ut is qui negat ſeruitutem deberi, confiteatur quod debetur, ne
negatoria, quæ negatur. ad hoc Inſtitut. de actio. §. 1. 2. & 3. ff. ſi
ſeruitus vendi. l. 2. Has autem ſeruitutes dominus fundi conſti-
tuit, & ſi plures ſint, vtriuſque conſenſus requiritur: ſed & li-
cet is qui pro ſocio conſtituit mihi ſeruit. non poſſit me prohi-
bere vtentem: tamen quouſque ſocius ſuus mihi conceſſit, pri-
mo, qui conceſſit, uiuente domino prædij perdurante, non eſt
mihi ſeruitus acquiſita, quòd ſi is qui primo conceſſerat, moria
tur, uel partem ſuam alienauerat, antequam conſocius mihi cõ-
ceſſit, requiritur conſenſus hæredis, vel illius cui partem ſuam
alienauit, aliàs conceſſio ſocij nihil firmaret, ut hæc proban-
tur ff. de ſerui. l. 2. ff. de ſerui. ruſtic. prædior. per fundum. ff.
communia prædi. l. fina. Conſtituitur autem pactionibus, ſtipu-
lationibus, & teſtamentis. Inſtitut. de ſerui. §. pen. & § fin. requi-
ritur etiam expreſſus conſenſus domini: alias, & ſi non contra-
dicat, ipſum inuitum iudicamus, & ideo ſeruitus non valebit. ff.
de ſerui. vr. præ. inuitum. nec prodeſt tẽpus, quia ſeruitutes non
vſucapiuntur, ff. de ſerui. ſeruitutes. 4. vt id quod no. ſ̃. ſub rubri
ca, de vſu. §. quæ res. & ĩ. eod. ſub §. de quibuſdam. ſi tamen via
publica impetu fluminis amittatur, proximus uicinus viam præ
ſtare cogitur. ſed & fortè communitas debet iuſtum precium
refundere. argumen. ff. de relig. & ſumpt. fune. ſi quis ſepulchrũ.
ff. de incen. rui. & nau. ne quid. ff. ad Syll. ſe. conſ. domino. C. pro
qui. cau. ſer. pro præmi. acci. lib. l. 2. Amittitur autem ſeruitus, ſi
non habet interualla, vel habet interualla dierum vel noctium
tantum, vel breuioris temporis ſpacio 10. ann. inter præſentes,
20. inter abſentes. ſi autem habet interualla annorum vel men-
ſium, tempus requiritur duplicatum. ff. quemadmodum ſerui.
amit. ſi ſic. & hoc dico, quod is cui ſeruitus debetur, amittit ius
ſuum per negligentiam, ſicut no. in perſonalibus actionibus. ſu-
prà eo. §. reſpon. 1. & ver. ſeq. C. de ſer. l. vlti. Patet ex prædictis,
quòd illi qui agere non poteſt, non currit præſcriptio. vbi au-
tem poteſt aliquis agere, licet difficulter, currit præſcriptio: ſed
ſi iuſtum ſit impedimentum, datur reſtitutio. ff. de offi. præſid. ſe
natuſcon. ff. ex quib. cau. ma. in integr. reſtitu l. 1. 2. & 3. Sed nec
fragilitas ſexus, uel fauor militiæ, uel abſentia prodeſt, quo mi-
nus currat præſcriptio 30. ann. excipitur pupillaris ætas, ſiue prę
ſcriptio incœperit à prædeceſſore impuberis, ſiue ab impubere:
adueniente tamen pubertate, ſtatim incipit currere, & conti-
nuabitur cum tempore præcedenti. C. de præſcript. 30. ann. ſi-
cut in rem § 1. ad fin. C. ſi maior factus ratam habuit l. fin. Dif-
fert autem hæc interruptio, quæ fit per pupillarem, ab alijs in-
terruptionibus nam ſi aliàs fiat interruptio, nihil confert prio-
ri poſſeſſori, ut C. de præſcrip. long. temp. l. 1. ſed in hac contra-
rium eſt, & ſicut alludam uocabulo, propriè dicitur hæc inter-
ruptio, ſed aliàs in medio prorſus rumpit. ſic ubi eccleſia va-
cat, uel prælatus hæreticus eſt, vel excommunicatus, uel ſuſpen
ſus, ut not. ſupra eod. §. verſic. ad hoc autem. & ſeq. & verſi. vel
ſuſpenſi.

De quibuſdam autem actionibus dubita-
tur, quanto tempo-
re tollantur, puta negatoria, familiæ herciſcundæ, communi di
uidundo, pignoratitia. Videtur enim, quòd negatoria ſpacio
30. annorum tollatur. vt C. de præſcript. 30. annorum ſicut in
rem. & de anna. except. l. 1. ſed contrà, quia ſi iui per fundum
tuum per 30. annos, & poſt 30. annos, me volentem uti ſeruitu-
te prohibere velis, non potes: ergo videor eam acquiſiuiſſe ſpa
cio 30. annorum. quòd ſi eſt, contradicunt iura, quæ volunt ſer-
uitutes non poſſe acquiri, niſi tempore, cuius non extat memo-
ria, licet ſi aliquis utatur longo tempore, conſtituta præſuma-
tur, ex illa cauſa quæ pretenditur præceſſiſſe. ff. de aqua plu. ar-
cen. l. 1. §. finali. & l. 2. reſpon. 1. & §. idem Labeo ait. Ad hoc di-
cendum eſt, ſeruitutem non eſſe quæſitam ſpacio 30. annor. ſed
tamen tu propter negligentiam tuam non potes prohibere,
quo minus ſeruitute utar. argu. ff. de ſer. ruſt. præd. per fundum.
ſupra de elec. bonæ memoriæ Ma. §. finali. Vel dic, negatoriam
poſſe intentari, etiam elapſis 30. annis, non ex præterita itione,
id eſt, ea quæ facta fuit, iam ſunt 30. anni, ſed ex ſeq. vel præſenti
bus. nec enim itio iſta eſt illa, uel econtrariò. ff. de verbor. ſignifi.
ſi ſic. nec enim unius itio extenditur ad aliam. ff. de ſerui. l. ſerui-
tutes. 4. Hoc autem aſſignari nõ poteſt in poſſeſſione rei meæ,
quam poſſediſti per 30. annos, ſuper quam non es poſtea con-
ueniendus: hic una & eadem eſt poſſeſſio propter continuatio-
nem, & huic ſcientiæ nihil obijci poteſt, ut quia mirum uidetur,
ꝙ tot ſint actiones, quot ſunt itiones. Poteſt & illud dici, ꝙ licet
verè plures ſint actiones, cauſa tamen minuẽdarum litium, una
tantum poteſt actio intentari, propter diuerſas itiones, ſicut &
de pluribus hæreditatibus ſufficit una actio familiæ herciſcun-
dæ, & in pluribus ſocietatibus una actio pro ſocio. ff. famil. her-
ciſ. hæredes. § pluribus. ff. pro ſocio. cum duobus. §. ſi plures. &
ſm hoc, ſi actione iſta intentata propter unam itionem abſol-
uaris, & iterum te ex aliena itione conueniam, nõ obſtabit exce-
ptio: ſicut & in rei vendicatione nõ obſtat, ſi ex una poſſeſſione
agatur,

agit te prius absoluto, qa non possidebas. C. ad exhib. neq;. Puto considerata mēte iuris canonici ꝙ semper potest intentari negatoria cū effectu: nisi fortè post tēpus, cuius non extat memoria. nam ibi propter difficultatem probationis seruitutis cōstitutæ aliud iudicarem, si fortè reus diceret seruitutem cōstitutam fuisse à vero domino, ad quod probandum induceret patiētiā temporis, ut probant iura inducta. s. e. versi. videtur enim. caueat tamen sibi excipiens de conscientia, vt no. j. de censi. §. quis census. Sed quare non sufficit spacium xl. ann. cùm sufficiat, quo ad ius eligendi acquirendum, vt s. de ele. venerabilem. § pen. & c. Cumana. & de causa poss. & propri. cùm ecclesia Sutrina. & c. cum olim. resp. multi vtuntur seruitute, qui nō habent ius vtendi, nesciente, nec vidēte domino, quem res tangit, vel per violentiā: & ideo nec dominus præsumitur concedere seruitutem, nisi expressim consentiat, vt no. s. e. ver. constituitur. vnde quandiu allegatur tempus memoriæ, semper requirerē probationem, propter periculum conscientie: quamuis Legistæ dicant, sufficere lōgum tempus. In electione autem nullus consueuit admitti, nisi ius habeat, & nisi scientibus & videntibus his, ad quos spectat, quare semper præsumitur consentire, ꝙ admisso acquiratur ius, nisi fiat protestatio, & probetur, ꝙ de gratia admittatur. s. de postu. prælato. bonæ. 2. respō. j. & ar. s. de elect. cùm Vinton. & c. Cumana. & ideo sufficit probare vsum cum præscriptione completa, nisi aliud opponatur, cùm iam appareat, uel saltem præsumatur probabiliter de consensu. item quia præscriptio est odiosa, electio fauorabilis, ff. de lib. & posth. cum quidam. & hæc ratio ad iurisdictionem extenditur, quæ & tempore acquiritur. s. de fo. comp. cùm contingat. & iunge quod no. sub rub. de vsuc. §. quæ res. ver. sic ergo vsucapiuntur. & præced. in actio. autem famil. ercis. vel communi diuid. dixit Plac. non currere præscriptionem, interim dum ambo domini simul vtuntur, & possidēt, & fructus percipiunt. certè domine Plac. nec post diuisionem quandiu durauerat rei conscientia alienæ. Mar. verò eas dixit nasci ex voluntate, id est, ex quo uolunt à cōmunione discedere. ff. famil. ercis. l. j. Lex tamen dicit, eam nasci ex quasi contractu. Institu. de obliga. quæ ex quasi contractu nasc. potuit ergo intentari cum effectu, nō obst. exceptione à tempore communionis: igitur ab eo tempore debet currere præscriptio, secundū Azo. C. de anna. excep. l. j. §. ad hoc. nec obst. quod dixit secus possidere, & fructus percipere, quia non præscribitur dominio, vel possessioni, vel diuisioni, ne præiudicium fiat, secundum Azo. sed certè cùm neuter in præscribendo bonā fidem habeat, secundū ius canonicum, verior est sententia Pla. quam no. s. e. ver. in act. autem. Et idem in commodati actione, cui præscribitur, ex quo potuit intentari, non ita in rei vendicatione, quæ datur contra commodatarium, cui non præscribitur interim dum dominus retinet per se ciuilē, & cōmodatarius naturalem possessionem, sicut dicit in colonis. C. de præscrip. xxx. ann. malè. Ideoque dici debere in locati actione, quod dictum est in commodati act. & rei uendic. & hec opinio secundum Azon. licet Plac. dixerit, non currere præscriptionem personali actioni, cū curreret rei vendicatio: & hæc opinio, secundum ius canonicū, verior est propter connexitatē, vt patet in his quæ no. s. eo. ver. sed nunquid actio. Pignoratitia verò actio tollitur xxx. ann. computandis tamen à tēpore illo quo nata est & potuit intentari: quod tunc demùm est, cùm soluta est pecunia, vel oblata, & cōsignata, & deposita. ff. de pign. act. si rem alienā §. omnis. Sed quid si debitor stetit ꝑ xxx. an. ꝙ neq; soluit, neq; obtulit, nūquid præscriptum est iuri offerendi? dixit Plac. quòd non, sicut nec præscribitur iuri eundi ad ecclesiam, vel ad sanctum Iacobum, vel per viam publicam. argu. ff. de vsuc. sequitur. §. si viā habeā. de via pub. l. 2. nec obstat C. de præscrip. xxx. ann. omnes. quod enim dicit omne ius tolli spacio xl. an. intelligi debet de iure agendi, non de iure excipiēdi. ff. de excep. doli. purè § fin. & hoc teneas secundum ius canonicum, quicquid alij dicant. Sed secundum B. ius offerendi tollitur, quando qui potest facere, nō possit agere pignoratitia soluendo, scilicet iam intelligitur posse agere. ff. de re iudic. qui potest. & ideo debere ei præscribi, & sic præscribitur creditori secūdo contra primum, vel primo contra secundum. C. de præscri. xxx. ann. cùm notissimi. §. sed cùm illud.

5 Quibus modis interrumpatur præscriptio. † Et quidem duobus modis generaliter: scilicet naturaliter & ciuiliter. naturaliter interrumpitur per inundationem maris vel fluminis, uel quando aliquis per latrones, uel alios de possessione violenter ejcitur. ff. de bon. autho. iud. pos. cùm vnus. § fin. ff. de acquir. poss. qui vniuersas. §. item quod Labeo. Itē si quis longo tempore desijt possidere, secūdū Io. ff. de vsuc. furtum. ad fi. item qualitercunque amittatur possessio, secundum Azo. qđ quot modis accidat, vide s. de causa poss. §. & qualiter amittatur. & hæc interruptio prodest omnibus habentibus ius in re. ff. de vsuc. naturaliter. Est & fortè quasi naturalis, secundum canones, quando scilicet præscribens in aliqua parte temporis habuit malam fidem, ut not. s. eod. uer. quæ exigantur. sub §. hoc quo ad res. uersi. secundum. Sed & pupillari ætate interueniente, interrumpitur præscriptio naturaliter, qđ qualiter intelligi debet, no. s. e. §. quæ res. sub §. itē nō currit uer. sed nec fragilitas. & seq. Sed & naturalis uidetur illa de qua not. j. e. uer. item si is cōtra quē. Ciuiliter aūt interrūpit multis modis. Primò ꝑ lit. ꝯtest. C de præscrip. lō. tēp. nec bona. C. de ꝑscrip. 30. an. cum notissimi. §. imò & illud ꝓculdubio. in fi. 16. q. 3. §. pōt. uer. is aūt coram suo iudice facta. C. ne de statu defun. l. penult. & tunc perpetuatur actio usq; ad xl. an. tamen ei tantū prodesse uidetur, qui eo animo contestatur lit. ut causam ducat usq; ad finem. sed impeditur propter casus fortuitos, aliàs nō ꝓdest, ut à cōtrario sensu. C. de præscript. xxx. an. l. fin. & de annal. except. l. 1. § 1. & in auth. de litig. §. omnem uerò colla. vii. Secundò, per quasi contestationem, puta denunciationē factam colono in iudicio uocato. C. ubi in rem act. l. 2. s. ut lit. nō cōtest. quoniam frequēter §. ꝙ si super rebus. uel solā executoris ꝯuentionē. C. de præscrip. 30. an. cùm notissimi. resp. 1. quæ quasi ꝯtestatio dicit. ff. de act. & obl. ꝯstitutionibus & quasi interruptio. sed litera est uoluēda, s. de off. ord. pastoralis. §. fi. Itē ꝑ solam precū principi factā oblationē, & ad eas rescriptionē: qđ in annalibus & prætoriis actionibus locū habet. ff. qn̄ li. prin. da. li. con. fa. l. 1. & 2. C. de anna. exc. ut perfectius. Item per solam libelli oblationē corā quocūque iudice: uel si non habetur copia iudicis, corā ꝑsonis publi. & honestis quibuscunque factam, quando aduersariū meum cōuenire nō possum, in quatuor casibus, uel quia infās est, uel furiosus, uel in dignitate ꝯstitutus, uel quia absens est. C. de anna. exc. ut perfectius. & uidetur requirere hoc l. ꝙ contestatio fiat apud domicilium possidentis. & idem legitur 16. q. 3. §. potest. uer. is autem. Idem uidetur & in quinto casu, quando scilicet uultus aduersarii terribilis est, nō propter dignitatē, sed propter diuitias suas, uel aliam potentiam & malitiā, qui fortè statim interficeret conquerentē. arg. j. de app. si iustus metus. C. de re. cre. generaliter. §. sin autem. uersi. ipse autem. C. de his qui propter me. iu. non ap. l. 2. lex tamen uidetur uelle, quòd in hoc casu contestetur lis, & sic perpetuatur usque ad xl. annos. l. fi. potest dici, quòd & si currat actio, tñ restitutio competit, ut no. s. eo §. prox. sub §. item non currit. uer. ut autem. nam in tali casu adeò possum timere lit. contestari, sicut & prosequi. ergo hoc arbitrabitur bonus iudex: ut patet in his quæ no. s. quod metus cā. §. qualiter metus distinguat. uers. sed hæc à iudice. hūc tñ qn̄tum casum nō notauerūt doctores: sed eadem uidetur ratio, ergo idem ius. Personæ autem, coram quibus fit contest. debent esse publicę & honestæ. s. de offic. ordin. pastoralis. §. fin. ergo in spiritualibus non erit ad laicos, sed ad clericos recurrendū. ar. s. de elect. Massana. & de arbit. contingit. & de iudic. decernimus. & de or. cogni. tuā. sed in secularibus potest bene haberi recursus ad episcopum. ut C. de anna. exce. ut perfectius. §. 1. C. de episcopa. audien. episcopale iudicium & authē. ibi posita. Item fit per synodalem proclamationem. j. eod. sanctorum. item per sacrum oraculum principi oblatū, sequuta postmodum conuentione per executorem. C. de præscrip. 30 ann. sicut in rem. Item per debiti agnitionem, & secundam cautionem & usurarū solutiones. C. de præscrip. 30. an. cùm notissimi. §. sed. & l. si quis emptionis. §. fin. Item si is contra quem præscribitur, rei quę ꝑscribitur, nanciscatur possessionem. & hæc interruptio lit. contest. imitatur. C. de pręscrip. 30. annorum. cùm notissimi. § imò & illud certè. & naturalis uidetur, & magis operatur, ut no. in d. §. illud no. dignum, quod per litem cōtest. interrūpitur præscriptio ipso iure, ut patet. s. e. §. uer. primò. ꝑ li. ꝯtest. secus in usucap. triennij, quæ nihilominus currit contra actorem: licet iudicis offic. ei probanti intentionem suam, restituatur res usucapta. ff. de usucap. pro emptore. l. 2. § fin. ff. de rei uend. si post acceptū. In quatuor tamen casibus interrumpitur usucapio ipso iure, sola libelli oblatione, scilicet cùm reus est infans, uel furiosus, uel in dignitate constitutus, uel absens, secundum Azo. C. de anna. exc. l. pen. fortè & in quinto, sicut de his casibus no. s. e. uer. item per solam. & per eadē iura hoc comprobatur. sunt & casus, in quibus non currit præscriptio, sed dormit, quos no. s. eo. § quæ res, uer. ad hoc autē. & seq. Sed & alij sunt, in quibus nunquam ꝑcurrit, quia natura rerum non patitur, quòd aliquo tempore ꝑscribātur. quod dic ut no. s. de usuca. §. quę non. Nec illud omittēdū est, ꝙ licet naturalis interruptio omnibus prosit, ut no. s. e. uer. item qualitercūq;. ciuilis tñ nō prodest, nisi illi per quē fit: nec obest, nisi illi contra quem fit, ut ff. de diuer. & temp. præsc. intra quatuor. & ne de statu defunct. l. 2. §. præscriptio.

6 Quis sit eius effectus. † Et quidem quo ad personales actiones, iste est effectus ut omnino perimantur elapso tempore: extinguuntur enim, & ultrà nunc dere non possunt: quod sic probatur: solutione enim quod debetur

betur, omnis obligatio tollitur, vt Insti. quibus mod. toll. oblig. sed qui præscribit, similis est soluenti siue satisfacienti, vt ff. de adminis. tu. si pupillus. ergo per præscriptionem. sicut & per solutionem extinguitur, quia de similibus idem est iudicium. s. de rescrip. inter cæteras. & non est vtendum argumēt. quia expressum est C. de præscript. xxx. anno. sicut in rem. & l. omnes. ergo in perpetuum non reuiuiscunt semel extinctæ. ff. de solutio. qui res. §. aream. hoc autem nō ipso iure intelligas, sed ope exceptionis coram iudice oppositæ & probatæ, & innuit lex illa, sicut in rem, post principium. ibi: sed si quæres, &c. & arg. s. de rescriptis, sin autem. & capitu. plerunque. alioquin quilibet posset agenti illudere, & dicere, Respondere nō teneor, iam præscripsi. & ideo vltra xxx. annos non viuunt, sed extinguuntur, vt dicit l. si qs in rem intelligas quo ad effectum, aliàs tempus nō est modus tollendæ obligationis. de actio & obligat. l. obligationum. § placet. Quò autem ad res corporales, volunt leges, vt si quis præscripsit aliquam rem bona fide, xxx. an. habeat vtilem rei vendi. contra quemlibet possessorem, præterquam cōtra dominū. & hoc est quod innuitur. C. de præscript. xxx. annorum. l. penul. §. si verò mala fide. ibi, ita tamen, &c. secundum Azon. licet Placen. cōtrà senserit, dicēs, quòd etiam contra dominum datur. & faciunt pro ipso iura inducta, j. eo. ver. præscript. sed opinio Azonis iuuatur. s. de ordin. cogni. cùm dilect. §. verum. 1. ver. vnde versus, Dominus, & c. Sin autem mala fide possedit, secundum easdem leges habet exceptionem tantùm, & non actionem, nisi contra eum qui sibi abstulit, vel surripuit, uel nisi contra eum, qui propter contumaciam eiusdē præscriptoris & possessoris positus est in possessionem causa rei seruandæ, tunc enim præscriptor intra annum se offerens & satisdans iudicio sisti possessionē recuperabit. C. de præscrip. xxx anno. si quis empti onis. xvj. q. iij. pæscriptionem. Sed secundum can. quo ad laicos, vel res patrimoniales clericorum effectus tricenariæ præscriptionis bona fide continuatæ talis est, qualis secundum l. vt no. §. e. versic. quò autem ad res, & sequentibus Vt tamen intelligas hoc quod dicit de mala fide correctum, sicut not. s. e §. quæ exigantur. versic. igitur secundum l. & sub §. verum quicquid. quò autem ad ecclesias & ecclesiastica negotia, effectus quadragenariæ præscriptionis videtur esse talis qualis est secundum legēs effectus lōgæ præscriptionis: quia sicut lex in longa præscriptione requirit bonam fidem, & iustum titulum, & quòd res præscriptibilis sit, & cōtinuationem possessionis, sic & canones in longissima, vt patet in his quę no. s. e §. quæ exigantur ergo effectus is est, vt acquiratur exceptio contra dñm rei, vel creditorem habentem eandē rem oblig. C. de præscrip. xxx. an. si quis empt. in princi. & de actio. & obliga l final. igitur cùm exceptio sit actionis exclusio, ff. de except. l. 2. apparet quòd dominus antiquus actionem habet ergo rem poterit vendicare à quolibet possessore, preter quàm ab illo qui præscripsit, vel ab eo qui ab eodem causam habet. sic intellige j. de donat. Apostolicæ. respon. 1. ad fi. Præscriptor autem vtile habet dominium. C. de bon. mat. l. 1. & authen. ibi signata, nisi tricennale. quæ elicitur ex auth. de nupt. § si verò expectet. in fin. col. 4. habet ergo vtilem rei vendi etiam contra dominum. nam lex dicit per præscriptionē mutari dominiū ff. de vsucap. eum qui ædes. & ad idem Instit. de vsucapionibus. §. 1. per quæ iura M. no dominium directū acquiri. certè pro ipso potiora sunt iura, quia nec in textu, vt putà de utili dominio id expresse dictum poterit reperire, nisi in constitutione feuda. de feu. l. nō alien. sine consensu ma. d. in rubro & nigro. & secundum hoc sequentes deficiunt rationes. Sed cum per usum acquiratur directum dominium, ut notat. s. in rub. de usucap. rerū ait. pro suo. §. quis sit eius effectus quare non acquiratur præscrip. lon. tempo. idem directum dominium, sed tantum utile, cùm eadem requirantur in long. præscrip. quæ in vsuca. & etiam maius tempus? Respon. per vsuca. acquiruntur mobilia, per præscr. immobilia: sed mobilia facilius mutantur & transeunt, quàm immobilia. vt innuit significatio uocabulorū, & probatur ff. de acquirenda possess. si rem mobilem. Quę est ergo ratio, quòd per præscriptionem tollitur hypothecaria. C. de præscript. xxx. ann. si quis emptio. & non per vsuca. vt ff. de pig. l. 1. §. cùm prædium 1. de vsucap. iusto. § non mutat. C. de pignor. vsucap. Respond. quia per præscriptionem acquiritur exceptio, quæ omnem actionem excludit. j. e. ad aures. sed per vsucapionem dominium, cuius dominii intentio est à quæstione pignoris separata. vt in d. §. cùm prædium. secundum Iob. & Azon. sed fortè per vsucapionem dicitur exceptio acquiri. C. de iure dotium. in rebus. §. omnis autem. nec obstat, si dicat dominium acquiri per vsucapionem. vt no. s. nec enim absurdum est, quòd ratiōe proprietatis acquisitæ excipiam. nā cui damus actionē, multo fortius exceptionem. ff. de superfi. l. 1. §. quod ait prætor. & ad idem. C. de rei vend. l. fi. & de probat. siue possidēris. dabitur ergo ratione vsucapionis & præscriptionis legitimæ actio, si nō possideam: & exceptio si possideat, sicut ait M. & probatur in l. quam alii pro se inducūt. C. de præscrip. xxx. anno. si quis emptio. si dicis, qualiter dabitur exceptio domino, quæ est actionis exclusio, & sic non videtur, quod alius contra dominum habeat rei vendi. Respō. dic actiones, id est intentionis, secundum M. uel actiōis, scilicet ueræ, vel putatiuæ: quod puto menti iurus canonici cōuenire. si quæras ergo, quare aliud est in vsucapione, & aliud in præscriptione lōgi tēporis. Respond. prolixius tempus hoc facit. & quod dicit l. ff. de pignor. l. 1. quòd quæstio pigno. est ab intētione dominii separata non obst. quasi dicat, usucapionis natura hæc est, ut per ipsam dominium siue proprietas rei acquiratur, non quod obligatio pignorū perimatur: uel quod dicit, separata, uerum est in casu illo, de quo ibi loquitur. nec enim sequitur, quòd is qui est dominus pdii sit dominus fructuum consumptorum: nec quod is, qui habet prædium obligatum, etiam consumptos fructus habeat obligatos. & ideo quamuis prædii dominus fructus futuros intendat obligare, tamen non tenet obligatio in consumptis, sicut tenet in prædio: quia nunquam fuerunt sui sicut prædium. quare creditor non potest de ipsis referre quęstionem, sicut de prædio obligato. & iunge quod notatur infra de pignor. sub §. cùm constet. & §. final. versicul. vsufru ct. etiam amittitur non utendo. & sequenti.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA. Rub.

QVONIAM in principio huius secūdi libri ostendimus qd sit iudiciū. & secundo titulo corā quo iudice sit ad iudicium quis uocādus, deinde mùm iudiciorū ædificiū quasi fabricauimus per libelli oblationē, & litis contestationē fundamentū iaciendo, deinde mùm per professionem, & aliorū diuersorū generū probationes, exceptiones, & replicatiōes in quibus de facto & de iure multa hinc inde fuere proposita super fundamento iam dicto: in sequentibus titulis usque huc firmissimos parietes erigendo, timendum erat ne post serenum tēpus quo erecti fuerant dicti parietes, & siccati, immineret ruina, cùm tectum deficeret, subsequente tempore pluuioso. properat igitur actor non solùm ad vitationem ruinæ, sed etiam cuiuslibet stillicidii supponere firmum tectum, scilicet sententiā ritè latam, & sic apponit rubricam de sentētia & re iudicata, & accedit ad hoc quod notatur suprà, de litis contestatione. §. quid sit litis contestatio. & §. quæ sit ratio. uersic præterea. Hæc autem continuatio comprobatur, quòd sicut super imperfectis & debilibus parietibus, id est, super incerto, non est tectum ponendum, id est: ferenda sententia, sed plenè inquirendum est 11. quæst. 3. graue. Institut. de actionibus. §. curare. infrà. de sponsalibus. sicut ex literis. in fine. sic ex quo parietes fortes sunt & perfecti, id est, ex quo plenè liquet de causa, non est nimis differenda coopertura, id est, sententiæ prolatio. Ad quod accedit. C. de iudi. properandū. suprà, de dolo & contumacia. finē j. eo. c. 2. 11. q. 3 summopere. & capit. pauper. 2 q. 1. sicut in auth. de que store. §. si verò forsan cùm instituerint. collati. 6. & ut iudices non expectent sacras iussionēs. collat. 9. Et hæc continuatio magis placet, quàm aliæ quę sequuntur. Vel sic, finitò cursu maris iudicio, nūc quasi ad litus seu portum perueniamus, & sic de aliis, & c. videamus. Vel sic, diximus suprà, proxima rubrica, qualiter res alienę per pscriptionē acquirantur, nūc videndum occurrit quēadmodum eædem res alio modo ciuiliter acquirantur, secūdū Goffredū. scilicet per sententiā, appellatione nō suspensam, quæ pro veritate accipitur. ff. de regulis iuris. res iudi. In hoc tū casu non videtur tutū alicui, quòd rem contra pscientiam retineat: quia reperta veritate ad restitutionem tenetur, ut probatur j. de purga. vulg. c. 2. arg. Cod. de rebus cred. & iureiurando. l. fina. dic vt notatur j. e. §. quot sunt. sub § sed nunquid est hoc uer. sed quid si post sententiam. uel dic, quòd hæc continuatio ita potest fieri cū proxima rubrica. Quia rei vendicatione agenti plerūque obsistit præscriptio & sic reus absoluitur, plerunque non, & sic condemnatur, vt diximus. s. prox. tit. videamus qualiter absolutio ista, uel pdenatio fieri debeat & sic dicamus primò de prima parte rubricæ, & de sententia. secundò apponentes rubricam de re iudicata.

a DE SENTENTIA.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a De sententia. ¶ Adde quæ propriè dicatur sententia. uide per Bal. in c. uenientes. in 2. col. de iureiur.

SVMMARIA.

QVid hic dicatur sentētia, quot sint eius species, Qualis debeat esse sententia, Quis debeat sentētiam proferre, Qualiter proferri debeat, Et quando, Quis effectus sententiæ, Quo remedio sententia retractetur.

1 Quid hic dicatur sentētia. † Hoc ideo quæro, qa sententia multis modis accipitur. Dicitur enim sententia cuiuscunque orationis significatio. Item quicquid de quacũque re cuique magis placet sententia de generibus & speciebus, siue dispositione bonorum. C. qui testamenta facere possunt. hac cōsultissima. §. at cum humana. Vnde & opinio sentētia dicitur. xxx. q. ix. veniam. suprà. de ferijs. capellanus. ff. de damno infecto. si ędibus. aūte finem. quare & Cassius sententiam, id est, opinionem magistri sui, bene excusat. ff. de arbit. qualē. aliàs incipit l. dicere. quæ & aliquādo, quia distinguendo loquitur vel intelligitur, vocat̄ distinctio, ideo licitur, ꝙ distinctio Trebatij, id est, opinio distinguē. obtinuit in sterquilinio. ff. de act. emp. fundi nihil est. §. j. Vltima etiā voluntas testatoris [a] dicitur sententia. vt notatur j̃. de testa. §. quid sit testamentum. Item absolutè dicitur sententia, deportatio. C. de sententiam passis. l. fina. Item excommunicatio, uel interdictio vel suspensio. vnde dicitur excommunicato, vel interdicto, suspenso, iste subiacet sententiæ. & de hac j̃. de senten. excom. plenius notatur. Itē alio modo dicitur sententia, quodcũque præceptum iudicis non naturæ, non iuri, non bonis moribus contrarium, secũdum Azonem: nec tamen omnis vox vel epistola iudicis habet effectum rei iudicatæ. C. de senten. & inter. omn. iud. ex stipulatiōe. C. comminationes vel epistolas. l. 2. & in ipsa rubrica. Hic autē dicitur sententia, diffinitio iudicialis cōtrouersiæ finem imponens [b]. ff eod. l. j. determinat enim iurgantium controuersias, j̃. eo. iurgantium. & addunt aliqui indubitatum dicentes finem indubitatum imponens. & quæ nullo remedio subleuari potest. per l. ff. de condictio. indebi. eleganter. §. si post rem iudicatā sed illud dicitur ad ostendendũ, quòd postea non habet locum transactio, ut patet in his quæ notantur s̃. de transactio. §. quid sit transactio. aliàs, & si appellari possit, res tamen dicitur iudicata. C. de appe. litigatoribus. secũdum Goffredum, sententia dicitur quamuis extincta, id est, suspensa. vt exponitur ff. ad Turpil. senatusc. l. j in fi. & probatur. s̃. de offi. deleg. pastoralis § præterea. Vel dic, sententia est rei aptæ coram competenti iudice in dubiũ versæ ritè iudicialis & diffinitiua humana veritas declarata. *Rei aptę*, ideo dico, quia nec quilibet, nec de quolibet litigare vel litigari potest. vnde talis res est apta mihi, quæ non esset apta tibi. super quo vide quod notatur s̃. de rescri. § quis impetrare. & §. super quibus. & s̃. de procurato §. & in qua re. & de iudi. §. quæ sunt necessaria. j̃. de contrahenda emptione. §. & de quibus rebus. Quid enim, si quis veliet in dubiũ vertere, vtrũ homo sit animal rationale mortale: uel, utrũ Titius homo comedens & bibens viuat: vel vtrum sol orietur cras. vel Chimerā, vel Hippocentaurũ deducere in iudiciũ. certè in incertis, non omnino certis locus est coniecturis. ad hoc ff. de cond. ind. ꝙ si ea cond. ff. de verb. obl. cōtinuus. Inst. de inu. stip. § j. & dicas rei aptæ, scilicet principalis, vel accessorię. *Coram cōpet. iudice*, aliàs sententia nulla esset. vt not. j̃. eo. quis debet sententiam proferre. *In dubium versę*, aliter non ferretur sententia in confessum. quod dic vt not. s̃. de confe. vtrum in confessum. *Ritè*, quare dicatur, vide j̃. eo. §. qualiter proferri debeat. *Iudicialis*, non magistralis. de qua dixi s̃. e. versi. vnde & opinio non arbitraria. de qua dixi s̃. de arbi. quia nec per omnia sententia. est. ff. de his qui no. infamia. quid ergo. §. ex compromisso. *Et diffinitiua*, quo ad principale, vel articulum, de quo quæratur, vt patet. j̃. eod §. quis sit effectus. & s̃. eod. versi. hæc autem humana. quæ quandoque fallit, & fallitur ad excludendam diuinā, quę nec fallit, nec fallitur. j̃. de senten. excomm. à nobis. 2. & accedit s̃. de scruti. in or. fa. c. j. *Veritas*, quia pro veritate accipitur. quod dic vt notatur s̃. eod. in continuatione titu. vers. vel sic diximus. s̃. prox. rubric. *Declarata*, iudex enim nihil intelligitur dare, sed quod est declarare. ff. de rei vend. ex diuerso. resp. j. & §. j. & ff. si seruit. vend. sicuti. §. sed si quæritur. ff. de ædilit. edict. bouem. §. pe. Sic descriptio ista tam interlocutoriam, quàm diffinitiuam sententiam comprehendit.

2 Quot sint eius species. † Duę. nam alia est interlocutoria, & alia diffinitiua. Interlocutoria [c] sententia dicitur, ꝙ inter principium & finem principalis causæ fertur. uel quia iudex inter partes loquendo sine solemnitate scripturæ pronunciat, secundum Goff. vel dicit interlocutoria ad differentiam diffinitiuę, quia cum diffinitiua imponat finem negotio principali, vt no. j̃. eo. sub §. diffinitiua. & solemniter feratur, nec de facili retractetur, vt no. j̃. eo §. quo remedio. hæc etiam imponit finem exceptionib. siue quæstionibus emergentibus, vnde respectu diffinitiuæ est quędam simplex locutio super dubijs ꝓpositis inter partes. ideoq; sicut homo verbum suum simpliciter malè prolatũ debet & p̄t reuocare. 22. q. 4. magnæ. & arg. j̃. de acc. §. qualiter. 1. & in auth. de nup. §. 1. col. 4. sic & iudex interlocutoriam, siue sit iudex or. ff e. qđ iussit. siue deleg. j̃. de app. cum cessante. siue arbiter. ff. de arb. qualem. 1. aliàs incipit l. dicere. & ideo dicitur interlocutoria. Sententia autem appellatur ideò, qa & dubium, qđ est inter partes, declarat, & diffinit, & determinat, sicut & diffinitiua. & quia à ꝯsedente, nō à ꝓcedēte iudice ferri debet. 4. q. 3. §. spaciũ. ver. à iudice. & quia elapsis. x. diebus transit in rem iudi. quo ad duo, s. quo ad hoc, ne ab ea appellaretur vltra à partib. & quo ad hoc, ut ex ea excep. oriatur. sic intellige s̃. de testi. significauerunt. §. 1. & de elec cùm dilec. § fina. Non tñ transit in rē iudicatam, quo ad hoc, ut inde actio oriatur, sicut fit in diffinitiua. C. de reb. credito. & iureiu. actori. neque quo ad iudicem, qui ipsam possit quādocũq; voluerit, & ei videbit̄, præsentibus tñ partibus reuocare, vt dicũt iura signata. s̃. e. ver. īterlocutoria. ad fi. nō tñ parte absente, nisi fortè ꝯtumace, vt j̃. de ap. interposita. §. fi. & c. præc. §. j. vel nisi ex magna causa. vt ibi no. ar. C. de dil. siue pars. De ꝯsuetudine tñ generali, etiā si sup ꝑdilatiōe assignāda interlocutoria lata sit, & certa dies assignata, reuocāt eā iudices, & arctāt, prorogāt & demādāt, vel qa nō possunt, vel qa nolũt interesse diei præsenti vel præsentib. absente vel absentib. partib. sicut placet. & facit ꝓ eis, qa in parte videtur, ꝙ etiā parti ꝯtumaci possunt gratiā facere. s̃. de off. leg. nisi specialis. sed illud intellige, in quantum tangit iudicem, non partem: & quia deferendum est dignitati in talibus. s̃. de offic. del. pastoralis. resp. 1. aliàs quo ad iusticiam faciendā inter partes, æqualitas est seruāda s̃. de excep. cùm inter possessorē. & quo ad sententiā iustam ferendam, sic iudicabis maiorē sicut minorē. s̃. de iudi. nouit §. 1. vers. cæterùm. scriptũ nouimus. ꝙ tñ iudex etiā parti possit gratiā facere: legitur s̃. de of. dele. cōsuluit. §. 1. sed certè qđ ibi dicit, nisi gratiam ei fecerit benignitas iudicātis, intelligendũ est in expectando, & etiā assignādo aliũ diem, si voluerit, ad malitiam conuincendam. C. de iudi. auth. iubemus. s̃. de dolo & contu. prout. & c. cũ olim. §. volũtas. & c. veritatis. §. 1. nō tñ quo ad expēsas. ī quibus debet condemnari pars absens propter contumaciā suā: aliàs si hoc nō faceret, iudex tenerēt ipsas de ꝓprio marsupio resarcire. C. de iudi. properandũ. §. sin autē alterutra. & l. sancimus. nec eñ in necē meam debet alij subuenire. ff. de mino. in causæ. 1. resp. 1. nec debet fieri vnius consolatio quod alterius est tribulatio. xxv. q. 1. §. his ita. ante fi. arg. 14. q. 5. denique. 16. q. 7. c. 1. species enim lucri est, de alieno largiri, & debitorem beneficiis acquirere sibi. ff. de fur. qui in iure. resp. 1. arg. 1. q. 1. non putanda.

Diffinitiua verò [d] dicitur sententia, quia per eam principalis quæstio diffinitur. vt no. suprà eodem. § proxim. versicul. hic

ADDITIONES.

a Voluntas testatoris. ¶ Adde quod dicitur uolũtas pia, secũdum Car. Zab. in c. nos quidē. in 7. no. de test. Item uoluntas testatoris seruanda est ad instar legis, secundum Pau. de Ca. in l. nō oportet in principio. C. de his quibus vt indig. & per Bal. consi. 15. incip. in successione. in 2. uolu.

b Hanc definitionem probat Martinus, eod. titu. in summa, rationem subijciens: Determinat enim, inquit, litigantium controuersias. extrà, de sen. & re iu. c. 2. Item sententia dicitur absolutio & condemnatio. C. de sen. pass. & rest. l. fi. & de verb. signi. in his.

c Interlocutoria. ¶ Sententiam interlocutoriam ita definit Mar. vbi s̃. q̃ nō super principali, sed super alijs quæstionibus fert̄ principali causa durāte. Dictam aũt putat ex eo, quòd inter principium & finem principalis causę fertur: vel quia iudex inter partes loquēdo sine solennitate scripturæ pronunciat. Ferri autem debet cum cāæ cognitione, & à iudice sedente, & non procedente. 3. q. 3. §. spacium. Et licet interlocutoria sit scribēda in actis, in scriptis tamen ferenda nō est. Quod aũt ait Hostien. interlocutoriam non transire in rem iudicatā, restringit Mar. noster vbi suprà, quo ad duo, nempe ut remedio attentari non possit. & ut excipiat̄ ab ea. Et iō intra x. dies ab ea appellandũ. extra. de elect. cùm dilectus. & de testib. significauerũt. A qualibet autem interlocutoria potest secũdũ canones appellari: sed nō secundum leges: de appel. cum sit Romana. 2. q. 7. nō ita. Fallit tamen in casibus, in quibus secundum leges appellatur ab interlocutoria. ff. de app. recip. l. 2. C. ut lit. pen. l. 2. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. ff. qui satisd. cog. l. arbitro. ff. de appel. l. si quis. Adde gl. in clem. 1. de seque. pos. & fruc. Spe. titu. de sen. prola. in prin. Bart. in l. quod iussit. ff. de re iudi.

d Diffinitiua uerò. ¶ Adde do. in rub. de sen. & re iud.

hic aūt dicitur, quia ex quo prolata est, siue benè, siue malè, is qui pronunciauit, quo ad pronunciationem ipsius, vel examinationem ipsius, desiit esse iudex. vnde non potest ei; per eundem iudicē aliqd addi, vel detrahi, vel emendari, uel mutari, vel reuocari: vt ff. de arb. qualē. ff. e. quod iussit. in fi. & l. iudex. & l. cū quærebatur. & l post rē iudicatā. C. de sen. ex breuic. recit. hac lege. ver. sed nec. sic & hoc in delegato intelligas esse verum. s. de off. del. in literis. retinet tñ iurisdictionem, quo ad executionem, vsq; ad annum, quod dic vt no. s. de of. del. §. quę iurisdictio. ver. vel personalis. & se. & in arbitrio ff de arbit. quid tñ. & l. præc. In ordinario aūt distinguitur. vtrum sententia sua annullanda sit. & sic idem est quod in legato: vel nulla ipso iure, & tūc ipsemet, vel successor suus sententiam suam poterit retractare. sic inteligas C. quomo. & quan. iudex. si præses. C. de accu. si accusatoribus vel superior. C. de acc. absente. & arg. s. de vsucap. nisi. Quid ergo si sentētia delegati irrita sit ipso iure, & quidem impetrabitur à superiore, vt retractetur. sed per alium, vel per eundē q tulit sententiā. sic intellige C. de sent. ex breuic. recit. l. j. C. quom. & quan. iudex si vt proponis. j. Quod autem dixi diffinitiuam sententiam semel latam non posse retractari, &c. vt not. s. eo. versi. diffinitiua. fallit in casibus. Primò, quia si sit ibi falsa grammatica, emendari potest. ff. e. actorum Secundò, in mulcta, quę ꝑpter inopiam est ab eodē iudice remittēda. C. de modo mulctarum. l. fi. ff. de offi. præsid. illicitas. §. fi. Tertiò, in fructibus, expensis, & aliis consimilibus accessoriis, in quib. eadem die potest supplere, vt dico minui, sic intelige. ff. e. Paulus. videtur tñ, ꝙ etiam post multos dies à sentētia numerādos, quo ad accessoria suppleri possit, dūmodo ante sentētiā petitū fuerit, vt patet j. de don inter vir. & vxo. de prudētia. vel illud fit authoritate secūdi mādati, sicut intellexit Gof. decret. s. de iud. quia V. Quartò, si sit absens ꝯdemnatus, & veniat iudice adhuc ꝓ tribunali sedēte. ff. de rest. in inte. diuus. arg. j. e. cum Bertol §. postmodū. Quintò, secundū can. veritate, cōtra quā pronunciatū est, notoriè reperta, vt patet in his quæ no. & in iuribus alleg. s. e. in cōtinuatione rubr. istius versi. vel sic diximus. s. ad idem facit. C. si ex falsis instru. l. j. & vlt. ff. de re iudi. diuus. & de offi præsi. illicitas. §. veritas rerum j. qui fil. sint legit. p tuas §. nos igitur. C. plus valere quod agitur. & quod no. j. e. ver. sed certè, & seq. quod dic vt not. j. e sub §. sed nūquid. versi. idē dicunt. & pręced. Sextò, in principe, & præfecto prætorio, & senatu, & aliis illustribus, secundum quosdā. & sic intelligūt, C. de sent. ex breuic. recit. hac lege. §. exceptis. tamen secundum Azo. & illa exceptio non respicit proximum dictum. sed qđ pręmisit de sententiis in scriptis ferēdis. hi eīn non habent necesse hoc facere, vt plenè dicit litera. alij aūt non possunt ferre, nisi in scriptis, alioquin sentētia nulla esset. vt no. j. e. § qualiter. ver. ij. & seq. sententiā verò suā nec mutare, nec retractare possunt, nisi per modū supplicationis: appellari eīn non potest ab his: sed supplicatio admittitur, quia appelatio iniquitatis sententiæ querelā continet, supplicatio verò petitionē veniæ proprij erroris ꝯtinet, vel allegationē aduersarii circumuenientis. C. de sen. præfe. præt. l. j. ff. de mi. præfecti. nec eīn est verisimile, ꝙ tales aliter iudicent, q̃ princeps esset iudicaturus. ff. de off. pref. præt. l. j. Hęc aūt supplicatio intra x dies fieri potest, & pōt porrigi ei qui tulit sententiam, vel consiliariis suis, vel ad causam introducētib. nec suspendit execu. sententiæ, sed victor tenetur satisfacere de restituendo id quod obtinuit, cū augmentis legitimis, si contingat primā sententiā retractari: sed elapsis x. diebus potest supplicari principi, intra bienniū, post successionē iud. numerādum, id est, post quā pręfecto præt. iudici successit princeps p inuocationē supplicantis, & sic passiue intellige secundum Azo. q sic intelligit auth. vt spon. larg. §. aliud. col. ix. positum. C. de preci. Imp. offer. auth. quæ supplicatio. & C. de sen. præfect præt. l. vnic. hęc tñ supplicatio nō admittitur contra sententiā latā super secunda appel. vt C. ne lice. in vna eademq; causa ter ꝓuo. l. j. Sed certè hi q dicunt speciale esse in principe, ꝙ sententiam suā possit corrigere, vel mutare, iuuantur per ius can. tradēs regulam, ꝙ quotiescunq; surreptū est principi, vel si ipse ꝓ ꝯsideratione diuersarū circūstantiarū, aliud ordinare voluerit, sententiam Rom. sedis mutare in melius non negatur. subaudi, imo ꝯceditur. sic manifestè loquit s. de restit. in integ. cū ex literis. §. nos igitur. xxxv. q. ix. sententiam. & c. seq. & c. veniam. quod & in omni sententia videtur habere locū. Ex quo constat, ꝙ erratū est, sicut intelligit Gra. xxxv. q. ix. c. graue. & c. sequ. & arg. ff. de iudi. si prætor. vel in his, in quibus vertitur periculum animarū. j. e. ver. xj. si beneficiis ecclesiasticis. vt not. e. uer. nono. uel dic, ꝙ de facto Papæ non est nobis datū iudicare, ergo faciat sicut placuerit. s. de ele. licet. § fi. ix. q. iij. cuncta. & c. p principalem. Hæc etiam intelligi possunt p modū supplicationis, ut dictū est, & bene probat decret. inducta, cùm ex literis, vel qñ sententia nulla est, vt no. s. e. uer. in ordinario. tunc eīn habet locū quod suum licet ordinario, subaudi, errorem corrigere. sic intellige xxxv. q. ix. §. quia ergo uel quādo notoriè apparet, quod contra ueritatem pronunciatum est. ut tetigi suprà eod. uersi. quintò. aliàs contra. C. sent. rescin. non posse. l. fin. Septimò, ratione publicæ utilitatis. arg. ff. de decr. ab ordi. fac. quod semel ordo. Octauò, ratione interpretationis quod in præside uel procur. Cæsaris speciale uidetur. ff. de appel. ab execut. Nonò, in beneficiis ecclesiasticis per surreptionem obtentis, uel aliàs illicitè acquisitis. j. eod. cùm olim Magalon. s. de dol. & contum. cum olim. s. de elect. cùm dilecti. §. nos igitur. j. de præben. inter cætera. & c. dilecto. ad fi. & c. dilectus. iij. j. de concess. præben. proposuit. §. fi. j. de rerum permut. cùm uniuersorum. Decimò, in matrimonio. ibi eīn siue sentētia nulla fuerit ipso iure, siue annullanda propter errorem facti, siue p ordinarium, siue p delegatum, iterum retractari potest p eundem, si ordinarius erat is q tulit sententiam, siue p alium datum, si delegatus erat: ut probatur j. qui fil. sint leg. per uenerabilē §. uidebatur uer. præterea. & s. de restit. in integr. ex literis. ibi, inde uidetur, ꝙ in modum appel. siue supplicationis audiatur. & est ratio: quia hæc causa nunq̃ transit in rem iudicatam: ut no. j. e. §. quis sit effectus. alii etiam casus sunt, in quibus secūda sententia ꝯ primā lata. tenet. quod dic ut no. j. e. §. qualis. sub §. iusta. uersi. hoc tamen fallit. & seq. Vndecimò, uidetur idē. vbicunque uertitur periculum animę, ut de errore notorio possit fieri fides, sicut dixi in causa matrimoniali. s. uer. prox. & in alia causa. s. e. uers. qntò. & sic pōt intelligi. quòd non debet stari sententiæ latæ, etiā ab illo cui causa cōmissa est appellatione remota, si iniquitatē ꝯtineat manifestā. j. eod. inter cæteras. & c. j. quia nullus numerus defendit annorum, imò tātò grauiora crimina, & c. ut no. s. de præscrip. sub rub. de præscr. rer. immob. §. quæ exigantur. sub §. uerùm quicquid dicant.[a]

Sed nunquid est hoc simpliciter uerum? pone eīn, quòd alicui mouetur quæstio super beneficio suo, ꝙ minus canonice adeptus est. uel sup re aliqua aliena absoluitur reus, nunquid iudex ueritate comperta poterit sententiam retractare? Et certe non puto, quia transit in rē iudic. s. de elec. cùm dilec. §. fin. & facit ius inter partes. j. eo. cùm inter nos. §. ulti. & c quo ad consultationem. C. de agric. & cen. litibus circa fin. & ar. j. de præb. non essent. uers. quid ergo. unde nec error directus retractat sententiam. ff. fam. hercisc. §. cùm putarē. j. e. inter monasterium. & c. seq. uidetur eīn acquiescere sententiæ is contra quē fertur, cū non appellet, & in potestate sua sit appellare. ergo imputet sibi, si non appellat. Sic ergo sententia authoritate iuris suffulta, tribuit ius illi qui non habebat, & aufert illi q habebat: ar. s. de rescri pastoralis. nec mirum: nam & patientia; siue tolerantia consentientis authoritate, siue ratificatione illius qui dispēsare potest interuenire, hoc idem uidetur facere. ut s. de suppl. negl. præl. c. pe. & de temp ord. c. ij. j. de præb tuę. & in fi. & in c. seq. ante fin. j. de spon. præterea. j. in fin. j. qui cle. uel uo. ueniens. s. de elec. ꝙ sicut. j de his quæ fiunt à præl. cùm uos. j. de dona. pastoralis. j. de iure pat. cura. ff. de offi. procon. obseruare. in fin. ij. q. j. in primis. secus autem, si sententia non sit lata, uel si toleranda sit turbata. ar. j. de simo. Matthęus. uel dissimulata, id est, cōniuentibus, seu clausis oculis pręterita. ar. j. de priuil. quanto. j. de sent. excom. conquesti. uel quando etiam is consentit expressim, uel tacitè, qui dispensare non potest. talis enim in beneficiis ecclesiasticis non excusat, imò ueritate cōperta remouetur tenens beneficiū, & est ad perceptorū restitutionem canonicè

ADDITIO.

a Duodecimus retractandæ, reuocandęque sententiæ definitiuæ casus adiici ex Mart. vbi s. potest Si igitur iudex in pronunciando errauerit, & dixerit, Absoluo, cum vellet dicere condemno, vel è contrario. nunquid sententiā corrigere potest, & iterum iudicare? videtur quod sic: quia nihil dixisse videtur. ff. de supel. leg. l. Labeo ff. de reb. dub. l. iij. Sed cōtrà, ff. de arb. l. quia arbiter. & iud. solui. l. cùm quærebat. Huic addi nō potest, nisi circa accessiones eadē die. ff. e. ti. l. Paulus Sed tamē sentētia bene ualet & tenet quādo iudex sentētiando dicit, Statuo & præcipio fieri hoc, uel illud, q̄a hoc uerbū Statuo, significat rē perfectā. extra. de uerb. signi. in his. Potest & iudex eadē die qua fert sententiā, defectū suum supplere, quo ad supplementū priorū statutorū. d. l. Paulus. Reuocare autem sententiam definitiuam non potest, qui iudex esse desiit. Semel enim officio suo functus est. ff. de re iud. l. iudex posteaquam vnde, vt dictum est. sententiam nec reuocare, nec amplius iudicare potest de ipsa re, licet exequi possit eam extra de offic. deleg. in literis. & c. seq. Et hoc uerum in delegato, quia ordinarius iterum pronunciare potest, si prima sententia, quā tulit, sit ipso iure nulla Cod. quomodo & quā. iudex. l. si pses. & C. de accus. l. accusatoribus. Si tamē iudex delegat⁹ semel pronūciauit diffinitiuè, & eius sciētētia nulla sit, impetrabitur. à superiore ex integro iudicari. C. de sent. ex breu. recit. l. j. & hoc per alium iudicem. C. quom. & quan. iudex. l. si. ut proponis. Item sententia in causa matrimoniali nō transit in rem iudicatā. extra. de re iudi. c. lator. & c. tenor. & c. cōsanguinei, & de sponsal. & matrim. c. sicut. & xxxv. q. ix. §. quid ergo. unde siue ordinarius, siue delegatus potest iterum iudicare, si malè pronūciarit de matrimonio nō idē delegatus, sed alius, siue prima sententia ipso iure sit nulla, siue per errorem facti lata, ut in capitulis præallegatis. Martinus.

nicè condemnandus. sic intellige ĭ. de cler. coniug. diuersis. ĭ. de præben. dilecto. in fin. ĭ. de his quæ fiunt à præl. sine con. cap cō tinebatur. ĭ. de iure pa. cùm dilectus. in fin. ĭ de app. bonæ. in fin. & sic intellige, quòd multa per patientiam tolerantur. & c. infra. de preben. cùm iamdudum. in fin. Et breuiter in his in quibus peccatum est secundum l. d. sicut in furto, in rapina, nec Papa nec alius dispensat, quo minus pœnitentia agatur, & restitutio fiat. ĭ. de vsur, cùm tu. xiiij. q. v. si quid inuenisti. & ca. multi. & q. vj. si res. In his verò, in quib. peccatum mortale est secundum ius positiuū, & est interdicta dispensatio episcopis siue inferioribus à Papa, nullus potest præstare hanc pœnitentiam, nisi ipse Papa, vel is cui dedit authoritatem, vt probant concor. supradictæ, & ĭ. de cog. spirit. super eo. ipse verò non de facili hanc pœnitentiam interponit, nisi quando homines parati sunt corrigi, & quoad præterita, non futura. sic intellige s̃. de tēp. ord. c. ij. ĭ de conse. ecc. vel alta. aqua. Quoad temporalia verò aliena detenta, non excusatur similiter quis, quousque absolutus sit per sententiam, à qua appellatum non est. vt præscriptio sit completa, de qua præscriptione dic vt plenè notatur suprà. de præben. sub rub. de præscri. rer. immob. §. quæ exigantur. Sed quid si post sententiam latam pro illo qui rem alienam possidet, à qua non est appellatum, reperiat is pro quo lata est, quòd aliena erat, & quidem, si dum litigabat, habebat malam conscientiam, non puto quòd sententia ipsum defendat, sicut nec præscriptio ipsum defenderet. vt no. in d. § quæ exigantur. s̃ prox. allegat. & ĭ. eodem versi proxim. & probatur C. de rebus cred. l. fin. licet domini legum illud speciale dicant. & ar. ff. de condi. sine causa. si fullo. & in concor. signat. s̃. eodem, versi. ideoque si quis per falsas allegationes. ver. falsos testes, vel falsa instrumenta scienter obtinuerit, in ꝑpetuū tenebitur. super quo vide qđ no. s̃. de excep. §. & qñ. sub §. hoc. de dila. & ver. se. Idem dñt theologi, ꝙ si post sententiam latā hoc intelligāt, & facit ꝓ ipsis: qa ꝑ sententiā non tollitur naturalis obligatio [a] ff. de cōd. inde. Iulianus. & Inst de excep. § itē si in iudicio. q videt omnino sententiā theologorū approbare. & ego idē dico, si ꝯsciētiā habeat sed ego non sum de illis. vt no. simile in d. §. quæ exigant. sub §. verū. versi. ego tñ. & seq. nam cū res iudicatur mea esse, simul iudicatur illius non esse. ff. de proc. Pompon. §. sed & his. & imputet sibi, si non appellet, cū potuerit appellare is ꝯ quem diffi. sententia est ꝓlata. vt no. s̃. e. sub §. sed nunquid est hoc. respō. j nec obst. ff. de cōdi. sine causa, si fullo. quia illud potest intelligi, qñ nō fuit condēnatus, licet conuētus fuerit, quāuis dñi ponāt, qđ sentētia lata fuit: vel pōt intelligi prout no. s̃. eo. ver. sed quid si post sententiā. nec obst. ĭ. de purga. vulg. c. ij. qa purgatio reprobatur per ius can. 2. q. v. monomachia. mēnam ꝯsuluisti. nec ob. ff. qñ act. de pecul. est annal. l. j. § fi. aliàs est lex ij. qa & ibi pater cōtra quē agebatur, sciebat filiū viuere. & sic habebat malā fidē ante sentētiā in defendēdo. ar. ff. de iud. si prætor. §. Marcel. aliàs est l. & incipit si per dolū. sicut in lib. meo, & sic etiā pōt intelligi C. de reb. cre l. fi. ff. de iureiu. admonēdi. vel aliter, sicut no. s̃. de iurei. sub. §. nūc redeundū. sub rub. de asser. iura §. qualiter iurādū sit. uers. hoc aūt no. & seq. nō obst. ĭ. de frigi. fraternitatis. qa illud speciale est in causa matrimoniali, vel pōt dici, ꝙ vbi ꝓbabilis error reperit, subueniri pōt ex gñali clausula, iudic. offici. implorato ff. ex quib. cau. ma. in integ. restit. l. j. § j. & l. sed & si ꝑ prætorē. §. fi. & l. necnō. § ꝙ eis. & secundum hoc pōt intelligi, quod no. ĭ. e. sub rub. de re iudi. §. quanta sit authoritas.

[3] **Qualis** debeat esse sentētia. †Et quidē absolutoria, vel condemnatoria. Certa, Pura, Iusta. Absolutoria, vel condemnatoria, alias ꝓ nulla uel iniusta habet. 2. q. 6. §. diffinitua. C. de sent. & interl. om. iu. l. 3. ff. e. l. 1. §. j. ff. fam. herc. in hoc iudicio. Sed & sufficiunt verba æquipollētia: ut si dicat, Statuo, vel præcipio ĭ. de verborū sig. in his. Vel nihil videri Titium debere Seio. ff de arb. quid tñ. §. si arbiter ita pronuntiasset. vel quæcunq; alia uerba æquipollētia. ff. e. in summa. inde incipit in aliàs sentētiis. In causa etiā app. dicūt quidā, sicut M. & Pla. hoc idem requirendū, & ꝑ iura prædicta. Bul Iob. & Azo dicunt sufficere, ꝯfirmari primā sententiā, vel etiam infirmari. 2. q 7. appellatore. §. fi. C. de episc au. auth. si quis litigātium. s̃. de in integ. restit. ex literis. C. de appel. eos. ff. de admi. tut. chirographis. Alij dicūt vtrunq; fieri debere vt scilicet dicat iudex, Cōfirmo, & talē partē ꝯdēno: vel Infirmo, & talē partē absoluo: & si in totū, in totū: & si in partē, in partē. & hoc comprobāt decr. ĭ. e. cum causam. ad fi. & c. cum Bertol. ad fi. ĭ. de testa. Raynut §. cùm aūt. & §. pe. & fi. & c. Raynal. §. demum. ver. dile. fil. & §. seq. & s̃. de offi. del. corā. & §. fi. & iunge quod no. ĭ. de appel. §. quis sit effectus. sub §. sed qualiter ꝯtestabitur lis. vbi hoc plenius no. Sed quid si iudex debuit dicere, Condemno, & dixit absoluo, vel ꝯ, nunqd pōt talem errorem corrigere? Videtur ꝙ sic. nil enim dixisse vr̄. ar. ff. de supel. leg. Labeo. ff. de re. dub. l. iij. Sed ꝯ. nam & si arbiter errauerit in snīa, non potest eam corrigere. ff. de arbit. quia arbiter. & idem in iudice. ff. eo. cùm quærebat. quod verius est. aliàs si pœniteret, semper posset dicere, Ego erraui. & sic colludere. ar. ĭ. de eo qui cog. con. vxor. suæ sup cog. & collusiones reprobari debent, vt apparet in his quæ notantur ĭ. de co. deteg. §. 1. & §. finali. quod intelligas, nisi per scripturam tabellionis, in qua legebat, vel per illos cum quibus deliberauerat, vel qui sibi assidebant, de errore manifesto docere posset. aliàs contrà. C. plus vale. quod agitur. ff. de offici. præsid. illicitas. §. veritas rerum. & patet in his quæ no. s̃. e. sub § differentia. versic. quintò.

b corrigatur: [b] licet nonunquam ſuperior bene latas ſententias in peius reformet. nec enim vtique, in melius pronunciat, qui ſententias nouiſſimus eſt laturus.ff.e l. j. reſpon. j. & videtur hęc cauſa innuere, quòd ante diffinitiuam ſententiam non appelletur, ſecundum legem. Sed & quod dicit latas ſententias, poſſet intelligi tam de diffinitiuis, quam interlocutoriis. quòd præcedit iniquitas, &c. poſſet reſpicere quodlibet grauamē per iudicem illatum. & hoc etiam innuit, quando dixit, Frequens & neceſſarius. q.d. frequenter grauantur litigantes à iudicibus, & ideo frequenter neceſſe eſt appellare. Item ſequentes rationes, etiam ſecundum l. locum habere videntur. nam ſecundum ipſas nulla malitia, nulla iniquitas nutrietur, nec grauamen aliquod inferetur.ff. de rei vend. in fundo ff. quod met. cau. extat. C. de indicta uidui. tol.l.ii. Inſti. ui bon. rap. §. ſed nedum talia. & ſic uidetur, quòd ſecundum l. poſſit etiam ante diffinitiuam ſententiam appellari. dic vt no. ĩ. eod.§ quando appellaret. igitur qualiter ſecundum l. appellatio eſt inducta Sed & ſecundum can. ideo inducta eſt, vt liceat appellatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſubleuare. ii. q. vj. cap. j. Et vt omnes oppreſſi releuentur. 2.q.6. ad Romanam. Et ne quis audeat ſibi ius dicere, nec innocens condemnetur, vel ſpolietur, vel in aliquo opprimatur. 2.q. 6. cap. 2.

ADDITIONES.

a Quid ſit appellatio. ¶ Emendatior, atq; ideo verior eſt Marti. definitio in ſumma, eod. ti. Sic enim definit. Appellatio, ſecundum leges, eſt per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ ſententię reſciſſionis imploratio. ff. de min. l. præfecti. Sed ſecundum canones, appellatio eſt à minore ad maiorē iudicem prouocatio. ij. q. vj. omnis oppreſſus. & c. ſeq. & c. placuit: Mart. ¶ Adde Doct. in rubr. eodem titulo.

b Corrigatur. ¶ Hanc introductæ appellationis cauſam ſcribit Marti. procedere ſecundum leges. Sed ſecundum canones, introductam ait appellationem, vt liceat appellatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſubleuare. ij. q. vj. cap. j. & vt omnes oppreſſi ſubleuentur. ij. quæſt. vj. ad Romanam. Appellatio tamen, quę eſt oppreſſorum leuamen, uinculum iniquitatis eſſe non debet. extrà, de appel. cũ ſpeciali. §. porrò. & ideo facta ab omni grauamine, uel ſuper omni, vel ad correctionem; niſi corrector modum excedat in corrigendo, non ualet. extra, de appellation. inter cætera. & cap. de priore. & de officio delegati. ſuper quæſtionum. §. nos autem. Si uerò fiat ab omni grauamine, quod accidere poſſet, in una cauſa, tamen tenet apud iudicem eccleſiaſticum, licet ſit generalis, dummodo grauamen appareat manifeſte, & cauſa probabilis ponatur ab appellante, extrà de appellat. conſuluit. vbi de hoc in gl. hoc admittitur. & c. cum ſpeciali. §. porro. & cap. cordi. de appellat. in vj. ubi de hoc. A futuro autem grauamine appellandum non eſt, ſed tantum ab illato, uel comminato, dummodo iudex uelit à tali grauamine deſiſtere & interlocutoriam retractare, ut de appellat. cum ceſſante cauſa, ubi de hoc in gl. uidetur ergo.

6.cap.2.& c.3.& ſeq.vnde & extra iudiciū appellaẗ, ut ibi.& ĩ.e. bonæ.& cap.dilectis.& tūc verius dicitur prouocatio ad cām, quā appellatio.ĩ.e.cū ſit Romana.§ ſi verò grauamen. & breuiter appellationis remedium non eſt ad defenſionem iniquitatis,ſed ad pſidiū innocētiæ īſtitutū,ut ĩ.e.ti.cū ſpeciali.§ porrò.

3 a **Quis poſſit** appellare.† [a] Is cuius intereſt,ſiue ꝯ eū ſit lata ſentētia.2.q.6.ideo.ſiue ꝯ aliū, ſi ſua tñ interſit vt apparet in his,2.q 6 non ſolēt.ſ.ti.j.cùm ſuper controuerſia.ff e.tutor.& l.ab executore.§.alio.& hoc qualitercūq; inteſit,vt apparet in his q̄ no.ſ.ti.j ſub rub.de re iud.§. quibus noceat Imò,& quandoque,& ſi non interſit,niſi humanitatis cā,tenet appell.vt ſi q; condemnatus eſt in crimine capitali,vt ſi quidem cognato vel etiam extraneo appellante,quantumcunque condemnatus cōtradicat,tenet appel.& ſuppliciū differtur.ff.e.nō tm̃.ff.quando app.ſit.l 2.§.fi. excipe quod no. ſ.e.ti.1.ſub rubr.de ſnīa.§.quo remedio. ſub §.hoc tñ notandū. ver.qñ inſignes.Sed & filio victo in cā libertatis licet pr̄i appellare,matri verò pietatis cā , filio ex quacunque cā condēnato, permittiẗ appellare,& applłonem exercere,licet ab initio in cā prima ſeu principali defendere non poſſent, ff.qñ appella.ſit.l. 2.§.pe ff.de ap.non reci.l.1.niſi in caſu,qñ parentes vel filij morbo impediūtur agere vel ætate.ff.proc.fœminas.Poteſt & quilibet extraneus pro condēnato appellare,dum tñ cōdemnatus appellationē factā mox ratā habeat.ff.de ap.reci.l.1.2.q.6. non ſolùm.& pone mox,id eſt,olim intra biduū, hodie intra x.dies. ar.ff.rem rat.ha.l.pe Multo fortius proc.alieno nomine condēnatus,is etiam per aliū proc.appellare poteſt.ff.e.tutor.in fi.& l. ab executore.§.fi.quinimò imputatur ei,ſi per ſe,vel ꝑ aliū nō appellauerit,vel ſaltē domino nō denunciauerit,ꝙ appellet.ſ. de proc.nō iniuſtè.ver. potuit.& ſeq.& no.ſ.de proc.§.qđ ſit eius offi.ver.item ad eius officiū pertinet appel. Quamuis autē patre noīe filij damnato in bonis , quæ ꝑ filiū acquiri poſſunt, poſſit filius appellare.ff.e.ex cōſenſu.§.filium.nō tñ licet ſeruo, dño cōdemnato,ſi tñ ſeruus criminaliter fuerit condemnatus, & nec dñs,nec alius à ſnīa appellauerit , non negabimus ſeruo ſnīam paſſo appellationis triſte auxilium implorāri,vt ff e.ſerui & l.Lucius.& l.creditor.reſp.j.Adeò ēt ad appellādū qlibet admittitur,qđ nec excommunicato ſi ſua interſit , denegaẗ , imò conceditur appellare,& appel.proſequi.vt patet ſ.de excep.cū īter priorē.& c.dilecti.dilectæ.ſignificauerūt. venerabilē. Aliàs aūt is cuius nullo modo intereſt,appellare non poteſt. ſic intellige 2.q.6.nō ſolent ſ.de ele.cū inter R.iuniorē.§.nos attēdētes.

4 b **A quo** & ad quem appellatio debet† fieri [b]. Ab illo ſcilicet, à quo.& quidem gradatim debet appellatio fieri:ab illo,ſcilicet à quo appellatur ad illū , q in proximo gradu,id eſt,ꝓximò,& immediatè eſt ſuperior. Vnde & ſi ad Imperatorem fiat appellatio,omiſſo medio,nō cognoſcit ipſe Imperator,ſed cauſam remittit.ff e.Imperatores.& traditur is ordo per l.C.vt ſi à ſpectabili iudice ad Imperatorem appelletur:non ipſe Imperator qui alijs eſt intētus,cognoſcit,ſed alij duo,ſcilicet præfectus prętorio,& quæſtor ſacri palatij , ſi tamē ſummā excedat x libras auri & ſic citra xx.alioquin ſi citra x.alter eorū cognoſcit Si verò xx.excedit,tunc introducitur in cōmune auditorium florētiſſimorum ſacri palatij principis.C eo.præcipimus.& in l.in offerendis In Duce tamē licet ſpectabilis vel illuſtris ſit,ſpeciale videtur,vt ſi ab eo appelletur, duo ſemper cognoſcāt,ſcilicet magiſter officiorū,& quæſtor ſacri palatij.C.e. ſi qñ.Si verò à ſententia clariſſimi iudicis appelletur ad Imperatorem,vnus ſolus,ſcilicet præfectus prætorio vice principis iudicabit.& hoc vbi is,à quo appellatur,tāquā ordinarius iudicauit.Sin autem ut delegatus ad eū qui delegauit refertur.Sed & vbi Imperator delegauit nō illuſtri,& ab eo appellatur, iudicabit præfectus prætorio cū quæſtore. Quòd ſi illuſtri delegauerit,vel etiā nō illuſtri,facto tñ illuſtri, antequā iudicaret : vel ſi delegauerat,& nō illuſtri,ſolus princeps cognoſcit. In omnib. aūt prędictis caſibus cognoſcētiū iudicū epiſtolares,vel libellēſes apoſtolos & geſta apud iudices priores, & ab appellatorib. ſuſcipient,& cognoſcēdas apud prædictos viros illuſtres inducēt,& q̄ geruntur,excipiēt, & ſcripta litigatoribus edēt,& ſentētias executioni tradēt.C.e.præcipimus.Iure aūt authēticorū is videtur ordo, ut à præſide , vel quolibet clariſſimo appelleẗ ad ſpectabiles [c]:à ſpectabili autē ad præfectum & ad quæſtorē, Quòd ſi Imperator delegauerit cām illuſtri uel ſpectabili , ad antiquos Ro.iudices appel.ſi verò priuato delegauerit , erit ad ſpectabiles appel.vt in auth.e.ti § pen.& vl.2.q.6. anteriorum. Verùm ſecundm can.ita tenendum eſt,ꝙ gradatim faciēda eſt app.vt no.ſ.e.§.reſp.1.& probatur 2.q.6 anteriorum §.illo videlicet.& §.illud etiā.& c.placuit.& ſi omittatur iudex medius appel.non valebit.adeò quòd ſi hæc except.proponatur coram iudice,ad quem appellatum eſt,omiſſo medio,& ipſam nō admiſerit,iuſtè appellabitur ab e.vt ĩ.e.dilecti filij. Prior,& cōuētus de Lacu rubeo.Sed contrà ĩ de præb. referente. dic vt ibi, ꝙ nō fuit hoc obiectum.uel illud de ſpeciali cōſuetudine, ut in auth.d.n.e.ti.ex̃,Romana.cū ſuffraganeorū.reſpō.1.ad fi.Item ꝯ ĩ de noui ope.nun.ſignificantibus.dic ꝙ ibi loquiẗ in officiali epī,qui idem intelligitur cū epō.ideoq; ſic ab eo, ſicut à dño ſuo ad archiepiſcopum appellaẗ,vt no.ſ.de offi.vic.§ quis ſit vicarius.verſ.quid de officiali.Item ꝯ.nam ad Papam appellaẗ

d omiſſo medio. [d] 2.q.6.ſi qui putauerit.ĩ eo.ſi duobus & c. ſolicitudinē.ſed dic,ꝙ in Papa ſpeciale eſt,& in legato ſuo ſ. de off.lega c.1.& eſt ratio,qa ordinarius eſt cunctorū.ĩ.de priuil. antiqua 9.q 3.cūcta ꝑ mundū.& c. ꝑ principalē. quinimò immediatè appellaẗ ad proximū ſuperiorē,qñ ad ipſum appellaẗ vt apparet in his quæ no.ſ.de off.archipre.§ quæ ꝑtinent. uer. ex hoc no.& iunge quod not.ĩ.eo.§.qūo. ſub §.cùm autem ſuꝑ uerbo,& ſuperior.Quid ſi qs putauit appellare ad iudicē ſuperiorem,& appellauit ad minorem,ſiue inferiorem? Reſpon.

error ei

ADDITIONES.

a Quis poſſit appellare.¶ Hūc articulū vt plenius & locupletius,ita & magis explicitè ꝑtractat Martinus noſter in ſumma eodē tit.hac eadē rubricella,cuius verba hæc ſunt : Appellare pōt omnis homo,cuius intereſt: ſiue ꝯ eū lata ſit ſnīa.vt 2.q .6.& ideo.& c.non ſolent,ſiue ꝯ alium, dummodo ſua interſit.dicto c ap.non ſolent.& de ſen.& re iud.cū ſuꝑ.& ff.de appellat.tutor. & l.ab executore.§.alio.Nullus tñ appellare debet, niſi grauetur.de app.cap.vt debitus.Item poteſt quis pro alio damnato, dūmodo damnatus ratum habeat,& hoc intra decennium.vt dicto cap.non ſolent.& ff.de appellat.l.1.Poteſt etiā vtraque pars à ſnīa appellare, ſi grauetur,vt extrà,de teſtam Rainaldus.licet appellatio non admittaẗ in tributis ſoluendis.2.q.6.§.diffinitiua.Appellare quoque pōt purgandus ꝑꝑ infamiam,ſi prælatus grauet eum iniuſtè , uel in purgatione modum excedat.extra,de purga cano.cap.nos inter.vbi de hoc in glo. dum tñ.& de offi.ordin.irrefragabili.Similiter appellare p̄t quis à pœna graui ꝑ iudicem irrogata.Secus tñ à pœna expreſſa in iure.ff.de verb.ſig.l.antepenū. & de accuſat.ſuper iis.in gl.hoc generale.Si qs tñ fruſtra toriè appellet, remittiẗ ad eum,à quo appellauit,& condemnatur in expenſis, vt de appel ut debitus.ubi de hoc in gl.Poteſt etiā appellare iudex ordinarius,ſi delegatus non vult exaudire preces ſuas in caſu.extrà de off. deleg.ſi qñ. vbi de hoc.& cap.ſuꝑ eo.& de re iu.cùm ſuꝑ cōtrouerſia ſi aliquis de collegio appellet,vt fieret electio niſi canonica,appellatio tenet. de elec.cū nobis.Item cùm laicus grauaẗ iniuſtè à ſuo iudice ſeculari, pōt ad Papā vel ſuū epiſcopū appellare.ut extrà,de foro cōpet.licet.ubi de hoc in gl. iſte eſt.Poſſunt quoque partes appellare,qñ iudex non oſtēdit eis literas relationis,quas ſuperiori trāſmitit.2.q 6.biduū.& C.de relat.l.1.& 2.Appellare is vr̄,qui ponit ſe & ſua in protectiōe Papæ , & ſnīa poſt huiuſmodi appellationē lata eſt nulla.de app.ad audientiā.ubi de hoc in gl.Quilibet ēt poteſt appellare pro cauſa quantumcunque parua , quia pōt quis grauari in paruo,ſicut in magno:appellaẗ enim ꝑꝑ iniquū grauamen.extra de app.c.de app.pro cauſis.ubi de hoc in gl.minima.Itē appellare qs dr̄ ipſo facto,poſtquam ad Romanā curiā iter arripuit.24.q.3.ſi quis Romipetas.& cap.illi qui.& de appel. dilecti.2.ubi de hoc in gl. qm̄ plus.& c.ad audientiam.& c.conquerente.& de confir.ut c.1.

b Appellatio fieri. ¶ Qđ latiſſimè tractat Hoſti.id paucis cōplectiẗ Mar. noſter.Ait em̄ appellari & poſſe & debere à minori ad maiorē.2.q.6.anteriorū.§.illo videlicet.§.illud.Qui autem appellauerit ad minorem,error nocebit,nā ſnīa tranſibit in rem iudicatā.Sed ad parē,uel ad maiorē aliū tñ pro alio,error non nocebit,quia pōt appellans proſequi apud illū , ad quem debuit appellare.ff.de app.l.1.§.ſi quis.& §.ſi verò. Poteſt aūt appellari à tota ſnīa,& à certo capitulo ipſius,ſi diuerſa capitula contineātur in ipſa,nec reſcinduntẗ alia capitula,ſuper quibus non appellatur,niſi eſſent connexa.ff.de mino.l.etiā ſi patre.& arg.l.1.§.Trebatius.ff.de aqua quoti.& æſtiua.Appellari quoque pōt à mixto executore , ſi exceptiones legitimas non admittat, uel ſi aliàs grauet partes.extrà.de app.dilecto,& cap.ut debitus.A mero aūt executore appellari nō poteſt,licet exceptiones admiſerit,& hoc,ſi non excedat modū in exequēdo.extrà,de re iudi. qđ ad conſultationē.ubi de hoc in gl. ab executore. Sed nec ab arbitris ꝯpromiſſariis appellari pōt.C.de arbit.l.1.Si tñ ſnīæ arbitrorum iniquæ fuerint,corrigaẗ ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatem. Itē ſi ex conſenſu partium iudex deẗ,poterit appellari ab eo ff.eo.tit.l.ex conſenſu litigātiū.in prin. à Papa,uel à principe non appellaẗ.ff à quib. appel. non lic.l.1. cùm ipſe ſit,cui prouocaẗ.Papa enim de aliorū ſententiis iudicat, nullus autem de ſuis.9.q.3 cuncta per mundū. Item à diſciplinis & correctionibus regularium non appellaẗ.extra eo.tit.ad noſtrā.c.reprehenſibilis.& c.cum ſpeciali.niſi correctio modū excedat.23.q.4.c.qui peccat.in fi.Quod tñ diciẗ, appellari non licere,omiſſo medio,ut extra de app.dilect.2.limitat Mart. in Papa,ad quē ait appellari poſſe,omiſſo medio,ꝑꝑ plenitudinem poteſtatis,ut 2.q.6.ad Roma.ipſe enim eſt iudex ordinarius omnium. 9.q.3. cuncta per mundū.& extra de priuil. antiq. Fallit hoc , cum delegatus à Papa ſubdelegando cauſam aliqd ſibi de iuriſdictione reſeruat , qa tūc ſi à ſubdelegato qs appel.non ad delegantē eſt appellandū , ſi cauſa ſit ei cōmiſſa,appellatione remota.Sed ſi totā cauſam ſubdelegauerit , nihil ſibi de iuriſdictione reſeruans,tūc a ſubdelegato huiuſmodi ad Papā eſt appellandū.d.c.dilecti.2.& de off.dele.ſuꝑ quæſtionū.§.porrò.ubi de hoc in gl.non tñ.Poteſt etiam appellari ad Papā ob defectum ſecularis iudicis qñ vacat imperium.arg 23.q.5.adminiſtratoris , extra de foro comp. ex tenore.ubi ꝑ glo.Appellaẗ quoque ab epiſcopo Ad Imperatorē in caſu de quo in c.verū.de foro cōpet.ubi de hoc.& de app.ſi duobus. Martinº.

c Ad ſpectabiles.¶ Adde q dicanẗ ſpectabiles.vide Anto.Corſetū in tract. de regibus.q.21.Itē duces appellantur ſpectabiles,ſecundū Bal.in c.cùm acceſſiſſent.in 4.col.de conſtit.

d Omiſſo medio. ¶ Adde caſus in quibus licet appellare,omiſſo medio.uide in c.Romana.& ibi Doct.de app.lib.6.

error ei nocebit, quia sententia non obst. appel. in rē iudi. transibit. ꝙ si ad maiorem q̃ debuerit, vel ad parem appellauerit, alium pro alio accipiendo, & sic errando, talis error non nocet, imò nihilominus potest appella. prosequi apud eum ad quem debuit appellare, vt ff. e. l. j. §. si quis. & §. pe. Sed pone, ꝙ episcopus habens temporalem iurisdict. super ipsis rebus temporalibus, sententiam tulerit, ad quem appellabitur in hoc casu, nunquid ad archiepiscopū? sic, vt in auth. d. n. extrà, e. tit. Romana. §. debet autem ad eos ab episcopis p̃fatæ prouinciæ super causis, in quib. tp̄alem iurisd. exercent, appellari, nisi fortè de consuetudine, aut priuilegio, seu iure alio speciali sit appellandum ad alium. Hunc verò §. sic continuabis & expones, dicet aliqs, Satis intelligo, ꝙ in causis spiritualibus seu ecclesiasticis, est ab epis ad archiepiscopos appellandum, vt s̃. de of. ord. ad reprimendam. j̃. eo. si duob. & c. dilectis. 10. q. 3. quia cognouimus. & s̃. eo. per totum, sed ex hoc, ꝙ in his de spiritualibus specialiter cauetur, videtur ꝙ in temporalib. aliud sit censendum, qa ꝙ denuò dicitur, &c. ff. de iudi. cū prætor. C. de ꝓcur. maritus. s̃. de præsum. nonne. nā & iurisdictiones distinctæ sunt. vt not. j̃. qui fil. sint legit. §. qualiter. ver. ego iurisdictiones, & reddenda sunt quæ sunt Cæsaris Cæsari. s̃. de cler. coniu. ex parte. ad fi. aūt pro sed, sed non est ita, imò dēt ad eos, s. archiepiscopum & officiales suos, de quibus p̃misit. s̃. § prox. appellari quod est in fin §. ab episcopis præfatæ prouinciæ, id est, sententiis episcoporum præfatæ prouinciæ, subaudi, latis super causis, subaudi nedum spiritualib. vt ꝓbatum est: quinimò & super illis, in quib. tp̄alem iurisdictionem exercent: nam si de maiorib. & dignioribus hoc concedit, multò fortius de minoribus, & vilioribus. arg. s̃. de transl. epis. inter corporalia. j̃. de deci. ex parte. 3. 48 di stin. in synodo. ibi, ac per hæc, &c. C. de sacrosan. eccl. sancimus. j̃. gaudet enim tp̄ali iurisd. spirituali iuncta, se naturam spiritualis sapere. arg. ff. de rei vend. quæ religiosis. j̃. de ꝯse. quod in dubijs. inde est, ꝙ archiepiscopus supplet negligentiā suffrag. ēt circa tp̄alia: puta circa constit. œconomi. 9. q. 3. cùm simus. cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. C. de sacrosan. eccl. iubemus & circa prin. & circa executionem voluntatum defunctorum. in auth. de ecclesi. tit. § sin autem pro redempt. & seq. col. 9. nam & ep̄s in spiritualibus & tp̄alibus recipit potestatem 9. q. 1. decretum. & c. nouerit. & c. de his. 89. dist. iudicatum. & hanc potestatem recipit ab illo qui confirmat. vt patet. s̃. de electio nihil est. & c. ne pro defectu. & c. cùm nobis olim. in fi. & c. qualiter transmissa. nosti postq̃ his. s̃. de translat. episc. c. 1. ergo ab episcopo, cui ex quo custodia animarū committitur, multo fortius rerum. 12. q. 1. p̃cipimus. & c. præced. & arg. j̃. de don. inter vir. & vxo. per vestras. §. cùm ergo. 2. q. 7. Metropol. & hæc vera sunt, nisi de consuet. quæ scilicet in talibus est seruanda, vt s̃. de foro compet. licet. ad fi. nam hoc tribuit iurisdi. ēt priuatæ personæ s̃. de for. comp. cùm contingat. multò fortius alij, vt patet in his quæ no. s̃. de offi. ord. §. quis possit. ver. item ꝯsuetudo. & § quid pertinet. sub § est aūt archiep. ver. vsus. vel priuilegio, s. exemptionis, intelligas à Papa ꝯcesso. 16. q. 1. frater. & q. 2. visis nec em̄ puto, ꝙ princeps tp̄alis in hoc eximere posset ex post facto. ar. s̃. de const. quæ in ecclesiarum. & c. ecclesia. 96. dist. bene quidem. j̃. de reb. eccl. non alie. cū laicus. licet in traditione, seu donat. rei hoc pactū apponi posset. ff. de pact. in tradit. j̃. de dona. cū dilectus. j̃. de iure patr. p̃terea. j̃. de censi. quanto. & c. 3. j̃. de condi. appel. cū sit ꝓprium. & c. verum. Sed & laici, quo ad laicos, vel quo ad ius suū pertinet, pn̄t ecclesias priuilegiare. sic intelligas s̃. de præscr. auditis. & de fid. instr. inter dilec. de resti. in integ. auditis. 96. dist. Cōstantinus. j̃. de deci. dudū. de his duob. casib. s. de priuilegio & ꝯsuet. legitur s̃. de iud. nouit. resp. j. ibi. nisi fortè iuri cōi, per speciale priuil. vel contrariam consuet. aliquid sit detractū. ad idem j̃. de iure pat. nobis fuit. §. j. s̃. de p̃scr. cum olim. & c. veniens. j̃. de exces. præl. accedentibus. in fi. seu iure alio speciali: puta quia agit de re feudali realiter. in quo casu sicut per dn̄m feudi, & non per iudicē ecclesiasticū, est in primo iudicio feudalis quæstio dirimenda. vt s̃. de for. comp. ex transmissa. ad fi. & c. verum. s̃. de of. dele. significantib. & in lib. feud. de feu. non alie. sine con. ꝯtrat. d. Imperialem. §. pe. sic in tali causa appelletur à sententia episc. nō ad Metrop. cui non subest, quo ad hoc, cū nec ab eo feudū teneat, sed ad dn̄m tp̄alem, à quo tenetur feudum, est meritò appellandū: nam ad proximum superiorem appellandum est. vt not. s̃. eo. §. resp. 1. & versi. verùm s̄m can. in hoc aūt proxi. superior est dn̄s temporalis, à quo tenet s̃. de maio. & obed. solitæ. §. j. ibi, non negamus, quin præcellat Imperator in tp̄alib. & s̃. de iudi. nouit. resp. 1. ibi, non enim intendimus iudicare de feud. &c. & arg. s̃. de iureiur. minus de iure diuino. & §. s. debet ergo ad ipsum tēporalem dn̄m appellare. quod intelligas nisi de consuetudine aliud obtineret, vt in d. c. nouit. & s̃. de for. com. licet. ad fin. & dic iure speciali subaudi nihilominus & communi. vt in d. c. nouit. sed hoc diuersis respectibus. est enim speciale respectu a illarum rerum tp̄alium, quæ in feud. non tenentur, & respectu personaliū actionum: sed est considerata natura feudi & inspecta. aliàs nisi sic exponeres, ꝯdiceret hic dictum. c. nouit. Vel dic iure speciali, quia in defectū domini temporalis, dominus Papa causam commiserat ep̄o: ideoq; erit ad ipsum Papam, non ad archiepiscopum appellandum, vt patet s̃. de off. ord. licet. ibi, non tanquam delegato, sed ordinario. & in his quæ no. j̃. e. ver. hoc in ordinarijs. Vel iure speciali, subaudi, ꝙ ꝯsideratur in quibusdam casibus specialibus, in quibus non est appel. admittenda. vt 2. q. 6. sunt quorum. ff. de appel. non rec. l. fin. & not. s̃. tit. 1. sub rub. de sententia. §. quo remedio. sub §. sunt tn̄ casus. Vel iure speciali, s. renunciationis factæ à partibus. C. de tēpor. app. l. fi. §. fin. ff. à quib. appel. non licet. l. j. §. si quis. Sed in his duabus proxi. expositionibus istud quod dico iure speciali non respicit hoc quod sequitur, sit appellandum ad alium, sed quod s̃. dixit ad eos. quasi dicat, in his specialibus casibus, nec ad eos, nec ad alium poterit appellari. & sic hoc ius speciale nō tribuit alij iuris. sicut consuet. & priuil. de quib. præmisit. sed subtrahit appellationi ad archiepiscopum faciendæ. sed duæ primæ expositiones vtrunq; respiciunt, elige cui dicas. nam vtraq; expositio tolerari potest, & per ius comprobat̄, sed primæ duæ sunt magis cōprobandæ, si sit appellandum ad alium, subaudi quàm ad Metro. sicut plenè superius est ꝓbatum. Hoc in ordinarijs. vbi aūt à delegato appellat̄ semper ad delegantem appellandū est, si sibi aliquid reseruauit de iurisd. s̃. de off. deleg. super qōnum. §. porro. C. qui pro sua iurisd. l. j. in fi. Sed ꝯ, ff. qs & à quo appel. l. j. in fi. dn̄t quidā, ꝙ lex illa loquit̄ in ordinario delegante, ad quē non appellat̄. Sed ad eum qui ordinariū dedit, aliud in delegato delegante: & est rō, qa maior & dignior est iurisd. delegata, q̃ ordinaria. s̃. de of. dele. significasti. & c. sanè. Sed hoc non placet, vnde qđ ibi non dicit appellandū ad scđ ò delegantem, subaudi, tm̄: vel dic, ꝙ appellabit ad primò delegantem sed ille remittet ad eum, qui scđ ò delegauit ff. e. tit. l. j. § si quis. vel loquit̄, qn̄ is qui secūdo delegauit, nihil retinuit sibi de iurisdōne s̄m Goffr. dic vt not. s̃. de sn̄ia & re iudicata. sed rub. de sn̄ia. §. quis debet sn̄iam. ver. sed nunquid pōt ep̄s. & j̃. sub §. vt autē. & s̃. de offi. deleg. §. quis delegare. ver. si verò à subdelegato. & de offi. vicarij. §. quid sit vicarius. Sed quid si appellet̄ in cā feudali à partib. curiæ, ad principem appellabit̄, vt in Lombar. de beneficijs, & terris tributa in nomine Dei & sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. & in ꝯstit. feud. de non alien. iudicib. in l. quæ incipit Corra. Vt aūt de materia huius §. habeas doctrinā plenam & vtilē, sic dist. Aut appellat̄ ab ordinario. Aut ab arbitro, qui loco ordinarij succedit. Aut à delegato. Aut ab arbitro qui loco delegati succedit. Aut à subdelegato. Si appellat̄ ab ordinario, ad ꝓximum superiorē appellabit̄. 2. q. 6. anteriorū. § illo videlicet. & §. illud. & c. placuit. aliter facta appellatio nō valebit. vt patet j̃. e. dilecti. Excipe quatuor casus. Primus est, si ꝯsuetudo aliud inducat, vt in auth. d. n. extraneo. Romana. §. j. & sic intellige j̃. de p̄ben. referente. & j̃. de noui operis nun. significasti. Secundus est, si non patiat̄ iuris absurditas: vt si metropoli. conueniat subditū suffraganei corā diœces. quod in cā ꝓpria necesse habet facere: nā actor sequit̄ forum rei. s̃. de foro compe. cùm sit gn̄alis: & patet in auth. d. n. ex̃. de foro comp. Romana. in fi. hic ergo & si Metropo. prox. superior sit diœce. non tn̄ ad ipsum in hoc casu diœc. sn̄iam, sed ad Patriarchā vel primatē. & si desit, ad Papā tm̄ poterit appellari. nā si metrop. appellet, nō appellabit ad seipsum, vt in auth. d. n. extrà, eo. Romana. respō. 1. & arg. j̃. de institut. c. fi. Sed & si subditus diœce. appellare voluerit, non ad ipsum appellabit Metropolit. cū in ꝓpria cā sibi meritò sit suspectus arg. C. ne qs in sua cā ius dicat. in rubro & in nigro. ergo ad ꝓxi. superiorem post Metrop. recurrendū est in hoc casu. arg. j̃. de iure patron. nullus. j̃. de ꝯces. p̄bend. ca. 1. s̃. de electione. ne pro defectu. Tertius casus est, vbi iurisdictio mediata & immediata ꝯcurrunt: in quo casu ad superiorē qui mediatè & immediatè subest, appellatio facta valet, vt si appellet̄ ad diœce. à p̄sbytero, qui subest archipresbytero, vel ab archipresbytero, qui subest archidiacono eiusdē diœces. nisi de cōsuetudine ꝯtra appareat: nā & oēs isti immediatè subsunt diœce. & eius vicarij sunt, vt patet s̃. de offi. archidiaconi. & de officio archipresb. per totū. & x. q. 1. regenda. per totū. vnde & tota diœc. dr̄ sua parochia. j̃. de rapt. c. 1. 26. q. v. ep̄i. quamuis super hoc sit dissensio qđ dic vt notat̄ de officio ordin. §. quid pertinet. sub §. sunt aūt distinctæ. ver. qd de subditis. & seq. Et ex hoc a ꝓcedit, ꝙ ad Papā pōt, omisso medio, [a] à quolibet ordinario, & à quolibet appellari. 2. q. 6. ad Romanā. & duob. c. p̄cedentib. & sequen. j̃. eo. si duob. & c. solicitudinē. quia & mediatè & immediatè ordinarius est cunctorum. j̃. de priuil. antiqua. 9. q. 3. cuncta

ADDITIO.

a Ad papam potest, omisso medio. ¶ Adde cap. dilecti. de ap. gl. in c. antiqua. de priu. Paul. de Cast. in l. ad ius. C. de ap.

cuncta per mundum.& capitu. per principalem. Quod canoniſtæ intelligunt largius, omiſſo ſcilicet quolibet etiam delegato vel ſubdelegato, niſi in caſu, vt notatur j.eodem. verſic.notabis tamen & præcedentib. Et idem eſt in legato ſuo, quo ad prouinciam ſibi commiſſam.ff.de offic.legat.capit. 1. nam & talis eſt in hoc caſu, ſicut is, cuius vices obtinet honorandus. 13. diſtinct. capitu.final.94.diſtin.cap.1.& 2 quæſt.6.decreto. Quartus caſus eſt, ſi prox.ſuperior Apoſtol.ſedis gratia ſe indignum reddat, vt ſ.de offic.ordin.quod ſedem in fine.puta ſi ſchiſmaticus vel excommunicatus eſt, in quo caſu ad alium proxi. ſuperiorem recurrendum eſt.arg.j.de iure pat. nullus.& j.de præſcrip. veniẽs. §.j. Tel potius ad Papam.argu.j.de conceſ.præben. & eccle non vacan.quia diuerſitatem. §. ſic tamen. ſ. de electione. quia diligentia.& expreſſius in authen.d.n.extrà, de ſup.neg.præ. Romana.excommunicatus nempe nec committere, nec cognoſcere poſſet, vt in auth.d.n.extrà, de offic.vica.Romana.ad fi. Sin aũt appelletur ab arbitro, qui loco ordinarij ſuccedit, ad illũ appellabitur, ad quem appellaretur, ſi ab ordinario, cui ſuccedit, contingeret appellari. vt C. de epiſco. audien. epiſcopale iudicium.& auth.ſi quis litigãtium. ibi ſignato.& in iuribus inductis. verſ. eodem.verſic. verùm ſi appelletur ab arbitro. Hoc autem accidere poteſt in caſu, puta quando ſuperior cõqueritur de ſubdito:& ideo qa ipſemet in cauſa propria non poteſt eſſe iudex, arbiter vel arbitri à partibus eligãtur: talis enim arbiter à partibus recipit nominationẽ, ſeu electionem, ſed à iure iuriſdic.& ideo ordinarius eſt.vt patet ff.de iuriſdict.om.iudi.& quia de tali loquitur.11.quæſt.j.clericus aduerſus clericum aliàs incipit, ſi clericus.& à tali appell.potes.ff.qui ſatiſd.cogan.arg.& l.ſeq.ff.eodem.tit.ex conſenſu.reſpon.j. Tales ſunt pares curiæ, quos eñ in hoc caſu lex vel canon arbitros feudorum, conſtitutio pares vocat. Ergo ſi dominus tenet feudum immediatè à principe ad ipſum principem tantùm appellabitur: & ſic intellige qđ no.ſ.eo.verſi.ſed quid ſi appelletur. Alioquin ad illum à quo feudũ tenet citra principem appellabitur. argum. de foro compet. ex tranſmiſſa.& capitu.verum. Niſi conſuetudo aliud inducat, vel priuilegium.argum.ſ.de iudi.c.nouit.reſpon.j.ad finem.& j.de exceſſib.prælat.accedentibus.& in authẽ.d.n.extrà eodem. Romana. §. debet. In perſonalibus autem ſi ſuperior conquerens de ſubdito immediatè ſubeſt principi, ad ipſum principem appellabitur. Si alij citra principem ad ipſum alium tantùm ſecundum l.appellabitur, non ad principem. Quòd ſi fiat, remittet partes. ff. eod. Imperatores. Sed ſecundum cano.non tantùm ad alium, ſed ad principem, vel ad delegatum ſuum poterit appellari, vt patet in his quæ notan. ſ. verſicu.ex hoc procedit.& ſeq.& ſic etiam poteſt intelligi ſ.de foro compe.licet.ad finem. Eſt autem in omnibus his illa ratio, quia conſiſtorium talium, & ordinariorum, quibus ſuccedunt, vnum & idem eſt. & ideo non debet à talibus quidem, velut ab ipſis ordinarijs, appellari vt in authen.d.n. extra, eodem.Romana.reſpon.1.& in talibus etiam videtur loqui, & poteſt intelligi l.j.ff. quis & à quo appelletur §.ab eo. Quid ſi à delegato appelletur? aut erat delegatus ad vniuerſitatem cauſarum aut ad vnam ſpeciem tantùm: nam vtrumque fieri poteſt.vt ff.de iuriſd.om.iud.ſolet.& l.ſeq. Si appellatur à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, non appellabit ad delegantem, ſed ad illum ad quem appellaretur ab ipſo delegante.& ſic poteſt intelligi ff.quis & à quo appel.l.j.§.vnico.& in authent.de iudicibus.§.illo cuſtodiendo.§.illud.collat. 6. Inde eſt quod ab officiali epiſcopi, q ad vniuerſitatem cauſarum delegatus eſt, non ad ipſum epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum appellatur, vt in auth.d.n.extrà, eodem.Romana. reſpon.j.ſecũdum quoſdam. Sed certè talem non delegatum, ſed ordinariũ iudicamus.nam & poteſt dici, ꝙ ſolam nominationem ab epiſcopo recepit, ſed à iure iuriſd.ſicut notaui ſimile ſ.eod.ver.ſin autem appelletur. Et ꝙ tales iuriſdictionem habeant, ſicut epiſcopi.patet j.de inſtit.c.3.j.de re.c.2.& de frig.& malefi.c.j.§. illa.ſed ſiue ordinarium, ſiue delegatum talem reputes, hoc ſemper verum eſt, ꝙ talis, qui ſcilicet vniuerſaliter cauſas audit, naturam ordinarij ſapit, & retinet, tam in commiſſionibus, quàm in appellationibus faciẽdis, vt patet ex præmiſſis, & ſeq.ideoq; in diſputatione nominum non eſt magna vis facienda. ſ.de procur.petitio.C.de donat.l.fin C de conſtit.pe.l.2.ante fin. Talem tñ dicimus ordinarium.quod dic vt no.ſ.de offi.vicar.§.quis ſit vicarius. verſ.ſed ad quem appellabitur. & ſeq. Quid ſi appelletur à delegato ad vnam cauſam tantùm, & erat delegatus ab alio, quàm à principe, ſecundum l.appellabitur tãtùm ad delegãtem.ff.quis & à quo appel.l.j.reſpon.j.l.fin. Sed ſecundum can. etiam ad principẽ vel delegatum ſuum poterit appellari, vt patet in his quæ not.ſ.verſi.ex hoc procedit.& ſeq. Sed ſi eſſet delegatus à principe, ad ipſum tantùm appellabitur, non etiam ad delegatum eiuſdem, vt patet ſ.de offi.legat. ſtuduiſti. Nam hoc generale eſt, ꝙ à delegato appelletur ad delegantem.vt C.eo.titul.præcipimus.§.hæc ſi appellatio.& in auth.de ſanct.epiſ.§.j. ſi quis contra aliquem.collat.9. Verum ſi appelletur ab arbitro, qui loco delegati ſuccedit, puta quando eligitur ad cognoſcendum de cauſa recuſationis contra delegatum propoſitæ, vt ſ. de offi. deleg.ſuſpicionis.ad ipſum appellabitur, ad quẽ ab ipſo delegato appellaretur, vt patet.C.de iudic.apertiſſimi. in fi. & l.fi. in fin. Super quo vide quod notat.ſ.eo.verſi. ſi appelletur à delegato.ſeq.& vſq; ad hunc ver. verum. Sicut dictum eſt de illo, qui ſuccedit loco ordinarij, vt not.ſ.eo.verſi.ſin autem appelletur ab arbitro. Et eſt illa ratio in vtroq;, quia ſapit & retinet naturam illius.cuius loco ſuccedit, ſiue ſit ordinarius, ſiue etiam delegatus: quia hoc generale eſt.arg.ff.ſi quis cau.ſi eum.§. qui iniuriarũ.j.de voto.magnæ.cùm igitur.j.de cenſi. olim cauſam.§. fin.93 diſtin.c.fin.94.diſtin.c.j. Vbi autem à ſubdelegato delegati appellatur, aut delegatus ſubdelegans erat delegatus à principe, aut ab alio: ſi erat delegatus ab alio quàm à principe, non ſolùm ad principem, ſecundum cano. ſed & ad ipſum delegatum appellari poteſt.ff.quis & à quo appel.l.j.in princ.& l.fina. & de principe probatum eſt ſ.eo.verſ.ex hoc procedit.poteſt autem talis ſubdelegare in caſu, puta delegatus erat ad vniuerſitatem, in quo caſu tm̃ licet ſemel ſubdelegare, ſecundũ quoſdam. ff. de iud.cùm prætor.§.j.nam is dicitur habere iuriſdictionem, cui tãtùm datur poteſtas dandi iudicem.ff.de iuriſd.om.iudi.l.3. in fi. delegatus verò ad vnam cauſam tantùm, dicitur habere ſpeciẽ iuriſdictionis, & nõ iuriſdictionem: & ſic intelligũt.ff.de iuriſd. om.iud.ſolet.vnde talis proprium nihil habet ff de off. eius cui mand.eſt iuriſdi.l.j.§.qui mandatam. & ideo non poteſt alij cõmittere propriam quam nõ habet.C qui pro ſua iuriſd.iud da. poſſunt.l.vnica.in prima parte.ſed hoc dicũt alii verũ eſſe, quouſq; lis corã eo fuerit conteſtata: nam per ipſum facit iuriſdict. ſuam, ſicut & procurator litem ſuam.C.de procu. neq; tutores & arg.ſ.de offic.deleg.gratum. & relatum. & ſecundum hoc intellige j. c. cùm cauſam quæ. Sed & talis delegatus ſubdelegans erat delegatus à principe, & nihil ſibi retinuit de iure, ſed in totũ ſubdelegauit, à tali ſubdelegato ad principem tantùm appellabitur. Idem puto, & ſi ſibi aliquid retinuerit de iuriſdi.ſi cauſa non fuerit ei commiſſa, remota ap quamuis aliqui dicant, ꝙ in hoc caſu poteſt ad ipſum delegatum, vel ad principem appellari. Sin aũt cauſa ſibi commiſſa erat appel.remota, & ſibi de iuriſ. retinuit, ex quo hic duo concurrunt, appellatio à ſubdelegato talis delegati facta ad principem, nullius eſt momenti. Imo ad eundẽ delegatũ neceſſe eſt appellare. vt hæc probantur ſ.de off. dele.ſuper quæſtionũ articulis. §. porrò. & in hoc vltimo caſu, quo ad canones pertinet, intelligẽda eſt, l.C.qui ꝑ ſua iuriſ.iud. da.poſ.l.vnica, ad fin.nam ſecundum can.in caſu hic tantùm appellatio facta ad principem, omiſſo medio nulla eſt, quæ in omnibus alijs caſibus valet, quantumcũq; medius omittatur, vt patet in ſuperioribus, & ſpecialiter in ver.ex hoc procedit. licet ſecũdum l.aliud ſit, vt no.ſ.e.ver.in perſonalibus. Notabis tñ circa hanc materiam, ꝙ quamuis hoc ſcribant hic cõmuniter magiſtri canonum, ſ.ꝙ in omni caſu excepto ſuperiori proximo, poſſit appellari ad principem, omiſſo medio: nos tamen putamus minus congruè appellationem factam à quocunq; ad vnã cauſam tantùm delegato non ſuo, vel ſubdelegato delegati, non ſui in aliquo caſu princeps recipiat, dum tamen delegatus vel ſubdelegatus ſuperſit, & cauſam appellationis velit & valeat expedire, vt bene probat meus caſus, quem dicunt alij ſpecialẽ: vnde putamus eſſe ſtandum etiam in foro canonico vel legibus. C.qui pro ſua iuriſd.iu.da.poſ.l.vnica.& ff.quis & à quo appel. l.j.in prin.& l.fi. quib. nec expreſſum aliquod ius canonicũ cõtradicit, quod meminerimus nos vidiſſe: nam in ordinarijs intelligi poſſunt & debent omnia iura, quæ ad hoc inducuntur. porrò ſi petit, poteſtas conſideretur, & quòd ſolutus eſt princeps legibus.ff.de legib.princeps. etiam in caſu excepto à canoniſtis, appellationẽ ad ipſum factã poterit recipere de plenitudine poteſtatis, contra quam non [illegible] intendimus diſputare, veruntamen vt iura & ius ſuũ ſeruet cuilibet, decet ipſum.vt C. de legi. digna vox.11.q.j.peruenit.j.de ſtatu mon.a.in ſingulis.§.porrò. Sed hoc notandum eſt, ꝙ licet alia ſupradicta de iure ſcripto ſibi tenenda ſint, vt ſcribuntur, cõſuetudo tamen, potiſſimè ſi de ipſa appareat, in talibus eſt ſpectandã, vt patet in his quæ not.ſ. eo.ver.primus eſt, & ver.tales ſunt.nec non & priuilegium, uel aliud ius ſpeciale, vt 9.q.1.c.antepe.ad fi.& in auth d.n.extrà, c. Rom.§.debet.& argu.ſ.de offic.ordina. duo ſimul. j. de exceſſ. præl.accedentibus.ad fin.& 9.q.2.conqueſtus.

Quando debeat fieri appellatio.

5 † Et quidem ſm l. quando diffinitiua ſententia lata eſt. eſt enim ſm l.ꝙ ante diffinitiuam ſententiam non põt quis appellare.C. de iudic.apertiſſimi. C.quorum appel non reci ante ſententiæ. C.de ſenten.& interlo om. iud.l.fi.hoc tamen fallit in caſibus. Primò, cùm iudex in ciuili negotio vel criminali quæſtionem ha-

bentem contra l. interloquendo pronunciat. ff. de appella. non
rec. ante sententiam. 2. q. 6. non solent. versic. ante sententiam.
Secundò, quando delegatus fideiussores datos, minus sufficien-
tes idoneos esse interloquitur: licet aliqui dicant hoc etiam ci-
tra appellationem per delegantem corrigi posse. ff. qui satisda.
cog. l. arbitrio. & l. si ab arbitro ff. à quib. app. non licet. l. fin. Ter
tiò, permittitur clerico ante sententiam appellare: sed si frustra
toriè appellauerit, punitur in 50. lib. argenti, quæ debent paupe-
ribus erogari. C. de episcop. audien. l. 2. Quartò, vbi author vel
pronunciationis editio denegatur. vt lit. pen. l. 1. Quintò, quan-
do iudex tutoris excusabilem rationem non admittit. ff. quan-
do appella. sit. l. 1. §. si quis tutor. Sextò, quando iudex decernit,
quòd pecuniam minori debitam sine curatoribus soluam: hic
enim possum quasi aduersus iniuriam appellare. ff. de minor.
ait prætor. §. permittitur. cuius authoritate dicunt quidam ap-
pellari posse, etiam secundum l. vbicunque iudex iniuriam fa-
cit, siue iniustè etiam interloquendo pronunciat: sed secundum
dominum meum, quod ibi dicit, nisi fortè, &c. nō est diffinitio,
sed oppositio. quod autē sequitur ibi, Sed credo, &c. diffinitio
est, & confirmatio respon. s. quod suprà fecerat. Quod autem
secundum l. ab iniuria appelletur, expressim legitur C. e. si quis
prouocatione. quod Plac. intellexit de iniuria facti, vt si iudex
post latam sentētiam percusserit aliquem de litigatoribus. sicut
enim appellans non debet conuiciari ei, à quo appellat, ita ecō-
trà is à quo appellat, cauere debet, ne appellanti iniuriosus exi-
stat. ff. e. illud. nec enim iniuria fit iudici, si ab eo appelletur. C. e.
& in maioribus. ff. de iniurijs. iudici. licet aliqualis iniuria fieri vi
deatur. C. de sum. trinit. l. 3. C. quando prouo. non est neces. l. fi-
nali. in fin. Vnde & ex hoc multoties prouocatur, sicut dicitur,
quando recusatur. s̄. de offi. deleg. suspicionis. ff. de bon. libe. qui
cùm maior. §. si libertus. quia de iniquitate videt argui. ff. quis
& à quo app. l. 2. & ff. de mino. præfecti. sed certè moueri nō de
bet: quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo. s̄. de elect. cū
ecclesia Vulterana. & plerunq; reuocatur, licet iudex secūdum
acta habita corā eo bene pronunciauerit. s̄. de fide instru. cum
Ioannes. §. fi. Ideoque nec potest recusari tanquam offensus. ff.
apud eum à quo appel. l. vnica. ad fi. Iob. & Azo. hoc quod dicit
l. dicta. C. e. si quis prouocatione. intelligunt de iniuria, id est, in-
iuriosa executione, quasi iudex intra quadrimestre tempus præ
cepit sententiam exequendā. Septimò, appellatur à falsa cōsul-
tatione, seu relatione. ff. e. l. j. §. j. ff. quando appel. sit. l. j. respon. j.
& l. fi. & not. j̃. in rub. de relationibus. §. qualiter. ver. quòd si in-
ter iudicem. Octauò, ab iniqua interpretatione sententiæ. ff. eo.
ab executore. Io. Asten. dicit, quòd secundum l. appellari potest
quandocunq; quis grauatur, vt in d. ll. ff. de mino. ait prætor. §.
permittitur. & C. e. si quis prouocatione. & alijs legibus supra-
dictis, quas alij casuales dicūt. & idem notauit Io. doctor decre-
torum. 2. q. 6. non ita. dicti casus gratia exempli ponuntur, sed
idem est & in alijs similibus. Gof. scripsit, quod verius est, intelli-
gi debere, quòd secundum legem non appellatur ante diffi. sen-
tentiā: sed fallit in casibus supradictis, & hoc manifestè innuunt
iura canonica, quę inter se & l. hanc differentiam notant, ut secū
dum legem non appelletur ante diffin. sententiā, nisi in casibus;
sed secundū can. quandocunq; licet, vt 2. q. 6. nō ita. j̃. e. cum sit
Romana. § si verò à grauamine. & c. super eo. 2. resp. 1. Et ita se-
cundum legē non potest regulariter ab interlocutoria appella-
ri. aliqui verò dist. vtrum sit talis interlocutoria, q̃ absorbeat to
tum ius alterius, & instar obtineat diffinitiuæ sententiæ, & à tali
interlocutoria appellari potest. verbi gratia, obijcitur corā exe
cutore sentētiam latam cōtra ius scriptum, & pronunciat ipsam
ritè latam. hic enim, nisi appelletur, nihil restat, nisi q̄ executio
fiat. ad hoc ff. eo. ab executore. vel si talis interlocutoria, postq̃
saluum sit beneficium appellationis à diffin. sententia, & tunc
appellari non potest. ad hoc ff. [illegible] quæsitum. Potes tamen
si vis sententiam Io. Asten. & Io. Doct. decreto. quam no. s̄. eo.
ver. Io. Asten. sustinere: quia licet olim esset hæc differētia inter
leges & canones, q[illegible] scilicet canones frustratoriā appellationē
admittebant: hodie tamen nō videtur hæc differētia notari pos
se, cū hodie, secundū can. frustratoria appellatio reprobetur, &
legitima admittatur, vt j̃. eod. vt debitus honor, &c. & idem s̄m
leges nam tenet appellatio ex causa rationabili facta, vt probāt
ll. quas alij dicunt casuales. vt C. eo. dominus litis. & l. ciues. & l.
si apud. quis enim redderet rationem diuersitatis casuum prędi-
ctorum certè si reddi non potest, erit de similibus ad similia p̄-
cedendū, vt not. s̄. de præscri. § quas viros. in dist. quæ incipit, Si
quærat. ver. non ergo recipias. sed & secundū leges frustratoriā
appellatio reprobatur: ergo à contrario rationabilis admittitur
vt innuit l. illa. C. de episc. audi. l. 2. de facto tamen seruatur opi-
nio prima, quæ vult, q̄ aliud sit secundum can. & aliud secundū
leges & iunge quod not. s̄. eod. § quare appella.

6 Qualiter sit appellatio† facienda. Et quidem formam
appellationis ante sententiam, & post for-
mam apostolorum posuit Gra. 2. q. 6. §. forma. sed quia minus
sufficiens est, notabis quòd aut appellatur extra iudicium, aut
in iudicio: & tunc aut appellatur à sententia diffinitiua, aut ab
interlocutoria, aut à grauamine. Vt autē omnia ista plenius &
planius videas, & scias qualiter sit facienda appellatio, ad hoc
vt teneat, & appellantem releuet, sic dist. Cùm quæritur, vtrum
appellatio facta teneat: aut appellatio facta est extra iudicium,
aut in iudicio. Si extra iudiciū est, aut appellatur, ne fiat id quod
de iure communi fieri debet, puta ne fiat electio: & tunc non
valet, nisi causa rationabilis prætendatur, sed ex causa rationabi
li facta tenet. infrà, de his quæ fiunt à ma. par. cap. c. 1. & cap. ex
ore. suprà, de electione. cùm inter R. iuniorem. & cap. cùm no-
bis olim. & c. auditis. & ca. considerauimus. & cap. bonæ memo.
Mag. idem est, si appelletur, ne porrigatur inuestitura confirma
to, vt est moris. j̃. eo. consti. 2. Aut ne quis iniurietur sibi, & tunc
sufficiunt probabiles coniecturæ, vt infrà eod. bonæ. & capit. di-
lectis. respon. j. & §. j. & his duobus casibus cautè faciet appellās
si appellationem scribat, & inde publicum instrumentum fieri
faciat, propter testium obliuionem, & propter probandi facili-
tatem: imò & necesse est: aliter enim non valeret appellatio,
etiam extra iudicium facta, vt satis innuitur j̃. eod. const. 2. & ex
pressum est in auth. d. n. extrà e. cordi nobis est. hoc tamen fallit
aliquando, vt not. infrà c. sub §. qualiter autem. Aut aduersarius
qui petit ab eo, uel à quo petit rem aliquam vel pecuniam, cum
coram superiore conueniat, vel ei respondeat: in quo casu ap-
pellatio impropriè dicta, propriè prouocatio appellatur. infrà
eod. cùm sit Romana. §. si verò à grauamine. & talis prouoca-
tio potest fieri ad sedem Apostolicam indist. 2. q. 6. ad Roma-
nam. quoties qui se scit. j. hæc superior proxima necessaria est,
& maximè locum habet, quando prælatus contra subditum, &
maximè quando contra exemptum vult procedere, & sibi ius
dicere. argum. j̃. eod. peruenit. 2. q. 7. Metropolitanum. s̄. de re-
stitut. spol. ex conquestione. hic tamen non videtur necessaria
scriptura, cùm impropriè dicatur appellatio, vt dixi. Vel dic,
quòd si verbo appellat, necessaria est, vt in auth. d. n. extra e. cor
di. si facto, non est necessaria: & sic intellige, quòd non refert, si-
cut dici consueuit, vtrum verbo appellet subditus, vel facto, ar-
ripiendo iter eundi ad sedem Apo. vel mittendo nuncium, & se
cundum hoc potest intelligi j̃. eo. dilecti. quæ appellatio locum
non haberet in iudicio, ex quo quis citatus esset coram iudice
competenti, vel ex quo sciret rescriptum contra se impetratū,
& sic potes intelligere. j̃. e. vt debitus. quamuis ego ipsam intel-
ligam in ordinario iudice tātum. sed vbi bona fide iuit in perso-
na propria, vel misit nuncium, id est quia antequam cōuenire-
tur coram delegato, vel sciret rescriptum cōtra se impetratum,
expectatur, nec proceditur p̄ ipsum, sic nec corriguntur, sed sal
uantur iura, quæ habes j̃. eod. meminimus. & c. suggestum. s̄. de
off. deleg. cum causam. § j. ver. cumq; causa. & §. fraternitati ve-
stre. j̃. de peregri. c. vnico. nec ob. s̄. de rescri. plerunq;. quia licet
rescripto secundo deportato cognoscant primi iudices, qui in-
tra annum citauerant, & de quorum rescripto non fit expressa
mentio: in secundo tamen antequam veniat, dubium est vtrum
de primo debeat facere mentionem: nam & esse posset, q̄ audi-
tor de primo rescripto contra se impetrato, is qui iuit, vel pro-
curator suus faceret in secundo, de primo expressam mentionē
fieri, sic non primi cognoscerent, sed secundi. s̄. de rescrip. cęte-
rum. s̄. de of. dele. ex literis. quod dic, vt no. s̄. de rescrip. §. quòd
cui. ver. vbi autem vtraq; est generalis. di. & se. & sic ratione du-
bij silet officium iudicis, misso nuncio bona fide. Sunt enī mul-
ta ratione incertitudinis in pendenti. s̄. de resti. in inte. c. 2. in fi.
j̃. de frigi. fraternitatis. § pe. & fi. ff. de reb. dub. quædā. & aliàs vi-
deo, quòd iudex iurisdi. habet, quamuis nō habeat exercitium.
s̄. de rescr. pastoralis. ad fi. Item cùm hoc videtur sedes Aposto
lica specialiter priuilegiata, quòd ad ipsam accedētes tuti sint,
vnde & tota die cōcedit literas, quod quicquid factū est in præ
iudicium euntis, ex quo iter arripuit, in statum pristinū rediga-
tur. ad hoc j̃. de pereg. c. vnico. 2. q. 6. arguta. 9. q. 3. nunc verò.
& c. per principalem. & adde quod not. j̃. de peregri. §. à quo pri
uilegio. vers. per hunc modū. & seq. & idem fortè in legato suo,
cùm vices suas gerat. arg. s̄. de off. lega. c. j. 93. distin. c. fin. 94. dist.
c. j. Secus ergo videtur, si arripiat quis iter eundi ad Metro. & est
ratio: quia solus Papa vocatus est in plenitudinem potestatis. s̄.
de vsur pal. ad honorem. Sed cōtrà, j̃. e. ad audientiam. vbi suffi-
cit, quòd aliquis supponat se protectioni archiepiscopi: sed dic
quòd ibi intelligitur eum nihilominus appellasse, sicut supplet
alia decre. j̃. eo. dilectus. resp. j. vel dic inter simplicē, cui sufficit
quòd supponat se protectioni, & discretum, à quo requiritur q̄
appellet, vt innuit illa, ad audientiam. vel dic, quòd extra iudi-
cium sufficit, quòd supponat se protectioni, secus in iudicio: li-
cet autē hæc specialis protectio vicem appellationis contineat,
secus est de generali: vnde nec omnes illi qui sunt sub protectio
ne etiam Papæ, exempti intelliguntur. j̃. de priui. ex parte 2.

Si verò in iudicio. i. ex quo quis vocatus eſt p Iudicem, quis appellauerit, aut ante ſentētiā aut poſt. Si ante ſententiā appellet quis refert vtrū iudex moueat q̄ſtionē citato, uel alius. Si iudex moueat q̄ſtionē citato, appellare poteſt: ſed debēt exponi probabiles modi ſtādi iuri, ut puta ita dicat, Domine, vos imponitis mihi hoc qđ placet ego tñ offero vobis, ꝙ paratus ſum ſtare cognitioni metropolitani, uel amicorū ꝯmuniū: ſi hoc non placet, paratus ſum eligere arbitros, qui de hac cauſa cognoſcāt, ſicut in hoc caſu dr̄. 11. q. j. ſi clericus aduerſus clericū. Si uerò vultis vobis modis omnib. ius dicere, appello, ne ꝯ me ꝓcedatis. ſ. de reſt. ſpo. cō querēte. ſ. ut lit. nō ꝯteſt. accedens. j. hoc docet decr. j. e. dilectis. §. j. qđ locū habet, etiāſi ſu p dubio exceſſu moueat appellās, in quo caſu appellationi ſem p eſt deferēdū. j. c. cū ſpeciali. §. pe. qđ intelligas, qñ iudex ſine inquiſitione vult ꝯdēnare, vel inquirit, ſed excedit modum, & ideo appellatur. j. de accuſ. inquiſitionis. & c. qualiter. § debet. ſecus ſi ſeruet formam. Item ſecus, ſi exceſſus notorius ſit: quia tunc à correctione [a] appellari non poteſt. ſic intellige ſ. de offi. ordi. licet. & c. irrefragabili. & j. eod. ad noſtram. & c. cùm ſit Romana. in fi. & c. peruenit. j. & c. præterea. & c. propoſuit. Sed caueat Iudex, ne quod dubium vel manifeſtum non eſt notorium reputet. j. e. conſuluit. j. quia nec debet ſe reddere certum, ubi certus non eſt. ſ. de reſcr. cùm contingat. § pe. qualiter autem intelligatur aliquid notorium eſſe, not. j. de coha. cle. & mu. § quid ſit notorium. Si uerò notorium eſſet, appellatio non ualeret: puta petit Epiſcopus procurationem ſibi debitam, uel ſuam canonicam, uel aliud quod ſibi cōpetit de iure communi, nec ſubditus allegat exceptionem, ſeu priuilegiū, ſed præſcriptionem tā'ùm: non prodeſt ideoq; Epiſcopus, non obſtante appellatione friuola, poteſt cēſurā eccleſiaſticam exercere. ſ. de præſcrip. accedens. & c. cùm non liceat. & c. cùm ex officij. j. de cenſi. ſopitæ. & c. cum nuper. in notoriis igit̄ erit ordo iudiciarius ordinem iudiciarium non ſeruare. ſ. de iureiuran. ad noſtram. 3. Sed ſi non Iudex proprius, imò alius quæſtionem moueat, refert utrū is corā quo mouetur quæſtio, ſit iudex delegatus à ſede Apoſtolica, cui cauſa committit̄ appellatione remota, uel quiuis alius inferior Papa. Sed & iudex delegatus cui cauſa committitur, appellatione remota, & appellet propter grauamen probabile, quod tamen in iure expreſſum non eſt, appellatio non releuat appellantem, quo minus id, quod contra ipſum fit, teneat mero iure: quia quo ad partes, appellatio eſt remota. ſ. de off. del. ſuper eo. poſt prin. & in fi. ſ. de reſcri. cauſam quæ. ad fi. releuat tamen, quantum ad hoc, ut officio ſuperioris implorato irritetur, ſiue in irritū reuocetur, quicquid poſt talē appellationē inuenerit innouatum in præiudicium appellantis. ſic intelligo, & ſic apertè loquit̄ j. e. paſtoralis. quā tamē alij dicunt correctā per illā, j. e. vt debitus. miror tñ qualiter ius indiſtinctè loquēs, dicatur corrigere ius diſtinguens, argu. ff. de leg. non eſt nouum. & l. ſeq. C. de inoffic. do. l. vnica. maximè, q̄a niſi ius expreſſim corrigatur, in ſuis terminis remanet, vt in auth. de non alie. rebus eccl. §. fin. col. 2. & ar. C. de teſta. ſancimus. C. de app. præcipimus ff. de leg. 3. ſi quis. in prin. titu. dicas ergò vt dixi. vnde, & aliquoties dicit decr. illud. quod poſt appellationē ſit irritum nunciari. quod intelligas, quando cauſa, propter quā appellatur, eſt expreſſa in iure, aliquando irritari ſiue irritum nunciari. quod intelligas, quando cauſa non eſt in iure expreſſa, in quo caſu, ut dixi, mero iure nō tenet appellatio. transfertur tamen in ſuperiorem cauſæ cognitio, ut reuocet quod malè inuenerit innouatum, ſic cōſueuit dici, quòd quando appellatur ab excommunicationis ſentētia, non ſuſpenditur effectus ſentētiæ, ut dicit illa eadē decr. j. eod. paſtoralis. §. j. transfertur tamen cauſæ cognitio, unde ſuperior non habet neceſſe remittere excommunicatum excommunicatori, niſi gratiā uelit facere; qđ tamē de neceſſitate iuris fieret ſi appellatum nō fuiſſet. & ſic intelligitur ſ. de off. ordi. ad reprimendam. j. de ſen. excommuni. per tuas. & ſi aliquando inuenias, quod decr. dicat irritetis, vbi cauſa, ob quam appellatū eſt, ſit expreſſa in iure, expone, id eſt, irritā nuncietis. ſimilis expoſitio fit ſ. de ele. in Geneſi. in fin. & ecōtra exponitur, irritam nunciaret. i. irritaret. de electio. bonæ me. Mag. reſp. j. ut apparet ibi. & in §. licet. quòd ſi iudex qui cognoſcit, nō ſit talis delegatus, ſed quiuis alius, excepto Papa, fruſtratoria appellatio, id eſt, ſine cauſa rationabili facta, nulla eſt ipſo iure. Sed ſi cauſa legitima prætēdatur, talis ſcilicet, quæ ſi ꝓbata eſſet, deberet legitima reputari, ſiue in iure expreſſa inueniatur, ſiue non, tenet appellatio, ſic generaliter pōt intelligi j. e. vt debitus. quā tamē in ordinario ſpecialiter intelligo. ſed & idem dico in delegato, cui cauſa ꝯmiſſa eſt, appellatione remota non tamen per illam decr. ut debitus. quæ nec de iſta clauſula [b] mentionem facit aliquam, hoc probatur, ſed per alium. habetur hoc expreſſum ſ. de reſcrip. edoceri. & ſ. de ſent. & re iud. inter cæteras. argu. ſ. de offic. deleg. ex parte 2. nam & per antiqua iura appellatio friuola reprobatur, & rationabilis admittitur. j. cùm ſit Romana §. ſi uerò à grauamine. & §. cū in eccleſia. verum tamen ſi prætendo duas exceptiones, unā rationabilem, & aliā friuolā, nec admittitur, & ego appello, nō propter rationabilem ſed propter friuolā nō admiſſam ſuccumbam. vel ſi habeo plures cauſas, & appello propter vnā friuolam, aliā aūt, quæ fortè rationabilis eſt, in appellatione non exprimam, licet proteſter, quòd coram iudice appellationis proponam ſuccumbam j. eo. conſtit. 2. §. nos ergo. & præced. neceſſe eſt ergo, ſi uolo obtinere, quòd probē me appellaſſe propter cauſam rationabilē nō admiſſam j. e. cū cauſam. §. fin. & c. dilecto. §. fin. & c. ſignificauit. in fin. niſi fortè iudex recuſetur tanquam ſuſpectus ob cauſam notoriam quod dicut not. ſ. de offi. deleg. §. & qualiter finiatur. ſub §. ſed nec illud omittendum eſt §. quis ſit effectus. verſ. quid ergo ſi ſic dixeris: Sed ſi offero me probaturum probabilem cauſam, quamuis falſam: & iudex non admittit probationem oblatam, hoc ipſo grauat me: & ideo ſi hac de cauſa appello, nō habeo neceſſe probare, quòd cauſa, quam proponebam, ſit vera, imò ſufficit, ſi probem quòd offerente me illam probaturū, nō admiſit me iudex, quod intelligas, etiamſi exceptio peremptoria propoſita fuiſſet, quamuis aliqui contradicant: & hoc eſt uerum, quo ad cauſam appellationis, id eſt, quo ad hoc, vt pronuncietur me bene appellaſſe, & à iuriſdictione iudicis, à quo appellauit, exemptum eſſe. ſic intellige j. eod. interpoſita. reſpon. j. & ſ. de off. dele. ſuper quæſtionum § fin. & de excep. olim. in cauſa tamen principali non obtineo, niſi exceptionem peremptoriam probem, & aliàs in poteſtate Iudicis mihi nimis fauentis, & ideo probationes meas ſuper exceptione falſa peremptoria oblatas nō admittendo, eſſet releuare me à probatione, & ſic aperiretur via colluſioni frudulentæ, & aduerſarius meus priuaretur iure ſuo ſine culpa ſua, contra iura. ſ. de reſcri. nōnulli. j. de accu. qualiter j. 56. diſtin. ſatis peruerſum. ſ. de conſti. cognoſcentes. ſecundum hoc potes intelligere ſ. de ſenten. & re iudi. cum I. & A. de teſti. ex parte Adæ. quamuis & ego ibi ponam alium intellectum. Verum ſi non offero me probaturum, neceſſe eſt quòd duo probem, & quòd iudex admiſit, & quòd vera eſt: infra eod. ſignificauit. in fin. & c. interpoſita. reſpon. j. & ſ. de reſcriptis. ſignificante. & duobus capit. ſeq. in fi. ſ. de excep. dilecti. & c. ſeq. in fi. Illud tamen eſt circa hanc materiam no. dignum, quod quandoque non ualet appellatio iure appellationis, ut puta, quando ego appellans nullam cauſam, vel minus probabilem prætendo, ualebit tamen iure relationis, ſi Iudex eam recipiat, & apoſtolos concedendo ad ſuperiorem remittat. ut infra, eod. dile. reſponſ. j. & § pe. & c. intimaſti ſ. de offi. dele. licet. & ideo ſententia inferioris lata in appellantem poſt talem appellationem, non debet ſeruari à ſubditis quibus notoriū eſt. j. eo. dilectus. §. fin. ſecus ſi hoc ignoret, uel ſi cauſa appellationis dubia eſt: quia tunc in omnibus vitandus eſt excommunicatus, [c] præter quam in cauſa appellationis, quouſq; de ipſa conſtiterit. j. de ſent. excommu. per tuas. §. j. hoc autem intelligas uerum eſſe, ſi ab epiſcopo, vel ſuperiore ſententia lata fuerit. ſin autem à minore Epiſcopo & excommunicatus offert ſe probaturū, quòd poſt appel. legitimam excommunicatus fuit; tunc in his quæ aguntur extra iudicium, ſicut in electionibus, & aliis legitimis actibus, pendente probationis articulo, non vitatur, ut in auth. d. n. extra, de ſen. excommu. ſolet à nonnullis. §. fi. & extra, quia periculum. §. fi. ſecundum quod quidam intelligunt, ſed de hoc dic, ut not. j. de ſent. excom. §. fi. ſub § fi. verſ. illud tamen notandum.

Vbi verò aliquis poſt ſentētiam appellauit, aut intra x. dies, aut poſt. Si poſt x. dies quis appellet, nō tenet appellatio. quod dic vt no. tam de diffinitiua, quàm interlocutoria ſententia, ſ. tit. j. ſub rubr. de ſentē. §. quot ſint. ver. interlocutoria. & ſeq. & ſub §. diffinitiua. & verſ. ſeq. & ſub §. ſed nunquid. § quo remedio, ſub §. hoc tamen notādum. Sin autem intra 10 dies appellatum fuerit aut incontinēti ſci licet lata ſententia, & tunc non oportet appellationē dari in ſcriptis, [d] ſed ſufficit quod dicat appellans apud acta, Appello. 2. q. 6. ad fin. ver ſi. litigatoribus. ff. eod. l. i. in fin. & l. 2. & l. à ſententia. §. fin. nec eſt neceſſe dicere cauſam, imò vna, quā proſequitur,

ADDITIONES.

a A correctione. ¶ Adde In. in c. ad noſtram. de app. Inn. in c. cum ſpeciali. e. tit. Inn. in c. licet. de of. ordi. Do. in c. de priore. de app.

b De iſta clauſula. ¶ Adde Ab. in c. ſuper e. de of. deleg. & per Ioan. de Imo. in cle. de re iudi.

c Citandus eſt excommunicatus. ¶ Adde Doct. in c. à nobis. de ſent. excom. Doct. in c. intelleximus. de iudi.

d Appellationem dari in ſcriptis. ¶ Adde c. litigationib. 2. q. 6. ca. cordis. & c. appellatio. de app. lib. 6. gl. in c. quamuis. de elect. eo. li. cle. appellanti. de appella. & per Ang. in l. eos. in fi. C. de appel.

tur, deficiente, potest ad aliam recursum habere. ff. eo. scio. & l. appellanti. respon. j. & §. j. suprà de sen. & re iudi. ad probandum s̃. de fide instru. cum Ioannes. s̃. de testi. fraternitatis. Aut ex interuallo, & non apud acta, & tunc similiter non requiritur causa sed tñ refert, vtrũ propter metum Iudicis appellatum non sit: in quo casu in defectum iudicis sufficit quod fiat appellatio & cõtestatio coram personis honestis: nam in hoc casu reputatur ad appellationis beneficium conuolasse, & sic perinde videt̃, ac si apud acta appellatum fuisset. infrà eod. si iustus. C. de his q. per me. iudi. non ap. l. 2. & arg. C. de reb. cre. generaliter. §. sin autem. ver. ipse autẽ. & s̃. de offic. ord. pastoralis. ad fin. C. de anna. exce. vt perfectius. puto tamẽ, quòd & hic necessaria sit scriptura, vt satis innuunt iura allegata: nam & contestationem fieri in scriptis oportet, ut in auth. de tẽpori. non so. pec. super do. §. 1. & §. contestationem. collat. 7. hoc intelligas, vbi probabilis timor fuit vanus enim non excusaret. ff. de reg. iur. vani. Quid enim si timuit in comitatu principis in quo ipsũ nihil timere oportuit appellare. C. de his qui per me. iudi. non app. l. j. Item quid si timuit infamiam, vel aliquid quod non caderet in constantem. ff. quod met. causa. nec timorem. secundũ Azo. & iunge quod no. suprà de præscript. sub rubric. de præscri. re. immo. §. quibus modis interrumpuntur. ver. item per solam, vel propter uoluntatẽ solam ut uoluit deliberare, & tunc necesse est appellationem in scriptis fieri, ita quòd scriptura contineat, Quis, A quo, Contra quem, In qua causa, Ad quem, Et quando, nõ dico quare duxerit appellandum, ut 2. q. 6. forma. & ff. eod. titu. l. j. §. fin. ff. de libe. dimis. l. unica. Sed & in superioribus casibus scilicet quandocũque appellatur in iudicio, siue ordinariè agatur, puta actore conquerente de reo corã Iudice competente, siue extraordinariè, puta Iudice conquerẽte, uel ex officio procedente. & sic extra iudicium scilicet ordinarium, appellante, sententiam distinitiuam, siue à grauamine, siue interlocutoria appelletur, necesse est quòd appellatio porrigatur in scriptis, omnia prædicta continentibus, & plus causam, scilicet quare appellatio facta est, & apostolos habet necesse petere. quod si appellator hoc non obseruauerit, reputabitur non appellans, & cõdemnatur in expensis legitimis, & ad priorem Iudicẽ remittetur. ut in authent. d. n. extra eod. c. cordi nobis est. Iudex aũt tenetur apostolos tradere & peti debent, quãdocũq; in scriptis appellatur, secundũ determinationem positam in infrascrip. sub §. aliàs nõ tenet appellatio, quantũcunq; iusta fuerit, ut innuit in d. c. extrà, cordi nobis. nec dicas illud speciale in appellationibus factis ad se. Aposto. sicut quidam dixerunt: quia idem est in aliis vt patet ff. de libel. dimis. l. vnica. & 2. q. 6. post appellationem. & cap. ab eo. possunt autẽ peti quandoq; intra 30. dies post appellationem emissam. C. e. iudicibus. 2. q. 6. §. pe. ad quod accedit, C. eo. quoniam nonnulli. & licet Iudex teneat̃ offerre apostolos, si appellationem recipiat. C. e. s. eos § fi. & in auth. vt nulli iud. §. illas verò. col. 9. quod nisi fecerit, puniendus est: ar. C. eo. quoniam iudices. tamen hodie tenetur tradere etiamsi non recipiat. ut d. c. extrà, cordi. & appellans, nisi ipsos instanter petierit, nõ propter hoc releuatur. ar. ff. de dolo l. j. nec obest, si iudex non dederit, dum tamen diligẽter petiti fuerint, quia cum instantia & sæpius sunt petendi: ut ff. de libel. dimis. l. vnica. Liquet ex prædictis, quòd aliquoties nõ requiritur scriptura in appellatione, ut patet s̃. e. sub §. ubi verò. ver. sin autem. & eo. §. respon. j. versic. aut vt aduersarius. aliquoties requiritur, ut in omnibus aliis casib. quando requiritur, sunt quandoq; instanter petendi apostoli, & etiã concedendi: aliquoties conuentionales, aliquoties reuerendi, aliquoties testimoniales ut no. j̃. sub §. ego Bertholdus. & duob. §§. se. aliquoties dimissorii, aliquoties refutatorij, ut not. j̃. eod. sub §. ego frater Vbertus & sequentibus. Et licet forma appellationis & apostolorum sit scripta in supradictis iuribus, intendo tamen ad maiorem & euidentiorem doctrinam scribere formã de quolibet per se. sub §. & rubricas.

FORMA APPELLATIONIS EXTRA iudicium factæ, ne fiat id quod de iure communi fieri non debet. Rubricella.

EGo Bertoldus canonic⁹ Capuanus, videns & cõsiderans, quòd persona talis, quam intenditis eligere, est periurij vel falsi testimonij, vel adulterii crimine irretita, vel quòd est publicè de tali crimine infamata, appello ad sedem Apostolicam, ne vos alij concanonici mei ad electionem ipsius procedatis, apostolos testimoniales peto, & instanter, instantius, instantissimè peto: vel sic, appello, ne ad electionem nisi canonicam procedatis. s̃. de elect. cum nobis olim. & c. cum in cunctis. vel ne sine consensu totius vel maioris & sanioris partis capituli eligatis. suprà de elect. auditis. vel contra priuilegia ecclesiæ vestræ. suprà de elect. considerauimus. vel, contra diu obtentam consuetudinem & approbatam. s̃. de consuetu. cum dilectus. j̃. de verbo. sign. abbate. aliàs si appellans causam rationabilem non prætendat, appellatio non ualebit, ut not. s̃. eo. §. j. ver. si extra iudicium. Et no. quòd in hoc casu si appellatio fit ex causa legitima, deferendum est appellationi, siue fiat appellatio ad sedem Apostolicam ante electionem, siue post ab ipsa electione factam, ne confirmetur, causa tamen legitima expressã, & tenentur omnes, quos res tangit, accedere ad sedem Apostolicam per se, vel per procuratores idoneos intra mensem connumerandum à tempore oppositionis obiectæ, siue appella. factæ. Quid si vna parte veniente, altera non uenerit post 20. dies post aduentum alterius expectata in ipso negocio, non obstante cuiusquam absentia, sicut canonicum fuerit, procedetur. Sed & si appellãs in probatione eius, quod in formam obiicit, deficiat, in expensis legitimis condemnatur. Si verò deficit super eo quod obijcit in personam, à beneficiis suis per triennium nouerit se suspensum: qua suspensione durante, si se temerè diuinis ingesserit, illis perpetuò sine spe restitutionis nouerit se priuatum, nisi euidenter probet, quòd ipsum à calumnia causa probabilis reddat excusatum: & hoc nedum in dignitatibus, sed etiam canoniis præcipitur obseruari. vt in authentic. d. n. extrà, de election. statuimus. In hoc casu cùm extra iudicium appelletur, non possunt dari apostoli dimissorij, possunt tamen dari conuentionales, siue testimoniales, sigillo aduersæ partis sigillati, per quos appareat vtrum aduersa pars, contra quam appellatur, appellationem admiserit, vel non. & ex qua causa admiserit: & quamuis expressum ius super hoc non habeatur, tamen consonum est ęquitati etiam rationi, & est argumen. in authent. d. n. de electio. extrà, statuimus. & de test. capit. ad hoc. & de excep. pia & c. ti. cordi. & capitu. legitima.

FORMA PROVOCATIONIS EXTRA iudicium. Rubricella.

QValiter autem aliquis extra ius ad sedem Apostolicam prouocet, non est multum instandum: quia & hoc aliquoties fit ipso facto, puta duob. scilicet Petro & Gulielmo contendentib. de aliqua re dicit ponamus, Petrus Gulielmo: Charissime Guilielme, tu iniuriaris mihi super tali vinea, scias quòd aut tu ipsam reddes mihi in pace, aut ego occupabo eam, uel pignorabo te, nisi mihi reddas tantam summam pecuniæ. Responsio Guilielmi, Frater, ego non iniurior tibi, si rem meam teneo, uel ego nihil tibi debeo: si tamem tu conquereris de me in aliquo, ego offero tibi, ꝙ paratus sum subire iudicium Apostolicæ sedis: & statim arripio iter, vel mitto talem nuncium, sequaris me, vel mittas illuc, si uolueris, hic nulla scriptura necessaria est. Est tamen sciendum, quòd aut vterque uadit in propria persona, aut uterque mittit: vel vna pars mittit, & altera vadit tantum, vel mittit, altera remanente. Item aut post talem prouocationem exponitur querela coram ordinario iudice, aut non. Si uterque vadit, uel uterque mittit de communi consensu, poterunt literas Apostolicas impetrare, ut suprà, de rescript. cæterum. §. fina. & cap. ex parte decani. Si una vadit, & altera mittit, idem si altera tantum uadit, uel mittit ipsa sola impetrabit, sicut placuerit, cum non habeat contradicto. nec puto, quòd de tali prouocatione sit necesse in rescripto fieri mentionem, nisi fortè esset approbata ab altera parte, & pars una præueniret terminum, in quo debuerunt coram domino Papa de communi consensu comparere, sicut dicitur, quando in iudicio appellatur, j̃. e. sæpe. & c. oblatæ. Vbi autem post talem prouocationem exponitur querela coram ordinario, non obstat missio nuncij, nec rescriptum etiam impetratum, quod impetrans non assignauit iudici delegato, quominus ordinarius dirimat quæstionem. sic expressim intelligo j̃. eo. vt debitus. Obstabit tamen, si in propria persona iuit ad eam pas contra quam proceditur, quo ad hoc, ut quicquid interim coram Papa factum fuerit, reuocetur. j̃. de peregr. cap. unic. quod dic ut ibi not. in summa. Aliquoties non fit hęc prouocatio in scriptis, & tunc procedat secundum ea quę no. j̃. e. sub §. ego abbas. ut tamen in scriptura exprimat appellans partem, contra quam prouocat. probantur hæc in his quæ no. s̃. eod. §. uersic. aut ne quis iniurietur. Sed nec hic locus est apostolis petendis, nisi sicut no. suprà eo. §. ego Bertoldus. ver. in hoc casu.

DIVERSA GENERA APOSTOLO-rum. Rubricella.

a DIcentur autem Apoſtoli [a] iſti teſtimoniales: quia teſtificantur de appellatione facta, ut patet in his quæ no. s̃. eod. ſub §. ego Bertoldus & j̃. eod. §. ego Abbas. Dimiſſorij dicuntur hi, per quos apparet, ꝙ Iudex appellationi detulit, & ſic partem, quo ad hanc cauſam, à ſua manu, id eſt, poteſtate & iuriſdictione dimittit, & ipſam ad illum ad quem appellatum eſt, mittit ff. de libel. dimiſ. l. vnica. 2. quæſt. 6. poſt appellationem. ſic & dicuntur literæ dimiſſoriæ, vt not. s̃. de cle. peregri. §. vlt. verſi. & nota. de hoc plenius not. j̃. eod. ſub §. ego Robertus. verſi. hoc etiam innuit. Sunt & refutatorij apoſtoli hi, per quos apparet, ꝙ Iudex non defert appellationi, ſicut alia ſcriptura refutatoria dicitur. C. de relat. l. 1. C. eod. quoniam nonnulli. & l. ſequent. & l. fina. §. in refutatoriis. nam & Iudex ſi appellationem refutet, debet dicere cauſam refutationis. ff. de appella. non reci. l. penul. & ylt. & hoc eſt quod præcipit conſtitutio noua in authen. d. n. extra e. cordi. poſſunt dici & conuentionales, quando ſcilicet pars admittit appellationem, ſiue in iudicio iudice refutante, vel tacente, ſiue extra iudicium, vt apparet in his quæ not. s̃. eod. ſub §. verſic. non altera tantùm Sed & dici poſſunt reuerendi, ſcilicet quando propter reuerentiam ſuperioris defertur. vt in authen. domini. n. eo. extrà, cordi.

ADDITIO.

a Dicentur autem apoſtoli. ¶ Adde c. cordi. & c. ab eo. de appella. lib. 6. & in cle. 2. eod. tit. S pe. tit. de ap. in §. ſequitur. verſi. not. & per Cyn. in l. eos. C. de appella. Item ſunt pars appellationis ſecundum Philipum Franchum in cap. ab eo. in vlt. not. & an iſti apoſtoli ſint dandi aperti, vel ſigillati. vide in d. clem. 2. & ibi Pau. de Elea.

FORMA APPELLATIONIS EXTRA IVDIcium factæ, contra illum, de quo timetur, ne dicat ſibi ius, vel aliàs iniurietur. Rubricella.

EGo Abbas ſancti Auguſtini Cantuarienſis, conſiderans, quòd talem eccleſiam pacificè & quietè poſſideo, & quòd nullus pacificè poſſidens eiiciendus ſiue expellendus eſt de poſſeſſione ſua, ordinario iudicio prætermiſſo, timens mihi violentiam inferri, & me eiiciendum iniuſtè, vel aliàs ſuper poſſeſſione ipſius eccleſiæ perturbandum, per tales ex talibus veriſimilibus & probabilibus cauſis, quæ ad aures meas peruenerunt, offero me paratum ſtare iuri coram domino Papa ſuper dicta eccleſia cuilibet conquerenti, appellans ad ſedem Apoſtolicam: ne quis præſumat me ſuper poſſeſſionem dictæ eccleſiæ moleſtare: hæc in tantum tenet appellatio, quòd ſi poſt talem appellationem eiiciatur, in eum ſtatum reducitur, in quo erat tempore appellationis emiſſæ, & fructus medij temporis recuperat. j̃. eo. bonæ. & puto, quòd ſi poteſt habere copiam Iudicis, debet coram eo hoc proponere, & illum de quo timet, poteſt facere citari, & facere interdici per Iudicem, ne ipſum moleſtet in aliquo, & ſic habebit locum poſtea quod not. s̃. vt lit. penden. vbi verò vult proſequi ius ſuum coram domino Papa, non faciet citari, ſed ſolùm publicabit appellationem, quam facit coram iudice: vel ſi iudicis non habet copiam, ſufficit quòd hoc faciat coram honeſtis perſonis, vt not. s̃. eod. ſub §. vbi verò. verſi. aut ex interuallo. & poterit petere, & alij ſibi concedere apoſtolos teſtimoniales. vt not. s̃. ſub §. ego Bertoldus. uerſi. in hoc caſu. Sed & ſi habet ſuſpectum iudicem, procedere, ſecundum quod not. j̃. e. ſub §. ego Falco. & ſub §. ego frater Vbertus Comprobantur hæc s̃. eod. §. reſpon. 1. uerſi aut ne quis iniurietur ſibi.

FORMA APPELLATIONIS FACTAE A IVdice volente ſibi ius dicere in his, quæ ad ipſum non pertinent de iure communi. Rubricella.

EGo frater Vbertus prior, uel abbas, conſiderans me & monaſterium meum grauari poſſe per vos, domine archiepiſcope Ebredun. pro eo quòd à me petitis procurationem ratione viſitationis, vobis, ſicut dicitis, debitam, contra priuilegia ſedis apo. exemptionis expreſsè nobis indultæ, quam uobis, quem in hac parte meritò ſuſpectum habeo, non teneor exhibere, nec veſtrum iudicium ſubire: offero me paratum ſtare per hoc iudicio ſummi Pontificis, uel delegati ſui, cum nec alius de hoc cognoſcere poſſit, & ſuper his appello uos ad ſedem Apoſtolicam, ut in proximo die Paſchæ, quē ad repræſentandum, & ad appellationem hanc proſequendam coram eo huic appellationi præfigo, ſitis coram ipſo parati per uos, uel per procuratorem idoneum ſuper prædictis facere & recipere, quicquid dictauerit ordo iuris, & apoſtolos peto, & inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè peto. actum. &c. ad hoc C. ne quis in ſua cau. iudi. l. unic. s̃. de præſcrip. cum olim. & c. accedentes. s̃. de iudic. cum ueniſſent. 3. quæſt. 5. quia ſuſpecti. j̃. eod. perſona. § fina. & cap. ſæpe. & cap. oblatæ. Poſſunt autem hic concedi libelli dimiſſorij, ut ita dicat, Nouerint uniuerſi, &c. quòd frater Vbertus prior, à me Epiſcopo Ebredu. aliàs archiepiſcopo, in hunc modū ad ſedem Apoſtolicam appellauit, Ego frater Vbertus, & c. de uerbo ad uerbum, & uſque ad uerbum. & inſtantiſſimè peto, ego uerò attendens, ꝙ in dubio ſit uia tutior & æquior eligenda, prædictum fratrem Vbertum, quo ad hanc quæſtionē pertinet, ab obſeruatione mei iudicij, his apoſtolis dimitto. 1. quæſtio. 6 § forma. Sed & refutatorij fieri poſ. ſic, nouerint, &c. uſque ibi, inſtantiſſimè peto. poſtea dicet, Ego uerò attendens, ꝙ ego & prædeceſſores mei, uel prædeceſſores noſtri, tantum fuimus, uel fuerunt in plena & pacifica quaſi poſſeſſione huius procuratorem percipiendi, & quòd dictus frater Vbertus de nouo temeritate propria ipſam mihi ſubtraxit, nolens in hoc præiudicare iuri eccleſiæ meæ, ſupradictam appellationem tanquam iniuſtè ſpoliatus refutaui, nec ei detuli, ſed prædictū fratrem Vbertum, tanquam temerarium ſubtractorem excōmunicationis uinculo innodaui, & hos apoſtolos refutatorios ſibi tradi feci: quia fruſtra legis auxilium inuocat, & c. ad hoc s̃. de ele. querelam. & c. bonæ me. Ma. reſp. 1. s̃. de ordi. cog. c. fi. Sed etiam caueat archiepiſcopus ꝙ probatio ſit in promptu ut arg. in auth. d. n. extrà, de reſtit. ſpol. frequens. nec reputet notorium, quod fortè non eſt, ut not. s̃. eod. ſub §. ſi uerò in iudicio. uerſi. ſi iudex. & ſeq. ſemper enim in dubio, ſaluo ſuo iure, circa quaſi poſſeſſionem appellationi ſic factæ tutius eſt deferre.

FORMA APPELLATIONIS FACTAE A IVdice, volente ius dicere de his quæ ad ipſum non pertinent de iure communi. Rubricella.

EGo Falco ſentiens me grauari à uobis domino Dignen. Epiſcopo, pro eo quòd monuiſtis me, ut talem uineam, uel talem campum quē dicitis eſſe ueſtrum, uobis reddam ſine cauſæ cognitione, cùm tamen non credam ipſum ad uos, ſed ad me pertinere, & paratus ſum, & uobis obtulerim, adhuc offeram me paratum ſubire iudicium coram arbitris, per uos & me communiter electis, ſicut ius præcipit in hoc caſu, & uos hoc nullatenus admittatis, ſed potius comminationes multiplices ingeratis, ſi fortè cōminetur: ſuper quo uide quod not. j̃. eod. ſub §. ego Ioannes. uel ſi non comminetur, tunc dicat, Sed reſponſionem diſſimuletis, ne hac oblatione ſpreta, in aliquo contra me procedatis, ad dominum Ebredun. archiepiſcopum metropolitanum noſtrum appello, uel protectioni ſuæ me & mea ſuppono, & appello, & apoſtolos peto, & inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè peto. Quòd ſic formetur ritè appellatio, probant iura inducta s̃. eod. ſub §. ſi uerò in iudicio. uerſicu. ſi iudex. hic non uideo quod poſſint dari apoſtoli refutatorij. ſed aut dimiſſorios tradet iudex non ſine rubore, cum per appellationem euidenter appareat, quòd iniquiſſimè procedebat: aut ſi mihi credat, dicet, Chariſſimè, ſi ego unquam renui eligere arbitros, uel reſpondere diſſimulaui. modò tibi reſpondeo, quòd paratus ſum arbitros eligere, & coram ipſis procedere ſicut dictauerit ordo iuris, & ſic reuoco grauamen quod tibi innuis per me illatum fuiſſe, unde & appellatio tua ceſſat. j̃ eo. cum ceſſante. Sed & reuerendi tradi poſſunt hoc modo, Nouerint uniuerſi, & c. ꝙ Falco appellauit à me ſub hac forma, Ego Falco, & c. uſq; peto, Ego uerò, licet de iure meo certus ſim, & ueriſimiliter percipiam: ꝙ ad deferendum ius meum hanc appellationem fecerit, maximè cùm nec cauſas, quæ ibi continentur, confitear ueras eſſe: tamen ob reuerentiam ſuperioris mei talis, ad quem appellatum eſt, prædictum Falconem, quo ad hāc quæſtionem pertinet, ab obſeruatione mei iudicij, & c. ut not. s̃. eod. ſub §. ego frater Vbertus. uerſi. poſſunt.

FORMA APPELLATIONIS FACTAE A IVdice, volente procedere contra aliquem ratione exceſſus quem notorium dicit. Rubricella.

EGo Gulielmus vt ſuprà: vſque, monuiſtis me, quòd ſuper tali exceſſu, quem dicitis me commiſiſſe, & quem notorium aſſeritis eſſe, ſatisfacerem, quod tamen ego nunquam feci, & paratus ſum ueſtrum, uel illius quem ſine ſuſpicione iudicem dare uolueritis, ſubire iudicium, ſecundum formam iuris: uos autem renuiſtis quod non eſt notorium, reputantes pro beneplacito uoluntatis ad dominum Ebredum. & c. ut s̃. comprobatur

batur hoc s. eod. sub §. si verò in iudicio. versicu. si Iudex. & j. eo. cum speciali. & de accusa. qualiter. 2. §. debet. Et dabit hic iudex libellos siue apostolos dimissorios, si excessus sit dubius, hoc modo: Nouerint vniuersi, &c. quòd Gulielmus appellauit à me in hunc modum, Ego Gulielmus, &c. vsque, peto. ego verò attendens, &c. vt nota. s. sub § ego frater Vbertus. versicul. possunt. vsque, eligenda. quamuis dictus excessus mihi & pluribus aliis notorius videretur, dictum tamen Gulielmum quo ad hoc pertinet, &c. Sed & potest dare refutatorios, vt sic dicat, Ego verò attendens, quòd dictus Gulielmus, licet hoc malitiosè & frustratoriè proponit ad correctionem ecclesiasticam euitandam, cùm excessus per confessionem suam in iudicio sponte factam, vel euidentiam rei, quæ nulla tergiuersatione, &c. supradictam appellationem tanquam frustratoriam, & nullam refuto, nec ei defero, & talem sententiam in ipsum fero. probantur hec j. eodem. cum speciali. & iunge quod not. s. eod. sub §. si verò in iudicio. sed & reuerendi tradi possent, vt no. s. eod. sub § ego Falco. versi. hoc non video.

FORMA APPELLATIONIS FACTAE A IUdice delegato à sede Apostolica, qui cognoscit appellatione remota. Rubricella.

EGo Petrus Ebredunen. canonicus, sentiens me grauari à vobis, domine Napolien. delegate iudex à se. Ap. in causa, quam prior de Rometa mouet contra me super quadam summa pecuniæ, & rebus aliis pro eo, quòd libello non oblato vel si oblatus sit, dicat pro eo quòd libello oblato super 10. lib. quas à me petit, non exprimitur causa debiti: vel si petatur res, dicat pro eo quod in libello oblato super fundo quem à me petit, non ponit aliquas cohærentias, quare minimè teneor respondere. vos autem hoc non admittitis, sed his non obstantibus, præcepistis ꝙ responderem, ad se Apo. appello, & apostolos, &c. comprobantur hæc s. de libel. obla. capi. 1. 2. & 3. vel quia locum non tutum assignatis mihi nolentes alium assignare, licet per me humiliter requisitus fueritis, & sic de singulis grauaminibus in iure expressis, idem est si non sint expressa, dummodo rationabilia sint: veruntamen iudex non habet necesse tunc apostolos deferre, licet superior retractare valeat, si post talem appellationem legitimã, vt ipsi superiori videtur processerit in aliquo contra ipsum. vt patet in his quæ nota. s. eod. sub §. sed si non iudex. versicu. si sit iudex delegatus. Eodem modo formatur, si sit alius quis iudex inferior Papa, & plus operatur, vt patet in his quæ not. s. eo. sub §. si verò iudex. versic. quòd si iudex nec in hoc casu possunt dari libelli dimissorij sine rubore, nec refutatorij, si causa vera sit. dicat ergo. Ego præcipio actori, quòd causam exprimat, vel rem quã petit demõstret digito, vel per certas cohærentias, & sic reuoco grauamen, &c. vt no. s. sub §. ego Falco. versi. hoc non video. sed & reuerendi tradi possunt. vt ibi not.

FORMA APPEL. FACTAE A IVDICE comminante. Rubricella.

EGo Ioannes præsentiẽs mihi, nisi prouidero magnũ grauamen per vos, domine iudex, inferendum & periculum imminere, pro eo quòd mihi comminatus estis, quòd nisi darem 10 Petro vsque ad talem diem, quæ tamen dare non debeo, vel nisi responderem tali positioni, cui tamen cùm ad causam non faciat, vel duplex sit, & capi possem, ante declarationem respondere non teneor: vel nisi satisfacerem super tali excessu, quẽ nego me fecisse, nec notorium est, neque conuictus sum, excommunicaretis me, vel decem libras à me extorqueretis à tali excõmunicatione, quem si exequeremini, manifestè grauarer, ad sed. Apostolicam appello, & apostolos, &c. Et licet in hoc casu non possint dari dimissorij sine rubore, possunt tamen dari refutatorij, si falsum est, quod in appellatione asseritur. Sed & si comminationem reuocauerit, cessat appellatio, vt not. s. eo. sub §. ego Falco. versic. hoc non video. sed reuerendi tradi possent, vt ibi not.

FORMA APPEL. FACTAE A SENTENtia interlocutoria. Rubricella.

NOs G. ac P. sentientes nos grauatos à vobis, domini iudices delegati, pro eo quòd cum Martinus super eo quod dicebat nos opponere electioni, de ipso factæ in nostra ecclesia, coram vobis authoritate Apostolica traxisset in causam, & nos ad eum repellendum proposuissemus contra ipsum excommunicationis sententiam, & ipse contra nos in modum replicationis nos similiter excommunicatos assereret, vos probationes super replicatione eiusdem Martini primò, quàm super exceptione nostra recipiendas esse per sententiam interlocutoriam tali die temerè decreuistis, cùm exceptio nostra probata ipsum Martinum ab agendo remoueret, replicatio verò sua nos à defendendo nequaquam repelleret ad se. Ap. à tali interlocutoria appellamus, & apostolos, & c. vt s. comprobatur hoc s. de exceptio. dilecti. & c. significauerunt. sic est differentia, vtrum appelletur à diffinitiua sententia, vbi causa non est de necessitate exprimenda in appellatione, vel ab interlocutoria, vbi causa requiritur, vt expressim probatur in auth. d. n. extrà. eod. cordi nobis. De apostolis autem in hoc casu tradendis dic vt not. s. eo. sub §. ego Io. & versi. & licet.

FORMA APP. FACTAE A IVDICE PRO eo quòd offerens se probaturum probare exceptionem legitimam, non fuit admissus ad probandum. Rubricella.

EGo Martinus sentiens me grauari à vobis, domine iudex, pro eo quòd Petro agenti contra me coram vobis, & petenti 10. libras ex causa mutui opposui exceptionem de non petendo, quam obtuli me legitimè probaturum, vos me paratum & offerentem probare dictam exceptionem veram esse, ad ipsam probandam admittere noluistis, ad talem appello, & apostolos, & c. vt s. comprobatur hæc forma in his quæ not. s. sub §. sed si non iudex. versi. sed si offero me probaturum. & hoc sicut ibi not. verum est, siue hoc intelligas de peremptoria: vt quia simpliciter factum est pactum, siue dilatoria: vt quia factum est pactum, ne vsque ad Pascha petatur, vnde nec citra agere licet, alioquin plus tempore peteretur, vt s. de plus peti. capi. vnico. Igitur si is qui appellat ab aliquo grauamine illato ante diffinitiuam sententiam ex quo citatus est per iudicem obtinere velit, necesse habet probare septem. Primum, quòd causam proposuit. Secundum, quòd legitimam. Tertium, quòd non fuit admissa per iudicem. Quartum, quòd vera erat causa, vel saltem, quòd ipsam se offerens probaturum, nõ fuit admissus. Quintum, quòd ideo, quia Iudex non admittebat exceptionem, vel ipsum probare offerentem non fuit admissus, appellauit. Sextum, quòd in scriptis causam appellationis, & quis & à quo, &c. vt not. s. eod. sub § vbi verò aliquis. versic. sed & in superioribus. & præcedenti continentibus appellauit. Septimum, quòd apostolos instanter, & sæpius petiit intra legitimum tempus: quòd si vnum defuerit appellatio non valebit, vt omnia hæc probantur j. eod. vt debitus. & cap. cum speciali. §. excessum. & capi. cùm causam. in fin. & capi. dilecto. ad fin. capi. interposita. respon. 1. & extra. d. n. eo. cordi nobis. s. de except. dilectæ. ad fin. 2. quæstio. 6 post appellationem. ff. de libel. dimis. l. vnica. & patet in his quæ not. s. eo. sub §. sed Iudex. & sub §. vbi. sed & si plures causas sufficientes in appellatione posuerit, sufficit alteram probare. j. eod. significauit. ad fin. j. de præben. cum iam dudum. in fin. sed & vna de expressis deficiente, ad aliam expressam potest recursum habere, vt ibi innuit. ff. & ff. eod. scio. secus in non expressis. vt j. eod. constitutis. 2. §. nos ergo Et not. quòd nedum ab illato grauamine appellari potest, vt s. exemplificaui, sed etiam à comminato, vt puta Petro & Martino litigantibus coram Iudice, Iudex pro voluntate sua sine causa, vel ex causa iniusta vel falsa dicit Martino, Scias ꝙ nisi hinc ad octo dies dederis Petro 10 ego excommunicabo te, vel nisi responderis tali positioni, cui fortè non est respondendum: quia non facit ad causam, uel nisi instrumentum contra te produxeris. s. de proba. c. 1. uel Iudex qui monet aliquem, ut sibi rem restituat, quàm suam dicit, uel ut super excessu satisfaciat, dicit, Nisi vsque ad talem diem rem quam peto mihi restitueris, uel super tali excessu satisfeceris, ego excõmunicabo te, uel extorquebo à te 10. lib. uel à tali, vel consimili comminatione appellari potest. j. eo. cum cessante. j. eo. cum speciali. & potest formari, sicut not. s. eo. sub § ego Ioan. Vtrum autem apostoli tradi debeant, dic ut not. j. eo. sub §. ubi. uersi. in hoc casu.

FORMA APPELLATIONIS FACTAE statim lata sententia apud acta.

HAec forma caret forma. Vulgaris enim, & simplex est, & quilibet dãnatus sine periculo ipsam facere potest: nec enim requiritur nisi ꝙ lata sñia statim dicat, Appello. intelligit enim appellare à sñia quæ statim prolata est, nullo actu contrario intermedio, unde cũ in sñia contineatur, quis, inter quos, qualiter sententiam tulerit, & statim

rit,& ſtatim ſequatur appellatio : apparet quis & à qua ſenten-
tia, à quo & contra quem appellat, & etiam ad quem , ſi & hoc
exprimat , ſ.ad proximum ſuperiorem : nam & ſi maiorem vel
parem exprimeret, talis error non obeſſet, vt no.ſ.eo.§. à quo.
ver.quid ſi quis putauit.& comprobatur hoc in his quæ not.ſ.
eo.ſub §.vbi verò.

FORMA APPELLATIONIS FACTAE A ſententia diffinitiua,non apud acta,ſed ex interuallo intra decem dies.

EGo Robertus ſentiens me grauatum à
ſnīa veſtra,dñe Iudex,ꝗ tuliſtis ꝓ tali
ꝯ me,in tali cauſa tali anno, & tali die,
ad talẽ appello,& apoſtolos peto , &c.
vt ſ.vel ſic:ꝯ ſnīam veſtram in me iniu
ſtè latã,ad talẽ appello,&c.2.q.6.§.for-
ma.2.ff.de libel.dimiſ.l.vnic.ff.eo.l.1.§.
fi.nec eſt neceſſe perſonã aduerſarij in
appellatione comprehendere, vt ibi:& ſi plures habeo aduerſa
rios,nõ nocet ſi vnũ exprimã,& alios reticeam:nec nocet, ſi nul
lam cauſam exprimam, vel ſi vnam tantùm,cùm alias habeam,
imò quibuſcũque modis potero,appellationem proſequar. ff.
eodẽ.l.3.Eſt autẽ offerendus libellus appellationis ei à quo ap.
pellat,ſi copia haberi poteſt,vel ei ad quem appellatur.2.quæſt.
6.biduum.verſi.ſi quis ipſius.ff.eodem.l.1. & 2.ff. quando app.
ſit.l.1.§.dies.& §.ſi quis.C.eodẽ , litigatoribus. & l. eos. Si uerò
plures non demnati ſint,& vnus tantùm app.non uidẽtur pro-
pter hoc alij appellaſſe,vt hæc probantur ff. eodem.ſcio. quan
doq; tamen vnus ex pluribus condemnatus appellans prodeſt
alij.ut no.ſ.ti.1.ſub rub.de re iudic.§.quibus noceat.ſub §. ſicut
etiam lata ſententia.Sed & ita demùm tenet appellatio à ſentẽ
tia facta,ſi ſentẽtia tenet.ff.e.ſi expreſſum.& l.ſi ex ꝯſenſu. §. cũ
procurator.ſi enim nulla eſſet,ipſo iure non releuaretur per ap
pellationẽ.quod dic,vt no.ſ.tit.1.ſub rub.de mulcta. ver. vlt.q
incipit,vnũ tñ notabis ante rubricã de re iudi.Hic ſciendũ eſt, ꝙ
apoſtoli etiam ſi non petantur modis omnibus dãdi ſunt , vt no.
ſ.e.ſub §.vbi verò.ver.ſed & in ſuperioribus.Senſus aũt apoſto
lorum is eſt , ſecundum Azo. appellaſſe Lucium Titium à ſen-
tentia mea,ſit notũ vobis , & ideo dimitto eum à iudicio meo,
& ad veſtrum examen dirigo.ff.de libel.dimiſ.l.vnica.Sed ſecũ
dũ Gra.is eſt.ego Henricus Sanctæ Fouẽ.eccl.Epiſcopus,te pſ
byterum Theobaldum capellanum eccleſiæ Sancti Appollina.
ad Apo.ſe.quam appellaſti,ab obſeruatione mei iudicii his apo
ſtolis dimitto. 2.q.6.§.forma. Lex tñ vnde hæc trahunt hunc ſen
ſum ſufficientius exprimit,dicens.Senſus literarũ talis eſt.appel
laſſe , puta Lucium Titium à ſententia illius , quę inter illos di-
cta eſt.ff.de libel.dimiſ.l.vnica.ver.ſenſus literarum.q.d.Tu di-
ctabis ſicut placuerit,ſed caueas,ꝙ talis ſit ſenſus apoſtolorum
ſiue literarũ dimiſſoriarũ,quod contineat, quis, à cuius ſenten-
tia,ꝯ quẽ,& ad quẽ appellauit. Quis: ideo dicit Lucium Titiũ,
A cuius ſententia,ideo dicit à ſentẽtia illius.Cõtra quẽ,ideo di-
cit,quæ inter illos dicta eſt , de quo nec Azo , nec Gra.aliquam
mentionem fecerũt.Ad quem, ideo dicit,puta. Ergo poteſt ſic
formari:Sanctiſſimo in Chriſto patri,& reuerendo ac metuen-
do domino ſuo Innocentio de Fliſco Lauan.comiti:diuina pro
uidẽtia ſacroſanct.Romanæ eccleſiæ ſummo pontifici, ſuus de-
uotus & obediens ac fidelis Henricus humilis Ebredunenſ. ar-
chiepiſcopus pedum oſcula beatorum . Nouerit veſtra ſancti-
tas , quòd cùm Alrandus ſancti Petri Ebredunenſ. capellanus
condemnatus eſſet per me Guernerium capellanum Maio.ec-
cle.Ebredunen.in centũ Vien quas ab eo petierat ex cauſa mu-
tui,idẽ Alrandus ab hac mea ſnīa ad ſe.Apo.appellauit , ideoq;
eundem Alrandum à iudicio meo ſecundum Azo.uel ab omni
obſeruatione mei iudicij , iunge, quo ad hãc cauſam pertinet,
dimitto,& ad examẽ veſtræ dirigo ſanctitatis, in quorũ teſtimo
nium hos ad præſentes apoſtolos ſiue literas ſibi tradi iuſſi. hęc
omnia ſatis poſſunt elici ex d.l.ff. de lib. dimiſ. quæ canonizata
eſt.2.q.6.poſt appellationẽ . dicit enim , quòd is à quo appella-
tur,ſcribere debet illi ad quẽ appellatur. per hoc comprobatur
quod dixi de ſalute,per hoc etiam cõprobatur quod ad examẽ
ſuum tranſmittitur, & de obſeruatione iudicii illius à quo ap-
pellatur dimittitur . & hoc etiam innuit ſenſus verborum apo-
ſtolorũ & dimiſſorias.apoſtolus enim miſſus, vel legatus inter-
pretatur.& hoc verbum apoſtoli,ſecũdum Hug.verbũ eſt Gre
cum,& dicitur ab ἀποστέλλω quod eſt mitto,vnde iſtæ literę, qui-
bus quis de poteſtate vnius dimiſſus ad poteſtatẽ alterius mitti
tur,meritò apoſtoli appellantur.hoc idem innuit , dimiſſoriæ:
nam dimiſſus dicitur quaſi de me ad alium miſſus . ergo apoſto
li Græcè,dimiſſi Latinè,ideoque apoſtoli dimiſſoriæ literę ap-
pellantur.2.q.6.poſt appellationem.& 72.diſt.epiſcopus.& iun-
ge ea quæ no.ſ.e.ſub §.qualiter aũt aliqs.uer. dimiſſorii . Quod
et iunxi ex cauſa mutui , elicitꝰ ex eo quod in l. dicta dr̃, quæ in-
ter alios dicta eſt,& quod ſimiliter dicit appellaſſe: qa cùm plu-
res ſententiæ poſſent eſſe,& ab una tm̃ appellatum eſt meritò iũ
gitur,vt à qua ſententia appellatũ extiterit , diſcernatur Sed &
meritò iũxi quò ad hãc cauſam pertinet:quia quo ad aliàs ſi or-
dinariuis ſit iudex,remanet.vt ff.apud quẽ & à quo ap.l.vnic.&
in auth.d.n.extrà.e.Romana.§.cũ uerò.cætera plana ſunt. Vnũ
tñ notabis , ꝙ ſi cuius appellatio à diffinitiua ſnīa facta recepta
non fuerit quacunq; rõne hoc doceatꝰ,per illum ad quẽ appel-
latũ eſt,nihilominus admittetꝰ.ff.de ap.non reci.ſi cuius. reſpõ.
1.l.ſciendum.appellans enim ſtatũ ſuum retinet, & Iudex de fer-
re debet.ff.de iniuſto rup.teſt.ſi quis filio.§.quid tñ.& ſi ꝑ ꝑuio
lentiam iudicis non potuit appellans eidẽ appellationẽ porrige
re,ſufficit ꝙ hãc publicè proponat.ff.e.cùm quidã.ff. de re. iur.
in omnibus.ſic & ſufficit,ſi apoſtolos petat , & Iudex deneget,
ꝙ hoc publicè conteſtetꝰ.ff.de libel.dimiſ.l.vnica.§.ſufficit.illud
certum eſt,ꝙ ſi quis libellos appellatorios iam oblatos recupe-
rare velit,putà pœnitentia ductus,non denegaretur ei.C eod.ſi
quis libellos.2.q.6.§.appellatione.uer.ſi quis libellos.ĩ.eo. dire-
ctè quod intelligas ſecundũ Io.re integra.aliàs ſi aduerſarius iã
receſſiſſet,non liceret mutare conſilium in iniuriam alterius.ff.
de regu.iu.l.nemo.& melius,ff.de ꝯdi.cauſa da.ſi pecuniam.re-
ſpon.1.& §.1.Si verò Iudex nõ recipiat appellationẽ,uel ea ſuſ-
cepta apoſtolos denegat,ſi appellabatur ad pręfectum vrbis,uel
præfectũ prætorio,ſuper hoc exponi poteſt querimonia uſque
ad annum,ſi ad inferiores intra 6.menſes:ſi erat delegatus ordi-
narii,intra quatuor mẽſes.C.e.ſi appellationẽ.ſi delegatus prin-
cipis,intra 9.menſes.C.de tempo.ap.l.2.§. quod ſi. Si pedaneus
Iudex intra duos menſes.in auth.e.§.audiant igitur. Appellatio-
ne autẽ nõ recepta,ſi eſt ad principem appellatum. ſed ſi ad aliũ
adeundus eſt:ſed & ſi recepta appellatione aliud impedimentũ
accidat,illum ad quẽ appellari debet,adiri oportet: appellatio-
ne verò nõ recepta , ſufficit adiri principem.& ſi ad aliũ fuerit
appellatum.ſed ſi non principẽ,ſed alium pro alio adiit, nihil ei
talis error prodeſit,licet non uideatur ceſſaſſe.ff.de ap.nõ reci.
ſi cuius.Sed & iudici nõ recipienti appellationẽ,imponitur pœ
na.xxx.pondo auri.officiales etiam ſui eandẽ pœnam patiuntur
niſi ei pertinaciter reſtiterit atq; actis cõtradixerit.& quid ſi of-
fenderit conſtitutum:C.e.quoniam iudices in criminalibus au
tẽ mittatur ad principẽ,vt digno ſupplicio puniatur.C.e.à pro-
conſulibus.in fi.ſed ſecundũ canones videtur deponendus.2.q.
6.de cætero.ante fi.quod intelligas,ſi recipienda erat: ſed ſi non
erat recipiẽda , quod ex cauſis accidit, ut no.ſ.tit.1.ſub rub.de
ſententia.§.quo remedio.ſub §.ſunt tñ caſus,in quibus nihil ſibi
ꝑiudicat, imò qui temerè appellauit,punitꝰ in 50.lib. agenti.C.
quorum ap.non reci.ab executione §.fi.& hoc in ciuili cauſa.in
criminali aũt lite perdita notatus abſcedat:infamia enim nota-
tur,& ſubit pœnam mediocrem corporalem.C.e.à proconſu-
libus.& l.eos §.ſuper his verò.& ſeq.

7 Quoties poſſit quis † appellare Et quidẽ re-
gulariter bis.ĩ.e.directè.
a ſed non tertiò.[a] ĩ.eodem , ſua nobis. 2 quæſtio. 6 ſi quis in qua-
cunque.Co.ne in una eademque cauſa lice ter prouoc. l. unica.
& hoc intelligas à ſententia diffinitiua , uel etiam interlocuto-
ria,uel quocũq; alio grauamine : alioquin in eadem cauſa licet
quoties opus eſt,id eſt,quoties quis grauatur,appellare.ſic intel
lige 2.qu 6 quoties. & c.omnis oppreſſus.& intelligas , quoties
grauatur,id eſt ſuper quolibet grauamine bis.ſimile ff.de leg. 3.
fideicommiſſa.§.ſi quis x uel quoties opus eſt,id eſt,quoties ſu
perior inuenitur:ex quo enim non inuenitur , opus nõ eſt:quia
non fieri poteſt.ſ. de elect. licet.§.fi 9.q.3.aliorum uel quoties
opus eſt intelligas in cauſa vniuerſali no.ĩ.e.ver.nec ob. ſed pri
ma præualet.Nec ob.xxxj.qu.ij. Lotharius uer. præterea.in me
dio ca. nam quod ibi dicit , quòd Teberga bis & ter appellauit,
exponitur,id eſt,appellationem emiſit,dicẽdo, Appello,appel-
lo,appello .ſic.ĩ.e.bonæ.ſ.de teſt.c.cum tu.uel bis, uel ter appel
lauit,id eſt bis ante ſententiã à duobus grauaminib. & ter , id eſt
tertiò à ſententia.uel dic quòd potuit ibi tertiò appellare, etiã
ab eadem ſententia propter qualitatem cauſæ matrimonialis,
de qua ibi loquitur à qua,& ter,& quater,& quoties uiſum fue
rit appellari poteſt,cùm in rem nõ tranſeat iudicatã,ut no.ſ.tit.
1.ſub rub.de ſententia.§.quo remedio ſub §.hoc tamen notan-
dum.Quamuis autem non admittatur tertia appellatio , ab ea-
dem ſententia facta,admittitur tamẽ in inte.reſt. & ſupplicatio
contra res bis iudicatas.ff.de mino.minor.& l.ſeq.de reſt. in in-
te.cùm

ADDITIO.

a Sed non tertio. ¶ Adde gl.in cle.1.de re iudi.Bald.in c.ſignificantibus. in
fi.de offi.del.Barb.in rubri.de fo.compe.in 2.col.idem Barb.cõſi.21.incip.
bene etenim.in 1.col.in 3.uol.

te.cùm ex literis.§.pen.& sic intelligi potest s̃.ti.1.cum causa.& iunge quod no.s̃.titu.1.sub rub.de sententia.§ quot sint. sub §. diffinitiua.versi.vi.Quandoque etiam non licet bis,sed semel tā tummodo appellare,vt C.e.iubemus.& l.in offerendis. & in authē.e.§.illud col.4.2.q.6.anteriorum.§.illud.in auth. de sanctis. Episcopis.§.si quis contra.col.9.

8 **A cuius** sententia appellari † non possit.Dic vt no.s̃.titu. 1.sub rub.de sentētia §.quo remedio.sub §. sunt amen casus.ver.vndecimo.& si vis scire à qua sententia appellari non potest,uide per totum.sub §.

9 a **Intra quod** tempus † appellādum sit.[a] Olim appellabatur intra biduum in propria causa, si in aliena causa,intra triduū.& currebat hoc tempus à die lata sententiæ,etiamsi sub condit.lata esset.quamuis hoc fieri non deberet, hodie verò appellatur intra decennium, à recitatione sententiæ numerandum, & hoc tempus est utile; quia non cedit nisi à tempore sententiæ, & ubi Iudex copiam sui fecerit in publico.2.quæst.vi.biduum.ff.quādo appel.sit l.1.§.biduum.& §.dies. ideoque si pronunciatum si contra absentem, non per contumaciam,non currit hoc decennium ignoranti, nisi fortè per procu.defensus fuerit tunc enim si procurator non appellauerit,difficile est hunc audiri.C.quomodo & quando iud.ab eodem.ff.quando appell.sit.l.1.§.fin.2.quæstio.vj.biduum.§.si aduersus.& hoc, siue sententia sit diffinitiua, siue interlocutoria, secundum ca.locum habet, vt in authen.d.n.extra eodem.titu. Roma.§.si uerò euocatis.quod dic ut not.s̃.eodem.§.quando. versi.& ita secundum l.& præcedenti. & s̃.titu.1.sub rub.de sententia.§.quot sint.respons.1.& sub §.sed nunquid.& de.sententia conditionali dic,vt not.s̃.titu.1.sub rub.de sententia.§.qualis.sub §.puta.

10 **Intra quæ** tempora † valet appellatio exerceri.Et quidem olim fatales dies statuti erāt diuersi.secundum diuersitatem qualitatum iudicum,vt C.de temp.app. l.2.& l.nemo.& l.vlti. de quibus cùm antiquati sint, parum ad nos:hoc enim tantùm notari potest, quòd fatales dicuntur: qa fatum,id est, terminum causæ imponunt: vt C.de tempor.appellat.nemo. vel fatum,id est mortem.vt C. de iud. properādū. §.huiusmodi.vnde & dicunt fata causarū.C.de aduoc.diuer.iudic.aduocati.Hodie uerò sic tenendum est ꝙ fatalis dies dicat annus vnicus,intra quem debet appellationē prosequi appellator secūdum se id est,cum ipse solus est in iudicio, uel etiā cōiū ctiuè.id est,cùm ipse est in iudicio cum altera parte:sed & si iusta causa intercesserit,alius annus indulget.quo transacto, lite non completa,rata manet sententia.2.q.2.si quis appellat.C.de tēp. appella.authen. ei qui appellat & sic secundus annus fatalis est, vt in authenti.de his qui ingred.ad appell §. hoc quoque sancimus.collat.5.infrà eod.cum sit Romana.sed si causa non subsit, etiam biennium non dabitur. infrà eodem. constitutus in præsentia nostra Archidiaco.Claromō.§.fin. Sed & si propter impotentiā nō prosequatur,nō obstat lapsus biennij,q aliàs à tempore latæ sententiæ curreret.j̃.e.ex ratione. Vbi añt per iudicē stètit,tempus appel.ipso iure non currit.C.eod.tit.l.fin.§.in his in auth.vt spon.largi §.hoc quoq;.col.9 in auth.eo.§.sancimus. aliàs incipit.ad hoc.2.q.vi.anteriorum.§.sed lis.C.de tempo.appellatio.auth.sed lis. quamuis illud authen.de his qui ingredi. ad appellatio. contradicere videatur. Item nec currit, si interim fuerit compromissum.in authenti.de appellat.§.sancimus. col.viii.Si uerò appellans dolo aduersarii circunuentus,appellationem suam nō fuerit prosequtus,nihilominus currit tempus aget tamen ad interesse cōtra dolosum.ff.de dolo.l.arbitrio.§. dolo cuius.Sed si soluendo non est,restituetur appellans ad appellationem prosequendam.arg.ff.de eo per quem factum est. l.fi. Appellatore autem cessante, cùm vnus mensis superest ex biennio,licet appellato victori ingredi,vt quæratur appellator reus:quo siue inuento, siue non, suas offerat allegationes, quibus visis uel confirmetur sententia: uel si iustum fuerit, infirmetur omni casu, absente in expensis condemnato: neutro uerò occurrente, sententia firma manet.vt in auth.de his qui ingre. ad appell.§.hoc quoq; sancimus.col.5.& sic potest intelligi j̃.e. oblatæ. uel erit in arbitrio superioris, an appellās nimium præcurrat,uel nō:licet etiam hoc tempus detur à lege, poterit tñ à iudice,à quo appellatur,moderari,& rescissius dari,secundum locorum distantiam,& personarum atque negocij qualitatem. j̃.e.cum sit Romana.vers.1.Sed & iudex,ad quē appellatur, aliquoties moderatur,puta cùm agitur de coniugio spirituali. ca. oblatæ.§.fin.& hoc moderamen etiam ad finiendā litē extendit vt ibi innuit.& ar.j̃.de cle.non resi.ex tuæ. hoc tñ potest facere iudex,à quo appellatur,vt no.j̃.e.ver.3.& est ratio: quia forsan prouocatus obesset.s̃.de offi.deleg.suspicionis.& patet in his, quæ no.s̃.e.§.qñ.ver.quod autem.secundum l.Sed nec illud potest is ad quem appellatur,nisi vbi in mora periculum uertitur, sicut dictum est in matrimonio spirituali.idē intelligit Goffre, in carnali:quia in utroque periculum est in mora.s̃.vt lit.nō cōtest.quoniā frequenter §.porrò.& §.si verò.& seq.& in his quę celeritatem desiderant,idem dicas.s̃.de iud.c.fi.ff.de dam.inse. l.1.ff.de fer.l.2.& l.oratione.Quod tamen dixi de carnali coniugio, intelligo quo ad hoc, vt in causa procedatur, non quo ad hoc,ut postea pars absens non audiatur, cùm in rem non transeat iudicatam,ut tetigi s̃.eo.§.quoties.potest autem terminus legis,id est annus quandocunq; ab appellatore præueniri:quia sicut dictum est,potest app.suam quandocunq; prosequi intra annum,ergo licet ei impetrare,& corā impetrato iudice agere. ar.s̃.de exec.c.fi.Sed & appellatus ipsum præueniri potest, dūmodo nimiū nō præcurrat. terminum autē hominis neutri licitum est præuenire.j̃.eo.sæpe.§.fi.& c.oblatæ.§ fin. si quæras rationem diuersitatis,duplex potest reddi.prima est, quia terminus legis,plixus est,ideo non est periculum,si præueniatur, terminus autē hominis breuis:nam Iudex non potest prorogare legis terminum, licet possit abbreuiare.ut j̃.eod.oblatę.§.j.nam moderari potest per iudicem.j̃.eod.cùm sit Romana.respons.j. cuius uerbi,s.moderari,significatio restrictionē sapit.j̃.de uerb. signi.cap.fin. Et propterea terminus hominis cùm moderatus sit,pręueniri non potest. Secunda est, quia homo est magis dedignantis naturæ quàm lex: ideo mitius agitur in termino legis quàm hominis.argu.ff.de arbi.si cùm dies.§.fi.& l.Celsus.ff.de compen.si cùm militi,secūdum Goff.tertiò potest: alia assignari.terminus nempe legis,datus est ad litem finiendam.2.q.vi.si quis appellat.& §.appellatione.C.de temp.appella.nemo.& in fauorem appellantis introductus terminus verò hominis, s.Iudicis,à quo appellatur:nam aliud est in eo, de quo nota s̃ cod. ver.sed si Iudex datus est,non ad finiendam litem, sed ad repræsentandum se iudici, quod nisi fecerit is qui appellauit à diffinitiua sententia,postea mandabit Iudex sententiam suā executioni,ac si appellatum non fuisset. vel si ante sententiam appellauerat,procedet in cā:in vtroque tñ casu appellans corā iudice, ad quem appellauit,poterit causam nihilominus prosequi, & finire intra annum, uel ex causa intra biennium, ideoq; per terminum hominis occurritur malitijs appellantium, qui plerunque nō appellant,nisi ad negocium differendum, & introductū est in fauorem appellati, & nihilominus vertitur ibi fauore æquitatis & iusticiæ,& pꝯsequens etiam appellantis,cui veritate iudiciali inspecta expedit, ꝙ lis citò finiatur. & vtriq; parti commune videtur, quo ad hoc, ꝙ vna sine reliqua nihil faciat citra diem,& hoc satis colligitur j̃.eod consuluit,1.§.ilos.& c.quæstioni.& c.reprehensibilis.§.si verò.s̃.de offi or.significauit.vnde terminus hominis vicem peremptorij obtinet,ut patet.j̃.eo. personas.& c.sæpe contingit.& sic intellige quod habes.j̃.e.cū sit Romana.sicut ibi nō.B.sed non exposuit literam, quæ tamen totum contrarium dicit prima facie, quando à diffinitiua sentētia appellatur.Sed quod ibi dicit,j̃.quod, & c.non respicit tempus moderatum per iudicem,sed tempus legale, & sic dic j̃.qd scilicet tempus annale uel biennale, de quo s̃.dixerat: vnde sic legas literam,& euidenti causa biennium.j̃.quod si is qui appellauit,&c.vsq; ibi,audietur appellans.subaudi,ergo semper audietur.infra annum vel biennium.dicas verum est, nisi fortè Iudex &c.quasi dicat, quòd cum illo verbo biennium, est continuandum,nedum ille versic.nisi fortè.sicut iacet litera, sed & ille infra quod si is,&c.& sic plana est igitur.infrà tempus.l.potest appellans,in cuius fauorem introductum est, quandocunq; vult impetrare.vnde imputet sibi appellatus,ꝙ hoc scit, uel scire debet,si piger sit in prosequutione causæ suæ. & non facit diligenter audientiam custodiri,& de seipso quæratur,si alius eum pręuenit: quia vigilantibus,&c.ff.de his quæ in frau.cre.pupillus. sed in termino hominis videtur dictum,ꝙ tali die compareant ambæ partes,& tunc vel litigent, vel impetrent simul: ideoque si alter sine altero impetret, non facta mentione termini, fraudulenter præsumit impetrare.s̃.de rescrip.cæterùm.§ fin & c. ex parte decani.& de procu.auditis.& c.mandato. & hoc denotat mens uerborum.j̃.e.oblatæ.§.1.ibi huiusmodi literæ tanquā tacita veritate subreptæ.quasi dicat,si hoc sciuisset Papa, fortè dixisset impetranti, Expecta usque ad diem à parte uel iudicē præfixum:quia fortè tunc veniet aduersarius, & quid dixerit.& si contradicere uoluerit, audiemus. & eadem ratio est, ubi terminum legis nimis præuenit, vt innuit ibi, dummodo nimium præcurrat, uel appellantem in commissione impetrata supplantent:& quia tunc subreptio videretur.& sic in vtroq; casu fraudulenta impetratio reprobatur.suprà de rescrip.super literis.Sed

ADDITIO.

a Intra quod tēpus appellandū sit. ¶ Adde Paul.de Eleazar.in cl.a.pe app.

ris. Sed quando intelligitur appellatus nimium præuenire, hoc non reperio expresè per ius determinatum. ergo bonus Iudex hoc arbitrabitur.argumen.ſuprà de offic.deleg.de cauſis. ſuprà, de tranſa.cap. fin. uel dic, ꝙ hoc poteſt reduci ad ius commune, vt ſcilicet teneatur expectare, quouſq; menſis ſuperſit de anno, & tunc ſ. menſe vlt. liceat impetrare, ſicut dicitur de vlt. menſe biennij. 2. quæſtio.6 appellatore.& not.s.eod. verſicu. appellatore.& ſic promptum eſt leges legibus ꝯcordare.C. de inoffi.doti. l.unica.ff.de legib.non eſt nouum.& l.ſe. & interpretatio ſecundum ius commune, ſi poteſt fieri, debet.ut ſuprà de conſue. cum dile.§ fin.& licet dicam ualere impetrationem, ultimo menſe primi anni factam, quod nec lege aliqua prohibetur, non tamen intelligo, ꝙ ſententia rata ſit, ſi appellans cauſam habuit, imò nihilominus intra biennium ſuam iuſticiam proſequetur coram iudice ab appellato ſuper confirmatione ſententiæ impetrato, coram quo tamen non agetur, ſi circa primi anni mēſem ultimum fuerit impetratum, imò coram impetrato ab appellatore, cui imputari non debet, & ſi de primo per obreptionem obtento nullam fecerit mentionem.ſic intellige j.eo.oblatæ.§.1.& j.de confir.uti.bonæ memoriæ.

11 Et que eſt pena † non proſequentis appellationem citra diffinitiuam ſententiam? Diſtin. quia aut appellat actor, cui ſilentium impoſitum eſt. Aut reus condemnatus. Item aut ante lit. conteſta. Aut poſt lit. conteſt. Item aut proſequitur appellator, & non appellatus. Aut proſequitur appellatus, & non appellator. Aut uterque. Aut neuter. Si actor appellat ante lit. conteſta. & non proſequitur appellationem reo proſequente, appellato reo in expenſis legitimis condemnatur. j.eo. reprehenſibilis.§.1.idem ſi proſequatur, ſed minus ſufficienter, puta quia mittit procu. ad impetrandum conſtitutum tantum, & non ad litigandum. j.eo. Nicolao. quod intelligas quando appellatio fuit per aduerſarium vel iudicem approbata: nam ſi approbata non eſſet, ſufficeret procuratorem ad impetrandum tātum conſtitutum mittere. j.e.interpoſita. §. 1. ſed & reo inſtante, nihilominus procedetur in principali. s. de do.& contu.cauſam. Si uerò actor appellationem proſequitur, & reus appellatus nō proſequitur, proceditur in reum, tanquam in contumacem. j.eo.ſæpe contingit, ſecundum formam decre.s.ut lit. non conteſt.quoniam frequenter. & no.in ſumma. Si neuter proſequitur rem, primus Iudex iuriſdictione ſua liberè utitur. j.eo. reprehenſibilis.in prin. Si uterque, dic ut not. j. eo. ut debitus. Sin autem reus appellauerit, & non proſequatur appellationem ſuam, actore proſequente, qui appellatus eſt, condemnatur ſimpliciter in expenſis. s. de reſcriptis. ex parte. 2. & nihilominus cauſa appellationis diffinietur, quamuis ſuper principali non fuerit cō teſt. j.eo.interpoſita.§. fi. & ſi inuentum ſit, ꝙ malè appellatum ſit, ad examen prioris iudicis remittetur. j.e.ut debitus. Si aūt inuenerit bene appellatum, Iudex q de appellatione cognouit, etiā ſuper principali procedet, ut ibi, & ſi ſit talis cauſa quæ lit. non conte. terminari poſſit: puta quia agitur de beneficio eccleſiaſtico, ſiue de ſpirituali coniugio proceditur ad diffiniēdam etiam principalem cauſam. argumē. s. ut lit.non conteſt.quoniam frequēter.§.porrò.& §.ſi uero.& in auth.d.n.extrà, de eo qui mit. in poſ.cau.rei ſer.eum qui.& eſt ad idē. j.e.oblatæ §. fi. & eſt caſus expreſſus, s. de renunc. ueniens. quem tamen alij intelligunt poſt lit.conteſt.propter hoc quod dicit in §.1. hoc negante. Sed certè ibi negat actor exceptionem, quam pars rei proponit, non ergo conteſt.intelligitur lis in principali cauſa, quia non conteſtatur per exceptionem ex parte rei propoſitam, & negationem actoris ſequutam, imo per petitionem actoris & negationem rei. vt ſuprà vt lit.non cōteſt.§.qualiter fieri debet. dici etiā pōt, quòd ibi non pronunciatur ſuper principali omnino diffinitiuè, imò adhuc poſſet opponi contra perſonam impetrantem. vt ſuprà de præben.cum ſecundum.§ fin.& s.de ætat.& quali.accepimus, &c. ſimile j.de præben.dilectus.3. dic ergo, quòd quandocūque ante lit.conteſta. ab aliquo grauamine appellatur, ſi talis cauſa ſit, quæ lit. non conteſta. expediri non poſſit, ſuper quo uide quod no.ſuprà, vt lit.non conteſta. verſi.1. & ſeq. procedet Iudex contra contumacem: ut ſuprà in alio membro.& per eadem iura. Quid ſi reus appellationē ſuā proſequitur, & actor non proſequitur? Dic ut no. s.e. ver.ſi actor. Si uterque proſequitur, tunc ſimiliter habet locum. vt j.e.vt debitus. Si neuter, dic ut no. s.eo. ver.ſi neuter. Vbi autem poſt lit. conte. appellauit actor, & non proſequitur, iterū citādus eſt actor ad inſtātiā rei proſequentis. C.qūo & qñ iud.auth.q ſemel ſecūdū Goff. Si verò uenerit, procedet in principali, ſi liquere pōt. C. de iudic. ꝓperandū.§.ſin aūt ex geſtis. uel ſaltē fiet abſolutio ab obſeruatione iudicij cū ꝯdēnatione expēſarū. C.de iud.properādū §. & ſi quidem. ſcđm Goff. Sed ſi actor ꝓſequat, reo non proſequēte, procedetur in principali, & diffinietur, ſi liquere pōt. 3.q.9 decernimus. C.de iudic. properandum.§.ſin autem abfuerit reus. ſ m Goffr. Si non poſſit liquere, fiet miſſio in poſſeſ. irrecuperabilē. C. quomodo & qñ Iudex. conſentaneum. ſecundum Gof. Si vterq; proſequatur, ue neuter, dic ut dixi ſuprà, in eiſdem membris, & per eadem iura, ſecundum Goff. Ego tamen non intelligo, quòd qui appellationē nō proſequitur, iterum citetur, ſi terminus appoſitus ſit per iudicem, & per eundem vel aduerſarium appellatio fuerit approbata. imò dies vicē peremptorij obtinet. infrà eo.ſæpe. quā intelligo ēt ante lit.conteſt.& poſt: igitur quicunq; intra diem per hominem aſſignatum appellationem factam ſiue ab actore, ſiue à reo non fuerit proſequutus, ex tunc iudex appellationis procedet, ſicut alius Iudex faceret, ſi tñ bene inuenerit appellatum. niſi gratiā facere velit. ar.s.de off.del.ꝯſuluit.§.1. ſic ergo poſt lit.conteſt. ēt ad diffinitionem negocij principalis procedet, ſi de cauſa liquet, vel liquere poteſt. j.eo. per tuas ſuper quo uide quod no. s.ut lit.non conte.§.in alijs autem.& ſeq. ver.ſic no. & ver.quæſitum. Sin aūt appellatio nō ſit approbata ꝑ iudicē, nec per aduerſam partē, expectādus eſt dies legalis, ſ m ea quæ not. s.e.§.proxi. ver.tertia.& ſufficit appellatori mittere procuratorē ad impetrādum tm̄ ꝯſtitutum. ut no. s.e. ver. ſi actor. Is q appellauit ad eū, ad quē appellauit ritè, remittitur ad inſtantiā ſuā, non obſtante ꝯdictione partis aduerſæ. eſt tñ ſibi in expēſis legitimis ꝯdēnandus. j.e.interpoſita.§.ille. & eſt ratio: qa cōfiteri videtur ſe temerè appellaſſe, ſ m Gof. perinde eñ eſt, ac ſi fuiſſet proſequutus altero proſequente. j.e.reprehenſibilis. ſ m Ber. Sed pone, ꝙ is qui appellauit, propoſuit exceptionem peremptoriā corā iudice, a quo appellauit: & quia non admittebat ipſam probatā oblationem, appellatū fuit, & Iudex ad quē appellatum exiſtit, pronunciat ſicut & debet, bene appellatū fuiſſe: nunquid pōt deſiderare, ꝙ ad eūdē iudicē remittatur, & mandetur ꝙ exceptionē admittat ſine metu calumniæ, & ſine ꝯdemnatione expēſarū? & certè puto, ꝙ ſic. ideo dic, ꝙ dictus §. locum habet, qñ propter exceptionē cōtra iudicē propoſitam declinatoriā iudicij fuerit appellatum: puta quia non admittebat iuſtam cauſam recuſationis. j.eo.ſecūdò requiris.§.3.& c.cum ſpeciali.& s.de off.del ſuper quæſtionum. § fin. nam ſi coram eo uolebat litigare, quare recuſabat ipſum, certè nō poteſt præſumi, niſi cauſa negocium differendi. ar.s.de præſum. nullus dubitat. igitur in hoc caſu, meritò in expenſis condemnatur. ar.s.de dolo & contu. finem.& in auth.d.n extrà eod. tit. legitima. vel etiam, ubi inter appellatorem & iudicem colluſum fuit ad hoc, ut dilationē poſſet obtinere. ut j eod.ex inſinuatione. Sed ubi appellauit propter aliud grauamen, quod ſi effectum habuiſſet circa principale, ſibi præiudicium pararetur, nec inter ipſos colluſum fuit: puto quòd poteſt petere, ꝙ illo grauamine reuocato ad eundem iudicē indiſtinctè ſcribatur, ꝙ caueat ne decæterò grauet ipſum, ſed in aliquo remittatur, nec ob hoc præueniendus eſt, ſed potius commendandus, maximè ſi Iudex iam erat de negocio inſtructus. arg. s.de renunciat.cap.1.& ff.de vac.mun.l.pe.in fi. j.de præb.dilectus.3. Sed & utraque parte cōſentiēte, indiſtinctè remitti poſſunt. j.e.accepta.in fin.not. ꝙ qui intra ſtatuta tpa appellationē factā à ſe non fuerit proſequutus,
a perinde eſt, ac ſi non appellaſſet. C.de tempo.appel.l.fin § illud.[a]

12 Quid ſi pendente † appellatione mors interuenerit? Et quidem licet dicatur, ꝙ pendente appellatione[b] nihil innouari debet: 2.q.6.appellatione. j.eo.dilectus. tamē hoc

ADDITIONES.

a Non incongruè hoc loco intermiſceret rubricella, an & in quibus caſibus deferendum ſit appellationi, quā ab Hoſtiēſi prætermiſſam ex Martin. ſumma.eo.tit. ſparſim diſſectam huc tranſtulimus. Appellationi igitur factæ ſuper incidenti ex iuſta cauſa, ſi ſine incidenti quæſtio tractari nō poteſt, deferēdum eſt, licet ſuper principali appellatio ſit remota, ut extra de ap. ſuper eo. ubi de hoc in glo. Et tamen appellationi quæ iuramento derogat appellantis non eſt deferendum, ſi cauſa ſubterfugij ſit appellatum, imò mandatum ſibi factum per iuramentum debet firmiter obſeruari. extra de appellationibus Alios caſus, vide in capitulo, an ſit deferendum. eodem tit.

Subiici huic rectè poſſet alia rubricella ex Mar. nempe, Quādo remota eſt appellatio in reſcripto. Appellationis, inquit ille, remotio poſita in medio literarum, ſi ſunt plura negocia ſeſe minimè contingentia, complectitur tantum præmiſſa, niſi fortè in fine literarum prædicta clauſula iteret, ut extra de appellationibus, inquiſitioni. ubi de hoc in gloſſ. argumen. contra. Si verò articuli ſint connexi, non refert utrum in principio, vel fine ponatur: quia tunc, ſi appellatio remouetur in uno, intelligitur etiam in alijs, quæ in literis continentur, remoueri, extra de appella. ſecundò requiris, Item ſi appellatio eſt remota in reſcript. quo ad agentem, intelligitur ſimiliter remota quo ad reconuenientem: qui eodem iure, quod quis in alium ſtatuit, ipſe uti debet. ff. quod quiſque iuris. l.1. & tertia. extra de conſtitutio. capit. cum omnes. Licet autem appellatio ſic remota in reſcripto, in pluribus tamen caſibus indulgetur, ſcilicet, ſi iudex reſtitutionem deneget ſpoliato: extra de reſt.ſpo.ex conqueſtione. Similiter, ſi non admittat in matrimonio: exceptionem conſanguinitatis extra de app. poſtremo. Similiter, ſi citat partes ad locum nō tutum: extra eo. ex parte. Similiter, ſi cogat partes litigare ſub delegato ſuſpecto. ut de offic.deleg. ſuper quæſtionum. in fi. de ap. paſtoralis.

b Pendente appellatione. ¶ Adde capitul. 1. & ibi Doctores in nigro & rubro vt lite pendente.

hoc de morte non potest intelligi, quæ omnia soluit: in authen. de nupt. §. deinceps. collat. 4. & cuius hora incerta est. ff. de condi. & demon. l. 1. Sciendum autem, quòd morte rerum, de quibus agit, interueniente, nihilominus agi potest, si tamen talis res fuerit quæ possit esse vsui hominis, puta equus, porcus, vel qd simile: maximè cùm quis fuerit in mora. arg. ff. de condictio. furt. si seruus furtiuus. §. boue. Si verò res non erat apta vsui hominis quia litigabat de homine, quem mihi tenebaris tradere, & desijt esse in rerũ natura, ad rẽ quidem, vel pp ipsam agi non potest principaliter, potest tñ agi pp periculũ & ad precium rei, si mortem mora præcesserit. ff. de verb. oblig. inter stipulantẽ. §. si Stichum qui decesserit. C. de lib. cau. principaliter. de statu. C. si pẽdente appellatione quis. Quid si litigatores moriant, & causa ciuilis erat, nihilominus finiri debet, & si appellator mortuus sit, vt scilicet hæres eius vel prouocationem exerceat, vel sentẽtiæ acquiescat. C. si pendente appellatione l. j. Sed si criminalis erat, siue accusator, siue reus moriatur, causa extinguitur, nec de bonis agitur, nisi expresse bonorum fuerit facta ademptio. tunc enim, quia duo sunt capitula, vno irritato, nihilominus valet reliquum. C. si penden. ap. siis. & si reus vel accusa. mor. fu. l. fin. Vbi verò non expressè, sed tacitè ademptio bonorũ facta fuerit, ex quo sententia, quæ cõtra personam siue pro persona d. erat, est inualida, per consequens & ademptio bonorum, quæ tacitè inerat. ar. ff. de ser. rusti. præd l. 3. §. pen. & vlt. Idem est, si agatur de muneribus & honoribus quod in criminali, secundum Azon. C. si pendente appella si pater. non pro præterito tempore. quod fluxit ante morem nominati: de eo enim tenebitur hæres, si appellans qui mortuus est, cessauit gerere, vel per malitiam appellauit. ff de exc. tu. qui testamento tutor. C. de excut. tu. quicunq; C. si tu. vel cura. da. app. l. j. vel nisi pen. ap. vnus de duobus elect. moriatur. vbi quidem. & de elect. prima pronunciari oportet, antequam procedatur ad secundam: s. de arbi. ex parte. Sed vbi hæres causam appellationis exercere tenetur, ad minus quatuor menses habet, etiã si defuncto nõ supererat tantum tps, puta qa 11. mense post sñiam latã mortuus est: sed si plus supererat puto qa primo mẽse mortuus est, integraliter totũ habet. C. si pen. ap. l. fi. & iunge circa hanc materiam quod not. j. de cland. desp. §. quam pœnam. sub §. pari modo. ver. nunquid ergo.

13 **Quis sit effectus.** † Et certè vt Iudex quo ad illũ articulũ, sup quo appellatũ est ex quo appellatio per superiorẽ approbata est & recepta, omnino abstineat, quousq; per superiorẽ, ad quẽ appellatũ est, causa ap. audita fuerit & discussa. s. de offi. dele. pastoralis. §. pterea. siue à diffi. sententia appellatum sit, vt ibidẽ. siue à grauamine, quamuis aliqui contradicant. sed conuincuntur, s. de rescri. dilectus. 2. §. fi. & in auth. d. n. extra eod. tit. Romanæ. § quod si obijciatur. & est hoc verum, quando appellatur à delegato à Papa, cui causa cõmissa est, appellatione remota. vt dicit ille §. pterea. Quid ergo, si quis ab alio? Et certè tũc effectus appellationis est: quia pnunciatũ extinguit, id est suspendit. ff. ad Turp. l. j. in fi. & in d. auth. d. n. j. qd si obijciat. & se. ubi etiã expressum est, q & si in notorijs appellatum sit, Iudex tñ ad quem appellatum est, ex quo cœpit cognoscere, utrũ app. sit admittenda, põt inhibere iudici à quo appellatũ est, ne hac causa pendente, sententiã exequatur. ad idem ff. nil inno. ap. pen. l. j. in prin. igitur hoc est unũ de priuilegijs istius clausulæ: quia qñ à diffi. sententia appellatur à delegato Papæ nihilominus Iudex delegatus remanet, quousque Papa appellationẽ receperit, & de ipsa cognoscere cęperit, uel alijs delegauerit ex certa sciẽtia, id est, qd fiat mentio de partib. & qualitate iudicis, & cã & sententia & appellatione, & de termino hominis siue legis, ubi appellatus impetrãs in impetratione uult alium præuenire. ad hoc j. e. oblatę. §. j. & ulti. s. de rescrip. ex parte S. personæ. & de resti. spo. audita. & c. ex ꝯquestione. & de dolo. ex literis. j. de confirma. uti bonæ. sed certè idem est & in alio iudice, quamuis puniatur, si appellationi iustæ non detulerit ut dixi j. e. uer. proxi. Secundum sequitur per ꝯsequẽs, s. q si anteq̃ dicta appellatio recepta fuerit, suam sñiam exequatur, nullam pœnam patietur: aliud in alio Iudice, qui punitur: sicut no. s. e. §. qualiter. sub §. ego Robertus. uer. fi. sunt & alia priuilegia, quæ not. j. eo §. quomodo decr. ut debitus intelligenda sit & legenda. Item effectus appellationis is est, q ipsa pendente siue recepta sit, siue non, nihil innouetur, & si quid post appellationem legitimam innouatum fuerit, irritetur, siue in irritum reuocetur. 2. q. 6. appellatione. j. eo. dile §. quia uerò ff. nihil inno. appella. pen. in rubro & nigro. Item effectus est, ut iudex, à quo appellatur, ipsam debeat & recipere, & apostolos dare, ẽt si non fuerit requisitus. ut no. s. e. §. qualiter sub § ubi uero aliquis uer. sed, & in superiorib. & se. sub §. ego Robertus. uer. hic sciendum. & seq. Item licet exemptus sit appellans à iurisdictione iudicis, à quo appellauit, quo ad illum articulum à quo appellauit ff. apud eum à quo app. l. unica. j. eod. pastoralis. §. 1. cum alijs: tamen tenetur nihilominus respondere, ut patet in authen d. n. extra eo. tit. Romana. §. cùm uerò. is nec ipsum quasi offensũ m poterit recusare, ut dicit lex illa, ff. apud eũ à quo ap. hoc potest intelligi, quando nec ipse, nec Iudex, ad quem appellatum est, app. recepit, nec approbauit: ipsa tamen appel. recepta & approbata potest ipsum recusare tanquam suspectũ, etiam super his, super quibus non appellauit. & sic posset intelligi j. eo. ad hæc si in una causa. & c. proposuit. & c. accepta. ad hoc j. de off. dele. pastoralis. § præterea. j. e. sæpe: Vel dic, quòd finita causa appellationis, non potest recusari, & sic potest intelligi l. sed pendente potest. & sic possunt intelligi canon argument. s. de offi dele suspicionis causa. Nec obstat extra e. Romana. §. cùm uerò is. quia non prohibet an recusari possit, sed & metropolitanus non impediat, quo minus episcopus à quo appellatum est, in alijs pcedat. sed Ber. uidetur notasse totum contrarium j. e proposuit. tamen secundum hunc intellectum non corrigitur l. nec aliud est secundum l. & aliud secũdum cano. imò idem Goff. dixit, quòd aliud est secundum canon. secundum quos sicut facilius appellatur, sic & facilius recusatur. & hoc satis de mente cano. uidetur esse tenendum, siue sit delegatus is à quo appellatum est, siue ordinarius. ut patet j. eodem. ad hæc si in una causa. in fin. ibi, maximè, &c.

Vnum tamen notandum est, q ubi ordinari9 ignorat ad superiorẽ appellatũ fuisse, tenet sñia ab eo lata in appellatem. j. eo. si duob. Item is à quo appellatũ est, põt punire appellatem si notoriè delinquat. j. e. proposuit. in fi. Item potest tempus i. moderari. j. eo. cùm sit Romana. resp. 1. quod dic ut not. sup. à eo. §. intra quæ tempora uer. tertia. Sed quid si iniquè moderetur: puta dicit, pręcipio tibi, quòd intra 7 dies sis coram Papa, cùm fortè appellans distet intra 15. & plus. certè impossibile præceptũ, iudicis non obligat ff. de re. iur. impossibilium. unde nec appellare necesse est in hoc casu. ff. quæ sententiæ si. appel. ret. l. si. Sed & si possibile sit, quòd cõpareat, hoc tamen cõmodè facere non potest. locus est appellationi iterum ex hac causa: quia nouum grauamen est, & à quolibet grauamine appellari potest. j. eo. ut debitus. & not. s. eo. §. quoties. & § quando. Potest etiam Iudex à quo appellatur, distringere appellationem propriam psequi negligentem. j. eod. consuluit. 1. in fine. & ca. reprehensibilis. §. 1. Sed & si quis super proprietate alicuius rei conuentus & ꝯdemnatus appellauerit, & post talem appellationem coram iudice, à quo super pprietate iã appellauit, & de hac turbatione, siue spoliatione noluerit cõqueri, iudex ptermissa quæstione proprietatis prædictæ quæstionem possessionis poterit ordine iudiciario terminare. j. eod. cùm teneamur. quod Ber. intelligit in ordinario iudice tãtum: delegatus enim per appellationem desinit esse Iudex. infrà eod. ut debitus. & si coram eo querela exponeretur renunciatum esset appellationi. ut s de off. dele. gratum, secundum Ber. j. e. solicitudinem. Item quid ad delegatum de noua iniuria, nec uidetur delegata: suprà, de rescri. c. fi. sed idem intelligo ego & in delegato, cui utrunq;, scilicet petitoriũ & possessoriũ est ꝯmissum à sede Apost. & cui scribitur appe. remota. quousq; dominus Papa app. receperit. ut no. s. e. § respon j. Sed postquam commissa esset causa appellationis alij, continentia iudicij diuidi non debet. C de iudicijs. nulli. s. de sequestra. poss. c. j §. Celestinus Papa. erit autem is ordo iudiciarius, vt si turbatio notoria est ex officio, & de plano nullo libello oblato, hoc faciat emendari. s de iureiur. ad nostram 3. æquum est enim, vt ipse iudex, sicut puniret appellantem notoriè delinquẽtem, vt j. eod. cùm sit Romana in fine. & no. suprà eod. versic. is à quo. sic & illum puniat qui contra ipsum appellantem notoriè delinquit. argu. suprà de mu. peti. c. 2. suprà, de excep. cùm inter priorem. ff. de reg. iur. non debet. quæ ratio in ordinario tantũ locũ habet: & quia lite pen. factum est, s. vt lit. pen. per totum. & no. in summa. quæ ratio in ordinario & in delegato locũ habet: nã accessoriũ commissorium intelligitur, ex quo commissum est principale. s. de off dele. prudentiã. §. pe. & vlt. & hoc intelligas, quando ille pro quo lata fuit sententia possessionem turbauit. Quid ergo, si alius tunc delegatus non posset se intromittere. cũ nec iurisdictionem receperit in personam illius? s. de rescript. significauit. & c. fin. & de offi deleg. P. & G. nisi fortè iurisdictio eius impediretur, vel in fraudẽ, seu malitiosè fieret in elusionẽ mãdati Apostolici. s. de off. del. c. j. & c. pręterea. & de ali. iu. mu. cau. fact. c. j. sed ordinarius vtriusq; hoc semper posset expedire ordine iudiciario. i. libello oblato. & haberet locũ titulus. s. de restit. spo & ea quæ no. in summa eiusdẽ tit. & de cau. pos. & pprie. Sed nunquid in hoc casu potest conquerens qui iam appellauit, conuentus ab alio super proprietate ab isto, contra quem agit, non de possessione reconueniri. Sed effectus appellationis est iste, vt super eo, super quo appellatum est, iurisdictionẽ trãsferat ad eũ ad quem extitit appellatum. & si quandoq; pronũ-

ciatum

catum non ſuſpendatur ĩ.eo. paſtoralis §.1.& c.ſolicitudinem. ĩ.de ſent. excommu. p tuas. ſ. de offic. ordin.ad reprimendam. qui qualiter procedet in appellationibus ante ſententiam factis not.ſ.eod.§. intra quæ tempora.ſub §. ſed quæ eſt pœna. non tamen debet impedire proceſſum Iudicis, à quo appellatum eſt, quouſq; per ipſum appellatio ſit recepta. extra eod. Romana.§. quod ſi obiiciatur. Vbi autem à ſententia appellatum fuit, vtraq; parte præſente porrigetur libellus, & lis conteſtabitur: vt arg. ĩ. de teſta. Raynutius.§. cùm autem & eſt expreſſum eo.tit.c.Raynaldus. infrà. à cuius ſententia. ibi lite coram ſe legitime conte. &c. C.ne li.in vna eademq; cauſa ter prou.l.vnica.nam vtraque parte præſente iure cononico, idem ordinario procedi debet.ſ. de reſti.in integ.tum ex literis.§.fin.ergo lis conteſtabitur ſuprà, de li.conteſt.c.vnico vt & probatur expreſsè ĩ. eod.per tuas.& argu.ſuprà, de fide inſtru.cùm Ioannes.§ 1. & § dictus verò. Sed & altera parte abſente, etiam lite.non cont. procederetur:quia hoc eſt ſpeciale priuilegium illius, qui de cauſa appellationis cognoſcit.C.de temp appel.l.ſi § illud.ĩ.eod.per tuas.C.de his qui ad eccle.confu.l.fin. In hac etiam cauſa, licet vtrique parti nouis aſſertionibus, vel exceptionibus vti,quæ tamen non ad nouum capitulum pertinent, ſed oriuntur ex illis, & eis coniuncta ſunt quæ apud priorem Iudicem propoſita cognoſcuntur:ſed & probationibus licet vti,quæ nunc præſtari poſſunt ſuper inſtrumento uel allegatione in prima cauſa facta, cùm tunc non eſſet copia probandi. C.de temp.appe.per hanc. Sed nunquid alij teſtes produci poſſunt? Quidam dicunt, quòd non, cùm in primo iuducio teſtes fuerint publicari. in authentic. de teſti. §. quia verò. collat.vij. Azo contrà: quia hæc eſt alia cauſa, id eſt alia ordinatio Iudicij: nam licet eædem ſint partes, & eadem cauſa, tamen alij Iudices ſunt.C eod.eos & ſic aliud eſt iudicium: ff.iudic.ſol. cùm apud Sempronium. C. de iudic.properandum.§ ſin autem in medio triennij. dic ut not. de teſtib.§. & vtrum poſt publicationem.

Sed qualiter conteſtabitur lis in cauſa appellationis? Rñ dco, appellans dicet: Dñe, ego appellaui à tali ſniã ꝯ me lata, & dico me bene appellaſſe, malè ꝓnunciatũ fuiſſe, ideo peto pronunciari per uos me bene appellaſſe, & dictam ſniam infirmari, & quicquid poſt appellationẽ hanc attentatum eſt, in meum præiudicium retractari.& formabit libellũ ſuũ ſuper hoc dicens, Coram vobis, &c.appellatus verò rñdebit, ꝙ malè appellatum fuit, & bene pronunciatum. & dicet ſniam, & oĩa quæ ex ea ſequuta ſunt confirmari debere: ſic enim per petitionem & rñſio. fit lit.conte.ut no.ſ.de lit.conte.§.qualiter. & eo modo quo petitum eſt, pronunciandum eſt, ut no.ſ.tit.1.ſub rub. de ſniã §.qualiter verſic.11.Qualiter aũt in cauſa appellationis ſit ſniã formanda:dic ut no.ſ.tit.1.ſub rub.de ſniã.§.qualis.ver.in cauſa ẽt appellationis.& hic plenius ſequitur.Sed pone, ꝙ Iudex.qui de appellatione cognoſcit,infirmauit primam ſniam, nunquid poſtea cognoſcit de principali? Et vr̃, ꝙ non.ar.2.q.6.appellatione.§.fin. dic.ꝙ de vtroq; ſimul pronunciabit. ut not. in d. ver. in cauſa ẽt appellationis.& ar.C.de re. cre.generaliter.§.ſin autem. in fin.in auth de ſan. Epi.§. ſi quis contra aliquem. & ſeq.col 9. Sed quis mandabit ſententiam executioni, nunquid primus iudex à quo appellatum eſt, uel ſecundus? Et dicunt aliqui,quòd ſecundus, ar. j.e.cum in eccleſia.& c ut debitus.& ĩ.de teſta. Raynaldus.§. à cuius ſententia.ibi, executioni mandari. C.de re.credi.generaliter.§ ſin autem. C. de Epi. audien. auth. ſi quis litigantium.maximè ſi a delegato appellatum fuit: nam ſi vltimo die anni eſſet ſententia confirmata, apparet ꝙ primus delegatus non poſſet eam executioni mandare, cum ꝑ lapſum anni iuriſdictio ſua expirauerit. ſ de off.dele. quærenti. Alij dicunt, ꝙ primus Iudex ipſam exequit̃, ut ſ.de off.dele.paſtoralis.§.prætereà.nec ob.quod ibi dicit, appellationem uidentur recipere, ac iuriſdictionem prioris iudicis reuocare:quia ibi ſic ſubaudiri, debet, reuocare, ſubaudi, quantum ad hoc ut interim &c.Per. verò no.quod non eſt vis vtrum per primum, uel ſecundum ſiat executio. Mihi vr̃ ꝙ magna ſit vis: quia qui non eſt Iudex. ipſam exequi non debet. Dicas ergo, refert quis & à qua ſententia appellauerit, & qualiter Iudex, qui de appellatione cognoſcit, pronunciauerit. Si enim appellauit actor: quia reus abſolutus fuerit, & Iudex qui de appellatione cognoſcit, primam ſententiam confirmauit, non habet locum quæſtio:quia nihil reſtat exequendum: ſi verò ipſam infirmauerit, debet reum condemnare, ergo non remittet ad illum à quo appellatum eſt. Et eſt duplex ratio: vna quia apparet, ꝙ appellatum eſt bene. ſecunda, quia primus Iudex non condemnauit, ſed ſecundus, ergo ſecundus debet ſuam ſententiam exequi per ſe, uel per alium, ut ſ. de offi.del.ſignificaſti.& c.in literis. & c.paſtoralis.§.prætereà.& ſic loquuntur iura inducta.ſ.eo.ver. ſed quis mandabit.& adde quod no ſ.tit.1.ſub rub.de re iudic.§. quando & à quibus.ſub §.& à quibus.& ſe. Si verò reus appellauerit: quia condemnatus fuit, & iudex infirmet ſententiam apparet ꝙ bene appellatum fuit: ergo non eſt remittendus.prætereà nihil remanet exequendum, & ſic nec quæſtio locum habet: nam ſecum trahit executionem ſententia abſolutoria, quæ profertur ſic: & ſi iudex ſententiam latam confirmet in totum, non habet neceſſe condemnare: quia ſufficit prima condemnatio, & ſic primus Iudex exequi debet duplici ratione. vna, quia apparet ꝙ reus malè appellauit: ergo remittendus eſt ad iudicem, à quo appellauit. ĩ.eo.vt debitus.2.quia Iudex qui de appellatione cognoſcit, neminem condemnare debet. ſufficit enim in hoc caſu confirmatio.ar.ff.de iuriſdi. om. iudic.l.& quia. ſ. de fide inſt. inter dilectos. §. cæterum. alioquin ad ſolam vocem referenda videtur condemnatio talis, ne primæ ſententiæ videatur iniuria fieri, ſicut dr̃ de ſacramentorum iteratione.ut not. ſ.de ſacr.non iteran.§. & quæ ſunt iteranda. ver.ſed quare eſt prohibita. ſic ergo primus Iudex, etiamſi delegatus Papæ ſit, ſuam ſententiã exequi debet: quia nunc apparet quod bene prolata eſt, & hoc eſt quod bene dicit dictus §. prætereà. ſ. de officio delega. paſtoralis.etiam ſi vltimo menſe anni appellationis prolata ſit: quia annus non currit iudici, qui dum pendet cauſa appellationis, ipſam exequi non poteſt, ut bene probat idem §. ergo non currit præſcriptio ei qui negligens non eſt.ſ.de ele c.fi. ĩ.de conceſ. prebẽ. quia diuerſitatem.§.ſic tamen. & apparet in his quæ no.ſ.de præſcri. ſub rub.de præſcrip. rerum immobilium.§. quæ res.ver.ad hoc autem.& ſequen. Sin autem eſſet alius delegatus ordinarius, qui eum dedit, ipſam exequeretur.ff.de re iudic à diuo Pio. Sed & in vtroque caſu, ſi in partem cõfirmat, & in partem infirmat, idem iuris eſt, quo ad partem. ff.de rei vend.quæ de tota. ſecundum hoc intellige, quod not ſ.ti.j.ſub rub.de ſententia.§.qualis. ver.in cauſa etiam appellationis.[a]

4 Quomodo decre. vt debitus, †intelligenda, & legenda eſt, ut debitus honor, &c.more ſolito dominns Inn.præmittit cauſam ꝯſtitutionis ſuæ, exprimens duas cauſas motiuas: quare hæc conſtitutio promulgatur:igitur antipophorizando continuatur hæc conſtitutio in hunc modum.diceret enim aliquis. Pater Sanctiſſime, quare vultis condere nouũ ius ſuper appellatione admittenda vel non admittenda: quia ſatis videntur antiqua ſufficere: & ſic contradicit vobis, ff.de conſti. prin. in rebus. ſ. de conſue.cum conſuetudinis & confuſio nimia, legumq; prolixitas reprobatur:ut C.de vete.iure enuc.l.2 §.ſed cum per omnia percunctabamur.& in proœ. Inſt §. oẽs verò populi. & ſ. in prima conſtitutione §.ſanè.& ipſe rñdet, Frater, euidens eſt vtilitas: cum antiqua malè obſeruentur, & à quibuſdam magiſtris peruersè intelligantur, intendimus ipſam plenius reuocare, ideò ut debitus honor.& ſic innouant iura malè obſeruata. ſ.de treu.& pa.innouamus. 12 diſt.præceptis.ĩ.de accu.ſicut olim.ſic conſueuit Innoc. reddere rationem conſtitutionũ ſuarum, ſ. de ele.quia ꝑ p.& de reſc.ſedes.& c.nonnulli. & de dolo & contu.finem. ĩ. de conſan. & aff.non debet.ſ.de prob. qm ꝯ falſam. ĩ.de pœni.cum infirmitas.& c.ſeq.& ĩ e.c.proxi. & ſeq.& eſt argũ. ꝙ de omnibus reddenda eſt ratio.ſic ſ.de reſcrip.ſi quando.quia nihil debet fieri ſine cauſa.quod dic ut no.ſ.de reſcri §.quàs vires.ver.ſi quæratur. *Iudicibus*, iunge debitus, quaſi dicat, q debetur iudicibus. & ideo eis eſt ex debito deferendum: quia eis debetur honor.ex hoc arguo, quòd de ordinario tantum loqui intendit, licet enim dicat dec. & ordinariis.& extraordinariis deferendum: ut ſ.de proba.qm contra falſam.ad fin.reſpon.1.& C. quando prouoc.non eſt neceſ.omnem honorem. defertur tamen aliter: quia ordinario defertur ex debito, quod ei debetur, ut hic, ſecus in delegato: quia proprium nihil habet, ſed fungitur vice delegantis.ff. de of. eius cui man.eſt iuriſ.l.1 § qui mandatam. & l.& ſi prætor ſicut ergo debitum pecuniarium non debetur monacho, quia proprio caret.12.q.j.nolo.& c.non dicatis.ſic nec delegato debitum iuriſdictionis debetur: ideo iniuria ei facta, fit uerius deleganti: ut ſ.de offic.deleg cum olim magiſter. Item hanoratur non tanquam ipſe, ſed tanquam is, cuius vices gerit.ut xciij. diſt.c.vlti.& xciiij.diſt.

ADDITIO.

a Appellationis. ¶ Quum poſt appellationem interpoſitam ſæpe ſoleat nouari, ex Mar. itaq; noſtro hoc locò percommodè ſupplebitur hæc rubricella: Appellatione interpoſita nihil eſt innouandum. Nihil, inquit, innouari debet, interpoſita appellatione 2.q.6.appellatione. Reuocari igitur debet executio antequam cognoſcatur de appellatione, ut extra, de iureiur. venientes. Vtrum autem appellatio ſit legitima, per iudicem appellationis debet cognoſci, qui debet remittere partes ad priores iudices, ſi non fuerit legitimè appellatum.& in expenſis debet appellantem nihilominus condemnare.de appel.capit. vt debitus.& ca.cum ſpeciali. Sed is qui poſt appellationem enorme crimen committit, non poteſt occaſione appellationis vitare correctionem prælati ſui, ex̃ de app.propoſuit. & c.ad hæc. & c.cum teneamur. Eo igitur caſu, pendente appellatione. quid innouare licet. Iudex tamen ſuſpectus cauſam alij delegare debet ſicut alias, quando recuſatur vt ſuſpectus.11.q.1 peruenit.d.c.cum ſpeciali.

xciiij.dist.cap.1.& isto respectu dicitur maior ordinario.s̄.de of. deleg.sanè.& c.pastoralis.§.quia uerò.non tamen firmior est,nec fauorabilior iurisdictio sua: imò tanquam accidentalis & extraordinaria,de facili eneruatur,ut not.s̄.de offic.deleg.§.quæ delegari possunt.ver. quid si simpliciter. & seq. & multæ causæ suspicionis repellerent delegatum, quæ non repellerent ordinarium. ut not.infrà eod. sub rub. de recusa.§. ex quibus causis ver.& aliud notabis.& seq. Item tanquam odiosa non prorogatur, sicut ordinaria. ut s̄. de offic. deleg.P. & G. sed semper restringitur.& contra ipsam interpretatur.ut suprà de rescrip. sedes. & c. nonnulli.& c.quia nonnulli.vnde appellatur extraordinaria.3.quęst.3.c.1.§ spacium.versic.ei autem penitus.suprà,de transact.decæterò. tamen delegata aliquoties est magis priuilegiata , ut patet in his quæ not.j̄. super illo verbo , absque rationabili causa. ver. prætaricatores.& repete,*vt litigatoribus consulatur*,canta pari forma:quasi dicat æqualiter, id est,ita actori, sicut reo, quia in iudiciis æqualitas seruanda est , ut suprà , de iudi.nouit.§.1.cæterum. & de mu.pe.c.2.& de except,cum inter priorem. & ff.de arbi.si cum d es.§. si arbiter. ff. de re. iur. non debet. ex hac secunda ratione arguo,quòd loquatur,quando quis conuenitur coram ordinario:nam si corā delegato , non prouideretur litigatorib.sed litigatori præuenientti in necem & detrimentum alterius , ut apparet in inferioribus, ꝯ iura prædicta, & contra mentem istorum verborum, & contra l.ff.de mino.in causæ 1.respon. j̄ eod. oblatæ § 1. ideo cantare non poteris pari forma , nisi glossarum antiquarum mutaueris intellectum. *Laboribus & expensis.* hoc enim spectat ad officium iudic.s̄. de dolo & contum.finem.& ca. vlti.& C.de iudi.properandum. respon.1. & de agri.& cen.litibus.lib.11.& qualiter consulitur circa hoc per hanc constitutionem,infrà dicemus, super illo verbo, suam iusticiam prosequatur. *Idoneo iudice.*ecce nomen domini de longinquo venit , sed p ipsum multi Iudaizantes decepti sunt. qui dicantur Iudaizantes, vide s̄.de sacr.vn.ca.vnico §.pen.& ibi no. cùm enim etiam delegatus Iudex idoneus intelligatur : dicunt & per hoc verbum,ꝙ hæc constitutio loquitur, quando etiam quis conuenitur coram delegato:& propter hunc sanum subauditum,aut Deus est,insurgunt contrarietates.j̄.signatæ,super verbo, nuncium destinauerit:& super verbo , literas impetrauerit. sed si remoueatur,plana & clara remanet decretalis, ergo aut remoue,aut ꝯtrarietates solue,& non dicas,corrigitur.vnde dic prædicto scilicet ordinario,non tamen remoueo propter hoc quin etiam delegatus idoneus sit,sed aliter & aliter: quia vnus suo iure , alius alieno,ut patet in his quæ not.s̄.eod.super verbo, iudicibus.vnus naturaliter scilicet ordinarius : quia naturali ratione inuenta fuit ordinaria potestas,ne quis sibi auderet sumere vltiones. ut patet ff.de ori. iur.l.1. & de vsufru. æquissimum. & C. de Iudæ nullus. quinimò ex præcepto diuino formatur.ut 20.dist. §.1.& 21. dist.in nouo. 26.distin.duæ sunt.q.3.qui resistit.& in auth. quomodo oportet Episcopos.respon.1.col.1.ubi probatur,quòd etiam Imperator à Deo habet iurisdictionem. etenim dominus ipsum dimisit legē animatam in terris.in auth.de consulibus. ad fin. col.3. quamuis dicat capitulum , quòd à Papa habet iurisdictionem. 93 dist.legimus.& l.antiqua ff. de ori.iur.l.2.§.nouissime.in hoc tamen ꝯcordant leges,& prophetæ, ꝙ vtrique potestati ordinariæ obediendum est.suprà,de maio.& obe.si quis.delegatus verò accidentalis est,& à iure ciuili inuentus in subsidium.ar.ff.de off.eius cui man.est iurisdictio.l.1.in prin.& 94 dist.c.1.suprà, de præscri. c.mandata.ideo de facili soluitur. ff.de iudic.iudicium. & his rationib.consideratis , magis propriè dicitur ordinarius idoneus, quàm delegatus:aliqui tamen libri habent, coram ordinario Iudice, & tunc quæstio est sopita : nam & quando Papa de vtroq; vult facere constitutionem, vtrumq; apponit.ut infrà eo. c.proxi.& in concord.signa.in fi.glo.positæ,super verbo,iudicibus.& dic idoneo,scilicet proprio ordinario alius enim nō est idoneus, ut suprà de iudiciis.at si clerici.responso 1.cum suis concordantiis.& arg est optimum , quòd interruptio facta coram non suo Iudice,non ualet.quod est verum,si copia haberi possit,aliàs cōtrà.ut infrà eod.si iustus. & de officio ordi. pastoralis.in fin.*Conuenerit*, & sic præuenta est iurisdictio delegata per cōuentionem factam coram ordinario,ut ex præmissis apparet.& sequen.nec est mirum:quia & secundum ordinarium præueniret,ut s̄.de fo. competen.proposuisti.& ibi no..*Aduersarium*,super ciuilibus,& si non superfluit constitutio. infrà e.cum speciali. § porrò.& seq. quia licet vtranque intelligam de ordinario loqui,tamen hic loquitur,quando quis conuenitur super ciuilibus:illa, quando super excessibus.Item illa,quando Iudex ex officio procedit.& addit in primo responso. & §.1. quid iuris sit de recusatione. Item hic reddit,non obstante,si dicat,&c.Item quòd nedum remittatur minus probabiliter appellans,sed in expensis condemnetur, & saluantur constitutiones,&c.ut in fin. *Ille* , scilicet conuentus. *Ante sententiam* , ergo de appellationibus factis post sententiam nihil statuit.secundum T. quia quod de vno dicitur , de alio negatur. 25. distinct. qualis.s̄.de præsump. nonne ff de iudic.cum prætor.C.de procu.maritus.33 quæstio.1. cum renunciatur.ego verò sic arguo: non prohibet appellari ante sententiam sine causa : ergo tacitè videtur concedere , quòd post sententiam possit fieri appellatio sine causa:quia quod de vno prohibetur, de alio concessum tacitè intelligitur. & hoc per eadem iura.& ar. infrà, de his quæ fi.à præla. sine con.ca.cum Apostolica §.vltim. cum suis concor.quod & verum est,ut patet in distinctione,quam no. s̄.eod.§. qualiter.sic intelligo , cùm Ioan. non tamen per omnia hanc literam loqui de appel. factis post sententiam, ex quo quis citatus est. & etiam potes arguere , ꝙ loquatur de his quæ fiunt ante citationem extra iudicium.ut & ibi. & non requiratur causa,& de his tacitè loquitur , sicut & de illis, quæ post sententiam fiunt.& hac eadem ratione & eisdem iuribus sic concludit , vel tacitè,vel expressim omnes appellationes,scilicet illas,quæ fiunt extra iudicium,& in iudicib,ante sententiam uel post, probando expressim , ꝙ hæ quæ fiunt in iudicio ante sententiam , non valent.nisi causa rationabili exposita.tacitè verò probat,& à ꝯrio, ꝙ hæ quæ fiunt ex iudicium,uel post sententiam: valerent:quamuis non exprimatur causa.de hoc tamen dic,ut not.s̄.eo §.qualiter.& sub §. seq.de quib omnib.ibidem plenius no. *Ad superiorem Iudicem* immediatè:multo minus,si mediatè : quia tunc nō ualet. ut j̄.e.dilecti.aliqui verò excipiunt Papam. ego ꝯ nam & ipse immediatè iudex est cunctorum.& sic videnṫ corrigi multa capitula antiqua 2.q.6 ad Romanā.arguta qui se scit. 1.q.6.Metropolitanum.sed salua ipsi, sicut no s.e §.qualiter. *Absq; rationabili causa*,sed ex illa pōt, siue sit expressa in iure, siue non,ut j̄ e.c.§ cum aūt.& per hoc notant doctores , ꝙ cùm hodie p hanc constitutionem quælibet appellatio remoueaṫ,excepta rationabili,& illa sola concedaṫ,nihil operaṫ illa clausula,quæ consueuit apponi in rescripto Apostolico,s.ꝙ Iudices procedant appellatione remota,nisi quia plus solet timeri , &c.23.dist.quamquā.j̄ de hær. si aduersus.consueuit enim sæpe concedere,quod de iure cōmuni competit.ut s̄.de iureiu.& si Christus.in fi & de procu.quia in causis. vnde ēt hanc clausulam apponit , qn̄ præcipit monachos corrigi.j̄.ne cle.uel mo.relatū.& tn̄ hic ipso iure remota est,ut s̄. eo.reprehensibilis.& sic corrigitur s̄. e.pastoralis. rn̄.1,& omnia iura quæ uidentur facere in hac clausula.sic igitur plus operatur hodie remotio facta per ius,quā olim operaretur per hominem remota,& est ratio , ut dicunt quia olim fauorabile erat appellare,ideoque remotio eius cōtraria, tanquam odiosa restringebatur:sed hodie est odiosa appellatio propter abutentes ipsa,& frustratoriè appellantes:& ideo hodie remotio contraria fauorabilis est,quare dilatanda.arg.ff.de lib.& posthu. cùm quidam. utinam quidam amicus meus,antequam istud hic scripsisset, ea q̄ sequuntur subtilius attendisset . quæro enim ab eo , & à quolibet, utrū hęc litera loquatur expressè de eo qui conuenitur coram illo, qui potest cognoscere appellatione remota & certè nō potest hoc dici,nisi iungatur in textu,uel subaudiatur,debeo ne igitur subaudire. s̄. super illo uerbo, idoneo Iudice. subaudi etiam qui potest cognoscere appellatione remota . ideò ꝙ contradicant iura , & corrigantur , videant & iudicent in causa propria, quam iniustè fouent.eis enim defero,& nolo quòd sibi inueniantur testes,& iudices,ut C.de fideicom.l. vlt. quia secundum hoc promptum est iura corrigere,& leges legibus concordare.vt C. de inoffi.do.l.vnica.& naturaliter inest iuribus , vt posteriora ad priora trahantur,& econtrà,ut sic unum per reliquum subaudiatur & suppleatur , quasi ille qui fecit ius antiquum , mille anni sunt, videatur , ipsum intellexisse , secundum determinationem sequentis. & econtrà , ut ff. de legi. non est nouum. & duabus legibus sequen. promulgator etiam istius constitutionis præ cæteris omnibus laborauit ad saluanda iura supplendo , & determinando,& distinguendo ut patet suprà.de offi.dele.super quæstionum.infrà de simo. licet Heli. & de senten. excommu.inter alia.& c.per tuas.s̄.de rescri.super literis.dabat enim exemplum glossantibus , non peruertentibus , & ut eos magis attraheret etiam sentētiis magistrorum diuersis deferre uolebat. ut suprà, de restitu.spoliato.literas.§.nos igitur. quas etiam ego saluaui in dist.quam posui s̄.de restit.spolia.§ quādo facienda sit.sub §.sed & ubi uir petit.Ipsi verò non cognouerunt vias suas , & cogētes seipsum corrigere,& sic ipsum remunerāt,sicut Iudæi Christianos,scilicet sicut mus in pera.serpens in gremio, ignis in sinu remunerat e suos hospites consueuerunt,ut infrà,de Iudęis,& si Iudæos,13.q.1 §.his ita. vers. item præcepit. ideo etiam si id quod subaudiri oportet,secundum ipsos esset in textu , putarem subaudiendum hic absque rationabili causa, subaudi, in iure expressa, ne corrigatur decr.pastoralis.sed hoc ad illam trahatur,& secundum illam intelligatur. veruntamen diuersi sunt casus : quia hæc loquiṫ in ordinario,illa in delegato , cui scribit appl'one remota.& si vis hanc intelligere de delegato , saltem intelligas de illo cui non scribitur appl'one remota, ne corrigas decr. pastoralis. vnde hoc qđ dicunt,potius ꝯprobare possunt per decr. s̄. de rescri.

ſcr.edoceri.ſed tu reſp.vt ſ. nec obſt. quòd hæc clauſula apponi-
tur aliquoties etiam ap.re.eſt ipſo iure,quia hoc exemplo poſito
de correctione., non eſt verum:non enim remota in correctio-
ne,ipſa per omnia,imò appellatur,ſi forma trãsgrediatur,vt pa-
[a] Quis intelligitur peregrinans. ¶ Adde l. sed si hic. in §. sed si par pęna. ff. de in ius. voc. Bar. in l. nunquam plura. ff. de priuil.

dit, ut e.c.vnic. 2.q.6.arguta. & idem videtur de uisitantibus limina beatorum Apost. Petri & Pauli, & omnium Sanctorum. 24.q.3. si quis Romipetas & c. paternarum. & cap. illi qui. s. de treu. & pac. innouamus secundum Gof. sed hoc non puto, ut patet. j.e. §. & quo priuilegio. hi enim in priuil. differunt, ut ibi dicam. & ideo idem nō est omnino identissimum. subuenitur omnibus tali, sed non eodem modo: certè & clericis religiosis, & laicis mercatoribus, & rusticis agros colentibus, subuenitur. s. de treug. & pac. innouamus. sed & nauigantibus, & omnibus peregrinis & agricultoribus. ut in cōsti. Fede. quæ incipit, Ad decus & decorem. §. nauigia. & §. oēs peregrini & §. agricultores. & scholaribus. vt in const. Fed. quæ incipit, Habita & aliqui habent ipsam in fin. lib. feud. cum rub. de scholar. & eorum priuil.

a 2 Et quo priuilegio[a] gaudeat † peregrinans. Et certè, secundum quod sunt diuersi peregrini, diuersa priuilegia habent. Hi nempe peregrini, de quib. hic specialiter tractatus habetur, loco appellantium sunt, vnde & si non appellauerunt, vel suas res & ecclesias sub protectione d. Papæ nō posuerunt, quando ad eū accesserunt: tamen perinde est ac si hoc fecissent: nam hi qui ad præsentiam d. Papæ accedunt, cum rebus suis debent esse sub protectione Apostolica securi; ideo talibus restitui debet quicquid post iter arreptum subtractum est, uel ablatum. j.e.c. vnic. ergo per quemcunq; auferatur, uel subtrahatur, cum indistinctè loquatur. arg. 19. dist. si Romanorū. j. de priuil. ga circa ff. de lega. præst. bon. pos. con. ta. petit. l. j. §. generaliter. etiam si per iudicem sit subtractum, agetur condi. ex hac decre. secundum Gof. & hoc etiā intelligas, si in iudicio aliquid fuerit innouatum iniustè, scilicet præsumptione, uel uiolentia aliqua: secus si authoritate literarum Apostolic. vt s. de resti. spol. audita. § licet aūt. de rescrip. causam quæ. j. de accu. olim. l. V. & P. & idem priuil. habēt appellantes. s. ti. j. cū teneamur. 2.q.6. arguta. & c. quoties. idem videtur, si post arreptū iter ad partes Hierosolymitanas, quis fuerit spoliatus. arg. j. q. fil. sint legit. e. causam. 2 sed non ita est, quia ibi non agitur de restitu. illius qui iter arripuit sed nepotis præsentis, & subuenitur iure cōmuni, nō priuilegio speciali. Per hunc modū prouocandi recedi potest ab ordinario. vt 2.q.6. ad Romanam. arguta. quoties. & s. tit. j. dilecti. & vitatur etiam iurisdic. delegata, vt s. tit. j. meminimus. & c. suggestum. & c. ad hæc sicut asseris. aliqui tñ hæc iura p decr. s. tit. j. vt debitus. correcta dixerunt. sed errauerunt, quia, vt debitus, loquitur in appellatione, alij in prouocatione, secundum Goff. tu dic vt plenè no. s. ti. j. sub rub. de appe. §. qualiter. ver. aut ne qs iniurietur. & se. vsq; ad sub. §. si uerò in iudicio. & sub. §. qualiter aūt aliquis. Ergo hæc tria æquiparari videntur scilicet ad sedem Apostolicam appellare, & ad eandem veniendi iter arripere, & Ro. Pontificem ad se aliquod negotiū reuocare. imò videtur secundum fortius, q̄ primum: quia non patitur calūniari literæ, uel appellationi non factæ ut patet j. eo. c. vnic. secus in appellante. s. tit. j. ut debitus. & in his quæ no. s. tit. j. sub rub. de app. §. qualiter. sub §. ego Martinus. sicut & tertiū fortius est, q̄ primū: vt patet s. tit. j. sit nostrū. & j. ut benef. eccle. sine di. cō. c. vnic. De priuilegio clericorū, & aliorum peregrinorū, & rusticorū, & mercatorum, dic ut not. s. de treu. § quot sint species. ver. ita canonica & seq. hic tñ adde, ꝙ peregrini & aduenæ possunt, ubi voluerint, hospitari liberè, & de rebus suis testari: ꝙ si intestati decedāt, ad hospitē nihil perueniet, sed p manum epī hæredibus, si fieri pōt aliàs in pias causas bona sunt eroganda. Si verò hospes aliquid retinuerit, in triplum episcopo reddat, vbi iustum fuerit assignādum. nō obstante contraria consuetudine, priuilegio, uel statuto: si qs ꝯuenerit, intestabilis fit, ut puniatur in quo deliqt: aliàs est, put culpæ qualitas exegerit, puniendus, ut in constit. Fede. ad decus & decorē. §. oēs peregrini. quā aliq habēt signatā loco auth. C. cōmunia de suc. auth. oēs peregrinos. Sed & agricultores circa rem rusticā occupati, dū in illis insidēt, dū agros colunt securi sunt quacūq; parte terrarū, quo ad personas, boues, & instrumenta agrorum: aut si qd aliud est, qd ad operam pertineat rusticanam quicunq; aūt talia inuadere, rapere, vel auferre præsumpserit, vel statutum temerariè violare infamia notatus, quadruplum & ablata restituat, imperiali animaduersione nihilominus puniendus, ut ea constitutione. ad decus & decorē. §. fin. Et

b quia sic tutus est rusticus, nō licet ei lanceā portare, aut gladiū,[b] aliàs iudex arma tollet, vel 20 sol. pro ipsis: vt in ꝯstit. Fed. de pace tuenda § si quis rusticus. & accedit ad hanc materiā totus ille tit. & l. Federici quę incipit, hac edictali. quæ est in constit. feud. post rub. qui debent succedere in feudum. & ante rubric. epistol. fidelitatis. De priuilegio scholariū, dic vt no. j. de magi. §. fi. vers. in summa. & s. de for. comp. § quib. ex causis. uersic. item ratione priuilegij. & seq. vsq; ad uers. item quilibet. passi verò naufragiū vel nauigantes ad terrā, aliter venientes securitate gaudēt, ita ꝙ bona reseruantur eis quorū erāt, anteq̄ naufragium incurrissent contraria consuet. non obstante, cuius constitutionis trangressores bonorū publicatione mulctentur. & si res exegerit, iuxta mandatū imperiale, modis aliis cōpescantur, ut in eadē constitutione ad decus & decorē §. nauigia. Absentes autem oēs, seu peregrinātes hoc habent priuilegium, ut si pos. eorū p vim expulsiuā turbata fuerit, detinenti nomine suo etiā si seruus sit, & cuilibet amico nomine absentis licet constet eū nō habere mandatū datur potestas ꝯ regulas generales de poss. recuperāda agere iure etiam pos. absentis reseruato. ut C. si per uim. vel alio modo tur. fue. absen. pos. l. j. & hoc ꝯdictio. ex l. illa. Sed nec p rescriptū principis, vel interlocutionē iud. innouat absentis possessio, qa merita causarū partiū assertione pandūtur, ut C. si per uim, vel alio modo. l. fi. & s. de rest. in integ. tū ex literis. §. pen. in fin. & ut lit. non ꝯtest. accedens. j. habēt & absentes aliud priuilegium generale, quod dic vt not. s. de rescrip. sub rub. de præscri. rer. immobil. §. quæ res. vers. sed & si quis.

ADDITIONES.

a Quo priuilegio. ¶ Adde an peregrini communicando cum excommunicato sint excommunicati. Vide tex. in c. quoniam. 11. q. 3.

b Rusticus non licet ei lanceam portare, vel gladium. ¶ Adde Bar. consi. 40. incip. nouæ principium. in 6. col. in 3. vol.

DE CONFIRMATIONE VTILI VEL inutili. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Confirmatio quid sit.*
2. *Confirmationum species quot sunt.*
3. *Confirmatio quot modis fiat.*
4. *Confirmatio qualiter facienda sit.*
5. *Confirmatio à quo fieri debet.*
6. *Confirmatio de qua re facienda sit.*
7. *Confirmationis quis sit effectus.*

SVperioribus proximis titu. expediuimus de his quæ appellationis beneficio suspenduntur, nūc habendus est tractatus de his quæ ꝯfirmationis præsidio muniuntur. & sic dicamus de ꝯfirma. & c. f. m. Goffr. vel sic: Quia ad iudicē, ad quem appellatur, pertinet ꝯfirmare uel infirmare sententiā, ut no. s. de sent. & re iudi. sub rubr. de sent. §. qualis. ver. in causa etiam appel. & quandoq; accidit, ꝙ eadem confirmatio per appellationem secundò factam, quo ad effectum, redditur inutilis. s. de offi. deleg. coram videamus de confirmatione, &c. Vel aliter: quoniam tectum iudiciorum aliquando per appellationem concutitur, ut not. s. de appell. in princ. demum per confirmationem sancitur, id est, confirmatur siue solidatur, uel restauratur, dicendum est de cōfir. &c. Videamus igitur, Quid sit confirmatio, Quod sunt species confirmationum, Quot modis fiat, Qualiter facienda sit, A quo fieri debet, De qua re facienda sit, Quis sit effectus confirmationis.

1 a Quid sit † confirmatio.[a] Iuris prius habiti corroboratio: qui enim confirmat, nihil de nouo dat, sed datum, uel aliter acquisitum corroborat. ff. de iurisd. om. iud. & quia ideo eadem res non potest dari & confirmari, quia datio & confirmatio contraria sunt, ut apparet. s. de præscrip. veniēs. §. nec obstare. quare in idem subiectum cadere non possunt. j. de bapt. maiores. §. sed adhuc. inde est quòd si in priuilegio contineatur donatio, necesse est quod diuersa respiciat, vt s. de fid. instr. inter dilectos. §. cæterum. Hoc fallit in confirmatione Papæ ex certa scientia facta, vbi quidem ꝯfirmatio est præcedentis facti firma collatio, siue collata firmatio. nā ius firmū tribuit ꝯfirmando supplens defectum de plenitudine potestatis. j. de ꝯcess. preb. pposuit. & c. ex parte Astē. eccl. & c. seq. s. de ele. illa. sed & aliqñ dr ꝯfirmare is, qui hoc ꝙ dictū est, vel factum est, psequēdo ius suum potest infirmare, & tunc ꝯfirmatio est iuris pendentis, vel semipleni ratificatio, ubi quidem magis propriè ratificatio quàm ꝯfirmatio potest dici. ut s. de ele. quod sicut. & c. auditis. & j. de his quæ fiunt à præl. sine con. cap. c. 2. & 3.

2 Quot sunt species † ꝯfirmationum? Et quidem magistraliter potest tradi, ꝙ in genere duæ sunt, scil. Corroboratiua, & ratificatiua. Sed corroboratiuarum, Alia iudicialis, Alia protestatiua. Iudicialiū, Alia volūtaria, Alia necessaria. Ergo in summa confirmationum quatuor sunt species. Prima corroboratiua iudicialis voluntaria. Puta quia in forma

ADDITIO.

a Quid sit confirmatio. ¶ Adde Docto. in rub. eod. titul.

forma communi impetratur. vt not. j̃. eod. §. qualiter. ver. hoc ſi
quæratur. & §. quis ſit effectus. ver. tu dic. Secunda corroborati-
ua iudicialis & neceſſaria, vt illa quę fit cauſa cognita in præſen
tia partium, de qua no. j̃. e. §. qualiter ver. aliquando ſicut debet
& ver. & hoc teneas. & §. quis ſit effectus. ver. 2. & ver. ſeq. Ter-
tia corroboratiua poteſtatiua, & hæc à ſolo Papa fieri poteſt. de
hac s̃. eo. §. proxi. ver. hoc fallit. & j̃. eo. § quis ſit effectus ver. ef-
fectus autem, & ſeq. Quarta ratificatiua: de hac s̃. e. § proxi. i ver.
ſed & aliquando. & j̃ eo. § qualiter. reſponſo j. & §. quis ſit effe
ctus ver. effectus verò

3 **Quot modis** † fiat. Et quidem multis. Fit enim taci
tè per lapſum temporis, vt ſi à ſentē-
tia intra decem dies non fuerit appellatum. vt no. s̃. de app. §. in
tra quod tempus. ſic & ſentētia arbitri taciturnitate decem die-
rum homologatur, id eſt, confirmatur. s̃. de arbi per tuas. C. de
arbit. cùm antea. quod dic vt no. s̃. de arbi. §. qualiter. ſed & in ca
ſu per appellationem dicitur confirmari. ff. rem rat. ha l. 3. §. fal-
ſus. Item venditio facta à minore 25. ann. pubere tamen, per ſa-
cramentum confirmatur. C. ſi aduer. vendit. auth. ſacramenta. &
venditio rei dotalis per ſacramentum vxoris confirmatur. ſu-
prà, de iureiur. cùm contingat. Et promiſſio vſurarū. s̃. de iure-
iur. debitores. Et tranſactio. C. de tranſact. ſi quis maior. Et ſtatu
tum certi numeri canonicorum. ſuprà, de reſcript. conſtitutus.
nec mirum, quia ipſum ſacramentum æquiparatur confirma-
tioni Apoſtolicæ ſed j̃. de præben. dilecto. §. j. verſ. quanq̃ inter-
dum. Et per ſecundam confeſſionem & tranſactionem. C. de
plus peti. l. vnica. in fin. & per ſecundam cautionem cum lapſu
temporis. C. ad Velleian. ſenatuſcon. ſi mulier. §. ſin autem. Et
per lapſum temporis confirmatur matrimo. infrà, de ſponſa. ad
id quod Et per carnis copulam. infrà, qui matr. accuſ. non poſſ.
inſuper. Et per expreſſum conſenſum. ſuprà, de electio. quod ſi-
cut. reſponſ. j. ver. quòd ſi eos non vocatos. ff. de ſeru. ruſt. pręd.
per fundum. Et per tacitum. infrà, de his quæ fi à ma. parte capi
tu. ex ore. §. quia verò. & de vtroque poteſt intelligi, quod legi-
tur ſuprà. de renunc. quod in dubiis. Et per ſecundam ſententiā
confirmatur prima, & per tertiā, prima & ſecunda: per quartā,
prima, ſecunda & tertia. s̃. de officio deleg. corā. §. j. & §. fi. aliqñ
in totum, aliqñ in partem. j̃. de teſtac. Raynaldus. §. pe. & fin. Et
per literas, ſeu priuilegia ſuperioris, & maximè Domini Papæ. j̃.
eo. bonæ. & c. pen & fi. j̃. de deci. dudum. s̃. de præſcrip. auditis. &
a s̃. de reſtit. in integ. auditis[a].

4 **Qualiter** facienda ſit. Et certè aliquando ſicut placet
ſine cauſæ cognitione. vt patet s̃. in exemplis
s̃. e. & proxi. à principio vſq; ad ver. & per ſecundā. Aliquando
ſicut debet, & cū cauſæ cognitione: vt quando in iudicio con-
tradicit confirmationē petenti. j̃. eo. bonæ. & de hoc s̃. eo. §. pxi.
ver. & per ſecundam. vbi quidem & ſi periculum immineat, in-
nouatur priuilegium antiquum. quod fortè ſcriptum eſt in pa-
pyro, vt tamen per hoc nullū nouū ius tribuatur. j̃. eo. cùm dile-
cta. §. nos igitur. & §. fi. j̃. de priui. ex parte abbatiſſæ. in fi. Et hoc
teneas, quod vbicunq; per confirmationē paratur alij præiudi-
cium, quo ad tranſactionē vel ſententiā latam, vel aliter quali-
tercunq;, nunquā facienda eſſet confirmatio, niſi partibus ꝯmu
niter hanc confirmationem petentibus. s̃. de tranſac. c. j. j̃. eo. ve
nerabilis. vel niſi conſtet, quòd ita conuenerit inter partes. s̃. de
pact. quoties. vel niſi generalis ordinatio facta ex conſcientia Pa
pæ confirmetur. & ſic poteſt intelligi. j̃. e. c. fi. vel ſpecialis de mā
dato ſuo expreſſa facta. j̃. de conceſſione præben. cum noſtris. §.
auditor igitur. & ſe. & ſic poteſt intelligi s̃. de offi. del. corā. ad fi.
vel niſi examinato negotio, & plenè diſcuſſo, in p̄ſentia partiū
non ꝯcordantiū. j̃ de priui. cùm olim. j. & 2. Hoc, ſi quæratur de
confirmatione ius tribuēte: ſecus, de illa quæ in forma cōmuni
quotidie impetratur, vt patet infrà, de conceſ. pręb. quia diuerſi
tatē. §. j. & ne ſe. vacan. cap. 1. §. attendentes. & cap. illa quāuis Pa
pa aliter plerūq; faciat, maximè circa beneficia. vt apparet in eiſ
dē iuribus, & in eo quod no. s̃. e. §. quid ſit confirmatio. uer. hoc
fallit. hoc tamen de iure ſeruari debet. ut patet. s̃. de ma. & obe.
inter quatuor. & de off. archi. ad hæc. ad fi. s̃. de reſcr. c. 2. & c. ad
aures. s̃. de offi. dele. ſuper eo. j̃. de ſtat. mona. in ſingulis. §. porrò.
C. de emancipatio. nec auus. ff. ne quid in lo. publi. l. 2. §. meritò.
& §. ſi quis à principe.

5 **A quo fieri debet.** † Et quidem cum ſint quatuor
ſpecies, vt no. s̃. eo. §. quot ſunt
ſpecies. ſcire debes, ꝙ corroboratiua quæcūq; ſit illa, à ſuperio-
re petenda eſt, licet poteſtatiua à ſolo petatˉ Papa, ut patet in his
quæ no. s̃. e. §. quid ſit cōfirmatio. uer. hoc fallit. alia aūt, ſ. corro
boratiua, iudicialis, uoluntaria & neceſſaria, nedum à Papa, ſed
ēt à proximo ſuperiore peti pōt, nec ab inferiore, uel pari. & eſt
ratio, quia par in parē nō hēt imperiū. ff. de arb. nā magiſtratus.
s̃. de elec. innotuit. §. quamuis. multò minus inferior in ſuperio-
rē. ff. de mino. minor magiſtratus. s̃. de ma. & obe. cū inferior 21.
diſt. inferior. Hoc tñ urˉ fallere, qa delegatus ſecundus confirmat
ſententiā primi delegati. s̃. de reſcript. c. 2. ſed ibi primus delega-
tus deſijt eſſe iudex, & ſecūdus fit ſuperior p ſecundā cōmiſſio
nem. ar. s̃. de offi. dele. ſanè qa. Itē uidetur fallere, qa legatus con
firmat ſententiā delegati Apoſt. ſed s̃. de off. leg. ſtuduiſti & epi
ſcopus ſentētiā epiſcopi. s̃. de treu. & pac. c. j. §. ſed dic ꝙ ibi po-
nitˉ impropriè, confirmetur & confirmare: quaſi dicat, legatus
poteſt ſententiā delegati confirmare, i. approbare & ratificare,
potius quo ad factū executionis & obſeruationis, q̃ quo ad ius
confirmationis, ut ibi innuit: uel ad preces delegati hoc faciat, ſi
cut iuſtè lata eſt, ſecundū Ber. & ſic poteſt aliquis confirmare, q
non pōt infirmare, ſicut & poteſt aliqñ quis abſoluere, qui non
poſſet ꝯdemnare. C. ubi ſena. uel cla. l. fin. in auth. ut clerici apud
proprios epiſcopos. §. ſi tñ. col. 6. contrà, ff. de re iudi. q condem
nare. ff. de reg. iur. eius. de pœni. di. 1. uerbū. ſecundū Goff. Ergo
à ſuperiore petenda eſt hęc confirmatio. ſic intellige. s̃. de elec.
nihil eſt. & no. de hoc s̃. de elec. §. à quo confirmāda ſit. ſed con-
ſuetudo hanc maioritatē tribuit. s̃. de ꝯſue. dilectus. §. pe. & ult.
Petenda eſt ēt ab alio, q̃ ab illo qui fecit id qđ petitur ꝯfirmari.
arg. j̃. de inſti. c. fi. j̃. de iure pat. p ueſtras. j̃. de bapt. debitum. niſi
fortè idem gerat uices duorū. s̃. de ele. cū inter uniuerſas metro
poles. ad fi. & c. cùm inter canonicos Sauon. reperitur tamen ali
qñ, ꝙ idē dat & confirmat, ſed tūc, niſi ad diuerſa referatur, po-
tius obeſt q̃ proſit: niſi forte ſic intelligatur, damus & cōfirma-
mus: hoc eſt, damus, & ſic datum ꝯfirmamus. ſed in tali caſu nō
plus operatur ꝯfirmatio q̃ datio. ſicut nec ſi à ſucceſſore fiat. ad
hoc s̃. de fid. inſt. inter dilectos. §. cæterū. j̃. de loc. & con. c. j. ubi
legatus ſucceſſor confirmat conſtitutionem legati prædeceſ-
ſoris, & tñ ſufficeret quod non reuocaret. s̃. de offic. lega. capit.
fin. Ratificatiua uerò confirmatio fieri debet ab illo quē res tan
git. ut habes per plura exēpla, s̃. e. §. quot modis à principio uſ-
que ad uer. & per ſecundam.

6 **De qua** re facienda ſit. † Et quidem de qualibet iuſtè &
pacificè poſſeſſa, ſiue corporalis ſit, ſiue incor-
poralis, nam aliæ res ſunt corporales, aliæ incorporales, ut Inſt.
de reb. corpo. & incorpo. per totum. confirmatur enim ſenten-
tia s̃. de ſen. & re iu. ea quæ. & c. cauſam. in fin. j̃. de teſta. Raynu-
tius. & no. s̃. e. quot modis. uer. & per ſecundā. Statuta. s̃. de con
ſtitutio. cùm acceſſiſſent. Beneficia. j̃. e. ad noſtrā. j̃. ne ſe. uacan.
capit. 2. hoc tamen aliquoties non petitur, niſi à Papa: alias effe-
ctu caret. s̃. de fi. presbyte. cap. pen. & fin. s̃. de elect. dudum. 2. §.
nos igitur. Contractus. s̃. de pac. quoties. Arbitria. j̃. eo. examina
ta. Compoſitiones ſiue tranſactiones. j̃. e c. fin. s̃. de tranſact. c. fi.
Electiones. s̃. de elect. poſtquam. Poſſeſſiones. j̃. de relig. do. con
ſtitutus. j̃. de deci. dudum. Priuilegia. 96. diſtinct. Conſtantinus.
s̃. de fide inſtr. inter dilectos. Poſtulatio autem non confirmatˉ,
quamuis hoc petatur, ſed diiudicatur. s̃. de poſtul. præl. bonæ. 2.
§. nec nocebat. & ſi inueniatur canonica, admittitur. s̃. de elect.
ſcriptum. uel ſi ſit minus canonica, non admittitur. s̃. de poſtul.
præl. bonæ. 1. uel etiam irritatur. s̃. de poſtu. præl. c. fi. ſecundum
Gof. de hoc. s̃. de poſtu. præl. §. quis ſit effectus. Item quod non
eſt confirmari non poteſt: ſic nec collegio, quod non eſt, priui-
legium dari poteſt. j̃. de eccl. ædifican. ad audientiam. 2. in fi. for-
tè à Papa fiet. qui ſicut poteſt infectum irritare de plenitudine
poteſtatis, ut j̃. de præbend. inter cæteras. & s̃. de elect. innotuit.
in fi. ſic & pōt qđ nondum eſt confirmare. ar. s̃. de conſue. cùm
olim. & j̃ de ſepul. in noſtra. §. talem & de teſta officij. in quibus
patet, ꝙ priuilegium ſuum extenditˉ ad futura, unde tota die ap
ponitur in priuilegijs, confirmamus tibi bona quæ nunc habes
uel quæ dāte dño in poſterū poteris adipiſci: nolo diſputare de
plenitudine poteſtatis. Præterea res quæ non poſſidetˉ pacificè,
uel litigioſa non confirmatur. j̃. eod. c. j. & no. s̃. ut lite pend. §. &
b qualiter hæc regula intelligatur[b].

7 **Quis ſit effectus** † confirmationis. Hæc eſt diſſen-
ſio. dixit enim Vincen. quòd ſi
Papa confirmet alicui eccleſiam. uel aliam quam pacificè poſſi-
det, &

ADDITIONES.

a Auditis. ¶ Adde etiam ex Mart. eo. tit. in ſum. alium cōfirmandi modum, nempe iurm: veluti ſi minor rem alienet, & iuret non ꝯuenire. de quo C. ſi aduer. vendi. auth. ſacramēta puberum. Similiter cùm mulieres ꝯſentiunt alienationi rerum dotalium, vel donationis pp nuptias: & ne ꝯueniant, firmant proprio iuro, vt extra de iureiur. cū contingat. Similiter cùm debitor promittit dare vſuras, & hoc confirmat iuramento, quia tunc etiam excipere non poteſt. s̃. de iureiur. debitores.

b Intelligatur. ¶ Adijci ex Martino, vbi s̃. non inconcinnè poterit hæc rubricella, Quòd ꝯfirmatio nullius eſt momenti, ubi originale caſſatˉ: qua in re ita a Marti. ſcriptū ſcio, Cōfirmatio & innouatio irritatˉ, ſi originale, ſeu principale caſſetˉ. extra de fid. inſtr. inter dilectos. & de ſen. & re iu. cū inter §. q̃uis. vbi de hoc in gl quia donatio. Sed nec res litigioſa confirmari poteſt, vt extra de confir. vtil. vel inuti. Cōfirmatio quoq; nihil iuris dat, vbi canonica electio non p̄ceſſit, extra de cau. poſ. cùm ſuper. & de elect. cū inter. & c. cū dilecti. Hoc aūt interea notabis, ꝙ confirmatio & examinatio electi in Imperatorem, pertinet ad Papam, vt extra de elec. uenerabilem.

det, & post talem confirmationem objiciatur possidenti, quòd ipsam rem minus canonicè possidet, non est licitum iudici hoc determinare sine mandato Papæ speciali. sin autem opponatur ei crimen de nouo exortum, de hoc potest cognoscere. sic intellexit j.e.c.1.& 2.& in hoc videtur Gof.concordare. Sed hoc videtur absurdum: nam si hoc verum sit, quilibet potest iurisdictionem ordinariam, quo ad rem quam possidet, euitare: cùm huius confirmationis incuria pro modico, sine lectione, & de facili habeantur: & sic contradicit s̃.tit.2.vt debitus.s̃.de rescri. ad hoc sumus.11.q.1.peruenit. Ideo dixit Laur. quod si quærit̃ vtrum confirmatio ualeat, vel ritè facta sit, de hoc non cognoscet aliquis, nisi mandatum habeat speciale.s̃.de iudic.cùm venissent. quod verum est, nisi fortè objiciatur surreptio rescripti de re tamen nihilominus ordinarius iudicabit. sic intellexit.j.e.ca.1.& 2. huic tamen opinioni ipsa litera contradicit: tu ergo dic cum T. distinguendum esse inter confirmationem, quæ impetratur in forma communi, sicut pacificè possidens, & illã quæ fit ex certa scientia cum causæ cognitione. Illa enim cõfirmatio quæ in forma communi ꝯceditur, nullũ aut modicũ ius tribuit, sed vetus tantũ conseruat.12.dist.præceptis.arg.30 q.3.c.fi.j.de priui.quia intentionis.& ideo per talem confirmationem non impeditur petitio alterius, vel cognitio iudicis. j. de concess.præben.quia diuersitatem.j.ne se.vacan.cap.2.s̃. de cõstit.ex parte.ix.q.3.conquestus.& c.nunc verò.s̃.de offic.ord licet.ff.ne quid in lo.pu.l.2.§.si quis à principe.& §.meritò. C.de emancip.nec auus.maximè quia per tales ꝯfirmationes, vel priuilegia nunquam intendit iuri diœcesani præiudicium generare.s̃.de offi.deleg.super eo.j.e.c.fi.j.de deci.dudũ.§.fi. Quid ergo operat̃ talis confirmatio? Vt maioris authoritatis sit, & magis timeatur.11.dist.quis nesciat.23.distin.quanquam. sic est & vbi Papa aliquem sub protectione sua recipit. Nam nec talis eximitur ab ordinaria potestate j.de priuileg.ex parte 2.& c.recepimus. sed magis timẽda est offensio talis, & etiam magis est honorandus.arg.s̃.de maio.& obedien.per tuas. puto etiam, ꝙ talis confirmatio titulum præbeat præscribendi. quamuis Gof. cõtrarium notauerit, sed expressum est satis.j.de deci.dudũ.§.cæterùm.ibi, nec à cõfirmatione præfata tantum effluxit temporis, &c.& j.de reli.domi.constitutus.§.1.ibi, in quibus etiam vobis.&c. vsq; ad fi.§.& §.fina.& j.de iure pa.cura. Sic patet qs sit effectus confirmationis corroboratiuæ iudicialis volũtarię, Secundæ verò confirmationis, s.quæ fit cum causæ cognitione ex certa scientia magnus est effectus. hoc enim si per Papã fiat, ius tribuit: tale videlicet, quod de re uel beneficio sic ꝯfirmato non potest aliquis cognoscere, nisi Papa, uel cui specialiter hoc ꝯmisit.& sic debet intelligi j.e.c.1.& 2. de tali ꝯfirmatiõe habes s̃.de offi.delega.quoniã abbas.s̃.de testi.ueniens.j.e.uenerabilis.j.de insti.ex frequentib.j.de test.Raynutius & c.Raynaldus.s̃.de offi.deleg.coram. Sic patet quis sit effectus confirmationis corroboratiuæ iudicialis necessariæ: ius enim quod p̃cessit, declarat.ar.ff.de rei uendi.ex diuerso.§.1.ff.si ser.uen.sicuti.§.distat. aufert etiã inferiori causæ cognitionẽ, & parti aduersæ petitionẽ, ex quo p Papã fit, nisi ĩ modũ supplicatiõis audiat̃.s̃.de rest.in integ.tũ ex literis.§.j. Effectus aũt corroboratiuæ & potestatiuæ ꝯfirmatiõis idẽ operatur, & plus. Talis enim cõfirmatio operatur, ut id quod cõfirmat̃, uires habeat, & si aliquid incuria, uel imperitia omissum fuerit, suppleat̃.s̃.de trãs.c.j. Et ut ꝑsonale reale faciat.s̃ de trãs.ueniens.nisi aliud.dicatur.j.de p̃bẽ.nisi essent.§.pe.& fi. Et nõ solenne reddat solẽne. C.de testa.omniũ. Et ut mutet naturã rei.C.de rei uxo.act.l.vnic.resp.j. Et ut nudũ pactũ iuuet.ar.ff.de pact.legitima. Et ut utile uel infirmũ reddat firmũ & utile.16.q.1.c fi.2 q.1.in primis.3.q.6. hoc quippe.j.de ꝯcess.præb.ex parte Astẽ.& c.ꝯstitutus. Et ut nullus de ipsa dubitet, aliàs sacrilegi instar erit.ar.C.de cri.sacri.disputare.17.q.4.qui aũt. Et ut id quod confirmatur suũ faciat.ar.C.de uete.iur.enucl.l.1.cir.me.l.§.omnibus authoribus.ibi, omnia enim merito nostra facimus, quib.ex nobis omnis impartitur authoritas. ergo sequitur, ꝙ sicut sentẽtiã latã à Papa, nullus inferior tractare p̃t sine speciali mãdato suo, sic nec ab eo ex certa sciẽtia ꝯfirmatã.j.de instit.ex frequẽtibus.nisi de speciali mãdato suo.ut ibidẽ in fi.& s̃.de m.cũ uenissent.& in prima ꝯstitutione huius libri §.fi. nisi liquidò cõstet, ipsam ꝑ surreptionem obtẽtã j.e.c.2.qđ præsumitur, qñ apertè est contra ius, & solitum cursum curiæ ut si religioso beneficium perpetuò confirmet j.e.ad nostrã & c.porrecta uel minori 21. annis, beneficiũ habens curiã.s̃.de ætat.& qual eã te.uel quia in confirmatione appareat uitiũ notoriũ, uel ex parte bullæ, uel ex parte dictaminis.j.de cri fal.licet, & c.seq. effectus uerò confirmationis ratificatiuæ is est, ut is q ratificauit, nõ possit decęterò ꝯtrauenire, & ut qđ ĩ pẽdẽti erat, uel semiplenũ firmũ remaneat, & plenius suppleatur, ut patet in his q̃ no.s̃.e.§.quot modis.usq; ad uer.fi.& effectus iste s.ratificationis, plenissimè expedit̃.j.de his, quæ fi.à præl.sine cõ.cap §.in quibus cõsilium.sub §.& quoniã ratihabitio. In fi.no.ꝙ hæc clausula, sicut prouidè est lata sentẽtia, vel sicut iustè & pacificè possides, in sentẽtijs, intelligit̃ ꝯdõnaliter.j.e.examinata. In priuilegijs verò causatiuè.j.e.uenerabilis. secũdũ T.& est ratio quare aliud in priuilegijs: qa priuilegiũ lex priuata est, unde debet aliquid operari.j.de uer.sig.abbate.§.ꝯ quod fuerat.j.de priuile.in his. Tu dic, & aliter, ꝙ in confirmatione, uel in priuilegio in forma cõmuni impetrato intelligitur ꝯditionaliter: ubi uerò ex certa sciẽtia impetrat̃, maximè quando totus tenor inseritur causatiuè, ut bene probant dictę concordantiæ.j.eo.examinata.& c.uenerabilis.& ad idem.s̃.de ele.cùm monasteriũ de pellicia.in fi. patet in his quæ no.s̃.eod.uer.secundæ uerò confirmationis.& præcedenti.& uers.sic patet quis sit effectus cõfirmationis corroboratiuæ iudicialis.[a]

ADDITIO.

a Articulo huic adnecti merito possunt, q̃ in eundẽ adnotabat Mart. noster in sum eod.ti. Confirmationis, inquit, effectus, maximè si fiat per dñm Papam ex certa scientia, est, ꝙ facit firmũ id, quod aliàs erat infirmum. Authoritas enim principis, facit solenne: quia supplet defectũ solennitatis omissæ.vt 2.q.1.in primis. extra, de transf.c.1.& de pac.c.qm̃. Et non debet postea cognosci, si licitè, vel illicitè factũ sit, seu cõfirmatur per Papã. extra, de confir.vtil.c.2. Authoritas quoque principis non solũ non solenne facit solenne. C.de testa.l.oĩum. sed etiam ex nudo pacto dari actionẽ. ff. de pac.l.legitima. Item dat vires plenissimas rei confirmatæ, ét si aliquid fortè incuria, vel imperitia minus insertũ sit. extra, de transa.c.j. Itẽ post cõfirmationem dñi Papæ, nullus iudex cognoscere debet de causa illa sine speciali mandato Papæ, dũmodo tp̃e confirmationis res illa pacificè possideret, extra de cõfi.vti.vel inuti.c.2.vbi de hoc in gl. Sed quò ad titulũ possidendi confirmatio nihil addit: quia nihil confirmatur, nisi qđ à principio firmũ fuit, ut extra de fid.instr.c.inter dilectos. vnde in ꝯfirmationibus consueta est poni talis declaratio secundum formam cõem: Sicut iustè & pacificè possidebas. Et in sententijs ꝯfirmandis ponitur, sicut prouidè lata. extra e.ti.examinata. Et talis ꝯfirmatio sub forma communi facta, nihil noui iuris tribuit, sed solùm vetus cõseruat. extra de ꝯfi.vti.vel inu.c.cũ dilecta.& ferè per totum.& de conc.præb.quia diuersitatem, vbi de hoc in gl. per cõfirmationem.& de priuil.qa intẽtio. Confirmatio tñ sub forma communi facta, iuri communi nõ derogat, vt de offi.or.c.licet.& de fid.instr.inter dilectos. Quod ait, illud, qđ est à Papa ꝯfirmatum non debere postea cognosci limitat̃ vt non procedat, si confirmationi Papæ objiciatur suggestio falsi, quia poterit de ea cognosci, & iudicari confirmatione penitus non obstante, ut de confir.vtil.capitu.de confirmationibus.

Explicit liber secundus.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Clerici qualiter viuere debeant.*
2 *Clericorum honestas in quibus consistit.*

INtelligite insipiẽtes in clero, quoniã si iustè iudicaueritis, vos ipsos non despicietis, sed honestate uitę vacabitis, vt ñ solũ verbo sed exemplo nostro, qualiter in domo Domini conuersari oporteat, laicos instruatis. Igitur & si tractatu iudiciorum finito edocti sitis, qualiter vos debeatis habere circa iudicia, tamen & nunc instruẽdi estis, qualiter viuere debeatis. Vel aliter. Indicabo tibi homo quid sit bonũ, aut quid Deus requirat à te, vtiq; facere iudicium & iustitiam. de quibus præmissum est in superiori libr.& solicitè ambulare cum Domino Deo tuo, per vitæ sanctitatem, & morum honestatem, quæ & si in omnibus hominibus, in clericis tamen potissimè requiruntur. Sic apponit author in prin.huius libri rubricã, de vita & honestate cleri.qa à iudicijs, inquantum possunt, abstinere debẽt, cùm seruos Dei non oporteat litigare.2.q.7.sicut sacerdotes. quod dic, vt not.s̃.de syndico.c.vnico. Vidẽdum autem occurrit circa hunc titulum, Qualiter clerici debeant viuere, Et in quibus eorum honestas consistat.

1 Qualiter clerici † viuere debeant. Videtur aliquibus quòd in collegiatis ecclesijs debent viuere in communi, & sub vno tecto dormire, vt j.e.quoniam.32.dis. præter hæc.& de conse.di.5.in omnibus.12.q.1.necessaria. Sed contrà,

contrà.12.q.1.quia tua. 32. diſt.ſi verò, vbi habes, quòd clerici qui continere non poſſunt, ſortiri valeant vxores, & extra collegium clericorum recipere ſtipendia ſua.Solutio. Non loquuntur de ſtipendiis, quæ debeantur ratione canonici tituli, quia coniugatus [a] canonicum titulum habere non poteſt, vt j̃.de cle.coniug. ſanè. imò loquuntur de ſtipendiis quæ præſtantur tanquam pauperi de gratia potius quàm de iure. ſecundum Da. & ſic poteſt intelligi 1. q. 2. Sacerdos. Item de conſuetudine eccleſiarum aliquarum beneficium percipiunt, vt pulſent campanas,& oſtia aperiant, quæ ſeruanda erit etiam in hoc caſu.ar.32. di.c.placuit.& iunge quod no.j̃.eo §.& in quibus.ver.adeo.Ergo ius commune eſt, quòd debent viuere in communi. ſed derogatur huic iuri per contrariam conſuetudinẽ, quam Papa ſcit & tolerat ſecundum T. Vel ſi vis intelligere decre.quoniam,de regularibus,plana erit,vt j̃.de ſtatu mo.cùm ad monaſterium.& in ſumma. Sed hoc nihil eſt, quia dicta decre. quoniam. vniuerſis epiſcopis dirigitur,vt patet in antiquis.extrà.j̃.eo.ti.c.fi.Itẽ ſi loqueretur de regularibus,fruſtra diceret ſtatuendum, ꝙ bona venirent in communi,& ſub vno tecto,&c.vt ibidẽ dicit.vix enim aut nuſquam inuenies regulares, qui hoc non ſeruent ſine aliquo ſtatuto:nam & hoc ſeruare debẽt,& multa alia,de quibus habes j̃.de ſta.mo.cum ad monaſterium.& c.ſeq.ad hoc ff. de leg. nam ad ea.C.de theſau.l.1.lib.10.ff.ad municip.l.1.25.q.1.§. his ita. & ſeq.ff.de legatis 1.ſi qñ.& verba aliquid debent operari, vt ibi:& ff.de vſuris.ſi ſtipulatus.& j̃.de priui.ex ore.§.1.& ideo dic,ꝙ p̄latis datur facultas hoc faciendi,non tñ imponitur neceſſitas,quia Papa hoc permiſit.& ideo non iuſſit. vt 32.q.7.apoſtolis.ſic ff. de of.præſi.ſæpe audiui.& l.ſeq.& de iudi.non quicquid.Habent tamen priuilegium hi qui in communi viuunt,vt poſſint abſolui ꝑ epiſcopum vel prælatum ſuum,ſi ſocium ſuum percutiãt, [b] vt in fi.dictæ dec.& ſic intellige.j̃.de ſen.excõ.ex tenore.in fi.&c.ꝑuenit.quod dic vt no.j̃.de ſen.excõ.§.qs poſſit abſoluere.ſub §.Sed quis abſoluit regulares. Sed ſi de prædictis vis habere doctrinam pleniſſimam, ſic diſt. Si quæras, an canonici debeant ſtare ſimul vel diuidiſim,aut epiſcopus & capitulum concordant, aut non. Si cõcordant,indiſtinctè poſſunt hoc vel illud.j̃.de excel.prel. ſicut vnire. ar. C.mandati.in re mandata. ff. comm.diui. iudicem. Si non concordant,aut communio eſt confirmata per Papam, & tunc non poteſt fieri diuiſio.aut diuiſio eſt ꝯfirmata, & tunc non poteſt fieri communio, niſi & eiuſdem authoritas intercedat. ar.s̃.de iudi.cùm veniſſent.s̃.de arbi. cum tempore. j̃.de inſti.cũ veniſſent.ad fin. & de regu. iur. omnis res. & appellare poteſt is qui tuetur priuilegium.s̃.de elec.conſiderauimus. & hoc verum eſt, vbi hæc clauſula adiecta eſt, quòd ſi quicquam contra fiat, non valeat,& idem ſi ſit iurata cum eadem clauſula.j̃. de præben. dilecto §.quanquam. & ſeq. alias excedentibus canonicis poteſt prælatus venire contra: nam omne priuilegium reatus malè viuendi excludet. ar. C. vbi ſen. vel cla. l. 2. quia nec tales ſi notorij ſint, poſſunt ſeruitium eccleſiæ facere.j̃.tit.j. veſtra.& c.fi. Aut non confirmata, vel iurata, adiecta hac proxi. clauſula, & tunc aut nõ eſt p̃ſcripta,& ſic habet locum quod dicit j̃.e.quoniam.& 32.diſtin.præter hæc.& de conſe.diſt.5.in omnibus. & 12. queſt. 1.neceſſaria.& c.epiſcopus eccleſiaſticarum.& ca.ſeq.aut eſt præſcripta: & tũc aut ſubeſt cauſa eccleſiæ expediens, & ſic non obſtante præſcriptione idem vt pridem, & per eadem iura.Puta diuiſi ſunt,ſed diuiſio dat cauſam,quod quilibet teneat ſuã.cogat ergo eos epiſcopus ſimul eſſe.arg.j̃.eod.vt clericorum & c.clerici.Vel hoſpitalitas amittitur.arg.42.diſt.§.1. & per totũ.ſed tũc ſede vacan. nihil fiet,nec in aliquo alio caſu.infrà, ne ſede vacante.cap.1.Vel nõ fit ſeruitium eccleſiæ.argu.j̃.de clericis non reſi. cùm ad hoc.& per totum.j̃.de præben.ſuper inordinata.infrà,de religio.domi.inter quatuor.j̃.ne cle.vel mo. relatum. & ſic prælatos diuiſos vniat. Vel ſi ſint in communi,& communio diſcordiam parit.ff.de lega.2.cùm pater. §. dulciſſimis. Vel quia nimis negligentes ſunt. C. quando & quibus quarta pars debeatur.l.2. poſt princip.libro 10.Vel is qui adminiſtratum tenet, diſſipator eſt.ſuprà,de conſuetudi.cap.penult.& de officio delegati.venerabili.infrà,de accu.prælatorum. Vel totũ amittitur eo tenente, quia nimis ſimplex eſt.39.diſtin. Petrus. Vel quia non eſt potens.argu. ſuprà,de appel.conſtitutis.& de electio.officij. & ſic diuidat prælatus, ſi videt, quòd eccleſiæ expediat communiter, quamuis vni vel duobus non expediat.ar.s̃. de poſtulatione prælatorum bonæ.1.§.1.ff.pro ſocio.actione.§.Labeo. & l.ſi cõuenerit. & ſequen.& communi diui.iudicem.& Inſtit. pro ſocio.§.manet. ar. infrà, de præbend.vacante. & ſi fortè epiſcopus minus bene ſe habet, recurratur ad proximum ſuperiorem. infrà, de iure patronatus. nullus. Aut non ſubeſt cauſa, & tunc ſtabis conſuetudini præſcriptæ.ar.j̃.de conceſ. præben. ex parte.in fin.ſuprà, de conſtitu.cùm omnes.ff. de legibus. minimè. s̃. de conſue. ca. antepe.& vlt.ff.de officio proconſul.ſi in aliquã. C. de teſta. teſtamentum. Debent etiam viuere continenter & caſtè: ita quòd nec vxorem habeant, niſi ſint Orientales.quod dic, vt infrà, eod. vt clericorum. Et debent cibum & potum ſumere temperatè, vt infrà, eod. à crapula. nam uenter pinguis groſſum ſenſum generat.43.diſtin.non liceat.& §.ſequenti.Fabulationes, & comeſſationes,& conferta & illicita fugere debent,vt 44. di.§.1.& cap. comeſſationes,& per totum.Et in omni ſacerdotali conuiuio,lectio diuinarum ſcripturarum miſcenda eſt: nam per hoc & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.vt 44.diſtinct. pro reuerentia. ſed & aſſiduè orare, & legere, ſunt opera clericorum.36.diſtin.capitu.fin.Sed nec debent ſe immiſcere coëtibus,vbi amatoria cantantur,& turpia, & inhoneſta exercentur ſpectacula,ne per hoc contaminentur.ut 34.diſ.preſbyteri.Ideo etiam caſtè viuere debent, quia caſtitas ſola eſt, &c. ut in auth.de lenonibus.§.ſancimus.col.2.& caſtitatis ſumus amatores,dicit Imperator,ut in auth.qui mo.na.effic.ſui.§. illud quoque.col.6.& ſupra,in prima conſti.vbi de hoc not.& infrà titu. 1. & in ſacris ordinibus nihil tantùm diligimus,ſicut caſtè viuentes, cùm caſtitas ſit primum clerici principium, & etiam fundamentum.ut in auth.quomodo oportet epiſco.§. hoc de Deo amabilibus.Et ideo debent cauere ad ebrietatẽ, [c] quia fomes omnium vitiorum eſt. quare clericus ebrius abſtinere debet per 30.dies à communione hominum, vel ſubijciatur ſupplicio corporali. 30. diſtinct. ante omnia. & ſi commonitus hanc ſatisfactionem non facit,ſuſpenditur ab officio & beneficio vt in fin. conſtitutionis, à crapula & videtur,quòd omnino debent remoueri.argument. ff.de re mi.omne delictum.§ penul.& de pœnis.reſpiciendum.§. penul.argumen.contrà,22.quæſtio.4.vnuſquique.& 15.q.1.c.ſanè.Dicitur autem crapula nimiæ comeſſationis voracitas.de conſecra diſtin.2.ſi quis per ebrietatem,quaſi cruda epula, qua ſtomachus aggrauatur.4.diſtinct.denique.6.diſtinct.teſtamentum. Ebrietas verò dicitur ab e,quod eſt ſine, & bria quod eſt menſura,quaſi ſine menſura,ſed menſura ponenda eſt,& tenenda.vnde verſus.

Vina bibas parcè,iubet hoc Loth,& patriarchæ.

Vt 35. diſt. §. 1. Ergo clerici temperatè uiuere debent in cibis & potibus,quamuis delicatis cibarijs uti poſſint:non enim uſus rerum ſed appetitus noxius & guloſus in talibus reprobatᷣ. vt 41. diſt.c.1.2.& 3.& per totum.de hac materia dic, ut plenè no.s̃.de temp.ord.§.& cui ver.tertia cum non regula ſimul iuncta.

Et in quibus eorum honeſtas conſiſtit.Hęc infinita ſunt.ecce in primis cũ clericis non debeant laici ſedere uel ſtare intra chorum, uel ſecus altare, dum diuina officia celebrantur, niſi in die Paſchæ, ſed expleto officio poſſunt orare laici, & intrare ubicunque uoluerunt. ſic intellige infrà eo.c.j. vel quod dicit ibi ad communicandum, non reſpicit diem Paſchæ ſolùm, ſed omnes alios. & quod dicit Sancta ſanctorum,ponitur pro maiori parte eccleſiæ, id eſt, pro naui, ubi indiſtinctè orare poſſunt laici,& communicare. & ſic honeſtas cõſiſtit in hoc,quòd laici non miſceantur cum clericis: quia ſunt diuerſæ profeſſionis. [d] ſic, 16. quæſtio. 7. in noua. ſuprà, de elec. cum cauſam. & inſacrati homines non debent ſacra tangere.23.diſtinct.non oportet.& de conſec.diſtinct.2.ſacerdotiũ. Item conſiſtit in tonſura capitis congruente, ſcilicet ſecundum ordinem & religionem ſuam.infrà eo.clerici. verſicu.coronam. dicitur autem corona quam habent de capillis circa caput in ſignum regni,quod a Deo expectant:raſura verò, ſiue abraſio capitis deſignat depoſitionem omnium temporalium.12.queſtio. 2.duo ſunt. & debet fieri tonſura coronæ, ad modum ſphęræ, ita quòd aures pateant. 23. diſtinct. prohibere. & c. non liceat. quod credo verum in regularibus, ſed eſt tertium genus hominum,ſ.clerici,ut not. ſuprà in prooemio. & aures talium non dicas quòd debeant patere, imo debet eſſe talis tonſura & corona,quòd oculos ſeu aſpectum intuentium non offendat.21.quæſtio.4. præcipimus.& debet eſſe differentia inter ſeculares & regulares, ideoque ſi defert ſecularis regularem veſtem, cogitur eam dimittere vel monachus fieri.infrà, de regularibus. ut clerici.& ideo dicit conſtitutio clerici, quòd congrua debet eſſe corona, ut ſupra, expoſui.In omnibus enim nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt.ut ait Hierony.41.diſt.§.j.

& ideo

ADDITIONES.

a Coniugatus. ¶ Adde an coniugatus ſi ordinetur,ſi ſuſcipit characterem uide per S.Th.in 4. ſent.diſt.37.q.1.art.2.

b Si ſocium ſuum percutiant. ¶ Adde Lap.alleg.76.inci.quidam presbyter. Lu.Rom.ſingul.166.Card.Zabar.conſil.42.inci.reuerendiſſime pater, ſuper caſu ſupraſcripto.

c Cauere ab ebrietate. ¶ Adde an ſola ebrietas ſit ſufficiens cauſa depoſitionis.vide Fel.in c.ſi conſtiterit in 2.no.de accuſ.

d Quia ſunt diuerſæ profeſſionis. ¶ Adde Io.de Im.in cle.j.de elect.

&ideo etiam in clerico seculari non debet coma luxuriare, nec barba, ne laici videantur, sicut quidam clerici prouinciales, quod qui faciunt possunt excommunicari, & inuiti tonderi præcipiuntur ab Archidiaconis suis, vt infrà eo. si quis ex clericis. & c. clericis. Adeò autem inuiti tondentur, quòd si clericus inferioris ordinis nec religiosus vxorem ducat, & tonsuram dimittat, cogitur eam resumere. vt infrà eo. clericus. quod dicas verum esse, ratione beneficij, quod de gratia seu dispensatione potest percipere, vt suprà dixi. §. qualiter. & no. ꝭ. de cler. coniu. §. 1. ver. in amissione. & versi. seq. aliàs clericus in minoribus ordinibus constitutus vxorem ducens non cogitur deferre tonsuram, imò omni priuilegio denudatur laicali, sibi tantùm communione seruata, quam etiam amittere poterit, si delinquat. & hoc distin. ꝭ. de cleric. coniug. Ioannes. lxxxiij. dist. quisquis. videtur tamen quòd beneficium canonis, si quis suadente, amittat, si tonsuram non deferat[a]. ar. 34. distin. si subdiaconus. & c. lector. sed illa cap. intelligunt quidam ex dispensatione Papæ, & necessitate vrgente, aliàs omni priuilegio denudatur, etiam illius canonis, si quis suadente. nam à tali potest dominus temporalis iustitias debitas & seruitia consueta exigere, sicut ab aliis vxoratis, vt apertè colligitur infrà, de cleri. coiug. ex parte. in fin. sed hæc absque manuū iniectione vix aut nunquam poterunt exerceri, ergo omni priuilegio denudantur: verum est omni priuilegio immunitatis. vt in contrariis, non tamen amittunt beneficium canonis, si quis suadente. qui indistinctè loquitur, nec per ius aliquod reuocatur, nec obst. sed facit pro hac via. ꝭ. de cler. coniug. ex parte. vt patet ibi. æquanimiter duximus tolerandū, per quod innuit, quòd adhuc remanet de foro ecclesiastico, sed illud ꝓcedit Papa Reginæ Angliæ per priuilegium speciale, & hoc in odium illorum, qui nō deferebant tonsuram ex deuotione. sed ex animo, seu in fraudem, vt clerici viderentur. sed tutius videretur, si Papa super hoc cōsuleretur, quia in dubio potius est abstinendum, ꝭ. de cleri. excommunicat. minist. illud. & est verbis canonis seruiendum. ff. de exer. actio. l. 1. §. si is qui nauem. versi. in re igitur dubia. & de leg. 3. non aliter. nec enim potest negari, quin clericus fuerit, & quin characterem retineat. vt s. de ordin. ab eo qui renūt. episcop. ca. primo. & nisi comam nutrierit, hoc priuilegium retinet, vt ꝭ. de sent. excommunic. si verò. Item clericus erubescens, & volens conuersari inter laicos, tonsuram deferre non cogitur, si sit in minoribus ordinibus: quinimò si ex quo competens monitio prelati sui præcesserit, & obedire noluerit, nec se corrigere studuerit, non potest vti priuilegio clericali, & sic ipso facto renunciat. ut ꝭ. e. c. ultimo. & de cleric. coniuga. c. penult. & ultimo. sed uerbo nō potest renunciare, ut ꝭ. de sententia excommunicatio. contingit. 1. & de hoc dixi s. de renunc. §. & quæ renunciari. Hęc autem honestas exterior dicitur. interior uerò in uirtutibus consistit. debet enim esse clericus humilis in corde, hæc honestas interior. Item in uerbo modestus, prædicabilis habitu, & grauis in incessu, & hæc exterior: nec enim gressu rapido ferri debet, quia, vt ait August. incompositio corporis qualitatem indicat mentis: & incessus modò citus, modò tardus, instabilitatem describit, ut 41. dist §. ult. & ad hoc 40. dist. per totum Igitur motibus & uerbis pudorem indesinenter exhibere debent. unde genæ sponsæ, id est prædicatores turturi comparantur. 42. dist §. fi. quamuis & laicis uerecundia iudicatur, iuxta illud, uerecundos, & uerentes facite filios Israel. xxxij. q. quarta. in co. debent ergo clerici bene uiuere, & bene docere. nam malè uiuendo, & bene docendo, Dominum instruis qualiter te debeat condemnare, secundum Io. Chrysost. 4. dist. multi. sed & in lectione & oratione debent esse assidui, ut 36. dist. c. ult. Item consistit in habitu, quia non debent habere uestes uirides[b] uel rubeas, & debent desuper clausa deferre indumenta, nimia breuitate uel longitudine non notanda, ut ꝭ. eo. cleri. quod quidam dīt sublatum per contrariam consuetudinem, s. quicquid in illo c. dicitur. hoc autem falsum. cùm enim tempore quo huius gloss. factæ fuerunt, à tempore concilij non manassent 30. an. non poterat dici consuetudo præscripta, alij hoc referunt ad illos qui faciunt hoc causa iactantiæ, uel uoluptatis. nam usus uestium, siue ciborum, non culpatur, sed iactantia, siue uoluptas. 41. dist. c. 1. & 2. & cap. parsimoniam. 21. q. 4. cap. 1. & sic uidetur quòd secundum regionis suæ consuetudinem huiusmodi uestib. uti possunt, ita quòd nec nimis fulgidis, nec nimis sordidis uestibus se ornent, quia conformare se debent moribus illorum, cum quibus uiuunt. 41. distin. c. 1. & §. ult. sed ad minus talem uestem debent habere cum ministrant, secundum Aaton 23. distin. non liceat. sic & aduocati debent esse togati, ut C. de aduo. diuers. iudic. ne quis togatorum. & l. nemini. § ult. tamen multa sunt clericis licita, ne nomen clericale uilescat. 88. distin. episcopi. 16. q. 1. præcipimus. ꝭ. de priuile. c. j. & ꝭ. de poeni. cùm ex iniuncto. §. pen. & fin. Dicit tn̄ capitulū, ꝙ presbyteri non uadant, nisi stola induti: si sine stola spolientur, simplum redditur: si cum stola inueniantur, triplum & 17. q. 4. ut presbyteri. Item consistit in societate, quia sæpe consortia malorum bonos mores corrumpunt. 28. q. sæpe. & ideo cum sancto sanctus eris, & c. vnde versus:

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua. & alibi:
Cùm spectant læsos oculi, læduntur & ipsi,
Multaq; corporibus transitione nocent.

Item non debent habitare cum mulieribus. quod dic vt no. ꝭ. ti. 1. In omnibus his debent clerici seculares excedere vitam laicorū, & à religiosis excedi. 4. distin. denique. 2. q. 7. laicos. quia inter arbitros, id est iudices & patronos, id est aduocatos, oportet esse delectum, id est, differentiam. vt C. de post. quisquis. & apparet. ꝭ. ne cleri. vel monac. super specul. Itē non debent se immiscere secularibus negotiis, vel commerciis. quod dic vt no ꝭ ne cleri. vel mona. Item nimis ioculatoribus non debent intendere, & tabernas debent vitare, nisi in itinere ad aleas & taxillos non debent ludere,[c] nec ludis interesse, & in officiis ecclesiasticis, & in omnibus bonis actibus debent se diligenter exercere, manicis aut sotularibus consutitiis frenis, sellis pectoralibus, calcaribus deauratis, vel aliam superfluitatem gerentibus, cappis manicatis ad diuinum officium, nec extra in sacerdotio, aut personatibus constituti, nisi causa timoris aliud, aut fibulis seu corrigiis deauratis, vel argentatis, vel aliam superfluitatem gerentibus, vel anulis, nisi quibus competit ex officio dignitatis, vti non debent: pontifices verò in publico & in ecclesia, nisi fortè sint religiosi, qui habitum suum deferre debent, super indumentis lineis vti præcipiuntur. Item nec debent vti palliis diffibulatis, sed uel post collum, vel ante pectus hincinde connexis. ꝭ. eodem clerici. 23. distin cap his igitur. Sed & si religiosi diuersæ professionis aliquibus prædicent verbum Dei, propter diuersitatem habitus in fidelibus scandalum aliquod suscitetur, debent se in vnum habitum regularem, quantum ad indumentum superius conformare, vt ꝭ. eodem, Deus qui. Item ludi theatrales, seu forenses non debent fieri in ecclesia. vt ꝭ. eodem cum decorem. sed festa ecclesiastica bene possunt celebrari ibi, dummodò derisiones non misceantur. ar. de conse. distin. 2. semel. & c. seq. & distin. 4. quæris in fine. Item sacerdos debet habere secum clericum, quia sine ministro celebrare non potest. vt s. de fil. presb. proposuit. ꝭ. eod. ut quisque presbyter. & clerici arma portātes, & laici vsurarij, sunt excommunicandi. vt infrà, eodem, ca. 2. nec debent monasteria monialium frequentari per laicum vel clericum, sine manifesta causa & rationabili, aliàs laicus excommunicandus, & clericus ab officio ecclesiastico redendus immunis est, vt ꝭ. eodem. monasteria. Item consistit in hoc, vt iudicium gratis reddant, non vendant, quia non licet iudici vendere iustum iudicium, quamuis iurisperito liceat vendere iustum consilium vel aduocato iustum patrocinum, vt 11. q. 3. non licet. 14. q. 5. non sanè, & ideo si Papa alicui prælato causam delegauerit, non videtur, ꝙ etiam expensas petere possit, si tn̄ stipendia sua sibi sufficiant, quia de his viuere debet. 23. q. 1. militare. nisi fortè ipsum extra domum exire oporteat, quia tunc quatenus plus expendit quam domi faceret, puto ꝙ repetere possit. 10. q. 3. cauendum. sanè, sic intelligas quod alibi dicunt expensas indist. possunt exigere, & iura pro se inducta s. quia nemo tenetur propriis stipendiis militare. 28. q. 1. iā nunc. s. de præscrip. cum ex officij. nam & si quis de mandato principis ad aliam proficiscatur prouinciam, debet expēdere ea quæ domi expēderet: in auth. de man. prin. § illud col. 3. sed si pauperes sint litigantes, nihil habebit. vt in auth. de man. princi. § si tibi. col. 3. nā & si ordinarius dat delegatū, ipse debet expensas facere. vt s. de offi. ordi. inter cætera. habentes enim stipendia ecclesiastica, nō possunt dicere, quòd ꝓpriis stipendiis militēt. vt ꝭ. de dona. 2. Sed si equum vel aliud occasione huiusmodi causæ amitterēt, qd domi nō amisissent, credo ꝙ possunt repetere. ar. ff. de incen. rui. nau. l. 1. § ex incēdio sicut etiam est consuetudo. arg. ff. de publi. & vect. si publicanus. in fine. Item iudices modica encænia recipere possunt. ff. de officio præsi. plebiscito. & de officio proconsu. solent §. vlt. ergo si vltra hoc iudices exigāt, repeti pōt tanquā indebitum. arg. ꝭ. de magistris. cap. prohibeas. & de censibus. procurationes. & sententia lata occasione ista non tenet. vt arg. ꝭ. de excessibus prælato. cùm ad quorundam. Qua enim fronte potest

ADDITIONES.

a Si tonsurā nō deferat. ¶ Adde c. fi. de cle. piu. & in c. 1. & in c. tuæ. de apost. & per Ant. de Butin rub. e. ti.
b Non debent habere vestes virides. ¶ Adde tex. in c. clerici. el. 2. e. ti. & gl. in c. episcopus. 35. dist. & quid si tales sint publici aleatores, an repelluntur
c Ad aleas & taxillos non debent ludere ¶ Adde glo. in c. clerici el. 2. e. ti. gl. in c. episcopus. 35. dist. & quid si tales sint publici aleatores, an repelluntur a promotione. vide gl. in d. c. clerici. & in c. inter dilectos. de excess. præl. & quis dicatur publicè aleator. vide per Bar. in proœ. ff. & an vsus alearum sit prohibitus de iure canonico vel ciuili, vide in d. c. clerici. & d. c. Episcopus. & in authen. alearum usus. C. de relig. & sum fun. & per Oldr. con. 98. in-ci. talia sun subiecta

poteſt expenſas petere, ratione intereſſe, non: quia hoc expendiſſet domi, argu.ff. de damn.infect l.4.§. & in eum. ſicut enim ibi dicitur, intereſſe, conſiderandum eſt, non pœna, nec debent peti expẽſæ, niſi illæ quæ factæ ſunt occaſione negotij, de quo quæritur ſuprà, de procuratorib. cum pro cauſa. ſed ſi plures expendit, illud repetit, ut dictum eſt, dum tamen moderatæ ſint expenſæ reſpectu perſonæ. argu.ff. de damno infect. ex damni. j. de cenſibus. procurationes. 10. quæſt. 3. illud. Item ratione laboris non petet, quia illum vendat Papæ, non litigantibus: nam Papæ tenetur obedire.[a] vt s̃. de reſcrip. ſi quando. & capit. cùm adeò Item ratione iudicij non petet, quia non debet eſſe venale. vt dictum eſt. ſic patet, quia non debet reputare, ſicut plerique faciunt, alienum iurgium ſuam prædam. C. ad legem Iuli. repet. omnes. & ſic non eſt interpretatio ſecundum, ſed contra auaritiam clericorum. j. de deci. c. 1. & de cenſibus. ea quæ. & c. ex parte. ſed ratione aſſeſſorum poteſt petere, ſi bona fide hoc petit, puta quia minus diſcretus erat, vnde periculoſum erat ei iudicare ſine conſilio. vt argu 36. diſt. c. vlti. C. de ingenuis. l. 3. vnde aſſeſſor ſpe præmiorum inducendus fuit. C. de offic. aſſeſſo. l. 1. ſecus ſi iudex diſcretus erat, vel nihil dedit aſſeſſori, vel nullum habuit, quia tũc fraudulẽter petit. Conſulo igitur, ꝙ iudex habeat aſſeſſorem de conſenſu partium, & cum eo conueniat. & ſi nõ conſentiunt, ſed volunt ſtare opinioni ſuæ, ſibi imputent. ff. de min. cùm mandato. ipſi enim non eſt periculum, dummodò iudicet ſecundũ conſcientiam iuris, ut in authen. iuſiurandum quod præ. ab his. §. & equus. col. 2. ergo clerici nedum à malo, imò ab omni ſpecie mali debẽt abſtinere. ſic intelligas j. e. cùm ab omni. quicquid alij cantent. & iunge his quæ no. s̃. de offic. ord. §. quid pertinet. Illud tamen uerum eſt, ꝙ quicquid ſit de iure, de facto obtinet, ꝙ tam delegati quàm ordinarij, tam prælati quàm priuati, ex quo tanquam delegati cognoſcunt, expenſas omnes habere uolũt ex ſua praua conſuet. uel potius corruptela. Quòd autem prælatus à clerico ſuo nihil exigere debeat, probatur 11. q. 1. ſi quis cum clerico. & in auth. ut cleri. apud propri. epiſc. §. 1. col. 6. ſed contrà in auth. de ſan. epi. §. ſportularum. col. 10.

ADDITIO.

a Nam papæ tenetur obedire. ¶ Adde ꝙ fallit, ſi perciperet in patrimonialibus ſine cauſa, vt ſingulariter dicit Abb. in c. cõſtitutus. in 3. no. de relig. do. Item fallit, quando ſcribit pro notoriè indigno ſecundũ Io. And. in c. cùm adeò. de reſc. lib. 6. & hoc dictũ Io. And. approbat Abb. in c. cùm teneamur. de præb. Abb. & Ant. de Bu. in c. graue. e. ti. idẽ tenet Bal. in prooe. decr. in 3. col. limita niſi ex certa ſcientia Papa ſcribat pro indigno, dũmodò illa indignitas eſſet talis, ſuper qua Papa põt diſpenſare. vt eſt gl. 1. in c. tãtę. de ætat. & qual. hoc credo verũ, niſi ille defectus eſſet damnatus de iure diuino, quia tunc nulla plenitudo iuris diuini tollit defectũ. pono exemplũ, ſi Papa ſcribit pro illiterato, credo ꝙ non ſit ei obediendum, quia vitium literaturæ eſt de iure diuino, vt eſt tex. in c. niſi cum pridem. de renunc. vbi tex. dicit, Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam. vt in c. omnes. 38. diſt. originaliter. Oſeæ 4. ſed ſi Papa facit præceptum iuſtum & rationabile, nõ obediens Papę, poteſt puniri vt hęreticus. ita concludit S. Th. in tracta. contra gentiles. c. 176. & hoc dictũ refert Cardinalis S. Sixti in tract. de poteſtate Papæ. q. 4 & per eundem Th. in tract. contra impugnantes religionẽ. idem Th. 2. 2. art. 3. quem refert idem Card. S. Sixti in d. tracta. de poteſtate Papæ. q. 9. & ibi allegarunt S. Bonauenturam. in 4. ſent. diſt. vlt. in expoſitione literæ.

DE COHABITATIONE CLERICORVM & mulierum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Cohabitatio quid ſit.*
2 *Cohabitatio an toleranda ſit.*
3 *Cohabitantes quam pœnam patiuntur.*
4 *Cohabitantibus qualiter imponatur pœna.*
5 *Diſpenſatio quę circa cohabitantes adhibetur.*
6 *Notorium quid ſit.*

QVoniam honeſtas clericorum, de qua ſuprà diximus, cõſortio mulierum ſæpe decoloratur, de cohabitatione clericorum & mulierum audiamus, uidentes, Quid ſit cohabitatio clericorum & mulierum: Vtrum cohabitatio toleranda ſit: Quam pœnam patiantur cohabitantes: Et qualiter imponatur: Quæ diſpenſatio circa hos adhibetur: Quid ſit notorium.

1 Quid ſit cohabitatio. † Simul habitatio, ut innuit ſignificatio uerbi.

2 Vtrum cohabitatio † toleranda ſit. Sic poſſunt enim habitare ſimul mater, ſoror, amita, & etiam neptis: nam in his naturale fœdus non permittit aliquid ſæui criminis ſuſpicari. C. de epiſc. & cle. eum qui. 81. diſtin. cum omnibus. 32 diſt. interdixit. nec ob. j. e. c. 1. quia corrigitur ſecundum Da. per decre. Inn. III j. eo. à nobis. Alij dicunt, ꝙ prima decre. j. e. loquitur in mulieribus, quæ & ſi ſuſpicionem effugiant, habent tamẽ ſecum pediſſequas, & ancillas, vel alias, de quibus mala ſuſpicio poteſt haberi, quod vitandum eſt, quia periculoſum. nam & ſecundum Aug. non omnes quæ cum ſorore mea ſunt, meæ ſorores ſunt, vt 81 diſt. legitur. alia verò iura prima intelliguntur de illis, quæ nec ſuſpectas perſonas ſecum habent. vel dic, quòd duplex eſt ſuſpicio iuuentutis, ſeu caloris naturalis, iuxta illud:

A iuuene & cupido credatur reddita virgo.

vel extraneitatis, vt ita loquar, ſ. quia nullo gradu conſanguinitatis attingit. & vbicunque aliqua iſtarum interueniat, non eſt cohabitatio toleranda. vt j. e. c. 1. ſed ſi neutra interueniat poſſunt cohabitare, vt in illa, à nobis ad hoc 34. di. quorundam. dummodò perſonas ſuſpectas ſecum nõ teneant. vt j. c. 1. & s̃. dixi. licet autem hoc modo toleretur, tñ non eſt tuta cohabitatio mulierũ, vt patet in his quę no. j. de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuę. §. quot modis cognoſcuntur mulieres. Item cum vxoribus poſſunt cohabitare clerici. quod dic, vt no. j. ti. 1. Vnde quamuis quidam dixerit de cohabitatione mulierum, ſubaudi licita & approbãda. arg. 32. q. 7. flagitia. ideo enim fuit facta mulier in adiutoriũ viri, ut ea uteretur. 33. q. 5. mulierem. & § ſeq. & de pœni. diſt. 1. § Romanos tu tñ dic de coha. toleranda uel non tolerãda: & hanc di. facit j. de conuer. coniug. cùm ſis præditus. & c. ad Apoſtolicam. moniales etiam non tolerantur cum clericis, ut j. c. 1. in fi. 23. di. ſacratas. de conſe. diſt. 1. in ſancta. nec debent clerici frequentare monaſteria monialium. s̃. tit. 1. monaſteria. nec monachi cũ monachabus, ſiue monialibus habitare debent 18. q. 3. diffinimus. & à beguinis, ſiue beguinabus, quæ prætextu ſanctitatis, & hoſpitalitatis turpes amatores admittunt, cauendum eſt, ut s̃. eo. ti. pernicioſam. & breuiter nõ debet clericus ſolus cum ſola loqui. 86. diſtin. clericus ſolus. Epiſcopi uerò & monachi nullam omnino mulierem ſecum habere debent, in auth. de ſanctiſ. epiſc. §. epiſcopum uerò. col. 9. & de monachis. § cogitandum. col. 1.

3 Quam pœnam patiuntur † cohabitãtes? Hi quibus conceditur, nullam, ſed alij qui fornicarij appellantur, ſeu concubinarij, pęnã patiũtur: nam concubinæ iniungitur pœnitentia pro ſacrilegio, & adulterio, ſ. ſi occulta ſit. ut 26. q. 1. quæ Chriſto. & ſic tantum in pęnitentiali foro ponitur, quia in iudiciali latentia delicta uindictam non habent. 32. q. 1. Chriſtiana. Vxor uerò ſacerdotis ſeu clerici conſtituti in ſacris publicè ducta, & hoc ſciens, quia plus deliquit, plus punitur. & ideo & ipſa & proles in ſeruitutem rediguntur, & ſic uenundantur uel remittuntur. ut 81. diſt. quidam. 15. q. ulti. cum multæ. ſecundum Vin. Alij dicunt, ꝙ ſi non habet prolem, uenũdatur: ſi habet, in ſeruitutem redigitur, ut dictum eſt per eadem iura. ſed dici poteſt, ꝙ concubina clerici publica excommunicãda eſt, ut j. de ſen. excom. ſi concubinæ. Greg. quo facto non abſoluetur, niſi præmiſſa ſatisfactione, cùm offenſa manifeſta exiſtat, ut j. de uerb. ſignifi. ex parte. erit autem ſatisfactio, ꝙ monaſterium intret. ut 34. diſt. fraternitatis. & ſic redigitur in ſeruitutem monaſticam. 32. diſt. eos. Quidam tamen intelligunt illud c. fraternitatis. quando mulier hoc petit, alioquin contrà 32. diſt. ſeriatim. 32 q. 1. integritas. uel poteſt dici, ſuperiora c. ſecundum hoc intelligenda, ſecundum quod intelligimus ea de ſeruitute monaſterij & hanc quam Vin. s̃. uocat uxorem, concubinam publicam uoco. nec enim uxor poteſt eſſe ut j. titu. 1. ſanè ſacerdotes. & s̃. de bigamis. cap. fi. Si uerò occulta eſt, tunc dic ut 22. q. 1. quæ Chriſto. Dicitur autem concubina, quaſi ſimul cubans. fornicaria uerò, quaſi carens forma ſ. nitida, ſiue mũda. unde uerſus:

Nec meretrix munda, nec cornix alba fit vnda.

Sed nec fidem ſeruat, ideo dicitur infidelis. 33. q. 4. c. quotieſcunque. Fornicarius verò clericus[a] pœnam ſuſpenſionis & interdicti patitur, uel etiam penitus remouetur, ut ſequitur.

4 Et qualiter imponatur. † De fornicaria dictũ eſt, in fornicario autem diſtingue, an ſit ſuſpectus tãtùm, vel notorius, uel penitùs occultus: ſi ſuſpectus ſit, & meritò, quia ſuſpicio ex certo authore, & ſcientia procedit. de conſe. di. 4. ſanctum. diſtingue, utrum ex ſuſpicione oriatur ſcãdalum, & tunc põt indici purgatio: quã ſi non præſtiterit, uel defecerit in præſtan-

ADDITIO.

a Fornicarius verò clericus. ¶ Adde cap. presbyter. 82. diſt. c. ſi quis. & c. lator. 3. quæſt. 7. & in cap. ſi quis epiſcopus. 81. diſtin. Et quis plus peccat fornicando, an ſacerdos an coniugatus, vide per Ioan. de Ana. in cap. ſignificauit. in 3. col. de adult.

in præstanda, punitur tanquam conuictus, ut j. e. tua nos. in fi. super quo uide j. de purg. cano. Sed si scandalum non oriatur, tūc monendus est, ne aliquatenus conuersetur cū suspecta. ꝙ si post trinam admonitionē inueniatur cum ea fabulari, uel aliquo modo conuersari, factus est notorius iuris, & de iure, & ideo excommunicandus est: suspecta uerò canonicè iudicanda, ut j. e. si quisquam. & uidetur, ꝙ in hoc casu degradari posset tanquā conuictus, & ēt curiæ seculari tradi arg. in auth. de sancti. epi. §. præsbyteris aūt & diaconis. pen. char. sic & maritus pōt interficere sine pœna suspectum de uxore in casu consimili. C. de adult. si quis adul. & auth. ibi signato. Et no. ꝙ clericus inuentus cum muliere pōt per 20. horas detineri, ut testes uocentur, per quos probari possit. ar. ff. de adul. capite. quod uerū est per maritum, uel fratrē uel filium, alij excōicationem incurrunt. j. de sen. excom. si uerò alicuius. §. ult. & c. nuper. resp. 1. §. 1. Si uerò sit notorius facti, qa nulla tergiuersatione celari pōt, uel iuris, quia confessus est in iudicio, uel inde condemnatus est, ipso facto patitur pœnam: quia & incontinenti suspensus est ab offi. ut 22. dist. nullus. & c. pręter hæc. j. eo. uestra. & c. ult. & c. tua. per consequens, & à beneficio, sm̄ quosdam. ut 81. dist. si quis à meo. & c. si quis sacerdotū. Alij dicunt, ꝙ suspensus est ipso iure ab officio: sed quantum ad beneficia, monendus est notorius facti fortè de gratia: nam notorius iuris debet condemnari, si accusatus sit: & si non dimittit fornicariam, s. is qui de gratia monetur eam de cęterò contēpturus, pōt episcopus ipsum priuare beneficio, ut j. e. sin aūt uel si vult facere gratiam, potest primitùs suspendere à beneficio & contumacia crescente ei auferre. ut j. e. sicut ad extirpandam. Hoc ne in futurum fiat, sed quantum ad præterita, eadē pœna cogitur ad pœnitentiam peragendum. Item si conuincatur, deponēdus est. 28. dist. presbyter. 82. dist. presbyter. Et si mittatur suspensus ad sedē Apostolicam, & referat literas apostolicas, seriem rei non continentes nihil prosunt ei, ut j. eo. super eo. Vbi uerò grassatur crimen, exemplo opus est, & ideo si ad dimissam redit, uel aliam accipit, potest perpetuò excōicari, id est deponi, ut j. eo. clericos. Nec est cogendus quis ad concubinam abiurandam, ut ibidem in principio, quod uerum est, ubi minus accessus est, secundum quod litera innuit: secus, si præsumeretur ꝙ iuramentum seruaret, ut j. qui cle. uel uo. ex tuarum. licet quidam ipsam intelligant in uxore. per c. 35. q. 6. ab ista die. scripsit tamē Gof. ꝙ si clericus iuuenis & cupidus secum habeat euidenter in domo aliquam iuuenculam, & suspectam, notoria non est fornicatio sed præsumpta: quia à iuuene & cupido, &c. ut not. s. eo. §. utrum. uersi. uel dic. ꝙ si quis publicè habitus sit pro filio, nō requiritur alia probatio: sed dicetur filiatio notoria præsumptiua. s. de fil. presbyt. quoniam. de hoc ultimo dic, ut not. s. de fil. presbyt. §. quis dicatur filius. de primo dic, ꝙ uidetur notorius facti, ex quo ipsam publicè euidenter detinet secum, & continuè. nam si semel inueniretur cum suspecta, durum esset ipsum iudicare notoriū, sed præsumptum, nisi post monitionem factam, ut ex superioribus colligi potest. Si uerò sit penitus occultus, patitur pœnam quantum ad se, quia incontinenti suspensus est. nam quilibet in mortali constitutus, suspensus est, ut s. de tempor. ordinatio. cap. fi. 6. dist. testamentum. 1. q. 1. sacerdotes. in fine. tamen quandiu ab ecclesia toleratur, licitè possunt & debent ab eo audiri & percipi ecclesiastica sacramenta. ut j. eo. uestra. in fi. & c. fi. Sed in hoc casu non creditur testimoniis, scilicet uerbis simplicibus aliquorū, sed testibus, scilicet iuratis, ut j. eo. tua nos. & ff. de testi. l. 3. §. diuus. Sed nonne fornicatio peccatum mortale est, & capitale. 25. dist. §. aliàs. cuius pœna est depositio. 35. distin. c. fi. 81. dist. si quis clericus. & c. Romanus. & ca. si quis episcopus. & cap. si qui sunt presbyteri & cap. ministri. ubi etiam dicit, quia talis nec sacrarij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocaustis oblationes suscipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat, nec etiam sine maioris natu authoritate minora officia gerat. ad hoc dicunt quidam, ꝙ prædicti canones rigorem continent, alius uerò continet æquitatem, qui non patitur hanc censuram manere. 34. dist. fraternitatis. & hæc æquitas rigori est meritò præferenda. 45. dist. licet. 50. dist. ponderet. in fin. C. de iudi. placuit. ff. de reg. iur. in omnibus. s. de transa. c. fi. melius est enim de misericordia, quàm de crudelitate reddere rationem. 86. dist. nō satis. 26. q. vlt. alligant. 35. q. 9. ueniam. 9. dist. sanè. 50. dist. eos. ideo etiam mitius agendū est in crimine fornicationis, quia hodie pauci inueniuntur immunes, ut innuit dictum ca. fraternitatis. & 50. distin. quia tua. multitudini autem parcendum est. j. de cleri excommuni. mini latores. suprà. de tempo. ord. 2. cum suis concor. Goffr. not. ꝙ de iure communi seruari potest rigor, sed æquitas ex dispen. nec obst. ca. fraternitatis. quod enim dicit defectus nostri temporis, non patitur manere, & censuram, subaudi rigidam & indispensabilem. secūdum Goffr. fornicatio enim, periurium, furtum & homicidium, æquiparātur. 81. dist. presbyteri. Sed propter periurium [a] amittit quis beneficium. s. de iureiur. querelam. & propter homicidium. [b] j. de accu. inquisitionis. & propter latrocinium j. de pœn. tuæ. ergo & propter fornicationem. arg. s. de temp. ord. c. fi. nec obst. ꝙ commune est uitium, imò tanto magis exemplo opus est, arg. in his quæ not. s. de test. §. quis possit esse testis. ubi excipitur periurus. & de offi. iudi. §. & utrum. & de renun. §. cui. uersi. graue scandalum. puto ꝙ ex causa potest Iudex seruare rigorem, & ex causa remittere & dispensare. s. de transac. §. fi. & vide j. de accus. §. quis sit effectus. & in rubricella, de criminibus sine ordine puniendis. & s. de tempo. ord. §. & cui. versi. prima regula. uersi. octaua regula. & hoc intelligas, nisi in modum accusationis conuinceretur. tunc enim standum dico rigori, sicut tibi ostendent §. allegati.

5 **Quæ dispensatio** † circa hos adhibeā? Magna s. ut non deponātur. j. tit. 1. sa rè sacerdotes. 28. dist. presbyterum. j. eo. clericos. & c. sicut. & c. si autem ad maiora non ascendant. 15. q. 8. hi qui. Item maior, ut ad sacros ordines promoueatur, quia defectus nostri temporis illius districtionis non patitur manere censuram. ut 34. dist. fraternitatis. Item maxima, s. ut ad dignitates ecclesiasticas admittantur. 33. dist. habuisse.

6 **Quid sit † notorium.** [c] Licet de ipso periti, & imperiti, & etiam iura loquantur, sæpius tamen à pluribus ignoratur. B. autem Parmen. super hac materia posuit hic magnam glo. quæ incip. ad intelligentiam. pue. ilem satis, sibi ipsi contrariam, & nullam doctrinam tradentem, uel modicam. Ideo ipsa, & omnib. aliis cancellatis, proprietate uerborum & mente considerata, dic ꝙ aliud est fama, Aliud manifestum, Aliud notorium, Aliud rumor, Aliud occultum omnino, Aliud penè occultum. Fama verò duplex est, quia alia est quæ habetur de homine, Alia est fama, quæ habetur inter homines, quamuis hoc de proxima prædicari possit. Fama quæ habetur de homine, sic describitur, Fama est illæsæ dignitatis status, uita & moribus comprobatus. ff. de uar. & extraor. co. l. cognitionum. & qui talem formam negligit, crudelis est. 12. q. 1. nolo. & licet conscientia illum, de quo habetur talis fama, nō remordeat, securus sit, si non est aliis in exemplum, ut 11. q. 3. senti. tamen is qui in exemplum est, ēt ab his qui foris sunt, testimonium habere debet. ut 11. q. 3. non sunt. de consecra. di. 1. iubemus. 2. q. 7. cum pastoralis. s. de elec. cum in cunctis. 11. q. 3. præcipuè. j. de uoto. magnę. §. 1. & ideo quęritur qn̄ dubitatur de fama alicuius ab his inter quos conuersatus est. ut s. de ele. postquam. & c. innotuit. §. multa. n. & c. scriptum est. 12. q. 2. qui & humanis. ibi ubi dicit; ꝙ non pōt ignorare sn̄iam prælati sui. 23. q. 1. paratus. circa prin. ff. de quęstionib. l. de minore. ad fi. Hæc fama pręsumptionem solam inducit. [d] j. de præsumptio. c. ex studiis & c. mandata. & nota qd̄ optimum est assumere nomen honesti hominis. ff. ad Trebel. senatuscons. l. facta. Famam aūt quæ habetur inter homines, sic describas: Fama est publica, seu famosa insinuatio, uel proclamatio cōis ex sola suspicione, & incerto authore proueniens, ut de consé. dist. 4. sanctum est. Hæc per se nihil probat, unde dicitur fama uolat, ideo non est ei credēdum de facili. 85. dist. si quis de quocunque. dictum enim unius facilè sequitur multitudo. ut j. de purg. cano. cùm in iuuentute. §. 1. & uariæ uoces populi non sunt audiendæ. C. de pœnis. decurio. fama ergo non est certa, arg. s. de testi. cum causam quæ inter archiepiscopum. Inducit tamen purgationem, si minus frequens sit, & scandalū inducat, ut j. eo. tua in fi. de accu. qualiter. 2. & 2. q. 5. presbyter. Item impedit matrimonium cōtrahendum, ne deterius inde contingat. ut de consangui. & affini. super eo. Et fortè probationem facit, ubi non paratur alij præiudicium, ar. j. de cler. per sal. promo. c. unico. Item fama cōsentiens, [e] id est, simul cū uno teste uel aliis adminiculis sentiēs, aliquando probat & in aliquib. arg. s. de testib. præterea. & 4. q. 3. uer. item sæpe. ff. de testi. l. 2. §. item diuus. adeoque aliqn̄ propter talem famam diuortium celebratur, ut 35. q. 6. si duo. Item quelibet fama præsumptionē inducit. ff. de quæstio. de minore. in fine. Manifestū uerò est publica seu famosa insinuatio, uel proclamatio & cōmunis ex certa sciētia, & ex

ADDITIONES.

a Propter periurium. ¶ Adde Fel. in c. tua nos. in 4. col. uer. in tex. ibi perpetuo. de iureiur.

b Et propter homicidiū. ¶ Adde Inn. & Doc. in c. cū nostris. de conces. præ. Archi. in c. si iudeat. 50 dist. idem Arch. in c. in scripturis. 8. q. 1. Io. And. in c. quanquam. de ele. lib. 6. Io. de Im. in repe. c. cum contingat. in fi. de iureiur. Card. in cle. constitutionem. in §. cæterum. in fi. de elec. Io. de Ana. in c. 2. de cleri. pug. in duello. idem in c. fin. de homi. Abb. in c. querelam. in 2. col. de elect. idem Abb. in c. graue. de præbend.

c Quid sit notorium. ¶ Adde gl. in c. uestra. eo. tit. Bal. in c. super eo. in 1. col. de testib. Abb. consi. 45. incip. in præsenti. q. in 1. uol.

d Fama præsumptionem solam inducit. ¶ Adde Bal. in c. præterea. in 2. col. de testibus.

e Fama consentiens. ¶ Adde Bal. in l. proprietatis. C. de prob. Bal. in l. fi. in 3. col. C. de edict. diui Adr. tol. Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cle. Abb. in c. 2. de clan. desp. Fran. de Are. in c. uenientes. el 1. de test.

& ex certis authoribus, paucis tamen proueniens. & ita id quod manifeſtum eſt, probari poteſt, & debet antequam aliquis condemnetur. ad hoc ĩ. de coſang. & affinita. ſuper eo. xj q. 3. eorum qui accuſantur. ſic palàm dr̃, ꝙ exaudiri poteſt, etiam ſi manifeſtum iudici certum ſit. vt 2. q. 1. Deus omnipotens. & tale manifeſtum dr̃ publicum, & fama, quia eſt famoſum & certum. ut ĩ. e. tua. §. ſi verò publicum. ſic fama ex ſola ſuſpicione oritur, manifeſtum ex ſuſpicione communi & ſcientia paucorum. Notorium autem triplex eſt[a], iuris, & facti, & præſumptionis. Notorium iuris ſic deſcribi poteſt. Notorium iuris eſt, Voluntaria cõfeſſio, Clara probatio, Iuſta & Irretractabilis diffinitio, facta in vero iudicio. Ergo id eſt notorium iuris, quod per confeſſionem delinquentis certum eſt, uel per probationes conuictum. 2. q. 1. nos in quenquam. 5 q. vlt. Epiphanium. s̃. de proba. c. fi. s̃. de conſti. eccleſia ſanctæ Mariæ. in fi. uel per ſnĩam iudicis declaratum. vt ĩ. e. veſtra. § cæterum. & §. vlt. & c. vl. Ratio primi notori eſt, quia confeſſus in iure pro conuicto habetur. s̃. de confeſ. per to. C. de confeſ. l. vnica. ff. ad l. Aquil. per inde. Ratio ſecundi notorij eſt, quia acta perpetuam fidem faciunt. s̃. de teſti. teſtimoniũ. & C. de re iu. geſta. Ratio tertij notorij eſt, quia res iud pro ueritate accipitur. ff. de ſtatu ho. ingenuum. & l. vlt. & de re. iur. res iudicata. & ſi per ſnĩam nihil de nouo inducitur. ſed ſola latens veritas declaratur. ff. de rei vendicat. ex diuerſo. § 1. & ſi ſeruitus vend. ſicuti. §. ſed ſi quęratur. Notoriũ facti dr̃ publica ſeu famoſa inſinuatio, vel proclamatio communis, ex euidentia rei proueniens, quæ nulla poteſt tergiuerſatione celari, qñ ſcilicet ita deprehenſus eſt quis in crimine, uel ita patens & certum eſt delictum oĩbus, ꝙ non eſt locus inficiationi, quia omnes uel maior pars hominum hoc faciunt. ut ĩ. e. veſtra. in fi. & c. tua. & c. vlt. & C. de pœnis. qui ſnĩam. ff. qui ſatiſda. cogan. ſi vero. §. qui ꝑ qualitate. puta, quia publicè tenet mulierem, id eſt meretricem, tanquam vxorem. 2. q. 1. de manifeſt. C. de nu. ſi vicinis, & in tali notorio non requiritur accuſator uel teſtis, ut ĩ. e. tua. Reſp. 1. s̃. de ele. bonæ. § fi. & de fil. presby. qm̃. & de teſt. co. c. 3. ĩ. de accu. euidentia. & creditur nudo verbo officialis. 4. q 4. §. aliquando. C. de acc. ea quidem. Item ſi epiſcopus tranſit de propria ſede ad aliã, hoc non poteſt eſſe nõ notorium, ut s̃. de tranſla. epiſ. q̃to §. 1. & ĩ. de cleric. excom. mi niſ. illud. reſponſ. 1. Poteſt tamen eſſe notorium in vna terra, & non in alia. & ideo coram iudice extraneo requiritur probatio. ſic poteſt intelligi. 11. q. 3 eorum qui accuſantur. 24. q. 1. pudenda. 17. q. 1. præſentium. & 2. q. 1. §. ſed ſciendum eſt. & §. quando verò. & s̃. de elec. bonæ. §. cæterum. & s̃. de præſump. quoſdam. & c. quanto. in quo caſu ſpacium octo dierum vr̃ dandum, & ſi intra illud probetur, notorium iudicatur, vt in auth. d. N. extrà, de ſent. excom ſolet. §. in prima die propoſitionis non computata. ut in auth. d. N extrà, de excep. pia. §. ſi quis igitur. Notorium præſumptionis eſt, ſicut paternitas & filiatio, vnde eſt euidentia iuris vehementer præſumpta, cui creditur facultate probationis deficiente. ad hoc ff. de conditio. & demonſtra. Lucius. ff. de in ius voc. quia ſemper. & de his qui ſui iuris ſunt. filium. ex hoc dicitur conſanguinitas notoria. inf. de diuor. porro. cap. vnico. Rumor eſt [b] particularis inſinuatio, ex ſola ſuſpicione, & in certo authore prouenieńs. ar. ĩ. de eo qui cog. con. vxo. ſuę. ſuper eo. & hoc non probat, ſed ſolam pręſumptionem inducit. vnde illud:

Rumor de veteri faciet ventura tueri.
Cras poterunt fieri turpia, ſicut heri.

ſed talis rumor non eſt multum proſequendus, quia vanæ voces populi non ſunt audiendę. C. de pœnis decur. ff. qui & à qui. manu. lib. non fi. ſi priuatus. s̃. de elec. Oſius. Sed hæc iura loquuntur de rumore, id eſt, de clamore, vnde illud, auditis quantus eſt clamor populi. ĩ. de exceſſi. præl. ex literis. Occultum[c] omnino eſt? quod nulla ratione poteſt probari, & de quo nullus loquit̃. quia neſcit ꝙ vindictam non habet in hoc ſeculo. 32. q. 5. Chriſtiana. ſuſpendit tñ hominem, quantum ad ſe, & quantum ad dominũ. vt 33. di. habuiſſet. & 1. q. 1. ſacerdotes. & ĩ. c. vl. & 6. di. teſtm̃. Penè occultum eſt, quod ſcitur ab aliquib. puta duob. uel tribus, vnde eſt ſingularis & priuata inſinuatio ex ſcientia, & certo authore prouenieńs, & tale occultum probatur. ut C. de ap. eos q. §. ſi quis aũt. ſed quouſq; probatum ſit, non præiudicat. ut ĩ. eo. c. veſtra. §. cæterum. 2. quia nec manifeſtum quod maius eſt, præiudicat ante probationẽ. ut no. s̃. ver. manifeſtum. Sed ipſo facto ſuſpendit: quia occultũ omnino ꝙ minus eſt, hoc facit, ut no. s̃. ver. occultum omnino. Licet aũt plerunq; iura his verbis vtantur promiſcuè, tñ prout poſſibile eſt ſatis poteſt per prædicta ſequi, & intelligere naturam, & veram ſignificationem: ſi ergo inuenis, quòd manifeſtum nõ eget probatione, ponitur pro notorio. ſic ĩ. qui ma. acc. poſ. c. 1. & de ver. ſig. cum olim. & 2. q. 1. manifeſta. Vt aũt præmiſſorũ vtilitatẽ in ſumma recolligamus famoſus peccator manifeſtus rumore prædicatus, penè occultus nunquã debet vitari, quãdiu ab eccle. toleratur. 16. q. vlt. c. vlt. & ĩ. e. veſtra. reſp. 1. ibi, alibi verò legitur & probatur. 1. q. 1. in miniſterio. & c. omnia ſacramenta. niſi fortè ad hoc ut rubore confuſus retrahatur à peccato, & cæteri terreantur. ut 22. di. §. verũ. & ĩ. de hæretic. cum ex iniuncto. §. vl. & tunc in occulto, non publico, ut ĩ. de ſent. exc. cum non ab homine. ſic intellige ĩ. e. veſtra. §. pe. Omnino occultus non poteſt vitari, quia nõ poſſumus diuinare. ĩ. ut eccle. bene. ut noſtrum. §. 1. s̃. de temp. ord. c. vlt. ff. ad l. Aq. ſi putator. in fi. & mandati. ſi fideiu. & 50. di. hi qui arborem. Sed hi oẽs alios tenentur vitare, cum ſuſpenſi ſint quò ad ſe, ut no. s̃. & ideo non vitare magis periculoſum eſt eis, q̃ non vitari, ut ĩ. de cle. excom. miniſt. illud. §. illud. Notorius verò vitandus eſt, & vitari debet, & ita ſuſpenſus eſt, quo ad ſe, & quo ad alios, ut 32. di. nullus. & c. præter hæc. & ĩ. e. veſtra. reſp. 1. in prin. & probantur hæc ĩ. e. veſtra. §. vl. & c. vlt. Greg. Quod uerum eſt, niſi poſt longam pœnitentiam & uitam laudabilem diſpenſetur cum eo per epiſcopum ſuum, ut ĩ. tit. 1. ſanè ſacerdotes, & s̃. de iud. at ſi clerici. tunc enim nouus homo factus eſt. vnde non poteſt ei obiici id quod fuit, quia incipit eſſe quod non fuit. 50. diſt. ferrum. Et quamuis poſt pœnitentiam ſolam accuſari poſſit. ut 33. q. 2. admonere. poſt pœnitentiam tamen, & diſpenſationem non poteſt, ut ĩ. de ſchiſma. fraternitati. ſacerdos verò non teſtimoniis, id eſt dictis nudis aliquorum nõ iuratorum, ſed teſtibus, id eſt dictis iuratorum condemnari debet, ut ĩ. eo. tua. Et not. ꝙ quicquid eſt notorium, [d] eſt manifeſtum: & quicquid eſt manifeſtum, eſt famoſum, ſed non conuertitur. Hæc gloſſa ſic expedita ad uarios & diuerſos tractatus, non ſolum vtilis, ſed perquàm neceſſaria poterit inueniri.

ADDITIONES.

a Notorium autem triplex eſt. ¶ Arch. in c. de manifeſta. 2. q. 1. Io. An. in c. dudum. de reli. do. & in c: Romana. in §. ſin autem. de appel. lib. 6. Abb. in c. veſtra. de cohab. cler. & mul.

b Rumor eſt: ¶ Adde Bal. in l. 1. C. de proba. Bal. in l. ea quidem. C. de accuſ.

c Occultum. ¶ Adde Bald. in l. cum fratrem. C. de his quib. ut indig. item in criminibus, quæ conſueuerunt committi occultè, non requiritur plena ꝓbatio, ſed ſufficit ſemiplena probatio cum fama, ſm̃ Io. And. in c. præterea. de teſtib. & per Pet. de Anch. in ca. in fidei fauorem. in fi. de hære. lib. 6.

d Quicquid eſt notoriũ. ¶ Adde c. de manifeſta. 2. q. 1. gl. in l. ciues. C. de app. Doc. in l. hæredes. palam. ff. de teſtam. Spe. in ti. de notorio crimine. in §. ſequitur de manifeſto.

DE CLERICIS CONIVGATIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Clerici coniugati quam pœnam patiuntur.*
2 *clerici in quo releuantur.*

LEgimus de cohabitatione clericorum & mulierum toleranda, uel non: & quia cum vxoribus legitimis toleranda eſt, uideamus de clericis coniugatis, dicentes, quis clericus poſſit contrahere matrimonium, quod dic, ut ĩ. qui clerici, uel uouen. Quam pęnam patiuntur clerici coniugati. Et in quo releuantur.

1 Quam pœnam †patiuntur clerici coniugati. Si ſint in ſacris, is qui contraxit, deſtricto iure deponendus eſt, ut 38. diſtin. presbyter ſi vxorem. ſed poteſt circa eum magna adhiberi diſpenſatio, maior & maxima: quod dic ut s̃. tit. 1. §. penultim. Item aliquando contrahit bigamiam. quod dic ut s̃. de bigamis. Sed nunquid ſi quis cõtrahat cum illa quam defloraauit, [a] bigamus cenſetur? Dic ut no. s̃. de bigamis. §. penultim. verſic. ſextò quæritur. Item coguntur per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias ad vxores dimittendas, & pœnitentiam peragendam, ut ĩ. eod. c. 1. in fi. hoc de occidentalibus, ſecus de orientalibus. hi enim in minoribus cõtrahunt, & in ſacris poſtea promotio utuntur beneficio matrimonij iam contracti. Sed in ſacris nec contrahunt de nouo, nec mortuis vxoribus alias ducunt, 31. diſtinc. Nicena. quoniam aliter. & ĩ. eod. cum olim. Conſtituti verò in minoribus [b] ordinibus, pœnam

ADDITIONES

a Si quis contrahat cum illa quam deflorauit. ¶ Adde glo. & Do. in c debitum de big. gl. & doct. in c. 1. de cle. coniug. lib. 6. gl. in c. nemo. 37. diſt. gl. in c. quales. 30. q. 5. Car. Zab. in c. tanta. in vlt. q. qui fil. ſint leg.

b Conſtituti uero in minorib. ¶ Adde, & quid ſi talis ꝯhit ſponſalia de itre nulla, an perdit beneficium eccleſiaſticũ. uide per Io. de Im. in cle. gratiæ. de reſcr. Io. And. in c. 1. de cle. coniu. li. 6. in nouella. Doct. in c. beneficiũ. de præb. li. 6. Car. Alex. in c. placuit. 32. diſt. Iaſ. in l. cauſas uel lites, in ult. col. C. de tranſa. Io. An. in c. Ioannes. de cle. coniug. Iaſ. in l. ubi pactum. in pe. col. C. de tranſac. Lud. Ro. conſi. 483. inci. Dubitatur. j. Et quid de conſtituto in ſacris, uide Car. in cle. 1. in 18. q. de conſan. & affi. & per Io. de Im. in d. cle. gratiæ Abb. in c. ſanè. in fi. de cler. coniug.

nibus, pœnam patiuntur in amissione beneficij & priuilegij clericalis. In amissione beneficij, quia coniugatus non potest retinere uel acquirere ecclesiasticas [a] dignitates, nec ad sacros ordines ascendere, vt ꝉ.e.sanè.& c.cum decorem. quam quidam habent.ꝉ.tit.i.nisi fortè vterq; velit conuerti,& vnicam & virginē habuerit & vxorem, vt in dicto c.sanè.quod dic ut ꝉ.de conuer. coniuga.nam talis per ꝯtium actum amittit beneficium, se ad vitam compositam conuertendo.ff. de bo.liber.si patronus. C.de fur.l.i.ff de tribut.act.ꝙ in hæredem.§.fi.84.distin.quisquis.nam & quasi in duo diuisi,ecclesijs, à quibus sustentantur, famulari nequeunt, cum ipsos circa vxorum placita oporteat insudare,ꝉ.e. diuersis.vbi ēt alij, qui fornicationibus dediti, ecclesias penitus derelinquunt,ipsas pro derelicto habere videntur,& eis sunt ipso iure priuati.81.dist.eos. Qui tñ coniugato beneficium scienter contulerit,non per ipsum qui contulerit, sed per superiorē suū potius est priuandus.ꝉ.e.diuersis.in fin. Vtrum aūt possit habere simplex beneficiū.distinguitur, an habeat spem redeundi ad clericatum,& regulariter viuat,& vtilis sit ecclesiæ: in quo casu ex dispensatione episcopi pōt habere simplex beneficiū,& tunc dēt deferre tonsuram, & ire ad ecclesiam, & gaudebit omni priuilegio clericali, vt ꝉ.e. Ioānes.81.di.dictū.& de hoc dixi s̄.de vita & hon.cle.§.1.vel non habeat spem, ut quia ꝯxit cum vidua.84.di. quisquis.32.dist.seriatim.& 34.di.si quis viduam. vel quia secularia exercet,nec vult viuere regulariter, in quo casu subiacet quęstis & tallijs,& temporali iurisdictioni,quamuis sit tonsuratus, sicut alius coniugatus non tonsuratus, vt ꝉ.e.ex parte.& de priuile.ex parte.& est ratio, vt ꝉ.de statu mon.recolētes.§.ideoq;.ibi, si enim relictis originalibus,& c.quod dic vt no.s̄.de vita & hon. cler.§ 2.& hoc casu non pōt habere beneficium ecclesiasticū, ēt si episcopus ei scienter conferat, vt ꝉ.e.c.1.in prin.& c.quod à te. & c.diuersis. nisi hoc fieret authoritate Papæ.super quo vide s̄. de fil.presb.§.fi. Et priuilegij clericalis, s.libertatis personæ,& rerum,dic vt s̄.proxi.habent enim clerici priuilegium, ne dent in angarijs & perangarijs. Est aūt angaria munus personale, id est, principaliter alij iniunctum ex sua persona: cum verò angariæ iungitur p,dr̄ perangaria,& est munus qđ cohæret rei,id est,prę statur ex re quam quis habet, & est munus mixtum, vt ff.de munerib.& hon.l.munerum.& C de episcopis & clericis.l.2 ab his aūt immunes sunt clerici, & eorum prædia.ut ꝉ.de immu.eccle. non minus.16.q.1.§.nouarum. C. de episcopis & cler.l.2.& isto gaudere non potest clericus coniugatus, si omnino vacet secularibus:ꝉ.e.Io.sed bene retinet aliud, s.ꝙ sit excōicatus, qui ipsum percutiet, vt 17.q.4.si quis suadente.dummodò tonsuram deferat.ad quam tñ deferendam non cogitur, ēt si non sit coniugatus, ex quo ipso facto renunciat, ut ꝉ.e.c.vlt. ſm T.quod dic vt no. s̄.de vita & honest cle §.& in quib.ver.adeo aūt.Item filij sacerdotum rediguntur in seruitutem ecclesiæ, cui pater seruiebat.15. q.vlt.cū multæ.nisi sint orientales, quod dic vt no.s̄.de fil.presb. Et not.ꝙ quamuis coniugatus dicatur castè & honestè viuere.di. 31.Nicena & in auth.de non eli.secund.nuben.§.cùm igitur reliquum.col.1.dr̄ tñ immundus, quantum ad seruitium ecclesiæ faciendum, vt ꝉ.e.quod à te.nam & in veteri Testō sacerdos anno vicis suę,i.qñ faciebat hebdomadam suam, non habebat accessum ad vxorem, nec discedebat à templo.ut.31.dist.tenere.Ideo in conuersatione talium malè conuenit cithara cum psalterio. per psalterium intelligitur donum cœlestè, quod à Deo per gratiam largitur, ut dicit glossa, super Plasmo, Exultate Deo.& ibidem ponitur cithara pro tympano.& innuit ꝙ qui expectat cœlestia, non debet esse piger ad operanda terrena, vt sic prædicationi verbi Dei corporalib. respondeat operib. ad hoc 1.q.3.si quis obiecerit.Item super psalmo, Bonum est confiteri Dño.ibi, in decachordo psalterio cum cātico & cithara. gl.id est, opere.si em tm̄ bene loqueris, psalteriū siue canticum est sine cithara. Si verò operaris,& non loqueris: cithara est sine cantico siue psalterio.patet ergo, ꝙ bene debes operari:& bene loqui.xl.di.multi.ideo hæc duo malè concordant ī clerico coniugato, quia nec cantare potest, nec operari, sicut deceret, & ecclesiæ expediret.alij sic exponunt: malè conuenit cithara, id est, vita actiua, siue opus cum psalterio, id est, cum vita contemplatiua siue loquela, secundum hoc intellige, ꝉ.eod.diuersis.quia,

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas, & amor.

Quæri consueuit, an episco.dispensare pōt cum clerico in sacris constituto, qui de facto ꝯxit matrimoniū quo ad officiū? Et vr̄ ꝙ non, quia dum clericus sacrum ordinē suscipit, votum continentiæ solennizare vr̄.32.dist.seriatim. vnde postea ꝯhendo maius peccatum committit, q̄ sit adulterium.27.q.1.proposito meliore.& sic non pōt episco. dispensare in maiore adulterio. s̄.de iud.at si clerici.Sol.eps pōt dispensare in maiore adulterio, [b] vbi inuenitur concessum, sicut in casu præmisso. ꝉ.c. sanè. 2.& in hæresi & sacrilegio.50.di.presbyteros.& c.si qs presbyter. ſm Gof. alij dicunt, ꝙ episcopus dispensare potest in adulterio, & maiorib.nisi inueniatur prohibitum, vt in homicidio & simonia.50. dist.miror.& ꝉ.de simonia.nobis.Sed quod dixit Gof. verius est. quod dic, ut no.ꝉ.de pœn.sub rub. de dispensa. §. quis possit dispensare.ver.in quib.autem.& seq.

2 Et in quo releuantur. † In vitanda fornicatione.ut 31. dis.Nicena.s̄.de vita & hone.cler. vt clericorum.in fi.quia coguntur vxores tenere in minorib. ꝯstituti, vt ꝉ. e.c.1.Itē quia clericus ꝯiugatus non cogitur deferre tonsurā, vt dixi.s̄.eod.§.proxi.ver.in amissione. nec surgere ad matutinum, vt ꝉ.eod.quod à te.& c.diuersis.Item quia si ecclesia, in qua intitulatus erat, aliqua habuerit de bonis suis recta via, sine ꝯdictione ad ipsum redire debent, vt ꝉ.e.c.qđ à te.ar.17.q.4.c.vl.ff.de illi.col.l.1.in fi.Sed ꝯ 17.q.4.sunt qui opes.& in auth de monachis. §.si verò relinquēs.col.1.Sol. Licet in hac mā diuersi diuersa sentiant & scripserūt: tu tñ, si placet, sic distingues. Cū quærit, vtrū is qui relinquit consortium spirituale, ad quod transiuerat, debeat recuperare bona sua quæ ibidem secum contulerat, aut is de quo quæritur, est secularis, aut regularis. Si regularis sit, & exit de licentia, uel ēt sine licentia superioris ante professionē, cū reb. suis exire potest liberè,& ad priorem statum redire.ꝉ.de regularibus, statuimus.nec decætero audietur, si velit pœnitere, & iterum monasteriū, de quo exierat, intrare.ar.s̄.de renun.ex transmissa.Sin aūt exit post professionē,& sine licentia, quāuis aliud [c] monasterium intret, res suæ primo monasterio remanent, [c] & imputet sibi qui ipsum recepit secundò sine licentia, sic intellige in auth.de mona.§.si verò relinquens. col.1.Si cum licentia, vel inuitus ex cā, vsusfructus rerum quas contulit, debet secundo monasterio ad quod transit assignari, quandiu vixerit, ne ei existat onerosus.sic intellige 16 q.6. cognouimus. & c. de lapsis. 27.q.1.si quis rapuerit.Si verò sit secularis, indistinctè potest dici quod bona sua recuperat, ut apertè innuitur.ꝉ.eo.quod à te.in fi.s̄.de renuncia.ex transmissa.ff de illi.col.l.1. in fi.vel dic ad saluandas varias opiniones maiorum ꝙ si bona ipsum tacite sequuta fuerint. ſm auth.C.de sac.san.eccl.ingressi tunc si exeat, & ipsum tacitè sequuntur. ar. C.si pendent. appellatio. mors interuene.l.2.C.si reus vel accus.mortu.fu.l fi. & sic potest intelligi.ff. de illi.col.l.1. in fi. quia secundum Ala.vr̄ hæc donatio tacitam habuisse conditionem, ut duret, eo ibidem perseuerante, ad instar dotis. vt ꝉ.de dote post diuortiū restitu. nuper.& c.donatio in fi.C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.illo proculdubio. & §.accedit. & in hoc casu etiam potest intelligi s̄. de renunc. ex transmissa. Sin aūt expresse contulit se & sua, & est pauper, qui non habet vnde viuat, similiter tunc de benignitate canonica sine contradictione cuiusquam recuperat.arg. 86.di. nō satis.17.q.4.quicūq;. & 12.q.2.gloria episcopi.& sic potest intelligi ꝉ.e.quod à te.Sed si aliàs sustentari potest, non recuperat, sicut nec si dedisset sine se 17.q.4.sunt qui opes.12.q.2. quicunque. & c prædia.nisi gratia fiat,& in his tribus casibus potest intelligi.ꝉ.eod quod à te.& s̄.de renunc. ex transmissa. & hæc vera sunt, nisi aliqua conditio apposita fuisset, ꝉ. de condit.apposit. verum.quæ nec sufficeret, nisi expressa esset, ut C.de condic.ob causam.si repetendi.ff. de ver.obli.quicquid adstringendæ.quia perfecta donatio non reuocatur.C.de donat. quæ sub modo. perfectam. & accedit in auth. de sanctis.episc.§. sed & hoc in præsenti. col. 9. vbi probatur, ꝙ quo ad ingressum, nedum monasteria priuilegiata sunt, sed ecclesiæ seculares, quamuis monasteria magis sint priuilegiata.ad

ADDITIONES.

a Ecclesiasticas.¶ Rectè ex his vr̄ inferre Mart.rub.de clerico uxorato. Si clerico uxorato conferatur beneficium, debet ipso iure illo priuari, non tñ potest per episcopum, qui illud contulit, spoliari: extra, de cler.coniu.c.1.Similiter nō debet ad sacros ordines promoueri, nisi uxor (si iuuenis est) monasterium intret, uel si est senex, castitatem promittat: ex̄ de cler.coniu.c.2.Item, qui uxore inuita, uel ignorante, recipiunt ordinem sacrum, tenentur reddere debitum uxori petenti: exigere uerò, nunquam.28.dist.diaconus.& c.præterea.& 27.q.2.multorum. Sed si uxor sciuit, consensit, uel non ꝯdixerit uel per se, uel per alium, cum sciret, sed tacuit, oportebit eam decæterò continere, quia ēt mortuo viro ꝯhere non potest:& si defuncto uiro ꝯxerit, matrimonium non tenebit.28.dist.quia sunt culpæ.& c.si qua vidua.& 32.dist.seriatim.Item antè, quam clericus coniugatus in episcopū ordinetur, uxor eius monasteriū intrare tenetur, etiamsi vetula sit. Et hoc est speciale in uxore episcopi. Aliter secus: extra, de conuersi.coniu.sanè.in gl.vbi de hoc.& c.coniugatus.

b Episcopus potest dispensare in maiore adulterio.¶ Adde doc.in c.at si clerici.in §.de adulteriis.de iudi.Spec.in tit.de dispensatione.in §.nunc de episcoporum.Inn.& Ant.de But.in c.dilectus.de tempor.ordin.

c Primo monasterio remanent.¶ Adde gl.in c.quod à te.de cleri.coniug.gl. in c.si quis rapuerit 27.q.1.Inno.in c.ex transmissa.de renuncia. Spe.in ti. de stat.mon.in §.1.ver.6.& ver.25.Rota titul. de consue.decis.1.in antiq. Petr.de Anch.in regula, accessorium.de reg.iu.lib.6.Abb.& Fran.de Are. in c.pe.de prob.Bal.in auth.ingressi.C.de sac.san.eccl.Cald.ti.de reg.consi. 14.& consi.27.Ang.consil.224.inci. causa talis est, Iacobus de Vberiolis. Barb.consi.20.inci.vbi Christus.in 5.col.in 3.vol.

giata, ad idem ar. C. de episc. & cle. Deo nobis. §. 1. & 2 & l. generaliter. & possunt hæc intelligi, quan do aliquis ingreditur ecclesiam secularem, tanquam conuersus: nam si tanquam canonicus, non sequerentur ipsum bona tacitè, & sic etiam tenet consuetudo.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ecclesia præbendali. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Clericus quis teneatur residentiam facere.*
2 *Clericus qualiter debeat residere.*
3 *Pœna quæ sit clerici non residentis.*
4 *Præmium quod sit clerici residentis.*
5 *Vtilitas huius tituli quomodo deprehendatur.*

NOn solum propter consortia mulierum excluditur quis à beneficio ecclesiastico, & consortio sociorum, sed & si non resideat in ecclesia, in qua beneficiatus existit, & ideo hic subiicitur hęc rubrica de cleri. nō residen. in eccle. præbend. in qua videndum est, Quis clericus teneatur residentiam facere, Qualiter debeat residere, Et quæ sit pœna non residentis, Quod sit præmium residentis. Vtilitatem etiam huius tituli sub distinctione comprehendamus.

1 a Quis clericus †teneatur residentiam facere[a]. Et certè quicunque beneficium præbendale siue tanquam titulum obtinet, sicut innuit rubrica. & probatur infrà eodem. capitul. finali, siue maximum sit beneficium, puta episcopatus. 7. quæstio. 1. peruenit. & capitul. sequen. in cuius cathedra debet episcopus residere. 7. quæstio. 1. peruenit. & chrisma conficere. j. de celebra. missa. te referente & ordines celebrare. 24. distinctio. quando. & quolibet die dominico diuinis officiis interesse. de consecratio. distinctio. 3. episcopus. & argument. 7. quęstio. 1. temporalis. in fine nisi causa iusta impediat, ut ibi. & s. de renunciatio. ad supplicationem. & capi. nisi cum pridem. §. propter malitiam, & sequenti siue modicū sit etiamsi beneficium esset xx soli. tantùm. ut j. eodem. conquerente. quia quilibet debet manere in ea uocatione, in qua vocatus est. 21. quæstio. 1. capitul. 1. 70. distinctio. sanctorum. 71. distin. clericos. 91. distinctio. Eleutherius. & j. eodem. quia nonnulli. & capitul. relatum. ibi, quod beneficiatus in matutinis, & in vesperis debet interesse, aliàs si incorrigibilis sit, deponitur. 92. distinc. capitul. final. nec potest relinquere titulum sine licentia prælati sui, ut s. de renun. admonet. Is verò cui tanquam benemerito assignantur ponsiones aliquæ, siue stipendia ad residentiam non tenetur. sic suprà, de rescrip. ad audientiam. infrà, de præb. nisi essent. 32. quæstio. 2. si qui verò. 12. quæstio. 1. quia tua. sic. 16. quæ. 6. illud. & quæstio. 1. possessiones. & j. de vsur. capitul. 1. in fi. & tamen talis ad antidora obligatur. ff. de pe. hæred. sed & si, l. commissoria. §. consuluit. j. de test. cum in officiis. & si talis offendat ecclesiam à qua tenet beneficium, tanquam ingratus priuatur. s. de postul. capitul. fina. alias nullus recipit beneficium in absentia, nisi secundum quod not. j. eodem §. proxim. vers. item aliquando. vel nisi consuetudo ecclesiæ repugnet, ut not. suprà. de consti. cum omnes. sed & talis consuetudo contrario statuto tolli potest, si ecclesia sit seruitoribus destituta, dummodò præbenda absentis assignetur alicui subrogato, ut j. eo. cum dilectus. & capitul. ad audientiam. & cap. cùm ad hoc. s. de appellat. c. peruenit. & in auth. ut c... qui rece. aliis pro eis subro. præb. emolu. col. 5. sed si contrarium statutum facerent canonici, propter ꝓpria commoda, ut puta quia inter se diuidunt id quod absens percipere consueuit, non valeret, ut s. de const. cum omnes. & cum. M. & c. ex parte.[b]

2 Qualiter debeat residere. † Et certè in persona propria faciendo seruitiū ecclesiæ, ut infrà eodem, quia nonnulli. & capitul. sc. & capi. conquerente. & in suo ordine suprà. de fil. presb. proposuit. & etiamsi canonicus sit alij canonico celebranti ministrare. argu. s. de filiis presby. cum decorem. ad hoc enim sunt constituta beneficia, ut seruitium inde fiat. vnde ipsa non debet recipere qui non seruit, ut s. tit. 1. diuersis. j. eod. conquerente. & ca. cum ad hoc. paruum autem est, præsentiam sui exhibere, & curam seu seruitium ecclesiæ negligere, ut j. e. quia nonnulli. & de præben. extirpandæ. §. qui verò. super quo vide quod not. infrà, de magistris. §. an clericus. versi. aliàs autem. & hoc est contrà prauam consue. quarundam ecclesiarum, quæ reputant canonicos residentes, ex quo præsentes sunt, licet non intrent ecclesiam: sed non video qua ratione magis intelligatur residens quo ad perceptionem beneficij præsens canonicus in manu fortè accipitrem deferens nec aliter ecclesiæ deseruiens quam absens, ex causa etiam probabili & honesta, ut patet s. & j. e. § Sed si tamen ex iusta causa sit absens, potest seruire per vicarium. ar. in illa, cum ad hoc. s. de app. peruenit. 2. j. eo. relatum. vel sine vitio ad seruiendum efficiatur inutilis, puta quia manus amittit in conflictu, uel vi prædonum, secundum Da. quod dic ut not. s. de offic. vica & de cor. vi. & s. de cle peregri. Item aliquando residere dicitur in propria persona, licet absens sit corpore, ut puta quia absens est causa studij de licentia prælati. j. eo. relatum. 1. Idem videtur si sine licentia prælati. arg. s. de offic. deleg. consultationibus. & de restit. spo. conquerente. & 37. distinc. de quibusdam. arg. contrà. j. eod. tuæ. sed verum est, ꝙ sine licentia prælati non debet abesse, etiam causa studij uel peregrinationis. de conse. di. 5 omnes. uel propriorū negotiorum. 7. quæst. 1. præsentium nisi forte causa studij Theologiæ. j. de magistris. super specula. in quo etiam petenda est licentia, licet non obtineatur. ut argu. j. de regularibus. licet. uel dic, quòd ubi denegatur licentia, erit ad alium superiorem proximum recurrendum: quod dic vt not. j. de magistr. §. vlti. aliàs ex causa probabili non debet esse absens: secus in iusta & necessaria, ut j. cod. inter quatuor. in qua tamen non inciderit culpa sua: nam & excommunicato cum seruire non possit, beneficia ecclesiastica meritò subtrahuntur. s. de appel. pastoralis. in fin. & suspenso. s. de ætate & qualit. cum bonæ. & tamen aliquando excusantur, quo ad quid. j. de concess. præben. quia diuersitatem. §. sic tamen. & et ar. quod si non vult seruire, nihil percipiat eo tēpore quo non seruit. s. de appell. peruenit. 2. sed iusta causa, in qua culpa non incidit, excusat, quia plerunque nec tempus, nec locus patitur plenius deliberandi consilium. ff. de exerci. l. 1. Item videtur residens, qui iura ecclesiæ suæ fideliter prosequitur: quamuis iurauerit residere, ut j. eod. ex parte arg. cuius videtur, quòd clericus, qui diuersas habet præbendas, possit habere præbendam in absentia: dummodò lingua seruiat, ut puta quia bonus est canonista, uel legista. arg. j. eo. cum dilectus. in fi. potest enim fieri seruitium lingua, sicut & manu. arg. 1. quæstio. 1. sunt nonnulli. & 3. quæstio. 3. Saluator. & expressum ar. j. de voto & voti redemp. ex multa. §. secundò quæsisti. & §. vlti. s. de ætat. & quali. quæris. & sic arg. quòd aliquis possit habere locum in duabus ecclesijs, si vtrique vtilis sit, & necessarius. & ar. s. de rescrip. dilectus filius. I. Sar. & de electio. ecclesia. 2. j. de relig. domi. cap. vlti. in fi. à contrario sensu. j. de senten. excommuni. officij quod T. dicit esse uerum, ex dispensatione episcopi in minoribus beneficiis, & in maioribus de dispensatione Papæ. arg. s. de elect. dudum Greg. j. tit. 1. de multa. 70. dist. sanctorum. potest tamen diuerso modo punctuari, s. canonicus præbendatus, uel canonicus præbendarius, & c. uel intelligi potest illud c. sanctorum. quādo is, de quo quæritur, non est vtilis & necessarius arg. s. de æta. & quali. quæris. Item possunt esse canonici sine præbenda[c], q̄d ēt expedit ecclesiis, quæ non sufficerent omnibus indigen. & hoc voluit notare decretum, quando dixit, ꝙ canonicus præbendarius esse non potest in diuersis ecclesiis.[d] q. d. sed bene potest esse canonicus nō præbendarius, & tales honorarij canonici possunt vocari. arg. ff. de admin. tut. si plures § 2. honoraria enim tutela non computatur in numero trium tutelarum. ff. de ritu nup. si quis tutor. §.

ADDITIONES.

a Quis clericus. ¶ Adde an excusetur à residentia propter intemperiem aeris vide glo. in cle. ne in agro in verbo rationabili de stat. mon. & an excusatur tēpore pestis. vide Barba. consi. 87. inci. propositæ. in 3. col. in 4. vol.

b Ex parte. ¶ Quicunque autem, ait Martin. in summa de cler. non resid. ad residentiam tenentur, ad ecclesiam suam reuocari possunt, non obstante indulgentia Papæ, & si non redierint, ꝑ alios deseruiatur eorum beneficiis, dummodò sint absentes, ut extra de cler. non resid. c. cum ad hoc. Est autē residere, definitore Martino. deseruire, vt extra e. tit. c. conquerente. Nam clerici debent habere curam ecclesiæ suæ per se, quoniam per vicarium non licet, nisi in casu. Quantum verò assiduè. clericus beneficiatus residere debeat in ecclesia, vel præbenda in horis canonicis, & officiis in ecclesia interesse, boni viri arbitrio limitandum est, vel secundum rationabilem, & approbatam consuetudinem, vel constitutionē ecclesiæ præbendalis. Nō est enim dicendum, quod singulis horis interesse teneatur, aut singulis diebus, aut noctib. residere, ad horas tñ canonicas dicendas vel audiendas saltem extra ecclesiam etiam priuatim tenetur quilibet beneficiatus in ecclesia, vel præbenda, dum tamen sit perfectè adultus, quia beneficia ecclesiastica dantur propter officia. Et ideo dicendum. ꝙ omnis clericus in sacro ordine constitutus, siue sit beneficiatus, siue non, tenetur ad horas canonicas, quia ordini sacro officium est annexum.

c Canonici sine præbenda. ¶ Adde Inno. in c. dilectus. de præb. doc. in cap. cum M. de consti. Bal. in c. constitutus. in 3. co. de resc. Car. Za. in c. cum inter in j. no. de ren.

d Esse non potest in diuersis ecclesiis. ¶ Adde Inno. in c. cum iam dudum. de præb. Doc. in c. de multa e. tit. doc. in c. sanctorum. 70. dist.

quis tutor.§.quid ergo.& de hoc ff.de solu.quòd si fortè.§.j & de hoc nota.suprà,de elect.dudum. Gregor.& j. de præbend.§. cui sit conferenda.versi. beneficium seculare simplex.& §.final. sub §.& illud. Item qui in seruitio Papæ [a] est residens, videtur idem si infirmus, ut j.eod.cùm argu.j.eod. ad audientiam & ff. commoda in rebus.§.possunt dilectus. j.de cler. debilato mini. c.1. seruire enim nobis intelliguntur etiam hi quos curamus ægros,qui cupientes nobis seruire, propter aduersam valetudinē impediuntur. ff.de statu. lib.l.4.§. Stichus. Item duo ex canonicis possunt seruire episcopo,& præsentes intelliguntur,ut ff.eo. de cætero.& capit.ad audientiam. Sed nullus istorum victualia percipere debet, ut in illa de cæterò. quia etiam studentes in Theologia victualia non percipiunt.ut inf. titulo primo. licet Hon.nisi Papa hoc expressim præcipiat: ut inf de verborum significatio.olim. uel illa in ecclesiis, in quibus sunt omnia communia,quod dic ut not.j.de magis.§.final.versicul.in alijs Quid si facit residentiam cum legatò Apostolicæ sedis. [b] Videtur residens sicut & si esset in seruitio Papæ.arg.in l.illa.cum dilectus.in fin.suprà, de offic.leg.c.1. & de offic.deleg.sanè.& ca.cum olim magister.j.de decimis.ex parte.3.31.distinctio. In nomine Domini.& 94.distinct.c.1.& suprà, de constit.translat. C.de constitu.pecu.l.vlt.verum tamen dominus noster innuit contrarium, quia hoc consueuit speciali priuilegio indulgere. Sed potest respondei,q̄ hoc facit ad cautelam. Quid si subditus suffraganei facit residentiam cum archiepiscopo? Et quidem non videtur residens.argu.suprà.de offi. or pastoralis.j. de exces.prælat.sicut vnire.

3 **Quæ sit pœna** non residentis.Hæc est, ut si causa cupiditatis transierit, ut inf.e.tit.j. priuetur [c] habita & ambita. 7. q.1. si quis episcopus. Super quo vide s.de translat.episcop §. quæ sit causa transferendi.versicul. quid si quis causa cupiditatis. nisi prima ecclesia eum uelit repetere,ut 7.q.1.non oportet.Si verò causa uoluntatis,uel necessitatis,& habet ecclesiam pro derelicto, ut puta contraxit cum uidua.quod dic,ut nota.s.de cleri.coniug.§.1.versic.in amissione. tunc potest conferri cuilibet,imò debet hoc fieri, ut inf.titulo 1. de mulcta.Si verò non habet pro derelicta, & habet iustum impedimentum, excusatur, ut inf.eod.inter quatuor. Sed cessante impedimento, redire debet ad ecclesiam.7.quæst.1.pastoralis. Est autem iustum impedimentum infirmitas,7.q.1.præsentium. Item inimicitiæ, ut in illo c. pastoralis. & de elect. bonæ memo. Mag.Item excusatur,si causam rationabilem [d] prætendat,ut inf. c.vlt ut puta,quia habet priuilegiū.j e.cum ad hoc.j.de magist. super specula.quod tamen est reuocandum,ubi in causa est multitudo: puta quia ecclesia est pro maiori parte suis seruitoribus destituta:etiamsi à Papa indultum fuerit,ut probat decre.allegata.cum ad.& arg.j.de decimis.suggestum.& de verb.sig. quid p̄ nouale.& in auth.de quæstore col. 6.cuius mentem vtinam dominus Papa consideraret plenius, & seruaret.nam sic si clericus, qui de numero est suam qualitercunque relinqueret ecclesiam,deberet incontinenti de rigore iuris, & æquitate naturalis rationis,alius subrogari: ita quòd alius superueniens, saltem vsque ad annum completum,non reciperetur:ut in authen.ut cle. qui rece.colla.5.s. de ap. peruenit.2. Et si hoc seruaretur, diuinum cultum defraudari, seu diminui non contingeret sic frequenter. Ad quod accedit s de consti.ex parte. Item rationabilem causam potest prætendere, si prælatus, qui dedit licentiam studendi vsque ad certum tempus, in tempestiuè reuocat.ar.j. de commo.cap vno.nisi aliquid de nouo emersisset: ut not.inf. eod.vtilitatem.ver.quod si licentiam.Si uerò nullam causam iustam rationabilem prætendit, expectandus est competenti tempore.ut inf.eod.inter quatuor. quia si absens est de licentia prælati,& citatio potest peruenire ad ipsum,citatur ter, & postea expectatur per annum:ut in authen.de sanct.epi.§.interdicimus.1. colla.9.si sine licentia. per sex menses.inf.eod. ex tuæ.& ar. j.de conces.præb.§. 2. Si verò non potest ad eum peruenire citatio, domi citandus est, siue in ecclesia, in qua debet facere residentiam.& distingue utrum de licentia prælati, uel sine licentia, ut proxim.& sic intelligitur.inf.eod.ex tuæ.in princip.nam ibi.contra eos.intelligitur de prælatis, qui excommunicari possunt, & suspendi per archiepiscopos, nisi redierint: sed amoueri non possunt,nisi per Papam,uel alium,cui hoc specialiter demandatur.ut ibidem.& inf.eod. qualiter.ubi etiam Papa mandat eligere, quamuis absens,aliàs per sententiam non fuerit remotus.contra illud,j.de conces.præb.capitul.1.nec obstat. inf.eod capitul. 2.& cap.ex parte. & qualiter. quia narrat factum, nec limitatur tempus.uel ut not s.ut lite non contest.ver.sed si is. Hoc tamen notandum circa hanc materiam,quòd non cogitur quis citationem mittere extra prouinciam, ut patet s. de dolo & cōtu.cum olim.§.volentes & in his quæ not.inf.de feu.§. apud quem.uers. in quo autem loco. & sequentibus. Vbi verò causa vtilitatis transfertur ad aliam ecclesiam, scilicet, de licentia sui superioris,cum ipse corporalem possessionem secundæ habuerit:& tempus præterierit, intra quod omnia peragi possunt: tunc prima vacat:ut s.de elect.cum in cunctis.quod dic ut nota.s. de transl. § fina.Item aliquando transit causa humilitatis: ut si episcopus intret religionem, & tunc poterit postea ad pontificatum reassumi:vt 7.quæstio.1. hoc nequaquam. s. de renun. post translationem.& hæc plenius expediuntur j.eo.§.vtilitatem.

4 **Quod sit** præmium residentis?Regnum Dei, si dignè seruiat.12.quæstio. 1.duo sunt.inf.ti.1.cum secundum.Item perceptio beneficij: ut infra titul.1.relatum.& capitul.cum secundum.& capitul.extirpandæ. & cap.dilectus.1. Item quia habet ius eligendi, & spiritualis consortij, nisi alius impediat.s.de electio.quia propter. j. de his quæ fiunt à maior. parte capi.per totum.

5 **Vtilitatem** etiam huius tituli sub distinct. comprehendamus hoc modo.Cum querit̄ qualiter procedi debeat contra desertores intitulatos,quia sic uocantur in canone.21.quæstio.2 placuit. distingue. vtrum habeat ecclesiam pro derelicto per contrarium factum,puta quia nauigauit, vxorem duxit, factus est ioculator, uel miles: uel aliam vitam assumit primæ contrariam.C.de mune.patri. professio.lib. 11.& tunc si factum notorium sit, statim conferri potest. uel vide quod not.suprà, de cle.coniu.§ quam pœnam. versi.in amissione.Qualiter autem intelligatur notorium, dic ut not.suprà, de coha. cle. & mulie.§. quid sit notorium.aut dubium est, siue manifestum, & tunc citabitur, ut inf.dicam. Si verò non habet ecclesiam pro derelicto, citandus & monendus est antequam priuetur beneficio, secundum inferius determinata. argu.s.de constit.ecclesia.in fin.& de maior.& obe. inter quatuor. & hoc intelligas, si citatio ad ipsum peruenire potest. ff.quæ sententiæ sine appel.rescin.l.1.§ Item cum ex edicto.aliàs citatio mittetur ad ecclesiam siue domum absentis, trina scilicet & ibi publicabitur,ut s.eod.ex tuæ.& not.de dolo & contu.capitu. fin.& iunge quod not.s.eod. §.quæ sit pœna. versicul. hoc tamen notandum.Si autem citatus nullum impedimentum uel causam rationabilem pretendit, & est absens de licentia prælati, expectatur per annum: quo elapso ecclesiam, siue beneficium conferetur, ut in auth.de sanct.epis.§ interdicimus.col.9. & hoc uerum est, secundum Goff. quando sine præfinitione temporis fuit licentiatus. nam si usque ad certum tempus habuisset licentiam, & vltra tempus abesset, statim tempore elapso posset priuari ecclesia seu beneficio, nisi ex iusta causa post tempus impediretur. 7.quæstio.1.præsentium.nam cum dies apponitur, pro homine interpellat. C.de contrahen.stipu. optimam.inf. de dolo & contu potuit. secundum Goff. secundum hoc restituendum esset ex iusta causa.arg. supra, de sent. & re iudica. cum Bertoldus.§. postmodum.ideo consulo prælato, quòd non nimis properet, quia puerile est & pudibundum hodie conferre, & die crastina reuocare ad hoc.s.de vsu pal.nisi specialis.potest etiam esse damnosum arg. j.de præbēn. inter cætera. versic. decet enim.& vide quod not.de simili materia, s.ut lite non contest.§ quod si sup rebus immobilibus.versi.nisi fortè veniat per. Sed si non habuit licentiam,expectabitur per 6 menses tantum.ut s. eo.ex tuæ.in principio in casu tamen tempus arbitrarium erit, ut inf.dicam. nec obst.appellatio aliqua,quin beneficium conferatur,ut s.eodem.relatum. in fin. Quòd si rationabilem causam prætendit, audiendus est,& si Iudex ipsum non admiserit, cum fortè videatur sibi,quòd eam malitiosè proponat, appellare potest,sed interim assignabitur beneficium alicui personæ,quæ deseruiat loco absentis,ut s.de appella.peruenit.2.Sed quam causam [e] appellas tu rationa-

ADDITIONES.

a In seruitio Papæ. ¶ Adde doc.in cap.ex parte.de cle.non resi.Are.in c.de consu.lib.6.

b Cum legato Apostolicæ sedis. ¶ Adde Paul. de Eleaz.in cle.2. de celeb. missa.

c Priuetur. ¶ Quod ait Hostiensis, clericum non residentem priuari,ita accipiendum rectè existimat Martinus,si priusquam spolietur,monitus sit ad hoc,vt redeat, nisi fortè receperit secundum beneficium, quia tunc ipso iure vacat primum. Et quamuis de iure sit eo priuatus,potest tamen & debet de facto priuari, ut extra de conc.præb.literas. & c. cum nostris. alioquin nisi primò citetur, vel confiteatur in iure, seu conuincatur, uel per contumaciam se absentet,iure suo priuari non debet:extra de maio.& ob. c.inter quatuor.Imò etiam si esset vagabūdus, primò ad ecclesiam suam, vel domum debet citari,extra de cler.non resi.ex parte.1.& c.ex tuæ.licet tamen vagetur,non tamen habet ecclesiam pro derelicta,nisi se transferat ad contrarium actum,ut si fiat miles.vel contrahat cum corrupta,extra de cleri non res.qualiter.& de cleri.coniu.c.1.

d Excusatur si causam rationabilem. ¶ Adde diffusè per Maria. de Sen.in repe.c.ex tuæ.eod.tit.

e Sed quam causam. ¶ Adde glo &.do.in c.fi.e.ti.

las tu rationabilem? Respondeo, Aut absentat se causa cupiditatis sine licentia, puta recipiendo secundam ecclesiam, & tunc debet carere habita & ambita, vt 6 qu. 1. si quis episcopus. & s̃. de transla. episcop. quanto. etiam si clericus sit habens ecclesiam, vt s̃. de renuncia. admonet & sic intellige s̃. e. c. 1. nisi prima ecclesia ipsum reuocare velit vt 7. q. 1 non oportet. & 18. quæst. 2. abbates. Aut causa fieri sine licentia. puta causa negotiationis, & hic citandus inferiori casu arbitrariè, quod reuocetur. & sic intelligo. Per vnã horam expectetur, vt 91. distin. clericus. Vel per duos menses, vt 7. q. 1. præsentium. Vel per tres septimanas. 7. q. 1. si quis in clero. Vel per 5. menses vt 100. di. quoniam. Vel per tres menses 85 dist. quoniam quidam. Vel per quinque annos. Vel per 6. Vel per quatuor. s̃ eo c. 2. & c. ex parte. & c. qualiter. Hoc, quo ad priuationem beneficij. nam priuilegium clericale amittit ipse, ex quo trina admonitione præmissa, incorrigibilis apparet, vt s̃. de vita & hone. cleri. c. fin. & de cleri. excom ex parte. & j̃. de senten. excom. in audientia. & c. contingit. 2. Aut causa vtilitatis cum licentia, puta quia transit ad aliam ecclesiam, in qua vtilior est. j̃. de rerum permu. quæsitum. & tunc non citatur, sed intra sex menses est primum beneficium conferendum, computando à tempore illo, quo corporalem possessionem sine querela adeptus est. vt j̃. tit. 1. de multa. & 21. q. 2. si quis iam trãslat⁹. & s̃. de elect. cùm in cunctis. s̃. de renun. admonet. Aut causa probabili, puta causa studij, vt ff. ex quib. cau. maio. in integ. rest. nec non. & s̃ de offic. delega. consultationibus. & tunc si non habet licentiam prælati, procede, vt s̃. dixi, vers. sed si non habuit. quia nec causa studij debet abesse sine licentia, vt s̃. e. relatum. & ca. tuæ. nisi fortè causa Theologiæ. arg. j̃. de mag. super specula. §. docentes. vel dic, ꝙ ibi recurrendum est ad proximum superiorem si inferior licentiam denegat, ne bonum obedientiæ contemni videatur. ar. j̃. de reg. licet. & de iure pat. nullus. Quòd si licentiam habet vsque ad certum tempus, ipso elapso potest cõtra ipsum procedi. vt no. s̃. e. vers. sin aũt citatus. sed citra non debet reuocari. ar. ff. de cond. causa da si pecuniam. §. sed si accepit. & mãdati. si mandauero. § sicut. & de seruis expor. si seruus ea lege. & j̃. de commo. c. vnico. & C. de actio. & obliga sicut. s̃ de appellatio. significante. C. de dila. siue pars. & hoc verum est, nisi noua causa superuenerit, vt arg. s̃. de offic. deleg. insinuante. & de iura. calum. cæterum. & de excep. pastoralis. nam & societas coita vsq; ad certum tempus ex causa, etiam citra dissoluitur. ff. pro soc. si conuenerit inter socios. est autem iusta causa, quandocunque expedit ecclesiæ. arg supià, de postu. præla bonæ. 1. uel propter potentiam, uel scientiam arg. s̃. de elec. officium. j̃. titu. 1. de multa. in fi. nam & qui fideliter prosequitur iura ecclesiæ, præsens intelligitur, ut s̃. c. ex parte. 2. uel quia ecclesia nimis est seruitorib. destituta. j̃. eod. cùm ad hoc. & de elec. cùm ecclesia Vulterana. j̃. de cler. exc. mini. proposuit. respon. 1. in his enim casibus præfertur urgens necessitas ecclesiæ & licentiis, & priuilegiis impetratis. j̃. e. cum ad hoc. ar. s̃. de ele. cùm nobis olim. § ul. & c. in causis in fi. & j̃. de conces. præben. non uacan. cum nostris non tamẽ habebit priuilegium clericus studens in castris fraudulenter: s̃. e. tuæ. Aut causa honestatis, puta peregrinationis, quam non debet facere sine licentia prælati [a], de consec. dist. 5. non oportet. & ideo si habet licentiam, expectari debet, quousq; finitum sit tempus, intra quod potuit reuerti. arg. ff. de uerbo. ob. continuus. quo elapso citabitur, ut s̃. no. uersic. sin autem. Sed si non habet licentiam, incontinenti poterit citari, & expectabitur per 6. menses. dicut s̃. uersic. sed si non habuerit. Aut abest causa republicæ, puta quia est in seruitio episcopi uel Papæ, & sic excusabitur. s̃ eod. de cætero. & c. cùm dilectus. & c. ad audientiam. Aut causa specialitatis: puta priuilegij sibi concessi, & tunc excusatur, nisi ex causa reuocetur, ut no. s̃. eodem. §. quæ sit pœna. uersi. item excusatur. & s̃. eo. § uersic. ꝙ si licentiam. operantur etiam indulgẽtiæ, ꝙ non priuetur beneficio, ut qui loco absentis seruiat, subrogetur. secundum Gregorium. j̃. eodem, cùm ad hoc. j̃. de priuileg. porrò. uel consuetudinis, siue constitutionis ecclesiæ. ut idem est arg. s̃. de constitu. cùm omnes. & j̃. eodem. cùm dilectus. & j̃. de concessio. præbend. non uacan. ex parte Asten. in fine. Aut causa humilitatis, ut puta religionis, & tunc distin. utrum fit religiosus, uel secularis, professus uel non: & an sit intra annũ, uel non: per decre. j̃. de regula. licet. & c. statuimus. quod dicut no. j̃. de regu. in quo casu si sit episcopus, & transitus tenuerit, non potest ad episcopatum reassumi. 7. q. 1 hoc nequaquam. nisi secundum quod dist. s̃. de renun post translationem. Aut causa necessitatis, ut quia iusto impedimento detinetur, puta infirmus est: suprà eodem, ad audientiam. Seruire enim intelliguntur nobis etiam hi quos curamus ægros, qui cupientes nobis seruire propter aduersam ualetudinẽ impediunt. ff. de sta. lib. l 4. §. Stichus. & de cõmodato. in rebus. § possunt. & de ędilit. edit. & redhi. ac. itẽ si serui. §. fi. & sol. matrimo. diuortio. §. antep. 7. q. 1. præsentiũ. aut qa non põt securè morari in ecclesia, propter inimicitias. 7. q. 1. pastoralis. s̃. de elect. bonæ me. Ma. aut quia aër infirmus est, & pestifer. argumen. 78. distin. quorundam. & s̃. de renun. ad supplicationem. & sic uidetur excusari, licet cessante impedimento redire teneatur, ut in d. c. pastoralis. argu. j̃. de custo. eucha. cap. 2 § quia uerò zelus. Aut causa uoluntatis nudæ, siue uoluptatis, & tunc proceditur contra ipsum. ut no. s̃. uersi. sed si non habuit. & sequ. secundum hoc intellige quod hic dicit, s. j̃. eodem cap. fina. ubi cadit hæc distinctio. & suprà, eodem. inter quatuor: hæc autem locum habent in inferioribus episcopis: ipsi enim per Archiepiscopum compellentur per excommunicationis & suspensionis sententias, & si nec illud prodest, Papa uel alius de mandato suo speciali ipsos remouebit ab administratione, & dabit eligendi licentiam. & sic intellige suprà eodem. ex tuæ. ibi, Contra eos. &c. ex gestis. & § qualiter.

ADDITIO.

a Sine litentia prælati. ¶ Adde c. magnæ. de uoto. & gl. in c. licet. de reg.

DE PRAEBENDIS & DIGNITATIBVS. Rub.

SVMMARIA.

1 *Præbenda quid sit.*
2 *Dignitas quid sit. Et conferenda dignitas cui sit, nu. 3.*
4 *Conferri à quo debeat dignitas.*
5 *Conferri intra quod tempus debeat dignitas.*
6 *Et qualiter conferatur dignitas.*

DIximus de clericis non residentibus in ecclesia præbendali: ergo videamus quid sit præbenda, & sic videamus de prębẽdis. Vel sic: Tractauimus de vita & honestate clericorum, videamus de rebus eorum, & primò de præbendis videndũ occurrit: Quid sit præbenda, Quid dignitas, Cui sit conferenda, Et à quo, Et intra quod tempus, Et qualiter.

1 a Quid sit † præbenda. [a] In titulo isto specialiter dicitur præbenda, ius percipiendi prouentus in ecclesia competens percipienti, tanquam vni ex collegio: & nascitur ex canonia, sicut filia ex matre: quia ex quo quis habet canoniam, per consequens & præbendam habere debet, vt j̃. eod. relatum. & c. dilectus & de conces. præb. cũ super. s̃. de consti. cũ M. Fer. § vl. Ad ius ergo canonicatus pertinet præbenda, & stallus in choro, & locus in capitulo, vt in dicto ca relatũ, c. dilectus filius R. c. pro illorũ. & c. dilecto hanc tamẽ præbendã nó percipiat canonicus nisi residentiam faciat. quod dic vt no. s̃ ti. 1. §. vlti. & §. 1. potest tamen quis præbendam habere, & tamen non erit canonicus, sed tunc accipiet pręb endam, id est beneficium. 16 q. 1. possessiones. & de hoc j̃. de institu. capit. 2. Canonia verò [b] est ius quoddam, quod ex electione, seu collatione vel institutione, & receptione alicuius in canonicum, & in fratrem oritur, siue acquiritur, vbi certus est canonicorum numerus: vel de nouo creatur, vbi certus numerus non habetur, vt j̃ eod. dilecto §. procurator. versicu. præterea & seq. j̃. de conces. præben. proposuit. ad fin. & in aliis iuribus allegatis suprà, eod § vers. ad ius ergo canonicatus. ad quod specialiter. pertinet, & ei inhæret, habere stallum in choro, & vocem in capitulo, in tantùm ꝙ vbicunq; ex receptione in fratrem & canonicum hoc habet, est canonicus: & si hoc non habet, canonicus non est, vt in eisdem iuribus comprobatur. & in his quæ no. j̃. de consue. § & de virtute. vers. videtur & quinta. & seq quod non cadit in personam laici, vt no. j̃. de insti § quis institui. Præbenda igitur specialiter & propriè consistit in fructuum perceptione, canonia in iure, vt ex præmissis patet.

2 c Quid sit † dignitas. [c] Quædam præeminentia in gradu, quæ aliquãdo vocatur personatus vel custodia. j̃. de insti. c. fi. siue officium, vel inferius ministerium: vt s̃. de cõstit. cùm accessissent. & de consue. cum olim. & de ele. cùm in cunctis. §. inferiora. j̃. eo. nisi essent. vbi prioratus dignitas appellatur. [d] vnde archidiaconatus, diaconatus, primiceriatus, his nominibus promiscuè ostenduntur, & possunt oẽs hi præpositi vocari, ex

ADDITIONES.

a Quid sit præbenda. ¶ Adde gl. & do. in c. cùm M. de consti. gl. summæ. 4. q. 3. Arch. in c. si iuxta. de resc. lib. 6. Rot. decis. 447. inc. quidam habens. in nouis Pet. de Anch. in rub. de conc. pręb.

b Canonia uerò. ¶ Adde quotuplex sit canonia. Adde Card. in cle. fi. in 2. quęst. de præb.

c Quid sit dignitas. ¶ Adde gl. in c. quia nõnulli. de cleri. non resi. & per do. in rub. de præb. Et an dignitas moritur. uide Bal. in c. quoniã abbas. in 2. col. de offic. deleg.

d Vbi prioratus dignitas appellatur. ¶ Adde gl. in c. 2. de sta. mo. Arch. in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6 Laud. in cle. 1. de sup. negl. præl.

cati,ex eo quod quandam prioratus curam præ aliis habẽt, vt ĩ. de verb.ſign.quamuis.& quilibet adminiſtrationem eccleſiaſticã habens,procurator poteſt vocari.vt 1.q.3.Saluator.etiã epiſcopus,ĩ.de don. fraternitatem . & ſunt hæc diuerſa membra eccleſiæ diuerſos actus habentia,ſicut corpus plura mẽbra habet, nec oĩa ad eundem actum pertinent . 99. diſtin. ſingula . ideoque in diuerſis eccleſiis non poteſt quis habere hæc beneficia,vel etiam in eadem,vt ĩ.e.quia in tantum.& c.ad hæc.& c.referente.& c.pterea.& c.de multa.& c.cum iam dudum.nec plures eccleſias parochiales.vt ibidẽ,quia quilibet in ea vocatione,&c.vt no.ſ. tit. 1.§.vl.niſi ſecundum quod dicam ĩ.e.§ vl.nam neceſſitate inſtante,poteſt diſpenſare epiſcopus . ſecundum Io. quod dic vt no.ſ. de ætate & qualita.§.ætas.verſi.1.& ſeq.[a]

Cui ſit conferenda.† Perſonæ idoneæ. Idonea autem intelligitur , quæ poſſit & valeat in perſona propria deſeruire,vt ĩ.eod.graue.§.volentes.& c.extirpandæ.§.1.& c.ſuper inordinata.in hac idoneitate attenditur ætas , qualitas,ordo , & ſcientia.quod dic vt no. ſ. de æta.& quali . Vnum tamen non omitto, ꝙ quamuis dicat Greg. ꝙ pueri non reputantur digni[b] ad beneficia , illud intelligi poteſt de dignitatibus , ſ. de ætate & qual.ex ratione indecorum . nam tales ordinari poſſunt , xxviij. diſtinctio. de his . 77.diſtinctio . in ſingulis . & c. quæcunque . per conſequens digni ſunt præbendis & aliis beneficiis , cùm ſine titulo non ſint ordinandi, vt ĩ. eo.non liceat. & c.cùm ſecundum . tamen ſi habet patrimonium ſufficiens , non tenetur epiſcopus aſſignare ei alium titulum , aliàs manducaret & biberet ſibi diuinum iudicium:vt 16.q.1.qm̃. quicquid habẽt clerici pauperum eſt.in fi.1.q 2.clericos.& c.paſtoralis.12 q.1.ſi priuatum . & c.illi qui.10.q.3 cauendum.Sed contrà,quia nemo tenetur propriis ſtipendiis militare.ĩ. de ſimo. cùm ſit Romana & qui altari ſeruit &c.vt ĩ.eodem , cùm ſecundum. & c.extirpandæ.12.q. 1. ex his.ideo dicunt quidam, ꝙ ſuperiora intelliguntur de clericis.vagabundis , vel de oblationibus , quæ non ſunt communicandæ illis qui habent propria.vel dic , quòd poſſunt habere eccleſiaſtica bona , non vt ſibi reſeruent , ſed vt tribuant pauperibus,aliàs mortaliter peccarent.ſecundum Ioannem . 12 q.2.aurum. Alij dicunt , quòd ſunt intelligenda quantum ad conſilium ſeu exhortationem . reſpondeant ergo decreta. quæ hodie ↄtinet ius commune,vt ſ.in prima conſtitutione.§.vl. ſ de reſcriptis. poſtulaſti. vbi rñdet ad patrimonialia. bona,vel erit conculcatio verborum.& expreſſum ĩ.eo.epiſcopus.& c.tuis. per quæ videtur, ꝙ clericus habens ſufficiens patrimnnium iuxta formã , cum ſecundum Apoſtolum , impetrans non obtinebit beneficium,niſi de ipſo faciat mentionẽ:quia ſi is qui ordinauit eum,& ſic per ↄſequens eſt adſtrictus ei ad beneficium aſſignandum,nõ tenetur ei prouidere.ex quo habet patrimonium ſufficiẽs,vt in illa decret.epiſcopus.in fi. multò minus extraneus epiſcopus , qui nullo mõ adſtrictus eſt.nã ſolùm egentibus debemus ſubuenire , niſi culpa ſua ad egeſtatẽ perueniſſent.vt 82.di.§.1.& c.1.86.diſt. nõ ſatis.ſ.de conſue. c.pe.& nihil aliud eſt habenti dare, quàm pdere.1.q. 2. paſtor. quod ↄcedunt quidam , qñ ad patrimonium ſuum promotus eſt, vt in decre. tuis. aliàs non , ſecundum Goff. qđ dic ut plenè no.ſ.de reſcr.§.quæ poſſunt obiici.ſub illo uerſi. pauper.& uer.qđ aũt dixi. ibi præcedenti. Sed qđ uocas tu ſufficiens beneficium.[c] Et de hoc no.ſatis de reſcript.§. quæ poſſunt obiici,ſuper illo uer. pauper.uer. ſed ꝙ appellas . & dicas, ꝙ ſufficientia conſideratur ſecundum conſuetudinem terræ , habita ratione ↄiunctarum perſonarũ, quibus tenetur prouidere. 50.di. ſtudeat.in fi.ſ.de cohabita.clerico.& mulie.c.1. & ut poſſit ſeruare hoſpitalitatem . & epiſcopo in epiſcopalibus reſpondere , ut ſ.de ſup.neglig.præla.c.2.42.diſtin.§.1.85.diſtin.archidiaconum . ĩ.eodem.de monachis.& domus clericorum omnibus debet eſſe communis.16. q. 1. quoniam quicquid.& omnes indiſtinctè recipiendi ſunt. 47.diſtinctio . quieſcamus . non tamen tenentur ad onera publica uel ſeruitutes, ut no.ſ.de uita & honeſta.clerico. requiritur ergo, ꝙ ſit ditiſſima eccleſia:nã diuitiæ bonæ ſunt , dummodò fiat ex eis miſericordia.30. diſtin.c. pe. in fine. 33.q.5. ſecundum . ſed tunc eſt peccatum habere diuitias , cùm propter eas iuſtitia deperit pp inopiæ timorem.12.q.2.habebat.uel cum homo ponit in eis ſpem ſuam principaliter.8. q.1. ſunt in eccleſia.&ita nimia ſolicitudo retinendi uel acquirendi prohibita eſt , ne Deo propter iſta non ſeruiatur , ut in d. c. habebat . & ad hoc 12.q.2.aurum & c.gloria epiſcopi. circa medium, ubi dicitur accepiſſe pauperibus erogandum , & eſurientibus plurimis illud reſeruare , uel cautum uel timidum eſt , quia ſ. timet ne ſibi deficiat,uult ſibi cauere,aut quod apertiſſimi ſceleris eſt , exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatẽ ſuperat:tẽpore tñ perſequutionis, ſeu famis , licet reſeruare, in gl.ſuper Euangelio Lucæ , ibi : Qñ miſi uos ſine ſacculo & pera. in cap.22. minus tñ ſufficit manentibus extra uias communes , quàm in uiis , & ↄſuetudo in talibus conſideranda eſt, prout dixi.& ad hoc , 29. di.ſciendũ.& ſecundũ quod uires eccleſiæ patiuntur.ĩ.de cle.de bi.mi.c.1.& ar.ſ.de vita & honeſtate clericorũ.quoniam.ĩ. ti.ſecundo.c.1.& 2.& c.authoritate.& ſecundum dignitatem ſuam , & ſcientiam,& bonos mores, vt 41.di.non cogantur.ĩ.e.de multa.in fi.& c.venerabilis. 4. diſt. erit. quia potentioribus pares eſſe non poſſumus.ff.de alie.iudi.mut.cauſ. facta.l.3.arg. ff. de admi. tuto. cùm plures. §. curator. & de lega. 1. ſi ſeruus.§ ſi numerus. & de leg.3.l.filiæ.& de annuis lega. ſi cui annuum . & de ali.& ciba.leg.cùm alimenta.& de vſufruct. ſed & ſi quid. §. 1. & de iure do. quæro . ergo non eſt conferenda illi qui habet ſufficiens beneficium, quin non poſſet facere reſidentiam , niſi fortè lingua , quod dic vt no.ſ.de cle.non reſi.§.1.verſi. item aliquando . & ĩ. eod.in fin.Sed nunquid pueris & beneficiatis ſunt beneficia conferenda ? Non: vt ĩ.eod.ſuper inordinata. ad cuius decretalis & materiæ ĩtellectũ, ſic põt diſtingui:Beneficiorũ aliud religioſum aliud ſeculare.Religioſorũ aliud ſimplex , puta qñ quis recipit in monachum , vel canonicum regularem , in quo caſu beneficiatus in vno monaſterio, & profeſſus, ſi primum locum retinere velit,non eſt idoneus ĩ.de relig.do.c.fi.ĩ.e.præterea.nec clericus ſecularis.ĩ. de ſtatu mona.ca.fin. §. præcipimus . ſed puer idoneus eſt , quo ad receptionem , non tamen quo ad obligationem, vt patet in his quæ no ĩ.de reg.§. & qualiter obligetur . & § pe. & fi. Aliud duplex,puta prioratus , abbatia,vel aliam adminiſtrationem habens , in quo caſu puer non eſt ſufficiens . ar. ſ.de æta. & qual.c.1.& ĩ.de ſta.reg.cùm ad monaſterium.§.tales.& c.monachi.§.fin. Sed nec beneficiatus . imò ſi uelit in alio monaſterio beneficiari , niſi à Papa obtineret diſpenſationis gratiam , quod tñ non eſt facile.ar.ſ.de confir.utili.ad noſtram.& c.porrecta.Secularium verò beneficiorum aliud ſummum,ut epiſcopatus.38. diſt.oẽs pſallentes.64.diſt.quorum uices.21.diſt.in nouo.& 33.q. 5.mulierem §.idem ſuper primam epiſtolam,ad hoc nullus puer idoneus eſt . ſ. de electio.cùm in cunctis. & patet in his quæ no. ſ.de elect.§ quis eligi. nec beneficiatus in alio ſine diſpenſatione Papæ:ſed ipſe hoc poteſt concedere.16.q.1 & temporis qualitas. & q.1.præcipimus.& § ſicut.ĩ.de exceſſ.præl.ſicut unire.10 q.3. unio. Aliud duplex , puta dignitas eſt uel perſonatus , de quibus no.ſ.eo.§.quid ſi dignitas eſt uel eccleſia , uel aliud beneficium habens curam : nam & de his idem iudicium eſt habendum.ſ.de elec.dudum Rothoma §.tandem.ĩ. eodem de multa.ad hoc nullus puer idoneus eſt.ſ.de elec. cùm in cunctis.§ inferiora. ſuprà , de æta.& quali.indecorum.nec beneficiatus in alio ſimili,ſi utrũque retinere uelit. ĩ. de cleri.non reſid. quia nonnulli.& ca. relatum. ĩ. eod. de multa . hoc de rigore iuris , ſecus ex diſpenſatione.quod dic ut no.plenè ſ. de æta.& qualitate. §. ætas. Aliud ſimplex. Et horum , Aliud requirit conſilii maturitatem tantùm . Aliud obſequij aſſiduitatem tantùm Aliud utrũque Aliud patrocinij fidelem defenſionem. Aliud ad antidora remunerationem . Aliud uitæ ſuſtentationem.Horum Aliud conſtituitur cauſa pietatis. Aliud cauſa utilitatis . Aliud cauſa honeſtatis . Aliud cauſa neceſſitatis. Aliud cauſa gratioſæ uoluntatis. Beneficium ſeculare ſimplex, quod requirit conſilij maturitatem tantùm , poteſt appellari canonia ſiue præbenda , ut ſi quis recipiatur in canonicum alicuius eccleſiæ,quia bonus clericus eſt, ut ſ.habeat uocem tanquam canonicus,non tñ præbendam, ſicut aliquoties uidi de facto.& poteſt talis uocari canonicus honorarius, ad exemplum tutoris.arg. ff. de admini.tuto.ſi plures.uel quia canonicus alicuius eccleſiæ factus epiſcopus , nihilominus in prima canonicus remanet , ſicut eſt in quibuſdam eccleſiis de conſuetudine ſpeciali, licet forſan de nouo recipi non poſſet , ut ſ.de elect.conſtitutis.uel illud eſt ſpeciale in abbate,ut ĩ.de relig.do c.fin.ſecus in ſeculari , qui etſi in uerum & obedientem canonicum non poſſit recipi,ut no.ĩ.de conceſſ. prębẽd.§ ſi uer.ego ſi tamen in honorarium ſic poteſt recipi. qđ & in multis eccleſiis obſeruatur . & de hoc

ADDITIONES.

a Cum præbendæ antequam vacent , conferri non debeant. c. deteſtanda.de præb.in 6.c. relatũ.& c.nulla.de conc.præb. congruè hic interiicietur rubricella. Quæ præbenda dicatur verè vacare.quam ex Marti. noſtro huc tranſtulimus. Præbenda,inquit , quæ tam de iure,quàm de facto vacat,dicitur verè vacare,altero tamen modo vacat,quando aliquis obtinet literas à ſuperiore ſuper eccleſia, vel præbenda,aſſerens eam vacare vt extra de conc. præb. cum noſtris . Quod autem dictum eſt non uacantem concedi non debere,limitatur , niſi quis fuerit receptus in canonicum , & in fratrem. Tali enim promitere poteſt epiſcopus primam vacaturam , eo enim ipſo quòd receptus eſt in canonicum & fratrem, debetur ei beneficium & præbenda, ut d.capit.relatũ. ¶ Non inconcinnè ſubiici poſſet & alia rubricella, ſiue,ſi malis,articulus.nempe,de permutatione præbendarum, quam ex Martini ſumma efformare licebit. Permutari,inquit,non poſſunt præbendæ ſine ſuperioris authoritate.Siquis contra fecerit,illis eſt expoliandus beneficiis , niſi cum eo diſpẽſetur.ut de rer.permu.c.cum uniuerſorum & c.quęſitum. & de præb.maioribus.

b Quod pueri non reputantur digni. ¶ Adde Dom.in c. de his 28.diſt. de reſc.gl.in c.extirpãdæ.

c Sufficiens beneficium.¶ Adde glo.in c.cùm adeo.de reſc.gl.in c.extirpãdæ. de præb.c.quoniam.13.q.1.&in c.ſtatuimus de maior.& obedien.

& de hoc no s̃.de cleri.non reſi §.qualiter.verſ.item videtur reſidens.talis uocabitur,& admittetur ad communes tractatus,& recipietur tanquam hoſpes,& finito tractatu recedet,& nihil ꝑcipiet, quia non fecit reſidētiam perſonalē: ad hoc non eſt idoneus laicus. j̃.de inſti.ca 2.s̃.de elec. Maſſana.cum ſuis ſimilibus. nec puer,quia neſcit ſeipſum regere.s̃.de ęta.& qualita.indecorum. & eius ætas quid videat, ignorat. C.de falſa mo.l.1. vnde nec debet iura ſapientum tractare. C. de teſta. mili.l. fina.ergo cùm inhabilis ſit omnino, etiam neceſſitate imminénte, ad talem honorem promoueri non poteſt. ſecundum hoc poteſt intelligi.ff.de iure immu.l.2.§.impuberes.beneficiatus verò in alia eccleſia circunſpectus, & iure peritus, ad hoc idoneus eſt: & ſic poſſunt exaudiri iura,quæ innuunt,ꝙ aliquis poſſit habere locū in diuerſis eccleſiis,expedit,ar.s̃.de cle.non reſi ad hoc.& de ęta.& qual.quæris.& in auth.vt cle.qui rece.col.5 Expedit aūt ipſis eccleſiis duobus modis,uel quia non poſſent ſufficere omnibus canonicis,ſi præſentes eſſent, ubi non eſt certus canonicorū numerus inſtitutus, & omnia habent communia, uel quia habebit aduocatum ſine ſalario,qui aliàs poſſet vendere ſuum patrocinium. 11.q.3. non licet. qua ratione conſiderata etiam ſi præbendam habeat aſſignatam, ipſam fortè percipere poterit vicario magis idoneo,quam ſit ipſe, quo ad officium conſtituto,ad ſeruitium eccleſiæ faciendum,ſicut & in quibuſdā eccleſiis conſuetudo obtinet,quæ tuenda uidetur.arg. s̃.de conſti.cùm oēs. j̃.de cleri.ægro.c.1.cùm non ſit eccleſiis oneroſa. s̃.de conſuet. c.1.& 2. Illud verò beneficium,quod requirit obſequij aſſiduitatem tantùm,poteſt appellari præbenda, uel portio certa, quæ aſſignatur vicario,vel clerico aſſiſio,ſic dicto ab aſſideo,aſſides, quia continuè reſidere, & aſſidere debet. de hoc s̃. de cle. non reſi.cùm ad hoc. ad quod beneficiatus in alio conſimili beneficio idoneus non eſt. s̃. de offi. vica.prohibeas. & c.clericos.& c. ex parte.& arg.§.de cleri.coniu. quod à te.& ca.diuerſis.16.q.1 presbyteros.C.de offi. aſſeſſo.nemo.nec enim poteſt quis duobus dominis ſeruire. 26. diſtin.acutius.puer tamen ex quo excedit infantiam,quo ad ordinem ſuum,& eius officium,quod poteſt exequi,idoneus eſt.arg. s̃.de tempo.ordin.vel non eſt compos.nam.& tales ad minores ordines promoueri poſſunt 28.diſt. de his.77.diſt.ſingulis.& c.quicunq;. & ſic epiſcopus talia beneficia,quæ in perceptione fructuum tantum conſiſtunt. 1.q.3.ſi quis præbendas.poteſt talibus aſſignare,quia & eis tenetur prouidere,ex quo ipſos ordinauit. j̃.eo.c.2.quamuis eccleſia Romana conſueuit compellere epiſcopum, niſi aliquem ad ſacros ordines promouerit,ut j̃.e.cùm ſecūdum.Item laicus,quo ad hoc, idoneus eſt, dum tamen vitam mutet, & religioſè viuat,& obſequium quod conuenit,faciat,ſicut no.Lauren.j̃.de conſti.c.2. ar.23.q.1.paratus.circa princi.& qui beneficium tale emit,ſimoniam committit.1.q.3.Saluator. ad finem. & ſic poteſt intelligi. j̃.de deci.quamuis ſit graue ad finem.à contrario ſenſu.ſanè tamen intelligas: nec enim dico, ꝙ tales poſſint eſſe vicarij, ſed poſſunt aliud officium,puta oſtij cuſtodiam, uel conſimile exequi, & percipere beneficium præbendale. Illud autem beneficium quod requirit vtrumque, ſcilicet conſilij maturitatem,& obſequij aſſiduitatem,eſt canonia præbendalis,ſiue præbendaria,ad quod beneficiatus in alia idoneus non eſt, neque puer.ſic intellige j̃.eodem. ſuper inordinata. excipe neceſſitatem eccleſiæ,ubi alius magis idoneus non reperitur,arg.s̃.de electio. officij.j̃.eodem.de multa.in fine.& c.expoſuiſti. nam neceſſitate inſtante,maior 7 annis recipi poterit.ff.de decurio. generaliter.§. ſpurios.& l.ſpurij. maximè in eccleſiis, in quibus ad dicenda reſponſoria & deferenda candelabra tales ſunt deputati.arg.inf.c. extirpandæ.§.qui verò ibi,in ordine quæ ipſius cura,&c.25.diſt. perlectis.dummodo idoneus ſit. argu.s̃. de præſumptio.ex ſtudiis.ſecus,ſi carnalitas ſequeretur. nam tunc vnius contra omnes alios appellationem admitterent.inf.eodem. graue.j̃.de his quæ fiunt à maiori parte capituli.c.1. ſed ut bonus eſt,& neceſſitas imminet,recipi poteſt.tamen talis,& ſi præbendam recipiat, ſuffragium nō feret, ſed vſque ad certum tempus conſilij ſui requiſitio ſuſpendetur. ff.de decurio.ſpurij.§. minores.& licet lex illa innuat de ætate 25.annorum, tamen 17.anni videntur ſufficere.argum.ff.de poſtu.l.1.§. pueritiam. vel ſaltem 18.de offic. deleg.cum vigeſſimum.vel dic, quod & poſt 14.ann.arbitrariū erit.argu.s̃. de ætat.& qual. indecorum. & in his quæ not.j̃.de deſpon.impube.§.1.& 2.& s̃.de æta.& quali.§.ætas.Patet ex præmiſſis, ꝙ aliud eſt canonicus tantum, & præbendarius tantùm, alius eſt canonicus præbendarius:& ſecundum hoc planum eſt, quod dicitur 70.diſt. ſanctorum.ſcilicet. ꝙ quamuis diſpenſatione epiſcopi valeat quis præeſſe diuerſis eccleſiis,ſubaudi,uel tanquam canonicus tantum locum tenere,canonicus tamen ꝑbendarius non poterit eſſe,niſi, ſubaudi, ſicut s̃.not.neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ exigente.nec obſtat 1.q.3.ſi quis obiecerit. quia intelligendum eſt, ꝙ loquatur de illo qui ſeruit in perſona propria, cuius os ligari non debet.j̃. eod. cùm ſecundum.& c.extirpandæ.vel ſic expone,& intellige quod ibi dicit,ſicut anima ſine corpore non viuit corporaliter, ſic ſpirituale ſine tēporali ſiue corporali nullo proficit, ſubaudi, verum eſt tempraliter.ergo non prohibet,quin vnum ſine altero eſſe poſſit. ſed dicit,ꝙ ſpirituale non proficit temporaliter ſine tēporali.ſed hoc intellige, ꝙ canonicus non debet eſſe ſine præbenda. verū eſt,ſi perſonaliter reſideat & ſeruiat.s̃.de conſt.cum M.Ferra.j̃.eo.relatum.& c.dilectus.aliàs.ꝯ s̃. de cleric.non reſiden.cum ad hoc. & s̃.de appel.peruenit.uel dic,quod dicit,ſi quis obiecerit,regulare eſt,hoc autem caſuale, ſicut & quando quis recipitur vltra numerum authoritate Papæ,niſi quidem ſtatim recipitur,& eſt canonicus ſub expectatione præbendæ. s̃. de reſcri. conſtitutus. Aliud eſt beneficium, quod requirit patrocinij fidelē defenſionem,puta quia ratione aduocationis aſſignatur alicui in monaſterio,uel eccleſia,certa penſio,ut vocatus veniat, & patrocinetur.ad hoc s̃.de ſyndic.c.1.& ad hoc puer non eſt idoneus: quia minor 17.annorum non poteſt procurare.3.q.7.§.tria.verſ.quidam prohibentur.ſed beneficiatus hoc modo in alia eccleſia nō prohibetur: imò pōt quis in diuerſis eccleſiis hoc modo beneficiari,& obligari, vt s̃.de iureiu.veniens.§.verum. Sed conſulo tali,ꝙ ſemper excipiat primum pactum, ne vel de non obſeruatione pacti,vel de deceptiōe,ſi hoc tacuit, poſſit notari.ar.s̃.de iureiur.tua nos.& c.breui.& c. quanto. ff.de act. emp.& vend.l. 1.§.venditor.& in hoc caſu poteſt clericus ſecularis in monaſterio habere præbendam,non tamen fraternam, quam habere nō poteſt.& ſic intellige j̃.de ſtatu monac. c. fin.§.præcipimus.poteſt & habere præbendam ſpiritualem, cui hoc onus ſit annexū. ar.j̃.eo.ſignificatum.j̃.vt benefic.eccle.vt noſtrum.§.fi. Quid ſi vna eccleſiarum,in qua quis ſic beneficiatus exiſtit, litiget contra aliam? Reſpond. Tractet de compoſitione, nec aliquam offendat.ex vi pacti habiti hoc cauere poteſt.ar.s̃. de poſtul.c.fin. alioquin primæ adhærebit ꝯ ſecundam.nec ob.C.de pact.pacta. cum ſimul.quia illud verum eſt,quādo diuerſa pacta fuerint inter diuerſas perſonas. a Quid ſi ſimul pepigit cū duabus eccleſiis,[a] & ſimul citant, ꝙ veniat patrocinari? Reſpondeo,locus eſt gratificationi.argument.ff.ad Silla. ſenatuſconſ.ſi quis in graui.§.ſi cùm omnes.aliud eſt, quod requirit remunerationem ad antidora, quando ſcilicet videtur epiſcopo, ꝙ aliquis bonus eſt, & honeſtus,& bene ſeruit ei:ſed & ſeruire poteſt; quare ipſum remunerat, vel beneficiat.ad hoc j̃.de dona.per tuas. j̃.de vſuris.c. 1.ad finem.16.q.1.poſſeſſiones.& q.6.illud.j̃.de his quæ fiunt à prælat.continebatur.& c.ſequenti.j̃.de teſtamen.relatum.2.§.licet autem.ad hoc idoneus eſt puer maior infante: nam talis & mereri poteſt.j̃.de delict. pue.pueris.eſt ergo naturale,ꝙ qui benefacit, bonum recipiat.ff. de iuſti. & iure.l.1. ff. de petit.hære. ſed & ſi l.commiſſaria.§.conſuluit.Sed beneficium, quod ad vitæ ſuſtentationem aſſignatur,aliud cauſa pietatis,puta cauſa hoſpitalitatis,ad quam tenentur clerici.42.diſt.§.1.16.q.1.quoniā quicquid. 47.diſt.ſicut hi.j̃.e.de monac vel quando aſſignatur pauperi,vt inde ſuſtentetur.82.diſt.§.1.& c.1.inf.de pecu.cler.c. fi.s̃.de cler.coniug.quod à te.§.1. & hoc poteſt beneficiato ſufficienter,& puero pauperi aſſignari.Aliud vtilitatis cauſa,ut ſcilicet litigium vitetur,vel cōcordia fiat.s̃.de reſcri.ad audientiā. inf.c.niſi eſſent. Aliud cā honeſtatis, vt penſio aſſignata illi cui ſeruire non poteſt,nec decet ꝙ mendicet.ſic j̃.de cler.debili.tua nos.93.diſt.diaconi.s̃.de cleri. coniu. Ioannes.in fin.s̃.de renun. admonet.50.diſt. ſtudeat. Aliud cauſa neceſſitatis, vt quod aſſignatur coadiutori.j̃.de cler.debili.c.pe. & fi.& c. de rectoribus. Aliud cauſa gratioſæ voluntatis,ſicut quando aſſignatur clerico coniug Ioannes.22.diſtinct.ſi qui verò.12.quæſtion.1.quia tua. nec in his caſibus videtur intelligenda decret.inf. eod. ſuper inordinata.

4 **Et à quo.** †Aliquando ab epiſcopo,aliquando à capitulo,aliqñ à laico: qđ dic ut plenè no. s̃.de ele. §.quis poſſit eligere.ver.quid de præbendis. & ſeq. Item à Papa conferri poteſt,in quo caſu ſi tempore datæ.& receptionis literarum vacat beneficium, vtrumq; tempus inſpicitur.vt s̃.de reſcriptis.eam te.j̃.eo.venerabilis. Sed ſi tempore receptionis vacat,non tempore datæ, vel econtrariò, tempus receptionis inſpicitur, vt j̃.e.dilectus.2.& hoc quantum ad canonicos,q diuinare non tenentur.j̃.vt benefi. eccl.ſine diminut.con.vt noſtrū. §.1.verſ.porrò.Sed ſi duo impetrant reſcriptū pro aliquo beneficio obtinendo,& quæratur quis potior ſit,tempus datæ inſpicitur,vt s̃.de off.dele.ex parte.2.de reſcrip.capitulum.quod quidam aliter intelligunt, ſed ergo aliud eſt reportare, aliud reddere,ſeu

ADDITIO.

a Si ſimul pepigit cum duabus eccleſiis. ¶ Adde glo.in c.1.1.q.7.glo.in c.fi. de poſtul.archid.in c.epiſcoporum.7.q.1.Doct.in ca.veniens.de iureiur. Barb.in.c.paſtoralis.in fi.de off.del.Pau.de Caſt.in l.in operis.ff.loc.

fe, seu recipere. & etiam ibi qui primò impetrauit, primò reportauit: ideo.n.intelligo, ꝙ appellauit capitulum sanctæ crucis ab executoribus, quos secundus impetrauerat, dicens, ꝙ iam receperant aliud mandatum. vnde non erant cogendi, & sic non tenuerunt sententiæ. Sed bene tenuerunt aliæ literæ, à iudicibus primò impetratis. & de illis secundis dicit in fine, ꝙ relaxentur iuxta formā ecclesiæ. hoc est, primo impetrante recepto, cū iniuria notoria esset ĵ.eod de verb. significat. ex parte. & de hoc intellectu sequentium decret. not. s̄. de rescriptis. §. quod cui præiudicet. sub §. quando autem impetrat. idem contra eundem. & pro me. s̄. de rescri. mandatum. ubi dicit, si pro alio tibi non scripsimus. apertè probatur hoc ĵ. eod. venerabilis. ubi hæc exceptio non admittitur. Et hoc verum est, si vtrumque sit generale, vel vtrumq; speciale. nam si alterum speciale, & alterum generale, semper ꝑ speciem generi derogatur, ut s̄. de rescrip. abbatem. nec est vis, quia dicit, iam recepit, subaudi n. maximè. quia idem si post. & est ratio, quia generales literæ adhuc respiciunt alia beneficia. vnde secundū istū intellectum quilibet habebit beneficium suum, & interpretatio sic fieri debet, ꝙ res potius valeat, quàm pereat. ff. de rebus dub. quoties. & de verb. oblig. quoties. & de reg. iur. quoties. Et hæc locū habent in rescriptis impetratis ad beneficia obtinenda: in rescriptis impetratis ad lites contētiosas, si vis scire an rescriptum valeat, inspiciendum est tempus datæ, ut s̄. de transaction. ex literis. & de rescriptis significauit. & c. vlt. Sed si vis scire, an iudex iurisdictionem suam possit exercere, tempus receptionis & expressionis attenditur, ut s̄. de rescriptis. pastoralis. & de appellationibus. super eodem titulo. Sed & si Papa pro aliquo beneficiando scribat, non potest ei prouideri in rectoria vel dignitate, ut ĵ. eod. c. vlti. Secus, si concedat episcopo, ꝙ reditus beneficiorum sibi retineat, ut inf. de verborum significatione, tua. ratio, quia in beneficijs latissima interpretatio, & c. nisi alicui paretur præiudicium, ut C. de emancip. liber. nec auus. ĵ. de statu monachorum. in singulis §. porrò. & hoc ex voluntate fit, illud ex necessitate ecclesiæ, vt ĵ. ut benef. eccl. sine di. con. §. vl. Sed quid si post mandatum receptum à sede Apost. ꝙ Petrus recipiatur, canonici recipiunt Gulielmum, nunquid Gulielmus remouebitur? Non videtur, vt ĵ. e. dilectus. 2. & 3. sed contra. ĵ. e. venerabilis. in fine. & de conces. præbendę. proposuit. Ad horum solutionē sic disting. Si quis contra mandatum Apostolicum præbendam conferat, refert vtrum mandatum sit collationis, id est, mandatum, in quo continetur collatio beneficij iam facta. & tunc quicquid fit postea, dum tā collatio tenuerit, irritatur. ĵ. eod. venerabilis. ad fin. Aut est mandatū prouisionis, id est, in quo continetur quòd alicui debeat de tali beneficio prouideri, & tunc vtrum in rescripto sit apposita hæc clausula, s. ꝙ si quicquam contrà factum fuerit, irritum habeatur. & tunc similiter si de ipso secus fiat, non valebit. ĵ. eod. inter cætera. & c. dilecta vers. nisi fortè. s̄. de elect. innotuit. in fine. inf. de despon. impu. ad dissoluendum. in fin. Aut supradicta clausula non est ibi apposita, & tunc aut vterq;, s. tam conferēs, quàm recipiens, scit mandatum Apostolicum impetratum, & in hoc casu de rigore iuris est irritanda collatio. argum. s̄. de postul. prælat. bone § nec nocebat. s̄. de alien. iudi. mutan. cau. fac. ca. 1. s̄. de appellat. meminimus. & c. suggestum. ff. de iudi. si prætor. & sic potest intelligi. ĵ. de concess. præbend. & eccle. non vacant. proposuit. inf. eo. dilectus. 3. nisi fortè Papa contrarium rescribat, ut magis capitulum puniatur. inf. eo. dilectus. ij. Aut vterque ignorat, & tunc quod ritè factum est, non retractabitur. argum. s̄. de restit. spol. audita. ĵ. de don. consultationibus, nec enī est eis imputandum, si non diuinauerunt. ĵ. ut beneficia ecclesiastica. ut nostrum. §. 1. Aut conferens ignorauit, & recipiens sciuit, uel econtrà, & tunc videtur tenere collatio. arg. ĵ. qui filij sint legi. ex tenore. ita tamen, ꝙ in potestate ignorantis sit retinere vel remouere, uel relinquere. ar. ĵ. de eo qui duxit in mat. quam pol. per adult. c. 1. ff. de dolo. l. 1. § 1. s̄. de rescrip. sedes. in fine. Sed nisi ignorans contra dicat, q̄ citò scit veritatē, nō poterit de cętero dissentire. ar. ĵ. de eo qui duxit in matr. quā pol. ꝑ adult. ueniēs. ĵ. de coniug. seruo. c. 2. & c. fi. s̄. de off. deleg. cùm olim abbas. §. fi. s̄. de renun. admonet. s̄. de transl. episc. quanto. § cæterum ad hoc ff. de his quæ in frau. cred. l. 1. resp. 1. & § 1. s̄m hoc etiam potest intelligi inf. e. dilectus. 2. & 3. Sed & à legato Apost. sedis cōferri potest habita dist. de qua no. s̄. de of. deleg. §. quot species. versi. tertio. Quid si legatus retinuit præbendam aliquam donationi suæ, & inferioribus retentionem ipsam vacantem conferat? Non videtur, ꝙ valeat collatio inferioris, ut inf. de iur. patr. cùm dilectus. §. nos igitur. & s̄. de dolo & contu. ueritatis. ad fin. Quid si delegatus a Papa inhibeat per aliquam prouinciam, uel dioece. ne aliquod beneficium conferat, quousq; ipse prouiderit illi. ꝑ quo mandatum recepit: & quidem non video, ꝙ hanc inhibitionem facere possit, quo ad effectum, nisi forma rescripti hoc habeat. arg. 11. q. 1. peruenit. Sed nunquid potest retinere donationi suæ beneficium primum vacans? Ita videtur, quia & legatus hoc potest, ut no. s̄. e. §. vers. quid si legatus. & tantum facere debet speciale mandatum quo ad quædam: quantum generale, quo ad omnia. arg. ff. pro socio. actione. §. renunciare. ff. de admi. tut. si duo. & ar. s̄. de off. lega. studuisti. contrà, ĵ. de priuil. porrò. & c. sanè.

5 **Et intra** quod tempus. † Intra sex menses, ut ĵ. de concess. præbend. nulla. quod dic ut ibi not. in summa. §. & intra quod tempus. & s̄. de elect. §. quo tempore. Sed nunquid semper per mortem canonici[a] vacat pręebenda. hic distin. vtrum in ecclesia sit certus canonicorum numerus institutus, vel non, & vtrum quoddam ius de nouo creetur, uel non: sicut plenè nota. ĵ. ut benefic. eccles. sine distin. con. post principium.

6 **Et qualiter.** † Et quidem quatuor exiguntur: s. ꝙ conferatur Purè, Palàm, Liberè, Sine diminutione. *Purè*, ut s. nullum pactum, nulla conditio, nullus modus interueniat, ut 1. q. 2. quam pio. s̄. de pactis. ca. fin. nam & modus æquipollet conditioni. 28. q. 1. si infidelis. C. de his quæ sub modo. l. 1. ĵ. de condi. apposit. verum imò etiam magis obligat modus, quàm conditio: nam si is cui sub modo aliquid relinquitur, caueat de ipso implendo, statim agere potest. ff. de leg. 3. si cui legatum est: secus, in conditione, cuius euentus adimpletio spectanda est. ff. de condit. & demonstra. qui hære. §. fi. & l. quibus diebus. §. fina. de fideicommis. liber. cum in testamento. in prin. quæ autem sit differentia inter conditionem, modum, & causam, dic ut nota. ĵ. de cond. appo. §. quid sit conditio. & qualiter hæc simoniam inducant. notatur plene ĵ. de simon. §. quid sit simonia, & qualiter committatur. *Palàm*: alioquin suspecta habetur collatio. ĵ. ut benefic. eccle. c. vnico. §. porro. ff. de iure fisc. ita fidei. ff. de adminis. tuto. non existimo. 18. quæst. 2 perniciosam. 81. distin. clericus solus. & no. de hoc s̄. de iud. § qualiter. Vnum tamen no. circa hanc materiam, quod quamuis electiones clandestinæ reprobentur, ut s̄. de electione. quia propter. ad finem. non tamen prouisiones seu collationes, dummodo is cui prouidetur, capax sit. arg. ff. de dila. l. j. lib. 10. secundum Goffredum. & sic obtinet consuetudo: nam & episcopi in cameris suis paucis præsentibus conferunt beneficia sua, veruntamen ex diutina occultatione & ex quibusdam alijs circunstantijs oritur suspicio contra conferentem. & sic loquitur ĵ. ut benefi. eccle. cap. vnic. §. 1. & seq. *Liberè*, id est, motu rationabili & liberali. ĵ. cod. relatum. s̄. de renun. ad supplicationem. non carnali, sed iudicio rationis. ĵ. eodem. graue. ĵ. ut benefi. eccle. c. vnico. § omnibus. quia non sanguine, sed vitæ meritis sunt beneficia ecclesiastica conferenda. 8. quæst. 1. Moyses. ideo cùm in ecclesia Argentina tractaret capitulū de canonicis creandis, & quilibet nominaret nepotem suum, uel consanguineum inhabilē & inutilem: quidam Romanus, qui ibi erat canonicus, quendā asinum qui plusquam per xxx. annos capitulo seruierat, nominauit, dicens ꝙ dignior dictus asinus propter seruitium quod fecerat ecclesiæ, dignior erat omnibus nominatis, & sic fuerunt confusi alij nominatores. & si vis comprobare nominationem Romani, vide q̄d notatur. ĵ. de simon. §. qualiter. versic. munus. & sequent. ergo liberè, id est, puro, iusto, rationabili motu, non carnali, nec pecuniario, non auaro consuetudinario sunt beneficia ecclesiastica conferenda, ut probatum est, & legitur. 1. quæ. 3. si quis præbendas. *Sine diminutione aliqua*, quod dic ut notatur ĵ. ut eccle. benefic. sine diminut. confer.

Illud quoque in summa notandum, quòd nullus debet ordinari sine titulo, nisi patrimonium habeat, ut dictum est suprà eod. §. cui. Sed quid si dederit ecclesiam prælatus, quæ alterius erat pro tit. & postea conuincatur, uel quid si chasmate pereat, uel depauperetur? Dicunt quidam, quod quærat victum manibus, exemplo Apostoli. 91. distinctio. §. 1. & capitul. clericus victum. idem si recipit minus sufficientem titulum, quia imputari sibi debet, qui talem recepit: duas enim habere non potest, vt not. infrà de cler. non resic. § qualiter. & § penultimo. Puto verius, quòd tenetur ei prouidere. 10. quæstion. 3. vnio. ne ipsum mendicare oporteat ostiatim, in vituperium ordinis clericalis. argument. 93. distinctio. diacon. suprà. de cleric. coniug. Ioannes. in fine. de renuncia. ad supplicationem. nec puto, ꝙ titulus assignandus sit clerico in minoribus ordinibus constituto. argum. inf. eodem. episcopus. & ca. cùm secundum. nec obst. inf. eodem. licet. quia intelligo, quòd dicit clericos, scilicet in sacris, quamuis appellatione clerico-

ADDITIO.

a Nunquid semper per mortem canonici. ¶ Adde Ioan. de Im. in repet. capitul. cum M. Ferr. de constit.

tione clericorum,[a] & minores contineantur. 11. quæ. 1. de perſona. Et epiſcopus habet legitimam exceptionem contra tales de gratia, quantum ad ea, quæ præceſſerunt ordinationem: & de iure, quantum ad ea, quæ poſtea incurrit culpa ſua, vt ǰ. eodem. c. cum ſecundum. & s̃. de ætat. & qual. accepimus. Sed ſi prælatus dedit non pro titulo, ſed pro beneficio, & euincatur, diſtinguendum eſt, vtrũ vterq; ſciuerit alium habere ius in beneficio, & tũc dolus cum dolo cõpenſatur, ut ff. de dolo ſi duo. & de compen. ſi ambo. vel vterq; ignorauerit, tunc epiſcopus ſimiliter non tenetur, vt ff. de redh. ac. ad res donatas: & l. 1. §. ſi intelligatur & l. quæritur §. vltimo. an recipiens ſciat, non conferens. & ſic à ſeipſo decipitur, vt in prox. l. & ff. de ꝯhenda emptione. liberi. & de actionibus empti & venditi. l. 1. in fi. dicit tamen conſtit. feud ti. quid ſit inueſtitura. cap. cum de re aliqua. ꝙ ſi ſcienter receperit quis beneficium alienum, de euictione non agit, niſi ſpeciali pacto ſibi proſpexerit, & ignorans ad conſimile beneficium agit. ad idem C. communia vtriuſque iudicij. ſi fratres. & de euic. ſi fundum. ff. de excep. doli. apud Celſum § item Labeo. ſed fortè aliud in titulo oneroſo, ut in legibus: aliud in gratioſo, ut in canonibus. Sin autem conferens ſciat, & recipiens ignoret, tunc tenetur ſibi ad conſimile beneficium conferendum, ut ǰ. eod. intercætera. 7. q. 1. præſentium. ǰ de iure pat. c. paſtoralis.

Et illud omittendum non eſt, ꝙ nullus pôt habere plura beneficia: nec enim poteſt eſſe de duobus collegijs ſimul. ff. de colleg. illic. l. 1. §. vlt. nec duas militias, nec pluſquam vnius nomen ordinis affectare, ſuper quo non poteſt impetrari diſpenſatio ab imperatore. ut C. qui milit non poſ. l. 5. §. in poſterum. lib. 12. nec duos honores habere. ff. ad muni. libertus. § pſcriptio. & ſi hoc in ſecularibus honoribus locum habet, multo fortius in eccleſiaſticis. arg. 38. diſt. ſi in laicis & 88. diſtin. fornicari & 42. diſtinct. quieſcamus. & de hoc dixi s̃. de cler. non reſid. § 1. & §. fi. & s̃. eodem. § quid ſit dignitas. & §. ſeq. & quid iuris ſit de pluralitate perſonatuum, uel eccleſiarum parochialium, quantũ ad diſpenſationem, dixi s̃. de ætat. & qualit. & ǰ. de inſtitut. Sed ꝙ quis habere poſſit plures præbendas, videtur à ſenſu contrario iurium alleg. in prædictis §§. quia quod de vno prohibetur, &c. vt s̃. de præſumpt. nonne ǰ. de his quæ fiunt à prælat. cùm Apoſtolica. §. vlt. Scit enim Papa hanc generalẽ conſuetudinem, & tolerat, ergo videtur approbare, ſecundum T. argum. 4. diſtinct §. leges. maximè hodie, cum in hac compilatione noua non conſtituerit ius expreſſum, & bene ſciebat hanc diſſenſionem. arg. inf. de tranſlat. epiſco. inter corporalia. §. neq; & ǰ. de decim. ad audientiam. & pro hoc inf. eod. cùm iamdudum. ibi, aut aliquod præmiſſorum. nihil enim præmiſſum fuit quin ſufficeret, niſi hoc intelligas de pluralitate prębendarum. & s̃. de poſtul. c. ſi in fi & ǰ. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. §. 1. & de inſtit. cùm ueniſſent. §. 1. ad finem. Poteſt ergo quis habere plures præbendas, ſicut & vnus vaſallus poteſt habere plura feuda, & ſic diuerſos dominos recognoſcere. s̃. de fo. compet. uerum. & c. ex tranſmiſſa. Nec obſt. decre. ǰ. eodem. ſuper inordinata. quia loquitur in recipiendis, non in receptis. & multa impediunt contrahenda, &c. ut s̃. de iureiuran. quemadmodum. trahitur ad maiora beneficiã, ſicut intellexit B. ſed hoc non patitur mens ipſius. ideo reſpõde & ipſam intellige ſecundũ ea, quæ not. s̃. eodem. §. cui. ſub §. ſed nunquid pueris & ſeq. Nec obſt. ǰ. de conceſ. præb. literas reſponde ut not. in ſumma §. fin. quia vacat quantum ad præbendam, non quantum ad vocem & hoc quia nullo modo ſeruiebat, nec lingua nec corpore. ergo aliud in perſonatibus & eccleſiis parochialibus, & aliud in præbendis: ratio diuerſitatis hæc eſt, quia ſicut epiſcopus intelligitur ſponſus eccleſiæ, vt s̃. de tranſl. epiſc. licet. in prin. ita & ſacerdos eccleſiæ ſibi commiſſæ, ut 21. q. 2. ſicut. vnde bigamus promoueri non poteſt. s̃. de bigamis. c. 1. & p totum. inde eſt, ꝙ duo ſacerdotes perpetui non poſſunt intitulari ad eandem eccleſiam, tanquam ſponſi: nec vnus poteſt habere plures eccleſias tanquam ſponſus, ut 80. diſt. epiſcopi. s̃. de fil. preſb. propoſuit. s̃. de cle. non reſi. quia nonnulli. & c. conquerente. ſicut nec mulier diuerſos ſponſos, uel vir diuerſas ſponſas habere poteſt. aliàs infamia eos comitatur. ff. de his qui not. infamia. l. 1. & l. quid ergo. reſpon. 1. & § 1. 7. quę. 1. ſicut alterius. & §. hoc non ſolum. & ca. ſicut vir. s̃. de bigam. nuper. niſi alicui reueletur diuino ſpiritu. vt ǰ. de diuor. gaudemus. ideo habens diuerſas eccleſias infamis videtur, ut s̃. de electione. dũdum Gregor. Canonicus autem dicitur miniſter, ſeu ſeruiens, ut s̃. de elec. cum eccleſia Vulterana. & de cle. non reſid. cùm ad hoc. & ideo eccleſia quæ domina eſt, plures ſeruitores poteſt habere, imò tot requirit, quot ſufficere poſſunt. ǰ. de inſtit. c. 1. & ca. authoritate. s̃. de conſtit. cum M. §. vlti. in princ. ſicut ergo vnus clericus poteſt habere plures dominas temporales, puta dominam Comitiſſam Sabaudiæ & Prouinc. & dominas Reginas Gallorum & Anglorum: ſic & plures ſpirituales, puta Ebredu. Graſſen. Dignen. & Vapincen. Sed econtrà, s̃. de cler. coniug. diuerſis. 16. q. 1. presbyteros. & ego confiteor, ꝙ ſi non ſeruio, præbendã non habeo, niſi faciam reſidentiã 4. menſium: ſicut Vapincen. ſtatutum eſt, & habeam vicarium horis canonicis, & talem qui ſufficiens ſit. hic enim deficit ratio, quare præbendam denegabam. ergo & effectus. ut s̃. de appellat. cum ceſſante. & ẽt poſſum ſeruire lingua, quod dic ut not. s̃. eodem. § cui beneficiũ. recuſare & de cler. non reſid. §. qualiter. ver. item videtur reſidens. ſicut enim libertus ſeruit duobus dominis. nihil enim vetat, dum vni cuſtodit domum, alij librũ ſcribere, ut ff. de oper. libert. l. duorũ libertus. ſic nec vetat vni eccleſiæ ſeruire ſcribendo, & mittendo conſilium, & alij in ſuo ordine diuina obſequia celebrando. debent igiť diſciplinati bene in hoc eſſe priuilegiati, ut ff. de excuſ. tut. in l. ſi duas § amplius. nec enim parum amittit bonus clericus in eo, ꝙ canonicus efficitur alicuius eccleſiæ, cùm non poſſit dare conſilium ꝯ eam. s̃. de poſtul. c. ſi. bene eſt ergo ꝙ releuetur in perceptione præbendæ. ff. de reg. iur. ſecundum naturam, ff. de iureiur. eum qui. Sed tu reſponde, ꝙ imputet ſibi, quia locum occupare vult. & ſibi non prodeſt. nec enim inuitus recipere cogeretur, ut 74. diſt. geſta. Item in caſibus poteſt quis habere plura beneficia: quod dic ut no. ǰ. de inſtitutionibus. §. quis inſtitui ſub §. item reſtituendus. Vinc. dicit, ꝙ primam præbendam vr̃ habere tanquam titulum: ſequentes ſibi dantur, tanquam benemerito, & tanquam commẽdatæ, quia plures titulos habere non poteſt quis ſine diſpenſatione 70 diſt. ſanctorum. Collatio aũt eccleſiæ canonico facta tenet. & ſic habet canoniam, & eccleſiam, ut s̃. de off. leg. dile. pro & ꝯ. s̃. de procur. ex inſinuatione, & de electione. eccleſia Greg. & ǰ. de ſententia excom. officij. Sed bř dicas, ꝙ de rigore iuris nullus poteſt habere niſi vnum titulum, ſicut dixi vni. ǰ e. extirpandæ. § 1. & c. graue. & c. ſuper inordinata. dummodo ille ſufficiat: aliàs poteſt, ut s̃. de ætate & qualitate. eam te. ſi tñ ſit neceſſarius quis diuerſis eccleſijs, poſſunt ſecũdæ eum recipere tanquam benemeritum, uel ſibi vtilem, uel neceſſarium, & ei beneficium aſſignare, ut de æta. & qualit. quæris. & ſic non omnia beneficia reſidentiam exigunt, ut innuitur. s̃. de cler. non reſiden. c. vltimo. & epiſcopus & capitulum in hoc diſpenſare poſſunt, etiam ex voluntate, ut ǰ. de ſimon. ex inſinuatione. & c. ſeq. & s̃. de ele. ſi alicuius. licet ſit arg. ꝯ. ǰ. eo. graue. & de inſtitutionibus. ca. 2. uel dic, ꝙ requiritur cauſæ cognitio ſemiplena. ſecundum hoc intellige quod notatur pro & contrà. ǰ. de cõceſ. præbend. ſub §. ſed qualiter. & s̃. de cler. non reſi. §. qualiter. conſuetudo tamen indiſtinctè pluralitatem præbendarum admittit. ſed poteſt reſponderi, quòd multa per patientiam tolerantur, & c. ǰ. eodem. cùm iamdudum in fine. hæc autem omnia intelligas ſalua diſtinct. quam not. s̃. eodem. §. cui. verſi ſed nunquid pueris. & verſic. ſeq.

Sed & ſecundum Goff. adepta ſecunda præbenda, uacat prima, ſicut & in aliis beneficiis obtinet. ǰ. eo. de multa. 21. q. 2 ſi quis iam tranſlatus. ff. de re iudicata. l. 4 §. ſi ex conuentione. ff. de diuor. l. finali. in fine quod & intellexit cum Vinc. quando ſcilicet ſecunda præbenda non ut beneficium, ſeu ſtipendium, ſed ut titulus recipiť. nec vult ſequi in hac parte ſententiam T. & quorundam aliorũ doctorum diuitibus blandientium, quia non ſunt palpanda crimina, ut vulnera ambientium beneficiorum multitudine incurata ſeruentur. 50 diſtin. ſi quis diaconus. quia væ, ſi non ſparſerimus: væ, ſi tacuerimus ueritatem. 44. diſtinct. diſpenſatio. Sed nunquid habens plura beneficia, poteſt quod uoluerit retinere? Non, ſecundum Goff. quia uolens vtrumque habere in culpa fuit. ǰ. eo. de multa. ergo optionem non habebit. argu. ff. de petitione hęreditatis. l. ſi & rem & precium. ff. de teſtam. tute. l. tutor. ita rectè. nec obſtat ǰ. eo. referente. quia de gratia loquitur. uel ſecundum tempus ſuum: nam hodie contrarium eſt tenendum ǰ. eod. c. de multa ſecundum. Goffredum. Poteſt tamen & aliter ſeruari, ut notatur s̃. de conceſſione præbend §. 1. & 2. Sed nunquid poteſt circa pluralitatem beneficiorum epiſcopus diſpenſare? ſic in eodem epiſcopatu, ſecundum Ioannem, non in diuerſis: & hoc propter iuris impoſſibilitatm, quia teneretur vtrique obedire, & ab vtroq; ordines recipere, quod eſſe non poſſet, ſi contraria mandarent. Sed hanc perplexitatem ſolus Papa tollere poteſt, qui diſpenſando videtur ei concedere, quòd eligat cui voluerit obedire. ſed ſecundum Goffredum, non in eodem, neque in diuerſis epiſcopatibus aliquis, excepto Papa, poterit diſpenſare. Et nunquid peccat clericus recipiendo ſecundũ beneficium tanquam titulum, & ſic, & maximè in diuerſis epiſcopatibus. nam & ſi ſciat ſecundo recepto primum vacare, peccat tñ

pinguius

ADDITIO.

[a] Appellatione clericorum. ¶ Adde Card. Zab. in c. diuerſis fallaciis. in not. de cler. coniug.

pinguius appetendo. 6.q.1.ſi quis ſuæ.& c. ſi qs de ordine. Item peccat, non petendo licentiam ſui ſuperioris. j.de regu licet. & ideo ab eo repeti poteſt. arg. s. de renun.admonet.7. q. 1. oportet. & c. ſi qui vero. quod ergo dr̃, vacare primum beneficium ſecundo recepto j.e.de multa. verum eſt recepto de licentia primi prælati, alioquin non vacat locus primi beneficij, licet fortè beneficium vacet ſ'm Gof. Vel dic ꝙ vacat primum beneficium quo ad transferentem ſe, non t͞n quo ad prælatum, qui intra ſex menſes ipſum, ſi velit poterit reuocare, quibus elapſis, ſi non reuocarit nec beneficium primum contulerit, & ſic tranſlationem ſuam ratificauerit, quod poteſt, vt s̃. de renun. quod in dubiis, punit. & ſic intelligi poteſt. j.e. de multa. Nonne ergo delinquit prælatus, qui confert ſecundum beneficium, & quidem ſi ſine permiſſu primi prælati hoc facit, peccat. ſ'm Goff. ſi enim non eſſet conferens, non eſſet recipiens, & ſic commune vitium eſt vtriuſque, ut s. de cler. non reſid quia nonnulli. ad finem. ſicut & commune vitium eſt ordinati & ordinãtis. 81. diſt. tantis. 59 diſt. ordinatos s̃. de tempo. ord. literas. & c dilect. verum ſecundutu intellectum, quem no. s̃. eod. verſic. & nunquid peccat clericus. ad fin. non eſt immunis primus prælatus, qui ipſum cùm poſſi repercere, negligit. & ſic de ſe potiſſimè queri poteſt, quamuis & ſecundum non ſit dubium delinquere, quia venit ſcienter contra iura. 81. diſtinctio. primatus. s̃. de cler. non reſid. fraternitati. & de renun. admonet[a].

ADDITIO.

[a] Admonet. ¶ Quia recepto etiam contra. c. nulla. de conc. præb. nihil obiici, neque aduerſus eum recipi poteſt. c. cum ſuper. eo. tit. ideo addenda fuit hæc rub. Quod ius acquiratur recepto ad primam vacatur ſ'm, quam ex Mart. ſum decerpſimus. Ad primam itaque, ait, vacantem acquiritur ius canoniæ, quo iure poteſt præbendam cum vacat, petere. extra de præb. dilectus filius. T. Præbẽdam autem cùm vacauerit, non poteſt ex promiſſione petere receptus ad primam vacaturam: ſed quia canonicus non debet eſſe ſine præbenda, poteſt ipſam petere ratione canoniæ. & hoc de iure cõmuni. d. c. relatum. & d. c. dilectus filius. Item, licet, vt ſuperius tetigimus, quidam dixerint, ꝙ promiſſio de non vacante valeat, ſicut pactum de futura ſucceſſione hereditatis, ſi fiat de voluntate eius, cuius eſt hereditas. C. de pact. l. fi. Dicendum eſt: ꝙ niſi is, de cuius beneficio agitur, omnino renunciet, promiſſio de prima vacatura non valet, vt extra de offi. deleg. ca. ex parte.

DE CLERICO AEGROTANTE, VEL DEBILITATO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Infirmitas ſiue morbus quid ſit.*
2 *Clericus an propter infirmitatem beneficium ſuum amittat.*

SVprà expoſuimus de præbendis, quas nõ debent habere regulariter hi, qui reſidentiam non faciunt, ut notatur s̃. de cleri. nõ reſiden. & quia quidam infirmitate, vel debilitate impediti deſeruire non poſſunt, videamus quid iuris de clerico debilitato adminiſtrante, & quę ſit differentia inter hunc titulũ, & illum. s̃. de cor. vi. & ibi no. dicamus autem hic, Quid ſit infirmitas, ſiue morbus, Et an propter infirmitatem amittat clericus beneficium: nam alia quæ deficiunt, inuenies in titulo de corpore vitiatis.

1 Quid ſit infirmitas, †ſiue morbus, Apud Sabi. ſic diffinitus inuenitur, morbus eſt habitus cuiuſq; corporis ꝯ naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit: aliàs autem id in toto corpore accidit, vt febris: aliàs in parte, ut cæcitas. balbus autem magis vitioſus dicitur, quàm morboſus. ff. de redhib. act. l. 1. § ſed ſciendum. Dicitur autem morbus ſonticus, id eſt damnoſus, ſcilicet recidiuus, qui incidit in hominem, poſtquam ſanatus eſt. ſontes enim nocentes dicuntur. vt ff. de redhib. actio. l. vlti. § 1. de verbo. ſignifi. morbus. Alibi dicitur, quòd morbus eſt temporalis corporis imbecillitatis vitium perpetuũ, corporis impedimentum, veluti ſi quis luſcus ſit. ff. de ver. ſigni. inter ſtuprum. §. verum eſt morbum eſſe.

2 Et an propter infirmitatem amittat clericus †beneficium ſuum. Diſtin. vtrum ſit prælatus, & is etiam propter lepram non remouetur, ſed datur ei coadiutor, cui portio competens reddituum epiſcopatus aſſignatur. ſic intelligas j. eod. de rectoribus. notandum enim quòd dicit de rectoribus, & quamuis ſacerdos rector poſſit uocari. vt s̃. tit. 1. c. vlt. & de reſcript. Rodulphus. hos tamen per excellentiã vocat hic rectores: cùm ſint loco Apoſtolorum. 21. diſtin. in nouo. erit ergo prælatus talis iudex, ſine exercitio, ſicut & ſi furioſus factus eſſet, vt ff. de iudic. iudex. & eſt ſpeciale in epiſcopis: & quæ ſit ratio, ſtatim dicam. An ſit ſacerdos parochialis, uel miniſter inferior, & talis & propter lepram remouetur. j. e. odem. tua nos. nam in parochiali ſacerdote loquitur, aliàs autem nunquã remouetur, ſed datur coadiutor vel vicarius, ut no. ſupr. ſecundum Hug. & Goff. infrà, eodem verſi Hug. ſcripſit. Alij diſtinguunt vtrum morbus, puenerit à natura, & ſic loquitur decret. de rectoribus, an diuino iudicio, & ſic loquitur, c. tua nos. cuius cognitionem, diſcretionem & determinationem, phyſicis relinquo. & poteſt eſſet diuino iudicio, quia cognouit mulierem immediatè poſt leproſum. 6. q. 2. nuper. Hæc tamen ſolùtio reprobatur. 6. quę. 1. cùm percuſſio. Vinc. dicit, quòd quandiu poteſt quis in collegio remanere, non remouetur. ſed ex quo non poteſt, remouetur: ſicut iudex mutatur, ſi non poſſit iudicio operam dare. ff. de iudi. ſi longiùs. vnde expoſuit in illa decret. de rectoribus, coadiutor, id eſt, ſucceſſor, vel corrigitur per ſequentem. Laur. expoſuit in illa, tua. ab adminiſtrationis officio, ſcilicet quod eſt in actu. Hugo ſcripſit, quòd nunquam aliquis eſt viuo ſubrogandus, niſi eo remoto vel renunciante, ſeu tranſlato, etiã prætextu morbi. j. de conceſ. præben. c. 1. 7. q. 1. non furem. 1. q. 2. in primis. quod placet Gof. quia hæc opinio, ſicut dicit, confirmatur j. e. c. fi. & 7. q. 1. c. 1. 2. & 3. & c. qualiter. & c. quamuis triſte. Et ſi quæras, quid ſi ſeruire non poteſt? Reſpond. ſi eſt prælatus, dabitur ei coadiutor. j. e de rectoribus. & c. fi. ſi uerò fuerit inferior, ſiue ſimplex, dabitur ei vicarius: ſecundum Goff. qui exponit illam decret. tua. ſicut Laur. ſcilicet, quòd ibi remouetur non à titulo, ſed ab executione officij, ſiue adminiſtrationis. T. not. idem, excepto morbo lepræ, propter quem indiſtinctè remouetur quicunq; ipſum incurrit, ſiue ſit prælatus, ſiue alius, & hoc comprobatur in antiqua compilatione de conceſſ. præben. & eccle. non vac. ex tranſmiſſa. quæ hodie tanquam iniquitatem continens remota eſt ſ'm Gof. Bazianus diſtinguit, vtrum eſſet curabilis. & ſic loquitur decretal. de rectoribus, vel incurabilis, & ſic intelligit c. tua. Prior intellectus magis placet, & ipſum magis approbo: quia ex textu elicitur. Baz. reprobatur. j. e. ex parte. & licet pro eo ſit arg. ff. de iudi. ſi longius. & l. cum furioſus. ſed quę eſt ratio, ꝙ ſpeciale ſit in epiſcopis, ꝙ propter lepram non remoueantur, inferiores verò remoueantur? hæc, quia difficulter remouetur epiſcopus, ut s̃. de transl. epiſ. quanto. & c. licet. quãuis enim Metropol. & epiſcopi cognoſcere poſſunt de crimine, ſuper quo accuſatur epiſcopus, non tamen poſſunt epiſcopũ deponere ſine licentia Papæ, ut 3. q. 6. quamuis. & c. dudum. timendum enim eſt, ne concuſſis columnis corruat ædificium, ut j. de accuſ. qualiter. 2 §. j. minores verò ex leuioribus cauſis remouentur, ut j. e. qualiter. in fi. de ſimon. per tuas. in fi. 55. diſt. ſi Euangelica. verum p p alias infirmitates non ſunt priuandi beneficiis ſed potius dandus eſt eis coadiutor: ẽt ſi paralyticus ſit is, de quo, agitur, ne terreantur volentes Deo militare, ut j. e. cum percuſſio. & c. penul. & vl. quia non eſt addenda afflictio afflicto, ut ibidem, & 7. q. 1. cum percuſſio. aliàs perſecutio. 3. q. 9. iudicas. 5. diſtinctio. ad eius verò. j. de cenſib. licet. Idem eſt, ſi factus ſit impotens, non ex culpa ſua. j. eod. c. 2. ſecus, ſi culpa ſua. & ſecundum hoc intellige quod no. s̃. de corp. vit. per decre. s̃. de ætat. & qual. c. 1. & de elect. cum in cunctis. §. hoc ſanè. Sed abbas rèmouetur, ſi inutilis ſit 18. q. 2. ſi quis abbas. Alij diſt. inter morbum perpetuum & temporalem, ſed reprobatur j. e. c. penult. & vlt. ſeruire enim intelliguntur nobis, & c. quod dicunt no. s̃. de cler. nõ reſid. §. qualiter. ver. item qui in ſeruitio Papæ eſt. vnum t͞n non omitto, ꝙ ſi clericus leuiter pateretur, uel haberet veterem quartanam, quæ merito ſperni poſſet, & eſſet intentus circa propria negocia, nihil perciperet, niſi ſeruiret. ſup. adicta ergo non de fictitia infirmitate, ſed de vera & graui intelliguntur, ut probatur. ff. de re iudic. l. 4. & de redhi. ac. l. 1. §. ſed ſciendum. in fi. Et iungendum eſt s̃. de corp. vit. quòd clericus infirmus officium ſuum poteſt excercere, niſi vexetur à dæmonio, vel epileptico morbo, & caderet aſſiduè cum emiſſione vocis confuſæ, & iactatione ſpumæ. 7. q. vlt. per totum. Si verò rarò caderet, cum annua expectatione poſſet celebrare. 33. diſt. communiter. ita tamen quòd habeat vicini ſolaminis adiutorem. 7. q. 1. illud.

DE INSTITVTIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutio quid ſit.*
2 *Inueſtitura quid ſit.*
3 *Inſtituere quis poſſit.*
4 *Inſtitui quis poſſit.*
5 *Inſtitutio qualiter facienda ſit.*
6 *Inſtituto quod ius acquiratur.*
7 *Inſtituentis iniuſtè quæ ſit pœna.*

Quia

QVia præbendæ, de quibus diximus, per institutionẽ acquirunt, dicamus de institutionibus, videntes, Quid sit institutio, Quid sit inuestitura, Quis possit instituere, Quis institui, Qualiter faciẽda sit, Quod ius acquiratur instituto Quæ pœna malè instituentis.

1 a Quid sit † institutio. ª Ecclesiæ, uel ecclesiastici beneficij collatio, secundum Da.

2 b Quid sit † inuestitura. ᵇ In corporalem possessionem, uel quasi inductio, siue traditio, secũdum Da. & Ala. Goffr. ideo autem dicitur, quasi, secundum ipsum, quia plerunque fit per annulum, uel per librum. s̄. de sentent. & re iudicata cùm olim. j̄. de concess. præbendæ, proposuit. j̄. de his quę fiunt à maior par. cap. ex ore. sicut & deportatio signum est intronizationis. s̄. de elect. ecclesia. 1. & clauium traditio signum est traditionis rei, & quædam alia, de quibus nota. de causa poss. §. j. ver. uisu. & sequent. Sed certè hoc non patitur significatio verbi. nã institutio dicitur quasi intus statio, & aliud est donare, aliud intus stare. donatio enim, uel quod habetur pro donatione, sicut repręsentatio, institutionem præcedere debet, ad hoc j̄. de iure patr. cõsultationibus. & cap. nobis fuit. §. 1. & in glo. j̄. de conces. præbendæ. post electionem. super illo verbo, ordinatione. vnde institutio potius debet describi, sicut descripserunt inuestituram. & hoc not. ordo rubricarum. primò enim tractauit de præbendis conferendis, nunc de clericis in eis instituendis, quia parum prodesset cõferre, nisi intus poneretur. inuestitura verò idem sonat: sed hæc est differentia, quia institui dicitur propriè præsentialiter, inuestiri in absentia. Supradicti verò dixerunt, quod his verbis promiscuè vtebamur, & est verum: sed proprietatem verborum dixi, & pro maiori parte inuenies, quòd in hac significatione accipiuntur, ut in destitutione potest uideri per totũ tit. hũc. & j̄. titul. 1. ex parte. & inuestitura patet infrà eodem. titu. 1. proposuit. ubi clericus fuit inuestitus in absentia per anulum. & j̄. de his quæ fiũt à ma. par. ca. ex ore. s̄. de senten. & re iudicata. cùm olim. ergo propriè dicitur ille inuestiri, cui traditur baculus, uel festuca, uel anulus loco institutionis. id est positionis in possessi. sicut fit in feudi assignatione, ut j̄. de donat. per tuas ubi dicit, ꝙ fuit inuestitus, ut moris est: quasi dicat, Per baculum, & ideo incontinenti sequitur, quòd fuit ad mensuram feudum assignatũ: quasi dicat, quòd corporalis possessio non interueniat, sed inuestitura tantùm. dicit tamen constitutio feudorum quòd inuestitura dicitur propriè possessio: sed abusiuè dicitur inuestitura, secundũ quod propriè pono, ut in constitu. feud. tit. quid sit inuestitura. in principio. & sic abusio in propietatem vertitur, secundũ quod notatur s̄. quod satis videtur absurdum. sed nõ debet quis esse sapiens apud seipsum. ut s̄. de constitutionibus. ne innitaris. loquamur ergo, ut plures, sentiamus ut pauci, nec faciamus vim in verbis, dummodo de mente constet. C. commu. de le. l. 2. in fi. s̄. de proc. petitio. & iunge quod notatur s̄. de causa possess. §. 1. versi. quid ergo. & j̄. de feudis. circa principium.

3 Quis possit instituere. † De iure communi episcopus. Quod dic ut not. s̄. de offic. ordin. §. quid pertinet. sub §. sunt autem quædam. versic. ad legem iurisdictionis. s̄. de elect. §. quis possit eligere. versic. quid de præben. & seq. ad idem. s̄. de offi. archidiacon. cùm satis. 16. q. 7. nullus. & q. 2. visis. nisi de consuetudine, uel donatione episcopi hoc aliis competat, ut argum. eodem. cùm venissent. quod dic ut s̄. de offici. c archi. §. quod sit eius officium. Item capitulum vacante sede, ᶜ secundum quosdam, argument. j̄. de hære. ad abolendam. s̄. de ma. & obed. his quæ. & c. cùm olim. sed falsum est, si tamen accipiatur instituere, pro conferre, ut j̄. ne sed. vacan. illa. Item abbates, sed ad hoc sciendum est, quòd capellę fiunt monachorum duobus modis, ut no. s̄. de offi. ordin. §. quid pertinet. sub §. sunt autem quædam. & vers. seq. Item is qui habet hoc ex delegatione episcopi, ut j̄. eodem. ex frequentibus. Potest etiam instituere quicunque hoc habeat, & ex consuetudine, ut j̄. eodem, cùm venissent: dummodo clericus sit: nam laico hoc ius competere non potest, ut suprà, de electione. quisquis. quantumcunque tñ instituatur quis ab illo, qui hoc habet de consuetudine, id est quantumcunque sibi beneficium conferatur, nunquam tamen administrare debet, nec adipisci possessionẽ ecclesiæ, nisi de consensu diœcesani, & eius authoritate, vt patet j̄. eod. ex frequentibus. suprà, de renunciatione. admonet. nec in hoc consuetudo, quæ in hac parte corruptela potius potest dici, ut suprà, de consuetudine. cùm inter nos. & 93. distinctione. Nulla ratione. ideoq; talis remouendus est, nisi diœcesanus ipsum de gratia ibi dem duxerit relinquendum: ut s̄. de cleri. peregrin. cap. fin. quod intelligas, quo ad prioratus conuentuales & ecclesias curam animarum habentes: nam quo ad capellas sine cura, & alia simplicia beneficia, quæ tamẽ quo ad tẽpalia spectant plenè ad monachos, sufficit abbatis authoritas. & sic intellige 16. qu. 2. visis. nisi aliud utrisque de iure competat speciali, ut in auth. d. n. extrà, de priui. volentes. §. vl. & expone iure speciali, id est, priuilegio Apostolico tantùm, quo ad abbates pertinet, uel consuetudine respectu episcoporum, cùm pro ipsis faciat ius commune, & ratio naturalis. 16 q. 7. nullus. nullus autem seipsum instituere potest. ut j̄. e. c. vl. & de exces. prǣl. ad aures. nec repræsentare. j̄. de iure pat. per nostras.

4 Quis institui. † Persona idonea. ergo clericus, laicus aũt in seculo remanens, instituendus non est, nec computandus inter canonicos. ut j̄. eod. c. 2. secus de conuerso, secundum Laur. arg. j̄. eod. ad decorem. secundum literam, uel alios idoneos, quasi dicat, non literatos. j̄. de decimis, quamuis sit graue. talis enim clericus intelligitur destinatione. 23. q. 1. paratus. & qui emit ius, talis simoniam committit. 1. q. 3. saluator. argum. s̄. de constit. ecclesia. j̄. de reb. eccle. non alien. cùm laicis. 31. q. 7. in noua. quod dicut not. suprà, de præb. §. cui. vers. sed nunquid pueris. & seq. quod intelligas, quo ad præbendas: secus, quo ad rectorias. qđ dic ut no. j̄. ne prælati vices suas. uersi. sed iura. Instituendus est autem tam nobilis, quàm ignobilis. quia non genus nobilitat hominem, sed virtutes. nec obstat aliqua consuetudo contraria, ut s̄. de præbend. venerabilis. nam quantum ad Dei cultum, non est masculus, neq; fœmina, neque seruus. omnes enim in Christo eandem mercedem accipiemus. ut in auth. de monachis §. hinc autem. col. 1. ergo nõ habetur acceptio personarum; imò vndecunq; sint, instituendi sunt, dũmodo honestè viuant, ut j̄. e. ad decorem 40. di. nos qui. lvj. dis. vnde cunq;. & c. nunquam. s̄. de iudi. cùm deputati. & hoc verum est, quando noti sunt, uel probabile testimonium habent prælatorũ, ut s̄. de præben. in Lateran. in fine. secus de ignotis, & sic soluitur contrà. 98. di. Aphros. ff. de ędilit. edict. & redhib. act. quod si nolit. §. qui mancipia. quod dic, ut s̄. de cler. peregr. Conditio autem seruilis, & legalitas matrimonij bene considerantur: quod dic ut no. s̄. de fil. presbyt. & de seru. non ordin. & vide quod not. s̄. de rescri. § quæ possunt obiici. ver. quod si quæras. sub illo ver. pauper. Item nec est instituendus extraneus sine licentia proprij prælati, ut no. s̄. de præbend. §. fi. sub §. sed & secundum Goffr. versi. nonne ergo. & præced. Potest autem quis per se institui: potest & per alium, ut s̄. de præbend. accedens. & c. dilecto. j̄. de conc. præben. constitutus. Sed nunquid eo ipso quòd aliquis inuestitus est nomine meo, videor acquisiuisse beneficium? de hoc nihil dicit litera: sed tamẽ dicit, quòd inuestiri possunt. Ego dist. vtrum habeat mandatum, uel non habeat. Si habet mandatum, & conferens, uel recipiens nomine meo, gerit in animo quod mihi acquiratur, acquiretur. ut ff. de don. qui mihi. & de acqui. re. dom. si procurator. Si neuter hoc intendit, non acquiritur mihi, donec nactus sim possessionem corporalem: ut ff. de acqu. rer. dom. res ex mandato. secundum hoc intelligitur s̄. de rescrip. ex parte S. personę. Sed contrà, ff. de acquiren. hæred. per procur. sed aliud in temporali hæreditate, quæ non acquiritur per procuratorem. ut ibi. & est ratio, quia non est, ut ff. de acquir. hær. pro hærede. & quia onerosa, nisi fecerit inuentarium. C. de iure deli. scimus. Aliud in spirituali, quia ex quo renunciatum est, non est quis adstrictus ad onera, ut s̄. de cler. cõiug. diuersis. & c. quod à te. Sed certè ista, scilicet spiritualis est magis animi quàm temporalis, quia nunquam præcisè cogetur inuitus eam adire. 74. distin. gesta. Sed in temporali cogitur præcisè quandoque: ut Insti. de hære. qua. & diffe. §. 1. Item est magis onerosa cùm hic vertatur periculum animæ, ibi periculum pecuniæ tantùm. arg. C. de sacro sanct. eccl. sancimus. 1. Ideoq: dicas, neutra acquiratur per generalem procuratorem, sed per specialẽ bene, ut ff. de acquir. hær. si quis mihi bona. §. iussum. & seq. & l. si quis alicui. & in hoc potest saluari opinio Roge. non obst. ff. pro socio. actione. §. renunciare. & de admin. tut. si duo. in fi. vbi dicit, quòd tantum facit generale mandatum, quo ad omnia, quantum speciale, quo ad quædam. fallit enim hic propter rationẽ præmissam, quia neq; clericus renunciare posset prælato inuito, ut s̄. de renun. admonet. & sic caperetur ignorans, quod esset absurdum. Si verò sit negotiorum gestor, nec speciale mandatum habens, nõ acquiritur mihi, nisi & ergo habeã ratum, & sic intelligas s̄. de præben. accedens. & ff. de negotiis gestis. si ego. & de acquirenda possessione. communis seruus. §. procurator. Quid ergo si medio tempore alij pręsenti & recipienti conferatur, antequam absens ratam habuerit dona tionem sibi per procuratorem factam? videtur quòd secundus potior

ADDITIONES.

a Quid sit institutio. ¶ Adde Doct. in rub. eod. tit.

b Quid sit inuestitura. ¶ Adde Host. in c. 2. de consu. Io. And. in c. authoritate de instit. Ioan. And. in addi. Spe. super rub. de instit.

c Capitulum vacante sede. ¶ Adde Fran. Pau. in tract. de potestate capi. sed. vacan. in 5. q. 2. partis princ.

dus potior sit.argum.C.de rei vendic.quoties,&arg,s̃.de prebẽ. dilectus.ij & de iure patr. ꝙ autem.ff. de leg.ij.l. vlt. §. fin.ff.de vsufruct.lega.l.Sticho. vt tamẽ prælatus qui hoc fecit in fraudẽ primi,teneatur primo in cõsimili beneficio prouidere,si primus ratam habuerit donationem sibi factam.argu.s̃.de præben.inter cætera.j̃. de iure pat.pastoralis. Sed contrà, quia videtur quòd primus potior sit, ex quo ratum habet.arg. ff.de conditio. & de monstrat.l.legata.Solutio electio,siue publicatio scrutinij,& repræsentatio,& donatio per prælatum vel patronum ecclesiasticum facta, æquiparari videntur, siue is qui eligitur præsens fuerit,siue absens,ergo tali electione,repræsentatione,vel donatione facta pendente,non debet alia attentari: & debet,si attentata fuerit,irritari: secus in repræsentatione facta per laicum.Itẽ secus, si patronus ecclesiasticus consentiat in aliquem repræsentãdum,sed non repræsentet,quia talis præsentatio laici,seu cõsensus nudus patroni clerici,poterit præueniri.& quę sit ratio,notatur j̃. de sponsa duorum. §. quæ quibus. ver.quæ est ergo ratio. & sequ. & præced. vbi inuenies iura, per quæ hæc solutio comprobatur. Item instituendus est clericus secularis in seculari ecclesia, regularis in regulari, quia homines disparis professionis simul non possunt esse, xvj. qu.vij. in noua actione. s̃. de vita & honestate clericorum.c. j.& not.s̃. de vita & honestate clericorum.§.& in quibus.Sed videtur quòd monachi & oẽs regulares possunt habitare simul.ar.s̃.de vita & honestate cleri. Deus qui. & sic est arg. pro Hugo.qui dicit, quòd regularis canonicus põt fieri monachus, & ecõtrariò:nõ enim sunt nisi duo genera hominum,clericorum & laicorum.xij.q.j.duo sunt. vnde videtur, quòd non sunt nisi duo habitus,clericalis & laicalis & ideo monachus conformando se in aliquo habitu,licet monachale schema paulisper excedat,à monachali tamẽ habitu non videt̃ recedere.arg.C.de his qui spõte mune.pub.subeũt.l.qui muneris publici.lib.x. & ad hoc.lxiij. dist.c.j.& ij. & lxxiij.dist. quorundã.& potest esse prælatus,dum tamen habeat abbatis vel episcopi cõsensum.xvj.q.j.cùm pro vtilitate,& c.doctos.de hoc dic vt no. j̃.de statu monach.§.& vtrum.& de relig.do.§.& vtrum. & seq. nec obst.quod s̃.dictum est de duobus generibus:quia est & tertium genus, vt not. s̃. in procemi. §. vnde habuit originem. sub §.ex præmissis.& versic.sequent.& s̃.de vita & honestate cleric. §.& in quibus. versi. item consistit in tonsura. Regularis tamen potest fieri episcopus.viij quæst. j. c. j.& absoluitur à iugo regulari, vt ibi,id est, à subiectione prælati: non tamen quantum ad victum & habitum, ne contradicant,s̃. de vita & honestate cleric.clerici.ij. xvj. quæstio.j.de monachis. secundum Ber. Alij dicunt, quòd absoluitur quantum ad omnia, ita quòd fortè carnes comedere põt,quia canones non excipiunt aliquem casum, vt 12 q.j.c.vno.16.q. j.nemo.nec obst. c.de monachis.qa non loquit̃ de epõ. est enim dñia vt in ead. q.§. his oĩb. sed habitus excipit̃ in fauorẽ religionis, vt d.decre.clerici.in fi. Olim tñ nõ poterat monachus præfici in seculari ecclesia nisi ex dispẽsatione. vlt.distin. priscis. hodie potest vtilitatis causa. xvj. q.j.cùm pro vtilitate.s̃. de ætat.& qualita.tuam. sed debet habere socios monachos eiusdem religionis. j̃. de statu monac. monachi.& c. qđ Dei timorem. multo magis potest ergo monachus præferri regularibus. nam etiam eremita potest fieri abbas monachorum, s̃.de elec. cùm monasterium. Alij dicunt, ꝙ monachus erat,& quod dicit ibi in eremo, est propriũ nomen monasterij, qđ est in Tuscia. nam aliter non eligeretur. vt s̃.de ele.cùm causam. ad nostram. officij.cùm in magistrum, eremita eñ propriũ habet, vt xix q.ij.§.ecõtrariò paulus ꝙ nõ licet habere monacho.j̃.de statu monac.cùm ad monasteriũ. in fine.& dicit lex,qđ in minoris religionis abbatẽ non põt quis eligi, vt in nouel.iuxta illud,& ambulabunt de virtute in virtutem.nec debet quis descendere. xciij.dist.inc.legimus,in fin.s̃.de translat.episc.c.licet.& ff. de mune.& ho.vt gradatim.sed certè ascendere dicit̃ non descendere, qui eligit̃ ad prelaturã,s̃m Gul.Na.dico,quòd in illa cùm ad monasteriũ,facta fuit postulatio,non electio,vt litera dicit.

Item instituẽdus est is, qui nullum bñficium habet dic vt s̃. de præbend.§. vl. & hoc no. quòd in casibus potest quis habere plures ecclesia parochiales,vel etiam personatus.Primus est, vbi dependet vna ab altera vt s̃. de elect. dudum Gre. §. vlt. & de ætat. & qual.eam te,& de præben.extirpandæ.§.j.& c.exposuisti.Secundus est quando habet vnam intitulatam,& aliam cõmendatam, vt d. decret. dudũ.xxj. quæst.j.qui plures.sed in hoc casu videt̃, quòd cõmendata possit auferri, quandocũq; videtur prælato, nisi fortè ad certum tempus esset cõmendata.arg.j̃.de commo. c.vnico. Tertius, vbi tenues sunt in reditibus.x.quæ.iij.c vnico. & dictis c.eam te.exposuisti. vbi dicit.quòd si præbendæ tenues sunt,põt fieri statutũ de ecclesiis perpetuò annectendis. Quartus, vbi clerici digni rarò inueniunt.xxj. q.j.& §. j.quia indignis conferendæ non sunt,vt j̃.eod.§. quæ pœna instituentis iniustè. Quintus,vbi dispensatur per sedem Apost.vt dicta decret.dudũ. §.nos igitur. & de præben. de multa. in fine. Sextus, vbi dispensatio episcopi interuenit,vtilitate vel necessitate ecclesiæ exigente, & sic ex cã iusta, secundum Io. sic intelligitur j̃. de conces. præben. cum nostris. in fine. Idem Vinc. & pro h s s̃.de elect. in causis. in fi. j. q. v.præsentium. 50. dist.priscis.& no. s̃.de ætat. & qualit. §. ætas. secundum T. & sequaces. contra ego cum Io. & Vin.arg. j. q. vij.§. nisi.& c. tali.& per totum.& hoc intelligas, quando dispensatur propter vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ,vel personarum, vt s̃.de præben.exposuisti. j̃.de rer.permut. quæsitum. vij.q.j.scias, secus, si propter prærogatiuam meritorum, quia tunc solus Papa dispensat, sic intelligas s̃. de præbendis de multa. in fine.& hoc planè sonãt iura.& ad hoc.s̃.de elect. innotuit.in fi.& iunge quod not.s̃.de ætat.& qual.§.ætas.

5 Qualiter facienda† sit.Iustè & canonicè, s. authoritate episcopi. j̃. eodem. ex frequentibus.s̃.de cler. pereg.c.fin.s̃.de renunc.admonet.j̃.de exces. prælato. ad aures. & quod fiat tempore congruo. non ergo alio viuente, vt j̃. tit. j. c.j & ab illo qui hoc de iure potest:non ergo ab episcopo post vij menses, vt s̃. de sup. neg. præl. c. pen. & vlt. & personæ idoneæ. super hoc vide s̃. de præben. §. cui.de ætate & qualitate. & quòd nihil interueniat simoniacæ prauitatis. quod dic, vt j̃ de simonia. ad hoc j̃. vt benefi. eccle. §.j. Ergo beneficium ex iusta institutione acquiritur,non ex salarij perceptione,vel longa possessione, vt ff. de decur. sola. aliàs incipit,Herennius.s̃.de præbendis.dilect.non ergo acquiritur ex transactione,vel arbitrio,vel successione,s̃. de præben.c.j.& de pact.c.vlt.& de transact. c. vlt. & de arbitr.non sine.& de renun.super eo.& de in integ. rest.c. penult. in fine. Et hoc quod dixi de compositione intelligas, si sit iuri contraria,aliàs toleratur:sed si fiat authoritate iudicis,realis est,siue personalis.quod dic vt not s̃. de transact.§. & in quibus cesset. versi.item quæritur, si super ecclesia.argu.ad hoc j̃. de iure pat.cura. C. de eman.l.iij.& ij.q.j.legum.s̃.de appel. personas. Caue tamen tibi, quia licet quis iniustè institutus sit,si tamen agit possessorio, bene tuetur ipsum possessio, & salarij perceptio.s̃.de elect.in Genesi sed in peritorio ista non prosunt, vt s̃. de præbend. dilect. respon. j. saluo quod not.s̃. de restitut.spolia.§.quando.sub §.in casibus,ver.xij.& sequent.& verquid ergo. & j̃.tit.j.§.vtrum. ver.sed quod dixi. Item quod dixi de vi.mensibus,locum habet in personatibus & ecclesiis.Item in præbendis,vbi certus numerus canonicorum habetur, vt j̃. titu. j.capit.ij. & capi.ex parte Asten.nam si certus numerus nõ esset statutus,intelligeretur quoddam ius de nouo creari, vt s̃.de præben.dile.§.j. ver. præterea.quod dic vt notar.j̃.vt benefic eccle. Item taliter facienda est institutio,quòd ecclesię non grauentur: quia non sunt ponendi,nisi tot quot sustentari possunt, vt j̃. capit.j.& cap. authoritate. & in authen. vt determina.sit numerus. cleri.col.j. quæ constitutio specialis est in ecclesia Constantinopolitana, & in ecclesiis adiacentibus,sed generalis habetur in authen. quomodo opor. episcop.§. sed neque effusas. col. j. & ecõtra tot ponendi sunt,quot possunt sustentari, vt vij.q.j.precipimus. & argu.xvj. q.vij. omnes basilicæ.s̃.de constit.cùm M. Ferr.§. vltimo. quia cultus diuinus potius debet augmentari, quàm minui, vt s̃.de constit. ex parte.sed propter modicum incrementum, neque plus neque minus, argu. C.de allu.l. pen. & vlt. licitum est tamen clericis huic iuri renunciare, vt s̃. de præben. pro illorum.& à contrario sensu, j̃.eod.authoritate.vbi dicit,inuitis,& imputent sibi, quia tot receperunt, & quærant sibi victum manibus exemplo Apostoli, vt xcj.dist. clericus victum.

6 Quod ius †acquiratur instituto. Et quidem si instituatur in canonicum:acquiritur ius canoniæ, quod in quo consistat, not s̃. de præben.§.j. Si in prælatum ius prælaturæ acquiritur, sed non possessio, quousque possessionem nactus fuerit corporalem, s̃. de elec.cùm in cunctis.§.cùm verò xxj.q.ij.si quis iam translatus.arg ff.de acquir. poss.cùm hęredes.in authen.vt ordin.præf.col.v.ff.de bon. poss. ex testa.mil. l. fin. vnde nec prius desinit quis habere titulum in priori ecclesia quousq; possessionem adeptus fuerit in secunda, xcij. distin. si qui episcopi. Supradicta intelligas, quando præsens institutus est:secus si absens,vt patet in his quæ not.s̃.e §. quis institui.ver. quid ergo. & præced.& sequ. Item quando de licentia prælati, quẽ relinquit facta est,aliàs contrà, vt not. s̃. de præben.§.fi.sub §.sed secundum Goff. versi.pen.& fi.Item quando aliàs canonicè facta est, secundum ea quæ notan.s̃.eodem § prox.

7 Quæ pœna instituentis † iniustè. Dic s̃. de electi.§. quam pœnam, vbi inuenies, quod indigno non est dandum beneficium.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, ET ecclesiæ non vacantis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Beneficium quot modis dicatur vacare.*
2 *Beneficium non vacans, an conferri vel promitti possit.*
3 *Beneficium intra quod tempus conferri possit.*

Actum

ACtum eſt s̃.de inſtitutionibus,ſed quia ſępe inſtituitur quis in prebenda, uel eccleſia nōn uacan. ideo dicamus de conceſ.præbendæ & eccleſiæ non uacantis,uidentes in primis, Quot modis dicatur beneficium uacare, Et utrum beneficium non uacans conferri poſſit, uel promitti, Et intra quod tempus beneficium uacans ſit conferendum.

1 a Quot modis dicatur † beneficium[a] uacare.Hic ſciendum,ꝙ beneficium aliquanco uacat de iure & de facto,ut quia mortuus eſt is qui ipſum detinebat: mors enim omnia ſoluit.ut in auth. de nup.§.deinceps.s̃.de poſtu. præl. bonæ j. & ij. & ad idem s̃. de reſcri.ſignificauit. uel quia renunciauit is qui habebat beneficium de conſenſu prælati, ut s̃. de præb.dile. uel quia tranſlatus eſt cum effectu. j̃. eod. poſt ele.s̃ de renun.admonet. j̃. eod.ex parte Aſten. Aliquando uerò uacat de facto, & non de iure, ut cum quis eſt ſpoliatus beneficio ſuo, ut s̃. de reſtit.ſpol itẽ cum quis. & de his quæ ui metuſue cauſa fiunt.ad audientiam.& c. abbas.aliquando nec de facto, nec de iure,qđ non eget exemplo. Aliquando uacat de iure,ſed non de facto: vt cũ quis habens beneficium maius& dignius, uocatur ad minus & uilius. non eñ eſt uerisimile ꝙ uelit relinquere maius pro minori,ut s̃. de præſump.quia nõ eſt uerisimile.s̃.de cler.nõ reſi.c j.quia aſcẽdere debet quis, non deſcẽdere.xciij. diſt. legimus. in fi.ff.de mu.& ho.ut gradatim.& in caſu iſto,ſ.ubi certum eſt ꝙ ſ.eſt minus ſeu uilius,non tenet collatio ſecundi,niſi de facto tantum:& ideo uacat de iure,ut j̃. eo.cum noſtris. & c. literas. & ſic etiam poteſt intelligi. s̃. de cler.non reſid.quia nonnulli.§.fi. & c.ſeq. Vbi uerò certum eſt, ꝙ ſecundũ maius eſt, uel dignius,tunc primum uacat de iure & de facto, ut s̃.de ele. dudum. & hoc uerum eſt,ſi tranſlatio tenuit cum effectu. xcij.diſtin.ſi qui epiſcopi.xxj.q.ij.ſi quis iam tranſlatus.s̃. de elect.cùm in cunctis.s̃.de præb.de multa.cum ſuis ſimilibus Sed ſi dubitet, qđ ſit maius uel minus,habet electionem ꝙ uoluerit retinendi.s̃.de æta.& qual.eã te.& de præb.referente.& c. prętera.Poſſet ẽt diſtingui,utrum habeat licentiam prælati, uel non habeat:quia ſine licentia non põt tranſire, ut s̃. de ren.admonet. Licet aũt hæc diſt.quo ad ſeruãda iura laudabilis ſit, tñ in iudiciis non ſeruatur,ſed ſtatur illi decret.s̃.de præben.de multa.

2 Et vtrum beneficium non uacans † conferri poſſit, uel promitti. Si uacat de iure & de facto, planũ eſt quod conferendum eſt idoneæ perſonæ.ut s̃.tit.j.c.ij.& c.ad decorem. & de præben.ſuper inordinata.& c. graue. & c. extirpandæ. & c.de multa. Vbi autem uacat de iure, ſed nõ de facto, conferri prohibetur,quouſque renũciauerit is qui detinet, quatenus de facto tenet, ut j̃. eod.cũ noſtris. & c.literas. Sed hoc intelligas, ſicut uerba ſonant, ſ. quando aliquis ſuggerendo quod uacat,impetrat,quod ſibi cõferatur.aliàs autem conferri poteſt beneficium uacans de iure,licet de facto non uacet per ſuum iudicem, ſiue ordinariũ, ſiue delegatum,ut ſi quis habẽs unam eccleſiam, ſecundam recipiat, quamuis cum ſecunda primam de iure uacantem de facto retineat, nihilominus confertur.s̃. de præbend.de multa. Et idem intelligas in omnibus beneficiis quæ de facto tantùm detinẽtur: puta à clericis coniug. cum quibus diſpenſatum non eſt:à depoſitis uel remotis,& in omnibus aliis quæ detinentur ab aliquibus occupata: & ſic etiam poſſunt intelligi iura inducta. j̃. eodem. uerſicul. ſed & quod dixi. Vbi uerò impetrans ſuggerit quod uacat, & quod ſibi conferatur, obſtat facti poſſeſſio,ut dictum eſt.& in hoc caſu, ſcilicet quando impetratur ſic ante renunc.& ubi non uacat, nec de iure nec de facto.& ubi de facto,ſed non de iure,habet locum quòd qui ſcienter recipit,hoc ipſo expellendus eſt: quia patitur ſe poni in loco uiui,ut j̃. c. j. & ij. q. j. in primis.vij.q.j.non furem.Sed & quod dixi beneficium de iure uacans, non tamen de facto conferri nõ debere ante renunciationem,intelligi poteſt quando is qui poſſidet habuit cauſam ab illo qui donare poteſt:& ſic eſt uitium ex parte recipienties, ſiue defectus: ſecus,ſi ex parte donantis,puta quia non habet poteſtatem dandi: tunc enim non ob. ſecundo poſſeſſio facti, & ſic poteſt ſolui. j̃. ne ſed.uac.illa.s̃. de ſupplen. neg. præla.c. fi. & eſt ratio,quia talis non habet poſſeſſionem,licet habeat detentionẽ:poſſeſſio ergo facti inſta,ſcilicet quando habetur cauſa à vero prætore,impedit collationem. argu.ff. de acquir.poſ.iuſtè poſſidet.ff.quod cun falſo tut.l.j §.penu.iniuſta autem detentione non obſtante poterit conferri, ut s̃. de præb. de multa.§.j.& j̃.e.propoſuit.& ſic decr.cùm noſtris.& decret. literas.loquũtur de poſſeſſione colorata,ſecundum do. Oto.Car. ſic eñ ab eo audiui licet nõ induceret iura,& tñ infinita induceret ſciret & poſſet.ff.qđ met.cauſa.l ult. in fi & de minor.ait prætor.uer.quid ergo.& de pig. act. l. ult. in fi. & iunge qđ not.s̃.de reſti.ſpo.§.quãdo.ſub §. in caſibus.uer.xij.& ſeq.uer.quid ergo. Sed & ſi quis iuſtè depoſitus ſit, tunc põt recipere alius beneficium ſuum,vij.q.j.Epiſcopus 50.diſ.poſtquã.ꝙ ſi iniuſtè,& non appellauit intra x.dies, imputet ſibi,ut s̃.de ſen.& re iud.cùm inter uos.& c. ſuborta.& de elec.cùm dilecti.in fi. nã res iudicata. appellatione nõ ſuſpenſa pro ueritate accipit. ff.de re.iu.res iud. & ideo ſine ſcrupulo cõſcientiæ recipi poteſt,licet Theologi cõtrarium dicant adducentes s̃.de præſ.uigilanti.& c.quoniã.Sed certè ex quo authoritate iuris recipit, & non debet habere malam fidem: quia eius, ſ. iuris ſiue legis authoritate nemo peccabit.ut xxiij.q. iiij. q peccat. ergo non debet quis recipere beneficium alterius ſcienter: aliud ſi ignoranter. quod dic ut not.s̃.de præb.§.fi.ſub §.illud in ſumma. Vbi autem ꝓmittitur beneficiũ nondũ uacãs de iure & de facto,dicũt quidã,ꝙ ſi promiſſio fiat in genere,ualet:ſi in ſpecie,nõ ualet.ar.C.de pactis. l. ulti. ff.pro ſocio.l.iij.ſed hoc reprobatur, j̃.e.ex tenore.ubi promiſſio facta fuit in genere, & tñ dicitur facta ꝯconcil.j̃.eo. c. nulla. & ideo ſi promiſſio beneficij uacantis fiat alicui,& authoritas Papæ interueniat, rata eſt,quia poteſt de iure ſupra ius diſpenſare.ut j̃. eo. propoſuit.ſed tamen non eſt trahendũ ad conſequentias. ut j̃. e.conſtitutus.Sed ſi authoritas Papæ non interueniat, & promiſſio fiat loco religioſo: ſiue alicui collegio, de aſſenſu epiſcopi tenet,ſed uiuentibus inuitis auferendum non erit. j̃.de dona. cõſultationibus.& ſuprà, de reſti.ſpolia. cùm ueniſſent.niſi ſecundum quod legitur. j̃.de eccle ædifi.ad audientiam.ij. in hac autẽ promiſſione non fit contra concil. quia quod uniuerſitati datur,non eſt ſingulorum. xij. q. ij.qui manumittitur. nec eſt propria vtilitas alicuius ſingulariter. ij.q.vj.biduum.uerſi.plura. nec propter hoc præſumitur, quòd aliquis deſideret mortem proximi, quia quod commune eſt negligi conſueuit, ut C. quando & quibus quarta pars debetur.l.ij. lib.x. Sed & poteſt dici hoc admitti in fauorem religionis. argu. s̃. de dolo & contumacia.c.ij. & ff.de reli. & ſumpti. fune. ſunt perſonæ. Sed ſi authoritas Epiſcopi non interueniret, non ualeret; licet ius patronatus loco religioſo donari poſſit, ſecundum me, ſine conſenſu Epiſcppi, vt no. j̃. de iure pa.§.qualiter transferatur.uerſi. donatione. Sed ſi promiſſio fit non religioſo loco, ſed perſonæ cuicunq;,uel ſingulari & perſonaliter, aut fit promiſſio ei qui nullo modo recipitur,& tunc non ualet,ut j̃.eo cap.ij. C. de inutili ſtipu.ex eo.& de pactis.l.ult.& in princip. conſtit.feu:c.ſi uerò archiepiſcopus. etiam ſi legatus cõſentiret. s̃. de præb.dilect.j. poteſt tñ legatus retineret donationi ſuę beneficium primum uacans,ut j̃.de iure patr. cùm dilect.aliàs promiſſio non ualet, vt j̃.e od.ex tenore. etiam ſi fieret à patrono. j̃. eo.c. ultimo. Quod uerum eſt,quando fuit ita dictum, Promitto tibi dare beneficium primum uacans:ſecus ſi dicat, Promitto tibi prouidere in beneficio eccleſiaſtico,quam citò ſe facultas obtulerit, ut ſuprà, de præben.dilecti.j.tunc enim ualet promiſſio.& eſt ratio quæ legitur. j̃.e. accedens.quia ſcilicet multi caſus accidere poſſunt,in quibus ſubtrahitur expectatio mortis, puta bona poſſunt excreſcere.ſuprà, de conſti.cùm M Ferra.infrà, de ver. ſig.ca. ſi Sed certè idem in alio membro,quando ſ.promittitur beneficium primo uacaturum.poteſt enim uacare multis modis ſine morte:ut cum unum beneficium in duo diuiditur ex ꝓuiſione ſuperioris. s̃. de præb. uacante, uel cùm aliquis ex canonicis remouetur, transfertur, renũciat,uxorẽ ducit,uel religionẽ ingreditur. Ad qđ eſt reſpõdendum, quòd iura quæ dicũt talem promiſſionem non ualere; conſiderant ea quæ frequentius accidunt: ad quæ ipſa ſunt adaptanda.ff.de legi.nam ad ea.ff.ad Trebel.poſtulante.frequẽtius aũt accidit, ꝙ per mortẽ uacãt beneficia,quàm aliis modis. & hoc ſatis innuitur. j̃.e.nulla.ibi,ne deſiderare qs mortẽ ꝓximi uideatur.ex quorũ uerborũ mente dici põt, ꝙ quo ad periculũ animæ, nihil refert qualiter promittatur, ſed qualiter intendatur.nam etſi promittam tibi prouidere,quàm citò potero,& tu deſideres mortem proximi, mentem concilij non euades: ſi aũt promitto tibi dare beneficium, quàm citò uacauerit, & tu non deſideres mortẽ proximi,tutè recipies cũ uacabit.ergo in utroque caſu eſt requirendum in pœnitentia de intentione, & ſecũdum ipſam iudicandũ. arg. j̃.de ſimon.c.fi. & de uſur.conſuluit. ſed in foro contentioſo ſtandũ eſt uerbis, ſit pro ratione uoluntas.Inſtitut.de iure naturali.§ ſed quod princip. & quia uerum eſt, quòd hæc ꝓmiſſio quando potero,generalior & honeſtior eſt,quia põt ſeruari ſine uacatione:ſed alia non poteſt, cùm ibidem ipſa uacatio implicetur. Sed & ſi alicui facta ſit promiſſio beneficij nondum uacantis de conſenſu illius cuius erat, dicunt quidam quòd ualet arg. C. de pactis.l. ulti. quod credo falſum, quia clerici non ſunt domini, ſed procuratores. j̃. de dona.c.ij. quod ſi is cui facta eſt talis promiſſio, beneficio uacante appellauit, ne alij conferatur, ipſius appellationi non erit deferendũ, ut j̃.e.relatum. ſed ſi fiat promiſſio talis ei qui receptus eſt in canonicum,tenet: & eſt ratio, quia ſine promiſſione aliqua hoc ei debetur

ADDITIO.

a Quot modis dicatur beneficium. ¶ Adde Ioa. And. in regula beneficium. de re.iur.lib,6. in mercurialibus.in j.mea apoſtil.

debetur. vt s. de consti. cùm M. Ferra. & de preb. relatum. Si uerò recipiatur quis ad primam uacantem, non ualet, ut j. eo. c. ij. ubi dicit tribuantur. tamen hi qui eum receperunt, non possunt ei obiicere, ut j. e. cum super. quia frustrà legis auxilium &c. ut ff. de mino. auxilium. s. de ele. bonæ. me. Magun. j. de usu. quia frustra. & paria delicta &c. ut j. de adul. c. pe. & ul. s. de exce. cum ecclesiasticæ. nō enim possunt allegare turpitudinem suam, ut j. de dona. inter dile. nec possunt uenire ɔ factū suum s. de ele. con iug. diuersis. sed contrà, j. e. ex tenore. s. de præb. cùm non ignores. & in pari causa turpitudin is potior debet esse conditio possidentis & excipientis, ut ff. de cond. ob tur. causam ubi. solutio. Contraria intelligūtur, quando promissio fit ei, qui nullo modo recipitur, uel estuis in petitione, ut statim in sequētibus dicam. Alij dicunt standum esse illi decret. ex tenore. quia auditur allegans turpitudinem suā propter periculum animę. sic s. de re iud. lator. Ego dico, ꝙ caueat sibi receptus in canonicum, qualiter petet præbendam: nam si dicat, Peto præbendam mihi assignari, quia canonicus: non possunt hi qui eū receperunt contra ipsum excipere: sic intelligitur c. cùm super. & similia. & est ratio, quia ex quo canonicus est, non debet esse sine præbenda. ut s. de preb. relatum. & c. dilecti. tale enim ius sine re corporali diu esse non potest, sicut nec anima sine corpore. ut j. q. iij. si quis obiecerit. nisi forte replicetur, & probetur quod in canonicum honorarium receptus fuit, secundum ea quę no. s. de præben. § cui. sub §. sed nunquid. uer. beneficium seculare. Tamē ubi receptus fuit ad primam uacantem, potest Iudex ad petitionem, uel exceptionem partis aduersæ de hoc inquirere, & ipsum repellere propter periculum animę. ar. s. de ele. cùm nobis olim. § pe. & c. cùm dilect. s. ti. j. cùm uenissent. prope fi. Si uerò dicat, Peto mihi assignari prębendam, quia fuit mihi promissa prima uacans, succumbet: quia dicent canonici, Hoc nō confitemur. sed si hoc uerum esset, dicimus ꝙ non es audiendus. & sic intelliguntur ɔria, nisi fortè canonicus replicet, & dicat promissionem tenere, quia antequā ꝓmitteretur, fuit in canonicū receptus: unde ualuit promissio: ut s. dixi. Et hoc scias, ꝙ si is cui facta est talis ꝓmissio recipiatur, postea beneficio uacāte talis receptio tenet. quia licet nō ualuisset ꝓmissio facta de nō uacāte, tenet tñ receptio de uacāte, ut j. e. proposuit. Sed quid acquiritur recepto in canonicū ad primā uacātem? Respōdeo, ius canoniæ, non præbendæ: quā tamen cùm uacauerit, petere potest ex ui mandati Apostolici, si interuenerit. s. de rescr. ɔstitutus. uel ex ui receptionis, & non promissionis, ut s. no. & iunge quod no. s. de consue. §. & de uirtute. sub §. extra summā. uer. quid si quis de mādato Papæ. Quid si canonici eligunt in decanū præpositum alterius ecclesię scienter, & patiuntur quòd utrunque personatum teneat, uel sciebant, uel scire poterant, quòd primum nullatenus dimitteret. nunquid possunt agere ɔtra ipsum, ut decanatum dimittat? dico non in modum accusationis. arg. in iuribus allegat. s. in proxi. uer. Si uerò recipiatur. & j. e. cum super. & similia, sed in modum denunciationis bene audietur. argumen. suprà, de iureiurando, quemadmodum. in fine. infrà, de despons. impub. ad dissoluendum. 35. quæst. 6. consanguineos. dummodo trina monitio præcesserit: alias repellerentur. infrà, de accusa. qualiter & quando. §. ad corrigendos. nec ob. suprà de præbend. cùm non ignores. cum similibus. quia non fuerunt passi canonici, quòd administraret, nisi primę renunciasset: & quia primum uilius est, unde poterat præsumi ꝙ renunciasset, uel illud, quando in modum denunciationis agitur.

3 **Et intra** quod tempus, †&c. Episcopatus intra tres mēses. ut 50. di. postquam s. de ele. ne ꝓ defectu. ɔcil. enim Lateranen. j. e. nulla. olim ad Episcopatus non extendebatur. j eod. dilect. sed hodie extenditur, licet tempus breuius limitetur, secundum quosdam. Ego dico, quòd olim non extendebatur, nec hodie extenditur. unde si Archiepiscopus uellet ꝓuidere eccles. cathedrali authoritate illius decre. dilect. nō ualeret, licet hoc posset facere authoritate illius dec. ne ꝓ defectu. quia uoluntas & potestas, &c. sic s. de officio delegati. cū super. j. eodem, ex parte. §. 1. in fine. Et ex hoc not. quòd si iudex causam determinat authoritate alicuius iuris, quæ tamen eo modo quo determinat, non per ipsum, sed per aliud ius determinatur, & hoc in sententia exprimat, sententia nulla erit. j. eodem. c. ex parte. & c. dilect. s. de constitut. ecclesia. nisi forte & alij iuri, per quod determinatur, innitatur. j. qui fil. sint legi. per tuas. sicut alias dicitur suprà, de sentent. & re iudi. cum I. & A. sic, nec ualet sententia si à non suo iudice pronuncietur. j. de accus. ad petitionem Gualterij. sic si à iudice suo simul cum non suo iudice. s. de off. deleg. cum super abbatia. Item alia ratione non contradicit illa decre. j. codē. dilect. illi s. de elect. ne pro defectu. imò concordat. nam in illa decre. dilect. 6. menses elapsi erant, & sic tres menses cōcurrerant in personā capituli, & tres menses in personam archiepiscopi. unde non pertinebat ad archiepiscopum. ut s. de supplenda negligentia prælatorum c. antepenultimo & vltimo. Alia verò beneficia, s. ministeria ecclesiastica, & beneficia conferenda sunt intra sex menses. & si episcopus non contulerit, vbi ad ipsum solum pertinet, deuoluitur sola potestas ad capitulum, & econtrà. & à capitulo ad episcopum: & si omnes fuerint negligentes, ad archiepiscopum: ut infrà eodem. nulla. in fine. Verum hoc concilium in ecclesiis, in quibus non est certus canonicorum numerus, quò ad præbendas, locum non habet vt j. eodem. ex parte Astensis ecclesiæ. Sed quid si ecclesia talis defectum patitur ministrorum, nec canonici ad quos pertinet, volunt creare canonicos, nunquid Episcopus poterit ipsos creare canonicos? Non videtur, ut suprà, de elect. cùm ecclesia Vultera. quod verum est, nisi canonici deprehendantur in mora. ut ibi. Quid ergo faciet episcopus, qui non habet ministros sufficientes? Consulo ei quòd assignet certam diem canonicis cōuenientem & competentem, intra quem si ad mandatum eius iure suo vsi non fuerint, suppleat ipse ipsorum negligentiam. argumen. s. de post ulatione prælatorum. bonæ. 2. §. 2. s. de electione. venerabilem. §. obiectionis. versi. nunquid enim. suprà, de supplenda negligentia prælat. per totum. suprà de officio ordinarij. irrefragabili. §. excessus. suprà: de clericis nō residentibus. cùm ad hoc. & capit. ex tuæ. infrà, de conuersione coniugatorum, ex publico. infrà, de clandestina desponsatione, cum inhibitio. ff. de optione legata. mancipiorum. ff. de decur. generaliter. §. spurios. in authent. de mensura ordinandorum clericorum. col. 3. assignarem autem 6. menses: argum. infrà eodem. nulla. suprà, de cleri. non resi. ex tuæ & suprà, ut lite non contestata. quoniam frequenter. j. si verò aliter. versicul. quod si forsan. & hoc faciat episcopus, siue obedire negligant, siue minus idoneos eligant, vt ut in authentic. de sancti episcop. §. si quis oratorij domum. & de supplenda negligentia prælato. cap. 2. hoc tamen non est necesse, vbi in ecclesia est certus canonicorum numerus:[a] quia ibi deuoluitur potestas. vt j. eodem. nulla. in fi. Tamen si ad episcopum & capitulum simul pertineat collatio, & episcopus habet vocem tanquā canonicus,[b] deuoluitur potestas ad ipsum à capitulo: si verò tanquam prælatus, vtrisque simul currit tempus, ut infrà eodem, postulastis. Quid si post sex menses conferat is qui amisit potestatem? dic ut not. s. de supplen. negli. præla. §. vlt. Sed quid si, vbi prælatus hbet vocem tanquam cano. impedimentū occultum & malitiosum opponat capitulo, ut sic ad ipsum deuoluatur potestas. & quidem, si de fraude constet, non deuoluetur. ut j. e. postulastis. Nunquid ergo elapso tempore canonici eligent sine ipso? Dicas quòd sic. quia sicut prælato non debet dolus proprius prodesse, sic neq; canonicis debet obesse. ar. j. de his quæ fi. à ma. par. ca. quæsiuit. ff. de dolo. l. 1. nec debet quis alieno odio prægrauari. C. de inoffic. test. si quis suo. Sed qualiter probabitur dolus iste? Fortè præsumetur contra prælatum, eo ipso, ꝙ canonici multos dignos & idoneos canonicos nominauerunt, & ipse nullum voluit acceptare, nec aliquid rationabile prętendebat. ar. s. de præb. graue. quia dolum, &c. C. de dolo. sed certè hoc imputent sibi cano. si nō eligunt, dummodo maiorē partem habeant. j. de his quæ fiūt à præla. c. 1. dicas ergo, ꝙ dolosè ꝓtraxit electionē. de die in diē, ꝓtendēdo impedimenta fictitia, quousq; tempus fuit lapsum, & habebat aliquos de capitulo sibi fauentes: nam si totum capi. concors esset, non probaretur de facilli dolus iste, cùm posset certam diem assignare, & tunc procedere nam aut prælatus potest venire, & non vult, & sic reddit se extraneum. ut s. de ele cum nobis olim. & c. quod sicut. aut non potest, & sic imputet sibi, si se non excusat, & alicui de capitulo vices suas committat. s. de elec. quia propter. §. illud. Sed qualiter potest prælatus habere vocem in capitulo tanquam canonicus, ɔ illud quod habes. j. eo. literas. ibi enim prohibetur, ꝙ non sit præpositus & præbendarius in eadem ecclesia: & hoc est quod dicit, cùm igitur si ita sit præbenda illa, s. quam tenebat præpositus sancti Guiscardi in eadē eccl. nec respondet quæstioni factæ, an prima præbenda vacat eo ipso quòd aliquis eligitur ad secundam, per quod videtur approbare consuetudinem generalem, quam Papa scit secūdum T. ut no. s. de præb. §. ult. quia quod de vno dicitur, &c. s. de præsum. nonne 25. dist. qualis. & si voluisset, bene dixisset, quòd sic maximè qōne sibi facta. ar. s. de transla. episc. inter corporalia. §. sed neq; j. de deci.

ADDITIONES.

a In ecclesia est certus canonicorum numerus. ¶ Adde Doc. in c. cum M. Ferra. de constitu.

b Episcopus habet vocem tanquam canonicus. ¶ Adde quod quando spectat aliquid ad prælatum & capitulum, tātum potest sola vox prælati, quatum capitulum: quia omnes considerantur, vt vnus. secundum Hostien. Io. And. & Abb. in capitulo, postulasti. de concess. præben. Fed. de Senis cōsil. 1. inci. ad Episcopum, & capitulū communiter pertinet. Abb. consil. 37. incip. casus in effectu talis est. in 2. volumine.

j.de deci.ad audientiam.& inuenio,quòd quis habet perſonatũ in vna eccl.& præbendã in alia.s.de proc ex inſinuatione.& ad hoc j.de teſta.relatum.2.in fi.ſed in eadẽ nõ pot, vt in eo.c literas & ideo renunciauit is qui erat decanus, & cano.eiuſdem eccleſiæ,canoniæ.s.de ren.ver iens.reſp.j quia iam eſſet dñs, quia prælatus.& ſubiectus,quia canonicus.& hæc tanquã ɔ̃ria in eundem ſubiectũ cadere non poſſunt. vt j. de baptiſ.maiores.§.ſed adhuc.s.de ap.ſolicitudinem in fi.& differentia debet eſſe inter dominum & ſubiectum.ſicut alius eſt emptor,& alius venditor vt ff.de rer.permu.l.j.& accedit quòd dixi s.tit.j §.quis poſſit in ſtituere,in fi.Dixit Io quòd hoc ius canoniæ priuilegiatum eſt: quia adhæret dignitati, ratione connexitatis argu.17.q.4.ſi quis contumax.s. de iudi.quãto ff.de rei ven.quæ religioſis. Dico ꝙ loquitur ſecundum conſuet quarundam eccleſiaũ, ſicut Ebredun.& Dig. vbi eo ipſo quòd epiſcopus vel archiepiſcopus electus & confirmatus eſt,haber vocẽ in capitulo, tanquã canonicus,& ſimul ab eodem eligitur,& confirmatur:vbi enim de cõſuetudine hoc nõ eſſet, non credo ꝙ poſſet recipi in cano. quia non debet deſcendere.93. diſtin. legimus. in fi.& ideo reprobatur,quod factum eſt de domino Vapicen.Sed quomodo ſciam, vtrum habeat quis vocem tãquam prælatus, vel tãquam canonicus? Reſpondeo,inquire qualiter interpretata ſit cõſuetudo, quando vocabitur ad cõmunes tractatus: & ſi inueneris, quòd vox ſua cõputetur pro vna tantùm,licet ponderoſior eſſet,dic quòd debet habere vocẽ tanquam canonicus,ſic in Dignen.eccle.ſi verò inuenias ꝙ ipſe ſolus habito conſenſu vnius canonici,vel duorum, vinceret omnes alios,tunc habet vocẽ tanquam prælatus. ſic fuit in eccleſia Antipolitana, antequam eſſet ſedes tranſlata apud Graſſam, quia dominus Bertrandus de aquis qui tunc præſidebat,ex quo habebat conſenſum vnius,vel duorum cano.in omnibus obtinebat.vel dic, quòd refert vtrum habeat omnia communia, & hic habet prælatus vocem in capitulo,tãquam prælatus. & ſic vtebatur dictus dominus Bertrand. ante dictam tranſlationem,& epiſcopatus diuiſionem:vel ſint diuiſi & tunc habet prælatus vocem tanquam canon. in communibus capituli tractatibus,niſi cõſuetudo cõtrarium operetur,ad hoc s.de reſcr.edoceri.j.de his quæ fiunt à præla.ſine cõſenſu cap c. cũ nos.& apparet in his ꝙ no.s.de ele.§.quis poſſet eligere.ver.ſi ſint omnia.& ſeq.Hoc,ſi cõſuetudo ſit præſcripta: ſi verò præſcripta non eſt, vel anomala,modò hoc,modò illud de cõmuni conſenſu,credo quòd non poſſint ſtatuere, quid in poſterũ obſeruetur.ar.s.de reſcri.paſtoralis. Quid ſi epiſcopus non vult cõſentire? Credo quòd habebit vocem tanquã prælatus, vt ſic regulariter nihil facere poſſit ſine capitulo,nec capitulũ ſine ipſo. j.de his quæ fiunt ab epiſc.quanto.& c.nouit.s.de præſcr. cũ nõ liceat.quod dic,vt not.in ſumma ipſius titu.veruntamen in beneficijs conferendis diſti.ſicut not.s.de electio.§ quis poſſit eligere.ver.quid de præben.& ſequen.

NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOuetur. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Rubrica hæc an ius faciat.*
2 *Sedes vacare quot modis dicatur.*
3 *Rubrica hęc de qua ſede loquatur.*
4 *Hæc regula in quibus fallat.*
5 *Vnio eccleſiarum quot modis fit.*

PRæmiſſa prohibitione de ɔceſ. pb. & eccle.non vacãtis, ꝓhibendũ eſt,ne ſede vacan.aliquid innouet vt ſic,ſicut præbenda non vacan. nihil innouandũ eſt circa eam in præiudiciũ tenẽtis:ſic per ɔ̃rium vacante ſede nihil innouetur in præiudiciũ eligendi, & ideo præmiſſo tractatu de conceſ. & c. videamus, ne ſede vacante aliquid innouetur:& eſt notandum, An hæc rubrica ius faciat, Quot modis dicatur ſedes vacare; Et de qua ſede hic loquatur, Et in quibus hæc regula fallat, Quot modis fiat vnio eccleſiarum,de quo loquitur infrà eodem.c.j.

1 An hæc rubrica ius faciat. Sic, vt not.j.vt eccleſ.benefi. generaliter enim intelligendum eſt, ꝙ vacante ſede nihil innouari debet circa hæc, in quibus authoritas prælati exigitur. & ideo non eſt ſtatus eccleſ ſubuertendus in præiudicium eligendi,vt j.eod.ca.j §.attendentes. ergo in iudicio nihil faciendum eſt, vt j eod.conſti tutis. quia ſicut minor ſine tutore,vel curato in iudicio eſſe non poteſt, ff.de re iud.acta.§.vl. C.ſi aduer. rem iudica. cum & vos minores.& qui dare tuto.vel cura.poſſunt in vniuerſis.Idẽ & de author.præſtan.clarũ & no. s.de arbit.§.de quã re verſ.impeditur etiam compromiſſum, & ſeq.Ita nec eccle.ſine authoritate prælati, vt s.de iudic.cauſam quæ.ideo non currit præſcriptio ɔ eccle.vacãte ſede, vt ſuprà, de præſcrip.cap 1.& cap.de quarta.& c.auditis.ſuprà titu.j.quia diuerſitatem. infrà, eodem. illa. in ſin. ſed ipſa bene præſcribit contra alios.Item legari poteſt ecclẽ.vacan. & alia quæ ad vtilitatem ſuam ſpectant,fieri, ne quod in fauorem ſuum introductum eſt,retorqueatur in læſionem ſuam.C.de legi. quod fauore. C. de procurat. non eo minus. C. de ſecundis nupt.generaliter.§.in his.C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.accedit.Dicit autẽ Lauren.quòd ſede vacan [a] œconomus agere poterit, vt argument. 12.q.2.vobis.& c.Vulteranæ.s. de iura. calum. in pertractandis quod non eſt verum, vt infrà eodem.c.vlt.ſed quod dicit ibi,& expone pro,ideſt, vel quòd dicit legitimo defenſore, expone, id eſt,prælato .argum.infrà eod.ca.j.§.vlt.in prin.nec obſtant canones, quia non loquuntur in œconomo, ſed in coadiutore, qui in ſpiritualib. & temporalibus plenam haber adminiſtrationem.7 q.1.cap.1.& c. quamuis. ſecundum Goffredum. Res autẽ epiſcopi defuncti remanent in cuſtodia œconomi,& clericorum:& ſi laici aliqua de illis inuaſerint, excommunicari debent 12.q.2.de laicis.& ſeq.cap.75.diſt.quoniam. s.de poſtul. prælat. c.j.j.de iure pa.præterea.Item vacan. ſede clerici.de rebus eccleſiæ nil diſponent.12 quæſt.2.ſi qua de rebus.10 queſtio.2.ſi quis Epiſcopus.75. diſtinctio. quoniam. Hugo tamen dixit, quòd ſi magna neceſſitas exigit,aliqua alienare poſſunt,71. diſtinct.fraternitatem.dum tamen authoritas Merro.interueniat,ſicut authoritatem ſuam interponit iudex,quando pupillus tutore caret C.qui admitt.ad bõ poſ.bonorum. Sed is non eſt de his caſibus.in qb.Metrop.ſe intromittere debeat, niſi iungas ipſum cũ alijs.quos no.s.de offi.ordin argu.pro H ſupra, de cle.coniu.diuerſis. in fi. & infrà de iure patro. nullus.nam & in caſibus notatis archiepiſcopus ſupplet generaliter defectum epiſcopi & negligentiam,non obſt.c.fraternitatem. quia illud fit authoritate Papæ,alias non valeret.12.quæſt.precariæ.Tamen in minoribus eccleſijs bene poteſt aliqua alienare, propter neceſſitatẽ 10.q. 2. ſi quis epiſcopus. & in iudicio eſſe, vt j. de ſucceſ. ab inteſtato. capit.vltim.Dixit etiam Ioan.quòd vacan ſe. poſſunt clerici aliqua alienare, [b] licet cõtractus reſcindatur, ſi electus non habeat ratum.12.quæſt.2.ſi qua de rebus.& capit precariæ.ſicut in minore non habente curatorẽ,vt C.de in integ.reſtit.mino ſi curatorem, quia & eccleſia ponitur in vltima die ætatis minoris. s. de in inte reſt.extra eccleſiam. Alij contrà, inter quos eſt Goff. nec enim tenet ɔ̃ctus, ſicut nec tenet iudicium, quia in iudicio quaſi ɔ̃here videtur.ff.de pecul.licet. § Idem ſcribit ad idem facit.j.de reb eccl.non alie.ſi quis presbyterorum.& hoc idem dixit T.quòd talis cõtractus nullus eſt ipſo iure. Mihi videtur verior ſententia Io. & eſt aliud in iudicio, vbi ꝓceſſus irritus eſt ipſo iure,& ideo quod irritum eſt,ratificari nõ poteſt j. eo c ſi.ff. de re iudi.acta.§.ſi.C.qui dari tuto.poſſ.in vniuerſis.C.de auth. præſtan.clarum.Et aliud in contractu,qui mero iure tenet,licet reſcindi poſſit.vt expreſſè dicit capit.ſi qua de rebus.ibi, reſciſſo contractu.nam ſi nullus eſſet, reſcindi non poſſet.argum. ſuprà de conſtit.cùm acceſſiſſent.ſuprà de reſcrip.paſtoralis.& de electio. auditis. C.ſi aduer rem iudic.l.cùm & vos minores. poteſt ergo eccleſia contrahere ſede vacante eo modo quo & minor, ſcilicet vtilitatem eccleſiæ faciendo, & alium eccleſiæ obligando,non eccleſiam alij vt inſtitit.de aut. tut. & hoc notauit capit.ſi qua de rebus,quando hoc propoſuit in optione Epiſcopi, vtrum velit reſcindi.contractum. hoc enim valet, ſi eccleſiæ non expediat,aliàs non valet Sed quid ſi eccleſia vallauit cõtractum iureiuran.non obeſt iuramentum etiam repetere volenti. ſuprà de iureiurand. ſicut. infrà, de his quæ fiunt à maiori parte capituli.cap j.Sed quare aliud in iudicio.quod nullum eſt ipſo iure, & aliud in contractu, qui mero iure tenet, vt dictum eſt? Reſpondeo,quia contractus voluntarius eſt, & de facili,& ſine magnis expenſis expeditur.C.de action.& obligat. ſicut.C. de dona. nec ignorans, ſed iudicium expenſas magnas requirit. ſuprà de reſcrip. cæterùm. & c.nonnulli.& ca fin. & redditur in inuitum.ff.de verborum.obligatio.inter ſtipulantem. Item iudicium maioris authoritatis eſt, & fortius ligat, & ideo maturius conſilium requirit.vt innuitur. C. de authoritat. tuto clarũ.nec debet eſſe eluſorium.ff.de iud ſi prætor.cõtractus autem minoris authoritatis,& minoris ſolennitatis eſt,& facilius expeditur & plerunq; ſibi elidunt ad inuicẽ contrahentes. ff. de mino. in cauſæ.2.§.pe. ideoq; ſi aliud ſtatuiẽ in vno quã in alio nõ eſt mirum.nec

ADDITIONES.

a Sede vacante. ¶ Adde Franc. Pauli.in tractatu de poteſtate capituli ſede vacante.

b Aliqua alienare. ¶ Adde Lau.de Rodulphis,in repet.c.ſine excep.12 q.1.

tum nec obst. j. de rebus eccle. non alie. si quis presbyterorum. quia non tenet alienatio, nisi de facto, ut ibi, quando causa non subest, vel solennitas non est seruata. Et generaliter tibi trado, quod sede vacan. in præiudicium eligendi nihil innouandum est, nisi inueniatur cōcessum per aliquod ius. j. e. illa. sic ff. de illi. colleg. l. 1. & 2. & 3. si tamen sede vacan. expensas faciunt clerici, dic vt not. s. de elect. §. quid iuris.

2 **Quot modis** dicatur † sedes vacare?[a] Duobus, scilicet verè, ut in hoc tit. & interpretatiuè, vt quia prælatus est hæreticus vel excommunicatus, vel suspensus, vt infra, de paroch. c. j. supra, titu. j. quia diuersitatem. & de præscriptio. capitu. j. & de elect. quia diligentia. vacat enim si prælatus inutilis sit ad agendum de iure. ff. quod cuiusque vniuersi. l. j. §. penultimo. & in his iste titulus locum habet. dicitur autem ecclesia viduata interpretatiuè, similiter quæ licet prælatum habeat, inutilem tamen prohibetur habere, ut suprà, de translat. episco. c. inter corporalia. §. sed neq;. sic malus sacerdos non dr sacerdos. 40. disti. multi. nec malus Episcopus est Episcopus. 2. q. 7. non omnes. sed in hoc casu non credo quod habeat locū titulus iste, quia nunquā magis tractaremus de præscriptione, sed in aliis ideo locū habet, quia delictum personæ, &c. & nō dixit negligentia seu stultitia, ut s. de exceptio. cum venerabilis. §. intelleximus. 16. q. 6. si Episcopū. vbicunque ergo verè vacat sedes, uel interpretatiuè scilicet de iure delicto prælati exigente, vel de facto dūmodo eiusdem negligentię imputari non possit, hic titulus locum habet. arg. s. de rescr. sciscitatus.

3 **Et de qua** sede hic loquatur. † De episcopali non est dubium. Sed quid de abbatiis, præposituris, & similibus: dicas, quod ubicunq; dicitur ecclesia viduata loquitur ergo in his, in quibus loquitur constit. s. de elec. ne pro defectu. secus in aliis, ut s. de constitutio. cùm accessissent. j. de successio. ab intesta c. vlti. habet autem locum cōstitutio, ne pro defectu, secundum me, in cathedralibus, & regularibus eccles. & in omnib. exēptis, & in maiori prælatura capituli post episcopū, vbi bona sunt diuisa, secus si communia, quamuis alij aliter intelligant. arg. s. de rescriptis, edoceri. & de renunciatio. c. pen. & vltimo. & de cōsuetudi. cùm venerabilis. vt & notat. s. de electio. §. in quibus eccle. vel dic quod hæc regula, scilicet ne sede vacante, &c. locum habet in omnibus beneficiis duplicibus, ex quibus consequitur quis curam, vt est ecclesia parochialis, s. de officio ordina. cùm vos. 10. q. 2. capitu. vltim. vel administrationem, ut est decanatus, archidiaconatus, & aliæ dignitates. ut patet j. de testam. relatum. 2. §. nomine. Secus de aliis. vt ibidem. quod & hodie comprobatur in authentica. d. n. extra, de rebus ecclesiæ non alien. dudum. §. qa verò. & hoc verum est, nisi ex causa dignitas omnino destruatur vt s. de consti. cùm accessissent. vel fructus ad tempus retineant, vt j. ut benefi. eccles. vt nostrum §. quod verius. arg. s. de pręb. extirpandæ. in fi. & j. tit. j. pastoralis, & de censib. prohibemus. s. de præb. maiorib. & hoc intelligas, quo ad ea quæ extra iudicium fiunt, in quibus loquitur dicta extra. decani. Secus de his quæ in iudicio, in quo prælatus aliquoties supplet, ut j. de succes. ab intest. c. fin.

4 **Et in quibus** hęc regula † fallat. In his quæ pertinēt ad iurisdict. sicut confirmare, causas audire, & delegare, in quibus capitulum succedit: infrà, de hære. ad abolendam. § & quoniam. 65. distinctio. capit. vltim. 23. distinctio. in nomine Domini. 7. quæstion. j. Pontifices. suprà de maio. & obe. his quæ. & c. cùm olim. ideo credo quòd ad mandatum capituli metrop. possit suffraganeus cōsecrari, mortuo archiepiscopo, sicut ad mandatum electi, qui pallium non recepit, vt suprà, de elect. suffraganeis. Et nūquid potest absoluere? Quidam dicunt, quòd non, quia successor hoc facere debet. vt 11. q. 3. si episcopus ante. & in auth. vt nulli iudic. §. & hoc verò iubemus. 9. colla. certè dicit, quod successori licet hoc facere, non ergo prohibet quin capitulum hoc possit: & mirū videretur, quod capitulū posset condemnare, ut in illo c. ad abolēdā. & nō posset absoluere. ar. 21. dist. inferior. ff. de actio. & obli. Arrianus. nam qui habet potestatem condemnandi, idem & absoluendi. ff. de re iudi. l. 3. & ideo dicas, quod capitulo licet: & si hoc non facit, licebit successori. & sic intelligas c. si Episcopus. nisi fortè esset anathemate ligatus. ar[illegible]. 11. quæstion. 3. debent. & capitul. cùm aliquis. ea verò quæ ad ordinem spectant, deuoluuntur ad superiorem, non vt ipse ministret, sed ut uisitatorem constituat, vt 61. distinct. obitum. & c. Catinensis. Illud autem nusquam inuenitur cōcessum, quòd capit. succedat Episcopo in bona præbendarum, infrà eodem. illa. & est ratio: quia prohibitum est generaliter ne quis cōferat vel recipiat beneficium sine consensu Episcopi, vel vices suas gerentis. ut suprà, de instit. ex frequentibus. 16. quæstion. j. statuimus. & quæstion. 7. nullus. Sic patet, quòd non idem iuris obtinet, prælato moriente, vbi non deuoluitur potestas ad capitulum, quod in negligente, vbi deuoluitur. ut suprà tit. 1. nulla, & c. postulastis. sed hæc quæ de collatione dixi, intelligas quando pertinet collatio ad Episcopum tantum: nam generaliter tibi trado, quòd ea quæ ad prælatum tantum, vel ad prælatum, & capitulum communiter pertinent, sede vacante, expediri non possunt: ea verò quæ ad capitulum tantum spectant, etiam sede vacante, poterunt expediri. suprà, de rescrip. edoceri. secundum Goffredum. Quid ergo, si collatio beneficij vacantis pertinet ad solum capitulum de consuetudi. vt suprà, de electi. cùm ecclesia. conferat etiam sede vacan. quia non paratur præiudicium episcopo. sed si institutio, id est, collatio, ad episcopum pertineat, illa retardanda erit. Quid si pertinet ad capitul. & episcopum simul: si tanquam ad prælatum non debet conferri: si tanquam ad canonicum, non expectabit: sicut nec alius canonicus mortuus expectaretur. argument. j. eodem. illa. & s. de conces. pręb. capitu. postulastis. argument. contrà: cùm ipse habeat primam vocem argument. s. de electione. bonæ memor. Magunti. & de re iudicat. cùm olim. & nunquid patronus potest repræsentare capitulum, sede vacan. hic est argument. quòd non, est in decret. illa. sed contra s. de maio. & obe. his quæ. & c. cùm olim.[b]

5 **Quot modis** fiat † vnio[c] ecclesiarum? Et quidē quinque. Primò sic fit vnio, ut spiritualia tantum cōmunicentur. sic multæ ecclesiæ cathedrales, & multa monasteria sunt vnita. & hic mortuo vno de fratribus, fit in alia eccles. pro ipsius anima, sicut in propria: puta fit septimum, 20. 30. suum reficitur quotidie unus pauper, & si. de quibus habes infrà, de testa. capit. fin. & hæc vnio sine Papa & sine dioeces. Episcopo fieri potest. Secundò vnitur sic una ecclesia alteri, ut ei subiiciatur in spiritualib. & temporalibus, ita quòd vna sit mater, altera filia. ut suprà, quod metus causa. ca. cum dilect. & tunc filia sortitur priuilegia matris infrà de stat. mo. recolentes. & hæc unio episcopo, vel archiepiscopo non præiudicat, si sine consensu ipsorum fiat. infrà de dona. inter dilect. §. fin. etiam si à Papa confirmetur talis unio, nisi ibi de iure dioecesis mentio habeatur. infrà de deci. dudum. §. fi. suprà de confir. uti. sua nobis. ubi est hoc expressum. Tertio mō sic fit unio, ut neutra subiiciatur alteri, sed quælibet in suo statu, & suo honore remaneat. unde si utraque erat cathedralis & episcopalis, nec canonici unius ecclesię erunt canonici alterius, nec isti uocabuntur ad depositionem illorum, & econtra, nec res confundentur: erit tamen unus Episcopus duarum ecclesiarum, & ab omnibus communiter eligetur in loco, de quo in unione conuentum est, alias deferant sibi morem. argumen. supra de rescriptis. pastoralis. & hoc in casu potest intelligi. 16. quæstio. j. & temporis qualitas. & si tales ecclesię, ante unionem huius, diuersos habebant metropolitanos, diuersos habeant & post unionem, ita quod episcopus ratione unius subest uni: ratione alterius, alteri. argumen. infrà, de relig. domi. quia monasterium. Si uerò una est cathedralis, & una cōuentualis: in cathedrali fiet electio, & prælatus erit Episcopus cathedra. & abbas, siue præpositus, alterius. sic est inter ecclesiam Vien. & Roman. eiusdem dioece.

Item

ADDITIONES.

a Quot modis dicatur sedes. ¶ Adde Doct. in c. quod sedes. de off. ordin.

b Occasione harum limitationum, recte formabitur rubricella, Quæ possit capitulum, sede uacante, uel non, quæ ex Martini summa sumi poterit. Capitulum, inquit, sede vacante, potest electum sibi præsentatum confirmare, vel electionē cassare, si fuerit cassanda. Et sicut Episcopus potest cognoscere de his, quæ obijciuntur contra electum, extra de maio. & obed. c. cùm olim. vbi de hoc in gl. sic patet. & c. iis, quæ. & de hæreti. ad abolēdam. Sed hoc conceditur capitulo ex gratia solum secundum quosdam. Item potest iudicare, excommunicare, & absoluere, ut in prædictis decretalibus. Potest etiam Episcopos inuitare ad ecclesias consecrandas, vel clericos ordinandos, & ad similia, vt 7. q. j. pontifices. Item potest, vbi causa subest, ecclesiá supponere interdicto ecclesiastico. Quod accipiendum est, si hoc habeat de consuetudine obseruata, vt extra de appellatio. dilectis. de offic. ord. irrefragabili. in glo. vel per decanū. Potest quoq; constitutiones facere, dūmodo adsint omnes, quos constitutio tangit: vel ad minus, duæ partes præsentes, aliter duæ partes præsentes nihil possunt in præiudiciū absentiū. extra de consti. cùm omnes. & c. j. de iis, quæ fiunt à maio. par. Beneficia tamen, aut dignitates, siue præbendas cōferre non potest, sed nec potest bona episcopatus alienare: nec de ipsis in eius præiudicium disponere: quia in hoc nō dicitur vice Episcopi fungi, ut 12. q. 2. si qua de rebus. extra, ne sede vacan. c. 2. & de maio. & obed. c. iis, quæ. in gl. Potest etiam corrigere canonicorum excessus, si hoc habet de cōsuetudine approbata, quos si non correxerit intra tempus ab episcopo constitutum, extunc debet Episcopus eos corrigere, secundum canonicas sanctiones, ut de off. ord. irrefragabili. vbi ac hoc in gl. & 25. dist. c. j. Item debet vocare canonicos absentes, qui sunt in prouincia ad disponēda ecclesiæ suæ negocia, si commmodè vocari possint, quousque sit ibi maior pars capituli saltem. Si verò sunt extra prouinciam, uel ita remoti, ut cōmodè vocari nequeant, tunc præsentes disponāt de rebus ecclesiæ suæ, quia tota potestas, & ius vniuersitatis remanet apud eos. ff. quod cuiusque vniuersita. leg. sicut.

c Quot modis fiat unio. ¶ Adde glo. in verbo, vniendo. in c. j. de se. vacant.

ecl. Item inter Lugdunen. & sancti Iusti, eiusdem ciuitatis. Item inter Sistercien. & Folcarcarien. eiusdem dioece. nec propter hoc conuentualis cathedralis efficitur, nisi à Papa se erectā probauerit. 16. quæstio. j. fœlix. argumen. de consecr. distin. j. de locorum. suprà de maio. & obed. cùm inferior. nam ab ecclesia Romana omnis dignitas originem sumpsit, 22 distinctio. capi. j. Quid si de antiqua consue. aliqua eccl. habuerit insignia Episcopalia? & quidem non propter hoc probatur Episcopalis: sic nec abbas deferens mitram, probatur Episcopus. super quo vide qđ not. suprà de vsu pallij § & quibus diebus. versic. & notandum. & seq. argu. infrà de testa. cap. j. Quarto modo sic potest fieri, vt vnum sit collegium vtriusq; eccl. quo ad spiritualia & temporalia. ita quòd qui est cano. in vna est canonicus & in altera, & quę libet retinet suum honorem, & si diuersis suberāt metrop. Papa gratificabit cui voluerit, & regetur talis ecclesia consuetudinibus & priuilegiis, quæ in alterutra meliora poterunt reperiri. argum. 12. dist nouit. de pœn. dist. j. medicina §. medicamentum. 23. q. 1. non est culpandus. sic duab. ac. simul vnitis, retinet actio vnita qđ melius erat in alterutra. C. de rei uxo. actio. l. vnica. rū. 1. §. sed si ignoramus. sic quæ legata & fideicōmissa simul vniuntur, ut quod melius & humanius erat in istis, quā illis, retineat illud vnitū. C. ꝯmunia de leg. l. 2. ante fi. Quinto modo sic fit vnio vt altera cathedralis erigatur, & unus sit duarū Episcopus; sicut no. s. e. vers. 3. in qua unione certi prouentus, quos fortè abbas ꝯsueuerat percipere, Episcopo, ut ditior sit, applicātur: & ideo vacante sede, nō est talis unio reuocanda: & de hac vnione loquitur. j. e. c. j. & accedit ad hāc materiam ff. arborum fur. cæsa. si gemma. & iunge quod not. j. de religiosis domib. §. cui subest. ver. sed quid si vnum monasterium. & sequenti.

DE HIS QVAE FIVNT AB EPISCOPO SINE consensu capituli. Rubrica.

S V M M A R I A.

1. *Consensus in quibus requiratur.*
2. *Consilium in quibus requiratur.*
3. *Consensus in quibus necessarius non est.*

QVONIAM concessiones & institutiones, de quibus dictum est, fratrum consilium requirunt, ideo videamus de his quæ fiunt ab episcopo sine consensu capituli, vel ꝯsilio: dicendum igitur, In quibus requiratur consensus, in quib. consilium, Et in quibus consensus necessarius non est.

1 a In quibus requiratur † consensus. [a] Hic sciendum est, & inquirendū de statu eccl. & de consue. scilicet an collatio beneficiorum pertineat ad prælatum tantum, vel ad capitulū vel ad utrūq; simul qđ dic vt no. s. de ele. §. quis possit eligere. versi. quid de præbend. & sequen. Aliquando tamen contingit, quòd prælatus & capitulū omnia habent cōmunia: & tūc nihil pōt ꝯcedere prelatus sine ꝯsensu capituli: si tū repręsenter aliquem, præsumitur ꝙ ꝯsensus interueniat. j. eo. c. ea noscitur. in prin. Verūtn̄ si capitulū potest probare, ꝙ maior pars nō ꝯsenserit, irritabitur quod factum est per prælatū, vt ibidem ꝓbabitur autē hoc, ſm decre. s. de prob. c. tertio. & de test. tam literis. §. vlti. quia quoties fuit habitus tractatus super hoc, maior pars reclamauit. Et quid dicēs, si nūquam fuit habitus tractatus, quia cū sit negatiua probari nō posset: quòd dic vt no. s. de ꝓba. §. quis debet probare. vers. negatiua autē facti pura & simplex. Respondeo, iurabit quilibet de conuentu, ꝙ nunquā consensit vel maior pars, & sic ista probatio, vel saltem præsumptio aliā elidet. sic s. de ele. cùm inter R. § pe. & intelligo cap. ea noscitur. quantum ad hoc, ꝙ dicit ꝯsensum requirendum, qn̄ habent omnia ꝯmunia, ſm dec. s. de resc. edoceri. Idem est si omnia sunt diuisa, sed de ꝯsue. ad ipsos simul pertinet; sed & si ꝯtria cōsuetudo præscribatur per Episcopū, scilicet ꝙ steterit per 40. ann. ꝙ non requisiuit ꝯsensum, vel aliquo priuilegio super hoc munitus est, ei stabitur, ut in fi. decr. ea noscitur. In collationib. ergo beneficiorum; vbi cōmunia sunt vel diuisa, sed de ꝯsuetudine ad eos simul pertinet, requirit ꝯsensus. Itē quo ad obligationē ecclesiæ. j. de posi. c. j. j. de fideius. qđ quibusdā. Item in alienationib. possessionum, ut j. e. c. j. & c. cum Apostolica §. ni. sic & in alienatione rerū ciuita. requiritur consensus ciuium. C. de ven. rerū ciuita. l. fi. li. 11. & sicut tunc iurant maiores ciuit. vt ibi. sic & in alienatione rei eccl. iurat maior dn̄s. x. q. 2. hoc ius porrectū Requiritur etiā ꝙ oēs simul ꝯsentiant, ſm Lau. sed ꝯ, ff. de ser. ru. prædi. per fundū. Solutio illa loquitur in re pertinēte ad plures, tanquā ad singulares. ff. de rit. nu. illud. nos autem loquimur de re uniuersitatis, quæ nullius est singulariter. ff. ꝙ cuiusq; vniuer. nom. l. sicut municipū. §. j. Goff. ꝯ. & dic, ꝙ quamuis in electione inueniatur, ꝙ communis cōsensus requiratur, s. de ele. in genesi. nō tū sic est in alienatione, quæ cum de iure non valet, per sequentē ꝯsensum conualescit. 12. q. 2. si qua j. eo. cùm uos. & c. cùm Apostolica. 16. q. j. c. fi. secus s. de elec. auditis Puto veriorem sententiā Lau. vt apertè colligitur s. de prob. tertio. & argum. ff. quod cuiusq; vniuer. no. nulli. & nō solum alienatio, in qua quis cōtemptus est, uel authoritas alicuius necessaria est, ratificari pōt, sicut loquūtur iura à Goff. inducta, quinimò & electio, s. de ele. quòd sicut. sed & sicut electio in qua forma seruata nō est, vel aliàs irrita est ratificari non posset, ut dicit illa, auditis. sic & puto quòd alienatio, quæ ipso iure esset irrita, ratificari nō posset. j. de re. eccle. nō alie. si quis presbyterorum. ut & patet in his quæ no. j. eo. §. proxi sub §. illud autem. Sed nec aliquid potest prælatus diminuere de iure unius ecclesię ad hoc, ut alii cōferat sine licētia Papæ, vel maioris partis capituli ēt de ꝯsensu patroni, ut j. eod. tuā nuper. & c. pastoralis. j. de re. eccl. non ali. c. j. ergo nec unire, nec diuidere pōt sine ꝯsensu capituli. ar. in auth. d. n. extrà, de re. eccl. non alie. dudū. §. quia verò sic intellige 16. q. 1. §. sicut. j. de exce. præl. sicut unire. nec aliquid aliud alienare, ut in præmissis ꝯcor. 12. q. 2 sine exceptione & c. non licet. & c. alienationes. 16. q. 3. si sacerdotes. x. q. 2. hoc ius hoc si in perpetuū fiat alienatio: secus si ad tēpus, ut statim dicam. §. & in quib. Itē dispensare non pōt sine ꝯsensu capituli in magnis beneficiis. ut j. q. 5. præsentiū secus in minimis. ut s. de elect. si alicuius. ideo de hac materia videt sic esse breuiter disting. Cùm quæritur, utrū ea quæ acta vel dicta sunt à præla. sine ꝯsensu capituli valent, uel econtra, refert, utrū quæratur de iudicialibus, vel de extraiudicialib. Si quæritur de iudicialibus, & posset præiudicari capitulo, quo ad subiectionem & limitationem: cōsensus capituli requiritur. s. de maio. & obe. c. fin. Sin autem agatur aliàs, & habent omnia diuisa, quilibet ꝓ se aget, & conuenietur: & licet vnus pro alio cū sufficienti cautione admitteretur, non tamen vbi se defendere cogeretur, sic intellige s. de rescript. edoceri. in fine. & sic potest intelligi. s. de app. significauit. hoc saluo quòd in causa capituli requiritur authoritas episcopi. s. de iudic. causam. non sic in causa episcopi. quia in ipsa non requiritur consensus capituli, licet clericorum & presbyterorum testimonio, talis subscriptio, si ꝯ ipsum ex certa causa orta sit suspicio, requiratur, & sic loquitur s. de proc. c. j. Quid si omnia habent ꝯmunia? ibi prælatus nomine sui capituli, etiam sine ꝯsensu ipsius, & agit & defendit, & etiā procur. constituit, nisi ꝯ ipsum orta sit suspicio, ut no. s. quod sic probo. in rescripto ꝯ talem impetrato, non requiritur ꝙ fiat mentio de cōuentu vt patet s. de rescr. edoceri. resp. j. ver. su ꝑ qđ duximus rn̄dendū. ergo nec in procuratorio: quia ſm formā rescripti, qđ nec ad alias personas, nec ad alias res quàm ipsum ꝑtineat, extēditur, ut patet s. de offi. dele. P. & G. & de rescr. significante. Rodulphus. significauit. & c. fi. ipsum ꝓcuratorium esse formandū, vt s. de offi. deleg. cùm olim abb. §. fi. & cùm prælatus sit procurator generalis ad negocia, vt s. de rescri. edoceri. ante finē. ibi cum ex offic. &c. & liberam administrationē videatur habere. s. de elec. cùm nobis olim. § fi. patet, ꝙ aliū procu. potest ꝯstituere, etiā lite non ꝯtestata. ff. man. si procuratorē. §. j. s. de iura. calū. c. fi. Verùm si de extraiudicialib. quæritur, quò ad ꝯtractus, & quasi, & alienationes, vnus sine reliquo non pōt ex vi ꝯtractus 12. q. 2. sine exce. in auth. d. n. extrà, de reb. ec. nō alie. dudū. § quia uerò. j. eo. per totum. saluo eo quod no. in superioribus & inferioribus. §. proximis. & j. de fideiussor. §. & quis. & j. de dona. §. & qđ. Si uero de delictis agitur, pœna suos tenebit authores, nec ad alios extendetur: ut j. ti. j. quæsiuit. nec ꝓpter delinquentē ecclesia puniet. 16. q. 6. si episcopū. s. de exc. cū uenerabilis. §. intelleximus. & hoc innuūt iura, licet aliter distinctū sit. s. de rescrip. §. quæ possunt obiici. uer. 99. & ibi inuenies concor. plures.

2 In quibus † consilium. Si de iure communi nihil est ei subtractū, & bona sunt diuisa, ipse solus potest instituere & destituere: sed tamen debet hoc facere cū consilio clericorum, seu fratrum suorum, ut j. eo. nouit. & c. quanto Item in ordinationibus consilium necessarium est. ut 24. distin. Episcopus. Item in causarum criminalium uentilatione. 15. q. 7. fœlix. Episcopus. nullius. & c. sin autē. nam matrimoniales & pecuniarias solus diffinire potest, sicut consuetudo generalis obseruat, secundum T. ad hoc j. de consangu. & affi. c. j. nec ob. 15. q. 7. Episcopus sacerdotibus, ubi dicitur, quòd Episcopus sacerdotibus & ministris honorem solus dare potest: dat enim solus,

quia

ADDITIO.

a In quibus requiratur consensus. ¶ Adde quotuplex est consensus. vide per Bald. in c. cum consuetudinis. in 2. col. de consuet.

dum in modum denunciationis argum. supra de iureiu. quemadmodum. Verius credo primum. 35. quaestio. 9. quod quis. supra, de elect. nosti: quia delictum personae, &c. 16. questio. 6. si episcopum. vnde constitutio, si quis in tantam. C. unde vi. non habet locum, ubi praelatus authoritate propria vsurpat quod sibi debetur. sicut nec inuasio tutoris nocet pupillo. C. unde vi. meminerint. nam meliorem conditionem, &c. supra, de in integ. resti. c. 1. infra, de dona. c 2. sed praelatus qui sic inuadit, vel inuadentem punire neglexerit, excommunicandus est 16. q. 6. c. 1. & quod dicit ea. causa. q. 6. c. 2. quod praelatus patitur detrimentum causae, est intelligendum, quantum ad exercitium, uel si spectat ad personam suam. 16. quaest. 6 §. ulti. C. unde vi. si quis, supra, de praeb. de multa. uel de proprio soluet ut supra. de ap. reprehensibilis. §. si autem. & de praeb. de multa. quandoque tamen potest sibi ius dicere quis. C. quando licet vnicuique se sine iudic. uin. l. 1. quod dicut not. supra, de treu. & pa. §. quid sit iustum bellum. ver. sed quid si quis nō habeat. & seq. Item quod per praedecessorem iniustè alienatum est, successor reuocabit. ut infra eod. episcopi. in fin non obstante poena aliqua. infra, de precariis c. 2. & de rer. permu. c. 2. & de dona. c. 2. & c. Apostolicae. Ecclesia autem, cuius res alienata est iniustè, duplex habet auxiliū: quia potest agere contra recipientem, ut not. supra eo §. in prin. uel contra alienātem, uel successorem. C. de sa. san. ecc. iubemus. §. ultim. 12. quae. 2. Apostolicos. & C si tutor uel cu. l. fin. sed uno soluente, alter liberatur ff. de eo per quem factum est. l. 1. §. si plures. & cùm proprium delictum cuiuslibet puniatur, non potest desiderare, ut actiones sibi cedantur. ff. de admini. tut. si plures. in fi. Quod si coepit vnum conuenire, nunquid potest conuenire & alium? sic. non enim per conuentionem solam, sed demum per actionem tollitur actio. ff. depositi. l. 1 § si apud. C. si tutor, uel cura. l. fi. Quid si partem sui interesse consequatur ab vno, dicit quod tātùm minus consequitur ab alio ff. de exer. act. l. 1. § haec act. Quid ergo, si componat cum vno, & faciat eum redimi, ut in pace remaneat. idem dic. ut proxi. not. scilicet quod tantum minus consequitur ab alio: videretur tamē, quod in totum obstaret excep. arg. s. de rescri. c. ad audientiam. 2. & c. in nostra. c. nonnulli. sed non est par eademque ratio amittere debita, ut hic, & lucra non capere. ut ibi. C. de codicil. l. fi. sed nunquid episcopus potest repetere rem, quam iniustè alienauit? Non uidetur: quia quem tenet de euict. actio, multò fortiùs eundem agentem repellit excep. C. de euict. excep. sed contra hanc exceptionem potest episcopus replicare rē ecclesiae esse, sicut replicat mulier se mulierē esse, & ideo sibi Velleianū competere. ff. ad Velle. si mulier. §. itē si mulier. nec est mirum, si hoc contingat in episcopo: quia contingit simile in priuato. C. de agri. & censi. quemadmodum li. 11. ideo dic, ut not. s. e. §. ver. quinimò & seq. Extra summā videndū an aliquis possit à se eximere ecclesiam in totum à iure episcopali? Videtur quod sic. infra, de relig. do. constitutus. vbi retinet solum 8. den. de censi. cùm venerabilis. & c. sopitae. Sed non est verum. infra, de don. pastoralis infra, de exces. prela. ad hoc. quod dic, ut plenè not. supra, de offi. ord. §. quid pertinet. sub §. sunt autem quaedam. ver. & no. quod quantumcunque. Item quęritur an abbas possit retinere ecclesiam, quam accepit de manu laici? Et uidetur quod sic. 63. distinct. Adrianus. & c. in synodo. sed contrà, 16. quaest. 6. nullus. & c. sequen. & c. j. idem uidetur in decimis, & in aliis rebus ecclesiasticis, quibus standum est, si tamen sequitur consensus episcopi, ualet. ead. quaestio. §. sicut ergo. & c. decimas. j. de iure pa. quod autem. §. de caetero. & c. illud. Sed & illud quaeri consueuit, utrum in rebus ecclesiasticis à laicis detentis ad ius ecclesiae reducendis & reuocandis, sufficit authoritas dioece. episcopi sine consensu capitul. puta, laicus detinet decimam ad parochialem eccl. pertinentem, vult transferre in aliam, nunquid hoc potest facere de consensu dioec. tantùm? & dicas quod sic, ut s. de his quae fiūt ab episo. cum Apostolica. 16. q. j. c. si. Ad quod sic opponitur, per collationem laici & consensum episcopi transfertur dominium rei in illam ecclesiā cui confertur, quo ad priorem ecclesiam, cuius fuit: quia alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur, ut not. supra eo. §. i. nec respectu secundae eccl. dicitur res reuocari, sed potius de nouo acquiri, eo quod nusquā ipsam rem prius habuit. Dic quod licet in ueritate haec sit quaedam species alienandi, quo ad primam ecclesiam tamen haec species est connexa. illa enim species prohibetur, qua res alienatur ab eccl. cuius est, & sic intelligitur quod dicitur j. e. per totum. sic prohibitio, quae fit à testatore, non extenditur ad illam, quae fit in familiam C. de fideicom. uoluntas. uel haec alienatio toleratur, ut maius inconueniens euitetur. sic & Dn̄s aliàs uoluit magis sibi quàm daemonis hostias immolari. 22. q. 1. considerata. Item res ista quodāmodo recuperatur, & si non ab illa eccles. cuius erat, ab alia tn̄, & sic semper habet ipsam ecclesiam, quae unica est. ut 7. quaestione i. nunciamus. & not. s. de translat. episcopi. §. cuius authoritate. uersi. patet ex praemissis. & sic utilitati ecclesiae uniuersalis consulit in hoc casu. haec est ratio diuersitatis quae tangitur s. de his quae fiunt ab epi. cùm Apostolica. §. authoritates, sed facilius & fauorabilius permittitur rei perditę in aliam eccl. trāslatio, quā habitę & possessae alienatio. nā & in rebus, non habitis, sed habendis potest per seruum fieri deterior conditio. C. de acquir. posses. per seruū. sic & debitor nō potest alienare in fraudē res quas habet. & si hoc fecerit, reuocatur. ff. de his quae in frau. cre. l. 1. secus in his quas nō habet, ut si haereditatē nō adiit, cùm hoc facere posset. ff. de his quę in frau. patro. l. 1. § utrum. Hoc tamen notādum, quod si aliqua eccl. uult impetrare in curia, quod liceat sibi acquirere talē rem, solet haec clausula adiici, Priori eccl. praestita cautione, ut si ad pinguiorem fortunam peruenerit, rem eidem restituat, prius sibi de precio satisfacto. [a]

ADDITIO.

[a] De precio satisfacto. ¶ Quod ad articulū de alienatorū repetitione attinet, ita à Martino nostro scriptū scio: Itē, si res ecclesiae sit praeter formā iuris alienata, tūc ecclesia potest agere circa possessorē realiter, & circa alienantē personaliter. xij. q. ij. apud clericos. Et ideo alienatio rei ecclesiasticae non ualet nisi in sex casibus, forma tamen seruata, videlicet si debitum vrget, propter redemptionem captiuorum, propter pauperes pascendos, propter ecclesiam aedificandam, propter coemeterium ampliandum, & propter vtilitatem, & similia. d. c. hoc ius. Licet autem facta fuerit alienatio in casu concesso, si tamen facta fuerit contra formam iuris, nulla est ipso iure, vt xij. q. ii. sine exceptione. & in gl. de facto. extra de rest. in integ. constitutus. & de his quae fiu. à maio. par. ca. c. 1. Et tali alienationi rei ecclesiasticae quilibet de collegio cōtradicere pōt. extra de reb. eccl. nō al. c. 1. & c. si quis, vbi de hoc in gl. Mart.

DE PRECARIIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Contractus qui vocatur precaria, quid sit.*
2 *Contractus qui dicitur precariae, quanto tempore duret.*
3 *Contractus qui vocatur precarium quomodo concedatur.*

DIximus alienationem rerum ecclesiasticarum in genere prohibendam: sed quia per alios contractus possunt sine poena in alios transferri, quorum contractus precariū inuenitur, quia & aliud est precaria, & aliud precariae, & aliud precarium, uideamus de praecariis. De differentia eorundem, & aliorum quorūdam contractuum, qui dissimiles sunt, quamuis in quibusdam similes ualeant reperiri. Differentiam autem istorum his uersibus comprehendes:

Rie, ria, rium tria sunt quibus est caput vnum.

hoc est, unum principium. scilicet preca.

Ria, cum moritur citra, nec vult renouari. Hoc est, contractus [1] qui uocatur precaria, est quaedam ususfru. personalis, seu temporalis praestatio, quae conceditur ab ecclesia homini cum moritur, id est, usque ad mortem suam. ideo dixi Personalis, quia non transit in haeredem citra, id est, uel citra mortem, s. usque ad certum tempus, uidelicet usque ad 35. ann. in auth. de alie. & emphy. §. si uerò aliquis. & seq. col. 9. nec uult, &c. hoc planum. Et not. quod haec precaria ita conceditur secundum leges, si laicus habet uineam ualentem decem libras, & uult dare ecc. ad praecariam, ecclesia dabit sibi duas uineas aequiualentes, & hoc, si trāsferat possessionem & dominium & usumfruct. penes ecclesiam incontinenti. nam si uelit usumfruct. retinere in uita sua, dabit ecclesia unam uineam aequiualentem tantùm, & sic laicus dicitur habere has duas uineas ad precariam. C. de sacro. sanct. eccle. iubemus §. fina. auth. de non alienan. aut per. mut. rebus eccl. §. hoc igitur increpans. col. 2. de alien. & emphy. §. si uerò aliquis uoluerit quamlibet rem immobilem, aliàs incipit. §. si quis uoluerit. & §. si uerò uoluerit rem immobilē. col. 9. 10. quaest. 2. hoc ius. uer. si oeconomus. & §. seq. Sed secundū canones benignius agitur, respectu contrahētium, & asperius respectu eccle. quia in quo casu dixi s. duas uineas dandas, concedunt canones tres: & in quo casu dixi dandam unam uineam concedunt canones duas. 10. quaestio. 2. precariae. & non est facienda precaria, uacante eccl. 12. quaestio. 2. precariae. Potest autem quilibet recipere precariam nisi sit oeconomus, uel consanguineus oeconomi, quia his personis prohibetur. 10. quaest. 2 hoc ius. uer. haec usus praestatio. & res quae à laico recipitur, non debet esse tributis grauata ultra quàm sit illa quā laicus ab ecclesia recipit. ut C. de sacrosanct. eccle. authe. haec usus praestatio. Et si precaria irrationabiliter fiet, potest reuocari per successorem, non obst. poena apposita per praelatum. ideo quod contractus ratus esset, ut j. eodem cap. 2. Est autem irrationabiliter facta, si dentur tres uineae aequi-

neæ æquiualentes, vbi transfert vineam suam: hoc secundum leges, licet canones hoc cōcedant, vt nota. s̄. Vel fortè canones loquuntur, vbi persona est senex, vel debilis, vel pauper, quia ta li debet ecclesia etiā de suo ꝓprio subuenire. xvj. q. j. quoniā. xij. quæ. ij. gloria episcopi. not. suprà, titul. j. §. & quibus ex causis.[a]

Riæ magis viuit post lustrum nempe renascens. id est, contractus † qui dicitur precariæ, magis durat quā homo viuat, scilicet quia transit in hæredem: sed de quinquennio in quinquenniū est renouandus, vt j. eod. c. 1. & puto quòd præstatur sup certo censu: quia forte est terra minus vtilis, & dabitur vsq; ad quinquenniū alicui rustico, cuius labore meliorabitur terra illa. s̄. tit. 1. ad aures. Quid si in fine quinquēnij non reuocet per eccles. videtur cōtractus tacitè renouatus. arg. ff. eod. in reb. §. vlt. C. loca. legē quidem. & expressum videtur. ff. loca. & cōd. Item quæritur. §. qui impleto. Sed dico cōtrà. est. n. hic speciale, quod nō videatur reuocatus, nisi expressim dicatur. & est ratio, ne ecclesia amittat ius suum: quia cū trāseat in hæredē, & prælati sæpius mutentur, ecclesiæ possent de facili ius suū amittere. 12. q. 2. lōginquitate. aliàs incipit, sæpe fit. 16. q. 2. clerici. & qa quod precario possidet nō præscribitur, vt in d. c. clerici. sic. C de p̄scr. 30. an. malè agitur. Isti ꝯtus pro voluntate cōcedentium, reuocari non possunt: vt j. e. precariū. §. vlt. in hoc casu simile est cōmodato. j. ti. 1. c. vnico. § unico. non cogitur aūt quis facere precarium, nisi velit: & precaria in plurali & singulari inuenitur. x. quæstio. 2. precariæ. sed precariæ in plurali tantùm. Item præcaria ponitur aliquando pro precario. vnde dicit lex quòd precaria iusta est, sed non pergit ad iudicij rigorem, loquitur l. quādo duo prædones tenent rem precario. licet enim iste ꝯtractus iustus sit, ex quo voluntate domini incipiunt rem possidere, tamē non agent inter se communi diui. nec si caderent à possessione possunt ipsam repetere corā iudice. & sic quamuis iusta sit precaria, tamen non pergit ad rigorē iudicij. sic loquitur ff. communi diui. l. communi diui. § inter prædones. & de hoc no. s̄. de præscri. sub rub. de vsucap. §. quæ non. ver. dicūt etiam quidam[b].

Rium, sicut ergo moritur cū vult suus auctor, id est, contractus, † qui vocatur precarium, conceditur sic vt ego scilicet qui cōcedo, volo moritur, & c. quia cōcedens quādocūq; vult, pōt ipsum reuocare. videndū igit, Quid sit precariū. In quibus rebus cōsistat, Qualiter constituat, Qualiter soluitur, Quibus actionibus repetatur, Contra quem detur, Et infra quod tempus.

Quid sit precarium.

[c] quod precibus vtendum conceditur, quādiu patit qui concessit, vt j. e. c. vlt. in prin. & distat à donatione: quia qui donat, nō habet animū repetendi. & est simile cōmodato: quia qui cōmodat, non facit rem accipientis. ff. e. l. 1.[d] Sed distat à cōmodato[e]. quia cōmodatum intempestiuè nō reuocatur: vt infrà, tit. 1. c. vnico. Itē, rei cōmodatæ possessionem retinemus ff. cōmoda. rei cōmodatæ. sed precario rogās possidet naturaliter: vt ff. e. & habet. §. pe. sed duo insolidū possidere nō possunt. ff. e. duo. A locato autem differt: quia locatum non est gratuitum: vt j. loca. & condu. & iunge quod no. j. de locato. sub. §. propter. ad fi. ver. patet. & se Item emphyteuticarius contractus à prædictis omnibus differt: quia potest in alium transferri, domino requisito: vt dicam j. locat. & cond. sub §. potuit. A venditione autem differt, quia ibi interuenit precium, & si traditur res vendita à vero domino eidem satisfacto, vel habita fide de precio transfertur dominium, nec decætero recuperare poterit nisi per distractum similem contractui, vt no. infrà, de empt. & ven. ff. de pact. ab emptione. C. quando li. ab emptio. dis. l. 1. A donatione etiam differt precarium: nam qui donati sic dat vt non recuperet: sed qui precario concedit, potest illud, quandocunque placuarit, reuocare. j. eod. c. 1.

In quibus rebus consistat.

[f] In mobilibus & in immobilibus, in corporalibus. & in incorporalibus. nā seruitus precario pōt cōcedi. ff. e. l. 2. §. vlt. & l. 4. resp. 1. Sed in re propria precariū non consistit. ff. e. l. 4. §. Itē si rem. s. quantū ad proprietatē, sed quātum ad vsum possessionis, seu detentionis, bene cōsistit: vt si rē meam habeas obligatam s̄m quod cōmunitates Lombardiæ faciūt scholaribus tota die, & in hoc magna vtilitas consistit. ff. eo. certè §. vlt. & l. si debitor. sed & si proprietarius reus positione rogat ab eo qui possidet maximè pro possessore, tenet quidē precariū, & incipit possessor precario possidere, nec mutat sibi causam possessionis, cui à domino conceditur precario: sed voluntate sua desinit possidere ex prima causa, & incipit possidere ex secunda. ff. eo. vnusquisque. & l. si is qui pro possessore. responso 1. Et si durante precario prorogatur in vlterius tēpus, non mutat causam possessionis. ff. eod. sed si manente.

Qualiter constituatur.

Inter absentes, & inter præsentes, per nuncium, & epistolam. ff. e. precario. Aliquando aūt rogat quis omnē possessionem, quādoq; naturalem tantùm, & in hoc casu vtiē interdicto vti pos. ꝯ omnem præter eū qui rogauit. quandoque rogat solummodo detentionem ff. de acqu. poss. l. Pomponius. §. si is qui. ff. e. & habet §. cum qui. & l. certè. §. is qui. & l. qui precario. Si tamen dominus in furore sit, non videtur precario concedere. ff. eod. l. 4. §. vlt. & l. 5. & 6. in prin.

Qualiter soluitur.

Debitore soluēte pecuniā creditori. ff. eo. si debitor. Item & si vsq; ad certum tēpus concessum sit, tēpore adueniente soluitur: & etiā ante tempus, si dominus reuocare voluerit. ff. eodem. cum precario non enim potest in hoc casu res aliena per conuentionem aliquam inuito domino retineri, vt ibidem. & infrà eodem. ca. vltimo. versi. aut. Item soluitur morte rogātis, sed non concedentis, vt infrà eodem. cap. vltim. versicu. soluitur. tamen aliqui libri habent, vel etiam cōcedentis. sed falsa est litera. ut patet ff. eodem. cum precario §. vnico. Licet autem sic soluatur precarium, interdictum tamen durat: quia datur hæredi, & in hæredem. ff. de diuer. & tempo. præscrip. cum hæres. Item si res alienetur, soluitur, si is cui alienata est reuocare velit. infrà eodem capitu. vltimo. uersic. aut in hoc. igitur erit eius in hoc casu, vtrum reuocet, vel non: quia si reuocat, proponet interdictum nomine suo: sed si nō reuocat, nomine alienantis. sic intelligas ff. eod. quæsitum. §. quod à Titio. & §. illud.[g]

Quibus actionibus repetatur.

cùm natura æquum sit, tandiu te de liberalitate mea uti posse, quādiu uoluero, non ultra: dat non solum interdictū hoc de precario, sed etiam præscriptis uerbis ciuilis actio. ff. e. l. 2. & l. duo. § ulti. hoc si actum est in concessione, ut reuocare liceat, aliàs non. nam si simpliciter concessum est, necessariū est hoc interdictum. ff. e. si interdictum. Item potest agi certi condictione ex stipulatu, si stipulatum fuerit, & cessat interdictum. ff. eo. & habet. §. cum quis. Illud tamen dist. vtrum concedens sit dominus, vel non. ff. e. quæsitum. resp. 1. Et quanuis non sit concessum sibi & suis specialiter, nihilominus & uidetur de suis dictum. ff. eod. cum precario. 2.

Contra quem detur.

Contra illum qui rogauit siue per se siue per procuratorem uel negotiorum gestorem siue per seruum rogantem nomine meo: nam si suo, teneor tantum de peculio, uel de in rem uerso ff. e. in rebus. §. 1. & l. certe. §. 1. & l. si seruus tuus. Quid si mandato tuo alicui dedero, tibi uolens concedere teneris mihi. sed si illi concedere nolo mandato tuo, tamen teneris mihi actione mandati: aliud de precario, quod si dederis non mandato meo. sed potius me suadente, teneris act. in factum, uel præscriptis uerbis. ff. eod. quæsitum. respon. 1. Item datur cōtrà illum qui adoptauit precario rogantem. ff. eodem, si adoptauero. Item datur contra eum qui dolo fecit, quo minus possideret; & hæres ex dolo defuncti tenetur, quatenus ad eum peruenit de suo insolidum. ff. eod. quæsitum. §. cum quoque. & §. ult. Datur & contra pupillum, licet tutor nō interuenerit: nam quicunque habeat officio iudicis tenetur restituere: si nō habet pupillus non tenetur. ff. e. l. vl. §. 1. Tenetur autem is qui recepit de re rogata, & partu, & dolo, & lata culpa, non leui, nisi post lit. contest. & tenetur ad interesse, si in pristinā causam restituatur. quia

ADDITIO.

a Precarium autē variè accipi & dici, Mart. e. ti. in summa ad notauit. Nam quandoque precaria dicitur donatio ad preces facta vsque ad mortem accipientis. xij. q. ij. sape. Item precaria dicitur cōtractus ad preces factus, vsque ad mortem accipientis. & de hoc habetur x. q. ij. precariæ. & extra e. ti. c. fi. & dicitur contractus innominatus. Item, precaria dicitur contractus initus ad preces aliquorum, vsque ad quinquennium vt de quinquennio in quinquennium sit renouandus, vt extra de precario. c. j. vbi de hoc. Precaria quoq; dicitur concessio vsusfructus ad preces facta. d. c. precariæ.

b Adiicias & hoc ex Martino nostro, vbi s̄. quòd precariæ, quæ dantur sub modico censu, reuocari possunt, si ecclesia tempore contractus decepta fuerit. extra e. tit. c. iij. vbi de hoc in gl. est autem.

c Quid sit precarium. ¶ Adde doct. in rub. e. tit.

d Precarium etiam dici Mart. scribit, pignus obligatum creditori: & à creditore debitori ad vtendum concessum, quamdiu patitur qui concessit. ff. e. ti. l. j. c. f. n. extra eo. Sed & illud adnectit idem, precarium dici quandoque in re propria possessionis gratia. d. c. fi. & d. l. fi.

e Sed distat à cōmodato. ¶ Vide gl. in c. precarium. extra e. ti. gl. j. ff. e. Bar. in l. in commodato in §. sicut. ff commo. Doc. in l. contractus. ff. de re. iur.

f Immobilium exemplum hoc adfert Mart. vbi s̄. vt si, inquit, tu me rogaueris, quòd per fundum meū tibi ire liceat, vel in tectum, seu arcam ædium mearum, stillicidium, vel in parietem tignum immissum habere, vt ff. eod. ti. l. ij. §. vlt. & l. ij. & iij. in prin.

g Voluntate quoque eius, qui concessit, precariū solui rectè existimat Mart. vbi s̄. ff. e. ti. l. j. Soluitur etiam ex eiusdem sententia precarium, cum debitor soluerit creditori, quia tunc finitur pignoris precarium: quia desinit esse pignus. ff. e. tit. l. si debitor. Mart.

quia aliàs non videtur redditum, & tenetur de seruitute amissa culpa sua.ff.e.quæsitũ.§. & illud.& § ex hoc. & §.si seruitute.res enim reddita, sed deterior facta reddita non videtur.ff commo. l.3.§.1.Dicitur autem precarium, quasi precibus rogatum & ex liberalitate descendit. ff e.l. 2 & l. quæsitum § eum quoque. & l.interdictum.& ideo si cautum sit de re restituenda, cessat hoc interdictum ff eod.& habet §.cum quis.

Et intra quod tempus. Certè etiam post annum:quia cùm nunquam in longum tẽpus concedatur:absurdũ esset dicere, ipsum locum non habere post annũ.ff.eo.quæsitum.§.penul.& potest dici actio præscript.uerbis, quæ datur pro precario bonæ fidei esse.ff e.l.2.sicut & illa,quæ est de æstimato & permutato.Instit. de actio §.actionum Extra summã notanda sunt 4. negatiua de interdict.Primũ est,quia nullũ infamat.ff.de ui & ui arma neq;. Secundum, quia nullum proponitur solenniter.Instit. de interdi.§.ultim. Tertium, quia in nullo interdicto habetur ratio fructuum ante lit.cõt. nisi in interdicto, vnde ui.ff. de inter.l.interdictis.& de ui & ui.ar.l.1.§.ex die. Quartum,quia nullum redditur inter non subiectos C.de interdi.l.2. Item possunt notari v. affirmatiua. Primum est, quia personalia sunt, licet scripta sint in rem,& ideo dantur contra quemlibet possidentem. ff. de interd.l.1.§.pen.Secundum,in omni interdicto habetur ratio fructuum post lit contest.ff de interdict.l.antepe.Tertium,loco cuiuslibet interdicti datur actio in factum.Instit. de interdi.in prin. & in fi.ff de act.emp.& uen.l.ulti.Quartum,quod prius uoluerit cognosci de possessione quàm de proprietate.C de interd.incerti.aliud secundum canones.supra, de cau.poss.& proprie.pastoralis.Quintum,illa, quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad defendendum.C.de excep.licet.ff.de excep.doli.purè. §.ulti. & de interd.l.penultima.[a]

ADDITIO.

a Non incongruè adiici poterit ex Martin.nostro rubricella,qualiter faciẽda sit precarij restitutio.Qua in re ita scriptum reliquit, Precarium restitui debet in pristinam causam, aliàs,quanti actoris interfuerit,condemnatio fiet.ff.eo.tit.quæsitum.§.ex hoc interdicto Reuocabitur autem precarium per interdictum deprecatio.ff. eo.l.ij.Mart.

DE COMMODATO. Rubrica.

SVMMARIA

1 *Commodatum quid sit.*
2 *Commodatum vnde dicatur.*
3 *Commodatum in quibus consistat.*
4 *Commodare quis possit,& cui.*
5 *Actiones quę oriantur ex commodato.*
6 *Actiones commodati quibus dentur.*
7 *Actiones commodati in quos dentur.*
8 *Actio contraria inquantum detur.*
9 *Actiones quales sunt.*

Quia contractus Ecclesiastici,de quibus agere cœpimus,fiunt quãdoq; gratia accipientis tantum, ut cõmodatum pro maiori parte. quandoque gratia dantis tantum,ut depositum pro maiori parte:quãdoque gratia utriusque,ut emptio.de omnibus his uideamus. & primò de commodato dicentes, Quid sit commodatum, Et unde dicatur, In quibus rebus consistat, Quis possit cõmodare & cui, Quæ actiones oriantur ex eo, Quibus dentur, Et in quos, Et in quantum, Et quales sunt.

1 **Quid sit** †commodatum[a] Alicuius rei ad aliquem certum usum gratuita facta concessio. *Ad aliquẽ certum vsum*, ideo dico, ut notetur differentia inter commodatum & precarium:[b] nam precarium sine præfinitione certi usus conceditur.ideoque quandocunq; libet reuocatur,ut no.s. ti.1. secundum Azo imo ad certum usum conceditur,s.ad habitandum,ut ff de precatio,cũ precario. 2.& usq; ad certam diem, & nihilominus reuocatur.ff.de precar.cum precario.1.& ideo dic ad aliquẽ certum vsum intempestiuè non reuocandum.cõmodatum enim etiam non tẽpestiuè reuocatur: quia potius beneficio hominis nos oportet iuuari,quam decipi. j.e.c.unic.§.uni. ff.cõmod.in commodato.§.sicut. mihi incipit, igitur si pupillares.& de seruis expor.seruus ea lege. *Gratuita*, ideo dicitur,quia si merces interueniat,transit in locationẽ. & sic est meretricabile.debet autem esse gratuitum,sicut & mandatum,quod ab amicitia nomẽ sumpsit.ff.mandati.l.1.inde in Ouidio de Ponto,

Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat,& in quæstu,pro meretrice sedet.

Ad hoc Inst. quibus modis re ꝯhitur obligatio. §. commodata & mãdati.§ ult & si species daretur, transiret in contractũ innominatũ, do ut facias.ff.de præscri.uer.naturalis §. explicitus. *Facta concessio*, ideo dicitur:quia nõ fit translatio,cùm rei commodatæ possessionem & dominiũ retineamus.ff eo.rei conceditur aũt semper ad certum usum,qui excedi non debet.commodaui enim tibi equum,ut ad uillam duceres,duxisti ad bellum & amisisti:teneberis mihi, ff. e. si ut certo. § sed interdum.Cõmodaui tibi sciphos argenteos, ut biberent ibi amici, quos inuitaueris, tu peregrè proficiscens tecum tulisti ipsos,& amisisti:mihi teneberis.ff.eodem.in rebus.commodaui tibi scalas, vt fenestris apponeres, supposuisti machinæ,& fractæ sunt:teneberis.Insti.de ob. quæ ex deli.nas.§.ope & consilio.

2 **Et unde** dicatur.† Dicitur commodatum quasi commodo utentis datum.vnde si intempestiuè reuocetur, tenetur reuocans contraria commodati. idẽ in eo qui recepit mandatum, si intempestiuè renunciet. non autem fit intempestiuè si ei cui renunciatur, ius suum saluum sit, & sic re integra põt reuocari.ff.mandati.si mãdauero tibi.§.sicut autem. & Insti.mãdati.§. mandatũ non recipere cuilibet.sic nõ põt reuocari in præiudicium recipientis.ff.de condict.cau.dat.si pecuniam.ff.loca.l.penul.arg.s.de elec. in causis.§.ultimo.[c]

3 **In quibus** rebus consistat.† In mobilibus. & in immobilibus,& se mouentibus, & in seruitutibus, sicut & precariũ,de quo dixi s.ti.j.§.in qb.ff.eo.l.1. Excipiuntur res,quæ ipso vsu consumũtur,sicut pecunia, bladum, uinum,& si.hæc n.commodari non possunt, nisi fortè ad pompam, sicut fecit quidam iuuenis,qui pecuniam infinitam cõmodatò recepta,& in arcã repositã ostendit amicis cuiusdã puellæ.& sic puellã acquisiuit, cùm crederetur diues,nec ipsam aliter potuisset habere.sæpe.n.ad hoc cõmodãtur pecuniæ,vt ditis gratia, non al siue non numerationis loco intercedãt.ff e.l.4 §.ult.& l seq.

4 **Quis possit** † commodare, & cui. Is qui potest donare,& cui potest donari. Quod dic vt no.j. de don.§.quis possit donare.& seq.quinimò & is qui obligationem contrahere potest.quod dic,ut s.de pac.§.quæ sunt diuisiones. uer. pactorum igitur.Et fur, & prædo commodare potest. ff. eo. commodare. & l. ita & si fur.ergo multo fortius œconomus,cui res ecclesiæ gubernanda mandatur,ut dixi s. de syndico §. si quis œconomus. nam talis contrahere potest. x. quæ.2. hoc ius.ad hoc j.eo.c.unic.Sed si pupillo commodetur, non tenetur, licet alium sibi obliget. & sic ex uno latere tantùm tenet contractus.ff.de act.emp. & uend.Iul.§. antepe. Personæ autem ecclesiæsticæ,quibus administratio committitur, ideo commodare possunt:quia tenentur,prout possunt necessitatibus hoĩm subuenire.ut dixi s. de postul.§. quid pertinet. uer. Item honor. Pupillus autem tenetur in quantum locupletior factus est.nam hoc natura,& c.ff de condi.inde.naturaliter.in fi.& l.se.ff e l.j §. ult.& l.2. & 3. & depositi.li.1.§ an pupillum. Sic & ecclesia.ẽt si personæ non ecclesiæ fuerit commodatum ut dixi j. de fideiusso.§.& quis.dixerunt autem quidam, quòd furi & prædoni dabitur nedum actio commodati cõtra suum commodatarium, imò etiam & rei uendicatio, quamuis dominus sit commodatarius: quia cùm habeat causam ab eo,non licebit ei referre quæstionem dominij. ar. C. de pig.act.nec creditores.& de non nume. pe.l.j. ut enim prædoni non licet obiicere dominij quæstionem ei quem expulit de prędio propter delictum suum,ex quo obligatus est expulsus & ita si obligatus sit ex contractu, non debet ei referre litem de dominio. C. de præscri.30. uel.40.an.si quis.§.sed hæc super illis.ff.e.commodare.& l.seq.Sed hoc non placet.& quod dicit l.si pignus datum probaturus es, uel si originem rei probare potes, uendicare dominium debes.non ideo dicit,quòd sola traditio det rei uendicationem debitori:sed qa traditione pignoris præsumitur hodie possidere:quia quod semel

ADDITIONES.

a Quid sic commodat. ¶ Adde c.j.e.tit.& in l j.ff.eo.& per do. in rub.e.ti.
b Differentia inter commodatum & precarium. ¶ Adde Inn.in c.j.eo.tit. gl. in l.j.ff.de precar. Bar.in l.j.ff.commod.
c Non inconcinnè interiicitur hic ex Mart.nostro rubricella, de natura cõmodati. Commodati,inquit, ea natura est, vt res ipsa restituatur, & hoc est de iure naturali, vt j. dist. ius naturale. Sed nec res commodata potest prætextu alicuius debiti retineri.vt C.commod.l.fi. Itẽ si cõmodatũ ad certum vsum concedatur,& tu aliter, quàm conuenisset, vsus esses, teneberis vt ff.e. ti. si ut certo.§. interdũ.Item ut res non deteriorata reddatur. Nã ea non uidetur reddita si deteriorata raddatur. ff.e.ti.l.sed mihi.§.j.Reddi itaque debet commodata res in pristinam causam d §. j. aliàs commodatarius,quanti commodantis intererit,condemnari debet. ut d.§.j.

mel verum, semper verum. & c. ff. de mi. & si fine. §. sed quod Papinianus. in fi. C. de proba. siue possidetis. & ideo potest intentari rei ven. quam parit sola possessio. C. de ali. iud. mu. cau. fa. l. vna. ff. de rei uen. officium. tamen quicunque proponit rei vendi. necesse habet probare se dominum. ff. de rei vend. in rem. aliàs succumbet. C. de rei vend. l. vlt. ff. ad exhib. de eo. §. hæres. & §. idem hæres.

4 Quæ actiones † orian t ex eo. Duæ, directa, & contraria. directa datur cōmodant, & hæredi eius: contraria commodatario, & hæredi eius. & quamuis directa non intentetur, nihilominus potest intentari contraria, sicut & cæteræ, vt ff. eo. in commodato §. 1. & de act. & ob. ex deposi. & l. ex contractibus. Instit. de perpe. & temp. act. §. sed & hæredibus. Et hoc no. quòd nulla actio contraria infamat, nisi contraria mandati. ff. de his qui not. infa. furti. §. mandati. & §. vlt. Vtilis autem commodati competit pro pupillo, qui commitabatur equam commodatam. ff. e. l. 3. §. vsque adeò. Item si ego tanquam amicus tuus equum tuum alicui commodauero, te ratum habente, dicunt quidam, quòd tibi competit vtilis commodati. hoc non placet Azo. sed potius daretur præscriptis verbis, sicut quando commodas ei qui tibi bona fide seruit, vt ff. e. si is qui. § si libero. sed ob. ff. mandati. si remunerandi §. si passus. & l. si pro te præsente. à contra. Sed & si alij commodasti, vel penes alium deposuisti, vt mihi redderetur, competit mihi vtilis ex pacto tuo. C. ad exhiben. si res. Item competit vtilis pupillo ex dolo suo, vel inquantum locupletior est, vt ff. eo. sed mihi. a

6 Quibus † dentur. Patet quòd contraria datur commodatario, & hæredi eius: directa commodanti, & hæredi eius.

7 Et in † quos. In ptrahentes & hæredes eorum pro parte hæreditaria, nisi fortè vnus hæredum haber facultatem totius rei commodatæ restituendæ, vel si solus commisit dolum: tunc enim insolidum condemnabitur. ff. e. l. 3. §. hæres. & l. in commodato. § si ex facto. & l. si ex testamento. Vbi autem pluribus commodaui, videtur quòd quilibet insolidum teneatur, & quòd quilibet habeat act. furti. sed altero agente contra furem, liberabitur fur, & vnus de dolo vel culpa alterius tenetur, sed ei cedendæ sunt actiones contra alterum, & commodati, & l. Aquil. nam & si is qui damnum dedit, conueniatur commodati, remittenda est actio l. Aquil. nisi in eo quod plus est in vna quàm in alia: imò videtur quòd actiones diuidendæ sunt. ff. eo. si vt certo. §. vlt. & duab. legibus seq. & de actio. & obligatio. l. qui seruum §. vlt. & de diui. tu. l. 2. §. vltim. Nam duo commodatarij hodie fiunt duo rei debendi. in auth. de duobus reis constit. col. 7. nec dicat quis, auth. locum habet, vbi res diuidua. est. hic autem res pro parte restitui non potest, vt ff. deposit. l. si duo. & de verborum obligatio. stipulationes non diuiduntur. quia illud verum est, quando id actum, verum est quod quilibet insolidum tenetur, uel quando vnus tenetur ad totam rem. aliàs quilibet pro parte tenebitur, vt in hæredibus dicitur, & in pluribus deponentibus. ff. depositi. l. 1. §. si apud duos. & l. in depositi.

8 Et inquantum. † cōtraria dat ad impensas in ægritudine serui cōmodati factas: sed naturali ratione modicæ impensæ cibariorum ad eum spectant qui vtendum accepit. Item qui sciens vasa vitiosa ipsa commodauit, tenetur de corrupto vel effuso, ignoratis non tenetur. ff. e. in commodato. §. possunt. & §. item qui sciens. & l. penult. & vide super hoc quod no ta. j. de contrahend. emptio. §. quibus mensuris. Item competit contra illum, qui commodatum intempestiuè reuocat. ff. e. in commodato Item competit, si commodans rem commodatam subripiat, & æstimationem nihilominus recipiat, qui etiam tenebitur mihi furti, si aliquas impensas facerem. & si interat mea per retentionem ipsas seruare, & datur hic contraria ad interesse, vel condictio indebiti: quia indebitum erat quod solutum est, nisi fortè sententia condemnatus fuerim. ff. eod. rem mihi. & de furtis si is qui rem commodatam. Quid si alius subripuit, & postea commodans recuperet? Tenetur, vt aut rem restituat, uel quod receperat, reddat. ff. eo. in commodato. §. vlt. Item tenetur is qui seruum furem scienter commodauit. ff. eo. l. penult. Possunt autem compensare quicunque veniunt in contraria, sed reprobata compensatione per iudicem amplius agi non potest. ff. e. in rebus. §. quod autem Sed si mihi commodaueris equum, ad certum ministerium, & vis dicere, quod vsque ad certum diem: hoc necesse habes probare. vt C. e. l. 2. Prætextu autem debiti commodatum non probabiliter retinetur. C. e. l. vlt. licet compensatio admitteretur, si in pecunia consisteret commodatum. & debitum esset liquidum, vt Instit. de ac. §. in bonæ fidei. & seq. & patet in his quæ no. j. tit. 1. §. cui detur. versic. Item non ob. & seq. vel nisi hoc fiat prætextu impensarum factarum circa rem commodatam, vbi quidem locus est retentioni. ff. e. in re [illegible] § possunt. ff. de acqui. poss. si quis rem. ff. de furtis. si is qui rem commodatam. Directa autem competit ad restitutionē rei. est enim natura cōmodati, vt res ipsa restituatur. nā hoc de iure naturali est. disti. 1. ius naturale. ver. Item depositę vel cōmodatæ rei restitutio. & si plures res cōmodatæ sunt, de vna tantum, vel de omnibus simul agi potest, si tamen separatim fuerint commodatæ: secus si coniunctim, vel efficiant aliquod totum integrale. ff. eod. in commodato. §. pen. secundum Azo sed Pla. dicit. vtiliter pro partibus agi posse. Res verò deterior facta nō videtur reddita. ff. eod. l. 3. §. 1. & no. s. tit. 1. §. contra quem. versic. tenetur. Et si contumax sit cōmodatarius in restitutione facienda, iurat contra eum in litem: sed si culpa sua amisit, æstimatur res quantum valuit à tempore motæ litis vsque ad sententiam. ut ff. de rei vend. Iul. scribit, si hominem. §. 1. Item competit ad accessiones rei, ut partus, fructus & similia, quinimò & quæstus veniet in hac act. ut ff. eod. si is. §. 1. & si commodatarius aliter vtitur re cōmodata, quàm concessum sit, furtum committit. vt ff. eod. si ut certo. §. quinimò. nisi credat dominum permissurum, ut Inst. de obliga. quæ ex delict. nas. §. furtum. & §. placuit. & iunge quod no. j. deposi. §. & inquantum. versic. depositarius. & is cuius causa commodatum recipis, sumptus litis facere debet. ut ff. eod. si ut certo. §. rem tibi. & §. sumptus. C. eo. de restituendis. Tenetur sanè commodatarius aliquando de dolo tantùm & lata culpa, ut si cōmodetur gratia commodantis tantùm, ut ff. eod. si mei. ut puta vxori meæ commodaui chlamydem, ut honestius iret ad ecclesiam, uel mihi adduceretur, uel scenicis, uel ibi ludum suum exerceret. ff. eod. si ut certo. §. interdum planè. Aliquando verò tenetur de lata culpa & leui: ut si gratia vtriusque fiat commodatum, puta commodaui tibi scyphos argenteos, cùm amicos cōmunes inuitasses, vt ff. eodem, in rebus. Aliquando de dolo & lata culpa & leui & leuissima: ut si gratia commndatarij tantùm fiat commodatum, ut infrà eod. c. vnico. exempla multa inuenies. s. eo. §. 1. versic. facta concessio. Sed & si nihil tibi imputari potest, non teneris. inde est, quòd si equum tibi cōmodatum ad bellum ducas, & in bello amittis, non teneris: & si seruum tibi commodauero, ut tectū tuum cooperiat, & cadens de machina moriatur, non teneris, nisi in leuissima culpa deprehendaris, scilicet quia machina diligenter ligata non fuit, vt ff. eod si vt certo §. interdum planè. Milites uerò & multi alij aliter obseruant de curialitate sua. In hoc autem casu cura diligentissima adhibenda est, maior etiam quàm in propriis rebus: ut ff. eod. in rebus. ff. de actio. & obligatio. l. 1. § is verò. ff. de regulis iur. contractus. sed quando gratia vtriusque contrahit commodatum, tunc imputat sibi, qui amico negligenti cōmodat. Instit. quibus modis re contra obli. §. præterea. Fuerunt qui dixerunt, quod si res commodato æstimata tradatur, pertinet periculum ad cōmodatariū vt ff. de exercito. act. l. prima. & ff. eo. si ut certo. §. commodatum & §. si forte. aliàs æstimatio nihil addere videretur. Azo contrà per eundem. §. commodatum. & ff. loca. & conducti opus. nec valet ista argumentatio, non addit æstimatio quòd teneatur de casu fortuito, ergo nihil addit. addit enim super gradum, ut si erat de natura contractus, quod tenetur de dolo & lata culpa, tenebatur de leui, tenebitur de leuissima, & de casu fortuito. ad hoc ff. eodem. si. ut certo. § nunc videndum. Ergo non tenetur de casu fortuito, nisi per speciale pactum. C. eod. l. prima. nominatis aliquibus specialibus casibus, postea apposita clausula generali, ut patet s. de rescriptis. sedes Apostolica. ff. si quis cautio. sed & si quis. §. quæsitum. C. de negociis gestis. negocium. C. quando mulier officio tutelæ fungi potest. l. fin. & authentica ibi posita. C. commodati. l. prima. secundum Azo. & Iob. & quasi omnes doctores. Dominus meus dixit, quòd non tenetur nisi de expressis. sicut innuit d. l. ff. si quis cautio. sed & si quis. §. quæsitum. sed prior opinio verior videtur, & communior, scil. quòd teneatur de omni casu fortuito specificatis quibusdam casibus, & generali clausula subsequuta. aliàs enim impossibile esset, quòd quis per pactum de omni casu fortuito teneretur, cùm tot sint, quot nec dici nec numerari possent. C. de præscri. 30. an. l. fina. Co. de vsufruct. l. pen. Sic etiam soluitur alia contrarietas in iure cano. pone enim, quod literæ impetrantur Apostolicæ contra primas: & dicitur in secundis, quòd iudices procedant, non obstantib. prioribus literis: nunquid sunt priores reuocatæ? Ita videtur. s. de in. causam quæ. s. dc

ADDITIO.

a Precium operæ facturus videor, si non minus vtilem, quàm necessariam rubricellam, quæ commodanti imputāda sint. ex Mart. vbi s. interiiciā. Si igitur commodatā rem mihi miseris per non idoneam personam, tibi culpa imputari poterit. ff. e. l. qui non tam idoneum: secus tamē si per idoneā personam miseris, licet casus euenerit. ff. e. ti l. argentum. extra de pign. significante. Item, qui commodauit vasa vitiosa, tenetur cōtraria actione pro vino effuso, vt ff. eo. tit. l. in rebus. §. idem, qui sciens. Idem iuris est in eo, qui seruum furem commodauit. ff. e. l. pe. Ignorans tamen excusatur.

quæ s. de resti.spo.audita.sed contrà, s.de do.& contu c.2.s.de confir.vtil.vel inut.bonæ, Solutio, dic q sufficit generalis mentio, nisi vbi ab aduersario sunt plures generales literę impetratę: tunc autem sufficit: quia si de qualibet litera deberet fieri expressa & specialis mentio, fortè non sufficeret pergamenum. & sic loquitur s. de rescr.ex parte decani.s.de cler. non resid.cùm ad hoc. istud etiam per stylum curiæ comprobatur, quare Anglici de Bachelario nomine non obstante, qui vno ictu omnia sua priuilegia reuocabat, me præsente corā domino nostro, & fratribus conquesti fuerunt in camera, tempore concilij Lugdun. Tenetur etiā commodatarius de casu fortuito si sit in culpa, vt quia per minus idoneum nuncium commodatum remisit vt ff.eodem, eum qui.§.vltimo.& l.sequent.& l.si vt certo.§.sed interdum mortis.& l.in rebus.vel nisi sit in mora.vt ff.depositi. si in Asia.§.vltim. tunc enim tenetur etiam si eo modo perijsset penes commodantem argument.ff.de legat.1.l.cum res.§.vltimo.& in authent. de deposito, & denunciationibus inquilinorum.respons.1.in fin.collatio.7.& hos casus habes exceptos infra, eodem capitu. 1. Sed quid est dolus? Studiosa machinatio: vt si commodatarius fecit subripi rem sibi commodatam suo doloso ingenio. ff. de pact. iurisgentium.§. dolo. & est contrarius bonæ fidei. infra titul. 1. bona fides.exemplum infrà de rerum permuta.cum vniuersorum. Lata culpa [a] est, non intelligere quod omnes intelligunt, vel nescire quod omnes sciunt. ff. de verborum significatio latæ.ff.de iur.& fact. igno. regula. suprà, de postula.prælat.capitu.primo.& de præsumpt.quosdam. & capitu.quanto. & si commodatarius dimisit rem commodatam in platea, venit aliquis & amouet, si dicat quòd non credebat, quòd inde amoueretur, in lata culpa est. non enim bene absconderat Leuis culpa [b] est, desidia seu negligentia, vt Institutio. qui.mo. re. con. ob §. præterea. vt si commodatarius reposuit rem commodatam in camera sua, & recessit, ostio relicto aperto. Leuissima est [c] culpa quæ aliquo modo potest præuideri.ff. ad l.Aqui.si putator.50 distinctio.hi qui arborem.vt si commodatarius rem commodatam reposuit in arcam, sed non firmauit cum claue, quod si fecisset, fur fortè rem non subripuisset: quia facultas peccandi furem facit, & incestuosum.vt infrà, de eo qui cognouit consanguineam vxor.suæ.veniens s.de cohabitatione clericorum & mulierum.capitu. primo. si ergo firmauit arcam, & adhibuit omnem diligentiam quam potuit, securus est.ne ei casus fortuitus poterit imputari. casus enim fortuitus est, qui nullatenus potest præuideri.vt infrà, de homi.Ioannes.& capitul.vltim.sicut incendium, ruina, naufragium, rapina.C.eod.l.1.& de pignorat.actione. quæ fortuitis. ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium l.2.§.2. vel 3. quia enim cura vel diligentia consequi possumus, ne nobis ab aliquo damnum vel iniuria irrogetur.ff.eo.ad eos.& l.argentū. fugatur enim iustitia, si violentia inferatur. ff. locat. & cond. si merces §. vis maior. & l. sed de damno. & vbi iustitia seruatur, violentia fugatur.ut ff.de vsufru.æquissimum.C.de Iudæ.& cęli.nullus tanquam.

9 **Et quales** † sunt. ciuiles perpetuæ, non prætoriæ. ff. eod.in commodato.§. sicut. & possunt dici prætorię, quia prætor super his edictum suum exposuit, vt ff. eod.l.prima.

ADDITIONES.

a Lata culpa. ¶ Adde Abb.in c.vnico, de commo.
b Leuis culpa. ¶ Adde docto.in capitu.j.xxxviij.distinctio.Bald.in l.quod Nerua.ff.depo.
c Leuissima est. ¶ Adde Card.Zab.in c.j.in 10 q.de commo. Bar.in l.quod Nerua.ff.deposi.

DE DEPOSITO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Depositum quid sit. Et vnde dicatur nu.2.*
3 *Depositum in quibus rebus consistat.*
4 *Deponere quis possit.*
5 *Actio depositi cui detur.*
6 *Actio depositi contra quem detur.*
7 *Actio depositi quando detur.*
8 *Actio depositi in quantum datur.*
9 *Actio depositi qualis sit.*

ACtum est de commodato. sequetur de deposito. videamus: Quid sit depositum, Vnde dicatur, In quibus rebus consistit, Quis possit deponere, Cui detur actio depositi, Et cōtra quem, Et quando, Et in quantum, Et qualis sit actio.

1 a **Quid sit** † depositū. [a] Quod custodiendum alicui datum est siue traditum: & dicitur depositum inter clericos, commodatum inter vulgares ideo decre.alludit vulgari infrà eod.capitul.1.& contrahitur re obligatio.Institu.quib.mod.re contra.ob §.penul. Rei autem depositæ sicut commodatæ, possessionem & dominium retinemus. ff.eod.licet.nisi deponam quod continetur numero, pondere, vel mensura non obligatum vel clausum. hic enim exceduntur notissimi fines depositi, & transfertur dominium: sin autem obligatum, vel clausum deponerem, uiderer prohibuisse ne depositarius uteretur, nisi in contrarium ageretur expressim.ut ff.eo. l.licet.§.rei.& l.Lucius.& l.die.§.qui pecuniam.& l.Quintus.mihi incipit, Cecilius.& l.seq.si sacculum.

2 **Vnde** dicatur. † Ex de, & positum: nam prępositio, de, auget positum, vt significet de custodia mea seorsum positum, & in tua translatum: ergò aliud est pono, aliud depono, secundum Iacob.de Bal.ut ff.eo.l.j.respons.j. sic præpositio aliquando auget, vt 35.dist.c.j.ff.pro socio, cum duobus.§.damna.& de lib.& posthu.Gallus.§.ille casus: aliquando diminuit.vt s.de consue.ad audientiam.j.de fideius.c.j. aliàs nihil operatur. ut ff.de dote pręle.unde uersus:

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Sed & si mandatum pręcedat, mandati ageret, ut ff.e.l.j.§.quod si rem tibi aliàs semper agēdum est depositi., licet & de custodia rei habenda uideatur mandatum. quamuis aliqui dixerunt semper utraque agi posse per l.proxi inductam. sed intellige ut præmisi secundum Azo. [b]

3 **In quibus** rebus consistat. † In rebus mobilibus, & se mouentibus tantùm, nisi apud sequestrum deponatur. quod propriè fit: cum controuersia inter plures suborta ipsi insolidum certa conditione rem custodiendam tradunt & reddatur scilicet ei qui uicerit: sed cùm rem communem plures deponunt, pro parte unusquisque deponit. deponentes autem penes sequestrum possessionem amittunt, nisi actum sit expressim, ut causa custodiæ, tantum sequestrum detinet.ff.de uerborum significat.sequestrum.& ff.eod.l.propriè. & l præceden.ei apud quem.§.ultim.& l. licet. & de acqu.poss. l.interesse.s.de iudic.examinata. Sequester autem semel officio suo suscepto sine causa non renunciabit, & tunc rarò restituetur uenienti, imò deponi debet arbitrio iudicis, apud aliquam ędem sacram.ff.eod.l.ei.§.ultim. & in hoc casu competit actio depositi sequestraria, quod est adiectio non proprium nomen actionis.ff.eod.si in Asia.§.cum sequestro Debet etiam sequester ibi rē exhibere, ubi conuenit, si alternatiuè, habet electionē, secus si copulatiuè, ut apud Dignā, & Sistericeñ. si in omnib. nihil certum dictum sit, denunciandum est ei, ut apud prætorem exhibeat. ut ff. eodem. l. ei apud quem.§.in sequestrum. Solet autem fieri depositum cum chirographo, idest, scriptura quæ diuidi solet per alphabetum, & unam partem retinet depositarius, altera remanet deponenti, ut ex iunctura partium probatio fiat, sed hæc probatio nec iuris est, nec de iure. quia priuatę scripturæ non creditur, nisi habeat subscriptionem trium testiū fide dignorū. ut C.qui po.in pig.ha.scripturas. & in auth. de fide

ADDITIONES.

a Quid sit depositum. ¶ Adde do.in rub.eo.tit.
b Secundum Azo. ¶ Cum cuiuscunq; contractus natura diligentissimè perspicienda sit, ideo adnectenda erit hic ex Mart. rubricella, de natura depositi. Ea, inquit, natura est depositi, vt res deposita reddatur, hoc enim de iure naturali procedit. vt 1. distin.ius naturale. Hoc tamen fallit quatuor casibus. Primus est, cum quis deponit gladium, postea illum repetit furēs: vt 22.q.2.ne quis arbitretur. Secundus, cùm deponens fuerit deportatus: nam tunc bona eius in fiscum deferuntur. Tertius, cùm fur deponit, & repetit. sed petitio veri domini cum furis repetitione concurrit. Quartus, cum fur rem furtiuam deponit apud illum, à quo subripuit, vt ff. depos.l.bona fides. Aliàs deponens potest, quandocunque voluerit, depositum repetere, vt ff.eod.titu.l.1.§.est autem.extra eo.c.fi. Et hoc procedit, etiam si eo pacto depositum sit, vt non, nisi post mortem depositarij repeteretur.ff.eo.tit.l.j.§.fi. Et si non illico, & omnibus modis non restituatur, condemnabitur depositarius, & eo nomine efficitur infamis, vt C.eo.tit.l. qui depositum.& l.seq. Mart.

fide inſtrum.§.j.& iunge quod not.ſ.de fide inſtru.§.quibus inſtrumentis.[a]

4 **Quis poſsit** deponere. †Is qui commodare: vt not.ſ. ti.j §.quis commodare.

5 **Cui detur** actio depoſiti.† Ei qui depoſuit per ſe vel p alium,vel per ſeruum. & ſi plures ſint domini,cuilibet pro parte competit actio.vt ff.e.l.j.§.ſi ſeruus meus. & §.ſi ſeruus depoſuit.& § ſi duorum. Item per ſeruũ hæreditarium acquiritur hæredi futuro,& ei cui bona fide aliquis ſeruus ſeruit,vel qui in ipſum habet vſumfru.ſi tamen rem, quæ ad peculium ipſorum pertinet,deponant.ff.eo.l.j. §.non ſolum. & §.item ſi ſeruus hæreditarius. Datur etiam furi & prædoni, vt ff. e.l.j §.ſi prædo.ſed non agent ac.furti:quia nemo ex improbitate ſua talem cõſequitur.actionem. vt ff.de furtis. itaq;. Veruntñ interdictum vnde vi, aliquando datur prædoni expulſo de prædio.vt ff.de vi & vi ar.l.j.§ qui à me.& eſt ratio:quia niſi prædoni daretur,nemini daretur. non domino: quia expulſus non eſt & ideo datur, ne inuaſio ſecunda remaneat impunita.Sed ſi fur agat depoſiti, & dominus rei ven. contra depoſitarium, potior eſt cauſa domini.ff.e. bona fides. ſic ergo dominus præferendus eſt furi de æquitate iuſtitiæ, quæ ius ſuum cuique tribuit, vt ibi dicit & 12.queſt.2.cum deuotiſſimam.& Inſtitu.de iuſt.& iu in prin Sed contra:quia prohibetur,ne quis extrinſecus interdicat depoſiti reſtitutionem.in authẽ.de depoſito & denunciationibus.col.7.Reſpon. Dominus interdicit non extrinſecus, ſed intrinſecus,vel non eſt interdicenda extrinſecus,id eſt, extra iudiciũ,ſed coram iudice.Itẽ contra,ff.nau.cau.ſtab.l.j.§ idem Pomponius. aliàs eſt lex.& incipit, parui. Solutio, ſpeciale eſt in illa actione vt non dño,ſed inferẽti res reddat.vel melius;nõ loquitur in fure,in quo ſpeciale eſt,quòd non ſibi,ſed domino reddatur, & modò ſoluitur aliud contrarium. C. loca.& cond.ſi quis conductionis. Sed & ſi fur rem ſubreptam apud proprietarium ignorantẽ deponat,nullum eſt depoſitum,& proprietarius rem depoſitam reſtituit,poſſeſſionem condicet, nõ proprietatẽ.ſic eſt intelligẽdum.ff.e.l bona fides.per l.ff.de cond.inde.l indebiti.§.ſed & ſi nummos.& de condic.cauſ.da.dedi §. ſubtilius. Eſt enim de natura depoſiti,vt ipſa res depoſita reſtituat, ſicut not. in commodato,ſ.ti.j.§.& inquantum verſi.directa.hoc tamen fallit in quatuor caſibus.Primus eſt,cùm quis gladium deponit, demùm furioſus factus ipſum repetit.22.queſt.2.ne quis.Secundus,ſi deponens fuerit deportatus: nam bona eius in publicum deferuntur.ff.e.bona fides.Tertius,quãdo fur deponens, & dominus rei depoſitæ concurrunt in petitione.no.ſ.eo.verſ.ſed ſi fur agat. Quartus, cùm fur rem furtiuam deponit apud illũ cui ſubripuit,vel apud proprietarium, ſicut probãt iura inducta.ſ. eo.§.verſi.ſed & ſi fur rem ſubreptam. Sed nec contra legem ſequeſtrationis eſt reſtitutio facienda.vt no.ſ.e.§.in quibus Item non obſt. deponenti compenſatio, ne contractus qui ex bona fide naſcitur,ad perfidiam reuocetur:vt Inſt.de act.§ in bonę fidei.C.de compenſa.l.vlt.j.e.ca.vlt.§.ſanè. ſed in alijs contractibus compenſatio admittitur, ſi cauſa liquida ſit hincinde, uel facilem exitum habere poſſit,vt infrà eodem.c.vlt.§.vlt.Item ſi intra duos menſes probari poſſit, vt ff. de iure fiſci. aufertur.§. qui compenſationem. & eſt ratio, quia tempus iudicati vltra progreditur.ſ.de ſent.& re iudi. quod ad conſultationem.& C. de vſur.rei iu.l j.2.& 3.De debito autem, ſuper quo lis conteſt. compenſatio admittitur, vt ff.de compenſa.l.in compenſatione. & de eo quod natura debetur. ff. de compenſa. etiam. & de eo,cuius ſolutionis terminus nondum venit. ff. de compenſa.ſi cum mili. Dicunt autem quidam, ipſo iure compenſationem fieri.ar.C.de compen.ſi conſtat.& l.vltim. Dominus meus contrà,imò debet fieri per iudicem:vt C.de compenſa.l.2.& l.ſi ꝓpter fructus. Fit autem compenſatio de pecunia ad pecuniam, non ad ſpeciem ff.de cond.inde ſi non ſortem §. ſi eſſent. ff.de pigno ac ſi conuenerit. 2.quia corpora propter pecuniam non ſunt diminuenda.ff de impenſis in rebus dota.factis. quod dicitur. niſi fortè iuretur in litem contra reconuentum rei vendi. cùm rem dolo malo deſierit poſſidere, vt ff.de rei vendi ſi culpa non fraude.tunc enim nulla eſt differentia inter perſonalem actionem & realem.ſic intelligitur C.de compen.l.vlti.in prin.

b Dolus etiam cum dolo [b] compenſatur, vt ff.de dolo.ſi duo & culpa cum culpa.ff de compen. ſi ambo. & delictum cũ delicto. ff.ſolu.mat.viro atque vxore.j de adul.c.pe.& vlt.ſed depoſito non obijcitur compenſatio,etiam ratione expenſarum,vt C.e. l.pen.licet aliqui contradicant per l.ff.de acquir.poſ.ſi quis rem.- & de furtis ſi is qui rem commodaſſet. ſed loquuntur in commodato non in depoſito. Sed & ſi extraneus nunciet depoſitario, ne mihi rem meam reſtituat olim me cauente,vt ipſum indemnem ſeruarem,meam cõſequebar,vt C e.l.pen.§ quod in ſcriptis.hodie verò remittitur:& ſi per denunciatorem reſtitutio de facto fuerit impedita,tenetur mihi de caſu fortuito, etiã ſi res penes me foret peritura: & ſi depoſitum cõſiſtebat in numero,pondere,vel menſura, tenetur mihi ad trientem vſuram, ſecundum legem à tpe denunciationis,& eædem pœnæ imponuntur ei qui inquilinis denunciat, ne penſionem ſoluant: vt in authent.de depoſito & denunciationibus inquilinorum,col.7. Vbi autem plures depoſuerunt,poteſt alter agere inſolidum,ſi hoc actum ſit, aliàs pro parte tantum: quia & duo hæredes deponentis pro parte agunt.ff.eo.l. j. §. ſi pecuniã in ſacculo. Nec obſt.ff commo ſi vt certo § vltimo quia ibi actum erat, quòd quilibet commodatarius inſolidum teneretur. Nec obſt. ff. de verborum obligationibus. ſtipulationes non diuiduntur. quia illud intelligitur, qñ vnus ad totam rem tenet,vel eſt obligatus inſolidum.Nec obſt.ff.e.de eo. & l in depoſiti. quia ibi tenet quilibet hęredum inſolidum:ideo quia vterque in culpa ſiue dolo reperitur.aliàs pro parte tenerentur, etiamſi pecuniam depoſitam inter ſe diuiſiſſent. Sed & ſi reſtitutio rei pro parte fieri nõ poteſt,agit vnus hæredum inſolidum.Sed cauere debet, quod contra aliũ defendat,vt ff.eo.l.j §. ſi pecunia. Si verò duo deponant hoc pacto appoſito,quòd nõ reddatur vni ſine altero, ſeruandum eſt pactum:& ideo ſi vni reddat, neuter agere poterit, ſi depoſitarius neget ſe reddidiſſe, nec alicui reddere cogetur. non enim illi cui reddidit,quia agere non poteſt:nec illi cui nõ reddidit, quia nõ tenetur ſine altero. & in hoc caſu quidam Philoſophus liberauit quãdam ancillam à ſuſpendio, penes quam duo rem quandam depoſuerant tali pacto,quòd ſi vni ſine altero redderet,ſuſpenderetur, ſecundum Azonem.Datur autem vtilis actio ex pacto extranei, vt C. ad exhibendum.ſi res.Item ſi creditor non vult pecuniam oblatam recipere, & debitor deponat,competit vtilis creditori contra depoſitarium, vt C.de vſur.acceptam. Item ſi pater à ſponſo receperit res oblatas nomine filiæ ſuæ,& ſponſę,ipſa præſente, dabitur fortè ſibi vtilis, ſi ſui iuris erat.ff.eo.die.ſed ſi in abſentia filiæ tenetur pater acti. neg.geſt.ff.de neg.geſt fideiuſſor.§.ignorante.ad hoc ff.manda. ſi remunerandi.§.j.

6 **Et contra** quem.†Cõtra depoſitarium,ẽt ſi pupillus ſit,dũmodo dolo fecerit, vel locupletior factus ſit, ff.depoſit.l.j.§ an in pupillum. Item ꝯ filiumfa.inſolidum ꝯ patrem de pecul.vel contra dñm,ſed ꝯ manumiſſum cõpetit inſolidũ,ſi tñ penes ſe habeat:aliàs non tenet,licet de delicto teneat indiſtinctè.ff.eo.ſi apud filiũ.& l.j.§ ſi apud ſeruũ.Itẽ ꝯ hæredẽ depoſitarij,ẽt dolo defuncti, multò fortius ex ſuo dolo. ff. de acti.&. oblig.ex depoſi.& ſi plures ſint hæredes,tenent ꝓ hæreditarijs portionib.ff.e.ſi hominẽ.§.datur.Sed & ꝯ hæredem putatiuum competit, vt preciũ reddat,ſi vendidit:vel actiones præſtet,ſi precium non exegit.vt ff eo.l. 2.3.& 4.Sed nũquid & contra eccleſiam pro re depoſita agi poteſt: ſic, ſecundum quoſdam,adeo quòd ex quo res depoſita in Theſaurariam,vel ſacriſtiam infertur,eccleſia obligatur,ſicut nauta & caupo de rebus innectis & illaris.ff.naut.cau.ſta.l j.& l.parui.§ recepit.& l.& ita.arg.C de his qui latro.occult.l.j.dicas contrarium,ſ quod nunquam teneatur eccleſia, niſi quando depoſitum ſit prælato & conuentu ſiue capit. præſentibus & recipientibus,niſi inquãtum locupletior eſſet.vt j.eo.cap.1.& patet in his quę not.j.de fideiuſ.§.& quis.

7 **Et quando.** †Quãdo depoſitum tenuit: ſi enim nõ tenet:vt quia rẽ meã penes me deponis,nõ agitur depoſiti:quia nec depoſitum,nec commodatum,neque precarium neque conductio,neque in re mea propria, niſi ſciõter hoc faciam.vt ff eo.qui rem.& de regulis iuris. neq; pignus. & de precario.certè.§. vlti. & de contrahen.emp.ſuæ rei.& l.ſi in emptione.§.rei ſuæ Cod.loca.qui rem. Si verò tenet, agitur quandocunque placet deponenti,& ante tempus adiectum.vt ff.eo.l.j.§.vlti.C.eod.ſi quis pecunias.j.eodem, bona fides.§.ſanè.niſi

ADDITIONES.

a Inſtrumentis. ¶ Grauiſsimus iuriſprudentiæ ſcriptor Mart. in ſum. ſua hoc tit. addit & articulum de diligentia circa depoſitum habenda, quem huc transferre libuit. Depoſitarius, ait, talem debet adhibere diligentiam circa rem depoſitam, qualem in rebus ſuis adhiberet. Vnde ſi amiſerit rẽ depoſitam, ſaluis ſuis rebus (vt quia res ſuas poſuit ſub claui: depoſitas verò extra dimiſit)non habuiſſe bonam fidem preſumitur,ſed latam culpam,vel dolum. Et talis violenta præſumptio ſufficit ad cõdemnationẽ: vt extra de depoſi.c.bona fides.in gl.Bernar.no.quod depoſitarius. Caſus tamen fortuiti depoſitario imputandi non ſunt, niſi pacto conuentũ eſſet, vt præſtarentur, ita tamen vt huiuſmodi caſus nominent expreſsè in pacto.extra de commo.c.j.de hoc in gl.C.eo.ti.l.j.venit tamen in hanc actionem caſus fortuitus,pacto,culpa, vel mora præcedentib. De pacto habet, ff.eo.ti.l.j.§. ſæpius. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt d. l.j.§.ſi conuenerit.Caſus vero fortuiti imputantur ob culpam. moram, & dolum, etiam ſi res apud deponentem periſſet. Sufficit enim, ꝙ res potuit non perire.ff.de leg.j.cum res.§.ſi.

b Dolus etiam cũ dolo. ¶ Adde l.damni.in §.j.ff.de dam.infe.c.ſicut. de iureiu.Doct.in c.intelleximus.de adult.Arch.in c.decretum eſt.11.q.3.

nè.nisi in.casibus,quos no.s.e §.cui det.ver.est enim de natura. & seque. Item agitur antequam depositarius admiserit dolum vel culpam.quid enim si furiosus sit,vel non extet hæres,vel bonorum possessor ff.e.l.j §.idem Pompo.quærit.in fi.Item si tibi mandaui,vt rē meā deponeres penes Titiū, & is seruandā recepit amore mei,tu mihi mandati, Titius depositi tenetur. Sed si amore tuo,tu mihi depositi, & ipse mandati tibi tenetur, quam mihi cedes, si te conueniam, & si tibi dixi: quòd si nollet custodire,tu ipsemet seruares, agetur nihilominus mandati: & fortè nihilominus depositi.ff.e l.j §.si te rogauero.& accedit in ea l.§ idē Pōponius,quęrit si tibi.& §.idē Pōponius quęrit si apud te.

8 Et inquantum. † In tantum, vt dolus præstetur tā tū.vt ff.e.l.j.§. in conducto. & lata culpa vt ff.e.quod Nerua Probabitur autem dolus, vel lata culpa per præsumptionem,vt j.e bóna fides respon.j.& dic ibi bona fides abesse præsumitur.subaudi & dolus adesse, si rebus tuis saluis,& ci deo dixit Azo,quòd lata culpa est dolus pręsumptus quia prope dolū est.ff.mandati.fideiussor.respon.j.&dolo comparatur.vt ff.si mēsor falsum modum dixerit.l.j §.lata.sed secūdum Aristotelem,nihil est idipsum cui est simile, sic intellige ꝙ lata culpa cadit in crimen doli ff.de actio.& obli. l.j.§.is quoq;. & quod dolum repręsentat. vt ff.si quis testa.liber esse ius. fu. l. j.§. non autem. & quod pro magna negligentia est, ff. de verb. sig. magnam. nam si verè dolus esset, veniret in l. Cor. de sicar. quod l.negat.ff.ad legem Corn.de sicar. in lege.exemplum posui s.tit.j. §.pen.ver.lata. Et iterum si deponis penes me seruum vinctum, & ego soluo misericordia ductus,teneor.ff.e.si hominem.Item quando res suas saluas habet, præsumitur contra ipsum,vt j.eo bona fides.& ff.e.quod Nerua. ff.commodati. si vt certo. §. quod verò. & de dam. infec. utique.in fi. exemplum,si res suas ponat in arca, & depositas dimittat extra in domo, vel in bancha. Sed de leuissima culpa non tenet depositarius, ergo non de casu fortuito, nisi sit in mora vel in culpa. uel nisi obtulerit se deposito, uel nisi receperit aliquid pro custodia, vel nisi gratia depositarij fiat depositum.ut infrà,e. bona. §. 1. & 2.quia unus.§. debet subaudiri per alium.ff.eo.l.1.§. sæpe.& §.si quis in pristinum.ff.eod.si in Asia §.ult.ff si cert.pet. si quis nec causam. Item si dolus interuenit.ut s.uel pacto interueniente,ut C.eo.l. 1.ff.e.l.1.§.si conuenerit.ff.de regul.iur.contractus.quoddic ut no.s.de commodato.§ pe.Et hoc intelligas, quando culpa præcessit casum:aliàs si uiolenter auferretur, non tenetur depositarius, nisi in duobus casibus, scilicet quando recepit mercedem, uel quando se obtulit.licet in aliis casibus de omni casu fortuito,& in his,& in aliis de culpa etiam leuissima teneatur. Depositarius uerò utendo re deposita obligatur furti. ff. de condi. furti.qui furtum.hoc nisi expressim esset prohibitum, ne utatur.ff. eo.si sacculum.aliàs non committit: dum tamen putaret dominum permissurum, etiam si minus probabiliter hoc putaret.,ut ff.de furtis. qui rem. est tamen contrà arg. ff.eo.si seruus Et si res deterior reddat̄,reddita nō uidetur.ff.e.l.1.§ si res.Sed & accessiones ueniunt in hac act quāuis depositæ non sint: puta ut homo sit uestitus,uel equus qui capistro detinebatur depositus sit. nam solus equus depositus est.ff.e. l. 1 §. quæ deposi.secus si dixissem, Depone equum cum capistro:tūc enim utrunque esset depositum.ff.commo si ut certo.§.si me.& de usufru.lega.l j.illi.Itē tenetur hæres de precio rei ignoranter uenditæ.ut si hæres, nihilominus ab eo lucrum extorquetur ut ff.eo.l.1.§. ult. & l.2. & 3.Itē si causa tumultus,ruinæ,naufragij,incendij fuerit depositum in duplum fit cōdemnatio.ff.e.l.j §.hæc autem separatio.in fin.& § j. & 2. hoc si depositum inficietur, non aliàs:ut Instit. de actionib. §. omnes autem. Hæres autem de dolo proprio in duplum tenetur, sed de dolo defuncti, in simplū. ff e.l.j.§.j. & l.ꝙ tumultus Est aūt pōdus auri uel argēti depositi, & species nomināda.Idem in purpura infecta uel lana,& si deponēs sit incertus de pondere,ei iuranti succurritur.ff.e.l.j.§.si quis argētum. recipietur etiā libellus incertus,sed erit iudex certificādus ante sententiam. Item numerus adiiciendus est, & color uestis. ut ff. de fur.in actione Et si cista rebus diuersis plena deposita sit,potest agi ad cistam,& ad singulares res,ut ff.e.l.j.§.si cista. Item in hac e actione iuratur in litem.ut ff.eo.l.j.§. in depositi.[e]

9 Et qualis sit actio. † bonę fidei, famosa. ut C.e. qui depositum. Item prætoria in 4. præmissis casibus,non aliis,imò ciuilis.Item priuilegiata est:quia præfert chirographarius. sed si plures agant,non habet ratio tēporis.ut ff.e.si hominē §.quoti.& l. ꝙ priuile. & accedit ff.de priuil.cre si utri.§.in ēbonis.& l.ꝙ quis.& de rel.l.pe.& qui po.in pig. ha. interdum. C. qui po.in pign.ha l. fin.& l.eos.ff.de peculio.deposui.& de bonis aut iud pos.cùm unus.& C.de bo. aut. iud. pos.l ult. nascitur aūt hæc actio, antequam dolus, uel lata culpa cōmissa sit,ut ff.e.l.j.§ idem Pompo.j e.bona.§. sanè. Contraria aūt depositi datur depositario & eius hæredi, in qua uenit impensa utilis.,ff. de negotiis gestis. at qui natura. §. ult.& mandati.si uerò nō remunerādi.§ usuras aūt ff.e.l.actione & de usu.qui semisses §.ult.Item uenit in ea interesse,ut si seruum furem deposueris penes me,& dānum patiar.hoc si scienter.Quid si ignoranter:Dixit Pla.quòd potes ipsum pro noxa relinquere. ar.ff.de pig. act. si seruus pignoratus. Azo contrà:quia non debet alicui officium suum esse damnosum. ff.de furt.si seruus cōmunis.§. quod uerò. Est aūt hæc actio ciuilis & personalis, nec in litem iuratur,ut ff.e.l ei.Itē bonæ fidei est.Insti de act.§. actionum.Famosa non est.ff.de his qui no infa.furti.§.ult.est enim regulare, quòd nulla actio contraria infamat, ut ibi. fallit hoc in contraria mandati,quæ infamat.Hoc aūt scias,qđ quatuor sunt actiones ex contractibus descendentes, s.mandati,depositi, tutelæ, pro socio. & quatuor ex delictis prouenientes, scilicet ui bono rap. furti, iniuriarum, doli mali, quæ infamant: ut ff. de his qui not.infa.furti.§.mandati.& seq.& l.j.unde uersus.

Iudice damnatos,infames reddit vbique,
Quod vi dirumpitur iniuria,furta,dolique,
Actio mandati,tutelæ,depositique,
Directo si pro socio communis vtrique.

ADDITIO.

e Non ineptè adiicias ex Mart. vbi s. rubricellam,de priuilegiis depositi. Actio,inquit,depositi vsque adeò priuilegiata est,vt depositum cum deposito non compensetur.potest enim depositum reperi,sed non compensari. C. de compēs.l.vlt.& extra de deposito.bona fides. Est & aliud priuilegiū, vt qui primò deposuit, primò recipiat. ff. eo.tit.l. si quis pecunias. Item, actio depositi datur contra hæredem ex dolo defuncti, & multò magis ex suo.ff.de act. & ob.l.ex depo.venit in hanc actionem dolus,licet conuentū sit,ne de dolo agatur,ff.eo.tit.l.j. §. si conuenerit. Item venit latior culpa, quam Nerua dixit dolum esse(l.quod Nerua ff.deposi) quem dolum præsumptū esse intelligit Martini præceptor, arg. l. si fideiussor.ff. mand. tenetur quoque depositarius de leuissima culpa. l. j. §. si pecunia.ff.eo.tit. Mart.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE & venditione. Rubrica.

SVMMARAIA.

1 *Emptio & venditio,quando & qualiter contrahatur.*
2 *Emptio & venditio,de quibus rebus contrahatur.*
3 *Quibus mensuris,vel ponderibus vendendum sit.*
4 *Emptionis & venditionis natura quæsit.*
5 *Emptor ad quid teneatur.*
6 *Venditor ad quid teneatur.*
7 *Emptio & venditio qualiter rescindatur.*

DIximus de contractibus,qui gratia alterius tantùm perficiuntur: nunc videndum de his qui gratia vtriusque: & sic de contrahenda emptione & venditione.dicamus igitur,Quando & qualiter contrahatur emptio & uenditio, Et de quibus rebus, Quibus mensuris uel ponderibus sit vendendum, Quæ sit eius natura,Ad quid emptor tenetur, Et ad quid venditor teneatur, Et qualiter rescindatur.

1 Quando & qualiter contrahatur † emptio & venditio.Solo consensu,postquam de precio[a] conuenit,non imaginariè seu simulatè: quia fortè animo donandi,sed uerè eo animo quòd soluatur. ut Instit. eod.in prin.'& §. cùm autem. Et inter præsentes,& inter absentes per nunciū uel epistolā,ut ff.e.l.j §.ult.& l.2.§.primo. & l. cùm in uenditione.l. nuda.Et si precium in quantitate consistat,non in specie,puta in pecunia, quæ est in illo sacculo: nam tunc esset potius contractus innominatus.ff.de condictione causa data.l.ult. C.eodem, emptione.Certa aūt quantitas nedum sermone adiici pōt, imò & reipsa, puta quāti est in arca, non ualeret.ff. e. hæc uēditio.§. huiusmodi.ad hoc.ff.de le.j.planè.§.sed hoc ita & l. sed & si certos.unde si quantitas non esset in arca nō ualeret.ff e.si quis fundum. Quātitas aūt precij uel commercium in arbitrio alterius contrahentium conferri non potest.ut C.e.in uendētis ff.e. qđ sæpe.§. j. nisi tacitè: ut si ascenderis Capitolium; sit tibi empta. Receptio autem rei uel restitutio arbitrio emptoris committi potest

ADDITIO.

a Quod de pretio ait Hostiensis, quod certa quantitate definitum est, accipiendum rectè putat Martinus, in summa, eo.tit.nam si ita dictum esset, Dabo tibi precium,quod est in sacculo, tunc non est emptio,nec venditio, sed contractus innominatus.ff.de cond.cau. dat.l. dedi tibi.C.eod.tit.empti fides.

potest.inst.eo §. emptio.j.de pignoribus illo.Item arbitrio tertij potest committ. etiam quãtitas precij.tertij dico certi,puta quãti Titius æstimauerit:qui si malè arbitrat⁹ sit,redigitur ad arbitrium boni viri,hæc probantur Inst.e.§.precium.& se.C. eo.l. ult.ff pro socio.l.cũ ita.& l.si societatẽ.ff.loc.si merces.Imò & si ab initio inuitus distrahere uel emere nemo cogatur:ut C. eo.inuitum.& l.dudum.si tamen rem exponas uenalem, & precium, quo uendere uis,sit iniustũ,potes cogi per iudicẽ ut tẽperes.j.e. cap.j.ff.de offi.præfec.urbi.l.1.§.cura carnis.Item necesse est qđ ex parte uenditoris res,uel merces uendãtur,ut discernatur quis emptor,quis uenditor,quid precium,quid merx.ff.de rerũ per mu.l.j.Instit.e.§. diuersæ scholæ.Possunt tamen emi fructus futuri, sicut hæreditas quæ obuenire debet, & iactus retium, & alia. ff.e.nec empti. & de actio empt. si sterilis. & de hæredi.uel actio. uend.cum hæreditatem, & l. quod si nulla.& l.quod si in uenditione.& de cond.& demonst.l.j.in fin.& uerbo.obligat.inter stipulantem.§ sacram.Et si res uẽdita extare credatur, cùm tñ non extet,nulla est emptio. ff.e.l. & si consensu. Quid si domus uendita incendio consumpta sit? Dist.utrum uterque, uel alter sciat uel ignoret, & utrum in totum uel in partem.ff.eo. domũ.& l.arboribus. Arrhæ autem datio est argumentum emptionis & uẽditionis: & si emptor uelit resilire,amittet arrhas:si autem uẽditor uelit à uenditione discedere, arrhas duplicatas emptori restituet.Insti.e.respon j.C.de fide instrnment.contractus. in fin. & nihilominus agetur ad interesse, secundum Bern & Iob.arg.ff.de testamen.milit.l.4.ff.de inoffic.testamen.mater. C.de pac.do.l.ul.M.& Azo contrà:satis enim est quod amittantur arrhæ.ar.ff.de precatio.& habet.§.cum quis.C.de executiõe rei iudicatæ. si causam. & de iur. delibe. scimus §. si uerò postquam adierint. & §.sin autem affuerit. de reb. credi.generaliter. §.his.ff.quemadmodum te.aperi. sed si quis.C. de pac.do.l.ulti. ff.de except.doli palàm.§.nõ malè.Dic si detur arrha pro pagamento, uera est sententia Iob. & Bern. si pro arrha tãtum, uera est sententia M.& Azo.

a **Et de quibus** rebus.[a] † Corporalibus & incorporalibus.ff.e conuenit.& l.si debitor.§ j.
b C.de hær.uel.act.uẽ.seruitutes.Res autẽ sacræ[b] & religiosæ prohibentur uend. quod dic ut no. s̃. de re.ecc.non alie.§. quæ res. uer.sacræ.& seq. Nec potest uendi liber homo,cùm seruus erit. aduersam enim fortunam liberi hominis expectare nec ciuile est, nec naturale ff. e.liberi.& l si in emptione.§.j. & §.liberum. & de uerb. oblig. inter stipulantem.§.sacram rem.Potest tamen
c pater uendere filium[c], necessitate famis ingruente:ut tamen precio præstito, uel à filio reddito, uel alio quocunque restituto, in ingenuitatem perueniat.ut C. de patri.qui fil.dist.l.2.multo fortius pignori obligare: quia cui quod plus est conceditur, & c. ff. de regul.iu. non debet cuique.Sed nunquid seruus efficitur? sic,secundum Azo. alij contrà: sed tamen seruire debet. C. commu.de ma.l.1.Sed nunquid in alio casu necessitatis põt uẽdi à patre? Non:quia l.dicit generaliter, ꝙ non licet patri vendere filium. C. de patri.qui fil.dist.l.1.ergo generaliter intelligitur ei⁹ prohibitum, nisi in casu concesso. Sed nunquid mater põt fi-
d lium uendere[d]? Non puto,arg C.de trans.transactio matris.& quia nec l.reperitur concessum, nec filiũ habet in potestate, sicut pater. ad hoc facit quod no.j.de sepul.§.& apud quã ecclesiam.& j.de pi.§ quæ res.uer.fallit.Item earum rerũ quæ in causa negociationis de domo eximũtur,uẽditio irrita censetur,emptor etiam duplum precij in ærarium inferre cogetur. & hoc ꝑ se.con.Velleianum ut ff.e.senatus.& de leg.3.cætera.& si ꝑcium iam soluit,re petit tãquam indebitum, ut ibidem,& retinet rem emptam.unde si bene computes,tam emptor, quàm uenditor in simplũ punitur tantùm.& sic nõ ob.ff.de damno infecto.l.ulti.Item seruus, dũ in fuga est, uendi non potest,licet possit procurator ad hoc cõstitui,ut ipsum quærat,& inuẽtum uendat.ff. e.quod sæpe §.si quis.C.ad legem Flauiã de plag.in fuga.secundum hoc intellige 12.q.2.fugitiui.j.de rerum perm.iniustũ. Itẽ ueneni mali.quod non potest esse usui aliqua permistione, nulla est emptio:secus, si mistum cõferat. ff. e. quod sæpe § veneni mali.ff.fami erc.pro hærede. §.i.de uer.sign.qui uenenum.in ul. charta, nam est uenenum quod amatorium appellatur. ff. ad l. Corn.de sic.l.3.Item rei propriæ nulla est emptio, & si ignorans emi, quod solui repeto.idẽ est, si res communis sit mihi & tibi, quantum ad partẽ meam:sed si usufructuarius emat rem, in qua habet usumf.diminuitur preciũ ratione ususf. & ratione possessionis, quam habet uenditor in re mea,tenet emptio. Item si habeo ibi perceptionem fructuum,uel aliquod ius.ff.e.suæ rei. & l.officio.& l.sed & si cõmunis.& l.si in emptione §.rei suæ.C.eo. cùm res.sed in re aliena tenet contractus. ff. e.rem alienam. Cũ autem dixerim, contractum hunc solo consensu perfici, apparet ꝙ si error interueniat,non perficitur.ff.de iur.omn iudi.si ꝑ errorem. & de iudi.l.2 & sunt 6.errores qui impediunt hunc ꝯtractum Primus,si in precio erratum sit, ut si putem uendere decẽ, putas emeres v.secus econtrà. vt ff.loca. l. si locem.Secundus,si erretur in contractu:vt quia puto vendere,tu putas tibi donari: ff.de re.cred.si ego.Tertius,si erretur in corpore:vt quia ego credo vendere fundum Sempronianũ,tu credis emere Cornelianũ. vt ff.eo.in venditionibus. Quid si vendo tibi Petrũ cocum,cum sit pelliparius,& is quis cocus est,Martinus vocatur: si habui nota nomina seruorũ, is debetur qui nominatus est: sed si non habui nota,is videtur venditus,cuius artificium est adiectum.ff.de reb.dub.qui habebat. Quartus & quintus, si in substantiali qualitate vel materia erretur. vt si æs pro auro, vel plũbum pro argento distrahatur.sed si acetum veneat pro vino,quod ab initio acetũ fuit, emptio non valet:secus si posteà coacuit, quia eadẽ prope vsia siue substantia est:est enim idem corpus.Sed ideo dicit prope,quia vinũ est calidũ & siccum,& acetũ frigidum & siccum probantur hæc ff.eo.in venditionibus.§ vlti.& l.alioquin. & l.aliter.sed & si in parte erretur,in substãtiali qualitate tenet ꝑ parte in qua non erratur. vt ff eod. quid tamen.& l.cũ ab eod §. vlt.Sextus,si erretur in sexu,vt quia puto vendere puellã,tu putas emere puerũ: secus si putas emere virginẽ, cum iam sit corrupta, vt ff.eod.l. alioquin. §. quod si ego. sed venditor sciens corruptã, tenetur act. ex empto ad resoluendum contractũ ff. de actio.empt. & vend.ex empto. §. si quis virginem Itẽ si erretur in essentia,nulla est emptio,vt si vendo tibi domũ, quæ iam cõbusta est,& vterq; ignorat,vt ff.eod.domum. Perficitur ergo emprio solo consensu precij & rei, cuius commerciũ conceditur:quod verũ est,si sine scriptis fiat contractus. nam si in scriptis,non aliter,quàm si omnia in mundũ id est, in chartularium, secundũ quosdã, imò in mundũl, id est, in chartã, in qua debet scribi instrumentũ,quæ debet esse munda & pura,vel quæ sicut mundus debet omnia continere: sic non valet, aliter quousque in hoc mundo omnia recepta & scripta sint, subscriptionibus partium confirmata & si per tabellionẽ scribatur etiã per ipsum cõpleta,& demùm à partibus absoluta:nã quousque omnia ista facta sint,neuter agere potest, vt C.de fid.instru.cõtractus. Sed si venditor antequã ista cõpleta sint,rem restituit, bene transfert dominiũ, secundũ Azo. quia ex doloso contractu idẽ fit. Sed potest agere cond. sine causa ad rẽ recuperandã,nisi preciũ soluatur.arg.C.de rer.permu.rebus Dicitur aũt contractus fieri in scriptis, quando conuenit quod non aliter valeat,quàm facta sit exinde scriptura.C. de proba. cùm res. vel quando conuenit venditionem in scriptis,id est,hoc acto in contractu,vel in continenti, vt scriptura inde fiat. Secus si à principio simpliciter ꝯtrahatur,& postea ad probationẽ fiat inde charta. vt ff. de pig. contrahitur.& hoc est quod dicit prædicta.l.cõtractus.ibi:illos tñ quos in scriptis fieri conuenit. Potest aũt venditio fieri purè, vel in diem,vel sub cõditione causili,potestatiua,vel mixta.& si cõditio impleatur,vel per emptorẽ stet,ꝑ impleta habet. ff.e.l. si mihi bibliothecã.nisi collata sit in emptoris arbitriũ expressim vt vendo tibi,si placuerit tibi res:vel tacitè,s.si Capitolium ascẽderis Instit.e.§.pe.Itẽ si vẽditio tibi displicuerit, sit inẽpta quia est emptio, sed sub cõditione resoluitur. Secus,si dico, erit tibi empta,nisi alius meliorẽ conditionẽ attulerit,vt ff.e.l.3.Instit.e. §.pe.j.de pig.illo.Si ergo constet de mente cõtrahentiũ, illi standum est:si bene constat,attende significationem verborum: nã præsens tẽpus in pendenti esse non potest. ff. pro empt. l.2.§.si in diem,sed futurũ extensiuũ est.ff.de act.& obli.obligationum. § conditio.& de verbo.oblig.si quis stipulatus Stichũ. & ad Tertul.Filij. §.filius. Sed & in vltimis voluntaribus non est vis, vtrũ sub conditione,vel pure conditio postea apposita legetur.ff.de adimẽ. leg.si legatum purè.& de cond. & demon.quibus.§ quidam.& de legat.3.fideicõmissa.§ si fideicõmissum.Emptio verò tribus modis dicitur perfici.vno quantũ ad obligationem: quia non licet discedere altero inuito,& hoc modo etiam conditionalis venditio dicitur perfecta:altero modo, quantum ad hoc, quòd ex ea agi possit,vt quia cessit & venit dies, vt cùm purè cõtractum est, tertio,quantum ad hoc, vt periculum pertineat ad emptorem,vt iam dicam j.e.§.quæ sit eius natura.

Quibus

ADDITIONES.

a Et de quibus rebus. ¶ Quod latissimè hic edisserit Hostiensis, paucis complexus est Mar.noster,ubi s̃. Emi,inquit,& uendi potest id quod in cõmercio est hominum. Quædam etim sunt, quæ in commerciem non ueniunt:ut liber homo,res sacra,uel religiosa, ut ff.eod.tit.l.si in emptione.§.j. & §.liberum.& l. inter stipulantem.§.sacram. ff.de uerbor. oblig.

b Res autem sacræ. ¶ Adde gl.summæ,j. q.j.c.pen.de sepulch.text.& ibi Arch.in c.hoc ius porrectum.x.q.ij. Arch.in c.aurum xij.quæst.ij.Archid. in c.saluator.quæst.iij.

c Pater uendere filium. ¶ Adde gl.in c.quod non est de regu. iur .gl. in cap. ij.de pig.& an filius, possit contra eum agere si uenerit ad piguiorem fortunam uide per Fel.in capit.dilecta.de rescript.uer.fallit viij.& ult.

d Nunquid male põt filiũ uẽdere.¶ Adde l.ij C.de patri.qui fil.distra.Ias.in ii.c.de patria potestate. in add.ad porcũ,incip.incip.in gl.in uer.coniunct.

3 Quibus mensuris vel ponderibus sit † vendendum. Iustis, & qui causa lucri ipsas mutauerit, 30. dies in pane, & in aqua pœniteat. j. e. c. 2. & excommunicari potest, si pœnitentiam agere nolit. 24. q. 3. si quis Romipetas. & cap. præcedenti. & accedit 45. dist. in. omnis qui. 24. q. j. non afferamus. Vt autem de hac materia plenam habeas noticiam, ita distingue, cum quid falsis vel iniquis ponderibus mensuratur, & non fuit dictum quibus, & emptor sciens plus iusto recepit, & dominiũ translatum est, repetit venditor, quod plus iusto dedit per conditionem indebiti. vt ff. de dolo. arbitrio. §. de eo. & l. q. & cond. sed addes §. si quis cùm in annuum. Item dicunt quidam habere locum act. ex hoc contractu: sed proximus §. contradicit. Sed si dominium translatum non est, non competit condi. inde. ff. de condi inde. si in area. versi. sed & si quis. sed est locus rei vendi. & actioni furti, & cõdi. furtiuæ. vt ff. de fur. si quis vxori. §. si maior. & fortè hic locus est actioni ex contractu. arg. C. de act. emp. & ven. l. ij. sed dicunt quidam contrà, nõ ob. l. proximè dicta, quia ibi plus iusto habebat de re vendita, hic autem extra rem. potest autem dici, ꝙ hic locum habeat conditio indebiti, gratia possessionis, ut iam dicetur in alio membro. ergo vbi dominium translatum est, nõ fit furtum. ad hoc. ff. de fur. falsus §. j. Hoc vbi emptor sciens, plus iusto recepit: si autem ignorans, & dominiũ translatum est, habet locum sola cond. inde. vt in l. superius allegata. Sed si non est translatum, puta venditor dixit, Ego trado tibi hoc: si tamen apparet, quòd plus iusto tradidissem, nolo transferre dominium, hic emptor ignorans, furtum non facit, cum dolo careat. ff. pro socio. merito. vnde dic, ꝙ tenetur cõdi. inde. gratia possessionis, ut ff. de ꝯd. indeb. indebiti. §. si quis nũmos. Itẽ rei vendi. & forte ac. ex contractu. Sic patet quid iuris sit, quando venditor deceptus est, quia plus iusto tradidit ei. Sed si emptor deceptus est, quia non tradidit ei venditor quantum debuit, inde tenetur venditor act. ex empto. ff. de dolo. arbitrio. §. de eo. non enim habet locum rei ven. nec act. furti, cum vẽditor ante traditionem dominus perseuerauerit rei suæ. C. de hæred. vel act. vendi. qui tibi. & de act. emp. & vend. si pater. ff. de actio. empt. & vendit. si quis à me. Et sic agit vnus contra alium, qñ nõ erat dictum, ꝙ staretur illis põderibus: nam si hoc dictum esset, & vterque sciebat falsa, neuter agit. C. de transact. de fideicommisso. & vide super hoc concor. s. de præb. §. & a quo. versic. sed quid. vbi similis distinctio traditur. & est ratio: quia si venditor plus iusto sciens tradit, donare videtur, & emptor sciens minus iusto recipiens, pari ratione videtur remittere. ar. ff. de condi. in de. l. j. ff. de act. emp. & vend. l. j. & de reg. iur. cum res per errorẽ. & idem est remittere, quod dare. s. de insti. veniẽs. j. Si verò vterque ignorat, dicunt quidam, ꝙ deceptus agere nõ potest, & malè. ff. de hære. vel ac. ven. ꝙ si in vẽditione. Si verò deceptus hoc scit, & alter ignorat, non agit, quia à seipso decipit. ff. de rei ven. is qui obtulit. & l. seq. Sed si deceptus ignorabat, & alter sciebat, tunc agere potest, qui sciens prædicere debuit ꝙ falsa erant. ff. de hæ. vel act. ven. hoc autem. & ff. de act. emp. & vend. l. tenetur. §. pen & vlt. Et in hoc casu potest intelligi, ꝙ debet agere pœnitẽtiam 30. dierum. vt s. dixi in prin. Sic vidimus qualiter venditor potest agere contra emptorem, vel ecõtrà. Nunc uideamus qñ teneatur quis, si fortè commodauit pondera vitiosa: & si quidẽ commodans ignorauit vitiosa, nemini tenetur. ff. commodati. in rebus. §. item si quis. & l. pe. Sed locator etiam ignorans tenetur. ff. loca. & cond. sed addes §. j. Sed si commodans sciebat vitiosa, & commodauit emptori scienti, ad hoc vt uenditor decipere tur, in hoc casu, si non sit translatum dominiũ, emptor facit furtum, & commodans facere intelligitur, tanquam opem afferẽs. & ideo ꝯueniri potest à uenditore act. fur. & cond fur. ff. de furt. si quis uxori. §. maiora Sed si dominium translatũ est, & emptor soluendo est, commodans nullo iure tenetur uenditori: commodati non, quia ei non cõmodauit. condictione furtiua uel actione furti non, cùm dñium translatum sit. & ideo non facit furtum per ꝯñs, nec commodans, quasi opem ferens, quia non est cui ferat. ad hoc. ff. de fur. si is qui rem. §. si tu Titium. Item nec de dolo tenetur, cùm uenditor regressum habeat ꝯ emptorẽ, qui sciẽter plus iusto recepit, & soluendo est, ut positum est. ad hoc ff. de dolo. l. ij. aliàs est. j. §. vl. & l. seq. Sed si emptor deceptus est, qui scienter vitiosa recepit, non agitur. idem est, si uterque tam emptor, quàm uenditor sciebat, ut dictum est in superioribus. Sed si uterque ignorabat, & uenditor deceptus est, tenetur ꝯmodans act. de dolo. Istud etiamsi emptor sciebat, sed non est soluendo, & in his casibus potest intelligi sententia Trebatij. ff. de dolo. arbitrio. §. de eo. in prin. & l. nã is nullã Et sic in omnib. casibus, in quibus s. diximus emptorem teneri venditori, si emptor factus sit non soluendo, intelligas venditorem agere posse contra commodantem in subsidium actione de dolo. argu. ff. si mens. falsum mo. dixerit. l. iij. & de dolo. l. & eleganter. §. seruus pactionis. in fin. Vbi verò emptor & uenditor ignorant pondera vitiosa, & emptor deceptus habet est contra commodantem contrariam commodati. per quã consequetur ab eo, si quid sua interfuit. Idẽ si emptor ignorat, sed uenditor scit. quamuis enim hic uenditor teneatur, nihilominus & cõmodans. Sed si uenditori ꝯmodauit, & ipse uenditor deceptus est: in illo casu habet contra cõmodantem ac. de dolo, cum habeat aliam ꝯriam, s. commodati. Si uerò emptor deceptus est hic, in quo casu supra dictũ est, ꝙ apud uenditorem regressum habeat, non potest habere ꝯ commodantẽ aliquã act. sed in quo casu regressum non habet, puta quia tã emptor, quàm uenditor ignorabant uitiosa, & dixerunt ꝙ eis staretur, siue æqua essent, siue iniqua. Item in omnib. casib. in quibus dictum est uenditorem teneri, si non est soluendo, tenetur commodans act. de dolo, quod ex supradictis & sentẽtia Trebatij colligere tibi licet, secundũ D. M. Ia. de Bal. Et sunt hæc vera, qñ dictum fuit quib. ponderib. staretur, & mensuraretur. sed si hoc dictum non est, uidentur sensisse de ponderib. quæ in regione frequentabantur, ut ff. e. Imperatores. & si hoc non appareat, de minimis sensisse uidentur: ut ff. de reg. iu. semper. j. de censi. ex parte. Hi autem qui falsas mensuras tenent, vocati sunt in lege Dardanarij, à quodam Dardano functionũ authore, qui maximã dabat operam, ut annona carior fieret, emendo omnem ꝙ inuenire poterat, ut postea solus uenderet sicut uellet, & tales uarijs pœnis puniuntur. secundũ l nam aliqñ interdicitur eis negotiatio. interdum relegantur, & humiliores ad opus publicũ dãnantur: & diuus Adrianus stateras, seu mensuras adulterinas seu falsas tenẽtes lege. Cor. de fal. teneri dixit, si ipsis usi fuerãt: sed si inuenti sunt ipsas habere, relegari possunt, uel aliàs extraordinariè puniri. ff. de extraordinarijs criminibus. annonam. & ff. de pœnis l. in Dardanarios

4 Quæ sit eius natura. † Hic sciendum, ꝙ quędam sunt de substantia, ut precium, & res: sine quibus emptio esse non potest, ut s. dixi. & habes ff. eo. l. j. & l. nec emptio. Quędã de natura, sicut uenditor de euic. teneat, ut patet j § & ad quid uenditor. Quædam accidentalia: ut si fecerim pactũ, quod liceat mihi abstrahere glossulas de libro quem tibi uendo, uel ne cautio duplę præstetur in rebus preciosis. ff. de euicti. l. ij. & ad hoc ff. de pact. iurisgen. §. sed cum nulla. & §. quinimò. & §. ea enim. & § sequen. ff. e. ti. pacta conuenta. Est & hoc de natura cõtractus, quòd ex quo contractus initus est, pertineat periculum rei ad emptorem, licet res trádita non sit, & tñ dñs uenditor perseuerat, ut Insti. e. ti. §. cum autem. & tribus §. seq. & de rerum diui. §. uenditæ. & §. per traditionem. ff. e. quod sæpe. §. si res uendita. C. de pact. traditionibus. hoc tñ magnam caudam trahit, unde talis regula: Cum uenditio fit purè, & sine scriptis speciei certæ, quæ degustationem non exigit, omne periculum spectat ad emptorem, excepto casu publicationis: nisi pactum, uel mora, uel culpa, uel calliditas interuenerit Bene dixit, *Purè* aliud enim, si sub conditione, & ante condit. existentem pereat res: spectat enim periculum ad vẽditorem, sed deterioratio ad emptorem, vt ff. de pericu. & ꝯmod. rei uendi. id quod. & ff. e. ꝙ si pendente. *Sine scriptis*, quare dixerim, patet s. e. §. de quibus. ver. perficitur. & seq. & C. de fi. instr. ꝯtus & Insti. e. §. cùm autem. *Speciei*, quia si in genere, puta, uendo tibi hominem: non dico quem, nunquã ad te emptorem spectat periculum, quia quod in genere debetur, perire non potest. ff. ad l. Fal. in ratione. ij. §. uerum est autẽ. & §. si uerò argenti. & ff. de pericu. & commo. rei uendi. lectos. & l. eum. & l. quod si neque. quia hic uenditur certum de incertis. Quid si uendo incertum de incertis: ut, uendo tibi unum de seruis meis, uel 10. corbes ex hoc dolio, seu 10. sestaria? uidetur ꝙ liberer, si omnia pereunt, ut ff. ad l. Fal. in ratione legis. §. incertæ autem. uel forte aliud ibi. legatarius enim non petit uinum. cum totum effusum sit, neque precium, quia legatum non est: emptor uero repetet precium, si ipsum dedit, quia sine causa est penes uenditorem. si non soluit, habet exceptionem, & sic non pertinet periculum ad eum. *Certæ*, ideo dictum est, quia si sub alternatione uendam tibi Stichum aut Pamphilum, periculum primi pertinet ad uenditorem, sed secundi ad emptorem. ff. eo. si in emptione. §. penul. *Quę degustationem non exigit*, ideo appositum est, quia si degustationem exigit, & uendatur in specie, pertinet periculum ad emptorem post degustationem, non ante, secundum Iob. & Ber. nec dicunt hoc speciale in uino, licet lætificet cor hominis. idem & in alijs, ut patet in zinzibere, pipere & similibus: sed si uenditur ad mensuram, non pertinet periculum ad emptorem, nisi degustatum fuerit, & etiam mensuratum. ff. de peri. & com. rei uendi. l. j. & l. si uina. Azo dixit in uino esse speciale, quòd etiam ante degustationem pertineat periculum ad emptorem, si uẽditio fit in specie. nec obst. ff de pericu. & com. rei uenditæ. l. j. quia ibi uenditor recepit in se periculum vsque ad certam diem. aliàs spectat periculum ad emptorem, sicut & in qualibet alia specie. ff. eod. quòd sæpe. §. in his. ff. de pericu. & commo. rei uenditæ. l j §. sed & custodiam. & l. si uina. & l. si quis vina. §. si a uersione. C. de pericu. & commo. rei uenditæ. cum conuenit. & l. si quis uina. intelligitur de uino uendito, quod ad mensuram,

ad mensuram degustandum erat post diem certam: vnde spectat periculum ad venditorem, si non petitur degustari, quia est in mora, aliàs imputaretur emptori. ff. de act. em. & vēd. ratio. §. si per vēditorē. & de peric. & com. rei vē. si per emptorē §. sed si. verbi gratia, nec in periculo di secundum Azo. si acoris, vel mucoris, vel effusionis. licet B. di. primo anno, sicut in conditionali venditione. ut dixi. s̃. e. ver. bene dixi purè, quia si venditur vinũ ad mensuram, quasi sub condi. uidetur fieri. ff. e. quod sæpe. §. in his. sed in sequenti anno se correxit B. quia sapientis est mutare consilium suum in melius. j̃. de acc. qualiter. j s̃ de vsu pal. nisi. in auth. ut fratrum filij. in prin. collat. 9. & de nup. respon. j. col. iiij. diuersum est enim in hac condi. quia potestatem habet uenditor mensurare, vel offerre ut mensuretur. Quid si emptor nolit accipere, potest venditor mensurare, & effundere corā testibus si uasa sibi sint necessaria, uel propter uindemiā, uel propter nouam rationem & iustā, ut ff. de peri. & ꝯmoda. rei vendi. l. j §. vlt. & l. ij. *Excepto casu publicationis*, quia hoc ad uenditorem mensurare & effundere pertinet, ut ff. loca. si fundus. *Nisi pactum*, q̃a licet venditor de natura contractus teneatur de dolo, lata culpa & leui, non tñ de casu. ff. de peric. & com. rei uend. custodiam autem uenditor. & de act. emp. & uen. l. pe. C. de peric. rei uen. mora. sed per pactũ. ff. de peri. & com. rei uen. si in uēditione præmissa speciali clausula. quod dic vt no. s̃. commodati. §. & inquantũ. ver. directā. & se. *Vel culpa*, s. casum præcedentem, vt Institu. e. §. cum autem in fin. & dixi s̃. de commodato. §. & inquantum. ver. tenetur. *Vel mora*, quia tunc spectat periculum ad morosum etiam si res peritura erat penes aliũ. ff. de leg. j cum res. §. vlt. secundũ Azo. sed M. contra, per l. ff. de rei ven. itē si verberatum. §. vl. vltima uero mora semper nocet. de peri. & com. rei uen. illud. *Vel calliditas*. quia si uenditor affirmauit bonitatem duraturam imputatur ei. ff. de peri. & com. rei uen. si quis uina. uel si sciebat bonitatem non duraturam, hoc tacuit: ut in ea. l. Est etiā de natura contractus, ꝙ sicut periculum ad emptorē pertinet, ita & emolumentum. ut ff. de reg. iur. secundũ naturam. & ideo quod per alluuionē accessit, & fructus, & partus rei uen ad ipsum emptorem spectant, ut C. de act. emp. & uend. fructus. ff. de actio. emp. & uend. fructus. & l. pen. Item & actiones ei cedendæ sunt. ff. de actio. empt. & uenditi. Iul. § si fructibus.

5 **Ad quid** emptor tenetur. † Ad hoc, ut precium soluat, & ipsum faciat accipientis. ff. de ac emp. & uen. ex emp. uenditor autem non tenetur rem facere recipientis, ut patet. j̃ e. §. & ad q̃d. & est ratio diuersitatis, quia uēditor tenetur in specie, ideoque sufficit ipsum de euic. teneri. emptor uerò tenetur in genere, & propterea cogitur nummos facere uenditoris ad hoc ff. de le. j. si à substituto. §. hæres quoq;. Item ad hoc tenetur emptor, ut obseruet pacta quæ fecit uenditori, & econtrà, ut C de pa. inter emp. & uen. l. j. & pen. & ult.

6 **Et ad quid** uenditor † teneatur. [a] Ad traditionem rei præcisè, secundum M. ff. de act. emp. & uē. si quis alienam & l. ex empto. Verius est, quòd ad interesse damnetur ff. de act. emp. & uen. l. j. Sic intellige quòd uenditor tenetur uacuam possessionem tradere, hoc est, ut emptor potior sit, ita quod ab eo nequeat euocari, aliàs perinde est ac si tradita nō fuisset. Quid enim, si alius sit in pos. eiusdem rei causa rei seruandæ, uel legatorum, uel mulier uentris nomine. & quidem tunc non dicitur tradita possessio uacua ff. de actio. emp. l. j. §. j. & l. 3. & l. emptio. respon. j & l. emptorem. §. idem Neratius. Si uerò tradatur res, & possessio uacua facit emptorem dominum. si tamen satisfactum fuerit de precio, uel fides habita fuerit, non ante, ff. eo. quod uendidi. & de tributoria ac. procur §. sed si dedi. Hoc, si uenditor dominus erat. aliàs tenetur de euict. & si non promiserit, quia hoc est de natura cōtractus, ut s̃. dixi §. quæ sit eius natura. & habes C de eui. non dubitatur. De natura autē tenetur in simplum tantũ, & ad interesse: & in rebus preciosis cogitur promittere duplum aliàs in duplum condemnabitur. sic intellige. ff. e. l. 2. & l. emptori & intellige duplum precij conuenti, non ꝯmunis, uel eius quod ualet tempore quo de euict. agitur, ut ff. eo. cùm fundus. & l. si fundo. & l. si plus. Sed nunquid ultra duplum poterit fieri stipulatio? Nō uidetur, quia hæc stipulatio prætoria est. ff. de præto. stipu. l. j. §. stipulatio duplę. ergo non licet aliquid addere, uel diminuere, ut ff. de uer. obl. in conuentionalibus stipu. respon. j. dic illud uerum esse si simpliciter stipulatio facta fuit, uel nisi utraque pars consenserit. ar. ff. de feri. l. j. & C. de tempo. appella. l ult. in fi. uel non licet authoritate alterius qui non sit prætor. aliàs in quadruplum potest fieri stipulatio: ut ff. eo. si. dictum. Et nunquid ultra non uidetur stip. Instit. de act. §. oēs. sed illud uerum est de legali pœna. illa enim non extenditur ultra duplum, sed hoc cùm conuentionalis sit, etiam in cētesimum uel millesimum stipulari potest, ut C. eo. si tibi liberam. & Insti. de uerb. obli. §. ult. & de inutili stipul §. alteri. & ff. si quis cau. sed & si quis. §. ult & de præt. stip. l. ulti. excipitur casus specialis. C. de spons. l. ult. & est ratio specialitatis. j̃. de sponsa. gemma. de hoc dic ut not. s̃. de senten. & re iudicata. sub rubric. ell. de re iud. §. quis sit effectus ante fin. Dicuntur aũt res p̃ciosæ [b], margaritæ, ornamenta preciosiora, serica vestis, ut ff. e. l. ij. & l. emptori. vel dic relinquēdum arbitrio iudicis, quæ dicatur preciosa res, vel contemptibilis. ar. ff. de iure delib. l. j. & infrà. de donat. Apostolicæ. § pen & vlt. & secundũ hoc tenetur de euict. etiā si dictum non fuerit in simplum, vel in duplum, vel etiam millesimum. Imò quamuis specialiter dictum sit euictionis nomine nihil pręstitum iri, nihilominus euictione sequuta tenetur venditor ad precium restituendum, nisi esset specialiter dictũ, ꝙ neq; ad interesse; neq; ad precium teneatur. ff. de actio. empt. & ven. ex emp. §. vl. tunc enim de eui. non agitur, neq; ad interesse neq; ad precium. Item si conuentus non denunciauit venditori, vt sibi assisteret, & rem defenderet, vel hæredi, vel fideiussoribus, de euictione agere non potest emptor. vt C. de euict. authore. & l. si cũ q̃stio & l. si parētes. & l. cũ successores. nisi denunciatio remissa sit, vt ff. e. l. Herennius. respō. j. Potest autem fieri denunciatio quandocunque ante sententiā. ff de euic. si rem quam. §. vlti. dũmodo ius saluũ sit venditori. ar. ff. mand. si mandauero tibi. §. sicut autem. Instit. manda. §. mandatum. ar. j̃. de don. Apostolicæ. ibi, hoc semper est obseruandũ, &c. Item non agit, si contumaciter absfuerit tempore sententiæ, ff. de eui. si ideo contra emptorem. Vel si iniuria iudicis damnatus sit. j̃. e. c. vlt. ff. de euic. si per imprudētiā. C. de euict. si nō iniuria. & l. emptor. de qua sumptũ est. c. vlt. istius tit. Item non agit, si rem alienam scienter emit, nisi de euict. sibi specialiter prospexerit, vt C. de euict. si fundum sciens. vel nisi aliquid casuale contingat: vt C. commu. de leg. l. vlt. & s̃. de re. eccle. non alie. ad audientiam. Item nō agit, si quid est quod possit ei imputari, ut quia compromittit & succubuit. ff. de eui. si dictũ §. si cōpromisero. Vel si alio modo in culpa sit. ff. de euict. si rem quam. §. si duplę. s. quia de possessore factus est petitor culpa sua. ut ibi. Item nō agit, si seruum emptum manumittit. ff. de euict. si seruũ cuius. Item si seruus emptus mortuus sit, antequam euincatur. ff. de euic. si seruus uenditus. Item si contra l. uenditionem fecerit. ff. de euic. si mancipium. respon. j. Item si rem uenditam ꝓ derelicta habuerit. ff. de euict. l. fin. Item si bonam causam uitio suo propter præscriptionem perdiderit ff. de eui. Herennius §. vl Item si vendi tor uoluntate emptoris in locum uenditum sepultus fuerit. ff. de euic. si per imprudentiā §. si quis locum. Item secundum Hug. nō agitur, nisi appellauerit. ar. s̃. de procur. non iniustè. §. potuit. ff. de euic. Herennius. §. j. Azo contrà, & dicit ꝙ non habet necesse appellare, & aliud ꝓcura. qui cùm alienũ factum gerat, non uidetur bona fide uersari, nisi appellauerit. nec obst. l. Herennius. § j. nam quod dicit uenditore præsente. subaudiendũ est maximè. consulo tñ, ꝙ emptor venditori nunciet (aliàs, denunciet) quòd appellet, si putauerit appellandum. ff. manda. si procuratorem § si ignorantes.

7 **Qualiter** rescindatur. Dist. † an dolus det causam contractui bonæ fidei, uel stricti iuris, uel incidat in contractum, uel re ipsa inueniat quis se deceptũ. Et si quidem in iudicio bonæ fidei dolus det causam contractui, [c] nullus est contractus, si deceptus hoc allegare uelit, aliàs agere potest ex hoc contractu cōtra decipientem. ff. de dolo l. & elegāter. xij. q. ij. quisquis episcopus prope finem. ar. j̃. de rerum permuta. cũ vniuersorum, ff. de mino. in causæ. ij. §. j. & de iure doti. si res. §. j. Sed si deceptus ignorans rem tradiderit, eandem repeteret actio. de dolo. unde B ait, præcessit uenditio at infirma sequuta est traditio, aut infirmanda per action. de dolo. ff. de dolo, arbitrio. & l quod uenditor. & l. si legatarius. & aliquando imploratur offic. iudi. ut s̃. de renunciatione. sanè. ueniens. & c lectæ. & de pact. cùm pridem. Sed si non det causam contractui. sed incidat in ꝯtractũ, tenet contractus, sed purgatur dolus per actionē ex eo cōtractu, etiam si unius nũmi deceptio sit. ut ff. de act. em. & uendi. Iul. §. si uenditor. & §. idem Iuli. ff. de dolo. si quis affirmauerit. In ꝯtractibus autem stricti iuris siue dolus det causam, siue

ADDITIONES.

a Venditor teneatur. ¶ Huc etiam ex Mar. vbi s̃. referendus est alius casus: nempe, ut uacua possessio tradatur. nam uenditor ita tenetur rem tradere, ut emptor habeat uacuam possessionem. Vacuam autem possessionem habere hoc est, ut emptor in possessione sit potior, ita ut ab eo auocari non possit. Nam si quis eam per iudicem auocauerit, perinde est, ac si tradita possessionē non fuisset. Vacua quoque possessio traditur, si alius sit in possessione missus causa rei seruandæ, uel mulier ventris nomine, ut ff. de act. emp. l. 1. § 1. & l. 3. Hæc autem traditio facit emptorem dominum, si uenditor dominus erat. Si non erat, obligatur nomine euictionis, si modò sit precium solutũ, aut eo nomine satisfactum. ff. de act. empt. l. ex empto, & si uenditor nolit rem tradere, tenetur ad interesse. d. l. 1. Emptor quoque tenetur facere nũmos venditoris. d. l. 1. in fi. Martinus.

b Dicuntur autem res preciosæ. ¶ Adde glos. in l. emptor. ff. de euictionibus.

c Dolus det causam contractui. ¶ Adde Bal. in c. vnico ad fi. de plus pet. Ang. in l. aduersus fratrem. C. de excep. seu præscrip.

ſuo incidat,ſemper tenet contractus,ſed obſt.exceptio,in quantum doloſus vult patrocinari ſibi dolū, ut C de inuti. ſtip. dolo. uel metu.Sed ſi per excep.vel alio modo conſuli non poteſt,dat decepto act.de dolo,ne moretur in dānum.ff de dolo. & eleganter.§.ſeruus.Item in facio vt des.ff. de præſcript.verbis.naturalis. §.ſi facio. Dat autem dolus cauſam contractui, quando nullatenus eram venditurus, niſi eſſet dolus: verbi gratia, tu vis ut tibi vendam decretales meas,reſpondeo me nullo modo hoc facere: & tu replicas,ſi ſcires aliam compilationem venturam, ſicut ego ſcio,libenter venderes:ego credo hoc verum,vendo tibi.Incidit aūt in contractum,quando ego eram vēditurus,ſed propter dolum prædictū viliori precio dedi,nec tenetur bonæ fidei emptor de dolo mediatoris.ut ff.de dolo,& eleganter.ſed mediator,q & ꝓxeneta vocatur, de dolo tenetur,ut ff.de proxe.l.2.& l.3.In ſubſidiū tamē etiam emptorem teneri dicā. vt d l.& elegāter.§. pen. petuntur autem proxenetica,id eſt ſalaria, quæ eis dari debēt iure licito,vt ff.de proxe.l.1. Sin autem in contractu bonæ fidei,nō ex propoſito alterius:ſed re ipſa inuenict aliquis ſe deceptum, & ſi impropriè dicatur res ipſa in ſe dolū continere, tenet tamē contract. ſed ſi contrahēs decipiatur, aut in precio eſt deceptio, aut in quantitate rei. Si in precio quis deceptus ſit, non ex ꝓpoſito contrahentis, ſi quidem vltra dimidiā iuſti precij, agit deceptus vt reſtituatur, ſ. ꝙ reſcindatur contractus, vt ſuppleatur iuſtum precium, data elec.decipienti.C. de reſcin. vendi.l.ij. ſecundum Azo. Sed certè lex illa dicit, ꝙ electio eſt emptoris, quando minus dimidia iuſti precij ꝯparatur.vt j.e.cùm dilecti.& capit. cùm cauſam.ergo à contrario, ſi vltra dimidiam iuſti precij, vt ſi emptor deceptus ſit, dabitur electio vēditori, ſicut intelligit Azo. Emitur autem res minus dimidia iuſti precij, ſi res valet x.& venditur pro v. minus vno denario. & ſic decipitur venditor, ſed ſi valet x.& ematur pro xv. & vno denario, & deceptio eſt vltra dimidiam iuſti precij.& ſic decipit emptor ſecūdū Azo. Alij dicūt, ꝙ tūc fit deceptio vltra dimidiam iuſti precij, quando res quę valet x.emitur xxj.ſed ſententia Azonis verior eſt, ſecundū M.Iuſtum autem precium conſideratur reſpectu temporis cōtractus. ut ff.de euict.ex mille.§.1.C.de reſcin.vend.ſi voluntate ff.de iure fiſ. non intelligitur.§.diui fratres.non autem attenditur,quod pluris emptum ſit, & minoris venditum, uel econtrà, uel quòd plus offeratur. ff. de reſcindenda venditione. ad reſcindendam. & l. non eſt probabilis. & l. non idcirco. ſicut & tempus electionis attenditur. ut notatur ſuprà, de electio. §. quis eligi.ver. item ſciendum. hoc vbi in precio inuenitur deceptio. ſin autem in quantitate rei,aut res erat mobilis, aut immobilis:ſi mobilis, & ſic in menſura uel pondere inuenitur dolus, dic ut notatur ſ. eo. §.quibus ponderibus. Sed ſi res immobilis eſt,puta ſi vēdas fundum 4. modiorum, qui eſt duorum tantum, reintegrare teneris.ar.j.de donationibus.per tuas. Verùm ſi dictum ſit, quòd intra certam diem ipſum fundum dixerit minoris eſſe, licet non dixerit quantitatem,ut j.e.qui fundum. debeat venditor tibi denunciare quanti minoris eſſet,elapſa die non auditur. Sed ſi dictum fuit, quod deberet denunciare qđ minoris eſſe die elapſa, poteſt dicere quanti minoris, dummodò intra diem ipſum fundū dixerit minoris eſſe, licet non dixerit quantitatem. ut ff. eo. qui fundum.argu.ff de act. emp. & ven.ex empto. §. Iul.& ſi per menſorem denunciatio dilata eſt vltra diem, ut ſic decæterò agi non poſſit contra emptorem propter vim pacti appoſiti, tenebitur menſor actio.de dolo. ff. ſi menſor falſum mo. dixerit. ſi menſor non falſum. Et no. quòd libellus in caſu illo, vbi quis deceptus eſt vltra dimidiam iuſti precij ſub diſiunct. formatur, ſimiliter & ſententia,ut j. eo. cùm cauſam. non obſtat quòd diſiunctio incertitudinem inducat, ut ff. de iniur. prætor edixit.§. quod autem. & quod libellus certus & dilucidus debeat eſſe, ut not. ſ. de libel. obla. §. quid debeat continere. & quod ſententia certa ferenda eſt,ut C. de ſenten.quæ ſine cer. quan. profe. l. pe. quia cùm electio ſit illius contra quem agitur, non debet, nec poteſt peti vnum præciſè. aliàs plus peteretur, ut not. ſ. de plus petit. Aliud eſt ſi ſeruus alicuius dedit damnum:ubi quidem æſtimatio damni petitur præciſè,& condemnatur præciſè,licet dominus poſſit ſe liberare dando ipſum pro noxa ante ſententiam. ff.de peti.hæred. Item ueniunt. §. cùm autem prædiximus. & §. ſeq. Sed M. dixit in hoc caſu petitionem & condemnationē ſub diſiuncto faciēdam,ut ff.de re iud.miles.§.1.& Inſt.de noxa.acti. in prin.ſed reprobatur per d.§.cùm autem prædiximus ſecdūum dominum meum. Alij canoniſtæ dicunt, quòd in illa decr. cum cauſam.j.e.uidetur dominus Papa approbaſſe ſententiam M.Agitur autem ad reſcindendam hanc uenditionem iu. offi.implorata reſt.in integ.C.quib.ex cau.maio in contractibus.ſecundum quoſdam ar.C.de reſcin.ven.l.2.& de act.empt.& uendi.l.2.& l. 4.& ſic uſque ad quadriennium poteſt exerceri, ut C. de tempor. reſt. in inte. ſuperuacuam. uel act. ex eo contractu ſecundum Azo. & ſic, uſque ad 30. an. quod uerius eſt ff. de contrah. emp.Celſus §.1.& de act.emp.ex empto.§.is qui uina.& §.præcedenti.nihilominus dicetur fieri Iudicis off.ut ff. quod met. cauſa.metum.§.ex hoc edicto.& de alie.iu.mu.cauſà facta.l.4 § penul.Sed ſi deceptio non excedit vltra dimidiā iuſti precij.& vterque contrahentium maior eſt & priuatus toleratur, quia licitum eſt contrahentibus ſeſe adinuicem decipere naturaliter:id eſt, bona fide, ſ. quòd venditor credat vendere iuſto precio, idem eſt,ſi aliter ſit,dūmodo nihil dicat,quòd alius moueatur ad emendum,ſecundum Azo.ar.optimū.ff.de dolo,quod venditor.ſic intellige.ff.de mino.in cauſæ.2.§. vlt.& loca.& condu.Item ſi precio.§.vlt. Si verò ſit ciuitas,reſtituitur.ar. ff. ſi cert. petatur. ciuitas.& C.quibus ex cauſis ma. l. reſpub. ſed illud verum eſt in repub.ſecus in ciuitate.vt probatur ff.ad Mace.ſe.con. & de min. verum.§.ul Minor verò & eccleſia reſtituerent, ſi graue dānum paterentur:quod dic ut no.ſ.de in integr.reſt.§.cui.& §. quibus. Sin autem re ipſa inſit contractui ſtricti iuris dolus, uel deceptio,tenet contractus: ſed obſtabit doli exceptio, ut ff. de verb. ob. ſiquis cùm aliter. quidam autem intellexerūt l.illam,cùm in contractu bonæ fidei interpoſita fuit ſtipulatio. Vbi autem extra contractum adhibetur dolus.dic ut no.ſ.de dolo.§. quæ auxilia. verſi.vbi autem dolus. Itē ſi equus morboſus venditus ſit, poteſt fieri redhibitio intra ſex menſes,vt ff.de redhibi.actio.l.1. idē eſt in fundo peſtifero,ſeu ferēte herbam peſtiferā,ut C. de ædil. act. ſi prædium. ſed non videtur verum, quia redhibitoria in rebus animatis tantùm locum habet,vel quæ fuerunt animatæ, non in aliis, vt in libris. imò ibi agetur quanto minoris. certè imò & in libro,ſi talis ſit, quòd potius expediret nō habere, quàm habere, locum habet vtilis redhibitoria, & locum habet hæc actio in rebus ſoli,& ſe mouentibus,& mobilibus,ut.ff.de redhi.l.1. in prin ci.& l.ædiles aiunt.§.ſequuntur.& l. ſi cum. §. non ſolùm.& l. bouem.§.aliquando.& l.ob quæ vitia.& l.ſciendum eſt.Item reſcinditur venditio ratione ætatis,& priuil.minoritatis, ut not.ſ.de in integ.reſt.§.& cui.§.in quibus.Item ratione erroris, ſiue diſſenſus, qđ dic ut no.ſ.e.§.ver.cum autē dixerim. Item ratione ſolennitatis omiſſæ,ut nota.ſ.de reb.eccleſ.non alien.§. quæ ſit forma. & in prædiis minorum. C. de admi. tut. lex. & de prædiis mino.ob æs. & in debitorum prædiis reipubl. ſi non vendantur iuſto precio. C. de reſc. ven.ſi quos. Item ratione pacti non ſeruati, vbi aliàs non erat contracturus:nam ſi contracturus eſſet,agit ad intereſſe tantùm,ut C. de reſc. vend. ea. & de pactis inter empt. & vend.cùm te. Item ratione cauſæ. puta, hi quibus ſunt impoſita munera ciuitatum,ſ.decuriones.C.de aduo.diuer.iudi.l.2.fugam petentes,ſi furtiuos inierant contractus, non valent. & emptor fugæ conſcius mulctatur precio, ut C. de reſcin. vend. l. penulti. Item ratione officij pub. vt ſi Comes Palatinus, uel iudex rem ſubditi emerit,puta,veſtem,aurum,uel argentum.C. de reſ.ven. l.vlt.& de contractibus iudi.& adde quod no.ſ.quod metus cauſa.§.qualiter retractetur.ver.item per conſtit.Item ratione iuſtæ ignorantiæ.nam ſi Titius procu. Seij, ab eodem Seio hæres inſtitutus ignorans inſtit. ſerui hæreditarij contractui fundum vendentis,tanquam procu.ſubſcribat venditionem reſcindere poteſt.ff.de reſc. ven. Titius. Et no. quòd nemo præſumitur ignorare [a] vires patrimonij ſui.C.de reſc.ven quiſquis.ſed ar.contrà. Inſt.qui,& ex quibus cauſis ma.poſ.§.in fraudem.C.de hære. vē. l.qui nondum.Sed dic quòd ignorare non debet,ut in l.quiſquis. quæ ualere non poteſt.ut in contrariis.

Illud autem not. ꝙ ſi quid fiat cōtra legem, uel in fraudem legis,non ualet quod ſequitur ex eo,uel ob id,ut C de legi.non dubium, facit autē cōtra legē,qui facit qđ lex prohibet,offendendo uerba legis & ſnīam, ut patet in iudice qui emit à ſubditis:ut ff.de contrah.empt. l.nō licet.& C.de contract.iudic. l. 1. ut patet in eo qui emit rē minoris,quæ ſeruando ſeruari poteſt,ſine decreto iudicis.ut.ff.de reb. eorum.per totum.C.de admi.tuto.l. lex quæ tutores.ut patet in œconomo, uel prælato, qui uendit rem eccleſiæ non ſeruato ordine,authentic.C.de ſacroſan.eccleſ.auth.hoc ius porrectum. ſed fit fraus legi,quando ſeruatis uerbis circunuenitur mens, ut ff.de legi.contra leg.& hæc fraus fieri habet 4. modis. Primò, de contractu ad contractū alterū,ut cū coniunx qui donare nō poteſt,ut j.de dona.inter uirū & uxorē,ca.ultimo.uendit,precium non exacturus,ideòque non ualet contractus:ut ff.de dona.inter uir.& uxo.ſi ſponſus.§.circa.uel quādo accedo ad uſurarium,& uolens mutuū recipere, ipſe nō conſentit: quia timet de uſuris, ſed dicit ꝙ emet, ſi uoluero:ſi hoc dīt teſtes qui fuerūt mecū ꝙ talia uerba habuimus, & uenditio fit longè citra iuſtū preciū, uel prope iuſtum:ſed conſtat, ꝙ emptor uſurarius eſt, & ego ſi aliud facere poſſem,nullatenus erā uenditurus,non ualet contractus, ut j.eod. ad noſtram. Item ſi fiat pactum, ꝙ fructus in ſortem cōputētur,& ꝙ detur aliquid ultra ſortem,ut j.de pig. illo.Conſuetudo

ADDITIO.

a Nemo præſumitur ignorare. ¶ Adde Hoſt.in cap.ad liberandā.de iudęis.

tudo etiam vsurarij, & terræ, in hoc maximè attendenda est, s. quando multi vsurarij sunt in terra, & sic omnes ꝯtrahere consueuerunt, sicut & in multis locis. & ad hoc accedunt quæ not. supra, de consue §. & de virtute verb. specialis, & versic. specialissima. & hoc exemplo opus est, vt ff. de poen. aut facta §. penul. & vlti. C. ad l. Iuliam repet. l. j. & supra, de vi. & ho. cler. vt clerico rum. & de cohabi. cle. & mulie. clericos. Secundò, de persona ad personam: vt si coniunx interponat aliam personam, cui donet, vt coniugi suo detur. ff. de donat. inter vi. & vxo. l. 3. §. non tantum. Item si do potestatem amico tuo, vt possit conferre tibi ecclesiam, vel præbendam primò vacantem, vel cui voluerit: & ego bene scio ꝙ tibi dabit, vt supra, de concess. præbend. constitutus. & capit. vltimo. Hæc autem potestas bene potest dari in genere, hoc est vniuersaliter, tacitè vel expressim. vt supra, de institut. ex frequentibus. Item not. quando persona per se prohibita contrahere per alium contrahit, vt patet in iudice qui contrahit per alium cum subditis, cùm per se non possit: vt C. quod met. causa. l penultim. C. de contractibus iudi. l. 1. ff. de contrahen. empt. non licet. Item est exemplum in œconomo ecclesiæ qui emit rem ecclesiæ per interpositam personā, cùm per se non possit, quia non valet. C. de sac. san. eccle. auth. quibuscunq; modis. Item exemplū C. de proxi. sac. scri. l. vlt. C. de prępos. agentiū in reb. l j. Tertiò, de re ad rem, vt cum filiofa. cui non potest tradi pecunia mutua sine metu Macedoniani, patre inscio, & ratū non habente, vt C. ad Mace. l. j. & vlt. traditur species certo precio, vt ipsam vendat, & precium recipiat. vt ff. ad Macedo. Item si filius. §. mutui.

a Item cum non debeat dari præsidi vltra esculentum[a] & poculentum, vt ff. de offi. præsid. l. plebiscito. datur ei intantum, quòd peruenit ad munerum qualitatem in xenijs, vt ff de offi. procon. l. solet §. non autem. Sic prælatus est, qui non potest obligare ecclesiam suam, consueuerat tradere sigillum. j. de solu. in quorundam. Hæc fraus hodie per vsurarios est nimium vsurpata: non enim mutuant, sed tradunt speciem certo precio ęstimatam, & aliquando cum denarijs miscent, assumendo omnia simul quas baratas uocant. tu dicas uerum est animarum suarum quas bararant, siue ad baratrum ducunt, nisi satisfaciant ante mortem: nam in æstimatione cariore facta, quàm vendi posset, bene continetur vsura: ergo seipsos barataꝛt tales baratatores: nec vident etiam quod agunt, vt argumen. expressum. C. mand. ab Anastasio. ff. de actio. emp. & vendi. Iul §. idem Papi. C de vsur. cum allegas. & l. constitutionibus. sed est argumentum pro ipsis. ff. de act. empti & vend. Lucius Titius. Quartò de cōtractu ad eundem contractum. Sed altero modo, vt cum trado tibi mutuum, vis dare mulierem pro fideiussore, ego sciens ipsam tutam Velleiano volo ꝙ ipsa constituat se principalem, & fideiubeas tu pro ipsa, vt ff. ad Velleia. quamuis. §. si cùm essem. Et hoc non est omittendū, ꝙ mulier consentiendo alienationi rei donatæ sibi propter nuptias, sibi præiudicat, vt j. eodem. peruenit, quod intellige, quando bis consensit, secundum auth. C. ad Velle. auth. siue à me. vel quando debeat reuerti ad hęredes mariti, quia non erat factum pactum de lucrando. j. de donat. inter vir. & vxo. ca. vltim. in fin. vel quia iurauit. supra, de iureiurand. cùm contingat. vel quando expediebat mulieri. in quo casu etiam dos vendi posset. ff. solut. mat. quamuis. & de iure do. l. vltim. in authen. vt nulli iud. §. illud. col. 9. Acquiritur autem dominium[b] per traditionem. vt no.

b supra, eodem. §. & ad quid venditor. in tantum ꝙ si res vendita duobus sit, potior est secundus, si sibi primò res tradatur. idem est in donatione, vt C. de rei vendic. quoties. nisi primus emptor emisset nomine ecclesiæ: hic enim est speciale ꝙ dominium acquiratur sine traditione. arg. s. de consue. ex literis. & expressim. C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinum. & not. infra, de pœnis. sub §. & vt nihil. ver. res. & etiamsi secundus nomine ecclesiæ emerit, præfertur primo, quia vtilis aliquando præfertur directæ. ff. de procu. in causæ. Sed venditor tenetur crimine stellionatus. ff. de crimi. stel. l. 3 imo lege cor. de falsis. vt per d. l. & ff ad l. Cornel. de fal. qui duob. Quamuis autem res pecunia mea empta fuerit, nō propter hoc mea efficitur, nisi nomine meo ematur, C com. vtriusque iudicij. si patruus. & de rei ven si ex ea. & de probat. ad probationem dominij. Fallit in re empta de pecunia ecclesię vt ar. j. de pecul. cler. c. 2. & pe. 12 q. 3. c. j. Itē in re empta de pecunia militis, vel pupilli, vel data coniugi. C. de rei vend. si vt proponis. & arb. tu. l. 3 de don. inter vi & vxo. vxor marito Item in iure empto de pecunia vsuraria. j. de vsu cum tu. §. vltim. f m quosdam. quod dic ut no. j. de usur. §. si. uer. nedum aūt. & in re empta de pecunia data liberto, postea ingrato facto, ut C de reuo do. l. j. Item

c clericus fructus præbendæ suæ[c] uendere potest usque ad certum tempus, uel perceptionē decimarum, ut j. ti. j. uestra. & ne prælati uices su. querelam. licet ipsum ius uendi non possit. j. de rerum permu. c. ulti. sicut nec iurisdictio in auth. ut iu. sine quoquo suf. §. hæc omnia apud nos. col. 2. sic & usufructuarius perceptionem fructuum uendit, sed non ipsum ius. ff. de usufru. arboribus §. usufructuarius. & de peric. & com. rei uend. necessario §. penul. & de iure doti. si vsufr. quod dic, ut no. j. ne prælati ui. su. versic. item prælatus. & seq.

ADDITIONES.

a Vltra esculentum. ¶ Adde c. cum ab omni. de vi. & hon. cler. & per Doc. in c. statutum. de rescript. lib. 6.

b Acquiritur autē dominium. ¶ Adde glo. insti. de rer. di. in §. per traditionē glo. in l. traditionibus. C. de pact. & ibi Cyn glos. & Bart. in l. nunquam nuda. de acq. rerum domin.

c Fructus præbendæ suæ. ¶ Adde ca. cum venerabilis de relig. domib. Host. in c. indecorum. de æta. & qua.

DE LOCATO ET CONDVCTO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Locatio quid sit.*
2 *Conductio quid sit.*
3 *Locator quis dicatur.*
4 *Conductor quis dicatur.*
5 *Qualiter contrahatur.*
6 *In quibus rebus consistat.*
7 *Quę actiones nascantur ex hoc contractu.*
8 *Actiones quales sunt perpetuæ, hæredibus dantur, & in heredes.*
9 *Emphyteusis quid sit, seu dicatur.*
10 *Emphyteusis in quibus rebus consistat.*
11 *Emphyteusis qualiter contrahatur.*
12 *Natura huius contractus quę sit.*
13 *Quę actio ex hoc contractu nascatur.*

QVoniam locatio contrahitur ad similitudinem emptionis, in tantùm, quòd in quibusdam casibus quæri soleat, vtrum sit venditio an locatio, ut no. j. eodem. §. in quib. & probatur ff. eodem. l. prima. & 2. dicto de venditione, est subsequenter videndum de locato & cōndu. videamus, Quid sit locatio, Quid conductio, Quis dicatur locator, Quis conductor, Qualiter contrahatur, In quibus rebus consistat, Quæ actiones nascantur ex hoc contractu, Quibus dentur, & in quos, & ad quid, & quales sint. Postea videamus de iure emphyt. Quid sit emphyt. In quibus rebus cōsistat. Qualiter, cōtrahatur, Quid sit de natura huius contractus, Quæ actiones ex illo contractu nascantur.

1 a **Quid sit** † locatio.[a] Per me, uel rei ad vsum facta concessio, mercede in pecunia numeranda conuenta. aliàs si res, uel species daretur, nō est locatio, sed ꝯtractus innominatus, do ut facias, ex quo agetur præscriptis verbis, ut ff. communi diui. si conuenerit. & de po. l. 1. §. si quis ferum. ff. dē præscri. verbis. naturalis §. at cùm do ut facias. ergo cōtra partiarium colonum uidetur danda præscriptis verbis, uel utilis actio pro socio, ut ff. eo. si merces. §. appparet. Et hoc patet.

2 **Quid sit** conductio. † Quia cōtrariorum eadē est disciplina. 11 q. 3. æstimant. ff. de re. perm. l. 1. Insti. de his q sui iuris uel al. sunt resp. 1. & de libertinis. §. 1. Sed & quādoq; iuxta vulgare Gallicorum, locatio siue conductio seu emptio firmata dicitur. j. e. uestra. j. ne cle. uel mo. secundum.

3 **Quis dicatur locator,** † Is qui precium recipit.

4 **Quis conductor,** † Is qui precium donat. unde uersus.

Qui locat ille capit, conducit qui precium dat.

Si ergo domum meam inhabitare patiar certa mercede mihi data, uel danda: ut conductor, ego locator dicar. ut ff. eod. si tibi. & l. qui fundum. & l. si quis fundum C. eod. l. 3. & l. nemo & l. conductoris. Item si operareris in re mea certa mercede tibi danda, tu locator operarum tuarum, ego conductor earundem dicor. ff. e. qui operas. Sed respectu, ego locator: & tu conductor diceris. ff. e. Item quæritur. §. 1. & §. si gemma. & §. si fullo. & l. si opus. Item quandoque diceris redemptor: ut ff. eod. qui in insulam. §. qui ædem. & l. ea lege. §. ult. C. eod. si hi. Et hæc est emptio mirabilis in pecunia & opera communi sumptu facta. sed respectu operæ econtra est, & sæpe unum pro alio ponimus, ut ff. de actio. emp. & uendi. l. ueteres.

5 **Qualiter** cōtrahatur. † Quibuscunq; modis contrahitur emptio & uenditio. & ideo quæcunq; in superiori tractatu de consensu, re & precio dicta sunt, hic repetita

ADDITIO.

Quid sit locatio. ¶ Adde do. in rub. e. tit. & ibi Barb.

petita intelligantur, quod dic, ut no. s̃. tit. 1 §. 1. & 2 mutato tamen precio pro mercede, licet & quandoque pro mercede ponatur. ff. e. qui inſulam. §. qui eidem.

6 **In quibus** rebus conſiſtat. † In his in quibus emptio, quod dic ut not. s̃. tit. 1. § quibus. nam eiuſdem naturæ ſunt: vnde de quibuſdam contractibus dubitatur, an ſit venditio uel conductio, uel locatio: ut ecce, artifex conuenit mecum, ut ex auro ſuo mihi pro trecentis anulos faceret certi ponderis, & certæ formæ, & magis eſt emptionem eſſe, ꝙ ſi aurum dedi mercede conſtituta pro opere, locatio eſt, ut ff. e. l. 1. & 2. Seruitutes autem [a] prædiales locari non poſſunt, & tñ vendi poſſunt, vt ff eod. l. locare ſeruitutem Sed perſonales, ut vſusfructus locantur. ff. de vſufru. l. 6 §. 1. nam & obligari poſſunt, vt dicam j̃. de pign §. quæ res. Itẽ miles uel curialis conducere non poteſt, ne amiſſo vſu armorum ad opus rurale ſe transferat, ſubuenitur tamen ignoranti, vt C. e curialis & l. miles. & l. vlt. ff. eodem. ſi ignorans. idem videtur in clericis, ut j̃. eodem. ne cle. uel mo. cap. 1. & cap. ſacerdotibus. & cap. ſed nec procuratores. & eadem ratio eſt. C. de epiſco. & cle. repetita. & de teſta. conſulta diualia. quia vituperium eſt eis, ſi velint videri periti forenſium, ut ibi. Locatio autem ad tempus, & in perpetuum fieri poteſt. ff. ſi ager vectigalis. l. 1. & 2. & ſuccedit hæres in locatione, ſiue conductione rei corporalis, etiamſi vſus locatus ſit. C. eodem. viam. & de vſufru. ſi domina Hoc autem quod dixi de vſufru. intelligas, quando à proprietario locatio proceſſit. ſecus ſi ab vſufructuario: tunc enim per mortem vſufructuarij extinguitur & locatio, ut C. de iure dot. ſi ſocius. & Inſtit. de vſufruct. §. finitur. & eodem tit. §. vlti. Quid ergo, ſi clericus locauit vſque ad 5 an. fructus præbendæ ſuæ, ut j̃. eo. veſtra. j̃. ne præla. vic. ſu. querelã. cùm comparetur vſufructuario, ſiue vſuario, ut j̃. de pecu. cleri. c. vlt. ſuccedit etiam hæres locatoris, niſi locator locauiſſet quò ad vellet. ff. eo. l. 4. quod dic ut no. j̃. ne cle. uel mo. ver. item prælatus. & ſeq. In rebus etiam eccleſiaſticis fit locatio quædam, aliquando vſq; ad 30. an. aliquando vſq; ad certum tempus aliud, quod dic ut no. s̃. de preca. §. ria. & ſeq. Vaſalli autem vſq; ad xx. an. feudum locare poſſunt, & dicitur liuellus de hoc tamen dic ut no. j̃. de feu. §. quid olim. & § quid hodie. Et nunquid operæ liberi hominis in perpetuũ locari poſſunt, fert Irner. dixiſſe ꝙ nõ. quia ius libertatis infringeretur ar. ff. de condi. Lucius. § 2. Azo ꝯ pro ipſo, s̃. de ſeruis non ordin. eo libentius. & quia poteſt liberari præſtito intereſſe, vel per alium facere, niſi in contrarium actum eſſet, ſciliuet ꝙ per ſeipſum faceret. C de epiſco & cle. l. ſi quis. & l. ſeq. ad ſimilitudinem. & de cadu. tollen. l. 1. §. ne autem. ff. de ſolu. inter artifices. Et nunquid poteſt ex vi locationis compelli aliquis præcisè operari? Reſpõdeo ſic. & in hoc omnes Docto. Bononien. conſenſerunt, ſecundum Azo. & hoc vſque ad certum tempus. C. eod. ſi hi contra. Item opera menſoris non dicitur locari, & quod datur ei, non merces, ſed honorarium appellatur. Idem in aduocato, ut diximus s̃. de poſtu. §. quis poſtulare. ff. ſi menſ. falſum mo. dixe. l. 1. § ideo autem. Idem eſt in proxeneta ff. de proxenetis l. 2. An presbyter poſſit locare operas ſuas. no. j̃. de ſimon §. qualiter committatur. verſi. & ſunt hæc in argumentum.

7 **Quæ actiones** † naſcantur ex hoc contractu, quib. dentur, & in quos, & ad quid? Et quidem ex hoc contractu naſcuntur actiones duæ, ſcilicet actio locati, quæ datur locatori Item actio conducti, quæ datur conductori. Primò videndum eſt de actione locati, ad quid competat. In primis venit in ea merces ſoluenda, & ut pacta obſeruentur. C. eod. legem. ff. eodem. in lege. §. ſi dominus. & l. dominus. §. vltimo. Et ſi inſtrumentum fundi, ſeu vas colonus recipiat æſtimatum, periculum ad ipſum pertinet, ſicut obſeruatur in dote. ff. eod. cùm fundus. & l. quæro. §. vltimo. habentur & alia exempla ff. eodem. l. item ſi lege. & l. ea lege. Sed quo tempore erit ſoluenda merces? Videtur quòd in princip. poteſt enim expelli inquilinus, niſi ſoluat penſionem. C. eod. l. 3. ſuprà, de iureiurand. querelam. ſuprà, de dilatio. literæ. 10. quæſtio. 2. hoc ius. §. qui verò ff eod. quæro. § inter. Imò in medio: argum. C. de aduo. diuer. iud. l. per hanc. §. penult. Imò in fine ſicut & cùm aliquid debetur in diem. ff. de verbo. obliga. qui hoc anno. & l. cum qui calendis. ff. de migran. l. 1. §. ſi penſio. Azo putat ſeruandum, quod actum eſt; aliàs conſuetudo regionis ſequenda eſt, ſi non apparet, minimum ſequitur, & ſic in fine dicit eſſe ſoluendum. ff. de reg. iur. ſemper. arg. j̃. de cenſi. ex parte. & de ſepul. certificari. Vel poteſt diſtingui vtrum promiſerit inquilinus ſoluere annuatim, vel quolibet anno. per l. C. quando dies lega. ce. l. 1. Inſt. de verborum obl. §. at ſi ita. Item quod ſine die promittitur, ſtatim debetur. Inſt. de ver. obl. §. omnis aũt. Sed & ꝯſuetudo patris famil. locatoris põt dici ſpectanda, ut ar. ff. de pigno. act. l. uel vniuerſorũ. no. s̃. de conſuetu. §. & de virtute. ver. ſpecialiſſima. Sed ſi pœna remittatur conductori à locatore, ſi ipſum expelleret, ineſt conditio, ſi ſatisfecerit de penſione. vt ff. eo. quæro. §. inter. Sed ſi inquilinus paratus eſt ſatisfacere, poteſt dño reſiſtere Itẽ poteſt inquilinus expelli impunè, ſi dominus probet domum ſibi neceſſariam, uel ſi ipſam reficere voluerit, uel ſi inquilinus malè verſetur ibi, ꝙ tenet porcos in ſolario, uel cùm conduxit ad 5. an. fundum, ſtetit per biennium, ꝙ non ſoluit. ſed quod s̃. dixi de cauſa neceſſitatis, intelligitur quando non imminebat tempore contractus, puta quia poſtea duxit vxorem. alij hoc intelligunt, qñ tempore locationis habebat locator aliam domũ, quæ poſtea chaſmate periit: nam ſi aliam non haberet, deberet ſibi imputari: quia hoc non proſpexit euenire poſſe. ff. e. ti. ſi quis domum. §. hic ſubiungi. tu intellige vt præmiſi: nam ſi neceſſitas immineat, quæ non imminebat tempore ꝯctus, expelli poteſt, & eſt remittenda penſio iuxta lapſum temporis ſeu pro rata, ut j̃. e. propter ſterilitatem §. uerum inuito. C. eo. l. 3. vnde ſumpta fuerit decretalis. & l. iudicio. ff. eo. quæro §. inter. & l. item. §. qui impleto. s̃. de preca. c. ſi. in ſi. excipe caſum s̃. poſitum, ſ. quando improbè verſetur, quia tunc non fiet remiſſio, ſecundum Azo. ſed & dabitur domino actio legis Aqui. Alij dicunt, ꝙ in hoc caſu fit remiſſio: in primis verò duobus caſibus, ſcilicet quando domus locatori neceſſaria eſt, fit remiſſio pro rata, ſicut quando domus eget refectione, quæ non imminebat tempore contractus, vel non, uel prouidebit dominus de alia domo æquè bona inquilino. ff. eod. cùm in plures. in prin. ſecundum Goff. iura tamen ſuprà inducta indiſtinctè loquuntur. Item ſi inquilinus aliqua parte prędij vtatur, nulla fit remiſſio, ut no. j̃. eodem. ſub §. propter ſterilitatem. ver ſi. item fit remiſſio propter caſum. Et licet conductor in caſibus ſimiliter poſſit domum relinquere: ſi tamen ante tempus in locatione expreſſum conductor ſine probabili cauſa exeat, & dimittat domum locatam, agit locator ex conducto, id eſt ex locato ad intereſſe. ff. eod. habitatores. §. verum. & l. dominus. §. qui contra legem. Conductor etiam improbè verſari intelligitur, ſi non ſeruat legẽ conductionis. & ſi opera ruſtica ſuo tempore non exercet, ne intẽpeſtiua cultura fundum deteriorem reddat, & curam villarum gerere debet, ut incorruptas teneat. Item ſi propter inimicitias culpa coloni ortas damnum detur, tenetur. ff. ſolu. matrim. in his. reſpon. 1. ut ſi inimicus eius arborẽ exciderit, tenetur ex locato. ſed ſi ipſe excidat, & ex locato, & l. Aquil. & arbo. fur. cæſa. & interdicto, quod vi aut clàm. ſed ſi vna via recuperat ſuũ locator, altera expirat. ff. eod. ſi merces. §. conductor. & § culpæ. & l. ſi vulneratum. Sed & improbè dicam ipſum verſari, ſi ſecum teneat publicas meretrices, uel alios publicos peccatores. ut ar. in auth. de lenonibus. § ſancimus. col. 2. & in auth. ſcenicas mulieres. col. 5. & j̃ de ſtatu mo. c. ſi. §. 1 & 45. diſt in. ſed illud. Item ſi conductor columnam transportandam conduxit, uel dolia, tigna, uel ſimilia ſi fregerit culpa ſua, uel illorum, quorum opera vtitur, tenetur. ſed ſi adhibet diligentiam quã adhibuiſſet diligens paterfam. ſecurus erit, ut ff eodem. ſi merces, § qui columnam. Et in hoc contractu uenit culpa leuis, cum gratia vtriuſque celebretur, quamuis quidam contradixerint. Inſtitu. quibus mod. re contra. ob. §. vltim. Sed & licet de damno ab alio dato non teneatur, ut ff. eodem. ſed & de damno. tenetur tamen de cuſtodia. ut ff. eod. qui mercedem. Et videtur Iob. ꝙ ſi quis mercedem accipiat pro cuſtodia, tenetur etiam de leuiſſima culpa. quod admitto ſecundum Azo. ut Inſtit. de emp. & vend. §. & ſi fugerit. & ſuprà, depoſiti. bona fides. §. de culpa. Sed caſus fortuitus non venit niſi per ſpeciale pactum: quod dic ut not. ſuprà, commo. § & inquantum. verſicul. tenetur. ad hoc. ff. eodem. ſi merces. §. vis maior. & l. videamus. §. ſi hoc. & §. vltim. & l. ſi quis fundum. reſpon. j. & §. 1. & l. Marcius. § domum. l. vl. Culpa autem conductoris ſeuitiæ annumeratur: ut ſi magiſter ſcholari oculum effoderit ſeuerius cum calce percutiondo, quia leuis caſtigatio tantum ei permiſſa eſt: ut j̃. eod. item quæritur. §. item Iul. ff. ad legem Aquil. ſed & ſi quacunque §. vltim. & l. ſeq. j̃. de homi. ad audientiam. Item imputatur ei, ſi pallium meum per errorem dederit alij, quia non toleratur error in facto proprio. Item ſi veſtimenta polienda acceperit, & mures roſerint, de culpa tenetur. ff. eo. item quæritur. §. ſi fullo. & §. itẽ ſi palliũ. & ad Velle. quanquã. idemque eſt, ſi corpus ſibi locatum deterius fieri patiatur. ff. e. videamus. §. item proſpicere. & l. in lege locationis. Item ſi uitulos paſcendos, uel aliquid ſarciendum, uel poliendum, uel gemmam ſculpendã, uel includendã cõduxit, tenetur, excepto ſi vitio materię frangatur. nam tunc non tenetur, niſi per ſpeciale pactum. ff eod. ſi quis fundum. § ſi quis vitulos. l. item quæritur. §. ſi gemma. Item & ciſiario, id eſt, carrucario ſiue aurigæ nimium ꝯtendendo, dum cæteros tranſire non permittit, currum euertit, & ſeruum uel bouẽ occiderit, tenetur ex locato. debuit eñ tẽperare ciſium ſeu currum, & voluntatem ſuam; vt ff. e. itẽ quæritur. reſp. 1.

ADDITIO.

a Seruitutes atuem. ¶ Adde per Bart. Cep. de Veron. in tract. de ſeruit.

respon. j. Item si cùm non posset resistere exercitui: uel domino nunciare, neutrum fecit, nec aufugit, de damno ab exercitu dato tenetur, ut ff. eod. l. item quæritur. §. exercitu. Item si me inuito ponat rem meam in alia naui, quàm in ea quam conduxeram. ff. eo. item quæritur §. i. Tenetur etiam conductor rem restituere, impleto tempore conductionis: aliàs ad interesse damnabitur. ff. eod. uideamus. §. qui ulnam. & si contumaciter non restituit, iuratur contra eum in litem. ff. e. si cui §. j. quia hæc actio bonæ fidei est: ut ff. de in litem. iuran. in actionibus. Item agi potest ꝯdictione ex lege. & si usq; ad diffinitiuā sentētiam ꝯductor litē expectauerit, condemnatur in rem & æstimationem: ut C. eo. si quis conductionis & l. conductores. Item locator, uel eius singularis successor, ut emptor potest auctoritate sua expellere cōductorem: nec eñ possidet cōductor tēporalis, sed dominus. ff. eo. cum in plures. § ædē. & de acq. posses. qui uniuersas. § per colonū. & C. eo. per procuratorem. Si tamen conductor interuerteret possessionē, non liceret domino eum expellere nisi incontinenti. Sed nec liceret etiam alij mādato suo. ff. de vi & ui arm. colonus. & l. cum fundum. Sed colonus perpetuus, vel qui ad magnum tēpus ꝯduxit, impunè expelli non potest, cùm habeat iusiurā. & naturalē possessionem. ff. si ager uect. l. j. & 2. de superficie. l. j. §. i. C. de fun. patri. iubemus. li. x. s. de preca. c. ultim. j. ne præla. ui. su. querelam. Sed notandum, ꝙ quandoq; locator agit ut restituatur tantundem sibi in eodem genere: nam duo sunt genera rerum locatarum: scilicet ut aut idem reddatur, sicut est cùm uestimenta curanda fulloni dantur: & tunc habet locum regula, quia non solet locatio mutare dominium: ut ff. codem. solet. aut locantur aliqua ut reddantur eiusdem generis, ueluti cum argentum pusillatum, id est purgatum, & pusillum factum propter putredinē detrahendam datur fabro, ut ex eo, uel quolibet argento vasa fierent. nam & in hoc casu in creditum itur. ff. eod. in naue. & not. simile: quando depositarius recipit pecuniam non consignatam. suprà, depo. §. quid si depositum. Et conductor aliquando transfert dominium in locatorem. ut si ei insula fulciēda locata sit sua impensa. ff. eod. item si precio. §. cum insulam. & tenetur de culpa sua, & eorū quorum opera utitur. ff. eod. uideamus. ff. si mens. fal. mod. dixe. l. vlt. §. i. & de neg. gest. nam & Seruius. §. ult. argu. suprà, de offic. archid. ea quæ. nec impeditur hæc actio propter remissionem mercedis. ff. eod. si tibi. Habet etiam dominus ius hypothecæ: nam si locetur vrbanum prędium, omnia inuecta & illata tacitè obligantur domino etiā ignoranti: sed inuecta in prædio rustico, ita demum tenentur, si domino sciente intromissa sint. C. eodem. certi. & res secundi conductoris, scilicet qui à meo conductore conduxerit. C. eo. nemo. obligatur mihi non ad vniuersam pensionem, sed quatenus dare debet. ff. e. si in lege. §. si colonus. & de pign. act. l. solutum. § solutam. & hoc fortè in vrbano prædio tantùm locū habet secūdū Azo. Et si tacitè renouetur ꝯtractus, ut quia ad quinque annos facta erat conductio, patior ꝙ ultra quinquennium ibi sis, renouatur in aliis quinque annis in rusticis prædiis: sed in vrbanis, prout quisque inhabitauerit ita obligatur, nisi in scriptis certum tempus comprehensum sit. ff. e. item quæritur. §. si prout inhabitauerit, id est, ut tenetur ex primo tempore cōuēto, vel ex prima habitatione rātum: ut si nihil videatur reconduxisse, uel vt videatur reconduxisse, in id tantum tempus, quo inhabitauerit postea, uel ut videatur reconduxisse in id totum tempus, quo inhabitauerit ex prima inhabitatione. & fit hæc renouatio tacita, ita demum si dominus sanæ mentis erat. ff. e. l. qui ad certum. & in his tacitè ius hypothecæ intelligitur renouatum, si tamen cōductoris erant: nam si alterius consensus inde domini necessarius esset. ff. eod. item quęritur §. ulti. C. eo. si cum Hermes. Debet etiam fieri opus arbitrio locatoris, si dictū sit. aliàs arbitrio iudicis committitur. ff. eo. si in lege. vnde si opus approbandum sit, sufficit conductori. ff. eo. si prius. & si non erat approbandum & approbauit, tutus est conductor, vel si stetit per ipsum, quo minus approbaret. ff. eo. opus. & l. ea lege §. ulti. & l. cùm in plures §. lege.

Nunc videamus de actione ex conducto. Ex conducto actio datur conductori, & cōpetit ex his causis: vt puta, si re quam conduxit, non liceat ei frui. vel si non præstatur quod in contractu conuenit. ff. eo. ex cōducto. Sed distingue. an prohibeatur à locatore, uel ab alio quem prohibere potest, & tunc tenetur locator ad interesse, quod & lucrū conductoris continet. ff. e. si fundum quem mihi. ibi, nam si & colonus tuus. & l. si in lege. §. colonus. & §. itē inutiliter. In casibus tñ potest impunè expelli. ut no. s. e. §. quę actiones. vers. item potest inquilinus. & seq. & si locator necessario, reficit rem locatam, si non uoluntariè reficit, tenetur ad interesse ff. eo. si fundum. §. vltim. & l. qui insulam. & l. & hæc distinctio. Aut prohibetur ab extraneo, quem locator prohibere non potest, & si hic locauit scienter rem alienam, agit conductor ad interesse, nisi ei possit imputari quòd non prospexit hoc euenire posse, puta, si usufructuarius fundi mihi locauit fundum usq; ad quinquennium: secus si locauit mihi ut dominus: sed si bona fide locauit, credens rem suam esse, tunc tenetur locator ad exonerationem mercedis tantùm pro rata. ff. eo. si tibi alienam. & l. videamus. & l. si quis domus & l. si vno. §. planè. & l. si fundum. & l. & hæc distinctio. Tenetur etiam locator præstare conductori vasa olearia & vinaria, quocunque nomine censeantur. ff. eod. sed addes. §. illud.

Propter sterilitatem contingētem agitur ad exonerationem mercedis, nisi possit cum vbertate præcedentis anni, vel subsequentis compensari, ut j. eod. propter sterilitatem. & C. eodem. licet vnde sumptum est. respon. j. § excepto. ff. eod. ex conducto. § si vis. Dicitur autem sterilitas [a], quando colonus non recipit, seu recolligit semen suum, secundū quosdam. ut in dicto. §. si uis. vers. sed & si labes. & l. si uno. §. vbicunq;. Sed Ioannes Baptista intelligit sterilitatem secundū vulgi opinionem, vt si dicant homines communiter bonum tempus est, uel malum. arg. ff. de fundo instruct. lega. l. cùm de lanionis. § asinam. j. de sponsali. ex literis. & hoc verum est de sterilitate, quæ cōtingit casu fortuito, & extra modum consuetum, secus si uitio rei contingat: ut si vinum coacuit, vel si segetes in herbis corruptæ sunt: nam hoc damnum colonus ferre debet. ff. e. ex conducto. § sed si intendo. & §. si uis. & §. vlt. & l. si vno. §. cùm quidā. Hoc quod dixi de uitio rei, verū est, quando aliquid potest imputari colono: ut quia tenuit vinū iuxta ignem, & ideo coacuit, vel non fœdauit seu extirpauit fundum, & ideo seges cōsumpta est, etiā culpa, si non reddidit decimas: & ideo à brucis uel locustis consumptæ sunt segetes. 16. q. j. reuertimini secus, si non reperitur in aliqua culpa, secundum q̄d dominus Grego. videtur uelle, j. eod. propter sterilitatē. Vel fortè canones benignius agere volunt, sicut j. de testa. filius noster Faustinus. argument. j. de dona. per tuas. Vel potest intelligi Greg. quando fundus ita pestifer est, quòd etiam redhiberi deberet. arg. C. de ædil. ac. prædium. Fit etiam remissio ista, si fundus terræmotu uel chasmate ita perierit, ut nusquam sit, uel si per incursum hostium fructus amissus est: secus, si exercitus per lasciuiam aliquid abstulerit, quod referas ad modicum damnū. ff. eod. ex conducto. § j. & pe. & de censi. forma. §. j. Dicunt autē compensari sterilitatem, quando bis tantùm quàm solitus erat habere: uerbi gratia, consueuerat habere x. modios, habet 20. cū proximo præcedenti anno non recollegisset semel, ut supra dixi. sed Iob. dicit tunc compensandum, quando tantum habuit quod facta compensatione hincinde neuter annus dicatur sterilis: verbi gratia consueuerat habere tēpore ubertatis, seu fertilitatis, de tribus sestariis terræ 30. sestaria: & dabat annuatim pēsionem trium solid. si habet 15. non dicitur annus sterilis, & sic soluet omnes tres solid. uno anno habuit nihil, & ideo nihil dabit quia fit remissio. sequenti habuit 30. & sic facta recompensatione cum præcedenti, neuter dicetur sterilis. dabit igitur 6. solid. & sic soluet pro præcedēti anno, & præsenti. Sic fit remissio & compensatio insolidum: sed si uno habuit x. fit remissio pro rata, scilicet quia remittuntur. 12. dena. & duo solidi soluuntur: ergo si in sequenti habet 20 redduntur quatuor solidi, & hoc est quod dicit pro rata. in c. propter sterilitatem sic etiam fit recōpēsatio cum ubertate præcedentis anni. quia si primo anno fuit ubertas, & in secūdo fit sterilitas, nō fit remissio. & si per errorem facta subuenitur. secus si scienter, ff. eod. si uno. Et notandū, ꝙ dicit, præcedentis anni, uel sequentis, & nō dixit præcedentium, uel sequentium, unde ubertas secundi anni proximi præcedentis cedit lucro coloni. sed contra, quia singularitas resoluenda est in pluralitatem. arg. j. de priui. ut priuilegia. § ulti. ff. de nego. gest. l. 3. & quia non habuit lucrum, non debet habere onus. C. de cad. tol. l. vna. §. pro secundo. econtrario, ut j. de sepul. c. j. ff. de reg. iur. secundum naturam. & eadem ratio ęquitatis est, ergo idem ius. s. de rescrip. inter cæteras. de constit. trāslato. & hæc duo æquiparantur, quia dicit lex, colonus modicū damnum ferre debet, quia nec modicum lucrum ei aufertur. ff. eod. si merces. § uis. & l. habitatores. ergo à contrario magnū ei auferendum est, unde uidetur quod etiam pensionem debeat augmentare. argum. ff. de testi. ex eo. suprà, de his quæ fi. à ma. par. ca. cùm Apostolica. §. ulti. Dixit Azo. ꝙ si casu fortuito contingit ubertas augmētatur pensio. sicut & suprà diminuendā dixit, quando casu fortuito sterilitas contingit, secus si negligentia coloni. C. de fund. rei priua. l. 2. & de omni agro deser. l. ulti. lib. 11.

ADDITIO.

a Dicitur autem sterilitas. ¶ Adde c. propter sterilitatem. eo. tit. Doc. in l. licet. C. loc. gl. & Bar. in l. ex conducto. in §. cum qui. ff. loc.

lib. 1 ff.& de allu.& pal.l.vlt.arg.s.de resiit.in integ.c.1.contradicit tamen.C de legi.quod fauore.Sed an fiat compensatio[a] cum vbertate annorum præcedētium? distingue vtrum scienter,uel ignoranter rem.issio facta fuit,ut s.dixi Loquor autem de colono,qui nummis colit,secus in partiario ſ.qui debet habere quotam partem fructuum,non quantam:nam si quotam, debet lucrum & damnū partiri inter ipsos, quasi iure societatis.ff.eod.si merces §.apparet.Item fit remissio p p casum fortuitum,quo conductor impeditus,frui non potuit corpore conducto.ff.e.ex conducto § item cum quidam & i qui insulā §.ædilis uel p p necessariam refectionem domus, vt dictum est s §.quæ actiones.si tñ conductor rustici prædij,vel vrbani,Paulominus commodè aliqua parte prædij vteretur, non fit remissio, sed tunc tantum qñ magno incommodo afficitur, vt ff.codē habitatores.& l si merces.§ sed vicino Et sic casus fortuitus nocet locatori corporis in mercedē,ut non habeat nisi pro rata, secus in eo qui locat operas suas tñ,vel locat rem,& operā, vel accipit speciē ex innominato ꝯctu,ut aliquid faciat:nam totū recipit,n si mora vel culpa imputari possit, puta si operatus fuit alij eo t pe quo mihi ꝯmode poterat operari.in hoc ꝯcordant leges circa honoraria aduocatorum,& mercedes operariorū & exceptorum, id est,alio dictante,qui mortuus est scribentium,uel scriptorū,& notariorū, & con itum præsidis.ff.de var.& extraordi cog.l.1.§.pe.& de statuliber.cùm.hæres §.pe.uel antepe.C.de condi.ob.causam.l.pe. ff.e.qui operas.& l.sed addes.§ pe.& vlti.aliàs est l & incipit.diē functo.ali às defuncto.& de assessori.l diem & tamen arg.ꝯ ff.de condict.causa.data. si pecuniam. Si quis autem operas locauerit duobus,primò satis faciendum est primo conductori.ut ff eo.in operis.Quid si non apparet quis primus, forte dirimendū est.ar. ff.de iud.in his tribus & l.seq.C.com.de leg l vlt.Sed quæro qua re in locatione operarum,non obstante casu fortuito, agitur ad totam mercedem, & in locatione corporis remittitur? Respondeo,natura res omnes gratia hominis comparauit.ff.de vsur.l in pecudum.in fin.ideoq; tunica & res accedit corpori, id est, homini locanti operas,non eꝯ,ut ff.de ędilit.edict.l.iustissimè.Item si ego loco rem corporalē,& ipsa res deficit, nullo modo intelligitur seruire res quæ non est,& quæ sensu caret.secus est in homine,cuius animus inspicit, vt ff.de statu libe.cùm hæres.§. Stichus nec obest, si moriatur. quia adhuc viuit anima, quæ idem compositum intelligitur habere. sed hoc intelligo, quando sine culpa incidit in casum fortuitum, aliàs ex delicto suo hoc priuilegium habebit.ut arg ff.de neg.gest.siue hæreditaria. & de locato si merces.§ culpæ.& de interdictis & releg. relegatorum. in fin.& s.de æta.& quali c.1. Agitur & ꝯ locatorem quando locat mihi seruum incertum, si malum postea mihi repræsentauit uel si certum malū sciēter locauerit.aliàs ꝯ. vt ff.codem si domum. §.1.& l.cum in plures §.seruum qualiter autem teneatur quis de vasis vitiosis,dixi ut dixi s.ti.1 §.quibus m nsuris. Venit & in hac act.dolus & culpa domini horreorum, & si ꝑmisit custodiam, possunt renunciare custodiam custodiæ.& si ponit custodes me sciente ad ipsos exhibendos tantum tenetur, nisi dolo vel lata culpa malos exhibuerit. Idem est, si claues mihi tradidit, si nihil horum interuenit, de leui culpa tenetur:& de leuissima,si custodiam repromisit, ut ff.eo.qui mercedem & l dominus horreorum.C.eo.l.1.& l iudicio.& l.ex diui. Insti. de ꝯhenda emptio.§. quod si fugerit Et si specialiter promisit casum,tenetur no.s.de commo §. inquantum. vers.tenetur. Si conductor fundi aliquid necessariò vel vtiliter expenderit agendo,uel ædificando,uel instituendo,aget ꝯ locatorē,ut ea recipiat,quamuis non conuenisset,& per doli exceptionem sumptus poterit retinere.ff.eodem. dominus.§ 1.& l penu ltima.respon. 1. Item potest conductor agere,ut sibi liceat tollere ostia,uel alia quæ ib. ædificauit,sine læsione tamen ædificij: nam in pristinam faciem ædes reddere debet.n c debet locator viam angustare inquilino, quominus possit in ædificijs arcam inferre. ff. eodem.sed addes §.si inqui linus ostium.& §.si inquilinus arcam.& iunge hic quod nota s.de causa possess.sub rubrica,de causa proprietatis.§.1. ver.Item per specificationem. & seq. Si quis autem scholaris conduxit hospitiū, non debet alius scholaris conducere ipsum in præiudicium inquilini,nisi tempore conductionis emerso: quod qui fecerit,excommunicatus est ipso iure sic intelligunt quidam.inf.capit.1. & debet publicari anno quolibet in medio magistrorū & scholarium, ne quis allegare possit ignorantiam. ut ibidem. Alii dicunt hoc speciale in ciui Bono.in qua loquitur: quia cum constitutio illa odiosa sit, & contra l.C eo ne cui non est extendenda.Sed certè videtur esse inducta non in odium, sed in fauorem pauperum clericorum: & hoc est quod ibi dicit in læsionem vel præiudicium,& ideo contraria ratione videtur extendenda. ad hoc ꝯ.de deci. ex parte.ff.de lib. & posthu.cum quidam.& s. de iura.calum. capit.1.& videtur extendenda ad omnes illos qui sunt de iurisdi.domini Papæ, puta clericos; certè & ad omnes scholares,qui pro maiori parte clerici sunt, secus de alijs,in quibus Papa iurisd. non habet.arg. 89. distinctio.iudicatum. & capi. seq. Vnde & Lauren. ipsum intellexit extendi ad omnes illos qui gratia scholarium sunt ibidem:exceptis meretricibus quas vilitas vitæ non facit dignas obseruatione legū. C.de adul.quę adulterium arg.ff. de rei vend quæ religiosis. ꝯ.de paro. super eo.ꝯ.de verbo.sig.cum in partibus.nam & odia quandoq; ampliantur.ff. de his qui no.infamia.l.2.§.exer itum.& ideo extenditur ad scriptores,nisi fortè vxorati sint.Et si dicis dubitari.vtrum sit odiosa vel fauorabilis respondeo, sufficit,quia perinde est ac si fauorabilis esset, vt ff.de cond.ind.sufficit. & ad quid fuisset apposita, nisi ipsa vteremur in iudiciis.vt s.de constitu.& ad quid esset cōfirmata authoritate Papæ,nisi vellet ipsam generalē innuere:nāsufficiebat authoritas legatorū, quamuis postea prouinciā exiissent,vt s de off.leg.nemini.præterea sententia excōicationis medicina est,quare extenditur ar.2.q.1.multi.ꝯ.de sent.excom.c pe. & ideo semper in dubio seruanda est, vt ꝯ.de cleri excom.mi.illud §.licet aūt Patet aūt ex præmissis, locationē similitudinē habere cum emptione.sed tñ differunt: vt no.de preca.§.quid sit ꝑcarium.Item quia in venditione spectat periculū ad emptorem, etiam ante traditionē rei, vt s determinauimus aliud in locatione,vt ex præmissis patet. Item venditor tenetur, vt rem tradat vel interesse præstet:sed cōductor aliquando excusatur,ut quia res erat aliena,quam bona fide locauit,vel quia vsibus eius est ne cessaria Itē locatio nō est titulus vsucapiendi,vel dominiū transferendi nisi in casu,vt diximus s.Quibus dentur,& in quos,& ad quid,dictum est s.e §.quæ actiones.vers.sed notandum.& seq & not.ꝯ.eo §.sequentibus.

8 **Et quales sint,** †perpetuæ heredibus dantur, & in hæredes.& ff.e.sed addes §.ex ꝯducto bonæ fidei sunt, ideo admittunt vsuras secundū leges antiquas.C.eo præses. Tenetur fideiussor conductoris, si obligauerit se in omnem causam.ff.e. quæro.idem puta Azo.& si simpliciter intercedat.ff de fideius. si quis pro eo §. si nummos.amissi. respon 1.& §.si fideiussores. & l.si vt proponis. & l.si ita stipulatus.& l.inter.& l si à colono.& vt legato.no.cau.l.j.§.bellissimè. Sed si pro sortè tantùm intercedat, non tenetur de vsuris, nec econtrà.nam ad alterum tantum obligari potest,sicut & pignus. ff.de pig.act.solutum §. si in sorte duntaxat.& est arg. ꝙ si quis fideiubeat aliquem iudicio sisti,nō teneatur ad mulctam, quam Iudex ex officio suo aliquando inducit.scilicet quando sub pœna centum librarū citat:& si intercedat in x.non tenetur vltra.ff. de fideius.si in pignore.& l.fideiussores.respon.1. & l.vl ff de eo, quod certo loco.centum. & ad municip.l. Lucius.§. Paulus Sed contrà,ꝯ.de fideiu.c.2.& 3.quod dic vt not.ꝯ.de fideiu.§.ad quid fideiussor.

Potuit emphyteuta, &c. potest quæri, quare hæc decre. ponitur sub hoc ti non sub præcedenti? respon ꝯctus emphyteuticarius ab aliis putabatur emptio:ab alijs locatio.Sed Zeno Imperator diffiniuit ipsum ꝯctum esse per se medium inter locationē & emptionem suis proprietatibus insignitū: & licet dixerit ipsum ad neutrum prædictorum ꝯctuum inclinare.C.de iure emphy. l.1. tamen semper magis similis est locationi,cùm dominiū retineatur, & aliquid certum annuatim recipiatur: & ideo ponitur sub hoc ti.sicut & imperator Insti.posuit ipsum sub eo.ti. Insti.eo.§. adeò autem.post tit.de emp.& vend.

b 9 **Quid sit,** [b]seu dicat†emphyteusis. Emphyteusis Grecè, Latinè melioratio dr.ab initio em sterilia tm̃ p hunc ꝯctū ꝯcedebant: sed postea permissum est de fertilib.& fructuosissimis emphiteuticari posse. & dr ꝯctus emphyteuseos, vel emphyteuticus,seu emphyteuticarius, id est meliorationis. & consistit in rebus soli tantum. Ecclesiastica autem emphyteusis in rebus immobilibus consistit,quæ ad hęc congrua videntur œconomo,& alijs gubernatorib. vt C.de sacros.eccl.auth. ꝑpetua.x.q.2 hoc ius.ver. ꝑpetua & de hoc dixi s de prec.§ ria.& se.

10 **In quibus rebus consistat,** † proximè dictum est.

Qualiter contrahatur.†Scriptura interueniente,non aliter:vt C.eod l.j.ibi,scriptura interueniente,&c.Item consensu vtriusque, id est domini & emphyteutæ, adhibita in hoc scilicet, vt statim dominus aliquid pro re accipiat.scilicet,quod inter eos conuenerit,vel pecuniam vel aliam rem.Item vt decæterò singulis annis duos Raymundinos, vnū vel duos Turon.vl simile soluat, puta redditus in specie.vt Insti. eod.§.adeò. Et contrahitur aliquando ad tempus, id est vsque ad x.vel xx.

ADDITIONES.

a An fiat compensatio. ¶ Add. Pau.de Ca.consi.53.inci.quia exceptiones

b Quid sit. ¶ Add. Car.Z ib.in c.potuit in 1.q de loca.

ad x. vel xx. annos, in quo succedit hæres. item, imperpetuum, & tunc non aufertur emphyteutæ; vel eius hæredibus, quandiu soluerint pensionem. Item inter certas personas: puta vsque ad secundum vel tertium vel quartum gradum. item sicut renouatio fiat, vt in d. §. adeò, & nota. s. de preca. §. riç.

12 Quid sit de natura † huius contractus: vt si contrahentes aliquid pacti sint, obseruetur: & si nihil paciscuntur, de natura pẽsio solui debet, nisi res ex toto perierit. Si autem particula etiam minima remãsit, quamuis septem partes perierint, spectat damnum ad emphyteutam, secundum Azonem. sic intelligitur, C. eodem. l. j. Alij vocant particulare damnum, scilicet medietatem. argumen. ff. de vsu. etiam partis. & de verbo. significa. nomen filiarum. §. portionis. quod æquius est. argumen supra, capitul. proximo. & in his quæ nota. supra eodem, sub §. propter sterilitatem. & sequent. Item est de natura contractus, ut liceat domino suum emphyteutam propria authoritate expellere. si per triennium in secularibus, uel per biennium in ecclesiasticis cessauerit, quòd pensionem non soluerit, nec apochas tributorum domino cum præscriptione sua reddiderit, etiam si emphyteutæ dominus pœnam, si expelleret, promisisset. Item in simplicibus colonis biennium spectatur tantùm, & dies assignata pro domino interpellat. vnde emphyteuta excusari non potest, quòd ab eo pensio non fuerit requisita. C. eodem. l. ij. §. sin autem nihil. & § ne autem, in auth. de non alie. aut permu. rebus eccle. §. scire. colla. ij. ff. locati. quæro. §. inter locatorem. secundũ Azo. Alij contrà. argumen. C. ne quis in causa sua iudi. & C. vnde vi. si quis in tantam. argumen. s. de electio. considerauimus. & de conce. præben. post ele. bo. me. §. cre. Quod verius videtur. quod non propria authoritate, sed per iudicem expellatur. vt hic dicit, ibi, nisi celeri restitu. & s. cap. proxi. in fine. & de rebus eccle. non alien. si quis presbyterorum j. de regular. non est nobis. dico enim celerem satisfactionem, antequam patiatur se trahi ad iudicium. argumen. s. de foro compe. si diligenti. ideo si in solutione cessatum sit, agendum est coram iudice. vt suprà, de dila. bonę. & ff. de pu. & vectig. cotem ferro. §. agri. & sic potest intelligi supra, de resti. spo. conquerente, & hoc patet. C eod. l. ij. ibi, nulla enim allegatione, &c. nam coram quo fieret allegatio, nisi coram Iudice. Vel dic celerem satisfactionem, sicut no. secundum Goff. s. de reb. eccl. non alie. § quæ sit pœna. vt celerem intelligas, & seq. Vel arbitraria, s. de of. del. de causis. ff. de iure deli. l. j. s. de trãsact. c. fi. Imò hic videtur habere celerem satisfactionem, oblationem, depositionem, & consignationem, vt C. e. l. ij. in fin. Quid si emphyteuta dedit in dotem[a] emphy. de consensu domini, saluo debito canone, quod fieri potuit. vt j. de don. inter vi. & vx. nuper. nunquid incidit in commissum, si maritus in solutione canonis p triennium cessauerit? Dico ꝙ sic. ad ipsum enim spectat solutio, quamuis vxor contrarium pacta esset, vt C. de pact. ex conuentione. & C. sine censu vel reliquijs. l. j. ij. & iij. & ff. de impensis in reb. dot. fac. neq; & de vsufr. hactenus. ergo si non soluit, committitur. ar. de pig. lex vectigal. & sic alienatur fundus dotalis necessaria alienatione culpa mariti, vel dolo interueniente. sic si non cauet de damno infecto. ponitur vicinus in possessionem fundi dotalis ex secundo decreto, & dominus fit, vt ff. de fun. dota. l. j. ipse tamẽ maritus de dolo suo siue culpa obligatus remanet mulieri. ff. solu. matri. si constante. §. si maritus. & l. si filiofamil. § maritum. licet non teneatur, si dos publicata sit, subaudi, propter culpam mulieris. vt ea. l. si constante. §. si bona. Quid ergo si factus sit non soluendo. fortè habebit recursum mulier aduersus dominum in subsidium. ar. ff. de eo per quem fact. est. l. vl. & de dolo. & eleganter. §. pe. ar. est ex eo, quia si propter culpam prælati ecclesia amittit feudum, non priuatur ecclesia feudo, nisi viuente prælato qui in culpa fuit, & sic recuperat feudum eo mortuo, vel remoto, vt in consti. feu. de pace tenen. § si clericus. nam & reipublicæ ĩterest, vt dotes saluemus mulierib. vt ff. de iur. do. l. j. & ij. & sol. mat. l. 1. Quid si emphy. ꝓmisit pœnã, si non solueret, ꝯctu remanente in sua firmitate, non soluit, dominus vult repellere ipsum, emphyteuta offert pœnam, & dicit se non esse expellendũ? Dicas ꝙ nihilominus expelli potest secundum Azo. quia pœna gratia seruantis pactum fuit apposita. ar. C. de transa. si quis maior. & in fauorem suum. vnde nõ debet retorqueri in eius læsionem. ff. de leg. commis. l. j. & ij. C. de legi. quod fauore. nec putat Azo, ꝙ propter hæc verba, rato manente contractu, pœna sępius committatur, sed semel tantùm, quia illa verba referuntur ad contractum emphyteuticum, non ad stipulationem pœnæ. nec enim stipulatio contractus dicitur. ff. de verb. sign. Labeo. sed si ita dictum est, contractu remanente, cum eadem pœna obligatione in firmitate sua sępius posset cõmitti stipulat. arg. ff. de transa. cum proponas. vtraq; tamẽ quæstio scholastica potest esse. Quid si hæreditate domini iacente labatur triennium vel biennium? Respondeo, securus est emphyt. quia non fuit cui solueret. ar. ff. de leg. commis. l. si fundus §. vltim. ff. de vsur. pecuniæ. ff de verb. obl. ad diem. Quid si pactus est, vt nunquã repellatur, licet cesset in solutione? Non ualet secundum P. ar. ff. pro socio. si conuenerit. & de precario. cum precario. suprà, de preca. capit. vlt. contra, ff. de pign. act. si conuenerit. ff cõmu. diui. in hoc iudicio §. si quẽ. & de distr. pign. si creditor. § vltim. & est verius, ut pacto stetur, secundum d. m. Quid si ex pluribus vnus non soluit, puto omnes repelli. argu. ff. de verbo. oblig. l. 2. & de condit. & demonstr. cùm fundus. ff. famil. erciscund. cum idem. Hoc est etiam de natura contractus, vt liceat emphyteuæ emponemata sua, id est, meliorationes suas alij vendere, dominò tamen primitus requisito coram testibus, & de prædicto quantum re vera inuenire potest. dominus enim cuilibet emptori præferendus est, si cõparare velit: sed si licentiam dat, vel non respondet lapsis à tempore denunciationis duob. mensibus, licet emphyteutæ etiam sine consensu domini vendere; dum tamen caueat à personis prohibitis. sunt autem personæ prohibitæ hæ, quæ duriores & potentiores sunt, uel non soluendo. argu. ff. qui satisda. cog. l. 2. & de ali. iu. mu. cau. fac. l. 1. 2. & 3. vel sicut dixi, s. de preca. §. ria. ver. potest œconomus. & parentes eius prohibentur. Et dominus emphyteutam nouum necesse habet suscipere, & in possessionem mittere, non quidem p procuratorẽ sed per seipsum, vel per literas suas, uel per assertionem suã, seu depositionem coram magistro census factam. & sic ponitur, deposuerunt. C de testib. testium. vel per literas tabularij, corã testibus præsidẽ vel defensorem locorum celebrandas, nec licet domino occasione iusta exigere vltra quinquagesimam partem precij uel æstimationis loci, qui ad aliã personã transfertur, loco cuius quinquagesimæ quasi generalis consuetudo trecenum induxit. tantum enim in compluribus locis accipitur pro laudismo (aliàs laudimio) sed si dñs nullo de prædictis modis uult consentire, licet emphyteutæ etiam dño non consentientæ ad alio ius suũ transferre. Sed & si emphyteuta aliter versatus sit, ius suum amittat. vt j. e. c. fi. §. j. C. de iure emphy. l. vl. vnde hæc decre. sumpta est. Hoc si uelit uendere: nã si donare vult, hoc facere põt, etiã domino irrequisito. C de fundis patri. l. j. Insti. e. § adeo. fortè & pignori dare. ar. ff. de pign. lex. & de pign. act. tutor. §. ul. sic mulier quamuis fideiubens Velleiano iuuetur, non tamen donans. ff. ad Velleian. sed si ego. in fin. & est ratio, quia facilius mulier se obligat, quàm alicui donet, vt ibi. si ergo põt donari simpliciter, multò fortius causa dotis. arg. C. commu. de le. l. vlt. & auth. res. & de liti. l. vl. ar. contrà, j. de donat. inter vi. & uxo. nuper. sed illud in feudo temporali. Nũquid ergo, si res emphyteuticaria in dotem detur, dominus habebit laudismum suum, vel consensus eiusdem requirendus est? Hoc vidi de facto, & dico si ab extraneo detur, non requirendum consensum domini: quia donatio simplex est respectu mulieris. arg. C de iure do. l. ult. ff. de lega. j. si domus. §. vlti. & in alijs concor. quas nota. s. in illo versi. hoc si uelit. sed secus, si detur à patre, p. filia, quam habet in potestate. aliàs idem quod in extraneo, ut C. de pact. conuen. l. ex morte. § fi. & æstimata exigitur consensus domini, & laudismum habebit. argu. C. de iure dot. quoties. si in æstimatam donet, nec credo, ꝙ exigatur. arg. C. solut. mat. dos. & de bonis maternis. l. 2. & de impu. & alijs substi. l. ul. nam iure naturali remanet in dominio mulieris. ut C. de iure dot. l. in rebus. Quid si dedi tibi rem in emphyteusim, deinde tu alij das, me consentiente, & iste secundus emphyt. uult alienare, cuius consensus est requirendus: nunquid meus uel tuus? Dixit Azo, ꝙ meus. nã tu alienando nec ciuiliter, nec naturaliter possidebas. arg. ff. de reg. l. 2 §. 1. & ad Silla. l. 2. §. j. C. deposi. auth. sed iam cautũ. Azo. Et facit pro eo. ff. de seruis expor. l pe. ff. de fur. inter omnes. respon. 1. in fi. ff. de condi. fur. sed nec. & l. præcedenti. §. ult. Sed est ꝯ arg. de furt. si dominium. & l. si is qui rem. § 1. sed pro Azo. est ff. quibus mod. vsusfr. amit. Pompo. ff. de acq. posse. qui uniuersas. §. ult. & l. quamuis. §. 1.

13 Quæ actio † ex hoc contractu nascatur. Condictio ex l. Zenonis, ad petendũ canonẽ ab eo cui datum est in emphyteusim. Quid si alij concessit iste emphyteuta? Dicunt quidam secundum emphyteutam conueniri cõdictione ex lege ad exemplũ tributorũ. sed hoc absurdũ est, qđ factum priuati reipu. adæquetur. dicam ergo dominum possessorem uendicare. & si ille se defendit propter concessionem primi, replicabit dominus, non est æquum fidem seruari quam promisi authori tuo, quia tu non seruas mihi ea quæ author tuus mihi conuenit: argumen. C. de pactis. cum proponas. supra, de iureiurand. peruenit. debet enim uti accessione cum sua causa, suisque uitijs & oneribus. ff. de acquirend. possessio. Pompon. §. cum quis. j. de decimis. pastoralis. & cap. cum non sit in homine. sed & condictionẽ darẽ domino, nisi ipse induxerit secundũ emphyteutam.

ADDITIO.

a Quid si emphyteuta dedit in dotem ¶ Adde Rot. decis. 293. in nouissimis & per Bal. consi. 332. incip. punctus, concessa fuit res. in 2. vol.

phyteutam in possessionem, quasi cum ipso videatur cõtractũ, secundum Azonem. Certum autẽ est, quòd dominus ciuiliter possidet,& directum habet dominium, emphyteuta verò tantũ naturaliter,sicut & usufructuarius.ff.de acqui. poss. naturaliter. sed & utilẽ habet rei uen.ff.si ager uectI.l.j.Ex præmissis patet,ꝙ ꝯtus iste nec locatio est,nec uenditio.C.eod l.j.in princ. nã hic ꝯtus in reb.soli tm̃ celebratur,illi autem in rebus omnib. Item in hoc non exigitur pecunia:sed potest dari & alia res,ut s̃. diximus.in illis verò exigitur.Item per hunc ꝯtũ non fit alienatio, sed per uenditionem fit.Item per locationem non habet quis re gulariter ius in re:hinc est.ꝙ conductor nec uendit,nec uendicat rem:emphyteuta uerò facit utrunq̃,s̃m Azonẽ. Hoc aũt notã dum,ꝙ si emphyteuta potest probare per duos annos proximè præteritos in ecclesiasticis,uel per tres in secularibus soluisse canonẽ,quis antea cessauerit per decẽ uel plures annos, tutus est, nec expelli põt,ut C de apochis pub.l.penu.lib. 10. & iunge qđ notatur s̃.e sub §.propter sterilitatem. uer. & notandũ quod dicit,& præceden.Quid ergo si is qui facit censum ecc. ꝓ domo q̃ tenet,uel fundo,cessat per bienniũ,quod nõ soluit? R̃ndeo, aut ecclesia habet ratione dominii, & de hoc constat. & tũc incidit in commissum,ut 10.q.2.hocius.j̃.de loca.& cõdu. c. pe. & ult. in fi. Aut ratione eleemosynę ut C.de epis.& cle.nulli.§ j.& tunc si causa alimẽtorũ relictũ est,res vr̃ affecta,ut ff.de alimẽ. & cib. legat.l.2.Sed si dixit testator, tm̃ relinquo ecclesiæ super tali domo,& adiecit, usq; ad certũ tempus, non uidetur res obligata. ad hoc ff.de leg.j.quidã testamento.& de ꝯhen. emp. & uend.l. ult.§.ult.& de annuis lega.Caius Seius.& de alim.& cib.lega.Lucius Titius,& de leg.3.Paulo Callimacho.§.ult.Sed si dixit, ꝙ in perpetuum præstaretur tunc quilibet possessor tenebitur. ut ff. de usufr.hactenus. & sic uidetur cõsensus ecclesiæ requirendus cum sua intersit.arg. s̃. de offi.arch.ad hoc.§ ult. j̃. de his quæ fi. à præla.c.ulti.ff.de aqua plu.ar.in ꝓcedendo.C.de autho.tu.l.vl. vsusfructus aũt in testõ relinqui põt, vt ff de usufru.l.3.si non dixit,imperpetuũ.uel ad tp̃s.præsumo ꝙ imperpetuũ relinquit.ff. de an.lega.annua.in fi.Si nõ ꝯstat vtrũ relictum sit,& ecclesia habet maius dominiũ ciuitatis præsumẽdũ est,ꝙ rõne dominij debeat,ut j̃.de censi.omnis anima.nisi ꝓbetẽ exceptio, ut s̃. de caus. posses.& ꝓpric.c.ult.Quid si ecclesia nõ hẽt dominiũ rõne eleemosynę præsumit relictã fore,cũ ꝓmissio odiosa sit,& tñ summa ratio est,q̃ ꝓ religione facit,ut ff.de reli.& sum.fu. sunt personæ.

DE RERVM PERMVTATIONE. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Permutatio quid sit,& qualiter contrahatur.& nu.2.*
3 *Permutari quid potest.*
4 *Permutare quis possit.*
5 *Actiones quæ nascantur ex ea.*
6 *Actiones ex permutatione quibus dentur.*
7 *Actiones in quos dentur.*
8 *Actiones ad quid dentur.*

PRemisso tractatu de contractibus nominatis,videamus de innominatis,& sic de rerum permutatione. Quid sit permutatio, Qualiter contrahatur, Quid potest permutari, Quis possit permutare: quæ actiones nascantur ex ea, Quibus dentur. Et in quos, Et ad quid. Nouissimè de actio. præscript. verbis generaliter dicemus.

1 a Quid sit †permutatio.[a] Vnius rei pro altera vicaria præstatio. hoc si cadat in nomine speciali. nam in generali stans omni contractui conuenit, ergo emptioni & locationi,& cæteris tam nominatis, quã innominatis. vñ emptio olim permutatio dicebatur. ff.de contrahend.empt. l. j. Et quia plura sunt negotia quàm uocabula.ff.de præscrip.ver. l.4.obtinuit,ꝙ ita competenter declinetur hoc nomen, sicut & venditio: sed quia latè patet, nimis incertus est, censetur contractus innominatus, quia caret nomine certo, id est, speciali. nam vt dixi omnem significat contractũ,ex quo quid datur vel accipitur,sicut dicimus ibi do vt des.ff.de præscrip.verb. naturalis. in fine.Et hæc ratio põt assignari,quare vocatur contractus innominatus.ff.eo.l.j.§.item emptio.Vel põt reddi alia ratio: nam ꝯtus duntaxat nominati sunt, ex quibus statim nascitur obligatio,vt in deposito,ꝯmodato,& simi.nam statim ex quo contractum est pariunt actiones. vt Instit.quibus mod.re ꝯ. ob.§.itẽ is cui.& §.pe.ff.de pact.iurisgentiũ.respõ.1.secus in permutatione vbi nõ põt agi,nisi res ab alterutra partiũ tradita fuerit. & tunc ex præcedenti pacto agitur,ut C eo. ex placito. & sic secundum hoc donatio hodie ꝯtus nominatus põt dici,qa ex solo pacto dat actionẽ,sed olim secus C.de don.si qs argentũ.§.vl.Hoc nõ placet dñ̃o meo, sed dicit,ꝙ ideo dñr ꝯtus nominati,qa nomina adeò appropriata habent,quod nomen unius nulli alii ꝯuenit:ut uenditio.id est,uẽditio:ꝯmodatũ,quasi ꝯmodo tuo datum:mutuũ,quia de meo fit tuũ,& sic de singulis. sed nomẽ permutationis cuilibet ꝯtui ꝯuenit, sicut sibi. & ideo dicitur innominatus,scilicet quia caret nomine speciali ꝓpriè appropriato.

2 Qualiter contrahatur. † Contrahitur permutatio, si cut sapientib.placuit,tunc demũ,qñ ꝯuenit, ut certa species detur pro certa: puta, ille Stichus ꝓ Pamphilo: il la domus pro hac uinea,quod quidẽ non est apertè lege expres sum.sed hæc ꝯuincuntur, quia quoties iũs de permutatione loquitur,certam hincinde speciem designat,ut C.eod qm̃ asseuer as. Si uerò incerta pro incerta, uel certa pro incerta, puta bos in genere pro boue in genere,uel equus in specie pro boue in genere,non erit permutatio,sed alius ꝯtus nominatus, do ut des. Notandũ est eñ,ꝙ si pecuniã dem in quãtitate, & rem mihi dones,emptio est.sed si do rẽ,& rem mihi des,& sic hincinde in specie,permutatio est.Si in genere remanebit nomen generale, do ut des.Sed si do pecuniã in quantitate,ut tabulã pingas,est locatio.Si rem,est ꝯtus innominatus,do ut facias.Est & alius ꝯtus facio ut des:& alius, facio ut facias, ut omnia hæc probantur ff. b de præscrip.uerb.naturalis.[b]

3 Quid potest permutari. † Potest autem permutari quicquid uendi põt. quod dicit no. s̃.de ꝯhen.emp.ergo tẽporalia cum tẽporalib.sed spiritualia cũ tẽporalibus permutari nõ possunt.unde nec decima cũ pecunia: ut j̃.e.c.ulti.Per quod patet, ꝙ laicus non põt se eximere à præstatione decimæ,quãuis det partẽ fundi. Spiritualia autem cũ spiritualib. permutari possunt.& sic ecclesia cum ecclesia, & rõne possessionũ alterius si alii præponderet,põt pecunia refundi,dũ modò ꝯtus adinuicẽ minimẽ misceantur,ut j̃.eod. ad quæstiones.16.quæstio.fi.nemini.Et hoc intelligas, quando fit authoritate superioris.16.quæstio.ultim.nemini.j̃.de exces.prela.sicut vnire.& de cens.prohibemus.aliàs, non licet. unde nec dignitas cũ dignitate,nec canonia cũ canonia, sine authoritate superioris permutari debet.s̃.de præb.maiorib.j̃.eodẽ,quæsitũ. Et si aliqui ꝓpria temeritate hãc permutationẽ fecerint,priuandi sunt ut j̃.codem.cũ olim.nisi simplicitati venia tribuat, ut j̃.eodẽ.cũ uniuersorum.Sed nunquid sufficit authoritas superioris,vbi nõ ad ipsum, sed ad capitulũ pertinet collatio & institutio præbendarum? & certè non.argu.s̃.de offic. Arch.ad hoc.§.fi.s̃. de offi. deleg super eo.ad fi.s̃.de maio.& obe.c.fi.s̃.de his quæ fi à prel. c.fin.Et nunquid sufficit in hoc casu authoritas capituli? Nõ vr̃ quia non conceditur ei, ꝙ possit dispensare ꝯ concilium, sed episcopo tm̃, s̃.de præben.uacante.ar.j̃.de testa.requisisti.Oppo.tñ sic,permutatio non est contractus gratuitus.ff.eodẽ l.j. ergo nõ potest interuenire in spiritualibus, quæ gratis sunt conferenda.j. q.j.gratia.& q.7.Daibertum. quæ etiam abhorrent pactũ & modum.j q.2.quam pio.Item si fit permutatio ecclesiarum, tradita una, agetur ad alteram tradendam ex permutato. & sic petetur prælatura,quod fieri non debet.j̃.de iure patro. per vestras. Respondeo,hoc totum soluit authoritas superioris,ex cuius arbitrio,non partium,omnia pendent,ut no.s̃. uersic.& hoc intelligas.& propterea omne uitium aboletur.arg. ff. de his qui not. infa.furti.§.qui iussu.s̃.de præben.nisi essent.s̃. de pact. cum pridem.s̃.de elect. cùm inter R. seniorem. Mãcipia[c] autem eccle- c siastica cum mancipiis priuatorum permutari non possunt, nisi ad libertatem, id est, ad hoc ut liberi fiant, ut j̃. eod. mancipia. Quod uerum est, nisi ecclesię expediret: nam cum donari possint ut 13.quæstio.2.ecclesiasticis. multo fortius permutari, unde & fugitiui serui & permutari & distrahi possunt,ut j̃.eo.iniustum. 12.q.2.fugitiui.quod uerum est,ex quo redierint. aliud si sint in fuga.C ad le.Flauiam de pla.in fuga.ff.de contrahen.emptio. & uend.quod sępe.§.si quis amico. Et qđ dixi, seruum ecclesiasticũ posse permutari ad libertatem, intelligas, si duo alii sibi dentur, non aliàs.7.q.2 episcopus qui mancipium. & dixi s̃. de rebus eccles. non alie. Res autem aliena permutari non potest: quia non potest transferri dominium.ff.eodem.l. prima §.ultim.ff.de cõd.causa data.l.fi.Dominus tamen Irner. glossauit, ꝙ Pedius q hoc ait,nimis prosequutus est, hoc uerbum, re euicta non uidetur fuisse tradita.Et sanè potest ita distingui, ut re aliena permutata

ADDITIONES.

a Quid sit permutatio. ¶ Adde do.in rub.e. tit.Car.Zab.in c.quæsitum. in j. q.e.ti.Fed. de Sen.in tract.permutationum.

b Non solo autem pacto, ut adnotat Martin. contrahitur permutatio, sed rerum interuentu,quod & verisimum est,licet in eam rem nihil citet, sed potuit allegare tex.l.j.§. permutatio autem. ff. de rer. permut. In reliquis conuenit Hostiensi,ideo non repeto.

c Mancipia. ¶ Adde quid sit mancipium. vide glo.in cle.ut hi qui.de æta.& qual.c.a.& ibi do. de cond.appo.& in l.seruus in fi.ff.de sta.ho.

tata satis sit interim rem traditam esse. vnde & dicetur permutatio C.eod.l.interim. ergo non potest agi, sed re euicta non videtur tenuisse permutatio. ff.de distra.pigno.rescripti.§.j. & ideo competit condictio ob causam ad repetendum quod datũ est, vel ac.præscript.verb.ad interesse, vel vt fiat q d. conuenit. vt C.eo.quoniam.& l.cum precibus.& hæc actio præscrip. verb. bonæ fidei est. vt Insti.de ac.§.actionum. condictio verò stricti iuris est, sicut & aliæ omnes condictiones.

4 a **Quis possit** †permutare. [a] Permutare autẽ potest ecclesia tantũ, cùm ecclesia alia seruata indemnitate vtriusq;. 10.q.2. hoc ius. Et cum principe potest permutare, dummodo nõ moueatur in damnum, scilicet quod recipiat rem æquiualẽtem, pragmatica sanctione interueniente. & hoc si princeps eget tali permutatione. quamuis aliter intelligatur ab alijs j.eod.ca.j. nam si vtilitatem ecclesiæ considerẽmus tãtum, nullum erit priuilegiũ principis. Est aũt pragmatica sanctio, [b] quod princeps de consilio procerum statuit & sancit. C.de diuer. rescript.l.vltim. sed cum priuato ita demum permutat ecclesia, si ecclesiæ ipsi expediat, vt s. de rebus eccles. non alie. vt super. in fi. & not. in summa huius tit. de rebus eccles. non alie. Et si permutatio inconsultè facta sit, successor potest reuocare, vt j.eod.c.2. s.de preca.c.2. j.de don.c.2.

5 **Quæ actiones** nascãtur ex ea †Duæ: præsc. verbis & condictio ob causam: hoc intellige re tradita ab alterutra partium, vt s. dixi, & habes. C. eodem. ex placito. ff.de pac. iurisgentium.§.sed & si in alium, in fi. Idem in actione de peculio. nam licet seruus habeat mille, si tñ duo tantum sunt in peculio, ad illa tantum est obligatus. ff. de pec. quoties.§.si semel. Quid ergo, si postea augeatur peculium, adhuc agit creditor serui. ff. de pecu. quæsitum.§. is qui. & ex eadem causa & eodem contractu, ex quo primo egit. & prodest hoc ad alias opiniones circa actionem pro socio & tutelæ, quæ demum finita tutela datur ex quasi contractu dudum ante interposito. ff de tute. & rati. dist. si tutor.§ vltimo. & l. illud non datur. sic est aliquoties & in mutuo. ff. de fideius. si quis pro eo.§. si nummos. sic & in mandato. ff. de offi. proconsul. obseruandum. §. si sic & in dote C.de diuor. & repu.l.j. & accedit. j. e. cum vniuersorum. & de sol. Odoardus. & de vsu. cum tu manifestus. & ꝙ hæ duæ actiones competant, probat ff. de prescr. verb. naturalis.

6 **Quibus dentur.** † His qui pactũ permutationis nude vestierunt rei interuentu. Hinc est, ꝙ si vnus vestiuit, alter non, ei tantum qui vestiuit dantur. sicut j. in cæteris innominatis contractibus dicetur. ad hoc, j. eo cum vniuersorum. sic patet.

7 **Et in quos** dentur.† Scilicet in illos qui nõ vestierũt, nec volunt fidem seruare.

8 **Et ad quid.** †Ad interesse quod nondũ est, vel est, sed nondũ est certum t pe contractus, erit autem certum per sententiam: ideo etiam dicitur, ꝙ hæc actio incerta crescit, maximè à tempore moræ vsq; ad sententiã. C.e. in reb. Ex supradictis colligi põt, ꝙ venditio & permutatio in hoc similes sunt, quia vtraque bonæ fidei est, & ex vtraq; paratur iusta causa vsucapiendi, ex vtraq; paratur euictio, ex vtraq; redhibitio. ff. de edil. edi. sciendum §. pen. Differunt autem, qa venditio solo consensu perficitur, permutatio verò re demum tradita. Item in permutatione locum habet condictio ob causam, in vendicione non. Item in venditione alius est emptor, alius venditor, in permutatione verò vterq; dicitur permutator. Itẽ in venditione emptor cogitur precium accipientis facere: venditor non cogit rẽ facere emptoris, ẽt ʒ alias, sed ʒ in permutatione vtriq; tenent rẽ alterius facere, ſm Ped. ſ. vt differentia hæc no. ff. eo. l.j Illa quoque potest dici differentia, quod in venditione non transfertur dominiũ re tradita, nisi preciũ sit solutum, vel aliter satisfactum. secus in alijs contractibus ergo & in permutatione secus, vt Inst. de rerum diuisio.§ per traditionem. & §. venditæ. Inuenitur tamen contractus multum affinis emptioni & permutationi, non tñ est emptio vel permutatio, puta patruus tuus exposuit fundum suum venalem pro decem: deinde pater tuus hoc audito dixit fratri suo, id est, patruo tuo, habeo tale prædium, quod bene valet centum, & sic sufficit ad preciũ fundi tui, da mihi tuum, & accipe meum. hic dicit Azo, agendũ vtili actione ex empto & vendito C. eo. l.j.

Actio autem præscriptis verbis locũ hẽt in pactis appositis in cõtinenti in quocunq; ꝯctu, vt C.de pactis inter empto. l.2. Itẽ habet locũ vbicunq; dubitari potest, quæ actio detur. nã dño mercium si incertũ sit, vtrũ nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit, datur actio in factũ præscriptis verbis. & est bonæ fidei, cum pro æstimato datur vt Inst. de actioni §. actionũ. ff de exer. act. l.j. & de prescriptis verbis l.j.§. vlt. & l.2.3. & 4. & l. si tibi. hĩc habet locũ in tribus ꝯctibus innominatis, scilicet do vt des, do vt facias, facio vt facias, de quibus s. dixi § qualiter contrahatur. in quarto autem, scilicet facio vt des, locũ hẽt act. de dolo. ff. de præscriptis verbis. naturalis §. quod si facio. Et hoc fortè verum est, cùm mihi ex eo quod facio abest & tibi non adest, vt quia seruum meũ manumitto, vt tuũ manumittas: & est ratio, quia vestienti contractum debet dari præscriptis verbis. vestire aũt dicor cum ex eo, quod facio, aliqd tibi adest, alias daretur de dolo. C.de pactis. cùm proponas. ff de præscriptis verbis. solent. Hæc tñ ratio fallit in facio vt facias. vt dictum est. & probatur ff. de prescriptis verbis. naturalis § vlt. sed ibi est alia ratio: quia factũ erat in obligatione ab alia parte, vnde agitur ad interesse. Si quæras, quando debet dici do vt facias, vel è contrario: rñd. attende quid præcesserit. nam si dicas, do tibi fundũ, vt facias mihi armariũ: est do vt facias. Si verò dicat, facio tibi armariũ, vt fundũ des: est facio vt des, licet in faciendo alterũ pcedat: & nihilominus dat pscriptis verbis. vt C.de transa. cũ mora. Spectatur ergo conuentio, licet quidam contradicant. Ex prædictis patet quæ actio competat. s. de renunciatio. lectæ Id veniet in actione præscriptis verbis, quod veniret in actione, quæ daretur ex simili contractu, puta do rem, vt rem mihi des, id veniet quod veniret in venditione. Do vt facias, id veniet quod in locatione. ff. de positi. l.j.§. ex conducto. & de præscriptis verbis. l. naturalis. §. sed si facio vt facias. in fine. ibi, quæ actio similis, &c. veniet igitur interesse, & dolus, & lata culpa, & leuis ltẽ veniet vt fiat quod conuenit. ff. de præscriptis verbis. l. ob cã. C. de donatio. legẽ. Ciuilis est hæc actio præscriptis verbis, & eadẽ quæ dicitur in factum. ff. de præscript. verb. si tibi polienda, non tñ omnis in factum est præscrip. ver. sicut ea quæ de damno dato proponitur, & ex quolibet edicto vel interdicto. & locũ habet nedum in contractib. & quasi, sed & in maleficijs & quasi, vbicunq; æquitas suadet dari actionem. ff. de præscriptis verbis. quoties. & ideo dicitur eius tenor, in multis & varijs articulis admissis, ut C. de sacrosan. ecclesijs. sancimus. stricti iuris regulariter est hæc actio, perpetua est, personalis est, hæredibus competit, & in hæredes.

ADDITIONES.

a Quis possit permutare. ¶ Adde Fed. de Sen. in tract. permutationum.
b Est autem pragmatica sanctio. ¶ Adde gl. in c. peruenit. 101. dist. glo. in c. dicite. 25. q. 2. gl. in l. fi. C. de diuer. rescr. glo. in l. iubemus nullam. C. de sa. san. eccl. Inn. in c.j. de rer. perm.

DE FEVDIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Feudum quid sit, & vnde dicatur. & nu. 2.*
3 *Feudum quis possit constituere.*
4 *Quid olim obtinebat de feudi alienatione.*
5 *Quid hodie obtineat de alienatione feudi.*
6 *Feudum qualiter distinguatur.*
7 *Feudum qualiter constituatur.*
8 *Mulier in quibus casibus in feudum succedat.*
9 *Inuestitura per quos fieri possit, & per quos recipi.*
10 *Fidelitas quid sit: & qualiter sit facienda.*
11 *Inuestitura facta quod ius acquiratur vasallo.*
12 *Feudum quibus modis, seu causis amittatur.*
13 *Feudalis quæstio apud quem agitanda & terminanda.*

DIximus de contractibus, per quos dominia rerũ transferuntur: videamus de his per quos ius percipiendi fructus trãsfertur, & sic de feudis, qui tractatus similis est iuri emphyteuticario: de quo dic, quantum ad actionem, vt not. s. de loca. & con. sub §. potuit. In summa igitur videamus, Quid sit feudum, Vnde dicatur, Quis possit constituere feudum, Quid olim obtinebat de feudi alienatione, Quid hodie obtineat de feudi alienatione, Qualiter feudum distinguatur, Qualiter feudum constituatur & acquiratur, In quibus casibus mulier in feudum succedat, Per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur, & coram quibus testibus, Quid sit fidelitas, & qualiter sit facienda, Quod ius acquiratur vasallo facta inuestitura, Quibus modis seu causis feudũ amittatur, Apud quem, vel apud quos iudices causa feudi debeat agitari.

1 a **Quid sit** † feudum. [a] Est itaque feudum, beneficium, id est, beneuola actio tribuens gaudium capienti, capiensq; tribuendo in id quod facit prona, & sua sponte parata. in feud. tit. in quib. cau. feud. amitt. §. beneficiũ. Vel est feudum,

ADDITIO.

a Quid sit feudum. ¶ Adde doct. in rub. eo. tit. Card. Zab. in c.j. eo. tit. Doct. in proœ. feu. tex. in §. si. qui. ex cau. feu. amit. in vsib. feud.

fudum illud beneficium, quod ex beneuolentia alicuius ita traditur alicui, & proprietate eius rei, quæ in feudum datur, penes dantem remanente, id est domino, vsusfructus autem eiusdem rei ita in accipientem transeat, vt ad eum heredesque suos masculos & fœminas, si de eis nominatim dictum fuerit, & in perpetuum pertineat, ad hoc, vt ipse, siue eius hæredes fideliter domino seruiant, siue illud seruitium nominatim dictum fuerit à domino, quale esse debeat, siue indeterminatè sit promissum vt in constit.feu.in quib.caus.feu.amit. circa prin. Vel dic, ꝙ feudum est beneficium rei alicuius inuestitura interueniente, sic concessæ seu datæ alij, ꝙ dominiũ penes concedentem remaneat, cuius occasione recipiens, & successor eius cõcedenti domino ad id, de quo, & quousq; conuenit, ac feudi natura requirit, secundũ diuersarum regionum consuetudines obligatur: & ipsis deficientibus iure scripto.[a] Et sic patet, ꝙ ante omnia; pacta, si de ipsis appareat, sunt seruanda. ff. de reg. iur. cõtractus. ff. de pac. iuris gen. §. ait prætor. ipsis verò deficientibus, consuetudo regionis. ĩ. de sepul. certificari. sed & consuetudine deficiente, iure scripto vti poterit circa hanc materiam strenuus aduocatus. vt not. ĩ. eod. §. quid hodie. versi. sed an hodie. & §. fi. in fin. Tenetur ergo vasallus facere seruitium domino, occasione feudi, nisi ratione obligationis aliud dicatur: vt ĩ. eo. c. 1. potest enim feudum ad certũ seruitium dari, vt in consti. feud. de capitaneo, qui curiam vendidit. c. similiter potest feudum dari.

2 **Vnde dicatur.** † & vtique feudum dicitur à fidelitate, vel à fide. nec. n. debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem facere recusat. in consti. feu. per quos fiat inuestitura, & per quos recip. c. nulla. & c. seq. Hæc autẽ sic sunt intelligẽda. s. nisi feudum eo pacto sit acquisitum, vt de eo fidelitas non præstetur: vt ibidem. & in quibus causis feudũ amit. cap. est & alia.

3 **Quis possit** constituere † feudum, & qualiter constituatur. Constituebat olim feudũ Archiepiscopus, Abbatissa, Præpositus: hodie verò constituere nõ valent huiusmodi personæ. & hoc intelligendum est de rebus ipsius ecclesiæ, quæ videlicet ei subiectæ sunt, vt in constitutione feud. qui dare feud. poss. & qualiter acquiratur. in princ. & Episcopum vel Abbatem, &c. Quod sic puto intelligendum, vt videlicet id quod in feudum datum est, tempore sui ingressus inuenerit, si fuerit apertum adhuc in feudum dari possit. vt ĩ. eod. capitu. 2. sed si alia prius data non inuenerit, de nouo dare prohibetur. & hoc est quod dixit, quæ ei subiectæ sunt, secundũ quod legitur in constitu. feud. de clerico qui inuestitur. facit. cap. clerico. Videtur etiam quòd Episcopus de nouo possit feudum concedere, ob gratiam scilicet præteriti seruitij. infrà, de donatio. per tuas. & de censib. cùm venerabilis. & de pecu. cleric. capitu. fina. 25. quæstio. 1. §. vltim. circa fin. Idem in alio prælato. argu. infrà, de testamen. relatum. §. licet autem de donat. cæterum. 12. quæstio. 2. si quos de seruis. quod non est verum, nisi à Papa impetretur. ĩ. de donat. per tuas. Sed & si proprium feudum in pignus recipiant, non computant fructus in sortem. vt ĩ. capitu. 1. dic vt not. ĩ. de vsur. §. an aliquo casu. versic. primò quando ecclesia. Item antiquum feudum alij dari potest. vt not. s. non obstante iuramento, quo tenetur adstrictus ne de nouo infeudet. Sed & si contingat vasallum feudum alienare, vel partem, potest filium vel consanguineum eiusdem de tali feudo inuestire. Et si feudũ recuperare non possit, de facili potest dari alij qui ipsum recuperet, & pro ecclesia recognoscat, vt ĩ. eod. capit. 2. Sed nunquid decimas possunt clerici in feudum dare? dixit Ioan. quòd fructus bene possunt dari laico ex causa, non tanquam titulus, sed tanquam beneficium. arg. 32. distin. si quis verò. sed ius decimale nunquam: nam aliud est ius, aliud ipsa res. ff. de euict. vaccæ. ergo decimæ, id est res ipsæ possunt dari in feudum, secundũ Ioan. sed tamen non transibit ad hæredes, vt ĩ. de deci. ad hoc. vnde fortè secundum quod propriè feudum accipitur, non possunt dari in feudum. ĩ. de deci. quamuis. Contrà, quòd etiam fructus dari non possunt, quia cibus est Leuitarum. 16. q. 1. reuertimini. & c. vlt. nec etiam ad vsum potest habere laicus de decimis. vt ibi. & 16. q. 7. cap. 1. quia sine periculo animæ suæ eas retinere non posset. ĩ. de decimis. prohibemus. & ibi dicitur, quòd nullo modo transferantur in laicos, quia nec ipsas possidere possunt. s. de præscr. causam. Dicit tamen T. quòd est quoddam ius ciuile, quod concedi eis potest. ff. de vsucapio. non solum. §. qui pignori. Alij dicunt, quòd decimæ duplici iure debentur ecclesiæ. vno, ratione diuini obsequij in ea præstiti. 13. q. 1. quæsti. ĩ. de decimis. nouum. & cap. tua nobis §. antepenul. hoc ius percipiendi decimas merè spirituale est, nec potest in laicum cadere. Item debentur in signũ subiectionis, & dominij vniuersalis. 16. quæst. 1. reuertimini. & cap. decimæ. ĩ. de decimis. tua nobis. & ca. cùm non sit. hoc ius non est ita spirituale, vt primum: imò ciuile, vel quasi, & cadere potest in laicum, & si non in totum, saltem quantum ad fructuum perceptionem, vt in illa decretal. tua. in fine.

Quod verum est in decimis antiquitùs concessis laicis. de nouo enim nullæ decimæ possunt eis concedi. infrà de decimis. prohibemus. & capitu. quamuis. suprà de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap. cùm Apostolica. dic ꝙ nullo modo hodie decimæ[b] in feudum dari possunt. vt in constitu. feud. quibus modis feud. amit. cap. item si episcopus vel abbas. nec etiam laicus à laico sub obligatione pignoris, ipsas decimas accipere debet, quia nec clericus alterius ecclesiæ, vt ĩ. de deci. c. vlt. & expressum est, ꝙ licet locatio possit fieri, non tamen perpetua, vel quæ videatur ad feudum extendi. s. loca. vestra. quod dic vt not. ĩ. de deci. sub §. 3. Sed & Marchiones & Comites, item & minores & maiores valuasores, qui capitanei appellantur, feudum dare possunt,[c] vt in constit. feud. qui feud. da. pos. circ. princ. Idem dicendum videtur de minimis, de his scilicet qui ab eis feudum acceperunt, cum idem hodie seruandum sit in eis, quod etiam in maioribus seruabatur, vt in constitu. feud. de natura feu. in fin. Verum licet ex antiqua consuetudine quandocunq; volebant, feudum auferebant, medio tamen iure deuentum est, vt vsque ad vitam fidelis auferre non valeant, & posteà vltra processum est, scilicet, vt si decedit fidelis, ad eius filios transeat: sed illum tantum quem dominus voluerit, licet hodie ad omnes æqualiter pertineat, vt in consti. feu. qui feud. da. pos. §. & quia vidimus. Verùm Corradus vsque ad nepotes ex filio produxit hanc successionem, ita & ad fratrẽ, si frater sine legitima prole decedat, vt ibidem sequitur in § cũ verò Corradus. & in Lombar. beneficijs. & titu. tributis l. vlt. §. præcipimus. Sed hoc quod diximus de fratre, est intelligendum, quandocunque est paternum, quoniam in alio feudo frater fratri non succedit, nisi eo pacto fuerit acquisitum, ut in prædicto §. cum verò Corradus. & in constitu. de gradibus suc. in feud. capitulo primo, vel nisi fuerit feudum de communibus bonis emptum, domino sciente, cum insimul starent, vel inhonestè, id est in exercitu regis acquisitum, vt in constitu. de benefic. fratris. & qualiter frater succedat fratri in feudo. c. si quis acquisierit. Bene dixi domino sciente: quoniam secus esset, si eo ignorante. tunc enim non succederet frater fratri in feudum, ne fortè inuitus dominus alium quàm quem velit, acquirat vasallum, vt in constit. feu. de fra. de nouo benefic. inuest. cap. 2. Sed ad id quod dicimus, nisi feudum sit emptum, &c. tu instabis. nunquid feudum venditur? & videtur quòd sic vt in prædicto cap. de benefi. fratris. & in constitu. de natura feu. §. si verò. & quemadmodum ad filiam feudum pertineat. capit. & si quis sine filio. sed obstare videtur, quod dicitur ĩ. s. quòd feudum non sub prætextu pecuniæ, sed honore & amore domini acquiritur, vt in constitu. feud. de feu. da. in vicem. l. commissoriæ. ca. 1. si quis obligauit. sed illud sic intelligas non sub prætextu pecuniæ, id est, quòd pecunia sola non sit causa quare feud. datur, hodie autem qualiter successio feudi extendetur. ĩ. plenius dicemus. Feudum autem guardiæ & castaldiæ, vel quod pro mercede alicuius rei datur, potest transacto anno iure auferri, etiam precio pro eo dato nõ restituto, nisi ad certum tempus datum sit, vt in constitu. feud. de feud. guardiæ. ca. 1. & de contentione inter dominum & vasallum. & de inuest. vas. insuper feudum.[d]

4 **Quid olim obtinebat** † de feudi alienatione? Et quidem iure antiquissimo poterant vasalli vsq; ad medietatem feudi pignori obligare. Item alienare, id est liuellario nomine dare. Sed & locare, nisi foret fraudulenta locatio feudi. poterant etiam necessitate suadente vsque ad mediam partem, etiam ignorante domino, feudum rectè vendere, vt in constitutio. feud. quibus. mod. feud. amitta. § rursus. & de feud. alien. capitu. 1.

ADDITIONES.

a Feudi definitio à Mart. tradita. e. ti. in summa, vt breuior, ita rei congruentior videtur. Feudum, inquit, est concessio rei pro homagio facta. Hæc definitionem probat bo. tex. in c. ex diligenti. in prin. de simo.

b Nullo modo hodie decimæ. ¶ Adde Bal. consi. 408. incip. non reuocando. in 4. volum.

c Feudum dare possunt. ¶ Adde Bald. Ia. Alua. & Card. Alex. in c. 1. qui feu. dare pos. in vsib. feud.

d ¶ Post articulum illum, Quis feudum constituere potest, cõsequenter erat adiicienda rubricella, Quæ res dari, an non, in feudũ possint, ab Hostiensi prætermissa, sed à Martino in summa, titulo, de feudis, eruditè discussa. Feudales, inquit, res, quæ consueuerunt infeudari, in feudum concedi possunt. Vnde feudum decedentis infeudare potest prælatus, licet iurauerit se de nouo non infeudare, & potest de ipso filium decedentis inuestire. Similiter feudum alienatum potest alicui concedere, sed ita, ut illud reuocet pro ecclesia. Aliæ quoq; res quæ feudales non sunt, de nouo infeudari possunt, nisi in quatuor casibus, quorũ tres habentur extra de feud. c. fi. vbi de hoc. quartus verò nota. extra de dona. per tuas. Nouum autẽ non est, quod iterato confertur, vt extra de feu. c. fi. Decimæ tamen nõ possunt laicis in perpetuum concedi in feudum, vt 10. q. 1. c. fi. & extra de decimis. c. prohibemus. c. ad hæc. & ca. quamuis. & de his quæ fi. à præla. cum Apostolica. Ad tempus autem non vt titulus, sed vt stipendium decimæ perceptio laico posset concedi. arg. 32. dist. c. si qui verò. Mart.

capit. 1. & qualiter poterat olim feu.alien.capit.1.& capitu.eſt
autem optima.& §.donare. Sed hæc ſunt intelligēda ſecundum
ius antiquum, quando vaſallus non habebat feudum in curte,
aliud ſi habebat feudum in curte:& ſi habebat ex curte, quando
dominus habebat diſtrictum vel alium honorem: quoniam tūc
ſi aliquam partem ſine voluntate domini alienabat, à feudo cade
bat. vt in conſtitu. feudorum. quibus modis feudum amitta.§.
item ſi quis feudum.Sed ſi fiebat alienatio ſicut fieri nō debebat,
locum habebat præſcri. ſcilicet 30.anno. & obſtabat tam ſcienti
quàm ignoranti.vt in conſti.feud.qualiter poterat olim feudum
alie.§.præſcriptione autem triginta annorum.

5 Quid hodie † obtineat de feudi
alienatione. Et certè hodie non poteſt etiam minima pars aliena
ri ſine voluntate domini: & ſi fiat alienatio ad dominum feudū
liberè reuertitur,nulla præſcriptione obſtante, quia quod ab ini
tio non valuit, non poteſt tractu temporis conualeſcere, vt in
conſtitu.feud.de prohibita feud.alie.per Federicum.l. Imperia-
lem.& de cap.Cor.regis.c.1.Sed vtrum totum an partem tātùm
alienatam amittere debeat,lege non cauetur,poteſt tamen intel-
ligi ſine calumnia vt partem tantùm amittat, ſicut & ille qui cō
tra conſtitu. Lotharij regis feudum alienat, vt in conſtit.de vaſ.
qui ɔ̄ conſti.Lotharij regis. feu.alie.in prin.nec enim debet vltra
progredi pœna,quàm reperiatur delictum:vt C.de pœnis,ſanci
mus. Sed an hodie pignori obligari poſſit ſecundum quod dixit
Pil. ſimiliter remanet in quæſtione & incautum. igitur lege præ-
ſcripta ſine calumnia ſtrenuus aduocatus vti poterit:vt in conſt.
feud.de feud.cogni.c.1.Quid ergo? Reſpon.Pil.Obligari non po
terit pignori,quoniam lex prædicta alienationem prohibet, er-
go & pignoris obligatio eſt prohibita, vt C.de rebus alien.non
alie.l.vlti.ſ̄.de rebus eccle.non alie.nulli. Quicquid tamen circa
hanc partem notauerit Pil.argumentando,hoc idem poterat di-
cere expreſſum per legem prædictam,imperialem, quæ nomi-
natim pignorationē feudi prohibet, licet alibi nominauerit idē
Pil.contrarium, ꝙ poſſit vſq; ad medietatem pignori obligari,
vt per eum notatur in conſtit feud. de feu.alien.cap.1. ſuper illo
verbo,intelligas de liuello,&c.Sed an poſſit in feudum dari,nec
hodie prohibetur, nec olim.ſicut ergo poterat, ſic poteſt, quia
quod ſpecialiter non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt C.de
teſt. ſancimus. quicquid enim non mutatur lege noua, intelligi
debet durare.C. de appel.præcipimus.in fin.ergo & hodie pote-
rit in feudum dari, ſyncerè tamen, & ſine fraude. vt in conſtit.
feu.qualiter poterat feud.olim alie. circa prin.ſecūdum Pil.Sed
hæc vera ſunt,dum tamen ſecundus vaſallus talis ſit, qui feudo
ſeruire poſſit.vt ſi dominus miles eſt,& ille qui accepit,miles in-
ueniatur,ad hoc,vt in feu.ſi contigerit,domino ſeruire poſſit vt
prior.Item ſi non dederit alia lege, niſi qua ipſe habet.ſ.vt ſi ha-
bet in ſe & ſuis hæredibus, quod intelligi debeat tantùm de ma-
ſculis,non debet dare in ſe & in ſuos hęredes,etiam fœminas.in
conſtit.feu.de lege Corradi.§. ex eadem.l. meliorem enim feudi
conditionem facere poteſt, ſed non deteriorem ſine voluntate
domini,vel eorum agnatorū, ad quos ex ſucceſſione pertinere
debet,vt in conſti.de inue.rei alien.§.rei autem, &c.Quidam ta-
men volunt dicere, ꝙ non poſſit feudū in feudum dari, ſine vo-
luntate domini,& hoc per conſti.prædictam, Imperialem.cùm
per eam prohibeatur alienatio.quaſi velit dicere, ꝙ hoc ſit alie-
natio: quod quidem verum non videtur ſecundum aſſignatam
rationem,& argu.in his quæ not.ſ̄. de locato.ſub.§.potuit.verſi.
hoc ſi uelit uendere. & de hac materia plenius not. in conſtit.de
capi.Corradi regis,cap.1.Sed nunquid poteſt pro anima legari?
Dic vt not.infrà, de immu.eccle.§.inquantum.ſub §.ſed nec illa
immunitas.

6 Qualiter feudum diſtinguatur. † Quod quidem
ita poteſt diſtingui.feudorum aliud dicitur paternum,aliud no-
uum:aliud etiam dicitur maternum ſeu fęmineum.Item feudo-
rum aliud eſt cum fidelitate,aliud ſine fidelitate.Item feudorum
aliud eſt conditionale, aliud non. Item feudorum aliud perpe-
tuum, aliud non.Item feudorum aliud habet propriam feudi na
turam,aliud non Feudum paternum dicitur, quod à quocunq;
de maioribus eſt acquiſitum,hoc eſt ab eo parente,qui fuit agna
tionis cōis.ut in conſtit.feud.de gradibus ſuc. in feud.cap.1.& de
natura ſuc.feud.circa principium.Nouum feudū dicitur, quod
de nouo eſt acquiſitum, ut in conſti.feud.per quos fi.inue.& per
quos recip.cap.1.§.noui uerò feu.& qui teſtes ſunt neceſſarij ad
probandam nouam inueſti.c.1.circa fin Maternum autem feu-
dum ſiue fœmineum dicitur, quod per fœminam acquiſitū eſt,
in conſti.feu. de beneficio fœminæ.c.1. & de natura ſuc.feu.c.1.
licet ſecundum vſum regni non debeat feudum uocari mater-
num,ſed paternum:in conſti feud. an maritus uxo.in bene.ſuc.c.
1.ſi fœmina feudum.Cum fidelitate dicitur illud,de quo fideli-
tas iuratur,uel iurari debet:& intelligas, ꝙ de omni feudo debet
fieri fidelitas, niſi per pactū remittatur.nec enim debet aliàs fieri
inueſtitura,niſi fidelitas debeat inde ſequi,niſi,ut dictū eſt,per pa
ctum remittatur, ut in conſtitu feu. per quos fiat inueſtitura,&
per quos recip.cap.1.Sine fidelitate aūt feudum dicitur illud,de
quo ſacramentū fidelitatis fieri non debet, puta quia per pactū
remiſſum eſt,quod fieri poteſt,ut in prædicto cap.nulla.in fin.&
quæ fuit prima cauſ.benefic.amitt.§. eſt & alia ingratitudo. in fi.
Feudum conditionale eſt illud, quod datur ad certum ſeruitiū,
uel ad conditionē certam faciendā,quod fieri poteſt, ut in con-
ſti.feu. in quibus cauſ.feu.amit.ca.1. in fin.& de cap.qui curiam
uen.ca.ulti.ſimiliter poteſt,&c.inde eſt quod aliàs dicitur,quòd
ſi uaſallus negauerit conditionē feudi quòd ipſum amittere de-
bet.ut in conſtitu.feud.ſi de feud. controuerſia fuerit.ca.uaſallus
ſi feudū.Non conditionale feudū dicitur illud, quod ſine aliqua
conditione datur, ut ex præmiſſis patet. Perpetuum feudū dici-
tur illud,quod tranſit ad hæredes, ut in conſtitu.feud in quibus
cauſ.feud.amitta.c.1.in fin.Non perpetuū uerò feudū dicitur il-
lud,quod non tranſit ad hæredes.Sunt enim quædā feuda, quæ
ad hæredes non tranſeunt,ut in conſtit.feu.de feu. Marchiæ.c.1.
qui.mo.feud.conſti.poteſt.c.1.& tale non poteſt in dotē dari.j.
de dona.inter uir. & uxo.nuper. Feudum autē quod habet pro-
priam feudi naturā,dicitur illud,de quo uaſallus non poteſt diſ-
ueſtiri ſine culpa.in conſti.feu.de natura feudi.c.1.Itē quod ad hę
redes tranſit,uel quod ita datur,ut ipſe habeat, & eius hæredes,
aut cui in feudū dederit.in conſtit.feud.de feu non habente pro-
priam feudi naturā.c.1.ſi quis ea.l.alicui.Feudum uerò quod di-
citur non habere propriā feudi naturam, dicitur illud quod ita
datum eſt, ut ipſe & ſui hæredes habeant, aut cui dederint, ut in
prædicto tit.&c. Item quod ſine inueſtitura eſt acquiſitū.in con
ſti.feu.quib.mod.feud.conſtitui poteſt.cap.1. Item feudū guar-
diæ & caſtaldiæ in conſti.feu.de feu.guardiæ.c.1. Item quod nō
tranſit ad hęredes,ut feudum Marchię,Ducatus, & Comitatus,
ut in conſtitu.feu de feu. Marchiæ.c.1.

7 Qualiter feudum conſtituatur, † &
acquiratur? Et vtique feudum conſtituitur uno modo,ſicut ha
beat propriā feudi naturā in conſtit.feud.quib.mod.feud.conſti
tui poteſt.capi.1. Acquiritur autē feudum pluribus modis. Ac-
quiritur enim inueſtitura,uel eo quod habetur pro inueſtitura.
acquiritur etiā ſucceſſione, ut in conſti.feu.de feudi cognitione.
§.ſciendum eſt.& de conſue.recti feu.cap.ſciendum.Inueſtitura
enim acquiritur feu. puta cùm aliquis tradit poſſeſſionē alicuius
rei immobilis alicui nomine feudi corporaliter, & tunc propriè
dicitur inueſtitura. propriè enim dicitur inueſtitura poſſeſſio.
abuſiuè autē dicitur inueſtitura, quando haſta uel aliud corpo-
reum quodlibet porrigitur à domino ſciente ſe inueſtiturā face-
re,ut in conſti.feud quid ſit inueſti.in princ.Et bene dixi, alicuius
rei immobilis, quia feudū ſiue beneficiū non poteſt conſiſtere,
niſi in rebus ſoli,aut ſolo cohærentibus, aut in his quæ inter im-
mobilia cōputantur,ueluti cùm de camera, ſeu de caneua feud.
datur, ut in conſtit.de feud.cogn.cap.ſciendū.in prædictis enim
rectè feudū conſiſtit,niſi ſit res cuius alienatio ſit prohibita:nam
illa non poteſt per beneficiū dari,niſi in caſu,ut in conſtit.feud.
per quos fi.inueſtit.& per quos recip.§.ſed & res. Eo autē quod
habetur pro inueſtitura acquiritur feudū, puta cùm dominus di
xit alicui corā curia, Vade in poſſeſſionē illius fundi, & ipſum te
neas pro feud.licet enim non interceſſiſſet inueſtitura,tamen ta
le eſt,ac ſi interceſſiſſet.in li feu.de conſue.re.feu c. ſciendū itaq;
poſt titu.qui teſt.ſunt neceſſar. Veruntamen hoc tale feudū non
habebit propriam feudi naturam, cùm in eo nullus ſuccedat.in
conſtitu.feud.quib.mod.feud.conſtitui poteſt.c.1.ſed fortè me-
lius eſt, ꝙ dicamus, ꝙ propriā feudi naturā habeat, & ꝙ in eo ha
beat locum ſucceſſio.nec obſt.prædictū ca.proxi.inductū, quo-
niam ibi nō dixit dominus corā curia ut ingrederetur poſſeſſio-
nem,ſed aliàs fortè eam nactus fuit de uolūtate domini. Acqui-
ritur aūt alio modo feudū, ꝙ habetur pro inueſtitura, puta præ-
ſcriptione: ut ſi quis poſſedit feudum aliquod per 30.an.tanquā
ipſum haberet in feudum, & ſeruitium domino exhibuit:quam-
uis enim de eo nunquam fuerit inueſtitus.tamē rectè in eo, tan-
quam in feudo tuebitur præſcrip. prædicta 30. an. ut in conſtitu.
feud.ſi de feudo controuerſia fuerit.ca.ſi quis per 30.an. Per ſuc
ceſſionem autem acquiritur feudum, non quidem ex teſtamen-
to, ſed potius ab inteſtato. nec enim ualet aliqua ordinatio de-
functi in feudo facta,ſiue legatum, ut in conſtit.feud.de ſuc.feu.
in princ.& qualiter olim poterat feud.alie §.donare autem. Na-
tura enim ſucceſſionis talis eſt, quòd aſcendentes non ſuccedūt
in feudo,puta pater filio,ut in conſtitu.feud. de natura ſuc.feud.
capitu.1.in princip.Deſcendentes uerò ſic,& primò quidem fi-
lius patri, & non filia. Item nepos ex filio, & non neptis, & ſic
vſque in infinitum,ut in conſtitu.feud.de feu.fœminæ.capitu.1.
& §.filia

& §. filia uerò. & de gradibus suc. in feu. c. 1. & qui feu. dare poss. § hoc quoque sciendũ est. Posteà uerò succedunt collaterales, & primò fratres cũ fratrũ præmortuorũ filijs, deinde agnati ul teriores olim vsque ad fratres patrueles, hodie uerò vsq; ad sep timũ geniculũ, imò vsque ad infinitũ. in libro feud. q debe. suc. in feud. c. 1. Et bene dixi de agnatis, quoniam ad cognatos feudi successio non pertinet, ut in constit. feud. de suc. feu. c. 1. in fin. & hæc vera sunt, scilicet quod succedunt collaterales in feudũ, scilicet si fuerit paternũ feudũ in alio eni non succedunt, nisi per pactũ. ut in prędicto tit. &c De consuetudine imperii non succedit, ni si filius descendens, imò reuertitur feudũ ad Imperatorẽ, & ipse confert cui vult: sic uidi hoc, quando fui in Alemania, per proce res iudicari. Quod aũt dixi de filio, quod succedit patri in feudũ, in telligas uerũ esse de legitimo ab initio, non adoptiuo, nec de na turali. Adoptiui enim filij, item naturales, licet postea effician tur legitimi ad successionem feudi, nec soli, nec cum aliis vocan tur, ut in constitutionib. feudorũ. si de feu. controuersia fuerit. c. adoptiuus. & c. naturales. Itẽ hoc intelligas uerũ esse de tali legi timo, qui non sit natus de vxore secunda morganatica lege ac cepta. Dicitur autẽ lex morganatica, quando aliquis habens libe ros de prima vxore mortua ducit secundam, tali pacto interpo sito, quod nec ipsa, neque filii succedãt, nec de bonis patris habeat, nisi quantũ accepit tẽpore sponsaliorum, alias dicit lex Salica: & talis non succedit in feudum, nec in proprietate, priorib. ex tantib. ut in constit. feud. de filiis natis de matrimonio ad mor ganaticã legem cõtracto. ante titulum de feudo fœminæ. c. qui dam habens filium. & si de feudo controuersia fuerit. c. filii nati. Item hoc verum est de tali legitimo, qui fuit natus ex secundo matrimonio, quoniã ille excluditur à filio ex priore matrimo nio nato, scilicet, in feudo materno, etiã quod iniquum uidetur vt in constit. feud. si de feud. controuersia fuerit. capitu. mulier habens feu. vel dic, quòd illud intelligitur de filiis morganaticis quod forte verius est.

8 In quibus casibus † mulier in feudum succedat. Et quidem regulariter filia non succedit, ut not. s. eod. §. qualiter feudũ constituatur. uersicu. descendentes. nam proles fœminei sexus, uel ex fœmineo sexu descendens, ad hu iusmodi successionem aspirare non potest, vt in constitut. feud. de gradibus suc. in feu. c. 1. circa princip. licet eñ filiæ ut mascu li, succedãt legib. à successione tñ feud. remouent & earũ liberi, ut in constitu. feu. qui feu. dare poss. & qualiter acquir. §. hoc autẽ notandũ est. Et hoc intelligas uerũ esse, nisi ea conditio ne uel pacto fuerit feudũ acquisitũ, ut filii & filiæ succedant, & etiã tunc demùm succedet filia, si masculi non extiterint: alias non, ut in constitutio. feu. de gradibus suc. in feu. in fi. c. 1. & Epi scopũ uel Abbatẽ. in fi. de suc. fœminæ. § filia uerò. Nec eñ pa tet locus fœminæ in feu. successione, donec masculus superest ex eo qui primus accepit, ut in constit. feu. q sibi vel hæredibus suis masculis & fœminis inuesti. accepit. c. qui sibi. Item hoc ue rũ est quod non succedit, nisi feudũ fuerit fœmineum: tunc eñ in quodã succedit filia patri & matri in feudo, ut in cõstitutione feudo. de natura suc. in feu. c. 1. in prin. licet videat contra dicere qd legitur in consti. feu. de bene. feu. c. si fœmina. Itẽ uerũ est, quod nõ succedit, nisi ipsa post mortẽ patris redimeret beneficium à do mino, uel nisi dominus inuestierit eam de beneficio patris pp ser uitium & amorem patris: tunc enim non poterit reuocari ab vl lo ex parentibus suis. in consti. feudo. quemadmodũ feu. ad fili am perti. c. 1. Et hæc vera sunt, quod feu. acquiritur per successionẽ nisi fuerit tale feudum, in quo nullus succedit, sicut est feudum Marchiæ vel Ducatus, uel alicuius Comitatus, uel alicuius Rega lis dignitatis, de quo Imperator fecit inuestituram: nam in eo nullus succedit, nisi ab Imperatore fuerit iterum inuestitus, ante quam morte vasalli finiatur: ut in cõstitutio. feud. de feud. Mar chię. capitulo primo. licet hoc hodie sit vsurpatum in constitu tione de feud. alien. in fin. Item nisi fuerit feudum sine inuestitu ra ab initio acquisitum, in quo nullus succedit, ut in constit. feu. quibus modis feud. constitu. potest. cap. 1.

Per quos fieri possit inuestitura, 9 † & per quos possit recipi, & corã quibus testibus fieri debeat in uestitura? & vtiq; fieri põt tam à fœmina, q̃ à masculo, ẽt de no uo beneficio vt in consti. feu. per quos fi. inuesti. & per quos reci. §. fœmina quoque. Potest ẽt fieri inuestitura tam à minore 25. an. q̃ à maiore cũ distinctione tñ, quia refert vtrum fiat inuestitura de veteri beneficio, an de nouo. si quidem fiat inuestitura de ue teri beneficio, tũc si fiat à minore, ualet & tenet. si uerò de nouo secus: nec eñ potest inuestitura de nouo beneficio rectè fieri, ni si ab eo qui legitimã bonorũ suorum administrationem habet, q eñ qualibet ratione de bonis suis prohibet alienare, is, nec per feudum inuestiturã potest facere. in consti. feu. per quos fi. inue sti. & per quos reci. in prin. & §. noui uerò feudi. Hodie autem vi detur per constitutionem Federici, sacramenta puberum: quod si minor pubes iurauerit se non venturum contra nouam inue stiturã, q̃ fecerit, quod bene valeat inuestitura. Persona uerò eius q inuestit non est distinguenda, quoniam ẽt seruus põt de feudo inuesti ri, nisi ignorantia prætendat à dño, scilicet q dicat se ignorasse eũ seruũ, quando eum inuestiuit: tunc enim forte non valeret inuesti tura. Item nõ interest, utrũ per te facias inuestiturã uel recipias an per alium. potest enim hoc negocium per procuratorem ab utra que parte expediri ut in constit. feud. per quos fi inuesti. & per quos reci. §. personam uerò inuestituram accipientis, &c & ar gumen. supra, de præben. accedens. Restat igitur, ut uideamus coram quibus testibus fieri debeat inuestitura. quo quidẽ casu distinguendũ est. aut eñ fit inuestitura de nouo beneficio, aut ue teri. Item aut à laico, aut à clerico. Item aut dominus habet pa res, aut non. Si quidẽ fiat inuestitura de nouo beneficio & à lai co, & pares habeat, ille q inuestit coram eis saltẽ duobus uel tri bus fieri debet, & si fiet inde breue testatũ, ab eis debet confir mari, Sed secundũ Mediolan. sufficit, quod ab extraneis confirme tur, ut in consti. feud. quid sit inuestitura. c. 1. & 2. & qui testes sunt necessarii ad probandum nouam inuestiturã c. 1. & c. seq. Vnde si postea emergat controuersia inter dominũ & vasallũ domino in possessione feudi constituto, & negante se inuestitu ram fecisse, siue factam fuisse, tunc vasallus probabit per illos pares, qui interfuerunt inuestituræ, uel per breue testatum supra dicto modo: & si pares noluerint iurare, tunc dominus debebit eos compellere iurare: si autem noluerit compellere, tunc ua sallus poterit etiam per extraneos probare inuestituram esse fa ctam. ut in lib. feud. quid sit inuestitura. §. si enim. Si autem extra nei noluerunt iurare, Comes vel populus debebit eos compel lere: quòd si Comes uel populus non compellat eos, tunc vasal lus cum misso domini ad Imperatorẽ ibit: & quod Imperator iudicauerit, seruabit, in consti. feu. si de feud. inuest. inter dñm & vasallum lis oriatur. c. 1. Super probatione autem inuestitu ræ dic vt plenius not. in distinctione quæ fit in li. feu. qd sit inue stitura. c. 1. quæ sic incipit, Circa hunc articulũ talis est facienda distinctio: aut agitur de nouo. &c. Et hæc vera sunt, scilicet quod fieri debet inuestitura corã paribus, cũ dominus pares habeat, & præsentes sunt, idem & si absunt: quoniam expectari debent donec præsentes sint, aliter enim non valeret inuestitura in li. feud. de consue. rec. feu. cap. 1. in fin. Sin autem dominus non habet pares, tunc sufficiat, si fiat inuestitura de nouo beneficio coram extraneis testibus, ut in prædicto titul. & capitu. Et hęc uera sunt, quando inuestitura fit de nouo beneficio: sin autem fiat inuestitura de ueteri beneficio, tunc indistinctè coram omnibus siue paribus, siue extraneis fieri potest inuestitura. in lib. feu. qui test. sunt necess. ad proba. nouam inuestituram. ca pitul. primo. & hæc vera sunt, cum laicus inuestituram facit. Sin autem clericus facit inuestituram, tunc sub dist. quia aut facit inuestituram de rebus ecclesiæ, aut de suis propriis re bus. Siquidem facit inuestituram de rebus ecclesiæ, tunc in differenter possunt testes adhiberi, siue pares siue extranei. & hoc ideo, quia huiusmodi clerici sæpe absconsè faciunt in uestituram feudi, sine præsentia suorum confratrum. ut in lib. feud. si de inuesti. inter dominum & vasallum lis oriatur. §. si au tem se uenturum. Sin autem facit clericus inuestituram de rebus propriis, tunc eadem sunt obseruanda, quę seruantur in inuestitura laici. in lib. feud. qui test. sunt neces. ad proban. nouam inuestituram. capitul. primo. Sed hodie clericus de rebus ecclesiæ nullam inuestituram facere potest, nisi se cundum quod nota. supra, eodem. §. quis possit consti tuere.

10 Quid sit † fidelitas, [a] & à quibus fieri debeat, & qualiter sit facienda. Et vtique fidelitas nihil aliud est, nisi iusiurandum quod à vasallo præstatur, siue fit domino post inuestituram. debet enim præcedere inuestitura fidelitatem, & non fidelitas inuestituram, ut in lib. feu. quid præcedere debeat, an inuestitura, an fidelit. capitul. primo §. fidelitatem. Et hoc verum est, quòd statim debet sequi fide litas post inuestituram, nisi per pactum fidelitas sit remissa, quod fieri potest, ut in li. feu. per quos fi. inuestitura, & per quos re ci. c. nulla. & quæ sit prima caus. benefi amit. §. est & alia ingrati tudo.

ADDITIO.

a Quid sit fidelitas. ¶ Adde quot modis capit fidelitas. vide per Bar. extrau. ad reprimendam inopiam. & in cap. 1. quid præcedere debeat, an inuestitu ra, an fidelitas. & ibi Ia. Alua. & Ca. Alex. in vsibus feu. Et quid continetur nomine fidelitatis. vide per Do. in c. ego N. de iureiur. c. de forma. 22. q. 5. & per Do. in c. j. de feud.

tudo Filij verò omnes fidelitatem facere debent, ut in li. feud. si de feu. cōtrouersia fuerit. c. omnes filij. & de prohibita feu. alie. per Fede. l. vnica. §. præterea ducatus. Et hæc uera sunt, nisi per pactū sit remissa, ut s. dictū est uel nisi sit minor impubes. q non cogit eā facere, donec venerit in maiorē ætatē, ut i li. feu. si de feu. cōtrouersia, fuerit. c. si minor. & seq. si qs. decesserit. Sed nunqd fidelitate facta, & iurata dño, dēt fieri iterū successori? Dic ut no. s. de iureiuran. §. quō cēseat. sub. § cui. uer. & not. q licet quilibet vasallus. & præ. Fieri autē fidelitas ita debet: Iuro ego ad sancta Dei Euangelia, q amodò in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus dño: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, pādam alij me sciente, ad eius detrimentum. & hoc sufficit in sacramento vasalli. Sin autē domesticus, id est familiaris eius sit, cui iurat, uel si ideo fidelitatē iurat, non ut feudū habeat, sed quia est sub iurisdictione eius cui iurat: tunc nominatim vitam, membrū, & illius rectum honorem iurabit, secūdū quod hæc dicuntur in li feu. qualiter vasallus iurare debeat. c. 1. Not. igitur, q licet aliquis fidelitatem faciat, & iuret alicui, non propter hoc sequitur, q ab eodem teneat in feudum bona sua, ut patet ex præmissis: sed nec omnis ille qui tenet feudū, adstringitur ad fidelitatem faciendam, ut patet in his quæ no. s. eo. § qualiter feudū distinguat, uers. sine fidelitate, & præce. Est autem sciendum, q ille, qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex semper in memoria habere debet: Incolumem, tutū, honestum, vtile, facile, possibile. debet etiā alia duo domino suo præstare, scilicet consilium & auxilium, si beneficio vult videri dignus, & fidelitate esse securus. vnde uersus:

Incolumem, facile, tutum, quoque possibile, honestum.
Vtile consilium, fidus dabit, auxiliumque.

Incolumem, ne, scilicet sit in dānū domino suo de corpore suo. ergo omne uenenum, omnē infirmitatē, mortem, captionem, & omnem corporis læsionem vitabit. *Facile*, ne, scilicet id qd' dominus facere intendit, & de facili pōt facere. reddat ei difficile, sicut multi faciunt hoc latenter procurando. *Tutū quoq;*. ne sit ei in damnum de secreto suo. ne, scilicet alicui reuelet in detrimētum suū, hoc est alicui q posset obesse uel de cōiurationib. suis, per quas tutus potest esse. ne, scilicet ipsas prodēdo reddat, sed subueniat & defendat. *Possibile*. i. possibile, ne scilicet id quod dominus facere intendit, & ei possibile est, sicut no. in cōsimili. s. eod. uersicu. facile. *Honestum*. ne sit ei in damnum de sua iusticia, uel de aliis causis, quæ ad honestatē pertinēt, sicut ne vxorē uel filiā dehonestet. ne carmen famosum, uel aliud verbum, uel factum, per quod fama domini suggillari posset, cōponat, dicat, vel faciat, nec audiendo, uel dissimulando cōsentiat. *Vtile*, ne sit ei in damnum de suis possessionibus, quinimò ne in aliquo vtilitatē ipsius impediat, sed ipsam fieri bona fide procuret. *Consilium*, quo ad verbum. *Fidus dabit*, id est, fidelis vasallus. *Auxiliumque*, scilicet de persona & rebus. ergo corde, ore & opere debet vasallus domino subuenire, abstinendo à malo & faciendo bonū, sed in his omnibus fideli suo dominus vicē debet. ut no. j. e. §. quibus modis. ver. fin. & ut omnia hæc probantur in li. feu. de forma fide. cap. 1. 22. q. 5. de forma. s. de iureiurand. ego. j. de excess. præla grauem. & licet pro alijs extraneis non debeat quis esse in iudicio contra dominū. s. de postulando. cap. fin. & tamen pro se & suis hæredibus pōt petere, & defendere ius suum, ut arg. s. de iureiuran. petitio. ergo supradicta extra iudicium intelliguntur. Est & alia de nouo sup fidelitatis iuramento forma inuēta, & vtentium approbata consuetudine quæ hodie in omni ferè curia vr obtinere, hoc scilicet, Ego Titius iuro super sancta Dei Euangelia, quòd ab hac hora in antea usq; ad ultimū uitæ meæ ero fidelis tibi Caio domino meo, cōtra omnem hominem, excepto Imperatore, uel Rege qd' uerbū si rectè intelligatur, nulla indiget adiectiōe, sed integram & perfectā continet in se fidelitatem, sed propter simplices & nominis & significationis ignaros, ad illius uerbi interpretationem hæc adiici solent: Iuro q nunquam scienter ero in consilio, uel in facto, q tu amittas vitā uel membrum aliquod, uel tu recipias in personam lęsionem aliquam, uel iniuriā, uel contumeliam, uel quòd tu amittas aliquē honorem quem nunc habes, uel in antea possidebas: & si sciuero, uel audiero pro aliquo, quòd aliquis velit aliquod istorū cōtra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum præstabo: & si impedimentum præstare nequiuero, quàm citò potero tibi nunciabo: & contra eum, prout potero, tibi meum præstabo auxilium. & si contigerit te rem aliquam, quam habes, uel habebis, iniustè uel casu fortuito amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatā omni tēpore retinere: & si sciuero te uelle iustè offendere aliquē, & inde specialiter uel generaliter fuero requisitus, meū tibi, sicut potero, præstabo auxilium. & si aliquid mihi in secreto manifestaueris: illud sine tua licentia nemini pandā, uel per quod pandatur faciam: & si consilium meum super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo consilium quod mihi uidebitur tibi magis expedire, & nunquam in persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam iniuriam uel contumeliam. secundum quod hæc omnia ita de uerbo ad uerbum continentur in lib. feu. de noua. fi. for. c. est & alia & est, scilicet post rubricā illam, de forma fidelitatis. ad idem s. de iureiuran. ego. & lxiij distin. tibi domino. In quibusdam tamen consuetudinibus non inuenitur. Rectè autem ponitur in supradicto sacramento de nouo inuento uerbum illud, contra *omnem hominē*. quoniam uasallus contra omnes homines debet dominum iuuare, etiam contra fratrem & filium, nisi contra alium dominum antiquiorem. hic enim cæteris est præferendus, ut in lib. feud. hic finitur lex: deinde consuetud. scilicet regni, incipiunt capitula in illo c. contra omnes. ad idem in his quæ no. s de iureiuran §. quot comites. uersicul. item si duo iuramenta. & ideo rectè fiet, si in sacramento expressim excipiatur antiquior dominus, si alium habet dominum ille qui iurat. quòd autem persona Imperatoris nominatim debeat excipi in omni sacramento fidelitatis, expressim dicitur in li. feu. de prohi. feu. alie. per Fede l. Imperialem. §. illud quoque præcipimus. Item illud uerbum, *Et si sciuero te uelle iustè aliquem offendere, &c.* quod in prædicto sacramento continetur, similiter rectè ponitur: quoniam non tenetur uasallus dominum adiuuare, si uelit aliquē offendere, nisi ad domini defensionem, uel nisi dubitetur utrū iustè, uel iniustè guerrā faciat. tunc enim tenetur eum adiuuare, licet quidam dixerint, quòd cum quadam distinct. tenetur eum adiuuare. in li. feu. hic finitur lex. c. 1. & iunge hic quod not. s. de treug. & pace. §. quod sit iustū bellū. & hęc vera sunt, quòd tenetur dominū adiuuare, sicut suprà dictum est, nisi dominus sit excommunicatus, uel aliàs à Rege bannitus, quoniam interim vasallus est à sacramento fidelitatis absolutus, ut in prædicto titu. & c. Quod verò sequitur in dicto sacramento, *Et inde specialiter uel generaliter fuero requisitus*, & c. non sine ratione ponitur, quia vasallus non tenetur offerre seruitium domino, quātocunque enim tempore stetit quòd domino non seruierit, ob hoc non amittit feudum, dum tamen domino petenti seruire paratus sit. si tamen sciuerit domino magnum periculum imminere, putà mortem, vel captionē, vel quid simile. tunc enim vltrò se ei offerre debet, ut in lib. feu. hic finitur l. c. ad hoc. & si de feu. contro. fue. ca. licet vas. & an ille qui interfecit fratrē, feu. amitt. c. non cogitur. Inuestitura verò facta & fidelitate subsequuta, omnino cogetur dominus inuestitum in vacuam possessionem mittere: q si deferat, omnem vtilitatē ei præstabit, ut in li. feu. de noua fid. for. c. inuestiturā. nec liberabitur dominus præstando interesse, si pœniteat inuestiturā fecisse, ut in li. feu. si de feu. controuersia fuerit. c. si facta. ex pręmissis ergo uidetur, quòd dominus nullam retineat possessionem, ex quo tenetur uasallo darę uacuā possessionem, aliàs enim non esset uacua, si aliquam retineret. ad hoc enim pertinet uacui appellatio, ut nullus sit in poss. ut ff. de actio. empt. & uend. l. 2. in fi. Sed dic, quòd dominus retinet ciuilem possessionem, & uasallo tradit naturalē, tenetur enim tradere uacuam, scilicet ut nullus sit potior uasallo in ipsa possessione naturali, quantū ad perceptionē fructuum, cùm vasallus quasi fructuarius intelligatur, ut in li. feu. in quibus causis feud. amitt. circa prin.

Quod ius acquiratur vasallo

11 † facta inuestitura. Facta aūt rectè inuestitura alicuius, & rei possessione tradita, uasallus hanc habebit potestatē scilicet. qa tanquā dominus poterit illam rem à quolibet possidēte quasi uindicare: & si ab alio eiusdem rei nomine conueniatur, defensionē poterit opponere, ut in lib. feu. de inuest. rei alien. §. rei autē. Quam actionem habebit: utilem ad ipsam rem uendicandam, in li. feu. si de feud. contro. fue. inter uas. & alium. ca. si causa inter uas. Vnde hic quæri posset, utrum uasallus habeat dominium ipsius rei saltem utile. quod quidem uidetur, cùm habeat utilē actionem, & tanquam dominus possit rem quasi uindicare, ut supra dictum est, sicut & aliàs dicitur de superficiario, cui datur utilis actio. ff. de rei uend. l. superficiario. & l. se. de pig. actio. l. tutor. §. ultim. aliàs incipit, l. sed & sciens. Idem etiam dicitur & de emphyteuta, & de eo qui non ad modicum tempus fundū conduxit, quibus datur utilis in rē actio. ff. si ager uect. uel emphyte. pet. l. 1. §. ulti. & l. ulti. Ecōtrà uidetur, q non habeat aliquod dominium, sed penes dominum remaneat. nam cùm dominus facit inuestituram alicuius beneficii, proprietas remanet penes eū, & usus fru. trāsit ad inuestitum, & eius hæredes in li. feud. in quibus caus. feu. amitt. circa princ. Quamuis enim per beneficium ad eum res in feudum sibi data pertineat, tamen proprietas ad alium spectat. in li. feud. de inuesti. rei alie. c. rei autē. nec obstat q habeat utilem actionem, siue quasi uendicationem, quia per

hoc

hoc non dicitur, quòd habeat aliquod dominium, nam & aliq̄n datur vtilis rei vendicatio ei qui non eſt dn̄s directus, nec vtiliter, ſicuti eſt ille cui datur Publiciana. Inſt. de actio. §. ecce plerunq; & ff. de Publiciana. per totum. hoc ēt vr̄ innui ex prædicto c. rei autem. cum ibi dicatur, ꝙ tanquam dn̄s poſſit quaſi vendicare: quaſi dicat, ſicut dn̄s poſſit eam vendicare, ita ipſe poterit eam quaſi vendicare, & ſic videatur ab eo quaſi excludere dominium. quicquid tamē ſuperius ſit allegatum, ſatis videtur dici poſſe, ꝙ habeat vtile dominium ad exemplum prædictorum. ſed dominus meus dicit, ꝙ vtile dominium eſt chimera.

Quibus modis ſeu cauſis feudum

amittatur. Multis de cauſis amittitur feudum, ſeu non retinet. Amittitur enim feudum aliq̄n ꝑꝑ caſum, Aliq̄n ꝓpter religionem, Aliq̄n ꝑꝑ incuriam, ſeu negligentiam, Aliquando ꝑꝑ culpam, quæ non propriè dr̄ Felonia. Aliquādo ꝑꝑ Feloniam, quæ reſpicit dominum. Aliquando quæ reſpicit alium, & non dominum. Item cùm propter Feloniam vel culpam amittitur, Aliquando propter ſuam, Aliquando propter alienam, Aliquando etiam ſine culpa amittitur feudum, quod eſt dignum no. ¶Propter caſum autem amittitur feudum, ſeu non retinetur, puta ſi vaſallus efficiatur mutus, ita ꝙ nullo modo loquatur. Veruntñ ſi feudum magnum fuerit, quo ei ablato ſe exhibere non ualeat, tantùm ei relinqui debet de dicto feudo, vnde ſe poſſit alere. in li. feu. epiſcopum uel abbatem, & c. c. mutus. ſic & prouidetur prælato depoſito, vel remoto, uel inhabili facto. 50 diſt. ſtudeat. ſ. de cle. debil. min. tua nos. ſ. de renun ad ſupplicationē. Et hoc intelligas verum eſſe in feudo, quod non eſt paternum, ſed nouum. ſin autem paternum, tunc mutus, ſurdus, cæcus, claudus vel aliàs imperfectus, totum retinebit. Quidam tamen dixerūt eum qui taliter natus eſt, feudū retinere non poſſe, quia ipſi ſeruire non valet, in lib. feud. an mutus vel aliter imperfectus feu. reci c. mutus. ¶Propter religionem verò amittitur feudū, puta cùm vaſallus efficitur clericus, ſiue conuerſus: quia cum factus ſit miles Dei, deſinit eſſe miles ſeculi: nec pertinet beneficium ad eum q̄ non ſolet officiū gerere, in li. feu. de eo qui arma bellica depo. c. 1. & an mutus vel aliter imperfectus feud. reti. poſ. c. mutus. in fin. & ſi de feu. controuerſia fuerit. c. ſi clericus. Imò etiam ſi fuerit paternū, in eo non ſuccedet, licet illū habitum poſtpoſuerit, in lib. feud. de bene. fœmi. c. ex hoc illud. ¶Vtrum autē eccleſia poſſit habere feudum. dic ut not. ī. de iure immu. §. inquātum. ſub. §. ſed nec illa immunitas. ¶Propter incuriam aūt ſeu negligentiā amittitur feudū, puta, ſi hæres vaſalli ſtetit poſt mortem ipſius vaſalli per annum & diem, ꝙ non petierit à dn̄o inueſtituram feudi, pollicendo fidelitatem, niſi per pactum fuerit remiſſa: uel ēt ſi ipſe vaſallus poſt mortem dn̄i eodem modo non petierit ab hærede domini. in li. feud. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. c. prima cauſa. & de ca. Corradi. c. 1. Et hoc verum eſt, dum tamen fuerit maior 13. ann. in lib. feud. de prohibita feud. alie. per Federicum. l. Imperialem. §. ſi quis infeudatus. ſecus enim eſſet, ſi eſſet impubes: cùm ipſe non debeat ad ſacramentum accedere. 22. q. 5. pueri. & c. paruuli. Nec cogatur fidelitatem facere. in li. feud. ſi de feud. contro. fuerit. c. ſi quis deceſſerit. Aliud tamen obſeruandum eſt in milite, qm̄ miles poteſt ſtare per annum & menſem, ꝙ non petat inueſtituram. in li. feu. quo tempore miles inueſti. pet. debeat c. 1. quod qualiter intelligatur, ibidē no. Et intellige hæc vera eſſe, ſi doloſè ſtetit per dictum tempus, quod non petijt. nam ſi doloſè non ſtetiſſet, tunc ſecus eſſet: & intelligetur abeſſe dolus, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit. in li. feud. de prohibita alie. feu. per Lot. l. qm̄ inter dominum. Tunc autem intelligitur iuſta cauſa impediri, cùm propter mortem, vel capitales inimicitias, uel infantiam, uel etiam ꝑꝑ abſentiam impeditur, in li. feud. quo tempore miles inueſt. peter. debeat. ca. 1. quod capitulum & alia plura ibi ſequentia & præcedentia credo fuiſſe Lotharij Imperatoris. ¶Propter culpam verò, quæ nō propriè poteſt dici Felonia, amittitur feudum, puta ſi dn̄s inueſtiturā pollicēdo fidelitatē petierit à vaſallo & illo nō præſtante, dn̄s tribus vicibus conueniente tempore interpoſito ad curiā propter hoc proclamauerit, & vaſallus tribus vicibus à ſuis paribus citatus iurare noluerit, dum tamen non ſit ſacramentū ꝑ pactū remiſſum in li. feu. quæ fuit prim. cauſ. bn̄fi. amit. §. eſt & alia ingratitudo. Sed nunquid minor in iſto caſu, & in ſuperiori reſtituetur in integrum, ſi reſtitutionem petierit, cum hoc ipſo uideatur læſus, ſcilicet quia inueſtituram intra tempus prædictum & fidelitatem non fecit, cum ab eo peteretur, & hoc ipſo debeat amittere feudum? Reſpondeo fortè ſic, non enim per conſti. feu. videtur illud beneficium, cum ibi hoc ſpecialiter non dicatur, quod ergo non mutatur, quare ſtare prohibetur. C. de teſta. ſancimus. & de ap. præcipimus. in fi. Audiui tamen, ꝙ in quibuſdam locis non auditur volens reſtitui: cum lex indeterminatè loquatur. & facit pro hac via, quia non reſtituitur in delictis. ff. de minoribus. auxilium. & iunge quod not. ſ. de reſtitutio in integrū. §. in quibus. & ſeq. ¶Eſt & alia culpa, ꝑꝑ quam vaſallus feudum amittit: puta ſi infeudauerit feudum alia lege, quàm ꝙ ipſe habet, uel etiam in talem vaſallum, qui feudo ſeruire non poteſt. in li. feu. de lege Corra. c. ex eadem. l. deſcendit. ¶Propter Feloniā aūt, quæ non reſpicit dominum, amittitur feudum quando vaſallus interficit fratrem proprium, uel filium fratris, uel aliud crimen commiſit, quod parricidij appellatione cōtinetur, ad hoc, vt totam habeat hæreditatem, vel ēt hominem tradidit, ideo ꝙ in curia amplius ſtare non poſſit, in lib. feud. quibus modis feu. amit. §. item ſi fratrem. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. c. denique. Propter Feloniam autem quæ reſpicit dominum, amittitur feud. quando vaſallus reliquit dominum in prælio campeſtri, nō mortuum, nec ad mortem vulneratum: & propter alias multas ingratitudines, quæ enumerantur in lib. feud. quibus modis feud. amit. c. 1. & c. ſeq. & de feu. ſine culpa nō amit. c. 1. & c. 2. quas hic enumerare, nimis eſſet prolixum. ¶Sunt & aliæ ingratitudines, ſiue Feloniæ notandæ, quæ ſunt extra prædictos titulos poſitæ, per quas vaſallus amittit feu. puta ſi vaſallus negauerit feudum, parēmve, vel feudi conditionem. in li. feu. ſi de feu. controuerſia fuerit. c. vaſallus ſi feudum. & de l. Corradi. capit. ſi fuerit. Et hoc verum eſt, ſi ſciens negauerit: ſecus ſi ignorans, quoniam tunc ſubuenitur ei. in li. feu. ſi de feu. controuerſia fuerit, prædicto c. vaſallus ſi feu. Quid ſi vaſallus confiteatur ſe eſſe vaſallum, ſed non vult oſtendere feudum? Reſpondeo, poteſt compelli vt oſtendat, ut ff. de actio. emp. & ven. Titius. ff. de interrog. act. de ætate. §. qui tacuit. ff. de confeſſ. certum. ff. de cenſi. forma. reſponſ. 1. § 1. ī. de cenſib. peruenit Si non vult aliquo modo oſtendere, præſumitur quòd totum teneat in feudum. argumen. ff. ad legem Aquiliam. item. §. ſi plures. Quid ſi quis faciat certum cenſum pro toto patrimonio, puta 6. denarios, ſoluit per triennium quinque denarios tantum, vel faciebat 22. denarios, & gallinam, ſoluitur alterum tantum? Videtur quòd pro rata incidat in commiſſum argumen. infrà, de religio. domi. conſtitutus, in fine, ſuprà, de loca. & conduct. propter ſterilitatem. § vetrum. infrà, de teſta. Raynaldus. §. cæterum. & præcedenti. & in his quæ not. ī. eodem §. verſ. verum tamen pro ea parte. Item ſi vaſallus feudum alienauerit ꝯ conſtitut. Loth. vel Federici, ſeu Corradi, amittit feud. in lib. feud. de vaſ. qui ꝯ conſtitu. Loth. Regis beneficium ali. c. 1. & de prohibi. feud. alien. ꝑ Loth. l. 1. & de c. Corradi. c. 1. de prohib. feud. alien. per Federicum. l. Imperialem. Veruntamen pro ea parte tm̄ amittet, pro qua alienata erit, vt in prædicto titul. de vaſ. qui ꝯ conſtitu. Loth. & c. qm̄ non debet vltra progredi pœna, quàm reperiatur delictum. C. de pœnis, ſancimus. Nec proderit vaſallo, ſi poſt alienationem iniuſtè factam, ipſum recuperauerit ab emptore, cùm ſemel fuerit apertum dn̄o, ut in lib. feud. quid iuris ſit, ſi vaſal. poſt alien. feud. ipſum recuperet. c. præterea. Quod verum eſt, niſi vaſallus potuerit & voluerit iurare, ꝙ ignorans eſſe feud. ipſum vendidit tunc enim dabitur electio emptori cui potius velit ipſum reſtituere, vtrum dn̄o, an vaſallo & ſi vaſallo reſtitutum fuerit, vaſallus id beneficium reobtinebit, non nocente ei venditione, ideo quia ignorans eam fecit. qđ enim dr̄, ꝙ alienatum feudum dn̄o acquiritur, intelligendū eſt cū à ſciēte hoc venditur. Idem eſt & in oī alienatione, ut in lib. feu. ſi de feu. contro. fuerit. c. ſi vaſallus feudum alienauerit. Si aūt hoc non poſſit iurare, tunc dominus eū recuperabit, nulla ei præſcriptione obſtante. quia quod ab initio non valuit potuit tractu tēporis ꝯfirmari. in li. feud. de prohi. feu. alie. per Fed. circa finem primæ col. & de ca. Corradi. c. 1. Itē ſi vaſallus dominum accuſauerit, vel teſtimonium ꝯ eum tulerit in ciuili actione modica, vel criminali, ſimiliter amittit feudum: licet quidam dixerunt, ꝙ in ciuili cauſa poſſit teſtimonium ꝯ dominum dicere, vt in li. feud. de conſue. feudi regni. c. ſimiliter uaſallus. Item amittit vaſallus feudum ſi expeditione publicè indicta, vaſallus à dn̄o ſuo vocatus, vt ſecū in ea expeditione ad ſuſcipiendā Romæ coronā vadat, & nō venerit, nec alium pro ſe domino acceptabilē miſerit, vel ſtipendia militiæ ei nō dederit, puta dimidium reditus feudi vnius anni, vt in lib. feudo. de pace iur. firmanda. l. 1. §. vlti. de prohi. feu. alie. per Feder. Imperialem. §. firmiter etiam ſtatuimus. Huiuſmodi autem ſtipendia, aliàs dicuntur hoſtaditiæ per cap. Corradi. quæ tales erant, ꝙ vaſallus qui non ibat cum domino aſſociante Imperatorē Romam pergentem, eidem domino debebat preſtare in Lombardia 12. denarios de medio. in Alemania tertiam partem fructuum feudi illius anni, quo expeditio fiebat, ut in lib. feud. de ca. Corradi. §. ſimiliter in hoſtaditijs. ¶Propter Feloniam autem ſeu culpam alterius, & non ſuam, amittitur feudum, puta ſi vaſallus delinquat ſiue culpam committat, per quam feudum amittere debeat, quoniam tunc filij eius, & alij deſcendentes ſimiliter amittunt. in li. feu. ſi vaſal. feu. priuetur cui defera. feud. cap. vaſalli feud. & ſi de feud.

contro.

contro.fuerit.ca si vasal culpam. Imò etiam & agnati amittunt, licet fuerit paternum, si Felonia dominum respiciat, ut dominus habeat suæ iniuriæ vltionem. in lib.feud. quæ fuit pri.caus.benef. amit. §.deniq; licet quidam fortè dicant, ꝙ illud c. loquitur de feudo nouo, & non de paterno. ¶ Sine culpa verò amittit feudū, qđ est ualde notandum, puta si dñs infeudauerit allodiū suū, & postea eum contulerit alicui ecclesiæ. vel per oblationē fidelīū, vel per ꝯtractum emptionis & venditionis, uel ēt per aliū ꝯtractum, quū vasallus non poterit illud feudum retinere, nisi ꝑ gratiam illud ab ecclesia reciperet, tanquā nouū. ut in li.feud. de pace iur. fir.l.vnica.§.pe Sed nunquid tunc poterit vasallus ꝯ dñm agere, uel ad interesse, uel ut aliud eiusdē bonitatis feudū sibi debeat dare? Ita vr̄, ar.s̄.de p̄b.inter cætera.j.de iure pa.pastoralis. ¶ Posset aūt quæri, vtrū vasallus feudum amittat ipso iure, an per snīam? Et vr̄, ꝙ per snīam, non ipso iure: nec enim debet vasal. feudum amittere sine certa & conuicta culpa, & laudantia per iudicium parium suorum, ut in Lomb. de beneficijs, & c.tributis.l.vl. in li. feud. de feu. sine culpa non amit. capi.1. & quo tempore miles inuesti.pe.debeat.c.3.& iunge quod no.s̄.de lo.sub.§.quid sit de natura. ver. in simplicibus, & se. ¶ Est autem sciendum, quòd sicut vasallus amittit feudum propter culpam seu Feloniam, ita dominus amittit proprietatem feudi, si eam committat, ut in li. feud. si de feud.contro.fuerit.c.domino cōmittente.& qualiter dominus proprie priuetur. ex facto. nec mirum, cum dominus vicem debeat præstare vasallo in his quæ vasallus ei tenetur. in li. feu.de forma fid.capitu.1, in fin.[a]

13 **Apud quem, vel apud** quos iudices causa feu. debeat agitari,[b] & terminari. Distingue inter quos sit controuersia feudi. Aut enim est controuersia inter dominum & vasallum. Aut inter duos vasallos. Aut inter dominum, & alium, qui non est vasallus. Aut inter vasallum & alium, qui non est vasallus. Si quidem fuerit controuer. inter duos vasallos, coram domino debet agitari, in lib. feu. de prohi.feu.alie per Fed.§.præterea si inter duos. Sin autem inter dominum & vasallum, tunc coram paribus debebit fieri & terminari, ut ibidem & in Lombar. de bene. & c.tribut.l.vlti & in lib. feud. de controuer. feu. coram paribus terminanda. cap. si inter dominum. & de milite vasal. qui contumax est. cap. dominus uocat militem. Pares autem ita debebunt eligi: si enim consentiatur in eis eligendis, planum est: si verò dissentiatur, tunc dominus primò eliget quos voluerit, postea vasallus eliget secundum numerum à domino comprobatum, dum tamen à neutro eligantur pares, qui fidelitatem domino non iurauerint inuito altero eorum, in lib. feud. de contro. feud. coram paribus terminanda. cap. si inter dominum, debent enim pares, qui debent cognoscere, à domino suo debito fidelitatis coniurari, ut in consti. feu. de prohib. feud. alie. per Fede. l. Imperialem. §. præterea si inter. Iure autem cōsuetudinario aliter obseruabatur, qñ inter duos pares erat controuersia de feudo: quoniam tunc coram iudice, vel arbitro causa terminari debebat. ut in consti. feu. de lege Corradi. capit. si inter duos pares. nec enim poterit declinari eius examen. in const feud. de inuesti. in mari. facta. cap. illud tamen sciendum est. & an apud iudicem uel curiam domini causa feud. terminari debeat. cap. ex eo, quod suprà diximus. Vel dic, illa cap. loquuntur de illis qui non erant aliàs vasalli ipsius domini de alio feudo, nisi quia contendebant de eodem feudo, & quilibet dicebat ad se partem feudi pertinere, dubitatur tamen ad quem deberet pertinere. constitutio vero prædicta Fede. loquitur de illis qui alias erant vasalli ipsius domini, scilicet de alijs feudis & præterea vnus illorum debebat esse similiter eius vasallus de illo feud. licet dubitaretur quis eorum deberet esse. & ita secundum hoc dices, quòd potius sunt diuersi casus, quàm aduersi. & hoc, quando controuersia est inter dominum & vasallum, vel inter duos vasallos. Sin verò controuersia fuerit inter dominū & alium, qui non sit vasallus, puta emptorem feudi, vel alio modo possidentem ipsum feudum, uel etiam inter vasallum & alium non uasallum, tunc alius Iudex cognoscet sub cuius iurisdictione sit saltem reus, uel res ipsæ. Sed in hoc casu uidetur subuentum constitutionib. per ius canonicum: uult enim, ꝙ dominus feudi cognoscat, quando non vasallus conuenit vasallum. s̄.de iudi.cæterum.& de fo.comp.ex transmissa.& c. uerum. Quod verum est, si dñs feudi paratus sit de vasallo tenere iustitiam, aliàs in subsidium etiam ordinarius uel delegatus cognoscet. s̄.de fo. compe. ex tenore.& c. cum sit generale. Potest aūt hoc non absurdè intelligi, vbi tam petens q̄ vasallus confitentur hoc esse de feudo talis dñi, puta Titij: sed si alter neget, tunc durum esset, ꝙ dominus deberet cognoscere, quia iam esset Iudex in re sua. s̄ de fo.competen.si clericus. quod esse non debet. C. nequis in causa sua ius sibi dicat. in rubro, & in nigro. Quia tñ hoc in fraudem negari posset, ut declinaretur iudicium dñi, dici potest, ꝙ dñs eos compellet ad iurandum de veritate dicenda. ar. s̄. de proba. sicut consuetudo. quia malitijs occurendū est. ff. de rei uen. in fundo. s̄. de resc. plerunq; & c. nonnulli. Si ergo vterq; neget, cùm in hoc casu sit quæstio inter dominū & vasallum, cognoscent pares curiæ, ut s̄. dictum est: vel dic, si petens cōfiteatur, & possidens neget, cognoscet dñs, quia iudicium redditur in inuitum. ff. de verb. obl. inter stipulantem. Sed & si petens neget, uel vterq; negēt, tunc cognoscet iudex ordinarius, ut lites dirimantur, & circuitus tollatur. ff. si cer. pet. quidam. & j. de rescri. c. fi. & de or. cog. tuam. Cognoscere aūt potest de quæstione feu. s. an sit feudum, nec ne, & sic an sua sit iurisdictio nec ne ff. de iud. si quis ex aliena & si pronunciet feudum esse, remittet eos coram domino feudi qui de principali cognoscat, aliàs & ipse de principali cognoscet. arg. s̄. de rescri. dilectus filius I. Sarracenus. in fi & c. ab excōicato, & quicquid ibi no. siue de expressis, siue de alijs, potest huic materiæ adaptari. Sin autem vasallus, nō vasallū cōueniat, tunc semper ordinarius cognoscet, quia actor sequitur forum rei. ff. de fo. comp. si clericus. C. de fo. comp. iuris ordinem. cum enim iste casus consuetudinib. feudi non sit comprehensus, absq; calum. scripta strenuus aduocatus poterit super hoc. ut in consti. feu. de cog. feu. c. 1. est ar. ad hoc prædictum c. illud tñ sciendū est. & c. ex eo, quod s̄. diximus. & c. si inter pares duos. & de pace tenenda. l. vna, §. si duo homines. & §. se. Potest ēt hoc probari per eandē consti. R. imperialē. § præterea si inter. cū n. specialiter ibi loquatur de dño uasallo, uoluisse vr̄, ꝙ in alijs oīb. casib. ueteres leges debeant obseruari, s. ut alius iudex de eis cognoscat. qđ eīn non mutat, quare stare prohibet. C. de test. sancimus. nā quicqd. lege noua specialiter, nec vr̄ expressum illud reg. veterum legum, & constitutionū intelligitur relictum. C. de ap. precipimus. in fi. Tñ Gof. sic no. de hac materia. Si agitur inter duos vasallos, nec reuocat̄ in dubiū, quin res de qua agit. feudalis sit, tunc cognoscet dñs. s̄. de fo. comp. verū. & hoc, qñ dubitatur qs sit vasallus. interest. n. dñi hoc discutere, sic intellexit. s̄. de iud. cæterū. & c. nouit. s̄. de fo comp. ex tenore. & c. ex transmissa & l. imperialē. §. præterea. Sed si quæstio sit inter dñm & vasallū, vtrū vasallus debeat feudum perdere, uel habere, per pares curiæ, hæc quæstio finietur. Vbi verò aliquis se asserit dñm feudi, & petit se in dñm recognosci, possessor aūt negat, tunc coram ordinario loci agendū est, & non corā illo qui dicit se dñm, ne quis in cā sua iudicet. Quod si inter duos agatur, non de iure rei, sed de iure possessionis, puta quis ad quē uenerit possidentē, licet vterq; vasallus sit, & hoc confiteatur, non tñ coram dño feudi, sed corā ordinario uel delegato, hæc erit quæstio terminanda: sic intellexit s̄. de fo. cōpe. ex parte, s̄m Goff. tñ in multis locis de consue. semper cognoscit dñs in hoc casu, siue de possessione, siue de proprietate quæratur. Item quod suprà dixit ordinariū debere cognoscere, vbi aliquis petit se in dñm recognosci, planū est, si talis sit ordinarius qui hoc facere possit. Sed quid si quæstio sit inter archiepiscopū Vieneñ. & Comitē Sabaudiæ super re feudali, quæ ab Imperatore tenet̄ immediatè, certè nimis distat Imperator qui in tēporalib. Papa q in spiritualib. vtriusq; iudex est. ergo cōpromittāt. s̄. de of. dele. suspicionis cā. & de iud. qualiter. & de of. or. significauit. & de fo. compe. ex tenore. ad fi. aliàs nisi in defectū non vr̄ ꝙ vasallus possit cōpromittere in p̄judicium dñi, ne fortè habeat dñs vasallum quem habere nollet. ar. s̄. de fo. compe. significasti ff. pro socio. actione, §. societas. & l. qui admittitur. s̄. de fil. presby. proposuit. nam & prohibere potest dñs, ne coram alio respondeat. s̄. de fo. compe. ex transmissa. sic & clericus in his quæ tangunt gubernationē ecclesiasticam, non potest iudicium episcopi declinare. in auth. de san. episc. §. œconomus. col. 9. 3. q. 6. non liceat. 6. q. 3. scito. & c. se. 9. quæst. 2. c. 1. & 2.

ADDITIONES.

a Cap.1.in fin. ¶ Sunt & alij casus præter eos, qui ab Host. recensentur, qb. vasallus feudo priuatur: hos aūt ex Martino vbi s̄. huc transtulimus, Iure itaq; proditū ait idem, feudatariū, qui feudū alienauit, feudo priuari debere: nam eo ipso cadit à iure suo vsq; adeo, vt dñs alij cōcedere possit, extra de feu. c. 2. vbi de hoc in gl. si vasallus. Nā feudū alienari nō debet: qđ regulariter verū habet. In dotem enim dari potest, vsq; ad vitam feudatarij, vt instі. de do. §. ante nuptias. & ex̄ de dote post diuor. ca. nuper. Quod aūt de feudo alienato amittendo dictum est, procedit, siue totum, siue maiorē partem alienet: & dominus poterit illud reuocare à quouis possessore. Secus tamen erit, si minorem partem alienet, dummodo remaneat seruitium domini sui. Similiter si intra annum, & diem inuestituram feudi ab hærede dñi non quæsiuerit, vel dño petenti iuramentum fidelitatis tertiò commonitus non præstiterit. Ex delicto quoque patris filius perdit feudum. ar. ff. de bo. liber. l. quæritur. & C. de quæstio. l. diuo. Sed circa hoc recurrendū est ad consuetudines, & constitutiones feudorum. Feudo vero non potest vasallus renunciare inito domino, per l. sicut initio. C. de act. & oblig. Mar.

b Causa feudi debet agitari. ¶ Doct. in c. cæterum. de iudic. Bal. c. 1. de contro. apud pares curiæ. in vsibus feu.

c.j.& 2.11.q.j.peruenit.s.de fo.comp.c.2.& c.se.& c.si diligenti. & c.significasti.vt.& de hoc no.s.de arb.§.de qua re.ver.sed nun quid vasallus. Hoc autem in summa notandum est, quod quando cõtrouersia est inter dominum & vasallum & sacramentum defert à parte parti, vasallus tunc non debet exigere sacramentum cal. à domino, quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur, in consti. feu. de consue.re.feu.c.sacramentum.in fi.

¶ In quo autem loco debeat iudicium feudi agitari, quæri põt. & certe si inter duos vasallos sit contentio, per dominum: si inter dominum & vasallum, per pares curiæ erit quæstio terminanda, ut in li.feu.de feu.non alie.fine con. maio. dom. Imperialem.§.pe.vocabitur ergo vasallus ad curiam trina citatione per interuallum.7.vel.10.dierum, vel alias ad arbitrium curiæ. & si nec sic venerit, vasallus feudũ amittere debet, & dominus in possessionẽ ponetur. sed si intra an. venerit, possessionem recuperat ut in lib.feu.de milite vas.qui cõtumax est.c dominus vocat militem. Vocabitur autem vbicunque curia elegerit intra territorium domini cuius est feudum: nam tantum extẽditur eius iurisdictio siue forus.ff.de iuris.om.iud.l.fin. territorium enim ideo dicitur, quia is sub cuius dominio cõsistit, potestatem habet terrendi, id est, submouendi, subaudi homines delinquentes. ff. de ver.sig.pupillus.§.territorium.C.de epi.& cle.nulli licere.§.fin.ff. ad municipalẽ.qui ex vico.vnde & territorium ponitur pro diœcesi.16.q.7.omnes basilicæ. & ideo vbique intra prouinciam potest subditus vocari sicut expresse legitur in auth.de san.episco.§.ut autem omnis ecclesiasticus status.col.9.C.vbi sen. vel clar.l.j.ergo non expectet, quod curia ad ipsum veniat: imò debet ipse venire ad curiam.ff.quis or.in bo.pos.seruet.l.2.§.si præses.si fortè detineatur in diuino seruitio, mittetur delegatus ad ipsum.C.de epis.& cle.iubemus.ad fi.sed nec episcopus in aliqua cã ciuili vel criminali psonaliter est citandus, alioquin trahenti imponitur grauis pœna, in auth.de san.epis.§.nulli verò iud.& §.seq.col.9. Nam is locus vr̃ eligendus in quo ius sine incommodo litigantium reddi potest. ff.de iud.si locus.id est, vbicunque prætor salua maiestate imperii, id est, non in pstibulo, uel alio loco inhonesto, saluoq; more maiorum.i. nõ extra territorium sibi commissum.9.q.2.c.j.& 2.is est mos maiorũ, ut extra territorium ius non dicant, sic & illud quod aliqs nõ committat iurisdi. nisi is qui ip sam suo iure habet.ff de iurisd.om.iud.more.& l.fin. Notandum enim est, quod debet more maiorũ, nõ inferiorum quasi dicat, iudicium non subditorum: ergo vndecunq; sint subditi, si iudices soliti sint ius reddere intra territorium suum, & uocati uenire debent, & ibi litigare ẽt in itinere, dummodo sedeant ,ptribunali.ff.de inter.act.voluit.§.quod ait prætor.& dummodo non in secreto, sed palam sedeant. C.de sen.& interlo.om.iud.sñiam, is locus ius dicitur vbicunq; prætor, sicut expositum est, ius dicere constituit.ff.de iusti & iu.l.pe.ut tamen non relinquat sacra palatia, vel prætoria ,p domib. priuatorum, ne ipsa palatia contingat dirui.C.de offi rec.,puinc.l.fi.& hoc caueat, quod locus vtriq; parti cõgruus sit & honestus.ff.de arbi.si cũ dies §.si arbiter.& se.s.de cõfir.uti.cũ dilecta.§ nolentes.s de ap.ex parte.& s.de testi.cũ olim s.de fide instru. accepimus. si eñ aliquis ex aliena iurisdictione vocatur, uenire debet, ff.de iudi.si qs ex aliena.alioquin mulctari potest, ff.de in ius vocã.l.2 multo fortius, si de iurisdictione nõ dubitetur, ueniendum est: si quod hr̃ priuilegiũ, ostendendum, & dicũt iura ,ximè inducta dum tñ quis extra ,puinciam, uel extra duas dietas à diœcesi p literas Apostolicas nõ trahat: quod dicut no.s.de rescr.§.quæ possunt obiici.uer.cẽtesimo. & iunge quod no.s.de fo.cõp.§.quib.ex causis.uer.item ratione possessionis.& se Hodie ẽt non potest quis trahi per literas Apostolicas ad locũ non insignem.ut in auth.d.n.extrà de resc.psenti.sicut eñ qui libet Episcopus põt subditis in quolibet loco intra suã diœce. ordines cõferre, ita & inter ipsos ibidẽ poterit iudicare arg.j.de paro.nullus.& 11.q.2.episcopum.& c.se.& per totum.ad idem, ff.de of proc.solẽt.& l.ideo.ff de off.præsid.l.3.& 4.& l. generaliter.& s.de off.leg.§ in quo loco. & quod intra ,puinciam alicui cõmissam teneat quis respondere, dum tamen extra non trahatur, expressum est in auth.vt omnes obe.iudicib.§. hoc consideran tes. & precedenti & sequenti. coll 5.nec enim ad angulum prouinciæ restringendus est iudex, sed in omni loco suæ iurisdictionis potest ius reddere, sicut alias dixit lex, simile. ff.de ui, & ui ar. l.j.§.j.ibi, ideoq; quã quærit de loco ubi questio agitari debeat, potius inspicitur iudex & territorium, quàm locus in quo quis degit.ar.ff.de postulando.l.j.§ j.C.de fru.& lit expen non ignoret. C.de iurisd.om.iud.l.pe.& ult.in quib.caus.milites.l.j.C.ubi quis de cu.uel cohor.l.j. & sic in hoc intellige aliquẽ cõueniri tñ, ubi habet domicilium corã illo iudice, nec tñ propter hoc remouentur aliæ causæ, ex quib.qs forũ sortitur.sic intellige. C. de iurisd. om.iud.iuris ordinem.unde exponi debet, ubi.i.coram quo, uel apud quem iudicem.sic C.ubi de cri.agi opor.& tit. sequentibus ad hoc j.de rap.c.j.& 3.q.6 c.j.& 6.q.3.placuit. Quid autem iur. sit, si controuersia sit inter dominum & agnatos defuncti de feudo, uel inter dominum & filium defuncti, uel inter agnatos & filiam defuncti. dic ut dicitur in constit. feu. si de feu. contro. fuerit.c.j.2.& 3.& de contro.inter mascu.& fœmi.de benefic.itẽ sciendũ est. Veruntñ licet ibi dicat, quod per sacrm̃ debeat terminari alterutra parte in ,pbatione deficiente: illud tñ est intelligendũ cum determinatione eius, quod legitur in constit. Fed. de consuetu. recti feu.c.sacramentum non semper est dandum. hoc idem est de omnib.capitulis, in qbus dicitur sacramentum possidenti debere dari, scilicet ut intelligantur cũ determinatione prædicti c. sacramentum. Istud autem scire debes, quod omnes filii eius qui feudum acquisierunt debent facere fidelitatem, maximè si feudum indiuisum habent: sed si ad unum ex diuisione totũ peruenerit, tunc ille solus iurabit. ut in consti.feu.si de feu.contro.fue.c omnes filii. Sed nũquid tenebitur iurare fidelitatem omnibus filiis sui domini [a] defuncti? Respondeo, non puto, quoniam uasallus non cogitur ,p vno feudo plures dominos habere, maximè in comitatibus, & ducatibus & marchionatibus, qui hodie & diuidi non debent, nec põt dominus sine uoluntate uasalli feudum alienare, ut omnia hæc probantur in consti.feu.de ,phib.feu.alie.per Fede. Imperialem.§. præterea ducatus. & de feu. sine culpa non amit.§.sancimus.uer. uel si quis.ideo uasalli in generali alienatione non cõtinentur, nisi hoc nominatim dictum sit, ut in lib.feu. si de feud. uas. ab aliquo interpel. fuerit. c. in generali. aliqui tamen uoluerunt dicere, quod æquali aut maiori domino cõcedi possunt, ut in li.feu.de leg.Corradi. Hoc etiam in summa notandum est quod in feudo prohibitum est pactũ legis commissoriæ, sicut in pignore.in constit.feud.de feud.dato in uicem l. commissoriæ. c.j.& de ca.qui curiã uen.c.similiter feu.datum. Est & in summa notandum, quod uasallus potest feudum refutare quandocunque uoluerit, etiam sine uoluntate domini: & postquam refutauerit, nõ tenebitur domino seruire. ueruntamen non debebit eum offendere: in consti.feu.de uas.qui contra constit.Loth.a.feu.ali.ca. j. Sed & hoc in summa sciendum est, quòd alienatio feudi paterni non prohibetur inter agnatos, cum potius refutatio quam alienatio uideatur. in consti.feu.de alie.feu.paterni.c.j. Præterea illud in summa sciendũ est, quòd si uasallus aliquod ædificium in feudo fecerit, aut sua pecunia ipsum meliorauerit, & postea sine descendentibus decesserit, dominus debet pati ædificium ab hærede auferri, uel debet precium meliorationis soluere. idẽ est, & si sua pecunia seruitutem feudo acquisiuit. licet qdam dixerint, quod omnino ad dominum prædicta pertineant, ut in constit. feu.hic finitur l.ca.si uasallus in feudo. Sed & si uasallus decedat ante calendas Martii sine prole, & post Augustum, omnes fructus qui sunt in feudo pertinent ad dominum: si uerò post calẽdas Martii, & ante Augustum. tunc pertinent ad hæredem. Quidam tñ dixerunt, quòd quocũque tẽpore decesserit omnes fructus pendentes pertinent ad dominum, vt in prædicto ti.c.si uas. decedat. Hoc autem in summa non est omittendũ, quod filius non potest retinere feud repudiata hereditate patris ad hoc, vt non teneatur soluere debitum paternum: sed aut totum debet repudiare, aut totum retinere, nisi dominus eum tanquam de nouo beneficio inuestiat, agnatis consentientibus, quoniam tunc illud bene retinet sine aliquo onere hæreditario. aliud autem de agnatis, quoniam ipsi possunt feudum retinere, repudiata hæreditate sine aliquo onere hæreditario, vt in consti feud an agnatus vel filius defuncti possit retinere repu.hære.capit si contigerit: & de capitaneo qui curiam vendidit. capitu. filius non potest. Finaliter illud in summa notandum puto, quod saluis legibus imperialibus,

ADDITIO.

[a] Nunquid tenebitur iurare fidelitatem omnibus filiis sui domini. ¶ Adde, in ista materia reperio duas opin. prima opinio, quod omnib. hoc firmat glo. in l.si cuius.in §.j.ff.de usufru.quia iuramentum fidelitatis est quid indiuiduum, sicut & ipsa fidelitas, ergo vnicuique insolidũ debetur, per regulam l.2.in §.pen.ff.de ver.ob.idem expresse firmat Bal.in l.j.in 22.q.ff. de re.di uis. Ang.in l.2.§.ex his, & ibi Ludoui.Rom.in 3.colum. ff. de verb. obliga. Io.de Imo.in l.4.in fi.ff.eo. Bal.& Ang.in l.communis ff.de in ius vo. Gul. de Cu.& Alb.de Rosa.in l.si duo patroni.in prin.ff. de iureiu. & latius per Io.And.in addi.Spe.in tit.de loca in §.nunc aliqua.ver. 72. p̃riam opinionem tenet glo.in c.1.in § præterea ducatus.de prohi feu.alie. per Fed in v- sib.feu.istã opinionem tenet Alb.de Ros.in l.stipulatio. in §.quæsitũ. ff. de no.oper.nunci.idem Alb.in l.cũ vnus.ff.de ali.& ciba.leg.idem tenet Ia.de Belui.in c.omnes filii.fi de feud.fue.contro.inter do.& agna.in usib. feu.& ibi Bal.sibi p̃rius.idẽ tenet Ia.de Ardizonib.summus feudista, in sum. feudorum in tit.de succes.feu.in §. sed vbi dominus. idẽ tenet Spec.& ibi Io. And.in addi.in tit.de feu.in §.quoniam.uer.29.sed Pileus doctor antiquus latè disputauit hũc casum, & determinauit pro prima opinione, sed Fran. de Are.in l.2.ff.de ver.obl.tenet cũ secunda opinione, videlicet quod vasallus nõ cogitur præstare iurm̃ fidelitatis vnicuiq; filiorũ. sed sufficit vni iurare. vbi dicit quod ista opinio est sequenda in practica eo, quia est cõis opinio. sed in tãta varietate tenerem primam opinionem, pro qua tenet Dy. & Rav. de Forli.& Bar.in l.cũ vnus.in prin.ff.de bo.authori. iud. eandem partem tenet Ang.in l.loci corpus.in §.si fundus.ff.si seruus vend.&c.

rialibus, quæ continentur in consti. feud. natura & causa feudi, secundum diuersas regionum consuetudines, est diuersimode terminanda. sicut no. simile. j. de natis ex libero ventre. ver. quis. qa nõ est consuetudo vnius regionis alterius consue. subuertenda. vi. dist. illud breuiter. & c. scit sancta. consuetudine autem deficiente in regione aliqua, recurrendum est ad aliarum consuetudinem regionum. j. de censi. super eo. & si nec illa appareat, constitutione, uel lege scripta sine calumnia vti poterit strenuus aduocatus, vt in lib. feu de feu. cog. c. j.

DE PIGNORIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

Egimus qualiter res alienentur, videamus qualiter obligentur. & sic dicamus de pignorib. videntes, Quid sit pignus, Et unde dicatur, Qualiter cõtrahatur, Quibus pactis interuenientibus, Quis possit pignori obligare, Quæ res obligari possunt, Quæ actio inde nascatur, cui detur, & contra quem, Quo ordine, Et ad quid, Quãdo efficaciter intentetur, Quo ordine & in quantum fiat condemnatio. Tractantes postea de usufruct. super decretali, cùm constet.

1 a **Quid sit † pignus.** [a] Obligatio rei licitæ ꝑ debito inita. Fit autẽ ad maiorẽ securitatẽ creditoris, quia tutius est pignori incumbere, quàm in ꝑsonam agere. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. furti. & tutius est, non soluere quàm solutum repetere. ff. de compensa. l. ideo compẽsatio. magnum enim est commodum possidentis, vt s. de proba. ex literis. ff. de rei vend. is qui destinauit.

2 **Et vnde dicatur.** † A pugno, vnde propriè dicit pignus res mobilis tradita de pugno in pugnum, ut ff. de verb. sig. plebs. §. pignus. Pignus ergo dr, cùm transit: hypotheca, cùm nõ transit, vt Instit. de actionib. §. item Seruiana. ff. de pign. act. si rem. §. propriè. Sed quantum ad actionẽ non differunt inter se pign. & hypotheca, nisi quantum ad sonum vocis, quia pro vtroq; pignoratitia daẽ debitori, hypothecaria creditori. ff. eo. res. §. inter pignus. & insti. de act. §. inter pignus. sic, Primas & Patriarcha quãtũ ad dignitatẽ nõ differunt, sed in sono vocis tm̃. 99. dist. §. j. & c. j. & 2. & de offic. ordi. duo simul. sic nec refert in iure nostro, utrum is qui pro nobis est in iudicio, procurator vocetur vel actor, ut no. s. de procur. §. j. versi. sed secundum.

b 3 **Qualiter contrahatur.** [b] † Hic sciendũ, ꝙ alia sunt pignora prætoria, alia iudicialia, alia cõuentionalia: & cõuentionaliũ alia tacita, alia expressa. prætoria sunt, quæ fiunt prætore iubente, puta vt caueat pro legatis, vel de damno infe. vel in operis no. nun. de opere demoliendo. & hæc ꝯstituuntur per missionem in possessionẽ nõ aliter. ff. de pig. ac. non est mirum. §. sciendum. de his etiam diebus feriatis potest cognosci ff. de feriis l. 2. idem in iudicialibus. Sunt autem iudicialia, cùm iudex iubet aliquid poni in possionẽ ex officio suo, vt mandetur executioni diffinitiua sentẽtia. & primò capiuntur mobilia, secundò immobilia. tertiò peruenitur ad nomina. ff. de re iudic. à diuo Pio. sic intellige rub. C. de præto. pign. l. j. & hoc per missionem in possessionẽ cõstituitur. vt s. de re iud. cùm aliquibus. Effectus autem istorum pignorum hic est, ut creditor cadens à possessione culpa sua, vel sine culpa habeat hypothecariam, vt C. de præto pign. l. vlti. & forte conuenietur à debitore pignoraticia, ut instrumentum, vel si qd habeat ultra debitũ, reddat, ut ff. vt in poss. leg. is cui §. quæri. Cõuentionalia verò sola conuentione constituuntur, vt iam dicemus. Item in conuentionali venit dolus, lata culpa, & leuis: sed in iudiciali dolus tantum & lata culpa. ff. de bon. autho. iu. poss. prætor. §. est præterea. Item conuentionale à solo principe adiicit iure dominii C. de iure do. impe. l. vlti. iudiciale verò ẽt à p̃si de. ff. de re iud. à diuo. Itẽ ꝯuentionale ꝑ quantitate tm̃ quam valet adiicitur, sed iudiciale etiam pro toto debito, ut in proximis legibus allegatis. Item creditor conuentionalis ciuiliter & naturaliter possidet. sed iudicialis naturaliter tantum. ff. uti possidetis. si duo. §. creditores. & de acqui. poss. l. qui pignoris Sed quæritur vtrum creditor possit intentare interdictum vnde vi? & videtur prima facie, quòd non: quia non est possessor. ff. qui satisda. cog. l. vlt. & ff. de acqui. poss. l. qui pignoris. in princ. & C. de præscri. 30 an. l. cùm notissimi. §. j. ibi, quia dũ ille viuit, &c. ff. de vsucap. l. pignori. & videẽ expressum. ff. uti pos. l. si duo §. creditores. Ecõtrà videtur, quia creditor possidet, vnde dicit possessionẽ amittere, ut ff. de pign act. l. si creditor. sola eñ possessio apud ipsum transfertur, ut ff. de pig. act. l. cùm & sortis. §. fi. & l. si pignus. & l. debitor. §. fin. & l. si rem alienam. §. j. propriè tñ est, ꝙ si creditor debitori locet hypothecã, debitor loco coloni vel inquilini habetur, & p eũ creditor possessionẽ retinet. ff. de acqui. poss. res pignoris nomine. ante l. qui absenti. & ff. de usuc. non solum. §. qui pignori. & §. si rem pignori. Solutio, dic creditorem possessionẽ habere, & ipsum possidere quo ad omnia, præterquam quo ad vsumfruct. vt probat lex allegata de usucap. pignori. & l. non solum. §. qui pignori. & §. si rem pign. sed nec intelligitur possessor, quo ad releuationẽ satisdationis. & sic loquitur ff. q satisd. cog. l. ult. & hæc vera sunt de creditore conuentionali: secus, de iudiciali, q cã custodiæ tm̃ missus est in possessionem, cùm hic custos sit, nõ possessor. sic loquitur. ff. vti poss. si duo. §. creditores. & aliæ leges, quas allegaui in ꝯrium faciunt pro si diligenter cõsiderentur. tñ interposito secundo decreto, etiam talis possidet, vt nota. s. ut lite non contest. §. fin autem personali vers. Laurentius. Item conuentionalis agit pro damno dato in pignore: secus fortè in iudiciali, vt ff. eo. seruum. Pignus autem qd in causa iudicati, id est, pro exequendo iudicato accipiẽ, olim post duos menses licebat distrahere, ut ff. de re iudic. debitoribus. sed hodie expectantur 4. menses, vt C. de vsu. ar. j. l. ult. & authoritas iubentis vicẽ iustæ obligationis obtinet, vt C si in cã iudi. pign. l. 1. hoc ergo pignus captũ ꝑ executorẽ distrahi iubeẽ, & si emptor non extiterit, uel extet, sed non iustum preciũ obtulerit; victor, id est, creditor loco cuiuslibet alterius ex officio emere põt, vt C. si in cã iudi. pig. ca. sit. l. 2. vel possunt ei adiici pignora, pro ea quantitate, quæ sibi debeẽ, non ꝑ minori, & si recipiet in solutũ, vicẽ emptionis obtinet. ff. de re iudic. à diuo. §. si pignora. & C. de euic. si prædiũ. & si calliditate cõdemnati victor emptorem nõ inuenerit, authoritate princip s dominium consequetur, vt C. si in cau. iu. pig. cap. sit. l. ult. vel authoritate p̃sidis, ut dictum est & si non inueniatur res, quin sit alij conuentionaliter obligata, creditor conuentionalis cogitur pignus tradere: si tamen inueniatur emptor, qui sibi prius satisfaciat, & superfluum uictori reddat. ff. de re iudi. à diuo Pio. §. quod si res pignorata.

Conuentionalium alia expressa, quæ sola ꝯuentione constituuntur, & inde ꝯuentionalia uocanẽ. ff. de pig. act. l. j. & hæc ꝯhuntur inter p̃sentes, & inter absentes ꝑ nunciũ, uel epistolã. ff. eod. ꝯhitur. & l. creditori §. j. Alia tacita, ut hæc, si quis tibi dotẽ promiserit, omnia bona sua ꝑ illa promissione tacitè obligant, sic & bona mariti omnia ꝑ restituenda dote uxori tacitè obligãtur, etiã si extraneus, id est, is q mulierem in potestate non habet, cõsert dotem. & nisi ipse extraneus ipsam dotem sibi specialiter stipuletur ipsa mulier tacitè stipulata videtur, ut C. de rei uxo. act. l. una. §. & ut plenius. & § accedit. & de pact. cõuen. super dote l. ex morte. & q po. in pig. ha. assiduis Nec ꝑ delicto uiri debet uxor amittere dotem suam, ut j. eod. ex literis. etiam si crimen læsæ maiesta. commiserit. C. ad l. Iul. maie. quisquis. §. uxores. Et hoc

ADDITIONES.

a Quid sit pignus. ¶ Verior Iurisperitis visa fuit pignoris definitio à Mar. in summa hoc titulo tradita, vt quæ rem ipsam totam propriè & breuiter explicat. Pignus, inquit, est res obligata pro debito ad securitatem creditoris. Nam pignus non ius ipsum, ꝙ ad rẽ habet, ut falsò putat Host. sed rẽ ipsam manu traditã significat. Hoc probat tex. apertus in l. plebs. §. pignus. ff. de rerum & verb. sign. ¶ Adde Do. in rubr. eo. tit. & quid sit pignus prætorium, vide per Arc. in §. sed notandum. j. q. j. Iac. & But. in l. fin. C. qui potiores in pign. & in l. si is qui. in §. j. ff. de pign.

b Qualiter contrahatur. ¶ Quod ad hunc articulum attinet, Mar. ita scribit, Pignus, inquit, duobus modis contrahitur, tacitè & expressè. tacitè quidẽ vt in dote: nam vir dotem recipiens, tacitè pignori bona sua supponit, ut extra. e. ti. ex literis. Bona quoq; tutoris tacitè obligatur pupillo. C. in qui. cau. pig. tacitè contr. l. si mater. Similiter inuecta & illata in domum cõductam. C. eo. tit. l. si non inducta. & ff. eo. l. est differentia. Expressè verò ꝯhitur pignus quandoq; specialiter, vt ager, libri, equi, & reliqua id genus. Quandoque verò generaliter, ut cum quis omnia bona sua alicui obligauit, quo casu obligata intelliguntur habita & habenda.

hoc notandum circa hanc materiã, ꝙ mulier p͏̄refert omnibus
creditoribus prioribus & posterioribus, habentibus expressam
hypothecam: quamuis enim habeant tacitam, s. authoritate le-
gis, ut inferius apparebit, nihilominus præfert mulier, nisi & ha-
bens tacitã prior eadẽ æquitate nitatur, ut quia petit dotẽ præ-
cedentẽ: duabus enim dotibus ab eadẽ substantia debitis, ex par
te prærogatiuã volumus manere, ut C. qui po. in pig. ha. l. fin. &
aut. ut exac. instan. dotis primæ. col. 7. In donatione aũt ꝑpter
nuptias præfertur mulier posterioribus tñ C. e. l. ult. in auth. de
exhi. reis §. optimũ coll. v. & de æqual do §. quia verò & huius.
col. 7. Itẽ pro rebus paraphernalibus, id est, iuxta dotẽ positis, à
para, quod est iuxta, & pherna, quod est dos, habet mulier taci-
tam hypothecam, nisi per specialẽ & expressam sibi prouiderit,
quia tunc alij renunciare uidetur. C. de pac. conu. super dote.
l. ult. Hoc priuilegiũ ad hæredes mulieris non transit. C. de priui.
leg. dot. l. unica. quod uerum est de extraneis: nam sui hoc priui-
legium habent ff. solut. matri. etiã C. qui pot. in pig habe. l ult. §.
exceptis Itẽ hoc priuilegium non habet nisi mulier participans
fidei catholicæ, ut C. de hære. auth. itẽ priuilegium. & in auth. de
priuil. dotis, col. 8. Itẽ omnia inuecta & illata in rustico prædio,
domino sciente, nisi ad tẽpus inferantur, quamuis empta ex fru
ctuum precio, domino tacitè obligantur, ut ff. in quibus caus.
pign. vel hypoth. tacitè contrahatur. in prædijs ff. e. tit. debitor.
C. in quibus cau. pign. tacitè contraha. quamuis. sed in urbano
non distinguitur utrùm dominus sciat, vel nesciat, ut not. s. de
dolo & cõtu § que actiones. versic. habet etiam dominus. Item
bona tutorũ & curatorũ tacitè obligãtur filijs, pro rebus aduẽ-
titijs. C. de adm. tut. pro officio. Sed & bona patris tacitè obligã
tur filijs, pro rebus aduentitijs, & precijs earundem: non tamen
imputatur patri si malè sit ipsis usus, uel in eis malè uersatus sit,
ut C. de bonis quę lib. l. ante penult. § ult. & l. ult. §. ubi autem. &
l. penul. §. non autem. Ergo & bona prælati ad exemplum patris
& tutoris ecclesię tacitè obligantur pro mala administratione.
12. q. 2. illud. 2. q. 7. lator. 3. q. 3. § ult. j. eod ex præsentiũ. Item bo
na matris conuolantis ad secundas nupt. sunt filijs prioris matri
monij tacitè obligata, ut eis restituat quæ à priore marito lucra
ta fuit. C. de secund. nupt. hac edictali. § pen. super hoc uide. j.
de secund nupt. §. quare & qualiter puniatur, sub §. sic uidisti-
ner. itẽ punitur hæc mulier. & seq. Item tacitè obligantur bona
defuncti pro legato. & fideicõ. ut C. cõmunia de leg. l. j. Item ta-
citè obligantur mutuanti ad militiã emendam, ut dictũ est: uel
ad nauẽ armandam, uel rem reficiendã seu conseruandã, ut ff.
qui po. in pign hab. interdũ & l huius. & l. idemque. & quibus
mod. pign. uel hypot. contrah. l. j. nec enim facit ad titu. nisi di-
cas ibi contrahi tacitã hypothecã. Aliud est, si ex pecunia mea,
rem emeris, quia quamuis ad hoc tradidero, non tamen est mihi
obligata, nisi specialiter conueniamus, ut C qui po. in pign. hab.
licet. sed contrà in authen. de æqual. do. §. his consequens. Solu-
tio, dic quòd ibi specialiter conuenit, uel loquitur de re empta
de pecunia pupilli. Quid si quis mutuauerit ad rem de nouo fa-
bricandã? Videtur quòd tacitè obligatur. ff. in quibus caus. pig.
taci. contrahatur. l. j. sed ibi loquitur in reficienda: & aliud est fa-
cere, & aliud reficere, ut j. de Iudæis. consuluit. ff de iti. actuque
pri. unde etiã reficere, & de no. ope. nunc. l. j. §. si quis ædificium.
Itẽ pro tributis obligantur tacitè bona omniũ qui censentur,
ut C. in quib. cau. pig. tac. con. l. j. Itẽ bona contrahentis cum fis-
co tacitè obligantur. C. in quib cau. pig. tac. con. l. 2. Item bona
primipilarij fisco tacitè obligantur, in quo casu fiscus uxori prę
fertur: nam si bona mariti deficiant, etiã de rebus dotalibus sa-
tisfiet, ut C. in quibus cau. pign. tacitè contrah. satis. ergo multo
fortius. Itẽ in clerico coniugato obligato ecclesiæ. argum. C. de
sacrosan. eccl. l. fin. in authẽ. ut non luxu cõtra natu. §. j. ibi, si eiñ,
& c. col. 6. contrà, quia non inuenitur iure expressum Item bona
matris filio tacitè obligantur si antequam ei tutorẽ petierit, &
ordinari fecerit, quod ex tutela habuerat, reddiderit, ad secun-
das nuptias conuolauerit, cũ tutelã liberorũ suscepisset, & etiã
bona mariti sui ipsi filio tacitè obligãtur, ut C. in quib. cau. pig.
tac. contrah. si mater. & ad Tertu. omnem matri. Quinimò indi-
gna est successione, si ei tutorem non petierit intra annum à
tẽpore mortis patris, dũmodo copiã iudicis habuerit, & deuol-
uitur successio ad alios ꝓximiores gradu. Sed & si mater super-
sit, proximiores gradu hanc pœnam patiuntur, siue ex testamẽ-
to uenientes, siue ab intestato. ab hac pæna excusatur minor 25.
ann. quòd intelligo, nisi post maiorem ætatẽ cucurrisset annus.
ut uerbi gratia, tempore mortis patris mater habet 22. ann. filius
unũ, uixit per 4. & ultra, sed mortuus est in pubertate: hic ipsam
indignã iudico, quia quãuis tres anni priores non obsint sibi, cũ
minor esset, obstat quartus, quo fuit maior: sed si filius pubes de-
cedat, hæc pœna locũ non habet. Itẽ si misit mater nũcium, qui
interfectus est, nullam pœnam patietur: hæc omnia peroptimè
probantur in d. l. omnem scilicet. C. ad Tertul. senatusc. & l. ma-
tres. & de leg. hære. sciant. & qui pe. tuto. uel curat. cũ à matribus.
ff. ad Tertul. l. j. §. si mr̃ & §. cõfestim. C. si adue. deli. l. ult. & in q̃b.
caus. rest. in inte. nõ est neces. sancimus. hæc aũt mã. j. de delict
pue. sub. § illud notatu dignũ. pleni⁹ expedit qd̃ dicut notat. ibi.

4 Quibus pactis † interuenientibus.

Omnibus licitis, possibilibus & honestis, siue pactũ sit purum,
siue in diem, siue sub conditione. quod dicut not, in uenditione
s. de contra. empti. §. & de quibus rebus. uersi. potest autem fieri.
nec distin. utrum obligatio sit ciuilis, uel prætoria, uel naturalis
tantùm, ut ff. eo. res. & l. quæsitum. §. ultimo. Valet ergo hoc pa-
ctum, ut si pecunia intra certum diem soluta non sit, extunc cre-
ditor rem iure emptionis possideat iusto precio tunc æstiman-
dam. ff. e. si fundus. § ulti. & sic pretium in incertã personam u-
conferri posse in hoc casu. quod est contra legem. ff. loc. si mer-
ces. rel j. & contra illud quod nota. s. de contrah emp. §. j. Secus,
si dicat debitor, ꝙ creditor habeat rem emptã pro ꝓcio mutua-
to. nam hoc pactũ legis cõmissorię dicitur, qd̃ est in pignorib⁹
reprobatum, ut C. de pac. pign. & legẽ cõmiss. l. 1. & 3. Item re-
probatur, si debitor promisit dare in solutũ, ut Calipodius, uel si
conueniat, ꝙ nõ liceat ei pignus luere, id est, redimere, uel in per-
petuum, uel ante diẽ sibi præfixã. arg. ff. de precar. cum precario.
s. de precariis. precariũ. Item illud pactum non tenet, ut credito
ri non liceat uendere. ff. de distra. pig. si creditor, § ult. & de his
lex faciet mentionem. j. eod. significante. Quanuis autem hoc pa
ctum inter creditorem & debitorem sit reprobatum, tamen in-
ter debitorem & fideiussorem licitum est. ff. de contrahenda
empt l ult. resp. 1 nisi fieret in fraudem legis de persona ad perso-
nam, quod dicut not. s. de contrah empt. § fi. sub. §. illud autem
notandum. uers. de persona. Quid si fiat pactum, quod nisi sol-
uatur intra certum diem, creditor habeat rem in feudum? Res-
ponde, non ualet, quia fieret fraus legi. argum. s. de reb eccle.
non alien. ad nostram, & hoc expressum est in tit de feu. da. in ui
cem legis commiss. c. 1. Quid si dicat, ut non liceat sibi recupe-
rare pignus? Respondeo, non ualet. argum. in superioribus le-
gibus. & ff. de iureiuran. si duo patroni. § idem Iul. Quid si dixit,
ꝙ non posset recuperare usque ad duos annos? dixi quòd non
ualet. s. eod. uer. idem reprobatur arg tamen contra. ff. commu-
ni diuid. in hoc iudicio. §. fi. Quid si renunciauit debitor benefi-
cio huius legis? Respondeo, non ualet: quia pro bono publico
introducta est. ar. s. de for. cõpe. si diligenti. C de iureiur. p p. cal.
l. 2. §. sed qa ueremur. ff de postul. quos pretor. & quia introducta
est in odium creditorũ, super quo uide qd̃ not. s. de renũ. §. quæ
possunt renunciari. Quid si iurauerit debitor se non uenturum
contrà? Respondeo, non ualet sacramentum, cùm factum sit
in fraudẽ legis. arg. C. de legi. non dubium. quia quoties pactum
à iure communi remotũ est, non est seruandum, ut ff. de pact.
iuris gent. §. sed. & si quis paciscar. & l. si unus. §. pacta. pro & con
tra. j eod. significante. Credo tñ, ꝙ ualet: sed is qui fecit, poterit
absolui per ecclesiam, quod dicut nota. s. de iureiur. § quomo-
do censetur. uers. his igitur. & uersic. & hoc notandum. Quid si
debitor promisit pœnã, si de iure, uel de facto ueniret contra?
Respondeo, nõ ualet, cùm præsumatur hoc factum in fraudem
legis. argu. j. de spon. gemma. s. de precar. cap. 2. C. de usur. cum
allegas. ff. de act empt. & uendit. Iulianus. § idem & §. Papi. ff. si
quis cau. l. 2. respon. j. ff. de condi. inde. eleganter. §. pen. Sed si fi-
at pactum, ut emptor habeat obligatum aliquẽ fundum uendi-
toris, loco illius qui emit, cùm sibi super empto fuerit mota
quæstio, lata ꝑ emptore sententia cogitur subrogatũ restituere
uenditori, qui ipsum transtulerat in emptorẽ, ut C. de pact. pig.
& leg. cõmis. l. 2. hoc aũt pactũ, scilicet legis cõmissoriæ, in em-
ptionibus & uẽditionibus licitũ est: qd̃ credo uerũ, nisi fieret in
fraudem legis, ut s. dixi. C. de pact. inter empt & uend. commis-
soriæ. ff. de leg. cõmis. per totũ. Valet & illud pactũ, ut debitor a-
missione pignoris liberetur. ut C de pign. actio. q̃ fortuitis. aliàs
nõ obest. nã & q̃uis min⁹ idoneũ pignus creditor accepit, nihi-
lominus ageret ad debitum recuperandum, ut ff. si cert. pet. cre-
ditor. Aliqñ uerò nõ tenet principalis obligatio, & tamen uale-
bit pignoris datio: ut si tutor sine decreto rẽ pupilli distrahat, &
pignus constituat; quantum ad pignus, ualet, quia contractus in
præiudicium suum fortè tenebit. C. de prædiis minorũ. l. & si is.

Quis possit pignori † obligare.

Is qui põt donare, super quo uide qd̃ not. j. de don. §. quis possit.
& §. & quę. & s. de loca. §. in q̃bus. Ergo uerus dñs maior 25. ann.
cui bonis interdictũ non sit, obligare potest. Item, & non domi-
nus, si tamẽ publiciana sibi cõpetat. ff. e. res. §. ult. & l. si ab eo. &
l. si inter. uel hypotecaria actio: quia & creditor pignus pignori
dare potest, & ille qui habet rei utilem uendicationem. C. si pig.
pignor. datum sit l. j. & 2. Sed si satisfactum sit primo creditori,
ius secundi euanescit: ut ibidem. & ff. eodem. grege § pignori. &
§. in supererficiariis. Item emphyteuta obligare potest, sed si
non satisfaciat de canone, soluitur pignus, ut ff. eo. lex. Et quam-
uis non

uis non dominus non possit obligare rem alterius, sine cōsensu domini, si ibi non habet aliquod ius, si tamē postea factus sit dominus, conualescit ipsa obligatio. ff. eod. si fundus. §. aliena & l. si Titio. & ff. qui po. in pig. ha. l. 4 § cùm ex causa. Quòd si debitor sciens rem alienam absq; domini uoluntate alienauerit, uel rem obligatam subripuerit, crimen stellionatus committit. C. de crimi. stell. l. 2. ff. de crim. stell. l. 3. in eandem incidit, qui æs pro auro obligat. ff. de pig. ac. si quis in pignore. Sed & is incidit qui rē uni obligatam alii obligauerit. C. de crim. stell. l. j. & si nisi res talis sit, quæ utriq; sufficiat pro debito. ff. de pign. ac. si quis in pignore. §. fin. In talibus tamen excusat probabilis ignorantia debitorem, quo ad crimen stellionatus, non quin contrario iudicio teneatur, sed quo ad utrumque, excusat ipsum debitorem scientia creditoris. ff. de pign. act. l. tutor §. 1. ideoque si creditor sciens rem alienam recipit ipsam pignori obligatam, obstabit sibi exceptio: sed retentionem haberet, si possideret. nam & si in rem ueri domini uersa est pecunia, obstat ei uendicāti exceptio. C. si res alien. pign. data sit. l. 1. sufficit etiam, quod uoluntas domini præcedat, uel sequatur. ff. de pign. act. aliena res. resp. j & §. sed & si ignorante ff. eod. si fundus. §. si nesciente. quinimò per patientiā roboratur. C. ad Vell. si sine. & si res alie. pign. data sit. si probauerit. Quòd si creditor patiente debitore pignus distrahat, non obest creditori, dummodo sciat ius suum ubique durare. ff. quib. mod. pig uel hypot. sol. l. sicut re corporali. § non uidetur. Sed si scribat, præiudicat sibi, ut ibi. In dubio tamen præsumitur, quod sciat ius suum ubiq; durare, nisi subscribat. ff. quib. mod. pign. uel hypot. sol. Lucius §. ult. Sic si rem meam uendas, non præsumor consentire, nisi ratio consanguinitatis, uel affinitatis interueniat. ff. de donat. inter uir. & uxor. si seruus cōmunis. Item tutor potest obligare rem pupilli, ut in iudicio sistat. ff. de admin. tut. l. ul. §. defensionem. Imperator autem cùm possit rem alienam donare, potest obligare. C. de quadri. præscr. bene. ff. ad l. Rhod. de iac. deprecatio. quia cui quod plus est licet, & quod minus. de regu. iur. cui. j. de decim. ex parte.

6 **Quæ res obligari possunt.** † Præsentes & futuræ, fruct⁹ pendentes, partus ancillæ, fructus pecorum, & ea quæ nascuntur. ff. eo. & quę non dum. Item res corporales & incorporales, ut cautiones & nomina debitorum. ff. eod. cùm conuenit. C. de hæred. uel act. uendi. postquam. & pro his nominibus habet creditor utilem actionem, quæ cōpetit debitori directa. ff. de pig. act. si conuenit. Item possunt pignori obligari personales seruitutes, ut ususfruct. ff. eod. si is. §. penult. Item prædiales seruitutes rusticæ, ut quandiu pecunia soluta non sit, non licet uti seruitutibus, & si intra certum diem non fuerit reddita, liceat uendere. ff. eod. sed an uiæ. Vrbanæ autem seruitutes non possunt sic pignori obligari. ff. eod. si is. §. ultimo. & est fortè ratio, quia ex uarietate usus creditoris, uel eius cui eandem seruitutem uenderes ædificium deberes seruitutes, uel is cui præstatur seruitus, muraretur, propter quæ ædificia inutilia fierent, uel deformarētur. Sed & dici posset, quod commoditas seruitutum urbanorum prædiorum obligari potest, sicut in rusticis hoc contingit, ut s. liceat ire & agere creditori. ff. eod. sed an uiæ. secundū Goffredum. Huic autem quod dixit seruitutes obligari posse, sic opponitur, seruitutes nec in bonis nostris sunt, nec extra bona. ff. de usufru. legat. l. 1. ergo obligari non possunt: quia ea demùm possunt obligari, quæ quis de bonis suis facit obnoxia. C. quæ res pign. oblig. pos. qui filios. ff. eod. & quæ nondum. § quod dicitur. Solutio. Seruitutes dicuntur non esset in bonis, quia per se subsistunt: sed si corporibus inhærent, siue accedunt, dicuntur non esse in bonis. quia res propria nemini seruit. ff. de ser. præd. urban. in re communi. uel quia non possidētur, sed quasi. ff. de acquirendo rerū dom. seruus qui. §. 1. sic non sunt de bonis, sed quasi de bonis, & ideo obligari possunt.

Sunt & quædam, quæ obligari prohibentur fauore religionis: quia nec alienari possunt. Monumentū enim obligari non potest, ut C. quæ res pig. oblig. poss. l. 3. Nec ecclesiæ: in authent. de non alienand. aut permutand. reb. eccl. & de alien. & emphyt. §. & quoniam. Nec sacra uasa, uel uestimenta, uel ornamenta ecclesiastica, ut C. de sacrosanc. eccl. sancimus nemini nisi iustissima necessitate urgente, ut j. eod. c. j. quæ sit iusta necessitas, not. s. de rebus eccle. non alien. §. quæ res. & §. seq. Item liberi hominis obligatio nulla est, etiam filij: ut C. quæ res pigno. oblig. poss. qui filios. quia in his tantùm consistit obligatio pignoris, quæ de bonis nostris facimus obnoxia, ut ibi. & creditor qui filium retinet, à debito cadit, & tantùm aliam quantitatem filio retento uel parentibus eius dare cogitur, ut post hoc corporalibus pœnis subiiciatur: quia liberam personam pro debito præsumpsit retinere, aut locare, aut pignorare. in authentic. ut nulli iudic. §. quia autem, uel uerò, & huius. col. 9. ergo liber homo ob æs alienum seruire nō debet. & ideo qui alium pro alio pignorauerit, idipsum quicquid sit, & quadruplo mihi passo reddit, & à iure suo cadit, ut C. de action. & obligat. ob æs. & authent. ibi signata. & omnino. in authen. ut non fiāt pignor. col. 5. etiam si hoc conuenerit inter nos quod homines meos possis pignorare. & hoc est quod dicit authentica: secundū pignorationis formā. quasi dicat, ita conuenit. ad hoc ff. de arbitr. arbiter intra. & de his legib⁹ facit mentionē j. eodem. lator. Fallit in libero homine suspecto. & malè merito, ut suprà, depositi. capitu. j. Vacillante. ff. de quæstio. ex libero. Vel in proprio debito. nisi debitor cedat bonis. C. qui bonis ced. poss. l. j. j. de solut. Odoardus. uel si tanta necessitas ducat patrem, quòd filium obliget, quem uendere posset: quod dicut notatur s. de contrahenda emptione §. de quibus. uersicul. potest tamē pater. nam si licet uendere, multò fortius pignori obligare. ff. de legat. j. senatus. §. ultimo. Item fallit in redempto ab hostibus, qui per quinquēnium seruire iubetur, nisi precium reddere possit. C. de cap. & postlim. reuer. l. ultima. Item in raptore uirginis, qui si fugiat ad ecclesiam, reseruatur ei uita: sed ad seruiendum subiicitur, nisi se redimat, ut 36. quæst. 1. de raptoribus, tamen secundum leges decapitatur talis. quod qualiter intelligi debeat, notatur j. de immun. eccle. §. inquantum. uersi. si uerò maleficium. & sequēt. Item fallit si quis iurauerit tenere hostagia, ut s. de iureiuran. ex rescripto. & de arbitr. innotuit. & sic uno modo possunt intelligi leges. ff. qui testam. facere poss. obsides. & de iure fisci. diuus. Sed de alijs obsidibus intelligunt Doctores Dicunt tamen leges, quæ uidentur loqui de talibus obsidibus, licet quis non sit in custodia, uel uinculis, sed sub fide iussorum satisdatione teneatur: & dum propter hoc reddere nō potest, si captus sit, restituitur. ff. ex quibus causis maiores. nec non. §. 1. si ergo hoc de hostagiario ius intelligit, intelligas quod iuramentum fecit, uel fidem dedit: quia hęc duo æquiparantur, ut notatur s. de arbit. §. qualiter constituatur. §. sed mens uersi. & idem est. Item impeditur obligatio propter publicam utilitatem, ut in seruis aratorijs, & bobus, & instrumentis, ut C. quæ res pignori obligari possunt l. antepen. & ultima. & hoc, ne illatio tributorum retardetur. Quid ergo si in terra datur tributum? Dico idē, ut notatur s. de treuga & pace. §. quot sint species. uersi. item canonica. & §. seq. & s. de peregrin. §. & quo priuilegio. uers. hoc tamen adde, & sequent. Item spes præmiorum obligari non potest, ut C. quæ res pignori oblig. poss. spē. sed in causa iudicati capi possunt præmia, ut sic exequatur sententia si debitor aliud non habet. C. de execut. rei iudi. stipendia. j. de fideius. c. 2. & 3. ff. de re iudic. commodis. Si quis autem res suas obligauerit, & de præsentibus & futuris sensisse præsumitur, quamuis hoc non exprimatur, ut C. quæ res pign. oblig. poss. l. ultima. sed uidetur exceptum omne id quod specialiter obligaturus non erat, ut puta uestis, supellectilia, mancipia, quæ in usu habebat, & similia. C. quæ res pignori obligari possunt. l. j. ff. eo. obligatione. & l. denique. Sed & seruus obligando omnia bona domini, ipso domino sciēte obligatus uidetur. ff. eodem. Paulus respondit. §. ultim. & qui obligat instrumenta, & de agris, qui ibi continentur sensisse uidetur. C. quæ res pign. oblig. poss. l. 2. Pignoratitia uerò non nascitur, nisi demùm re tradita creditori. Insti. quib. mod. re contrah. oblig. § ult.

7 **Quæ actio inde nascatur** † cui detur, & contra quem & quo ordine. Et datur actio hypothecaria creditori, & eius hæredi, quæ & quasi Seruiana uocatur, ut suprà dixi. & datur contra quemlibet possessorem pignoris, cùm ipsa sit in rem: unde & contra emptorem datur. ff. de pignoribus. C. eodē. pignoris. & l. debitorem. & C. de distractio pigno. si debitor. ff. de pign. actio. si conuenerit. §. si fundus. & nudam aduocat possessionem hæc actio. ff. de euict. si cùm uenditor. Habet autem electionem creditor, utrum agat personaliter contra debitorem uel hypothecar. contra possidentem, secundum iura Codicis, ut C. de distra. pignor. l. persecutionē. sed hodie primò conueniendi sunt debitores, fideiussores, mādatores, & sponsores, antequam perueniatur ad pignorum possessores, ut C. de actio. & obligatio. hodie. & in authent. de fideiuss. §. neque, col. 1. Dixerunt tamen quidam illud corrigi per aliud authent. de liti. §. ab hoc. col. viij. Alij dicunt, quòd si possessor habeat causam à debitore, tunc habet creditor electionem: ut in authē. de liti. si ab extraneo, nō habet electionem: imò tunc habet locum authen. de fideius. Sed certè factū debitoris possessori nocere nō debet. ff. de doli exce. apud Celsum. §. si quis autem. unde dic, quòd authēt. de liti. loquitur, qn̄ debitor lit. cōtest. super hypothecaria rem obligatā alienat: quāuis enim nō fiat res litigiosa per hypothecariā: fecit tn̄ creditor cōditionē suā meliorē per factū debitoris alienātis, in hoc, quod electionē habebit, secundum Azon. uel distin. utrum possessor habeat titulū lucratiuū, & tunc habet creditor electionē: uel onerosum, & tunc si fuit fraudis conscius, scilicet quia sciebat rem

alii

alij obligatā, idem ut pridem: quòd si bonam fidem habet, tunc obstat creditori exceptio, quousq; egerit contra debitorē & fideiussores, & mandatores. sed postea agi potest contra pignorum possessores: nec distinguitur utrum lite contest. alienauerit debitor: quia dicit authenti deliti quòd licet debitori res uendere cui & quando voluerit, ergo loquitur etiam vbi lis non est contestata.

8 **Et ad quid** † Ad res obligatas, licet earum forma mutata sit, scilicet ad vineā vel hortum, uel aream, sed bonæ fidei possessor sumptus in ædificando factos per exceptionē retinet. ad hoc j. de decim. commissum. ff. eo. si fundus. §. si res. & l. Paulus §. domus. Idē in eo quod accreuit ꝑ alluuionem, vt ff. eod. si fundus. respons. j. Item ad accessiones fructuum & partuum, si tamen apud creditorem conceperit. ff. eo. Paulus. respons. j. & idem de pign. act. si conuenerit. §. si fundus. Idem dici potest in fructibus satis, seu seminatis eo tempore, quo obligatio facta fuit. dicuntur enim fructus domini, etiam antequam percipiantur, quia pars fundi sunt. ff. cod. & quę nondum. hoc locum habet, quando vsufructuarius obligauit: aliud, si proprietarius, nisi nominatim conuenissent, vt innuit hoc eadem l. 1. ff. de pignor. act. si conuenerit. 2. §. penu. excepto quoddicitur in l. in prædijs. j. allegata. & est ibi ratio specialitatis in promptu, & ratio dominij, siue proprietatis. sic contra de feud cap j. & ad hoc ff. eod l. j. §. cùm prædium. sed secundum Azo. semper intelliguntur obligati. ergo pro fructibus seminatis per bonæ fidei possessorem, inquantum dominus non transtulit rem, dabitur mihi hæc actio, nisi consumpti sint. ff. eo. l. j. §. cùm prædium. & in quib. caus. pigno. tacitè contrah in prædijs. Datur & ad gregem, quamuis renouatum. ff. cod grege. respons. 1. obligato tamen seruo, non videtur peculium obligatum. ff. eodem. l. 1. §. seruo.

9 **Quando efficaciter† intētetur.** Admonito debitore, ut soluat. C. eo. debitores. hoc si dies debiti cessit, & venit, alias repellit, nisi iusta cā ad hoc ꝓcedat, ut qa possessor putabatur recessurus: nā & debitor fugiēs retineri pōt. ff. de his quæ in fraudē cred. ait. prætor. §. si debitorē. Sed & si debitum purū sit, hypotheca conditionalis nō intentat, nisi fortè ad hoc, vt caueat de restituēda conditione existente. ff. cod. grege. §. penult. & l. quæsitum est. Et quādiu vnus denarius remanet ad soluendum, pignus nihilominus remanet obligatum. ff. cod. qui plures. C. de distract. pigno. quamdiu. ideoq; creditore possidente, non datur pignoratitia debitori, nisi omnis solutio facta sit, vel aliàs satisfactum, vt ff. de pigno. act. si rem alienam. §. omnis. pecunia. sed sufficit obligatio in iudicio facta dummodò depositio & cōsignatio sequuta sit. C. de usur. acceptam. ff. de admini. tuto. tutor qui tutelā. §. ultimo. C. de pign act. quominus. & l nec creditores. Hæc autem pignoratitia datur debitori, & omni illi qui pignori obligare potest, dūmodo obligauerit: quod dicit ut notatur. s. cod. §. quis possit. Quinimo & prædoni datur. ff. eod. si rem. § is quoque. & l. si pignore. §. si prædo. Datur & tutori & curatori, si obligatio decreto interueniente facta sit. ff. de pign. act. tutor. & C. de admi. tuto. lex. Item procuratori, qui obligauit de speciali mandato uel generali, si dominus cōsueuerat taliter contrahere. ff. de pig. act. solutum. §. ult. & l. vel uniuersorū. Sed procurator meus si pignus receperit post satisfactionem sibi factam, pignoratitia conuenitur. ff. eod. solutum. §. vlti. Et intentatur ad hoc pignoratitia, ut creditori rem restituat, uel possessionem pignoris corporalē, quę apud eum fuerit. C. de pign act. l. penul. & ff. de pign. act. cū & sortis. §. ult. & l. debitor. §. ulti. & hoc nec deteriorat am, nec alij obligatam. ff. de pign. act. si uenderet. §. ul. & l. sequ. C. de pign. act. l. 2. Sed sumptus bona fide factos deducere potest, nisi sint immoderati. hæc igitur à iudice erunt inspicienda, ut neque nimis onerosus creditor, neq; nimis delicatus debitor audiatur. ff. de pign act. si necessarias & l. si seruus pignoratus. in fine. Item accessiones & fructus, & quod per alluuionē accreuit, restituendum est, ut ff. de pign. act. si conuenerit. §. si nuda. Et soluta pecunia extinguitur obligatio in personā creditoris, & eius cui pignus obligauit. ff. de pign. act. si debitor. § vlt. Quamuis autem creditor necesse habeat probare amissionem pignoris, non tamen tenetur probare, quòd sine dolo suo vel culpa amissum sit: quia nec potest. ergo debitor hoc probet, si uult. ꝙ alius sibi condemnetur. C. de pign. act. si creditor. & l. si nulla. ff. de probat. quoties. §. qui dolo. nec obstat. ff. locati. si quis fundum. §. impera tor. quia probat, ꝙ sine dolo amiserit eo ipso quòd non probatur contra. sic caprarius probans latrones abegisse capras, hoc ipso ꝙ non probatur, quod ipse cōsenserit, à fraude excusat. C. qui milit. non pos. l. ulti. lib. 12. nec tenetur creditor de fortuitis casibus, ut dixi supra. Illud autem certum est, ꝙ fructus sortem attenuant, unde non potest pignus obligari alij creditori à primo creditore, ultra summā quā ibi habet, ut j. c. cùm cōtra. & C. si pignus pignori da. sit l. 1. & 2. & ff. eod. ti. l. grege. § cùm pignori. Sed qua actione reperes pignus à creditore creditoris tui? Quidam dicunt officio iudicis. ar. j eo. cùm contra. & C. si pig. pignori dat. sit. l. 2. in fin. quia soluta pecunia primo, ius secundi euanescit. ff. de pig. act. debitor §. fin. ff. eodem. grege. §. cum pignori. & §. in superficiarijs. Alij dicunt agendum contra primum creditorem, ut pignus redimat. ff. commoda. si ut certo. §. nunc uidendum. & de pign. act. l. petenti. Vel dic, quòd is qui obligauit, potest intentare rei uendi. & hæres eius, si possessionem aliquando adeptus fuit, alioquin agendū est pet. hæredi. ut C. eod titul. si dominium. ff. de petit. hæredit. ꝙ si in diem. §. non solùm. Si tamen quis fecerit iuramentum, vt non petat rem, quousque pecuniam soluerit, hoc seruare debet: verùm soluta pecunia quidquid de ductis expēsis perceperit, creditor restituere cogitur, ut supra de iureiu. ad nostram. nam fructus percepti semper computātur, nō obstante fictitio contractu, vt j. eo illo. ideo dico fictitio: quia si pœna adijciatur, quę legitimum modum usurarū excedat, prę sumitur contractus usurarius: & ex quo apparet, quòd creditor usurarius erat, de facili interpretamur cōtra ipsum ad hoc, ff. de act. emp. & vend. Iul. §. idem. ff. ad Maced. sed Iul. §. quod dicitur. de lega 3. nūmis C. de episc. audi. nemo deinceps. & ad hoc facit quod not. s. de his quæ ui metùsve causa fiunt. §. qualiter distinguatur. & de contrahenda emptio. & vendit. §. qualiter. sub §. illud autē. versic. seq. Sed nunquid creditor tenetur de fructibus percipiendis? Ita videtur expressum, C. de pig. act. l. 2. & de partu pig. l. 2. ergo si non locauerit fundum uel domum, vr̄ ei imputandum. argu. j. eod. significante. Sed contrà, quia non inuenio decretalem, quæ hoc dicat expressim, ut patet in superioribus. & j. de usur. cap. 1. & cap quoniam. & cap. conquestus. quæ dicunt ipsum tantùm teneri de perceptis, necessarijs tamen expensis deductis, quia fructus is intelligitur, qui superest deductis expensis, vt C. de fruct. & lit. expen l j. & ideo etiā malæ fidei possessor expensas ipsas deducit quas fecit gratia querendorū, colligendo rum, & conseruandorum fructuum, vt C. de pet hære. l. si à domino. §. ult. & certè improbè exigit debitor fructus prouenientes ex artificio acquisito sumptu creditoris. ff. de rei vendi. cęterùm. & pro hac uia uidetur casus, ff. de pignor. actio. si conuenerit §. ulti. Item nullus tenetur de percipiendis, nisi malæ fidei possessor, ut not. C. de rei uendi. certum. s. de resti. spoli. grauis. ff. de rei uend. si nauis. & l. fructus. & de pet. hæred. item ueniunt. §. si possessor. & §. fina. & l. sequ. & l sed si lege. §. si ante litem. Item ita haberet necesse colere, uellet, nollet: quod non est dicendum, quia nec debitor ei libenter redderet boues, si amitteret: ergo non debet ab eo exigere quod colat suo periculo, & fructus reddat. arg. C. de sol. l. penult. ff. de damn. infec. qui bona §. si quis quia nec tenetur colere, nisi per speciale pactum argu. ff loca. & cond. ea. l. C. de alluu. l. vlt. nec etiam malæ fidei possessor cum titulo tenetur de percipiendis, ut C. de rei uendi. si fundum. Solutio. Dicas, quòd non imputatur, si non coluit, nisi fortè hoc fecisset in fraudem, quod pręsumitur, nisi proprias possessiones colebat, non ita fert iles: sed imputatur, si nō locauit, & locare potuit, quia est in culpa. argum. C. de distra. pigno. l. 3. idem dicas de qualibet re, quam paterfamil locare consueuisset, sine mobili, siue immobili, vel se mouenti. argumen. ff. de usufruct. sed & si quid. §. & si vestimentorum. & ff. de pigno. act. uel uniuersorum. & iunge quod no. suprà. de consuetud. §. & de uirtute. versicu. idem est specialissima. & argument. infrà, eodem. illo. ad finem. si non consueuit locare, & aliquis conducere uoluit pręstita cautionē: & creditor res proprias pertulit in locando, cum alius peteret obligatas, idem uidetur, aliàs non imputabitur de re mobili, uel se mouente, cùm esset suo periculo, ut ff. de rei uendica. si nauis. & ad hoc optimè facit. ff. de bon. autbo. iudic. poss. in ueditione §. 1. & l. prętor ait. § is. & §. præterea. quia & creditor uideretur furtum committere, si aliàs mala fide pignore uteretur, ut Institu. de obliga quæ ex delic. nasc §. furtum. dicas tamen, quod pacto, si de ipso appareat, super omnibus standum erit. ff. de uerbo. obliga. eum qui calendis. & not. suprà, depositi. §. & inquantum. & commodati. §. & inquantum. uersicu. directa. Non solùm autem debitore soluente repellitur creditor intentans hypothecariam actionem, imò & idem seruatur in quolibet possessore, si uelit repellere creditores. ff. quibus modis pignus. vel hypot. soluit. Paulus. §. qui pignori. Sed & quamuis satisfactum sit debitum, pro quo res obligata fuit, nihilominus creditor ipsum pignus retinere potest ob chirographariam pecuniam, id est, personalem actionem. C. ob chirograp. pecun. l. 1. & 2. chirographariam intelligas, etiam pro qua pignus obligatum non est, licet inde non extet chirographarium: id est, instrumentum: & largo modo intelligas ꝓ vino, frumento, & similibus, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura in quibus mutuum cōsistere potest, ut ff. si cert. pet. l. 2. quia possibile est omnem rem in pecuniam conuerti, vt Cod. de consti. pecu.

sti.pecu.l.2. ff de verbo.signific.l.4. Et hoc uerū est in pignore cōuentionali, secus in iudiciali, secundum d.m. pinguius enim ius habeo in conuentionali, quod traditur mihi de consensu domini, quàm in iudiciali, quod traditur eo inuito. arg contra: quia si vnus creditor mittitur in possessionē, prodest aliis. C. de bon. authorit.iudic.possid.l.vltima. ff. de bon. authori. iudic. possid. cùm vnus. si ergo prodest aliis, multo fortius sibi ipsi. argu. C. de natu lib.l.pen. Vnum tamen notabis, ꝙ hodie pro usuris non uidetur, ꝙ possit retinere pignus, quantumcunque pro ipsis obligatum sit, quia penitus illicitæ sunt. ff. de pigno.act. solutū.§ 1.& 2. Item ad hoc, ut creditor efficaciter intentet hypothecariam, necesse habet probare rem fuisse obligatam eo tempore, quo obligauit, nisi generaliter vtatur hypotheca. ff. eodē. & quæ nōdum §.quod dicitur. Habet locum hypotheca, quoties pecunia soluta non est, quāuis condemnatus sit debitor vel fideiussor: habet enim suas conditiones, scilicet si soluta sit pecunia, uel aliàs satisfactum ff. eodem, grege.§.etiam si creditor. & §. si cum defensore. Creditor tamen habens specialē & generalem hypothecam, non extendet manum ad generalē, dum de speciali sibi satisfieri potest, vt C. eod quamuis. Ex conuentione etiam speciali potest creditor pignus authoritate ꝓpria accipere: sed vrbanius faciet, si per prætorem hoc postulet. C. eo. creditores. & de pign. act. pignoris. & iunge quod not. contrà, de consuet §.qualiter. uersic. quid ergo.

10 Quo ordine,† & in quantum fiat condemnatio. Si ordine iudiciario intentat quis hypothecariā, & conueniat debitorē, lis æstimabitur vsq; ad quantitatē debiti & etiam contra ipsum in litem iurabitur, si dolo desijt possidere: si extraneum, condemnabitur, quantum in litem iuratum erit. sed si sine culpa desijt possidere, debitor ad debitū tenetur extraneus ad interesse. Sed & si possessor per cōtumaciā nō restituat, potest creditor eligere iusiurandū in litē contra ipsum, uel quod res manu militari ei auferatur. ꝙ si fortè res abest, si cauerit restiturum se, possessor absoluitur ut ff. eod. si fundus.§. in uenditione. & l. si inter.§.ult. Est autem hæc actio in rem, ut C. eod. pignoris. & arbitraria, ut Inst. de act.§.præterea. Item quandoque tollitur decennio, quandoque vicennio quandoque tricēnio, quod dic vt no. s. de rescrip. sub rub. de præscrip. rer. immob.§. quæ exigantur. sub.§. hoc quo ad res uersicu. hæc autem quadragenaria a præscrip.& seq.§.[a]

Cum constet, &c. In primis pone casum, ꝙ Titius frater Ioannæ mulieris, & auunculus Margaritæ, Raynaldum nepotem suum, & filium prædictę Ioannæ instituit sibi hæredē, dicens ita, R. nepotem meum mihi hæredem instituo: si verò moriatur in pupillari ætate, substituo sibi sororem meam Ioan quantum ad usumfructum insolidum. Mar. autem neptem meam sibi substituo, quantum ad propritatem & insolidum mortuo igitur Titio, & post ipsum Ray. in pupillari ętate, petit Mar proprietaria à Ioan. amita sua vsufructuaria, ut sibi caueat. quæritur quid iuris? Ad prędicta respondet Papa, & accedit, ff. de vsufruc. lega. uxori meæ. & Instit. eod §.1. uel pone secundum l ff de vsufr. accre. mulieri. uel secundum aliā: ff usuf. quēad. cau. si usufructus mihi. hic vidēdū, Quid sit usufructus, Qualiter constituatur, In quibus rebus constituatur vsusfruct. Quemadmodum caueat vsufructuarius, Et qualiter amittatur.

11 Quid sit vsusfructus.† Ius alienis rebus utendi fruendi, salua rerum substantia: est enī ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est: ut ff. eo. l.1. Inst eo. in prin. Bene dicit *ius*: per hoc enī innuit, ꝙ non loquitur de fructibus fundi qui corporales sunt, sed de iure ꝑcipiendi, id est, seruitute. ff. de seruitu. l.1. quæ est incorporalis. Inst. de rebus corporal §. ideoq; quāuis interdictū, unde vi, non intentetur principaliter pro rebus mobilibus, tū usufructuario necessarium est, si semel possedit. aliàs vsumfru. p confessoriā act vēdicabit. ff de vi & vi arm. l.3.§. unde vi. interdictū. & §. seq & ꝑ hoc remouet vasallus superficiarius, qui secundum Azon. habet dominium vtile, uel secundum dnm meum utilem actio. vt ff si ager vectig. vel emphyt. pet l.1. 2. & 3. *Alienis*, ideo dicit, quia res propria seruire non pōt ff. de ser. vrb. præd. in re cōmuni. ff. si vsusfr. peta. l. vti frui. in prin. *Rebus*, qbuslibet, nisi usu consumant, ut Instit. eo § constituit. ff. si cert. pet. l.1. in fi. de hoc dic ut no. j.§. in quibus rebus. *Vtendi*, ꝑ hoc remouetur creditor: qui si pignore vtatur, furtū cōmittit, nisi crederet dominū ꝑmissurum. Insti de oblig. quæ ex delic. nasc.§. furtū *Fruēdi*: vt remoueatur nudus vsuarius, qui ad quotidianū vsum vti pōt, sed non pōt vendere, nec capere vltra quā sibi necessariū sit. Inst. de usu & habi.§.1. *Salua rerū substantia*, id est, præstita cautione de saluanda substantia. & sic cautio est de reser. secundū quosdā, arg. C. eo. l.1. & ff. de vsufr. leg. l. uxori. alii contrà, qa & sine cautione usufructus est. arg. ff. de vsufru. ear. rei. quæ usu con hæc senatus.§. si pecuniæ. & quemadmodū serui. ami. si partem.§.1. & quando dies leg. ce. cùm ita.§. cū seruo. Et quia sunt casus, in quibus nullo mō præstatur cautio. ff ut in poss leg. l.1.§. si ad fiscū. C. de bonis quæ lib. l. vlt. ff. vsufr. quēad cau. si vsuf.§. illud. & §. planè. Dicas, ꝙ uerba sunt de diffinitione, sed non cautionū. unde sic expono, salua rerū substantia, id est, dūmodo non pereat substātia. quasi dicat ita debet vti & frui, quòd non cōsumat substantiā rei, quia tādiu durat vsusfructus, quādiu substātia, & ideo cōsequenter iungit: *est enim ius in corpore*. &c. dic, *ius*, id est, seruitus, scilicet personalis, secundū d.m. & sic excluditur emphyteuta. & quia talis benevendit ius suū, & distrahit, & cedit, ut s. de loca c. vlt. sed vsufructuarius hoc non pōt. ff de peric. & cōmod. rei vēd. necessario § pen. & de iure do. si vsusfr. quod de ipso iure intelligas: nam fructus vendere pōt, ut ibi, & ff. eo. non vtit. & l. seq Vel dic, *ius in corpore*, id est, forma corpori inhærens, quo scilicet corpore, putà domo in qua habet vsusfructus, destructa uel casu ate perempta, & ipsum ius tolli necesse est: nā corpore ipso perempto, & ipsum ius perimitur. ad hoc ff. ꝓ socio. uerum.§ pen. & no. j. eo.§. fin Et iste usufr. dicit formalis, qui etiā à proprietate recepit separationem. Inst eo §.1. & dic usumfr. id est, quia postea dicit vsusfr. nā ante separationē non dicitur vsusfr. nec post separationem separatur. Causalis autem vsusfructus dicitur, quē aliquis habet causa dominij, & talis non dicitur seruitus unde non petitur confessoria, sed negatoria, quando negat ipso inuito ius alii esse fruēdi, & sic vēdicat rōne dñij. ff. de exceptione rei iudic. si cū argentū. §. pen & ff. de pact si vnus.§. antepen. sed primus usufructus, scilicet formalis, dicit pars dominij, cū vsufructuarius loco domini habeatur: quia fructus ei tanquam domino acquiruntur, & accessiones, & seruus ex opera, & re sua ei acquirit, & ei de dāno infecto cauet, & seruū pro noxa defendit. ff eod arboribus.§.1. & l. vii. & l. sed & si quid. & l. hactenus.§. Neratius. & l. serui. tū formā proprietatis vsufructuarius mutare non pōt, quamuis etiam in melius, inuito proprietario, ut ff. eo. fructuarius & l. nouū. & l. usufruc. sed in ueritate pars dominij nōn est, arg. ff. de vsuca iusto.§. non mutat & de acquirenda possessione si quis fundum.§. vlt. & de fideiuss. si à reo.§. fideiussor. ff. eo. si Titio § ult. Sed secūdus, scilicet causalis, pars dominij est: quia ratione proprietatis competit ius seruiēdi, ut ff. de uerb. sign. iustè. primus usufructuarius, scilicet formalis, uerus dicitur, & est quasi uerus, qui consistit in pecunia, & in rebus quę usu consumūtur, ut dicam infra. §. in

ADDITIO.

a Non ineptè ex Mart. subiiciemus superioribus pignorum rubricellam, ad quid dator, ad quid acceptor pignoris tenetur. Qua in re idem in hæc uerba scripsit: Pignoris dator tenet soluere debitori, si pignus periit absque culpa creditoris, vt Inst. quib. mod. re contrah. obl.§. final. nisi id actū sit, ut amisso pignore liberet debitorē. C. de pign. act. l. quæ fortuitis. Itē in pēsas à creditore in pignore bona fide factas reddere debet, nisi fuerint immoderatæ. ff. de pig. act. l. si seruos. Similiter nec rē vni pignoratā potest alteri pignori dare, aliquin crimine stellionatus poterit accusari, ut ff. de crimine stell. l.1. & fi. nisi res talis sit, quod sufficiat. ff. de pignoratic. action. l. si quis in pignore.§. fi. item si debitor rē alienā scienter pignori dederit absque domini voluntate, uel rem obligatam subripuerit, crimini stellionatus subditus erit. C. de crim. stell. l.2. & ff. eo. l.3. Creditor autem debito sibi integrè soluto, pignus reddere tenetur. vt C. de luitio. pig. l. fin. Debito tamen pro parte soluto, pro reliqua parte totum pignus remanet obligatum. C. de distra. pign. l. quandiu. Itē tenetur reddere pignus alij non obligatum, nec deterioratū. ff. eo. l. si cùm uenderet.§. uenit. & §. creditor. Item qñque in fraudem pignoris res uenditur, vbi cōmittur frequēter vsura, id quod ex forma ꝯtus, & ex corrupta intentione emptoris & véditoris, & ex cōparatione precii deprehendi potest. extra, eod. tit. illo vos. & de empt. & uendit. ad nostrā. & de actio. emp. l. Iulia.§. ibidē. Itē qbuscunque res pignoretur, debent fructus cōputari in sorte, deductis tñ expensis, etiā si res transeat in manus multorū creditorū, & statim cum fructus adæquatur sorti, possessio rei pignoratæ reddi debet dño suo. extrà eodem tit. cum ꝯ vbi de hoc in gl. non enim potuit. Itē pignus recuperari potest à debitore qñcunque uolueris, nisi sit distractum. C. de distrac. pign. l. si pignus. Item ſm quosdam potest quis vendere pignus vltra terminum, etiam inuito & contradicente creditore, nisi offerat debitum ultra terminum, & eo bona fide vendito: si minus accepit, pōt agere ad supplementū. Si uerò plus, tenetur restituere debitori. Circa venditionem verò talis distinctio facienda est, quia aut fuit pactum; quod liceret uendere, aut ꝙ non liceret, aut de hoc nulla fuit mentio. Primo casu debet nunciare creditori, & postea vendere, aliter non. In secundo casu etiam potest vendere, sed prius tenetur, & debet nunciare debitori, ut soluat. Quòd si non soluerit. potest uēdere: aliàs si ante trinam denunciationem vendiderit, furti tenetur. In tertio casu sufficit vna denunciatio: & postea elapso biennio, poterit fieri uenditio. similiter si pignus casu fortuito, uel sine culpa sua perierit, uel deterioratum fuerit, non tenetur creditor: sed si dolo vel culpa sua, tenebitur. Similiter si creditor vltra terminum impignorauerit alteri, authoritate sua, etiam cū licentia debitoris, uel contra uoluntatem, potest. sed omnes fructus, quos secundus creditor recepit, sibi computantur in sortem, nisi debitor ipsemet obligauerit pignus suum secundo creditori. Martinus.

§.in quibus rebus. Eſt & legalis. nam à lege datur patri vſusfructus in rebus aduentitiis filiorum alienatione proprietatis eidem penitùs interdicta: ſed non poteſt accuſari de mala adminiſtratione. Inſti. per quas perſo. no. acquir. & C. de bonis, quę lib. cùm non ſolùm. eod. l. cùm oportet. reſpon. 1. & §. non autem. poteſt tamen filius iudici denũciare, ſi pater malè adminiſtrauerit, ſicut & libertus denunciat iudici ſeueritatem patroni, non tamen accuſat. ff. de offi. præfec. vrb. l. 1. §. quod autem, ſic intellige c quod videtur dicere, quod cõqueri poſſit. 2. q. 7. queritur pater de malo filio. & iudex hoc audito debet inquirere veritatem, & interponere partes ſuas. expedit enim reipub. ne quis re ſuâ malè vtatur. Inſti. de his qui ſui iuris ſunt. §. ſed hoc tempore. ſed & intereſt principis, habere ſubditos locupletes in authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio §. cogitatio. col. 2.

12 Qualiter conſtituatur † inter viuos.

Pactionibus, & ſtipulationibus. Item in iudicio famil. herciſc. & con. diuid. vt ſi iudex alij proprietatem adiudicet, alteri vſumfr. ff. eod. l. 6 §. 1. Item in teſtamento. ff. eod. l. 6. reſpon. 1. Inſtit. eod. §. 1. Quid ſi quis dicat in teſtamento ſuo, Vxorem meam relinquo dominam & vſufructuariam omnium bonorum meorum, quamdiu alium virum non duxerit: nunquid videtur domina vel vſufructuaria, vel vſuaria tantùm? Quamuis hæc quæſtio diuerſimodè per diuerſos doctores terminata ſit: dicimus tamen ipſam dominam ad tempus, vt ſatis probatur. ff. de aur. & arg. le. ſpecies & ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu con. l. fina. & argumen. ff. ad Trebel. cogi. & ff. de lega. 3. vxorem. reſpon. 1. & de hære. inſtit. his verbis. talis tamen proprietaria temporalis nihil alienare poteſt, de his quæ relicta ſunt: quamuis fructus ſuos faciat. argumen. de dona. quæ ſub modo. l. 2. & 3. & communia de leg. l. fi. & auth. res quæ ſubiacent reſtitutioni. poteſt tamen contractus laudare, & laudiſmum recipere. nec per hoc videtur facta conditio hæreditatis deterior, ſicut nec eccleſiæ, ſi prælatus beneficia vacantia conferat, vel electos confirmet, cùm talia ad manus ſuas retinere non poſſit. ſ. de feud. cap. 2. Sed quid ſi talis teſtator reliquit hæredem ſuum legitimum? Dic quòd non potuit grauari in legitima ſua, neque quo ad proprietatem, neque quo ad vſumfruct. vt C. de inoffi. teſta. quoniam. & authen. nouiſſima. & l. nouiſſima. & l. ſancimus. §. cùm autem quis. Sed nunquid tali competit querela? Et dic vt not. j. de teſta. §. qualiter infirmatur. ſub §. item per querelam. Quid ſi cùm non haberet filium & teſtator reliquit hæredem extraneum? Dicunt quidam, ꝙ tunc habebit vſumfruc. inſolidum omnium bonorum, etiam nominum, quamuis etiam non fuiſſet ei relicta proprietas, ſed vſusfruct. tantum. ff. de vſufruct. leg. l. vxori meæ vſumfructum lego bonorum meorum. & l. vxori vſumfruct. Tu dicas hoc verum, vbi proprietas eſt legata, vt ſ. ſecus ſi vſusfruct. nam tunc alius ſcriptus hæres quartam ſuam detrahit de vſufruct. & ſi plures ſunt, quilibet quartam ſuam habebit, vt ff. de vſufruct. omnium. & l. ſi mihi, & tibi. Sed in hoc caſu, quando ſcilicet vſusfr. tantùm relictus eſt, hoc notabis, ꝙ ſi talis vſufructuaria ante ſatiſdationem, de qua loquitur j. eod. c. fi. præſtitam fructus perceperit, ipſos amittit, vt in patrocinio bonorũ computari debeant, vt ff. de vſufruct. leg. vxori vſufructu bonorum legato. Hoc etiã notandum, ꝙ vbi maritus aliquid relinquit vxori, ſi etiam poſt mortem viri appareat matrimoniũ fuiſſe illicitum, tale relictũ, quidquid occaſione relicti percepit mulier, reuocatur: vt ff. de vſufruct. legat. vxori maritus per fideicommiſſum, quod intelligas, vbi vxor habuit malã fidem. argu. j. de clandeſt. deſpon. cùm inhibitio. §. ſi quis verò. & ſeq. alioquin contrà. arg. j. qui fil. ſint legi: ex tenore. & intra quinquennium tantùm, vt apparet in his quæ not. j. de clandeſt. deſpon. §. fina. ſuper verbo, etiam in conſpectu eccleſi. falſa autem accuſatio vxori non oberit. ff. de vſuris. maritus. Non obſtat his quæ ſ. diximus, illud quod conſueuit opponi, ꝙ in tali relicto videtur teſtator ſibiipſi fuiſſe cõtrarius, quia per hoc quod dicit dominam, innuit ipſam proprietariã: quod dicit vſufructuariam, contradicit. ergo contraria dicens. & c. C. ſi ſer. exte. ſe emi man. l. vnica. quia intelligendum eſt de cauſali vſufructu, de quo not. ſ. eod. §. quid ſit vſusfructus. verſi. cauſalis. vt bene probant ſuperiora iura. Item non obſtat interpretatio facta per doctores, qui dixerunt, ꝙ per hæc verba videatur relicta ſibi ſuſtentatio ſua tantùm, quaſi videatur vſuaria tantùm, quia & contra verba, & contra mentem interpretati ſunt: & ſi fortè moti fuerint ex eo quòd hæres nondum nomen hæredis videtur habere, huic ſatisfacimus. ſ. eod. verſic. ſed quid ſi talis. & verſicu. quid ſi cùm non haberet. Igitur ad contrariam interpretationem, & plenam faciendam, monet nos verborum ſignificatio. C. eod. verbis. & l. 1. ff. de legat. 3. non aliter. necnon teſtatoris mens & intentio, quæ talis fuiſſe præſumitur, tum ratione ſpecialis affectionis, quam maritus ad vxorem habere conſueuit, argu. ff. de legat. 1. ſi quando. C. de leg. cùm alienam. ff. de ſupel. lega. l. Labeo. tum ratione vltimæ voluntatis. j. de donat. cùm dilect. ad fin. tum ratione modi appoſiti, ſcilicet quandiu alium virum non duxerit. per hoc enim inducit ad caſtitatẽ ſeruandam, cuius ſumus amatores, in authen. quibus mod. nat. effi. legi §. illud quoque. col. 6. ſicque triplex funiculus fortiter operatur. argu. ſ. de treug. & pac. capitu. 1. & de offic. cuſt. capit. 1. & accedit quod not. j. de condit. apposi. §. fina. ſub § illud in ſumma. Sed quid ſi talis non inducat alium virum ad turpem amatorem? & quidem erit multo magis punienda, vt in authen. de reſti. & ea quæ parit in 11. menſe. §. verum ſi quidem. collat. 4. Sed quid ſi teſtator nullum alium hæredem inſtituit, nec ſibi ſubſtituit, nec eam hæreditatem reſtituere rogauerit, tamen & filios non haberet, habebat tantùm conſanguineos, qui ſibi ſuccederent ab inteſtato, quis habet hæc bona, tali vxore moriente, vel ſecundas nuptias contrahente? conſanguinei mulieris non, quia tempore illo, quo illi ſuccedere deberent, non inueniuntur in bonis mulieris: ergo non poſſunt ſuccedere in bonis, quæ ad ipſam non pertinent. ff. de regul. iur. hæreditas. & hoc expreſſim probatur. ff. de annuis leg. l. 3. conſanguinei teſtatoris non, quia tempore illo quo teſtator dedit, ex vi relicti inuenitur in eis mulier inſolidum ius habere, ergo in eo quod inſolidum ad aliam pertinet, ſuccedere non poſſunt, per eandem l. hæreditas. & ff. de vſufru. legat. qui fructus prædiorum. ſed neq; mulieri ſuccedunt, quando deſinit eſſe domina, quia ei nihil attinẽt, ſuccedit ergo fiſcus in bonis ſic vacantibus. C. vnde vir & vxor. l. vnica. & de bonis vacantibus. l. 1. & l. penult. lib. 10. ſed non ita eſt, imò ad hæredes mariti deuolui debẽt, quia & in vita mulieris deſiderare poſſent, vt eis caueatur de bonis ipſius poſt mortem mulieris reddendis, non deterioratis, vt C. de lega. l. fina. ff. vſufruct. quemadmodũ caue. l. 1. §. 1. nam talis mulier ſimilis eſt vſufructuariæ, cùm morte proprietas finiatur. ff. de ann. lega. in ſingulos. & ff. eod. titu. ſi quis ita legauerit. & l. cùm defuncta. §. Sempronio. ff. de vſufruc. lega. patrimonij. & l. cùm ita. & hoc traditur pro regula in omni caſu reſtitutionis faciendæ, in authentica, de nup. § ſi verò vſufruct. & § præced. in fin. col. 4. & accedit. ff. ad l. Falcid. l. 1. & §. ſi in annos. & ff. quando dies lega. ced. cùm in annos. & l. ſequen. In fine notatur, quòd ſi cui relinquatur vſusfruct. omnium bonorum, tenetur æs alienum ſoluere de ipſis bonis: ſecus, ſi certarum rerum relictus ſit vſufructus. ff. de vſufruct. lega. l. fina. Item proprietarius poteſt in alium proprietatẽ ſuæ rei transferre, retento uſufructu, in quo uidetur poſſeſſio tradita. C. de dona. quiſquis. Item conſtituitur vſusfructus à lege, ut dictum eſt ſ. eod. §. proxi. uerſicu. & eſt legalis. & alibi. nam mater, quæ ſuccedit filio cum fratribus eius, in rebus paternis habet uſumfructum tantùm. Item ſi tranſijt ad ſecundas nuptias poſt annum à tempore mortis uiri, omnium quæ lucrata eſt à marito, habet tantùm uſumfructum proprietate ad filios delata. in auth. de nuptiis. §. huic. C. de ſecun. nup. l. 3. Item ex die ad diem conſtituitur uſuſfruct. non tamen relinquitur in die quo deſinit. ff. eod. Titio. & pro parte diuiſa & indiuiſa conſtituitur. Sed ſi portionis ſit mentio, & non dicat quotæ, de dimidia intelligitur. ff. eod. etiam. ff. de uerbo. ſignifi. nomen filiarum. §. portionis. Et mortuo eo qui uſumfructum promiſit, hæredes pro hæreditaria parte conueniuntur. & pro l. Falcid. & ipſo iure minuitur. & cùm ex communi prædio debetur is qui defendit pro parte ſua tantùm reſtituitur, & pro eo communi diuid. agitur: & in uenditionem bonorum etiam uſusfructus uenit. ff. eodem. l. 4. & 5. famil. herciſcun. & puto. §. 2. & de bon. auth. iud. poſ. l. in uenditione. ff. de damn. infect. qui bona. §. & ſuperficiarium.

13 In quibus rebus conſtituitur † vſusfructus.

In fundo ruſtico & urbano, & ædibus, & in ſeruis & iumentis, & cæteris rebus etiam ſterilibus, exceptis his quæ uſu cõſumuntur. Inſtit. eod. §. conſtituitur. ff. eo. ſtatuę. §. 1. & hæc uera ſunt de uero uſufructu formali: qui ſ. eo. §. quid ſit uſusfructus, deſcriptus eſt. ſed utilitatis cauſa receptum eſt, ſed quaſi uerus, ut eſt in his quæ uſu conſumuntur, conſtitui poſſit non dico uerus: ergo in pecunia, uino, frumento, oleo, & ſimilib. ut Inſti. eo. §. ſed utilitatis cauſa. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu con. l. 1. 2. & 3. & l. in ſtipulatione. ff. eo. ſed & ſi quid. §. & ſi ueſtimentorum. & in ueſtimentis ſcenicis, & annulis aureis, & cæteris apparatibus, quæ etiam locari potuerunt, ſi ipſe diligens paterfamiliàs locaturus erat, ut in proximo §. uel quod dicit de locatione, reſtringitur ad duo tantùm genera ueſtimentorũ, de quibus ibi loquitur. Pertinet autem ad uſumfructum lac, & lana, agni & hœdi, & uituli, & ſi in ſingulis animalibus habet uſumfructum, & aliqđ moriatur, uſufructuarius nõ tenet. Sed ſi uſusfructus uniuerſitatis, uel gregis relictus ſit, tunc ſubmittere tenetur loco mortuorum alia noua, qua ſubmiſſione facta, uetera ad ipſum pertinẽt.

ff.eod.vetus.l.ultim.& l.quid ergo.Inſtitu.de rerum diuiſione.§.ſed & ſi gregis.

14 **Vſufructuarius† quemadmodum** caueat? Rñdeo, in uero uſufructu cauet, ꝙ ipſe utatur, & fruatur arbitrio boni uiri, & de reſtituenda re, uel eo quod ex ea extabit finito uſufruct.ff.uſufruc.quemad.caueat.l.1.& per totum. Hæc cautio ſeu ſatiſdatio à teſtatore non poteſt remitti. C e.l.1. & 2. quamuis ſatiſdatio legati uel fideicõmiſſi remitti poſſit.C. ut in poſſ.leg.l.2.& l.ſcire. Hoc tñ fallit in caſibus, in quibus cautio huius nõ præſtatur, ſcilicet in fiſco fructuario, & in patre qui habet uſumfructum in rebus filiorum aduẽtitijs, & qñ certum eſt proprietatem ad uſufructuarium peruenturam, quorum concordãtias inuenies notatas.s̃.eo.§.quid ſit.uerſi. quia & ſunt caſus. Sed in qua & ſi uero uſufru.formali ſit res, in qua relinquit uſusfruc. ipſius uſufructuarij, caueat tamen de reſtituenda conſimili quantitate uel in ſumma, ut in concord.ſign.s̃.§.in quibus.uerſi.1.ibi, ſed utilitatis cauſa, &c.& debet fieri reſtitutio proprietario, uel hæredi.& hoc dicit hæc decret.j̃.eo.cùm conſtet.

15 **Et qualiter amittatur.†** Hoc meritò uidendũ eſt, ut ſciamus qñ fiat reſtitutio proprietario, uel hæredi eius: & certè amittitur morte uſufructuarij, ut hic, & maxima capitis diminutione, & media: ſed minima non amittitur, & ſi res perierit in qua relictus erat, amittitur. Inſti.eo.§.finitur.ff.quib.mo.uſusfr.amit.l.1.& per totum.C.eo.l.pen.& hoc ſiue conſtitutus erat, ſiue conſtituendus. ff.eod.qui uſufr.§.ſtipulatus. Eſt autẽ maxima capitis diminutio, cum aliquis ſimul & libertatem & ciuitatẽ amittit, ſcilicet quia efficitur ſeruus pœnæ propter delictum ſuum, uel quia propter ingratitudinem redigitur in ſeruitutem. Minor uerò, ſiue media eſt, cum ciuitas quidẽ amittitur, libertas uerò retinetur: & quia aquæ & igni ei interdictum eſt, uel in inſulam aliquis deportatus eſt. Minima autem capitis diminutio eſt, cùm ciuitas & libertas retinetur, ſed ſtatus hominis cõmutatur, quod accidit in his, qui cum ſui iuris eſſent, facti ſunt iuris alterius. Inſti.de cap.dimi.§.maxima & §.minor.& §.minima Primę duę mortes ciuiles ſunt. ff.pro ſocio.uerum §.ſocietas. non autem minima.unde omnia iura tranſeunt ad patrem, cui ſe quis arrogandum donat. Inſtit. de acqui. per arrogationem.§.arrogationem. ſic C.de ſacroſ eccle.auth.ingreſſi.j̃.de teſtat.qa ingredientibus. Maximæ põt anathema,[a] ſiue maior excõicatio comparari, de quo habes. 11.q.3.debent.minori autẽ ſiue mediæ excommunicatio minor.unde in primo caſu clericus amittit fructus præbendæ ſuæ.s̃.de appel. paſtoralis. in fi. in ſecundo uerò à ſacramentorum eccleſiaſticorum participatione remouetur.j̃.de cler.exc.mini.ſi celebrat. Minimæ peccatum mortale, quia ſtatus hominis utrunque cõmutatur, imò & multum, ut patet.s̃.de coha.cle.& mulie.cap.ult. Hoc autem notandum, quòd ubi uſusfructus ciuitati relinquitur, nõ amittitur minori ſpacio 100.an.ff.eo.uſufru. niſi fortè in ea aratrum inducatur, quia tunc ciuitas eſſe deſinit, ut paſſa eſt Carthago.ff.quib.mod.uſusfru.amit.ſi uſusfructus ciuitati, & habitatione domus relicta poteſt domus inhabitari, & alijs locari, ut C e. cum antiquitas. Et ſi plures ſunt uſufructuarij, uno mortuo acquiritur alijs pars ſua iure accreſcendi ff.de uſufru.accre.per totum.ideo dicit lex, ꝙ qñ totus uſusfr.amiſſus eſt, redit ad proprietatem. Inſti.eo.§ ult. Sed ſi pro parte tantum amitteretur, non rediret ad proprietatem.ff.quib.mod.uſusfr.amit.excepta. Et ſunt hæc in argu.ꝙ ſi duobus clericis detur aliquod beneficiũ pro indiuiſo ad uitam ſuam, uno mortuo, uel remoto, pars ſua ſuperſti ti accreſcat.pro & contra.j̃.de iure patr.poſtulaſti. Quid ſi uſusf. relinquitur alicui, quouſq; pupillus ad pubertatem peruenerit, & intra annum moriatur pupillus. Item quid ſi donec talis à furore reſipuerit, & ſtatim moriatur, non extinguitur uſusf. C.eod. ambiguitatem. Vſusfructus etiam amittitur, non utendo ſpacio decennij inter præſentes, uel 20.inter abſentes.C.eod.l.pen.per quam legem dixit Bul. uſumfructum rei mobilis ſpacio triennij amitti.arg.ibi, quæ etiam ſi dominium uendicabat, &c.nam ſi dominium acquiritur, quod plus eſt, quare non uſusfr.quod minus eſt. Azo contrà.nam per uſumf non acquiritur exceptio ſed dominium.C.de pact.traditionibus.ff.de uſuc l.3.ideoq; uſucapione non extinguit uſusfructus ff de uſuc.iuſto errore.§. non mutat.ff.eod.locum.§.1.& ꝙ idem ſit in rebus mobilibus, probatur C.de ſerui.l.pen.poteſt tamen pro Bul.reſponderi, ꝙ illud quod dicit de decennio, eſt ad res immobiles reſtringendum.nec obſt. ꝙ uſusfr.non extinguatur uſucapione, quia illud uerum, ſi uſuf. quolibet anno uſus fuerit, puto Azo. ſententiam ueriorem per l.C.de ſeru.l.pe ibi, omnes ſeruitutes.& ibi, in omnibus huiuſmodi.nam uſusfr.ſeruitus eſt, ut patet in his quæ not.s̃.eo.§.quid ſit. uerſi.alienis nec obſt.C.eo.l.pen.quia ſubaudiri debet ibi, ubi dicit, quæ etiamſi dominium uendicabat, ſcilicet rerum immobilium, bona fide & iuſto titulo poſſeſſarum. hoc etiã innuitur in uerbis ibi ſequentibus. ibi poterat eum præſentem, uel abſentẽ excludere: nec enim in uſuca.ſed in pręſcrip.long.temp.tantùm diſtinguitur inter præſentes & abſentes.dicendum eſt igitur, qđ loquitur de preſcrip. long. temp. & ſic concordat cum alia l. C. de ſerui.l.pen. tamen rationem Azo. non approbo. ſed hæc eſt, quia intentio uſucapionis eſt à quæſtione ſeruitutis ſeparata, ſicut aliàs dicit lex in pignore, ut no.s̃.de præſcrip.ſub rub.de præſcrip.rer.immobil. §.fi. & hoc etiam probat lex dicta.ff.de uſuc. iuſto.§.non mutat. Item res in qua habeo uſumfr.formalẽ, aliena eſt: res uerò in qua habeo cauſalem, propria, ut patet in his quæ not.s̃.eod.§.quid ſit.uerſi.alienis.& uerſic.cauſalis. præſumit autem ius, ꝙ naturaliter poteram magis eſſe negligens in re aliena, quàm propria, & ideo magis uoluit ſubuenire. per quæ apparet, quòd licet id quod plus eſt, acquiratur per uſumfruct. non tamen quod minus, quia natura hoc non patitur, ergo longo tempore tantùm non amittitur uſusfruc. ſed tunc dicas perſonalem actionem, quæ pro uſufructu competit, non amitti ipſo iure, ſed per exceptionem, quia tempus non eſt modus tollendæ obligationis.ff.de act.& obl.obligationum.§.placet. In hoc autem caſu non amittitur, quando diu qui ſaltem per alium utitur, uel precium habet, quo uendidit, licet emptor nõ utatur: amittitur autem, & ſi alius utatur, ſed nomine uſufructuarij.ff.eo.arboribus. §.uſufr.& § ſeq.& l.non utitur.& l.ſeq quia pro precio.ff.quib. mod.uſusfr.amit.l.antep. Sed & confuſione amittitur, cum ſcilicet ad proprietarium redijt.ff.quib.mo.uſusf.amit.ſi ſeruus. Dicet minuto etiam numero gregis, cuius uſusf.relictus erat, in tantũ ꝙ grex eſſe deſinat, amittitur uſusf.ff.quib.mod uſusf.amit.l.fin. Secus eſt, ſi non gregis, ſed corporum relictus eſt uſusf.ff.quib. mod.uſusf.amit.quid tamen.§.1. Item amittitur rei mutatione, ſuper quo uide quod not.ff.eod.quoties.§.fina.& ff. quib.mod. uſusf.amit.repeti.§.pen.& fi.& l.qui tamen.§.agri uſque ad fin. & l.ubi.& l.ſi cui.& l.ſi ager.& l.cùm uſumfructum.

ADDITIO.

a Anathema. ¶ Adde quæ ſit differentia inter anathema & excõmunicationem. Vide in c.omnes.3.q.4.item anathema æquiparatur deportato, ſecũdum Bald.in c.cùm ab eccleſiarum.in 1.col.de offi.ordi.

DE FIDEIVSSORIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Fideiuſſor quis dicatur.*
2. *Fideiuberi pro quo poſſit.*
3. *Fideiubere quis poſſit.*
4. *Fideiuſſor qualiter fiat.*
5. *Fideiuſſor ad quid teneatur.*
6. *Fideiuſſoris beneficium quid ſit.*
7. *Fideiuſſio inter quos locum habeat.*
8. *Fideiuſſio quando locum habeat.*
9. *Fideiuſſio quando ceſſet.*
10. *Fideiuſſio quòd prodeſt ei, pro quo fideiuſſit.*

PRæmiſſis tractatibus, quibus perſonæ principaliter obligantur, uideamus an alius ſecundariò ipſas recipere poſſit. uel ſic, Diximus qualiter per obligationem rerum creditoribus caueatur: nunc dicamus qualiter caueatur per obligationem perſonarum, & ſic apponamus rub.de fideiuſſoribus, qui principalibus obligationibus applicantur, dicentes, Quis dicatur fideiuſſor, Pro quo poſſit fideiuberi, Et quis, Qualiter fiat fideiuſſio, Ad quid fideiuſſor teneatur, Ad quid is pro quo fideiuſſit.

1 **Quis dicatur† fideiuſſor.** [a] Qui alienam obligationẽ in ſuam ſuſcepit fidẽ, principali nihilominus remanente obligato. Inſt.eo.in prin.ff.eo.l.1,& 2. Eſt autem nomen fideiuſſoris generale, quia continet in ſe mandatorem & conſtitutorem, & eum qui ex toto in ſe alienam obligationem transfert. qui & expromiſſor uocatur.ff.ad Velle.quamuis.§.ſi mulier. Sed differunt hi inter ſe, quia conſtitutor non obligatur, niſi pręcedat obligatio, quæ uiribus debita ſit.ff.de conſti.pec.l.1.§.1.& §. debitum.& §. ſeq.& l.hactenus.& l.item illa uerba.§ quod adijcitur. Fideiuſſor uerò ipſam obligationem præcedit & ſequitur. Inſt.eo.§.fideiuſſor.ff.de iudic.non quemadmodum.ff.eo.poteſt.& l.gręcè.§.1. Mandator autem nunquam ſequitur, ſed ſemper præcedit obligationem.ff.mand. ſi uerò non remunerandi.§.ſi poſt creditam mihi.& l.ſi filius. Verùm ſi mandem alicui, ne debitorem ſuum vrgeat

ADDITIO.

a Quis dicatur fideiuſſor. ¶ Adde Dd.in rub.cod.tit.

urgeat ad solutionem, periculoque meo fore pecuniam dicam obligabor.ut ibi dicit.

2 **Pro quo possit fideiuberi.** Pro omni psona, q̄ ciuiliter & naturaliter est obligata. Vnde pro pupillis & furiosis etiã sine tutoris vel curatoris authoritate potest fideiuberi ff.eo.Marcellus scribit.Quod verum est,ubi ex re descendit obligatio ut si in rem communem quam cum eis habeo,aliquid impendero,uel si pupillus in rem communem damnum dederit.ff.de acti. & obliga.furiosus.aliàs ff.eod.si à reo.§ si à furioso.Item & pro eo, qđ debet hæreditas iacens,fideiubere possum.ff.eod.mortuo. Item & pro fideiussore alius fideiussor interuenire potest.ff.eo. si plures.§ ultimo.& l.9.in fine.Sed & pro eo cui tantum obligatus est naturaliter.ff.eodem.fideiussor obligari §.fideiuss.accipi.& secũdum omnes efficaciter potest exigi fideiussor.argu.ff.eod. ubicũque.quamuis ipse reus exigi non possit, qui naturaliter obligatus est.nec obstat quod dicitur,quòd in plus obligari non possit quam principalis.Instit.eod.§.fideiussores.plus enim tãtùm quatuor modis accipitur,ut no.s̃.de plus pet.quorum nullus in casu proposito adaptari potest.& iunge quod not.j̃.codẽ.§.qualiter fiat.uersi.refert. Vnde & pro seruo naturaliter obligato mihi domino suo fideiuberi potest.Inst.eo.§.nec illud interest.secus, si ego dominus ipsi seruo obligatus essem. ff. eodem. si quis pro eo. §.item si filius.& est ratio quia non posset dari,nisi mihi: sed nemo pro eodem,& apud eundem obligatus manet,ut ff.ad Velle. tutor.nam si mihi condemnaretur, ego sibi tenerer resarcire:ergo dolo facerem,si peterem.ff.de regul.iur.in condemnatione. §.vlt.Secus in casu superiori,quia ibi non acquiritur per patrem obligatio filio uel seruo.ff.de pac.dota.cùm dos.Item pro eo q tantum ciuiliter obligatus potest fideiubere,sed ei competit eadem exceptio,quæ & reo.C.de non nu. pec. si cui. Quæ est ergo ratio, ꝙ in naturali non habet excep.ut no.s̃.respondeo quia naturalis consistit in sola veritate,non in subtilitate consistit: ideo ipsam non admittit,sed respuit,sed ciuilis in sola subtilitate consistit: ideo ipsam admittit.uel ideo quia omnis exceptio à iure ciuili procedit, sicut & actio. Inst. de act. non tamen obligatio.ut Inst. de iur. natur. § ius autem gentium.Sed si reus nullo modo est obligatus,uel ex turpi causa, quia contra legẽ promissum est,nulla est obligatio fideiussoris.ff eo.qui contra.& l.cũ lex.& l. si quis postquam.Et obligatur fideiussor ei cui debetur non illi cui uictus est causa solutionis faciendæ.ff.eo.si mihi aut Titio.

3 **Et quis.** † Et quidẽ quilibet idoneus,in quo requiruntur tria.Primũ,ꝙ sit fidelis.arg.Insti.de suspect. tut. § pen.& fin.& §.suspectus. 1.ff.de uerb.oblig.si quis stipulatus,in fi.Secundum,quòd sit soluẽdo.ff.de uerb.signi.quos nos hostes. § locuples.Tertium,quòd sit facilis ad conueniendum, ut colligitur hoc totum. ff.qui satis.cog. l.2.respõ.1.& l.si uerò § qui ꝓ rei qualitate.& duabus legibus seq.ei autem imputandum est, q minus idoneum approbauit tacitè,uel expresse.ff.eodem.l.3. ff. qui satisd.cog.l.si ab arbitro. possunt tamen fideiubere generaliter illi omnes,q aliàs possunt obligari,de quo dic ut j̃. de don. §.quis & s̃.de pactis.§ quis.Sed excipiũtur milites, vt C. loca. & condu.milites.Item excipit monachus, qui nec naturaliter obligatur,cùm nec uelle habeat.12.q.2. nolle,& c. nõ dicatis. si tamẽ administrationem habeat, uidetur obligari de his quę ad administrationem pertinent.arg.ff.eo.si quis inscio domino.& l. seq. quod intelligas,quando administrationi expedit,aliàs cõtra, ut sequitur j̃.Item clerici,in authen.de sanct.episc § aliud autem. ideoque dicitur,ꝙ clericus inseruiens fideiussionibus,[a] ab ecclesia abiiciatur.j̃.eo.c.1.& dic inseruiens,id est, valde frequẽter seruiens.& sic propositio,in,auget, vt not.s̃.depositi.§.vnde dicat. Dicitur autem valde frequenter seruiens, quando indifferenter fideiubet,ita ꝙ dilapidatio inde prouenit, uel id est ultra quàm debet seruiens,puta vltra summam communi prouidentia taxatam.j̃.eodem.ꝙ quibusdam.uel inseruiens, id est, non seruiens, quod est,quando fideiubet pro laico,ut 11.q.1.te quidem. in authen.de sanct.episc.§. alium. nam pro clerico fideiubere potest iudicio sisti.C.de episc.& cler.omnes.§.in hac.j̃.eodem.c. 2.& 3. Ecclesiam uerò commissam clericus uel prælatus pro nullo hodie obligare debet,ut j̃.titu. 1. in quorundam. ex pietate tamen moderatè subuenire tenetur.85.dist.non satis.Quid si pro ecclesia clericus aliquis mutuum receperit. videtur distinguendum, vtrum recipiat vsque ad quantitatem, uel summam communi ꝓuidẽtia ꝯstitutã,& tũc indistinctè tenetur ecclesia, uel ultra & tunc similiter tenetur,si consensu capituli hoc fiat:sed si consensus non interuenit.non tenetur ecclesia,nisi fortè pecunia probaretur uersa in vtilitatem ecclesiæ,ut innuit. j̃. eodem. quod quibusdam.& ad hoc s̃.depositi.c.1.& ff.de condi.inde.nam hoc natura.& de regu.iur.l.iure naturæ.ff.de in rem uer.l.1.& per totũ. Sed contrà,quia is creditor intelligendus est tantùm, qui potest probare pecuniam uersam in vtilitatem ecclesiæ.10.q.2.hoc ius. C.de sacrosan.eccle.authen.hoc ius.potest intelligi secundum distin.decre.prædictæ.infra.eodem,in quibusdam.& quam s̃.not. Vnum tamen not. quòd & si ecclesia non teneatur, tamen ipse œconomus qui recipit,obligatus remanet.argu.ff.si cer. pet.ciuitas.& in authen.hoc ius.§.qui res.Potest & illud dici, quòd satis sit,si ꝓbet creditor,quòd mutuauerit ad repellẽdos certos usus qui tunc imminebant.argu.j̃.titul.1.cap. 1.& 2.ff.de exer.act.l.1. §.quod si mutuã.& l.Lucius.sufficit enim,quod ab initio vtiliter gestum sit.ff.de nego.gest.sed an vltro.§.1.ff.de mino.uerùm. §. si locupleti.quia nec ecclesia suis debet contractibus fraudem adhibere.j̃.de donatio.per tuas.ecclesiæ si quidem interest,ut ita interpretemur,aliàs nunquam mutuum interueniret.argum.C.de rescind.vendi.ratas.ff.de mino.ait prætor § idem faciunt,aliàs incipit l.& si sine.Econtrà moueor:quia delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet,ut s̃.de exceptio.cùm uenerabilis.§.intelleximus.s̃.de his quæ fiunt à maiori parte capituli. quæsiuit.alii dicunt,quòd probatur uersa in vtilitatem, eo quòd non probatur contra.argu.ff.de exceptionibus.l.vltim. C. q mili.non pos.super seruis.lib.12.nam subtilitas aliàs si seruaretur, in perniciem ecclesiæ redundaret:ergo est repellenda. ff. ad Trebel.l.penult.in princip.& de uerb.sign.cum quidam.in fin. argu. pro & contrà.ff.de in rem verso.quod si seruus.§.sed si sic accepit.& §.seq.Solutio,dicas, ꝙ in ecclesiis illis,in quibus certa summa statuta est, habet locũ dist.illius decret.j̃.e. in quibusdam.in aliis attendenda videtur consuetudo terræ,quæ tamen nõ improbet canonicis institution. argu.j̃.de donat.cæterũ.& si ultra illã summam,quam consuetudo approbat,& approbare debet, det mutuum,dici potest tutum creditorem si de consensu prælati & capituli tradiderit mutuum propter necessitatem & vtilitatem ecclesiæ, quæ tempore mutui imminebat, aliàs ecclesia non tenetur,cùm vnum corpus sint.argumen.suprà.de his quæ fiunt à prælat. nouit.quanto.pastoralis.tua.&c.vltimo.& supra,de porrecu.cap.1.dominus tamen noster à verbis. authen. hoc ius porrectum,quæ notantur.s̃.eodem.uersicu.sed contra.de facili non recedit.

b **Mulier etiam fideiubere** [b] prohibet:ꝙ si fecerit, hẽt except. Vell.S.C.sed qa hæc materia practicatoria est,& satis diffusè tradita ꝑ doctores,quasi totam vtilitatem huius materiæ potes sub compendio comprehendere, distinguendo.Dicas ergo, ꝙ cum mulier pro aliquo intercedit,nisi fiat instrumentum de ipsa fideiussione tribus testibus signatum, ipso iure non tenet obligatio, quia seruatur illæsa per beneficium constitutionis. C. ad Velle. antiquæ.§.vltim.Si uerò fiat instrumentum prædictum,tunc obligatur,sed iuuatur per beneficium Vell.& in hoc casu si tam ipsa, quàm creditor sciũt ipsam iuuare,habet locum Vell.quia nõ debuit certiorari creditor qui non ignorabat.ff.de act. empt. & vend.l.1 in fin.& argumen.C.ad Vell.l.1.& ff.depositi.l.1. §.eleganter.Idem est, si vterque ignorat, nisi in vtroque casu mulier renunciauerit beneficio Velleia.certificata de effectu ipsius per aliquem sapientem:aliàs iniquum est pacto perimi,id de quo cogitatum non docetur.ff. ad Velleia.l.ult.& de transact. qui cum tutoribus.§.vlt. & l. cum Aquiliana. & de pactis. tres fratres. & de institoria.sed si pupillus.§.de quo palam.Et sic dicunt intelligi omnia iura, quæ dicunt, quòd quilibet potest renunciare his quæ pro se introducta sunt,uerum est si sit certificatus.argumẽt. in authen.quomodo oportet episcopos.§ igitur.ordinarius episcopus.& xxxviij.distin.placuit.& si mulier renunciat Velleia.& omni demùm auxilio.C.in quib.casi.mulier offi.tut.fungi.l.vlt. & authen.vt liceat matri & auiæ.& iunge quod notatur.j̃. eod. sub.§.sed & si plures.§.quando cesset.& s̃. de renunc.§.quæ possunt uersic.vnum autem notabis.Sed si mulier ignorat se iuuari & creditor scit hæc, creditor à seipso decipitur, vt ff.de Velle.& creditor scit hæc, creditor à seipso decipitur, vt ff.de rei vend.is qui se obtulit.& l.seq. & de regul. iur. nemo videtur fraudatus.Si uerò mulier scit,sed creditor ignorat,errat in facto probabili,ut qa uenit mulier cũ barba fictitia, braccis, & caligis induta, tãquã esset vir,uel aliter creditorẽ decepit,non iuuatur, quia deceptis & nõ decipiẽtibus iura subueniũt.s̃.de rerum per mut.cũ vniuersorũ.ff.ad Velle.l.2 § vlt.& l si decipiendi.& C.ad Velle.si sine.et l.fęminis.Quod aũt dixi mulierẽ ipso iure seruari illæ.

ADDITIONES.

a Clericus inseruiens fideiussionibus. ¶ Adde quid si tales fideiusserint, an valet fideiussio.uide in capitu.peruenit.& in capitu. cõstitutus. eodem titul.& per Card.Zab.in capitulo primo.in 10.quæst.de postul.& per Ludo. Rom. consil. cccix. incipit, Quo ad primum propositæ consultationis articulum.

b Mulier etiam fideiubere. ¶ Adde gloss. in capitu.ex rescripto. de iureiur.

ri illæsam per beneficium cōstitutionis, uel iuuari Velle. fil'it in decem casibus. Olim obligabat, nec iuuabatur, & hodie obligat, nec iuuatur. Primus est, si causa decipiendi interueniat, & de hoc dictum est s. prox. Secundus, si renūciauit Velle. & beneficio cōstitutionis antiquę & de hoc dictū est s̄. co. uers. idem est, si uter que. mirum tamen uidetur, ꝙ beneficio constitutionis renunciare possit, cùm per ipsum nulla acquiratur exceptio, sed ipso iure nulla sit obligatio. Tertius est si elapso biennio computando à tempore fideiussionis, iterum confessa fuerit se obligatam esse, uel pro ipsa intercessionis pignus, uel intercessorem alium dederit. C. eodem. si mulier. Quartus, si partem pecuniæ accepisse probata fuerit, ideo vt se obligaret, vt C. ad Velle. antiquæ. respon. 1. Quintus, fauore libertatis. C eodem. l. pen. Sextus fauore dotis C. eodem. l. ult. illos sex excipiunt doctores ego alios addo. Septimus enim est, si animo donandi intercessit. ff. eodem. si ego. & l. seq. Octauus, si in rem suam fideiubeat. ff. eodem. alii. & l. si pro aliquo. respon. 1. Nonus, si quasi in rem suam fideiubeat. ff. eod. si mulier. & l. si muli eri. Decimus, si in nullo periclitetur ff eo. si mulier contra sen. con. Velle. intercessisset Vel dici potest ꝙ omnes hi casus comprehenduntur sub illo quando in rē suam fideiubet. Pro maritis autem olim nullo casu interueniente, obligare se poterat. ff. eodem. l. 1. & 2 respon 1. nec hodie possunt aliquo modo. in authen. vt immobilia ante nupt col. 5. & est signa. C ad Velle senatusc. auth. siue à me, siue à te, & est ratio, quia timet lex, ne si hoc concederet, se amore mutuo spoliarent. ff. de dona inter vir. & uxor. l. 1. Hoc autem notandum, ꝙ ubi dixit cōstitutionem Velle. senatusc. habere locum, non periclitatur in aliquo creditor: cùm sibi restituat actio pristina, si amissa sit vtilis tamen, non directa, licet eadē sit in substantia. & sic intelligas ff. ad Velle l. j. & l. quamuis §. si cùm essem. sed si creditor nullam habebat, nō restituitur, sed potius instituitur, ut in prox. §. dicitur. Verùm cùm prædictum instrumentum, de quo not. s̄. eo. §. uersicu. 1. nostris non fiat temporibus, quid curamus de hoc senat. Vellei. Nedum liber obligatur fideiubendo, imò & seruus agendo negotium peculiare, puta pro suo peculiari creditore, alias naturaliter obligaret seruus: sed nec dominus ex illa fideiussiōe de peculio conuenitur, filius verò famil. indistinctè fideiubet, sicut & paterfami ff. de peculio. licet. §. si filius. & l. seruus inscio. & l. sed si serui dominus.

4 Qualiter fiat fideiussor.

† Fit aūt hoc mō, vt interroget fideiussor sic, fide tua esse iubes, qd illi credidi? & ille respōdeat, Fide mea esse iubeo: sic intelliguntur omnia solenniter acta. Instit. eo. §. in stipulationibus. Sed hodie sic vtunt vulgares. Es mihi fideiussor ꝓ tali & ꝓmittis mihi reddere pignora ad voluntatē meam, quando requirā te? & alius respondet, Sic, & ꝓmitto. Refert tamen vtrum res deducatur in stipulationem, an factum, si rem eā dem possim à fideiussore stipulari, vt tamen in duriorem casum non accipiam: & uidetur durior quatuor modis, causa, re, tempore, & loco. ff. eod. l. 4 §. si quis Stichum & § idem Iul. & §. contra autem. & §. sed & si reum. Inst. de actio. §. plus autem. s̄. de plus petit. c. vnico. §. plus. Idem videtur, si operę contineantur in promissione, puta pictoriæ decem dierum. ff. de duob. reis. de ben. nemo est. nā operæ diuisionem accipiunt. ff. de verb. oblig. in stipulationibus. § operarum & de operis liber. libertus qui post. & potest peti pars operę. ut ibi dicit, id est, pars æstimatiōs operę. ff. de uerb. oblig. stipulationes non diuiduntur. Sed si factū stipuletur indiuiduum putà promisit reus per se non fieri, quo minus mihi ire agere liceat: hic fideiussor inutilis videtur: quia non posset promittere, ꝙ reus non impediret. iam enim promitteret alienum factū, & ideo non obligaretur, nisi forte pœna apponeretur, quia tunc obligaretur ad pœnam ff. eo. sicut reus. & de uerb. oblig. stipulatio ista. resp. 1. & § sed & si quis promittat. & Inst. de inut. stipu §. versa vice. Item si fideiussor promittat se non impediturum. non tenetur, licet prohibeatur. ff de verb oblig cum filius §. si stipulatus. Sed dic, ꝙ sic potest intercedere, fide mea esse iubeo, ut suprà dixi. & sic tenetur ad interesse: quia ubicunque factū est in obligatione, & interesse ff. de rei iudic. si quis ab alio. §. vlt. & de verb. obli. quod quis alium stipulatus. Item quamuis quis non possit promittere alienum factum, si tamen promittat se effectuturum & curaturum, quòd Titius faciat, uel non faciat, bene obligatur. vt inst. t. de inut. stipul § si quis alium ff. si certum petatur. eius qui. Item accipitur fideiussor ante obligationem, vel post, ut diximus. s̄ eodem. §. 1. uersi. fideiussor uerò & probatur ff. eod l vii §. adhiberi. Si verò fideiussor in duriorem casum accipiatur, secundum Azon. in nihilum tenetur. alii cōtrà, quia vtile per inutile non vitiatur C. de donat sancimus. § sicut aūt. & si non valet ut ago, ualeat ut valere potest. Non solū simpliciter pōt quis fideiubere, sed etiam vsq; ad tempus, puta in diem uitæ suæ. ff. eo. l. pen. aliàs si simpliciter fideiubeat: hæredem obligatum relinquit. Instit. eo. §. fideiussor. ff. eodem. l. 4. §. vlt. sicut in quolibet alio contractu accidit. ff. de act. & oblig. ex contractibus. Quid ergo si is ꝓ quo fideiussit, furti damnatus sit, uel alia actio. quæ non transit in hæredes? Dixit Azo eū non teneri. arg. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarū. & Instit. de act. §. fuerat autem Sed secūdum iura nostra hæredes ex delictis defunctorum indistinctè tenent j̄. de sepult. parochiano j̄. de rapto. in literis. & securitas dari præcipitur. j̄. de rapto super eo. Hoc si extra iudiciū fideiubeatur. si quis fideiubeat aliquem iudicio sisti, uel ut ipsum exhibeat in iudicio intra certū tempus, & hoc sub certa pœna, si dictum fuit quòd intra sex menses, illis elapsis dantur alij sex menses fideiussori, intra quos si ipsum exhibeat, uitabit pœnā, & purgabit moram: sed si tempus prolixū appositum fuerit, ergo illo elapso, quantūcunq; sit, dantur sex menses tantùm ad purgandum morā, intra quos potest, si vult, defensionem rei subire vsq; ad finē litis: sed si reus intra primum tempus moriatur, pœna extinguitur. Quòd si moriatur intra tempus sex mensium adiectum. pœna iā commissa non solum non extinguitur, imò non admissa aliqua defensione, ad pœnā omnino tenetur, vt C. eod l. sancimus. Et illud speciale est in hac fideiussione, scilicet iudicio sisti: quòd si fiat sine scriptis, nec in cā publica, liberatur fideiussor rei, elapsis duobus mensibus. C. eod. l. pen. & est ratio, quia cùm actor intra duos menses litem debeat contestari, C. de lit. contest authen. libellum. 3. q 3. libellum præsumitur, ꝙ voluerit desistere, & sic renunciare eo ipso ꝙ non fuit prosequutus. Sed & si pro causa publica facta est fideiussio, uel ꝓ priuata, sed in scriptis, uidetur ꝙ fideiussor perpetuò tenetur, uel saltem vsque ad triennium, quia tantùm durat instantia, ut no. s̄ de iud. §. quæ sit necessaria. sub. §. porrecto. uersic. perit. & legitur C. de iudic. properandum. §. 1. vbi uerò facta est intra certum tempus, vltra non extenditur. C. eo. l. pen. secundū Azon. Sed præmissam rationem reprobat dominus meus, quia non est verisimile, ꝙ illa lex antiqua somniasset de iure nouo authen. postea superuenienti, unde dicebat, quòd illa sola erat ratio, quòd fideiussor liberaretur intra duos menses in præmisso casu, quod uoluit lex, quandiu esset in obligatione. ad hoc C. mand si pro ea. j̄. eodem. c. fin. ideo etiam dicebat, ꝙ si quis extra iudicium fideiubeat sine tempore certo, & sine scriptura non in causa publica, sed priuata, quòd idem erit, scilicet quòd non teneatur fideiussor elapsis duobus mensibus: nec enim debet quis in infinitum obligatus esse. ff. de dam. infect. qui bona fide. § ult. & quod ibi dicit prætor, dabit, dicebat ipse non faciet de cæterò: qa Imperator dedit certum tempus, scilicet duorum mensium, uel ibi aliud propter factū, de quo quæritur, qualitatē, ut dicit textus: sed quando in scriptis fideiubet, tūc efficacior est fideiussio, sicut aliàs in casibus est efficacior probatio, quæ per scripturam fit. C. de non nu. pec. generaliter. & not. s̄ de fide instru. § quid si instrumentū amissum fuerit. hanc tamen opinionē domini mei non approbat consuetudo, sed potius stat dictum Azon. & licet antiqua non videatur somniasse iris authen. tamen & per legem antiquam imputatur actori si non egit, cùm possit. C. de tempo. in integ. restit. petendæ. Si quis autem hoc modo fideiusserit, quòd creditori dixerit, ut pignora acciperet à debitore, anteq̃ ei pecuniam mutuaret, & creditor hoc omisit, habet fideiussor exceptionē. C. eod. si creditor, sed nec illud creditorem accusat nec fideiussorem excusat, ꝙ fideiussor creditori mandauerit, ut debitorē compellat ad pecuniam soluendam, uel pignus distrahat, quamuis creditor in his cessauerit. ff. eod. si fideiussori creditor. & est ratio. j̄. de uoto, & uoti redempt. magnæ. § 1. C. de ac. & ob. sicut s̄. ne sede uacā. c. j. sed & si fideiussor in eo quod minus ex precio distracti pignoris poterit consequi acceptus sit, amisso pignore in solidum tenet, prædictis enim uerbis etiam totum conuenit contineri. ut ff. eo. l. amissi. respon 1.

5 Ad quid fideiussor teneatur

† Ad satisfaciendum creditori, ut à principali exigat. nec enim p p hoc liberatur. ff. e si fideiussor creditori. & tenet ad sortē & usuras, nisi pro sorte non tm̄ fideiussisset, ut no. s̄. de loc. §. & quales. & j̄. eo uer. dicunt etiam. & sic potest intelligi quod dicitur de accessionibus. j̄. eo. constitutus. Alan. dicit, ꝙ fideiussor non tenetur de usuris, qa usuræ indebitæ sunt ex nouo & ueteri Testamento s̄. de iureiuran. debitores. infra. de usur. quia in omnibus. hoc uidetur expressum. s̄. de foro compe. dilecti. si dicis, Illud uerum est, quo ad principalem, idē esse oportet concedere & quo ad fideiussorem, quia non potest obligari in duriorem casum, ut no. s̄. eod. §. qualiter. & j̄. eo. uer. dicunt. & quia omnis exceptio, quæ principali competit, competit & fideiussori ff. manda. qui mutuam. §. generaliter. unde si fideiussor soluit condemnatus, imputet sibi, si condemnatus non tenetur principalis de iniuria iudicis. ff. de exceptio. exceptiones. ff. de euic. si per imprudentiam. s̄. de ꝯh. emp. & uend. c. ult. nec enim principalis uidetur sibi mandasse, ut indebitum soluat. ff. de condict. indeb. si procuratori. Dicunt etiam Doct. quòd si fideiussit pro

pro sorte tantùm non tenetur de vsuris, quia non potest obligari in maiori quantitate, quàm actum sit. ff. eo. si in pignore. si verò in omnem casum, uel simpliciter fideiussit obligatur. nam si dicat, Pro tali fideiubeo, simpliciter, in omnem casum fideiubere videtur. ff. eod. si quis pro eo. §. si nummos. & l. amissi. §. fideiussores. & l. si ut proponis. & l. si ita stipulatus. ff. vt leg. nomi. caue. l. j. §. bellissime. ff. loca. & condu. quæro. Tan. dixit, quòd tenetur ut patet ĵ eod. c. 2. & 3. quod verū vr, si iurauit, nec potuit impetrare absolutionem: nam & hoc modo principalis obligatur. s. de iureiu. c. j. & c. deb tores. & ideo hoc repetit fideiussor à principali, & expensas quas inde faciet, tanquam interesse. arg. ff. mand. si mandato. §. si fideiussor. ff. de admin. rer. ad ciui. pert. l. 2. §. ult. in hoc enim casu ei subueniendum est, quia voluit parcere pudori suo: & arg. ff. mand. si quis vsuris. aliàs incipit, Quintus Mutius nec obs. ꝙ potest repetere post solutionem, ut in d. decr. debitores. ĵ. de usur. tuas. dudū. quia fortè execratur litem, vnde potius vellet re carere, quàm litigare. ff. de alena. iudi. mutandi causa facta. itē si res §. potest. imò ex alieno facto agere non cogetur sine occasione alterius: qa expedit ei ne vexetur laboribus, & expēs. ff. de min. l. minoribus 30. ann. subuenitur. nec em alicui debet officium suum esse damnosum, vt ff. ex qui. cau. ma. in integr. restit. videlicet. ff. de fur. si seruus cōmunis. §. quod verò. nec debet pati pœnam, vnde debet meritum reportare. s. de renun. sanè. & hanc rationem reddit ĵ c. 2. Item secundū Gof. potest implorare officium iudicis, vt remittatur sacramentū, qđ quodāmodo inhonestatem inducit. & ego tibi dico, quòd etiā multi sunt, qui nullatenus venirent contra sacramentum suum: ergo de bona fide agendum est, & non de iuris apicibus disputādum. ff. mand. si fideiussor. §. quædam. præterea iudex non absoluit, sed cogit usurarium quod absoluat. quod dic ut nota. s. de iureiur. §. quomodo censeatur illicitum. versi. si quis igitur iurauerit. Itē si fideiussor non solueret, non inueniret creditorē qui de cætero ei crederet: hoc autem beneficium non est ei interdicendum per contrariam interpretationem, ut innuit. ĵ. eod. peruenit. §. ne igitur. in prin. Item si pro seipso promisisset, fidē seruasset, & sic non debet ei debitor imputare. debet enim ei satis sufficere, quòd eum diligat, & pro eo faciat, sicut pro seipso. sed potest dici, quòd in hoc casu tenetur cedere actionem, quā habet principalis, & ipse agat, si putauerit agendum: ideo enim tenetur, quia ipsam haber: & ideo habet, quia tenetur, sicut aliàs dicitur. ff. de peculio. l. quod debetur. ff. mandati si procuratorem. §. si quis mandauerit.

Sed & si plures sunt fideiussores, quilibet insolidū tenetur, & si creditor elegerit contra unum agere, ipso nō soluente, nihilominus ad alios redibit: sed si pro parte vult quemlibet conuenire, potest diuidere petitionem, & postea non conueniet alios pro parte deficientis, si soluendo sit: nam si sit non soluēdo, potest ad alios recursum habere, ut C. eo. liberum. & l. reos. Verum ex beneficio epistolæ D. Adriani scinditur actio inter eos, quoniam quilibet insolidum fideiusserit. & hoc est beneficium ipsius epistolæ, de cuius renunciatione tabelliones nostri temporis faciunt magnam gulam. & quia materia huius epistolæ in summa Azon. indiscussa remansit, & ferè ab omnibus dominis prætermittitur, ideo in primis videamus quod sit eius beneficium, Secundò inter quos locum habeat, Tertiò quando habeat locum, Quartò quando cesset.

6 **Quod sit eius beneficium.** † Hoc dixi s. ut probatur C. de consti. pec. l. diui Adria. epistolam. Inst. de fideius. §. si plures & §. seq. sed ex epistola. & ff. eod. si fideiussores.

7 **Inter quos locum habeat.** † Inter mandatores, & fideiussores, & ꝯstitutores. C. de consti. pec. l. fi. Itē inter tutores. ff. de tut. & rati. dist. l. j. §. nunc tractemus. sed inter plures reos debendi, olim nō habebat locum, ut ff. loc. & cond. cùm apparebit. hodie verò hæc possunt desiderari, nō dico per beneficium epistolæ, sed per beneficium nouæ constitutionis. C. de duo. reis. debē. authen. hoc ita. Hoc autem beneficium ita demum locum habet si omnes præsentes sunt, & soluendo, vt probant iura superius inducta. Quid ergo si dubitetur de aliquo, vtrum soluendo sit, vt quia creditor negat ipsum soluendo esse. sic em per negationem res efficitur dubia. C. quib. ad liber. procl. non li. l. 3. ff. de pet. hær. si creditor. respon. consilium est legis, ut creditor agat contra illum qui affirmat ipsum esse soluendo, recepta cautione ab illo quem primò conueniebat: ꝙ si nō pōtius suum cōsequi ab illo quem conueniet, ipsum seruet indemnem. ff. de fideius. si dubitetur. facit pro creditore, quia quilibet præsumitur non soluēdo. C. de proba. ex persona & de diui. tut. l. j. sed facit contra ipsum: quia quilibet præsumitur soluendo. ff. de priui. credi. si creditores. in fi. & quilibet præsumitur. bonus nisi probetur malus. s. de præsump. c. ulti. & de serui. in ord. faci. c. vnic. Quid si quidam absentes sunt, quidam præsentes, nunquid præsentes desiderare possunt, ut non conueniantur, nisi pro parte? videtur casus l. ꝙ sic. ff. eod. si plures. sed contra credo, ut ff eod. si dubitetur. vbi dicit, si præsto sint ergo à contrario, si absentes, secus est: quod arg. fortissimum est. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. s. de his quæ fiunt à præl. sine cons. capi. cùm Apostolica. ĵ. de regularib. cum virū. ibi nec obloquitur, & c. & quòd inter præsentes tātùm locum habeat, probatur. C. de duob. reis. deben. auth. hoc ita. C. e. præsente. nec obst. casus legis, quem allegaui pro aduersa parte, quia ibi est, ꝙ mihi potest imputari, scilicet, quia recepi fideiussorem sub condit. sed in hoc casu nostro nullus sani capitis dicet mihi imputādum: quod aduersarius meus se absentauerit. arg. s. de temp. ord. literas. & c. vel non est compos. Sed nunquid præsentibus danda erit dilatio, intra quam absentem fideiussorem faciant comparere, & interim non conueniantur nisi pro parte? videtur ꝙ sic. arg. C. de fideius. auth. presente. sed dic contra, vt C. de duob. reis deben. authen. hoc ita.

8 **Quando habeat locum.** † Ante litem con stată, & post, qñcunq; ante diffinitiuam sententiā. C. de fideius. si fideiussor. Et nunquid post sentētiam? Dicunt quidam, ꝙ sic, ad exemplū beneficii cedendarum actionum, vt ff. de fideius. si fideiussores. §. fi. & l. inter eos §. ult. sed contra puto, vt C. eod. si fideiussor. C. sent. rescin non pos. peremptorias. nec obst. l. s. allegata, si fideiussores, quia illud speciale est in casu illo. nec l. inter eos. §. ulti. quia ibi fideiussor non fuit condemnatus ex causa fideiussoria, sed ex aliquo crimine. & quia hæreditas eius delata fuit fisco: & ideo fiscus ibi tenetur tanquam hæres.

9 **Quando cesset.** † Si aliqui sunt absentes, vel non soluendo constituti, ut dixi s. §. inter quos. Item si mentiti fuerint, vt ff eo. si dubitetur. §. ita demum. Item si renunciatum sit, quia quilibet potest renunciare iuri suo: hoc ita demum uerum est si renuncians certificatus fuerit de iure suo, vt not. s. e §. & quis. sub §. mulier. & arg. ff. de inof. testa. mater. & C. de fur. l. vl. §. sin autem. potest & allegari, quòd teneat renunciatio sine hac certificatione. arg. ff. de nouatio. doli exceptio. & de publ. interdum. §. licet.

Habet & fideiussor hoc beneficium, ut non cōueniatur præsente principali, priusquam inuentus fuerit minus idoneus, in totum, vel in partem: sed principali absente iure conuenitur: ipso tamen desiderante datur sibi dilatio ad repræsentandum principalem, ut conueniatur: & ipse in subsidium reseruatur: transacta autem dilatione satisfacere cogitur actionibus sibi cessis à creditore absq; distinctione contractus siue intercessionis. C. eodem. authē. præsente. Et dicitur præsens, qui est in eadē ciuitate vel territorio. ff. de proc. præsens. uel in eadem prouincia. C. de præscri. long. temp. l. vlt. argum. s. de elect. coram. Et hæc locum habent in omni intercessore siue sponsore: ergo in mandatore & ꝯstitutore. in authen. eo. in prin. col. 9. & de duobus reis deben. in prin. col. 7. Imò & in eum qui principalem se cōstituit, locum habet: quia & sponsor dicitur talis: nisi fortè esset argentarius: in auth. eod. §. argentariorum. & §. 1. Sed & huic beneficio renunciari potest: hæc enim est noua constitutio, cui sæpe in instrumentis renunciatur. Sed quantum tempus dabitur ad reum repræsentandum arbitrarium est. ff. de iure delib. l. j. s. de offic. deleg. de causis. Patet ex præmissis, quòd creditor tenetur cedere actionem fideiussori, vel contra principalem, vel contra fideiussores; aliàs repellitur per exceptionem doli. ff. de sol. Stichum. §. pen. ff. cod. fideiussores in id accepti sunt. C. eo. l. 2. & ff. eod. fideiussoribus. & hoc tam contra personas, quàm etiam pignora obligata, ut probant dictæ leges. & C. e. cùm vltra. Quid si fideiussor vltra agere velit, ut sibi scilicet actiones cedantur, non potest agere: qa nullā habet in hoc actionem. ff. de nego. gest. si pupilli. §. videamus. & de admin. tuto quoties §. item si temporali. contra credit dominus meus ut ff. eod. si fideiussoribus. C. loca. & condu. si diuisa. Sed qua actione? puto officio iudicis. arg. ff. de distra. pign. l. 2. Sed nunquid creditor potest simul conuenire principalem, & fideiussorem, qui renunciauit beneficio huius constitutionis? videtur quòd sic: quia eadem est obligatio rei debendi, & fideiussoris. argu. in authen. eod. §. sed & neque. ff. de duob. reis deben. l. 3. §. ult. & l. reos. & l. si reus. & de actionibus & oblig. l. j. §. verbis. imò uidetur, ꝙ hodie facere teneatur, ut argument. C. de duob. reis. auth. hoc ita. & ff. de duob. reis. deb. l. j. & lex videtur expressa. ff. mandati, creditori. respon. j. Contra: quia hæc renunciatio nihil operatur, nisi vt ius antiquum in suo statu permaneat: sed olim non poterat conuenire insolidum, ut ff. de pign. grege. §. si cùm defensorem. debet enim eligere cum quo malit agere, vt C. eo. iure nostro. & l. si alienam. & l. sicut eligendi. neo obstāt leges superius allegatæ: quia non est eadem obligatio rei & fideiussoris, imò diuersa, vt ff. de duobus reis deb. l. si. reus

reus.ff.eod.generaliter.nisi quo ad hoc: quia solutione vtraq; tollitur,ut ff.de act.& obl.l.2.§.vlt.& sic intelliguntur cõtra. Dixerunt quidã, ꝙ insolidũ potest cõueniri vterq;,arg.ff.man.creditor.C.de act.& oblig.l.fi.nec obst.C.de fideiuss.tu.l.j.quia verũ est, ꝙ non potest insolidum cum effectu: nam altero soluente, alter liberatur.video enim ꝙ duo conueniunt vnũ ratione eiusdem rei.ff.de pet.hære.l.pe.ff.de rei vend. is à quo fundus. eadẽ ratione vnus aget cõtra duos ratione eiusdem rei obligatos.Credo contra cũ domino meo, nec ob.l.creditor. quia loquitur in mandatario,nõ fideiussore:vel quòd dicit,principalẽ posse cõueniri pendente appel. verũ est pro parte, non insolidũ: & hoc probo naturali ratione:nã fideiussor respondere non tenetur,nisi sibi cedãtur actiones,ut s.dixi.ver.patet. sed quomodo potest ipsas intentare,& cedere cũ effectu, nõ uideo:& si culpa sua non potest cedere,non tenetur fideiussor,vt ff.de sol.Stichũm.§.pe. sed contra.ff.eo.si stipulatus.fideiussor autem conuentus, & etiã condemnatus impetrat cessionẽ contra principalẽ, & in rẽ, & in pignoribus,vt dictum est: nec tamen habetur loco emptoris extranei, imò mandati conuentus pignora restituet debitori cũ omnibus accessionibus.ff.e.mandato meo.& l.Paulus.resp.j.C.de dolo.l.j.ff.mãda.si mandato Titij.§.Paulus. Itẽ impetrat cessionẽ ꝯ fideiussores,ut dictũ est s.e.ver.patet.intelligas pro parte,non insolidũ, vt ff.e.fideiussores.§.idẽ respon.& l.si fideiussoribus.de pecul.quæsitũ.§.j.ibi,sed si uelit pro parte,&c.& de admin.tut.l.si plures.ibi,in alterum pro parte,&c.& de tu.& ratio.di.cum pupillus.& ad l.Rhod.de iac.l.j.& 2.§.equissimũ.de cẽsi. cum possessor.Nulla autẽ facta cessione non agit fideiussor contra fideiussorẽ,ut ff.e.vt fideiussor.vno autẽ fideiussore per iudicẽ absoluto,alij non liberantur,sed vno soluente tñ.ff.e.amissi.§.vlt.Sed si quis fideiussor conuentus per creditorem tempore lit.contesta.soluendo non sit,hoc cæteros onerat.Instit.e.§.si plures.& hoc si sint fideiussores vnius: secus,si pluriũ, licet eiusdem summæ:vt ff.e.si à Titio.Quod dixi de cessione facienda,locum habet ante solutionem, non post, nisi prius conuenisset de cessione facienda.ff.de sol.Modest.& e.tit.l.cum is.vel distingue in fideiussore,utrũ soluerit nomine suo, & tunc quandocunque potest fieri cessio.ff.manda.Pap.an nomine debitoris:& tunc nũquã cedantur ei.ff.e. vt fideius.aut soluit simpliciter: & tunc si creditor incontinenti cedit,ualebit cessio.Sed si ex interuallo,ꝯ est.ff.de pact.si vnus.§.quinimo.C.de pac.in bonæ fidei.ff.si cer.pet.lecta.Et erit hic notandũ,ꝙ licet actio quę hic ceditur, inutilis esset penes cedentẽ, qui suũ recuperauerat: quia solutione eius quod debetur,omnis tollitur obligatio.Insti.quib.mo.tol.obl.in princip.est tamen vtilis penes illũ cui ceditur. ff.e.l.cũ is. & est fortè ratio:quia fideiussor posset alia actione reũ ꝯuenire,s. ꝯria mandati.ar.ad hoc.ff.de sol.Stichũ.§.à Titio. & hæc posui: quia practicatoria sunt,& ideo scienda.ff.de lib.leg.legaui.

10 **Ad quid is** pro quo fideiussit. † Ad hoc vt fideiussorẽ indemnem seruet in debito principali, & accessionibus, & expensis, & interesse: vt j.e.c.2.& 3.ad hoc tenetur contraria mandati,si ipso mandante vel patiente, vel ratum habente fideiussit: sed si absens erat, tenetur actio.negot.gest.nisi fideiusserit pro vetante, uel in rem suam,uel animo donandi,vt ff.manda.qui fide alterius.& l.ex mandato.§.fideiussori.& l.si remunerandi.§.si passus.& §.vlti.ibi Marcel.autem, &c. & l.si pro parte.Repellitur autem,si exceptionem sibi competẽtem omisit.Sed hic dist.quia si omisit exceptionem sibi competentem item ex persona propria, & exceptio erat inhonesta: ut quia impetrauerat iniquum ius, vel quia fuit ei factum pactũ de non petendo,si uineam foderet: cùm esset in dignitate constitutus, agit mandati contraria, licet hanc omiserit. Si autem honesta, & poterat proficere reo,tunc ei imputatur,si non proposuit exceptionem, nisi hanc habeat ex beneficio.l.vt in Velleian.ff.man.idemq;.§.generaliter.& l.fidei.§.ultim.& ad Velleia.l.pe.& ult.§.si mulier pro eo.& de pac.ideo.§.ult.nec excusat fideiussorem ignorantia in hoc casu,quia de facto suo loquimur,ut s.de rescriptis.ab excommunicato.ff.ad Velleian.quanquam. Sed si exceptio ꝯpetat ex persona rei, & porrigebatur ad fideiussorem, siquidem fideiussor ignorabat eam sibi cõpetere, agit nisi in iure errauerit.ff.man.fideius.respõ.j.& §.non malè. Si verò sciebat eam sibi competere, & erat declinatoria iudicij: quia non opposuit contra procu. ꝙ esset miles, vel fœmina: ubi modo verus sit procurator, agit: quia de bona fide tantũ quærimus,cui non congruit de iuris apicibus disputare:secus, si nõ inquisierit,an uerus esset procurator.ff.mand.si fideius.§.quędam & l.inter.§.mãdato.Sin autẽ exceptio illa erit dilatoria, vel peremptoria solutio,non agit in primo casu, nisi tẽpore elapso. in secundo nunquam.ff.mand.si mandauero tibi,ut in diem.& l.si fideiussor.respon.j.Sed si ex persona rei non porrigebatur ad fideiussorem,exceptio non imputatur:sed illud imputatur, si nõ denũciauit reo, vt iudicium suo vel procuratorio nomine susciperet.ff.man.ideoq;.§.pen.Item non agit,si liberatus sit à creditore,qui ei nolebat donare principaliter, secus si liberauit legando liberationem,vel donando causa mortis,uel etiã inter viuos remunerandi causa.ff.man.ideoq;.§ ul.& l.si verò.respon.j.Vbi autem tertius uolens donare fideiussori, soluit creditori, agit similiter fideiussor nisi fideiussor sit seruus,vel filiusfam. quia tũc agit dominus uel pater:vt ff.man.si verò nõ.§.j. Item agit mandati fideiussor:si suum debitorem delegauerit, quãuis debitor, quem delegat non soluendo sit.ff.man.inter causas.§.abesse.& §.si is.Sed nunquid agit ad usuras, quas soluit pro debitore ipse fideiussor?Dic ut not.s.eo.§.& ad quid fideiussor. Item tenetur ad hoc, ut fideiussorẽ liberet quamuis non soluerit: sed hoc in casibus tantùm, si iam damnatus sit: si diu stetit in obligatione: si reus bona sua dissipare, aut dilapidare incœperit: si eo pacto adhibito intercesserit: & sic in quatuor casibus tantùm, quorũ tres habes j.e.c.vl.& quartũ,C.mãd si ꝓ ea.vñ est sumpta decr. & ad idẽ.ff.mand.Lucius.ff e.fideiussor pro venditore.& l.fideiussor qui minori. Addunt aliqui & quintũ casum, quando scilicet fideiussor est pignoratus, inducentes ꝓ se.C.mand.l.2.sed ibi soluerat:ꝯsuetudo tñ in plerisq; locis hæc approbat, pro qua habes arg.ff.de noua.si quis delegauerit. sed de iure stricto non videtur stare posse, nisi fortè hoc modo satisfactum sit creditori.ar.ff.de pign.act.si rẽ alienam.§.omnis.Et est ratio,ꝙ nõ agat nisi in his casibus, quia duo videntur mandata fideiussori, ut se obliget,& ut soluat.ff.de cond.indeb.indebitam.sic s.de dolo & cont.dilecti.§.præterea.ff.de arbit.Celsus. Vel est alia ratio, quia si statim tenerer liberare, ipsum deciperem beneficio suo: qđ esse non debet,vt s.de commo.c.vnic.& accedit ff.mand.si mandato.§.quoties.ff.commo.si ut certo.§.rem tibi. Sed qñ intelligitur diu cessare in solutione?Respõdeo,si stetit per sex mẽses.arg.C.e.sancimus.& ar.s.de conces.preben.c.2.& de clericis non resid.ex tuæ.& de transl.episc.inter corporalia.§.neq; vel dicas arbitrio iudicis relinquendum.arg.ff.de iure delib.l.j.§.j.j. de don.Apostolicæ.§.penu.s.de offi.deleg.de causis.arbitrabitur autem ex temporis cursu, & his quæ inter contrahentes agebantur & ex affectu personarum,ut ff.man.Lucius.& de leg.j.si seruus plurium.§.si numerus.& de leg.ij.cùm pater.§.ab instituto.in fi.& de testa.hæres.§.si quid post.infi.& iunge quod not.s.§.qualiter fiat.vers.& illud speciale.& seq.

DE SOLVTIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Solutio quid sit.*
2 *Solutionum quot sunt species.*

Quia obligationes,de quibus præmisimus,per solutionem tolluntur: vt Institut.quibus mod.tol.obl.in princip.ideo post tractatus obligationum videamus de solutionibus,dicentes, Quid sit solutio, Quot sunt species solutionum, Quis possit soluere, Cui facienda sit solutio, Cui soluatur, Quis eius effectus.

1 a **Quid sit** † solutio.[a] Eius quod debetur redditio, ut in superioribus concor. largè tñ ponitur ꝓ qualibet liberatione:liberatio autẽ quocũq; modo facta, magis refertur ad obligationem, q̃ ad nummorũ solutionem. ff.e.solutionis.nam & qualitercunq; satisfactũ sit creditori ad uoluntatem suã,pro soluto habetur:licet solutũ non sit.ff.de pig.ac.si rem alienam.§.omnis.& l.solutum.§.solutam.& no.j.eo.§.quid soluatur.versi.fin.aliàs est,sub tit.de oblat.§.quid soluatur &c.

2 **Quot sunt species** solutionum.† Tres:ciuilis siue imaginaria,interpretatiua,naturalis siue vera.Ciuilis siue imaginaria,ut acceptilatio.Est autẽ acceptilatio,liberatio ꝑ mutuã interrogationẽ,qua vtriusque ꝯtingit ab eodẽ nexu liberatio siue absolutio.ut ff.de acceptil.j.ideo dicit Mutuã, quia necesse est ꝙ per stipulationem debeatur id quod per acceptilationem tollitur: ideoq; si alio contractu debeatur, necesse est quòd nouetur per stipulationem.& qualiter fiat hoc,vide j.eod.sub §.interpretatiua. vbi habes rubricam de noua.& statim sequitur: nã creditor interrogat hoc modo,Quod debes mihi ex causa empti, promittis mihi dare ꝑ stipulationem animo nouandi? Responsio debitoris,Promitto. postea interrogat debitor, Quod tibi promisi per stipulationẽ, animo nouandi,habesne acceptũ?Responsio creditoris,Habeo, acceptumq;

ADDITIO.

a Quid sit solutio. ¶ Adde do.in rub.e.ti.& quæ dicatur solutio spontanea vide per Pau.de Elea.in cle.si.de censi.

acceptūq; tuli.sic ipso iure tollitur obligatio.ff.de accep.an inuti lis §. accepto fieri non potest.& dicitur debitor liberari propriè: sed creditor impropriè: liberatur enim, id est, desiuit sibi actio cōpetere.ff.de exer.act.l.1.§. ideo autem. de admi.tut. quoties. §. sicut. Sed per Aquilianam stipulationem omnium rerum obligatio in stipulationem deducitur, & ipsa per acceptilationē perimitur:& à Gallo Aquilio ita cōposita est, Quicquid, vel quodcunque te mihi, vel quodcunque ex quacunq; causa dare aut facere oportet, oportebitue præsens, in diemue, aut sub conditione quarumcunque rerum mihi tecum actio est, quæque abs te, id est, contra te petitio, quodue aduersus te persecutio erit, quódque tu mihi non habes, tenes possidesve, doloue malo fecisti, quo minus possideas, spondes quantumcunq; eorum res erit, tantam pecuniam stipulatus est Aulus Augerius: spopondit Numerius Egidius. item ex diuerso Numerius Egidius interrogauit Aulum Augerium, Quicquid tibi hodierna die per Aquil. stipulationem spopondi, id omne habesne acceptum? Respondit Aulus Augerius, Habeo acceptum, acceptumq; tuli. Insti.qui.mo.tol.obli.§. est & prodita.& ff.de accep.& vno §.j. Hoc aūt no. φ per hāc acceptilationem & Aquil. stipulationem lites, de quibus cogitarū non est, in suo statu retinētur, vt ff.de transa.cū Aquiliana quia iniquum est pacto perimi, id de quo cogitatū non docetur.ff.de transact.qui cum tutoribus.§.vltim. nisi secuta sit generalis transactio.s.de transact.ca.1.quod dic vt notatur in summa de transact.§.& quis sit effectus.

a **Qualiter fiat acceptilatio.** [a] Et quidē non in diē, vel conditionem expressam, sed in tacitam bene fit. inest enim tacitè illa conditio quæ erat in prima obligatione:vt ff.de accep. l.4.& 5.& l.quod in diem & de reg.iur.quod in diem.sed aliud in solutione naturali, vt ff.e.sub condi.& de acq pos. qui absenti.§. 1.Et fit acceptilatio super illa obligatione tantū, quæ verbis contracta erat. aliàs deducitur in Aquil. stipulationem. & postea sequitur acceptilatio, vt dixi s.sub §.proxi.versi.sed & per Aquil. Fit autem aliquando in obligatione, quæ contracta erat iureiurādo pro operis liberti.ff.de acceptil.& per iusiurādum. Item in ea quę solo consensu erat contracta:& valet potius iure consensus, quàm acceptilationis.ff.de accep.l.vlt.& de rescin.ven.cùm emptor. Si verò inutiliter fiat acceptilatio, vt super obligatione, quæ re contracta erat, habet pacti exceptionem.ff.de accep si accepto latum.si verò ideo inutilis est, quia solennitas non fuit seruata, contrà est, vt ff.de accep an inutilis.& l.in diem.& l.accepti latio.& secundum hoc intellige ff de pact.si vnus.§.penult.

A quo fit acceptilatio. Et quidem speciale est per procura. creditoris, fortè & generalem, si tū habeat liberam administrationē: sed seruus creditoris, nec iussū dñi acceptū feret: vt ff.de accep.l. pen. vel per specialem procuratorē debitoris, si promittat domi nus nouandi animo, vt in curatore dicitur.ff.de accep.& per iusiur.§.tutor.aliàs incipit lex, aut.& ita videtur debitor liberari.si verò non erat procurator, & promittat nouandi animo, nihilominus me liberat, & ipse per acceptilationem liberatur.

ADDITIO.

a Qualiter fiat acceptilatio. ¶ Adde de forma acceptilationis, & eius effectu. Vide Insti.quib.mod.tol.oblig.§.1.

DE NOVATIONIBVS. Rubricella.

SVMMARIA.

1 *Obligatio quæ potest nouari.*
2 *Nouare quis potest.*
3 *Nouatio quando fit.*

INterpretatiua dicitur solutio, ut est nouatio & delegatio. Est aūt nouatio [a] prioris debiti in aliam obligationem ciuilem vel naturalē, transfusio, siue translatio: nec refert vtrum prius fuerit ciuilis vel naturalis: nec refert an contracta fuerit re, vel verbis, vel qualitercunq;, vt ff.de nouat.l.1. In secunda autem obligatione necessarium est, φ teneat saltem naturaliter, vt ecce, quod debes mihi, stipulor à pupillo, animo nouandi, sine tutoris authoritate, fiet nouatio, quia pupillus naturaliter obligatur. secus, si stipulor à seruo: quia ex fideiussione nec obligatur naturaliter, nec dominus de peculio: aliud in pupillo qui naturaliter obligatur: & ideo quamuis inutilis sit ad agendum, vtilis tamen est ad excipiendum, vt Instit.quib.mod.tol.ob.§.adeo.ff.de fideius.sed & si serui dominus.

1 **Quę obligatio** † potest nouari? Quælibet, dum modo contracta sit, fortè etiam si literis tantum, siue sit pura, siue in diem, siue sub cond.ff.de nouat.omnes.& l in diem.& l.si Stichum.§.1.& l.quoties.

2 **Quis potest nouare?** † Is cui actio competit, si maior sit 25.an. & compos suæ mentis. Item tutor & curator si his, quorum curā gerunt, expediat. idem in prælato: sed nouare potest is qui habet liberam & generalem administrationē, filiusfam. vel seruus. sed si non habet liberam, solui potest ei, sicut adiecto in stipulationem: sed ipse nouare non potest: quinimò & nisi habet liberam, nouare non potest animo nouandi.ff.de noua.cui rectè & l.seruus.& l.nouare.& l si debitorem.& l.si quis absentes.& l filius.& l.vlt.respon.1.& §.1.& de proc.procurator cui libera.& l.procurator totorum.& de pac.contra iuris ciuilis regulas.j.de do.c.2. quod dic vt not.j.de do §.quis donare.

3 b **Quando fit † nouatio.** [b] Secundum antiquissimum tempus fit nouatio, eo ipso φ aliquid additur, vel detrahitur obligationi: vt ff.de actio.& obli.obligationum ferè.§.vlt.Insti.quibus modis toll.oblig.§ præterea. Sed medio tempore ita demùm fiebat; si hoc saltem ageretur tacitè.ff.de nouationi.l.2.& l.si ita fuero. §.j.& l.cùm enim. Sed hodie ita demum fit, si hoc expressim agatur.aliàs prior obligatio manet, & posterior incrementū affert: vt C.de dona.l.vltim.ff.de prætor.stipul.l.penult.Institu.quibus modis tollitur obligatio.§. præterea. Nouationum autem, alia voluntaria, de qua diximus, alia necessaria, vt ea quæ fit per lit. contesta.in voluntaria perit priuilegium dotis, & tutelæ, si post diuortium dos in stipulationem deducatur: vel post pubertatem tutelæ actio. secus est in necessaria. nemo enim dicet conditionē nostram per lit.contesta deteriorem debere fieri: vt ff.de noua. aliam. Fit enim nouatio necessaria per sententiam. vt ff.de cond. indebi.Iul.& C.de reb.credi.actori.

ADDITIONES.

a Est autem nouatio. ¶ Adde Ias.in addit.ad Porcum.Instit.quib.mod.tol. oblig.in addit.incip.quia hoc casu.in 1.col.
b Quando fit nouatio. ¶ Adde an fit differentia inter nouationē & acceptilationem. Vide per Bar.in l.ex duobus.ff.de duob.reis.

DE DELEGATIONIBVS. Rubricella.

SVMMARIA.

1 *Delegare quid sit.*
2 *Delegans liberatus est, si nouatio interueniat.*

1 VIdimus de nouatiōe.nūc de delegatione. Quid est† delegare: vice sua alium reum creditori dare: vel cui iusserit creditor: vt ff.de noua.l.2.& l.delegare.delegare autem possum, vel voce vel scripto, uel nutu. Sed si delegauerim non debitorem, ipso ignorante, nulla potest se tueri exceptione cōtra creditorem. Quid ergo faciet, nunquid erit in damnum? non: imò si non soluit condi. incerti aget contra me, ut liberem eum: si soluit condi.certi, ut ei pecuniam reddam. ff. de noua. si quis. Sed si delegem eum ei, quem credebam debitorem meum, cùm non esset: uel illi cui donare uolebam exceptio. patet.ff.de doli.exceptio.Iulia. Inter delegatum autem & creditorem, cui fit delegatus, oportet stipulationem interuenire, uel litis contesta. his enim modis fit delegatio.ff de noua.delegare.§.fin. secus si tibi mando actiones, uel cedo: nam ibi nulla requiritur necessitas: nec consensus debitoris, contra quem ceduntur, exigitur: quinimò ipsas actiones intentare possum, nisi ei denunciaueris, uel partem debiti acceperis, uel litem contestatus sis.C.eo.l.1.& 3.& per hoc patet incorporalia difficilius separari, quàm corporalia.ff. de peculio.quis ergo.ff.pro socio.l.1.2.& 3. Et not. φ qui delegat, † liberatus est, si
2 nouatio interueniat. ut C.de noua.l.2.& 3.in fin.& l.ultim. Idem est, si creditor approbauit nomen, quamuis minus idoneum, & imputet sibi qui approbauit.argu.ff.mand. inter causas.§.abesse. & ad Velleia.quamuis.§.interdum. Est tamen uerum, quòd non fit nouatio nisi agatur expressim: ut dixi s.eod.§. quando fit nouatio.sub rubrica, de noua. sed hæc non remouet, quin delegatio fieri possit. Sed nunquid, ubi delego debitorem, & creditor nomē approbauit, sum liberatus ipso iure, an per exceptionem. dico ipso iure. secundum Ot.Papam. soluit enim & qui delegat: ut C. de solu.inuito.ff. de solu.solutam. & solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio: ut dixi in princ. huius summæ: & actio semel extincta in perpetuum non reuiuiscit.ff. de solut. qui res §.aream.& de consec dist.3.quæris.

DE CONFVSIONE. Rubricella.

SVMMARIVM.

1 *Solutio nterpretatiua potest dici confusio.*

1 Item potest dici solutio interpretatiua† confusio: nam si succedis creditori tuo, vel creditor tibi, aditione hæreditatis confusa est obligatio, & extincta per compensationem, de qua dic vt not. s. depositi. ad hoc C. eo. ti. s. de solutio. liberari. & l. eius quantitatis. & l. si obligatum. C. ad legem Falcidiam. l. adiectis. l. in imponēda. & l. successores. Si tamen fideiussor succedit fideiussori, nulla tollitur, sed duabus tenetur. ff. de fideiussoribus. hæres §. non est, sed si fideiussor succedit creditori, vel econtrà, accessoria tātùm tollitur. vt dicta l. hæres. §. quid si stipulator. & l. Lucius. & l. Vranius §. quid si creditori. Sed si fideiussor succedit reo naturaliter tantùm obligato, neutra tollitur. si verò reo ciuiliter, & naturaliter obligato succedit, accessoria tantùm tollitur, vt ff. de fideiuss. hæres. §. seruo tuo. & sequen. §. quod si hic seruus. Sin autem reus creditori, vel econtrà succedit, omnis tollitur obligatio: vt ff. de fideiuss. si Stichum. §. à Titio. & l. si debitori.

DE OBLATIONE. Rubricella.

SVMMARIA.

1 *Soluere quis possit.*
2 *Solutio cui sit facienda.*
3 *Quid soluatur.*
4 *Effectus solutionis quis sit.*

Est & oblatio, interpretatiua solutio. Sed hic multa sunt necessaria. In primis, quòd fiat congruo loco & tempore, id est, vbi debetur: & quòd alius cui offertur, non habeat impedimentum, quo minus recipere possit: vt C. eo. obsignatione. & ff. e. si soluturus. & de pig. creditor. Et quòd consignetur, & sub sigillo in sacco recludatur, & deponatur in ædem sacram: si is cui offertur, recipere noluit: nec enim prodest oblatio sine consignatione, vel contrà: vt C. de vsu. l. 2 & l. acceptam. Item necesse est, quòd totum offeratur, non pars: vt C. eod. obsignatione. nisi ab initio ita conuenerit: vt ff. manda. qui mutuam. §. 1. vel vbi non confiteor, nisi partem debiti ff. si certum petatur. quidam existimauerunt. vel nisi fauor libertatis aliud inducat: vt si relicta sit libertas seruo, si Titio dederit 20. nam si 10. tantùm habeat, ea soluere potest. ff. de statulib. cùm hæres §. vlt. Et necesse est, quòd ipsemet qui debet, offerat, non alius pro eo. ff. de his quæ in frau. cre. ait prætor. § illud. aliud in solutione, quā quilibet facere potest, vt not. j. eo §. quis possit soluere. potest tamen dici contrarium: nec obst. l. s. inducta. ff. de his quæ in frau. cred. ait prætor. §. illud. quia intelligi potest, quando verbo tantùm offerebat; sed tradere nolebat: & sic faciebat hoc in fraudem: & ideo non valet, vt dicit litera, aliàs autem si bona fide & cum effectu fieret oblatio per alium, quare non valeret: quæ enim esset ratio diuersitatis, quòd posset quis per alium soluere, & non offerre? Dicas quòd in promptu est. s. quia solutum de facili non recuperat: secus in offerente: vt patet j. eodem versic sequen. vel distin. vtrum fiat in iudicio: & tunc valet: vel extra; & tunc non valet: vt patet in his quæ no. j. eo versi. si tamen quæras. Item necesse est, quòd deposita duret: aliàs si offerens in vsus proprios conuertat, nō est tutus ff. de vsur. debitor. & C. de vsur. acceptam. in fine. Item requiritur, quòd fiat oblatio ei cui debetur: vel eo absente, iudici: & si Iudex deficiat, alijs honestis personis: vt C. de vsur. si creditrici. s. de officio ord. pastoralis. in fi. nec enim imputatur mihi, si non habeo cui soluam: vt ff. de leg. commiss. l. vlti. Si tamē quæras, vtrum talis oblatio pariat pignoratitiam: dico quòd sic, si fiat in iudicio; aliàs non: vt ff. de pig. actio. si rem alienam ff. quib. mod. pig. vel hypo. item liberatur pignus. §. qui paratus. & de hac oblatione multa notātur. C. de iure emphy. l. 2. & de vsur. acceptam. Operatur autē hæc oblatio, vt debitor liberetur: & quidem ipso iure, quamuis pecunia deposita amissa sit. ff. de arbi. si arbiter. & depositi. l. 1. §. si pecunia. in fin. Et hæc locum habent, quando debitum consistit in quātitate. nam si species debetur, sola oblatio sufficit: vt ff. de sol. qui decem §. 1. & l. si debitor. hoc dixi ad notitiam aliquam huius oblationis habendam. Azo tamen, quātum ad vsuras, & alia quædam plenius dixit de hoc in summa sua de vsuris. super l. acceptam. sed nobis sufficiunt ista.

Item per interitum rei, quæ debebatur mora præcedente, contingit liberatio: vt ff. eod. verborum. & de verborum obligatio. si ex legati. & l. nemo rem suam §. 1. Tollitur autem in hoc casu ipsa naturalis obligatio: quia & tollitur per pactum simplex, & per iusiurandum & per chirographi redditionem. ciuilis autem tollitur per exceptionem. vt ff. eo. Stichum. §. naturalis. & Instit. de exceptio. §. præterea. sed in casibus ipso iure tollitur ciuilis. ff. de pactis, si tibi. §. 1. Item amittit creditor ius suum propter maleficium suum per constit. diui Claudij: cùm cessit actio. suam potentiori: vt nota. s. de alienatio. iudi. mutand causa facta. & per alias constitutiones, quas not. s. quod metus causa. §. qualiter retractetur. sub §. puniuntur.

Item fit solutio per fructuum perceptionem. s. de pign. cum contra. G. quod dic vt not. s. de pign. §. quando efficaciter. versi. si tamen quis fecerit iuramentum, & sequentibus.

Naturalis siue vera solutio est, quando pecunia numeratur: & hæc omnem obligationem perimit, si soluens maior sit 25. an. sanæ mentis, quamuis accusatus esset. ff. eod. sed nec illud. & l. præcedenti. reo. secus in pupillo vel adulto, habente curatorem. nam si non haberet adultus, idem esset, vt ff. eo. quod si fortè §. vlt. C. de in integrum restit. mino. si curatorem.

2 Quis possit soluere. † Is qui obligatus est: vt dixi s. proxi. §. Item fideiussor, & eius hæres. ff. de fideiuss. potest. §. 1. Et hoc intelligas, dummodo sit compos & maior 25. ann. nam si pupillus sine authoritate tutoris soluat, non contingit liberatio, nisi pecunia sit consumpta ff. eo. quòd si fortè. §. fina. idem est etiam in adulto, si curatorem habet: vt patet in his quæ not. j. eod. §. sequen. versic. si soluatur. & præceden. sed & is qui obligatus non est nomine suo, vt tutor, curator, & prælatus ecclesiæ, etiam debita prædecessoris sui soluere potest, & debet. ff. de administratio. tuto. quoties. § sicut autem. & de condictio. indebi. si procurator. j. eo. cap. 1. & vide quantum ad debitum ecclesiæ; quod not. s. titu. 1 §. & quis. Et quilibet nomine debitoris soluens ipso mandante, liberat debitorem. ff. eo. qui mandatum. & l. Cassius. vel etiam ignorante: & tunc tenetur habere ratum: quia per hoc melior fit conditio sua. ff. de pignoractio. solutum. §. solutam & etiam eo inuito. ff. eod. soluere. & de nego. gest. soluendo. Inde est, quòd possum soluere creditori creditoris mei, & liberor, nisi fortè interesset creditoris mei non fuisse solutum. ff. de nego. gest. si liber homo & l. cùm pecuniam. hoc si quantitas debetur: secus, si factum est. ff. eodem, inter artifices.

3 Cui facienda sit solutio. † Creditori maiori 25. an. etiam accusato. ff. eo. reo. non pupillo, nisi fieret authoritate Iudicis: in quo casu si debitor ei soluat sine iussu iudicis, in ædem sacram deponat, & plenam consequitur securitatem. ff. de minoribus. ait prætor. §. 1. Sed si soluitur ei authoritate tutoris, vel tutoribus, vel curatoribus, nomine eorum, consequitur soluens liberationem. Idem si soluatur adulto, non habenti curatorem: si tamen perdat pecuniam, restituitur: vt C. si aduer. solu. l. j. nisi falso probauerit se maiorem ad decipiendum. in quo casu curator perseuerans in officio, sciens ipsum minorem, & patiens quòd pecuniam recipiat, hoc nomine potest conueniri: vt ff. de minoribus. l. minor 25. ann. adito prætore. Sunt etiam casus, in quibus denegatur restitutio minori, quamuis fraudem nō adhibuerit. s. cùm restituitur ei ex Trebellia. hæreditas. & quando soluuntur ei pensiones, vel vsuræ, non excedentes metas biennales, & summam centum solidorum. C. de administratione tutorum. sancimus. & l. ad constitutio. & ad Trebellia. l. penult. Sed si soluitur soli pupillo, vel adulto curatorem habenti, sine authoritate curatoris non contingit liberatio ipso iure. verùm si sit minor locupletior, per exceptionem repellitur. ff. eod. in pupillo. quia potius certat de præda, quam de damno: neque debet occasione iuris trahere ad iniquum cōpendium, vt Instit. quibus alie. licet. §. pen. & C. pro emptore. l. cum. ff. de administratione tutorum. minoris. Sed si minor soluat maiori, & erat obligatus ex causa, in qua decretum erat necessariū, & tutor & decretum interuenire debet, nisi pupillus obligatus sit ex persona patris. ff. de rebus eorum qui sub iure. sunt. magis. §. si pupillus alias solutum reperet: sed si creditor consumpsit, liberatur minor facto creditoris: vt Institu. quibus alien. licet. §. vlt. fin. ff. si certum peta. non omnis. §. fin. ff. eod. quòd si fortè. §. vlt. Et potest hoc trahi in arg. quando solutio fit ecclesiæ, quæ fungitur vice minoris: vt s. de restitut. in integ. capitu. 1. Potest etiam solui alij, volente creditore, vel ratum habente, nisi in casu, scilicet, cùm seruus fugitiuus gerit se pro libero. & ibi fortè locum habet doli exceptio. vt ff. si cert. peta. cùm fundus. ff. eodem. solutam.

tam.& l.fugitiuus. Sed si sciam tacitè vel expressim reuocatum
mandatum,non liberor:aliàs contrà.ff eo.uero. & l.ratum. & l.
cùm quis.§.final. Item soluitur adiecto in stipulatione, quicun-
que sit ille, nisi fortè status adiecti mutetur: puta quia factus est
alieni iuris,cùm esset sui: uel nisi creditor litem contestatus sit,
aliàs contrà.vt ff.eo.si stipulatus fuero.& l.cùm quis.resp. 1. & l.
Stichum.§.usus fructus.& l.aliquid.& l.si quis stipulatus.§.1.Itē
soluitur seruis ex contractu dominico, etiam post manumissio
nem:si tamen ignoretur manumissio, uel in peculiari etiam sci-
enter,dummodo peculium credatur concessum: ut l. si quis ser-
uo.& l. si seruus peculiari nomine. & l. ꝙ seruus litis.tamen pro-
curatori,nisi ad hoc specialiter datus sit,non rectè soluitur. ff.e.
hoc iure. & in summa cuicunque soluatur uoluntate creditoris
maioris, sanæ mentis, liberatio contingit: quamuis antequam
instrumenta obligationis reddita fuerint, creditor moriatur.
C.eodem.nihil interest.

3 Quid soluatur †Et quidem quod est in obligatio-
ne,si erat corporale: nam incorpo-
ralia nō recipiunt solutionē,nec traditionē. ff. de acquir. rerum
domin.seruus.§.incorporales.Et si quidem quantitas sit, & ad-
ijciam in quam causam soluam,cùm ex pluribus obligatus sim,
in eam cedet: si uerò non exprimo, & omnes causę principales
erant,eliget creditor in quam acceptum feret: & hoc si eligat in-
continēti:tunc enim potest in eā causam cōputare, in quā solue
ret,si deberet:& verisimile est,ꝙ potius solueret id quod non est
in cōtrouersia,quàm illud qđ est, & pro se potius, quàm pro a-
lio:si tamen constat per confessionem partium contrarium,sem
per in eam causam accepto feretur in quam solueret: & in hoc
prodest electio facta incontinenti.& in alio:quia si plures essent
pares causæ,unam eligit,quod potest ei prodesse, si fortè in ele-
cta causa non habet probationes in euidenti: si autem nunquam
eligit, uel ex interuallo, & plures sunt causæ pares,decidit de o-
mnibus pro rata.sin autem vna appareat durior, vel grauior cau
sa,semper in eam accepto fertur,ut tamen grauior dicatur:ex eo
ꝙ vna est pura, altera in diem: uel una est pœna pecuniæ, uel in
famiæ,altera non: uel una cum fideiussore,altera non.Item quod
de electione dixi, intellige cùm creditor eligit, & debitor tacet,
aliàs si consentiat expressim,non est opus discretione causæ: uel
si dissentiat, incontineti repetit.ff.e.l.j.ij.iij.iiij. & v. respon. 1. Si
vna est principalis,& alia accessoria,puta vsuraria,& si usuras ac-
cepto feret:vt C.eo.l.1.hæc si sint vsuræ debitæ per stipulationē,
vel pignoris retentionem:secus, si nudo pacto: sed aliud, cùm
creditor distrahit pignus: quia etiam in usuram pacto debitam
accepto fert.ff.e.in his.§.Imperator.& l.Paulus C.de usu.per re-
tentionem.Hodie non accepto feretur in vsuras, cùm indebitæ
sint, nisi,sicut not. j.de usur.§ an aliquo casu. Si verò corpus de-
beatur:si quidem in specie certa, ita demùm liberatur: si ita sol-
uitur, ut non euincatur ex aliqua causa.ff. e. qui sibi aut Titio.&
l.si rem.nisi fortè causa præcessit obligationem, ut in eo qui per-
uenit ad libertatem.ff.de uerb.obl. si seruum. §.sed si sit quidem.
Sin autem in genere,necesse est corpus sic solui, ut aliquo mo-
do auferri non possit.ff.eod.cùm quis. §. hominem. & l. qui de-
cem.§ ulti. In omni autem debito in totum & plenè debet fieri
solutio.ff.eo.etiam circa.& l.qui sibi aut Titio.Item omnis satis-
factio pro solutione cedit:ut ff.eod.satisfactio. hoc quando cre
ditor eam admittit: nec enim cogitur. ff.de pignor. acti. si rem
alienam.§.omnis.sed in casibus,cogitur.C.eo.auth.nisi.& ff.de le-
gatis 1.si domus.§.in pecunia. & de auro & argento legat.l. j. in
a fin. a

4 Quis sit † effectus eius. Vt omnis tollatur obligatio,
etiam naturalis.ff.eo. si pupillus. ut fideiussores
& pignora liberentur. Instit.quibus mod.tol. ob. in princ.& qui
dicit soluisse, hoc probare tenetur: quo facto chirographum
condicere potest.C.eod.l.ulti.cancellatio autem uel redditio in-
strumenti sine voluntate creditoris facta,non liberat debitorem.
vt C.eod.quod debitori.ff.de probatio.si chirographum.

ADDITIO.

a In fin. Commodissimè intererijci poterit rubricella,de alternatiui debiti so
lutione.Qua in re ita scribit Martinus in Summa eo.tit.Quando quis (in-
quit) tenetur ad alterum duorum,quod uoluit præstando,liberatur. ff. de
iure do.l.plerunque.§.fi.& C.de cond.inde.l.si quis seruum. Nam in alter-
natiuis sufficit alterum impleri,ut probat tex.apertissimus in l cùm pupil-
lus.§.disiunctiuo modo.ff.de condit. & dem. Vsqueadeo,ut si debitor alte-
rum ex alternatiuè promissis solueret,creditor vero esset in mora recipiē-
di,& res oblata postea perierit stipulatori in creditorem actio non compe
tit.l.stipulatus sum Damam.in princ.ff.de verb.obl.nam cum solutione,&
reali oblatione extincta quoque est actio. Nam cessante causa, ces-
sant & causarum effectus. Et nemo sine actione experitur, uulgat.iu-
ribus. Superiori rubricella subijci rectè & hæc poterit de soluti indebiti
repetitione,siue,si malis,condictione,quam ex Mar. ubi suprà huc transtu-
limus. Soluens,inquit,quis indebitum iure ciuili per errorem facti, & non
iuris,repetere id potest:quale est illud, quod per legē Falcidiā retineri po-
test.C.de iuris & fac.ignor.l.cùm quis. Item repeti potest indebitum iure
tantum naturali debitum,ut est illud,quo chirographo obligamur futuræ
numerationis spe.nam is,qui soluit,repetere potest extrà,de solu.c.fi.Item
solum utroque iure indebitum quandocunque ignorantia repetitur. C. de
cond.inde.l.1.Qui uero scit se non debere,& soluit,non repetit,quia dona
re videtur.ff.de condi.indeb.l.j.Est ergo indebitum triplex,scilicet iure na
turali,ciuili,& utroque.Est & indebitum ad iuris rigorem seruandum, qui
id scienter soluit non repetit.ff.de condi.inde.l.2.

DE CESSIONE BONORVM. Rubricella

HOc autem notandum,quòd si nō ha
bet quis unde soluat: & ce
dit bonis,non detruditur in carcerem:vt C.qui
bo.cede.pos.l.j.nec excōmunicandus est est: &
si excommunicatus sit,absoluitur,recepta ido-
nea cautione de soluendo debito,si ad pinguio-
rem fortunam peruenerit.j.e.Ooardus. sed nec
tunc condemnatur:nisi in quantum facere potest,habita s. ratio
ne,ne egeat:nec enim fraudandus est alimentis quotidianis.ff. de
re iu.sunt qui in id quod facere possunt ff.qui bo.ce.pos.is qui.&
l. qui bonis. & l. debitoris. & quo ad hæc tria, prodest cessio.
Sed ꝯtrà videtur s̃.ti.i.peruenit.dic ꝙ ibi adhuc non cesserat bo-
nis: & ideo fructus præbendarum aduersario assignantur. Quid
ergo, si Iudex ei præcipiat, quòd soluat cùm non habeat vnde?
Respondeo,impossibile Iudicis præceptum non obligat. ff. quæ
senten. sine appellatio. rescind.Paulus ff.de regul iur. impossibi-
lium.s̃.de pact.cap.final.& eius periculo,qui nihil habet,nihil es-
se potest. ff. de furt.itaque fullo.ff. de dolo. nam is nullam. s̃. de
restit.spolia.olim.s̃.de pigno.lator.Fit autem laudis cessio mira
bilis non sine infamia & vituperio hoc modo, scilicet quòd is
qui cedit cum ano nudo lapidem nudum percutit ter dicendo,
cedo bonis. Sed sufficit, si uerbo cedat, nec fit infamis. C. qui
bonis cedere possunt.l.1. & ult. & ex quibus causis infamia irro.
debitores.Bonis autem cedere potest paterfamiliàs, & filiusfa-
mili.si habeat aliquid in bonis:& etiam si nihil habeat,& ne s.pa-
tiatur iniuriam: quia postea poterit habere bona C. qui bonis
cedere poss. cùm & filij.sic tenet cessio:& si nihil in bonis sit, si-
cut & actio de pecul. competit, quamuis in peculio nihil sit. ff.
de pecu.quæsitum.sic & Petrus,qui non reliquit nisi rete, & na-
uiculam, dicitur omnia reliquisse. Cedere autem potest ita de-
mum,si confiteatur debitum, uel condemnatus sit, secus si ne-
get:quia tunc non auditur inuito creditore, uolente probare
contrarium incontinenti: sed si dicat creditor, Cede: sed ego
probabo debitum,quandocunque uoluero, tunc cessio admit-
tetur.ff.qui bonis cedere possunt.l penult. Fit autem cessio in iu-
re, & extra ius, per nuncium, uel epistolam, nedum per ceden-
tem præsentem.ff.qui bo.ce. pos. l. fi. quia sufficit sola uolunta-
tis professio. C.qui bo.ced.pos.in omni. Est autem facienda ces-
sio creditori. sed si quis inhabilis ad munus uel honorem uoce-
tur,& ideo cedat bonis,non admittitur.C.qui bon.ce.pos.l pro-
pter honorem. Sed nec creditores, quibus cessio facta est, pos-
sunt inter se bona diuidere: sed iure dominij authoritate pro-
pria retinere:imò nisi bona data sint insolutum,uel distracta,po
test debitor postea soluens,non obstante præscriptio.longi tem
poris,recuperare.C qui bo.ce. pos.l. legis Iuliæ. nā & is qui ces-
sit ante distractionem ueniens potest uoluntatem suam mutare,
& se defendere.ff.de cessione bonor.l. 3. Quid si plures sunt cre-
ditores,& debitor petit dilationem quinquennij, si omnes con-
cordant,bene est:sin autem discrepant,statur maioris partis iudi
cio.& intelligitur maior pars;primò respectu cumuli debitorum
non personarum: secūdò respectu personarū ꝙ si omnia æqua-
lia sunt,erit humanior sententia.i eorum qui in dilatione danda
consentiunt,præferenda: in quo quidem non distinguitur inter
hypothecarios, & chirographarios creditores,sed nec ex dilatio
ne quinquennij, quo ad præscriptionem temporalem aliquod
prẹiudicium creditori generatur.C.qui bon.ced.pos.l.fi. Quid si
debitor petit sibi dimitti partē debiti:tunc non præiudicatur hy-
pothecarijs creditoribus,quamuis pauciorib. numero per con-
sensum chirographariorum.& sic loquitur ff.de pac.rescriptum.
& l.præcedenti.

Si quis autem dicat persoluisse pecuniā inde-
bitam, & recipiēs neget se
recepisse,eo ipso ꝙ de receptis ꝯuincitur,necesse habet pecuniā
reddere,nisi ꝓbet,ꝙ debitum receperit.j.e.c.fi.ff.de proba.cùm
de indebito unde fuit sumpta decr. Et sic mēdaces puniuntur:ut
C.de non num.pe.auth.contra.ideo dicitur,quòd nemini expe-
dit negare uel mentiri.ff.de tribu.act.illud §.penu.s̃.ut bene.ec.si-
ne di.con. c.vnico.§.pe.& s̃.de rescrip.super literis.Si verò con-
fitetur,præsumitur debitum, si tamen diligens paterfam.soluit:
quia non est uerisimile, quòd quis iactet pecuniam suam. secus
si sit

si sit rusticus bestialis, vel pupillus, uel minor xxv. ann. vel miles, vel mulier, simplicitate gaudentes, & forensium negociorum inexpertes nam si tales soluant, semper præsumitur indebitum. ff. de probat. cùm de indebito. Pater autem famil. diligens non repetit, nisi probet indebitum, ut dictum est. j. eo. c. ult. Sed & in eo distinguit quia aut repetit indebitum vtroque iure: vt quia is cui successit, satisfecerat de debito: & ideo iustè potuit ignorare. ff. de reg. iur. qui in alterius. uel quia soluit id in quo condemnatus erat authoritate falsorum instrumentorum: ut ff. de except. qui agnitis. in fi. vel quia errauit in nomine: vt j. ideoque repetit: secus si scienter soluit, quia tunc donare videtur. ff. de condict. inde. l. 1. ff. de regul. iur. cuius per errorem. excipe usuram, licet scienter solutam: vt not. j. de vsur. §. quæ pœna. sub §. alia à iudice. versic. sed quomodo. uel quia errauit in nomine, cùm alius suo nomine, ipso absente, pecuniam mutuò recepisset. ff. de verbor. obl. l. vl. s. de resc. significante. alias in proprio facto non esset tolerabilis error. suprà, de resc. ab excommunicato. ff. pro suo. l. vlt. ff. de iur. & fact. igno. plurimum. C. de rescind. ven. quisquis. Item si soluit indebitum iure naturali; sed debitum iure ciuili: ut quia obligatus erat literis, vt Institu. de lit. ob. §. is quoque. hic enim repetit, nec distinguitur utrum errauerit in iure vel in facto: quia iuris ignorantia ius suum prosequentibus non obest. ff. de iur. & fact. igno. l. iur. ff. de cond. indeb. indebiti. & de const. pecul. quòd si maritus. § 1. Fallit in l. Aqui. quæ inficiatione crescit. C. ad l. Aquil. l. contra negantem. nam si satisfacio de damno dato ab aliquo, quasi ego dederim, non repeto. Item si soluo legatum ab alio debitum. Institu. de obligat. quę ex quasi con. na. §. vltim. Item si scienter soluo: ut s. dixi. versi. sed & in eo. Item per sententiam uel transactionem solutum, quamuis indebitum esset, non repetitur. ff. de cōdictione indebiti, in summa. §. & quidem. ff. manda. si fideiussor. § in omnibus. C. eod. l. 1. & de transact. l. 2. Item si iurante aduersario me deferente soluero. ff. de iureiurand. nam postea §. final. Item si puto me debere ex causa dotis, non repeto. ff. de condict. indeb. cùm is §. si mulier. Item si ab alio debitum, licet indebitum ab eo qui dedit. ff. de cond. indeb. si pœnæ. §. quamuis. uel quanquam. Si verò soluit indebitum iure ciuili, sed debitum iure naturali, ut in obligatione per nudum pactum contracta, quod dic, ut not. s. de pactis. §. quæ sunt diuisiones. sub. § superest vt de pactis vtilibus, & se. si scienter non repetitur, si per errorem iuris non repetitur, per errorem facti repetitur. C. de iur. & fac. ign. error. & l. cùm quis. & ad le. Fal. error. & C. de cond. inde. l. fideicommissum. ff. de cond. ind. l. fideicommissum. Fallit hoc in minore. ff. de min. interdum. & in muliere. ff. ad senatusc. Vellei. quamuis. § interdum. & in muliere. hi enim repetunt, qualitercunque errauerint. Cùm autem secundum canones ex nudo pacto [a] detur actio: vt s. de pact. qualiter. & de arbit. per tuas. 22. q. 5. iuramenti. appareat quòd non est locus repetitioni: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem. arg. ff. de compen. etiam. & de superficiebus. l. 1. §. quod ait prætor. ff. de regu. iur. inuito §. 1. Sin autem sit debitum utroq; iure, sed indebitum ope exceptionis temporalis non repetitur. ff. de condi. indebit. in diem. & l. nam & si maritus. & l. nam si cùm moriar. & ff. man. fideiussor. Sed si exceptio erat fauorabilis & perpetua, vt Vellea. quacunque ignorantia interueniente, repetitur, nisi sit introducta ad rigorem iuris conseruandum, ut exceptio rei iud. ff. de condictio. indebit. Iul. C. de condict. indebi. l. 1. Sed si exceptio erat perpetua & odiosa, vt Macedoniani, ignoratia iuris ductus soluens non repetit: ut dixi de perpetua fauorabili ff. de cōdi. inde. qui exceptionem. sed si probet ignorantiam facti probabilem, repetit. ff. ad Mace. l. vl. Quòd si dubitetur, vtrū sit dilatoria, vel perpetua, repeti potest. sufficit enim dubitatio. ff. de condictio. indebit. sufficit.

Illud in summa not. quòd si prælatus suam ecclesiam obligauerit pro alienis debitis, uel sigillum tradiderit, vt obligari possit, ecclesia non tenetur, subaudi, nisi versa sit in utilitatem ecclesiæ: quod dic ut not. s. tit. j. §. & quis. & qui hoc præsumpserit ab administratione spiritualium rerum, & temporalium, nouerit se suspensum, scilicet ipso iure. j. eodem. si quorundam. quod autem dixi. Si sigillum tradiderit, vt obligari possit, subaudi & obligatio secuta sit. argumen. s. de clericis non residen. relatum. & de officio delega. in literis. & infra, de sponsa. capit. final. argument. tamen contrà suprà, de confes. cùm super. sed dic quod ibi secuta fuit electio, præmissa pactione: & ideo simoniaca iudicatur. hanc ergo pœnam patitur qui obligat cum effectu. Sed quid si reddat ecclesiam indemnem? Dicunt quidam, quòd pœna remittitur: argument. 81. distincti. si qui sunt. 16. quæsti. 7. si quis deinceps. 15. q. 6. nos sanctorum. alii contrà: quia satisdatio maleuolum animum non immutat. Instit. de suspect. tuto. § libertus. ff. de suspe. tuto. l. 3 §. quæri. & l. suspectus. & l. sequenti. & ideo remouendus. ff. de suspect. tuto. suspectum. nisi cum eo dispensetur. s. de electio. quod sicut. §. vlt. s. de offic. delega. venerabili. solam enim excommunicationem euitat talis. suprà, de reb. eccles. non alien. si quis presbyterorum. quod dic, ut not. supra, de rebus eccles. non alienand. §. quæ sit poena.

ADDITIO.

a Ex nudo pacto. ¶ Adde c. 1. & ibi Doc. de pact. Innoc. in c. cum venissent. de inst. Inn. in c. nouit. de iud. Arch. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. Bar. in l. fideiussor. in §. qui certo. ff. de fideius. Bar. in extrauag. ad reprimendum. Bald. in auth. ad hęc. C. de vsu. Ang. in rep. l. si certis annis. C. de pac. Sal. in l. legem. C. eo.

DE DONATIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Donatio quid sit. Et vnde dicatur. nu. 2.*
3 *Donationis quot sunt species.*
4 *Donare quis possit.*
5 *Donari cui potest.*
6 *Donatio quæ sit, quæ requirit scripturam.*
7 *Donari an possit res aliena.*
8 *Donatio qualiter reuocetur.*
9 *Donator ad quid teneatur.*
10 *Donatarius ad quid adstringatur.*

Dictum est suprà de contractibus, quibus res alienantur non gratuito titulo: nūc videndum occurrit de donationibus quibus res gratis transferunt. dicamus igitur, Quid sit donatio. Vnde dicatur. Quot sunt eius species. Quis possit donare. Et cui. Et quid. Quæ donatio requirit scripturam. Qualiter perficiatur. Qualiter reuocetur. Ad quid donator teneatur. Et ad quid donatarius adstringatur.

1 a Quid sit † donatio. [a] Donatio est rei licitæ, nullo iure cogente, mera liberaliter facta collatio. ff. e. l. 1. §. donari. ff. de regu. iur. donari. Sola autē ciuilis obligatio præcedens non impedit donationem, eo quòd illa non sit efficax ad agendum, vel retinendum, seu etiam constituendum: sed in naturali contrarium est, nam illa donationem impedit. ff. de cōsti. pecu. l. 1. §. debitū. & l. 3. §. 1. & probatur ff. e. hoc iure. §. fin. *Merā liberaliter facta collatio*, ideo dicitur, quia si ex necessitate fiat, non est donatio. nemo enim in necessitatibus liberalis existit. ff. de adi. uel trans. le. l. rem legatam. ideoque prælati impropriè dicuntur conferre beneficia, cùm necesse habeāt hoc facere. supra, de offi. archipresbyt. ut singulæ, aliàs, nisi intra sex menses hoc fecerint deuoluitur potestas ad superiorem: ut s. de conces. præben. & eccle. non va. c. 2. & ideo tales de euict. tenentur, secundum Go. quod dic ut not. j. e. §. ad quid donator. & est ueritas, quod necesse habent donare, non tamen magis isti quàm illi, dum tamen vterque idoneus sit: & in hoc quòd alterum eligunt possunt dici quòd liberales sunt. sic intellige s. de præben. relatum est.

2 b Vnde † dicatur. [b] A dono. dicitur enim donatio quasi doni datio, à Græcis tracta ff. de do. cau. mo. senatus. §. j.

3 Quot sunt eius species. † Species uero donationum diuersę sunt: quia donationum alia inter viuos, alia cā mortis. & hæc duo genera sunt donationum. Inst. eo. in prin. Donationum autem inter viuos, alia ob causam interpositam, vt aliquid fiat, vel non fiat: & de hac C. de con. ob cau. ff. de condi. causa dat. per totum. Alia simplex, & harū alia perfecta & para: alia imperfecta, seu conditionalis, vel sub modo. ff. eodem. l. 1. & 2. C. de dona. quæ sub modo l. 1. 2. 3. & 5. Donationum verò causa mortis tres sunt species. prima, cùm quis donat metu mortalitatis futuræ non instantis. scit enim quilibet, quod mori debet, licet nesciat quando. ff. de condi. & de. l. 1. de hac C. fam. ercis. quoties. & l. vlt. ff. de leg. 2. cùm pater. §. dulcissimis. ad fin. Secunda: cum quis donat metu mortis instantis desperans omnino de conualescentia, & hic dominium transfertur. ff. de dona. causa mort. vbi. & l. senatus. §. mort. causa. & hæc comparatur donationi inter viuos, vt in l. vbi. Tertia quando magis uult se habere, quàm hunc cui donat. & magis donatarium quàm hæredem suum. ff. eodem l. 1. de his tribus. ff. de don. cau. mor. l. 1 & 3 j. eod. sub rub. de don. cau. mor. plenius dicetur.

4 Quis possit donare. † Donare potest paterfa. & dominus rei. ff. de reg. iur. cui ius est donādi.

Non

ADDITIONES.

a Quid quid sit donatio. ¶ Adde do. in rub. eo. ti. & in l. 1. & in l. donare. ff. de don. gl. in §. ex his. 23. q. 6. gl. in c. 2. de rescr. libr. 6. Ioan. Andr. in c. 1. de censib. e. lib. in nouella.

b Vnde dicatur. ¶ Adde Card. Zab. in rub. eo. tit. in 2. q.

a Non ergo seruus, non filiusfa.[a] non pupillus. ff. de pact. contra iuris ciuilis regulas. respon. 1. & §. 1. & 2. ff. de acquir. er. do pupillus. Non monachus, uel conuersus, quia proprium non habet. 54. dist. abbati. nec abbas seruum ecclesiæ, nec episcopus, nisi recompensationem faciat. 12 quæstio 2. Episcopus qui mancipium. quod dic, ut not. s. de reb. eccles. non alien. §. quæ res uers. item presbyter. & j. eodem §. & quid. Item compos mentis, nō furiosus uel prodigus. ff. eod. Modestinus. ad finem. ff. de curatore fu rio. Iul. ff. de uerborum obligat. is cui bonis. Et est de furioso, ratio: quia nec inuitus nec ignorans quisque donat. C. eodem. nec ignorans. Senectus autem non impedit donationem C. eo. senectus. sed nec pōt donare is cui alienatio per legem interdicta est: ut quia commisit crimen læsæ maie. uel hæreticus est: ut j. de hæ re. uergentis. & c. ad abolendā. 6. q. 1. §. uerum. C. ad l. Iul. maiest. l. ult. C. de hæret. Manichæos. nec condemnatus de publico crimine, licet ante sententiam donare posset. ff. eod. post contractum. & l. donationes. §. ult. In donatione autem quam facit maritus uxori, distinguitur, si at donator seruus pœnæ, an non: quia licet donatio sit simplex, non tamen tenet ab initio: ideo in primo casu confirmatur, in secundo est in pendenti. C. de don. inter uir. & uxo. res. Quod dixi de filiofa. fallit in quatuor casibus. nam iusta ratione motus causa mor. donare potest. Item si habet peculium castrense. uel quasi. Item si habet liberam administrationem peculij profectitij, uel hoc ipsum specialiter ei concessum sit. Item ubi est filius Comitis uel Marchionis, uel Senatoris: aliter non, quantumcunque magnus sit & discretus. ff. eo. si liusfa resp. 1. §. 1. 2 & 3.[b]

b
5 **Et cui.** † Quilibet potest donari, nisi per leges prohibeatur, siue absens sit, siue præsens, notus uel ignotus. C. eo. nec ambigi. & ff. eo. absente. C. eo. in extraneos. Item amico & meretrici. ff. e. l. affectionis. Excipe militem, qui meretrici dare non potest. C. de donat. o. inter uirum & uxo. si ancillam.

c ergo multominus clerici suis focariis dare possunt.[c] & uidetur quod nec aduocati, quia & isti milites dicuntur, & isti tres æquiparantur. 13. q. 1. militare. s. de seruis non ord. eo. libentius. tamē hi & isti quotidie donant. Item donari potest patrif. & filiofam. extraneo tamen. C. e. siue emancip. filio enim famil. suo, uel uxori propriæ donatio facta non ualet, nisi morte confirmetur. C. de dona. inter ui. & uxo. donationes.

6 **Et quid.** † Quicquid in dominium alterius transire pōt. ff. e. in ædibus. §. ult. Nunquid ergo aliena res donari potest? Die ut no. s. de præscr. sub rub. titu. pro donato. Sed & donari potest res, cuius commercium haberi potest: non ergo res sacra, uel religiosa, uel sol, & luna. Insti. de inuti. stipu respon. 1. & §. 1. & 2. Item res ecclesiastica, uel sacra dari prohibetur. s. de pig. c. 1. non ergo possunt prælati donare res ecclesiasticas: quia procuratores sunt, non domini. j. e. fraternitatem. sed dist. utrum donet prælatus ex necessitate, puta beneficium uacans est: & tunc intra sex menses conferre tenetur, aliàs deuoluitur potestas ad superiorem, ut no. s. e. §. 1. uer. mera autem uoluntate. in quo Episcopus potest conferre quinquagesimam partem reddituum suorum ecclesiæ de nouo fundandæ: uel centesimam sustentationi antiquæ, uel si eam pro sepultura sua magnificare uelit, ut j. e. Apostolicæ quod dic ut no. s. de his quæ fiū à præl. sine con. ca. §. in quibus consilium. uer. sed nunquid potest dare. & sc. aliàs perpetuam donationem facere non potest: nisi fortè moderatam, iuxta consuetudinem patriæ. j. c. cæterum. uel nisi causa eleemosynæ: siue extraneis, siue propinquis. infra de test. ad hoc. in fi. & c. relatum §. licet. Item perpetuam potest facere prælatus ex causa de consilio Papæ uel maioris sui, seu cap. j. eo. per tuas. & cap. pastoralis. s. de his quæ fi. ab Episco. sine conse. ca. tua. & c. pastoralis. Consuetudo etiam generalis tenet, quòd prælati sani & sui cōpotes, pecuniam, equos, fruct[9], & res se mouentes & mobiles donant pro libito uoluntatis: possent tamen, si nimis excederent, reprehendi: quod totum committendum est arbitrio boni uiri. argumen. infrà, eo. Apostolicæ. & c. cæterum, & c. fraternitatem. & in aliis iuribus superius allegatis.

Quæ donatio requirit scripturam?

7 Illa quæ † excedit quingentos aureos. Excipiuntur tamen casus, in quibus ualet, etsi hanc summam excedat, s. ubi Imperator donat priuato, uel ecclesiæ, uel aliàs causa pietatis: uel magister militum militibus, uel priuatus priuato, in reparationem domus, uel in donationem propter nuptias. C. e. l. pe. in auth. ut non fi. pig. §. illud quoque. col. v. j. in aut. de non ali. aut perm. re. ec. §. si minus. col. 2. C. de don. propter nuptias. auth. eo decursum est. uel si remittantur usuræ futuri temporis. ff. eo. Modestinus. sed nec donatio causa mortis scripturam requirit, ut not. j. de don. cau. mor. §. qualiter. aliàs exigitur scriptura: ex quo hanc summam excedit. & quòd infirmetur siue publicetur apud competentem iudicem, adhibitis personis publicis, nec exiguntur priuati testes, cùm publica sufficiāt munimenta. Debet autem donator uoluntatem suam exprimere, & quantitatem donationis. & hæc omnia in scriptis debent redigi C. e. in donationibus. Vbi uerò donatio quingentos aureos non excedit, ualet, quāuis scriptura inde facta non sit. C. eo. l. pen §. fin. nisi fortè inter partes conuenerit, quòd scriptura inde fieri debeat. C. de fid. instru. contractus. uel nisi fortè fiat à patre in filium suum emancipatum: uel nisi fiat in piunctas personas, ut C. e. si quis in emancipatum. & l. seq. Quid si plures donationes factæ sunt alicui diuersis temporibus, quarum nulla per se excedit summam, sed omnes cumulatæ excedunt? ualet donatio, & si insinuata non sit. C. e. sancimus §. si quis autem. Quid si donatio facta sit in annos singulos eius quantitatis, quæ non excedit summam: sed omnes simul iunctæ excedunt. & quidem una est donatio ff. de donatio. causa mortis. senatus. §. fin. si tamen personalis fuerit, quia si nulla hæredum facta est mentio, non exigitur scriptura: alioquin si de hæredibus utriusque partis uel donatoris uel donatarij mentio habeatur, tunc scriptura exigitur. C. e. sancimus §. fi. Hæc locum habent, ubi donatio, quæ facta est, consistit in quantitate. Idem si in rebus mobilibus, uel immobilibus. in utro que enim casu retractatur tantùm id, quod legitimā summam excedit, & datur facultas illi qui maiorem partem habet in re donata offerre æstimationem minoris precij: aliàs res diuiditur: uel si non potest commodè illi qui minorem partem habet offerendi æstimationem maioris precij facultas datur. C. eo. sancimus. responso j. & §. j. & 2. & l. si quis argentū. ¶ Qualiter perficiatur: nudis uerbis sed olim per stipulationem tantum. C. eo. si quis argentum. Inst. e. § perficiuntur. j. de testa. iudicante. cōsensu tamen utriusque interueniente, scilicet tam donatoris, quàm donatarii: aliàs nec nuda ratio, nec causa ioci uel doctrinæ facta pactio constitueret debitorem. ff. eo. nuda. ff. de act. & obligationum substantia. perficitur autem nedum inter præsentes, sed etiam inter absentes per nuncium, uel per epistolam, cuius nec breuitas nocet. ff. eod. etiam per interpositam. C. eo. non ambigi. & l. si quid. nec requiruntur uerba superflua, quæ rerum effectus nullus sequitur. ff. e. l. fin. sed solus consensus sufficit. C. de don. & de act. oblig. consensu. Nec refert, utrum dicat, Do uel dabo. nam olim per stipulationem fiebat, quæ in futurum concipitur. ff. de uerbo. obl. stipulationem. l. quod quis alium. ff. de euic. si ita quis. ff. de pact. l. i § j. & ex nudo pacto etiam secundū leges in hoc casu datur actio. C. eo titul. si quis argentum & tenetur donans ad traditionē, ut notatur j. eo. §. ad quid donator.

8
d **Qualiter** † reuocetur.[d] Et quidem regulariter perfecta donatio non reuocatur. C. de do. quæ sub modo perf. C. de reuocan donat. l. 2. 3. 4. 5. & 7. 21. qu. 2. non enim. fe. i & causa & causaliter reuocari potest, puta propter ingratitu-

ADDITIONIS.

a Non filiusfamiliàs. ¶ Adde casus in quibus filiusfamilias potest donare, uide gl. in l. contra iuris. in §. si filius. ff. de pact.

b Sunt alij qui donare non possunt, quos ex Mart. eo. tit. in sum. adn otauimus. Item nec abbas, inquit, seruum ecclesiç donare potest, quia in illa donatione necessaria est compensatio, s. ut dentur ecclesiæ duo eiusdem menatione necessaria est compensatio. ... Episcopus, qui mancipium. uel alia res cum con riti & peculij. ut xii. q. ij. Episcopus, qui mancipium. uel alia res cum consensu capituli, solus donare potest. Sed cum solus donat, donatæ rei quantitas. & illius terræ, in qua sita est, consuetudo diligentius attendi debet. Et secundum hoc demum ratum, irritumue iudicandum est. extra, de do. cæterum. Minor quoque xxv. ann. donare non potest. C. si ma. fa. alie. ra. l. fi. Mart.

c Clerici suis focariis dare possunt. ¶ Adde do. in c. fi. & in c. relatum. el. ij. de testa. Io. An. in c. de his. de sepul. Cy. in l. si ancillam. C. de don. inter uir. & uxor. Bart. in l. miles. ff. de re iud.

d His quoque casibus non inconcinnè adiici possunt alii ex Mart. ubi s. Si fiat donatio, iuris ordine non seruato, reuocatur, & non ualet. extra, de don. pastoralis. & vii. q. j. pastoralis. Potest etiam reuocari, si fiat per prælatum, in magnum damnum ecclesiæ, & hoc per successorem eius: nisi modicum de consuetudine donaretur. extra e. c. ii. & c. cæterum. ubi de hoc in gl. & ita uidetur. Reuocantur quoque donationes factæ in filium emancipatum propter v. causas, quarum quatuor continentur extra e. tit. c. fin. ut si glo. hoc ius reuocandi. quæ sumpta est ex l. generaliter C. de reuo. don. ut si in parentes manus impias iniecerint, aut eis graues iniurias, aut graue rerum suarum damnū, uel uitæ periculum inferre præsumpserint, uel si non cōpleantur conditiones in donatione adiectæ. Si mater quæ filio donauit, & post modū ad secundas nuptias trāsierit, ex tribus tātum causis donationem poterit reuocare, s. si uitæ eius insidiatus est, si atroces manus in eā intulit: si totius substantiæ eius molitus est iacturam. C. de don. l. fi. Quia uerò de donatione sub conditione facta edisserimus, eius occasione rubricellam addamus ex Mart. qui ait, donationem sub conditione factam non tenere, nisi conditione adueniente, uel ea impleta. ff. de cond. & de monst. l. qui hæredi. §. fi. & l. sub cōditione. Fit autem donatio sub conditione ita, Do tibi hoc, si hæc feceris. Donatio uerò sub modo fit ita: Dono tibi hoc, ut singulis annis id facias. Et hæc nō reuocatur, quandiu modus seruatur: modo uerò nō existente, reuocari potest donatio. C. de don. quæ sub mo. l. i. & ij. extra de cōd. appo. c. uerū ubi de hoc in gl. si quis donet, & de don ca. fin. Alienari quoque prohibita, donari non possunt: ut in auth. de alien. & emphy. §. sanctissimas col. ix. & d. l. uerum cum similibus. Mart.

gratitudinem.j̄.e.c.fin.Hic tamen est distinguendum utrum patronus det liberto uel priuatus priuato, uel mater filiæ. Si patronus liberto donauerit, ipsa donatio,& etiã,ꝙ mirabile uidet̄, res empta ex pecunia donata sola ratione obsequij non præstiti reuocatur. C. de reuo. dona. l. 1. libertas tamen data ad hoc non reuocatur.C.de lib.caus.solo.excipe.s̄.de ser.non ord. nullus.& c.eo libentius.Itē reuocatur tota donatio propter liberos postea à patrono susceptos. C.de reuo.do.si unquam.aliàs autem si facta esset priuato,non reuocaret̄ tota.C.de inoffi.donat.si totas. Sin autem priuatus priuato, etiam filio emancipato donauerit, ex quinq; causis tantùm reuocatur donatio. Prima est, si in donatorem manus uiolentas iniecerit. secūda, si atrocem iniuriam irrogauerit.tertia, si graue damnum rerum suarum molitus sit. quarta, si uitæ periculum inferre præsumpserit. j̄ e.ca.fi.quinta est, si conditionem appositam non impleuerit. C. de reuo.don. l.fin.Insti.e.§.aliæ. Sic propter ingratitudinem impugnantis aufertur beneficium.s̄.de postul.ca.fin.j̄.de exces.præl.grauem.& feudum. xcvj. dist.si imperator.& legatum.ff.de inoffi.testa. Papinianus.§ meminisse.sic qui patronum impugnat, in seruitutē redigitur. C. de obsequi.patro.præstan si manumissori. 12.q.2. liberti.& cap.8.s̄.de ser.non ord.de famulis. §.fina. Quòd si mater filio donauerit, & postmodum ad secundas nuptias conuolauerit, ex tribus causis tantùm donationem poterit reuocare, s.si filius uitæ ipsius insidietur: si manus uiolentas iniecerit: si totius substantiæ iacturam molitus fuerit. C. de reu.dona. his solis.& auth. ibi signata hæ quoque. Hæ autem reuocationes personales sunt, nec extenduntur ad hæredes illorum, qui in uita sua siluerunt.j̄.eo.c.fi.C.de reuo.dona.l.fi.id est, si non egerunt, nec ad agendum se præparauerunt. ar. C. de inof.test.si pater.& l.sancimus.in fi. Sed & donatio facta ecclesiæ reuocatur propter conditionem uel modum appositum. j̄. de condi. apposi.uerū. Item propter pacti turpitudinem.j̄.de simon.de regula. & c. de hoc.& c.audiuimus.& cap. ueniens. & c.dilectus. Item propter donantis enormitatem: ut si pater iratus filium exhæredet. 13. q.2.si quis irascitur. Item propter fraudem suscipientium: ut si monachi alliciendo laicum tonsurauerint, ut eius bona percipiant. 20. quæst.3. constituit. Item propter superuenientem filiorum natiuitatem: sed iure poli, non iure fori. 17. quæstione. 3.quicunque. 2 Item propter dantis impotentiam: ut si res ecclesiæ detur uel legetur .17. q.4.j̄. de reg. filius noster Faustinus. Item propter causæ defectum. s̄. de cleri. coniug. quod à te.& de renun.ex transmissa.quod dic, ut no.s̄.de cleri.coniu.§ fin.uer. item quia si ecclesiæ.& seq. Item reuocatur donatio aliquando, quatenus excedit.12.quæst.2.si quos de seruis. C. eod. sancimus.

9 Ad quid donator teneatur † Ad traditionem rei, quam dare promisit, uel ipsius æstimationem, si rem non potest tradere.C.eo.si quis argentum.& ut præstet euictionem, si quid dolo fecerit.ff.e.Aristo.ff.de redhibi acti. ad res donatas.uel si ex pacto ita conuenerit.C.de euictio.l.2. uel si donatio à promissione incœpit.C.de iure do.l.1.ff. de uerbo.obli.ubi autem non apparet.§ fin. uel ubi quis ex necessitate donat, secundum Gof.s̄. de præbend.inter cætera.j̄.de iure patro.pastoralis.7.q.1.præsentium.sed certè non puto, quòd prælatus teneatur de euictione beneficij, nisi ratione fraudis, uel in lite, licet teneatur constituto in sacris, & etiam cuilibet clerico ex generali administratione, quam gerit, prouidere.12.q.1.Episcopus ecclesiasticarum. & cap.sequen. & hæc etiam probant concordantiæ pro Goffr. inductæ. & de hoc inuenies plenissimè not.s̄.de præ. §.1.& qualiter. sub §. illud in summa. Regulariter itaque teneas, quòd non tenetur donator de euict. sed si non potest soluere, uel reddere quod promisit, condemnabitur, inquantum facere potest. ff. eod.qui id.habebitur ergo ratio, ne egeat.ff.de re iu. sunt qui. & l.inter eos.& l.nesennius. & l.ne de liberalitate.& ff. de re.iur.in condemnatione.

10 Et ad quid donatarius adstringatur.† Naturaliter ad antidora.ff.de petit.hæredi.sed & si lege.§.consuluit.& expone antidora, id est retributionem: naturaliter enim mouetur homo, ut benefaciat benefacienti, id est, uicem ei impendat, & beneficium recognoscat, & defendere caueat. & ideo dicit, naturaliter: quia hoc est à naturali iure primæuo: unde, ut canis hoc mentitur, & cætera animalia. Inst. de iure naturali. responso j. multo fortius homines hoc attendere debent: ad hoc j̄. de testibus. cùm in officiis. 8. q. 2. illud. Illud quidem notandum, quòd nobiles donare debent, s. bene morigerati, quando ratio suadet, & hilari uultu hoc facere debent, & quotiescunque necesse est: sic approbatur largitas, & prodigalitas reprobatur. sic potest intelligi j̄. cap. j. uel intellige ipsum in donationibus ad pias causas, in quibus optima mensura est immensitas. in auth. de non alienā.aut permu.rebus eccles.§.si minus. nec potest dari ecclesiæ in præiudicium alterius.j̄.eo.consultationib.& quòd ecclesia in actibus suis fraudem adhibere non debet. j̄. eod. per tuas. & si uerbum in instrumento donationis dubium sit, largissimè interpretatur: quia in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis est plenissima interpretatio facienda.infrà eodem, cùm dilectus. ad finem. & quòd donatio in fraudem alterius facta donatori præiudicat, non donatario: quia nemo turpitudinem, &c. quia deceptis, &c. nec absenti, quia res inter alios acta, &c. nec aliquis contra factum suum, &c. ut j̄. eod. inter dilectos.

DE DONATIONIBVS CAVSA mortis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Donatio causa mortis quid sit. Et quot sint eius species.2. Et qualiter fiat 3.*
4 *Donare causa mortis quis possit.*
5 *Donatio causa mortis cui possit fieri.*
6 *Donari causa mortis quid possit.*
7 *Effectus donationis causa mortis quis sit.*

Ex quo suprà plenè expediuimus de donationibus habitis inter uiuos: dicamus de illis quæ fiunt causa mortis, tractantes, Quid sit causa mortis donatio, Quot sunt eius species, Qualiter fiat, Quis possit donare causa mortis, Cui possit fieri donatio causa mortis, Et quid possit donari, Quis sit effectus huius donationis.

1 Quid sit † causa mortis donatio. Et quidē timore mortis imminentis, uel futuræ alicuius rei prouidè & liberaliter facta collatio. *Timore mortis imminentis, uel futuræ,* ideo dictum est: quia quandoque fit ab homine sano se cogitante: quādoq; ab infirmo, ita quòd statim fit accipientis, uel morte demùm secuta.ff. eo.l.2. & intellige morte donatoris, uel donatarii, uel alterius. ff. eod. l.3.4.5.& 6.& l. mortis causa filii & l. mortis causa capimus.& l.fin.C.eo l.1.& 3. Quid si quis simpliciter donet de morte, uel mortis periculo nullam faciens mentionem, nūquid iudicabitur donatio inter uiuos uel mortis causa facta? Et quidem dixit Azo, quòd nisi de morte eius, uel periculo fiat mentio, non uidetur donatio causa mortis facta: nec enim hoc ipso, quòd moriens donat, uidetur causa mortis donare.ff.e.Seia.§.fi.& ar.ff.de do.filiusfamil.in fin. Sed cōtrà: quia sufficit, quòd mortis periculum immineat ad hoc, ut donatio causa mortis facta præsumatur.ff.e.l.pen. & 2.& 3.& sola mortis cogitatio uidet̄ sufficere.ff.e.mortis causa capitur §. antepē. & C.e.l.fin. So. ex natura, uerborum affectione & qualitate personarum, & status, hoc æstimandum erit: ut ff. de dote præl. Seia.ff.e. senatus.§.ex hoc.& seq.& §. mortis causa.& l.Seia.uer. utrum. ergo si nihil apparet, inter uiuos præsumitur donatum. ff.eo.Seia.in fin.C.de iur.do.l.2. *Prouide,* ideo dictum est, quia is qui donat, prouidendo hoc facit, qui scilicet magis uult, quòd donatarius habeat rem quam donat, quàm hæres suus, & magis uult ipsam habere se, quàm donatarium.ff.eo.l.1.& 2. & l. senatus.§.1. si enim sic daret, ut nullo casu rem recuperaret, nō mortis causa, sed inter uiuos donatio censeretur.ff.e.ubi.& no.suprà in rub. proxi.§. quot sunt species. uer. secunda. *Liberaliter,* ideo iunctum est: quia si causa mortis sibi comminatæ aliquis rem suam conferret, non ualeret, quamuis periculum immineret. ff. quod me.causa.metum.& l.metum & not. suprà quod met. cau.§. quid sit metus.& §. qualiter retractetur. quod intelligas, quando metus mihi infertur, ut aliquid donem: alioquin si causa siue occasione metus mortis liberaliter donem, quamuis mihi metus inferatur, non tamen hac de causa ut donem: quia si donem, nihilominus metus instat, ualet donatio. & sic loquitur.ff.eod.l.3.& l.senatus.§.mortis. Et est subaudiendum in de scripto tradendo & se obligando, ut differat à legato, secundum Azo qui & in Summa sua multas alias notat differentias. Prima est, quia legatum ab hærede semper traditur: sed donatio plerunque à testatore, ut patet in his quæ no.j̄.e.§.qualiter fiat. Secunda est, quia in mortis causa donatione sic potest fieri substitutio, ut alicui promittat, si ipse capere nō potest: secus in legato.ff eodem tit.cui mortis causa.ff.de lega.2.ut hæredibus. Tertia est, quia si accuso testamentum, amitto legatum, non tamen donationem causa mortis.ff.de his quib.ut indi.leg.aufer. post legatum.§.final. aliàs autem regulariter uerum est, quòd deficiente legato, deficit & donatio causa mortis.ff.e.& si debitor.§.fi.& l.illud generaliter. secundum Azon. uel dic quòd refert, utrum donatio facta sit extra testamentum: & sic loquitur prima lex, post legatum.§.fi. uel in testamento, & sic idem est quòd in legato ut probant leges sequētes. Quarta est, secundū quosdam: quia in legato locum habet interdictum, quorū legatorū, non in donatione causa mortis, ut ff.quorum lega.l.1.§.fi quid. secundum literam cessabit. sed Pisana quæ habet, necesse habebit, contradicit. Item prima differentia, quam not. secundum

Azo.s̃.e.& est ſubaudiendum, non placet: quia ſi tradit ita, quod non recuperet, vel obligat ad tradendū ſine ſpe recuperationis, donatio eſt inter viuos. vt no.s̃.eo ver. prouidè. ſin autem ſic vt recuperet, idem eſt in legato, & idem dicit Imperator, ꝙ huiuſmodi donationes omnes effectus ſortiant̃, quos vltimæ voluntates, ſeu liberalitates, nec ex quacunq; parte eis abſimiles habeantur. C. eod.l. fin. in fi. ego non curo inter hoc magnam differentiam aſſignare.

2 **Quot ſunt eius** ſpecies? † Tres: quod dic vt no. s̃. eo ſub rub. proxima. §. quot ſunt ſpecies ver. donationem verò cauſa mortis & ſequenti.

3 **Qualiter** fiat. † Per ſtipulationē ff. e. Senatus. §. fin. & l. mortis cauſa capitur. §. pen. vel per traditionem ff. eod. qui alienam rem. vel per ſimplicem verborum prolationem, adhibitis 5. teſtibus, in vtroq; caſu in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. nec enim geſta vel munimenta alia requiruntur. C. eodem. l. final. ideoq; nec ſemper tradit̃ res: quare non eſt multum approbanda adiectio Azo. & not. s̃. eodem §. quid ſit. verſ. & eſt ſubaudiendū. & verſi. prima differentia. & aliquando traditur, vt patet ff. eodem. ſi mortis cauſa res donata eſt. Nec eſt co dicillus vel teſtamentum: & differt mortis cauſa donatio à mortis cauſa capione: quia in mortis cauſa donatione obligatur, qui donat plerunq;, & eius hæres: & plerunq; traditur ſtatim res: ſed mortis cauſa capio eſt, quando poſt mortē alicuius aliquid dat̃ alicui cauſa conditionis implendæ, vel aliquid qualitercunq; ſine donatione cauſa mortis facta, peruenit ad aliquem occaſione mortis. ff. eodem. qui precio. & l. ſi mulier, & l. mortis cauſa capitur. reſpon. 1. & §. ſine donatione.

4 **Quis poſſit** donare cauſa mortis. † Et quidē quicunque poteſt facere teſtamentum, licet nō faciat, & etiam filiusfami. licet non poſſit facere teſtamentum: poteſt tamen cauſa mortis donare ff. eod. l. tam is qui teſtamentum facit. & iunge quod not. s̃. eodem. ſub Rub. proxim. §. quis poſſit. verſic. quod dixi de filiofa. & ſequenti. & j. de teſt. §. quis poſſit facere teſtamentum.

5 **Cui poſſit** fieri donatio cauſa mortis. † Et quidem ei ſoli qui ex teſtamento, vel ex cauſa legati capere poteſt. ff. eo. omnibus & l. ſenatus. reſpon. 1. in quo quidē non tempus donationis, ſed tempus mortis inſpicitur. ff. eo. in mortis cauſa. ergo ſi ſit excommunicatus tempore mortis donatio euaneſcit. 11. q. 3. cum excommunicato. ſuprà, de appel paſtoralis. § fin.

6 **Et quid** poſſit donari. † Et quidem res mobiles, & immobiles, corporales, & incorporales ff. eodem. ſi mortis cauſa donatus fundus. & l. mortis cauſa capimus. & ſi chirographa debitorum dentur, debita vel empta ibi contenta donata videntur. ff. eodem. mortis cauſa capimus. §. Titia. C. de donationibus. l. 1. & breuiter donari poteſt cauſa mortis, quicquid inter viuos dari poteſt. quod dic. vt no. s̃. eo. rub. proxima. § & quid.

7 **Quis ſit** effectus. † Et quidem vt res retineatur, ſi tradita fuerit: vel vendicetur, ſi non fuerit tradita, non obſtante vſuca. ff. eod ſenatus §. 1. & l. ſi mortis cauſa res & l. ſi alienam. reſpon. 1. expenſæ tamen neceſſariæ, vel vtiles p doli exceptionē recuperantur. ff eod. ſi mortis cauſa donatus fundus. Item effectus is eſt, ut iuſtus vſucapiendi titulus transferatur. ff. eodem. qui alienam. Hæc vera intelligas, niſi donatio fuerit reuocata: puta ſi prius decedat donatarius, quàm donator. in quo caſu inſpicitur perſona filij vel ſerui donatarij, nō patris, vel domini ff. e. ſi filiofa. 1. & 2. & l. fi. Item reuocatur, ſi donatorem pœniteat, vel ſi conualuerit de periculo, in quo erat: vel ſi deficiat conditio, vel non adimpleatur cauſa, ſub qua donatio facta eſt. ff. ſi certum petatur. non omnis. ff. eo ſenatus. §. nec dubitauerunt, vel hi, qui ſibi adinuicem donauerunt, pariter mortui ſunt. ff. e. ſi hi qui inuicem. Et hoc verum eſt, niſi ſic datū fuerit, vt ſtatim tranſeat dominium, nec reuocare poſſit, ff. e. ſi alienam. §. Marcellus. & l. Senatus. § mortis talis enim donatio inter viuos facta cenſetur. vt no. s̃. eo. §. quid ſit. ver. prouidè & ideo ex quo facta eſt: nec conditionē nec modum, nec pœnitentiam ſine cauſa admittit, vt C. de dona. quæ ſub modo. l. perfecta & de reuoca. donat. l. 2. & ſequ. ſed ex cauſa reuocari poteſt. quod dic vt not. s̃. ſub rub. proxim. §. qualiter reuocetur.

DE PECVLIO CLERICORVM. Rubrica.

SVMMARIA.

1 Peculium clericorum quid dicatur.
2 Peculium vnde dicatur.
3 Species peculij quot ſint.
4 Clerici qui poſſint habere peculium.
5 Peculium quod donari poſſit.

QVoniam clerici de peculio ſuo donare poſſunt ſeu teſtari, cū & filius famil. hoc poſſit facere de caſtrenſi peculio. ff. de dona. filiusfa. ideo poſt tractatū de donationibus, & antequam de teſtamentis, de ipſo peculio videamus. Sciendū igitur, Quid hic dicatur peculium, Vnde dicat̃ Quot ſunt eius ſpecies, Qui clerici poſſunt peculium habere, Quod peculium donari poteſt, ſeu inter viuos, ſeu cauſa mortis.

1 a **Quid hic** dicatur † peculiū. [a] Certè p̄luribus modis dr̃. vno modo dr̃ peculium puſillum patrimonium, ſ. n puſilla pecunia ſeruo à dño, vel filiofamil. à patre conceſſa, & ſeorſum à rationibus dñi, vel patris poſita. ff. de peculio. depoſiti. § peculiū. ſed ſine pecunia fragile dr̃. ff de leg. 3. ſi chorus. § 1. Item dr̃ peculiū res paraphernalis ff. de iure dot. ſi ego. § dotis. aliās ponit̃ pro hæreditate, vel patrimonio. C. de epiſ & cleri ſi qs presbyter. ff. ad Trebellia. cogi. reſp. j. & ſic accipit̃ hic.

2 **Vnde** dicatur. † Peculiū à pecunia. pecunia à pecoribus, qa antiquorum pecunia ſeu bona in pecoribus erant. 1. q. 3. tutū, & tunc nihil poterat emi, vel vendi: ſed ꝯtus permutationis neceſſarius erat. ff. de ꝯtrahēda emptione & vēditione. l. j.

3 b **Quot ſunt** eius ſpecies. † Secundū leges eſt profectitium, aduentitium, caſtrenſe, & quaſi[b] caſtrenſe. Profectitiū dr̃ quod proficiſcitur de rebus paternis, & acquiritur patri, quo ad ꝓprietatem, & vſumfruct. Aduentitiū eſt, qđ acquirit̃ ex donatione, vel ſucceſſione alicuius, vel aliter aliunde ex aduētu proſperæ fortunæ prouenit. excipe res ab Imperatore vel Auguſta donatas, quæ quaſi caſtrenſes iudicantur. C. de bonis quæ lib cum multa priuilegia Caſtrenſe quod milites in caſtris acquirunt ff. de caſtr. pecu per totū. ſed hodie tales milites non inueniunt̃, quia non ſeruant conditiones, quas illi ſeruabant. Quaſi caſtrenſe, qđ fil. f. de ſcientia ſua acquirūt, occaſione aduocationis, vel muncrū publicorū. probant̃. hæc C. de inoffcio. teſt. l. vlti. & de bonis quę libe. cum oportet. & l. cū non ſoliū Inſti per quas p. ſ. nob. acquir. Sed hic duobus modis tñ dicitur peculiū, illud ſ quod, puenit ex re eccleſiæ: & hoc profectitiū quodāmodo dici poteſt, quia clericus non poteſt teſtari de hoc regulariter. j. e. c. 1. 2 & 3. non tñ per omnia. quia ſuper profectitio inter p̄ſtē & filium, nulla lis eſſe poteſt. ff. de iudi. l. nulla. ſed ſuper hoc ēt inter patrē ſpiritualē & filiū litigatur s̃. de inſtitut ex frequentibus. & capit cū venerſ. & de præb. vacan. & de officio delegat ſi q̄n. Aliud eſt peculiū, de quo hic tractatur, ſ. quod artificio, vel paterna ſucceſſione, vel intuitu cognationis, aut dono conſanguineorū vſq; ad quartum gradum, aut amicorum intuitu perſonæ, non eccleſiæ clericis acquiritur: & iſtud ſecundū Ala. aduentitium dr̃. ſed dici poteſt, ꝙ eſt quaſi caſtrenſe. quod ergo in filiofam. laico aduentitium dr̃. hic dicetur quaſi caſtrenſe, cùm de iſto teſtari poſſit clericus. j. de teſt. tua nos. vel quia nos. C. de inofficioſo teſtamen. l. vlti & de epi & cle. auth presbyteros. & in auth. de eccl. titu. § interdicimus. col. 9. 91. diſt. clericus. 10. q. 3. cauendum in fin. 21. q. 1. c. 1. in fin. vt enim in his iuribus probatur, clerici poſſunt honeſtè proprijs laboribus & manib ſibi acquirere. & de talibus teſtari poſſunt, ēt ſi i poteſtate ſint. C de epi. & cle. ſacroſanctæ. C. de aſſeſſor. velut caſtrenſe. In his ēt ab inteſtato ſuccedunt parētes 12. q. 1. manifeſtè & c. epiſcopus qui filios. & q. 3. c. fi. Sed & viuentes poſſunt de his ad libitum facere. j. de ſucceſ. ab inteſta. c. 1. 12. q. 3. fixū. Regulam aūt hanc teneas ꝙ illud peculium hic cenſet̃ profectitiū, quod clericus non acquiſiuiſſet, ſi eccleſiam non habuiſſet. ff. de caſtr. pec. caſtrenſe peculiū. j. tit. 1. requiſiſti. § illud. Quid ergo de oblationibus Da. dixit peculium profectitiū eſſe. arg. j. tit. 1. requiſiſti Sed ꝯ, quia non rōne eccleſiæ, ſed ordinis offerunt̃. vnde & ſacerdoti offertur, & ſi eccleſiā non habeat. Reſp non ob. quia nullus dēt admittere parochianum meū. j. de parochi. vt dominicis. & de ſepulturis. c. 1 Quid ergo de oblatio ne viatoris? Adhuc puto idem. v. g. ptra. ff. de iudi. hæres abſens.

c 4 **Qui clerici poſſunt** peculium habere [c] quaſi caſtrenſe † poteſt habere clericus, quicunq; proprijs non renunciauerit, ſed is qui renunciauerit non poteſt. j. eo. c 1. j. de ſtatu mo. cùm ad monaſterium. ad fi. j. de teſta quia ingredientibus. 54. diſt. abbati. 2. q. 1 nolo. & c. non dicatis j. de priuile cùm & plantare §. de confratribus. & c. vt priuilegia. 27. q. 1. vt lex. Sed & hi qui proprijs renunciant, poſſunt habere profectitium occaſione adminiſtrationis, vt j. de ſtat. mona. c. cùm ad monaſteriū. §. q vero. & tales poſſunt

ADDITIONES.

a Quid hic dicatur peculium. ¶ Adde do. in rub. e. tit. & quotuplex ſit, vide per Spe. tit. de arbi. in §. 1. ver. item cum agitur

b Caſtrenſe & quaſi. ¶ Adde no. in c. quia nos. de teſt. c. licet. de ſepul. li. 6. gl. in c. fi. de iure pat. l. quidam. ff. de acq. rer. do. Bal. in l. 3. ff. de in ius voc.

c Clerici poſſunt habere peculium. ¶ Adde quod peculium clerici dicitur eſſe aduentitium. vide per Barb. conſi. 1. incip. magnus. in 2. vol. ſol. in 3. vol.

possunt temperatè de blado, & victualibus donare ad tempus. s. de re.eccl.non alien.c.2.aliàs qui possunt.quod dic vt no.s.de do § quis possit.& §.& quid.

5 **Quod peculium** †donari potest, seu inter vivos, seu causa mortis. Quasi castrense,& non profectitium. quod dic ut not.s.e.§.quot sunt. & s.e.sub rub.de do.§.& quid & j.ti.j.§ quis possit.Illud in summa notandum est, quòd si dubium sit, vtrum peculium profectitium sit,vel quasi castrense:profectitium præsumitur, ex quo ecclesiam habet.j.e.c.1.Sed si non habet ecclesiam, tunc præsumo quasi castrense.ar.C.de vsu.l.vlti. arbi. tut.si defunctus.Item presbyter de profectitio emens, debet emere nomine ecclesiæ, non proprio,nec alieno in fraudem:quia sicut nec suo, &c.j eo. presbyter.& c.inquirendum.& res taliter acquisitæ ecclesiæ propriæ relinquendæ sunt.j.e.vnusquisq;.Itē clericus qui terram sterilem ecclesiæ ad fertilitatem redegit,agella, vel vineula faciendo,illud in vita sua præcipuum habet: sed post mortē non succedunt hæredes, nisi Episcopus hoc concederet fortè ad precariam,uel pro seruitiis sibi exhibitis.j.e.si quis sanè. s.de re.eccle. non alie.ad aures.s.tit.1.per tuas.& de preca.c.1. & 12.q.2.sæpe.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS voluntatibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Testamentum quid sit,Et vnde dicatur.2.Et quid sit militare.4.*
3 *Species testamentorum quot sint.*
5 *Miles vnde dicatur.*
6 *Testes quot requiruntur in testamento.*
7 *Testamentum quis possit facere.*
8 *Eremitæ & solitarij,an possint facere testamentum.*
9 *Testamentum qualiter constituatur,Et qualiter confirmetur.10. Qualiter infirmetur.11.*
12 *Querelam quæ causæ inducant.*
13 *Vterini fratres,an admittantur ad querelam.*
14 *Effectus querelæ quis sit.*
15 *Filia si instituatur in dotem,an agat querela.*
16 *Effectus vltimæ voluntatis quis sit.*
17 *Institui quis possit,vel non,quibus temporibus consideretur.*
18 *Institutio quomodo fiat,Et quid dicatur institutio.21.*
19 *Quantitates portionum possunt exprimi in institutione,prout testatori placuerit.*
20 *Assis appellatione quid contineatur.*
21 *Substitutio quid dicatur,Et quomodo diuidatur.22.*
23 *Hæres ad quid teneatur. Et per quem cogatur voluntatem defuncti seruare.24.*
25 *Clericus de quibus possit testari,& de quibus non.*
26 *Relicta in testamento qualiter petantur ab episcopo.*

TRactauimus de donationibus inter vivos,& causa mortis:sed quoniam hæ in testamentis fieri solent,videamus de testamentis. Vel sic: Vidimus de voluntatibus inter vivos,videamus de voluntatibus extremis. Vel ita: Vidimus de peculio cleri quod in testamentis relinqui potest, videamus de testamentis.In primis sciendum est, Quid sit testamentum, [a] vnde dicatur, quot sint species testamentorum, Quot testes requirantur in testamento, Quis possit facere testamentum, qualiter conficiatur, qualiter confirmetur, qualiter infirmetur, quis sit effectus vltimæ voluntatis, Ad quid hæres teneatur, Et per quem cogatur defuncti voluntatem adimplere.

1 **Quid sit** testamentum. † Iusta sententia voluntatis nostræ de eo quod post mortem nostram hæredem instituendo fieri volumus: vt ff.e.l.1. [b] Bene dico, *Iusta sententia*, non dico, id est, solennis, ut quidam, sed iusta ad literam. nam si iusta est, pro sententia & lege seruanda est. ff.ad l.falc.l.1. Institut.ad l fal.in prin.in authen.de nup.§.disponat secus,si impia,uel iniusta:vnde si dicat, ꝙ reliquiæ suæ iactentur in mari, nō seruabitur hæc voluntas. ff. de condi. insti. cùm quidam, uel si quid præcipiat contra iura. uel bonos mores: vel ea quæ pietatem uel verecundiam nostram læderent, quę nec nos facere posse credendum est. ff. de condi. insti. conditiones.& l. fideiuss.ad idem j.eod.tua.& c.Raynaldus.ad fi.& c. requisisti. resp.1.& de sepul.fraternitatem.16.q.4. volumus. 13.quæ.2.vltima uoluntas. C.de sac.san. eccle.l.1.j. eod.iudicante. & c filius. *De eo quod post mortem hæredem instituendo*, & c.bene dixi, quia necesse est, quòd hæredes instituamus, aliàs non esset testamentum: Inst.de leg.§. ante hæredis.

2 **Vnde** dicatur.†Ex eo ꝙ testatio mentis [c] est:Inst.eo.tit. in prin.sic argumentū dr̄ quasi argutè inuentum:& secundum hoc codicillus largo modo dicitur testamentum.argu. ff.de iure codi.ab intesta.§.fina.

3 **Quot sint** species† [d] testamentorum. Et quidem antiquo tempore tres fiebant diuisiones. Vnū enim testamentum erat pacificum, quod appellabatur calatis comitiis, id est, à bonis initiis, vel bonis conuentibus. calos enim dicitur bonum, comitiæ conuentus. Secundum erat bellicum, quod procinctorium ex eo fortè, quòd succinctè fiebat, dicebatur:& hæc duo prorsus iampridem abierunt. Accessit ergo tertium genus, quod dicebatur per æs & libram: quia per emancipationem, id est, quandam imaginariam venditionem agebatur,v.testibus,& libripende, id est, tabellione.uel erant libripendæ æstimatores qui libripendebant, secundum Azo.ciuibus Romanis,& puberibus præsentibus.& qui familię,id est,hęreditatis substantiæ.ff.de verborum signi.pronunciatio.§.familiæ. dicebatur emptor. & hoc diutius permansit, sed postea in [e] vsu esse desiit,& omnia hæc narrantur Instit.eo.in prin. [e] Hodie verò dicen-

ADDITIONES.

a Quid sit testamentum. ¶ Adde Docto.in rub. eo.tit. & quid sit testamentum nuncupatiuum,vide per Phil.Fran.in rubri.de testa.in fin.2.col.ver. aliud verò.lib.6.

b L.1. ¶ Iurisco. Vlpiani definitionem, non Hostiensis, sequitur Martinus noster eo.tit.in summa.Hostensiana enim definitio non caret vitio, vt quę insufficientiæ Iureconsultum arguat.Frustra autem in ea adiecit verba illa,Hæredem instituendo:nā sub reliquis definitionis verbis ↄtinentur.Nā testamenti substantia est hæredis institutio.l.inter cætera.ff.de libe.& post hu.& §.1.de hæred.& Fal.col. 1. verior est igitur Martini Iurisconsultum sequentis definitio.Accipere autem testamentum debemus, inquit Martinus,cum quis in eo de toto suo patrimonio disponit,idq;, vt excludantur codicilli,& speciale relictum. Similiter scias, ꝙ si quis instituat hæredem in re certa,vel portione,& de reliquo non disponat,de toto disposuisse intelligendus est: vnde scriptus hæres totum capiet: quia & in parte totum continetur.ff.de hæredi. instituendis.l.si quis ita scripserit.& C. eodem ti. l.quoties.

c Mentis.¶ Quod ait Hostiensis testamentum dici à testatione mentis,id nō de qualibet,sed de illa, qua testator de hæreditate disposuerit accipiendū recte putat Martinus noster vbi suprà, voluntas testatoris est ambulatoria vsque ad extremum vitæ spiritum. ff. de adimend.leg.l. 4. & extra de celeb.missa.c.cum Marthæ.

d Quot sint species testamentorū. ¶ Adde Phil.Fran.in repetit.rub.de testa.in 6.in 2.col.ver.circa secundum.

e In prin. ¶ Verior,& legibus congruentior mihi vr̄ testamentorum diuisio à Martin.ubi s.tradita,quæ latius. quodlibet eiusdem membrum quam, quæ ab Hostiensi ad signatur, comprehendit. Sic igitur.Mar.diuidit. Testamentorum aliud est nuncupatiuum,aliud in scriptis. Hęc Mart.diuisio optimè probatur.§.1.& fin.simul iunctis Institu.de testa.ordi. & in l.hæredes palam.in prin.ff.eo.tit.arg ab instantia.& in l.hac cōsultissima.in prin. iuncto.§.per nuncupationem C.eo.quæ iura Martinus non citat,sed ò ad ducta fuere.quo huius diuisio confirmaretur atq; probaretur. Testm̄ autē nuncupatiuum,quod sola testatoris nuncupatione consistit,non in solennitate scripturæ,in quo septē testes necessarij sunt,& hęredis institutio,ut §. fi.Inst.eo.& d.§.per nuncupationē Similiter necessariū est, ꝙ fiat vno contextu,hoc est,nullo actu interposito. nisi fortè actu naturæ, ut cum iret ad purgandū uentrē,uel fortè sumeret pharmachū, uel breuis lāguor interueniret.C.e.ti.l.cū antiquitas.& ff.e.l.hæredes.§. fi. Itē testm̄ nūcupatiuū dr̄, & valet,qn̄ quis ad interrogationem alterius annuit,testib.p̄sentib.& illud qd̄ dr̄,sibi placere nutu ostendit.C.qui test. fa.pos.l.hac ↄsultissima. Testm̄ verò quod fit sine scriptis, exigit numerū, subscriptionē, & sigilla septem testiū.Et debent esse testes rogati masculi,puberes,& liberi,& hoc si fiat in ciuitate. Si vero ruri fiat, quinq; testes sufficiunt. Sed si testator velit testib.esse occulta quæ testō scripta sunt,tunc chartā testamenti sui clausam & inuolutā testib.repræsentet,& dicat eis,hoc est testm̄ meum,rogo.vt scribatis,& eis subscribentib. subscribat ēt ipse testator, vel alius loco octaui testis.d. l.hac consultissima.& l.fi. C.e.tit. Subscriptio aūt testatoris debet continere nomē hæredis.C.eo.tit.l.iubemus. Sed si testator propria manu testm̄ scripserit,& hoc expressim in scriptura posuerit,quod manu sua cōfecerit,tunc alia subscriptio nō requiritur.d.l.cū antiquitas.§.fi. A prædictis solennitatib.excluditur testm̄ militis,siue in scriptis, siue nuncupatiuè testetur.C.de mili.test.l.quāquā.Similiter & testm̄ rustici,in quo sufficiunt quinq; testes.l.fi.C.de test.Itē testm̄ de consensu principis,vel ipso præsente confectū,solennitatē omniū testōrum superare vr̄.C.e.l.omnium.Excipitur ēt testm̄,quod fit inter liberos.d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. & in auth.ibi signata,quæ incipit,Hoc inter liberos.& C.fam.ercis.l.fi.itē in his,quæ relinquuntur ad pias causas, valet testm̄,sm̄ Canones,si fiat coram duob.uel trib.testib.extrà eo.tit.cum esses,vbi de hoc in gl.super relictis.& in c.relatum.j Similiter si fiat testm̄ nudis uerbis,extrà e.ti.iudicante. Quidam tn̄ dixerunt, ꝙ per decretales prædictas derogatur legib.loquentib.de solennitate testōrum, ut de septē testibus,siue quinq;. Alij dicunt,ꝙ derogatur,qn̄ agitur in foro ecclesiæ:secus,si agitur in foro seculari. Tertij dicunt ꝙ non tollit Papa solennitates testōrum,nec ēt posset,nisi in terris vtroq; iure sibi subiectis, uel in legatis ad pias causas.extrà,e.tit. cū esses.vbi de hoc in gl. super relictis. Valet quoq, minus solenne testm̄,si speciali princ:pis priuilegio solennitas sit remissa. C.e.tit.l. si non speciali. Id aūt intereā notabis, testamentum non debere esse obscurum.ar.ex̄, de proba.c.in præsentia.& de testib.cùm clamor. Quia nunquam per externa verba res proponenda est,sed tantum per vsitata.ar.37. distinct.relatum.

verò dicendum,quòd aliud est testamentum militare,aliud pri-
uatum.Priuatorum aliud nuncupatiuum,aliud solenne.de nun-
cupatiuo & solenni dic, ut not.infrà.eod §.qualiter conficiatur.
4 Testamentum militare est illud quod miles facit. † Dicitur autē
miles,ut ait Vegetius de re militari, qui iurat se non euitaturum
mortem propter salutem reipubli. secundum Azo. exemplum
est hodie in militibus ordinis di sperata. Nec sufficit, quòd sit
electus tyro, etiam si publicis expensis litem faciat, sed necesse
est ipsum in numero militum referri. ff. de testam. milit. l. ante-
pe id est, in matricula, uel tabula, in qua omnia nomina mili-
tum scribebantur, secundum Azo. sicut aliàs legitur. ff.de albo
scriben.l.1. & 2.Idem est,si in comitatu principum retentus con
festim cingi iussus est.ff.de testa.mili.l.penult. Sed & stigma, id
est, nota publica eorum brachiis debebat insigi C.de fabricen.
l.stigmata.& talis miles à signis militaribus citrà xx.annos, & si-
ne magna causa remitti non poterat sine infamia. ff.ex quibus
causis ma.l. penultima. ff.de his qui notan.infam.l.2.Hodie ve-
rò tales non inueniuntur,sed inermes tantùm, puta clerici.s̃.de
ser.non or.eo libentius.supra,de cor.vit.capi.1. 56 di clerici. 54.
distin.capit.1.& capit.ex antiquis. 23.q.1.militare. & aduocati.
militant namque patroni causarum, qui gloriosæ vocis confisi
munimine laborantium, spem, vitam, posterosque defendunt.
5 C.de aduo diuer.iudic.aduocati. † Miles verò dictus est à multi-
tudine:aut à malo, quod debet arcere, aut à numero milleno, si-
ue millesimo: quia de mille vnus præcipuus, & magis strenuus
in militem eligebatur.ff.de testamen mili.l. 1.§.miles.iuxta illud
Salomon. Virum ex mille vnum reperi, mulierem ex omnibus
non inueni: Ecclesiast.viij. Talis miles priuilegium habet, quia
si in expeditione est, in conflictu belli, uel vitæ periculo consti-
tutus, licet ei testari quomodo potest & vult. C.de testament.
milit. quanquam.proinde etiamsi nullus testis intersit, si tamen
sanguine rutilanti, uel in vagina, vel clypeo suo voluntatē suā,
aut in puluere scripserit, & legi possit,stabilis erit. C.de testam.
mili.milites.in hoc enim casu nuda voluntas sufficit. ff.de testa-
men.milit l.1.Sin autem in expeditione sit,non tamen in confli-
ctu,uel vitæ periculo,sed in tentorio fortè,uel alibi,duos saltem
testes adhibere debet, ut testetur coram eis, quem uelit sibi hæ-
redem esse,& cui libertatem, & cui legatum relinquere:nec suf-
ficeret,si sermonibus simplicibus, sicut plerunque fieri solet di-
ceret, Te hæredem facio, aut bona mea relinquo, quod ipsorū
militum interest, alioquin non difficulter inueniretur qui dice-
ret,se post mortem militis hoc audiuisse: & sic vera iudicia sub-
uerterentur.ff.de te.mi.diuus. Instit.de milita.testa. §.planè.& §.
id priuilegium, & se. Quid si non in expeditione, sed domi sit,
uel alibi,iure communi testari debet:ut C.de test.mi.l.pe.Insti.e.
§.illis autem.& est arg.ꝙ illi clerici tm̄ qui regulariter viuunt,&
sunt circa diuinum officium occupati, debeant gaudere priui-
legio clericali.super quo vide quod not.s̃.de cle.coniu.§. 1.ver.
priuilegij. Hoc priuilegium habet, & si cæcus uel mutus factus
sit,dum est in expeditione ante causariam missionē.ff.de testam.
mi.l.iiij.Sed & si is qui ignorat an sui iuris sit,propter mortis pa-
tris incertitudinem, hoc priuilegium habet: sed si non testetur,
nisi de castrensibus, & ignorat mortem patris, bona paterna ad
hæredem institutum nō pertinebunt.ff.de te. mil.ex militar. §.
si miles.& § se.Is etiā qui scit se esse filiumfa.testari potest,siue sit
in armata militia, uel inermi.nam hoc quibusdam priuilegij lo-
co concessum est.Insti.de test.mi.§ fin. & qui.non est permi.fac.
test.in prin.& no de hoc s̃.tit.1.§ quot sint. & § qui clerici.& de
donat.§.quis possit & seq.Habet & miles priuilegium circa per-
sonam hæredis.nam & deportatos, & ferè omnes q factionem
testamenti non habent, instituere potest: seruum tn̄ pœnę non
potest instituere, nisi mortis tempore in ciuitate inueniat̄: quia
tunc incipit conualescere institutio quod generaliter dicendū
est omnibus aliis institutis,scilicet ꝙ si non ualet cōsiderato tem-
pore institutionis,conualescit tn̄,si tempore mortis impedimen
tum cessauerit.ff.de test.mi.l.qui neq;.§.1.vnde & si mulier insti-
tuta turpis suspicionis sit,non valet:quia nec ex testō militis ali-
quid capere pōt.ff.de test.mi.l.miles ita.§.mulier.nisi fortè tem-
pore mortis correcta,& bonæ opinionis inueniatur, secundum
Azo.tunc enim non debet despici in eo quod fuit, quia iam in-
cipit esse quod non fuit.50.dist. ferrum.s̃.de testib. testimoniū.
Et aliud priuilegium habet miles, quo ad qualitatē instituendi:
quia vsq; ad certū tempus, vel ex certo tēpore in antea institue-
re potest,& sic decedere quo ad tēpus testatus,& quo ad tēpus
intestatus. ff. de te.mi.si miles vnum. §.1.& l.miles ita. Et est no-
tandū,ꝙ si miles instituat vnū hæredē in paganicis bonis, alium
in castrensibus, ius accrescendi non habet locū inter eos: quia
quasi duorum hominū duæ hæreditates intelliguntur: adeò ꝙ
nec æs alienum cōicat,sed vterq; soluit, quod hæreditatē suam
contingit: ꝙ si altera pars ad soluendum æs alienū, quod eam
contigerit, non sufficiat, & ideo institutus hæres hæreditatē suā
repudiauerit, is qui adiit, cogitur totam hæreditatē defendere,
aut totā repudiare,& creditoribus cedere.ff.de test.mil.si certa-
rum.§.Iul.Sin autem vnum instituat in vna re, vel in vna vncia,
& alium in alia, tunc est ius accrescendi inter eos. ff.de te.mil.si
certarum.resp.1.C.de te.mi.quanquam.nec ob ff de te.mi.si mi
les vnum ex fundo.ubi dicitur,creditur quantum ad residuū pa
trimoniū intestatum decessisse: creditur enim ita à iure, si pro-
betur militem ita voluisse. Verùm si vnū instituat tantum in pa-
ganicis, vel in castrensibus. omnia ad ipsum institutū pertinent
iure intestati.C de te.mi.l.1.& 2.nisi vbi filiusf.miles ignorat pa-
trem mortuum esse,vt no.s̃.e.ver.sed & si is qui ignorat. Durat
aūt hoc priuilegiū militum, quandiu sunt in expeditione, & ex
quo dimissi sunt de militia, si moriant̄ intra annū, siue condi-
tio institutionis intra ann.extiterit, siue postea.Insti.de mi.test.
§ sed hactenus. ff de test. mil. ꝙ constitutum.& l. quod dicitur.
& hoc verū est,si dimissi sunt ex causa honesta,vel causaria. nam
si causa ignominiæ, statim amittunt priuilegium. ff. de test. mil.
l.testamenta eorum Sed & illud priuilegium, quod habet miles
vt testari possit, quod aliàs non posset, durat etiam post missio-
nem iure,scilicet.communi.vt Inst.de mili test.§.illis aūt.Amit-
tunt & hoc priuilegium damnati crimine capitali communi.Si
verò de crimine militari, ut quia arma sua alienauit, vel contra
præceptum ducis aliquid fecit, vel similia,quæ enumerant.ff. de
re mil l.2.& 3.& de fide rupta argui possit, n̄ licet testari.Sin a ūt
& iudex in sententia sibi reseruauit ꝙ liceret, licebit de castren-
sib.bonis tantùm:si non reseruauit, non licebit.colliguntur hæc
C.de test.mil.& militib. ff. de vetera.suc.l.1.ff.de test.mil.ex mi-
litari.ff de iniusf.rup.irri.test.si qs filio §. sed & si qs fuerit capite.
ff.de dona.inter vir.& vxo. cùm hic status.§.si miles.ff.de leg.3.si
quis in principio test §. miles.Hæc autem omnia apposui, quia
possunt habere locum in testamentis clericorū in aliquib.ut pa-
tet in his quæ no.s̃.e.ver.hodie.& ver.quod si non in expeditio-
ne.& ver.is etiam qui scit. & s̃.ti.j.§.quot sint.& § qui clerici.

6 a Quot testes † requiruntur in testō? [a] Et quidem regula-
riter vij.vt patet in his quæ no. j̃.e §.qualiter con
ficiatur.& probatur C de bo pos.s̄m tabu.l.2.alioquin,ut ibi le-
gitur, à contrario sensu bonorum pos. peti non potest.sed quid
ad nos de bo. pos. cum hodie de iure ciuili admittatur quilibet
ad successionē.vt Inst. de suc. quæ ab inte. defe.§ admonendi.&
§.fi.& C.de suis & legi.hær.auth in successione & de legit. hære.
auth cessante.Respondeo: Valde ad nos in 4.casib. Primus casus
est,ubi quis capite minutus fecit testm̄, & postea decessit: factus
tamen ciuis Romanus, & suæ potestatis, Insti.quib.mod.testa.
infir.§.non tamen.Secundus est, vbi quis sub condi.institutus est
hæres.nam licet conditio deficiat, prætor tamen permittit bo-
norum pos secundum tab. ff. de bonorum pos. secundum tab.l.
2.§.2.Tertius est, quando posthumus præteritus nascitur viuo
testatore, & sic decedit.quamuis enim testamentum nimia sub-
tilitate videatur ruptum, & sic hæres de iure ciuili nō possit suc
cedere,prætor tamen concedit bono. pos. secundum tab.si aliàs
solenne fuerit testamentum.ff.de iniusf.rup.irri.test. posthumus
præteritus.resp.1.Quartus est si filiusfa.præteritus sit.nam si pe
tat portionē suam, testm̄ ruptum videtur: si verò se abstineat
q̃uis iuris subtilitas refragetur,tn̄ voluntas testatoris,ex bono &
æquo seruabit̄.Intelligas per bon.pos secundum tab.ff.de iniust.
rup.irri test.filio p̄terito. in his & olim erat & hodie est necesse
secundum leges petere bono. pos s̄m tab. Quid si quis condat
testm̄ nuncupatiuum in præsentia vij.testiū,& tabellio inde cor-
ficit instr̄m in quo duos tantùm testes, vel tres apponit, nunqd
probatur testamentum per tale instrumentum? Azo, Iob, Lan-
fran.Cre.dixerunt,ꝙ non,etiamsi nomina vij. testium inscripta
fuerint.arg.C.e.ti.hac consultissima.§.fin.& l. fi.C.de codic l.fi.
in fi.qui te.fa.pos.hac cōsultissima §. sed quia tabulariorū.testm̄
enim nuncupatiuū nec posset probari per tres, vel 4.testes,ergo
nec instr̄m totidem testes continens.arg.C.de fid.inst.in exercen
dis.s̃.de fide inst.cum Io.§.porrò.s̃.de cler.pereg.tuæ.& sicut de
substantia solennis testamenti sunt vij signacula,& vij testes, ita
de nuncupatiuo 7.testes:ergo si vnus de 7.testib.moriatur, non
poterit probari de cætero testm̄.ar.C.e. si vnus.Inst.e.§.fi.ideoq;
in Lombardia, ubi iura seruantur,statim publicātur,secundum
formā not.s̃.de fid.inst. §.de publicatione.Plac.verò & Mar.di-
xerunt, ꝙ potest probari per duos testes, & per instrumentum
prædictum.ar.C.arbi.tu.l.fi. C. ad Velleia.senatuscon antiquæ.
resp.1.C.de edic.diui Adri.tollen.l.fi.C.de dona.in donationib.
ff.de prob.census. & monumēta.& hæc opinio expressim.j̃.e.re
latum.& c.cum omnes hodie comprobatur.quamuis aliqui illas
dec.aliter intelligant,ut no.j̃.e.§.qualiter conficiat̄.vers.fallit ēt
in ecclesia.& iunge quod no.s̃.de test.§.quoties numerus.Sed &
quandoque

ADDITIO.

a Quot testes requiruntur. ¶ Adde glo.insti.eo.ti.Cy.in l.1.in 2.q.C.de sa.
san.eccle.text.& ibi Doct.in c.cum esses.de testam.Spe. tit.de instr.edit.in
§.compendios.ver.ita per ius canonicum.

quandoque vnus testis sufficit, & duo, & tres, uel quatuor, vel quinque etiam, secundum legem quod dicit no. j §. qualiter con ficiatur. ver. item quandoque unus testis. & seq.

Quis possit facere † testamentū.[a] Respond. is qui potest donationē facere. quod dicit not. s. de dona. §. quis possit. Pater nāque famil. pōt facere testm̄, si maior est 14. an. nō filiusfa. non seruus, non surdus, qui nullo modo audit, & mutus: nā si hęc duo uitia cōcurrant naturaliter, testari nō potest: secus; si literatus sit, & ex accidēti ꝯtingit: vel si surdus sit tm̄, vel mutus quod dic vt C. qui te. fac. pos. furiosum. & l. discretis. Inst. qui te. fa. po. per totum. nec is qui proprijs renūciauit, pōt facere testamentum. j. eo. quia ingredientib. 19. q. 3. quia ingredientib. C. de sac. sanc. eccl. auth. ingressi. Sed si filios habens ingrediatur monasterium, nullo condito testamento, permittitur ei postea bona diuidere, vt auth. de san. epi §. si qua mulier. C. de sac. ec. auth. si qua mulier. Idem puto, & si filios non habeat quandocunque antè professionem intra annum, cum ad seculum reuerti posset. infrà, de regula. statuimus † Quid de eremitis & solitarijs, si non renunciauerunt proprijs, nec se alicui ecclesiæ tradiderunt, vitam mutando, testari poterunt. xix. q. 3. §. econtra Paulus. Et breuiter, qui non prohibetur, testari pōt. ar. ff. de his qui sui iur. sunt. l. j. ff. de procurat. mutus. Potest autem filiusfa. facere testamentum de castrensi peculio, & quasi C. de inoffic. testa. l. fina. quod dic, ut not. suprà titu. 1. § quot sint eius species. & §. qui cleri. & seq. Ergo clericus filiusfa. de omnibus his, quæ obuenerunt ei siue ex artificio, seu alio modo, respectu personæ testari potest. j. e. relatum. §. licet. & se. & c. requisisti. de rebus ecclesiæ iure testamenti donare non potest: sed causa eleemosynæ potest, dic vt not. s. de do. §. & quid. & j. eo § vlt.[b]

Qualiter constituatur. Hic distingue vtrum quis velit facere † nuncupatiuum testamentum id est, sine solennitate, seu sine scriptis: ubi sufficiunt vij. testes legitimi, secundū leges, sine alia solennitate. Inst. eo. ti. §. ul. C. eo hac consultissima. §. per nūcupationem, dummodo præsentes fuerint & rogati. ff. eod. hæredes § pe. in auth. de test. §. & licet. C. de testib. auth. rogati. Sed & necesse est, quòd vno contextu fiat, id est, nullo actu cōtrario intermixto: quod qualiter intelligitur, not. j. eod. ver. non nocet. Vel velit solenniter testari, & tūc necesse est, ꝙ in scriptis redigatur, & ꝙ nomen heredis, & dignitates scribantur: vel per testatorem vel per aliū vice sua. vt C. e. iubemus. sed hodie valet, & si non scribat hæc nomina. aliàs tamē prisca consuetudine obseruata: ut in auth. ut sponsalitia largitas. §. qui verò ante hanc legem. col. ix. Et est tripartitè collectum: nam ꝙ testes vno contextu interueniant, & in eorum pręsentia fiat, de iure ciuili descendit: ꝙ testator & testes subscribant, vel alius pro eis, ex sacris constitutionibus: quod vij. sint numero, & vij. signacula apponantur, ex edicto prætoris. Inst. e. §. sed cū paulatim. Non nocet autem, si testator vel testis, naturalis ponderis depositione interueniente exierit, vel breuis languor, uel datio medicinę, quia nihilominus uno contextu intelligitur factum. C. eodem. cum antiquitas. ff. e. hæredes. § fin. Et tabellio in numero testium computatur. ff. eod. Domitius Labeo. & in terris, ubi tabellio non inuenitur, octauus testis, computato testatore, secundū quosdā loco tabellionis adhibetur. per quod probatur, ꝙ tabellio æquipollet uni testi, non pluribus. C. qui test. fac. pos. hac consultissima. §. vlti. decretalis tamen uult, ꝙ duo adhibeantur loco tabellionis. s. de probat. quoniam contra falsam. & sic puto dictam legem hac consultissima intelligendā esse. Sed & si testator nolit, ꝙ testes voluntatem suam sciant, potest chartam testamenti clausam repręsentare testibus, & dicere, Hoc est testamentum meū, rogo ut subscribatis, & si ipse uel alius ꝓ eo cū ipsis subscribētib. subscripserit, valebit. C. eo. hac consultissima. Quid si manu propria scripserit, & hoc deposuerit in scriptura, quod manu sua confecit: non requiritur alia subscriptio. C. eod. cum antiquitas. § fin. Fallit hæc solennitas: quia quandoque ualet testamentum, etiam si nullus testis interueniat, vt si miles in bello moritur, & cum sanguine rutilanti in clypeo scribat, prout potest, dummodo de voluntate appareat per scripturam. C. de mil. testamen. milites. & si in tentorio suo testetur, non exigitur tanta solemnitas. ff. de mil. testa. Lucius. quod dic, ut plenè not. s. eo. §. quot sint species. sub §. testamentum militare. Item quandoque vnus testis sufficit, vt si coram Imperatore fiat. C. eod. omnium. Quandoque duo, s. inter filios. C. eo. hac consultissima. §. ex imperfecto. & auth. hoc inter liberos. nam & si testamentum uel codicilli completi non sint, quocunque tamen modo voluntas declaretur, seruabitur inter liberos, non vt testamentum, sed ut vltima voluntas: sed quo ad personas extraneas, nulla habetur huiusmodi dispositio imperfecta. C. famil. ercisc. l. fin. & supra, dicta l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Hodie tamen videtur quòd ꝙ ita demū non teneat inter liberos imperfectū testamentū, si subijciatur subscriptio ipsius parentis uel omnium liberorum, inter quos fit diuisio: sed & sine subscriptionę tenebit, si parens literatus manu propria, nō signis, sed literarum consequentia tempus, & liberorum nomina declarauerit, & vnciarum numerum, seu signa specialium rerum, dum tamen coram testibus idipsum, quod scribit, exprimat, expressim primam reuocet uoluntatem. ff. de leg. 3. si quis in principio testa. ff. de don. inter vi. & vxo. cum hic. §. 2 ff. de bo. pos. secūdum tab. l. pen. §. fin. s. de rescri. cæterum. & c. cùm dilecta. licet videatur hoc speciale in militis testamento. ff. de testa. mil. quærebatur. & potest in tali scriptura legatum & libertas relinqui etiam extraneis personis: vt omnia hæc probantur in auth. de test. imperf. resp. 1. & §. sæpe. col. 8. & de trient. & semis. § sæpe col. 3. dominus tamen meus hoc intellexit in testamento, quod fit solemniter, & in scriptis. nam in nuncupatiuo quæcunque verba sufficiunt, vt dicunt leges antiquæ superius allegatæ. & de hoc not. j. eo. §. qualiter ꝯfirmetur. vers. quid ergo si quis. & seq. Quandoque tres vel quatuor vel pauciores, secundum diuersas consuetudines & leges municipales, vel alia priuilegia principis. C. eod. si non speciali. Quandoque quinque, vt in testamento rusticorum. C. eo. l. vlti. Fallit etiam in ecclesia, secundum Da. & T. quia si relinquatur ad pias causas, duo testes, vel tres sufficiunt: infrà, eod. cùm esses. & c. relatum. Sed contrà: quia in ecclesia & Imperatore ius commune attēditur. C. de sac. sanct. eccl. generali. ibi, communi iure. aliàs, omni iure. & qui testa. fac. pos. si quis Imperatorem. & de testam. l. ex imperfecto. & si solennitas, vel veritas desijt, nec fideicommissum debetur. C. eod. non dubium. C. de fideicom. si veritas. & l. ex testamento. nisi vbi hæres ipsum ab initio perfidè negans, postea confitetur: sed dic voluntatem minus solennem ideò non valere, in quo casu fideicommissario prius de calum. iurante defertur ipsi hæredi iuramentum, quòd iuret se nihil tale à testatore audiuisse: aut eo recusante satisfacere cogitur. C. de fideic. l. fin. Instit. de fideicom. hæred. §. fi. secundum Bul. & Azo. si verò ab initio confiteatur fideicommissum, sed dicit non valere testamentum, cogitur soluere, nisi scienter voluntatem defuncti approbauerit: vt dicunt leges superiores. argumen. ad hoc in auth. de trien. & semis. §. dubium. & seq. col. 3. Alij autem dicunt, ꝙ de voluntate minus solemni debetur fideicommissum, etiam si ab initio hoc hæres confiteatur, vt expressius probatur in di. l. Instit. de fideicom. hæredi. in fi. & si qua sunt iura expressim contradicentia: vel possunt intelligi, quando hæres negat ab initio, & iuramentum sibi delatum præstat, vel quando non defertur, nec per testes conuincitur, uel corriguntur. Verum super hac materia sic potest distingui, cùm quæritur, vtrum voluntas testatoris minus solemnis, puta quia testes deficiunt, sit adimplenda vel tenēda. refert utrū agatur in foro ecclesiastico, & inter personas ecclesiasticas: & tùnc duo uel tres testes sufficiunt. j. eod. cum esses. quia scriptura exigitur. C. de sac. sanc. eccl. generali. in fi. Vel in foro seculari, & inter seculares: & tunc Iudex secularis secundum legem suam iudicabit illos. argumen. 96. distin. duo sunt. & c. si Imperator. in auth. quomodo opor. Episc. in prin. col. 1. Aut agitur in foro ecclesiastico, & inter personas seculares: & tunc si seculares sint de temporali iurisdictione ecclesiæ, secundū canon. iudicabūtur. s. de for. compe. quod clericus. & arg. de elect. cum ecclesia Vulterana. ad fin. ff. communia prædi. vrb. fundi. j. qui fil. sint legit. per venerabilem. resp. 1. ad fi. in illo ver. id autem. quod intelligas, etiā si laici subiecerint se, ꝓrogādo iurisdictionē episcopi ī sé, sicut de hac prorogatione no. s. de of. dele. §. quib. mod. nam tunc perinde est, ac si ordinariè cognosceret. ff. de iud. l. j. & ij. s. de offi. dele. P. & G. quod intelligas, nisi dictū esset à partib. ꝙ secundū legem humanā volebant iudicari. ar. s. de eo qui mi. in pos. cau. rei ser. c. pe. resp. j. & §. fi. ff. de re iu. si conuenerit. Si verò Iudex ecclesiasticus ex delegatione alicuius principis forsan cognosceret in ciuilib. quia nec de alijs se debet intromittere, nisi pœnā sanguinis temperaret.

ADDITIONES.

a Quis possit facere testamentum. ¶ Adde Doc. in ea. rubr. & per Phi. Fran. in repe. rub. eo. titu. lib. 6.

b Plures multò sunt qui testamenta facere possint, quàm ab Hostiensi recenseantur, quos ex Martini summa huc transtulimus. Testamentum enim potest facere Episcopus, idque de rebus, quas ante adeptum episcopatum licitè acquisierat: & eas, cui voluerit, relinquere potest; nisi ecclesiam læserit: quia omne damnum ecclesiæ de rebus huius resarciri debet. prælatus non potest testari de immobilibus ecclesiæ suæ: quia de mobilibus potest esse ei compos. Sed nec religiosus testari potest, licet post annum professionis non assumpserit habitum professorum. eo. ti. illud. de regulari, èx parte. quia, cùm se & sua Deo dedicauerit, de his testari non potest. C. de sacr. san. eccle. auth. ingressi. & in auth. de monac. §. illud. Sed si filios habens monasterium ingrediatur, nullo conditò testamento, permittitur diuidere inter eós, vt in auth. de sanct. epis. §. si qua mulier. & 19. q. 3. quia ingredientibus. & c. si qua mulir. eremitę, & alij solitariam vitam agentes, quia nulli qui ecclesiæ se tradiderunt, testari possunt. 19. q. 3. §. econtrario. Pater etiam, pro filio impubere potest facere testamentum, dummodo sibi etiā fecerit: aliàs secus. vt Instit. de pup. substitu. §. igitur. & §. liberis. & ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & argu. extra de sepul. in nostra.

tẽperaret.ĩ.de rap.in archiepãtu.tunc ſecundũ legẽ humanã iu-
dicatum erat:quia delegatus ꝓpriũ nihil habet,ſed iuriſdictio-
ne tantum vtit̃ delegata. ff.de off.eius.cui man. eſt iur.l.1. ad fi.
vnde & eadem ratio debet eũ mouere,quæ & delegantẽ moue-
ret.s̃.de reſc. ſuper literis.in fi. Quod ſi in foro ciuili inter cleri-
cum agẽtẽ & laicum reum ſit quæſtio, quia forum rei ſequitur
actor.s̃.de ſo.comp.cùm ſit generale, iudicabitur ſecundũ legẽ
humanã.excipe relicta eccleſijs,vel aliàs ad pias cauſas,in quib.
vtroq; foro duo teſtes ſufficere debẽt,ĩ.e.relatũ.hæc eñ ſunt ec
cleſiaſtica, in quib. canones poſſunt leges corrigere. vt in auth.
quomodo opor.Epiſ.reſp.1.col.1.& vt cle.apud pro.Epiſ. con-
ueni §.ſi verò eccleſiaſticum.col.6.ĩ.de ſecund.nupt.c.fi.Io. ta-
mẽ ſcribit,ꝙ leges nimiã ſubtilitatem ſequẽtes in hac parte cor
riguntur:quia ſecũdum legẽ diuinã & canonicã.In ore duorum
a vel trium teſtium,[a] ſ.honeſtorum,& fide dignorum, ſtat omne
verborum:non obſtante lege,vel conſuetudine contraria.vt ĩ.
e.cùm eſſes.& c.relatum.nam ex quo municipes poſſunt in hac
parte auſteritatẽ legum,& ſubtilitatem nimiam moderari.vt C.
e.ſi non ſpeciali.multo fortius Papa.& hoc ſatis innuit lex C.de
fideic.l.fi.ibi,lex etenim,ne quid falſitatis incurrat ꝑ duos fortè
teſtes,compoſitũ maiorem numerum poſtulat.ad idem.C.e.ti.
l.iubemus.circa prin.ergo videtur loqui in ſuſpectis,ſed ex quo
de veritate conſtat,debet ceſſare ſubtilitas.vt ibi. & Inſtit. de fi-
deic.hær.§.fi.vt patet in his quæ no.s̃.eod.ver.alij autem dicũt.
nam & ſecundum legẽ antiquam in caſu ſufficiunt teſtes,vbi ẽt
de falſitate timeri poteſt,ut patet in his quæ not.s̃.e.§. quot ſint
ſpecies.ſub §.teſtamentum.ver.ſin autem in expeditione. qđ in-
telligi debet,quando nõ ſunt ſuſpecti, ſed omni exce. maiores:
ſic & ſecundũ canones,70.teſtes requiruntur in depoſitione Epi
ſcopi cardinalis. 60. ꝯ preſbyterum. 23. contra diaconum. 7.
contra ſubdiaconum:quod intelligi debet de ſuſpectis,aliàs duo
vel tres ſufficiunt bonę vitæ:de quorum ſcilicet aſſertione nulli
dubium naſci poſſit.vt 2.q.4.præſul.& c.nullam.& §.ibi ſeq.qui
incipit,ſed hæc vel ſpeciali priuilegio.tales ergo ſubtilitates me
ritò recuſabit Iudex etiam ſecularis.ff.quib.mod.pig. vel hypo.
ſol.ſicut re.cor.§.antep.C.vt ac.ab hæ.& con.hæ.l.vnica.in fi.C.
ad.Treb.ſancimus.in talibus enim ſubtilitati iuris eſt humanita
tis veritas præferenda.de lib.& poſth.ſi ita ſcriptum ſit reſp.j.ad
fi.& hoc verum eſt,ſi de veritate conſtet tempore congruo.qđ
dic,ut no.s̃.de ſen.& re iud.ſub rub.de ſententia.§.quid hæc di-
catur.ſub §.ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter verum.& verſi.ſeq.
Non refert quantum ad perfectionem teſtamenti, vtrum dicã,
Petrum hæredem inſtituo: vel voluntatẽ meã eius diſpoſitioni
cõmitto,quia talis non videtur decedere inteſtatus.ĩ.eod.cùm
tibi.quod multi intelligunt in relictis ad pias cauſas: ſed poteſt
intelligi generaliter, ſi tamen teſtator ſolenniter nõ teſtabatur,
vt ar.C.eo.in teſtamentis.& qui allegabit teſtatorem voluiſſe ſo
lemniter teſtari,hoc probet:vt ibi.nec enim credendũ eſt,quòd
aliquod genus teſtandi eligat ad ſua iudicia impugnanda. ut C.
de teſt.mi.ſi miles.Poſſet etiam intelligi ſecundum l. ff. de hære.
inſt.Cornelius & Mæuius.Sed melius eſt,quòd ſimpliciter ĩtel-
ligatur,ex quo ſimpliciter teſtatur:quia ſi quis in re uel portio-
ne certa hęres inſtituatur, de toto patrimonio ſenſiſſe videtur,
ſi de ipſo aliter non diſponat.ff.de hær.inſt.ſi quis ita ſcripſerit.
C.de hæ.inſt.l.quoties. quinimò in tali caſu etiã imperfecta ora-
tio hæredem facit,ut ſi dicat,Titius hæres,uel Titius eſto.uel ſe-
cundum quod quidam intelligere uolũt,ſufficit,ſi dicat Titius.
ff.de hæ. inſti.l.1.C.eo.errore.ſed error noĩs non nocet, ex quo
de uoluntate conſtat:vt C.de hær.inſti.l.ult.ff.e.quoties. multo
fortius ergo ualet, ex quo conſtat de perſona, per quæcunque
uerba relictum ſit.ar.s̃.de reſc.ſignificante.& c. Rodulphus.er-
go qui hæredem inſtituit,diſpoſitioni ſuæ bona ſua relinquit,&
econtrà:nec eſt curandum de verbis teſtatorum: quia plerunq;
abuſiuè loquuntur.C.de teſti.l.ult.ff.de leg.3.non aliter. & iun-
ge quod not.ĩ.eod.§.quis ſit effectus.ſub §. quibus autem ver-
bis.uerſ.ſed & per uerba directa.& ſeq.nec obſt.ff.de hær.inſtit.
illa inſtitutio.quia intelligitur quando in fraudem fit,uel loqui
tur,quando per talia uerba non intelligebat hæredem inſtitue-
re;nec enim reprobatur illa, quæ mutuo affectu iudicium pro-
uocaret.ff.de hær.inſtitu.captatorias.& l.ſeq.& ſi quod ius con-
trarium inuenitur,ipſum intelligas,quando teſtator dixit,ꝙ ſo-
lenniter teſtari uolebat.Bonus tamen iudex inſpectis perſonis,
utrum inſtituti ſint coniuncti, uel extranei: utrum teſtantes
literati,uel ſimplices:utrum in mortis articulo conſtituti uel ſpa
cium teſtandi habuerint,de facili poterit terminare. hæc enim
omnia debet habere in mente. s̃.de tranſa.c.ult.

10 **Qualiter** confirmetur.†Per mortem teſtatoris, niſi
aliud interuenerit: ut patet in his q̃ not. ĩ.
eod.§.ſequ.vnde Apoſtolus:Teſtamentum in morte confirma-
tur.ĩ.de cele.mi. cùm Marthæ.§.certũ.ſed ante mortem quãdo-
cunque mutari poteſt,etiam ſi pacto conuenerit ne mutet.C.de
pact. pactum quod dotali. & etiam ſi teſtamentum fuerit per
principem confirmatum.C.de teſta.omnium.nam uoluntas te-
ſtatoris,& ſi poſt mortem expiret,quia iterum liberum nõ red-
dit arbitrium.C.de ſac.ſanc.eccl.l.j.tamen uſque ad mortem ſi
ue uitæ exitum ambulatoria eſt. ff.de adimen.leg.l.4.ff.de dona.
inter uirum & uxo.cùm hic ſtatus.§.penitentiam.C.de cod.l. 3.
Quid ergo,ſi quis fecit teſtamentum ſuum, in quo plura legata
reliquit,inter quæ uxori ſuæ centum legauit,demùm corã duo
bus teſtibus ita dixit, Centum quæ in teſtamento meo uxori
meæ legaueram, ipſam habere nolo: nunquid uxor poſſit lega-
tum petere? uidetur quòd ſic.nam ex quo teſtamentum ualet,
nec reuocatum eſt,legata in ipſo præſtita ualere debent.ar.ff.de
regu.iur.cùm principalis. maximè quia ipſo etiam deficiẽte,le-
gata plerunq; ſoluenda ſunt,ſiue ſit unicũ,uel primum, ſiue ſe-
cundum.C.de lib.præteri.uel exhæred.auth.ex cauſa.ff. de hær.
inſti.l.fi.ff.de his quæ in teſt.delen.proxime.nec enim primum
teſtamentum rumpitur per ſecundũ,niſi perfectũ ſit. ff. de iniu.
rupt.irri.teſt.l. 2.niſi fortè in primo inſtituti ſint extranei, in ſe-
cundo ſui, qui ab inteſtato ſuccederent, ut ibidem dicit,in quo
quidem caſu, non quſi teſtamentũ, ſed quaſi uoluntas inteſta-
ti ſeruetur:ſed quinque teſtes exigũtur.C.e. hac conſultiſſima.
§.fina. quinimò lex expreſſa uidetur, quòd non ualeat ademp-
tio, etiam quo ad legata: nec admittatur poſt mortem proba-
tio,niſi ademptio ſolenniter facta fuerit ſub teſtimonio 7. teſti-
um fide dignorum,ut in auth.de teſt.imperfect.§.ſi uerò etiam
rerum. & §. & ſi quidem uſq; ad mortem.col.8. nec enim ex eo
ſolo,quòd dicit teſtator primum teſtamentum ualere nolle, in-
telligitur reuocatum.ut Inſtit.quib.mo.teſt.infir.§.ex eo autem
ſolo.ut & no.ĩ.e.§.qualiter infirmetur.uerſi.item per poſterius.
Sed contrà,quia ambulatoria eſt uoluntas,ut no.s̃.eod.§.reſp.1.
& ideo tenet reuocatio facta.ff.de leg.3.ſi quis in princip.teſta-
menti.legata etiam nuda uoluntate, uel etiam tacita tolluntur,
& adimi poſſunt.ff.de adimen.uel transferen.le.l.3.§.fina. ff. de
auro & argento legato.l. 2. & 3. ff. de legat. 3. item legato § pe-
nul. & in legato nouiſſima ademptio eſt ſpectanda: nec uidetur
datum quod ademptum eſt.C.de fidei.clari ff.de le.1. ſi mihi &
tibi.aliàs incipit,ſi quis ſeruos § in legatis & in l.ſi ita ſit ſcriptũ.
legatum etiã in teſtamento relictũ,in codicills ſequẽtib. minui
poteſt.ff.de lib.leg.Aurelius §.teſtamento ita ſcripſerat, vel adi
mi.ff.de adimen.uel transfer.leg.l.pen.§. matri. & l. alumnæ. §.
qui filias.& l.libertus.& l.legatum.§ pater hortos.& l.cùm cen
tũ.& expreſſim ar.ff.de iure codic.diuus.§.licet.C.de codicil. cũ
proponatis. ſed & primum teſtamentum in partem uel in totũ
cancellari poteſt. & cancellatis tantùm ademptis alia firma re-
manent.ff.de his quæ in teſta.delen. cancellauerat. Solut. poteſt
dici,ꝙ ſi teſtamentùm fuit nuncupatiuũ,ualet ademptio.ut ĩ.e.
relatu.& c.cùm eſſes.& in hoc caſu poſſunt intelligi omnia iura
prox.inducta ab illo uer.ſed ꝯ,uſq; hic, ꝙ ſi in ſcriptis. & ſolen-
niter teſtamentum propria manu ſcribendo feciſſet, nõ tollerẽ-
tur legata:niſi & in conſimilibus ſolennitas adhibita eſſet, ut in
auth.de teſta.imper.§.j.& §.& ſi quidem.coll.8.ar.ĩ. de regu.iu.
omnis res.& ff.de reg.iur.nihil tam naturale eſt. ſed ſecundum
Io.indiſt.ualet ademptio,ut patet in his quæ no.ĩ.eo.§. qualiter
infirmetur.s̃.e.§.proxi.fallit etiam in eccleſia. & ſeq. Sed & pri-
mum teſtamentum per ſecundum, in quo exprimitur, ꝙ pri-
mum ualeat,dicitur confirmari:Inſt.quib.mod.teſt.infirmen.§.
ſed & ſi quis priore.ff.de teſt.mili.Titius.

11 **Qualiter** infirmetur.†Si nõ eſt legitimè factum, nec
infirmari poteſt, quia nec firmatũ eſt. C.e.
ſi unus.& l.ex imperfecto. ſuper quo uide quod not. s̃. eodem.
§.qualiter conficiatur.uer. fallit & in eccleſia.& ſequ §.qualiter
confirmetur.uer.quid ergo,ſi quis fecit teſtamentũ. ſed & ſi le-
gitimè factum ſit,durat:& ſemper niſi infirmetur.Inſt. qui mo.
teſta.infir.in prin.Infirmatur tamen,ſiue irritatur, maxima, uel
media capitis diminutionẽ ſed & minima:ut ſi teſtator poſt te-
ſtamentũ arrogetur, ſi tñ teſtator iterũ fiat ciuis Romanus,vel
ſui iuris,& codicillis uel alijs literis primam uoluntatem confir-
mauerit, iudicio recenti rediſſe æſtimatur, & habet hæres ſcri-
ptus bonor.poſſeſſ.ſecundum tab.de iure prætorio. ff.de bono.
poſſ.ſecundum tabu.qui ex liberis.§.1.Inſtit.quib.mo.teſt.infir.
§.alio.& §.non tamen.quid autẽ ſit capitis diminutio,dic ut no.
ſuprà de pig.ſub §.cum conſtet & §.& qualiter amittatur.Item
infirmatur agnatione poſthumi.C.de poſthu.hære.inſt.l.1.ff.de
iniu.rup.irri.teſt.l.1.in fi.& l.3.in princ.& l.uerũ.& idem, ſi teſta-
tor aliquis adoptauerit illum,qui ab inteſt.ueniret. C.de adopt.
cum in adoptiuis.uel arrogauerit extraneum.Inſtitu.quib.mod.
te.infir.§.1.qđ intelligas in teſtamento maſculi:ſecus, in teſta-
mento fœminæ, quod hoc modo non rumpitur. ff.de liber.&
poſthu.

ADDITIO.

a In ore duorum vel trium teſtium. ¶ Adde c.ab iſto dic.35.q.6.c. licet. de
teſt.c.nouit.de iudi.originaliter Deut.19.Matth.18.& 2.ad Cor.13.

posthu. Gallus §.nunc de lege.in fin.agit tamen talis posthumus de inofficioso.C.de inoffi.testa.l.3. Item per posterius testamentum iure perfectum, sic ꝙ ex eo adiri possit hæreditas, rumpitur primum: & si adita non sit: & sic decedit quis intestatus. Institu. quib.modis test.infirm.§.posteriore.& seq. Sed si ex scđo nõ potuit adiri hæreditas, quia fortè non fuit solenne, vel quia præteritus est in secundo is qui institui debuit: & ideo non valet. C. de lib. præte.authen.ex causa non reuocatur primum.ff.de vulgari sub.si quis.§.fi.& si dixerit primum nolle valere. Insti.quib.mod. testa.infirm.§.ex eo.nisi apud acta hoc dicat, vel corã trib.testib. & post hæc decenniũ sit elapsum.C.eo.sancimus. si tamen testator in secundo imperfecto declaret primos hæredes non mereri voluntatem suam, fisco applicabitur.C.de his qui.vt indig.l.hæreditas. Illud non refert, vtrum in vltimo testamẽto instituatur quis hæres in certa portione, vel in certis rebus: vel an primum confirmetur: quia tunc valet primum iure fideicommissario: vt Insti.quib.mod. test. infirm.§. sed & si quis priore.& s̃m hoc intellige qđ not.s̃.e.§.qualiter confirmetur.versi.sed & primũ. sed propter errorem testatoris subuenitur primis hæredibus: quos quia credebat testator mortuos, alios instituit: legata tamen secundi testamenti præstantur.ff.de hære.insti.l.fi. Item quandoq; prius perfectum rumpitur per posterius imperfectum, quando fit inter liberos, vt in auth.de test.imperfect.§.nos igitur.col.8. de hoc no.s̃.eo.§.qualiter conficiatur.versi.quandoque duo.& seq. nam & si in primo sunt instituti extranei, rumpitur per secũdum, in quo hi qui ab intestato succedunt, instituuntur, quãuis sit imperfectum.vt not.s̃.e.§.qualiter confir.ver.quid ergo. Idẽ est si secundum imperfectum militare sit.ff. de iniu.rup.irri.test. l.2. aliàs non valet secundum imperfectum iure testamenti: quia imperfectum est, nec iure codicillorũ: quia hoc testator noluit. ff.de iure codicil.l.1.C.de codici.l.fi.& sunt illæ leges, de quibus in testamentis fit mentio tota die, cum dicitur in fin. hæc est vltima voluntas Titij, quam voluit valere iure testamenti, vel codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis. Item rumpitur testamentum solenne, si testator vnum de singulis inciderit, vel abstulerit: secus, si sine voluntate sua factum sit.C.eod.l.fi.ff. de his quæ in testa.delen.l.1.& 2. Quid si quis habens duo testamenta eiusdem tenoris, alterum incidit, nunquid videtur & integrum reuocasse? non, nisi probetur, quòd hac intentione hoc fecit, quòd decederet intestatus.ff.de his quæ in testa delen.l.fin.ff. si tab.test.nullæ exta.l.1.§ pen.& ãrg.in his quæ not.s̃.eo.§.qualiter conficiatur.versi.non refert & seq.

Item per querelam inofficiosi testamenti rumpitur: & dicitur testamentũ inofficiosum, qđ factum est contra officium pietatis.ff.de inof. testa.l.2. Officium enim inter patrem & filium dicitur pietas.ff. de obsequiis l.pe.ff.ad Treb.cogi.§.si pater. inter patronum aũt & libertum, obsequium C.de nego.gest.officio. inter Deum & hominem, religio.ar.ff.de iusti.& iure.l.2. inter hominem & hominem, stat in nomine generali: vt dicatur, ꝙ homo debet homini ex natura.ff. de seruis expor.si seruus ea lege. † Inducunt aũt querelam duę causę, exhæredatio in linea paterna, & præteritio in materna. Insti.de exhære.liber.§.fin.quod intellige, qñ exhæredatio sine causa facta est: nam ex causa aliqua de his quæ enumerantur in auth.vt cùm de appella cog.§ causas.& §.hoc quidem. col.8. & probatur vera, cessat querela. Item cessat elapso quinquennio, ab adita hæreditate: nisi interim querelam exposuerit is cui competebat: & cogitur hęres scriptus adire, vel repudiare, si sit in eadem prouincia, elapsis 6.mensibus: si diuersis elapso anno.C.de inof.testa.l.pe.§.fin. Item si agnouit legatum vel testamentum: aliàs expressim, vel tacitè approbauit, vel si partẽ legitimam recepit.C.de inoffi.testa.cùm quæritur.& l.parentib. Insti.de inof.test.§.igitur quartam.C.de codic.l.pen.§ fi.ff.de mino.si filius.ff.de rei ven.inter officium.ff. de inoffi.test.l.fi.resp.1. & l.mater.& l.pen.§.fi.& l.si pars §.fi.& l.nihil.& l.si proponas. §.fi. Item excluditur, si ei alia via possit subueniri: puta competit ei bonorum possessio, vel condictio ex lege diui Pij, in bonis arrogatoris: Insti.de inof.test.§.tam autem.ff.de inof.test.Papi §. si quis impubes.nec obst.ff.de inof.test.pater. quia ibi non loquitur de querela inoffi.test sed bo.pos.contra tab.conqueredo de iure prætorio, rescinditur testamentum. quod iuris est, non facti. Insti.de suc.lib.§.si verò testamentum.ff. de bo.pos.l.3.§ 1.& 2.& eodem modo potest intelligi C. de inof.test.l.2. Datur hæc querela filio & nepoti & omni descendenti, qui tempore mortis succedere poterat ab intestato, non obst.præcedente persona: si exhæredatus est: vel pro exhæredato habitus: vt quia præteritus à matre, vel alio ex linea materna.ff.de contra tab.non putauit. filius etiam à patre præteritus, si erat in potestate, potest dicere testamentum nullum; vel petere bono.pos.contra tab. sed si sit emancipatus, datur ei bon.pos.contra tab.Instit. de exhære. lib.resp.1.& §.emancipatos.C.de lib.pręt.l.fi §.sancimus itaq;.& hi qui per contra tab.admittuntur, & dicitur largo modo querelam agere.& sic potest intelligi.C.de inof.testa.l.2.& l.si maritus. Sed & frater consanguineus non vterinus admittitur ad querelam persona infami, saltẽ leui macula, instituta.C.de inof.test. fratres. qui tamen ex quibusdam ingratitudinibus repellitur.in authen.de nupt.§ ingratitudinem col 4. † Sed nunquid admittẽtur hodie etiam vterini? ita videtur: ar.in auth.de hære.ab intestat.venient. collat.9. vel illud obtinet, quando ab intestato veniunt, secus quo ad querelam. Et nunquid filij fratrum admittuntur ad querelam? Dicas non: ar.ff.de inof.testa.l.2.Institu.de inoffi.testa §.soror.licet ab intestato succedant vna cùm fratribus.vt in auth.de hæredib.quę ab intesta. & vt fratrum filij. alij dicunt contrà.argumen.pro ipsis, ff.de inoffi testa.posthumus. in prin. Sed & patri datur, turbato ordine.ff.de inoffic.testamen.nã & si parentibus. quia parentes maternæ lineæ exhæredati vel præteriti habent querelam: vt in liberis, econtrariò dictum est: parentes autem lineæ maternæ exhæredati habent querelam: p̃teriti bonor.poss.contra tabul. ff.de inoffic.testamen.l.1.3.4.& v.Instit.quib.mod.ius pat.pot.sol.§ præterea.& hoc intelligas, quo ad filios sui iuris factos. nam filiifamil.testari non possunt, nisi de castrensi, & quasi, & tunc cessat querela, si testamentum conditum fuerit, ipso in militia existente: secus, in veterano. C. de inoffi testa.de inofficioso.& l.fin.ff.de testament.mil.si à milite.& de inoffi.testa.Papin.§.Papi aliàs, contra veterani. hodie tamen videtur, ꝙ in castrensi, & quasi castrensi querela vendicet sibi locũ: ut in auth.vt cùm de appel.cog.§.sancimus itaque non licere. colla.8.& de sanct.episcop §.presbyteros colla.9. Sed & patri datur querela nomine filij, ipso filio volente: non inuito. ff.de inoffi.testam. Papi. Alij omnes repelluntur, sed liberis exclusis, admittuntur parentes, qui sunt in primo gradu: & eo repulso, qui in tertio gradu est. ff.de inoffic.testam pater.& l si is. Quòd si extraneus, cui non competebat, querelam proposuerit, & eo non repulso casu obtinuerit, non eis, sed his qui ab intest.admittuntur, hæc victoria prodest. ff.de inoffic.testam. posthumus.§ si quis. Vt autem de hac materia plenam habeas noticiam, sic distingue:

Cum quis facit testamentum, refert vtrum sit pater, vel filius, vel collateralis. Si is qui testamentum facit, est pater, & instituit sibi filium, planum est, ꝙ filius succedat etiã ex testamento imperfecto: vt C.e.ti.hac cõs.ltissima.§.pe.& fi C.famil.ercis.l.fi. Si verò pater non filium, sed extraneum sibi hæredem instituit, & filium exhæredabat, causa scripta, & in lege adiecta, nõ potest nisi p querelam inofficiosi filio subueniri.C.de inoff.test.omnimodo.in auth.vt cùm de appell.cogno.§ siue igitur.col.8.& si filium non exhæredat pater, sed prætẽrit, & filius erat suus, habet electionem, an velit dicere testamẽtum nullum, vel per bon.poss contra tab. ipsum testamentum subuertere.& sic loquitur, C.de libe.pręte.l.fi.§.pe. & ff. de bo.pos.contra tab.is qui.ff.de iniu.ru.& irr.test.l.1. Sin autem filius non erat suus, sed emancipatus, habet bon.poss.contra tabu.tantùm. C.de libe.præte.vel exhære.l.maximum §.pe.& de bo.pos.contra tab.is qui in potestate.§ si vnus.& l.si filius.& l.bonorũ. nec ob.ꝙ sublata dicatur differentia patriæ potestatis & emancipationis: vt in auth.de hære.ab intest.collatio.9. quia illud verum est, quo ad successionẽ ab intesta. aliàs enim antiqua iura firma permanent & intacta.vt no.j.eo.tit.1.§ fi.sub §.circa.ver. potestatis. Si uerò mater testamẽtum fecerit, ibi semper agit filius querela inof. quia præteritio matris & maternæ lineæ, habetur pro exhæredatione patris, & lineæ paternæ: vt C.de inof.testa.filiam.& Insti.de exhæreda.libe.§ fi. Secundum hoc intellige auth.ex causa exhæredationis, uel præteritionis, irritum est testamentum, quantum ad instit.cętera namq; firma permanent. C.de lib.præte.auth.ex causa.ut scilicet intelligas exhæredationis, quo ad lineam paternam: præteritionis, quo ad lineã maternam. Item exhæredationis, quando causa adiecta non est: nam si adiecta esset, non haberet filius, nisi querelam: ut no.s̃.eo.ver.si verò pater nõ filium. in quo casu subuerso testamento per querelam nec legta, nec libertates relictæ in testamento deberentur ff.de ino.test.contra veterani §.fi. Ratio diuersitatis hæc est: quia ubi causa adiecta non est, nullum est testamentum, quo ad vim institutionis: sic legata nõ possunt dependere ex testamento sine institutione, quæ nulla est. sed per se, & ex ui legis firmitatem assumunt, & firmiter subsistunt. Vbi verò causa adiecta est, tenet testamentum, & institutio ipso iure.& sic legata depẽdent ex eo. Institut.de lega.§ ante hæredis institutionem. Ideoque testamento per querelam postea subuerso, & legata dependentia merito subuertuntur. ar.ff.de iniusto rup.& irri.test.nam & si sub conditione.ff.de lib.& posthu.& si pepercerit.§ fi.ff.de regul iur.cùm principalis.s̃.de re.permuta.c.fin.s̃.de elec.qualiter. Sed & si alia causa, quàm vna de quatuordecim, quæ enumerantur in auth.ut cùm de app.cog §.aliud.collat.8.adijceretur, perinde esset, ac si nullã apposuisset, secundũ d.meũ. Quid si is qui

is qui testamentum facit, filius sit in potestate cstitutus, nulla restat hæsitatio, quia de profectitio vel aduentitio peculio nõ potest testari. vt Insti. q testa. fa. poss. in princ. De castrensi verò, uel quasi tantum potest facere testamentum, C. de inofficio. testa. l. final. C. qui testa. fa. poss. l. fi. Excipe tamen filiumfa. clericũ, qui de aduenticio peculio potest testari. sicut not. s. de pec. §. quot sint eius species ver. aliud est peculium. & seq. Sin autem filius testamẽtum faciens emancipatus erat, & habet filios, eadem distinctio restat facienda, quam not. s. eo. sub §. ab illo ver. si is qui testamẽtũ facit, usq; ad uersiculũ, si uero mater. nec refert, an talis filius emancipatus patrem habeat, cùm nati filii emancipati patrẽ eiusdem excluderent ab intestato. ut C. de suis & legi. libe. auth. in succes. & auth. defuncto. Si uero filius emancipatus solos parentes habeat, & non filios, & filius ipsos parentes sibi hæredes instituat, planũ est, ꝙ & ipsi hæreditatẽ habebũt. Sed si nõ parentes, sed extraneos sibi instituerit, & parentes exhæredauerit adiecta causa, in lege scripta, nullum restat remediũ parẽtib. nisi querela, per quam rumpent testamentum, & succedunt ab intestato, nisi hæredes scripti possunt probare causam exhæredationis veram esse: nam ea probata, ualet testamentum, nec p querelam rumperetur. Si uerò nullam causam, uel aliam quã in lege scriptam adiiciat, nullũ est testamentum, quantum ad institutionem. sicut no. quando pater testm̃ fecit. s. eo. sub §. versicu. secundum hoc: ut omnia hæc probantur in auth. ut cum de ap. cog. §. hoc quidem. & §. sancimus itaq; col. 8. ubi vero filius emãcipatus faciens testamentum patrem suum non exhæredauit, sed præteriit, competit patri bo. poss. contra ta. ff. de inoffi. test. pater. ff. si quis à paren. manumis. l. j. Verum si is qui facit testamentum, non sit pater, neque filius, sed collateralis: aut est frater consanguineus, aut alius quicunque uoluerit: si sit frater cõsanguineus, competit fratri suo querela, turpi persona instituta non alia, quæ nec fratri uterino conceditur. ff. de inof. testa. fratres. multo minus, si non sit frater, sed patruus, vel nepos, uel qs alius: nam ultra fratrem consanguineum, subaudi, melius facerent, si se inanibus sumptibus non uexarent. ff. de inofficio. testamento. l. j. sic quid iuris sit in linea descendenti atq; collaterali, de successio. ex testa. potes satis sufficienter per hanc breuem notulam edoceri.

Proponitur querela contra scriptos hæredes uel fideicõmissarios uniuersitatis, & aperta uia per querelam tenentur petitione hæred. ac si pro hærede, uel possessore possideret. C. de inoffic. testa. l. j. & l. si hæredẽ. & l. cum duobus. & l. cum filium. & l. si maritus. ff. de inoffi. testam. l. filio. & dicit lex, ꝙ qui agit de inoffi. nec aliam ullam actionem, quam hæred. petitionem exercere debere, intelligas prælata querela: nam aliud est querela, aliud petitio. sic intellige, ff. de inoffi. testamen. l. de inofficioso. §. fi. querela enim non est propriè actio: nec etiam ideo, ut quid detur, uel præstetur proponitur. nec est propriè accusatio: quia nec per eam unius aliquis accusatur, ut puniatur in corpore: sed est ius quo testamentum in totum vel in partem rescinditur: vnde fit per eam, vt plerunque quis testatus & intestatus decedat. ff. de inofficio. testa. circa. & l. nam & si. § fin. mediam ergo uiam tenens, querela uocatur: & uiam tantum aperit succedendi. Et notatur, ꝙ per querelam irritatur testamentum, quo ad partem, pro qua scriptus erat is, ꝯ quem agitur: & agens quo ad eandem admittitur nisi agens in minori parte succederet. uel nisi is, ꝯ quem agitur, ab intestato succederet cum agente: nec eñ repudiat hæreditatem legitimam, cũ testamentum expugnabile credat. ff. de inof. testa. mater. & de petit. hæred. legitimam. Et nascitur querela ab

14 adita hæreditate. ut no ff de inoff. test. Papi. §. si conditioni † Effectus autem querelę hic consueuit esse, ut si iudex pronunciasset contra testamentum, nec prouocatum esset ipso iure rescissum testamentum, legata debebãtur, nec libertates directæ, sed fideicommis. præstabantur datis à singulis manumittendorum 20. aureis. & hoc si intra quinquẽniũ agebatur: aliud si post quinquennium. sicut hæc habentur ff. de inoffi. testa. Papi. §. fi. & l. sin autem. ff. de mino. ex causa §. fi. Hodie autem, quo ad institutionem, irritatur testamentum: sed quo ad legata, firmum remanet: Vt in auth. ut cum de ap. cog. § si tamen contigerit. uel refert, vtrum causa exhæredationis non sit expressa, & tunc habet locũ quod proximè dixi, ut expressim dicit aut. uel sit expressa, & testamentum irritetur, & tunc seruabuntur iura antiqua. & est ratio, ut not. s. e. sub §. proxim. uers. secundum hoc. Olim etiam præsumebatur quilibet ingratus: hodie aũt præsumitur gratus, nec licet hæredi scripto referre quæstionem de ingratitudine nisi testator expresserit unam de causis, in auth. scriptis. C. de inof. test. liberi. & l. omnimodo. Item olim agebat querela, qui minus quarta habebat. sed per l. C. agit ad suplemẽtum, & quartam suã debet habere, sine omni onere conditionis, etiam uel substitutionis. quamuis dicatur facta pro bono filij. quia fortè sibi pupillariter substitutum est. C. de inoff. testa. omnimodo. & l. sancimus & l. quoniam. & l. filius. & l. trib. & l. si pater puellæ. Item iure ueteri non transmittebatur querela, nisi præparata per libelli oblationem, uel denunciationem, uel saltem comminationem. ff. de inof. test. l. posthumus. §. fin. & l. quemadmodum. hodie autem transmittitur ad suum hæredem, & si præparata non fuerit. C. de inof. test. l. sancimus. §. fi. Sed & per auth. de tri. & semis. col. 3. aucta est portio legitima. nam si quatuor sint, uel pauciores liberi, debetur eis triens: si quinque, uel plures, debetur eis semis. unde uersus:

Quatuor aut infra dant natis iura trientem:
Semissem verò dant natis quinque vel vltra:

Et hoc quoquo relicti titulo ex ęquo inter eos diuidẽdo, cuius usufructus nec à parente potest fraudari. ut in auth. de tri. & semis. §. hoc nos. quod quo ad relictũ, quoquo titulo hodie immutatur: qa necesse est, ꝙ iure institutionis relinquat. Si tñ pater perfectum faciat testamentum. sed & si filii in certis rebus instituantur, & testator dicat, ꝙ quemlibet uult esse contentum portione illa, ualet, ut in auth. ut cum de ap. cog. §. illud uerò necessarium est. & §. cæterum si quidem. nec obst. C. de hære. insti. quoties. ubi dicit, ꝙ instituti in certis rebus loco legatariorũ habẽtur: quia illud uerum est, quo ad æs alienum soluendum. porrò uerum est, ꝙ in institutione honorati sunt arg. ff. de le. præst. l. 3. nam & tales excep. hęredes sunt, uel esse possunt: quod non esset, si iure tantum legati haberẽt. uel dic, ꝙ ubi testatur quis inter alios tantum sufficit quoquo relicti titulo qñ uerò instituit

15 extraneos necesse habet filios instituere, ſm d. m. † Quid si filia instituatur in dotem, nunquid aget querela. & quidem hic est dissensio: tñ est dominorum consilium, ꝙ instituatur uel in quinque solidis, uel in 6. dena. pręter dotẽ. & sic non potest agere, nisi ad supplementum, si aliquid deficiat de legitima, in qua etiam dotẽ computare debet: nam & si ab intestato succedere uellet, necesse haberet ipsam ꝯferre cum fratrib. C. de inoff. test. q̃n nouella. C. de rei uxo. act. l. unic. § uideamus. ff. de col. l. j. §. ulti. & l. prætor. §. Iul. & de col. dot. l. illud § ad hoc cũ ante nuptias. Nedũ autem inofficiosũm testm̃ reuocatur per querelam, imò etiam inofficiosa donatio, & inofficiosa dos, & inofficiosa uenditio, quo ad legitimã, ut C. de inof. do. l. j. & l. si totas. & l. fi. ff. de inoff. test. l. j. & l. filia. & l. filium. ff. de leg. 2. Titia Seio §. Imperator Alex. in auth. de resti. § pe. col. 8. quia in legitima nullo modo fraudari debet. ut in auth. de resti. & ea quę parit in 11. mense. §. quãobrẽ. col. 4 & accedit ff. de his quæ in frau. cre. l. omnes. § j. & j. eo. Raynut. & c. Raynal. Et nunquid potest quis deducere duas

a quartas, [a] puta debitã iure naturę, & Trebellianicam. dissensio est inter Dd. legum dicũt eñ quidam, ꝙ non, nisi quantũ plus est in secunda, quã in prima. ff. ad l. Falc. quicquid C. ad l. Falci. l. pe. Alij dicunt indist. ꝯ Azo distinxit, utrũ quis rogatus sit restituere hæreditatem incontinenti, & tunc uera est sententia priorũ. C. de inof. test. q̃n nouella & l. omnimodo. vel usq; ad tempus, puta si decedat sine liberis: & tunc vera est sententia secundorum, ut s. duæ quartę deducantur. in auth. de restit. antepe. & pe. col. 8. C. de inof. test. q̃n in priorib. Ratio diuersitatis hæc est: quia ubi quis rogatus est restituere hæredi, post tempus certum, uel si decedat sine liberis, incontinenti deducere potest tertiam partem debitam iure naturæ. quia illam sine omni grauamine habere debet, ut probant authẽ. supradictæ. procedente autem tempore, Trebel. deducet, in qua cũ fructus percepti computentur, minus intelligitur diminui de hære. substantia, quam si incontinenti rogatus esset: & ideo tunc non deduceret, quia tunc substantiã defalcaret, non autem fructus. Iac. de Bal. ꝯ, quia consuetudo ꝯria est, & ea, quæ causa implendæ conditionis dantur, in Trebel. cõputantur. ff. ad l. Falc. in ratione. j. § ꝙ uulgo. & pro ipso, in auth. de hæred. & Fal. § his igitur à nobis. ibi, quantum lex, &c. & ff. de inof. test. Papi §. si quis impubes. Ius can. aperte fouet sententiã Azo. j. eod. Raynutius. & c. Raynaldus. & facit pro ipso, C. ad l. Falci. quanquam. & l. irritum. nam si alicui legatum sit ultra quã capere possit, detrahitur primò Falcidia, ut si caperet. postea detrahitur quod per legem habere non potest ut illud habeat hæres, præter Falcidiam. ff. ad l. Fal. quoties quidam. De his omnib. plenius no. j. eo. Raynut. & c. Raynal.

16 Quis sit effectus † vltimæ uoluntatis. Vt secundum eã pronuncietur, & ei omnino stetur, si iusta sit: prout not. s. e. §. 1. & j. eo. §. & per quem & quòd institutiones & substitutiones locum habeant. Nec est testam. nisi in eo hæres instituatur. ff. de iure codic. l. fin. de his quæ in testa.

ADDITIO.

a Deducere duas quartas. ¶ Adde Pet. de Vbal. in rep. c. Ray. de test. Summa Hostiensis.

in teſta.delē.ꝓximè.& de vulg.& pup.ſub.l j.§ fi.Inſt. de fideic. hære.§.in pr mis.& not.ſ̃.eod.§ quid ſit teſt.Et ſciendum eſt,ꝙ hæredem inſtituere nihil aliud eſt,q̃ aliquem intus,i. loco ſuo,ſiue in bonis ſuis ſtatuere. vt quaſi eadem perſona repręſentetur. vt in auth.de iureiu.quod à m orię.præſt.col. 5.& verè inſtitutus videtur non ſolum qui inſcribitur, ſed & is qui nuncupatur. ff. de hær.inſt l.j.§.inſtitutum.Poteſt aūt inſtitui perſona quælibet, dum tñ habeat teſtamēti factionē paſſiuè,i. quæ nō vetetur à iure capere.Inſtitui poteſt igitur liber homo, & ſeruus liberi hominis,q poſſit hæres inſtitui.ff.de hære.inſti.non minus.C. de hęre. inſti.neq;.ꝙ ſi dñs capere nō pōt, & manumittitur, anteq̃ adeat pōt manumiſſus arbitrio ſuo adire.ff.de acq.hære.ſi ſeruus eius. qđ idē eſt ſi capaci alienet. qa iuſſu noui dñi adire poterit, vt ibi dicitur.Pater etiā fam.& filiusf.mutus,ſurdus,furioſus, ꝓdigus, priuatus,miles,honoratus,clericus, laicus, monachus, ciuitas, Imperator,& auguſta,fiſcus & eccleſia,ac quilibet locus venerabilis pōt hæres inſtitui. Inſt.de hære.qual.& diffe.§.teſtamēti aūt factionē.C.q teſta.fa.poſ.cùm hæredes.& de hære.inſti hæreditatis.Sed & incertæ perſonæ inſtitui poſſunt,diuini numinis nutu. C.de epiſ.& cler.id qđ.& l.nulli.& l.ſi.quis ad declinādā aliàs aūt certus hæres nominandus eſt,ut no. j̃. e. Nedum ſeruus alicuius,ſed nullius puta hæreditatis iacentis, pōt inſtitui,dū tñ defunctus, cuius ꝑſonæ nō hæredis futuri vicē obtinet, hæreditatis capax fuerit.Inſt.de hęre.inſt §.ſeruus alienus.ff.de hęre.inſt. ſeruus hæreditarius.Sed & ſeruus ꝓprius pōt inſtitui. in quo qdem caſu ſemꝑ efficitur liber. inſt de hær.inſt.reſp.j.niſi fortè ſit ſeruus mulieris accuſatæ de adulterio,cū eodem ſeruo cōmiſſo: qa talis ab ipſa dña inſtitui nō pōt.ff.de hær.inſti.his verbis. §.interdū.Inſt de hær.inſt.§ eſt aūt.Et breuiter q nō ꝓhibetˉ,pōt inſtitui.Prohibetur aūt hæreticus,baptiſmū iterans,apoſtata,collegium illicitū:quod priuilegium non habet incerta perſona, niſi prætendatur fauor pietatis vel diuini numinis: ut not. ſ̃. eod. verſ.ſed & incertæ. probatur in his quæ no.j̃.de hære.§.qua pœna.& de apoſta §.qualiter puniantur.C.de apoſta hi qui ſanctā fidem.C.de hæredi. inſtitu.collegium. Sed nec nati ex damnato coitu [a] poſſunt à patre inſtitui:ſecus in naturalibus liberis ex cōcubina natis, ut patet in his quæ not.j̃.qui fil.ſint legitimi §. an vtrunq; genus ſuccedat. Nec mulier ſecundò ſine delectu nubens,ſecundum leges:quod dicut no.j̃.de ſecund.nup.§ quare, & qualiter puniatur.verſ.item punitur in rebus alienis Item deportatus inſtitui non poteſt.C.de hæred.inſt.l j. multo minus q in metallum damnatus eſt. tales enim inſtitutiones pro non ſcriptis habentur vt ibidem.& ff de his quæ pro non ſcriptis habē. in metallum.

17 † Vtrum aūt quis poſſit,vel non poſſit inſtitui,tribus temporibus cōſideratur, ſ.tempore inſtitutionis, ut ſciatur vtrum inſtitutio tenuerit.Item tꝑe mortis teſtatoris,ut ſciatur vtrum effectum habuerit Item tempore aditionis hæreditatis, quod tempus maximè ſpectandum eſt quo ſ.acquiritur hæreditas.ff.de furt.à Titio.medio autem tempore inter factum teſtamentum,& mortem,vel conditionem inſtitutionis exiſtentem mutatio iuris hæredis non nocet:quia tria tempora conſiderantur,ut dixi,ff. de hæred. inſtit ſed ſi in conditione. §. ſolemus. & l.ſi alienum §.in extraneis.Inſt.de hære qual.& diffe §. in extraneis.hoc quoad hęredes extraneos,& eos qui in eorum ſunt poteſtate. In ſuis autem neceſſariis hæredib. tempus mortis tantū ſpectandum videtur.ut Inſt. de hæred.qual.& diffe. § ſui. In neceſſariis duo tantum tempora ſpectanda, ſ. tempus teſtamenti & mortis.ff de hæred.inſtit ſi alienum.reſpon j.& l.ſeruum. Dicuntur autem ſerui proprii inſtituti hæredes neceſſarij:quia velint nolint, hæredes fiunt.Sui autem & neceſſarij dicūtur hi, qui in poteſtate parentis ſunt: ſui dicuntur quia domeſtici, neceſſarij,quia de iure ciuili neceſſariò hæredes fiunt, licet prætor eis ꝑmittat abſtinere. Extranei dicuntur omnes alii, qui non ſunt in poteſtate, vt probatur Inſtit. de hæredum qual. & diffe. à princip. vſque ad §. itaq; liberi. Et prodeſt hoc notare ad hoc, vt ſi quęratur de excommunicato hærede inſtituto ab extraneo,tria tempora ꝯſiderentur.Itaq; ſi tempore inſtitutionis vel mortis, vel aditionis excommunicatus ſit pro nihilo habetur. ſed excōmunicatio medij temporis non oberit:vnde ſi poſt inſtitutionē excōmunicatus fuerit,& ante mortem abſolutus, & poſt mortem excommunicatus, & ante aditionem abſolutus, hæres erit. arg.in ſupradictis iuribus, & in his quæ no.ſ̃. ver. inſtitui pōt.& § quot ſint ſpecies.ſub §.teſtamentum. uer.habet & miles. & ſ̃. de ætat.& qual cū bonæ.ſ̃.de elect.dudum.§ pen.& §.fi.& c. dudum 2 §.nos igitur.& §.tandem.& c cùm inter R. iuniorem. §. fi.& de conſuetud cum inter dilec § quia nobis.niſi fortè cū eo fuerit miſericorditer diſpenſatum. arg.ſ̃.de cler.excommu.miniſt.poſtulaſtis.vel dic,ꝙ aliud in beneficio eccleſiaſtico eſt,qđ nemini acquiritur,ideoq́; ſine cuiuſquam pręiudicio poterit diſpenſari:ut ibi dicit.aliud in hęreditate temporali, quæ, ex quo deficit hæres,his qui ab inteſtato veniunt, acquiritur.& ideo in eorum præiudicium non poterit diſpenſari: ut patet in his quæ no.j̃.qui filii ſint legit §.ult. ver. quamuis autem hoc facere poſſit princeps.& ſeq. Verum ſecundum ius auth. ſi ante mortē reconcilietur frater inſtitutus,cū aliis fratribus partem ſuam recuperat,amiſſis fructibus perceptis medio tempore:ſed ſi excommunicatus decedat, proprietas partis ſuæ ad fratres catholicos pertinere incipit pleno iure.ut in authen. ut cùm de appellat.cognoſ.§.generalem.verſ ꝙ ſi forte.& ſeq.col.8.

18 **Quibus autem verbis** fiat inſtitutio, † non refert dummodo dicat, Talē hæredem inſtituo,vel æquipollens.nam & ſi dicat, Titius eſto,vel Titius hæres,ualet inſtitutio:ut no.ſ̃ eo.§. qualiter conficiatur.ver.non refert.Quod ſi dicat, Titius: dicunt quidā ꝙ ualet male intelligentes: ꝙ Marcellus non inſubtiliter licere putat hoc hodie procedere.ff.de hæred.inſt.l.j.§.qui neq;.§.ſin autem.quaſi dicat, ſubtiliter putat hoc non procedere. nā duæ negatiuæ faciunt vnam affirmatiuam.ff.de verb.ſig.duobus verbis negatis.ergo nihil aliud eſt dictum:non inſubtiliter, quàm ſi dixiſſet, ſubtiliter.nec obſtat C. de teſtament. l. errore. vbi innuit,ꝙ ualeat inſtitutio & ſi deſit, hæres eſto:quia teſtator bene expreſſerat,ſed tabellio hoc omiſit,ſicut dicit ead.l.in prin. Sed & per verba directa, vel inflexa poteſt inſtitui hæres,ut dicat, illum hæredem facio,vel inſtituo,vel uolo, mando, vel eſto, vel erit.C.eodem.quoniam.& dicuntur omnia verba inflexa in omnibus caſibus,præterquam in nominatiuis. ſatis eſt autem, liquere de intentione teſtatoris, per verba quæcunque:& ſi balbutiēs lingua profuderit, ut d. l. quoniam. quia non eſt facienda vis in verbis.C.commu.de legat.l.omne uerbum.in fin. Valet ergo, ſi dicat, Petre hæreditatis meæ dominus eſto. ff. de hæred. inſtit. his verbis.vel ſi dicat,Habeas bona mea: vel, Bona mea tibi relinquo.C.de ſecun.nup. hac edictali.reſp.j.Inſt.de mil.teſta.§.ceterum.& § id priuilegium.vel ſi dicat,Voluntatem meam diſpoſitioni tuæ committo.ut no.ſ̃.eo.§ qualiter conficiatur. verſic. non refert.& iunge qđ no.j̃.eo.ſub § quamuis aūt. verſ. nec eſt prætereundum Inſtitutio poteſt fieri & in principio teſtamēti, & in medio,& fine:licet olim ſecus eſſet, vt Inſtit de lega. §. ante hæredis Inſt de hęred.inſtit.l j. reſpon. j. in codicillis non poteſt quis inſtitui, nec directè ſubſtitui, nec conditio hæredi inſtituto adiici. quamuis ibidem hæreditas per fideicommiſſum nec rectè relinquatur, vt C.de codicil.hæred. Inſt. de codicil. §. pen. & fin. & ſi teſtatur hoc modo, & in defectum conditionis in codicillis appoſitæ cogitet adimere inſtituto hęreditatem, hoc in vacuum cogitat.ſic intellige,ff.de condit.inſtit. quidam. § fin Sed & is cui in codicillis hæreditas directè relicta eſt, poteſt eam recipere ab hærede veniente ab inteſtato, ac ſi per fideicommiſſum eidem in codicillis relicta fuiſſet: & hoc benigna interpretatione admittit ff.ad Trebel ſenatuſcon.l Scęuola.Quid ſi dicat teſtator in teſtamento ſuo:Hæredem, quem in codicillis nominauero: vel talem, ſi ipſum in codicillis inſtituero:& quidē ualet,non iure codicillorum, ſed teſtamenti. & ſub tali coditione poteſt inſtitui quilibet excepto filio.ff.de condit. inſti.l.inſtitutio talis.ff.de hære inſtit.aſſe.Ad hoc aūt vt inſtitutio valeat, neceſſe eſt certum hæredem demonſtrari oportere: aliàs non valebit. Vnde ſi habeat plures amicos eiuſdem nominis:puta quilibet vocatur Petrus, & dicat, Petrum mihi hęredem inſtituo,non valet, niſi iungat aliam circunſtantiam: uel aliàs appareat de quo ſenſerit per probabiles ꝯiectaras. ff. de hæred.inſtit.quoties §.hæres.& l.in tempus.§. quoties. ſufficit aūt ſignum indubitabile: non tamen illud, quod cauſa contumeliæ ſolet adiici: contumeliæ tñ cauſa ſpecificata. nam ſecus eſſet, ſi in genere diceret, Filius meus impiiſſimus de me malè meritus, & cauſam non exprimeret, valeret tunc etiam inſtitutio, quia pure inſtituitur,etiam cum maledicto & omnes huius inſtitutiones receptæ ſunt. ff de hær. inſt.quoties.§.ſi quis in nomine.& l. his verbis.§ j ff.de leg. j. turpia. Sed & ſufficit hæredem demonſtrare per conditionis euentum:vt ſi dicat, Illum qui Margaretā in uxorem duxerit,hæredem inſtituo.ff.de hære. inſtit. quoties. § ſi quis ita.demōſtratio etiam ad oculum facta, ſufficit:ut ſi cū digito oſtendendo dicat, Illum mihi hæredē inſtituo. ff. de hær. inſti.nemo dubitat.ff ſi cer.pet.certum eſt. niſi erretur in corpore:ut ſi putat inſtituere Petrum,& inſtituit Martinū, ut ſi dicat, Talem fratrem meum,quem putat fratrem:ſed non eſt.talis eñ inſtitutio nulla eſſet.ſecus,ſi ſciat non eſſe fratrē: talis eñ rectè cum nomine ſuo tanquam frater hæres inſtituitur. ff. de hære. inſtit.quoties.reſp.j.& l. nemo. § qui frater nō eſt. C. de hæred. inſtit.ſi filium.& l.nec apud.ſed nec error nominis nocet. C. co. ſi in nomi-

ADDITIO.

a Nec nati ex dammato coitu. ¶ Adde Iac. Zoc. de Ferraria in repe. c. per venerabilem.qui fil.ſint legi.

si in nomine. & de hoc no. s. de rescri. § quæ possunt obiici. versic idem est, si in nomine. & præced. & seq.

Quamuis autem nō possit quis à re certa exheredari. ff de lib & posthu. cùm quidam. vel in omnibus, excepta vna re, vel vsusfructus ipsius instit. quia perinde habetur, ac si nullius rei sit facta mentio ff. de hæred. instit. l. j. § si ex fundo. & l. si ita quis hæres institutus fuerit. & l. quoties volens. §. si duo sint hæredes. & arg. ff. de acq. hær. §. fin. potest tamen in una re institui. nam si in fundo certo aliquis hæres institutus fuerit, insolidum erit hæres, nisi testator alium scripserit, ut in supradictis legibus, & ff. de liber. & posth. cùm quidam. ff. de vul. sub. cohæredi. §. fin. in fin. sed si duo instituantur, vnus in vna re certa, alius in alia, quasi sine partibus videntur scripti, & æqualiter sunt hæredes. Insti. qui. mo. te. infir. §. sed & si quis. Sin autem vnus instituatur in vna re, & duo in alia, vnus habebit semissem, & duo semissem, sicut si dixisset, Titium & filios fratris hæredes instituo: vbi quidem Titius habet semissem, & filii alium semissem: nec testator expressim dixerit, æquè hæredes sunto. ff. de hæred. instit. si alterius. & l. Titius fundi. & l. interdum. sic si relinquatur episcopo & capitulo, episcopus habet semissem, & capitulum alium semissem, nisi à testatore aliud dictum sit, quo ad canones: nam episcopo præiudicare non potest, j. eo. requisisti. Sed & si Titium in semissem, Seium in semissem, te autem in eam partem, in qua instituit Titium, instituat, Titius & tu in vnum semissem instituti estis. ff. de hære. instit. Iul. ¶ Illud notatu dignum, ꝙ vbi plures in certis rebus instituti sunt, & si æquis portionibus sint hæredes, tamen res, in quibus instituti sunt, tanquam prælegatæ debent vnicuique in familiæ hercisc. iudicio assignari: & de ipsis, sicut de alio quolibet legato, potest Falcidia detrahi, nisi æs alienum tantum sit, ꝙ tota hæreditas non sufficiat ad soluendum: tunc enim perceptiones erunt inutiles, cùm ex nullo testamento præstentur legata, nisi ære alieno deducto. ff. de hære. insti. ex post facto. ff. ad Trebel. l. i. §. is qui. Hæc locum habent, vbi aliquis, uel aliqui in re certa, vel rebus certis instituuntur, & episcopi soli. nam si alij vnà cum ipsis simpliciter, uel in quotis portionibus instituerentur tunc instituti in certis rebus loco legatariorum haberentur. C. de hæred. insti. quoties. Nec est prætermittendum, ꝙ fieri potest institutio sine parte, uel in quota portione: dum tamen assignatio partis pendeat ex arbitrio testatoris. nam in voluntate alterius expressim conferri non posset, tacitè tamen potest: puta, si Titius Capitolium ascenderit. quædam enim si in testamentis exprimuntur, effectum nullum habent: quæ si verbis tangantur, quamuis idem significantibus, effectum consequuntur. ff. de hæred. institu. si quis Sempronium. & l. talem. §. j. & l. illa institutio. & idem est in l. ff de leg. 2. l. j. & 3. & secundum hoc posset intelligi j. eod. cùm tibi. vt exponas dispositione, s. tacita, non expressa. Sed & aliter intelligitur, ut tetigi s. eo. sub §. proximo. ver. valet ergo. Item quod dixi, ꝙ expressim non potest, verum est, quo ad tempus futurum: puta, Instituo te in dimidia, si Titius volet: sed si recipiat tempus præteritum, potest: puta si dicat, Instituo te pro ea parte, qua Petrus instituit me: quia talis institutio statim tenet, vel non tenet: vnde nō dicitur committi alienæ arbitrio voluntatis. ff. de hære. instit. illæ autem. & si duo sint qui me hæredem instituerunt: & ego dico Petrus & M. quanta quisque eorum ex parte me hæredem habuit scriptum, hæres mihi esto: vterq; admitteretur. si verò alter tantum me hæredem scripserat, de rigore iuris neuter admittitur: sed humanius est, vt is tantum admittatur, qui scripsit ff. de hæred. instit. hoc articulo quisquis. Ex voluntate autem testatoris dicitur pendere, cùm sic dicit, Instituo vos hæredes ex partib. quas adscripsero. Si enim adscribat has partes, habebunt: sin autem videntur simpliciter sine partib. instituti. ff. de hæred. insti. l. j. & l. si quis ita scripserit. nec obst. l. eiusdem ti. clemens. §. fi. nam quod ibi dicit, Nullo testō recitato, inanis institutio videtur, subaudi, sed non sic erat, imò male videbatur: uel inanis est institutio de rigore iuris, vel quo ad conditionem appositam, quæ non est secuta: sed alia pura & tacita, quam lex fingit, bene valebit saltem de humanitate, siue æquitate. arg. ff. de hæred. insti. hoc articulo quisquis. sicut no. s. eo. vers. nec est prætereundum. Purè etiam potest fieri institutio, & sub conditione. quod dic, ut plenè not. infrà, de condit. app. §. quot sunt species. & sub §. secunda. vsque ad sub. §. diximus. Ex certo autem tempore, aut vsque ad certum tempus fieri non potest, imò vitio temporis sublato de medio, tenet institutio. inst. de hære. instit. §. hæres & purè. ff. de hæred. instit. hæreditas ex die. excipe militem, qui hoc facere potest, ut not. suprà, eod. §. quot sint species. sub §. testamentum. versicul. & aliud priuilegium. sed in diem incertum potest quis institui, puta cum capax fuerit: ergo sic potest excommunicatus institui, cùm s. fuerit absolutus.

19 Nec est prætermittendum, † ꝙ in institutiōe possunt quantitates portionū exprimi, prout testatori placuerit. nam tot faciunt assem, quot tibi placuerit. Sed nisi aliud apparet, fiet solennis diuisio hæreditatis in 12. vncias. deniq; si minus distribuerit, potestate iuris in hoc reuoluitur: puta duos hæredes ex quadrante scripsit. nā ex semissib. scripti videntur. sed si vnum ex quadrante, alterū ex semisse scripserit, quadrans remanens utriq; pro rata accedit. vt si qs institutus ex semisse habeat s. duas vncias, alius tertiam partem, id est, unciā: sin autē excesserit, æqua pro rata decrescet, puta me instituit in 7. vncias, te in 6. nā ego habebo bessem, tu trientē. probantur hæc Inst. de hær. inst. ab illo §. hereditas, usq; ad §. hæres & purè. & iunge qđ no. 20 j. e. ver. quid si duos instituat. & seq. † Appellatione autē assis, siue libræ, siue pōderis, quia hæc tria nomina synonyma sunt, 12. vnciæ ꝯtinentur. habent hæc propria nomina. Vncia hæc tñ non a nominatur in l. Sexcunx,[a] quasi vncia, & semiuncia id est, vncia & dimidia. ut probatur ff. de inoff. testa. ꝯ § aliàs l. Papinianus. § §. qm autem quarta. Sextans, quasi sextā partem significans, id est, duæ vnciæ. Quadrans, quasi quartā partem significās, id est, tres vnciæ. Triens, quasi tertiam partē significans, id est quatuor vnciæ. & hæc quatuor à quota parte hæreditatis, quā designant, sumunt denominationem siue interpretationem: sequentia verò etymologiā habent ex eo, ꝙ significant certum numerū vnciarum. vt patet ex his quæ sequunť. Quincūx, id est, 5. vnciæ. Semis id est, sex vnciæ. Septunx, id est, septē vnciæ. Bes, id est, octo vnciæ. Dodrans, id est, 9. vnciæ. Dextans, id est, 10 vnciæ. Deunx, id est. 11. vnciæ. As, id est, tota hæreditas. quæ sic 12. unciis ꝯtineť. vt hæc probanť Inst. de hæred. inst. § hæreditas ff. de hæred. inst. seruum meum § fi. Attende, ꝙ non omnes vnciæ, quæ significātur per nomina supradicta, continentur in asse. sic enim contineret as 66. vncias, & dimidiam: sed ideo has ponit partes: quia quælibet earum potest in asse contineri. hac eadem ratione dicitur homo risibilis, & actio legis Aquil. pœnalis: quia ad hoc apta nata est, secundum Azo. Instit. ad l. Aquil. §. his verbis. Non solum autem as pro tanto numero suponit: sed & pro minori, s. pro obolo. vnde in Euāgelio, Nonne duo passeres asse veneunt? vnde versus:

As, obolus, pondus, as est possessio tota.

id est aliquando ponitur pro obolo, aliquando pro pondere, aliqñ pro tota hæreditate. Ponitur ergo pro hæreditate, vel pondere, 12 uncias continente, aliqñ plures. unde & aliquando diximus dupondium, quasi duo pondera, id est, 24. vncias continentē. Inst. de hæred. insti. §. & si plures unciæ quàm 12. dicimus & tripondium, quasi tria pondera, id est, 36. uncias continentē. & quadripondium, id est, 48. uncias continentem. & sic ascende quantum tibi placuerit: sicut patet in his quæ not. s. eod sub §. respons. j. Quid si duos instituat ex asse quis sibi hæredes, & tertium ex dimidia & sexta parte assis, debet hæreditas diuidi in 20 uncias, de quibus duo habebunt 12. & tertius octo ff de hær. insti. interdum §. sed si duos. sed contra, quia tantū uidetur adēptum primis, quantum secundo relictum est. & sic primi duo habebunt 4. uncias, secundus uerò institutus octo, ut C. de leg. cum quæstio. Solutio. Aut certum est, testatorem uoluisse excedere assem: aut certum est, ꝙ noluit, aut dubitatur. Si certū sit, ꝙ excedere uoluit assem, tunc fit diuisio secundum primam l. interdū. §. sed si excesserit. & §. sed si duos. uoluit enim tunc ad dupondium uenire sic diuidi hæreditatem suam, quod potuit, ut s. no. uersi. ponitur ergo pro hæreditate. Si uerò certum est, ꝙ noluit excedere assem, tunc uidetur tātum minuisse primo quantū cōtulit secundo. & sic loquitur. C. de leg. cum quæstio agitur. si primum in assem, & secundum in assem instituit, concurrunt. ff. de leg. j. si pluribus. Si tres instituit, quemlibet in assem quilibet triētem habebit: sin autē primū in assem, duos alios in assem, primus semissem. & duo semissem habebunt, ubi uerò primum ex asse instituit reliquū ex reliqua parte, ille nihil habebit: quia nihil reliquum est. ff. de hæred. insti. itē quod Sabinus §. sed si asse. usque in finem l. Sed si instituatur ex illa parte, ex qua institutus capere non potest, qui tamen nihil potest capere, totū habebit. C. de hæred. insti. l. 2. Quid si testator primo minus asse ꝯtulit, secundum autem sine aliqua portione instituit, ille habebit quod assi deerat, siue unus sit, siue plures. Insti. de hæred. insti. §. si plures instituantur. ff. de hæred. insti. item quod Sabinus. Sed & si primo contulit minus asse, & secundum in assem instituat, tantū plus habet secundus, quantum plus apparet ei datū. uerbi gratia, primum instituit in semissem, secundum in assem: primus habebit quadrantem,

ADDITIO.

a Sexcunx. ¶ Adde doct. in c. cum esses. e. tit. Summa Hostiensis.

quadrantem,& secūdus bessem.& eadem distributio fiat in qua
libet vacante portione.ut d.l. item quod Sabinus. & ad idem, ff.
ad Trebel.Marcel.& l.qui quad: ingenta. nam ibi prius dederat
secundus.& est diuersitatis ratio : quia vbi instituit me in 12.vn-
cias,te autem in 6.intelligitur minuisse 6.vncias de primis 12.&
sic non videtur diuisisse hæreditatē in 18.vncias.at vbi primò in
stituit me in 6.te autem in 12.non potest dici, ꝙ 12. vnciæ de vj.
quicquā minuerit:quia impossibile est,vt plus videatur ademis-
se,quā dedisse.& sic patet in his casibus,defunctum voluisse ex-
cedere assem: vbi autē voluit excedere, & mihi plures q̃ tibi re-
linquere vncias,tūc plus habeo ex præsumpta voluntate testato
ris,quātum plus mihi datū est.sic potest elici.ff.de lib.& posthu.
si ita.ff de hæred.insti.si ita scriptum.§.quidam. verū si dubitet,
præsumitur ꝙ testator voluit assem excedere,ut in d.l.C.de leg.
cum quæstio. & arg.ff. de hæred. insti. qui non militabat.§. pen.
Quid si quis tres hæredes instituerit, primum in prima parte, se-
cundum in secunda, tertium in tertia parte hæreditatis, viriles
fient portiones inter ipsos. nam testator appellatione numeri,
scripturæ magis ordinem, quàm modum partibus imposuisse
videtur.ff.de hæred.insti.si quis ita hæredes.

Non solum autem institutiones secūdum ea
quæ prædiximus, ratæ de-
21 bēt esse:sed & substitutiones.† Dicitur autem institutio primus
gradus hæredū, & si nulli sint substituti:substitutio verò dicit se
cūdus gradus, vel tertius,omnium eorum qui in loco instituto-
rum vel deficientium, vel adeuntium succedunt & instituun-
tur.nam secūdus dicitur omnis,qui post primum sequitur, etiā
si decimus sit.ff.de vul.& pupil.subst. l.j.in prin.ff.de bo.pos.ſm
tab.l.j.§.primo gradu. in his autem plerunque conditiones ap-
ponuntur.quod dicut plenè not.j̃.de cond.app §.quot species.
22 ¶ † Hæc autem est diuisio substitutionum alia obliqua, alia dire
cta.Obliqua dicitur illa,[a] quæ fit per verba precaria,siue precati-
ua,vel fideicommissaria. & hæc aliquando fit per verba directa
vt si dicatur, Petrum instituo mihi hæredem,& rogo vt hęredi-
tatē Gulielmo restituat.ff ad Trebel.l.j.Instit. de fideicom hær.
in prin.aliquando per indirecta,ut j̃.eod. Ray.§.post modū.ibi,
vel substitutionis, quæ scilicet trahitur ad fideicommiss. vt ap-
paret in his quę notā infrà eodem ver.compendiosa.& sequen.
¶ Directarum autem, Alia vulgaris[b], Alia pupillaris[c], Alia exē
plaris[d], Alia breuiloqua,seu reciproca, Alia compendiosa. Vul
garium[e] verò alia tacita,alia expressa. Tacita vulgaris substitu-
tio fit per verba affirmatiua:ut cùm dicitur, Vos adinuicem sub-
stituo,demonstratis duobus puberibus institutis.vel sic: Quisqs
mihi hæres erit,sit hæres filio meo.vel sic: Titius esto hæres Plo
tij,cùm Plotium hæredem instituisset.C.de hæred.inst.l.si. ff.de
hęred.inst. cùm in testamento.§.j.ff.de uulg. subst.qui liberis.§.
fin.Sed & aliud exemplum potest poni per l. ff. de hæred. instit.
Titius & Seius.secundum Azo. Expressa autem vulgaris fit ver-
bis negatiuis.ut si dicatur, Si Titius non erit hæres, Seius hæres
esto.ut Inst de uulg.subst.resp. j. Et dicitur vulgaris substitutio :
quia fit cuilibet,& à quolibet de vulgo, dummodo factionem
testamenti habeat.ff.de vulg. substitu.l.j.& 2. & si in testamen-
to.& l.seq.Hæc vulgaris adita hæreditate expirat.C.de impub.&
alijs substitu.post aditam.¶ Pupillarium substitutionum alia ta-
cita,alia expressa.Expressa pupillaris substitutio fit per verba af-
firmatiua.vt si dicatur:Adiectam impuberem mihi hęredem in
stituo:& si ipsa infra pupillarem ætatem decesserit, Alterocha sit
hæres:ut Inst.de pupil.substit.in prin.ff.de uulg.substit.moribus.
Tacita verò pupillaris fit per verba negatiua,ſm quod notatur
in uulgari expressa.s̃.eo,versi.expressa autem vulgaris.nam vul-
gari expressa à pupillo facta, intelligitur tacita pupillaris.& ecō
tra in pupillari expressa,intelligit̄ vulgaris tacita.ff. de vulg. sub-
stit.l.4.¶ Pupillaris dicitur quia fit pupillo:& expirat, aduenien
te pubertate : & intelligitur ordinatum vnum testamentum
duarum hęreditatum,scilicet patris & filij,vel filię.& necesse est
ꝙ is qui vult pupillarem substitutionem facere, habeat pupillū
in potestate,& ꝙ sibi hæredem instituat primò, deinde filio. nā
si primò filio quem exhæredauit,non ualet: sed si instituerat ip-
sum,ualebit.Probantur hæc Inst.de pupil.subst.respon.j §.j.& §.
igitur in pupillari testamento.ff.de uulg.substit.l.j.§.fin. & l.2.§.
prius.& §.sed & si quis.& l.si quis ēn.§.si suo. sed & citra puber-
tatem fieri potest:puta si filius moriatur infra decimum, vel in-
fra octauum annū.ff.de uulg.subst. si ita quis substituerit. ¶ Exē-
plaris substitutio dicitur illa,quæ fit filio furioso,& dicitur exē-
plaris:quia ad exemplum pupillaris inuenta fuit.Instit.de pupil.
substit §.qua ratione.C.de impub.& aliis subst. humanitatis.Ra
tio enim quare pupillaris substitutio adinuenta fuit, hæc est : qa
cùm multum prosit habere hæredem,ut Instit.qui, & ex quibus
cau.manu.non poss. §. j. & pupillus non possit sibi hæredem in-
stituere,quia nec testamentum condere ff.e.qua ætate. aliàs inci
pit,in qua.bonum fuit inuenire modum, ne pupilli decederent
intestati.Inst.de pupil.substi.respon.j.ad fin.Sed nunquid est ea-
dem ratio in furioso? Patet ꝙ sic. vnde eodem modo & eadem
ratione sibi prouidendum fuit,ad exemplū pupilli. & ideo rectè
dicitur exemplaris.¶ Licet autem in hoc conueniant pupillaris
& exemplaris:in multis tamen dissimiles poterūt inueniri : quia
exemplaris etiam puberibus fit:sed pupillaris tantum impuberi
bus Item pupillaris fit vsque ad certum tempus, puta usque ad
14.annos in homine:12.in muliere: necultra extenditur. & sic ci-
tra arctari possit,Inst.de pupil.subst.§.masculo.ff.de vulg.subst.
in pupil.& l.si ita quis substituerit. exemplaris autem in incertū
tempus porrigitur.Itē in pupillari quilibet substitui potest,sicut
in vulgari.In exemplari autem certę personę tantum:puta soror
& frater:& potissimè filii,si supersint.C.de impub. & alijs substi.
humanitatis. Cessat hæc exemplaris, & expirat furore cessante.
vt in eadem l.humanitatis.Inst.de pup.subst.§.qua ratione. ff.de
vulg.subst.l.ex facto.Sed quid, si habet dilucida internalla? Pōt
dici, ꝙ si habet tanta, ꝙ testamentum facere possit, secundum
leges.C.qui testam.fac.poss. furiosum.euanescit substitutio.& si
non fecerit,& imputet sibi, non euanescit. quod sæpius cogita-
tio potuit euitare.arg.ff.ad Velle.senatusco.si mulier. ff. de reg.
iur.quòd quisque ex culpa sua damnum patitur:uel dic, si fece-
rit testamentum euanescit, ne habeat hæredem, quem habere
nollet:& ut liber testandi sit stylus. C. de sacrosan.eccl.l j. quòd
si non fecit,nec potuit durat substitutio. argument.expressum.
C.de cur.furi.cum illis.C.de legi.quod fauore.ff. de lib. & post-
hum.cùm quidam.nec obst. superioribus legibus,quia intelligi
possunt de illo furioso, qui continue laborabat : & est plenius
liberatus:in illo autem qui habet dilucida interualla, est eadem
ratio quæ not.s̃.eo.versic. ratio enim si intestatus decedat ven-
dicat sibi locum.hoc videtur de mente, quicquid innuant ver-
ba:mens autem sequēda est.ff.de excu.tu.in l.Græca, scire opor
tet §. aliud postmodum. ¶ Breuiloqua verò dicitur substitutio,
quæ his verbis fit, Adiectam & Alterocham filias meas impu-
beres mihi hæredes instituo, & ipsas sibi adinuicem substituo.
Hęc inquam breuiloqua dicitur, quia sub breuibus verbis qua-
tuor cōtinet substitutiones:duas scilicet,in personam cuiuslibet.
videor enim dixisse,quod si alterutra non erit hęres,uel in pupil
lari ætate decedat,alterutra sit hæres:quæ etiam ideo reciproca
dicitur,quia reciprocando in personam,siue ad personam vtri
usque extenditur ff.de uulga subst.iam hoc iure. ¶ Compendio
sa autem substitutio appellatur illa, quæ magnum compendiū
verborum siue magnam comprehensionem temporis habet. vt
si dicatur : Adiectam filiam meam mihi hæredem instituo: &
quandocunque decesserit, Alterocha hæres esto. & hoc si fiat à
milite pupillo, vel non pupillo, iure directo valet, quandocun
que institutus decedat:ut patet C.de testam.mili.in testamento.
ff.de mili.testa.in fraudem.§.miles.& l.miles ita hæredem.§.j.ni
si miles hanc substitutionem proprio filio fecerit, cuius mater
est in medio.quo casu iure fideicom. ualebit, si filius pubes fa-
ctus decedat. C. de impub. & aliis substitu. precibus. Quòd si
paganus eam fecerit per uerba superiora, & pupilla & in pupil-
lari ætate decesserit,substituta iure directo admittitur, & mater
omnino repellitur:sed si pubes moriatur, substituta nullatenus
admittitur : sed venientes ab intestato in totum succedunt. ff.
de vulga.substitu.verbis ciuilibus. aliàs incipit, his uerbis. & l.
in pupillari. & l. centurio. Quid si testator dixerit, Quandocun
que decesserit Adiecta,eidem substituo Alterocham.tunc licet
directè non ualeat, indirectè tamen ualebit : quia hæc verba ad
fideicommissum trahentur.ff.ad Trebel.Scæuola. & argument.
C.de instit. & subst. generaliter. & quia hæc interpretatio rem
omni tempore valere suadet : ff. de rebus dub. quoties. & l. vbi.
& l. cùm in testamento. ff. ad Treb. cogi. Idem si dicat, Si sine
liberis decesserit, talem sibi substituo. nam & hæc trahitur ad
fideicommissum. j̃. eodem. Raynutius. §. postmodum. Item
si dixisset, Volo quòd hæreditas perueniat ad Alterocham.
ff.ad Trebel.hæredibus.§.j.quia nec interest, utrum dicat, Vo-
lo, vel rogo, uel mando. Instit. de sin. rebus per fideicom. reli.
§.fin.C. communia de le. omne uerbum. Vbi autem in his casi-
bus mater ab intestato admittitur, bona restituit; Falcidia detra-
cta. ff.

ADDITIONES.

a Obliqua dicitur illa. ¶ Adde Phil.Fran.in repe.c.si pater.de test. lib.6.
b Alia vulg. ¶ Adde an ista fiat per uerba affirmatiua. vide in l.fi. & ibi Bar.
& Bald.C.de hæred.insti.in l.si Titius,ff.eod.Bartol.in l. j. in 3. q. de vulg.
& pupil.
c Alia pupillaris. ¶ Adde an ista substitutio pupillaris expiret, si alter ex
duobus pupillis fiat pubes viuo testatore. vide per Bald. in l. in testamen-
to.de testa. mili. Bald.in l.impuberum.C.de impu & aliis substit. & in l.in
pupillari.ff.eod.
d Alia exemplaris. ¶ Adde Bar.Bal.& Do.in l. humanitatis. C. de impub.
& aliis subst.Bar.in l.ex facto.de vulg.& pupil.
e Vulgarium. ¶ Adde Paul. de Cast.in l. Gallus.in §.quidam.in 2.col. ff.de
lib.& posthum.

ćta.ff.de vulg.ſub ſt.cohæredi.§. cùm filiæ. ¶Vnum not.tamen circa materiam, quòd in expreſſa pupillari ſubſtitutione, & in breuiloqua repellitùr omnino mater, & ſubſtitutus admittitur. ff.de vulg.ſubſt.Lucius. In tacita autem pupillari non repellitur mater, etiam in teſtamento militis. C. de impub. & alijs ſubſti. precibus. ſiue mater vnà cùm impubere fuerit inſtituta. C. de inſtitu.& ſubſt.l.fin.ſiue non. C.de teſta.mili.in teſtamento.licet Pla.dixerit tacitam pupillarem contra matrem admitti, niſi vbi ipſa vnà cum impubere hæres fuerit inſtituta. vel diſtingue vtrū extraneus vulgariter ſubſtituatur impuberi, & tunc tacita pupillaris non admittitur contra matrem, an ſubſtituatur impuberi frater eius.& tunc mater repellitur, quia eſt veriſimile, quòd in hoc caſu voluerit teſtator vxorem ſuam impuberis matrem alio filio ſuo præferri. C.de impu.& alijs ſubſt.cùm quidam.

23 Ad quid hæres teneatur.

† Ad totum id quod defunctus tenebatur: quia hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit. ff. de regulis iuris. hæreditas. habita tamen diſtinctione vtrum fecerit inuentarium, necne. vtrum adierit hæreditatem, necne. quod ſolius animi eſt. ff.de acqui.hære. pro hærede. Bene dixi, Defunctus, quia hæreditas viuentis nulla eſt.ff. de acqui.hære.qui:hæreditatem.& l.neminem.quod dic vt not.ſ.de conceſ.præb.nec ex die, vſque ad diem rectè datur: vt ff.de hæred. inſtitu. hæreditas. niſi in milite aliud dicatur, vt notat ſuprà eodem. §. quot ſint. ſub §. teſtamentum militare. verſicul. & aliud priuilegium. Tenetur etiam hæres voluntatem defuncti adimplere, vt patet ex ſequentibus. eſt enim vltima voluntas adimplenda. 12. quæſtio. 2. vltima voluntas.& notatur ſ.eod.§.1.

Tenetur autem hæres,

ſiue filius ſit, ſiue extraneus ad omnia debita defuncti ſoluenda: ſiue ſint ex contractu, vel quaſi, maleficio, vel quaſi, ſiue res pro qua debitum fuit contractum ad ipſum hæredem peruenerit, ſiue non: ſiue lis cum defuncto conteſtata fuerit, ſiue non.& hoc de iure canonico. 16. q. 6. ſi epiſcopum. ſ.de pig.ex literis & de ſolut.c.1.ſ.de ſepul.c.fin.j.de vſur. tua nos. j.de rapto.in literis. j. de ſent. excom. à nobis.2.in fi.arg. ff.de condi.fur. ſi pro fure. §.condictio. ſm Vinc.& Laur.Io.licet Ala.diſt.in maleficijs, vtrum lis fuerit conteſtata, vel non. p l.C.ex deli.defunct.l.vnica. Quid ſi non ſufficit hæreditas ad debita perſoluenda? diſtin.ſecundum leges, vtrum fecerit inuentarium:& tunc non tenetur vltra vires hæreditatis: vel non fecerit,& tunc tenetur.C.de iure delibe.ſancimus.& idem videtur ſecundum ius can.inf.eod.Rayn.§.penul.in fin. In iudicio autem animæ non puto quòd teneatur, vltra quàm ad ipſum peruenerit de ipſa hæreditate: quamuis ſibi imputari poſſet, quo ad detractionem Falc.faciendam, vt not.ſ.eod.ver.& hoc ſi inuentarium. Sed cui debet primo ſoluere hæres uel creditoribus, uel damna paſſis, vel legatarijs? Et quidem creditoribus primò ſatisfieri debet: ſecundò, damna paſſis in foro contentioſo: & hoc inſolidum, ſine aliqua detractione: tertiò verò, legatarijs, & alijs, qui lucratiuam cauſam proſequuntur, detracta Falcidia, ſi neceſſe fuerit de legatis, quia in illa grauari non potuit: vt not. ſ.e.§.quis ſit effectus.ſub §. proponitur querela. ver.item olim agebat.& ſeq. & iunge quod not. ſ.de ſolu.ſub rub.de obl.ver. quid ſoluatur.Et hoc, ſi inuentarium fecit: ſi verò non fecit inuentarium, etiam in vtroq; foro tenetur inſolidum ipſa legata ſoluere, in quantum hæreditas patitur: nam vltra non tenetur in iudicio animæ: vt not. ſ.eo. verſ. quid ſi non ſufficit.& ſic etiam poteſt intelligi quod ibi dictum eſt de inuentario. Sed & primis creditoribus primò ſatisfieri debet, ſecundò ſecundis.& ſic per ordinem. ſecundum ea tamen, quæ not. ſ de pign.§.qualiter contrahatur. ſub §.conuentionalium. vt ſcilicet priuilegiatorum ratio habeatur. & hoc, ſi ſimul veniant creditores & legatarij: nam ſi ſeparatim, liberatur hæres ſoluendo per ordinem cuilibet venienti: dum tamen ſit ſine dolo: quia ſcilicet non eſt facti conſcius, nec aliquid de hæreditate ſubtraxit: in quo caſu in duplum tenetur reſtituere id quod celauit: aliàs de proprio non tenetur ſatisfacere ſecundò venientibus: quamuis in iure potiores eſſent, qui tamen & aduerſus creditores poſteriores uel legatarios, quibus iam ſatisfactum eſt habent actionem, & nihilominus contra hæredem, ſi penes eum aliquid de hæreditate remanſit, deductis tamen expenſis omnibus neceſſarijs, quas occaſione hæreditatis fecit, ſiue circa funus, ſiue cauſa inuentarij cōficiendi, uel alia conſimili: & breuiter, ſicut non facit lucrum, vbi hæreditas ſoluendo non eſt, ita eſt & ab omni grauamine releuandus. probantur omnia hæc. C. de iure delib.ſcimus. C.depo.l.fin.C.de condic.l.fin.§.penult.ff.ad Trebel.l.1.§.fi.de dona. cauſa mortis.& ſi debitor. ff.de his quæ in frau.cred. qui autem. §.ſciendum. Licet autem obligatio hoc modo tranſeat ad hæredem, pœna tamen periurij, vel voti fracti, vel quodlibet aliud, quod ex ſua vi vel forma perſonā ſingularem non poteſt excedere, ad hæredem non tranſit. ſic intellige iura poſita ſ.eod.ſub §.reſponſo primo. & 7. quæſtion.1.denique. ſ. de iureiurando. veritatis.& quod notatur j.de voto.§.& vtrum à voto. ver.ſed nunquid hæres. Quid ſi plures ſint hæredes, nunquid quilibet creditoribus inſolidum obligatur? Dicas quòd non, ſed proportionabiliter tantum.ut patet in his, quæ no. ſ.eo.ver.quid ſi non ſufficit & probatur C. de hær.act.l.1.& 2. Excipiuntur caſus, in quibus quilibet inſolidum aliquando, non pro portione hæreditaria obligatur. Primus eſt, ſi aliquod indiuiduum eſt in obligatione ff.de verb.obliga.in executionibus. Secundus eſt, ſi res quæ reſtitui debet ab vno, inſolidum poſſideatur. C.de hæred. actio.l.2.ff.commod.ſi mihi.§.hæres.in his enim caſibus tenetur hæres inſolidum. Tertius eſt, ſi alimenta legata ſunt. nam tunc pro voluntate defuncti vel iudicis peti poſſunt ab vno inſolidū, vel à pluribus pro partibus deſignatis.ff.de alimen.leg.l.3. Quartus eſt, ſi teſtator ab vno hæredum legauerit creditori hæreditario animo compenſandi. tunc enim ille hæres vſq; ad quantitatem debiti, onus legati ſuſtinebit.ff. de legatis.2. cum ab vno. Quintus eſt in expenſa funeris vxoris, quæ non tantum adſtringit hæredes pro hæreditarijs portionibus, ſed etiam vtrumq; p portione, quæ ad eum peruenit de dote ipſius vxoris. Verbi gratia, peruenerunt ad eum centum: ducenta ſunt in hæreditate, ipſe pro tertia, hæredes pro duabus obligantur. ff.de reli. & ſum. fune.quoties.& l.veluti. Quòd ſi hæres pupillus ſit, nūquid prætextu pupillaris ætatis differenda eſt ſolutio creditorum? Quòd non, dummodo tutorem habeat: vt C.de hęred.act.ſub prætextu.ſi tamen tutor ſoluit debitum, quod non debebat ſolui reſtitutio competit.C.ſi aduer.ſol.l.1.& 2.& iunge quod no ſ.de ſolu.§.cui facienda ſit. Quid ſi hæredes vel executores teſtamenti ſoluere, vel clamores emendare differunt, denarios teſtatoris in proprijs negotijs expendentes? Dic ꝙ per locorum epiſcopos ad ſatisfaciendum, & volūtatem defuncti adimplendam moni tione præmiſſa ſunt, etiam ſi teſtator, hoc prohibuerit, compellendi: ut not.inf.eo.§.ſeq.reſp.1. Quid ſi quis rem alienam legauerit, nunquid tenetur hęres ipſam præſtare? diſtingue vtrum teſtator ignoraret ipſam rem alienam eſſe, & tunc non tenetur hęres niſi fortè is cui relinquebatur, eſſet perſona coniuncta: puta vxor, vel alia, cui erat de ſuo tantundem relicturus: quia tunc tenet legatum. C.de legat. cùm alienam rem. vel niſi res aliena eſſet hæredis: quia tunc tenetur hęres. ff de legatis. 2 vnum ex familia.§.ſi rem tuam. Quòd ſi quęſtio ſit inter hæredem & legatarium de ſcientia teſtatoris, legatario incumbit probatio, vt ſcilicet probet teſtatorem hoc ſciuiſſe. Inſt. de legat.§ quod autē diximus. Sed quid ſi is, cuius eſt res, non vult ipſam vendere: vel vult, ſed pro magno & pro graui precio? tunc tenetur hęres officio iudicis præſtare iuſtam ęſtimationem. ff.de legatis. 3. non dubium.§.fin.& l. fideicom §.ſi ſeruo.ff de lega. 1. apud Iulianum.§.conſtat.& l.ſi domus §.2.niſi fortè ſit res, cuius commercium non habetur: ergo ſi res eccleſię legetur, nullum eſt legatum.arg.ff. de legat. 1. apud Iulia.in fin. & ſ.de rebus eccle. non alien.c.2.& eſt expreſſum inf.eod. filius. ſed hic cadit alia diſtinctio, vt not.Inſtit. de lega.§.non ſolùm.& ſeq. Verum ſi eadem res in duobus teſtamentis legetur, & ex primo conſequatur qs ęſtimationē, ex alio res nihilominus peti poteſt: ꝙ ſi res habita ſit, ex reliquo nihil debetur: due enim cauſę lucratiuę in eundem hominem & eandem rem concurrere non poſſunt. Inſt.de lega.§.ſi res aliena. Hoc ſecundum leges, nam ſecundum legem diuinam, ſecundum quam debemus viuere, tale legatum non videtur valere, ut expreſſim innuitur inf. eod. filius noſter Fauſtinus: ſed certè non obſtat: quia illę res erant cuiuſdam eccleſię, in quibus legatum non tenuit, vt no.ſ.eod.ver.ſed quid ſi is, cuius. ſed & in alijs rebus legatis intelligi poteſt, quando hęres egens remaneret, ſi redderet, vel precium ſolueret.arg.ff.de condi.indeb. nam hoc natura.nec enim debent eſſe viri eccleſiaſtici exactores importuni in graue pręiudicium aliorum: quibus potius debent de ſuo in ſuis neceſſitatibus ſubuenire.j de cenſi.ex parte Compoſtellani.16.q.1.c.fin.81.diſtin.per totum.17.q.4.quiſquis.licet autem viri eccleſiaſtici in his magis adſtricti ſint: puto tamen & laicos ad hoc teneri.arg.j.de cenſi.licet.86. diſtinctio. non ſatis.nam & ad ipſos extenditur ratio decre.ut patet j.eod. filius.in fine.& 14.quæſtio.6.ſi res.

24 Et per quē cogatur

† voluntatem defuncti adimplere. Reſpondetur, per epiſcopum in pijs cauſis, & intra annum à tēpore monitionis numerandū: quo elapſo, ipſemet epiſcopus exequetur, & omnes fructus hęredibus interdicet. j.eo.nos quidem.& cap.ſi hęredes.ff.de petitio.hęredi. ſi hęreditas.§.ſi defuncto.C.de epiſcop. & cler.nulli.& l ſi qs ad declinandā. etiamſi teſtator interdixit, ne epiſcopus intromitteret ſe.vt inf.e.tua.& in auth. de eccle.titul.§.ſin autem pro redemptione.coll.9 & creditoribus faciat ſatisfieri, ſicut teſtator

præcepit. j. eodem. Ioannes. quod potest intelligi secundum ea quæ notan. s. eodem. §. qualiter conficiatur. versic. fallit etiã in ecclesia. publicatio autem secundum leges ad ecclesiam, non pertinet C. eod. consultat diualia. Et no. ꝙ si relinquat aliquid testator ecclesiæ beatæ Mariæ, & sunt diuersæ ecclesiæ, eiusdem nominis, pauperiori dabitur: in auth. de eccle. tit. §. si quis in nomine magni Dei. coll. 9. si non apparet pauperior. episcopus, cui voluerit, poterit gratificari. ff. de relig. & sumpt. fun. l. vlt. & de hoc dixi j. eo. tua.

25 a **In summa not.** † ꝙ clericus de ecclesiasticis[a] testari non põt, seu de profecticijs: secus de quasi castrensibus. j. eo. c. j. & ij. & c. cùm in officijs charitatis. & de duob. seq. & no. s. de pecu. cler. §. quot sint. & §. qui clerici. & de donat. §. quis possit: & §. & quid. Et si clericus intestatus[b] decedat sine hæredibus, qui venire possunt ab intestato, ecclesia cui seruierat, omnia debet habere[c]. Quid autem nomine ecclesiæ intelligit, qualiter bona diuidi debeant, si erat beneficiatus in diuersis eccle. vide j. eo. relatum. & c. requisisti. & de his quæ not. j. tit. j. § qualiter ecclesia. Et not. ꝙ si aliquid relinquat clerico ab extraneo vsq; ad quartum gradum, & clericus administrationẽ habebat, præsumitur esse relictũ intuitu ecclesiæ, non personæ, aliàs intuitu personæ. C. de episco. audien. auth. licentiã sed si administrationem non habet, à quocunq; relinquitur præsumitur relictum intuitu personæ. est tñ præsumptio iuris tñ in

26 vtroq;, vnde recipit probationem in contrarium. † Qualiter autem relicta petantur ab episcopo, & à quo, & qualiter diuidi debeant inter episcopum & canonicos, distin. vtrum relinquatur episcopo tantum. & tunc si sit relictum ab illo qui attinet sibi quarto gradu, suum est præcipuum, nisi obtentu ecclesiæ probaretur esse relictum. C. de episc. & cleric. in auth. licentiam. j. eodem. requisisti. §. si verò relinquatur illud episcopo. & quod ibi dicit vt vita: subaudi, nec in morte, nisi decedat ab intestato, nec habeat successorem: ut not j. titul. 1. §. qualiter. & eodem modo intellige §. fina. & c. requisisti. ibi, potest in vita eius. Si verò ab extraneo, & dicit testator, quòd nolebat quòd aliquid communicaret cum ecclesiæ cathedrali suum similiter præcipuum erit. j. eo. requisisti. resp. 1. versic. & hoc vel est Nec obst. 12. q. 3. pontifices. vbi innuitur, quòd episcopus semper debeat commmunicare relictum cum ecclesia: etiam si separatim relinquatur: quia illud verum est, quando non dicit testator quòd illud uelit ad episcopum tantum non ad ecclesiam pertinere: ut infrà, eodem. requisisti. §. nec est contrarium. Quod si hoc non dixerit testator, debet viriliter diuidi inter capitulum & episcopum, vt j. eodem. requisisti. respon. 1. ab illo versi. si ab extraneo. usque ad versic. si quemadmodum. Vbi autem tantùm eccle. cathe. relinquitur, indistinctè inter eos uiriliter diuiditur, & si testator contrarium dixerit: quia nõ potest immutare generalem constitutionem can. 10. q. 1. si quidam. 16. q. j. ad hoc. 7. q. 1. scire sic loquitur j. eodem. requisisti. respon. 1. versic. quemadmodũ. & versic. secus autem. Verùm si episcopo & eccle. coniunctim legetur, semper inter eos uiriliter diuiditur, nisi diuisione facta per testatorem. quod satis decens est, vbi nulla fraus cõmittitur, nec alteruter parte sua nimium defraudatur, velint esse contẽti. j. eod. requisisti. §. si relinquatur. De relictis autẽ aliarũ ecclesiarum vel capellarum, vel aliorum piorũ locorũ totius dioec. non capitulum, sed episcopus, qui habet de iure communi semper canonicam portionem exigit, nisi legatum, ꝙ sine fraude contentus iussus est, scienter approbauerit vt j. eo. requisisti. §. secus est. & c. officij. Sed & vbi non eccle. nec habenti administrationem, sed alicui canonico, vel simplici clerico, vel alij, qui põt habere proprium, aliquid relinquitur sine fraude, nulla de tali relicto portio canonica exigetur, vt j. eod. requisisti. §. fina. Sed quæ est ratio, ꝙ de relictis personæ non habeatur, de relictis verò occasione ecclesiæ, vel pij loci, habeatur canonica portio[d]: quia in primo casu relictum carnale reputatur, vnde potius patri carnali competere debet, in secondo spirituale. argum xxiij. q. j. loquitur. i deo patri spirituali debetur. & Adde, quod notat j. de sepul. §. vetus. §. j. ver. itẽ cùm pater. sicut ẽt singulares, siue personales voces nõ faciunt canonicam electionem, sed vniuersalis tantùm: vt s. de elect. in Genesi. sic non personalia relicta: sed tantũ vniuersalia, seu collegiata, vel ecclesiastica, inducunt canonicam portionem. & Adde qđ not. s. de elect. §. vbi Et vtrũ episcopus possit habere sibi ꝙ relictũ est à testatore, & nihilominus de alij. relictis portionẽ suam statim, not. & traditur j. e. officij & not. j. de sepul. sub § vetus est quæstio. Et no. ꝙ aliena nõ possunt legari de canonica æquitate. j. e. filius ꝙ dicut not. s. e. §. proxi. ver. quid si quis rẽ alienam. & seq. Itẽ de relictis ad perpetuũ diuinum cultum. 7. 20. 30. non põt episcopus exigere suã canonicam portionem, nisi in fraudem factum esset. j. e. c. fi. qa fraus & dolus, & c. j. eo. officij. in fi. Et si quis aliquã testari prohibeat, ab eius erit hæreditate repellendus. Cod. si quis. aliquem testa. prohib. l. 1. & 2.

ADDITIONES.

a Clericus de ecclesiasticis. ¶ Adde Io. de Imo. in c. fi. in 2. col. de præben. & an valet cõsuetudo ꝙ clericus posit testari de fructibus perceptis, & quid de percipiẽdis, vide p Arch. in c. 1 2. q. 5. in summa. Spe. in tit. de stat. mon. ver. 63 Ant. de But. in c. relatum. el. 2. de testa.

b Si clericus intestatus. ¶ Adde quid si tales non habet nec cõsanguineos, nec ecclesiã, quis succedit, vide per Abb. in c. in præsentia. in recollectis. de proba. qui dicit se vidisse de facto, Abb. in c. quia diuersitatem. in fine de conces. præb. Abb. in cap. excommunicamus. el. 1. de hæretic.

c Ecclesia cui seruierat. oĩa debet. ¶ Adde ꝙ hoc limitatur, si ecclesia collegialiter cõmiteret ingratitudinẽ cõtra talẽ: quia hoc in casu ecclesia nõ succedit ab intestato, etiam si non extant consanguinei, de quo allego gl. fi. in c. fi. de post. quàm ibi sequitur Ant. de But.

Vel pij loci habeatur cano. portio. ¶ Adde Abb. & Ioan. de Imo. in c. officij de testa. Ant. de But. in c. 2. de testa. Bal. in l. orphanotrophos. in fin. C. de episc. & cler.

De Successionibus ab intestato. Rubr.

SVMMARIA.

1 *Intestatus quot modis quis dicatur.*
2 *Ecclesia qualiter succedat clerico morienti. Et in quibus, rebus. nu. 3.*
3 *Hæreditas qualiter deferatur iure agnationis.*
5 *Linea descendente deficiente quomodo admittatur linea ascendens.*

Dictum est suprà de successionibus ex testamento: sed quia multoties homines intestati decedunt: videndum est de successionibus ab intestato. notandum igitur, Quot modis dicatur, quis intestatus, Qualiter ecclesia morienti clerico succedat, Et in quibus rebus, Et qualiter deferatur hæreditas iure cognationis, vel agnationis.

1 a **Quot modis dicatur† quis intesta**tus,[a] Quatuor, si nullum omnino fecerit testamentum, vel fecit non iure: vel iure fecit, sed postea ruptum: vel hæres noluit hæreditatem adire: ut in auth. de succ. ab intest. in prin. col. 9.

2 **Qualiter ecclesia † morienti cleri**co succedat? Rñdeo, si nõ supersint agnati, vel cognati. nã hi potiores essent in successiõe. xij q. v. c fin. in fin. & c. vlt. § sed si episcopus. xij. q. fi. c. vl. & q. 3. quicunq;. ar. C. de hæreditati. decurionem. vel nauicula. l. j. ij. & iij. & per totũ. Instit. de succ. lib. §. sed nostra sic intelligitur j. eod. c. j. Itẽ vxor clerici ecclesiæ præfert. l. C. de episcop. & cler. si quis præsbyter. & C. vnde vir & vxor. l. vnica ergo in subsidiũ succedit ecclesia. vt s. ti j. reqsisti. & c. relatũ xij. q. v. c. fina. Et hæc locum habent, quando apparet quantum & quotum erat peculium clerici: qa seorsum posuerat. xij. q ij sint manifestæ de hoc not. j. de pœnit. §. quot sint. & seq. & §. 1. Si verò peculiũ cõfusum erat peculio pfecticio ecclesiæ, & dubitetur, vtrum proprium habuerit, præsumitur p ecclesia, ꝙ non. & sic totum occupat ff. de reb. dub ciuibus. 12. q. 3. quicunque. s. de pecu. cle. c. 1. 2. & 3. Sin autem dubitetur de quo, vel de quanto. certum tñ erat, ꝙ aliquid exterius acquisierat. debet diuidi totum peculium in quatuor partes: quarum vnam habet episcopus, alteram ecclesia, cui seruierat, tertiã pauperes: quartã parentes, si idonei sint: vt j. eod. sancto. Sed si parentes non sunt idonei: puta quia hæretici, 23. q. 2. sanè. j. de hæret. si episcopus. iu vtilitatem ecclesiæ conuertatur: vt in dicto c. sancto. Sed quidam intelligunt. ꝙ ca. sancto. habet locum in ecclesijs collegiatis. alij, quòd in presbyteris quondam seruis, nec erant parentes idonei, cũ serui essent, & sic sibi nihil acquirere possent. Insti. per quas perso. no. acq. vnde qđ dicit Idonei, intelligendum est, scilicet quia habet consanguineos manumissos Item videtur, ꝙ ecclesia succedere debeat sacerdoti quondam seruo ecclesiæ: qa nullus proximior heres nobis est, quàm his qui nos Deo cõiunxit. vt j. de pœn. presbyt. s. de ser. nõ or. de famulis s. de reb. eccl. non alien. consensus. & c. episcopi. Quid, si quis clericus intestatus decedat, qui beneficiatus erat in diuersis ecclesijs? Dicas, ꝙ si cognati deficiãt, & propriũ suum peculium certum est. nam occasione eccle. acquisitũ deberet illud inter ecclesias pro rata distribui: vt habebat xxx. lib. etiã morte, & in vna eccl. percipiebat 40.

ADDITIO.

a Dicatur qs intestatus. ¶ Adde an quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vide in l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Bal. in l. i. in 5. q. in prin. C. de sacrosanct. eccl. e Pau. de Castr. in l. cum duob. in 1. not. C. de inoff. test.

bat.40.lib.in reditibus in alia 20.prima habeat 20.lib.de 30.& ſecunda.10.ſ.tit.1.relatum.2.§.fina.Sed quid continetur nomine eccle.[a] nunquid epiſcopus, vel congregatio? Et certè is à quo beneficiatus erat, vbi eccleſiam, vel certum officium non habebat.aliàs ſucceſſor nomine eccleſiæ continetur: vt not.ſ.tit.1.relatum.2.§.nomine.& c.requiſiſti.§.fin.12.q.2.de laicis.ſ.de offi.ord.cùm vos.in fin.j.eodem.c.fina.ſ.de pec.cle.c.fina.ſ.tit.1.cùm in officiis.Ideòque rector eccl. bona prædeceſſoris habere debet, non eccl. patro. multo minus patronus laicus.j.de ſta.mon.in ſingulis.§ fina.j.de iure patro.præterea.quia nec epiſcopus hoc occupare debet.aliàs furti & latrocinij crimine irretitur.10.q.2.c.fina. Sed ſi inter eccl. & cognatos vertitur quæſtio ſuper bonis, ſi eccleſia poſſideat, præſumptio eſt pro ipſa.& ſic poteſt intelligi quod not.ſ.eo.ver.ſi verò peculium.ſi verò cognati poſſideãt, neceſſe habet eccl. probare intẽtionẽ ſuã, vt ſic cõmodum poſſeſſionis nemini auferatur.12.q.5.nulli.C.de rei vend.l.vlt ff.de rei vend. is qui deſtinauit.& eſt opt.arg.j.e.c.fin.

3 **Et in quibus rebus.** † In ꝓfecticiis indiſtinctè: cũ de his teſtari non poſſit: quod dic, ut not.ſ.tit.1.§.vlt.ſub §.in ſumma.& quaſi caſtrenſi.cum diſtinctione præmiſſa.de hoc.ſ.de donat.§.& quid.& de pec.cler.§.qui clerici.& ſeq.ſi tamen clericus promoueatur ad eccl.nihil habens prima facie, præſumitur ꝙ intuitu eccl. acquiſierit qcquid habet.ſ.de pec.cler.c.1.2.& 3.ergo in quaſi caſtrẽſi ſi non facit teſtamentum, vel facit, & nõ valet, ut quia furioſus erat, eccleſia, cui ſeruierat, deficientibus cognatis & agnatis, ſuccedat, & epiſcopus nomine eccl.agere poterit.j.eodem.c.vlt.quamuis non ſit ſponſa: vt ſ.de teſtam. requiſiſti.§.vlt.& illud notandum, quòd ſi quis aliquem teſtari prohib. ab eius hæreditate repellitur: vt C.ſi quis aliquem teſtari prohib.l.3. vxor tamen maritali ſermone poſtremum iudicium viri prouocare poterit: vt C.ſi quis alium teſta.prohi.l.vlt.

4 **Et qualiter deferatur † hæreditas iure agnationis.** Primò ſuccedunt deſcendentes: ſecundò aſcendẽtes, vnà cum fratribus: tertiò collaterales proximiores: vt in authen.de hær q̃ ab inteſt.veni.& vt fratrũ filij.& C.de ſuis & legi.authen.in ſucceſſione.& auth.defuncto & ad Orficianum.auth.ceſſante.& auth.poſt fratres, omnibus his deficiẽtibus, vxor ſuccedit.C.vnde vir & vxor.l.vnica.poſtremò fiſcus.C.de bo.vac.l.j lib.10.hoc, niſi pactum vel cõſuetudo præiudicet.Quid ergo, ſi ſit de conſuetudine terræ, ꝙ mortuo homine ſine filio, dominus terræ totum occupet? dic vt not.j.de na.ex libe.ven.verſic.fin & iunge quod not.j.qui fil.ſint legit.§.ãn vtrunq; genus ſuccedat.In ſumma no. ꝙ non videtur decedere inteſtatur, vel ſine liberis, qui eccleſiã reliquit hæredẽ.ſ.de proba.in præſentia.in authen.de ſanct.epiſc.§ ſed & hæc in præſenti.col.9.

Circa ſucceſſionem autem ab inteſtato multa iura inueniuntur: qa quæ non tenent, non multum expedit recitare.Ad ius autem nouiſſimum accedentes primo tractabimus de ſucceſſione deſcendentium, ſecundo, de ſucc.aſcendentiũ: poſtremò; de ſucceſſione collateraliũ. Sciendũ eſt igitur, ꝙ in ſucceſſione ab inteſtato potior eſt cauſa deſcendentiũ, videlicet ſi ſuperſint.vñ.ex libro auth.de hære.ab inteſtato §.ſi quis igitur.coll.9.elicitur auth.poſitũ C.de ſuis & legi.li.in quo ſic habetur.In ſucceſſione mortui patrisfam.ſeu filijfam.liberi eius ſi ſint, omnibus alijs prælati, ſuccedũt.primi qdem gradus æqualiter ſuccedũt, nepotes, & vlteriores in ſtirpes, nõ diſtinguẽdo ſexũ vel iura poteſtatis, ſed naturali cauſa ſola inſpecta. *Filijfam*. ſic ſecundum hæc iura noua filiusfam.ſucceſſorẽ habere poteſt: aliud ſecundũ antiqua iura, ſecundũ quæ pater oĩa iure peculij occupabat.ff.de caſtrẽſi pecu.l.j.& ij niſi fortè clericus eſſet.C.de epiſc.& cle.ſacroſan.ſed hodie non diſt.vt hic probatur.*Liberi*, ſcilicet legitimi & naturales, vel etiam legitimi tantum: ut C.de ſuis legi.libe.ſi te parens.& de adopt.cũ in adoptiuis.nec patitur hæc correctionem per fin.huius auth.vt ibi not.Quid de naturalibus tantùm? In totum ſuccedũt, ſecundum leges, ſi alij, non ſuperſunt.ſpurij verò nunquam ſuccedunt.C.de natura.liber.authen.licet.ff.vnde cogna.ſi ſpurius.in auth.quib.mod.natu.effi.ſui.§ fin.coll.vij.& quibus mod.natu.effi.legi.§.fin.coll.vj.& hæc vera ſunt, quo ad lineã paternam.Quod ſi agatur.de ſucc.matris, ibi veniunt ſpurij, & cum legitimis, niſi mater illuſtris ſit, ſecundum Laur.Cre.C.ad Orfic.ſi qua illuſtris.Inſt.ad Orficianum.§.nouiſſimè & ſi exheredentẽ à matre, cõpetit eis querela.ff.de inoffi.teſta.ſi ſuſpecta.§.de inofficioſo.Alij diſtinguunt vtrum ſpurius natus ſit ex tali coitu[b], de quo aliqua poſſet accuſari.l.Iul.de adulterijs, vel de ſtupro, & tunc non ſuccedit: vel ex tali de quo non admitteretẽ accuſatio, & tunc non ſuccedit: puta, quia publicè ſe proſtituit: tunc enim accuſare non poſſet.C.de adul.quę ad adulterium.& ſic intellexit Hug.ſupradicta iura.de hoc tamẽ ſpacioſius not.j.qui fil.ſint legi.§.an utrum que genus ſuccedat.*Prælati*: nã & hodie, & olim ſemper fuit & eſt potior cauſa deſcedentium.vt hic, & Inſtit.de hære.qualì.& diffe.§.ſui.& C.de leg.hæred.auth.defuncto.& de ſuis & legi.libe.ſi defunctus.& l.penult.& vlt. *In ſtirpes*. id eſt, in eã partẽ, quã parentes eorum habituri erant, ſi viuerent.vnde ſi quis ex vno filio vnicum nepotem ſuſceperit, & ex altero decẽ, vel plures, tm̃ capiet vnus ex parte vna quantũ decem ex parte altera.C.de ſuis & legi.libe.l.1.& 2.& Inſt.de leg.agna.ſuc.§.hoc etiam.hoc ſi tractetur de ſucceſſione deſcendentium, collaterales namque ſemper viriliter ſuccedunt, & hi qui eodem ſunt gradu, viriliter id eſt, pro æquis portionibus.vt in authen.de hære.ab in teſt.§.ſi verò.coll.9 ſiue in capita.C de leg.hær.l.fina.niſi in caſu.quando ſcilicet filij præmortuorum fratrum ſuccedunt patruis ſuis: quia tunc filij præmortuorum fratrum in ſtirpes ſuccedunt: ut C.de leg.hæred.authen.ceſſante.licet.aliqui dixerint, ꝙ ſemper in ſtirpes ſuccedunt.ſicut j.not.ſub §.viſo, verſic.quid ſi fratrum filij. *Sexum*. quia ſic ſuccedit mulier, ſicut & maſculus: nam vnius ſanguinis iure permanent.C.de leg.hæred.l.penul.neque debemus eſſe naturæ accuſatores.C.de libe.præter.vel exhære.maximum.reſpon.1.& §.1.Inſt.de legi.agna.ſucc.§.nos.verò legem.12.tab.& ſeq. *Poteſtatis*: quia ita ſuccedit emancipatus, ſicut ſuus.& hoc ſiue agatur de ſucceſſione ab inteſtato, vel ex in teſtõ, ſecundum quoſdam.dominus meus contra.& dicit, ꝙ non tantùm locum habet ab teſtato, olim enim emancipati non cognoſcebantur de iure ciuili, ut Inſtitut.de hæred.quę ab inteſt.defe.§.emancipati.& de exhæred.lib.§.emancipatos.& illud ſolũ corrigitur, quo ad ſucceſ.ab inteſta.ut hic: ſecus ſi agatur de ſucceſſione ex teſtamento: ut not.ſ.tit.1.§.qualiter infirmetur.ſub §.cùm quis facit teſtamentum.verſic.ſin autem filius non erat ſuus.Sed & olim aliæ differentiæ poterant notari inter ſuos & emancipatos, quæ nec hodie tolluntur, puta ſi quæratur de collatione facienda, ſicut not.C.de coll.filię.& l.ſi emancipati.Item ſuus acquirit patri, quo ad vſumfructũ, emancipatus ſibi inſolidum.C.de bon.quę.lib.cum oportet.& l.non ſolùm.Item ſuus non poteſt patrem regulariter vocare in ius.ff.de iudic.lis nulla emancipatus poteſt, venia tamen edicti petita C.de in ius vocan.l.fina.Item donatio collata in ſuum, nõ tenet ab initio, ſed in emancipatum facta, valet.C.de inoff.don.l.2.C.de dona.cùm de bonis.Item emancipatus condemnatur, inquantum facere poteſt.ff.quod cum eo qui in alien.pote.l.2.ſuus inſolidum, ff.de peculio.ſi quis cum filiofa.dic ergo, non diſtinguendo iura poteſtatis, ſubaudi agnatione, vel cognatione.& ſic eſt in corpore authen.& ſic hodie cognati admittuntur ab inteſtat.qui olim non admittebantur.C.vnde cogn.l.2.Sed nunquid per hoc corrigitur differentia, quæ olim aſſignabatur inter agnatos, ſcilicet ꝙ agnati ſuccedant vſque ad decimum gradũ: cognati verò vſque ad ſextum tantum: vt Inſt.de ſucc.cogn.§.final.dicas quòd ſic, ſecundum Azon.quia quo ad ſucceſſionem ab inteſtato, differenti eſt ſublata: vt ſ.not.quinimò ſecundum Pla.hodie ſuccedunt agnati & cognati in infinitum: quia hodie non attenditur, in quo gradu quis ſit: & hæc ſententia multis Dd.toleratur, & videtur in authen.corpore comprobari: vt & not.j.eodem.ſub §.viſo.verſic.quicunque gradu.hoc tamen intelligas, dummodo de attinentia fiat fides.hoc ideo dico, quia certum eſt, quòd ſaltem ex parte Adæ omnes ſibi attinent adinuicem: vt ſi hæc attinentia conſideretur, nullus ſucceſſore careret. *Sed ſola naturali cauſa inſpecta*, hoc adiecit dominus Irner.de ſuo.nec enim ſi voluas & reuoluas totum corpus authent.hæc verba ibi reperies: & debes ipſa ſic intelligere, quòd ſcilicet ſola naturalis cauſa tantum inſpiciatur.quia ſcilicet non attenditur, vtrum quis ſit agnatus, vel cognatus, ſuus vel emancipatus: ut ſuprà not.non ergo corrigitur, quin adoptiuus ſuccedere poſſit, ut not.ſ.eod.verſic.liberi.Item nec remouet, quin patronus ſuccedat liberto ſuo: vt Inſtit.de ſucceſ.li.ſuo.per totum.licet de ſuo ſanguine non ſit.Item nec propter hoc ſequitur quòd ſeruus ſuccedat cognato ſuo, licet eiuſdem ſanguinis ſint.ff.vnde cogn.l.1.C.com.de ſuc.ſeruus.neque dominus cognatis ſerui.vt ff.vnde cogn.l.1.

Sic vidiſti de linea deſcendenti:
5 † qua deficiente, eſt linea aſcendens admittenda: ut in authen.de hæred.ab inteſtato.§.hoc quidem.coll.9.ex quo elicitur authen.

ADDITIONES.

a Quid cõtinetur nomine eccleſiæ. ¶ Adde c.requiſiſti.de teſta.gl.in c.poſt electionẽ, de cõc.præb.Io.And.in regula.in iudiciis.de reg.iu.li.6.in mer.

b Spurius natus ſit ex tali coitu. ¶ Adde Dd.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legit.

then. positum. C. ad Tertul. in quo sic habetur. Defuncto sine liberis filio, parentes si soli sint succedunt, salua gradus prærogatiua: si pari gradu sint, pariter succedunt, paternis quidem dimidia, maternis verò alia dimidia delata, licet dispar sit eorum numerus. Sed si cũ parentibus fratres sororesve vtrinq; defuncto coniuncti supersint, vocantur cum ascendentibus in gradu proximo, ita vt viriles portiones faciãt, exclusa differẽtia sexus, & patriæ potestatis: vbi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. *Defunctio*, scilicet aliquo, vel aliqua, de cuius successione agitur. *Sine liberis*, bene dicit: nam si liberi superessent, omnes alios excluderent: vt patet in his quæ not. s̃. eod. sub §. proxi. versicu. sciendum. & sequent. *Salua gradus prærogatiua*: vt pater scilicet præferatur auo, si vterque supersit, & auus proauo: & sic de singulis. *Si pari gradu sint*, scilicet parentes, puta pater & mater. *Pariter*, id est, viriliter, id est, quilibet pro media parte succedunt: sed non pariter numero, vt sequitur. *Licet dispar sit eorum numerus*, id est, si ex vna parte est tantùm auus maternus, & ex altera auus & auia paterni, quantum habebunt auus & auia paterni, licet duo sint; tantùm capiet auus maternus, licet solus sit. *Sed si cum parentibus vtrinque*, id est, ex vtroque parente, scilicet sint fratres consanguinei, ex parte eiusdem patris, & eiusdem matris: secus si sit frater vterinus ex parte matris tantum, vel agnatus ex parte patris tantùm: quia talis excluderetur à parentibus in corpore authent. ¶Quid si supersint filij fratrum ex vtroque latere coniunctorum: admittentur vnà cum parentibus, sicut & patres eorum, si viuerent, admitterentur: vt in authen. ut fratrum filij. circa principium. Cod. de legit. hæred. authen. hoc cessante hoc secundum ius nouissimum. nam secundum authen. de hæred. ab intestat. §. sin autem cum fratribus. excludebat pater filios præmortui filij sui, & fratris defuncti: nec obstat uersus positus in dicta authen. cessant. ibi, quæ personæ ueniunt, &c. quia illa uerba non extrahuntur de authent. de hæred. ab intesta. sed de illo ut fratrum filij. ut j. not. sub. §. sequenti. uersicu. quæ personæ. *In gradu proximo*, id est, cum patre & matre, si supersint. aliàs auo & auia, & sic de singulis superioribus. Quid si habet fratres ex una parte, & auum & auiam ex superiori linea: nunquid auus succedet cum fratribus? Gosiani, id est, Mart. & eius sequaces, dixerunt, quòd non: imò præferendi sunt fratres. Cod. de suis & legi. liber. authen. in successione. posita. s̃. eod. sub §. proximo. uersicu. in successione. & ad hoc inducunt rationem naturalem: hãc scilicet, quia frater æquiparatur patri: at pater excludit auũ: ut in authen. ergo & frater excludit auum. argum ff. de diuer. & tempo. præscrip. de accessionibus. & j. eodem. sub § proxi. uersi. hi autem fratrum filij. & in authen. de hæredi. ab intestato. §. 2. Iob, uerò, Azo, & dominus meus contrarium. Nec obstat ꝙ hic dicit, *In gradu proximo*. nam proximus est, quem nemo antecedit. ff. de uerborum significa. proximus. nec obstat authen. in successione. quia intelligitur secundũ aliud authen. ut fratrum filij nec ualet argu. naturalis rationis inductum. quia uerum est, ꝙ pater excludit auum, si superst: porrò si pater non superst, quo excludetur, nec frater potest habere idem priuilegium, cùm ei non cõcedatur. arg. j. de priuilegijs. sanè uel fortè fallit hic illa ratio, Si uinco uincentem te, &c. sicut & in quibusdam alijs casibus, quos not. j. qui filij sint legitimi. § an utrunque genus succedat. uersi. quod autem dixi. & seq. *Sexus*, quia ita succedit fœmina sicut & masculus: ut not. s̃. eod. sub § proxi. uersicu. sexus. *Patriæ potestatis*: quia nec refert, utrum sit suus, uel emancipatus: ut notatur sub §. proxi. uersic. potestatis. Quid si pater sit naturalis tantum, nunquid ueniet ab intestato? sic, eadem ratione, qua filius patri. argu. ff. de inoffic. testamen. nam & si parentibus. & argumen. in authen. quibus modis natu. effic. sui. §. filium. col. 7. Et nunquid pater spurius succedet: dixit Pla. quòd sic. argu. contra, quia nec talis pater, uel filius nominandus est. Institut. de nuptiis. § si aduersus. & patet in his quæ not. s̃. eod. sub. §. proxi. uersi. liberi. *Vbi nulla secundarum nuptiarum fit mentio*. hæc uerba sunt domini Ir. sicut & illa, de quibus not. s̃. eod. sub. §. proxi. uersicu. sed naturali causa. & vult dicere, ꝙ pater & mater succedunt filijs, siue contrahant secundas nuptias, siue non: & sic corriguntur. Cod. de secundis nupt. fœminæ. & authen. ibi positum. & C. ad Tertul. mater. & in hoc uidetur ius canonicum concordare j. de secundis nupt. capit penult. & fina. Azo contrà, quod dic ut notatur j. de secundis nuptiis. §. ultimo.

Viso igitur, qualiter linea descendens

dens & ascendens admittitur, dicamus de linea collaterali. & est sciendum, ꝙ primò uocatur frater, & demùm alij. ut in authen. de hæred. ab intestat. §. reliquum. & seq. & ut fratrum filij. in principio. col. 9. ex quibus duobus elicitur auth. positum. C. de legi. hæred. in hæc verba: Cessante successione lineæ descendentis, & eius quæ sola sit ascendentis, uocantur primò fratres, fratrisque præmortui filij in stirpes. Dico autem de fratre eiusque filiis fratris, qui ex utroque parente contingunt eundem, de cuius hæreditate agitur. quæ personæ ueniunt, & siue defunctæ nunc personæ parentibus, & cum proximis gradu ascendentibus: & quidem defuncti fratris filius, & si gradu tertio sit, præfertur fratribus defuncti, qui ex uno tantũ parente cognati erant. In hac successione cessat omnis differentia sexus, & emãcipationis. ¶Post fratres autem ex utroque parente, & eorum filios, admittuntur ex uno latere, fratres sorores ue, cum quibus & filij eorum, si qui iam decesserint ex eis. Hi autem fratrum filij cùm pares sint defuncti fratribus, præferuntur proculdubiò eiusdem defuncti patruis, & aliis similibus. In his successionibus omnino cessat sexus & agnationis ratio. ¶Post fratres, fratrumque filios uocantur quicunq; gradu sint proximiores: ut pares in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum & fœminarum: sola namque cognatio spectatur in talibus. *Cessante*, &c. & eius quæ sola sit, hoc non est in corpore authentic. sed est adiectio Ir. sicut & illud quod notatur sub §. proxi. uersic. ubi nulla secundarum. & est planius, si hæc uerba remoueantur, hoc tantùm vult dicere, id est, cessantibus descendentibus, & ascendentibus: ut auth. de hæred. ab intesta. §. si igitur. unde expone, & eius, &c. scilicet, & cessante successione lineæ ascendentis, eius quæ sola sit, id est cessante, seu non existente patre uel matre, uel deinceps eius qui solus sit, id est, sine liberis decessit: & sic bene dicit ipsum sine liberis decessisse: uel dic, quòd ideo dicit sola: quia licet existerent ascendentes, & nõ soli, sed cum fratribus defunctæ personę ex utroq; latere sibi coniunctis, tunc omnes ei uiriliter succederent: vt not. s̃. eod. sub. §. proxi. Item ideo dicit solas: quia soli ascendentes, si non essent alij, succederent in stirpem. qualiter hoc intelligatur, not. s̃. eod. sub §. circa. uersi. in stirpes. Quid si fratrum filij non uocantur cum patruis suis, sed cum alijs fratrum: puta tres filij sunt ex uno fratre, unus ab altero, nunquid succedunt in stirpes, ut scilicet tantum capiat unus, quantum tres? uariatur: & dixit Azo, quòd non, sed in capita. argu. ff. si pars hæred. peta. l 1. & C. de legi. hæred. l. lege duodecim. quasi in fin. ibi, illo proculdubiò. & c. & l. fin. quasi, in fin. ibi, illo etiam obseruando, & c. Iob. not. quòd in stirpes succedunt. nec obst. leges allegatæ, quia per has authen. corriguntur. sed econtrà Iob. & pro Azo. est in authen. de hæred. ab intest. §. si uerò neq; unde hic quod hic dicitur, restringendum est, & intelligendum, quando succedunt cum patruis, auis, uel proauis, uel cæteris ascendẽtibus: aliàs semper succedunt in capita, non in stirpes. ¶Hoc in allodiis: quid ergo in feudis? & quidem si sit comitatus, uel ducatus, non diuiditur. vt in constitu. feud. de prohib. feud. alien. per Feder. c. imperialem. §. preterea ducatus. aliqui tamen obseruãt, quòd si sit feudum auitum, vel proauitum: quia nec in alio admitteretur hæc successio, sed constitutione feudorum in capita admittuntur, secundum Ho. bo. de hoc dic vt not. s̃. de feud. §. qualiter constituatur. *Quæ personæ*. hæc verba sumuntur ex auth. vt fratrum filij: præcedentia verò ex authen. de hęre. ab intest. §. sin autem. & dic, *quæ personæ*, id est, filij fratrum. aliud autem iuris est, secundum auth. de hæred. ab intestat. §. sin autem cum fratribus. vt & not. s̃. eod. sub §. proxi. versicu. quid si supersint filij fratrum. *Et sine defunctæ personæ nunc parentibus*: quasi dicat, si non sint ibi parentes superstites, nec alij ascendentes; supple, neq; patrui, tunc filij fratrum totum percipiunt. *Et cum proximis gradu ascendentibus*, id est, similiter si supersint aliqui ascendentium: & cum ipsis vocantur filij fratrum præmortuorum. *Sexus & emancipationis*. hæc verba expone, vt not. s̃. eod. sub §. circa. versicu. sexus. & versicu. potestatis. Hæc de fratribus legitimis & naturalibus. Hæc de naturalibus tantum videtur ꝙ non succedant sibi adinuicem: vt in authen quib. mod. nat. effic. sui. §. filium. col 6. Azo tamen dixit, quòd succedunt: vt Insti. de succes. cogna. §. vulgo. & de seruili cog. circa princip. sed sicut not. authen. contradicit. *Post fratres*, & c. *admittuntur*. hic tamen hunc ordinem seruabis, vt in rebus maternis soli vterini vocentur, licet consanguinei agnati, i. ex parte patris tantum supersint. In paternis verò soli consanguinei: licet vterini supersint. in aliis verò communiter vocabuntur: non verò si ex vtroq; parentes sunt, cum ex vtrisque admittentur. vt C. de legi. hære. de emancipatis. in fin. & C. communia de success. l. fina. secundum Azo. & Lanfran. Cre contrà. & dicit, quòd indistinctè admittuntur: & si non supersint fratres ex vtroque latere: vt C. communia de succ. auth. itaque. & hoc in allodiis. nam in feudalibus de consuetu. in multis regionibus sententia Azo. vendicat sibi locum. *Præferuntur patruis*. sic ergo not. quòd tertius gradus excludit tertium gradum in hoc casu: quãuis aliàs regula sit, quòd pares gradu pariter ad mittantur: vt no. s̃. §. sic vidisti. *Post fratres*, & c. *quicunque gradu sunt proximiores*. neminem ergo excludit arg s̃ de maio. & obed. solitæ § pen. ff. de hæred. insti. hoc articulo quisquis. dum tamen probetur attinentia: & sic in infinitum admittuntur parentes: ex quo gradus attinentiæ probatur. quod dic vt not. s̃. eo. sub §. circa. versi. sed nunquid per hoc corrigitur differentia.

De Sepul-

De Sepulturis. Rubrica.

SVMMARIA.

SVprà tractauim⁹ de ſucceſſionibus mortuorum teſtatorũ, ſeu inteſtatorum: ſed quia corpora ipſorũ ſepeliẽda ſunt, quãuis hoc interdixerunt. ff. de cõdi.inſti. cùm quidam. videndũ eſt de ſepulturis, videamus igitur, Quid ſit ſepultura, Quid ius funerandi, Quæ eccleſia habet ius ſepulturæ, Quibus interdicatur eccleſiaſtica ſepultura, Et apud quam eccleſiam quis debeat ſepeliri, Quis teneatur facere funeris expenſas, An licitum ſit clericis aliquid accipere occaſione funeris.

1 a **Quid ſit † ſepultura** [a] Reſpondeo, locus concauus in eccleſiaſtico cœmiterio factus, in quo corpus catholici conquieſcit. differt ergo à ſepulchro: quia ſepulchrum eſt locus, in quo corpus hominis oſſaue condita ſunt, quanuis extra cœmiterium. non enim totus locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum eſt. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ij. §. de ea. & l. monumentum. Sed locus purus eſt etiã, qui nec religioſus, nec ſacer eſt, vt ibi. Monumen- b tum [b] eſt, quod memoriæ ſeruandæ gratia exiſtit: vt ead. l. monumentum. ſicut id quod vulgariter dicitur vas, ſiue tumba marmorea, vel lapidea. & hæc vendi poteſt, ſi pura ſit, id eſt, ſi in ea nullus ſepultus fuit: ſin autem ibi aliquis ſepultus fuit, c vendi non poteſt [c]: quia iam per hoc religioſus factus eſt locus, xiij. q. ij. quæſta. & c. poſtquam. Quandoque verò ſepultu- d ra [d] dicitur terra deputata ſepulturæ: & hoc ſimiliter, ſi pura ſit, vendi poteſt: xij. q. ij. aurum. ſecus, ſi ſit de cœmiterio, vel ſi ibi aliquis ſepultus fuerit. ff. de rei vend. quæ religioſis. Sed & ſepultura quandoq; ponitur pro officio, quòd ſepeliendis impendit. & hoc ſimiliter vendi non debet. j̃. de ſimo. non ſatis. xij. quæſt. e ij. percipiendum. j. quæſt. j. dictum. & not. j̃. eodem §. an licitũ [e].

2 **Quid ius funerandi.** † Poteſtas ſepeliendi in cœmiterio eccleſiaſtico, prouenſiens eccleſiæ ex aſſignatione Pontificis; habent enim eccleſiæ maiores cœmiteriũ xl. pedũ ſpacium (aliàs, xl. paſſuũ) circa ſe, minores 30. per Pontifices aſſignatum: vt 17. q. 4. ſicut antiquitus. & debet talis locus aſſignari, quando locus eccleſiæ conſecratur. de conſec. diſt. j. nemo. hoc ius funerandi non habent capellę in ciuitatibus poſitæ, vel locis alijs ſtrictis: quia nullum habent cœmiterium: vel non ita latum. 17. q. 4. quiſquis. in fin. Certè nec extra ſemper ita latum habent. vnde & infra & extra dicendum eſt, quod tantùm extenditur hoc ius funerãdi, & immunitas, quantum cœmiterium eſt per epiſcopum limitatum. nec hoc ius habet aliquis, niſi ſibi ab epiſcopo fuerit conceſſum. Eſt & aliud ius funerandi, quod his competit, quibus ius eſt mortuos inferendi. nam ſepulchra quilibet facere poteſt in re propria: & in proprio ſepulchro, ſiue communi quilibet ius funerandi habet. ff. de mor. infer. l. j. Inſtit. de rerum diuiſ. §. religioſum. & ſequent. quilibet tñ ſacrum locũ facere non põt authoritate propria. Inſt. de rerum diuiſ. §. nullius. & §. ſiquis verò.

3 **Quę eccleſiæ habẽt ius † ſepulturæ.** Hæ quibus conceſſum eſt ab epiſcopo: vt patet in his quæ not. s̃. eo. §. proxi. & non aliæ. Conceditur tamen aliquibus religio- f ſis priuilegio ſpeciali [f]: vt in oratoriis ſuis cœmiteria habeant: & confratres ſuos poſſint etiam tempore interdicti ſepelire: vt prædicatoribus, minoribus, templarijs, & hoſpitalarijs & ſimilibus. j̃. de exceſ. præl. nimis iniqua. & c. nimis praua. j̃. de priuil. vt priuilegia, qui ſi terminos priuilegij ſui excedant, & indiſtinctè ſepeliendos admittant, bene eſt, vt ipſos oporteat communi iure cenſeri. arg. j̃. de ſtat. mona. recolentes. xj. q. iij. priuilegium.

4 **Quibus interdicatur † eccleſiaſtica ſepultura.** Aliquando omnibus de eadem ciuitate, vt quia eccleſia ſeu ciuitas tota generali interdicto ſuppoſita eſt. j̃. de verſign. cùm in partibus. quod fit vel propter delictum ciuium, vel maioris domini. s̃. de off. deleg. ſane quia. & de iureiu. ex reſcripto. j̃. de ſponſa. vobis. Itẽ paganus. Itẽ hæreticus in cœmitterio ſepeliri non debet, nec Iudæus. de conſec. diſt. iij. eccleſiam. & c. ſeq. Item generaliter, quicunq; ab eccleſiæ vnitate receſſit: ergo g nec fur. j̃. de fur. fures Item vſurarius [g] per eccleſiam publicat⁹. j̃. de vſur. quia in omnibus. Item hi qui mortem ſibi conſciuerunt: quia ſe ipſos interfecerint. 23. q. 5. placuit. Item hi qui preſbyterum tutorem in teſtamento reliquerunt. 88. diſt. neq; apud. Item is qui poſt mortem conuincitur de hæreſi. 24 q. 2. ſanè profertur. j̃. de hæret. ſi epiſcopus. Item excommunicatus. j̃. de hæret. ſicut etiam minori excommunicatione. 24. q. 2. ſanè quod ſuper. Item blaſphemus Dei, nolens pœnitere: vt j̃. de male. ſtatuimus. reſpon. j. in fin. Item monachus proprium habens. j̃. de ſtat. mona. c. ſuper quodam. Et generaliter nullus notorius mortalis peccator ſepeliendus eſt. 13. q. 2. non æſtimemus. & c. quæſitum. & c. quibus. & c. pro obeuntibus. 23. q. 5. placuit. & q. 7. quicunque clericus. Et ſi tales ſepulti ſint, exhumandi ſunt: ſi tamen oſſa diſcerrni poſſunt, aliàs non: quia non prodeſt eis eccleſiaſtica ſepultura. j̃. eo. ſacris. & eccleſia reconcilianda eſt cum aqua ſolenniter benedicta. j̃. de conſecr. eccle. vel alt. cõſuluiſti. ſed & nimis precioſa etiam catholicis non prodeſt, quo ad ſalutem. 12. q. 2. animæ defunctorum. vnde etiam in hoc voluntas teſtatoris ſeruanda non eſt: vt ff. de relig. & ſump. fun. & ſi quis. §. hæc actio. Hæc in notorijs: occulti autem peccatores ſepeliendi ſunt: niſi fortè eſſet hæreticus: quia cum quo communicauimus viuo, communicare debemus mortuo. j̃. eod. ex parte. & c. ſacris. in princ. Item hæc locum habent in non recõciliatis: nam ſi confiteantur, ſicut corpus Chriſti eis conceditur, ita & ſepultura. 13. q 2. queſitum. 95 diſtin. illud. ergo ſi reconciliati eſſent, vel certa ſigna pœnitentiæ apparent, ſepeliendi erunt: ſed hæredes tenentur pro ipſis ſatisfacere. j̃. eo. parochiano. j̃. de rapto. in literis. 23 q. 5 placuit. ꝙ dic vt no. s̃. de teſtã. §. ad quid hæres. ſub. §. tenet autem hæres. Quid de ſuſpenſis? videtur quod non ſint ſepeliendi, niſi de licentia ſpeciali. ff. de cadaue. puni. l. j. & 2. ſed contrarium eſt, dum tamen pœnituerint. 13. q. 2. c. fin. Veruntamen quo ad hoc, vt de patibulo deponantur, requiritur h licentia iudicis [h] ſecularis, ne iuſtitia contemni videatur: & ſic intellige leges ſupradictas: ſed ipſam licentiam denegare non debet: vt ff. de cada. puni. l. fi. ſic quilibet reconciliatus ſepeliendus eſt. Fallit hoc in raptore, ſeu violatore eccleſiæ ſæpius monito, & in pertinacia ſua vſque ad mortem perſeuerante: & tũc non præbẽte idoneam cautionem. j̃. de rap. ſuper eo. per quam habes

ADDITIONES.

a Quid ſit ſepultura. ¶ Adde Dd. in rub. eod. tit.

b Monumentum. ¶ Adde an differunt inter ſe monumentum & ſepultura. vide l. & ſi quis. in §. fi. & ibi gl. ff. de reli. l. ſepulchra. C. eod. & per Alex. de Imo. in l. monumenta. C. de leg.

c Vendi non poteſt. ¶ Adde c. in eccleſiaſtico & in c. præcipiendum. xiij. q. ij. gl. & Abb. in c. abolendæ. de ſepult. Card. Alex. in cap. his ergo. in ij. col. xxiij. diſtin.

d Sepultura. ¶ Adde an ſit de lege diœceſana. vide gloſſ. in c. dilectus. de off. ord.

e Quod ad hunc articulum attinet, variè explicauit Mar. eo. tit. in Sũ. aliam rubricellam ab Hoſtien. prætermiſſam interiiciens, nempe an ſepultura, vel ius eius vendi poſſit. Qua in re ita ſcriptũ reliquit Mart. noſter: Sepultura multas habet acceptiones: quandoque enim dicitur locus ſiue terra in quo fit ſepultura: & hæc vendi poteſt, ſi aliter locus ſacer non ſit, vt cœmiterium, vel ſi nunquam aliquis fuit ſepultus, quia talis locus purus dicitur, & non ſacer, ff. de relig. l. ij. §. purum. Sed ſi alicubi ſepultus eſt voluntate eius, cuius locus eſt propter huius ſepulturam ſacer factus eſt, & ideo vendi non poteſt. ff. de relig. l. ij. §. ſed ſi alius. & extra, eod. titu. abolendæ. Sepultura quandoque dicitur officium ſepulturæ, & hoc nõ poteſt vendi ſine ſimonia, vt extra de ſimo. non ſatis. Sed ſi clerici ratione beneficij ad officium non teneantur, poſſunt aliquid recipere vt xij. q. ij. charitate. & de praſc. cum ex officij. Ius autem ſepulturæ, eſt ius competens eccleſiæ ad ſepeliendum in cœmiterio ſuo, quod prouenit ex Pontificis aſsignatione. xiij. q. ij. eccleſias. Similiter competit eccleſijs parochialibus, & alijs, à iure vel priuilegio conceſſum: ſed capellis priuatis non competit. Funerandi autem ius duplex eſt, vnum, de quo hic Hoſtien. aliud quod competit eccl. quod vt dictum eſt, ex aſsignatione Pontificis prouenit. Tenetur enim ipſe epiſcopus aſsignare maioribus eccl. cœmiterium xl. paſſuũ: minoribus verò. xxx. xvij. q. 4. ſicut antiquitùs. Et tale cœmiteriũ debet aſsignari, quãdo locus eccl. conſecratur. de conſec. diſt. j. nemo. Capellæ aũt quæ ſunt in caſtris, vel in ciuitatibus, quib⁹ epiſcopi cœmiteria non conceſſerunt, non debent ſepelire, vt 17. q. 4. quiſquis. in fine.

f Conceditur aliquibus religioſis priuilegio ſpeciali. Adde cle. dudum. & ibi Dd. eo. tit. ſcilicet de ſepult.

g Item vſurarius. ¶ Adde an debeat ſepeliri in cœmiterio, ſi hæres poſt mortem ſatisfaciat vſuris. vide per gl. in c. nec quenquam. 24. q. 3.

h Requiritur licentia iudicis. ¶ Adde Dd. in cle. j. de pœnis.

habes, quod etiam ab hæredibus poſſit exigi cautio, antequam tradatur eccleſiaſticæ ſepulturæ. vt in d. decret. parochiano. ꝙ dic vt not. ĩ. de rap. §. fin. ſub §. in ſumma. verſic. item ſecundum canones. & ſeq. & in defunctis ad torneamenta. ĩ. de tornea. c. j. quod dic vt no. ĩ. de torne. §. qua pœna. in his caſibus interdicit̃ eccleſiaſtica ſepultura, & ſi qui ſimiles caſus reperientur. In ſumma nota circa hunc §. duas regulas: quarum prima dicit, cui cõmunicauimus viuo, & mortuo communicare debemus ĩ. eo. ex parte. 24. q. 2. ſanè. quòd ſemper hæc vera eſt, niſi poſt mortem appareat, quare in vita non fuiſſet communicandum: vt quia põt conuinci de hæreſi. 24. q. 2. ſanè profertur. Secunda regula eſt, cui non cõmunicauimus viuo, nec mortuo cõmunicare debemus. ĩ. eo. ſacris. 24. q. 2. c. 1. hęc ſimiliter vera eſt, niſi & poſt mortem appareat, quare viuo cõmunicandum fuiſſet. ĩ. de ſent. excom. à nobis duobus. ĩ. eo. parochiano. Sed nunquid mulier a prægnans[a] & mortua ſepeliri debet, dic vt no. ĩ. de conſe. eccl. vel alta. diſt. 1. §. & an ſit iteranda. verſ. quid ſi mulier prægnans. Et nunquid poteſt quilibet intra eccleſiam ſepeliri? Dic vt no. de immu. eccle. §. inquantum, & ad quos. verſi. immu.

5 Et apud quã eccleſiam quis debeat ſepeliri. Regulariter, ſecundũ. Hug. vbi quis audit diuina, & eccleſiaſtica recipit ſacramenta ĩ. eod. c. j. niſi in tribus caſibus, cum quis vult ſepeliri in eccleſia epiſcopali. 13. q. 2. vbicunque. Item vbi eligit ſepeliri in ſepulchro patrum ſuorum. ĩ. eod. c. 1. 12. q. 2. placuit. & c. Ebron. §. item Ioſeph. Sed Ioa. Vin. & Laur. dixerunt, quòd quemlibet locum eligere poterat. ĩ. eo. in præſentia. quod potius contra. cùm enim ibi loco priuilegij concedatur: vt ĩ. e. certificari. patet, ꝙ de iure cõmuni ſecus. C. de theſau. l. vnica. lib. 10. ĩ. de verb. ſign. abbate. verſi. fin. ergo ſi eligit magis religioſum, ritè ibi transfertur. ĩ. eo. qm̃ cùm liberum. ꝙ intelligas, ſi eccleſiæ parochiali reliquit partem canonicã, aliàs fortè appellari poſſet, & quilibet differens excõmunicari. ĩ. eo. c. 1. & c. ex parte. Goffr. no. quòd quilibet poteſt eligere ſepultu b ram[b] in loco etiam minus religioſo, ſecundũ Ioan. dum tamen portionẽ legitimam relinquat propriæ eccleſiæ ĩ. eo. c. j. & c. de his. & c. cùm ſuper. & ſi qua iura contraria inueniãtur, intelligẽda ſunt, quando electio fit ex illectione, vel ex odio: vel cõtemptu: vel quando nõ reliquit eccleſiæ parochiali canonicam portionem. Tu verò vt de hac materia plenam habeas notitiã, ſic diſtingue. Cùm quęrit̃, vbi quis debeat ſepeliri, diſtinguitur vtrũ elegerit ſepulturã, vel non. ſi elegit, aut erat pubes, aut impubes. c Si impubes[c], aut habet patrẽ, aut non. Si habebat patrem, aut idem pater elegit ſibi ſepulturã, aut non. Si pater elegit ſepulturam filio impuberi, ibi ſepeliendus eſt impubes, vbi pater elegit: niſi contraria conſuetudo regionis repugnet. ſic intellige. ĩ. e. c. de vxore. §. j. cum enim pater filio impuberi teſtamentum facere poſſit: vt Inſt. de pupil. ſub. §. igitur. & ff. de inof. teſta. contra veterani. aliàs Papi. §. ſed nec impuberis. & rationabili occaſiõe ſepultura eligatur. vt 13. q. 2. placuit. §. ſed & aliud. patet, quod & eidẽ filio põt eligere ſepulturã. Quid ſi pater non elegerit. vel impubes patre careat: in proprio cœmiterio ſepeliendus eſt: ꝙ ſi in extraneo ſepeliatur, reſtituenda ſunt oſſa, & ea que occaſione ſepulturæ obuenerint. ſic intelligas ĩ. eo. tit. c. noſtra. §. vlt. Impubes ergo ſepulturã eligere non poteſt: quia nec teſtari: vt ff. de teſta. & qui teſtam. fac. poſ. qua ætate. Eadem ratione videtur, d quod nec religioſus[d]: ſed contrariũ verum eſt. ĩ. de exceſ. præl. nimis iniqua §. 1. verſic. ſed ſi quis decedentium fratrum. & eſt ratio quia hæc electio refertur ad illud tempus, in quo religioſus à iugo obedientiæ abſoluitur. arg. ĩ. eod. de vxore. mors enim omnia ſoluit. in aut. de nu. §. deinceps. col. 4. 7. q. 1. Si verò is qui elegit, pubes erat, ſed filius famil. non vr̃, quod eligere poſſit, eadem ratione qua dixi de impubere: quia nec filiusfamil. teſtari poteſt. vt Inſt. quib. non eſt permiſſa. teſta. in princ. ff. de donat. filiusf. contradico tamen. nec obſt. leges prox. intelligo enim, ꝙ non poſſit teſtari in temporalibus profecticijs, vel aduenticijs. porrò quo ad ſpiritualia & eccleſiaſtica ſecus. in ſpiritualibus enim quilibet filiusfa. ex quo pubes eſt, paterf. reputatur. vnde poteſt matrimonium contrahere, etiam inuito patre, ſiue ſit ſpirituale; vt ĩ. de reg. cùm virum. in fin. ſiue carnale: vt ĩ. de deſpõ. impu. c. 1. & de condi. in ma. appo. per tuas. in fin. licet lex contradicat, ff. de ritu nup. l. 2. ſed de honeſtate loquitur: vt 32. q. 2. honorantur. ſic etiam filiusf. clericus, quamuis in ſacris cõſtitutus, ſuper aduenticio peculio teſtari poteſt, quia in ipſum quaſi caſtren. paterf. iudicatur. vt s̃. de teſta. tua nos. vel, quia nos. & c. relatum. §. cæterùm. & C. de epiſc. & cler. auth. presbyteros. & in auth. de ſan. epiſc. § presbyteros. 2. col. 9. Inde eſt, ꝙ in matrimonio carnali vel ſpirituali agit & defendit ſe ſine curatoris authoritate, ẽt procuratorem conſtituendo. vt s̃. de reſti. ſpol. ex parte. & de elect. dudũ & c. cùm nobis olim. Igitur cum ſepultura ſpiritualis ſit, ipſam eligere põt, ſicut ẽt quiuis paterfa. hoc ẽt innuitur à ↄtrario. ĩ. de vxore. §. 1. nam ex hoc quod dicitur, quòd pater eligat ſepulturam minoribus filijs ſuis, id eſt, impuberibus, niſi conſuetudo terræ repugnet: patet à cõtrario, quod puberibus non eliget: ſed ipſimet eligent, ſi voluerint. nec malè expoſui, minoribus, id eſt, impuberibus, cùm impubes & pubes minor 25. an. dici cõſueuerit minor annis: vt s̃. de prob. in præſentia. §. verum ſyndicus. Si autem ſit pubes paterfa. nõ eſt dubium, ꝙ eligere poteſt: ſed ad hoc, ꝙ electio teneat in hoc caſu & ſuperioribus diſtin. eſt, vtrũ locus, quem eligit, ſit magis religioſus, quam is, quẽ dereliquit, vel minus, vel æqualiter. Si minus, non valet electio: niſi ratione priuilegij conceſſi illi loco, in quo elegit ſepeliri, aliud contingat: vt ĩ. eo. in noſtra. §. econtra. & §. talẽ. & c. certificari. in prin. Si æqualiter, valet. ĩ. eo. c. j. & c. cùm liberum. & c. cùm fraternitatem. & s̃. de reſcr. ſedes. in fin. Alij contradicunt, quia non licet, niſi magis religioſus ſit. arg. ĩ. de regula. licet. & s̃. de tranſlat. epiſc. licet. in fin. & 94. diſt. legimus. & ff. de mun. & hon. vt gradatim. Si verò ſit magis religioſus, refert vtrũ proprio loco, quẽ dereliquit, detur ſiue reddatur canonica portio, de his quæ reliquit pro anima ſua, ſeu occaſione proueniunt ſepulturæ, & tunc refert vtrum fuerit illectus, vel ex temeritate & contẽptu trãſierit: & ſic nõ valet: vt arg. 20. q. 3. ↄſtit. 13. q. 2. §. ſed illud. 19. q. 3. mãdamus. ĩ. de verb. ſig. ↄiugis. dudũ. vel hoc per ſeipſum, fecerit bona fide: & tũc valet electio. Vel non reddat canonica portio, & tunc non valet, nã ſub certa forma hoc ↄcedit, ſi ſcilicet canonica portio relinquatur. ĩ. eod. c. j. §. j. & ſtatim vt ſequitur, ſub anathemate prohibetur, ne aliter eligatur, vt ĩ. e. c. j. in fin. ergo ſi forma hæc non ſeruetur, electio non valebit. ſuper quo vide quod not. s̃. de elect. §. quis eligi. verſi. decus hoc detur pontificale. & ſeq. Locum aũt religioſum magis intelligo illum, in quo frequentius & honeſtius pro viuis & defunctis celebrat̃: vt d. c. fraternitatẽ. ſic & habitus nõ facit monachũ, ſed profeſſio & ſanctitas. ĩ. de regula. porrectũ. & xl. diſtinct. multi in fi. 9. diſt. ſana. Ideo non vr̃ qđ poſſit quis relinquere eccleſiã cathedralem pro regulari, dicit enim c. quod corpus primò ſepeliatur in cathedrali: ſecundò in loco magis religioſo: tertiò, vbi decimas ſoluere conſueuit. quod c. Da. de viatore intellexit. cap. habes. 13. quæſt. 2. vbicunque. ſed in ipſa eccleſia cathedrali poteſt quilibet eligere ſepulturam: ſicut & alia ſacramẽta recipere: vt s̃. de offic. archipresb. officium. & ſic parochianus diœc. eſt parochianus cathedralis eccleſiæ, non econtra. ſuffraganeus tamẽ parochianus non intelligitur parochianus Metropoliticæ eccleſiæ: argu. s̃. de offic. ordin. paſtoralis, §. j. & s̃. de vſu pall. cap. j. de viatore, dic vt not. ĩ. eod. verſic. quid de viatore. † Hæc autem canonica 6 portio eſt aliquando tertia, aliquando media, aliquando quarta: vt ĩ. e. c. j. & 2. & c. cùm ſuper. quia vnaquæq; prouincia in ſuo ſenſu abundat: vt ĩ. e. certificari. quòd ſi conſuetudo propriæ eccleſiæ non appareat, dico ſpectandã conſuetudinem Metropoliticæ eccleſiæ: vt ĩ. de ſpon. duo. tuas. & 12. diſt. nouit. ſi nec illa apparet, cõſuetudo vicinarũ eccleſiarum: vt ĩ. de cenſib. ſuper eo. Quod ſi conſuetudines vicinarum eccleſiarũ diuerſæ ſunt, dicũt quidam minimã obſeruandam, hoc eſt, quartam. arg. ff. de arbit. diem proferre. § ſi plures. & de reg. iur. ſemper. & de leg. de quib⁹. & ĩ. de cenſib. ex parte. ff. de leg. 2. ſi ita relictum. reſpõ. 1. ad fin. & l. qui quartam. ff. de lega. 3. nummis. Alij dicunt, maiorem cõſiderandam, hoc eſt, mediam. arg. s̃. de conſuet. cũ olim. & argu. ĩ. eod. c. j. ibi: vt iuxta Apoſtolum, & c. & s̃. de teſta. requiſiſti. §. q. nomẽ ſi. relinquatur. & ſeq. & ff. de vſufr. etiam. & de verb. ſign. in prædiliarum. § portionis. cùm enim hic concedatur priuileg. in præiudicium alterius, non eſt latè interpretandum. s̃. de reſcrip. mandatũ. & de offic. deleg. ſup. eo. & ĩ. de ſtatu mo. in ſingulis. §. porrò. Alij dicunt medium conſiderandum, hoc eſt, tertiam: quia in dubio medium tenuere beati. arg. ff. de redhi. actio. ſciendum. & C. communia de lega. l. vlt. & s̃. de offic. cuſto. c. j. & s̃. de officio deleg. quærenti. & Inſtit. ex quibus cauſis ma. non. poſſ. §. penultimo. qđ dic vt not. ĩ. eod. ſub. §. vetus. §. & quota. Eſt autem dãda hæc

ADDITIONES.

a Sed nunquid mulier prægnans. ¶ Adde gl. in c. ecc. de conſec. diſtin. 4. & per Dd. in cap. ex parte. el. 2. de ſepul. & facit ad q. ſi mulier prægnans fuit baptizata, debeat iterum baptizari partus cum naſcitur. dic quod ſic, vt in c. ſi qua mulier. c. fin. ad corpus matricis. & in c. qui in maternis. de conſec. diſtin. 4. & quid ſi excommunicatur mulier grauida, an intelligitur excommunicatus partus quem habet in vtero. dic quod non, ſecundum Bal. in l. & ſeruorum. ff. de ſtatu homi.

b Quilibet poteſt eligere ſepulturam. ¶ Adde gl. & ibi Card. Zab. in c. in noſtra. de ſep.

c Si impubes. ¶ Adde tex. & ibi Dd. in c. licet. eod. tit. lib. 6. & per Pet. de Vbal. in tractatu quarta can. in 11. c.

d Quod nec religioſus. ¶ Adde Inno. in cap. in tuis. de exceſ. præl.

da hæc canonica portio de rebus & possessionibus : vt j. eod.ca.
2. necnon de obationibus relictis, & alijs quæ defunctus pro
anima sua in vltima uoluntate reliquit, seu qualitercunque pro-
ueniunt nomine sepulturæ: vt j c. in nostra. §. talem. & §. penulti-
mo & vltimo, nisi ratione priuilegij aliud contingat: vt ibi dicit
de equis & armis relictis in subsidium terræ Sanctæ, vel ratione
diuini cultus. vt in his quæ relinquuntur pro luminarijs, libris, &
ornamētis ecclesiasticis, seu 7. 20. 30. anniuersarijs, vel ratione cō
ditionis appositæ à testatore, qui mortuarium propriæ reliquit
ecclesiæ, vt eo contenta esset : & de alijs nihil exigeret. quod in-
telligas verum esse, nisi ad hoc inductus esset infirmus, ut pro
his relinqueret qui simpliciter pro anima relinquebat. tali enim
dolo vel fraude detecta, etiam de his canonica portio exigetur:
ut suprà, de testa. officij. & cap. ultimo. Hoc tamen ita demùm
uerum est, si ecclesia his egeat: aliàs Episcopus habebit inde ca-
nonicam portionem: quia cessat causa, propter quam priuilegiū
datur, & innuitur. j. de uerborum significa. ex parte. 3. Ergo
si infirmus hoc modo religiosiorem locū elegerit, ualet electio
ut dictum est: & probatur j. eodem. cùm liberum. argum. s. de
rescriptis. sedes Apostolica. licet sit argumentum contrarium
s. de transl. episco. cap. ult. argum. j. e. c. j. Quid si proprius sacer-
dos ipsum, qui alibi elegerat sepeliri, violenter rapuerit, uel to-
tus conuentus, uel maior pars? Ius quod in mortilagio habet,
amittit, & ossa restituet: ut j. eodem. cùm liberum. argum. C. un-
de ui. si quis in tantam. & 16 quæst. 6. placuit. secus crederem, si
minor pars de conuentu, uel solus prælatus deliquisset: quia de
lictum personæ, &c. ut s. de exceptio cum uenerabilis. §. intel-
leximus. & j. de priuileg. cùm olim. §. tandem. 16. quæst 6. si epis-
copum. Quòd si aliquis sepulturam elegit, in ipso cœmiterio
sepeliendus est. Idem si locum inferioris religionis elegit: & si
secus attentatum fuerit, corpus, & uniuersa, quæ occasione se-
pulturæ proueniunt, erunt restituenda, uel super his est amica-
biliter componendum: ut j. eodem. fraternitatem. in fin. & cap.
ex parte. & cap. in nostra. §. pen. & ult. Licet autem uxor debeat
a sepeliri[a] cum uiro suo, si non elegerit sepulturam: ut 13. quæst. 2
unaquæque. potest tamen ipsam eligere ubi uult. j. eod. de uxo-
b re. Quid de uiatore[b] de hoc not. s. eod. uer. non uidetur. & dic,
quòd uidetur sepeliendus in loco, in quo moritur, scilicet si ni-
mis distet à propria parochia, quòd cum difficultate & fœtore
deportaretur. argum. ff. ad muni. eius qui. §. pen. & de iud. hæres
absens, ibi, nam ubi sic uenit, &c. & argu. j. de eccle. ædi. ad audi-
entiā j. Alioquin si de facili & sine fœtore deportari posset, est cū
suis parentibus tumulandus. arg. j. eod. c. j. & c. fraternitatem. 13.
q. 2. Ebron. §. Ioseph. Et hoc dico, nisi cōsuetudo cōtraria appareat.

7 Quis tenetur facere† funeris im

c pensas.[c] Respondeas, hęres: & ab ipso peti possunt: quia uidetur
quasi contractum cum defuncto, & si mulier dotem habet, de
ipsa funeranda est: aliàs ad ipsum maritum pertinet, ne in iniuriā
suam uxor insepulta relinqui uideatur: ut ff. de relig. & sumpt. fu
ne. l. 1. & l. & si quis. per totū. §. ult. & l seq. & l. quod si nulla dos.
Funeris impensa continet quod causa unguentorum, seu pro lo-
co, in quo defunctus sepultus est, seu corporis causa, qualitercū
que, moderatè tamen, consumptum est. ff. de relig. & sumpt.
funer. l. & si quis. §. hæc actio. & sequent. Qui uerò uenit ad patri
am delendam, & filios interficiendos, à filio impunè occiditur:
& minimè lugendus est. ff. de relig. minimè maiores. & per hanc
legem quidam scholaris reprehensus fuit interrogatus in quo
casu licitum erat interficere patrem.

8 An licitum † sit clericis aliquid ac

cipere occasione funeris. Dicas non, ex pacto. j. cap. abolendæ.
neque ratione terræ, ut ibi. neque ratione officij. j. de simo. non
satis. & cap. seq. cùm ecclesiæ. gratis ergo impendant officium,
& postea exigant laudabiles consuetudines. j. de simo. ad Apo-
stolicam. & iunge quod not s. eod. §. 1. & j. de simo. §. qualiter
committatur. versi. in casibus. & seq. In summa not. quod quarta
d non deducitur[d] de relictis ad pias causas. s. de testa. c. ult. neque
de equis & armis j. e. in præsentia. neque de his que quis in uita
sua dedit. j. de his. & de hoc plenius not. j. e. sub §. uetus. §. & de
quib. Item qui domum moribūdi ascendit, ipsum, aliosue qui
eius sunt, molestans, aut rebus eius, non seruato legali offi-
cio, signacula imponat, ab actione post mortem illius cadat. &
alterum tantùmdem exigatur ab hæredibus iniuriati: publican-
da tertia parte bonorum, ipsoq; infamia notato. Eisdem pœnis
subiaceat, qui eo moriēte circa funus peccat, eo quod exequias
prohibeat. Sed nec ante 9. dies ab obitu numerandos ulla pror
sus fiat molestia, aduersus quemlibet ex persona defuncti. Si qua
enim cautio exigatur, si quid simile fiat, inutile erit. Cod. de sep.
uio. authen. item qui. & auth sed nec ante 9. dies. & concordant
cum decret. parochiano. nam & summa est ratio, quæ pro de-
functis facit. arg. ff. de relig & sum. fun. sunt personæ. Sed con

tradicit C. ne ex delict defun. l. unica. quantum ad hoc, quòd de
cret. parochiano, dicit hæredem teneri ex delicto: non distincto,
utrum lis fueris cōtestata, uel aliquid peruenerit ad eos : sed hoc
est de iure can. quòd magis curat de anima, quàm lex. s. de restit.
spol. sæpe. & de iureiur. cùm contingat. si enim hæres non solue-
ret, uideretur succedere in uitium, & delictum patris sequi &
ideo cogitur. 1. q. 4. ego sum Deus zelotes. Sepultura tamen im-
pediri non debet ex quo reconciliatus est, ut dicit decre. paro-
chiano. vel ex quo certa signa pœnitentię apparent. j. de sent.
excom. à nobis. 2. nec est in hoc admittenda appellatio credito-
rum. ar. ff. de app. nō reci. l fin. ff. de exerc. ac l. 1. respon 1 in fi. ff.
de relig. & sump. fun. sunt personæ. versic. nam propter publicam
utilitatem. & l. ne corpora. & de hoc s. e. §. quibus interdicatur,
uersi. fallit hoc in raptore. Quid si quis in una ecclesia habeat se-
pulturam, cum in alia diuina percipiat sacramenta : & in ter-
tia eligat sepulturam, cui ecclesiæ competit canonica portio?
respon. Si apparet consuetudo, illa seruabitur. arg. j. de deci cùm
sint homines. & cap. ad Apost si non apparet de consuetudine,
dicam inter ipsas uiriliter diuidendā, arg. j. e. c. 1. s. de testa. rela-
tum. 2. in fin. & idem dici debet, si in duobus locis æqualiter mo-
rabatur arg. ff. ad munic. assumptio. § penultimo. & l. eius, qui §.
Celsus. 1. de parochijs. c. 1. s. de testa. requisisti. § si quod relin-
quatur. & § seq. Quid si quis recipiatur in confratrem alicuius
loci religiosi, bonis tamen suis non oblatis, sed retentis, & ibi se-
peliatur, non liberatur à canonica portione. j. de priuileg. cùm
& plantare. § de confratribus. & c. priuilegia. § 1. Quid si is qui
intrauit religionem, mortuus est intra annū ante professionem,
e & ibi sepultus[e], non cōpetit canonica portio : quia in uita intra-
uit, & in religione mortuus est, quamuis non professus. secus, si
intrasset in infirmitate, de qua obijsset: quia tunc cōpeteret ca-
nonica portio. j. eo. de his, & c. 1. & 2 j. de statu mon. c. 1. secun-
dum hoc intellige j. eo. in nostra. § nihilominus Quid si consue-
tudo sit, quod nihil percipiat ecclesia parochialis? Putauit Goffr.
quòd nō ualet, cùm sit irrationabilis. s. de consu. c. fin. & cōtra
ius. j. eo. c. 1. Item quia aufertur ecclesiæ tota cōmoditas rei suæ,
id est, parochiani, quod esse nō debet. arg. ff. com. præd. uenditor fun
di. in fin. & de hoc j. eo. sub. §. uetus. §. & quota. uersi. sed nūquid
ratione cōstitutionis & seq. Quid si reliquit propriæ ecclesiæ x. illi
autē ecclesiæ, in qua elegit sepeliri, reliquit mille, nunquid aget
propria eccl. ad integrā can. de mille? dixit Goffr. quòd sic, si te-
stator hoc modicum absolutè reliquit. arg. s. de testa. officij. &
c. requisisti. quasi testator uideatur uoluisse, quod utrunque ha-
beret. arg. C. de rei uxo. ac. l. unica. §. sciendum. Alij dicunt, quod
ad supplementum agere potest. arg. C. de inoff. test. omnimodo.
& l. si quādo. § illud. Inst. de inoff. test §. posthumi. ar. s. de cōtrah.
empt. cum dilecti. & c. cùm causam quod si sub conditione reli-
quit, ut ea portione contenta esset, & ecclesia acceptauit ibi, se-
cundum omnes renunciasse uidetur maiori petitioni s. de testa.
offi. hanc ultimam amplector, nisi expressim appareret, testato-
rem uoluisse quod Goff sentit. nec obst. iura pro eo inducta : qa
specialia sunt, quo ad portionem episcopi. si uis scire rationem
specialitatis. vide s. tit. 2. requisisti §. 1. & §. secus. Quid si in pro-
pria ecclesia elegit sepeliri, & nihil ibi reliquit, alijs autem eccle-
sijs multa legauit. dicūt quidam, quod gratis sepeliet ipsum pro-
pria ecclesia, quia ex officio suo ad hoc tenetur. j. de sim. non sa-
tis. & c. seq. j. eo. abolendæ. & sic nihil exiget, nisi consuetudo es-
set, quod aliquid det. j. de simo. ad Apostolicam. & hoc, nisi testa-
tor, uel aliæ ecclesiæ deprehendantur in fraudem: quia in talibus
fraus puniri debet, ut s. de testa. officij. & c. requisisti. & c. fin. j. e.
cùm liberum. 20. q. 3. constituit. hi sentiunt, quod parochialis ec-
clesia nihil exigat, nisi de relictis occasione sepulturæ: sed contra
rium verum est. quod dic ut not. j. eod. sub. §. uetus. §. & utrum.
uersic. uerius uidetur. & præced. & secundum hanc ultimam o-
pinionem, est quæstio expedita. ¶ Quid si quis eligat sepulturam
in aliquo monasterio, & facto inde publico instrumento, iurat
quòd nunquam magis ueniet contra Deum: alibi eligit sepultu-
ram, nunquid ualet secunda electio? uidetur quod non: quia iu
ramentum primum seruandum est, cùm non uergat in detri-
mentum salutis æternæ. s. de iureiu si uerò. & c. cùm contingat.
nec habebis me authorem periurij. C. si aduersus uen. l. 4. C de
indi.

ADDITIONES.

a Vxor debeat sepeliri. ¶ Adde tex. in c. Ebrō. & c. placuit 12. q. 2.
b Quid de viatore. ¶ Adde Card. Zab. in c 1. in 3. q. e. tit.
c Funeris impensas. ¶ Adde quid de expensis fiendis in funere prælati. vide per Car. Zab. in c. vt. præteritæ. in j. q. de elec. idem Car. in. c. bonæ el. ij. eo. tit. diffusè Abb. in disputatione inc. Sempronius. Pet. de Peru. in tractatu quartæ canonicæ. c. 13. Cald. consi. 1. & 2. de sol.
d Quarta non deducit. ¶ Adde Barb. cōsi. 1. inc. ad reuerendissimū in 4. uol.
e Ante professionem & ibi sepultus. ¶ Adde Arch. in c. 2. eo. tit. li. 6. Arch. in §. sed aliud. 13. q. 2. Dd. in Cle. 2. de sepul. Bal. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Bal. in authen. nisi rogati. C. ad Trebel.

indiuidu.tollen.l.2.in fin.ff.de leg.3.cùm quis decedens. §. codicillis. Sed contra, quia ambulatoria eſt uoluntas teſtatoris, uſque ad extremum uitæ exitum: ut not.s̃. de teſta. §. qualiter confirmetur. nec poteſt quis etiam per pactum facere ut non liceat ei recedere à priori uoluntate. ff. pro ſocio, cum duob. § Papin. & §. fin. ff. de legat. 3. ſi quis in princ. teſtament. nemo etiam poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant. ff. de lega j. nemo. Item iuramētum non magis adſtringere uidetur bonum obedientiæ: ſed ipſum non ob. & eſt ratio, ut no.s̃. eo §. & apud quam eccleſiam. ſub diſt. cùm quæritur. uerſi. eadem ratione uidetur quòd nec religioſus: ergo nec iuramentum obſtabit. Solutio. Domini legum dicunt, quod ualet mutatio uoluntatis, non obſtante iuramento, per quaſdam leges, quas j̃. not. uerſi. & in hoc caſu intelligo leges. Magiſtri canonum dicunt, quod obſt. iuramentum: & hæc duo tetigit Rayn. in ſumma de caſib. eo. tit. dicens, quod licèt de rigore iuris ſiue ſubtilitate poſſet dici, ꝙ teneret ultima electio: tamen contrarium credit, ſecundū Deum & canonicam æquitatem. In hac quæſtione ſine præiudicio ſubtilius diſcernentis, uidetur mihi diſtinguendū eſſe, utrum prima electio facta ſit ex illectione, uel ex cōtemptu, uel in præiudiciū parochialis eccleſiæ, cui canonica portio non relinquitur: & ſic non ualet, ut apparet in his quæ not. s̃. eo. §. & apud quam eccl. uerſi. Goff. & ſub diſtin. quæ incipit, cū quæritur, ubi quis debeat ſepeliri. uerſ. ſi uerò ſit magis religioſus. & ſeq. in hoc caſu non ualet pactum tale habitum in præiudicium eccleſiæ parochialis; imò per papam penitùs reprobatur, ſicut expreſſim legitur s̃. de pact. plerique. & ſic nec ualet iuramentū in præiudicium eccl. factum. s̃. de iureiur. ſicut noſtris. imò eſt periurium, ut ibi. & s̃. de his quæ fiunt à ma. part. ca. c. 1. §. pe. & fi. Et in hoc caſu intelligo leges, quas domini inducunt, ſcilicet quod non ualet iuramentū contra leges præſtitum, uerum eſt in alterius præiudicium, uel in iuris publici læſionem, uel ubi omnino iniquum & reprobatum eſt quod iuratur. ſic loquitur manifeſtè. ff. de pac. iuris gent. § ſi paciſcar. & ſeq. & uerſic generaliter. quod pactum ſi à iure communi remotum eſt, ſeruari hoc non oportet, nec ligari, nec iuſiurandum de hoc adiectum ſeruandum eſt. ſic etiam intellige. C. de legi. non dubium. in fin. ff. de leg. 1. ſi quis inquilinos. §. fi. C. de nupt. auth. quod eis. nam in talibus, & ubicunq; peccatum mortale cōmitteretur, ſi iuramentum ſeruaretur magis placent Deo tranſgreſſiones, quàm iuriſiurandi obſeruationes. nec eſt imputandum ei qui præſtitit, ſed ei qui exegit & recepit. ut in auth. ſcenicas mulieres non ſolùm ſi fideiuſ. præſtent, ſed etiam ſi iuſiurdent, ſine periculo diſcedere, circa mediū colla. §. multo minus ualebit, ſi pactio ſimoniaca ſit: ſicut plerunq; accidit religioſis aliquib⁹ ad hoc, ut talis fiat electio, etiā ex pacto dabimus aliquod temporale, quod omnino reprobatur. 1. q. 2. quā pio. s̃. de pact. c. fin. uel ſi uelis dicere, quod ualeat electio, quo ad perſonam ſuam, id eſt, corpus & oſſa ad minus omnia temporalia reſtituēda ſunt. 20. q. 3. conſtituitur. Sin aūt proprio motu ſine præiudicio parochialis ecc. cui canonica portio relinquitur: & ex pura deuotione talis fiat electio iuramento firmata, tenet, nec poteſt poſtea uariari, niſi ex iuſta cā. & ſic intellige opinionem magiſtrorum, & iura pro ipſis inducta. s̃ ead. q. reſp. 1. Ex cauſa autē noua poſt iuramentum orta, de qua non cognouit is, qui elegit ſepulturam tēpore præſtiti iuramenti, uariare poteſt, & mutare uolūtatem ſuam & ſic intellige opinin. dominorum, & iura pro ipſis inducta. arg. s̃. de iura. cal. cæterùm. s̃. de excep. paſtoral. puta ſi mutetur ſtatus ſuus, vt quia factus eſt Epiſcopus, vel intrauit rel. arg. s̃. de iureiu. quemadmodum. & de dol. & contu. propter ſterilitatem §. uerum idem ſi mutetur ſtatus loci, puta diſſipatus eſt materialiter, uel ſpiritualiter. arg. j̃. de relig. do. inter quatuor. j̃. de uerbo. ſig. abbate. ad fin. nam & iuramentum conditiones habet tacitas. ſuper quo uide quod not. s̃. de iureiur. §. quot ſpecies. uer. habet autem. & ſequent. Si uis in hac quæſtione plura iura allegare, uide quod not. s̃. de iureiur. §. quomodo cenſetur. uerſic. quid. & ſeq. & ſub. §. Papa etiam. & ſeq.

9 Vetus eſt quæſtio, tamen. & adhuc ſub iudice lis eſt, † an epiſcopus poſſit petere canonicam portionem: & quoniam hæc materia per uarias gloſſas ſparſa eſt, non tamen medullitus inquiſita, inquantum inſufficientia mea patitur, propono diſcutere, An hæc canonica portio debeatur, Et quota ſit, Et à quibus petatur, Et de quibus exigatur, Et utrum canonica portio epiſcopi impediat petitionem canonicæ portionis parochialis eccleſiæ, uel econtra.

10 An hæc canonica † portio debeatur. Et quidem hoc negari non poteſt: quia ipſam deberi, conuincitur per iura Decretorum, Decretalium, & naturalium rationū, Nā ſecundum Decr. epiſcopi percipere debent tertiam partem omnium oblationum & redituum, undecūq; proueniat: ut x. q. j. de his. & c. decernimus. 16. q. 1. conſtitutum. Sed contrà, quia medietas debetur x. q. j. antiquos. falſum eſt: imò quarta: ut 12. q. 2. uobis. Vulteranæ. conceſſo. quatuor. de reditibus. cognouimus, mons eſt, niſi ipſe epiſcopus eccleſiæ donet, quia tunc de dono ſuo nihil detrahit: ſed tunc quartam, quam de alijs perciperet, aduenis elargitur. 12. q. 2. ſcimus. Alij exponunt aduenis, id eſt epiſcopo, cui aduenarum hoſpitalitas eſt commiſſa, & non diſt. utrum relinquatur ab epiſcopo, uel ab alio. Sed ego intelligo ut s̃. hoc etiam reſpicit Decretum 16 q. 1. ad hoc. Solutio. Reiectis antiquis diuinationibus & incertitudinibus, hoc ſolum uerum puto, quod omnes prædicti can. concordant in portione canonica danda epiſcopis: ſed in quota diſcordare uidentur: de quo dicitur j̃. eodem. §. & quota ſit. Non obſt. 10. q. 3. capit. 1. 2. & 3. quia intelligo ipſa ſecundum determinationem aliorum capitulorū. Tertiam enim, quam olim conſueuit percipere epiſcopus, hodie de iure perciperet, uerum eſt, integram: ſed quartam tantum, & aliam quartam relinquet fabricæ: nam ſi illam tolleret, & in uſus proprios conuerteret, lumen auferret eccleſiæ, & etiam ſacra tecta. ſic intelligo x. q. j. c. j. Sed & ſi ſibi ſua non ſufficiunt, in uſus ſuos eandem quartam poteſt conuertere; dum tamē uelit ſubire onus fabricæ ſic intelligo j̃. e. c. 2. & 3. Alioquin ſi ſibi ſua ſufficiunt, oportet quod probet expenſam per teſtificationem operis fabricæ, & hoc in qualibet eccleſia locum habet, ut 12. q. 2. quatuor. ſic eſt de iure Decretorum, nec aliquod ius contradicit: igitur quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? ut C. de ap. præcipimus. & de teſta. ſancimus. nam niſi expreſſim reuocetur, ſemper in ſuis terminis remanet; ut in auth. de non alie. reb. eccl. § ult. col. 2. & arg. ff. de leg. 3. ſi quis in principio teſtamenti. & in auth. de teſta. imperfectis §. & ſi quidem. col. 8.

Sed nec iura Decretal. nos fugient, quarū aliqua dicunt, ꝙ de relictis defunctorum debetur portio canonica. s̃. de teſt. officij. & c. requiſiſti. Item de decimis[a]: j̃. de deci. qm̄. & quō ad hanc partem intelligo, ꝙ epiſcopus de iure cōmuni fundat intentionem ſuam, quo ad omnes terras, quæ per ſuam diœc. excoluntur. ſic planè intelligo, quòd quidā alij difficile reputant. j̃. de deci. dudum. quæ cum hoc intellectu nullum recipit contrarium in eo, ꝙ dicit de iure cōmuni: debere enim hanc canonicam, & eſſe in diœc. correlatiua uidentur; ſicut manifeſtè innuitur j̃. de cenſi. cùm olim. & in alijs concord. poſitis. j̃. eo. § & quota. uel dic, ꝙ de iure cōmuni inſolidum pertinet ad ipſum actio: dum tamen de rato caueat ratione regiminis generalis, de quo legitur x. q. j. regenda. & c. ſeq. arg. s̃. de offic. deleg. coram. ſed de his tenetur prouidere alijs fratribus ſuis, & clericis, & ſuam unicuiq; reddere portionē. & hæc probantur 12. q. 1 epiſcopus eccleſiaſticarum. & c. ſeq. & alijs c. ſuperius alleg & 16 q. 2. ſtatuimus. & §. præced. & q. 7 §. cùm ergo eccleſiæ. & c. ſeq. & de hoc not. s̃. de præſcri ſub. rubr. de præſ. rer. immob. §. quæ exigantur. ſub §. quartū. Naturalibus etiam rationibus probari poteſt, quod hæc portio debetur. ff. de regu. iur. ſecundum naturam. & 13. q. 1. ab illo. §. quia ergo nos intra muros. uſq; ad. § ad hoc. j̃. eo. c. j. & in epiſtola beati Pauli apoſt. ad Cor. 1. c. 9. Mirum enim uideretur, & contra omnem rationem eſſet, & manſuetudinem, ſi epiſcopus, cui cōmiſſa eſt cura & ſolicitudo totius diœc. 10. q. j. ſic quidam. & c. ſeq. & 12. q. 1. epiſcopus eccleſiaſticarum. & c. præcipimus. ſiue ſint monachi, ſiue hoſpitalarij, uel quiuis religioſus. 18. q. 2. quidam monachorū: & c. ſeq. nil emolumenti perciperet. Itē cùm pater carnalis in hæredi. corporali carnalis filij habet legitimam, à qua etiam exhæredari non poteſt, niſi ex cauſa in iure ſcripta: ut in auth. ut cùm de app. cog. § ſancimus col. 8. & no. s̃. de teſtā. §. qualiter infirmetur. ſub §. item per querelam. uerſ. ſed & patri. quare pater ſpiritualis, ſcilicet epiſcopus, non habebit ſuam legitimam de relicto ſpirituali filijs ſpiritualibus. His rationibus & conſimilibus moti ſancti Patres conſtituerunt, quòd de omnibus haberent epiſcopi ſuam canonicam: de quo not s̃. de teſta. ſub. § fin. uerſic. qualiter autem relicta. ideo ponuntur hæc uerba, dudum rationabiliter eſt decretum. 12 q. 2. quatuor. in prin. unde nec filius ſpiritualis patrem ſpiritualem epiſcopum in hac parte exhæredare ſeu fraudare poteſt: ut s̃. de teſtam. requiſiſti. Sed & ſummus Pontifex hoc ius renouare debet, & illuminare, ſi fortè in aliquibus locis inueniatur per deſuetudinem inumbratum: ut Inſt. in procemio. §. igitur. & in authent. de hære. & Falc. §. 1. s̃. de treug. & pac. innouamus. quia uſque ad effuſionem ſanguinis ipſum defendere debet. 25. quæſtion. 1. ſunt quidam. & tractatur 4. diſt. §. leges. & s̃. de præben. cùm iamdudum. in fin. portionem ergo canonicam, & hanc ſolam de iure communi habet epiſcopus, cætera ex induſtria, uel emptione, uel eleemoſyna ſpeciali. illa ergo intrinſeca & adhærens, & naturaliter competens.

ADDITIO.

a Item de decimis. ¶ Adde c. dudum. de deci. cap. conquerente. de offic. ord. Car. Zab. in cap. de quarta. in j. no. de præſcr.

cōpetens: hæc extrinseca & accidentalis, & ab episcopo separata: quare ergo prima propter aliam amitteretur. nec enim alicui diligentia sua debet esse damnosa. C. de allu. & palu. l. vlt §. vnic. nec pauperibus ab initio episcopis, ut innuitur x. q. 3. ca. 2. industria vel augmentum episcopatus, quod laboribus & multis casibus quæritur interdicendum fuit: vt C arbit. tute. si defunctus. ex his satis liquet ꝙ quantumcunq; sit episcopus diues aliàs, canonicam tamen sibi antiquitus à sanctis Patribus rationabiliter assignatam amittere non debet. quid ergo de paupere?

11 **Et quota sit.** †Dico, ꝙ de iure cōmuni quarta. vt 11. q. 2. vobis. & ca. se. & hoc quatuor rōnibus. Prima, quia illa cap. posteriora sunt. j. de cog spir. c. 1. Secunda, quia in illā summā omnia iura cōcordant. ff. de arbit. diē profer re. §. si plures. Tertia, quia quod minimum est, tenendum est. ff. de leg. 2. si ita rel. ctum. respon. 1. ad fi. & de legat. 3. nummis. & de reg. iur. semper. & infrà, de censib. ex parte. Quarta, quia hæc est glossula Decretalium, quota sit hæc pars exponentium. supra de off. or conquerente. & de præscrip de quarta infrà de censi. cùm olim. nisi ratione cōstitutionis, uel cōsuetudinis tertia dicatur, vel media: vt infrà, de verborum significa. ex parte. 3. & in c. allegatis supra eod. §. an hæc canonica. Sed nunquid ratione constitutionis vel consuetudinis dabitur quinta vel sexta, vel centesima, vel etiam millesima: nullo iure expressim cauetur, ꝙ minus quarta detur etiam de cōsuetudine: & ideo cum quarta naturalib. rationibus decreta fuerit, ut supra probaui. §. proxi. ver. naturalibus fortè irrationabilis esset consuetudo, si minorem quarta comprobaret, vel maiorem media: inter mediam autem & quartam inclusiuè potest comprobare quotā placuerit. ar. op. infrà, de deci. c. 1. ante fi. puto tamen contrarium, licet sim Episcopus, dum tamen præscripta sit: argu supra, de sen. & re iudic. quod ad consultationem. §. vlti. & de testa officij. & opti. infrà, de censib. olim causam. & C. de inoffic testa parentibus: cum suis simil. Sed nunquid eadem ratione nulla dabitur? Non puto: quia talis consuetudo omnino irrationabilis esset & leonina: ergo tanquam Fusia Caninia abolenda. ar. ff. pro socio. si non fuerint. §. Aristo. & Instit. de lege. Fusia Caninia tol. & in rationibus naturalibus s. allega. & s. de consuetud cap vlti. §. vnico. sicut ergo consueuit dici, qui omnia mihi donat, omnia aufert: sic in hoc casu cōtrà, qui omnia mihi auferre intendit, omnia reseruat. hæc manifestè probantur j. eo. tit. certificari. vbi dic secundum rationabilē. & de hoc not. s. eo. § an licitum. versicu. quid si consuet. sit. Sed nunquid præscribi potest sic, dum titulus probetur. j. de deci. dudum. & sic intelligi potest s. de præscript. de quarta. in hoc enim & similibus, quæ de iure communi competunt, præsumo semper ex parte præscribentis bonam fidem abesse, nisi titulus allegetur, & probetur per quem præsumatur bonam fidem habere: sic intelligo s. de prescriptio si diligenti. nam in hac parte iuris ignorantiam allegare non potest ff. de iur. & fact. ign. iuris. 1. & 2. & de vsuc. nunquam. in fundo verò vel vinea, vel consimilibus, quæ de iure communi competunt, credo ꝙ sufficit tit. allegare, nisi præsumptio sit contra possidentem: vt s. de proba. licet §. cum ergo. vbicunq; enim præsumptio est contra possidētem, oportet ꝙ titul. probet, per quem talis præsumptio tollatur. aliàs sufficit titu. allegare. licet de hac materia alij faciant magnam brigam. & de hoc plenius no. de præsc. sub rubrica, de præscrip. rerum immobilium § quæ exigantur. sub §. quartum.

12 **Et à quibus petatur.** †Et certè licet aliqui dixerūt, ꝙ illa c. s. inducta intelligantur in ecclesia cathedrali tantum: tamen dicendum est, ꝙ peti potest ab omnibus intra propriam diœce. constitutis: vt 16. q. 1. cōstituimus siue sint capellæ monachorum, vel aliorū religiosorum vel monasteria, vel alia pia loca: siue sint conuentualia, vel quæuis alia, intra ciuitatē, vel extra. vt ex superioribus colligi potest specialiter. s. de offi. ord. conquerente. & de test. officij. & c. requisisti. j. de ver. sig. ex parte. 3. & no. j. de stat. mon. §. cum quibus non obst. quibuscunque priuil Apostolicis exemptionis, vel alijs, nisi de iure diœc. & præiudicio ipsius expresè mentio fiat: vt j. de deci. dudum. §. vltim & s. de confir. vti. c. ulti. & ar. s. de offic. deleg super eo. & C. de eman. nec auus. & ff. ne quid in loco publ. fiat. l. j. §. merito. & §. si quis à principe. & alijs si. nec tale priuilegium consueuit Ro. ecclesi. concedere, quo ad personas in totum, sed tantùm quo ad aliqua: ut patet in conco. signa. j. §. seq.

Huic autem sic obijci potest: monasteria & loca religiosa à lege diœce. exempta sunt: & sic ad quartam non tenentur, multo minus exempta. 16. q. 1 cùm pro utilitate, & c. quæst. & c. decimas. 18. q. 2 quàm sit. & c. luminoso. si enim de relictis obtentu personæ non ecclesiæ, nihil deducitur, vt s. de testa. requisisti §. vlti. & de ver. sig. ex parte, 3. quare de prædictis deduceret? Rñ. Omnia prædicta intelligas, quo ad proprietatem religiosorum, uel oblationes fidelium, inter viuos offerentium se, vel sua: sic enim expressim loquuntur c. supradicta, & sic etiam intelligitur j. de sta. mon. c. j. cum auth. d. n. extra, de verb. signi. veniens. § cæterùm de noualibus. secus est de oblatis in infirmitate. nam de ipsis debetur portio: infrà, de his ergo contra voluntatem defuncti etiā deducet ab Episcopo, qui in relicto ius habet: vt s. de test. requisisti. & c. Raynaldus. §. vlt. ridiculosum est ergo dicere, ꝙ si portio talium relictorum ad exemptos perueniat, repeti non possit. arg. op. j. de deci. tua nobis. post duas partes decr. versi. & cùm de cunctis. & vers. prætextu. & s. de iureiu. c. eam te. nam licet quo ad canonicam aliorum redituum, inspiciatur locus, ad quem reditus pertinent: utrum scilicet sit subiectus, uel non, tamen in his mortuarijs non inspicitur locus cui relinquitur, utrum sit subiectus, necne: sed sicut dixi, fidelis à quo relinquitur & relictum. nam de oblatione fidelium debetur portio: ut probant capitula allegata s. §. an hæc canonica. & indistinctè loquuntur iura, cuicunque loco pio relinquatur: ergo indistinctè sunt intelligenda, nisi per aliud ius distinguantur. ff. de offi. præsid. l. 3. nec obst. s. de off. ordi conquerente. non enim sequitur, debetur à capel tuæ diœce. ergo non obst. exemptis. nam & exemptæ uice diœce. sunt: licet non sunt subiectæ. Quamuis ergo religiosi exempti sint quo ad proprietatem suam: non tamen quo ad relicta aliunde prouenientia: quia illa non sunt exempta: sic nec à præstatione decimarum prædiorum, quæ ab alijs recipiuntur, excusantur. ut infrà de deci. dilecti. & c. licet. ideo non repetitur ab eo tanquam à loco, sed tanquam à detentore relicti, uel quasi hæredi parochiani: qui nec aliter debuit recipi, nisi portione reddita: ut infrà eo c 1. nec episcopum fraudare potuit: ut no. suprà si enim ecclesia a qua corpus assumitur, considerato iure parochiali etiam hospitalarijs, & de omnibus relictis canonicam suā habet, ut infra, eod in cap. in nostra. quare non & Episcopus: ut s. de test. ca. ulti. cū n & ab ipso intelligatur assumi. nam & Episcopus in ecclesia estur 7. q. 1. scire. & tota diœc. sua parochia censeatur: ut 12. q 2. bonæ rei. & s. de dona. Apostolicæ. & s de offic. or. significauit. & per hoc tacitè & inclusiuè uidetur esse responsum quæstioni factæ de Episcopo, infra, eod. de his. sed nec religiosi indistinctè sunt a l ge diœc. exempti: ut patet. s. de maior. & obe. ꝙ super his. & 18. q. 2. abbates. & c Eleutherius & § præ. & §. vl. Quid ergo de relictis parochiani exempti monasterij, uel a capellæ?[a] adhuc videtur, quòd Episcopus, intra cuius diœc. consistebat, ipsum canonicam habere debeat nam nisi se indignum reddat, onus Episcopale subijt, etiam circa tales: ut s. de præscrip. veniens §. ch: isma. & arg. in capi. cum olim ibidem prçce ad fin. j. de priui. cum capella. Ad quæstionem uerò suprà factam sic respond. si obtentu personæ relinquatur, ideo nihil deducitur: quia relictum potius est carnale, quàm spirituale. si enim contrarium diceremus, de relictis etiam factis laicis posset deduci: & sic absurditas sequeretur nihil enim ad nos de carnalibus: quia a nec carnalia seminamus. si uerò obtentu loci, uel ob salutem animæ cuicunque loco pio relinquatur, Christo relictum est, cuius vicarius est Episcopus. xxxiij. quæstio. v. mulierem. hoc est ergo patrimonium crucifixi,[b] quod nemini magis competit quàm b vicario, & his qui altario, à quo corpus uel relictum assumitur, seruiunt: ideo cum spirituales labores sustineamus, de spirituali relicto viuere debemus. infrà eod. ca. 1. & suprà, de præb cùm secundum Apostolum. cum suis si. reddantur ergo à quolibet c parochiano quæ sunt Cæsaris Cæsari,[c] & quæ sunt Dei Deo: & caueat quilibet ne tollat fiscus quod non accepit Christus: vt 16. quæstio. 7 maiores. quòd si pauperes considerentur clerici egeni, & obedientes potius, quam multi religiosi impinguati, dilatati, & recalcitrantes intelligentur includi: ut C. de sacr. sanct. eccl. priuilegia. & 16. q. 1. quoniam quicquid. & iunge quod not s. de test. sub §. fi. ver. qualiter autem relicta. & seq.

13 **Et de quibus.** †De oblationibus, & breuiter omnibus reditib. ratione altaris prouenientib licet latius uideant loqui c. all. s. e. § an hæc canonica. Sed certè sicut episcopo nō aufero, qđ aliunde acquirit. vt no. s. eo. §. an hæc canonica. ver. portionē sic æqui iudico, ꝙ de talib. aliunde acquisitis quartā nō habeat: ideo de donatis inter uiuos nihil exigat: ut argu. s. de sepul. de his. multò minus de emptis, uel aliter onerosè acquisitis temporaliter: sed de onerosè acquisitis spiritualiter indi. debetur, siue mortuaria appelles: vt s. de of. or. conquerente.

ADDITIONES.

a Exempti monasterij vel capellæ. ¶ Adde Bal. in consi. 168. incip. v banus. Papa. in 3. volu. Barba. consi. 1 incip. ad reuerendissimum. in 4. vo umine

b Patrimonium Crucifixi. ¶ Adde tex. in c. cum ex eo. de elect. libr. 6

c Sunt Cæsari. ¶ Adde tex. in c si morte. 23. q. 8. & in c. militare. 23. q. 1. rig naliter Mathæi. 22.

querente vel oblationes, nomine quarum mortuaria continentur: ut ȷ̃. de verb. sig. cùm inter. sine iudicia animæ: ut ȷ̃. eo. ti. c. j. uel legata, vel relicta pro anima in infirmitate de qua obijt, uel causa mortis pro anima, uel quacunq; vltima voluntate: dum tamẽ obtentu seu ob deuotionẽ ecclesiæ uel pij loci relicta fuerint. secus, si obtentu personę quamuis ecclesiasticę, dum tamẽ in fraudem non fiat. probantur hæc ȷ̃. eo. tit. c. 2 & ca. de his. & c. in nostra. & s. de testa. offici. & c. requisisti. & ȷ̃. de verb. sign. ex parte 3. & hæc siue sint mobilia uel immobilia, uel quæuis alia. Nam & de realibus debetur hæc canonica arg. s. de reb. eccles. non alien. c. fin. & est expressum ȷ̃. eo. c. 2 & de omnib. alijs ȷ̃. eo. in nostra. §. talem. exceptis relictis pro xx, xxx. uel equis, vel armis relictis, sine fraude, id est, proprio motu, & propria deuotione defuncti, sine alterius instigatione, in subsidium terræ Sanctæ, ut in eisdem c. & s. de testa. cap. vlti. Ergo breuiter nisi expressim per ius uel priuilegium æstimetur, quantuncunq; aliàs exemptus sit, de omnib. & ab omnib. exigi potest. Est igitur temerarium, & indignum, aliquem hanc canonicam sua sibi authoritate retinere velle: ut ȷ̃. de priui. sanè. & iunge quod not. s. eod. §. & apud quam ecclesi. uer. est autem danda. & seq.

4 Et vtrũ[†] canonica portio episcopi impediat petitionem canonicæ portionis parochialis ecclesię, uel econtrà? Audacter dico, ꝙ non: quia diuersæ sunt, & diuerso iure, & diuersis competunt. Episcopus enim percipit suã canonicam propter onus episcopale quod incumbit: quia consistit in celebrando, solenniter ordines conferẽdo, confirmando, chrismando, oleum sacrum benedicendo, basilicas dedicando, & reconciliando, abbates & moniales benedicendo, in prædicando, pœnitentias præcipuè de maioribus criminibus iniungendo, & impœnitentes de ecclesia ejciendo, & reconciliando: de matrimonijs, & alijs spiritualibus iudicando: & cõsimilibus, quæ non cadunt in minore Episcopo. s. de elec. transmissã. & c. quod sicut. §. præterea. infrà de consec. eccl. aqua. & suprà, de offic. archipresbyt. officium. & de sacra vnc. c. vnico. §. quia verò. ver. frontis chrismationem. Quis ergo vnquam æquitatem præ oculis habens iudicabit, quòd sic oneratus, nihil emolumenti percipiat? sed si quartam tollas, nihil percipit: quia illa sola pro hoc onere assignata fuit à Sanctis patribus: ut no. s. eo §. an hęc canonica. Procurationes enim habet, vel ratione visitationis, vel pacti, uel consuetudinis, uel priuilegij: ut not. infrà, de censi. a §. ex qua causa. Cathedraticum [a] verò in signum subiectionis: vnde nec ipsum in alium transferre potest. suprà de don. pastoralis. in fin. sed quid aliud percipit Episcopus de iure communi. ¶Parochialis verò ecclesia à qua corpus assumitur, suam canonicam percipit propter onus parochiæ quod subijt. quod consistit in celebrando, quotidie baptizando, pœnitentias de leuioribus iniungendo: & sacramenta ecclesiastica exceptis duobus, ministrando, & hoc respexit decre. ȷ̃. e. tit. c. 1. cuius ratio: quanto onus episcopale maius est quàm parochiale, tanto magis in canonica episcopali, quàm parochiali uendicat sibi locum: tamen inter ipsas vix occurrit, quo ad perceptionẽ aliqua differentia, nisi vna: quia fortè parochialis non exigetur, nisi ab eccl. in qua proprius parochianus eligit sepeliri. vnde nihil egit, aliàs, exigit de relictis alijs ecclesijs, uel alijs pijs locis, quia de his tantum hæc canonica exigi debet, quæ occasione sepulturæ obuenerunt, ut innuitur ȷ̃. eod. cùm liberũm. & c. in nostra §. pen. ver. eisdem præterea. Episcopus verò intra suam diœc. ab omnibus, & de omnibus exigi debet: sicut suprà probaui. § à quibus & §. de quibus. & hæc manifestè innuunt decr. de sepul. & de testa. ideo in fraudem istius, vel illius nil faciendum est: ut suprà, de testa. c. vltim. Ratio est, quia onus Episcopale maius est, & per totam diœc. incumbit: parochiale verò minus, & per parochiam tantum. Itẽ quia inspectis qualitatibus personarum adeò sufficit parochiali sacerdoti simplici quarta eorum, quæ occasione sepulturæ obueniunt: sicut Episcopo canonica relictorũ omniũ: sed & subueniendũ est magis Episcopis, cùm & ipsi grauentur in multis, scilicet ueniendo ad concilia, currendo huc illuc pro necessitate, aliquoties vniuersalis eccl. aliquoties ꝓpriç. & in quibusdam alijs quæ occurrunt: ergo Episcopus debet habere quartam quartæ parochialis: & quartam omnium aliorum intra suã diœce. relictorum & hoc quidam de plano concedunt: ut apparet in his quæ nor. suprà eod. titul. §. an licitum. versic. quid si in propria eccl. Verius videtur & æquius, quòd vtraq; de omnibus deducatur, sed Episcopalis primò de vniuerso: quia cùm antiquior sit tempore, potior est iure: & quia digniori & maiori debetur, preponenda est arg. supra de maio. & obed. cap. 1. & ca. statuimus. & in auth. de hære. & Fal. § inordinatum. col. j. & ideo in ordine scripturæ preponitur. suprà de testamen. c. vlt. demùm parochialis. nam & hoc de his quę in testamen. relicta sunt, debetur, ut innuitur infrà eodem capit. 1. & c. cùm super. & cap. in nostra. §. talem ꝙ si casu fortuito parochialis primò deducta sit, tunc præcipiet quartam quartæ, & quartam omnium aliorum, quod tamen ad idem computum redit. argum. opt. infrà de deci. tua nobis. §. & cùm de cunctis. Nec videatur tibi absurdum, si hæ duæ quartę de vniuerso detrahantur: primò episcopalis, secundò parochialis, de oĩb. quæ remanent: quia si prius parochianus in propria parochia eligeret sepulturam, & iudicium animæ ei insolidum relinqueret, Episcopus & parochialis sacerdos totum haberent: & hoc de rigore iuris communis fieri debet, ut probatur ex superioribus. & xiij. quæstion. 2. §. sed aliud. ante ca. si quis irascitur. igitur si de æquitate & benignitate à iure permissum est, ꝙ ob deuotionem alibi eligatur, & locis quibuscunque relinquatur, non potest conqueri locus extraneus, etiamsi de omnibus deducat episcopus mediam de consuetudine tridinæ & parochialis ecclesię, de his quę remanent, aliam mediam: quia sic saltem quarta ei remanet, quam quo ad hunc parochianum, qui extraneus erat, de lucro habet, cum in vita ipsius circa ipsum non laborauerit, alij verò debitum sui honoris percipiunt: sed non est par eademq; ratio, amittere debita, & lucra non capere, ut probatur C. de iure delib. scimus §. sed si legatarij. & de codicil. l. vltim. & ff. de relig. & sum. fu. & si quis. §. 2. Si dicas, laborat sepeliendo. respondet respectu alterius talis labor modicus est, aut nullus. Si dicas, laborat faciendo. v. j. xx. xxx. resp. nihil deducitur, si ob hoc sit relictum. Quid ergo si parochianus extra suam diœc. eligat sepulturam? iste casus non est fortè iure determinatus: tamen videtur ꝙ ille Episcopus, à cuius diœc. sumitur, potior sit, sicut consideratur parochia, à qua corpus assumitur, quo ad quartam parochialem ȷ̃. eo. tit. certificari. & c. in nostra & cap. 1. nam & decimæ & oblationes sacerdotibus propriæ diœc. dandæ sunt: vt 16. q. 6 peruenit. & fortè in rebus immobilibus hoc indist. verum est. arg. s. de relictis: & in mobilibus hoc indist. verum est. arg. s. de rescriptis. dilectus filius I. Sarracenus. s. de foro compet. postulasti. C. ubi in rem actio l. 2. sicut & decima realis debetur illi eccl. intra cuius limites res sita est. infrà, de deci. commissum. & c. dilecti. & c. quoniam. vnde nec laicus nec clericus alienando rem ipsi ecclesiæ præiudicare potest. 16. q. 1. si quis laicus. 14. q. 1. § 1. & fi. & per totum. Solutio. Dic si consuetudo apparet, tenenda est. infrà de deci. cùm sint homines. & c. ad Apostolicę. alioquin Episcopo, intra cuius diœc. res sita est, restituenda erit portio canonica, sicut & ecclesiæ, intra cuius parochię limites sita est: quia si in uita alienando ei pręiudicare non potest, ut s. not. proxi. multo minus in morte. ȷ̃. eod. de his. nec debent turbari iura parochiarum. ȷ̃. tit. 1. super eo. quamuis cùm mulier, quantum ad personalia, forum viri sequatur. ff. ad munici. filij respon. 1. & l. fin. §. idem respondit mulierem. tamen patrimonialia seu realia munera subijt mulier in loco, ubi res sitę sunt. C. de mulie. in quo loco mune. sexui congru. & hono. agno. l. 1. lib. 10. & pensio rei ipsi ciuitati soluenda est, in qua res sita est, ergo & canonica portio: ad hoc ff. de publ. & vectig. Imperatores ff. de censi. forma. §. si verò quis. sicut ergo decima ratione terrę & culturę datur illi, scilicet ecclesię, ubi terra est, & ubi cultura exercetur: sic & hęc portio: ergo in realibus non est quęrendum de persona, sed de re. ad hoc ȷ̃. de deci. tua nobis. §. 1. ver. & cum in cunctis ff. ad Treb. l. 1. §. si hęres. ff. de iudi. fideicommissum § 1. ergo non debet alij dare pręter domini uoluntatem. s. de iureiur. eam te. & iunge quod no. de deci. tua nobis. §. 1. versic. & cum de cunctis. & iunge quod not. ȷ̃. de deci. § cui danda sit. & ȷ̃. titul. 1 §. quis intelligatur pateri igitur, quòd vna non impedit reliquam. arg ff. de pact. si vnus. § & in summa. ver. ante omnia. si enim vnus & idẽ duas quartas deducit de iure canonico, quamuis inter dominos legum sit dissensio: sicut no. de testa. §. qualiter infirmetur. sub §. item per querelam. ver. nunquid potest quis deducere duas quartas. & seq. multo fortius diuersi.

ADDITIO.

a Cathedraticum. ¶ Adde glo. in c. conquerente. de offic. ordi. cap. constitutus. de relig. do. & in c. placuit. 10. q. 3.

De Parochijs & alie. parochianis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Parochia quid sit.*
2 *Ius parochiale in quibus consistat.*
3 *Oblationem tres sunt species.*
4 *Offerre an quis teneatur de necessitate.*
5 *Prælatus an debeat recipere quemlibet parochianum.*
6 *Parochianus an possit eligere confessorem. Et parochianus quis intelligatur. 7.*
8 *Fines parochiarum an possint præscribi.*

Præ-

PRælibauimus de quodam iure parochiali, scilicet iure funerandi: videamus ergo de parochijs. & no. quod tit. iste ponitur inter tit. de sepul. & titu. de deci. quia quilibet ipsorum ad eum pertinet. sic s̃ de peculio, qui positus fuit inter tit. de don. & de testa. eadẽ ratione. igitur discutiamus, Quid sit parochia, In quib. consistit ius parochiale, vtrum prælatus debeat recipere quemlibet parochianum, Vtrum parochianus possit eligere confessorẽ, Quis intelligatur parochianus, Et an fines parochiarum pręscribi possint.

a 1 Quid sit parochia, [a] † Locus, in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus, certis finibus limitatus. & accipitur hic parochia, quatenus spirituale ius eccles. se extendit, & in una terminatione plures baptismales esse non possunt. 16. q. 1. plures baptismales. imò diuidi debent, & limitatio à Dionysio initium habuit. 13. q. 1. ca. 1. suprà de his quæ fiunt à præla. sine consensu ca. pastoralis. sed & quandoque dicitur parochia totus episcopatus: vt no. infrà. eo. §. proxim. sub §. hic tamen. uersic. quid ergo, si Episcopus.

b In quibus consistit † ius parochiale? In cura animarum parochianorum: de quibus parochialis sacerdos coram Deo tenetur reddere rationem, si culpa sua perierint. s̃. de offi. archi. c. 1. & ad hoc. 16. q. 1. placuit. & de offic. archipresby. c. 2. & 3. & sic in onere & honore & commo. & vide super hoc suprà in summa, de sacra. non ite. quia in col. sacramentorum consistit. ut patet in his quæ not. suprà tit. 1. sub §. uetus. & §. utrum. uersic parochialis. Item consistit in decimis primitijs. infrà e. tit. c. 1. mortuarijs. suprà, de test. requisisti. In cœmiterio & iure sepulturæ, ut patet in his quę not. suprà tit. proxi. §. & apud quam eccle. In pœnitentijs audiendis. infrà de pœni. omnis. de pœn. dist. 6. placuit. & infrà titul. 1. sub §. quarto. In prouentibus qualitercunque prouenientibus. suprà de his quæ fiu. à præl. sine con. ca. pasto, ergo cõsistit. in oblationibus. unde parochiani singulis diebus Dominicis & festiuis debent ad propriam eccle. conuenire: ut infrà eo. vt dominicis. Hæ autem sunt Festiuitates, Pascha, Natalis Domini, Epiphania, Ascensio, Pentecostes, Natiuitas sancti Ioan. Bap. & aliæ fortè, de quibus habes suprà de feriis cap. fin. & si qui dies maximis in festiuitatibus habent: alijs uerò diebus uidetur, quòd possint missam ex causa audire, ubi uoluerint, ut à contrario sensu. infrà e. ut dominicis. & ad idem 3 de conse. dist. j. si quis extra. ¶ Hic tamen sciendũ, † quòd oblationum tres species sunt. Prima est alicuius rei donatio Deo uel ecclesiæ inter uiuos sponte facta. Secunda est alicuius rei donatio, Deo uel eccle. causa mortis facta, quæ ad instar & exemplum legatorũ hodie redacta est, ut idem iuris sit utriusq;. Insti. de don. §. 2. secundum Hugo. hoc nihil aliud uidetur, quàm mortuariũ siue legatum uel relictum, pro anima. de quibus habes suprà, de testamen. officij. & ca. requisisti. suprà, de reb. eccl. non alie. c. fin. suprà, de off. ord. cõquerente. §. 1. Tertia est quotidiana & usualis, quam faciunt fideles ad altare, uel manum sacerdotis & hæc presbytero parochiali soluenda est, qui & pro populo orare debet. uel si alij ecclesiæ offerantur, prælato ecclesiæ dandæ sunt. x. q. 1. quia sacerdotes. & ca. sanctorum. & ca. hanc consue. 16. q. 1. doctos. nam omnes prouentus parochiæ in usu ministeriorum cedere debent. suprà, de his quæ fi. à præla. sine consen. ca. pastoralis. Quid ergo, si Episcopus celebrat in cathedrali, uel alia ecclesia parochiali, cuius erunt oblationes, [b] quæ ad manus ipsius peruenient? Et quidem de iure communi suæ sunt, quia sibi offeruntur, & à proprio parochiano. nam tota sua diœce. parochia intelligitur: ut patet infrà, de rap. c. 1. infrà eod. super eo. 16. q. 3. licet in regulis. & suprà, de officio archipresbyt. cap. 2. §. pe. & nota. s̃. titul. 1. §. uetus. & §. & à quibus, sub §. huic autem. ergo suæ sunt. nam & omnia sub eius dispositione & dispensatione consistunt 10. q. 1. regenda. & c. præce. & §. fin. 16. q. 1. statuimus. 32. distinct. præter hæc. si tamen de consue. contraria apparet, sequenda erit. dum tamen suam canonicam percipiat de omnib. secundum ea quæ nota suprà titul. 1. sub §. uetus. § & de quibus. & § & quota. uersic. sed nunquid eadem ratione. aliàs ipsas oblationes suas faciet, nisi fortè in uno loco nimiam moram traheret, & nimis frequenter celebraret. ar. j̃. de deci. suggestum & de uerborum signific. quid per nouale. uisitando igitur ipsas habebit. & idem dico in archiepiscopo prouinciam uisitante. argu. 9. quæst. 3. cap. 1. & 2. nimis autem quod scilicet posset oculos iudicum claudere, uel per quod subditi grauarẽtur, nec ipse, nec sui, qualitercunque offerantur recipere debet. sic intellige. auth. d. n. de censi. Romana §. fi. quæ tota ad hanc materiã facit. Quid si quis debeat habere tertiam partem oblationum alicuius ecclesiæ, nunquid de decimis, primitijs, & his quæ in cuminili, id est, plenè quæ deportantur per ecclesiam, ponuntur uel mittuntur ad eccle. uel domum sacerdotis, intuitu tamen ecclesiæ uel mortuorum, & de his quæ & causa quæstus habentur, exiget tertiam partem portionarius vtiq;. ut infrà: de uerborũ signi. cùm inter. §. 1. Et nunquid de septimis, uicesimis, & anniuersarijs: ita uidet. ut eo. c. §. fi. sed contrà. j̃. de uerb. signi. ex parte. 2. Solutio: aut est portionarius oblationũ, & sic omnia communicat, ut in prima concordantia. & ar. ff. loca. & conduc. si merces. §. apparet. aut mortuariorum & sic non communicat. ut in contrario. sic ergo hæc omnia nomine oblationis, non mortuarii continentur. hæc non placet, quia episcopus portionarius est omnium, ut apparet in his quæ no. s̃. tit. 1. sub §. uetus. §. & de quibus. & tñ de his nihil percipit. ut s̃. de testa. c. fi. dic ergo, ꝙ de certa summa relicta ꝓ anniuersariis, uel similib. faciendis nihil deducitur, nisi in fraudẽ fieret. ut in proxi. alleg. c. & alio. j̃. de uerb. signif. ex parte. 2. in fi. sed de oblatis in missis quæ celebrantur pro septimis, &c. est portio deducẽda. & sic intellige j̃. de uerborum signi. cùm inter uos §. fi. unde sic est ibi litera exponenda. at capellani prædictę capellæ, dicentes primitias & decimas, uel ea quę offerunt ꝓ missis mortuorum sacerdotibus, & quæ repentè offeruntur in missis 4 quæ celebrantur pro septimis, &c. ¶ † Sed nunquid tenetur q; de necessitate offerre? & quidẽ inter uiuos, uel cã mortis, non cogitur quis offerre ab initio, etiam obtentu indulgentiæ uel remissionis, de quo not. infrà, de pœnis. sub rub. de remissionibus. nam hæc uota ab initio gratuita sunt. unde & facta in dubio benignius sunt exigenda. j̃. de censi. ex parte. non tamen possunt ex pœnitẽtia reuocari. s̃. de don. cùm dilectus. & no. s̃. de do. §. qualiter reuocetur. imò cogendi sunt soluere eas hi qui eas fecerunt, uel hæredes eorum, ex quo perfectæ sunt, alioquin non soluentes maximè oblationes defunctorum, sacrilegi iudicantur. 12. q. 2. nulli. & homicidæ. 12. q. 2. qui abstulerit. & egentium necatores, & infideles: unde & excommunicandi sunt. 13. q. 2. qui oblationes. & duobus. c. seq. in tertia uerò specie, quæ scilicet quotidie fit ad missam in ecclesia. dixit Hugo, ꝙ quilibet cogi potest per excommunicationem. de conse. distin. 1. omnis Christianus. 16. q. 1. statuimus. 32. dist. præter hæc. Alij contrà. & intelligunt illud c. omnis Christianus. de oblatione interiori, uel bonorum operum, duo uerò sequentia c. intelligunt de primis duabus speciebus oblationum, scilicet inter uiuos, uel causa mortis factarum, inter quos est Ray. Tu dicas, quòd in præcipuis festiuitatibus tenetur quis offerre, & cogi põt, maximè cùm sit quasi generalis consuetudo hæc ubique terrarum. ad hoc. j̃. eod. uer. uel nisi ratione consuetudinis. & hoc est quod dicit c. de conse. dist. 1. si quis etiam extra parochias. & hoc dicit dictum c. omnis Christianus procurat ad missarum solennia, al. quid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod dñs per Moysen dixit, Non apparebis in conspectu meo uacuus. Notãdum eñ, ꝙ dicit, missarum solennia, q. d. de solennibus festiuitatibus locorum, in quibus tenetur quis totam missam audire, sicut diebus Dominicis de consecrat. distin. 1. missas, & idem in alijs festiuis. arg. j̃. eod. c. 2. & tunc tenetur offerre aliquid corporale. nec enim de oblatione interiori, uel bonorum operum tantum intelligi potest, quia ad illam tenetur quilibet, & sine missarum solenniis. In alijs autem diebus non tenetur quis, nisi ad oblationes à mortuis relictas, fortè pro septimis, uicesimis, anniuersarijs: ad quarũ solutionem tenentur etiam Iudęi si ad ipsos peruenerint possessiones, quæ à defunctis pro his fuerant obligatæ. sic intellige j̃. de usur. quanto. ad fin. sicut tenẽtur decimas soluere: ut ibi. & j̃. de deci. de terris. Vel nisi ratione consuetudinis: unde si parochianus, qui consueuerat offerre, continuè uendit domum suam Iudæo, cogitur seruare consuetudinem, ne ecclesia detrimentum patiatur: & sic etiam uidetur loqui infrà de usur. quanto. ad fi. & infrà, de exce. præla. nimis praua. ante fi. uersic. ab eis. & de hortorum fructibus. sed melius est, ut ipsam intelligas secundum quod proxi. not. Christianus tamen cogi potest ad laudabilem consuetudinẽ obseruandã, sicut traditur j̃. de simo. ad Apostolicã. ergo in diebus solennibus de quibus not. s̃. eod. §. uer. in oblationibus. & seq: quia hæc est consuetudo generalis inter Christianos: ut no. s̃. eo. uersi. tu dicas, ꝙ obseruanda est ar. s̃. de ele. cum ecclesia Vulterana. & iunge quod no. s̃. de consue. §. & de uirtute. uer. generalissima.

ADDITIONES.

a Quid sit parochia. ¶ Hanc definitionem probat Marti. sub nec̃ẽs parochiarum diuisionem à Dionysio cœptam. 13. q. 1. cap. 1. Sic enim ad Seuerum Episcopũ scribit. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus: parochias, & cœmiteria eis diuisimus, & unicuique ius proprium habere statuimus, ita uidelicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat. Nam statuimus noui iuris verbum esse adnotant interpretes. in l. 1. ff. quod quisque iuris in al. stat. Martin.

b Cuius erunt oblationes. ¶ Adde c. quamuis. de deci. in c. Eleutherius. 19. q. 2. & in summa Pisanella in verbo. oblatio. in §. quando Episcopus.

neralissima. ideo statutum est, ꝙ illis dieb. non recipiat aliquis sacerdos parochianum extraneũ: ne scilicet parochia propria grauetur, tamẽ illis diebus teneatur offerre. hoc uidetur cõsiderari ĩ. e. ut Dominicis. & sic etiam potest intelligi ĩ. de usur. quanto. ad fi. In his etiã omnibus casibus intelligi possunt illa duo ca. 16. q. 1. statuimus. 32 dist. præter hæc. uel nisi sacerdos ita pauper sit, ꝙ non habeat unde uiuat, si oblationes deficiant: & in hoc oẽs conueniunt, ꝙ in tali casu possit sacerdos diuina officia subtrahere: nisi parochiani offerant, uel ipsum sustentent. arg. ĩ. de eccle. ædi. ad audientiam. 1. & in his quæ no. ĩ. de magist. §. utrum. uer. dico, si magister. & seq. quia non cogitur propriis stipendijs militare. ĩ. de simo. cùm sit Romana 13. q. j. §. j. & no. in simili materia. ĩ. de simo. §. qualiter committatur. uer. in casibus. & uer. sunt hæc in ar. Quod tu tñ intelligas esse uerũ, nisi & tanta inopia laborent parochiani, ꝙ ei sufficienter prouidere non possint, in quo casu manibus quærat uictum. 91. dist. clericus uictum. ne parochianis onerosus existat. ĩ. de cẽsi. cùm Apostolus. potius tñ crederẽ, ꝙ in tali casu debeat Episcopus, ad quẽ spectat generalis ordinatio totius diœce. prouidere. 12. q. 1. ecclesiasticarum. & cap. præcipimus. s̃. de offi. ord. inter cætera. & not. s̃. eo. uer. quid ergo, si Episcopus celebrat. & suprà, de præben. §. & qualiter. sub §. illud in summa. & iunge quod nota. ĩ. tit. j. sub §. 11. & infrà, de eccle. ędi. §. ex quibus causis. uer. sed & si nimis. & sequen. Episcopi tñ nostri temporis, quibus proprium sufficit pro maiori parte farcire marsupium, non curant pro maiori parte quis clericorum præ paupertate nimia quęrat uictum hostiatim, uel clamitet in platea: contra c. 93. dist. diaconi, ibi, mendicat infœlix in plateis clerus, &c. & ibi, solus Episcopus incũbat donis, &c. ¶ Sunt tamen quædam personæ, à quibus ecclesia oblationem non recipit in detestationem & odium criminis. Primò, si sint dissidentes, & nec possint ad concordiã reuocari. Secundò, si oblationes pauperum auferunt. probantur hæc duo 90. distin. oblationes. & per totum. Tertiò, si sit raptor obstinatus inobediens. infrà, de raptori. super eodem. Quartò, si sit usurarius manifestus. infrà, de usu. quia in omnibus. Quintò, si sit meretrix publica. unde in Deutero. Non accipies mercedem prostibuli. & Esaias: Non accipias mercedem meretricis. ad hoc in authent. scenicas mulieres. col. 5. & iunge quod not. de deci. §. de quibus. Sextò, si quis immunitatem ecclesię uiolauerit, nec emendare uelit. 17. quęstio. 4. minor. Septimò, si sit hæreticus, credẽs, uel receptator, & propter hoc denunciatus excommunicatus, quod de quolibet excommunicato publico exaudiendum est. ĩ. de hęreti. excommunicamus. 1. §. credentes & §. sanè clerici. et si qui similes inueniantur. sed presbyteri nostri temporis uix discernunt.

5 Vtrum prælatus † debeat recipere

quemlibet parochianum? Et quidem non debet quis parochianum alienum admittere, nisi de licentia pręlati sui, nec ad ordines: neque ad sepulturas, ut not. suprà eo. titul. 1. §. & apud quam eccle. et probatur infrà eod. nullus. ĩ. de pœni. omnis nec ab eis recipere decimas. ĩ. titu. 1. tua nobis §. pen. & de pœn. distinct. 6. placuit. aliàs ponunt pręlati falcem in messem alienam, quod faciendum non est. s̃. de elect. uenerabilem. responso 1. nec uidelicet absoluitio uel legatio à non suo iudice facta. s̃. de consuetu. ad audientiam. nisi secundum quod notatur infrà, de pœni. §. cui confitendum sit. & s̃. eod. §. proxim.

6 Vtrum parochianus † possit eligere

a confessorem? [a] Non. ideo consulo cuilibet, quòd habeat literas à prælato suo, quòd possit sibi eligere confessorem propriũ. aliàs non potest, nisi ex speciali priuilegio, quod hodie episcopis & superioribus, & exemptis omnibus concedit. infrà, de pœni. c. ult. quia nullus clericus potest consentire in iudicem non suũ, nisi consensus prelati interueniat. suprà, de foro conpetenti significasti. nec obstat suprà, de rescriptis. ad hoc de arg. capit. ante pen. ut apparet in his quę no. infrà, ne clerici uel monachi. §. quę sunt permissa clericis. uersi. sic & multò magis. & c. sequen. & de hoc plenius nota. ĩ. de pœni. §. cui confitendum sit. sub §. cui Patriarcha. § breuiter dicas. & sequen.

Quis intelligatur † parochianus?

b Dicit aũt qs parochianus [b] ratione domicilij: unde si qs trãsfert domiciliũ, parochianus erit illius ecclesiæ, ad quã transfertur infrà eo. c. ulti. & infrà tit. proxi ad Apostolicę. 13. q. 1. p totũ: hoc si transfert se ex toto, alia sola possessio domus constituit domicilium ff. ad municipa. libertus. §. sola. Sed & si in diuersis locis ęqualiter degit, utriusq; ecclesiæ parochianus intelligitur, argu. ff. ad. municipa. assumptio. §. pen. Viator uerò cuiuslibet ecclesię, ad quã uenit parochianus, intelligitur. argumen. ff. de iud. hęres absens. Sed & uxor parochiana est illius ecc. cuius maritus. ff. ad munic. filij. & l. ulti. §. idem respon. mulierem. Hoc quantum ad personalia: sed quantum ad realia, secus. C. de mulieri. in quo

lo. mu. sex congru. & hono. agno. l. j. libro 10. super quo videqã
not. s̃. tit. 1. sub § vetus § fi. ver. quid ergo, si parochianus. & s̃. de
fo. compe. C. quibus ex causis. Ergo si quis habens personarum,
vel ecclesiam parochialem, aliud simile beneficium accipiat, vi-
detur omnino translatus. s̃. de præben. de multa. ad fin. secus for
tè in simplicibus beneficiis. arg. s̃. de testa. relatum. ad fin. ĩ. de re-
lig. do. c. vlti. ad fi. s̃. de præben. cùm iamdudum. sed contrà. s̃. de
concess. præben. literas. s̃. de renun. admonet. & de cle per. c. vlt.
quod dic vt no. s̃. de præben. §. fi. sub § sed & Goff. versi. nũquid
peccat clericus. & seq. ¶ Quid de scholaribus? Dic quòd si de li-
centia prælatorum causa studiorum aliquò accedant, parochia-
ni erunt Episcopi, ad cuius ecclesiam descendunt, dum ibi erunt.
arg. ff. de iudi. si longius. §. 1. & l. hæres absens. s̃. de cle. non resi. re
latum. nec contra tales procedendum est. nam si capiantur, resti
tuuntur. s̃. de offi. deleg. consultationibus. & de proc. dilectus. ff.
ex quibus cau. ma. necnon. respon. 1. videtur tamen, ꝙ scholares
non sint de foro episcopi, ad cuius ciuitatem transeunt causa stu
dendi, quousque ibi moram traxerint per 10. annos. C. de incol.
l. 2. lib. 10. sed non puto, quòd illi legi sit locus in foro ecclesiasti
co: quia & si per 30 annos ibi staret clericus scholaris, sine licen-
tia non efficeretur de foro alterius. vt patet in his quæ not. su-
prà, de præben. §. fina. sub §. sed & secundum Goffr. versi. & nun
quid peccat clericus. & seq. si verò cum licentia, statim est de iu-
risdi. alterius: & si non perpetua, tamen temporali. arg. suprà, de
foro comp. significasti. alioquin sequeretur, quòd scholaris ibi
moraretur in peccato mortali, cùm quolibet anno necesse ha-
beat confiteri proprio sacerdoti. infrà, de pœni. omnis. vnde pu-
to, quòd secundum ius canonicum, quam citò quis transit causa
studendi, cum pręlati licentia, sit de foro episcopi, ad quem tran
sit: ex quo conduxit hospitium, & explicando sarcinulas suas, &
seq. in ipso accedit ad hoc. ff. ex quibus cau. ma. in integ. restit. ab
hostibus. §. fi. sic & si quis ad aliam parochiam transeat, & ibi do
micilium suum constituat, intelligas animo remanendi, statim
fit parochianus alterius: vt not. suprà eod. §. respon. 1. ergo & ta-
lis scholaris statutis & sententiis Episcopi, ad quem transit, liga-
tur. cùm suæ iurisd. sit factus. ĩ. de senten. excom. à nobis. ĩ. 8. dist.
quæ contra mores. 12. dist. illa. ff. de accu. l. fin. ff. ad municip. l. in-
cola. 1. non tamen ipsum sine speciali licentia poterit ordinare.
suprà de offi. archi. significasti. & sic fallit hic regula illa, quam ha
bes infrà eo. nullus. ratio hæc est. quia si ordines non recepit, nec
sibi, nec alij paratur præiudicium: & voluntatis est ipsos recipe-
re: nec hoc debet facere contra voluntatem antiqui & proprij
prælati. suprà, de ætate & qualita. quæris. s̃. de tempo. ordin. ad
aures. quod tamen intelligas secundum ea, quæ not. suprà, de
æta. & quali. §. ordo. versi. circa hoc quæritur. & sequen. sed iudi-
cium redditur in inuitum. ff. de uerbo. obliga. inter stipulantem.
§. 1. de hoc etiam no. suprà, de foro competenti. §. quibus ex cau.
versi. sed & cursu temporis. & seq.

8 c Et an fines † parochiarum [c] præscri-

bi possint? Non, nec quæ finibus adhærent ff. de rei uen quæreli
giosis ff. de contrahenda emptione. in modicis. infrà eod super
eodem. 16. q. 1. quicunque. & capi licet in regulis. infrà titulo 1.
cùm sint homines. in fin. hoc in maioribus & minoribus. argu.
suprà, de præbend. maioribus. quia & ecclesiæ limitatæ sunt au-
thoritate Dionysij suprà, de his quæ fiunt à prælat. sine con. cap.
pastoralis aliqui tamen hoc intelligunt de maioribus parochijs,
id est, de episcopatibus tantùm. Et habet hoc locum, si limites
probari possunt: infrà, eodem. super eodem. secus, si perturbati
fuerint, & incerti: suprà, de proba. ex literis. & iunge ea quæ not.
infrà, de relig. do. §. cui subest. & suprà, de probatio. §. & qualiter.
ver. 9. Qualiter autem diuidi debeat parochia, inter conuersum
ex Donatistis, cum parte parochianorum, & catholicum, quem
inuenit subrogatum. vide ĩ. eod. cap. 1. de quo non multum cu
randum est: sed tamen difficilis est litera & expone ambæ, id est,
amborum partes. & sic facilior apparebit.

ADDITIONES.

a Possit eligere confessorem. ¶ Adde c. omnis utriusque sexus. de pœ. & remi. & ibi doct. & in cle. dudum. & ibi Docto. de sepul.

b Dicitur aũt quis parochianus. ¶ Adde ꝙ omnes de diœcesi possunt dici parochiani. Episcopi, ut in c. parochianos. de sepul. c. parochianos. de sen. excommu. c. excommunicamus. de hæret. c. nos inter. de purga. cano. gl. in c. 2. de pœn. & remiss. lib 6. Card. Zab. in c. ad aures. de pœnis.

c Fines parochiarum. ¶ Adde gl. in c. iudicante. de præscr.

De Decimis & primitijs. Rubrica.

SVMMARIA.

4 Decima cui danda sit. Et de quibus rebus. 5. & 12. à quibus. 6. qualiter. 8. & quare. 9.
7 Leprosi an teneantur dare decimas.
10 Decimæ qualiter diuiduntur: & an possunt præscribi. 11.
12 Decima an sit soluenda de illicitè acquisitis.
13 Laicus an poßit sine peccato decimas percipere
14 Clerici habentes sufficiens patrimonium, vel alios reditus, an licitè recipiant decimas.
15 Consuetudo an excuset à præstatione decimarum.
16 Consuetudo est tantæ authoritatis, quod clericos ad continentiam adstringit.

SCripsimus de parochijs & alienis parochianis; sed quia capitibus parochiarum, hoc est, ecclesijs, decimæ & primitiæ solui debent, videndū est, Quid sit decima, Quare dicatur decima, Quot sint eius species, Cui danda sit, De quibus rebus, A quibus, Et qualiter Et quare, Quomodo decima diuidatur, Et vtrum præscribi possit.

a 1 **Quid sit decima.** [a] † Omniū bonorū mobiliū licitè quæsitorū pars decima Deo data, cōstitutiōe diuina debita: vt colligit j. c. j. & c. parochianos. & c. nō est, & c. tua. & j. & c. tua nobis. §. verū. & c. cū non sit in homine. Deus enim qui dignatus est totam dare decimā, datam dignatur recipere non sibi, sed nobis, id est, dantibus sine dubio profuturā, secundum Hug. 16. q. 1. decimæ.

2 **Quare dicatur† decima?** Quia decima pars dari debet, nō vndecima. ideo ēt decimę certo quotitatis noīe, id est, partis decimæ determinatæ. j. e. c. j. §. at verò nā & nomina debent esse cōuenientia rebus. s. de præb. cum s'm Apostolū. & Instit. de dona. §. est & aliud. & est cō quosdā Theologos qui dicunt, quod non refert quota pars detur, sed quāta. qđ dic, vt no. j. e. sub § septimo.

3 b **Quot sint eius† species.** [b] Duę, s. personales, vt quę debent ex negociatione, uel artificio, seu scientia, vel militia, seu venatione. Itē prædiales, s. quæ pueniūt ex ipsis prędijs: ut vinū, bladū, fructus arborū: s. tit. j. c. fi. j. eo. ad Apostolicæ. & c. pastoralis. De quibusdā aūt dubitat, vtrū sint personales vel prædiales: ut de agnis & fœtibus aliorū animaliū, q̄ in pascuis gregatim pascunt: quidā hoc, quidā illud: sed dici pōt, quod sunt mixtæ, cum partim à pdijs pueniāt: qa inde viuunt animalia, de quib. proueniūt: arg. j. eodē. cōmissum. ff. de seruit. rustic. prędi. pecoris pascendi. C. de verborū sig. l. 2. & hac rōne vident prædiales. nam & boues de eo fundo intelligunt, in quo laborant: non in qđ morant. ff. de fun. instru. lega. cū quidā. & arbor illius soli censet, in quo viuit & in quo radices habet: non illius, in quo vr̄ cōsistere. ff. arbo. fur. cęsa. si plures. §. si radicibus. partim à personis, id est, à custodia personarū: q̄ si deficiat, lupus inuadit. j. de reg. iur. c. pen. & accedit ff. de legat. 3. auibus. cùm l. præced. & 4. se. & hac rōne vident personales. nam & is qui natus est ex mancipijs vrbanis, & missus est ad villam, nutriēdus inter vrbana, non inter rustica mancipia numeratur. ff. de verb. sig. is qui natus. ideoq; dici debet, quod tales decimæ mistæ sint: quia iusta ratione petitio hæredi. inter mistas actio. connumeratur. C. de petitio. hæredi. l. hæreditatis petitio.

4 **Cui danda sit† personalis?** Danda est ecclesię parochiali, seu baptismali de iure cōmuni, id est, illi in qua dātes diuina audiūt, & recipiūt sacramēta. 16. q. 1. questi. 13. q. 1. §. j. Prædialis verò ecclesiæ. j. cuius parochiā sitū est prædiū. s. ti. j. c. fi. j. e. qm̄. 16. q. 1. si laicus. 13. q. 1. §. j. nisi aliud obtineat de cōsuetudine. j. c. j. & ij. & c. cōmissum. & c. cū sint homines. & c. ad Apostolicæ. & c in aliquib. vel nisi pręscriptę sint, vt inferius apparebit. §. & vtrū pscribi. sic est & in tributis, q̄ soluenda sunt illi ciuitati, intra cuius territoriū sita sunt pdia. ff. de publi. & vec. Imperatores. & de cēs. forma. §. si vires. & no. s. ti j. §. qs intelligat parochianus. Sed mistę cui sunt soluēdę? Si apparet cōsuetudo, seruanda est: vt s. si nō apparet: & pascunt cōtinuè in pdijs ppriæ parochię, ipsi dandæ sunt. aliàs vr̄ quod diuidi debeāt inter eccl. ubi pascunt, & propriā. ar. ff. de leg. 3. q saltū. s. de test. relatū. §. vlt. & hoc n̄ minus ęquū, q̄ iustū est. si eīn decima præcipuè danda sit pp sacramēta. j. e. c. ij. & c. tua nobis. §. verū ad. & non dēt conqueri ecclesia, intra cuius parochiā pascant, si rōne sacramentorū q̄ præstat pastoribus, cū ipsa corpora suæ parochiæ sint, vult habere medietatē, vt quædā societas inter ecclesias cōtracta videat: ut scilicet vna pp corpora, & altera pp prædia: imò ēt plus vr̄ attendenda persona, cū gratia sua natura res comparauerit. ff. de vsuris. in pecudū. & de redhibi. act. iustissimè. simile Instit. pro socio. §. nā & ita. ff. pro socio. si non fuerit. & sic media via quodammodo eligetur. s. de officio custo. c. j. Alij distin. vtrū pascat quis animalia sua in aliena parochia tanquā aduena & extraneus: & tunc proprię parochiæ soluet decimā: an tanquā incola, quia nihil soluit pro pascuo, & continuè habet ea ibi. & tunc soluat extraneo: quia quo ad hoc, censetur parochianus: ut no. Hugo 16. q. 1. decimas a populo. & facit p hoc: quia qn̄ soluitur Pasqueriū, extranea ecclesia de illo Pasquerio dēt habere decimā. tutius vr̄ in vtroq;, quod Pasqueriū deberet æstimari. & adde quod no. j. eo. §. quartodecimo. Ex his patet qđ ecclesiæ parochiali danda est decima. 16. q. 1. statuimus. & c. decimis. non ergo Episcopo. sed cō, j. e. qm̄. s. de præsc. c. de quarta. dicas. quod loquunt de consue. nec ob. j. eo. dudū. quia ibi petebat Episcopus ecclesias, & decimas ad ecclesias ipsas pertinentes, sic agit nomine ecclesiæ parochialis sibi subiectæ: cùm non sit alius qui agat. s. de success. ab intest. c. vlti. in fin. vel loquitur de decimis in parochia Episcopi positis, uel quo ad suam canonicam portionem: quod verius est: ut patet in his quæ no. s. de præscript sub rub. de præscript. rerū immobili. §. quæ exigantur. sub §. quartū. ver. ut tamen. & iunge quod not. s. de sepul. sub §. vetus. §. j. versic. sed nec iura Decretalium. & se. j. eo. sub §. duodecimo.

5 **De quibus rebus.** † De blado & leguminibus tam maioribus, q̄ minimis: de pascuis, pensionibus domorū, de prouentibus molendinorū, etiā ad ventum, piscariarū, fictis siue censibus, vel seruitijs, fœno, lana, apibus, furnis, balneis, fullonicis, argentifodinis, lapidicinis, metallinis, fructibus arborum, pecoribus, [c] ouis, seu hortis, negociatione,

ADDITIONES.

a Quid sit decima. ¶ Martinus ita definit & breuius, in Summa hoc titulo. Decima est omnium bonorum iustè acquisitorum talis pars Deo debita, de quo in c. tua. ij. de decimis. Quidam tamen dicunt, quod licet dare decimā sit præceptum, non tamen præceptum est tantum dare, nec minus. Sed qđ de illis, qui non soluunt decimam de vineis, & quibusdam aliis prædiis, sed necessarium, vel aliam aliquotam maiorem decimam. Quid etiam de illis, qui de oliuis, uel nucibus, vel quibusdam aliis terræ fructibus, nihil soluūt pro decima, nunquid per consuetudinem excusantur, cum talis consuetudo videatur contraria iuri diuino? Respondeo, Credo quod talis consuetudo non excusat in prædictis casibus. Si tamen compositio authoritate Episcopi, vel ecclesiæ, cuius interest decimas huiusmodi solui, facta est cum illis, qui debent decimas de minori parte soluenda, quia minus soluunt q̄ decimam, non possunt authoritate propria illi, qui fecerunt compositionem, aut sine cōdictione sustinuei ūt, huiusmodi compositionē, vel successores eorum aliquid plus solito exigere de rebus, de quibus non consueuerunt decimæ solui, de nouo exigere, neq; domini prædiorum vltra solitum tenentur aliquid soluere, nisi ecclesia ad inopiam redigatur, vel nisi authoritate papæ hoc fiat ex certa scientia reuocantis compositionem prædictam, vel consuetudinem. Veruntamen sola consuetudo non liberat debitorem decimarū, in prædicto casu, uel in prædictis casibus. Sed cōpositio, vel remissio, uel quitatio facta ab ecclesia expressè, vel tacitè, vel præsumptiuè: & ex hoc quod per tantum tempus pacificè sustinuit, quod parum, aut nihil pro decima, aut minus, q̄ decima solueretur. Sed quomodo potest ecclesia aliqua soluere tacitè, vel expressè à legitima præstatione decimarū, cùm debeantur de iure diuino. Et quomodo papa priuilegium alicui de decimis non soluendis daret? Dicendum est, quod ecclesia non potest aliquem absoluere, vel alicui remittere ius soluendi decimas. ad quod semper tenentur dñi prædiorum. Sed bene potest absoluere, vel remittere papa actū pręstandi, vel ipsam præstationē. Similiter dicendū est, quod Papa nō dat priuilegium (nec enim dare posset) nō soluendi decimas, nisi prædicto modo, sed dat ius sibi licentiam administrandi fructus decimarum in vsus pauperum, vel retinendi sibi necessaria ex eis. quod potest facere non solùm de decimis, quas de iure communi debent ēt monachi, sed ēt de illis quas debent alij, alijs ecclesijs parochialibus dare, ut 16. q. 1. c. j. Vel dic, quod papa sub ijs, quę pertinent ad articulos fidei, vel ad Decalogum, potest dispensare, & priuilegium quibusdam concedere, non tñ canonem generalem cōtrarium statuere, ut non soluantur. Notauit tñ Alanus ex, eodem tit. ca. à nobis. vbi de hoc, quod licet Papa possit concedere alicui laico, quod non soluerēt, vel quod acciperet ab alio, non tamen oīb. locis hoc concedere posset, nisi ex causa fortè ad tempus, sicut dicitur hoc Gallis concessum fuisse. vt d. c. à nobis. in glo. euentum. Deus enim qui dignatus est totum dare, dignatus est decimarū recipere partē, non sibi sed clericis profuturam, ut 16. q. j decimæ. Decimæ aūt debent ex debito iuris diuini, & laici cōpelli ad solutionem earum, vt extra eo. c. tua nos. vbi de hoc. & c. parochianos. & 32. dist. præter hoc. in fin. Martinus. ¶ Adde quare statuta plus quā octaua uel duodecima, uide per Zebell. in rub. eo. tit. 2. q.

b Quot sint eius species. ¶ Adde glo. in §. his itaque. 13. quæst. 2. doct. in c. 1. eodem titul.

c Pecorib. ¶ Quod de decimis pecorum ait Hostiensis, de mediocribus accipiendum rectè putat Martin. vbi s. Nec enim meliora, nec deteriora, sed mediocria dari debent, ut 10. quæstione 2. ca. hoc ius porrectum. Indignū est enim deteriora dari Deo, quæ recipere dedignaretur homo: vt cano. fin. 49. dist. & ca. omnes decimæ. 16. q. 7. ¶ Non incongruè subiici poterit quæstio, quomodo debeant prediales decimæ solui, & à quibus, si à colono partiario prædia teneantur: hanc in hæc verba soluit Martinus vbi s. Decimas prædiales tenetur dominus dare de parte sua & colonus de parte sua, deductis expensis, censu, tributo, ceu partiarij solutione, ut extra de dec. ca. cum homines. & d. c. tua nobis. ij. In personalibus autē si surgat ex pecunia decimata, deducuntur expensæ. Si verò de pecunia non decimata, tunc non deducuntur expensæ, ut extra de dec pastoralis.

ciatione, artificio, de ipſa militia: & generaliter de omni lucro licitè acquiſito. ȷ̃.eodem.ex multiplici.& 4.c.ſequen.& c.ex parte canonicorum.cum 2 ca.ſeq.16.q.1.decimæ.& q.7.quicunq;.& c.omnes decimæ. & etiam de tempore. de conſe.diſt. 5. quadrageſima. Et not.ꝙ de omnibus fructibus, etiam ex diuerſis ſeminibus perceptis ſiue ſimul, ſiue diuerſis temporibus, decima ſolui debet, vt in illa decret.ex parte canonicorū.& cui ſoluitur de vno ſemine, & de alio eidem ſolui debet, non alijs: quia non debet vna & eadem eccleſia diuerſo iure cenſeri.igitur non erit poſſibile, vt vna eccleſia decimā bladi habeat, & altera decimā vini: ſicut quidam ſeruant de praua corruptela. ȷ̃.e.commiſſum.& cap.cùm in tua.ȷ̃.de priuile. quia circa.12.q.2.quia cognouimus.& s̃.de officio archi.c.vlt.ad fin.ff.de vſuc.eum qui.& iunge quod nota.ȷ̃.eo.ſub §.decimo. Quod dixi, decimam dandam de licitè acquiſito, locum habet in omnibus tranſlatis in alterum, ita ꝙ repetitio non cōpetat: debent enim homines facere ſibi amicos de Mammona iniquitatis, id eſt, etiam de malo acquiſito facere bonum.14.q.5.qui habetis.§.j.& c.ſanè.& ſic meretrix de lucro ſuo tenetur dare decimam: quia licet turpiter faciat, ꝙ ſit meretrix, tamen non turpiter recepit, cùm ſit meretrix.ff.de condictio.ob tur.cau.idem etiam.§.quoties. Eſt tamen arg.ꝯ: quia vilitas vitę laqueis legum ipſas adſtringere noluit. C.de adul.quæ adulterium. ad fi. & quia rei turpis uel inhoneſtæ nulla eſt obligatio. ff. pro ſocio. cum duobus. §.vlti. & l. ſeq. & l.quod autem.& l.nec prætermittēdum. Dicas, ꝙ tenetur dare, ſed eccleſia non debet recipere, ne ipſius flagitium approbare videatur: quia nec eius oblatio recipitur ab eccleſia: ut not.s̃.tit.j.§.in quibus.ſub §.hic tamen ſciendum.ver.quinto, ſi ſit meretrix. ſic ergo ſit inſolubile meretrici: quia ſoluere tenetur. nec poteſt ſoluere: eccleſiæ non, quia non recipiet. alij non, quia nulli licitum eſt aliena concedere præter domini voluntatem. inf. eo c.tua nobis.§.prætextu. s̃.de iureiu.eam te. hoc ad confuſionem eius dicitur: conſulo tamen, ꝙ faciat inde eleemoſynam: ut ſic Deus eam citius extrahat à peccato: quia ſicut aqua extinguit ignem, & c.ad hoc enim valet eleemoſyna à peccatore facta, & ad quædam alia.quod dic, vt not.de pœni.§. & an fictè pœnitenti. Si verò repetitio competit, ut in ſimonia, vſura, & ſimilibus. nō dabitur decima. s̃.de iureiu. debitores. ȷ̃. de ſimo.ad hoc & c. veniens.& de vſuris.quia in oīb. & iunge quod no. ȷ̃.e. ſub §.quęritur, vtrum de illicitè acquiſitis. verſ.hęc mā plenius expeditur.

6 **A quibus?** † A laicis.16.quæ.7.decimas quas breuiter à quolibet, niſi ſpeciali priuilegio domini Papæ exemptus ſit. ȷ̃.eo c. tua nobis.& c. in aliquibus.ad fi. vbi dicit conſuetu.approbandam, ſubaudi per Papam.nec obſt.ꝙ vſque ad effuſionem ſanguinis legem diuinam tueri tenetur. xxv.q.j. ſunt quidam. quia non immutat conſtitutionē diuinam in totum: ſed quaſi pro beneficio aliquibus concedit, ſecundū T. vt Ciſtercien. hoſpitalarijs, & templarijs teneantur dare decimas de laboribus, quos proprijs manibus excolunt. de poſſ. ante concilium acquiſitis: de his verò quæ poſt conciliū eis collata ſunt, & emerunt pro monaſterio de nouo fundando, tenentur dare decimas. ȷ̃.e.nuper abbates. alijs autem religioſis, hoc conceditur, ne de noualibus, quæ proprijs manibus excolunt. hortis & nutrimentis animalium ſoluere decimas ſimiliter teneantur. ȷ̃.e.ex parte tua.j.& ſic hodie tenendum eſt de monachis nigris, & canonicis regularibus, & alijs religioſis viuentibus in communi, quicquid dicatur.16.q.1.decimas. & alijs iuribus antiquis. Scripſit tamen Ray. ꝙ tunc demùm, monachi nigri debent ſoluere decimas, cùm populum non habeant: nam ſi habent, tunc recipient tam perſonales, quàm prædiales. ȷ̃.e.dilecti. & c. ſuggeſtū. quoſt Goff.reprobauit.& bene: quia & ſi populum habeant, à quo dictas decimas exigere poſſunt, ut probatum eſt: tamen nihilominus tenentur ſoluere decimas clericis ſecularibus, uel ēt alijs religioſis. ſi intra limites parochiæ ſuæ prædia poſſideant: ut patet in hic quæ no.s̃.e.§ cui danda niſi priuilegio vel legitima præſc.ſint muniti.s̃. de præſc. veniens. ȷ̃.eod.ex parte.j.& c.à nobis ergo domine Goff.quare non dabunt decimas clerici clericus ſecularib. ſicut innuitis in ſumma veſtra nam ſumma eſt ratio, quæ pro religioſis facit ff.de relig.& ſum.fune. ſunt perſonę. s̃.de dolo & cōtu.c.2. ȷ̃.de noui oper.nun.cùm ex iniuncto.dic ergo de clericis ſecularibus, ut no.ȷ̃. eo.ver.item clerici.& ſeq. Ceſſat etiam priuilegium conceſſum de non dandis decimis in caſibus. Primò ſi enormem lęſionē inducat iuri parochiali, ȷ̃.e. ſuggeſtum.ȷ̃.de verb.ſig.quid per nouale. Secundò, propter pactionem, ſeu amicabilem compoſitum.ȷ̃.e.ex multiplici. Tertiò, propter contrarium actum præſcriptum: puta quia priuilegiatus ſoluit per 30.an.ȷ̃.de priuile. ſi de terra. multò fortius ſi xl.ȷ̃. de priui.accedentibus. Quartò, ſi priuilegiatus prædium alienū conducat.ȷ̃.eo. dilecti. Quinto, ſi prædium priuilegiatum alijs locet.ȷ̃.e.licet. Sextò, ſi ſententia feratur ꝯ ipſum, à qua non appellauit, ſiue priuilegium oſtenderit, ſiue non s̃. de ſententia & re iudic.inter monaſterium. & c. ſeq. & iunge quod no. ȷ̃.e.ſub

7 §.3.ver.ſed opponitur.& verſ. hoc etiam priuile.& ſeq. † Sed & leproſi tenentur dare decimas, pręterquam de hortis, & de animalium nutrimentis.ȷ̃.de eccl. ędific.cùm dicat Apoſtolus: Hi autem quibus conceditur, vt de laboribus decimas percipiant, & de noualibus quod minus eſt, ipſas percipere poſſunt.ȷ̃.eo.ex parte.3.niſi per præſc.quæ odioſa eſt, acquiſitæ ſint decimæ.ȷ̃.e. cùm contingat. vel niſi laico conceſſum ſit priuilegium.ȷ̃.e.tua. & ȷ̃.in fi.quia priuilegium tale odioſum eſt, cum laicus decimā tenere non poſſit, & clericus qui ei concedit, uel decimam uel eccleſiam perpetuò detinendam, tanquam arbor inutilis ſuccidi debeat.ȷ̃.eod.ad hoc, & ca.quamuis.& c.prohibemus.ſed ad tempus etiam laicus locari poteſt non ius decimarum, ſed perceptio fructuū.ȷ̃.ne prælati vices ſu.querelam.s̃.loca. & con.veſtra. ſic vſufructuarius perceptionē fructuum vendere poteſt, ſed non ipſum ius.ff.de iure dotium.ſi vſufru.& de peri.& com.rei ven.neceſſario.§. vlti.& de hoc plenius no.ȷ̃.e.ſub §.3.quęritur, vtrum laicus. Tenetur aūt ſoluere decimas prædiales is, ad quemcunq; peruenerit ipſum prędiū, etiam ſi Iudęus ſit: quia res tranſit cum onere ſuo.ȷ̃.e.de terris, & c.cùm ſit.ad fi. ergo ab emptore exigenda eſt ȷ̃.e. paſtoralis. Sed ꝯ.ff.de ꝯhen.empt.l.vlti. dic ꝙ ibi alienator perſonaliter obligatus erat: ſecus, ſi realiter. ff.ad Trebel.l.ij.§.ſi hæres. Item clerici de dote eccleſiæ decimas dare non debent: ſecus, de quaſi caſtrenſi.ȷ̃.eo.c.2.in prin.& §.1.16.q.1.queſti ſunt.& cap. ſi quis laicus. minores tamen maioribus, & ſic Leuitę ſacerdotibus.ȷ̃.eod.ca.1.q.in prin.& maximè clerici coniugati.s̃.de cle.coniug.diuerſis.& ſi etiam intelligunt quidam.16.q.1.ſi quis laicus. Sed & clerici communiter viuentes, decimas non tenentur ſoluere. 16.q.1. decimas.à contrario ſenſu alij tenentur. ſed quod ibi dicit, communiter viuentes, ſubaudiendum eſt, maximè ſecundum Goff. quia nec alij tenentur dare.ȷ̃.eo.nouum.quod alij intelligunt de eccleſia, cui deſeruiunt.& certè mirum eſſet, ſi clerici eſſent immunes, & religioſi tenerentur ſoluere, niſi per ſpeciale priuile.eximerentur. Ego intelligo, ſicut no.s̃.eo.ver.item clerici, ſcilicet ꝙ æquales non dent decimas æqualibus, cùm ab ipſis non recipiant ſacramenta eccleſiaſtica.nec eis ſubſint, ſed ſuperioribus, quibus ſubſunt, tenentur ſoluere de patrimonialibus bonis, & alijs ex eueatu licitè acquiſitis. & hoc manifeſtè dicit illa decre. infrà eodem. nouum. quam ſic expones: clerici à clericis, ſcilicet non ſubditis, ſed ſibi æqualibus.non enim Leuitæ, ſed ſacerdotes & ſuperiores ab inferioribus.infrà eodem.cap.1.verſic.rurſus ſequitur.hoc ideo, quia cum æquales ſint, non dicitur alter alteri ſpiritualia miniſtrare, neque miniſtrat: ergo ſuperiorib. miniſtrantibus ſibi ſpiritualia tenentur dare: & hoc eſt illi profectò clerici, ſcilicet inferiores patrimonium habentes, uel aliunde licitè acquirentes. Qui à clericis, ſcilicet ſuperioribus, & curam animarum ſuarum habentibus, ſpiritualium miniſtrorum labores accipiunt.13.q.1.§.his.ita decimas eis debent.quia quilibet fidelis Chriſtianus tenetur ipſas dare de licitè acquiſitis. infrà eod. ex tranſmiſſa, niſi eximatur priuilegio ſpeciali: ut not. ſuprà eo. reſpon. 1. & pro maiori parte de patrimonialibus ſic ſeruatur. Nunquid ergo rectores eccleſiarum & alij, qui immediatè ſub ſunt epiſcopis, tenentur ſoluere eiſdem decimam de reditibus ſuis eccleſiaſticis? Et quidem conſuetudo tenet, quòd non: ſed de iure communi planum eſt, ꝙ tenentur ſoluere etiam decimam decimarum, ut ȷ̃.eodem.cap.j.verſic.rurſus.& capi.2.& c. ex tranſmiſſa. quia quilibet tenetur, niſi ſpecialiter ſit exēptus: vt ſupra not.& probatur infra eodem a nobis: & patet infra eo. ex parte tua.j.ad fin. Item ſoluenda eſt tam à dantibus poſſeſſiones ad fictum, quàm recipientibus.ȷ̃.eo.à nobis.& c.tua nobis.§. & cùm de cunctis. nec diſtinguitur vtrum quota debeatur, uel quanta, ut quidam: ſed vtrum ante ſolutionē factā ſoluatur penſio? in quo caſu dñs tenetur: quia res tranſit cum onere ſuo. ȷ̃.c. paſtoralis.§.fructus.& ca.cùm non ſit.ad fi. s̃. de pign.ex literis. 15.q.1.ſi quis laicus.& no.s̃.eo. verſ.tenetur. uel poſt. in quo caſu cum decimata ſit, dñs non tenetur: quia & ſi tria ſextaria tantum debeantur, diminuitur dño. verbi gratia: colonus habuit x. ſextaria, debebat domino v. ſoluit eccleſię vnū, non ſoluet dño, niſi quatuor & dimidium. ſoluit domino v. ante decimationé, agat eccleſia ad dimidium ꝯ dominum. ſic intelligo ȷ̃. eod. cùm non ſit in homine. ſi ergo poſt decimationem ſoluit domino integram penſionem. donare videtur, cùm retinere poſſet. ff.de neg.geſt.ſi liber homo. & l. cum pecuniam. argu. ff.de condi.indebi.l.1.& de reg.iur.cuius per errorem. vel ſi errat in iure, ut qa ſimplex homo credo ꝙ à domino poteſt repetere tanquam indebitum.arg.ff.de proba.cùm de indebito.& de iur.& fac.ign.l. iuris.de hoc not.in ſum. de ſol.§. fin. ſub §. ſi quis autem. & iunge quod not.ȷ̃.eo.ſub §.tertiodecimo.

8 **Et qualiter.** † Sine diminutione aliqua antequā ſumptus deducantur de prædialibus, & etiam mixtis, non cauſa mercimonij comparatis. infra cod. cum homines de Ortona.& cap.non eſt.& capitu. tua nobis. De perſonalibus

nalibus verò & emptis causa mercimonij deducuntur expensæ in ipsis rebus factæ de pecunia decimata: sed expensæ factæ causa quærendorum fructuum, vel ad tuitionem rei seu.ad refect. non deducuntur: infrà eodem.pastoralis. & est speciale in decima, cùm aliàs is fructus intelligatur, qui superest deductis expēsis.ff.de pet.hære.si à domino.in fi.C.de fructib.& litis expen.l.j. ff.sol.mat.fructus.& est ratio specialitatis hæc: quia decima prædialis tributum est.16.q.j.decimæ sunt tributa egentiū animarū. Sicut ergo tributū soluitur, nulla facta deductione expensarum vel seminis, sic & decima.j.e.tua nobis.§.verum & §.vt cum de cunctis s̄m Goff.& Rayn. Est & alia ratio: quia si tu præstas expensas, dominus per diuinam potentiam, qua cooperante expensas tibi reddit cum maximis vsuris.j.eod. non est in potestate.& capitu.cùm non sit.ergo cùm opera domini preciosior sit pecunia tua dimidiam posset exigere.argum. Instit.pro socio.§. nam & ita.ergo conqueri non debes, si decimam partem accipit & tibi dimittit nonem.argu.j.eod.tua nobis.§.verum.16.q.j.decimæ.in artificio autem continuè operatur manus hominis, & laborat: quare sumptus deducere debet.argument ff. commodati.in rebus.§.possunt.ideoq; nec semen est etiam deducendū: vt notatur, j.eod.sub §. 2.in negociatione verò, ideo deducitur ne pecunia iterū decimetur.j.de reg.iur.bona fides Expēsæ aūt factæ in refectione seu tuitione rei, ideo non deducuntur: quia in patrimonio remanent expensæ illæ.arg.ff.de legatis 2 Imperator.§ ultimo & l.seq. Nec obstat, ꝙ amisisti in destructione domus clibani cōbustione: quia hoc debes imputare peccatis tuis: & iunge quod notatur j.eodem.sub §. sextodecimo. Audacter dico, si licitè iustè & honestè viuas, & facias, quod debes, non inueniet inopia in domo tua.nec obstat quod de Iob opponi posset, quia tunc temporis nimis regnabat imperium diaboli: cùm adhuc Dominus non lauisset nos suo sanguine precioso, sed & multi torquentur, ut maiorem mereantur coronam: quia non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.sicut ergo casus fortuitus non imputatur aliis, nec domino.C.de pigno.actio.quæ for tuitis.Sunt autem personales reddēdæ in fine anni. interest enim eccles.simul totum recipere potius, quam singulariter per minutias de quæstu quolibet. argument s̄.de pignor. ex literis. ff. familiæ erciscundæ.planè. C. qui. & quan. quarta pars debe l. 2. lib.10.secundum Goffredum & Rayn.verum si ante annum uelit quis soluere, non video quod possit refutari: quia hoc iure expressum non est.De animalib.verò, sicut agnis, hœdis, vitulis, porcis, & pullis, & similibus, nec meliora coguntur solui, nec deteriora solui debent: sufficit ergo ꝙ reddantur mediocria. argumen.10.q.2.hoc ius porrectum. ff. de redhi. ac.si quis venditor. §.fina.& l.sequent.§. illud sciendum. deteriora autem ideo non debent reddi: quia absurdum est offerre Deo, quòd dedignatur homo.ut 49.distinctio.cap.fin.16.quęstio.7.omnes decimæ.s̄m magistros.Et potest hoc intelligi, quando non apparet quis sit decimus: aliàs ille soluendus est, nec mutari debet.quòd si mutetur, vtriq; debetur: vnde in Leuitico c.fi. Animal autē quod immolari potest Domino, puta decimum, quia de ipso apparet qđ est, si quis mouerit, sanctū erit, & viuificari nō poterit: id est, nec melius malo, nec turpius bono: ꝙ si mutauerit, & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum consecratū erit Domino eodē, ouis, & bos, & capra, quæ sub pastoris virga transeunt quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.

9 **Et quare?** † Quia Dominus ipsas retinuit in signū vniuersalis dominij: & voluit ipsas solui clericis pro seruitio suo faciendo j.eo.tua nobis.16.quæstio.j.decimæ. & capit. reuertimini. vnde qui non soluit, ad decimam diaboli reuertetur, & tardè soluere, peccatum est: & infamis est, qui nō soluit, & bannum domini Papæ incurrit.vt in dictis cap.& capi. statuimus. Et quia soluens quadrupliciter remuneratur: primò in abundantia fructuum: secundo, in sanitate corporis: tertiò, in remissione peccatorum: quartò, in acquisitione regni cęlorum. 16.q.j.decimæ. Subtrahens verò in nouem delinquit. Primum est præuaricatio diuini mandati. Secundum est, quia ad decimā reuertitur. Tertium est rapina. Quartum est homicidium: sicut potest colligi in dicto capit. decimę. Quintum est sacrilegium. Hiero. Amico rapere quippiam, furtum est: ecclesiam fraudare sacrilegium est, aut quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere omnium prædonum credulitatem superat. 16. q. 1. quoniam quicquid. & est expressum 16. q. 7. decimas. Sextum est, ꝙ Dominus non increpat locustas, nec plagas amouet.16.q. j.reuertimini.Septimum, quia hoc tollit fiscus,[a] quod non accipit Christus.16 quæst.7.maiores.Octauum est, quòd infamiam incurrit Nonum, quòd bannum domini Papæ componet, sicut no.s̄.id est, excommunicabitur: ut nota.infrà eod sub §. ultimo versic.sed si de interpretatione. & sequenti. Et possunt repeti à laico per clericum, si per ipsum ius percipiendi decimam petatur & habet locū confessoria.vt ff.si usufruct.petatur.l.vti frui §.vltim., si verò fructus separatus petatur, habet locum actio in rem secundum quosdam.ar.s̄.de consuet.ex literis.C. de sacrosanctis eclesiis: ut inter diuinum. & hoc satis exprimitur. ff. de polli.l.2.§.si decimā.sed & agi potest cōdictio. ex lege diuina.j. e.parochianos.& c.tua.& ff.de condic.ex lege.l.vnica.Sic patet, ꝙ si clericus non facit seruitium, vt deberet: vel notorius fornicator sit laicus, non tenetur ei dare decimā.arg.s̄.de cohabitatione clericorum & mulierum.vestra.& ca. tua. & ca. vlti.sed tunc laicus tenetur decimam dare prox.superiori.argumen. suprà de elect.cum in cunctis.ad fi.& superior in utilitatem eccl cui dari debebat, ipsam decimā conuertere debet.arg. suprà, de officio ordina.quanto.& de successio.ab intesta.sancto.& c.vlt. ad fin. nec obst.infrà eodem.tua nobis.§.prætextu, quia illud intelligo de occultis, qui adhuc per ecclesiam tolerantur. & iunge quod not.infrà eod.sub §.quarto.[b]

10 **Quomodo decima † diuidatur?** Secundum consuetudinem loci, ut episcopus habeat dimidiam tertiam, uel quartā, clerici verò eccl.deseruientes aliam habeāt. 10.q.j.antiquos.16.q.1.constitutum.s̄.de præs.de quarta.j.eo. quoniam.si non apparet consuetudo, diuidatur in quatuor partes: quarum una Episcopo, alia sacerdoti: tertia fabricæ, quarta pauperibus assignetur.12.q.2.quatuor.& c.Vulteranæ.& iunge hic quod not.s̄.de sepul.sub §.vetus per totum.[c]

11 **Et vtrum præscribi possit?** [d] Potest ab aliquibus, & ab aliquibus non. laici enim non possunt præscribere. suprà, de præ-

ADDITIONES.

a Tollit fiscus.¶ Adde glo.in c.j.eo.tit.lib.6.

b Commodè satis adijcias ex Martin. vbi s̄.rubricellam, de decimis noualiū.Has autē illi monasterio, vel ecclesiæ, quæ alias recipere pōt decimas de priuilegio speciali, quia cui per priuilegium decimæ simpliciter conceduntur, videntur etiam ei noualium decimas fuisse concessas: extra, de decim.cùm cōtingat, ubi de hoc in gl. hoc ad alium.& c.ex parte.3.Item decimæ noualium quæ de nouò assurgunt in parochia alicuius, debent illi ecclesiæ dari, in cuius parochia noualia sunt sita. Et episcopus inde hanc partem suam, & si nō appareat, vel dabitur, in cuius parocha sita sint, tunc pōt ea ubi Episcopus vendicare: ut extra de dec.quoniam. & 12. q. j. præcipimus. Item decimæ insularum, quæ surgunt de nouo debent illi Episcopo vel ecclesiæ dari de cuius parochia cēsentur illæ insulæ.ff.de iudic.l.insulæ. Item religiosi, & qui religiosè, & communiter viuunt, non tenentur soluere decimas de laboribus suis & noualibus, propriis sumptibus cultis, nec de animalium nutrimentis, nec de ortis, nisi ecclesia inde grauiter læderetur. Itē Cistercienses hospitalarii & templarii non tenentur soluere decimas de possessionibus suis, quas suis laboribus, uel propriis sumptibus colunt.ut extra, de decimis.ex parte.vbi de hoc.& cap.ad audientiam.Secus tamen de possessionibus emptis post concilium Lateranense, & priuilegio tamen obstante, ut eod.titu.cap.nuper abbates.

c Precium operæ facturus videbor, si antequam ad decimarum præscriptionem perueniamus, hanc rubricellam, de decimis datis in feudum laicis, interijciamus ex Mart.nostro huc transferentes. Decimas olim in feudū datas laicis, ut ecclesias à paganis & hæreticis defenderēt, adhuc possidēt laici & successores eorum. Si aliqua noualia ibi surgunt, horum decimæ laicis non adcrescunt.extra, de his quæ fi.à præla.cùm Apostolica.in fin.& de deci.c.tua.j & c.cū in tua.Item si nesciat decimam, quam tenet aliquis miles, utrum sit de datis ab antiquo ante concilium, uel si fuerint datæ post concilium, Dic ꝙ si à tempore, cuius non extat memoria, miles huiusmodi & antecessores quietè & pacificè tenuere decimam. recognoscētes se eam tenere ab ecclesia mediatè, vel immediatè, & reddentes inde debitū obsequiunt ipsi ecclesię, p̄sumendum est benigniore interpretatione, quod sit de decimis ab antiquo datis, arg.12.dist.illa.aliter non est præsumendum, ꝙ iustè possideat.Item dicunt quidam, ꝙ quando miles in aliquibus partib. à rusticis decimam accipit, & ecclesia non petit ab huiusmodi rusticis, sed permittit tolli à militibus, liberantur omnino rustici, nec peccant aliter soluendo, nisi placeat eis eo modo fraudari à iure suo. Item si ab ecclesia, vel laicis sint decimæ alicui in feudem perpetuò concessæ, sufficit, secundum quosdam, solius clerici cōsensus absque Episcopi auctoritate, ad hoc vt conferantur huiusmodi decimæ in feudum alicui ecclesiæ, vel religioso loco, quod tamen vtrum est, si à tempore, cuius non extat memoria ita cōcessæ sint, & ante concilium Lateranense. Item, si huiusmodi feudatarius laicus decesserit, potert fortè Eipiscopus hæredem eius, vel extraneum, si hæredem legitimum non habeat, de illis antiquis decimis infeudare. At si huiusmodi feudum à feudatario sit donatum, ita ꝙ per Episcopum facile recuperari non possit, potest fortè Episcopus; vel in feudum alicui laico cōcedere, qui illud recuperet, & in feudum ab ecclesia recognoscat. ar. extra, de feu.c.ex parte. Et idem potest probabiliter concedi de decimis, quæ tenentur à laicis tanto tempore, de cuius initio non extet memoria: nec cognoscunt se eas tenere ab ecclesia, potest eis dici, ꝙ episcopus possit de eis laicos infeudare.arg. d.c.ex parte.cum per hoc ipsum procuretur vtilitas ecclesiæ.ff.de solu.l.qui decem.quia posterior mora illi nocet, per quem mora facta fuit.ff.de usur.l.debitor vsurarius.

d Vtrum præscribi possit. ¶ Adde glo. in verbo, componendum. in capit, nuper.de decim.gl.in cap.decimæ.16.q.j.Card.Zab.in c.dudum.in 2.no. de decim.

de præscriptio causam quæ. 16 quæstio. j. peruenit. nec quominus satisfaciant, aliqua cõsuetudine se tueri possunt, cùm sit cõtra ius diuinum, qđ dicut no. j̃. e. sub. §. 7. Clericus verò si parochiã habeat, ipsam põt pscribere. & si parochia ꝯ parochiã. s̃. de pscriptio. de quarta Religiosi aũt non habẽtes parochiã, ipsam præscribere non possunt quia nec possidere licet. 16. q. j. placuit imò tenentur soluere, nisi priuilegiati sint. 16. q. j. alia. & c. generaliter. 12 q. j duo sunt. sed ratione parochiarũ ipsam presc j̃. eo. cùm contingit. & c. cùm in tua. 16. q. j doctos. verùm quia timetur ne à laicis causam habuerit, deberet probare titulũ, sicut potest intelligi. j̃. e dilecti. & c. dudũ. s̃. de præscriptioni. si diligenti. ar. j̃. eo. interdicimus Greg. s̃. de his quæ fi. ab Episcopo, cum Apostolica. & de præb. in Lateranen. cõcilio. j̃. de priuil. cum & plãtare. Idẽ si laicus teneat rẽ eccl. s̃. de prob. licet. Sed parochia secularis ꝯ parochiã secularem non habet necesse titulum ostendere. sic potest intelligi s̃. de presc. vigilãti. & de quarta. & c. quoniã. Sic durior est ꝯditio monachorũ, quamuis summa sit ratio quæ pro religiosis facit. & est ratio, quia debet à tali laico arceri, ne locupletentur cum aliena iactura: vñ etiam, sm Gra. nõ prescribunt ꝯ ecclesiã minori spacio 40. an. sed ecclesiam ꝯ ecclesiã 30. 16. q. 3 §. pt. ver. in canonib. Illud tñ hodie nõ tenet. nec obst. j̃. de iure pat. cura. quia aut ponitur pro &. sic. C. de verborum signification. l penulti. ff. de verborum signification. sæpe. aliquãdo verò vel ponitur expositiuè, pro id est, ut C. de tutor. vel cura. ad litem. in ipsa rubrica. de hac materia dic vt plenè s̃. de pscr. sub rubrica. de psc. rerũ immobili §. quæ exigant. sub §. quartum.

[12] Quæritur, † vtrum de illicitè acquisitis, puta ex iniusto bello, prohibita venatione, furto, rapina simonia, usura, iniusto pedagio, vel salmarino, uel ludo, iniusta talia, vel alia exactione, iniusta sententia, & quæ iudex per concussionem extorquet meretricio histrionatu, teneatur quis dare decimam? Et uidetur quòd non, à contrario sensu. j̃. eo. ex transmissa. j quæst. j. non est putanda j̃. de usur. super eod. sed contra, quia de omnibus dandæ sunt decimę: ut not. s̃. eod. §. de quibus. Solutio. prædiales indistin. solui debent à possidente prædia, nõ solum iusto, sed à uiolento, uel clandestino: non solum catholico, sed etiam Iudæo, hæretico, uel pagano ut not. s̃. eo. § à quibus. ver. tenetur. sicut & in tributo contingit. ff. de pactis l. inter debitorem. C. sine censu, uel reliquiis. l. j. nec in talibus delictum priuilegiũ indulgebat. 16. quæsti. j. legi. s̃. de iu. intelleximus. nec pœna habet immunitatem. ff. de minoribus. Papinianus exuli reuerso. infrà, de donatio. inter virum & uxorem. & si necesse. ff. quod vi aut clàm Seruius. ff. de donatio. inter uirum & vxorem. l. 3 § 1. In personalib. verò distinguitur, utrũ teneatur quis ad restitutio. vt in omnibus supradictis, excepto meretricio, & histrionatu, siue transferatur dominium, siue non: & tunc non debet dari decima, nec recipi. vnde nec de iniusto bello datur, de quo loquitur 23. quæstio 1. militare. sup. de iureiuran. sicut. secus, si iustum esset. 23. quæstio. v. dicat. Sed etsi non tenetur qs ad restitutionem, ex peccato tamen quæstus prouenit notoriè, ecclesia non debet recipere, ne peccatum videatur approbare. secus putarem, si occultum esset, quamuis hoc sciret prælatus. arg. 32. quæstio v. Christiana. 16. quæstio. 1. si omnia. & quæst. 2. si tantum & capit. placuit. j̃. de sim. sicut nobis §. fi. & cap. sequẽ. §. fin. & suprà, de offic. ord. si sacerdos. secundum hoc intellige quod not. suprà eod. §. de quibus. versicul. quod dixi. & versicu. dicas, quòd tenetur dare. Vbi verò non tenetur ad restitu. nec quæstus ex peccato prouenit: sed licitè acquisitũ est indist. dari debet, nisi priuileg obst ut patet in his quæ not. suprà eodem. §. de quibus respon. & § aliquibus. per totum.

Secundò quæritur. vtrũ semẽ sit deducendũ de decima? Et videt quòd sic: quia dominus primum semen ministrauit: & illius vsumfruct. agricolæ dedit: debet igitur semen deduci ad instar pecunię in vsufruct. datæ: ut ff. de vsufruct. ea. rer. quę vsu consu. l. 2. suprà, de pign. cap. fin. ad instar gregis. in usufruct. conces. de vsufruct. vetus fuit. & sicut in negociatione deducitur capitale, àlias decimatum. infrà eodem, pastoralis. Verba sunt hæc: nec enim semen, neque sumptus est deducendus: vt not. suprà eodem §. & qualiter. & expressim probatur infrà eodem. tua nobis. respon. j. & § finali Ad hoc quod obiectũ est de primo semine: respondeo, quòd non fuit in usufruct. concessum: sed gratis datum. & si Deus liberalis fuit agricolæ, non debet ex hoc ad retinendum ius Dei, quod in decimis consistit, aliquam excepti. assumere: sed potius plenius & sine aliqua diminutione reddere: nam ex hoc est ei saltem ad antidora obligatus ff. de petit. hæredi. sed & si lege §. consuluit. suprà, de testamen. cum officiis. & capit. relatum. 2. ad fi. & adde, quod no. s̃. eod. §. & qualiter. versic. de personalibus & seq. Item semen mortificatur: & ideo non deducitur sicut tangitur j̃. eod. c. cùm non sit in homine. sed pecunia in mercede data salua manet. & ideo deducitur.

[13] Tertiò quęritur, † Vtrum laicus possit sine peccato decimas percipere? & videtur ꝙ non: quia dominus præcepit in Leuitico [a] eas dari Leuitis, vt sit cibus in domo Domini. 16. q. j. reuertimini. & iura prohibent, ne laici percipiant decimas, vel detineant. j̃. eo. prohibemus. ad hoc. & c. qm̃. s̃. de rescript. causam, s̃. de his quæ fiunt à præla. cùm Apostolica. in fine. 16. q. j. quoniam. & q. 7. decimas. 10. q j. quia sacerdos. & c. hanc consuetudinem. & ad hoc s̃. de arbit. peruenit. In contrarium potest induci generalis cõsuetudo [b] in Hispania, Francia, Burgundia, & Alemania, & in plerisque locis. Solutio: Aut laicus habet priuilegium Romanæ sedis Apostol. aut non. Sed si laicus habet priuilegium Romanæ sedis, i. siue ad tempus, siue in perpetuum, & licitè exigit, & licitè soluitur ei, sicut in priuilegio continetur, quia hoc potest Romana sedes concedere: sic intellige j̃. de iure patro. nobis fuit. j̃. e. à nobis. 63. distin. Adrianus. & c. in synodo. 16. q. j. hinc est etiam. Sed opponitur, Decimæ ex præcepto, & ex lege diuina debentur, ut not. j̃. e. sub §. 7. ver. magistri. & seq. & ver. restat. quomodo ergo potest Papa contrauenire? imò non potest, ut s̃. de restitu. spol. literas. §. opinio. & 5. dist. in prin. 8. distin. quæ contra mores quia tenentur vsque ad animam & sanguinem defendere. 25. q. j. sunt quidam. Dicunt aliqui, quod non posset in totum hoc destruere sed alicui pro sustentatione vitæ suæ potest hoc concedere, ut no. s̃. eo. § à quibus. respon. j. sed certè vbi potest in totum, & in partem: & econtrà. argum ff. de rei vendicatione. quæ de tota. Dicas ergo, quòd aliqua sunt præcepta, in quibus non seruatur aliqua priuata utilitas, siue temporalis: nisi præiudicium alterius committat aliquis, ut in furto: & ideo talia sine peccato non possunt omitti, quo ad affirmatiua, vel committi, quo ad prohibitoria: & in talibus Papa nullam potestatem habet. & sic intelligenda sunt iura, de quibus opposui. aliqua vero sunt, in quibus versatur priuata siue temporalis vtilitas, ut in decimis, primitiis, oblationibus & similibus, per quæ nemini paratur præiudiciũ: imò nisi reddantur peccatum est: & cum temporalitas ad ecclesiam spectet, & Deũ, cuius uicarius vniuersalis est Papa, põt in his statuere: & de his disponere, sicut placet. ad hoc s̃. de transla. Episcopi. cap primo, secũdo, & tertio. & 9. q. 3. cuncta per mundum. & sic sine cuiusque iniuria potest ꝯcedere laico, ꝙ decimas alicuius loci percipiat, vel non det, sicut notat. suprà. Sed non debet hoc facere, nisi ex causa, puta fauore fidei. vt si concederet alicui principi, quòd percipiat decimas omnium locorum paganorum, vel hæreticorum, vel schismaticorum, quos poterit subiugare, & ad unitatem ecclesiæ adducere, uel reducere, vt in eisdem ca. comprobatur. sed occasione istius priuilegii, non deberet sibi noualia vendicare. j̃. e. tua. & j̃. in fine. Vtrum autem in hoc casu debeat percipere decimas illarum rerum, quę non consueuerant decimari, quæ sciuit Raynutius & cancellauit, tamen dicendum est, quòd non: quia tale priuilegium odiosum est: & periculosum posset esse: & ideo restringendum. ff. de liberis & posthumis. cùm quidam. argument. infrà, de sponsa. iuuenis. ff. de rebus dubiis. vbi. quia nec de his videtur cogitatum ff. de pactis. tres fratres. & de transactio. qui cum tutorib. in si. ff. de contrahenda emptione l. 3. secus, si clerici perciperent infrà eod. cum in tua. quia tunc fauorabile est, & ideo ampliatur: ut not. suprà eodem § à quibus. versicul. hi autem. & sequent. Hoc etiam priuilegium expirat in casibus. Primò si tales principes abutantur priuilegio ecclesiã impugnando. 11. quæstio: 2. priuilegio. 63. distinction. §. verum. & argumen suprà, de donationibus. capitulo finali. & de postuland. capitulo, finali. vel si non faciat id propter quod priuilegium est concessum. suprà, de donationibus. cum dilecti. infrà, de condition. app. verum. Secundò, si scienter venerint contra priuilegium, sustinendo, quòd ecclesia, ad quam spectat, per triginta annos decimam laico concessam percipat. infrà, de priuileg. si de terra. Tertiò. si per illud priuilegium enormiter læditur ius parochiale. infrà eodem. suggestum. Quartò si priuilegio expresse renunciauerunt. infrà de regularibus. statuimus. 7. quæstion. j. quam periculosum. Quintò, si authoritate Episcopi ius suum alicui ecclesiæ, vel loco religioso dederunt. suprà, de his quæ fiunt à præl. cùm Apostolica. 16. quæst. j. quoniã quicquid Sextò, si aliquod enorme commiserint contra ecclesiam, à qua feudum tenebatur occidendo

ADDITIONES.

a Quia dominus præcepit in Leuitico. ¶ Adde an decimæ sint de iure diuino, vide in c. tua nos. e. tit. s̃. de deci. Card. Zab. in c. à nobis. in 3. opp. de deci. Abb. in c. si de terra. in 2. no. de priuil.

b Generalis consuetudo. ¶ Adde Ant. de But. in c. nonnulli in 3. col. de cle. non resi. Ant. de But. in c. ex transmissa. de præsc. Arch. in c. quicunq. el. 16. q. 7. Arch. in c. maiores. ea causa & q.

cidendo, uel mutilando rectorem, uel clericum ſum.infrà, de pœnis.in quibuſdam.& adde quod notat. ſuprà eodem.§.à quibus.verſicul.ceſſat etiam priuilegium. ubi & quoſdam alios caſus elicere potes. Quòd ſi laicus habet priuilegium Romanæ ſedis, poteſt dici, quòd ſi percepit in pace tanto tempore quòd non extet memoria, præſumendum eſt pro ipſo, & habet ius in decima.arg. ff.de verborum ſignificatione. ſuper quibuſdam. §.prçterea. & ſic poſſet intelligi decima ab antiquo in feudum cõceſſa.j.e.tua.j. & s.de his quæ fiunt à præl.cùm Apoſtolica. in fine. ſed hoc non eſt verum: quia nullus numerus annorum defendit laicum in talibus. s. de conſuetudin. capit.fin.nec obſtat j.de verborum ſignificat. ſuper quibuſdam. quia loquitur in temporalibus, quę ab Imperatore, vel Rege cõcedi poſſunt. & ſic antiquo tempore acquirebantur à laico, qui & ipſa temporalia poſſidere poteſt. Porrò aliud in decimis, & alijs ſpiritualibus, quorum conceſſio eſt Imperatori, & Regi & cuilibet laico penitùs interdicta.j.e.tua.j.& c.dudum. quia nec laicus, nec etiam religioſus de his poteſt diſponere.s.de rebus eccleſię non alie.cap.fin.s.de conſtituti.quę in eccleſiarum. & c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nec poſſidere, vt s.de pręſcrip.cauſam. 16.q.7.decimas.nec obſtat, quod dicunt alia iura de decimis ab antiquo cõceſſis: quia intelligitur de conceſſione iniuſta ſecundum Goff. imò quia intelligitur de conceſſis ante decretum Vrbani Papę. nam ab illo tempore citra non poterunt concedi ab Epiſcopo, uel abbate & idem intelligo de quolibet inferiore à Papa, & de conſt.feudo. Epiſcopum vel abbatem. Item ſi epiſcopus uel abbas.licet Raynutius ſcripſerit hoc eſſe prohibitum à tempore concil Alexandrini:ut j.e.prohibemus. j.de cenſ prohibemus. ſed fortè non viderat conſt.feu.allegatam. Dicas ergo, quòd decimæ debentur duplici iure eccleſijs, ſcilicet intuitu diuini obſequij in eis præſtiti.12.q.1.§. ſi ergo.16.q.2. queſti j. e.nouum.&

a hoc ius cùm merè ſit ſpirituale, non cadit in laicum.[a] ar.s.de inſtit.cap.2.s.de elect.Maſſana.9.q.1.nos conſecrationẽ.qui nec adminiſtrationem talium habere poteſt:ut no.j.ne prelati vices ſuas.uer. ſed & vr. & ideo hodie ab inferiore Papa non poteſt concedi:ut s.no.Item debentur eis in ſignum vniuerſalis dominij.16.q.1.reuertimini.j.e.tua nobis.§. verum ſi ad eum.& hoc ius cum ſit ciuile, poteſt concedi laico, non quo ad proprietatem, ſed quo ad fructuum perceptionem, & ad tempus non in perpetuum: ita quod non tranſeat ad hæredes: & expreſſim legitur j.eod.ad hoc.ſed cauſa pietatis & perſonæ ſuſtentationis, hoc fieri poteſt.32.diſt.ſi qui verò 12.q.1. quia tua fraternitas.nã ſi in perpetuum poſſet concedi: tunc ius ſpiritua e apud eccleſiam inutile remaneret:quia ſicut corpus non poteſt viuere ſine anima & c.1.q.3.ſi quis præbẽdas & ſic intelligi debent concor. ſignatæ s e.ſub §.Reſpon.j. & iunge quod no. s de feudis.§.quis poſſit.ver.ſed nunquid decimas.& ſeq.& s.e.§.à quibus.ver.hi autem.& ſeq.ſi vis ſcire, an laicus poſſit adminiſtrare in eccl.vide j.ne præl.dices ſu.ver.ſed & videtur.

14 **Quarto quęritur** † de clericis habentibus ſufficiens patrimonium, uel alios reditus, vtrum licitè recipiant decimas? & dixerunt Ray.& Gof.ꝙ ſic, ſi ſeruitium eccleſiæ. cuius occaſione decimas percipiunt, faciant.22.q.1.illi autem.12.q.2.charitatem ff.de reg.iur. ſecundum naturam.alioquin ſacrilegium committunt.vel ſi in malos vſus conuertant.1.q.2.clericos.16.q.1.quoniam.in fine. 1.quæſtio.2 paſtor.nam ſecundum Auguſt. panis egẽtium vita pauperis eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt.13 q 5. immolans.ad idem Ambro 47.diſtinct ſicut hi.Miror qualiter Gof.ſecutus eſt hunc intellectum, aliqui religioſi oppidò ſi auderent, infeſti ſecularibus clericis idem ſicut clerici ſeculares aſſerunt.nimium amplectuntur.Ideoq; breuiter dic, quòd clerici quibus debentur, quantuncunq; delinquant, niſi noto ij ſint, decimas licitè exigunt: nec alijs ſolui debent ẽ pauperib.ſine voluntate ipſorũ.j.e.tua nobis prætextu verò nequitiæ clericorũ, nequeunt eas, niſi quib.ex mandato diuino debent, ꝓ ſuo arbitrio erogare: cũ nulli licitũ ſit aliena cuiquã concedere præter dñi voluntatẽ:ut & s.de iurei.cã te. debent aũt Deo & ſacerdotib.curã habentib.ergo non ſunt reddendæ alijs.16.q.7.decimas et cũ.oẽs decimas.& c.decimas.& c.peruenit. & q.j. ſi quis laicus.ne vnquã inſultẽt religioſi ꝯ clericos ſeculares:quia religioſi de iure ꝯmuni primitias, neq; decimas, neq; oblationes viuorũ, vel mortuorũ debent percipere, niſi curam habeant.ut 16 q.1. doctos.& 4 ca.ſeq. & iunge quod not.s. eo.§ & quare. & §. vnidico tñ de clericis ſecularib. ꝙ ſibi caueant. nam quamuis licitè ipſa exigant, & eis ſoluantur licitè: tamen ſi in malos vſus conuertunt, licitè receptis illicitè abutuntur. Qualiter autem prædicta iura intelligi debeant, & multa alia de hac materia & vtrũ habens ſufficiens patrimonium, poſſit impetere Epiſcopum ꝑ communem formam, cùm ſecundum Apoſtolum, niſi de ipſo patrimonio mentionem fecerit, pleniſſimè inuenies not. s.de reſcri.§.quæ poſſunt obiici.ver.pauper.& ſeq.

Quinto quæritur, vtrum à laico malè detinenti decimas poſſit is, ad quem ſpectant decimæ, ipſas redimere ſine periculo ſimoniæ: cùm alias ipſas nequeat recuperare? Videtur quod non:quia ſicut ſpiritualia emi non poſſunt, ita nec redimi.j de ſimonia.querelam. & expreſſius 16.q.6.decimas quas Papa.1.q.4 altare. Item nec permutatio admittitur.s de rerum permutatio.ca.fi.de hoc dic vt nota.j. de ſimon.§ qualiter committatur. ante fin. ver.ſed nunquid licet mihi redimere.

Sexto quęro, vtrum prædicto prælato liceat ipſas in pignore recipere? Dicas quòd ſic. ar.s.de feud.cap.primo.j.de vſuris.conqueſtus.quod tamen intelligas, quando aliter recuperari non poteſt: ut dixi, non aliter, ſecundum Ray ut s. de his quæ fi.à præl. ſine conſ. cap.cùm Apoſtolica.& melius facit ad hoc s.de rebus eccl. non alie.ad audientiam § ideoque. is autem ad quem non pertinent decimæ, ipſas non poteſt neque debet in pignore recipere.s.eo.capitul.fin.

15 **Septimo quæritur,** † vtrum conſuetudo excuſet à præſtatione decimarũ? & dicunt aliqui Theologi, quòd ſic à tanto, quòd decima præſtari debeat hoc dicunt mortale: & hoc reſpectu debentur decimę ex præcepto & ideo conſuetudo contraria non nocet, & ſi in tota prouincia obſeruetur.32 quæſtio.7.flagitia.quia in talibus diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget. j.de ſimo.non ſatis.auget etiam crimen, non leuigat qui reſiſtit. xxiiij.quæſtio j.ſchiſma. Quod verò decima pars detur,[b] hoc

b dicunt eſſe ceremoniale: nec iſto reſpectu debentur decimæ ex præcepto, ſed de conſuetudine tantum: & ſic in quota parte præſtanda, ſeruanda eſt conſuetudo: vnde præſtabitur milleſima pars tantum. ſuprà. de conſue.ſit ad hoc. 4.quæſtio.6 §. fin. Et hi habent pro ſe iura multa, de quibus expreſſius ad hoc paucis agam, s.titulo primo, capitul.fin.ante fin ibi, & vltra marinis partibus ratione prædiorum, quod idem eſt, cùm ibi præcedat, de agris decimæ perſoluuntur. quaſi dicat, quòd vſus ſeruandus eſt, infrà eodem, commiſſum ibi, cum ea integritate perſoluant, quæ priuſquam, &c. quaſi dicat, ſi decima pars ſoluebatur, decima ſoluatur.ſi vigeſima, vigeſima.inf. eod.dilecti.ibi, de quibus conſueuerunt decimas percipere, & infrà eodem. cùm ſint homines. ibi, ad conſuetudinem duximus recurrendum. & capitul. ſequent.ibi, quoniam a diuerſis diuerſa conſuetudo tenetur. & infra eodem, aliquibus ad fin. vbi expreſſim dicitur, illæ quippe decimæ neceſſariò ſunt ſoluendæ, quæ debentur ex lege diuina, ſecundum loci conſuetudinem approbatam.ad idem intra eodem, nuper.ibi, emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debebantur eccleſijs: quaſi dicat, quia aliquæ ſunt de quibus non debentur loci conſuetudine repugnante.

16 † Nec mireris, ſi conſuetudo tantæ authoritatis ſit: quia & clericos ad continentiam adſtringit xxxij diſtinctio. placuit. & ipſos ineligibiles reddit. ſupra de cle.coniu. cùm olim. & in baptiſmo attenditur conſuetudo circa trinam vel vnicam immerſionem faciendam. de conſe, diſt in,4.de trina.& in matrimonio perſonas legitimas, illegitimas reddit vt not.j.de cog ſpi.§ quis ſit effectus ver.effectus verò tertiæ & ſequen.& ſi qua iura videantur dicere contrarium.breuiter inde te poteris expedire.dicas enim, quod intelligenda ſunt de iure communi. & in locis illis, in quibus de contraria conſu.non apparet, ſic intelligi poſſunt omnia iura poſita.j.e ver.magiſtri uerò canonum Ray.ſcripſit quòd diffinire formidabat hanc quæſtionem: audire magis cupiens, quam audiri.conſilium tamen dedit, ut ſoluerent, uel authoritate Epiſcopi, & eccleſiarum, ad quas decimæ pertinent, in eleemoſynis: vel alias ad pias cauſas ponerentur, & de præteritis ab eiſdem remiſſionem peterent ſibi fieri intuitu Dei, & eleemoſynæ, & ipſæ poteſt audire id quod not.infrà e ver.patet ergo. Magiſtri verò canonum dicunt, quòd decima eſt ſoluenda de præcepto,[c] non xj.uel xx.ut

c not.s.e.§. quare dicatur decima. nam & decima integraliter eſt ſoluenda: &

ADDITIONES.

a Spirituale non cadit in laicum. ¶ Adde glo. in cap.imperium 10.diſtinc. glo.ſummæ.15.q.7.Inno.in c.quod ſicut.de elec.in ſua glo.Io.And.in addi.Spec.t.de legat.in §.nunc tractemus.verſ.ſed nunquid legatus.Ant.de Butr.in c.nobis.de iur.patr.Petr.de Anch.in cle.per literas.de præb.Ab.in c dilectus.de offi.del.Abb.in rub.de iudic.Ioan.de Im.in c.quod in diebus.in 50.no.de renun.idem Ioan.de Im.in c.ad ſupplicationem.in 4.no. eod.tit.idem Ioan.de Im.in cl.j.de conc.præbend.

b Decima pars detur. ¶ Adde, quare ſtatuta fuit decima pluſquam octaua, vel duodecima.vide per Car Zab.eo.tit.in rub.in 2.q.

c Decima eſt ſoluenda de præcepto. ¶ Adde, an ſit de iure diuino.vide in c. tua nos de dec.Car.Zab.in c.à nobis.in 3.oppo.eo.tit.& Abb.in cap.ij. de terra.in ij.no.de priuil.

a ſoluenda : & quia triplex funiculus [a] difficulter rumpitur. ſ̃.de treu.& pac.c.1.hanc opinionem tripliciter poſſumus comprobare: primò, authoritatib diuinæ legis: ſecundò, authoritatibus ſanctorum patrum: tertiò, per ius canonicum & humanũ. diuina nempe lex hãc comprobat. vnde in Geneſi xviij. vir Abrahã de omnibus quæ perceperat, dedit decimam Melchiſedech. Itẽ eodem, cùm Iacob fugeret ad Laban, locutus eſt cum Dño, dicens, Cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi: quod qui non facit, iuri & uoluntati Dei contradicit. Leuiti.ca.finali, omnes decimæ terræ, ſiue de frugib. ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. & Deutero xiiij. Partem decimã ſeparabis de cunctis frugibus tuis, quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, eo. Decimam frumenti tui, & uini, & olei, & primogenita de armentis, &c. Numeri xviij. Filijs Leui dedi omnes decimas in poſſeſſione pro miniſterio, qui ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, neq; debet morari ſolutio. Exo.xxij. Decimas tuas, & primitias tuas non moraberis offerre. ex hoc enim multiplicantur. vnde ij. Parali.xxxj. præcepit Ezechias populo, ut darent partes ſacerdotibus & Leuitis: & ipſi omnium, quę gignit humus primitias obtulerunt. Cunq; acerui iacerent, & cauſam requireret. Reſpondit Azarias ſacerdos primus, ꝙ ex quo cœperunt offerri primitiæ, remanſerunt plurima. & benedixit Dñs populo. Pręcepit igitur Ezechias, ut prępararent horrea in domo domini: quo facto, intulerunt tam primitias, quàm decimas. cccxxxv. Non minuas primitias frugum tuarum. e. Sanctifica decimas tuas. Da Altiſſimo, ſed datum eius. Malach.iij. Ego Dominus, & uos filij à diebus patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis: reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos. & dixiſtis, in quo reuertemur? ſi affliget homo dominum, quia vos confixiſtis me, & dixiſtis, In quo confiximus te? in decimis & primitijs, in penuria vos maledicti eſtis in ferte ergo omnem decimam in horreum & ſit cibus in domo mea, & probate me, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem vſq; ad abundantiam, & increpabo uerbo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ ueſtrę: nec erit ſterilis vinea in agro. Luc.xj. Væ uobis Phariſæis, qui decimatis mentam & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei hęc omnia oportuit facere, & illa non omittere. Idẽ habetur Matt.xciij. Lucæ xviij Decimas do omnium

b quę poſſideo. Matt.xxii. Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari: [b] & quę ſunt Dei Deo. ſed & alias authoritates quaſdam inf. eodem, ſub §. decimo ſeptimo poteris inuenire. Per prædictas authoritates tam veteris quàm noui Teſtamenti ſatis patet, ꝙ decimæ ſoluendæ ſunt, & de omnibus integraliter & ex pręcepto. & ſi q magiſtri uolunt dictas authoritates aliter intelligere, & exponere Hier. ꝯtradicit. ĩ.eodem, c.1.§ at uerò primitiæ, &c. nõ erant ſpeciali nomine diffinitę, ſubaudi ſicut decimæ: quia non erat dictum quota pars daretur, ſicut de decima, ſed offerẽtium arbitrio, quaſi dicat non ſic de decimis. illę enim non arbitrio cõmittuntur, ſed neceſſitati ſubiiciuntur: quia ex pręcepto debentur etiam, quo ad quotitatẽ. vnde ſequitur: traditionẽ quoq; accepimus, non lege pręceptam. ſubaudi, ſicut in decima: ſed arbitrio magiſtrorum, &c. quaſi dicat, licet magiſtri poſſunt gloſſare, ſicut placet, quo ad primitias, non tamen quo ad decimas, ne amplius à populo exigãt, &c. ſed decimas integraliter exigere poſſunt: quia quo ad illas, nullum dubium reſtat. & iunge quod no. ĩ.e. ſub §. xvij. ubi materia primitiarũ plenius expeditur. Ambro. Quicunq; recognouerit ſe, ꝙ fideliter non reddiderit decimas, id eſt integraliter, & de omnib. modo, ſcilicet tempore xl emendet. 16.q.7.quicunq;. Gregorius: Decimas à laicis poſſideri canonica authoritate prohibemus: & niſi eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis incurrere periculum. 16 q.7.decimas. iiſdem iubemur ab omnipotenti Deo omnium bonorum decimas dare. de conſe. diſt. 5. quadrageſima. in fin. Aug. Si decimas dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis conſequeris. Idem: Si tardius dare peccatum eſt, quanto magis peius peccatum eſt, non dediſſe. Idem: Cum decimas dando terrena & cœleſtia poſſis pręmia promereri, pro auaritia duplici benedictione fraudaris: ſi verò vis defendere te per conſuetudinem, contradicit ſtatim Augu. dicens, hęc enĩ eſt Dñi iuſtiſſima conſuetudo: & ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris, ſcilicet dæmonium. de pœn. diſt. 1. fugantur. Idem: Dabis impio militi, quod vis dare ſacerdoti. Idem: Decimę ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Idem: Qui pręmium comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & etiam de ix. partibus ſtudeat eleemoſynam dare pauperibus. hęc omnia verba Augu. leguntur 16.q.1.decimę dicit etiam Hier. ꝙ decimas & primitias poſſumus poſſeſſiones Dei interpretari. 16 q.1.reuertimini. Augu. Maiores noſtri ideo copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant: mõ autem quia diſceſſit deuotio Dei acceſſit indictio, ver. fiſci. hoc tollit fiſcus, quod non accepit Chriſtus. 16. q.7. maiores. & quãuis aliqui religioſi aſſerant, ꝙ potius debent eis reddi, quã clericis ſecularibus: tamẽ contradicunt eis Ambr. & Gregorius. niſi curam habeant. 16. q.1. doctos. & ca. moderamine. & notat. ſ̃. eodem, ſub §.4. ver. minor. Patet ergo ꝙ quatuor principales doctores, ſcilicet Augu. Gregorius, Ambro. & Hieron. conueniunt, ꝙ decimæ ſoluendæ ſunt, & ex debito, & ſine mora, & ĩtegraliter: & qđ peccatũ eſt, retinere. Nunquid ergo valet conſuetudo contraria? abſit. ut patet in his quæ no. e. ſub §. reſpon. 1. audiat ergo Rayn. qui volebat audire, ut no. ſ̃. e. ver. Ray. ſcripſit. & quilibet ei conſentiens, ꝙ magis credendũ diuinæ legi, & quatuor principalibus doctoribus, quàm aliquibus, qui, ſicut aſſerunt aliqui clerici ſeculares, vel in fauorem laicorum, uel propter zelum clericorum peruersè interpretantur: vel dicunt ſe dubitare, ubi non eſt aliquatenus dubitandum. ſed & ſi de interpretatione diuinæ legis agitur, magis credendum eſt iuri canonico, quàm magiſtro: vt patet in his quę not. ſ̃. de reſcriptis. § quas vires. ſub § poteſt autem quis impetrare. & §. & de ipſius interpretatione. & proculdubio de iure canonico ſolui debẽt decimæ ex integro. ĩ. eo. commiſſum. reſponſo 1. in fine. & c. peruenit. in fine. & capitul. dilecti. in fine. & capitulo ex parte canon in fine. & capitulo, non eſt in poteſtate. in fine. & capi. ex tranſmiſſa. in fine. & ca. tua nobis in fine. & breuiter hoc omnes Sancti commemorant. & ſecundum Domini præceptum, monitione præmiſſa, excommunicari debet, qui non ſoluit. 16.q.7. decimas Deo. & c. omnes decimæ. & ĩ. eodem, quaſi per totum. & hoc etiam vult Conci. generale, ĩ. eodem. in aliquibus. §.1 ibi, abſque contradictione ſcilicet moris, uel conſuetudinis. de qua præmiſit in reſponſ. 1. eccleſijs decimas cum integritate perſoluãt. & ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. ergo mortale peccatum eſt, niſi integrè reddantur. nec enim debet quis excommunicari, niſi pro mortali. 11.q.3. nemo Epiſcopum. imò in hoc nouem peccata committuntur. ut no. eodem. §. & quare. verſic. ſubtrahens verò. & ſequenti. & hoc eſt etiam quod innuit idem Conci. generale, ĩ. eodem, cum non ſit in homine. §.1. ibi, nos & eccleſiarum diſpendijs, & animarum periculis obuiare volentes. quaſi dicat, non ſolùm eccleſiæ damnificantur in diminutione decimarum, ſed & animæ periclitantur: quia à Domino ſunt inſtitutæ, & quaſi debitum exigi poſſunt. ĩ. eodem. parochianos. ideo dicit, quaſi debitum, quia in veritate rector eccleſię nihil mutuauit parochiano, temporale tamen exigit, ac ſi mutuaſſet. ad hoc Inſtitu. de obli. quę ex quaſi. con. naſc. & ex pręcepto debentur. ĩ. eodem. tua nobis. §.1. ibi, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi dari præcepit, ſuas eſſe decimas & primitias aſſeuerans. ad idem 13.q.2.§. his ita. 16.q.1. reuertimini. & c. decimis. Quis ergo magiſtrorum ꝯ Concili. generale dicere attentabit? nam talia ſicut quatuor Euangelia ſunt ſeruanda: nec enim eccleſia vniuerſalis errare poteſt. ad hoc C. de ſum. trini. l. fi. & 16 diſt. ſicut ſancti Euangelij. licet enim illa iura non loquantur de concilio generali prædicto, loquuntur tñ de conſimili. & neceſſe eſt, ut cum eccleſia generalis illorum & iſtius auctrix ſit, quod de vno dr, de altero intelligatur. ſ̃. de conſti. tranſlato. & ar. ĩ. de voto. magnæ. § cùm igitur. & iunge quod not. ſ̃. e. ſub §. tertio. ver. ſed opponitur. In hoc ẽt concordant expreſſim leges humanę, & omnino cum canonibus conueniſſt, & certas pœnas imponunt non ſoluentib. vt in Lombarda, de decimis. l.2. & 3. & per totum, uel vltra. quę ẽt ſunt leges Caroli, & aliorum imperatorum, ut in ipſis patet. Sed & intantum permittit ius canonicum exigi decimas, ꝙ ex quo rebelles excõmunicati fuerint, ſi nõ proſit ſñia, poteſt prælatus ad poteſtatẽ ſecularẽ recurrere, quamuis vix poſſunt abſque effuſione ſanguinis coerceri. ĩ. de homic. poſtulaſti. ¶ Reſtat vt reſpondeamus iuribus allegatis. ſ̃. e. ſub §. ver. quod verò decima pars detur. quę videntur probare apertè, ꝙ ſuper hoc ſit ſtandum conſuetudini. & br̃ dic cum domino Hug. Cardi. ꝙ decimæ prædiales ex præcepto debentur: & contra illas neque in totum, neque in partem, uel diminutionem aliquam, poteſt valere conſuetudo: quod intelligas, niſi fortè per Papam approbata eſſet, qui ſolus in talibus poteſt priuilegium concedere: vt patet in his quę not. ſ̃. e. ſub §. tertio. ver. quod ſi laicus. & §. à quibus. ver. item clerici. & ſeq. vel approbatam per conuentionem: ſeu amicabilem compoſitionem, authoritate ſuperioris ſubſequenter factam: ſecundũ ea quæ no. ſ̃. de tranſa. §. & in quib. ver. ceſſat. ver. item ceſſat in ſpiritualib. & ſic poteſt intelligi. ĩ. eod. in

ADDITIONES.

a Triplex funiculus. ¶ Adde c. cæterùm. de reſc. c. ex multiplici. de deci. & in §. ſi pater in l. vlt. C. de adop. auth. itaque. C. commu. de ſucc. Car. Zab. in c. ſuper quæſtionum. in §. ſi verò duo. in 4. no. de off. del. originaliter. Eccleſiaſt. iiij.

b Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. ¶ Adde tex. in c. ſi in morte. 23. q. 8. & in c. militare. 23. quæſt. 1.

gi.j̃ e.in aliquib.in fine.ibi,approbatam,ſubaudi per Papam, vel amicabilē compoſitionem:vt dictum eſt. & ſic intellige omnia illa quæ no.s̃.ab illo verſ.magiſtri verò. vſq; hic. Perſonales verò nō ſic ex præcepto debentur,ſed potius ex interpretatiōe.& ideo in talib.ob.conſuetudo. & ſecundū hoc etiam poteſt intelligi.j̃.e.in aliquib §.fin.vnde ſic expone, illæ quippe decimæ, ſubaudi prædiales,neceſſariò ſunt ſoluendæ, quæ debent ex lege diuina.repet.& illæ quippe decimę ſubaudi, perſonales, neceſſariò ſunt ſoluendæ, ſecundum loci conſuetudinē approbatam. aliàs,ex loci conſuetudine approbata.q.d.primæ,ſ.prædiales,ſine diminutione,qa hoc lex vult diuina,& ſancti. ſecūdæ, ſ.perſonales,ſicut conſuetudo docebit,alioquin infinitæ animæ torquerentur:cū pauci ſint,q has ſoluūt.Goff.verò vno modo voluit intelligere,ꝙ conſuetudo excuſaret, quò ad minutas decimas:ſed nō placet.ar.s̃.de præben.minoribus.nam & illæ ſolui debent.j̃.e.ex multiplici.& c.cùm in tua.Hoc,quò ad laicos.ſin autem quæras,cui eccleſiæ ſint ſoluendæ: ibi valet conſuetudo, ſi de ipſa appareat contra ius commune.j̃.e.cùm ſint.& c.ad Apoſtolicæ.& ſecundum hoc uoluerunt aliqui intelligere, j̃.e.in aliquibus.§.illæ.& exponebant.illæ,i.illi eccleſiæ. quæ, i. quibus eccleſijs,ſed non placet.imò intellige & expone:ut s̃.ſed ſecundum hoc omnibus alijs iuribus contrarijs eſt reſpondendum: vnde ſic debent intelligi omnia illa iura contraria.s̃.de paroc.ca. ſi.ibi decimæ perſoluātur.ſubaudi,parochijs, quas reliquerunt vt præmiſit.& j̃.c.commiſſum.§.1 ibi,ſolebant perſolui,ſ.parochiæ,in qua morantur.uel hoc ideo dicit,quia in reſpon.1.narratur,quòd ſic ſolebat fieri.& j̃.e.dilecti filij.ad fi.ibi, cōſueuerūt decimas pcipere.ſ.monachi.vel ideo hoc dicit: qa & ipſi narrauerant,quod ſic conſueuerat fieri,vt apparet in prin.& j̃.eo nuper. ibi, de quibus decimæ debeantur eccleſijs. ſ.eccleſijs parochialibus,uel alijs, quia in hoc ſeruatur conſuetudo,ut dixi: vel debebatur ratione præteriti temporis: uel ideò hoc dicit, quia & Papa poſſet aliquam poſſeſſionem priuilegiare,ſicut & perſonam,ut ſtatim tactū eſt.s̃.e.ver. reſtat. ideo quidā religioſi reprehenduntur in quodam extra. domini Greg.9. quod incipit, Graui uobis.pro eo, quod in prædicationibus ſuis & confeſſionibus contrarium aſſerebant.Conſueuit etiam obijci ex eo, qđ legitur Numeri 18. ubi dicitur. Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti.& ibi, In terra eorum nihil poſſidebitis: nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. nam ſecundum hoc contenti debent eſſe clerici decimis, & alijs ſpiritualib. ergo non debent relinquere temporalia: aut non debent exigere hæc ſpiritualia. ad quod reſpondeo, verum eſt quòd ex præcepto diuino uon poſſunt petere,niſi ſpiritualia tantum,ſed non prohibetur, quin ex largione Imperatorum vel ex deuotione fidelium poſſint ipſa habere, & recipere. Item opponitur eo, quod ibidem legitur, Pręcipe Leuitis, atque denuncia: cùm accepetitis à filijs Iſrael decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino.i. decimam partem decimę,&c. & j̃.& dare Aaron ſacerdoti.vbi innuitur,quòd ſicut laici tenētur dare decimas Leuitis,& ſic Leuitæ ſummo ſacerdoti:ſed Leuitæ hodie nō dant:ergo nec laici tenentur dare. Sed certè melius poteſt inferri: Si laici donant:ſi non reddunt Leuitis,ergo & Leuitæ,ſi non reddunt ſummo ſacerdoti;quod uerum eſt de ſummo ſacerdote, à quo quis ſpiritualia recipit,niſi contrario priuil.ſit munitus.quod dic,vt not. s̃.e.§.à quibus.Item obijcitur ex eo, quod legitur Mal. 3. ibi, vt ſit cibus in domo mea:à contrario ſi ſit aliunde cibus in eccleſia ex regularibus, vel alijs acquiſitis, non debet dari decima. non dicit,vt cibus ſit in domo mea: ſed vt ſit cibus.ſ. ipſa decima ex præcepto meo, & aliunde ſine præcepto meo cibum habebat. nec enim diligentia ſua alicui debet eſſe damnoſa ſuper quo vide qđ no.s̃.de ſepul.ſub.§.vetus.§ j.ver. portionē. & §. & vtrū canonica. Item duplex eſt cibus, [a] vnus miniſtrorum eccleſiæ, alius hoſpitū, & pauperum: & licet aliqua eccleſia reperiatur, quæ,quò ad primum,abundet:nulla tamen reperitur,quæ ſufficiat ad ſecundum.ergo ratione ſecundi, decima vbique integraliter eſt ſoluēda.ſed neq; illud omitto,quòd aliqua litera habet Et ſit cibus in domo mea. & hæc litera hunc intellectū planius ſonat. Item figunt pedem in eo quod dicitur Matth. 23. & Lucæ 11.vbi dicit,hoc oportuit facere.ſ.decimas ſoluere: quaſi dicat,ſed hodie non oportet: & ego talibus obijcio ex eo, quod ſequitur.& illa,ſcilicet iudicium & iuſticiam nō omittere.ſcilicet oportuit,quod præcedit:ergo hodie nō oportet. certè nec primum,nec ſecundum ſequitur: imò & primum & ſecundum oportuit,& oportet.& ſic non ſolutum præteritum, ſed ad præſens tempus ſignificat:ſicut & verbum,oportebit, præſens & futurum.ff.de verborum ſignificat.verbum oportebit.& l. verbū erit.Item inſultant nobis ex eo, quod legitur Hebræo.7. Tranſlato ſacerdotio,neceſſe eſt quòd legis tranſlatio fiat.ergo dicūt ipſi,ſi tranſlata ſit lex,tranſit:& ius repetendi decimas. quod ratione Leuitici ordinis,ſecundum legem Moyſi debebatur.& intelligunt, tranſijt,id eſt expirauit: ſed ſecundū intellectum hūc ſequeretur,ergo expirauit & lex.quod falſum eſt. ſed fateor, ꝙ vtrunq; tranſlatum eſt: & ita ſicut Leuitæ poterāt in veteri Teſtamēto decimas petere,ſic poſſunt clerici, cum Leuitis ſucceſſerint,& in nouo.ar.optim.j̃.de voto.magnæ.§.cū igitur. Itē adhuc inſtant & opponunt, ſi ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo,Roman iij. Gloſſ. opera legis dicuntur, quæ cum lege inſtituta & terminata ſunt:ſed dicunt ipſi,tale eſt pręceptum de decimis, quod in lege datū fuit, & cum lege terminatum eſt.quod ex eo apparet:quia Apoſtoli, qui eccleſiam ordinauerunt,nullam faciunt de decimis mentionem. ſed ſalua pace ipſorum Apoſtoli non omnia ordinauerūt, imò concilia & Sancti patres:& ſi etiam omnia ordinaſſent, ſufficit quòd nō reuocauerunt expreſſim,nec immutauerūt. vt probatur C. de teſt. ſancimus. & de appel. præcipimus. quia niſi ius expreſſim corrigatur,ſemper in ſuis terminis remanet: vt in auth. de non alienandis rebus eccl.§.fi.coll.2. Nec obſt. quod legitur Actuū 15.Viſum eſt Spiritui ſancto,& nobis,nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſariò vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: quia quod dicit,nihil vltra imponere, ſubaudi ad præſens. & ex cauſa fuit illud dictum,propter nouellam plantationem, quod deſoluta erat.vt ibidem apparet.ſic j̃.de diuor.Deus qui. de pę. Deus qui.nec enim,ſicut patet, cuilibet illa ſola ſine alijs ſufficerent ad ſalutem.nec ob.quod in eo.ca. legitur.Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum quod neque Patres noſtri,neque nos portare potuimus,&c. qa illud intelligi debet de circunciſione.de qua ibi præmiſit. & alijs ceremonialibus, quæ hodie ad literam non ſeruantur. Item ſic obijcitur, in eccleſia Græcorum, quam Beatus Paulus ordinauit, non dantur decimæ ſicut fertur. nec in hoc reprehenditur per eccleſiam Rom. ad quod reſpondeo: Eccleſia Græcorum ſchiſmatica eſt: & in multis alijs peccat, vt patet. j̃. de ba.licet Græcos.nec ob.ff de polli.l. ij.§. ſi decimam quis bonorum nouerit.Reſpondeo enim:vt no.j̃.de vo.§.quot ſpecies.ver.breuiter ergo.Finaliter ſic opponunt,Si peccatū nō eſt dare decimā: ergo peccat Papa & eccl.Ro.& prælati oēs,tacendo,nec efficaciter arguendo.83. diſt.error.& c.ſeq.ad quod reſp.Papa poteſt circa hoc priuilegium concedere:vt not.s̃.eo.§.à quib.& ſub §. 3.nec eſt tuum, ipſum arguere de peccato. 9 q. 3. aliorum.& c. ſe. ſed nec ipſe peccat, cum paratus ſit omnibus conquerētibus iuſticiā exhibere:alij verò magiſtri caueant, quòd non poſſunt de mala interpretatione: & prælati,ne valeant de negligētia reprehendi. quamuis & illud certum ſit, quòd ſine peccato ſolutionem eius,quod eis debetur,differre poſſunt,vel pro t pe ſuo in totum remittere, vel in partem: ſed nec poſſunt in hoc ſeculo omnia corrigi.6.q.j. ſi omnia. nā & Papa & totus mūdus ſcit ꝙ vbique, vel quaſi in genere ſunt publicæ meretrices, publici luſores,publici vſurarij: & in multis religionib.publici ebrioſi, quorum pręlatos ſi ideo, quòd ſigillatim quemlibet non veneratur in mortali cōſtitutos dixeris, vnus de tot milibus vix euadet,ſed contra dicit Gre. dicens de talibus, quòd ſi tali conſue. euerti non poſſunt, cum venia intelligas, pœnæ nō culpæ, ſunt ſuo ingenio relinquendi,ne peiores exiſtant,ſi à tali conſue.prohibeantur,ſ.omnino ſiue preciſè nam, vt ait Salomon. Qui multum emungit,elicit ſanguinem.4.di.denique.& ideo ſecundum Aug.talis turba generali obiurgatione ferienda eſt.13. q.4. non poteſt. & ſecundum eundem Aug. vbi plurimorum ſtrages iacent de maioribus ſanandis malis,charitas ſincera ſubueniat,eſt ſeueritati aliquid detrahendum. 50 diſt. vt conſtitueretur. ad fi. & apparet in his quæ no. j̃. de ſpon.§.fi.ver. itē octauo ante fi. ibi, vnde notauerunt Ray. & Gof. certè velim nolim in genere tolero. ſed in ſpecie nullatenus tollerabo. & iunge quod not.s̃. de renun.§.cui.ver.graue ſcādalum.& ſe. Sic igitur quæſtio eſt ſoluta,& fortioribus obiectionibus eſt reſponſum.

Octauo quæritur & de his, qui longo t pe ſteterunt,ꝙ non ſoluerūt decimas: tunc corde compuncti veniunt ad pœnitētiam, qualiter ſit eis conſulendum, cum fortè non ſufficerent ad ſatisfactionem, & quidem de rigore cogi poſſunt, vt de præterito tempore iuxta poſſe ſuum ſatisfaciant:ſicut expreſſim legitur j̃ eo cum homines de Orta.ad fi.ergo debet eis iūgi,vt quod minus plenè dederunt, nunc emendent. 16. q. 7. quicunque.& ſi non poſſunt,iniungatur quòd hoc faciant, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerint.s̃.de ſol.Odoardus.ff.de ceſ bo.l.iiij. tamen de benignitate canonica poteſt eis fieri remiſſio, maximè ſi pauper ſit. ar. 16.q.1.

ADDITIO.

a Duplex eſt cib. ¶ Adde an nomine cibi continetur potus, vide per Arch. in c.omnino.30.diſtin.Archid.in c.in quibus.de conſec.diſt. 2. & in l.verbo victus.ff.de verb.ſignific.

16.q.1.c.fi.in prin.12.q.2.aurum habet ecclesia, res clericorum pauperum sunt 23.q.8.conuenior. & q.7.quod autem. nam & secundum leges habetur ratio in condemnatione quarundam personarum, ne egeant ff. de reg.iur.sunt qui in id & l. seq.ff.de re iud. in condemnatio. & in hoc sola authoritas Episcopi sufficere videtur, cùm per hoc fiat melior conditio eccles. & ius suum repetet.argu.sup. de his quæ fi. à ma. parte ca. cum Apostolica.§.authoritates.16.q.j.quoniam quicquid.& s̃.de feud.c.2.§.alia.& §.fina.

Nono queritur.

Quid si in eadem terra, & eodem anno diuersa semina sparguntur: nunquid de omnibus fructibus decima dari debet? Sic j̃. eo. ex parte canonicorum.quia non debet vna & eadem ec. diuerso iure censeri.vt in quibusdam sit decimalis, in quibusdam non. j̃.e.cum in tua.& ar.12.q.2 cognouimus.j̃.de priui quia circa. ff de vsu eum qui.est tamen contrarium.ar. ff.de pec. hinc quæritur. §.j.vbi dicitur, ꝙ peculium potest esse apud aliquē duplici iure.

Decimo quero.

Quid si sit consuetudo in aliqua parochia, quòd vna eccl. percipiat decimam de blado, & alia de vino, & alia terra, quæ consueuit esse prædialis, sit vinatorialis.econtrà quæ ecclesiarū percipiet decimā: & quidem illa quæ percipiebat de blado, debet percipere & de vino: quia licet mutetur qualitas terræ, non tñ substantia.hoc satis eppressum est j̃.e. commissum.§.& sicut ēt de pascuis & faciunt ad idem iura inducta, s̃.eo.sub §.proxi.licet etiam consuetudo in vno prædio præscripta sit ab aliqua ec.nō extendetur hæc consuetudo ad aliud prædium ꝙ de nouo recolitur.j̃ eo.cum contingat ar. ff.de pac.si vnus.§.quæ omnia C.de præ c.30.an.cum notissimi.§.sed & si quis. & § in his. est tamen ar.pro & contrà.s̃ de præsc.auditis.& c.cum olim.§.fin.& patet in his quæ no.s̃.e §.de quibus.ver.& no.quòd de omnibus.

Vndecimo quero.

Quid si qui Episcopi vel religiosi, de consue. percipiunt omnes decimas alicuius parochiæ, vtrum non ob. tali consue. possit presbytero qui non habet vnde viuat ꝯpetens portio assignari? Et dicas, ꝙ sic: quia hoc expressum est.s̃.de præb. extirpandæ §.cum igitur os bouis.& iunge ea quæ no.s̃. de off.or.§ quid pertinet.sub § sunt aūt dist.versi. quòd si religiosi.& s̃.de sepul. sub §.vetus & §.quota.ver.sed nunquid.i.ij.& iij.& s̃. de paro.§. in quibus sub § hoc tamen sciendum.ver.vel nisi sacerdos.

Duodecimo quæro.

Quid de noualibus? [a] Et dicas, ꝙ si sint intra limites alicuius parochiæ, de hoc non dubitetur, ad illam pertinent salua canonica Episcopi: in dubio verò potest Episcopus gratificari cui voluerit: vel sibi retinere.j̃.e.quoniam.quam partem putas, quòd eliget de disiuncta. nam pleriq; indi. omnia noualia totius dioe.& quęcunque recuperare possunt à militibus sibi vsurpare nituntur ꝯ dictam decr.& j̃.e.cū tua.& s̃.de præb.c.iij.abutentes iuribus dicentibus ꝙ decimæ & oblationes in potestate Episcoporum consistunt.16.q.7.§.cum ergo ecclesie.& c.seq.& q.j.statuimus.& § præcedenti quia illa vera sunt: non vt sibi in totum approprient, sed vt communiter dispensent. 12.q.1.§.si ergo res ecclesiæ.& ca.præcedēti.est igitur hæc veritas, ꝙ nec de noualibus, nec de recuperatis à laicis debet retinere, nisi suā canonicā, vt dictū est, hoc est, quatenus percipiebat de antiquis, & de his percipiat ar.j̃.de censi ecclesijs. sunt enim quasi portionarij.ideo, pro rata omnia communicare debent Episcopus & sacerdos.ar.ff.lo.& condu.si merces.§ apparet. quòd si nihil percipiebat Episcopus de antiquis ad minus sua quarta fraudari nō debet.j̃ e.quoniam.& apparet in his, quæ not.s̃ de sepul. sub.§.vetus.& §.quota. ver. sed nunquid dummodo Episcopus ecclesiam omnino priuat & spoliat parte sua, non habetur loco dñi, nec vtitur, sed abutitur iure suo.ar.ff.pro emptore.qui fundum.§.si tutor & s̃.de restitutione spoliatorū. conquerēte. & de officio or.cū ab ecclesiarū & c.ad reprimendā.j̃.de natis ex liber.vē.ca.vnico. Sed quid si laicus confert Episcopo decimam consentiente capitulo suo? vr̃ ꝙ tunc habeat Episcopus totum: arg.s̃.de dona. pastoralis. s̃. de his quæ fi. à præl.pastoralis.nam & authoritas contutoris sufficit.ff.de authori tuto.pupil.dum tamē palàm fiat: aliàs contra.ff.de admini.tuto.non æstimo.s̃.de offic.deleg.consuluit.hoc tamen non puto: quia authoritas Episcopalis requiritur, & ipse nō potest esse author in re propria.ff.de authori.tuto.l.j.j̃. de censi. prohibemus. recurratur ergo ad superiorem, s.ad archiepiscopum.ar.j̃.de iure patro. nullus.& ille inducat militē, vt ecclesiæ parochiali reddat salua canonica Episcopi: qui si nullo modo induci pōt, sed modis omnib. vult Episcopus totum dare, authoritate archiepiscopi facere poterit. s̃. de his quæ fiunt à præl.cùm Apostolica.sed si hæc forma nō seruetur, non videtur valere quod agitur.ar. s̃.de offi.deleg.venerabilis.s̃.de rescriptis.cum dilecta.ad fin.

Tertiodecimo queritur.

Quid si is, qui tenetur ad decimam aceruum indecimatum alienauerit, nunquid potest ab emptore ipsam decimam ecclesia vendicare? Sic, quia transit cum onere suo: vt patet in his quæ no.s̃.e §.à quibus. versi. item soluenda est.sed & ꝯ venditorem agere potest.C. si tutor vel curator.l.fi.si tñ ab vno suum recuperauerit, non petet ab altero: qa hoc bona fides non patitur.ff de reg.iur.bona fides.absit etiā, ꝙ ecclesia repetat aliquid cum augmēto.12.q 2 c fraternitas.Sed nunquid ecclesia tenetur cedere actionem suam vni soluenti ꝯ alterum? & quidem emptori sic, si bona fide emit: malæ fidei verò emptori & venditori, qui nec bonam habere potest de facili, nullo modo cedet qua enim fronte hoc peteret is, qui ex sua nequitia cōdemnatur.ff.de admi.tut.si plures.ff.de tute. & ratio. dist.l.j.§.nunc tractemus.Quid ergo, si procurator mentiens dedit intelligere venditori, quòd aceruus decimatus erat? Certè nec adhuc cedentur ei actiones: quia precium rei recepit. ff. de pet.hæred.si & rem & precium.ff.de vsur.quia qui precio. ff. de trib.actio.procuratoris.§.non autem totum peculium. 12.q.2. monemus.& duobus c.seq.

Quartodecimo quæritur.

Si qs pastor hēt domicilium in vna parochia, & caulam siue ouile in alia cui sit danda decima? & dixit Ray. ꝙ de lacte, fœno, & lana danda illi ecclesiæ, intra cuius limites pascua sunt, quia inde suscipiunt animalia nutrimentum & tales decimæ prædiales sunt.j̃.e.commissum.quo ad fœnum, verum dicit omnino: quo ad alia, dic ut notatur sup. eo §.cui danda sit.

Quintodecimo queritur.

8 *Filius an possit dare eleemosynam de peculio profectitio.*
9 *Vxor an possit votum Hierosolymitanum inuito viro emittere.*
10 *Meretrix publica si emiserit votum transmarinum, nunquid poterit redimere.*
13 *Votum nullius necessitatis redemptionem, vel cōmutationem recipit.*
14 *Discedi an possit à voto.*
15 *Hæres an teneatur implere votum illius cui successit.*
17 *Scholaris si ingrediatur monasteriū dissolutum, quod postea reformatur, an teneatur ad regulam obseruandam.*
18 *Maritus si recipit ordinem sacrum viuente vxore sua, vel sciente, & non contradicente, nunquid ei paratur præiudicium.*
20 *Episcopus non potest dare authoritatem prædicandi crucem.*

QVia plerumque uoto obligatur aliquis, vt ad religionem transeat, de cuius introitu suprà præmisit: videamus de uoto, & voti redempt. vel sic. Dictum est s̃. de reli. sed quia postquam qs ad relig. transiuit, votū emittit, vel prius emissum solēnizat: dicam⁹ de voto, &c. tractantes, Quid sit votum, Quot sint species votorum, quis vouere possit, In quibus casibus votum emittere possit, Qualiter & cuius authoritate valeat redimi, vel commutari: & vtrū à voto discedi possit, Vtrum, & per quem in votis valeat dispensari, In quo casu, & à quo crux debeat prædicari.

a 1 Quid sit votum.[a] † Alicuius rei licitę faciendæ, vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio. Bene dico, *rei licitæ*, quia si mala vel illicita esset promissio, non esset seruanda, licet rescindēda: nā in malis ꝓmissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretū. 22 q. 4. in malis. & in talib. magis placent Deo transgressores, q̃ obseruatores, etiā si interuenerit iuramentum: vt in auth. scenicas mulieres non solum si fideiussſ præstent, sed & si iusiuran. detur, sine periculo discedere: in rubro & nigro. co. 5. & patet in his quæ no. j̃ e. §. in quib. *Faciendæ, vel non faciendæ*, ideo dixi, quia omne votum, & omnis promissio, ad alterum ex his duobus reducitur: & dare, & non, quamuis aliquoties fieri videatur differētia. vt ff. de pręscr. ver. naturalis. ff de verb. oblig. eadem. § Cato. *Cum deliberatione animi*, ideo dictum est, quia votum, quod ex facilitate animi potius, quàm ex arbitrio discretionis emittitur, non est obligatorium vsquequaque. j̃. eodem. veniens. suprà, de reg. ad nostram. s̃. de conuersione coniugat. charissimus. & cap. veniens. *Deo*, quia ei fit votum, & reddi debet. j̃. eodē. magnæ §. primo. *Facta pollicitatio*, hoc ideo, quia si non faceret, licet facere proponeret aliquando, sed adhuc non plenè deliberasset: nō obligaretur, si nō esset plus in voto processum: j̃. eodem. literaturam, secus si iam deliberasset, & firmiter proposuisset, quo ad Deum. 17. quæst. 1. qui bona.

b 2 Quot sint species votorū[b]. † Duæ: nam aliud necessitatis, aliud voluntatis. Votum necessitatis dicitur illud, quod quis promittit in baptismo: ut abrenunciare satanæ, & pompis eius, tenere fidem, seruare decalogum, & alia sine quibus salus non est de consecratione. dist. 4. primi. 1. quæstio. 1. §. ecce cùm honoris. vnde cùm homo peccat post baptismum, dupliciter reus est: & quia peccat in eo quod committit, & quia votum præuaricatur. non tamen tanquam pro duobus mortalibus pœnitentia indicitur: sed tanquam pro vno circunstantia transgressionis aggrauato. Votum verò voluntatis dicitur illud quod quis voluntariè emittit, & ad quod quis ante votum non tenebatur, sed post votū adstringitur, sicut est votum continentiæ, abstinentiæ, peregrinationis, secundum Raynaldū, & Goffredum. de his dicitur in Psal. Vouete, & reddite. glos. j. si voueritis, reddite Deo vestro: ut sic primum ad consilium, secundum ad imperium referatur. infrà eodem, magnæ. Quod dictum est votum continentiæ voluntarium esse, sanè intelligas. voluntarium enim est contrahere, uel non contrahere, & sic per consequens, continere, vel non continere. quilibet tamen necesse habet continere, nisi contrahat matrimonium. vnde etiam Imperator castitatem indicit vniuersis, quia sola possibilis est cum c fiducia Deo animas pręsentare.[c] in auth. de lenonibus. §. sancimus. col 2. & ideo alibi dicit, Castitatis sumus amatores in auth. qui. mo. na. effi. sui §. illud quoque. coll 6. per quas corriguntur antiquæ leges, quę concubinas concedebant: vnde secundum Aug fornicari hominibus semper non licet lxxxviij. dist. fornicari: id est, nūquam licet. 32. q 4 nemo. quod verum est licentia culpæ: qa nunq̃ talis culpa pęnā peccati mortalis euadet. licet tñ aliquando licentiam pœnæ: quia nec semper per ecclesiam punitur: & sic intellige. 31 q. 1. hac ratione. & est simile quod legitur 4. dist. denique. ibi, & ideo cum uenia suo ingenio relinquendi sunt. Item quod dictum est de uoto abstinentiæ: intelligas quo ad illos dies, in quibus ecclesia non indicit abstinere, nam in illis, in quibus ecclesia pręcipit abstinētiam, non est uoluntarium abstinere, sed necessariū: ut patet in his quæ not. j̃. de obser. ieiu. §. pe. & fi. Breuiter ergo dic, quòd uoluntariū uotū dicitur illud, quod ante emissionē uoti relinquitur arbitrio cuiuslibet facere, uel nō facere, ita quod gratis & liberaliter emittat. nō ergo in reddendis decimis dicetur uotū uoluntariū, sed necessarium. quia quilibet necesse habet eas reddere, nisi speciali priuilegio eximatur ut not. s̃. de deci. §. & à quibus. nemo aūt in necessitatib. liberalis existit. ff. de adimen. & transf. leg. rē legatā. sed si his, quib. uel de quib. decima nō debetur, uotū remittatur gratuitū, & uoluntarium dicitur: ideoquæ nō est à uiris ecclesiasticis nimis improbè exigēdum: ut j̃. de cens. ex parte. & sic intelligas legem. ff. de pollici. l. 2 § si decimā quis bonorū uouerit. q̃dam ergo sunt, quę nisi uouerimus, non debemus: sed post quam ea Deo ꝓmittimus, necessariò constringimur ad reddendū. 18. q. 1. & patet j̃. e. licet. in princ. & hæc sunt in nostris oculis, & officiis. sic quod credendum est in conspectu Dei gratiora, quæ cum liceret nobis nō impendere, causa tamen dilectionis impendimus. 28. q. 1. idololatria. ¶ Votorū aūt uoluntariorū aliud simplex, aliud solēne. Simplex uotū dicitur, quia simpliciter, & sine aliqua solēnitate emittitur, & horū aliud consistit in faciendo: ut ire ad sanctum Iacobum, ieiunare, orare. offerre certis temporibus, & horis, quibus homo non adstringitur: aliud in non faciēdo, sicut non contrahere matrimonium, non recipere ordines. hæc enim ideo dicuntur uoluntaria: quia sine his salus est. 1. q. 1. § ecce. cum honoris. Vnde non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei. s̃. de temp. ord. ad aures. in fin.

3 †Nunquid ergo ualet uotum, si quis uoueat nō intrare religionem? Non uidetur, quia impediretur amplitudo charitatis: & impediretur salus hominis, quæ per religionis introitum procuratur & diuina inspiratio. suprà, de regul. licet. decimanona quæstione secunda. duæ sunt. Sed contra, quia & sine religione charitas est. absit enim, ꝙ omnes coniugatos dicamus esse sine charitate, qui & communi sensu in propria domo possunt uiuere continentur. 34. q. 5. quòd Deo. præterea quia intrare religionem, & recipere ordines, equiparantur. ut patet in his quę no. s̃. de conuer. coniu. § si. uer. sed nūquid si maritus, & seq. dicit Gra. qui vr̃ hanc q. soluere: ꝙ si qs à parentibus coactus, ut clericatus tonsurā, uel religionis uestem suscipiat, se neutrum facturū iureiurando firmauerit, quamuis aliquibus uideatur hoc iuramentū reprehēsibile: quia opus charitatis iuramento se nō facturū promisit, nulla tñ authoritate seruari prohibetur: & si nunquam hoc uel illud faceret. nō ideo tñ minus salutē promereri ualet, cùm etiā nonnulli in laici habitu sanctissimi & Deo dilecti inueniantur. 27. q. 4 § ult. ante fin & lxi distinct. ca. 2. Solutio: Votum tenetur seruare, quamuis indiscretum fuerit, nisi sibi postea à domino contrarium inspiretur. illectus ergo non intret. 20. quæstio. 3. constitit. suprà, de conuersione coniugatorum. dudum. ex reuelatione secutè intret: ut suprà in primis concordant infrà, de diuortiis. gaudemus. & hæc solutio satis comprobatur 12. quæstio. 2. beatus. 16. quæstio. 1. in parochia 27 q. 2. beata Maria. suprà, de iureiurand cap. 2 & iunge quod not. infrà eodem versicul. dicas. & sequen.

4 † Quid si quis iuret, uel uoueat, se nunquam futurū episcopum? uidetur quòd seruare debet, & nunquam contrauenire: ut innuitur à Gre 85. distinct. Archi. nam & hodie perfunctoriè res agitur, & ideo nihil periculosius hodie ad salutem secundum Aug. ut 40. distin. ante omnia. sic ergo seruandum est, ne per contrarium salus impediatur. 22. quæstio. 4. §. finali. Sed contrà. quia hoc maius bonum est, quā religio: ut patet s̃. de renun. nisi cùm pridē. §. nec putes. s̃. de regul. licet. §. penultimo. Sol. Hug. disting. an talis intellexit, ꝙ in nullo casu, etiam necessitate instante,

ADDITIONES.

a Quid sit votum ¶ Ita definit Mart. hoc tit. in sum. boni alicuius cum deliberatione Deo facta promisso. Optimè, cum deliberatione dictū est in definitione, quia vota animi impetu facta non obligant: extra eo. tit. venientis. & de reg. ad nostrā Sed nunquid vota mulierum, quæ potius inconsulto animi impetu faciunt, vel infirmitatibus, vel angustiis suis, aut suorum, & etiā, quæ viri faciunt, moti aliqua magna turbatione tenenda sint? Resp. Si habuerunt intentionē obligandi se Deo, cogitantes de causa, quæ mouebat eos ad vouendū, s. infirmitas, vel aliud periculum, & de fine, s. euidentia periculi, per quod euitandū mouebantur, tenēda sunt licet in tribulatione & perturbatione emissa sint, secundū illud, Reddā Domino vota mea, &c. 17. q. 4. sunt. qui opes. Nec enim fiūt hæc vota sine deliberatione, ex quo vouētes sunt in sana mente. In casu verò illius decr. literaturā, e. ti. dicendū est, quòd nō fuit ibi votum, sed tantùm propositū solo verbo expressum sine intētione obligandi. Doct. in rub. e. ti. Arch. 17. q 1. in sum. Domi. in c. 2. e. ti. li. 6 & quid sit votum rationale, & quid irrationale, vide per S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2.

b Quot sint species. ¶ Adde cap. 1. eo. ti. li. 6. Doc. in rub. qui. cleri. vel. vo. S. Tho 2. 2. q. 88.

c Deo animas præsentare. ¶ Adde gl. in c. post discursus. de pœ. dist. 2. gl. fi. in c. 1. de voto. li. 6.

tate inſtante, fieret epiſcopus: & tunc non eſt ſeruandum. ar. 7. q. j. ſcias. & 8. q. j. in ſcripturis: ſin autem intellexerit, ꝙ non fieret epiſcopus, niſi magna neceſſitate inſtante, & ſic ueniàliter peccauerit: qa non debet quis iurare, niſi neceſſitate urgente. ſ. de iureiur. & ſi Chriſtos. 22. q. 4. §. illicitum. tamen non repelletur: quia tale iuramentũ non irrogat infamiã: ſed tantũ ſolenne. 6. q. j. infames. imò unius anni pœnitentia omnia abolentur 24. q. 2. qui ſacramenta. ſi dubitatur qualiter intellexit: intelligi debet ꝙ hoc ultimo modo intellexit: quia benigna eſt interpratatio facienda. j. de regulis iuris. eſtote. ſ. de iureiurando. ad noſtram 3. ſecũdum Hug. Quid ergo, ſi Papa, nulla neceſſitate inſtante, qa melior & idoneior eo inuenitur in eccleſia, præcipit, ꝙ epiſcopatũ recipiat. dixit Hug. Ego nõ obeditem ei, ſed potius dño ſpiritus xj. q. iij. ſi dñs. & c. qui reſiſtit, qa redditio iuramenti de iure naturali eſt: & in lege pręcipitur, Redde Dño iuramenta tua. 22. q. j. ſi peccatũ. poſſet tñ Papa talem abſoluere à pœna periurij:[a] & ab infamia, quo ad eccleſiam: & ſic per conſequẽs, non repelleretur ab aliquo actu publico. ff. ad muni. Imperatores. Alij dicunt Papæ obediendum eſt. arg. 15. q. 6. authoritatem: & capitulo, nos ſanctorũ. & capitulo, nos iuratos. Dic quod niſi expreſsè conſtet de uoluntate diuina contraria uoluntati Papæ, ſemper eſt ei obediendũ. & eſt ratio, quia authoritas eius uidetur excepta:[b] unde non eſt uoti tranſgreſſor. quia authoritate ſedis Apoſtolicæ illud diſtulit adimplere. j. e. non eſt. & ad hoc arg. ſ. de iureiurando. uenientes. de reſcrip. conſtitutus. Item quia non intelligitur hoc fieri authoritate puri hominis, ſed Dei: cũ ipſius uices in terris gerat. ſ. de tranſl. epiſcop. inter corporalia. & duobꝰ cap. ſequentibus. Item dicas, quòd quantuncũq; expreſſim iurauerit, uel nouerit, is uidetur ſenſus, ꝙ ſcilicet nunquam fiat epiſcopus, eo procurante, nec ſe deneget, Deo uocante. 7. q. 1. in ſcripturis. ſ. de electio. qualiter. ergo ſequatur electio inſpirata. quicquid intellexerit, non debet ſe denegare: quia nec Spiritui ſancto reſiſtẽdum eſt. ut probatur Actuum 7. & xj. quæſt. tertia. Qui reſiſtit electioni igitur factæ per hominem nullatenus conſentiat: reuelationi ꝯriæ non reſiſtat. ut not. ſimile ſ. eod. §. uerſ. ſolutio. nã & ſi ſpecialiter uouiſſet reuelationi reſiſtere, tale uotum nullũ eſſet, cùm ſine mortali peccato ſeruari nõ poſſet: ut patet in his quæ nota. j. eodẽ. § in quibus. uerſiculo hanc tamen regulam. ¶ † Solenne uotũ dicitur uotum continentiæ ſolennizatum. ſolum enim uotum continentiæ ſolennizatur. & qualiter & quot modis hoc fieri debeat, dic ut no. j. qui cleri. uel uo. §. qs uouens. uer. hoc etiam teneas incunctanter. & ſequentibus. Hic tamen notandũ, quòd quantum ad Deum, ſimplex uotum non minus obligat, quàm ſolenne: nã ex ſui natura utrumquè eandẽ obſeruantiam habet. utrumq; enim eſt imperpetuum obſeruandum: utriuſq; uiolatio mortale peccatũ inducit: utrumq; prohibet contrarium actũ: maius tñ peccatũ eſt in fractione ſolennis uoti, quã ſimplicis, & ſolenne dirimit, & maior pœnitentia imponitur in uiolatione ſolennis, quã ſimplicis. & ratio eſt: quia qui frangit ſolenne uotũ, peccat in Deũ, offendit cõſtitutionem eccle. & homines conſcios ſcandalizat: ꝙ in ſimplici non contingit, ſecundum Gof. & hoc plenius not. j. qui cle. uel uouen. §. quis uouẽs. uer. ſed cum utrumq;. & ſeq. Quid ſi is qui ſimplex uotum emiſit, conſulat me, utrum poſſit ꝯhere matrimonium? tutè reſpõdebo, non. Quid ſi ultrà procedat, & dicat? qd ſi ꝯxero, nunquid tenebit matrimonium? non eſt reſpondẽdum: quia ſi reſpõdeo, nõ, mentior, & ſic pecco. 22 q. 2. primum. & c. omne genus: ſi reſpondeo, ſic, do ei occaſionem contrahendi: & per cõſequens, mortaliter peccandi. & ſic ego incurro mortale. arg. j. de homic. ſicut dignum. §. qui uerò ſe aſſerunt. 86. di. tanta. ergo tacendum eſt. 22. q. 2. ne quis arbitretur. ſecundum quoſdam. ſed certè ſecundum hoc uidetur ꝙ Papa faciendo cõſtit. ut ſi talis cõtrahat matrimoniũ, teneat: mortaliter peccauerit, quia non ſolùm conſentit: ſed authoritatẽ & firmitatẽ præſtat: ſed dic, ꝙ Papa in talibus diſpenſare poteſt, ſicut no. j. eo. §. qualiter, & cuius authoritate. uer. ſed de uotis. non tñ intendit in hoc caſu ab initio diſpenſare. & ideo tacendũ eſt. uidet tamen quod ſi uideo, ꝙ non põt continere: ut maius periculũ euitetur, poſſim ſic reſpondere: Scriptura dicit, ꝙ matrimoniũ tenet: tñ de conſilio uel conſenſu meo tu non contrahes, ſed continebis. ſcias enim, ꝙ ſi ꝯxeris, mortaliter peccabis, & Deum grauiter offendes. ar. j. qui cle. uel uouen. ueniens. tamẽ quod prius dixi, tutius eſt. & iunge quod not. j. de clan deſpon. §. utrũ clandeſtina. uer. quid ſi peto. & ſeq. ¶ Sed & uotorũ aliud purũ, ut cùm ſimpliciter emittitũ: aliud conditionale[c], ut cùm cõditio apponitur. puta cùm dicitur, Voueo ieiunare, uel limina talis ſancti uiſitare: ſi Deus mihi pręſtiterit ſanitatem, uel filiũ, uel filiã: quod dic ut not. j. e. § & utrum à uoto. reſp. j. & uer. tertius.

6 Quis uouere poſſit. † Quilibet regulariter nullo iugo obſtante: quia qui ſpiritu Dei ducitur, non eſt ſub lege, ſcilicet publica. & dicitur lex publica, lex canonica. uerbi gratia: decretum eſt in canone, ne clericus de ſuo epiſcopatu ad alium tranſeat ſine literis cõmendaticiis: priuata uerò lex eſt, illa quæ inſtinctu Spiritusſancti in corde ſcribitur. & hæc lex ultima non eſt ſub prima: quia ubi ſpiritus, ibi libertas. 19. q. 2. quæ ſunt leges. ſuprà, de reg. licet. ergo quilibet poteſt uouere, niſi prohibeatur. infrà eodem. licet. in princip. ſicut matrimonium contrahere. infrà, de ſpon. cum apud

7 ¶ † Prohibẽtur autem quædam perſonæ, quæ quo ad uotum emittendum, non habent liberam uolũtatem, ſicut epiſcopus, clericus, monachus, impubes, uxor, ſeruus. de ſingulis igitur uideamus. ¶ Epiſcopus non poteſt[d] aliquod uotum emittere ſine licentia Papæ: intelligas per quod diſſoluatur uinculum matrimonij, quod eſſe intelligitur inter ipſum & eccleſiam, ſponſam ſuam: ut ſuprà, de regul. licet. §. illa ſemper regula. ſuprà de renuncia. niſi cùm pridem. in fine. quod qualiter intelligitur, plenè not. ſ. de tranſlatio. epi. §. cuius authoritate. Item nec aliud per quod ſponſæ ſuæ graue præiudiciũ faciat. ſ. de iureiur. ſicut. ſ. de preca. c. ſecũdo. unde nec poteſt uotũ emittere peregrinationis, per qd ipſum ab eccleſia oporteat abſentare ſine licentia ſpeciali, uel generali. j. eodem. magnæ. §. uerum ætatis tamen uotum, abſtinentię & eleemoſynæ, temperatè poteſt emittere. arg. 8. quæſti. 1. clemens. ſuprà de teſtamẽt. relatum. 2. §. licet autem. & breuiter, quolibet uotum poteſt emittere, per quod bonum exemplum præbeat: quia ad hoc tenetur. j. eodem. magnæ. §. primo. ſ. de ſacra unc. capit. unico. §. ad exhibendum. ut uiatore conſcientiæ. & ſequent. & not. ſ. de cohabitatio. clericorum. §. quid ſit notorium. fama quæ habetur de homine. ¶ Clericus[e] etiam non poteſt ſine licentia prælati ſui uotum peregrinationis emittere. de conſ. diſ. 5. nõ oportet. de quo capitulo fit mentio j. eodem. magnæ. §. uerum. nec aliud, per quod relinquere oporteat ipſum eccleſiam ſuam. argument. ſuprà, de renunciatio. admonet. niſi fortè uoueat religionem intrare: in quo quidem caſu ſufficit petere licẽtiam: ut not. j. eodem. uerſic. monachus. talis enim non ſubeſt legi publicæ. ut nota. ſ. eodem. §. reſponſ. j. poteſt tamen aliud uotum charitatis, uel abſtinentiæ facere. ſicut notat. de epiſcopo ſuprà eodem. uerſi. epiſcopus & ſequenti. dicunt autem quidã, quod uotum tranſmarinum emittere poteſt ſine prælati licentia infra eodem. ex multa. §. penultimo, & fin. & ca. finali. alij hoc intelligunt de licentia prælati, uel ſedis Apoſt. argumen. ſ. de clericis non reſidentibus. cap. fraternitati. & j. eo. magnæ. §. uerum.

¶ Monachus

ADDITIONES.

a Papa talem abſoluere à pœna periurij. ¶ Adde gl. & do. in c. quanto. de conſ. Spe. ti. de le. in §. nunc oſtendendum. uer. xxiiij. Car. in cle. j. ad fin. de iureiu. Car. ſancti Sixti in tract. de poteſtate Papæ. q. xxxviij. S. Tho. ij. ij. q. lxxxix. art. ix.

b Authoritas eius uidetur excepta. ¶ Adde gl. in c. de forma. xxij. q. ult. gl. in c. quæ contra mores. viij. diſt. do. in c. uenientes. de iureiur.

c Conditionale. ¶ Quod ad conditionale uotum attinet, Martin. ex eo rubricellam formauit. qua in re ita ſcriptum reliquit. Votum conditionale non obligat, niſi conditione extante: ut, uoueo iturum me ad ſanctum N. ſi ſanatus fuerit filius meus: uel ibo ad ædem D. Marci, ſi intrauero Lombardiam. Nam non teneor ire, niſi extante conditione. Nec ſum ex uoto obligatus, niſi conditio extet, aliàs ſic. Et idem de ſimilibus eſt dicendum, ut, xxxiij. q. viij. non ſolum. & extrà, de condi. appoſ. uerum. & de reſt. ſpo. olim. & c. cauſa. Et hoc intelligas, ubi uoti obligatio ponebatur in euentũ conditionis, id eſt quando uouens non intendebat ſe obligare, niſi extante conditione, alioquin, ſi alia fuit cauſa, uel etiam ſi fecerit uotum ob cauſam, & publicè non expreſsit cauſam, ſed uotum, tunc propter conſcientiam, & propter ſcandalum tollendum, tenetur uotum implere. Sed ſi intendebat ſe obligare, etiam ſine euentu conditionis, quia ſi quis uouit ſub conditione mentali, quam non exprimit uerbo, licet non extet conditio, debet tamen implere uotum propter ſcandalum eorum, qui audierunt: extra eo. tit. magnæ. & de conuer. coniu. ex parte. circa fin. Item ſi aliquis uouit non tantum ex una cauſa, ſed pluribus, uerbi gratia, uouit aliquis, quod iret ad S. Iacobum, quia credebat ſe ibi inuenturum fratrem ſuum, nihilominus propter redimenda peccata ſua: in hoc caſu, quamuis ſciat fratrem ſuum deceſsiſſe antè, quàm iter arripuiſſet, tenebitur tamen ire ob aliam cauſam. Idem intelligas quotieſcunque uouit aliquis ex duabus pluribusue cauſis, ſub duabus aut pluribus conditionibus, intendit ſe obligare qualibet cauſarum, uel conditionum extante. Item qui ob impedimentum temporale uotum implere non poteſt, expectet donec ceſſet impedimentum. Si uerò perpetuum eſt impedimẽtum, commutetur uotum ipſius. extra e. tit. quod ſuper his. Item conditio generalis, puta, ſi uixero, ſi potero, ſi Deus uoluerit, ſemper eſt in uoto intelligenda. etiam ſi non apponatur. xxvij. q. ij. beata. & xvj. q. j. in parochia. Votum tamen factum per iram non ualet, niſi poſtea quietus conſentiat uouens. extra, de conuerſ. cõiu. dudum. & de reg. ſicut. & ij. q. iij. §. notandum & c. ſi quis iratus.

d Epiſcopus non poteſt. ¶ Adde c. licet. & ibi do. de re. Doc. in c. j. de ſepul. li. vj. Doc in c. magnæ. de uoto.

e Clericus. ¶ Adde glo. in c. tenet. de uoto c. ult. lxxxj. diſt. c. non oportet. de conſ. diſt. v. Inno. in c. ſcripturæ. de uoto. Inn. in c. ex parte. de cenſi. Arch. in c. ſcimus. xxij. q. j.

a ¶ Monachus equidem [a] non poteſt aliquod votum facere, per quod ipſum ſine licentia abbatis clauſtrum exire oporteat. arg. 16. quæ. 1. ſi cupis & cap. placuit. quamuis ſibi inſpiratum dicat timēdum eſt enim, ne ſpiritus ſathanę in lucis angelum ſe transformet. ĵ. ne clerici uel monachi. non magnopere. niſi fortè ad aliam religionem arctiorem tranſire uelit: ubi quidem debet licentiam humiliter petere: & ſic intrare poteſt quamuis ipſam licentiam non potuerit obtinere. Sed ſi dubitet de inſpiratione, ſuperioris eſt arbitrio relinquendū, ne uidelicet ſpiritus ſe transformet ſic loquitur ŝ. de regul. licet. reſpon. 1. & §. ſi uerò dubitetur. & de hoc not. de reg. §. & qualiter obligetur. uerſicu. item religionis. & ſequen. Quid ſi ſuperior arbitretur iniquè? Dic ad ſuperioris ſuperiorem recurrendum. argumen. ĵ. de iure patrona. nullus. ſuprà, de conceſſione præben. ca. 1 ſuprà, de elect. ne pro defectu. ad finem. Item nec uotum abſtinentiæ ſingularis poteſt emittere monachus, neque peregrinationis, neque aliquod regulariter. & ſi hoc fecerit ſine licentia abbatis, non debet exequi, ne ſit fratrum ſcādalum, quibus ſe debet ꝯformare: vel ne detur ei occaſio uagandi. 20. quæ. 4 §. 2 & 3. & §. uerum etiam hoc. & argu. 41. diſt. quiſquis 16. quæſtio. 7. in nona. ŝ. de elect. cùm cauſa quæ. Quid ſi uotum emiſerat, antequam monaſterium intraret? Dicas idem ſcilicet quod ſine licentia abbatis ipſum exequi non debet. argum 33. queſt. 5. noluit. ĵ. de clericis non ordi. miniſt. ca 2. infrà, de eo qui furtiuè ordi. ſuſcep. & cap. 2. ĵ. de ſent. excom. cùm illorum. § nos tamen. & præcedentibus. nam & omnia temporalia uota uidetur mutaſſe in religionis obſeruationem. ĵ. eodem. ſcripturæ. nec eſt neceſſaria circa peccati ſatisfactionem, vbi totum uitæ tempus ſeruitio impenditur conditoris. 23. quæ. 2. admonere de pœ. di. 1. §. his authoritatibus. & vinculum obedientiæ patriæ ſoluit introitus arctioris religionis. 19 queſtio. 2. duæ ſunt. ſuprà, de reg. licet. & ca. ſanè. & ideo ſi intrando intendebat commutare id, ad quod primo ſe obligauerat, in nullo remanet obligatus. ſi verò hoc non intendebat, recurrat ad abbatem, qui ſecum poterit diſpenſare per iura ſupradicta: & ſine cuius licentia hoc non poſſet exequi: ut prædixi. ſi tamen talis primo uotum temporale adimpleret, & poſtea ad religionem migraret, tutius uideretur: qa tùnc utrumque adimpleret. argum ĵ. eodem. per tuas. & melius ĵ. de ſponſalibus. cōmiſſum.

b ¶ Impubes [b] ſimiliter non poteſt ſe uoto obligare, ſine tutoris uel patris authoritate. 20. quæſtion. 2 cap. 1. & 2. quod dic, ut not. ŝ. de reg. § & utrum exire. uerſ. itē minor quatuordecim annorum. & ſequen. & §. finali Sed nunc quid filiusfamilias [c] pubes poteſt uouere? de uoto religionis planum eſt, quòd ſic ut no ĵ. eodē. c. prox inducto. aliud autem uotum, per quod diſſoluatur patria poteſtas, nō uidetur, quod poſſit emittere ad exemplum uxoris, monachi, & ſerui: tales enim perſonæ ſui iuris non ſunt. ĵ. de ſenten. exc. mulieres. & expreſſim dicit l. quod non poteſt, ſicut nec impubes, nec ſeruus: ut ff. de pollicitati. l 2. §. 1. ſatis poteſt dici, ꝙ uotum, ab eo emiſſum, per quod grauiter præiudicaretur patriæ poteſtati, uel pater inde ſcandalizaretur, non debeat inuito patre obſeruare. & eſt ratio: quia non eſt hoc uoluntatis ſuæ, cum nec in hoc habeat liberum arbitrium, cùm patri obligatus ſit iure patriæ poteſtatis: ut patet in his, quæ not. ŝ. e. §. quot ſint ſpecies. uerſicu. breuiter ex præcedētibus. ĵ. eodem. § in quibus. uer ſic. in indifferentibus. excipe uotum religionis, ut dictum eſt, quod inuito patre emittere poteſt, nec propter hoc exhæredari poteſt, ut C. de epiſcopis & clericis. §. 1. & in authentica, de ſanctiſ. epiſcop. § interdicimus. collat. 9. † Quid ergo, ſi uouerit dare eleemoſynam de peculio profectitio? Dicitur quòd non ualeat: quia & alienum eſt, & ſic quodāmodo furtum cōmitteretur. ff de furt. ſi pignore. §. 1. licet domeſticum ſit. ff. de pœnis, reſpiciendum. §. furta. & talis eleemoſyna non placet Deo. 24. quæ. 5 eleemoſyna. & ca. præcedent. & ſequen. dicas conſiderandam qualitatem perſonæ patris, & filij, & eleemoſynæ quantitatem. Secundum hoc uidetur, quòd reddere poſſit eleemoſynam: niſi pater expreſſim contradicat: & idem intelligas de uxore, & mercenario porrigente modicam eleemſoynam indigenti. arg. ad hoc expreſſum ff. de dona. filiusfamil. §. primo & ff. de legatis 3. ſi filiæ. 86. diſtinct. paſce, hæc etiam conſuetudo non eſt improbanda. argumen. ſuprà, de dona. cæterùm. & de teſtamen. relatum. 2. §. licet. & hoc plenius not. infrà de pœnis. §. quibus, & qualiter. ſub §. quid de facientibus eleemoſynam Sed nunquid uotum peregrinationis longinquæ emittere poteſt? Non uidetur: qa nimis præiudicaret patrię poteſtati, cui nō debet prǽiudicare, ut dictū eſt, argum. in his quę notan. ŝ. eodem. uerſicu. epiſcopus. & uerſi. clericis. excipe peregrinationem uoti tranſmarini. argument. ĵ. eodem. ex multa. §. quod autem. & neceſſariā ac ineuitabilem. ut ſi fortè ſit à canone per ſedem Apoſtolicam abſoluendus. argu. ĵ de ſenten. excom relatum.

d ¶ Vxor etiam [d] nō poteſt uouere, ſine uiri licentia, peregrinari, uel abſtinere, ſeu ieiunare, nec religionem intrare: quinimò ſi ante matrimonium contractum uotum abſtinentiæ emiſerit, nō debet inuito marito illud adimplere: ſed & ſi de licentia uiri emiſerit uotū, ab initio idem erit: quia ſemper in talibus debet obedire marito, licet maritus peccet, id qđ. conceſſerat prohibendo. 33. q. 5 noluit manifeſtum & idem intelligunt quidam de uiro uouente: quia non ad imparia iudicantur. 32. q. 1. ſi quis uxo. & quæſt. 5 præcepit Chriſtiana. alij dicunt, quòd in uoto abſtinentiæ uir ſuperior eſt: quia caput. ut ca. quæ. manifeſtum. hæc imago. cùm apud. quod concedas, niſi per huiuſmodi uotū fieret circa carnale debitum prǽiudiciū mulieri, ſecundum Hugon. tale enim ſeruare non poſſet, muliere inuita. quia nulla obſtat exceptio in hoc caſu. ĵ. de coniug. lepro. quoniam §. final. & ſecundum Apoſtolum, uir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed uxor. ſuprà, de conuer coniug. quidam. in fin. igitur nec uotum peregrinationis poteſt unus facere ſine conſenſu alterius. argu. 27 q. 2. ſi tu. 33 quæ. 5. quod Deo. fallit hoc in uoto tranſmarino: quod maritus præter uoluntatem uxoris poteſt emittere, uxor tamen ut conſentiat, eſt attentius admonenda. ĵ. e. ex multa. §. quod autem & quæ non uult remanere, ſequatur uirum ſuum. ĵ. eod. quod ſuper his. § finali.

9 † Nunquid ergo & uxor poteſt Hieroſolymitanum uotum uiro inuito [e] emittere? de hoc nihil dicitur expreſſè: & uidetur, quòd ſic, quia non ad imparia iudicantur. ut no. ŝ. eod. uer. proxim. quid enim dices, ſi ſit nobilis mulier, habens magnum comitatum, nec uiro ſuo in dotem datum, quam multi bellatores ſequētur? certè neceſſitati terræ ſubueniendum erit. & tunc eadem ratio uidetur, quæ in uiro eſt. arg. ĵ. e. ex multa. § quod autem. & uidetur expreſſum ĵ. e. quod ſuper. in fi. Sed cōtrà, quia uir caput eſt mulieris. ut ŝ. eod. uerſ. uxor. unde & in uita & in morte debet ſequi uirum, non uir ipſam. 13. q. 2. unaquæque. ſi enim uult ire ſine uiro, ſuſpecta eſt mihi, quia fragilis eſt. & ſic dicit Ouidius:

Caſta eſt quam nemo rogauit.

Subtrahenda eſt ergo uagandi materia, & timendum, ne angelus ſe transformet, ſicut dictum eſt de monacho ŝ. eod. uer. monachus. nec obſtat infrà eod quòd ſuper his. in fi quod enim dicit ibi de mulieribus, aut intelligas quæ non uouerunt, & quod ſequitur, cæteræ uerò, expone quæ non habent uiros, & uouerūt, uel quæ de conſenſu maritorum uouerunt. Solutio. Primo quòd uotum poteſt emittere, etiam uiro inuito. Vtrum autem ipſum poſſit exequi, eo inuito, diſtin. uidetur, utrum ſuſpecta ſit & infamata, uel nimis iuuenis. in quo caſu perſonaliter non exequetur. & ſic intellige iura inducta ſuprà eod. uerſi. ſed contra quia uir. abſit enim, ut ab eccleſia talis compēſatio admittatur. infra, de uſur. ſuper eo. Quid ergo faciet, redimat uotum cùm ad eundum & ad pugnandum inhabilis iudicetur. infrà eodem. quod ſuper his. §. rurſus ſi uerò ſit uetus, quæ multum profecit in diebus ſuis, & matrona bonæ famæ, uadat, nec uotum redimat, ſi ſecum multos poſſit ducere bellatores. & ſic intellige quod not. ŝ. eadem quæſt reſp. 1. quia tunc eadem ratio in uxore eſt, quæ & in uiro: ergo idem ius ſtatuendum eſt. C. de liberis præteritis uel exhæredatis. leg. 1. & C. ad legem Falcidiam. l. fina. ad hanc diſ. em. & de conſtituta pecunia. l. finali. in fine. arg. ad hanc diſtinct. ſuprà de conuerſion. coniugator. cùm ſis præditus. & capitul. uxoratus. & ſi uis ſcire, utrum unus coniugatorum poſſit uotum continentiæ altero inuito, emittere, & ad quid teneatur, qui hoc facit. uide quod nota ŝ de conuer. coniug. § qualiter poſſit conuerti.

10 † Quid ſi publica meretrix, quam multi ſequuntur: quia nihil amore uehementius, in auth. quibus modis naturales efficiuntur legit. §. illud. col. 6. uotum emiſerit tranſmarinum, nunquid poterit uotum redimere? Non uidet: quia ꝙ multi bellatores eā ſequunt. ut ar. ĵ. e. quod ſuꝑ his. in fi. dicas, ꝙ niſi corrigatur, nec ipſa nec bellatores ſui, qui ex corrupto amore ſequūtur ipſam, admittendi ſunt, neq; uotum ſuum comprobandum, qa nec oblatio ſua recipienda eſt. ut not. ŝ. de decim. §. de quib[9]. uer. dicas & de parochiis. §. in quibus ſub. §. tñ ſciendū. uer. 5. ſi ſit meretrix.

f ¶ Seruus non pōt [f] uotum religionis emittere

ADDITIONES.

a Monachus equidem. ¶ Adde c. monacho. & ibi doct. xx. q. iiij. S. Thom. ij. ij. q lxxxvii. art. viij.

b Impubes. ¶ Adde Car. Alex. in rub. qui cle. vel vo. & per S. Thom. ij. ij. q. lxxxviij. art. ix.

c Nunquid filiusfamiliàs. ¶ Adde tex. & glo. in c. mulier. xxxij. q ij. Ioan. de Lig. in reg. peccatum. de reg. iur. li. vj. Io. de Im. in rep. c. cum cōtingat. de iureiur. S. Tho. ij. ij. q lxxxviij. art. viij.

d Vxor etiam. ¶ Adde gl. in c. j. xxij. q. j. do. in c. manifeſtum. xxxiij. q. v. Doct. in c. ex multa de vot. S. Tho. in iiij. ſent. xxxiij

e Et vxor poteſt Hieroſolymitanum votum, viro inuito. ¶ Adde Abb. in c. ex multa. in ij. col. de voto.

f Seruus non poteſt. ¶ Adde Ray. in ſum. titu. de impedimento voti. in §. item ſeruus. quem refert & ſequitur Arch. in c. ſi quis incognitus. xvij. q. ij. & per S. Th. ij. ij. q. lxxxviij. art. viij.

tere sine dñi voluntate. 54. dist. si seruus sciente & arg. s̃. de sen. excom. mulieres. Quid si professus est ante trienniũ, p quod debet expectari. 17. q. 2. c. si quis incognitus. Dicas, ꝙ si decepit monasterium: puta qa per falsos testes probauit se liberũ, nisi dñs ipsum de gratia dimittere voluerit, habitu, quẽ furtiuè recepit, spoliabitur, & tanquã indignus dño reddetur. arg. s̃ de seruis nõ ordinandis. c. de seruorũ. si verò monasterium est in culpa, satisfacere tenetur dñò. arg. dist. 54. si seruus absente. & quod deficit hic, circa hunc articulum, inuenies notatũ de regularibus §. vel reuocari. Quid de voto peregrinationis à seruo facto? Dicas, ꝙ inuito dño non potest ipsum exequi, nisi qñ necessaria est: ut j. de sen. excom. relatum. in fine. & iunge alia quæ notan. in filiofamilias. s̃. eodẽ. vers. impubes. & sequen. & ꝙ ibi dictum est, quò ad filiumfamilias, hic quoq; ad seruum intelligatur repetitum: cùm fortius quàm patri filius & seruus domino sit adstrictus.

11 In quibus casibus † votum[a] emitti possit? In ieiuniis, & orationibus, eleemosynis, peregrinationibus, religionibus, abstinentiis, continentiis consistit votum: ut patet j. eodem. c. j. ij. & iij. & per totum. & in his quæ no. s̃. eodẽ. per totum. & j. eodem. per totum. & br̃ in oĩb. piis causis, licitis & honestis faciendis, vel ꝯriis non faciendis, regulariter tenet votum: secus si voueam primas non faciendas, secundas faciendas. arg. s̃. de pactis, c. finali. s̃. de iureiurando, tua. & patet in his quæ notan. s̃. eodem. §. quid sit votum. vers. benedico rei licitæ. Hanc tñ regulam tibi trado ꝙ vbicunq; voueo, vel promitto aliquid facere, quo facto: vel aliquid non facere, quo non facto, salus corporalis, uel spiritualis adimitur, uel peccatum mortale incurrerem, non est seruandũ votum neq; iuramentum, neq; pactum, neq; consuetudo, neq; lex, neq; præceptum, neq; aliquod aliud vinculum fraternitatis. 22. q. 4. §. finali. & c. inter cætera. s̃. de iureiu. quanto. & nota. s̃. de offi. arch. §. quod sit eius officiũ: vers. quare autem. de renunciatio §. cui. versiculo, graue scandalum. & sequen. In indifferentibus aũt quæ si fiant, nõ est peccatũ mortale. & si non fiant, nullum similiter peccati mortalis periculum incurritur, tenet votũ, & obseruandum est. arg. j. de noui oper. nuncia. cùm ex iniuncto. §. sup eo. nisi rõne personæ aliud dicatur, quæ in inhabilis est ad vouendũ. super quo vide qđ no. s̃. e. §. quis vouere. per totum. dummodò non sit ꝯrium præcedenti obligationi licitæ, & honestæ. arg. s̃. de iureiurando. eam te. in fine. & c. veniens. in fi. & c. tua nos. qa nec tunc sine peccato de facili exequi posset, arg. 22. q. 5. iuramenti. Quid ergo, si quis voueat non intrare religionẽ, non accipere clericatus tonsurã, nõ recipere episcopatũ? dic ut plenè not. s̃. e. §. quot sint species. sub §. votorum. Et nota, ꝙ si voueo facere id quod de necessitate tenebar facere: uel non facere, id qđ de necessitate tenebar vitare, votum necessarium dr̃ duplici iure, tunc illud teneor adimplere. sin aũt voueo facere id quod non tenebar facere de necessitate, poterã tñ sine peccato illud facere: vel si voueo non facere id quod de necessitate non tenebar vitare, poteram tamen sine peccato euitare si vellem, tale votum dicit̃ voluntarium: vt plenè not. s̃. e. §. quot sint species. resp. j.

12 Qualiter & cuius † authoritate valeat redimi uel cõmutari? Dicas, quod regulariter omnia vota, quæ voluntatis sunt, authoritate diœcesani siue superioris, ex cuius arbitrio dependent, redimi & cõmutari possunt. Debet aũt superior ipse considerare qualitatẽ personæ & causam, & qualitatẽ & quantitatẽ cõmutationis: ut ex hoc colligat, an recompensatio sit melior, Deo magis placita & accepta. j. eodem. capitulo primo. Debet ẽt cõsiderare causam, p p quam uotum emissum est: nam ea cessante, cessat facilius & effectus. j. e. magnæ. in fine. In voto ẽt peregrinationis sic faciẽda est redemptio, ut expensæ quæ fierent in eundo, morando, & redeundo, ad alias pias causas erogentur, ut labor itineris, ieiuniorũ, vigiliarum & orationum laboribus compensetur. j. eodẽ. magnæ. §. pe. ad fin. & c. super his. §. j. Sed & in voto transmarino est consideranda vouentis intentio, vtrum scilicet intenderet peregrinari vel bellare: ut in primo casu habilis ad eundum quamuis inhabilis ad pugnandũ, non redimat, inhabilis vero ad eundum redimat: in secundo casu inhabilis ad pugnandum, quamuis habilis ad eundũ redimat, nisi consilio strenuus sit, uel secum forte possit ducere magnum numerum pugnatorũ. Talis enim est omnino impotens, cùm primus lingua, secundus per alios pugnare possit. j. e. quod super his. §. pe. & fi. & c. ex multa §. 2. quæsisti. §. final. in fine. vel nisi sit agricola, uel artifex, qui ibi sit vtilis: quãuis non multi talium propter breuitatem possessionum & paucitatem inhabitantium ibi sunt opportuni. s̃. e. quod super his. respon. j. Sed inter illos, qui habent impedimentum temporale vt his dilatio

ADDITIO.

a Votum. ¶ Multiplices esse votorum species, ambigit nemo, quarum supra comm[e]minit Hostiensis noster, quibus ex Mart. eo. tit. in su m. religionis votum cõnumerabimus. Vota, inquit, omnia in votum religionis possunt sine remorsu conscientiæ commutari: extra e. ti. scripturæ. Item si aliquis adultus ingrediatur religionem, nec fecerit professionem, quæritur, vtrũ in aliquo casu liceat ad seculum redire, vt possit matrimonium ꝯhere, si erat laicus: aut ecclesiasticum beneficium habere, si erat clericus? Respondeo, Aut assumens habitum in monasterio fecit protestationẽ, ꝙ vellet esse in probatione: & si displicuerit sibi, liceat ei redire ad seculum, aut non. In primo casu potest redire ad seculum, finito tempore probationis. Si verò protestatur ꝙ vult esse in probatione, non tamen ꝓtestatur, ꝙ velit redire ad seculum: si religio displicuerit sibi, non poterit redire ad seculum, sed transire poterit ad laxiorem religionem, quia præsumitur, ꝙ voluerit vitam mutare. Sed si nullam fecerit protestationem, imò simpliciter accipit habitum professorum, & portauit inter fratres, faciendo omnia, quæ fratres facere consueuerunt, non poterit decæterò ad laxiorẽ ordinem transire, sed debet in ipso monasterio remanere, quia intelligitur fecisse professionem tacitam. & sic votum solennizasse, extra de reg. conf. & c. sup eo. & c. postulasti. Sed secundum decretalẽ Gregor. nouitius in probatione positus potest ad priorem statum, quem habebat ad seculum, redire liberè intra annum, nisi in tribus casibus, s. si acceperit habitum, quod dari profitentibus consueuit: vel si fecerit professionẽ, vel si euidenter appareat in ipso ingressu, ꝙ voluerit vitam mutare: puta, quia renunciauit simpliciter seculo promittens, ꝙ decæterò in religione viueret, & inde fecit scripturam, vel factæ se subscripsit. extra, de reg. statuimus. Vnde ex istis verbis colligitur, ꝙ proposuerit vitam mutare, & in religione perpetuò Deo seruire. & ex illo canone, 27. q. 2. ca. sunt qui. est ar. ꝙ propositum solum obligat, adeò vt peccatum mortale sit venire ꝯ. quod concedit H. de proposito firmato post deliberationem. Sed in ꝯrium facit c. literarum. e. tit. vbi quidam in mortis periculo dixit, Non ero diu hic, proponens, ꝙ aliquando intraret religionem. Quòd si nõ est amplius in voto processum, non transgreditur, si non implet, quod dixit. Quidam tamen sine præiudicio dicunt, ꝙ solum propositum non obligat, nec est mortale peccatum venire contra, nisi addatur promissio, vel votum expressum, uel tacitum, siue præsumptum, ut cùm quis recipit habitum professorum, licet nihil dicatur, vel cùm recipit habitum nouitij. exponendo propositum suum de perpetua obseruantia religionis. Receptio. n. habitus nouitij cum euidenti expressione huius propositi, voti præsumptionem inducit, ad quod neutrum per se sufficeret Similiter propositum eundi vltra mare, vel ad sanctum Iacobum sine voto non obligat, nisi cum accipiat, quo ad primum: aut à sacerdote suo petam & baculũ, quo ad s̃m. Quod si in aliquo prædictorum trium casuum nouitius ad seculum reuertatur, & de facto matrimonium ꝯhat, nunquid valeat? Respondeo, Planum est, ꝙ duo primi casus impediunt, & dirimunt iam ꝯctum. Idem dicẽdum de tertio, s̃m quoldã: sed tunc demùm renunciauit seculo, promittens decæterò, se in religione victurum approbante huiusmodi votum, vel promissionem Abbate, vel aliquo, de eorum mandato generali, vel speciali: quia in tali creditur casu votum esse solennizatum, aliàs p p solam habitus nouitij susceptionem, & propositi manifestationẽ, non est, s̃m quosdam, iudicandum votum solenne, sed solum simplex, quod non dirimit, sed tm̃ impedit matrimonium ꝯhendum. Item, qui religionis habitu suscepto, ad seculũ sunt reuersi, cogendi tñ sunt ad mitiorem religionem transire nec ad ecclesias seculares amplius debent adsumi, ne sint rei voti, quod fecerunt. Si aũt ante susceptũ habitum professorum in probatione positi ad seculũ redire voluerint, ꝓhibendi sunt. Sed qualiter scietur, ꝙ nouitij fuerunt in probatione, quia protestati sunt se velle esse in probatione, vel quia receperunt nouitiorum habitum, vbi distinctus est ab habitu nouitiorũ, uel est talis ordo, qui non consueuit recipere aliquẽ ad professionẽ intra annum probationis. ar. 27. dist. quod interrogasti. Vbi aũt non sunt habitus huiusmodi distincti, benedicendæ sunt vestes tẽpore professionis. ar. ex̃, de reg. statuimus. Item si aliquis secularis videt monasteriũ dissolutum, & monachos egregiè comedere, & bene indutos esse, & cogitans, ꝙ bene poterit hunc ordinem sustinere, ingreditur monasteriũ, & postea fit inquisitio in monasterio, & compellitur ad obseruationem regulæ, & ipse dicit, non noui hanc asperitatẽ quam modò vultis imponere, nolo eam tenere s̃m illud Bernardi, Vota mea si augias sine mea volũtate, sicut illud diminuas sine certa necessitate: q̃rit̃, vtrũ possit cogi? Rñdeo, Dicũt quidã indistinctè, ꝙ nõ potest redire ad seculum, ex quo fecit professionem. Sed vtrũ cogatur ibi remanere? Distingue, aut erat peritus, aut ignarus. In primo casu non potest recedere, quia intelligitur se obligasse, nõ ad id quod fiebat, sed ad id quod fieri debebat. In secũdo casu subdistingue: aut fuit explanata ei asperitas regulæ, & tunc idem est quod in iuris perito, aut non: tunc, si credebat illos regulariter viuere, & ad illam asperitatem voluit se obligare, & non ad maiorem, & hoc expressit, non cogetur ibi manere, sed transibit ad ordinem, quem valebit sustinere. Si autem non expressit, debet ibi remanere, nec potest allegare dolum vel deceptionem quia sit melior conditio sua, & potest hoc magnæ fatuitati imputari, quia vbi debuit, non examinauit. de reg. consuluit. & c. cùm dilectus. quod me. cau. & 10. q. 3. Vnde dolus aliorum, vel simplicitas vouentis non vitiat contractum in talibus. d. c. cùm dilectus. Est & alia uoti species, nempe votum Hirosolymitanum, & hoc à pauperibus, uel debilibus commutari, uel redimi potest, idque authoritate papæ: extra, eo. tit. c. quod super his Nullus autem alius sine eiusdem speciali mandato, intromittere debet siue commutando siue differendo. In alijs autem uotis commutandis, aut redimendis diœcesanus Episcopus potest, pẽsatis causis, authoritatem præstare. extrà, eo. tit. c. j. & ca. scripturæ. Quod autem ad votum abstinentiæ & peregrinationis, soluuntur ea statim ab ipso ingressu religionis, quia talis ingressus soluit etiam vinculum iuramẽti, & obedientiæ, extra. eo. tit. sanè. & c. scripturæ. Fallit, vbi quis iurauit se aliquã ducturum in vxorem. Vt autem votorum talium commutatio, vel redemptio fiat, requiruntur duo, nempe, causa, & authoritas superioris. Causa, ut si vouens sit sensu debilis, uel infirmus, uel ex sui absentia generalis turbatio timeretur, & similia. Authoritas quoque superioris exigitur, quia nemini authoritate propria votum commutare licet, uel redimere. Et hæc uotorum quidem communia sunt. Mart.

vt his dilatio concedatur, & perpetuum, vt ab his recipiatur re-
demptio, eſt ſubtiliter diſtinguendum. ȷ. eo. quod ſuper his. §. ȷ.
In clericis etiam vouentibus conſiderare oportet, vtrum cleri-
cus cruce ſignatus conſilio vel officio prædicationis: vel quia ſer
uitio alicuius magnatis deputatus eſt: vel quia ſecum multos
bellatores pōt ducere, ſit ibi vtilis vel neceſſarius: & tunc nō re
cipitur redemptio: vel nō ſit ſibi opportunus: & tunc recipiet̄,
vt ȷ. eo. ex multa. §. ſi. cap. poſtulaſti. nam quo ad pugnam perſo
naliter faciendam inhabilis eſt: vt patet 50. diſt. clericū qui paga
nū. niſi fortè ſpiritualiter pugnare velit armis ſuis, quæ ſunt ora-
tiones & lachrymæ. 23. q. 8. §. ȷ. & cenſura eccleſiaſtica. nam ſpiri
tualia arma propria ſunt clericorum: vt in authen d. n. extrà de
ſen. excom. dudū. reſp. ȷ. quod dic, vt not. ſ̄. de treu. & pa. §. quid
iuſtum bellum. verſic. 5. ratione perſonæ. & ſequenti. ſed & ali-
quoties poteſt votum redimere, etiamſi bellatores ducere poſ-
ſit: puta ſi ſit nimis ſenex fragilis, & cōfractus. ȷ. eodem magnę.
§. verum ætatis. ſ̄. de renun. niſi cum pridem. §. alia vero cauſa
eſt. Item oportet conſiderare, vtrum ex facilitate animi iuuenis
votum emiſſum eſt: & ſic eſt remittendum redemptione com-
petenti recepta. ȷ. eodem. venientis. Nec prætermitti debet ꝙ
licet votum Hieroſolymitanum magni fauoris ſit. vt patet ȷ. eo
dem. ex multa §. quod autem. ſi tamen propter abſentiam vnius
perſonæ totius terræ, ſiue prouinciæ vnius periculum immine-
ret, votum remittitur, vel differtur: nec eſt voti tranſgreſſor,
qui authoritate ſedis Apo. illud diſtulit adimplere. inf. cap. non
eſt. Quamuis autem inſtructus ſis per prædicta, qualiter votum
tranſmarinum redimi vel differri poſſit, non tamen eſt tutum re
demptionem recipere vel differre, vel de ipſo aliquo alio modo
intromittere ſine mandato ſedis Apoſt. ſpeciali, ad quam ſolam
hoc noſcitur pertinere. inf. eod. ex multa. reſpō. ȷ. in fine. & ideo
de mandato Papæ remittitur, vel differtur, vel redimitur. & ipſe
de hoc interpretatur: ȷ. eod. venientis. & c. non eſt. & 4. ſeq. §. ſi.
& idem puto in voto crucis cuiuslibet: quia ad ipſum pertinet
de talibus iudicare, vt patet in his quæ not. ȷ. eo. §. fina. verſi. nun
quid autem. & ſeq. Sed in redemptione, vel communione cu-
iuslibet voti, tria ſunt præcipuè attendenda, quid liceat ſecun-
dum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, quid expe
diat ſecundum vtilitatem ſeu neceſſitatem, ȷ. eod. magnæ. §. ȷ.
ideoque & in voto abſtinentiæ habenda eſt ratio aſperitatis ieiu
niorum, panis & aquæ: & vouentis affluentia. ȷ. eod. c. magnæ. §.
pen. in fi. vnde & aliquis pauper poſſet redimere votum cū pau
ca pecunia, vel oratione, ſi nihil haberet: vbi regi vel comiti non
ſufficeret magna. arg. ȷ. de maledi. cap. 2. Sic patet, ꝙ authoritate
epiſcopi poteſt quodlibet votum voluntarium commutari vel
redimi, excepto tranſmarino, quod ſoli Papæ reſeruatur, vt nō.
ſ̄. eo. §. reſpon. ȷ. & ver. quamuis autē. epiſcopus autē non debet
interponere authoritatem ſuam, niſi ob iuſtam cauſam, ſicut li-
quet ex his quæ notan. ſ̄. e. ver. proximo. ex præcedentib. Aliqui
tamen voluerunt dicere, ꝙ votum non admittat compenſatio-
nem vel diſpenſationem: vt not. ȷ. e. §. vtrum, & per quem. & ma
lè. cum enim in eccle. primitiua primogenita mandarentur of-
ferri, quorum quædam Domino reddebātur ſine commutatio-
ne, vel redemptione, vt primogenita Leuitarum: quædam redi
mebantur, ut aliarum tribuum: quædam commutabantur, ſicut
primogenitum aſini, quod cum oue cōmutabatur, reſtat quòd
ſic eſt & de votis, ſcilicet quòd aliqua ſunt, quæ non poſſunt cō
mutari, vel redimi: quædā verò poſſunt: quia cùm minus obliga
bat tunc præceptum Domini, quàm hodie votum. vt ȷ. eo. ma-
gnæ. §. cùm igitur. quaſi dicat, votum ſuccedit loco præcepti
Dei: ergo eius naturam ſapere debet. arg. ff ſi quis cau. ſi eū §. q
iniuriarū. ȷ. tit. ȷ. reuoluentes §. ȷ. & ij. inde eſt, quòd aliqua ſunt
vota, quæ nullam redemptionem, nullam commutationem re-
cipiunt: ſicut omnia uota quę dicuntur neceſſitatis. & eſt ratio,
quia nec omitti poſſent ſine peccato: vt patet in his quæ not. ſ̄.
e. § proximo. & §. quot ſint ſpecies eius. ideoque nulla eſt cōmu
tatio, nulla eſt redemptio contra Deum. 15. diſt. ſicut. 11. quæſti.
3. qui reſiſtit. 25 q. ȷ. ſunt quidā. Sed & de votis voluntarijs exci-
pitur votum continentię: nec redemptionem, ponderationem,
ſeu compenſationem recipit, ſecundum quoſdā: quia, ſecundū
Salomonem, non eſt digna ponderatio animæ continētis, & nu-
ptiæ replent mundum, virginitas paradiſum, ſecūdum Ambro.
32. q. ȷ. nuptiæ. & abſque virginitate, puritate, ꝯtinentia, & caſti-
tate omnia opera imperfecta ſunt: ſecundum Hier. 32. q. 5. cum
ſaluabitur. & caſtitas ſola eſt, quæ poteſt cum fiducia Deo ani-
mas præſentare, vt authētica, de lenonibus. §. ſcimus. collatio. 2.
nullam autem commutationem dabit homo pro anima ſua,
quæ etiam omnibus rebus precioſior eſt. 12. quæſt. 3. ſi habes. &
argum. 22 quæſt. ȷ. præcipimus. ideoque nec ſummus Pontifex
poteſt contra hoc diſpenſare: vt expreſſim legitur infrà, titu. ȷ.
cùm ad monaſterium. in fin. alij contra, inter quos eſt do. Hug.
Card. ſanctæ Sabinæ. & dicunt, quòd dominus Papa poſſet ex
magna cauſa diſpenſare in hoc: puta, ſi aliquis rex Saracenorum
cum tota terra ſua offerret cōuerſionem ſuam, ſi aliqua ſancti
monialis daretur ſibi in vxorem: & hi probabilius dicunt. Cùm
enim votum ſimplex non minus obliget apud Deum quàm ſo-
lenne. vt no. ſ̄. eod. §. quot ſint ſpecies. ſub §. votorum. verſic. hic
tamen notandum. qua ratione potuit Papa facere conſtitutio-
nem, quòd ſi ſimpliciter uouens contraheret, teneret matrimo
nium: quod nec primi negant, eadē ratione poſſet hoc facere &
de ſolenni: quia ſolennitas ex conſtit. ecc. eſt, nec eſt de ſubſtan-
tia voti: ſed & eadem ratione poſſit facere cōſtitutionem, ꝙ ꝯ-
here poſſet, licet hoc non intendat ab initio: vt patet in his quæ
notan. ſ̄. eodem. §. quot ſint ſpecies. ſub §. uotorum. uerſi. penul-
timo. qui incipit, quid ſi ultra procedat. & plenius nota. de hoc
ȷ. qui clerici, uel uo. §. ſi quis uouens. uerſic. videtur igitur quòd
ſummus Pontifex. & ſeq. ergo & Papæ & diuinæ reuelationi
obediendum eſt: ut patet in his quæ notan. ſuprà eod. §. quot ſint
ſpecies. ſub §. uotorum. uerſic. dicas. & ſequen. nec obſtant iura
in contrarium inducta, quia authoritas Hiero. loquitur de con-
tinentia & uirginitate mētis, ut ſcilicet quis abſtineat à peccatis.
& ſic ſecundum do. Hugon. intelligenda eſt authoritas Salomo
nis, non eſt ponderatio animæ ꝯtinentis. Nec obſtat authoritas
Amb. quia intelligenda eſt ſic, ꝙ facilius ſaluantur uirgines, quā
coniugatæ. vt 33. q. 5. qui ſitit. ſed propter hoc non damnantur
nuptiæ, vt ibidem probatur. & ſ̄. de ſumma trini. capitu. 1. in fin.
& 32. quæſtio. 1. nuptiæ. & c. ſequenti. & 31. quæſtio. 1. aperiant.
& c. ſequent. Item non obſt. quod legitur ȷ. tit. 1. cum ad mona-
ſterium. in fi. ubi dicit, quòd abdicatio proprietatis, ſicut & cu-
ſtodia caſtitatis, adeò ſunt annexa regulæ monachali, vt contra
eā nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere: quia illud
tranſit in nomine ſpeciali,& dicitur arrogatio. remanet in gene
rali:& dicitur adoptio.ff.de adop.l.j.§.ulti. ergo locus ſacer reli-
gioſus eſt:ſed non conuertitur:ideo dixit de religioſis, & nõ de
ſacris,ut ſub genere ſpeciem comprehendere poſſet. Dicit̃ aũt
locus ſacer ille,qui ritè,id eſt,iuxta eccle.formam,& per põtifi
3 ces Deo dedicatus eſt.† Et ædes ſacræ, id eſt, eccl.& domus quæ
ritè ad miniſteriũ Dei dedicata ſunt.ſacra dicuntur,ut calices,ue
ſtimata ſacerdotalia,& ſimilia.Inſtit.de rerũ di.§.nullius. & hæc
dicta obligari prohibentur,præterquã pro redemptione capti-
uorum,ut in d.§.& C.de ſac.ſanc.eccl.ſancimus nemini. & s̃.de
pigno.ca.j.j̃.e.ad hoc.& no.in ſum.de reb. eccleſ. non alien. §.q̃
res.& §.ſeq.ideo dixit,per Pontificem:quia eccleſia ædificanda
non eſt ſine authoritate diœ.de conſe.diſ.j.nemo. de hoc dicet̃
j̃.de eccle.ædi.§.cuius authoritate.qui tit.affinis eſt huic.ſed hęc
eſt differentia:quia ibi principaliter tractatur de parrochijs ſecu
laribus ædificandis,hic de monaſterijs.& ideo etiã dixit religio
ſis: quia monaſterium nec ſine licentia epiſcopi eſt ædificandũ:
ut in authen.de monachis §.illud.col.j. & ut nullus fabricet ora
torij domum.col. 5.de eccle.tit.§.ſi quis. colla.9.omnia uero o-
ratoria,quæ aliqui in domibus etiam proprijs ex deuotione au-
thoritate epiſcopi conſtruunt,religioſa ſunt.18.quę.2.quidam.
de conſe.diſt.5.unicuique.& cap.clericos. & eſt idem oratoriũ,
quod eccleſia ſeu capella. j̃. de eccleſ.ædi.capit.fina. ſed non eſt
ibi ſine authoritate epiſcopi celebrandum. ut in diſt. ca.unicui
que.Sed & murus ciuitatis ideo ſanctus appellatur: quia ſi aliqs
delinquat circa murũ rumpendo, uel tranſcendendo, quia ſci-
licet non uult intrare per portam,ſed per murum, ſecundum le-
gem decapitandus eſt.Inſti.de rerum diui.§.ſanctæ.& ideo quia
Remus frater Romuli,tranſcendit murum,decapitatus fuit.vn-
de Lucanus:

Fraterna

ADDITIONES.

a Dicitur autem xenodochium. ¶ Adde gl.in §.ſancimus.33.q.8.glo.in uer-
bo Xenodoch.in cle.per literas de præb.Doct.in c. de Xenodoch. & in l.ſi
quis ad declinandam.C.de epiſc.& cle.

b Eſt & orphanotrophium. ¶ Adde Benedictum Capram in cle.per literas.
de præb.& in l.orphanotrophos.C.de epiſc.& cle.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

& tangitur hæc historia.ff.de rerum diui.l.vlti.Sed nec authoritate Imperatoris hoc facere licet, quamuis videatur ɔtradicere ff.de rerũ diui.sacra §.primo.sed expone ibi principis, id est Papæ:quia duo principes sunt:vt nota. s̄.de offic. ord.§. qs possit. & de maio.& obe.§.quis cui.& de ɔstitu.§. quis possit.vel dic secundum quod Doc.dicunt, quod loquitur secundum tempora sua secundũ quæ princeps sacerdos erat, & iuuatur hæc opinio 63.dist. Valentinianus.sed quicquid dicant hodie,planum est,ꝙ de his non debet se intromittere.s̄.de decimis.tua.& infrà,vt patet in his quæ no.infrà,qui fil.sint legi.§.qualiter,& à quo. versi. ergo.& seq.

4 **Quis** † possit fundare locũ religiosum, patet ex his quæ no.s̄.eod. proxi.ver.videtur tñ dicere.& præce. ꝙ quilibet potest fundare locum religiosum, remanente in nomine generali:sed sacrum non potest, nisi authoritate episcopi, vt dictum est.& probatur 16.q.1.quicunq;.18.q. 2. nullus monachus. & tribus c. præce. Vnum tamen not. quòd ex quo domus semel facta est religiosa,authoritate episcopi interueniente, ad humanos vsus seu seculares reduci non debet. j̄. eod. inter quatuor. & est hoc generale in omnibus Deo dicatis, uel ɔsecratis. 19.q.2.quæ semel.supra,de rerum permu.mancipia de ɔse.dist. j.ligna.& c.vestimenta.& capit.vasal.ff.de reli.& sumpti.fune.si quis sepulchra.j̄.eod.ad hoc.& iunge quod not.infrà,eo.§.& vtrum,& accedit ad hanc materiã.18.q.2.peruenit.& capitu. dudum.sup.tit.i.c.si §.vlt.

5 **Cui subest.** † Episcopo, in cuius dioec.situs est. 16. q.7. omnes basilicę.18.q.2.monasteria.j sup.de instit.cùm venissent.respon.j.& j̄. e.c.de xenodochijs.subest autem quò ad duas leges, scilicet dioe. & iurisdict. sed secundum Gof.vtramque episcopus remittere potest:vt j̄.eo. constitut.cũ venerabilis.ad fi. 16. q. 2. visis nam & decimas potest dare extra baptismalem eccle.16.q.j.statuimus.& iura eccl. detrahere,& alteri dare.inf.de excessib.præla.sicut vnire. 7.q.2. bonæ rei. dummodo cum consensu capituli hoc faciat.s̄.de dona.pastoralis. licet posset in contrarium allegari. nam subditus seipsum eximere non potest.sup.de fo.compet.si diligenti. & c. significasti. 11. quæstio.1.clericum cuiuslibet. & c. clericum nullus. sic & econtrà videtur,quòd & possit à se excutere iurisdictio.ordinariam: sed hoc verum est,in totum.ff.de offi.præsi.legatus.quia nec episcopus sine licentia Papæ potest renunciare episcopatui. s̄.de renun.nisi cum pridem.sup.de regularibus.licet.§.fin. sed in parte potest,vt in primis concor.quantumcũque tamen eximat,semper vr̄ quartã retinuisse. & de his dictis duabus legibus plenius not.sup.de offi.ordi.§.quid pertinet.sub §. sunt autem quædam. versi.notauerunt.& versic.& not.quòd quantumcũque. quod dic, vt ibi nota. Quod etiam dictum est, quemlibet scilicet locũ subesse episcopo,intra cuius dioe. est, intelligas esse uerum, nisi probetur exemptus. j̄. eod.ɔstitutus. vel nisi præscriptio obstet. s̄.de præscr.auditis.j̄.e.cùm uenerabilis.& ca.seq. & ex quo aliquis locus exemptus est,vel præscrip.munitus, si præter consensum fratrum obedientiam promittat,prælatus Episcopo,nō præiudicat istud monasterio.j̄.eo.cum dilectus filius. quia delictum personę non debet redundare in damnum eccl.16.q.6.si episcopum.s̄.de excep.cùm uenerabilis.§.intelleximus. nisi fortè,quo ad possessionem.ar.j̄.de iure pat.ex literis.& c. cōsultationibus. & in seq.concor. sic etiam nec si totus cōuentus consentiat,præiudicat ordinario,& sententia lata.s̄.de dona.inter dilec.j̄.de capel.mona.c.2.s̄. de arbitris. cum tempore.

6 † Sed nunquid si vnũ monasterium alij vniatur,episcopo suo ignorante, nunquid valet unio? Videtur ꝙ sic saltem si vniatur monasterio regulæ arctioris.argu.s̄.de regularib. licet. & c. sanè. dum tamen licentia petita fuerit,licet non obtenta,ut in d.c. licet. & quia nec eximitur à iurisd.episcopali.j̄. eo. quia monasterium. ideo episcopus debet ratum habere,quod alij prodest & sibi non obest. argum. ff.de aqua plu.arcen.in summa.§.item Varus.ff. de seruis expor. si seruus ea.l.s̄.de commodato.c.vnico.s̄.de rescrip. plerunque. Si contra, ad episcopum pertinet unio. j̄. de exces.prælat. sicut vnire.& prouidentiæ ipsius committitur, qualiter ec. suæ dioe. consistere debeant.70.dist sanctorum. Item paratur præiudiciũ episcopo, quia gaudebit priuilegijs monasterij, cui unitur.s̄.de statu mona. recolentes. argumen.C. de rei vendi. l.j. Item fortè abbas monasterij,cui unitum est, nollet visitare, & sic grauabit monasterium, ueniendo ibi, bonis suis spoliando, de pauperando:& sic præludicabit episcopo,cuius interest habere sub se subditos locupletes.in auth.vt iud.sine quoquo suffragio.§.cogitatio:colla.2.& expedit etiam reip.ne quis re sua malè vtatur. Insti.de his qui sui iuris, uel alie.sunt. §.sed hoc tempore. Solutio. dicas non ualere unionem,nisi authoritas episcopi interuenit.ut patet in his quæ not.s̄.eo.§.respon.j.& sup.quod met.cau.c.pe. Sunt autem 4.causæ,quæ unionem inducunt.Prima est, temporis turbatio,seu qualitas.inf.eo.monasterium. 16. quæst. 1.& temporis qualitas.Secunda duarum ecclesiarum uicinitas,ut in d.c. cum tempore.Inde versi.

Mantua ve miseræ nimium vicina Cremonæ.

quia propter solam vicinitatem fuit à quodam Imperatore submissa Cremonæ.Tertia est,paupertas.10 q.4.vnio. Quarta est, religionis deformitas.ar.j̄.e.ne cler.vel mona.relatum.s̄. de statu mona.in singulis. respon. j. ibi, adducent autem in huius primordijs nouitatis,& cet.hanc aũt causam non notauerunt Doctores: sed loco istius dixerunt, ꝙ quarta causa erat desolatio, vel destitutio clericorum,seu monachorum.j̄.e. quia monasterium.sed ibi non est potius causa temporis qualitas, vel paupertas,sicut litera dicit. Si vis scire quot modis fiat vnio, vide quod no.s̄.ne sede vacã.§ quot modis.Quod autem dixi, quẽlibet locũ religiosum subesse episcopo,dico s̄.e.respon j.intelligas esse verum,quando certum est de terminis episcopatuum:quia episcopatus & ecclesiæ limitatæ sunt,ut not.s̄.de paro.§.quid sit parochia.Sed si incertũ sit,ad nouos terminos recurretur:vel etiã secundum quosdam,ad terminos iurisdi. secularis ciuitatũ.Sed & ille episcopus tuendus erit,qui incolas anno quolibet confirmauit,& etiã baptizauit:& sic intelligas.j̄.eo c.j.& 16.q.3.licet. in reg.cũ c. seq.& x.dist.3.& 4.q.6. hoc quippe.quia nulli turbãda est sua possessio, quousque de iure proprietatis constet. s.q. 4.nonne.16.q. 3. volumus. s̄.vt lit. pen. à memoria. Probantur autem termini per libros antiquos,testes,& famam.s̄.de probacũ causam. Quid si nullo modo apparere potest de limitib. fortè dirimetur sorte ar.ff.de iud.sed cùm ambo.21.di. cleros.26.q. 2.sors.imò dic,ꝙ si ambo episcopi sunt eiusdem prouinciæ,metropo.qui de hoc cognoscere debet.s̄ de foro cōpe. sanè.poterit gratificare cui voluerit,vel sibi retinere.argu. s̄.de deci.quoniã si verò sunt diuersarum prouinciarũ, tũc idẽ facere poterit primas vel Papa. Qualiter aũt aliquis eximi possit,dr̄ j̄.de priui. §.quid operetur.& qualiter possit aliqua res præscribi,s̄.de præscrip.rerum immobilium.§.quæ exigantur.sub § quartum.

7 **Et vtrum** † religiosi possint fieri seculares. Dicas,ꝙ per sona ex quo professa est, nullo modo: vt de statu mon.cũ ad monasteriũ.in fin.nisi in casu, sicut no.s̄.de voto.§. qualiter.versi.sed & de votis.& seq. possunt tamen populũ regere.quod dic vt no.s̄.tit.j. §.& vtrum.locus tamen, seu monasterium religiosis personis deputatum,aliquando per seculares retinetur.vt j̄.e.inter quatuor.& sic spurij in subsidiũ admittuntur ad honores.ff.de decu.generaliter.§.spurios.quod qualiter intelligatur,no.s̄.de regularibus.§.ad quid teneatur.versi.sed & tenetur.

8 **Vel econuerso,** id est, † seculares possunt fieri religiosi:planũ est de personis, ꝙ si prout no.s̄.de reg. Item locus deputatus secularibus, religiosis deputari potest de consensu dioe.& secularium clericorum.nec coguntur clerici seculares recipere habitum, sed prouidebit eis in vita sua.Sic loquitur j̄.de eccle. ædif.ad audientiam.Illud aũt certum est,ꝙ Papa, etiam inuitis monachis, potest locum religiosum deputare clericis secularibus,vel econtrariò:cùm de iure possit suprà ius dispensare.s̄.de conces. præb.proposuit. quia quilibet potest auferre ius suum 9.q. 3.nunc verò.& c. per principalem. veruntamen non decet eum, nec istud facere intendit. sup.de monachis.in singulis.§. porrò.cùm similibus.& argu.s̄.de rescrip.cap.2.

9 **Et quot** † habitaculis monachus, seu abbas debeat esse cōtentus. Vno, non tñ debent in diuersis locis vocẽ vel locũ monachi quærere, vel habere:nec vnus abbas diuersis monasterijs præsidere.j̄.eo.c.vlt.§.vlt. s̄.de electi.ɔstitutus.cũ ergo hoc specialiter monachis prohibetur,& idem de canonicis regularibus intelligatur. argu. s̄.de postu. c 2 videtur à contrario sensu clericis secularibus hoc ɔcessum.arg.ff.de iud.cum prętor.quod dic vt no.s̄.de præben.§ fin.sub §. & illud.Et quia plerunque discordiæ pariũt nouitates:s̄.de ɔsue.c.antepen.& in ipsis constituendis euidens debet esse vtilitas. ff.de constit. princ in rebus.& omne collegium illicitum est,nisi à iure vel principe approbetur.ff.de illicitis colle.l iij. statuitur, quòd nullus nouã relig.inueniat,sed accipiat vnam de approbatis:quia nimia religionum diuersitas in eccl.Dei confusionem inducit.j̄.e. c.vlt.respō. j.& §. j. Et illud nota. quòd ex fundatione ec. acquiritur ius patronatus.vt no.infrà tit.j.§.ex quibus.

DE CAPELLIS MONACHORVM. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Monachi in quibus capellis habitare possunt.*
2 *Episcopi quid iuris habeant in capellis monachorum.*
3 *Religiosi si acquirunt capellas ex donatiōe Epi,qđ ius in illis habebunt.*

Prosequitur

PRosequitur autem tractatum de Monachis. diximus enim s. in duabus proximis rubricellis de statu personarum & monasteriorum: sed quia non omnes monachi in monasterijs habitant, imò plerunq; ad capellas vel prioratus mittuntur: videamus de capell. monachorum. In quib. capellis monachi habitare possint, Quid iuris habeant episcopi in capellis, Quid monachi.

1 In quib. † capellis monachi habitare possint. In illis quæ duobus ad minus subuenire possūt. solitarij enim non habitabunt: quia væ soli. s. de sta. mon monachi. ideò si quis abbas imperret vt liceat sibi monachos proprios solitarios ponere per capellas, non valebit priuil. nisi de dicto concilio faciat mentionem. j. e ex parte. Videtur tamen, q ad minus tres debeant in simul commorari. j. eod ad audientiam. sed q ibi dicit, q monachi monachis socientur, intelligo quod plures pluribus socientur: ita quòd vnus vni, & alter alteri, & sic de singulis: & sic plures pluribus socientur. fuerunt tamen viri magnæ authoritatis, propter superficiem illorū verborum decepti. si ergo saltem duo nō possint sustentari de facultatibus ecclesiæ, tunc regēda erit capella per clericū secularē. vt in c. ad audientiā. & secundū hoc posset intelligi s. tit. proxi. inter quatuor. sed & aliū posui intellectū in superiori summa §. & vtrum. & iunge qđ no. s. de stat monach §. & vtrū. ab illo. & e. sic. quid faciunt regulares. vsq; ad finē Sed an claustralis populum regere possit dic, vt no. s. de statu monachorum §. & vtrum.

2 Quid iuris habeant † Episcopi in capellis Et quidē si monachi acquirūt capellas, ex fundatione habebunt omnia temporalia: quod intelligas, quando ipsas in proprio solo, & expensis proprijs fundauerunt. & hic locum habet, q sacerdotes de populi cura episcopo rationem reddāt, abbati verò pro rebus temporalibus ad monasterium pertinētib. debitam subiectionem exhibeant. & sic sua cuiq; iura seruentur. sic loquitur 16. q. 2. sanè. & c statuendū. s de preb. monachi. & c. in Lateran. j. de priui. cūm & plantare. § in ecclesijs. j. co. c. 1. habent & ius repræsentandi ipsi religiosi. s. de sup. negl. prel. c. 2. & ex hoc patet, q quando collegium aliquod regularium seu secularium fundat aliquam ecc. pinguius ius acquirit, quàm laicus. nā & si laicus habeat ius repræsentandi, vt no. j. tit j §. quid competat. in rebus tamen quas eccl. cōfert, nullam retinet potestatem. 10. q. 1. nouerint licet & laico possint aliqui prouentus in ecclesia vice beneficij assignari. j. titu. 1. præterea. & sic potest intelligi 14. q. 8. tributum. qđ & intelligas in ipsa fundatione. j. de censib. quanto. aliàs contra consecrationem ecc. arg. C. de don. quæ sub modo. perfecta. 16. qu. 7 filijs. sed post consecrationem possunt ad vitam suam aliquæ possessiones alicui laico, & maximè patrono pro sua sustentatione assignari. argu. 16 q. 6. illud & q. 1. possessiones. Illud dignum not. q in vtroq; casu amittit patronus ius repræsentandi, si locus fundatus tantū creuerit, quòd ibi sit collegium, siue congregatio s. de consue. cùm dilectus. nisi secus obtineat ex priuilegio speciali. s. de elect. sacrosan. j. de iure pat. nobis fuit. §. 1.

3 † Si verò religiosi acquirunt capellas ex dona. Episcopi, illud ius habebūt, quod est expressum, si certo modo collatio facta fuit. s. tit. 1. constitutus. ff. de pac. in traditionibus. Si pleno iure dedit, quo ad temporalia & spiritualia, & illud valebit. 16. q. 2. visis. Sed si simpliciter dederit Episcopus, nullo adiecto, si aliquam partē percipiebat ibi Episcopus, illā dedisse videtur: si nullā, tunc videt dedisse omnia temporalia: sed ad hoc, q donatio epi valeat, necessarius est consensus capituli s. de do. pastoralis. & de his quæ fi. ab episcopo. tua. & c. pastoralis. secundum hoc potest intelligi, j. ti. 1. cura Sin aūt ex donatione episcopi de ɔsensu patroni religiosi ecclesiam percipiant, tunc videtur laicus dedisse ius patronatus, quod ibi habet. j. tit. 1. illud. & c. cū secundum sed si consensus episcopi interuenit tunc videt dedisse episcopus, q ibi habet, & patronus ius patronatus, qđ & ibi habet, vt in dicta decret. pastoralis. secundum hoc videtur, quòd patronus possit cōferre ius patronatus sine ɔsensu episcopi: qđ dic, vt no. j. tit. 1. § & qualiter. & accedit. 16. q. 1. c. vl. & q. 2. p totum. hoc tū dist. plenius & melius, vt no. s. de off. ord § quid ptinet. sub §. sunt aūt quędam. ver. consueuit. & seq. dic vt ibi. Sed ɔ quem agetur, si de subiectione capellæ agitur. dic. q contra superiorē, qui est in quasi possessione subiectionis capellę ipsius, vt s. tit. 1. cùm venerabilis. s. de elect querelam. 16. q. 3. inter memoratos. s. de resc. ex parte S & arg. ff. de liber. exh. l. fi. ff. de seruit. l. fi ff. si seruit. ven. is cuius. Sed ɔ rectorem tenentem ecc. agi potest. s. de appe. ad audientiam. s de fid. instru. G. perpetuus vicarius. s. vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. vl. 12. q. 2. qui cunque. s. de res ex parte. secundum Gof. attamen illi q in quasi possessione est, nō præiudicabitur: si hoc ignoret. si autem hoc sciat, præiudicabit sibi, cùm ipsum vaicat prop. here. f m ea quę no. s. de sen. & re iudic sub rub de re iudic. §. quibus noceat. sub §. hęc tamen regula fallit. sed & superior, potest ipsum procurat. suum facere, vel etiam procuratricem, si fortè sit abbatissa, vel priorissa: vt s. de confir. vtil. dilecta. §. quia verò.

DE IVRE PATRONATVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus quid sit. Et ex quibus proueniat. 2. Et qualiter transferatur. 5.*
3 *Patrono quid competat.*
4 *Clericus siue laicus si ius patronatus habeat, non potest ecclesiam coferre ex vi iuris patronatus.*
6 *Ecclesiæ conditio an grauetur multis patronis.*
7 *Plures si fundent ecclesiam vel dotent, ad quem pertinet ius patronatus.*
8 *Institutio seu ordinatio ecclesiæ si impediatur propter patronos, qd iuris.*
9 *Scandalum quid vocetur.*
10 *Patroni ecclesiastici & seculares in quibus differant.*
11 *Nullus seipsum repræsentare potest, quantumcūque inueniatur idoneus.*
12 *Prælatus vacante ecclesia proprio motu se uocat patronum, & ei confert ecclesiam, in qua habet ius patronatus, an valeat.*

EGimus suprà de præbendis, instit. de religiosis domib. & capellis monachorum: sed quia plerunque faciēda est institutio prædictorum ad repræsentationē patroni, non aliàs, videamus de iure patronatus, Quid sit ius patronatus, Ex quibus proueniat, Quid competat patrono, Qualiter transferatur Quid iuris, si ,pter ipsorum patronorum discordiam institutio seu ordinatio ecc. impediat, In qbus differūt ecclesiastici & seculares patroni.

a 1 Quid sit ius patronatus.[a] † Authoritas seu potestas ꝓueniens ex beneficijs ante ɔsecrationē eccle. collatis, secundum Goffred. sed non placet: quia non dicit, quæ potestas vel qualis: & quia etiam post consecrationem per ædificationem acquiri potest: ut patet in his quæ not. infrà, eodem. §. proxi. dic ergo, quòd ius patronatus est potestas repræsentandi instituendum ad beneficium eccle. simplex & vacans. ut patet in inferiorib. Dicitur & alio modo ius patronatus, quod acquiritur ex manumissione proprij serui. vt ff de iure patro l. j. & per totum sed & aduocatus patronus dicitur, quia patrocinium præstat. quod dic vt not. s de postu §. quid sit postulare. In hoc autē tractatu ēt patronus aduocatus vocatur, & vicedominus, & custos, & guardiam habens. & ius frequentationis, seu processionis. 16. q. 7. pigmentis. & capitul. frigentius. hec enim omnia, seu similia pro eodem supponunt. infrà eod. præterea. suprà, de stat. mon. in singulis. §. vlt.

2 Ex quibus proueniat. † Ex fundatione ecclesię nā eo ipso, quòd aliquis fundat eccle. & authoritate episcopi, quia alio modo fieri non debet, vt not. suprà, de relig. dom. §. 1. & 2. ius patronatus acquirit. 17. q. 7. filijs. & capitu. quicunq; 18. q. 2. abbatem, j. eo. nobis fuit. resp. 1. & cap. quoniam. in princ. Quod si episcopus sit is, qui eccl. fundauit in aliena fortè diœce. habet priuil. repræsentandi clericum vndecunque voluerit. 16. q. 3. si quis episcoporū contra illud. 71. dist hortamur. quasi sufficiat testimonium episcopi. argumen. 7. quęstion. 1. episcopus de loco. sicut & monacho sufficit testimonium abbatis. 16. qu. 1. monachi vacantes. Idem videtur si ecclesiam dotauit, seu ditauerit, vt in dictis c. Inde ver.

Patronum faciunt, dos, ędificatio, fundus.

Quid si reædificauit, seu restaurauit de cōsensu episcopi: hoc ponitur pro quęstio. sed videtur, quòd acquiritur ius patronatus in auth. vt nullus ædificet orat. domum § 1. coll. 5. nec est ędificanda eccl. nisi habeat dotem, ut ibi. & j. de conse. eccl. vel alta. cùm sicut. quod dic, vt no. j. de eccl edif. §. cuius authoritate.

3 Quid competat patrono. † Aliquid honoris, & aliquid vtilitatis, & aliquid oneris. Inde versicul.

Patrono debetur honor, onus, emolumentum.
Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

Patrono debetur honor, qui consistit in repræsentatione & reuerentia. in repræsentatione ad præbendas. s. de institu. c. vltim. Item ad ecclesias non collegiatas. ibi enim nullus instituendus est, nisi repræsentetur à patrono. aliàs remouendus erit. j. eo. illud. & c. ex insinuatione. 16. q 7. decernimus. Patrono, dico vero vel putatiuo, & quasi possessionem habente, vt j. eod consultationibus In collegiata autem cum ibi prælatus eligendus est, non requiritur in electione facienda consensus: sed facta repræsentatur vt suum, si voluerit, præstet assensum. sed quamuis dissentiret, non irritaretur electio, nec consuetudo, seu abusio: poterit

ADDITIO.

a Quid sit ius patronatus. ¶ Adde doct. in rub. eo. ti Arch. in c. veniens. 16. q 7. Paul. de Eleaz. in commento c. nobis. de iure patr.

poterit in 2rium allegari. suprà, de ele. cùm terra & cū inter vniuersas & cap. quod sicut. & capit. sacrosan. & capi. Massana. hoc est quod dictū infrà eo. à nobis fuit. §. j. & quod dicit ibi, nisi secus, de sua iurisdictione, exponendum est, id est de speciali priuilegio Papę. 16. quæstio. 1. hinc est etiam. & ad hoc suprà, de decimis. tua. & infrà eod. cap. à nobis. 1. alij exponunt de sua iurisd. id est, de speciali consu. quod tamen intelligunt dictum de clerico patrono, vt s. de ele. Cumana ecclesia Vulterana. & de causa possessionis. cum ecclesia Sutrina. 18. quæst. 2. Eleutherius. secundū T. Item consistit in reuerentia, quia debetur ei processio, id est, primus erit in processione, secūdum Da. j. eod. nobis fuit. §. vltimo. 16. quæstio. 7. piæ mentis. & cap. sequen. Sequit in versic. onus, scilicet defendendi & tuendi eccl. & ideo potest dici aduocatus, seu defensor: vt suprà dictum est: tenetur ergo pro posse ecclesiam ab omnibus oppressionibus defendere, vt sequitur in ver. onus scilicet. 16. q. 7. filijs. multo minus debet eam opprimere. vt j. eo. præterea. 2. arg. j. de natis ex libero ventre. cap. vnico. & de censibus. licet. ff. de euict. vendicantem. Sequitur emolumētum, quia si vergat ad inopiam, prouidere debet ei ecclesia, consideratis facultatibus, & dignitate personæ. j. eo. nobis fuit. in fi. 16. quæst. 7. vbicunque. 2. Item quia de consensu episcopi potest in fundatione certum censum retinere. argum. j. eod. præterea. 2. 16. q. 7. filijs. 23. q. vlti. tributum. j. de censib. quarto. Sed vltra nihil debet exigere, vel aliàs iniuriosus esse, etiā circa temporalia: & si contraueniat, per censuram eccle. satisfacere compelletur. s. de statu mona. in singulis. §. vlti. hoc. quando laicus patronus est, secus est, quando locus religiosus. vt no. suprà, ti. 1. s. quid iuris. Quod tamē dixi, ꝙ nullus instituēdus est sine repræsentatione patroni. fallit quandoque, vt not. j. eod. §. quid iuris. Vnum

4 tamen not. † ꝙ siue clericus, siue laicus ius patronatus habeat: nō tamen potest ecclesiā conferre ex vi iuris patronatus, sed tamen repręsentare: ideo si vni conferat, & postea alium repræsentet, non obst. appel. primi, potest secundus recipi. infrà eo. cùm laici. & c. vlt. Verùm si quis vtatur hac simplicitate verborum, dono tibi eccles. & concedo donare, intelligitur ius patronatus. vt j. quod autem. nam plerunque hoc nomen ecclesia pro iure patronatus supponitur. 16. q. si. si plures. & c. nemini secundum Goff. dic si per hęc verba intendit ipsam ecclesiam donare, & authoritas episcopi non interueniat, nihil agitur: & sic loquitur j. eo. quod autem. §. vnico. sin autem ius patronatus. & conferatur collegio, valet: & sic loquitur infrà eod. & illud. vt & not. j. eod. §. proxi. ver. donatio. Et si quis clericus ex collatione laici recipiat eccl. vel ipsam detineat: cùm non per hostium, sed aliunde, tanquam fur. & latro, intrauerit. si commonitus non renunciauerit, ab officio & beneficio suspendendus erit: & si contumaciæ proteruitas exegerit, deponendus: & laicus excommunicationis vinculo innodandus. infrà eo. præterea. 2. & cap. relatum. olim autem deponebatur indist. sed corrigitur. 16. q. 7. si quis deinceps. & c. decimas. placet. de hoc s. de elect. quisquis.

5 **Qualiter transferatur** † scilicet ius patronatus, patet his versibus:

Iura patronatus transire facit nouus hęres,
Res permutata, donatio, venditioque.

Nouus hæres: quia per successionem transfertur. j. e. cap. 1. & 2. etiam ita, quòd ad quemlibet insolidū, quia diuisibile est, sicut & cætera iura. ff. de serui. viæ. ff. de iure pa. si libertus. & sic insolidum pertinet ad quemlibet, quo ad omnia, præterquam quo ad sacerdotis repræsentationē. j. eo. c. 1. 2. & 3. & hoc ideo: quia cum sit res simplex, peruenit ad quemlibet hæredem insolidū, etiam si ex diuersis & inæqualibus partibus sint hæredes: vt in alleg. ll. & ff. ad l. Fal. l. j. § si vsufr. & quia spiritualia non diuidūtur. 7. q. 1. nihil. 24. q. 1. loquitur. vnde alia incorporalia, vt nomina. & si non veniant in fam. erc. iudicio diuidenda. ff. fam. erc. l. 3. § fin. & l. hæredes § 1. C. fa. erc. ea quæ veniunt tamen adiudicanda & assignanda. ff. fam. erc. l. 3. nec sic in iure patro. quia nec vni assignatur. nec diuidit, & ideo insolidum apud omnes consistit. vt dictum est. Quid ergo, si vnus construit ecclesi. & plures

6 ei succedunt? Patet ex præmissis, ꝙ omnes sunt patroni. † Sed nonne grauat conditio eccl. patronis multiplicatis: imò magis alleuiatur. nam plures habet defensores 16. q. 7. filijs. idem enim ius competit singulis insolidū, ꝙ cōpetebat defuncto, non secūdum portionem hæreditatis, ut dictum est: ex hoc etiam sequitur discordia inter ipsos arg. s. de conc. præb. quia diuersitatem corporum. s. de rescr. super literis. & ideo episcopus ecclesiam, quod ei expedit, poterit ordinare, secundum ea quæ not. j. eo. §. quid iuris. ex hoc etiam sequi potest ꝙ vnus propter inuidiam alterius remittet ius suum eccl. & sic fiat libera, vt innuitur j. e. c. 1. ideo etiam fortè est, ꝙ nec diuidi potest, nec adiudicari: vt no. s. eo. ver. nouus hæres. vt ecc. facilius liberetur. arg. s. de deci. c. fi.

7 † Quid si plures fundent ecc. vel dotent? & hic simpliciter dicendum, ꝙ ius patronatus ad singulos pertinet: & insolidum tenet in alendo, & in onere magis tenetur ecc astricta illi, qui plus expendit, vel, secundū Gof. ar. s. de test. cùm in offi & c. relatum. 2. in fi. & c. Raynu. & c. Raynal. ibi, vbi dicit pro rata. Res permutata, quia cum alio spirituali permutari potest. 16. q. 7. nemini. s. de rer. perm. ad quæstiones. & c. vl. Donatio, quia indi. donari potest cuilibet etiam laico, secundum Da j. eo. ex insinuatione. alij dicunt indi. contra, nisi de authoritate episcopi. j. eo. nullus. & c. præterea. 2. nec obst. decr. ex insinuatione. quia ibi fuit quędam rem issio. sic ff. de serui. seruitutes. §. si seruitus. Mihi vr̄ dist. vtrū donetur clerico, & tunc non requiri r̄ consensus episcopi: vt in c. insinuatione. & c. illud. & ca. significasti. vel laico: & tunc requiritur. ut in c. pręterea. maximè qn̄ fit in fraudē, & transfertur in potentiorem, vt ibi innuitur. & est rō: quia ius patronatus ecclesiasticū est: ut patet j. eo. de iure. s. de iu. quanto & ꝙ laicus ipsum habeat, de gratia sustinetur. j. e. quoniā. ref. 1. 16. q. 5. quis. episcoporū. q̄a de his nō habet se intromittere laicus. s. de reb. ecc. nō ali. c. fi. s. de iud. decernimus. in alienatione ergo faciēda alij laico, authoritas episcopi requiritur: in reuocatione autem à laico, faciēda, quando s. confert ecclesijs vel personis ecclesiasticis, non requiritur. arg. s. de his q̄ fi. à prel. cū Apostolica. § authoritates. & quamuis ibi requiratur consensus episcopi, quia ibi loquitur de do. ecclesiarum vel decimarum. quas de iure cōmuni nō potest possidere laicus: vt s. de presc. causam. vnde nec clericus debet ipsas in pignore recipere. s. de deci. c. fin. tenet ratio, quę ibi allegatur. remoto consensu episcopi, quo ad ius patronatus, quod quasi possidere potest: vt j. e. per totum satis cōprobat, ꝙ no. nec ob. j. nullus. quia potest dici, ꝙ ius patronatus non est iuris ecclesiastici omnino. ut patet j. eod. cum dilectus. §. nos igitur. sed annexum. j. eo. de iure. & s. de iu. quanto. vel dic, ꝙ illud ꝙ dicit. c. nullus. regulare est. fallit in iure patronatus. vt s. est ratio, quam statim nota. & quia ius cano. de facili patitur, ꝙ res ad naturam suam reuertatur. ff. de pact. si vnus. §. si non & vt tolleret. j. de censi. cum venerabilis. ante fi ꝙ vltimum verius

a & melius est. Venditioque: quia vendi potest [a] non specialiter. j. e. de iure. sed cum vniuersitate transit. j. eo. ex literis. & ca. cum seculum. sic est & in fundo dotali: vt ff. de fun. do. l. 1. Item in sacris & religiosis. ff. de 2h. emp. in modicis. ff. de acq. rer. do. quędam. & sunt hęc in arg. ꝙ quamuis Comes vel Marchio merum imperium specialiter transferre nō possit. ff. de off. eius cui mand. est iur. l. 1. & no. s. de off. del. §. quę delegari. ver. item ea quę sunt iurisdictionis. si tamen donauerit ciuitatem aliquam vel castrū, tunc cum ipsa vniuersitate transfertur. nisi excipiatur: ut in d. c. ex literis. maximè quando retinet sibi caualcatas, vel aliquid specialiter: vbi quidem omnia alia transferre videtur. ar. ff. de iud. cum prætor. de testa. ex eo. C. de proc. maritus. & de pac. conuē. super do. l. vlt. & s. de presum. nonne. & de his quę fi. ab episco. cum Apostolica. in fi. ff. de aur. & arg. leg. l. 1. resp. 1. & § pe. ff. de vin. ol. & tri. leg l. 2. ff. de lega. 3. legatis seruis. resp. 1.

8 **Quid iuris** † si propter patronorum discordiam institutio seu ordinatio eccle. impediatur? Hic remotis dissensionibus, omnibus ita dicas, quòd quocunque modo impediatur ordinatio eccles. ponendus erit œconomus in ecclesia qui fructus seruet fideliter instituendo futuro. s. de offi. ord. cùm inter vos. Et si patronorum vota diuiduntur, prefertur is qui maioribus adiuuatur meritis: & à pluribus repręsentatur. j. e. quoniam. in 1. parte. Si numerus æqualis est, recurretur ad merita. 62. distinct. si fortè. Si omnia equalia: potest dicere episcopum iterum repræsentare. 79. distinction. si duo. Si nolunt, vel non possunt concordare: sed aliud repræsentat duos primos, vel alios, locus erit gratificationi. s. de electio. uenerabilem. §. obiectioni. uersic. quod autem. nec in hoc casu agi potest contra episcopum ab aliquo repręsentatorum: quia ipsi sese impediunt in concursu, sicut aliàs. ff. de vsufr. quoties. ff. quib. mod. vsusfruct. ami. si duobus. §. cùm in singulis. ff. de condit. instit si Titius. ff. de testam. tu. duo sunt Titij. s. de offi. delega sanè. Sed si neuter presentatorum potest poni sine scandalo, tunc episcopus similiter sine scandalo fieri potest, secundū quod sibi videbitur, ecclesiam ordinabit. j. e. quoniam. in 2. parte. Sed si nec episcopus ecclesiam sine scādalo ordinare potest, tunc interdicere debet ecclesiā, & reliquias extrahere, in patronorum uerecundiam & ruborem. j. eod. c. 1. & 2. Quod si patroni nec sic possunt compesci, uel ad ꝯcordiā reuocari, in fine credo recurrendum ad brachium seculare. s. de offi. or. c. 1. j. de hęret

ADDITIO.

a Quia vendi potest. ¶ Adde Card. Zab. in rub. eo. ti. in 2. q. Bal. in c. quarto. in 2. col. de iud. Pau. de Eleaz. in disp. inci. patronus eccles. sancti Marci in 10. col. idem Pau. in rep. c. nobis in pen. col. de iur. patr.

ret.excommunicamus.§.moneantur. quamuis & illud non ine-
ptè dici possit,quod c.1.& 2.locum habent qñ episcopus posuit
sacerdotem, nec patroni ipsum permittũt liberè ministrare. Alij
9 dicunt,ꝙ corriguntur:quod credo.† Sed dices,Quid uocas scan
dalũ? Respondeo,quando patroni minantur:& dicit quilibet,ꝙ
si ponitur alius,nisi suus, qui repræsentatur,interficient eum : ut
tamen iudex ex personis dicta pẽset:ut C.si quis impera.maledi.
l.unica.& ff.de act.& obliga.l.ulti.de hoc tamen dic. ut not.s̃.de
renun.§.cui.uer.graue scandalum. Si uerò quæstio moueatur su-
per iure patro.quia duo sunt,quorum quilibet dicit se esse patro
num: ibi, si quæstio moueatur , etiam super possessione & super
proprietate,repræsentatione iam facta,& petatur repræsentatus
iam cassari:quia hæc quæstio expediri non potest,nemine repræ
sentato existente:nihilominus repræsentato mortuo, uel renun
ciante,potest iterum præsentare : sed non cassabitur, nec confir-
mabitur quousque quæstio terminetur: ut s̃.quod met.cau.c.2.
resp.1.§.ulti.& ut lite pendente.à memoria.& j̃.eo. consultatio-
nibus.Sed si uacante ecclesia quæstio moueatur super proprieta-
te tantũ,alter nihilominus præsentabit: ut in d.c.consultationi-
bus.& argu.ff.de aqua quotid. & æsti.l.ulti. Si uerò mouetur de
possessio & proprietate:quia quilibet repræsentat, & quilibet di
cit se habere ius, in vtroque distinguendum est , utrum quæstio
moueatur inter clericum,& laicum,vel inter clericos:& tũc ter-
minanda est causa intra 6.menses.j̃.e.eam te.s̃.de sup.negl.præl.
c.2.in fi.j̃.de eccl.ædifi. ad audientiam.i. Vel inter laicos hincin-
de,& tunc spectantur 4.menses tantùm.j̃.e.quoniam. in ultima
parte & c.cùm propter.quibus sex mensibus,uel 4.elapsis,potest
episcop.eccle.ordinare liberè,saluo iure illius qui obtinuit:vt in
proxi.c.hoc est,quia is qui obtinet,cum obtinuerit, episcopum
repræsentare poterit j̃.eo.si uerò.uersi. sic uideatur esse in quasi
possessione.j̃.eod. consultationib. & iunge quod not.s̃.de causa
posses.sub rub. de causa proprie.§.fi.sub § illud.uersi. & hoc non
est prætermittendum. Quidam tamen dicunt , illam decret.eam
te.per posteriorem, cùm propter.correctam esse. Goffred.not.
quòd sex menses currunt à tempore uacationis.4.uerò à tempo-
re motæ litis.sed prima solutio magis placet: ut patet in his,quæ
not.j̃.eo §.in quibus.uersi.tempus.& sequen. Sed & hoc notan-
dum:quia si delegatur causa ista,& mandetur delegatis,quod ad
repræsentationem illius,qui obtinuerit ecclesiam,ordinent,intel
ligendum est, id est ordinari faciant per illum, ad quem institu-
tio pertinet.s̃.de offi.deleg.super eo.

10 **In quibus differant** † ecclesiastici & seculares pa
troni.Differunt in tempore,
in pœnitentia,in subiectione, & in pœna , secundum quosdam.
inde uersiculi:

Clericus & laicus distant per plura patroni,
Pœnitet,& tempus,subiectio, pœnaque forsan.

Pœnitet : quia si laicus præsentauit unum, & non fuit admissus,
uel etiam in suspenso detentus,potest pœnitere,& alium præsen
tare.nam posteriorem præsentando, uidetur primum reuocare:
arg.s̃.de proc.non iniustè.uer.qđ fieri potest.ff.de proc.l.si quis.
§.fi.non tamen omnino reuocatur:quia locus est gratificationi.
j̃.e.quod autem consu.sicut aliàs.ff.de relig.& sump.fune.l.fi.de
noua.Stichũ.§.si decem.ff.de peculio.summa.ff.depositi.ei apud
quem.ff.locati.in naue.in fi.est tamen arg.contrà.ff.de his quæ in
frau.cre.pupillus.in fi.tamen episcopus,qui malitiosè non admi
sit primum, tenetur ei in competenti beneficio prouidere.j̃.eo.
pastoralis in fi. & præsumitur contra episcopum , nisi aliud pro-
bet contra regulam.ff. de prob.quoties.§. qui dolo.& hoc ideo,
quia quilibet præsumitur dignus & bonus, nisi contrarium pro-
betur.s̃ de scruti.in or.fa.c.unico.& de præsum.c.ult.& sic dolus
per præsumptionem probatur.s̃.de resti.in integ.suscitata.C.de
dolo.dolum.ff.de re mili.non omnes.§.à barbaris Hæc autem ua
riatio cõpetit laico duplici ratione: una,in casu isto locus est pœ
nitentiæ,sicut & aliàs.2 q.3 si quis iratus.& c. si quem pęnituerit.
& q.6.§ si uerò.& l.si quis libellos. Alia,quia præsentato non ac
quiritur ius in re , antequam per diœc. fuerit approbatus.j̃.eod.
quod autem.secundum Goff.de hoc dic ut not. j̃.e.ver.illud au-
tem dubium non est.Sed & nonnunquã uariantem admittit prę
tor.ff. de collationibus. nonnunquam . Ecclesiasticus autem ex
quo semel repræsentauit,pœnitere non potest,quousque super
prima repræsentatione fuerit pronunciatum.j̃. eo. cùm autem.
& c.pastoralis.Sic in elect.s̃.de arbi.ex parte tua.not.s̃.de elec §.
& an mutari.in ipso igitur uariatio reprobatur.& est ratio, quic
quid aliàs not.inuenias.ut no.j̃.de spon.duorum §.quot modis.
versi.aut vtraque de præsenti.& seq.Goff.tamen dixit,ꝙ hæc est
ratio:quia multa licent laicis,quæ non licent clericis: & clericus
plus dicitur peccare,quàm laicus.25.distin.nulli.1.q.3.Saluator.
20.q.3.præcipuè.32.q.5.qui uiderit.19.distin.nulli.j̃.de hære.ex-
communicamus.§.præterea.ff.de re mili.omne delictum.§.auge
tur.sed hoc non est soluere ipsum: quare licet probare quod ita
est:& sic ipsum multiplicare: ideo dic vt s̃.Secus,si primum con-
ferat , & secundum repræsentet : quia tunc secundus potior est,
nulla differentia habita inter patronos.vt j̃.eod cum laici.& ca.
vlt.& not.s̃.e.§.ex quibus.ante fi.versi.vnum tamen not. & seq.
¶Et tẽpus : quia si quæstio sit inter laicos , spectatur tempus 4.
mensium.si inter clericos.6.vt dixi.s̃.§.proxi.& est ratio quia pa
tronatus ius clerici omnino ecclesiasticum censetur : vt patet j̃.
eo.versi.proxi.subiectio.& seq.& ideo , sicut aliàs spectantur 6.
menses in collationib.beneficiorum.s̃.de conces.præb.nulla.ita
& hic. Vbi autem quæstio est inter clericum & laicum perinde iu
dico, ac si inter duos clericos , propter dubium euentum litis.ff.
de pec.quod debetur,aliud in spiritualibus. sic iurisd.subdel.tra
hit ad se delegatã,cùm benignior sit.s̃.de off.dele.super qõnũ.§.
si duo.s̃.de arbit.per tuas.j̃.de cons.eccl.vel al.ꝙ in dubiis & de
verb.sign.abbate.Si vis scire, coram quo tractetur hæc quæstio.
vide quod not.s̃. de for.compe.§.2.sub §.ex præmissis.versic.vel
iuris patronatus.¶Subiectio : quia clericus patronus, etiã quan-
tum ad ipsum ius patronatus,subiectus est ecclesiæ magis,& for-
tius,quàm laicus:inde est,quòd legatus potest conferre ecclesię,
in qua clericus habet ius patronatus,eo ignorante, vel etiam in-
uito : nam potest conferre ecclesiæ , cuius collatio ad prælatum
spectat,ꝙ plus iuris habet prælatus in conferendo,quàm patro-
nus in præsentando.s̃.de offi lega.dilectus.secus in laico j̃.e.cùm
dilectus.& tamen si ex paterna successione habeat clericus ius pa
tronatus,quantum ad hoc laicus censetur: vt in d.c.cùm dilecti.
§.nos igitur.secus,si ex donatione acquisiisset s̃.de pręb.dilectus.
3. & est ratio , quia tunc eadem persona censetur cum patre. C.
de impu.& aliis subst.l.vlti.in fi.& quia frater ei succedere pote-
rit ex testamẽto, vel ab intestato j̃.eo.ex insinuatione. & esset ab
surdum, ꝙ nunc iudicaretur ius patronatus omnino ecclesiasti-
cum,nunc laicale.C.de cur.furiosi.l pen. Quamuis autem ius pa-
tronatus laici non censeatur ecclesiasticum,quantum ad ea,quæ
dixi,est tamen de foro ecclesiastico.s̃.de iudi.quanto. per hæc be
ne probatur quod not.s̃.e.§.qualiter.ver. donatio. ergo ius pa-
tronatus in tempore.in patientia,in subiectione, ecclesiasticum
censetur,qñ ad clericum pertinet:& in tempore melior est con-
ditio clerici:sed in aliis duob. melior est conditio laici:& sic q in
vno grauatur, in alio releuatur.sic s̃. de parochiis.c.1.& de trãsl.
episcopi.inter corporalia.§.vlti.& de iureiur.l.eũ qui. ¶Pœnaq;
forsan:id est,secundum quosdam:quia dicunt, ꝙ si clericus non
idoneum repræsentet , priuatur ea vice.& est expressa decr.s̃.de
sup.neg.præla.sicut.in fi.& de eccle.ędi.c.3.in fi.sic est & in elec.
vt no.s̃.de ele §.quam pęnam. secus in laico, vt elicitur satis sub-
tiliter.s̃. de officio ordin. cùm inter vos. & facit pro his hoc qđ
pœnitere potest.vt s̃.eo.§.ver.pœnitet.sed expressum est ꝙ si re-
præsentet indignum etiam laicus , deuoluitur potestas ad epm̃.
in auth.de sancti.epis.§.si quis oratorij.col.9.ar.& in auth.vt cle
rici qui recedunt.§.fi. col. 5. quod ergo dixi, ꝙ possit pœnitere.
locum habet,quando vterque dignus est: vt bene probat c.ꝙ au
tem consul.& c.cum autem.sed si primus indignus est,planũ est,
ꝙ episcopus s̃m non tenetur recipere,nisi velit gratificare.s̃.de
sup.neg.præla.c.antep.& vlt.Illud autem dubium non est, ꝙ per
repræsentationẽ acquiritur ius repræsentato,si dignus sit, vt pa-
tet j̃.e.pastoralis.in fi.in tantum , quod obtinet contra institutũ
non præsentatum.s̃.de sen.& re iudi.cum Bert. sed tamen ius il-
lud,quantum ad eccl.ad quam reprę sentatur,euanescit,si laicus
secundum præsentauerit: nec obstabit appel.primi j̃ e. pastora-
lis.& c.vlt. Vbi ergo verus patronus laicus repræsentat , nec po-
stea variat,habet repræsentatus hoc ius , quod dixi. 16.q.7.decre
uimus.vbi autem variat,& secundus admittitur,tunc nullum ius
11 habet primò repræsentatus, vt dictum est.† Illud aũt ommitten
a dum non est, ꝙ nullus seipsum repræsentare potest, [a] quantun-
cunq; inueniatur idoneus. j̃.eod.per nostras.8.q.1. in scripturis.
quia hoc ipso suspectus est, ꝙ se ingerit : vt ff de proc. quæ om-
nia.sicut & is qui sibi tutelam adscribit.ff.ad l.Cor. de fal. vxori.
§.qui se.nec potest sibi quis authoritatem præstare.ff.ad Treb.l.
1.§.fuit quæsitum.ad idem ff.de auth.præstan.l.1.ff.de testa.tu.l.
3.& ad idem de elect.qualiter. & quia inter repræsentatum & re
præsentantẽ debet esse differentia,arg.s̃.de inst.c.vlt.j̃.de baptis-
mo.debitum opponitur tñ ex eo,ꝙ dicit l.quia tutor sibiipsi pos
sessionem tradit.ff.de contrahenda empti.fistulas.§.fundum sed
dic,ꝙ non dicitur propriè sibi tradere:sed egrediente familia pu
pilli ingreditur.vel aliud in temporalibus, aliud in spiritualib.nã
b & prima possunt emi, secunda non. Sed nunquid filium suum, [b]
aut nepo-

ADDITIONES.

a Nullus seipsum repræsentare põt. ¶ Adde Fr. Pa.in tract.de ptãte c.sede vac.5.q.2.partis.in ult.col.gl.& Bar.in l.planè.ff.quod cuiusque uni.nomi.

b Nunquid filium suum.¶ Adde gl.in c.quia clerici.e.ti.s̃. de iur.pat. Ant.de Bu.in c.consuluit.e.ti.Abb.in c.ex ore.circa prin.de his quæ fi.à ma.par.c. idem Abb. in c.ad nostram.in ult.not.de instit.

aut nepotem? uidetur quòd non: quia eadē persona intelligitur: ut not. s. eod. uersic. subiectio. sed est de fictione iuris: in ueritate tamen duæ personæ sunt: & quia suspectus uidetur hoc ipso, arg. s. de preben. graue. & ut benefi. eccl. sine crimi. conf. ut nostrum. §. penult. & de ætate & qualita. tuam. in fine. j. de censibus. cum clerici. credo contrarium, quamuis hac spe non debeat ius patronatus acquirere. j. eod. quod clerici. & capi. consuluit. ubi dicit, propria authoritate. per quod innuit, quòd repræsentari possunt filij, licet nō propria authoritate institui. unde & dicit lex, quòd suffragium siue uox patris prodest filio. ff. quod cuiusque uniuer. no. illud. & est ratio, quia ex arbitrio episcopi pendet, utrū ipsum admittat; imò potius tenetur repræsentare illum pauperem & idoneum quàm alium. argum. s. de cohab. cleri. & mulie. 12 capi. 1. j. de censib. cum Apostolus. §. inhibemus, † Quid si ecclesia uacan. prælatus proprio motu uocat patronum, & ei confert eccle. in qua habet ius patronatus? Quicquid alij dicant, credo quòd potest consentire uoluntati prælati: quia non habet originem à seipso. arg. s. de ele. cum in iure. ff. quod cuiusque uniuer. planè. j. de sortilegiis. cap. ult. nec ei debet conditio eius deterior fieri: ideo, quia patronus est, & eccle. fundauit: imò melior. j. eo. nobis. in fin. s. de testamentis. cum in officiis. & de renunc. sanè & c. ueniens. & de fideiuss. c. 2. nec obest, quod ab aliquib. obijcitur, quia uidetur eccl. ordinata sine consensu patroni: quia hoc verum non est: nec enim interest, vtrum ab initio consentiat, vel ex post facto, quo ad hoc, sine consensu suo ordinata non videtur: arg. j. eo. cura. & c. suggestum. interest tamen quo ad institutio. propriæ personæ faciendam: vt probatum est. Sed quidam a contradicunt [a] dicentes, quòd vox electi nunquam computatur in numero eligentium, nisi talis forma data sit; & sic intelligunt. s. de electio. cùm in iure. & j. de sortilegiis. capi. vltim. sed certè malè conuincuntur dicere, quia nunquam ex vi formæ potestatis concessæ, posset aliquis habere originem à se ipso ideo intellige, vt prædixi, & de hoc plenius not. de elect. §. qualiter. sub §. tertia. uersic. quid si duobus uel tribus, & seq. Et est notandum, quòd si sacerdos repræsentauerit aliquem ordinandum ad titu. eccle. suæ de patroni consensu post mortem repræsentantis, ad ordinem, potior est repræsentatus, si cū aliis ad ecclesiā repræsentetur. sic potest intelligi. j. eod. postulasti. uel fortè alius repræsentari non potest. sed si consensus patroni non intercessit, quando fuit repræsentatus ad ordines, non paratur ei præiudicium, quo minus alium repræsentare possit: quasi dicat, sed clericus intitulatus remouendus non est: sic suprà, de filiis presby. proposuit. licet Ioan. contradixerit, inducendo. 63. dist. principali. 18. quæst. 2. Eleutherius. 16. quæstio. 5. si quis. ff. de confirmando tut. l. vlti. Laicus autem non potest conferre eccle. uel aliquod ecclesiasticum, sine consensu episcopi: quia pro non dato habetur, [b] & c. b infrà eod. quod autem. & cap. nullus. & suggestum. quod tamen intellige sicut nota. suprà eodem. §. qualiter. uersicu. donatio. & sequent.

ADDITIONES.

a Sed quidam contradicunt. ¶ Adde Host. in c. propter. de elec. & per Ioan. de Imo. in c. licet. eo. tit.

b Non dato habetur. ¶ Adde ca. tradere. 5. quæst. 1. & in reg. nemo. de regu. iur. lib. 6.

DE CENSIBVS, ET EXACTIONIBVS, & procurationibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Census quid sit. Et quod præstet argumētum. 2. Et quis imponere censum possit. 3.*
4 *Census quis sit soluendus.*
5 *Nouus census quis dicatur.*
6 *Census in quo casu remitti potest.*
7 *Exactio ex quibus causis possit fieri, Et qualiter exigatur. 12.*
8 *Cathedraticum quid dicatur.*
9 *Rex Franciæ an habeat priuilegium concedendi pedagia, vel mutandi nouam monetam.*
10 *Laicus an possit sine peccato exigere pedagium à clerico, cùm hoc habeat à principe seculari.*
11 *Christiani an teneantur soluere pedagium Sarracenis.*
13 *Procuratio ex qua causa debeatur.*
14 *Exactio à quibus danda sit, Et quibus. 15. Et qualiter facienda sit. 16.*
17 *Legatus sedis Apostolicæ in visitando quem ordinem seruet.*
18 *Episcopus visitat monasteria, & hospitalia secularia, & religiosa.*
19 *Episcopus an possit visitādo capellanum suum & ecclesias ciuitatis procurationes exigere.*
20 *Episcopus an possit redemptionem procurationis recipere.*

DIctum est suprà de iure patronatus: & quoniam patronus aliquando exigit censum, aliquando exactionem, aliquando procurationem, aliquando alij diuersi; nunc dicendum de iure eorum, qui censum possunt ab ecclesiis exigere: & sic de censibus, exactionibus, & procurationib. Quid sit census, Quod argumentum præstet, Quis imponere potest, Quis cēsus sit soluendus, In quo casu remitti possit, Ex quibus causis possit fieri exactio in ecclesiis, Et qualiter exigatur, Et ex qua causa debetur procuratio, A quib. danda sit, Quibus danda est, Et qualiter facienda:

a 1 Quid sit census. [a] † Quædam pensio quæ de prouentibus ecclesiæ persoluitur. 1. q. 3. quæsitum. in fine secundum Da. Quicquid autem annuatim præstatur in quantitate vel summa, uocari potest census. ff. de censibus ætatem. cum duabus legibus sequentibus. j. eod. olim causam. & c. in canonicis.

2 Quod argumentum † præstet. Et certè subiectionis. j. e. omnis anima. Aliquando etiam est indicium præstitæ libertatis, aliquando perceptæ protectionis, sicut j. distinguitur de priuile. recepimus. in hoc autem potest distingui, vtrū census imponatur ab episcopo, vel à Papa. Si census ab Episcopo imponitur, tunc est signum subiectionis: licet aliàs eccle. quæ ipsum præstat, priuilegio sit munita. arg. 100. distin. contra morem. s. de transact. præterea. 2. j. eod. omnis. & cap. uenerabilis. & duobus præcedentibus. s. de relig. domi. constitutus. & notat. s. de reg. §. quis sit regularis. versic. solutio. & j. eod. §. quis imponere. versicu. sed episcopus. & sequen. Si verò à Papa imponatur, & ei præstetur, videnda & consideranda sunt verba priuilegij: vt not. j. de priuileg. §. quid operetur. sub §. regulariter. versic. censuale. ergo præstatio census non semper probat dominium, vt not. s. de cau. pos. sub rubrica de causa proprietatis. §. si sub §. illud. extra summam.

3 b Quis imponere † potest [b]. Quicunque habet ius in re tale, q̄ hoc facere possit: vt proprietarius, id est, dominus: Instit. de vsufr. §. fine testamento. Item vsufructua. sed is non pōt imponere censum, qui vltra vitam extendatur: cùm ius quod habet, morte finiatur. Inst. de vsu fruct. §. finitur. Sed citra mortem potest perceptionē fructuum in alium transferre, non tamen ius. ff. de pericu. & commodo rei vendit. necessario. §. vlt. & de iure do. si vsufr. cum ergo clericus vsufru. æquiparetur: vt not. j. ne prælati vices su. versicu. quid si quis prælatus. & seq. non potest eccle. censualem facere vltra vitam suam: arg. s. de pecu. cle. c. fin. & de arbi. peruenit. quod verum est, si sine authoritate episcopi constituatur. j. eo. præterea. & c. cùm clerici. Potest ergo imponi census perpetuus de nouo, vel antiquus augmentari authoritate episcopi: vt in dictis ca. & s. de præben. auaritiæ, & de offic. vicarij ad hoc. quod verum est, si ex iusta causa fiat, aliàs non: sic intelligas j. eo. significauit. s. de cleri. non resi. conquerente. & hoc est verum inter subiectos, id est, vt subiectus à subiecto acquirat: sed sibi acquirere à subiecto authoritate propria, non posset vltra quàm ab initio impositum fuerit. j. eod. prohibemus & c. grauis admodum. poterit tamen hoc facere authoritate Metropo. & ex causa ad hoc. ff. de admi. tuto. non existimo. & potest esse iusta causa, quando pauper est vt dominus Vinc. & fructus creuerint. arg. j. e. quante. s. de preb. exposuisti. Quòd ergo dicimus, prelatum proc. esse. s. de don. c. 2. verum est, sed tamen cum bene administrat, intelligitur habere generalem & liberam administrationem: secus, si conditionem eccle. deteriorem faceret. s. de resti in integ. c. 1. ff. de procu. procurator cui libera. ff. de pro emp. qui fundum. §. si tutor. & iunge quod not. s. de decimis. sub. §. 12. Sed & illud scire debes, quòd si propriam eccl. velit constituere censualem, sine consensu capituli hoc facere non potest. s. de his quæ fi. ab episcopo. pastoralis. & c. tua. & de donatio. pastoralis. excipitur. s. de dona. Apostolicæ. Item patronus vt not. s. de capell. mona. §. quid iuris. Sed & episcopus potest in fundatione eccle. per certum censum sibi soluendum imponere. arg. j. eo. quanto. & nota. s. eo. §. quod argumentum. Item quando de consilio capi. sui confert eccle. aliquibus piis locis, secundum decret. s. de his quæ fiunt à præla. tua. & capit. pastoralis. & potest sibi retinere certū censum: vel quando eccle. eximit, vel immunitatem præstat. ad hoc s. de consue. cum dilect. s. de transactionibus. præterea. & est expressum. j. eo. cùm venerabilis. s. de religiosis domibus. constitutus. argu. ff. de pact. in traditionib. Item in dedicatione. 10 quæst. 2. nec numerus. 18. quæst. 2. Eleutherius. Item in hospitalis vel pij loci approbatione, secundum ea quæ not. s. de reg. §. primo. vel solutio. Item imponitur à fundatore authoritate episcopi: vt not. s. titu. proxi. §. ex qui-

ADDITIONES.

a Quid sit census. ¶ Adde Doct. in rub. e. tit. Doct. in c. quæsitum. 1. q. 3.

b Quis imponere potest. ¶ Adde Doct. in c. prohibemus. & c. significauit. eo. ut. & per Doct. in cle. 1. eo. titu.

ex quibus. versi. item quia de consensu. Item ab aliis, quibus sunt eccle. subditæ: puta matrice ecclesia. s. de transactio. prætereà. a. vel archidiac. s. de officio archidia. ca. fina. s. de inst. t. cùm venissent. archipresbytero. suprà. de officio delegati. super eo. abbate, uel alio religioso. nam & hi aliquando habent ecclesias probant concor. indistinctè. & nota. suprà, de statu monachorum. §. vtrum populum. versicul. tu dic. & sequ. sed hoc intelligas in his omnibus casibus autho. episcopi interueniente: aliàs non esset census perpetuus. j. eodem, præterea. nec debet episcopus consentire, nisi ex iusta causa. ut nota. suprà, uersicu. potest ergo. De censibus sic impositis intellige, quòd solui debent, nec augeri. ut nota. j. eodem. uersic. proxim. & probatur j. c. prætereà.

4 Quis census † soluendus sit. Et quidem quantum ad eccl. pertinet. is qui constitutus est authoritate episcopi, uel ab initio retētus: aliàs ecclesi. censum augmentatum, uel de nouo constitutum soluere non tenetur: ut nota. suprà, proxi. §. potest dici nouus is, qui post illud concilium infrà. eodem. prohibemus. constitutus est infrà eodem. grauis. & si quis à tempore illius decre. grauis. adstrinxit se sacramento ad soluendum talem censum, & uoluntarius canonicè puniendus est, ut in fi. illius decre. grauis. hic remouendus est de ecclesia. infrà. eodem. cùm clerici. in fin. suprà, de pac. accepimus. & de iureiur. tua nos. nam census nouus uel augmentatus non est soluendus: ut probant dictæ concor. & suprà, de his quæ fiunt à præla. pastoralis. j. eod. ca. 3. c. ecclesiis. & c. sequ. & c. significauit, & c. cùm uenerabilis. suprà, de præb. extirpandæ. in fin. & ca. auaritiæ. & c. de monachis. s. de transact. de cętero suprà, de sup. negl. præla. cap. 2. 18. q. 2. seruitium. & c. hoc tantùm. C. noua 5 uectigalia inst. non posse. l. 3. † Nouum etiam censum intelligas illum, qui non fuit impositus tempore fundationis, donationis, consecrationis, exemptionis, seu immunitatis indultæ: his enim temporibus uel imponitur, uel aufertur secundum Goffred. sed & postea ex causa ut patet in his, quæ no. eo. §. proxi. uersi. potest ergo. & præced. & sequent. Illud etiam scias, quòd ex quo quis semel gratis obtulit censum, & ad ipsum soluēdum se canonicè & perpetuò obligauit, quod prius forte uoluntarium fuit, nunc factum est necessarium. C. de act. & ob. sicut. s. de uoto, magnæ. §. 1. & c. licet. respon. 1. s. de commodato. c. unic. ad fi. ff. commodati. in commodato. §. sicut. 42. distin. de Iudæ. Procuratio uerò etiam sine authoritate episcopi augetur. infrà eodem. quanto. arg. s. de const. cùm. M. Ferra. §. mandamus. ff. de fidei li. generaliter. §. si quis alienum seruum. ff. qui, & à quibus manu. liberi non fiant: si mortis. sicut & pensio rerum locatarum crescit, ꝓpter ubertatem, & decrescit propter sterilitatem. ff. loca. & condu. si uno anno. s. de loca. propter sterilitatem sed contra. C. de alluuionibus. l. 3. ibi, ne doleat. & s. de rest. in inte. c. 1. suprà, de pecu. c. fi. s. de consti. cùm M. Ferr. §. 1. ubicunque per canonicorum industriam, & c. Solutio. prima iura loquuntur, quando ex gratia diuina, uel sine labore & expensis aliquibus accedit ubertas, uel melioratiò, seu multiplicatio: posteriora uerò, quando labore & expensis propriis interuenientib. in primo casu augetur, in secundo non augetur: nec enim par eademq; ratio est, amittere debita, & lucra non capere. C. de codicill. l. ultim. § pe C. de iure deliberandi. scimus §. sed si legatarij. C. de acqui. posses. l. fi. prope finem. Census autem ignorantiæ soluendus non est, j. c. peruenit. C. de pac. si certis annis. caue tamen tibi: nam si agis possessorio, obtinebis, si census subtractus fuerit, quamuis causam nullam probes. s. de ele. querelam. si uerò petitorio, & agis ex tempore. succumbes. ut in proxi. concor. nam tempus non est modus tollendæ obliga. ff. de ac. & oblig. obligationum. 2. §. placet. C. de usuris creditor. sed si proponis causam, ad quam ꝓbādam inducas patientiam longi temporis, obtinebis, si tempus probes ff. de usur. cùm de in rem uerso. 18. quæstio. 2. seruitium. & ff. si seruitus uend. si quis diuturno. ff. de aqua pluuia arcend. l. j. in fi. & l. in summa §. idem Labeo. ff. de aqua quoti. & æsti hoc iure. §. ductus aquę. sed secundum iura nostra necessaria est probatio longissimi temporis: quod dic, ut nota. suprà, de consue. §. obtentus quanti temporis. caueas tamen de conscientia: quia si proponas contra conscientiam, ædificas ad gehennam, suprà, de præscriptio. cap. fina. & c. uigilanti. Quid ergo, si aliquis census prętitus fuerit tanto tempore, de quo non extet memoria, qñ uel ex qua causa impositus fuit, nunquid est soluēdus, & si de causa non appareat? dicas, ꝙ sic, ut probant concor. superiores. 18. quęst. 2. seruitium. & sequētes. infrà. de uerborum signification. super quibusdam. §. prætcrea. Quid si de nouo subtrahitur? Dic quòd possessorio agi debet, uel petitorio. cautè tamen, sicut no. suprà eod. uersi. census autem ignorantiæ. Quid si per xl. ann. tantùm solutus fuerit, nec potest liquere de causa institutionis: uidetur quòd nō teneatur ad solutionem is, qui ipsum præstitit. j. eodem peruenit. & ad hoc j. quæst. j. nullum tempus grauamen. 10. quęstio. 3. quia cognouimus. infrà, de excess. præla. sanè. & c. ad quorundam. & C. ne vxor pro marito. l. finali. Sed contrà, j. quæstio 3. quæsitum. suprà de election. Cumana. suprà de causa possessio. cùm ecclesia Sutrina. & capitulo cum olim. C. de seru. l. 1. & 2. dic idē, quod in duabus primis proxi. quæstionib. Quid si non est completum tempus præscrip. Dic quòd nō est subtrahenda solutio ꝓpria authoritate. alioquin spoliatus restituetur. s. de electi. querelam sed in petitorio obtinebit, si proponat ꝯ ipsum, quòd non teneatur ad talem censum præstandum: quia sine causa præstatur: & ideo petit ei interdici, siue inhiberi ne de cæterò ipsum petat, vel exigat, & pronunciari, quòd non teneatur de cæterò ad talem censum præstandum. & sic intellige s. eodem. peruenit. & potest competere negatoria de qua inuenies plenè not. s. de præscrip. sub rubrica, de præscrip. rerum immo. §. quæ res. sub §. item non currit. versicul. quia verò legem. & sequentibus. & sub §. de quibusdam autem. Quid si episcopus excommunicauit illum, qui de nouo subtrahat hac de causa: quia propria temeritate hoc fecerat? & quidem tenet sententia non obstante etiā app. si quam fecit, per quam vellet defendere hanc subtractionem. secundum ea quæ notan. s. de appella. §. qualiter. §. ego frater Vbertus. Quid igitur facit iudex ad quem appellatū est, si probatio episcopi est in promptu de sua possessione, uel quasi, condemnabitur excommunicatus ad pensionē subtractam soluendam. suprà, de electione. querelam. §. fin. & ad expensas hac occasione factas. si petantur: secundum ea quæ nota. suprà de dolo, sub rubrica, de contumacia. §. qua pœna. & ad satisfaciendū compelletur, antequam absoluatur: quia notoria est offensa. s. de iudic. c. j. j. de verbo. signifi. ex parte. 1. quo facto in petitorio procedere poterit is, qui excommunicatus fuerat: ergo melius est quòd nō subtrahat, sed ipsum ad iudicium trahat, sicut præmisi s. eodem. versicul. quid si non est completum. ꝙ si episcopus hanc except. hodie intra 6. dies non probauerit, in expensis legitimis condemnabitur, & in principali nihilominus procedetur: vt in authen. d. n. extrà. de restit. spo. frequens. Quid si episcopus timens hanc pœnam, dicat, Domine, non habeo probationes paratas. placeat quòd absoluatis eum recepta cau. & ego contra ipsum possessorio agam: nunquid est audiendus? Puto quòd sic, excommunicato cōsentiente, & etiam inuito: dum tamen expensas non fecerit, vel aliàs sua non intersit: & etiamsi interest, dummodo episcopus satisfactionem offerat, non aliter. arg. de condi. causa da. si pecuniam. ff. de inter. act. de ætate. § fin. j. de sent. excom. sacro. §. verum. & est necesse. ꝙ excommunicatus hoc ratificet, cum conditio sua ex hoc melior fiat. ff. de neg. gest. soluendo. ff. de seruitu. vr. præd. seruitutes. §. penult. ff. quemadmodum serui. amit. is cui via. in fi. Quid si excommunicatus timens labores litigij, & condemnationem expēsarum vltrò offert solutionem pensionis subtractæ, & uelit agere petitorio, & hunc similiter etiā inuito episcopo audiendū puto: quia & melior fit conditio Episcopi, cui satisfit sine litigio: ut C. per quas personas nobis acqui. l. secunda. vsufructuarius quēadmodum ca. si vsusfruct. mihi. ff. de condi. indebit. dominus. quod intelligas, si & de expensis satisfacere velit aliàs contrà. argument. ff. si certū petatur. cùm fundus §. 1. ad hoc. ff. de procura. si reus. Quid si pendente iudicio super petitorio venit dies solutionis, nunquid est solutio facienda? Dicas quòd sic: quia pendente iudicio, nihil debet innouari: nec sua possessio alicui turbari: quod dic ut notat. s. ut lite penden. sub §. patet quod lite pen. Quid si rusticus, qui domino facit annuum seruitium, dicit quod de consuetu. debet habere prandium, cùm fortè prandiū tantum valeat, quantum est seruitium: uel ferè tātum. & quidem si consuetudo in pace completa sit, pro rustico iudicabo, q̄uis dominus dicat, quòd de gratia, siue de curialitate hoc actum fuerit: sic enim pro rustico præsumi potest contra dominum, sicut pro domino cōtra rustic. ad hoc C. de agr. & censi. litibus. libro 11. Quid si sub tali protestatione admissus fuit ad prandiū, s. quòd de gratia admittebatur, factus est rusticus, si talem protestationem admittat, nisi & ipse replicet, quòd ipse intendit ibi comedere de iure suo. ad hoc. ff. de li. agno. l. 1. §. denunciare. suprà, de postu. præl. bonæ me. ii. respon. 1. ff. de aqua quoti. l. 1. respon. 1. & §. Aristo. & §. Trebel. 10. q. 3. quia cognouimus. j. de verb. sig. abbate. §. ad hoc & adde, quod de protestatione not. suprà, de constitu. §. quando. sub §. licet autem. Sic ergo in censibus, seruitiis annuis & similibus non habet quis necesse probare titu. secus in realibus, seu corporalibus. Insti. de vsucapio. §. nouissimè. & §. seq. C. de præscrip. longi temp. diutina. & l. antepe. & titu. ibi seq. in quibus causis parat sibi præiudicium quolibet anno, qui ipsum præstat. Queratur ergo de se, non de alio, sicut is qui cessat long. temp. præscrip. & aduersus credi. l. fina. suprà, de præscriptio. si diligenti. & est ratio, quia in annuis secūdo transigit. C. de plus pet. l. vnica. & ad Velleia. si mulier. arg. ff. de interrog. act. de ætate. § j. & cōmodati. cum qui. in fi. & l. seq. In realibus autem paratur præiudicium per. l. quia. licet negligens sim: non tamen videor donare, imò possum allegare iustam

causam absentiæ & violentiæ Institu. de vsucapio. §. quod autem. C. de annali excep. l. 1. §. vlt. suprà. de præscrip. c. 1. & c. publico. §. hæc. negligentia certis modis punitur. C. de anna. excep. l. vlti. in fin. In corporalibus autem voluntas donandi imputari potest. ff. de probatio. cùm de indebito & de condi. indebi. l. 1. & de regulis iuris. cuius per errorem. Cod. de dona. censura. & quod dixi in agendo, idem intelligas in excipiendo. de hac tamen materia dic vt plenè notat. suprà. de præscrip. sub rubrica, de præscription. rerum immobilium. §. quæ exigantur. sub §. quartum.

6 **In quo casu** † remitti possit. Et certè episcopus ipsi remitti, quando ei placet. j. e. cùm venerabilis. quod intelligas ex causa & de consilio ca. sui. s. de his quæ fiunt à prælatis. tua. & cap. pastoralis. Remitti autem potest & debet quando ecclesia ad tantam paupertatem deuenit, quòd non sufficit. arg. j. e. quanto. & de decim. suggestum. Sed & si ecclesia ad pinguiorem fortunam peruenerit, tenetur sic suprà, de solutio. Odoardus. Item propter sterilitatem nimiam remittitur, nisi cum vbertate præteriti anni, uel sequentis valeat compensari. s. de locato & conducto. propter sterilitatem. sed propter modicum damnum non releuatur. ff. locati & conducti. si merces. §. vis maior. item remittitur tacitè per lapsum temporis. j. eod. olim causam quod dic, ut plenè not. s. de loca. sub § propter sterilitatem.

7 **Ex quibus** † Causis possit fieri exactio in ecclesiis Propter cathedraticum, quod est duorum sol. 10. q. 3. placuit. & c. priscis. & c. illud s. de off or. conquerentem nec minoris quantitatis esse potest. secundum Gof. j. e. olim. 10. quæ. 3. nec numerus & fortè hic solidus appellatur aureus. C. de spor. l. 2. Inst. de pœna temerè litigan in fin. secundum Gof. dic quòd erunt vsualis & communis monetæ. j. de mal. dicis statuimus. § per temporalem. ut & no. in summa eiusdem tit. & e. § super verbo, vsualis monetæ. Quid si diuersæ monetæ currant in diœce. fortè melior debetur. arg. s. de iureiu. quanto. in fi. uel mediocris. arg. 10. q. 2. hoc ius porrectum. ff. de auro & argen. leg. q lãcem. uel minor. ff. de leg. 3. nummis. ff. de regu. iur. semper. ff. de legat. 1. l. apud Iulia §. scio j. eo ex parte. secundum Goffre dicas consuetudinem seruandã, si de ipsa appareat. s. de sepul. certificari. si non apparet, puto q quælibet ecclesia soluere debet pecuniam quæ in parochia sua currit: si diuersæ sunt, tunc soluetur illa, quæ magis vsualis est & vulgaris, arg. 4. dist. erit. ff. de flumi. l. 1. ff. de fun. instr. l. cum de lanionis §. asinam. j. de spon ex literis. 1. Quid si ecclesia de nouo fundatur? Soluat sicut conuici-
8 næ. j. e. ecclesiis. & cap. super eo. s. de offic. archid. c. fi. † Cathe-
a draticum.[a] autem dicitur, quod ob honorem cathedræ soluit: synodaticum, quia frequentius in synodo datur: sub quorum nominum velamine non est chrisma vendendum, nec aliud spirituale, siue ecclesiasticum offi. vel beneficiũ. j. de simo. ca quę. & c. in tantùm. Item exigit episcopus seruitium annuũ, & antiquũ, & alij similiter. quod dic ut no. s. eod. §. quis census. & præcedẽ. Quid si moneta mutetur: & ipsum cathedraticum mutandum, dicam. ut de eadem pec. soluatur cùm dicam ipsum sequi consue. regionis, ut notat. suprà eodem. §. respon. 1. & versicul. quid si diuersæ. & hoc intelligas, quando moneta sæpius mutatur, ita quòd vnum genus pręscriptum non est. Porrò si aliqua moneta currit per annos 40. & singulis annis fuit cathedraticum solutum ad illam monetam, & elapsis 60. annis mutetur moneta, ad æstimationem primæ reddendum est: nisi præscript. solutionis monetæ secundi generis sit completa. sic intellige j. eodem. olim. s. eodem. canonicis. verùm is qui mutauit pro lucro temporali in grauamen populi, tenetur ad satisfactionem, etiam si rex sit: maximè si primã iurauerat tenere: sic loquitur suprà. de iureiu. quanto. Caueant ergo sibi principes mutantes monetam. nam apud Deum & in foro pœnitentiali astringuntur, sicut & in nouis pedagiis. & quæ dicantur noua, no j. eod. ver. exactionis. & hoc intelligas, nisi fortè hæc innouatio fiat populo, cuius interest, approbante. arg. s. de maioritate & obedien. ca. fi. excipe Imperatorẽ, siue regem Romanorum. ut ff. de orig. iur. l. 2. §. nouissimè. Inst. de iure natur. §. sed quod principi. ergo ad antiquã monetam, vel æstimationem eius solui debet. & idem intelligas, si census vini, vel olei ad certam mensuram debetur, siue augeatur mensura, siue etiã minuat. Quid ergo si Raymundini, uel Papi. soluit fuerint, & in pace sine quæstio. recepti per 40. an. in aliqua prouincia: & nunc currunt Turonẽ. per terram, certè ad æstimationẽ Raymũdi, sunt soluẽdi, ẽtsi añ illos 40 an. cucurrerant Turonen. quia is qui continuè per 40. an. de minori moneta recepit, vr q amplius solui debuerat remisisse. arg. in his quæ no.
9 s. e §. qs cẽsus. versi. sic ergo in censibus. Et nũquid † Rex Franciç habet priuilegiũ ꝯcedendi pedagia, vel mutãdi nouã monetam? respond. Sicut Papa in consimili quæstione. sic videretur aliquibus: ut j. qui filij sint leg. per venerabilem. § insuper. mihi tamen non videtur, nisi & populus sibi eandem potestatẽ dederit. quæ & Imperatori data est. arg. ff. de orig. iur. l. 2. § deinde. q a difficile. ff. quod cuiusque vniuer. Item suffragium. § si decuriones. & hi possent hoc concedere in præiudiciũ suorum suffraganeorũ tantum, non extraneorũ. ad quod facit quod no. s. de capel. mona. §. cui subest. vers. q etiam dictũ est. & seq. nisi fortè & extraneos dicas factos suos ratione territorij. q verius est. ar. in his q
60 no. s. de parrochijs. §. quis intelligatur. ver. quid de scholaribus. †
b Sed nũquid laicus potest [b] sine peccato exigere pedagiũ à clerico, cũ hoc ius habeat à principe seculari? & dicas, q nõ põt: q nullus laicus potestatem habet in ecclesiasticis etiã rebus. s. de constit. quæ in ecclesiarum. & c. ecclesia. s. de reb. eccle. nõ aliena. si. vnde nec Imperator potest aliquẽ eximere à præstatione decimarũ s. de decimis. tua. 1. multo minus in personis potestatem habebit. j. de sent. excom. si verò. 1. §. 1. quia res personas sequuntur. nec econtra. ff. de redhi act. l. iustissimè. 12. q. 1. præcipimus. j. de dona. inter virũ & vxo. cap pen. §. cùm ergo. nam secundũ Apostolum. Tu qui es qui iudicas alienum seruum? domino suo aut stat, aut cadit 33. q. 1. §. 1. & 2. q. 1. Deus omnipotens. s. de iureiuran. nimis. de iure diuino: nec in hoc etiam vo. renunciare posset clericus. s. de foro competent. si diligenti. & cap. significasti. ad hoc, in authen. vt clerici apud proprios episcopos ꝯueni. §. si verò ecclesiasticum. colla. 6. & de sanctis. episcop. §. ut autem omnis ecclesiasticus status. nec iuuare potest consuetudo contraria, cùm sit ecclesiis onerosa: & ideo remittenda: ut suprà, de consuetu. ca. 1. Quid si quis facit deportare bladum, uel vinum, uel alias res ad vsũ suũ, id est, & vitæ suæ, & familiæ suæ necessarias, ut ff. de vsu & habit. l. 2. §. 1. & l. plenum. §. 1. nũ quid tenetur dare pedagium pro his rebus? & uidetur quod sic: quia ita tenet consuetudo quæ in talibus seruanda est. ff. de publi. & uectiga. si publicanus. §. fin. sed certè talis consuetudo est irrationabilis, & sic non est tenenda: ut suprà, de ꝯsue. cap. fin. dicas ergo proxi. dictã l. intelligi, quo ad loca, & res alias, quæ causã mercimonij deferuntur ut sequitur. nam in his tribuit ius consuetudo, cuius non extat memoria: ut not. infrà eod. uersi. exactiones. dicas igitur, q de his de quibus dictum est. s. nullum debet pedagiũ exigi: quia non datur, nisi de his rebus: quæ causa negotiationis seu mercimonij uehuntur. C. de uecti. & commiss. omnium. ad fi. quòd si quis contrauenerit, secundũ legem decapitari debet: ut dicit lex expresse. C. de uectiga. & commis. uniuersi prouinciales dicit tamen lex antiqua, quòd præses hoc significare debet publicano per literam manu propria scriptam, rerum quantitatẽ continẽtem. & si plus portetur, illud committitur. ff. de publi. & uectig. si publicanus. §. 1. Item episcopus exigit quartã decimationum & oblationum. infrà eodem. cùm olim. 10. quæst. 3. unio. est autem aliquando tertia, aliquando media, secundum diuersas consuetu. s. de sepultu. certificari. sed has exactiones nõ soluunt monasteria, nisi cũ distinct. quod dic ut no. suprà, de statu monachorum. §. & in quibus. Item potest fieri exactio moderata propter emptionẽ, quam fecit Episcopus: uel si aliàs eccl. cathedralis nimis fuerit debitis onerata. infrà eodem. cùm Apostolus. § nihilominus. suprà de officio ordi. conquerente. in fin. Quid si subditus dicat, Non est iusta causa? Dicas, ad superioris arbitrium recurrendum. 13. quæstio. 3. quia cognouimus. 11. quæstio. 1. si clericus aduersus secundum Goffred. ita quòd si episcopus reus sit, recurratur ad metropol. si uerò subditus reus est, eligantur arbitri, ut in dicto c. si clericus & argum. suprà. de rescr. pastoralis. respon. 1. si appellatum sit, recurratur ad iudicem, ad quem est appellatum. s. de appellatio. ut debitus. & §. cum speciali. Item quãdocunque communis utilitas terræ hoc exposcit, Papa tamen primo consulto, si laici hoc petant, & cum eius licentia. infrà, de immunitate eccle. non minus. & capitul. aduersus. Et breuiter, quandocunq; hoc uidebitur domino Papæ, cùm sit dominus omnium. 11. quæstio. 3. nunc uerò. & capi. cõtra. ff. ad legem Rhodiam de iactu. de precario. ff. ne quid in loco publico. l. 1. §. si qs à principe. & §. meritò. & C. de quadrien. pręscrip. bene à Zenone. de hac tamen materia inuenies tractatum plenissimè infrà de immunitate ecclesi. § à quibus muneribus. dic ut ibi. Exactiones
c autem pedagiorum [c], & salinariorum & guidagiorum reprobatæ sunt, nisi ab Imperatore uel Rege uel Lateranensi ꝯcilio sint concessæ: uel alias ex longissima consuetudi. cuius non extet memoria debitæ. infrà. de verbo. signific. super quibusdam. §. præterea. ff. de public. & uecti. vectigalia. & qui aliàs ipsas accepit, nisi commonitus

ADDITIONES.

a Cathedraticum. ¶ Adde gl. in c. conquerente. de off. or. c. constitutus. de religi. do. & in c. placuit. 10. q. 3.
b Nunquid laicus potest ¶ Adde Bartachi. de Fir. in tract. de gabellis
c Exactiones autem pedagiorum ¶ Adde doc. in ca. innouamus. & in c. per uenit. eo. tit. & in l. uectigalia. & ibi doct. ff. de uectigal.

commonitus ſatisfaciat, ſecundũ canones excommunicandus eſt. infrà eodem. innouamus. 14. quæſtio. 4. ſi quis Romipetas. & c. ſeq. ſecundum legem perpetuo exilio damnandus eſt. C. noua uecti. inſtitui non poſ. l. ulti. quod autem dicunt, quòd Rex poteſt concedere pedagium, intellige de rege Romanorum non de alio. ut patet in his quæ not. ſupra eodem uerſicul. quid ſi moneta. Sed nunquid ſine cauſa poteſt hoc cõcedere? Rayn. innuit. quòd non. imò requiritur cauſa, ut quia conceſſum eſt pro defenſione ſtratæ publicæ contra prædones in terra uel piratas in aqua uel pro defenſione fidei, & patriæ, contra paganos uel hæreticos, uel alia ſimili iuſta cauſa: in quibus caſibus, ſi is qui recipit, facit hoc propter quod pedagium conſtitutum fuit, licitè & ſine ſcrupulo cõſcientiæ illud recipit. Idem ſi non facit: quia pax eſt in terra, ſed proponit firmiter, quòd faceret imminente neceſſitate. arg. 12. quæſt. 2. nobis. ad fin. ff. loca. & conduct. §. ſi uno & hoc intelligit Rayn. ſiue nouũ ſit, ſiue antiquum. facit tamen hanc differentiam, quòd nouum nullatenus eſt recipiendum, niſi conſtet de cauſa propter quam impoſitum eſt antiquum. tamen recipi poteſt: & ſi de cauſa non poſſit euidenter liquere, dũ tamen conſcientia probabiliter ualeat informari, quod propter vnam de cauſis prædictis & ab illo qui conſtituere potuit, fuerit conſtitutum: aliter rapina eſt: & tenetur recipiens ad reſtitu. & ſic intellexit iura ſuprà dicta, & induxit infrà eodem. peruenit. & c. cùm Apoſtolꝰ. § prohibemus Breuiter puto, quòd ſi à principe concedatur etiam cauſa non expreſſa, uel conſuetudo hoc approbet, cuius non extet memoria, ſine ſcrupulo recipi poteſt: ut: not. ſuprà e. uerſic. exactiones dico tamen, quod is qui pedagium recipit, tenetur ſaluare ſoluentem infrà diſtrictum ſuum, in perſona, & rebus: quia propter talia pedagium ſolui conſueuit: & ſi hoc nõ facit, peccat grauiter: qui & ſine pedagio ad hoc teneretur: non tamen dico, quòd teneatur ad reſtit. pedagij, niſi conſtaret, quòd hac de cauſa fuiſſet conceſſum, quanuis tenetur ad ſatisfactionem plenariam, quod plus eſt, ſi in defectum Iuſtitiæ inueniatur. 23. quæſt. 2. dominus. & quæſt. 5. adminiſtratores. 3. quæſt. 7. qui ſine peccato. in authen. ut diffe. iudi § pen. & fin. col. 9. C. de appel. ſi appel. ff. de iudi. filius. & Inſti. de oblig. quæ ex delic, na. reſpõ. j. ſi enim ſententia Ray. uera eſſet, aut uix, aut nunquam aliquis pedagia recipientium ſaluaretur. Sed quid ſi mercatores alicuius loci faciunt pactum de certa pecunia ſoluenda pro beſtia alicui domino terræ, ita quod ipſos ſaluet & defendat? Hic locum habet opi. Ray. argum. de condi. appo. uerum. ut tamen ſcias, quòd ſi dominus mercatoribus hunc metũ intulit iniuſtè, recipit, & omnino tenetur ad reſtitutionem, ut ff. quod metus cauſ. metum. §. ſed licet. ſed & ſcire debes, quòd hoc pactum non tenet: niſi inter illos, inter quos eſt habitum. ff. de pac. ſi unus. §. ante omnia. Quòd ſi talis non facit id quod promiſit, nec mercatores tenentur fidem ſeruare 61. diſt. §. his

11 omnibus. ſuprà de iureiuran. peruenit. 2. † Sed nũquid Chriſtiani tenentur ſoluere pedagium Sarracenis? not. Ray. quòd ſic. dum tamen Sarraceni ipſos tranſeuntes defendant. nam & hoſti fides ſeruanda eſt. 22. quæſt. 4. innocens. 22. quæſt. 1. noli. & hoc, dummodo non uadant illuc tempore guerræ. nec deferant merces prohibitas. ſuper quo uide infrà de Iudæis. ſub rubrica de Sacracenis. §. qualiter erga ipſos. aliàs ſi hoc facerent, ut punirentur in quo deliquerunt, eſſet eis iniungendum, ut illud ponerent in redemptionem captiuorum, uel in ſubſidium fidei Chriſtianæ: niſi non eſſent ipſi idonei. Nam ſi idonei eſſent, ipſimet poſſunt ire de licentia ſacerdotis, & ibidem expendere: argu. 17. quæſ. 4. ſi quis in atrio. ſuprà, de uoto. magnæ. & cap. quòd ſuper his. ſecundum Ray. non puto, quod Chriſtiani teneantur ad ſolutionem hanc: quia nõ ſunt ſubiecti Chriſtiani Sarracenis. ſic ño. in ſimili quæſt. ſuprà eodem uerſi. ſed nunquid. laicus uerò ſi uoluerit habere commoditatem terræ Sarracenorum: oportet qđ ſoluat. quia nec aliàs Sarraceni ipſorum tranſitum ſuſtinerent. Illud tamen no quod ubicunque quis pedagium iniuſtè exigit. & ubicunque tranſiens iuſtum denegat, uel ipſum fraudat: quilibet tenetur ad reſt. faciendam illi, à quo extorſit, uel quem fraudauit: ſeu hæredi ſuo, ſi inueniatur: aliàs erit ad pias cauſas iuxta diœce. arbitrium erogandum. 14 q. 6. ſi res aliena. & q. 5. qui habetis. & §. ſequen. j. de uſur. cum tuto. § j. & adde quod not. j. de uſur. §. qua pœna. ſub §. eſt autem uſur. reſpõ. j. & uerſic. quid ſi debitor, uel hæres & ſeq.

12 **Et qualiter** † exigitur. Secundum quod in ſumma requirit non ultra, & ſecundum uires facultatum eccleſiarum, quod etiam in procurat. locum habet. j. eo. ea quæ. & cap. ſopitæ. & cap. cum inſtantia. ff. de offic. præſid illicitas. §. illicita. Et illud not. quòd ſi quis uoto aſtringat ſe ad certam menſuram annuam dandam, & non determinet, eſt in arbitrio ſuo, ad quam menſuram debet. j. eod ex parte. ad idem. ſ. de decimis c. j. § j.

13 **Ex qua** cauſa † debeatur procuratio[a] Ratione uiſitationis: & hoc præſcribi non poteſt. j. eod. cùm uenerabilis. & c. cùm nuper. ſed tñ nõ ſubiectus ipſam præſcribere poteſt. ſ. de præſcrip. cùm ex officij. Item debetur ratione conſuetudinis. 18. q. 2. ſeruitium. Item ratione pacti j. eod. quanto. Item ratione priuilegij. & hæ tres ſpecies præſcribi poſſunt.

14 **A quibus** danda † ſit. Ab omnibus ſubiectis, niſi oſtendant ſe exemptos: adeo quod nec per epiſcopum remitti poſſit. j. eodem. cùm uenerabilis. niſi fortè per Papam confirmaretur. ſ. de religio. domi. conſtitutus. & hoc intelligitur de prima procura. ſ. quæ debetur ratione uiſitationis, quæ adeò debita eſt, quòd quamuis nullas expenſas faciat epiſcopus propter uiſitationem, nihilominus eam recipit. & ideo etiam ab eccleſiis Ciuitatem. j. eo. uenerabili. & eſt ratio, qa qui ſeminat ſpiritualia, metere debet carnalia ar. ſ. de ſepult. c. j. xij. q. 2. §. 1. & ſeq. aliud in delegato. ſ. de uita & hone. cler. cùm ab omni. ſed domus, quæ non uiſitatur, eam non debet. j. e. c. ult.

15 **Quibus** † danda eſt. Legatis Apoſtolicæ ſe. & nuncijs. j. eod. cum inſtantia. Item archiepiſcopis per totam prouinciam. j. eodem. ſopitæ. & c. cùm nuper. Item Archidia. & decanis. Archiepiſcopi verò non debent ducere vltra 40. vel 50. equitaturas. epiſcopi 20. vel 30. Card. 25 archidi. 5. aut 7. decanus 2. Sed nec tot in eccleſiis, in quibus pauciores ducere conſueuerunt. infrà eodem. cùm Apoſtolus. Item Abbatibus: nam & tales viſitant: vt not. ſ. de ſtatu monachorum. §. & de viſitatione. & ſi vna eccleſia nõ ſufficit. plures iungantur in vnam. infrà eodem. procura. Et ſi vna grauata ſit tantum. per alias conuicinas releuanda eſt, infrà eodem. cum inſtantia. §. penulti. Debetur autem tantùm ſemel in anno regulariter. vt not. ſuprà, de offic. Archidiaco. mandamus. Sed & ſi neceſſitas exigit, pluries debetur. 18. quęſt. 2. non ſemel viſitandi. vel ſi de conſuetu. vrbis. j. eod. cùm venerabilis. & quæ hic deſunt circa hanc materiam, inuenies pleniſſimè not. ſ. de officio Archidiaco. §. quod ſit eius officium. vt patet ex præmiſſis & ſeq.

16 **Et qualiter** † facienda ſit. Moderatè, vt not. ſ. eod. §. & qualiter. nec enim luxuria cuiuſq; in exemplis ſequenda eſt. ff. de dam. infect. ex damni. ideo prælati debent recipere cum gratiarum actione ea, quæ coram eis deportabuntur: nec debent ducere canes, vel aues. & in ſumma ſic, debent omnia gerere, vt videantur quærere non quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. infrà eodem. cùm Apoſtolus. & capit. procurationes. Sed nec debent eas recipere, niſi perſonaliter accedant ad locum & viſitent: excipitur tamen legatus. j. eod. procurationes. Item epiſcopus poteſt viſitare per alium, ſi non habet de quo ei prouideat, tenentur prouidere ſubdiſti. ſic poteſt intelligi dictũ cap. procurationes. in princip ibi, abſque manifeſta & neceſſaria cauſa. aliàs epiſcopus ei prouidere tenetur. & ſic poteſt intelligi. ſ. de officio ordina. inter cætera. Qui verò eccleſiam in procura. grauauerit, illud reddit eccleſiæ grauatæ: & tantundem de ſuo, vt in fin. capi. procurationes. Si verò in collationibus grauetur eccleſia, in qua debet colligi procuratio legati. 60 ſol. à 6. eccleſiis, qa q̃libet non ſufficit, & recipit à qualibet. 11. ſol. 6 ſol. quos recipit vltra quam deberet, cogitur reddere eccleſiis, & alios 6. pauperibus elargiri. infrà, de immu. eccleſia. quia plerique. Si in exeniis grauet, in quadruplum condemnatur. 18. diſtinct. quoniam quidam. Hodie verò prohibetur archiepiſcopo viſitanti, ne ipſe, vel quiſquam ſuorum aliquod munus, quodcunque ſit, vel qualitercunque offeratur, præſumat recipere, excep. victualibus moderatis. quod qui fecerit, maledictionem incurrit, à qua nunquam, niſi duplum reſtituat, liberatur, & idem eſt in quolibet viſitante: vt in authen. d. n. extrà, eod Romana. § procurationes autem. Sed nunquid hoc pręſumit ſi egeat, vel ſi modicum ſit? Vide ſuper hoc quod not. j. de ſimo. §. qualiter committatur, verſicu. munus. & ſeq. Quid ſi non viſitat? non ligatur. tunc illa conſti. ſicut ex verbis ipſius apertè colligi poteſt. Quid ſi recipiat, & poſtea celebrat, antequam pœnituerit: iudicium ſibi mãducat & bibit, ſicut & in quolibet mortali cõſti. ſ. de cohab. cle. & mulie. c. ſi. ſ. de tempo. ordi. quæſitum. de conſec. diſtin. 2. quotidie. & c. acceſſerunt. & c. pro dilectione. Quæ autem ſit forma viſitandi, not. ſ. de officio ordina. §. quid pertinet. ſub §. ſunt autem quædam. verſic. viſitabit autem epiſcopus. Sed & Archiepiſcopis forma inducitur hodie, vt primò ciuitatem ſuam, ſecundo diœceſim, deinde prouinciam, vel partem ipſius ciuitatis & diœceſis circumeant, ſuffraganeos, & eorum ſubditos, cathedram, & aliarum eccleſiarum capellas, monaſteria, eccleſias, & alia pia loca, clericos, & populos viſitando, liberè receptis ꝓcurationibus, à locis tantũmodo viſitatis: & ſi archiepiſcopus com-

ADDITIO.

a Ex qua cauſa debeatur procuratio. ¶ Adde Frau. Paui. in tractatu de viſitatione. vbi diffusè.

commodè non potest accedere ad vnamquamq; accles. potest
de pluribus locis ad vnum congruum clericos & laicos conuo-
care Ex quo tamen semel exigit vnam diœcesim, nunquam pōt
causâ uisitādi ad ipsam reuerti, quosq; aliæ diœceses suę prouin-
ciæ in totum, uel in partem: si securè potest accedere, & sua de-
nuò fuerint uisitatæ. Sed & ad ipsam, quā exiuit diœcesim, si ma-
gis aliis uisitatione indigeat, ad requisitionem diœcesis reuerti
poterit. uel de omnium, aut maioris partis suffraganeorum suo-
rum consilio & assensu. quòd si malitiosè renuāt, licentia à sede
appel. cum fiducia requiratur. Semel autē sic uisitatione cōple-
ta, potest secunda similis fieri. suffraganeorum prius consilio re-
quisito: & in scriptis redacto diffinitione super hoc habita corā
eis: & nisi alij magis indigeat, in secunda uisitatione illos uisitet
qui in prima non fuerant uisitati. Et in primo uerbo Dei pro-
posito quærat de uita & conuersatione ministrātium: de diuino
cultu, & aliis, quæ ad hoc spectant, offic. de plano nullo sacra-
mento exacto intendens emendationi per salubria monita: nūc
leuia. nunc aspera proferendo. Quòd si quos infamatos inuene
rit, denunciet si sibi uideatur suffraganeo, quòd inquirat noto-
ria crimina: cùm ex hoc de negligentia suffraganeorum liqueat
canonicè puniendo. Excepta procuratione, ipse uel sui, nihil re
cipiant: ut notat. s. eodē. uersic. hodie uerò. Præcipit autem do-
minus noster uniuersis episcopis, aliisq; prælatis, ordinario iure
exceptis, religiosis uisitantibus. ut hanc formam studeant obser
uare: ut omnia hæc leguntur in authen. d. n. extrà eodem Roma
na. hoc autem debent obseruare alij in his casibus, in quibus pos
sunt, & ipsos tangunt, ut argu. s. de statu mona. ca. ulti. ad fi. hoc
enim certum est, quòd illud, quod s. dicitur de consilio uel cō-
sensu suorum suffraganeorum, non potest in episcopis, cùm nec
suffraganeos habent obseruari: sed & si episcopus diœcesim suā
exeat, potest ipsam nihilominus, quando sibi placuerit, ingredi,
17 & non seruato locorum ordine, uisitare. † Sed nunquid legatus
Apost. se. in uisitando hunc ordinem obseruabit? & uidetur qđ
sic. nam & is iure ordinario uisitat, cùm & ipse ordinarius sit: ut
notat s. de offic. lega. in princ. & de offi. ordi. in prin. §. 1. & ij &
hęc constitutio præcipit omnibus ordinariis, exceptis religiosis,
quòd hanc formam seruent: ergo omnes alij includuntur præ-
terquam excepti. arg. ff. de offi. præsi. urbis. l. 1 §. initio epistolæ.
ff. de hæred institu. hoc articulo quisquis s. de maio. & obedi. so
litæ. § penultimo. s. de offi. archipresbyt. c. 2. ut si quis episcopus
defuerit: & his quæ notan. j. de iure patro. § qualiter transfera-
tur. ut uendictioq;. & sequen. Puto quòd non includatur multi-
plici ratione. Prima ratio est: quia uices Papæ gerit. s. de offic.
leg. ca. j. Secunda: quia legatus in officio iurisdictionis maior est
episcopo: ut patet s. de offic deleg. sanè quia. & cap. pastoralis.
& de offic. leg. studuisti. ergo non includitur sub clausula gene-
rali. arg. s de rescrip. sedes Apost. cùm auth. d. n. extrà de sen. ex-
com. quia periculosum. Tertia est, quia eccle. Roma non con-
sueuit contra se priuilegium concedere. j. eo. cum instātia. Ideo
autem religiosi excipiuntur: quia & ipsi formam suam habent
aliam quam sequentur: ut s. de statu monac. in singulis. & c. seq.
& quia ipsi facilius amouentur & puniuntur quam seculares: ut
j de accusa. qualiter. 2. in fi. j. de simonia. per tuas. in fin. j. de ap-
pel. cum speciali. in fine. & c. reprehensibilis. §. fi.

18 **Patet ex supradictis,** q † episcopus uisitat monasteria, & hos-
pitalia secularia, & re giosa: ut patet suprà eod. §. sed & archie-
piscopus. debet tamen cauere ab omni grauamine: & sic proce
dere. quando religiosi postea uisitabunt, aliud inueniant corre-
ctione dignum. non tamen intelligas, quòd ipsi factum episcopi
possint corrigere. arg. s. de maio. & obe. cùm inferior. sed hoc
debent Apostolicæ sedi referre: ut probatur s. de statu mona. in
singulis §. porrò. & §. præceden. & cap. seq. §. quòd si abbas. in-
telligas tu uel Metropol. cui subest episcop⁹: ut no. s. de offi. ord.
pastoralis. & ca. ad reprimendam. uel concilio prouinciali, s. de
præb. graue, Sed & patet, quod si aliqua eccl. pauper sit, possunt
plures simul coniungi: ut sic ad procurationem faciendam suf-
ficiant: ut patet in his, quæ no. s. co. § uersic. & Archiepiscopus.
In fin. & probatur authen. d. n. extrà co. Romana. respon. j. & §. j.
& ad idem s. de præscr. accedentes. ergo non est hoc speciale in
legatis uel nunciis apost. sedis, ut not. s. de off. arch. §. quid sit
19 eius off. uer. sed nunquid plures ecclesias. & se. † Sed nunquid
potest episcopus uisitando capellanum suum, & ecclesias ciuita
tis, procurationes exigere? Non uidetur: quia tunc demùm hoc
potest facere, cùm non per suæ ciuitatis parochias fatigatur: ut
12. q. 2. c. charitatem sed ibi non loquitur de uisitatione ordina
ria: sed subsidiaria, s. quando mortuo episcopo uocatur ad custo
diam alius uicinus episcopus, cui sufficere debet: si habet expen-
sas suas, quas facit extra domum: quinimò uidetur, quod ibi de
beret cōputare ea, quæ domi expenderet, sicut uideo in illo, qui
de mandato principis in aliam prouinciā proficiscitur. in auth.
de man. pri. §. illud. colla. 3. & ut iudices sine quoquo suffra. §.
nulli. col. 2. aliud est ergo in uisitatiōe ordinaria, cui procurat io
est annexa. j. e. cum uenerabilis. & ideo cum episcopus possit ui
sitare prædictas eccle. ut in auth. d. n. extrà eodem Romana. res
pons. j. & §. j. meritò & procurationem potest exigere, ut infrà.
e. uenerabilis. ubi hoc est expressum. nam iustum est, ut qui semi
nat spiritualia, metat & carnalia ad hoc 13. q. 1. §. his ita. & j. de
simonia. cumsit Romana. in quo quidem nec præscriptio, neq;
contraria consuetudo potest obstare. & est ratio, ut plenè not.
s. de offi. Archi. §. quòd sit eius officium. uer. quare aūt. Sed quo
ties potest quis uisitare? dicunt quidam, q singulis annis semel
potest episcopus uisitare, si causa subest. x qu. est. 3. relatum. & c.
cauendum. sed si necessitas non subest, tunc de triennio in trien-
nium. s. de officio archidiaconi. tu dic, q semel tantùm regula-
riter, ut patet in auth. d n extra eod. Romana. §. j & ij. & ut no. s.
20 eod. §. quibus. uer. debetur autem. † Et nunquid episcopus potest
redemptionem procurationis recipere? non, nisi personaliter
uisitet. ut no. s. eo. § uersi. nec debent. & hoc satis apparet ex eo,
quòd procuratio hæc annexa est uisitationi: ut not. s. eod. uersi.
sed nūquid episcopus. unde bene sequitur: quòd unum non pōt
esse sine reliquo. arg. s. de const. translato. suprà de appel inqui-
sitioni. ff. de negotiis gest. eum actum. ff. de mino. etiam si patre,
§. j. multi tamen episcopi, de lana potius curantes, quam de ani-
ma, hoc usurpant etiam sine causa: quamuis ex hac causa hoc ui-
deretur fieri posse: puta quando episcopus non habet sustenta-
tionem aliam, & infirmatur, uel non audet uisitare. argum. infrà
eodem. procurationes. ibi absque manifesta & rationabili causa.
& in auth. d. n. extrà e. Roma. §. deinde liceat ei. ibi, quas securè
uisitare poterit. quia necessitas non habet legem. infrà de obser
ua ieiu. consilium. § fi. infrà de reg. iu. quod non est licitum, nisi
fortè culpa sua in hanc egestatem incidisset, fortè propter dila-
pidationem, cùm talis esset potius puniendus. suprà de officio
delega. uenerabili. j. de accu. cùm dilecti & cap. prælatorum. &
ideo ut talis mēdicaret, publicè interesset. ff depositi bona fides
93. distinct. diaconi. nisi dicatur dignitati parcendum. argu. s. de
renun. ad supplicationem. Item debet fieri procuratio secūdum
quod consuetudo est: si consuetudo non appareat ad consuetu
dines uicinas recurrendum est: infrà eod. super eo. Illud in sum
ma not. quòd quælibet ecclesia potest habere unum mansum
liberum, de aliis autem senioribus debitum seruitium impēdet.
infrà eod. ca. j. & clerici tributa soluere debent. infrà. eod. omnis
anima. 23. q. ulti. conuenior. & cap. tributum. xj. quę. j. si tributū.
Quid enim, quia & filius Dei censum suū soluit. ergo tu tantus?
putas non soluendum xj. quæst. j. magnū. Sed & miserabiles per
sonæ, & pauperes, sicut cęci, in collectis grauandi nō sunt, cùm
ipsis potius prouidendum sit de collectis. infrà eodē. licet. Quid
si ducat equitaturas ultra numerū consuetū? dicunt quidam, nō
procuretur. & ideo excommunicat subditum. tenenda est sen-
tentia. xj. q. iij. c. j. & ij. sed uidetur, quod in nullo teneatur subdi-
tus. argu. ff. de aqua quoti. & æsti l. j. §. Trebatius. nec sententia te
nenda est. j. de excess. præla. cùm ad quorūdam. & capitulo sanè.
nam & prouidendum est, ut tenuis uitæ homines sub prætextu
aduentus officialium, breui supellectili ad eorum usus trāslata,
iniuriis non uexentur: ut ff. de offic. præsid. illicitas § 2. illud aūt
certum est, quòd si iniustè denegetur procuratio, excōmunica-
ri potest denegans. infrà eo. cum instantia. in fi. & c. nuper.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL altaris. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia quando sit consecranda. Et à quo. 2. Et qualiter. 3. Et cuius authoritate. 4.*
5 *Consecratio an sit iteranda. 6.*
7 *Cæmiteria in quibus corpora paganorum vel hæreticorum sepulta sunt, non debent consecrari.*
8 *Mulier prægnans si sepulta est in ecclesia, nunquid potest consecrari ea non abiecta.*
9 *Ecclesia an sit reconcilianda pro furto ibi commisso.*
10 *Altaria quomodo consecrentur.*
11 *Calix & patena cuius materiæ debent esse.*
12 *Missa à quo sit celebranda. Et qualiter. 13. Et quando. 16*
14 *Pransus celebrans an conficiat.*
15 *Clerici peregrini possunt simul dicere omnes horas.*
17 *Corporis Christi tres opiniones recitantur.*
18 *Homines quoties debeant in anno communicare.*
19 *Festiuitates quæ sunt celebrandæ numerantur.*
20 *Chrisma singulis annis conficiendum est, & renouandum, & vetus in ecclesia cremandum.*
21 *Officia diuina qualiter sint celebranda. Et à quibus. 22.*

Quoniam

QVoniam missæ, de quarum celebratione trà ctaturi sumus, celebrari non debent, nisi ecclesi. vel altaribus consecratis: ideo dicamus de consecratione ecclesiæ, vel altaris. Vel sic: Diximus. s. de religio. domi. & capell. mo. & quoniam ipsæ consecrandæ sunt, & altaria earundem, dicamus de consecratione, & de alijs q̃ consecrantur, uel benedicuntur. & de sacramento eucharistiæ, & de celebratione missarum. & de aliis officiis. Sciendum est igitur, quòd in Decretis in tractatu hoc, talis ordo seruatur de ecclesiæ consecratione. Secundò, de sacramento eucharistiæ. Tertiò, de solennitatibus. Quartò, de sacramēto baptismi. Quintò, de confirmatione, & de diuinis officiis, & de ieiuniis, & sic diuiditur in 5. distinctiones: sic & nos eundem ordinem seruemus. Prima distinctione videamus, Quando sit ecclesia consecranda, Et à quo. Et qualiter, Et cuius authoritate, Et an sit iteranda consecratio, Et quando, & qualiter sit reconcilianda. Eadem videamus de consecratione alta. De chrismate verò dicitur j̃ in distinctione iij. in princip. consequenter dicamus de aliis quę benedicuntur. Vocatur autem hic ecclesia Deo dicata domus ad sacramenta, & diuina officia celebranda. de consecratio distinctio. j cap. j.

1 Quando autem † sit ecclesia consecranda. Tam diebus Dominicis[a], quàm priuatis. infrà eodem, cap ij licet ordines diebus Dominicis conferantur tantùm. quod dic ut notat. s. de tempor. ordi. §. quo tempore. & chrisma consecratur certo tempore, ut dicam j̃. eodem titul. distinct. iij.

2 Et à quo. † Et ab episcopo de consecrat distinct. j. nemo. 12. quæstio. 2. bonæ. cuius authoritas hodie sufficit, ut patet in dictis capitulis & j̃. codē. c. ij & iij. nec potest hoc alij delegari: [b] nisi sit episcopus is, cui delegatur etiam reconciliatio, infrà eodem. aqua. & nota. suprà, de officio deleg. §. quæ delegari. versicul. delegantur aliquando. quia ea quæ ordinis sunt, siue dignitatis, minori se delegare non potest episcopus ut ibi dixi.

3 Et qualiter † in ordinario inuenitur. Veruntamen sine missa nō debet consecrari. de Cons. dist. j capi. ij. & cap. de fabrica. in fine. Sed nunquid missa est de substantia[c]. Bazi. dixit, quòd sic. Hugo dicit contra, secundum ipsum, si episcopus consecret, presbyter dicat missam. eccl. consecrata erit: licet aliud sit in ordinibus. 24 distinctio. quorundam. ru dic ut notat. suprà, de sacra vnctione. §. & à quo & qualiter. versicul. sed nunquid missa. ita demùm etiam facienda est consecratio, si eidem de dote prouisum sit. j̃. eod. cùm sicut. & dic, ut not. j̃. de ecclesi. ædi. §. cuius autho. Sed nec per somnia, & quasi inanes reuelationes, nec sine reliquiis sunt altaria erigenda. de conse. dist. 1. placuit vt altaria. & ca. non oportet clericos. quod intelligi potest de altaribus infixis, & ecclesiis, ut bene innuit dicta capit. secus in tabula. de consecr. dist 1. concedimus. sicut multi Metropo. tenent. de consue. quæ à suis suffraganeis est seruanda. de consecr. dist. 1. altaria. alij dicunt idem esse in tabula. & facit pro eis ratio, quæ consueuit dici in missa, Suscipe sancta trinitas. & c. ubi dicitur, & omnium sanctorum, quorum hodie festiuitas celebratur per vniuersum orbem, & quorum nomina & reliquiæ hic habentur: sed quod suprà proxi. verius videtur. Dicunt etiam aliqui doctores sufficere corpus Christi loco reliquiarum: & hoc innuit liber Pontificalis. dominus tamen videtur per me consultus, habito consilio Patriarchæ Constantinopoli. & domini Sabin. quondam Mutinen qui ei assistebant Lugduni, mihi, respondit contrarium, & hoc notatum fuit in Exodo 37. ca. & præceden. ubi præceptum fuit, quòd de lignis Setim, quæ sunt imputribilia, ædificaretur arca Domini. & Salomon fecit altare aureum. altaria verò non sunt consecranda, nisi lapidea de consec. dist. 1. altaria. dicitur autem, quòd Lateranen. ligneum est, secundum Hug.

4 Et cuius authoritate, † Videtur, quòd ecclesia de nouo fundata sine authoritate Papæ, non possit cōsecrari. de conse. dist. 1. c. ij. & seq. vsque ad c. nemo. sed illa cap. non tenent per alia ibi sequentia: quia sufficit authoritas episcopi. ut dixi suprà, §. & à quo. & not. in dist. §. cuius authoritate. j̃. de ecclesiã ædific.

5 Et an sit iteranda consecratio. † Non sicut nec alia sacramenta. quod dic, vt not. s. de sacra. non iteran. §. & quæ sunt iteranda. Antiqui autem doctores assignabant sex casus, in quibus reiteranda erat consecratio. vnde versus:

Ignis, adulterium, constructio, causa remota:
Mors, dubium faciunt iterato templa sacrari.

De consec. dist. 1. solennitates. & c. ecclesiæ, uel altaria. & ca. si motum. & capi. ecclesiis semel & cap. de fabrica. Super hoc ita tenendum est, quòd si solummodo tectum, vel aliqua pars eius combusta est, & remanent parietes integri, non est consecranda eccl. vel altare; nisi remota sit tabula altaris, scilicet superior, quæ appellatur mensa. & dic mota, id est mutata, uel destructa, enormiter. nec enim obstaret, si in exteriori parte sui modicam fracturam passa esset. inf. eodem. ligneis. est ergo necesse, quòd appareat deformitas, quam puto ad arbitrium episcopi redigendam. Sed & sigillum altaris, id est, lapis, cùm quo signantur reliquiæ, quod consueuit apponi in medio tabulæ, & aliquando ponitur retro altare, fractum sit, vel diminutum, altare recōsecrandum est, non tamen ecclesia. inf. eodem, capit. primo. & capi. quod in dubijs. de conse. distinctio. 1. si motum. Alia est ergo consecratio eccl. alia altaris. & ideo vna sine reliqua fieri potest: ut ibi. infra eodem cap. 1.

6 † Si verò ita combusta sit ecclesia, quòd parietes combusti sint, uel diruti omnes, uel maior pars: debet iterum consecrari. de conse. distinctio. j. ecclesiis argum. ff. de contrahend. emp. domum. Idem est, secundum Hugo. si ecclesia tota, uel maior pars simul destructa est, uel diruta: & in eo casu omnis solennitas adhiberi debet. Si verò parietes successiuè reparati sunt, eadem ecclesia intelligitur: & ideo sufficit reconciliatio aquæ exorcizatæ, cum solennitate missæ. eadem distinct. capi. de fabrica. argu. ff. de legat. j. quòd in rerum natura. ff. de iudic. proponebatur. Pro sanguinis verò effusione[d], vel homicidio, uel adulterio, uel pollutione cuiuscunque seminis, quòd intelligas, etiamsi vir ibidem vxorem cognouerit, secundum ea quæ not. infra, de spon. sub rubrica, de matrimoniis. §. quis sit effectus. versicul. sed nunquid peccant coniuges. & sequenti. reconcilianda est ecclesia per aquam cum vino, & cinere, benedictam. inf. eod. proposuisti. de conse. dist. 1. ecclesiis. vnde versus:

Templa reconsecrant dubium, distractio flamma,
Mensa motus aquam spargis, semen facit & mors. Vel sic:
Ecclesiam resecta, si nescis, corruit, ardet.
Semen, sanguis, aqua, vult primum mensa remota. Vel sic:
Templa, cruor, semenque piant, dubium, rogus, atque
Dirutio resecrant: sed mensæ fractio motus.

Et hi vltimi magis placent, & patet expositio per prædicta. Et hoc quod præmissum est de reconciliatione, dicunt quidam verum esse, ita demum, si crimen per famam publicum sit. infrà, de adulteriis. significasti. tutius tamen videtur, etiam si non sit publicum, hoc ideo dico, ut is qui peccauit conteratur, & confundatur. suprà. de præbend cùm secundum. & exemplo terreantur, alij hoc videntes: argument. C. ad l. Iul. repe l. prima. & ut ecclesia magis reuereatur. argum. infra, de custo. eucha. reliqui. sed ita cautè fiat, ne etiam pœnitentiæ signo denudetur. j̃. de pœn. omnis. s. de offic. ord. cap. 1. & idem est in ecclesia non consecrata. sed hoc quàm citò fieri potest, debet consecrari: interim tamen reconciliabitur, ne diuinæ laudis organa diutius suspendantur. infra eodem. cap. vltimo nam & non consecrata his priuilegiis immunitatis gaudet, quibus consecrata: vt de immuni. eccles. & iunge quod not. infra. de pœn. § in quo tenetur. versic. quid si quis tibi confitetur, quòd dormiuit in ecclesia.

7 † Item cœmiteria, in quibus corpora paganorum sepulta sunt, uel hæreticorum non debent consecrari. de consecra. distinct. 1. ecclesiam. & capitul. ecclesiam. Idem est intelligendum de excommunicatis. nam & si ibi corpora excommunicatorum sepulta sunt, reconciliari debent. infra eodem consuluisti: & ossa procul pellenda sunt, si ab ossibus fidelium discerni possint. alioquin si discerni non possunt commodè, melius est ipsa relinqui vna cum ossibus fidelium, quam ossa ipsorum fidelium, vna cum ossibus infidelium exhumari: ut apertè probatur s. de statu mona. super quibusdam. s. de sepultu. sacra. corpora autē sanctorū nemo præsumat transferre, sine authoritate, siue

ADDITIONES.

a Tam diebus dominicis. ¶ Quod ait Hostiensis ecclesiam tam dominicis, quàm priuatis diebus consecrari posse, limitat Marti. noster. eod. tit. in Sum. vt non procedat in plurimis consecrationibus. Nam nec clerici ordinantur, nec virgines, nec episcopi consecrantur, nec chrisma conficitur, nisi certis diebus. extra de temp. ord. sanè. & 20. quæstio. 1. deuotis. & de consecr. distin. iiij. omni tempore. Item episcopus non debet ecclesiam consecrare, nec etiam primum lapidem ponere, nisi prius a fundatore dote constituta & assignata, de consecrat. distinct. 1. nemo. Debet enim dos tanta esse, ut sufficiat ad luminaria & ad vitam ministrorum duorum ad minus. vt de consec. dist. 1. nemo. & 16. quæstio. 1. pia mentis. & de fil. presbyt. proposuit.

b Delegari. ¶ Hostiensis sententia Martino vera visa fuit vsque adeò, vt à simplicibus sacerdotibus ecclesia neque consecrari, neq; reconciliari possit, etiam si episcopus hoc eis committat, extra eo. tit.

c Sed nunquid missa est de substantia. ¶ Adde glo. in c. ij. de consecra. dist. j. & glo. in c. quod sicut. de ele.

d Pro sanguinis verò effusione. ¶ Adde gloss. not. in ista materia. in capit. vnic. eo. tit. lib. 6.

ritate,siue licentia principis, vel episcopi.de ꝯsecra.distinctio.j. corpora. C.de sacrosan.eccle.l.j.ĩ.de venera.sanctorum.cap.ij. idem videtur & de ossibus fidelium.ff.de relig.& sum.fune.ossa. Aliud est ergo in ossibus fidelium, quæ non expelluntur: aliud in ossibus infidelium, quæ expelluntur, vt statim not.& est ratio:quia infideles dum viuunt, ab ecclesia eijciendi sunt.vigesimaprima distinct. cleros. 25. distinction. perlectis.ergo & mortui.quia quibus non communicauimus viuis,nec mortuis.quod dic, vt not.s̃.de sepult.§.quibus interdicatur. versic.in summa.

8 † Quid si mulier prægnans sepulta est in ecclesia, nunquid potest consecrari ea non abiecta? dicit Hugo ꝙ sic: dicit etiam, ꝙ sine incisione poterit sepeliri,quia periculum fœtoris imminere posset,si scinderet.& Ioan.idem dixit.nam & partus pars viscerum est.ff.de ventre inspi.l.j.§.j.& ideo põt cum matre sepeliri. arg.ff.de statu homin.qui in vtero.& Institu.de ingenuis.§ sufficit.& tñ in veritate partus baptizatus non est.de consec. dist.4. si quicquid est in homine. & hoc innuit Hugo verũ esse. etiã si partus viuificatus sit. Nec obest si opponas, ꝙ partus baptizatus non est:sic non videtur sepeliendus, ut patet in his quæ not. s̃.eodem versi.item cœmiteria:quia secundum hoc sequeretur, ꝙ nec mulier prægnans partu viuificato posset intrare ecclesiã, recipere eucharistiam, & quædam alia, quæ paganis denegantur, cum paganum habet in vtero. quod tñ constat falsum esse: ergo sicut in vita admittitur ab ecclesia cum partu in vtero, sic & in morte, arg.s̃.de sepul ex parte.in fine. & hanc opinionem approbauit Goff. Alij dicunt, ꝙ mulier scindi debet: & si partus viuat, baptizetur:si mortuus est, extra cœmiterium sepeliatur:quia talis non debet poni in cœmiterio: ut notat.s̃.eodem versi.item cœmiteria: & talis baptizatus non est.de consec.dist. 4.si quicquid est in homine.& c.si qua mulier prægnans. & duobus capitulis præcedentibus.arg.pro his ff.de euict.si prægnans. & l.vaccæ.ff.de vsufru.si aliena.in fine. Opinio Hugo. scilicet, ꝙ mulier sepeliatur cum partu viuo, non placet mihi:quia posset committi homicidium, imò proculdubio cõmitteretur, si partus viueret, ut patet in his quæ not. ĩ.de homic §. quid sit homicidium. versi. finali & præcedenti. Secunda etiam non videtur approbanda indistinct. quia qua ratione admittitur mulier prægnans ad baptismum, sicut dicunt c.pro ipsis allegat.s̃.eodẽ versi.alij.eadem ratione potest admitti & ad sepulturam, ut sit partus.& si in veritate baptizatus non sit,habeatur tñ pro baptizato,quantum ad hunc articulum pertinet,ne incisio sine vtilitate facta,puta quia constat,ꝙ partus mortuus est,errorem inducat.arg.ff.de rei vend.quæ religiosis.ĩ eodem.quod in dubiis Dicas ergo, ꝙ si pro certo constat mortuum esse partum, non incidetur mulier,sed cum partu sepelietur.& in hoc casu dicas veram esse sententiam Hugo.nec obstant iura, quæ nolunt, ꝙ paganus sepeliatur in cœmiterio:quia ipsa intelligo,qñ paganus separatus ab vtero matris Christianę, uel in vtero matris paganę ibidem sepultus fuit.secus,si in vtero matris Christianę:quia nec tunc commodè discerni posset:& sic non est exhumandus.ut patet in his quæ no. s̃.e.versi.item cœmiteria. Sin aũt certum est,ꝙ partus viuit,uel dubitatur: in hoc casu omnino locum habet secunda opinio.& hoc apertè dixit lex regia.quæ vetat,ꝙ non sepeliatur,antequam excidatur,quam non inueni per aliquem dictorum magistrorũ allegatam.hanc l.inuenies ff. de mortuo inferẽdo.negat regia lex.ad idẽ ff.de pę.prægnãtis.ff.de sta.ho.Imperator.Quid respondebo, si quis me consulat in hoc casu:quęram,est mortuus partus?si dicat ꝙ non:causa pietatis & humanitatis sine metu alicuius irregularitatis possum respondere:pone citò baculum in ore mulieris, & consulas chirurgum peritum. ĩ.de homicidio.tua nos.si verò dicet,ꝙ mortuus est partus,quęram,qualiter es certus?si respondeat, Certus sum:dicere potero,si hoc certum est sepeliri nõ prohibeo: sed nec præcipio:sed tu ẽt caue tibi:quia si partus viuat,tanquam homicida esses puniendus,si eam sepelires,sicut etiam dixit lex regia superius alle.

9 † Sed nunquid pro furto ibi commisso reconcilianda est? ita tenet consuetudo,quæ in talibus obseruanda vr̃.arg. ĩ.tit.j.perniciosus.cum suis concor. & idem vr̃ pro qualibet violentia intra eccle.facta.arg.17 q.4 quisquis. nam pro fornicatione reconcilianda est,ut dixi.& talia fornicationi æquiparantur. ut 17.q.4.sicut ĩ. eod.cle. in hoc tamen casu cùm non sit hoc expressè iure cautum,sufficit ꝙ per presbyterum de mandato episcopi recõcilietur:licet in casibus iure cautis hoc fieri posset.ut not. ĩ.proximo versiculo. debet. In omnibus autem cœmiterium eodem priuilegio gaudet cum eccle. vt 17.q.4.si quis contumax.& cap. seq.& ĩ.eodem consuluisti.& de immu.eccl.cùm ecclesia.& ca. vlt.Debet autem fieri reconcilatio hęc per episcopum, nec decætero hoc potest demandare presbytero: quia nec minori se: sed quod hactenus factum est per dominum Gre. mediocriter toleratur.ĩ eo. aqua. Item in dubio iterum consecranda est ecclesia, sicut dixi de alijs sacramentis.s̃.de sacra. non iteran.§. & quæ sunt iteran.

10 **Altaria** † **non tantùm** vnctione chrismatis,sed ẽt benedictione interueniente,consecrantur: & nõ consecrantur,nisi lapidea.de consc. dist.j.altaria.nec sine reliquijs Sanctorum.e.di.de fabrica.c.placuit.Item est altare portatile, s.modicum: quod tota die portatur de loco ad locum in exercitu, s.& peregrinatione, & talibus. & hoc non reconsecratur, quamuis motum sit, quia tota die mouetur:super tali ritè celebratur, de cons.dist j concedimus.

Possunt etiam simul plures episcopi,& plura altaria in vna & eadem eccle.ab eodem consecrari.ĩ.eod.cùm sis.

Vestimenta vero ecclesiæ, quibus Dño ministratur sacrata & honesta debent esse,& à sacratis hominibus tractari, non ab insacratis.idem dicendum de vasis sacris:nec in alios vsus redigenda sunt: sed potius cremanda,si inutilia sint, uel vetustate consumpta de cõse. dist.1.altaris.in sancta. vestimenta.s̃.de religio. domi.ad hoc.& de rerum permu. mancipia. & iniustum.& de vita & ho.cleri.c. j.de cohabitatione clerico.& mulie.c j.§. vlti.

11 **Calix** † cum patena debet esse de auro, vel argento,uel stagno,non ligneus,uel vitreus.de cons.dist.j.cap.vasa. & c.calix.

Sacrificium altaris fieri debet in puro linteo, & mũdo, ab episcopo consecrato terreno,s. de lino pro creato, & contexto, & sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in syndone linea, & munda sepultum fuit.non ergo in serico panno,vel intincto. & pallæ sunt vestimentą altaris.de consecra.dist.j.altaris.& ca.nemo.de his ĩ de cust.euch.& chrismatis.Hic videndum de celebratione missarum,à quo celebranda sit,& qualiter,& quando.

12 **A quo sit** † celebranda. Debet autem missa celebrari à presbytero ritè ordinato,secundũ traditionẽ ecclesiasticam:quia per alium perfici nõ potest.s̃. de summa trinitate.c.j.§.vna verò est.de consecra.dist.j.c.j & c.sicut.1.q.1.dictum.& sic intellige ĩ.de simoni.tanta §.primo.ubi dicit ꝙ omnis peccator, subaudi de offi potestate, non de merito vitæ,potest cantare missam, si in presbyterum sit promotus: hæc etiam verba aliter exposui ĩ.de simo.§.qua pœna. versic.ipso facto.& debet esse sine mortali: aliàs iudicium sibi manducat & bibit.de cons.dist.ij.timorem. & c. præceden.quia suspensus est quantũ ad se,& quantum ad Deum.s̃.de cohabitatio.cleri. & mulier.c. vlti. Sed & si pollutio nocturna ex superfluitate naturæ vel infirmitate euenerit,hæc nullo modo timenda est:quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, q̃ fecisse.cùm verò ex crapula descendit,id est,ex nimia ingurgitatione ciborũ,qua membrorũ receptacula aggrauantur, si dormientẽ turpi inquinatione concusserit,abstinere debet à perceptione eucharistiæ: multo fortius ab immolatione,sed si turpis concussio nõ interuenit,percipere potest eucharistiam: sed non celebrabit ea die, si alius adsit qui celebrare possit:sed si alius non est, & necessitas diei festiui, uel mortui sepeliendi exigat, poterit ipsemet celebrare.Si verò ex turpi cogitatione præcedenti, quia cõcupiuit s.aliquam mulierem,illusio oriatur,patet animo reatus suus.videt.n. à qua radice inquinatio illa procedit: quia quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens. q. d. grauiter peccauit secundum Goff.vj.dist.testa.de hoc dic ut no.ĩ de adulter.§.vlt.

13 **Et qualiter.** † Ieiuno stomacho. sacerdos enĩ debet esse ieiunus.nã si quis post cibũ vel potũ ẽt minimũ diuina celebrauerit, excõmunicationi subiacebit.7. q.j.nihil.nisi præmissa dormitione: aliàs.n.priuandus est beneficio suo.ĩ.de accu.si constiterit.quod inductũ & dictũ est ob reuerentiã sacramenti.& idẽ est in aliis sacramentis ecclesiasticis. de cons.di.ij.liquido. & di. 5. vt ieiuni.75.di.quod à patribus.s̃. de temp.ord.literas.22.q.5 honest.Ideo dicit tit.j.c.j.ꝙ exeat ieiunus, ut commeantibus & peregrinis possit celebrare. & vr̃, ꝙ si aliquam speciem comedit,uel electuarium, non sit ieiunus.secus, si receperit medicinam nam hoc non impedit missam, sm Io.quod sic potest probari Qui penum legat, vr̃ legasse ea quæ esus,& potus nomine continentur.ff.de pen leg. l.ij.sed hoc nomine medicamenta non continentur, licet species contineantur.ff.de pen.leg.non omne.Dicas,ꝙ si medicinã reciperet,non diceretur ieiunus,quantũ ad hoc, de quo hic quæritur.ar.in d.c. nihil.& ĩ.tit.i.cùm Marthæ.§. quæsiuisti.& in aliis iuribus superius allegatis maximè quia periculosius esset post medicinam q̃ post aliam delectabilẽ comestionẽ nam medicina cõsueuit esse abominabilis,& ad vomitum attrahere.ad hoc de cons.dis.i. calix.aliàs incipit, & calix. Sed quid si sacerdos in mane abluendo os glutiat aliquã stillam aquæ nunquid impedit missã? Non puto,nisi ex proposito fiat.ar.23.q.5 de occidendis.15.q 6.ca.j. talia enim contemni possunt.ff de ventre inspi .l.j §. sinaũt ex proposito accidat potus, etiam minimus celebrationẽ impediret,ut 7.q.1.nihil.Quòd si prę nimia siti bibat,videtur excusari, ar.ĩ.de

ar.j̃.de reg.quod non est licitum.sed non puto, ꝙ nõ debeat celebrare, & si aquã bibit.nam ſm Io. Annicium, aqua potus est, nisi postea dormierit, vel quieuerit, ſm quod no. j̃.e.ver.ſe.Debet autem dormire tanto temporis spacio, quãtum est à prima vsq; ad sextam, siue quantũ a tertia vsq; ad vesperam: quia si in hora prima sacerdos celebrauerit, nõ debet sumere cibum vsq; ad vi. si in tertia usq; ad vesperã, ne cũ cibo eucharistiã immiscere videatur.de cons.dist.2.trib.Sed illud consilium est, non præceptũ: & etiam hodie de consuetudine non seruatur: imò statim missa celebrata, quotidiè cibũ sumunt: & puto, ꝙ sufficiat celebrare volenti cibo sumpto, si dormierit, vel quieuerit sine dormitione tanto tempore, ꝙ cibus potuerit esse digestus.ar in d.decr. si cõ-
14 stiterit.† Sed nunquid pransus celebrans conficit? Sic. sed grauiter peccat.quod dic vt not.s̃.de sacra vnctione.§. à quo & qualiter.ver. sed nunquid ieiuniũ. Debet aũt dicere subdia. & vr̃ ꝙ
a quilibet clericus [a] teneatur ad hoc.92.dist.c.vlt.& superiores horas suas canonicas indeclinabiliter, id est, nõ reciprocando ordinem: non ponat currũ ante boues, s.ꝙ primo dicat tertiã, q̃ primam: sic intelligas s̃.de offi.archipresbyteri c.2. non tñ debet dicere missam anteq̃ dixerit matutinũ. ad quod iuxta verbũ Psal. Media nocte surgebã. j̃.de celebra.missa.c.j.in fi.non ergo ad cõcentũ auium nec est ꝯfabulandũ intra chorũ, & sunt dicendæ ipsæ horæ honesto modo, & integraliter, nõ continuata syncopa. j̃.de celeb.mis.dolentes.aliqui libri habent, ibi titu. de suffragio. Nec solus potest missam, nec etiã alia diuina officia celebrare: ergo nec potest horas canonicas solus dicere: vt s̃.de vita & hone. cler.vt quisquis presbyter.& de filiis presbyter. proposuit ad fi. 8.q.j.illud.81.distin.in omnib.& de hoc not.j̃.e.dist.5.§ & à qb. præce. Sufficit autem sacerdoti vnam missam celebrare in die. nam valde fœlix est, qui vnam celebrare potest dignè. excipitur dies natalis Domini. vnde versus:

Tres in tali missæ debent celebrari.
Quarum prima sacramenta Christi signat genituram.
Altera venturi designat gaudia Christi.
Tertia iam natum quod lex sacra fortè figurat.

Item excipitur necessitas subaudi vel utilitas: qua exigente potest plures missas celebrare. puta, Propter defunctos, Propter peregrinos, Propter hospites, Propter ꝯmeãtes, Propter infirmos Item si propter raritatem clericorum, vel paupertatem ecclesię. duæ eccles. commendentur vni ad hoc j̃.de celeb. missarum.cõsuluisti.& c.cùm creatura.& c.te referente.de cons.di.2. sufficit. vj.di.testam.21.di.c.j.in fi.& c.qui plures.x.q.3.vnio.j̃.ti.j.c.j.&
15 2.Et no.† ꝙ clerici peregrini possunt simul dicere omnes horas s.primam, tertiam, sextã, nonam, vesperam, & postea facere iter suũ.quod de curialibus exaudiri potest.j̃.ti.j.c.j.Nec tamẽ diurnæ missæ & ordinariæ pro peculiaribus, id est, specialibus & extraordinarijs dimitti debent: quia omnes clebrantur pro salute viuorum, & etiã defunctorum.j̃.tit.j.c.2. ideo nullus presbyter debet eas dicere in publico hoc modo: quia propter ipsas peculiares publicæ quę audiri debent, ab omnibus admittatur.de cõsecra.dis.j.& hoc attendendũ est.nam ſm ꝯtinentiã dierum missarũ sunt solemnia celebranda.j̃.tit.j.§. cum creatura. Item pro pecunia, vel adulationibus laicorũ, nunquã celebrandũ est: aliàs mortale peccatũ ꝯmittitur, & simoniacũ est.j̃.de simo. sicut in eccle.corpore.& c.nullus.& c.ad Apostolicam & de cons. dis j.
b sufficit.potest tñ sacerdos locare operas suas [b], vt puto arg ff.loca.& ꝯdu.quia operas s̃.de præbendis.significatum.12.q.2.charitatẽ.& no.j̃.de simo.§ qualiter.versi.in casib.& seq.Et quoties in die celebrat, toties corpus & sanguinẽ Christi accipiat.de ꝯs. dis.2 comperimus.& c. tribus. & in vltima vice põt perfusionẽ recipere: non in prima quia tunc non esset ieiunus propter vinũ receptum: & ideo missam aliam impediret.j̃.ti. j. ex parte. Nam vinum quod super funditur, licet sanguini misceatur, non tñ efficitur sanguis: sed accidentibus prioris vini commixtũ corpori, quod sub eis latet, vndique circunfunditur madidans circunfusum: ipsa tñ accidentia vinum appositum videntur efficere: quia si qua fuerit apposita, vini saporem assumit: contingit ergo accidentia mutare subiectum: & subiectum accidẽtia: quia cedit natura miraculo, & virtus.s̃.de consuetu.operatur.j̃.ti.j.cum Mar-
c thæ.§.quæsiuisti [c].

16 Et quando. † Ante horã tertiam nõ est missa publicè celebrãda di.j.nocte.& c.& hoc. Sed cõmunib.dieb.potest celebrari in prima parte diei.ead.di.necesse. & §. prima parte.s̃.de off.archipresb c.j.& 2.44.di.non liceat.In 40.4.temporibus, & vigiliis sanctorum, in hora nona. de conse. dist.j.solent in sabbato sancto, & in sabbatis 4. temporum, circa noctis tenebras initium.75.dist. ꝙ à patrib.& c.ordinationibus. & 76 dist.c.vltimò de consec dist j § j.ieiuniis.Nullus autẽ presbyter missam celebret, nisi duobus præsentib.qui sibi respõdeãt de consec.dist.prima.hoc quoq; statutũ. Sed credo, ꝙ vnus sufficiat.arg.j̃.de verborum sign.quęsiuit.respon. j. & patet in his quæ notan.s̃.eodem.§.ver.prox.nec solus. sed & ſm Goffr.si sacerdos solus est in ecclesia, non celebrabit ante tertiam.j̃.tit. j.c. j.44.dis.non licet In conuentualib.autem eccl.siue collegiatis, & si missa cãtetur prima hora diei, ut dictum est, nihilominus & in tertia ibidem est celebranda.de consec.dist. j. nocte. nam quod ibi dicitur, ꝙ ante horam tertiam missæ minimè celebrentur, intelligẽdũ est de solennib In die autem Dominico quilibet debet audire missam totã dist.j.missas.Item pro defunctis dieb.festiuis celebrandum est, j̃.tit.j.cum creatura.de cons.dist.2 visum Et intelligitur missa completa, qñ episcopus, vel ipso absente, presbyter, benedictionem dedit.de consecrat.dist. 1. cùm ad celebrandas. Quicunque verò presbytero verbum faciente auditorium egressus fuerit, excommunicetur.eadem distin.omnes fideles.& cap sequen. Et qui die solenni, prætermisso ecclesiæ conuentu, ad spectaculum vadit, excommunicetur.cap.qui.In sacramento altaris nihil aliud offeratur, nisi panis & vinum aqua mixtũ vinum, scilicet de vuis & panis de frumento.de conse.distin.2.in sacramento. Sed si necesse fit, botrus exprimi potest in calice: & illud vinum consecrabitur.de consecrat. distinct. 2. cùm omne. Nec est celebrandum in pane fermẽtato & schypho ligneo, nec sine igne & aqua.j̃.eodem.tit.cap.j. Quid si conficiat quis de fermento? nihil aget, secundum Hugonem.de consec. distinct. 2.in sacramento.iuxta illud, Non in fermento veteri, sed in azymis synceritatis & veritatis.Gręci tamen tenent contrarium: sed debent sequi consuetudinem Romanæ ecclesiæ, alioquin de ouili non erunt.j̃.de baptismo.licet Grecos.§.fi.s̃.de maiori. & obe. solitæ.§.penult.& hoc in sacramentis ecclesiasticis præcipuè est cauendum.j̃.de hære.ad abolendam.respon.1.Quid si quis conficiat de pane Iolii? videtur quòd verum sit sacramentum: nam sicut dicunt agricultores experti, de frumento nascitur Iollum, & econtrà, vt innuitur.56.dist. nasci. ergo prope eadẽ visa est.ff. de contrahenda emptione. in venditionibus. ante finem. per quam dicas, quòd nec de Iolio, nec de aceto cõfici potest. Quid si piper, vel alia species, misceatur cum pane? solum id quod frumentum est transsubstantiatur, secundum Hugon.Quid si panis sit ex fermẽtato & azymo simul iuncto? nihil agitur, secundum Goffred.

ADDITIONES.

a Quilibet clericus.¶ Adde Doct.in c.j.e.tit.& in c.j.e.tit.lib.6.& per Doct. in cle.dolentes.eo.tit.

b Sacerdos locare operas suas.¶ Adde gl.& Doct.in c.significatum.de pręb. gl.in c.vnic.de cleric.non resid.lib.6.Inn.in c.3. ne prælat.vi.suas.

c Non incongruè hoc loco interiecta fuisset rubricella hæc, in quibus casib. debeat ecclesia consecrari, quam ex Martino vbi s̃.huc transtulimus. Qua in re ita ab eo scriptum est: Consecrari debet ecclesia sex casibus, secundũ quosdam, Primus, cum dubitetur, an sit consecrata, vt de cons.dist.j. ecclesiæ. Secundus, cùm mouetur altare maius. Tertius cum ecclesia est exusta. Quartus, cum parietes sunt funditus de nouo reparati. Quintus, propter adulterium Sextus, propter homicidium, de cons.dist.j.c. si motum & c.fabrica. Quod autem dictum est ecclesiam propter homicidium reconciliari debere, intelligas quando homicidium fit per sanguinis effusionem factam per contentionem: quod tamen accipiendum puto de enormi sanguinis effusione, non de modica & leui, ut si fortè dum contendit cum aliquo in ecclesia, facto in eum impetu, offendat nares eius, vel vngue aliquantulum excoriet eum, & inde aliquantulum sanguinis effluat, maximè si ille, qui hoc facit, non habeat propositum effundendi sanguinem. Quod si lapide, vel ligno cadente de ecclesia aliquis occidatur, aut si quis furiosus ibi se præsentauerit, aut ictu proprio ibidem occisus fuerit, dicendum est ecclesiam non debere reconsecrari. vt de conse.dist.j.ecclesiis, ex quo sanguis non est effusus per contentionem. Loquitur tamen ibi de consecratione, non de reconciliatione, nisi nomine consecrationem intelligas. Dicit enim ibi tex.quod si in ecclesia lethaliter vulneretur quis, & postea moriatur alibi, vel in domo sua: ibi dicitur mortuus, vbi causam mortis accepit. Contrarium intellige in contrario casu. Vnde si aliquis extra ecclesiam lethaliter vulneretur, & effugiens ad ecclesiam ibi moriatur: non reputabitur ecclesia violata homicidio Sicut, si aliquis lethaliter vulnerauerit seruum, qui tempore mortis liber factus fuerat, non punietur occisor, tanquam de liberto occiso, sed tãquam de seruo. Quid si in ecclesia occidatur martyr? Respond.non propter hoc reconcilianda est ecclesia: quia eiusmodi sanguinis effusio ecclesiam non polluit, sed potius consecrauit. Pro adulterio debet ecclesia reconciliari, sed & ob fornicationem ibi commissam.d.c.ecclesiis. & de consecrat. eccle.cap.fin. Alia autem est hodie consecratio ecclesiæ, & alia altaris. Si enim altare moueatur vel enormiter frangatur, seu diminuatur, consecratur altare non ecclesia. Si verò destruatur ecclesia, non altare, consecranda est ecclesia, sed non altare, de consecr.eccles. c.j. Quod verò s̃. dictum est, ecclesiam dirutam, vel exustam iterum consecrari debere: intelligendum est, quando parietes sunt omnino destructi, vel maior pars ipsorum, aliàs secus, ut ff.de contrah.empt.l.domum. Similiter intelligit hoc H.cum parietes simul destructi sunt, non successiuè. Nã si successiuè destructi sunt, & reparati, eadẽ ecclesia intelligitur esse, & per consequens non intelligitur esse reconsecranda, secundum H.ff.de leg. j.l. ꝙ iterum.& ff.de iud.l.proponebatur.

Goffre. in calice miſcendum eſt vinum cum aqua. de conſecra.
diſt. 2. ca. j. & 2. & eſt tamen ponendum in calice magis de vino,
quàm de aqua. j. ti. j. pernicioſus. ꝙ aliqui de facili amplectētur:
ut patet s. de vita & honeſt. cleri. à crapula. Et quare in ꝯſecra-
tione euchariſtiæ electus eſt ſanguis ex humorib. aqua ex elemē
tis: Redditur una ratio. de conſe. diſt. 2. cùm omne. ſed & alia red
ditur ratio. j. tit. j. in quadā. hoc ēt ex conſuetudine eccle. inole-
uit. quę in talibus eſt ſeruanda. ut innuitur j. tit. j. pernicioſus. 11.
diſt. eccleſiaſticarum. & in baptiſmo. de cōſ. diſt. 4. de trinitate. in
diuinis officiis. de conſ. diſt. 2. inſtitutio. 12. diſtinct c. fi. & not. j.
e in d eb. autem profeſtis, & ſi vinum vel aqua deficiat, non eſt
verum ſacramentum. de conſecrat. diſtin. 2. cum omne ante fin.
& c. præcedenti. Sed & propter peccati conſcientiam remordē
tem non debet ſacerdos decipere populum, vel potius ſeipſum
fingendo ſe conficere, & ſumere corpus Chriſti: tacens verba
canonis, & ſumens panem, de quo conficienda erat euchariſtia
17 & vinum purum. j. tit. j. de homine. † De corpore autem Chriſti
tres ſunt opiniones. Vna dicit, ꝙ illa ſubſtantia, quæ prius fuit
panis & vinum poſtea fit corpus & ſanguis. de conſ. diſt. 2. panis
eſt in altari. & c. quia corpus. Secunda aſſerit, quòd remanet ibi
ſubſtantia panis & vini, & in eodē loco, & ſub eadem ſpecie eſt
corpus & ſanguis Chriſti. ar. de cōſ. di. 2. ego. Tertia dicit, quòd
ſubſtantia panis & vini deſinit ibi eſſe: tranſubſtantiatur enim
in corpus, & ſanguinem, & tātum accidentia ipſorum ibi rema
nent. ſ. ſapor & color, & pondus. & ſub illis ſpeciebus, id eſt, ac-
cidentibus, eſt corpus Chriſti. j. ti. j. cùm Marthæ. §. quæſiuiſti. &
hanc tertiam videtur comprobare Conciliū generale. s. de ſum-
ma trinit. c. i. §. vna eſt. & Inno. III. j. tit. j. cùm Marthæ §. verū in
ter opiniones. Quælibet autem iſtarum fatetur verū corpus eſ-
ſe in altari. Sed eſt alia quarta peſſima opinio, quæ aſtruere niti-
tur, nō eſſe in altari corporis & ſanguinis veritatem, ſed imagi-
nē tantum, & ſpeciem, & figuram. & hęc reprobat j. ti. j. cū Mar
thæ. §. ex eo. Verum in hoc ſacramēto ſunt tria ſubtiliter diſcer
nenda. Primum eſt forma uiſibilis: Secundum eſt veritas corpo
ris. Tertium eſt virtus ſpiritualis. Forma autem viſibilis eſt panis
& vini. Veritas carnis & ſanguinis Chriſti. Virtus, vnitatis & cha
ritatis. Sed primum, ſ. forma viſibilis non eſt res, ſed eſt ſacramē-
tum geminæ rei, ſ. veritatis corporis Chriſti, & virtutis vnitatis
& charitatis. & iſta eſt ſignans tantum. At ſecundum ſci. veritas
eſt ſacramētum virtutis vnitatis: & eſt res viſibilis, ſ. panis & vi
ni: & ſic eſt ſignans, & ſignatum. Verùm tertium, ſ. virtus vnita-
tis, non eſt ſacramentum ſed res tantùm, ſ. duorum ſacramento-
rum præcedentium, ſ. forma panis, vini, & veritatis corporis &
ſanguinis Chriſti: & ſic eſt ſignatum, & non ſignans: vt j. tit. j. cū
Marthæ. § diſtinguendum tamen eſt ſubtiliter. Sed nunquid cū
corpore eſt ſanguis ſic: quod dic vt nota. j. de baptiſmo. §. quæ
ſit eius forma. verſ. quid ſi in prolatione. & verſ. ſeq. Nullus epi-
ſcopus prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei: ſi-
ue gentilem ſiue hæreticum, ſiue Iudæū, vſq; ad miſſas catechu
menorum, id eſt, vſq; ad ſecretam. 35. q. 3. de his. de conſe. diſt. j.
epiſcopus. ſed contra 25. diſt. c. j. circa princi. 24. q. 3. cleric. j. q. j.
non liceat. Dicunt quidam, quòd ille canon, epiſcopus non te-
net: uel dic, quod illud verbum, quod ponitur ibi, ſcilicet audire
verbum Dei, ponitur pro prædicatione. nam bene poteſt præla-
tus conuocare in eccleſia excommunicatos, ut audiant prædica
tionem: qua audita, ſtatim exeant. j. de ſententia excom. Reſpō.
Nouem autem prefationes antiquitus fuerunt inuentæ. Prima
in Paſchate. Secunda in Aſcentione. Tertia in Pentecoſte. Quar
ta in natali Domini. Quinta in Apparitione. Sexta in feſto Apo
ſtolorum. Septima de ſancta Trinitate. Octaua de cruce. Nona
de ieiunio in Quadrageſimali tempore tantum dicēda. de conſ.
diſt. 1. inuenimus. His nouem addita eſt poſtea decima de glo-
rioſa & beata Maria virgine, domina noſtra, matre Domini no
ſtri Ieſu Chriſti, 70. diſt. ſanctorum. in fine. Sed & in canone quę
dam ſunt addita, quæ in text. Euangelij non continentur: ſed ea
credimus ab Apoſtolis & ſanctis Patribus fuiſſe adiecta. j. titu. j.
cùm Marthæ. reſpon. j. & 11. diſt. eccleſiaſticis. In diebus autē ꝓ-
feſtis, id eſt, in quibus fiunt commemorationes Sanctorum lo-
co feſtiuitatis, ut dieb. ſabbati de beata Maria virgine, licet pro-
pria præfatio decantetur: ſymbolum tamen, id eſt, Credo in v-
num Deum: & hymnus angelicus, id eſt, Gloria in excelſis Deo
&, Te Deum laudamus, regularius dimittitur, quàm dicatur, vt
inter verum feſtum & profeſtum poſſit differentia denotari. j.
ti. j. conſilium. In talibus tamen nec deuotam conſuetudinem re-
probamus. 12. diſt. illa. & not. s. c. uerſic. in calice. ad idem eſt 77.
18 diſt. vtinam omni tempore. s. de ſepul. certificari. † Ter in anno
homines communicare debent, niſi pro grauibus criminibus im
pediantur, ſ. in Paſcha, Pentecoſte, & natali Domini. de conſe.
diſt. 2. c. & ſi non frequentius in cœna, uel ſaltem in Paſcha, niſi
de conſilio proprij ſacerdotis aliquis abſtineat propter crimen.
ut not. s. & not. j. de pœni. & re. omnis. aliàs viuens ab ingreſſu
eccleſiæ abſtineat, & moriens Chriſtiana careat ſepultura, ut ibi

Sed Auguſtinus dicit: Quotidie euchariſtiæ communionem ac-
cipere nec laudo, nec uitupero: omnibus tamen diebus Domini
cis communicandum hortor: ſi tamen mens in affectu peccandi
eſt, grauari poſſe magis dico illum, quā purificari. & ideo quam-
uis quis peccato mordeatur, tamē ſi de commiſſo dolens peccā
di de cęterò non habeat uoluntatem, confidēs de miſericordia
Domini, intrepidus & ſecurus ad euchariſtiam accedat. de conſ.
diſtinct. 2. quotidie. ſed hoc de illo dico quem mortalia peccata
non grauant, ut ibi. Item Ambroſius in ſeq. c. Si quotieſcunque
effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effundi
tur, debeo ſemper cōmunicare, quia ſemper pecco. Sed qui non
communicauerit, ſaltē ſemel in anno in Paſcha, ſicut dixi, catho
licus non creditur, nec inter catholicos habeatur. de conſ. diſt. 2.
ſeculares quod intellige ex contemptu poſt monitionem, ut ibi-
dem, & ſeq. cap. Si per negligentiam aliquid de ſanguine ſtilla-
uerit in tabulam, lambetur lingua, & tabula radetur: ſi in terrā lo
cus radetur, & igne conſumetur, & cinis intra altare condetur,
& ſacerdos 40. diebus pœniteat. ſi ſuper altare ſtillauerit calix,
ſorbeat miniſter ſtillā, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteū
altaris, & ad ſecundum linteum peruenit, 4. diebus pœniteat: ſi
vſq; ad tertium, 9. diebus: ſi vſque ad quartum, 20. diebus. & lin
teamina quæ tetigerint ſtillam, tribus uicibus miniſter abluat,
calice ſubterpoſito, in quo recipiatur aqua ablutionis, & iuxta
altare recondatur. de conſ. diſt. 2. ſi per negligentiā. Hoſtia quā
vides ante conſecrationem panis, eſt in conſecratione de pane
fit caro, & remanet ibi tantum ſpecies, ſiue forma panis: & ſub
illa forma comeditur. de conſ. diſ. 3. hoc eſt. & c. panis. ca de hac.
Chori angelorū adſunt in ipſa hora immolationis: & in momē
to rapitur in cœlo miniſterio angelorū ꝯſociandū corpori Chri
ſti, & ante oculos ſacerdotis in altari uidetur: ut dicit Gra. de cō-
ſec. diſt. 2. quid ſi ſanguis agni. & licet diuidatur in tres partes, in
ſingulis portionibus totum corpus Chriſti eſt, ſicut in manna, ꝙ
in eius figura proceſſit. de quo dicitur, ꝙ qui plus colligebat, nō
amplius habuit, q̄ ille qui minus parauerat. diſt. 2. & ſinguli. & c.
vbi pars. crede enim tantū & manducaſti, ſ̄m Auguſt. diſt. 2. ut
19 quid paras & c. reddere. & accedat. j. c. 1. cum Marthæ. † In c. 1.
huius diſ. tertiò dicitur, quæ feſtiuitates ſint celebrandæ: ſunt au
tē hę, ſ. dies natalis Domini, S Stephani, S. Ioannis Euangeliſtæ,
Innocentium. S. Syluestri. Octauæ Domini Epiphaniæ, Purifi-
cationis Mariæ, ſanctum Paſcha, cum tota hebdomada ſua Ro
gationes tribus diebus, Aſcenſio Domini, ſancti dies Penteco-
ſtes. S Ioan. Baptiſtæ, Duodecim Apoſtolorū, & maximè ſancto
rum Petri & Pauli, qui mūdum ſua prædicatione illuminauerūt
S. Laurētii, Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, Natiuitatis ſan-
ctæ Mariæ, Dedicationis S Michaelis, Dedicatio cuiuſcunq; ora
torii, & omnium ſanctorū, Et S. Martini. & illæ feſtiuitates, quas
ſinguli epiſcopi per ſuas diœceſes, uel presbyteri celebrādas in-
dixerint, quæ non ligant generaliter omnes, ſed circūmorantes
tantùm ad alias ferias non ſunt cogendi homines: nec à labore
prohibendi Indictum tamen ieiunium quādo denunciatum fue
rit, ab omnibus obſeruetur: ſuper quo uide quod no. s. de paro-
chiis. §. quis intelligatur parochianus. uerſ. quid de ſcholarib. &
ſeq. & j. de obſer. ieiu. in § quando ieiunandum ſit. & §. ſeq. His
feſtiuitatibus adduntur per do Gra. ſeptē. dies præcedentes Pen
tecoſtes, Paſcha, & omnes feſtiuitates Virginis glorioſæ & ſan-
cti dies Pentecoſtes intelligūtur ipſa feſtiuitas cum duobus die-
bus ſequentibus. s. de feriis. c. ulti. Sed reperio, ꝙ à quinquageſi-
ma uſq; poſt octauas Paſchæ, & ſeptē diebus feſtū. S. Ioan. Bapti-
ſtæ præcedentibus, non debet iudiciaria poteſtas aliquē ad pla-
citum bannire, id eſt, coram ſe ſub pœna bāni uocare. ut 15. q. 4.
placita. tempore etiam quadrageſimæ non eſt criminale iudiciū
exercendum. C. de feriis. 40. alibi excipitur ſeptuageſima. ut 22.
q. 2. decreuit. Sed dic illa iura omnia per contrariam cōſuetudi-
nem inumbrata: quia nec quantum ad hoc, à Romana curia cō-
probātur, ſecundum Ioan. quod dic ut not. s. de feriis. §. qualiter
20 diſtinguātur. & §. an feriis. 2. † Chriſma ſingulis annis [a] conficiē
a dum eſt, & renouandum, & uetus in eccleſia cremandum. diſt. 4.
literis. conficiendum eſt autem ab epiſcopo, non ab alio ſacer-
dote. de conſ. diſtin. 3. omni tempore, id eſt, omni anno. 21. q. 6.
presbyter. & ad accipiēdum chriſma diaconus uel ſubdiaconus
à ſingulis parochialibus eccleſiis mittendus eſt: ut in illo c. omni.
ideo tenetur epiſcop9 in cœna Domini chriſma celebrare in ec-
cleſia cathedrali. j. c. te referente. & quolibet die Dominico di-
uinis intereſſe in eadem eccleſia. quod in utroque caſu intelli-
gas: niſi iuſta cauſa impediat. de conſ. diſt. 3. epiſcopus. 7. q. 1. tem
poris. ad finem. & iunge quod not. s. de iureiur. §. quot ſpecies.
& de cler. non reſid. §. quis clericus. pe. 1. & iunge quod no. j. co.
diſtin. 5.

ADDITIO.

a Chriſma ſingulis annis. ¶ Adde text. in c. omni tempore. de conſ. diſt. 4. &
in c. referente. de celeb. miſ.

dist. 5.§ & a quibus:ver.episcopus.& seq.In hac dist 4. tractatur de baptismo dic.ut j. de Baptismo. in sum. & notatur ꝙ manus impositio solemnis habet fieri tantum per summos pontifices, id est,episcopos tantum. vnde nec simplex sacerdos confirmare potest.de cons.dist.4.manus.& c.nouissimè.& s.de consue.quā to.& de sacra vnctione.c.vnico.§ baptismum. nisi Papa hoc alicui concesserit per priuilegium speciale.95.distin.peruenit alius enim hoc committere non potest: sed ipse tamen, cuius dissimulatio dispensationem inducit. j.e.aqua.Exorcista tamen manus imponere potest super energumenos,id est,à dæmonibus obsessos,vel oppressos.ead.dist.omni die.vel 5.distin.nam secundum quosdam incipit 5.dist.in illo capi.omnes fideles.sed secundum alios in illo cap.conuenit de ordinatione clericorum,& officiis eorundē.no.s. in suis tract.& de his multa inuenies. 21. & 22.& 23.distin.per totum.

In hac dis.quinta tractatur de diuinis officiis, qualiter sint celebranda diuina officia,& à quibus.

21 Qualiter sint † celebranda diuina officia. Et quidē sunt celebrandæ festiuitates à vespera in vesperā & ſm consue.regionis laudabilem.ſm quod festū requiri debet citius incipi officium, & tardius terminari festum Trinitatis,ab aliquib.in octaua Pentecostes,ab aliquib.in prima Dominica ante aduētum celebratur:sed eccle.Ro. non celebrat specialiter:qa tota die dicit,Gloria patri, &c.& multa alia ad laudem pertinentia Trinitatis.s.de fer.c.j.& 2.Et sciendū, ꝙ die & nocte canendū est,ꝙ nō tm̄ voce,sed corde deuotè & honestè. melior enim est paucorū psalmorū decātatio cū cordis puritate ac serenitate, ac spirituali hilaritate, q̄ psalmorū modulatio cū anxietate.de cons.dist. 5. non mediocriter. & est sequenda consuetudo Metropol.eccle.à suffraganeis. 12. dist. de his. de cons. dist. 2.in omnib.& c.institutio.& dist. 5 conuenit. & not. ꝙ non sufficit dicere tres psalmos tempore Paschali, ſm morem Ro. vt de cons.dist. 5.in die Resurrexionis.nec minus clamando seu vociferando est psallendum.91.dist.per totum.92.dist.c.j.& no. s.ead.dist.2.§ qualiter.ver.debet autem dicere.& seq.

22 Et à quibus † Et quidem quilibet clericus seruitio ecclesiæ deputatus ad hoc tenet, maximè si in sacris sit:quia & minores si ecclesiasticis stipendijs sustentētur ar.s.de præb.cùm ſm.& c.extirpandæ. & de clericis coniug. diuersis fallaciis.& de postulando.c.j.j.tit.j. dolentes & de his q̄ no.s.de postul.§.quid pertinet.uer.item ad officium suum pertinet stare.vnde si quotidianis horis & canonicis, quæ septē sunt nō intersit nulla iusta causa impeditus,post admonitionem episcopi priuari potest beneficio, & excommunicari,uel etiam deponi 91.dist.c.j.& 2.92.distin.c.ulti.& c.si quis presbyter.maximè si hoc fecerit solennibus diebus.7.q.j.si quis in clero. & c.illud & cap. si quis in clero.intelligitur ſm alia capitula. & iunge quod not s.eodem.dist.2 §.qualiter.uersi.debet autem. & s. de cler.resid.§.quis clericus. Quid de his qui in scholis sunt, [a] nunquid excusantur? Dixerūt aliqui, quòd si promoti sunt ad titulū ecclesiæ,tunc tenentur: vt 92. distinct. si quis presbyter. si verò ad titulum suæ portionis,uel patrimonij,non tenētur.s.de præbend. episcopus Dic secundum Goffre. quòd omnes tenentur, etiamsi ab ecclesia tenuem habent sustentationem, & sibi imputent,quod semel ꝯsenserunt.ar.32.q.5 horrendus.nā sicut vir tenetur ministrare necessaria vxori etiamsi debitum reddere nō possit. 32.q.7 quod ꝓposuisti sic & talis clericus, q̄uis à sponsa sua spirituali debitum sustentationis nō percipiat, tenetur eam officiare:& dicat cū Apostolo,scio satiari,& esurire, abundare, & penuriā pati,& omnia possum in eo qui me ꝯfortat.12.dist qđ dicit Dn̄s.& manus suæ ei ministran.22.q.j clericus.in fi. 91.dis. clericus victū.idē si à principio fuerit ecclesia opulēta:nec facta est tenuis,in vtroq; tm̄ casu debet ei ep̄s, vel per vnionē alterius ecclesiæ,vel alio modo subuenire.x.q.3 vnio. & sic intellige 16. q.16.ep̄s.de cons.dis j.oēs.sic tenetur intitulatus ecclesię seruire. Et ep̄s ad minus dieb.Dominicis ad hoc tenetur.quod dic vt no. s.ead.dis.2.in fi.ver.chrisma.sed ex hoc fortè ꝓcessit, quod dn̄s Ioannes Archiepiscopus vj ante tunc Apostolicæ sedis legatus statuit in ꝯsilio Mannaschæ,s.ꝙ prælati saltē semel in hebdomada debeant celebrare:quia sunt aliqui,qui quater in anno vix celebrāt,de quib.ꝯqueritur Conciliū generale.j.tit.j. dolentes. Et hodie sunt prælati in hoc priuilegiati, qa permittitur eis tpe generalis interdicti,exclusis excōicatis & interdictis, q̄nque diuina celebrare.j.de priuile.quod nonnullis. sed & ministris ecclesiæ permittit̄ semel in hebdomada celebrare causa ꝯficiendi corpus Christi, quod morientib. in pœnitentia non negatur. j.de sen.excō.permittimus.Et ꝙ psalmi cantandi sint quotidie in ecclesia in illo cātico,Ego dixi ti̇bi.Dn̄e saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis dieb. vitæ nostræ in domo Domini, id est,in ecclesia.j.tit.j.dolentes.adde quod no.s.e.di.2.§.& qualiter.uer.debet autem subdiaconus.& seq. Sed & de ieiuniis celebrandis dic ut notatur j.de obserua. ieiunij.

ADDITIO.

a Quid de his,qui in scholis sunt. ¶ Adde Car.in cle.j.de celeb.mis.Ioan.de Imo.in cle.vt hi qui,in 2.col.de ætat.& qual.idem Io.de Im. in cle.j.ad fi. in ult.q.de magist.doct.in c.j.de celeb.mis.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, SACRAmento Eucharistiæ,& diuinis officiis. Rubrica.

HAec rubrica sic continuatur, quoniā cōsecrationes, de quibus diximus s.ti.j.habent fieri & in missa, sicut notatur s. ti. j.di.j.& qualiter,ideo dicamus de celebratione missarum, sacramēto Eucharistiæ,& diuinis officiis:hoc quo ad partem de sacramento eucharistiæ,expeditur s.tit.j.dist. 2 §.& quādo.ver. in sacramento altaris.& seq. quantū ad diuina officia expeditur:ut s.tit j.dist. 5.quantum ad celebrationē missarum, exponitur s.tit.j. distin.j.§ j.2.& 3.& decre. quæ est j. eodem.sanè competentius.ponetur j.de custod.eucharist.

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV. Rubri.

SVMMARIA.

1 *Baptismus quid sit.*
2 *Et ubi fuit institutus.*
3 *Baptizare quis possit vel debeat.*
4 *Nullus potest seipsum baptizare.*
5 *Pater uel mater an possit filium baptizare,necessitate imminente.*
6 *Forma baptismi quæ sit.*
7 *Baptizari potest quis à quocunque, siue Iudeo, Pagano, hæretico, &c.*
8 *Ordo si mutatur in baptismo, an ualeat.*
9 *Exorcismus quid sit.*
10 *Mulier si laborat in extremis, qualiter potest baptizari infans.*
11 *Baptizari inuiti an sint baptizati.*
12 *Baptizati fictè an sint baptizati.*
13 *Baptizatus in nomine genitoris, & nati, & sancti flaminis, an sit baptizatus.*
14 *Species baptismi quot sint.*
15 *Effectus baptismi quis sit.*
16 *Baptizans an requiratur quod intendat baptizare.*

QVoniam baptism⁹ generalis cū celebratione missæ fieri consueuit, ideo præmisso tractatu de celebratione missarum,dicamus de Baptismo. Vel sic:In superiori rubrica dictū est de corpore Christi,quo nihil in sacrificiis maius esse potest de cons.dist. 2.nihil.sed qa baptismus inter alia sacramenta magis est necessarius & efficax,vtpote fundamentum omnium sacramentorū.32. dist. §.porrò j. de præsbyt non Babtiz.veniēs. videamus de Baptismo quid sit baptismus, Vbi fuit īstitutus:Quis possit vel debeat baptizare,Quæ sit eius forma. Quot eius species,Quis sit eius effectus.

1 Quid sit † baptismus. [a] Est absolutio exterior cū certa forma verborum, sine qua nemo saluari pōt:quæ proficit ad salutem.& colligitur j.q.j.detrahere.j.e.nō vt apponeres.s.de summa tri.c.j §.ult Quandoq; autem vocatur baptismus ipse character animæ impressus.de cons.di.4. tūc ualere.quæ enim est ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat,nisi hoc faciente verbo:nō quia dicitur, sed quia creditur.nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.j q.j.detrahere.

2 b Vbi fuit institutus. † [b] Circa hoc diuersæ sunt opiniones. nam quidam dicunt ipsum fuisse institutū ꝑ verba quæ Iesus Christus dixit Nicodemo,nisi qs renatus fuerit, &c.

ADDITIONES.

a Quid sit baptismus. ¶ Baptismum breuius definiuisse visus est Mart.in sum.e.tit.cuius hæc verba sunt Baptismus est exterior hominis absolutio, cum certa forma uerborum.Est enim character infixus animæ,ut j.q.j.detrahe.Quod autem de forma dictum est,de reali, non formali accipiendū est.de cons.distin.j.c.retulerint.Nam si laicus baptizet proferens uerba necessaria,non tamen literaliter,nec in sua lingua,sed in Græca, vel alia, bene baptizat. Nam Apostoli loquebantur variis linguis baptizantes.In reliquis Marti.& Hostiensis conueniunt,ideòque illorum sententias huc referendas non duxi. Adde S.Th.in 3.part.q.66.argum.j.idem Th.in 4.sen. distin.3.arg.j.

b Vbi fuit institutus. ¶ Adde tex.in c.nulla.de cons.dist.4.glo.in c.ex quo de cons.distin.4.S.Th.in 4.sen.dist.j.q.2. arti.j.2.3.& 4.

rit,&c.de conſ.diſt.3.filius Secundi dicunt,quod quando miſit Iudam cũ aliis.1.q.1.dedit.Tertii,quãdo dixit diſcipulis, Ite,baptizate omnes gẽtes &c.de conſ di.4.impropriè in illo uerbo, Euntes,&c. Ioannes putat ipſum fuiſſe inſtitutum, cùm Dominus à Ioanne baptizatus eſt .ubi vim regeneratiuam contulit aquis.de conſ di.4. per aquam. Dic quòd ibi fuit inſtitutum facto & exemplo. Verbo autem & præcepto fuit inſtitutum, cùm dixit Apoſtolis,ſeu diſcipulis, Euntes in mundum docete omne gentes,baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.de conſ.diſtin.4 propriè.ȷ.c.debitum. & c. non ut apponeres

Quis poſſit † vel debeat baptizare.Et certè nedum ſacerdos vel diaconus, ſed & hæreticus & paganus,& excommunicatus.de conſ.di.4.ſiue hæreticus. & quicunque:dum tamen in forma eccleſię ritè conferatur, ut patet ſ.de ſumma trinitate.c.1.§ penult.& in his quæ no.ſ. de tẽporib.ord.§.& à quo.uer.hæc igitur ſit fides tua.& præce.xxxii. diſt.§.verum.tranſit enim ſol vel per lapideos canales, & uenit ad aureolam.19.diſtin.ſecundum.ſic nihil intereſt quis recipiat quo ad veritatem,licet interſit,quo ad effectum.de conſ. di.4.

4 ſicut in ſacris.† Nullus tamen ſeipſum poteſt baptizare: quod dic,vt not.ȷ.c.§.ſeq.ver.item diſcretio.Hoc tamen officium ad presbyterum tantùm,uel epiſcopum, & diaconum in neceſſitate,uel de prædictorum mandato pertinet vt patet de cõſe. diſ. 4.conſtat.& c.uenisti.& c.ſeq. neceſſitate etiam inſtante, quilibet & quælibet poteſt baptizare, ut in dicto c.conſtat.& c. ſeq. & ſi quis in neceſſitate baptizauerit,debet poſtea baptizatus deportari ad ſacerdotem,qui quæret,quæ forma ſeruata eſt:ſic intellige diſt.c.in neceſſitate.& c. Romanus.& c. ſeq.& ſecundum quod audiet,uel iterum baptizabit:vel ſupplebit quod eſt omiſſum, ſecundum ea quæ no. ſuprà de ſacram.non iterand.§.quæ

5 ſunt iteranda.& ȷ.c.§. ſi.ver.in fine. & ſeq. † Sed nunquid pater & mater poſſunt filium baptizare,neceſſitate imminente: quia tali tempore quilibet poteſt facere,vt dictum eſt.& ar.ȷ. de obſeruatione ieiunij.conſilium §.penul.& ȷ. de regulis iuris. quod non eſt licitum.& adde quod no.de cog.ſpi.§.ſi.ver.quid ergo, ſi alter coniugum.

6 Quæ ſit eius forma.† Ad eius formã ſeu eſſentiã duo neceſſaria ſunt,uerbũ & elementum.ȷ.e.non vt apponeres.vnde cum ſaliua non poteſt quis baptizari:ut ibi,quamuis aqua deficiat.Item neceſſarium eſt verbum, ſ. quòd obſeruetur forma verborũ videlicet quòd dicat baptizans mergendo baptizandum ter:Petre,ego baptizo te in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti.ſ.eo.c.1. Sed & ſufficit vnica immerſio,ſi conſuetudo terræ hoc approbet.de conſ.diſ. 4 de trinitate.Sed nunquid hoc pronomen Ego, eſt de ſubſtantia? Quidam dicũt,quòd ſicut Ioannes,& Gulielmus Naſo. ut ȷ.e.c.1.Alan & T.contrà.nam verbum baptizo per ſecutum ſenſum generat,& pronomen in ſe importat de conſ. diſ. 4 retulea runt.Primi dicunt,quòd Ego,eſt de ſubſtantia:[a] non enim dixit Dominus,Sum qui ſum:ſed,Ego ſum qui ſum.nec dixit, Sũ lux mundi:& non ſine cauſa.nã plus importat,cùm dicit, Ego quaſi dicat,non alius:quia ad diſcretionem inuenta ſunt hæc prono

7 mina † Hoc facit cõtra propoſitionem:quia nedum à Deo, nedum à ſacerdote,nedum à Chriſtiano,imò à Iudæo,Pagano,hæretico,& quocunque conferri poteſt: vt not.ſ. eod.§. quis poſſit.dicas ergo ſufficere,ſi dixit Baptizo.nec dixit.Dominus Vos baptizate:ſed Baptizate: vt dixi ſ. Cùm ergo in ſecunda perſona pronomen non appoſuit,nec in ipſa habemus neceſſe apponere: vnde & alibi pronomen dicitur abundare.ff. de hære.inſtit.l.1.§.qui valet.nec intereſt,vtrum ſtipuler habere licere, uel mihi habere licere.ff.de verborum obli.ſtipulatio iſta.ſed tamẽ verbum.&c.quę in forma ſunt,puto eſſe ſubſtantialia,& neceſ-

b ſaria.ȷ.e.c.1.Quid ſi dicat,Baptizo te in nomine Trinitatis,[b] uel in nomine Chriſti? videtur baptizatus: quia quòd in prædicta forma explicitè dicitur,implicitè intelligitur hic.de conſecr.diſtin.4.à quodam.& c.in ſynodo.arg.ſ.de ſumma trinitate.capit. 1.§.ſacramentum.ſed credo,quòd illud reſpicit antiquum tempus Apoſtolorum.nam Dominus dixit,In nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti:& nõ in nomine Trinitatis. & ideo hæc forma tenenda eſt.ȷ.e.c.1.& 2.& c.debitum.& c.nõ vt apponeres. de conſec diſtinctio. 4. ſanctum. ſi non ſanctificatur. ſi reuerà. & capi in ſynodo.argument.ſuprà de reſcriptis. cùm dilecta.& de officio delegati.prudentiam.cùm olim abbas venerabili.ſed contra.xxx.quæſtio.3.ſuper quibus.Item diſcretio debet eſſe inter baptizantem & baptizatum:ut probat prædicta authoritas: nam ſi baptizatis illum baptizabitis: quia natura correlatiuorum hæc eſt, quòd vnum non ſit aliud: ergo nullus ſeipſum baptizare poteſt.ad quod deſignandũ Dominus non à ſeipſo,ſed à Ioanne voluit baptizari,ut dixi ſ.& ȷ.eodẽ.capit.debitum. ad hoc 35.quæſtio.1.cap.1.ff.de rerum permut.l.1.ſ. de iure patronat.per noſtras.& de inſtitutio.cap.vltimo.contra argumen.ff. de adopt.ſi conſul.& accedit.de conſec.diſtin.4. per aquam. & capit.catechumenum. Item elementum, id eſt, aqua neceſſaria eſt,ut dixi:quia niſi quis renatus fuerit,&c. ȷ. eodem. non.ut de conſe.diſtin.4.cap.1.& 1.quæſt.1.firmiſſimè. Licet autem puer totus non immergatur in aqua, nihilominus baptizatus intelligitur,dummodo quantalibet pars aquæ ſuper eum infundatur ſecundum Ioannem.ſic etiamſi ſuper renes & ſuper uentrẽ ponatur ſecundum Hugonem ,uel ſuper pedem, ſecundum quoſdam argu.de conſecra diſtinct. 4. nec quenquam. ſicut ſufficit etiam,ſi ingredior partem fundi ad adipiſcendam poſſeſſionem totius fundi.ff.de acquirenda poſſeſſione.poſſideri.§.j.ſic de pęnitentia.diſtinct.1.vulgaris.argu.de conſec. diſt. 4. propriè.ibi, trium millium, &c.nam non poſſet aliter Apoſtolus, de quo ibi loquitur, baptizaſſe vna die tria millia hominum. Sed contrà argu.eodem cap.1.de corpore.Gratianus dixit, quòd caput debet perfundi, vel præter caput maxima pars corporis. quod ſatis videtur verius. nam ſi ſolus pes naſceretur, non diceretur natus,ſic nec renatus:& hæc duo æquiparantur ȷ.eod.debitum & ſemper caput magis attendi debet:quia ibi viget magis ratio hominis.& vbi caput eſt, totum corpus eſſe videt. ff. de reli.& ſump.funer.cùm in diuerſis.ȷ.de uerbor.ſigni. cùm olim. Quid ſi ſubſtantialia uerba dicũtur,ſed corruptè? Valet,etiamſi dicat, In nomine patrias,& filias, & ſpiritus ſanctas. nam cùm virtus illorum verborum excludat dæmoniũ, excludit etiã precis ſeu uocis corruptæ vitium de conſe.diſt.4.ſi non ſanctificatur. cap. retulerunt.Quid ſi aliquod verbum, quod non eſt de forma ibi addatur,ſeu miſceatur:dicunt aliqui, quòd ſi præmittatur.& ſi dicatur, Arma virumq; cano,ego te baptizo, &c.uel ſi poſt formã adiiciatur,hoc modo,ego baptizo te in nomine patris, & filij,& Spiritus ſancti,& diaboli,efficax eſt baptiſmus:qa cũ impertinentia extrinſecus adiiciuntur, non vitiant. ff. de uerb. oliga. quæ extrinſecus.ſi verò interponitur:ut ſi dicat,Ego te baptizo Arma uirumq; cano,In nomine Patris, &c.tunc uitiat.& nõ cõfertur baptiſmus:nam ſi ordinationi teſtamẽti aliquid impertinens miſceatur,non ualet,licet ſi pertinens eſſet,non uitiaretur. ff.de teſta.hæredes §. fin. in forma autem baptiſmi eſſe uerbum aliud à uerbis Domini alienum, & impertinẽs cẽſeri debet. Doctores tamen noſtri dicunt,quòd ſiue præmittatur, ſiue ſequatur ſiue interponatur,ſemper vitiatur baptiſmus,ſecundũ Goff. qa formæ nihil detrahendum eſt,uel addendum de conſ. diſtin.4. firmiſſimè.& c.ſi non ſanctificatur.& c.Arrianus.Quid ſi dicat, nõ ego te baptizo.& quid poteſt eſſe,niſi quod uox ſonat.ff.iu. ſolu.iudicatum.Quid ſi dicat,Ego baptizo te in nomine patris, & filij,& ſpiritus ſancti,& omnium ſanctorum,non eſt baptizatus:quia nihil iungi debet in forma:ut ſtatim no.ſ. e.uer.doctores. & in hoc hodie omnes conueniunt. Ergo credamus eis. ff.

8 qui ſatiſ.cogan.inter omnes.† Quid ſi ordo mutatur: ut ſi dicat Ego te baptizo in nomine patris,& filii,& ſpiritus ſancti? Dicũt quidam,quòd valet:ar.C.de teſta.præpoſteri.ſ.de reſcript. cauſam.ff.de ſolut.nec enim ordo. Alii dicunt contra. ar.ff. de ſent. & interlo.omnium iudi.prolatam.nam ordo verborum de forma eſt.& hoc videtur ſecurius:vt tamen ſcias, quòd non eſt uis utrum dicat,ego baptizo te:uel ego te baptizo: dummodo alia aliqua verba non tranſmutentur. Quid ſi in prolatione uerborum interponatur mora naturalis & compendioſa: ut de reſpirando,tuſſiendo,uel ſpuendo, non uitiatur.arg. C. de teſta. cùm antiquitas. hæc etiam quæſtio poteſt locum habere, ſi quæratur de mora interpoſita in conſecratione euchariſtiæ: & uerba quæ dicuntur in confectione ſanguinis, ſecundum opinionem illorum,qui dicunt,quòd vna eſt forma illorum uerborũ, Hoc eſt corpus meum, &c.& illorum, Hic eſt ſanguis,&c.& iunge quod notatur ſuprà,de electiõ.§.qualiter.ſub §.prima.hoc eſt ſuper uerbo mox.Tu tamen teneas, quòd duę ſunt formæ illorum verborũ,Hoc eſt corpus,&c.per quę panis in corpus trãſſubſtantiatur,& illorum, Hic eſt ſanguinis, &c.per quæ vinum tranſſubſtantia in ſanguinem.de conſe.diſtin.2. panis eſt in altari.& ſeq.& capitu. quis ſit ſanguis. ſed nonne eſt ſangnis in corpore,& corpus in ſanguine? Sic: ſed per commixtionem, non per tranſſubſtantiationem.,ſeu tranſlationem.Sed cùm paruuli intelligantur baptizati in fide parentum.& patrinorũ.de conſe. diſt.4.quæris.& c.illud.quid erit ſi parentes vel patrini infideles ſunt? Dicas,quòd nihilominus in fide eccleſiæ baptizari intelligũtur,& in uerbo Chriſti,dummodo forma eccleſiæ fuerit obſeruata.de conſec.diſt.3. Romanus. ſed ſi forma obſeruata non ſit,uel non intendebat baptizare,baptizatus,nihil agit.licet enim intentio

ADDITIONES.

a Ergo eſt de ſubſtãtia.¶ Adde do.in c.1.e.tit.& per Pe.de Pal.in 4.ſen. di. 3.q.1.

b Baptizo te in nomine Trinitatis.¶ Adde gl.in c.multi.de conſ.diſt.4.Car. Zab.in c.1.in 1.op.de ba.& in ſum.confeſſorum.tit.de bap.q.11.& 12.& per Pe.de Palu.in 4.ſent.diſt.2.q.1.in 4.col.

intentio offerentis vel parentũ non consideretur. de cons. dist. 4. non aliud cõsideratur tamen intentio baptizãtis baptizato cõtraria, vt apparet in his quæ no. j. e §. quis sit effectus. ver. si effectus aũt iste. & seq. consideratur etiam intentio baptizantis, q si intẽdat non baptizare, nihil agitur: quicquid Grat. & alij dicant. vt j. q. j. §. ecce qñ. de cons. dist. 4. quamuis. & c. solet. sed si intendit baptizare, vel nõ habeat intentionẽ baptizato ꝯtriam, valet: vnde ebrius baptizat. j. q. j. dedit. & apparet in his quæ not. j. eo. versi solutio aut baptizatus. & ver. quid si baptizans non intendit & sic intellige de cons. di. 4 quos à paganis & hoc qñ paruuli sunt hi, q baptizantur, & q nihil intelligunt. Quid ergo de adultis? istorũ fides consideranda est: & debent catechizari, & in fide instrui, antequã baptizentur: vt de cons. distin 4. Iudæi, quorum perfidia. & c. seq. vsque ad c. fine pœnitentia. & debet esse mora 40. dierũ, si adultus sit, quidã pœnitentiã agere de ꝯmis. de cons. di. 4. c ne ꝙ absit. sed illud hodie non seruatur, imò j. 2. vel 3. dies ad arbitrium epi poterit baptizari, secundum Hug. Vt autem plenius hoc intelligas, scire debes, quòd antiquitus, antequàm aliquis baptizaretur, catechizabatur, id est, scrutabatur, vel instruebatur: nã catechismus Græcè, Latinè dicitur instructio: qa instrui debet in symbolo, & in fide. idem vocatur scrutiniũ, quia talis scrutatur, id est, interrogatur de articulis de catechismo habes de conse. dist. n 4. in catechismo. & tangitur de hoc j. de co spi. ꝯ cto. de scrutinio. s. de capel. mon. c. 2. in prin. & ĩcipiebat catechismus iste quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimæ & tũc fiebat bis, quarta hebdomada bis, in quinta bis, ita ꝙ in sabbatho ante ramos oliuarũ subsequenti fiebat septimò, tunc & erat vltimum & generale scrutinium exorcizabatur, id est adiurabat. 9 † Exorcismus Græcè dicitur Latinè adiuratio. vt cũ dicitur, Exi ab eo spiritus immũde: & sic ducebatur in sancto sabbato ad baptismum: hæc ergo, s. catechismus & exorcismus, rudiũ & neophytorum sunt, & præcedunt baptismum, non tamẽ sunt adeò necessaria, ꝙ sufficit ad salutem: & quin sine ipsis possit baptizari. de cons. dist. 4. firmissimè. & c. nec quenquam. abigitur tamen spiritus immũdus, id est, debilitatur, ut minus noceat, vel ostendit in proximo abigendum: secundum hoc intellige de cõ se. dist. 4. catechumenum. & c. siue paruuli. 7. & cap. sequen. hoc tamen hodie non seruatur in paruulis: sed omnes in sabbatho sancto deportantur ad baptismum. & antea, sicut & qñ placet presbyteris, catechizantur. In adultis etiam arbitrium episcopo rum seruatur: sed bene est, vt ante baptismum, si potest sine periculo fieri, instruatur. Sine periculo autem, non sine causa dixi. quid enim si quis Iudæus veniat ad me, petens baptismum, & dicens, quòd statim baptizetur: alioquin si moram adhibeo, periculum est ne alij Iudæi ipsum interficiant, si hoc perpendãt. hoc habui de facto. & quia perpendi, quod verum dicebat, statim ei exposui fidem catholicam, quanto diligentius potui, & baptizaui. ad hoc auth. quomodo oportet episcop. § igitur ordinandus episcopus. & de cons. dist. 4 ne quod absit: si autem nullum periculum immineat, tunc vel per octo mẽses, vel per alios arbitrariè sunt huiusmodi inter catechumenos retinendi. & sic intellige de conse. dist. 4. Iudæi. & c. seq. Et nunquid omni tempore debet quis baptizari? Non videtur, nisi necessitate languoris, vel mortis, vel belli periculo imminente. de cõse. dist. 4. venerabilis. & c. baptizandi & c. de catechumenis & seq. & s. dixi. ver. baptizari. vel dic, quòd illud in adultis locum habet tantùm, non in paruulis, quibus præter baptismum flaminis, vel sanguinis nulla salus promittitur. de conse. dist. 4. nulla. nam in paruulis timendum est, ne morte præueniantur: in adultis autem hoc non timetur: quia ibi conuersio meritis baptismi vicem supplere non dubitatur: vt s. dixi. ver. baptizari. de conse. dist. 4. baptismi vicem. in prin. & post med. ibi, sicut autem in latrone, & c. & c. baptizãdi sibi. Quid si quis baptizatur in nomine Christi, nunquid est baptizatus? sic de consecr. distinct 4. à quodam. & capit. multi. j. quæst. 1. firmissimè. & capitu. dedit. & tamen non est baptizatus in nomine Trinitatis, vt no. s. eodem. ver. quid si dicat, Baptizo te in nomine Trinitatis. & est ratio, quia in nomine Trinitatis non intelligitur, nisi trium personarũ essentiæ vnitas: sed in hoc nomine episcopi, intelligitur vnctus, & vngẽs, & à quo vngitur: vnde Ambrosius, Si Christum dicas, & patrem, a quo vnctus est filius. & ipsum qui vnctus est filium, & spiritum, quo vnctus est, designasti. & quia nonà Trinitate, sed à Christo dicuntur Christiani, quasi vncti, denominentur ab uncto. s. de sacra vnctione, c. vnico §. quia vero. ver. in fronte. nec dicas quòd corrigatur illud c. à quodam. sicut dixit Ber. per illud de conse. dist 4. in synodo. nam ille canon à quodã Nicolao est & posterior illo ca. in synodo. quod fuit Zachariæ. propterea qui precessit Nicolaum, vt patet in Chronicis: veruntamen dicerem hodie non esse baptizandum in nomine Christi: quia nec consuetum est: si tñ fieret, valeret, secundum Gosfr. s. de iureiuran. quemadmodum. sed & grauiter peccaret baptizans, non puto quòd esset hodie baptizatus, secundum Hug. vt patet in his quæ no. s. eo. ver. doctores. & quia Romana ecclesia non seruat. j. de hæret. ad abolẽ 10 dam. † Quid si mulier laborat in partu, adeò quòd de morte ipsius & prolis timetur, apparet tamen aliquid de prole extra ventrem, sed non potest videri utrum sit masculus, uel fœmina: consulo obstetrici, quòd accipiat aquam, & liniendo caput, si appa ret, vel faciendo cum aqua crucem super ipsum, dicat sic: Creatura Dei, ego te baptizo in nomine patris: iterum liniẽdo dicat, & filij: iterum liniendo dicat, & Spiritus sancti. Si verò nõ capu, a sed alia pars corporis appareat, [a] baptizari non potest, ſm ea q̃ no. s. e. ver. licet autem totus. & seq. si mulier moriatur, procede sicut no. s. de ꝯsec. eccl. dist. j § & an sit iteranda. ver. quid si mulier prægnans. & seq. si proles nascitur, deportetur ad sacerdotẽ suppleat quod deest, ſm ea quæ no. s. e §. quis possit. ver. hoc tñ officium. & siue sit masculus, siue femina, creatura, uel bona res, uel cara res, uel bona dies, potest congruè appellari: sed nec vis est in nomine, cùm ẽt mutare possit, dum tñ in fraudẽ non fiat C. de muta. no. l. vn. ca. Quid ergo, si quis putet baptizare puerũ. cui imponat nomen Petrus, cùm fortè sit puella, nunquid baptismus caret effectu? videtur quòd sic: quia in sexu erratum est. ff. de contrah empt. alioquin. ad fin. & circa hoc potest allegari quicquid no. j. de spon. sub rub de matrim. §. qualiter impediatur. sub §. j. & ver. conditio & j. de coniu. seru §. & an matrimonium. Sed contrà, quia non videtur quòd tales errores impediant baptismum: quantum enim ad Dei cultum, non est masculus, neque femina, neque liber, neq; seruus: omnes enim in Christo eandem mercedem accipiemus. auth de mona §. hoc autem nobis. collat. j. & licet homo erret in sexu, non errat in persona, quã tenet, & quam baptizare intendit. vt patet in superiori proxima quæst. Item sicut Ioannes Baptista ait, Medius est qui baptizat, quem uos nescitis: s. Spiritus sanctus, qui errare non potest Apostolus: Nolite errare, Deus non irridetur. nec obstant iura. quæ videntur contradicere: quia aliud est in contractibus, in, q bus paratur alicui præiudicium: aliud in baptismo, in quo nulli paratur præiudicium: vnde etsi de facto dubitetur, an aliquis baptizatus sit, vnico testi creditur. de consec. distin. 4. placuit. & in conse. eccle. de consecr. distin. j. eccle. secus in sacramento ordinis. 98. distin. Afros. s. de clericis peregrin. capitu. 1. & capit. tuæ. quia in primis casibus nemini paratur præiudiciũ: in ultimo pararetur, vt colligitur j q. j. §. ecce. cùm honoris. Solutio. Aut baptizans intendebat baptizare personam, cuiuscunque sexus esset, & sic est baptizata, vt patet in his quæ no. s. in prox. quæstio. Aut intendebat tantùm masculum, & non fœminam baptizare, & sic non est baptizata. vt apparet in his quæ notan. s. ead. q. respon. j. & ver. sed cùm paruuli. Aut de hoc non cogitabat, sed simpliciter baptizabat, & tunc videtur baptizata: vt apparet in his quæ no. s. e. ver. sed contra. & in dicto versi. sed cùm paruuli. in his tamen vltimis casibus, si adhuc viuat, posset baptizari sine errore, iuxta consilium quod no. j. eo. §. versi. sed si dubitetur. quod videtur tutius. Quid de furiosis baptizatis? si semper fuit furiosus tenet baptismus. arg. ff. de leg. 2. cùm pater. §. surdo. vbi dicitur emolumentum acquiri furioso. nam & tales paruulis æquiparantur, & dormientibus. ff. de acquir. possess. l j §. furiosus. nec grauatur actualibus peccatis. 3. q. 9. iudicas. Ideo sufficit, ꝙ contradicere non potest. de consec. distin. 4. tunc velere. & c. quæris. Si vero incidat in furorem, uel incipiat quis dormire, & baptizetur: & ante erat in proposito baptizandi, character imprimitur, & baptizatus est. Si autem erat in voluntate contraria, s. non baptizandi, nullus character imprimitur. j. eod. maiores. §. ille verò qui nunquam consentit Quid si erat in proposito non baptizandi, neque in contrario, scilicet baptizandi, quia nec de hoc cogitabat? Dic, quòd character imprimitur, vt apparet in his quæ not. j. eo. §. fin. uersi. effectus autem iste. & seq. & sic etiã intellige j. eod. maiores. §. item quæritur. 45 dist. de Iudæis. 26. q. 11 6. qui recedunt. † Quid de his, qui baptizantur inuiti? Si conditionalis fuit coactio, characterem recipit, & baptizatus est, & cogendus est fidem seruare 45. dist. de Iudæis. quia coacta uoluntas est uoluntas 15. quæstio. 1. meritò. nec impedit talis uoluntas ordinis sacramentum. 74. distinctio. ut ista. neque matrimoniũ. inf. de spon. ueniens. 32. quæstio. 4. inter cætera. Si uerò coactio absoluta fuerit, nihil agitur, nec character imprimitur. inf. eod. 12 maiores. §. item quæritur. † Quid de fictè baptizatis? characterẽ recipiunt, sed non rem sacramenti, id est, non proficit ad salutem, nisi illa fictio recedat. de consecr. distin. 4 tunc ualere. & ca. solet. 1. quæstio. 1. ficti. Quid si baptizans non intendit baptizare: sed baptizatus hoc intendit? dicas, quòd nihil confertur: de conse. dist. 4. solet quæri. j. q. j. §. ecce quando. nam & si per locum fiat

ADDITIO.

a Sed alia pars corporis appareat. ¶ Adde Car. Alex. in c. baptizari. 5. dist. ubi sequit opi. Host. hic ꝯriã opi. tenet Pet. de Pal. in 4 sen. dist. 6. q. j. put refert Step. de Gaietta, in suo sacramentali. ti. de sac. baptisma. in 36. q.

cùm fiat stipulatio, non valet. ff. de actio. & oblig. l. iij §. verborum. secundum Goffred. dic quòd sufficit, si contraria intentio non adsit, etiamsi per iocum fiat. ergo quicquid intendat baptizans, si baptizatus, intendit nihil recipere, nihil agitur: vt patet j. eo. maiores in fin. Item quicquid intendat baptizatus, si baptizans intendit, vel tradere, vel traditur, vt in dictis iuribus, quæ sic intelligo: vt no. s. e. ver. solutio. vt baptizans. & ver. sed cùm paruuli. Sed nunquid potest quis seipsum baptizare? non, sicut reconciliare. de conse. distin. 4. sanctum. vt & no. s. e. ver. discretio. Quid si quis baptizaretur cum vino, vel cùm saliua? non valet, imò requiritur aqua, non alius liquor. j. eod. non vt appon eres. & no. s. eodem §. respon. j. & versi. item elementum. Quid si alius liquor sit cum aqua mixtus? videtur quod tunc teneat, maximè, si vinum misceatur arg. s. de celeb. miss. in quadam. & de consec. eccle. vel altaris. quod in dubijs. quod doctores admittunt, si aqua præualet, aliàs contra. secus autem in sacramento eucharistiæ in quo plus de vino requiritur, quàm de aqua. s. de celeb. miss. perniciosus. per quam decre. videtur contrarium posse dici. cùm enim generalis consuetudo ecclesiæ teneatur, vt in sola & pura aqua, sine alia mixtura fiat baptismus, videtur alia forma omnino reprobanda: vt ibi, & ar. de consec. dist. 4. de trina. j. de hæret. ad abolendam. vnde & si fortuito casu hoc etiam factum sit tutius, videtur quòd talis iterum baptizetur, iuxta cōsilium scriptum. inf. eo. §. fin. versi. sed si dubitetur. Quid si is, de quo dubitatur, vtrum baptismus ritè collatus sit, moriatur paruulus, antequam sensum vel rationem effectualem habeat? relinquo ipsum filio Dei, cui pater omne iudicium dedit. Quid si Latinus non in Latina lingua, sed in Græca, vel in Hebraica, vel alia extranea baptizat aliquē, & profert verba apta & congrua? baptismus tenet. nam & Apostoli varijs linguis loquebantur: ad hoc C. de senten. & interlo. omnium iudicum. iudices. & forma realis potius attendenda est, quàm verbalis. de consec. distin. 4. retulerunt. & iūge quod no. s. de sent. & re iud. sub rubr. de sent.

13 §. qualiter proferri debeat. versicu. posset & illud dici. † Quid si quis baptizetur in nomine genitoris, & nati, & sancti flaminis? dic quòd tenet: quia nec refert vtrum ex æquipollentibus quid dicatur. ff. de verborum obligat. quæ extrinsecus. & l. si in nomine. j. de verborum significa. tamen his. secundum Goff. hanc tñ æquipollentiam non nimis prosequaris, vt patet in his quæ no. s. e. ver. quid si aliquod uerbum. & seq. cum sequenti quę. Et nunquid potest baptizari in nomine paternitatis, filiationis, & spiritualis sanctitatis? non, secundū Goffr. Sed cùm nemo ignorans uel non consentiens obligetur. C. de donat. nec ignorans, vnde & is, qui nihil intendit, nō obligatur: ut C. de falsa mon. l. j. Quæritur, quomodo paruuli, qui consentire non possunt, obligant vel amentes, uel dormientes: ut not. s. e. uer. quid de furiosis. & seq. & tenentur adstricti ad seruandas omnes sponsiones factas ante baptismū de conse. dist. 4. respon. j. speciale est in baptismo, ut aliquis ignorans obligetur per alium: & est ratio specialitatis: quia per hoc fit melior conditio baptizati, cū à potestate & vinculo diaboli liberetur. & sic necesse habet hoc habere ratum. ar. de nego. gest. soluendo. & l. sed an ultro. ff. de solut. solutione.

14 a Quot eius † species. Tres: est enim baptismus fluminis,[a] flaminis, & sanguinis. Fluminis, id est aquæ. de hoc dixi. s. §. prox. Flaminis, id est, spiritus sancti: ut si aliquis uelit baptizari, & hoc desideret cum summo feruore animi: si nō inuenit qui eum baptizet, & sic moriatur, ad æternam patriam conuolat, ex quo baptismum non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit, ut legitur de Iudæo, qui seipsum baptizauit. j. eo. debitum. de conse. dist. 4. vicem. & c. catechumenum. & c. non dubito. Inde legitur, quòd cùm beatus Ambrosius Valentinianum duceret ad baptismum, mortuus est Valentinianus. vnde Ambrosius, Doleo ventrem meum, quia quem regeneraturus eram, perdidi: ille tamen gratiam quam poposcerat, non amisit. j. de presbyt. nō bap. Apostolicam. Dixit, doleo ventrem, per similitudinem, sicut posset dolere mater, si amisisset partum. nam sicut carnaliter gignitur filius, carnali actu interueniente: sic spirituali interueniente, generatur spiritualis, & per characterem exteriorē character interior imprimitur animæ, sicut baptizans, quantum ad exteriorem, pater seu paternus intelligitur: sic quantum ad interiorem spiritus sanctus. j. eod. debitum. & sic anima est filia Dei. inde Propheta: Audi filia, & vide, &c. & dicitur sponsa. inde Apostolus: Despondi vos uni uiro, &c. ad hoc j. de cog. spi. §. quot eius species. uer. si ergo baptizans. & præc. & j. de presby. non bap. ueniens. Est & baptismus sanguinis, quo sancti Innocentes baptizati intelligūtur: ut si credens in Christum, antequam baptizetur, occidatur pro Christo. de conse. dist. 4. baptismi uicem.

15 Quis sit effectus. † Remissio omnium peccatorū. nam sine pœnitentia omnina peccata tollit actualia & originalia. de conse. dist. 4. sine pœnitentia. & de pœn. dist. 7 §. hoc autem. & c. seq. nullus expectet: ut probatur, quòd talis b moriens nec purgatorium tangit, [b] sed & per pœnitentiam, si postea corruerit, homo resurget, & reparabitur, & nouus efficitur. s. de sum. trinit. c. j §. sacramentorum. & § fin. & l. disti. ferrum. Originalia tamen remanent actu, licet tollantur reatu. de conse. distin. 4. non ex quo. licet autem baptismus tollat peccata, non tamen tollit notām seu irregularitatem: ergo nec bigamiam. 26. distin. acutius. & c. una tantum. & si aliquis adultus baptismum accipit fictè, s. quia non conterat, quando recipit, licet character in eum imprimatur, non tamen gratia, nec remittuntur peccata: sed tūc demùm incipit operari, cùm fictio recedit. de cons. distin. 4. cùm ualere. nam gratia in baptismo non quærit gemitum, uel planctum, nec opus aliquod, sed solam contritionem cordis, & fidem, & sic omnia gratis condonat: ut ibidem probatur. & capitu. sine pœnitentia. secundum Ambrosium ad idem. de pœnitentia. distinctio. j §. similiter. in fine. & hoc intellige, quantum ad peccata actualia. nam originalia per uim sacramenti remittuntur paruulis: secus in adultis, in quibus requiritur cordis contritio. aliàs etiam originalia non remittentur. hoc intelligas, etiamsi dormientes baptizentur uel amētes, sed postea uigilant, uel sani facti sunt, & sui compotes, nec conterūtur. Sed si nullum actuale peccatum commiserant: ut putà, quia à natiuitate continuo furore laborauerunt, non uideo quare talibus non dicam peccata dimitti, & originalia, & actualia. & hæc distinctio comprobatur j. eo. maiores §. cæterùm. & seq. secundum hoc intellige quod præcedit, & quod legitur de consecratione. distin. 4. à cap. paruulo recenter nato. usque ad capitu. manus quoque. & 26. q. 6 qui recedunt. & j eo. maiores. §. uerum & § se. hic uero. & seq. Effectus autem iste in contradicente nihil operatur: secus, si aliqui coacti ueniant ad baptismum. quia tales cogendi sunt fidem, quam susceperunt seruare. nam ex quo non contradixerunt, characterem receperunt. j. eod. maiores. §. item quæritur. & §. ille. tunc ergo characterem sacramentalem imprimit operatio, cùm obicem uoluntatis non inuenit existentem expressim: ut in dicto cap. maiores in fine. Vnde imprimit, etiamsi per iocum fiat hoc, uel derisum: dum tamen is qui immergit intendat baptizare. & sic intellige secūdum Hugonem. j. q. j §. ecce quando de conse. dist. 4 quamuis. & cap. solet. Ideo paruulus characterem recipit, licet reclamet, quando peruenit ad ætatem legitimam de conse. distin 4. quæris. & cap. paruuli.

16 Sic ergo, secundum Hug. † requiritur, quòd baptizans intēdat baptizare, aliàs nihil agitur: sed non requiritur intentio offerentium, uel baptizatorum, sicut idem Hugo nota. de consec. dist. 4. solet. Alij dicunt, quòd nec intentio baptizantis requiritur cùm sit sacramentum necessitatis, licet aliud sit in sacramentis, quæ uoluntatis sunt. & in hac opinione uidetur fuisse Gra. j. q. j. §. ecce. cum honore dicas. quòd in baptizante non requiritur intentio, quæ pro baptizato sit: dummodò contraria non adsit. unde & ebrius baptizat. j. q. j. dedit. qui tamen nihil intendit. nam quod sobrius cauet, ebrius ignorans committit: nescit qd loquitur, sepultus iacet. 15. sanè. quod dic, ut s. eo. §. quæ sit eius forma. uer. sed cùm paruuli. Sed & quamuis impresso charactéri non possint baptizati renunciare. j. de diuor quanto §. penultimo. tamen effectui characteris, id est, saluationi renunciare possunt baptizati, ut in supradictis capit. sic tollitur contra. s. de reg. cū scimus. j. e. maiores § sed adhuc. & seq. & est ratio, quia character semel receptus amitti non potest: quia quod factum est, nequit non fieri. 32 quæst. 5. si Paulus. ff. de ca. & postl. reuer. in bello. § factæ. & s. de ord. ab episcopo, qui renunc. episcop. c. j. In fine no. quòd baptismus non est reiterandus, sicut nec cætera sacramenta, ut dixi s. de sacra. nō iteran. quòd si quis fecerit, si clericus sit, deponendus erit. de consec. distin. 4. quibus eos. quòd si laici hoc fecerint, excommunicandi sunt, & grauiori pœna feriendi, nec possunt ordinari. q. 7. qui in qualibet. Sed si c dubitetur de aliquo an sit baptizatus, [c] potest baptizari, his uerbis præmissis, Si tu baptizatus non es, baptizo te in nomine Patris, &c. de conse. dist. 4. si nulla. j e. ca. 2. & hoc intelligas siue de facto, siue de iure dubitatio oriatur, maximè in his casibus, in quibus sunt diuersæ opiniones: ut notatur. sup. eodem. §. quæ sit forma. uer. quid ergo si quis putet. & præcedentibus. ad hoc s. de resc. sciscitatus. & no. j. tit. j §. j. uer. & hoc scias. nec enim vr iteratū, qd nescitur esse factum. j. ti. j. veniens. sicut & dixi de ecclesia. s. de consec. eccle. uel alta. sub j. distin. 68. distin. presbyteri quos.

ADDITIONES.

a Baptismus fluminis. ¶ Adde gl. in c. Apostolicam. de presby. non bapt. gl. sum. de conf. dist. 4. & gl. in c. firmissimè. 15. q. j.

b Nec purgatorium tangit. ¶ Doc. in c. quod autē. de pœn. & re. & ibi Ant. Rosel. in sua repet. & per doc. in cle. abusionib. e. ti.

c Si dubitetur de aliquo, an sit baptizatus. ¶ Adde an rebaptizatus scienter sit irregularis. uide per Arc. in c. qui in aliqua. circa prin. 51. dist.

riquos & §.seq. Et dicunt quidam, & licet esse primitus baptizatus, nihilominus characterem recipit arg. in prox. dic. ca. quia & possessio ex pluribus causis acquiri potest. ff. de acqu. poss. possideri. §. ex pluribus. sed non est verum, quòd in hoc casu ad vocem solummodò refertur, secundum Gra. 68. distincti. § quid ergo. argu. ex eo, quòd libertas seruo præstita nihil addit. C. de manumiss. vindi. l. 2.

DE PRAESBYTERO NON BAPTIZATO Rubr.

SVMMARIA.

1 *Non baptizatus accipiens ordines, an sit ordinatus.*
2 *Præsbyter si mortuus fuerit, antequam baptizaretur, an censeatur, baptizatus.*
3 *Clericus non baptizatus, an conficiat.*

EGimus s. de baptismo, & eius effectu: dicamus de præsbytero non baptizato. Quid iuris sit de ordinibus receptis à non baptizato, Quid si mortuus fuerit, antequam baptizaretur.

1 Quid iuris sit † de ordinib. receptis à non baptizatis. Videt. q̃ talis ordinatus sit, dum tamen fidem haberet: quia talis baptismo fluminis intelligitur baptizatus: vt patet in his quæ no. j. e. §. proxi. sed dic quòd illud locum habet quousque pro certo didicerit se non esse baptizatum: postea verò iam incipiet contemnere sacramentum: & sic perdit baptismum fluminis dic ergo, quòd si euidenter deprehendatur, quòd ante baptismum fuerit ordinatus, nihil recipit. & ideo baptizatur, & iterum ordinatur. j. ca. 1. Idem est si forma non fuerit obseruata: de qua dixi s. ti. 1. § quæ sit eius forma. & j. e. c. veniens. Idem si dubium sit, vt no. s. ti. prox. §. fi. ver. sed si dubitetur. quia non videtur iteratum, quod ambigitur esse factũ. j. e. c. vlti. § fi. Et hoc scias, q̃ vbicunq; dubium esse potest de iure, vel de facto, utrum tenuerit sacramenti collatio potest conferri secundum formam ecclesiæ, quam dixi s. ti. 1 §. quæ sit. Dubitatur de facto. s. ti. 1. c. 2. De iure, j. e. c. veniẽs. nam in prima parte allegat, q̃ talis ordinandus sit: quia cùm baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum,[a] vt 32. q. 6. §. verum. si deficit fundamentum, corruit quod superædificatum fuit: quia sine fundamento, sicut in aere superædificari non pôt. 1. q. 1. cùm Paulus. ad idem j. e. c. primo. 1 q 1. si quis ꝯfugerit. & c. si quis p ignorantiam: in secunda verò parte allegat in cõtrarium. In tertia verò parte dicit, q̃ cùm possit dubitari de iure, iterum conferri potest: & sic videtur, quòd siue de iure siue de facto dubitetur, dicta forma seruanda sit. Alij contradicunt, & dicunt, quòd vbi dubitat. de baptismo, seruatur illa forma: sed vbi certa est, quòd non fuit baptizatus, seruatur communis. Et idem dicunt etiam in ordinibus conferendis, quòd potest concedi: dũ tamen conferens non intẽdat conferre, nisi sub conditione, aliàs contra. nam & ca. veniens certum erat, quod non erat baptizatus, cum forma non fuisset seruata: & ideo credo verius quod præmisi nam si communis forma seruetur, potest esse periculum, in alia nullum erit.

2 Quid si quis † mortuus fuerit, antequã baptizaretur?[b] Videtur quòd sit baptizatus: quia sine baptismo nullus saluatur. de conf. dist. 4 catechumenum. & ca. firmissimè. & c. degenerante. & c. nulla. 15. q. 1. §. vt itaque. sed illa ca. locum habent, quando aliquis scit se non esse baptizatum, & contemnit baptizari. aliàs autem in fide baptizatur sicut legitur de centurione, de conse. distin. 4 non dubito. 2. quęstio. 7. non omnis cum latrone. de conse. distinctio. 4. baptismi vicem. dicendum est igitur, quòd talis saluus est, dummodò fidem habuit, s. propter fidem sacramenti, non propter sacramentum: quia illud deficit, s. titu. 1. debitum. & ideo pro ipso orandum est quia talis baptismus inuisibiliter ministratus intelligitur, cùm ipsum non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excluserit. j. de consue. quanto. j. eo. Apostolicam. & patet in his quæ no. s. ti. 1. §. quot sint eius species. & ideo expone. ver. j. eo. veniens. §. vlti. ibi, nec malè, & c. sacramento, id est, fide sacramenti propter quam saluatur quis, cùm illud scili. saluetur, intelligatur, quando ipsum sacramentum baptismi religionis, &c. Sed si quis de parentibus Christianis natus fuerit, & inter eos conuersatus, tamen violenter præsumitur, quòd baptizatus sit, vt hæc præsumptio pro certitudine habeatur, donec euidentissimis argumentis contra ostendatur. j. eo. veniens. in fi. de conse. dist. 4. paruulos. & idem intelligas de ordinibus secundum Goffr. quod non videtur omnino. ar. 1. q. 1. §. ecce cùm honoris. sed & contra talem præsumptionem probari potest: & sic contra præsumptionem iuris tantùm admittitur probatio 35. quęst. 3. extraordinaria. 35. q. 1 nec aliqua. s. de probat. proposuisti causam matrimonij.

3 † Sed nunquid conficit is qui baptizatus non est, dummodo ordinatus sit? Dicunt quidam, quòd non: quia nec ordines recepit. 1. quæst. 1. si quis confugerit. sed certè ibi alia ratio reformat pactum: quia ibi loquitur de illo, qui dum erat hæreticus, fuit ordinatus, secus, de illo, qui fidelis est: & ideo potest dubitari propter allegationem quam fecit Innoc. III. infrà eodem. veniens. §. primo. & quia hoc indiscussum reliquit. in §. sequenti. cum dicat hoc in dubitabili casu, & timeri potest, ne animæ sint deceptæ. suprà, de electionibus. dudum. 2 sed ibi loquitur de illo qui malam fidem habet: illud autem certum est, quòd, quantum ad populum, & Deum, & homines, & seipsum, quò ad ea quæ facit, antequam deprehenderet se non baptizatũ, perinde est, ac si baptizatus esset propter fidem sacramenti. argum. s. de senten. & re iudi. ad probandum. ff. de offic. præsbyt. Barbarius. C. de testa. l. prima Hoc autem intelligas, quo ad ea, in quibus subueniri potest: alia enim omnia dico reiteranda sub illa forma, quæ no. s. tit. 1. §. vl. ver. sed si dubitetur. cùm sit dubitabile iuris, vt dixi. s. eo. § 1. Omnia dico quæ non poterant fieri, nisi per sacerdotem. sicut benedictiones coniugum. j. de secund. nup. cap. 1. & 2. Et si consecrauerat hostias infirmis, vt darentur eis. dico iterum consecrandas. Idem in pœnitentijs viuentium: sed parochiani ignorantes in hoc omnino excusati sunt. s. de coha. cler. vestra. & c. tua.

ADDITIONES.

a Sit fundamentum omnium sacramentorum. ¶ Adde gl. sum. de conf. dist. 4. c. per catechismum. de cog. spi. lib. 6. gl. in c. quicunque. 77. dist. Archi. in c. cane. 28. q. 1.

b Mortuus fuerit antequam baptizaretur. ¶ Adde an quis possit baptizari post mortem. vide per Arch. in c. quanto. 2. q. 4.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE. Rub.

SVMMARIA.

1 *Eucharistia qualiter debeat custodiri.*
2 *Clerici possunt vti bonis vestibus: dum tamen cessent à prohibitis.*
3 *Eucharistia nulli peccatori ecclesiastico est deneganda.*
4 *Eucharistiam non bene custodiens qua pœna puniatur.*
5 *Euomens eucharistiam per ebrietatem, vel voracitatem, quomodo puniatur.*

AVdistis de presbytero non baptizato, & celebratione missarum, in qubus tractatũ est de cõfectione eucharistię & carismatis: videamus de costia ipsorum. Qualiter debent custodiri, Quæ, pœna non custodientis.

1 Qualiter † debent custodiri. In loco singulari, mundo & signato, honorificè custodiri debent, & sub clauibus, ne manus temeraria ad ea extendi possit, ad aliqua horribilia, uel nefaria exercenda. s. de celeb. missa. sane. respon. 1. j. e. c. 1. Hoc autem statutum est propter illos, qui inde sortilegia committunt. & quia per laicos non est deportanda eucharistia ad infirmos. de conse dist. 2. peruenit. Potest tamen per diaconum deportari in necessitate 93. dist præsente. & capit. diaconus. Debet autem sacerdos monere & docere parochianos, ut quando eucharistia eleuatur in ecclesia: uel quando defertur ad infirmum, deuotè se inclinẽt: & debet semper lumen præcedere quia candor est lucis æternæ: & eundo & redeundo ad infirmum debet ipsam portare honorificè ante pectus, & cum magna deuotione: transgressores autẽ ad arbitrium superioris puniũtur. s. de cele. miss. sanè §. primo & secundo. Nedum eucharistia vel chrisma, sed etiam ecclesia custodiri debet: ideò non debent in ea poni supellectilia, nisi instanti necessitate, aut propter hostiles incursus, vel propter incendia repẽtina, quibus cessantibus, in loca pristina reduci debent: oratoria autẽ vasa corporalia, & vestimẽta omnia seruitio ecclesiæ deputata munda & nitida conseruent: quia nimis absurdũ videtur, in sacris sordes negligere, quæ dedeceret etiam in profanis. j. e. relinqui. Et est argument. 2 † quòd clerici possunt vti bonis vestibus, dum tamen cessent à prohibitis. s. de uita & hone. cle. clerici, dummodò non faciant hoc ad iactantiam. 21 q. 4. omnis iactantia. dissolutos enim & fractos uestibus non recipiemus. 41. dist. per simoniam. & §. vltimo. Statuitur etiam in regula fratrum minorum, quòd tales nõ reprehendantur, sed potius vnusquisque se ipsum despiciat: q̃a & mulieres possunt deferre preciosas uestes, si placet viris 33. q. 5. quod Deo patri. Sed nec peluis, nec uestimenta seu ornamenta, uel uasa altaris, seu ecclesiæ seruitio depuata aliquid aliud tangere debent, nec alijs usibus deputari, nec ad nuptiarũ ornamenta præstari. de conse. dis. 1. nemo per ignorantiam. & c. uestimenti. & capit. nuptiarum. quòd uidetur intelligendum, ex quo sunt per Pontifices benedicta. vt s. de re. do. c. 3. Cum verò talia sordida fuerint, diaconi cum humilibus ministris intra sacrarium

crarium ipsa lauent.de conse.dist.1.nemo.Et si fuerint vetusta te consumpta, incendio comburantur, & cineres in baptisterio, vel sub fossa, ita quod non possint pedibus hominum conteri, recondantur.de conse.dist.1.altaris.ne semel Deo dicata ad humanos vsus conuertantur.29.q.3.§.semel.14.quæst.fin. comperimus.12.q.2.nulli.dist.54. ex antiquis. 17.q.fi.q.de consec. dist. 1.lingua.† Eucharistia autem nulli peccatori ecclesiastico deneganda est, quamuis sacerdos ipsum peccatorem sciat. de conse. dist.2.non prohibeat.& ca.sicut Iudas.Sed notorio prohibetur, nisi pœniteat.de conse.distin.2.pro dilectione.s.de elect.Osius. in fin.& c.licet de vitanda §.antepe. ibi cum Dathan & Abiron. infrà de poen. omnis. Datur autem aliquando non baptizato, scilicet quando creditur baptizatus.s.tit.1.c.2.sic intellige s. ti. 1.veniens.§.1.

Quæ pœna non † custodientis. Hęc est, quòd si eucharistiã vel chrisma sacerdos minus cautè dimiserit, quamuis nihil nefarium inde contingat, tribus mensibus suspendi debet. C. eod.si quid nefandũ inde contigerit, grauiori ad arbitriũ iudicis subiacebit vltioni.s.e.c. 1.† Si qs autem per ebrietatem vel voracitatem eucharistiam euomit, 40.diebus pœniteat, si laicus sit.nam clerici vel monachi, diaconi, vel presbyteri 70.diebus pœniteant.de consecr. distinctio.2. si quis per ebrietatem episcopi.Si pro infirmitate hoc contigerit, 7.diebus.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE sanctorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Reliquiæ antiquæ & apprabatæ non debent venales exponi.*
2. *Corpora sanctorum non sunt transferenda de loco ad locum sine licentia Papæ.*
3. *Canonizatio sanctorum quomodo debeat fieri.*
4. *Catalogus quid sit.*

QVoniam cõsecratio altaris, de qua suprà dictum est, sine reliquijs fieri nõ debet.de consec.distin.1.placuit.dicamus de reliquijs, &c.Et sciendum, quòd† reliquiæ antiquæ & approbatæ non debent venales exponi, [a] nec extra capsam trahi, nouę verò [b] sine licentia Romanæ eccl. publicè venerari non debent.infra eod.capitul.2.C.de sac.san.eccl.nemo martyres.quia res sacræ vendi non possunt:vt not.suprà, de contrahen.empt. & ven.† Sed nec transferenda sunt corpora sanctorum [c] de loco ad locum sine licentia principis, id est, Papę, de consec.dist.1. corpora.ergo ad Papam pertinet approbare, siue reprobare:qa quem approbat approbatus est:& quem reprobat, reprobatus est.23.q.1.hęc est fides.& c.quoniam vetus.& q.51. sanè profertur. Ideo reprobantur hi, qui hominem quendam in ebrietate occisum tanquam sanctum venerabantur:quia ebriosi non possidebunt regnum Dei:& ecclesia pro talibus vix permittit orare.infrà eodem.c.1.Ideo dicit, Vix, quia si sit assidua, peccatum mortale est:& tunc non est orandum: secus, si semel in anno cõtingat, vel aliquid sumat in cibo vel potu vltra quàm deberet. de conse.di.5.nullus.25.dist.§.alias.& vide super hoc quod not. s.de temp.ord.sub § 3.cum nona regula.Ideo etiam dicit, ꝙ publicè non veneretur aliquis tanquam sanctus, quousque sit per Papam approbatus: [d] quoniam & per malos aliquando fiunt miracula.1.q.1.teneamus.Ideo diligenter inquirendum est de vita & conuersatione, & miraculis, & omnia transmittẽda domino Papę:ut ipse approbet, vel reprobet.s.de test.venerabili.†Et no. ꝙ ad canonizandos sanctos, & in sanctorũ catologo, de quo habes.19.q.3. quoniam conscribendos. & hoc modo peruenitur. Primò oportet inquiri de vita sua, vt ipsa prior testimonium ferat pro laboribus multis, nomine Christi toleratis: pro moribus castis:pro actibus strenuis. 61.dist. miramur.oportet enim præsenti testificatione prędicari, & bonæ famæ præconijs non taceri.12.quęst.quatuor.maximè de simplicitate & humilitate quæri debet. s. de pręsumpt.ex studijs.Item utrum in vita persecutiones passus fuerit.7.quæstio. 1. omnis qui gemebat. & de causa persecutionis, vtrum scilicet quia volebat iusticiam exercere, vel propter charitatem.1.quæst.1. vide quantum bonum. Item quærendum est de miraculis, & in vita & post mortem factis, in quo quatuor requiruntur. Primum est, quòd à Deo, non ex arte procedat.1.quæst.1.teneamus.2.quęst.7.§.item Balaam 1.quęst.1.prophetizauit.Secundum, quod sit contra naturam, licet dicat lex, quòd in his quę rarò contingunt, miraculum est: in auth.de consulib.§.& post illud. collat.4. Tertium est, quòd non ex vi verborum, sed ex merito hominis hoc cõtingat: hoc ideo, quia panis transsubstantiatur in corpus miraculosè. s.de celebr.missa.cùm Marthæ.§.quæsiuisti etiam.sed virtute verborum.de conse.dist.2.quia corpus.& c. in quibusdam. Quartum est, ꝙ sit ad corroborationem fidei. nam & herba transit in vitrum ministerio hominis: sed propter hoc fides non corroboratur.& iunge.quod not.s.de elect.§.quis eligi.ver. canon tamen antiquus.& se.Et hoc intelligas de confessoribus:de martyribus autem non fit tanta examinatio, sed quęritur tantum de miraculis, & causa, propter quam passi sunt.ar.de conse.dist. 4. catechumenum.& capitul.baptismi. vicem.† Est autem catalogus [e] sermo, nomina aliquorum continens ordinate à κατα, quod est iuxta, & λογος, quod est sermo secundum Hug. Item hi qui causa deuotionis accedunt ad aliquam ecclesiam propter miracula, quę ibi fiunt, non sunt fallis vel ficticijs documentis decipiendi:sicut occasione quæstus fieri consueuit.infra eod.capi.2. in fine.

ADDITIONES.

a Non debent venales exponi. ¶ Adde tex.in c.2.eod.tit.c. adhoc. de relig. do.gl.& Bal.in l.3.C.de sac.san.eccl.

b Nouæ verò. ¶ Adde Card.Zab.in c.fi.in 4.no.eo.ti.1.

c Corpora sanctorum. ¶ Adde in summa Pisanella.in verbo reliquiæ.in §. cuius autem.& in summa Angelica in eo.verbo.

d Quousque sit per Papam approbatus. ¶ Adde Troilum Maluecium & Fran.Pauin.& Mart.de Lau.in suis tract.de reliq.& venera.sanct.

e Est autem catalogus. ¶ Adde cap.quoniam.19.q.3.& gl.in c. quorundam. 34.distinctio.

DE OBSERVATIONE IEIVNIORVM. Rub.

SVMMARIA.

1. *Ieiunij diuisio, & definitiones.*
2. *Ieiunandum qualiter sit, Et quando sit ieiunandum. 5.*
3. *Quadragesimæ tempore à quibus abstinendum sit.*
4. *Diuites an cogantur vti cibis pauperum.*
6. *Ieiunare an teneatur quilibet in Quadragesima.*
7. *Aduentu domini an sit ieiunandum.*
8. *Vigilia alicuius sancti si sit die Dominica, an sit in illa ieiunandum.*
9. *Episcopus an possit dispensare in voto ieiunij.*
10. *Ieiunandum quando non sit.*

EGimus de veneratione sanctorum:& quia aliquorum festiuitates colendæ sunt, & vigiliæ ieiunandæ, dicamus de obseruatione ieiuniorum dicentes, Quotuplex sit ieiunium, Qualiter sit ieiunandum, Quando ieiunandum sit, Et quando non.

Quotuplex sit† ieiunium. [a] Ad hoc notandum, ꝙ ieiunium triplex est. Primum est magnum & generale, abstinere, s. ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiuninm. & ipsum elegit Dominus:de conse.distin.5.ieiunium.Secundum est discreta & moderata refectio, ut scilicet singulos dies absque ciborum luxuria transeamus.de cons.distinct.5 sit. & cap.non dico. Et hæc duo ieiunia omni tempore, & diebus singulis sunt seruanda. Tertium est subtractio prandij, & post cœnam cuiuslibet cibi priuatio, vsq; in diem sequentem, hoc est semel in die tantùm hora congrua comedere, ad hoc de consecra.distin.3.de esu. & 4.distin.denique.

Qualiter † sit ieiunandum. Vt quilibet viriliter resistat tẽtationi gulę, quæ secundum beatum Grego.5.modis tentat, & vincit.Primò, cùm aliquis indigentiæ tempora præuenit, puta comedit, & non indiget, nec esurit.Secundò, quando non pręuenit, sed lautiora, id est, plura fercula, quàm expediat, vult habere. Tertiò, quando ea quæ sumenda sunt expedit accuratius procurari, id est, nimis curiosè, vel deliciosè. Quartò, quando & si tempus & qualitas ciborum congruat, in ipsa tamen quantitate sumendi excedit, scilicet quia nimis comedit, quod crapula vocatur. Quintò, quando & abiectius.i, vilius est, quod desiderat, ipso æstu immensi desiderij deterius peccat:ut hæc probantur de conse.dist. 5. quinque modis hæ quinq; tẽtationes dieb.singulis sunt vitandæ.cõprehenduntur aũt hoc versu:

Præpropè Lautè, Nimis, Ardenter, Studiosè,

& iunge.

ADDITIO.

a Ieiunium. ¶ Verior est.Mart. nostri bimembris diuisio: nam & prandij subtractio corporali ieiunio continetur.Primum ieiunij genus perfectum rectè putauit idem, ad quod omnes teneri scribit:quod autem, & quale, & quis eius effectus, diuinè explicuit propheta Esa.c.58. Adde do.in rub. eo.ti.& per Car.Alex.in c.denique.3.dist.

& iunge qđ not. s̃. de temp. ordi. sub §. 3. versi. est igiť crapula. & seq. Sed t pe ieiuniorum ab ecclesia inductorum, videtur abstinẽdum esse nedum à carnibus, sed & ab omnibus, quæ sementinam trahunt originem à carnibus, puta lacte, caseo, ouis, cæterum piscium esus, vt sit infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium, siue incentiuum, conceditur. deniq; quia à carne abstinet, nunquam sumptuosa conuiuia beluarum præparet marinarum, ſm Gra. 4. dist. denique.[a] Sed contraria est consuetudo, quæ hoc non seruat, cui in talibus videtur esse standum. vt 76. dist. vtinam omni tempore. † Solutio. dic ꝙ in Quadragesima abstinendum est à carnibus, & ab his quæ trahunt originẽ sementinã: de conse. dist. 5. non oportet, sed & si esset à beluis marinis abstinendũ, est tamen de consuetudine tolerandum: quia qui nimis emungit, elicit sanguinem. Et sic intellige: nam & sic loquitur 4. dist. deniq;. & duob. capitulis precedentib. in sextis autem feriis, & aliis ieiuniis consuetudo illorum, inter quos quis conuersatur, sequenda est. vt patet in his quæ not. j. e. §. quando ieiunandum. ver. nam quisquis. & ver. in decretis. ergo Parisiis comedã oua in sextis feriis, sed Ebreduni abstinebo, nisi ꝙ Parisiis causa exempli abstineam, propter prælationem arg. 11. q. 3. præcipuè. s̃. de voto. magnæ. §. 1. & s̃. de sacra vnc. c. vnic. §. ad exhibendum. versic. de odore famæ. & seq. & hoc intelligas, nisi à sacerdote pœnitentiam imponente certus modus abstinentiæ sit inuentus. nam is non obstãte consuetudine contraria, est obseruandus: vt probatur 82. distin. presbyter. 33. q. 2. admonere. vt tamen semper necessitati subueniatur, & periculis occurratur. de conse. dist. 3. de pœnitentibus. dist. 5. ieiunia in ecclesia. j. e. consilium § pe. & fin. & iunge quod no. j. eo §. ieiunandum. ver. hoc etiam scias. nulla enim esset consuetudo, per quam dirumperetur neruus ecclesiasticę disciplinę. s̃. de consue. cùm inter vos. † illud tamen notandum est, ꝙ non coguntur diuites cibis pauperum vesci: vtantur ergo consuetudine infirmitatis suæ. nam si mutant, ægrotant. vtantur igiť cibis, preciosis, & dent pauperibus necessaria & vilia: doleant tamen aliter se non posse, ſm Aug. 13. distin. non cogantur. nec enim in qualitate vel quantitate cibi est vitium dummodo secundum naturæ suæ exigentiam quis vtatur: nec propter hoc cõtinentiores nobis sunt plereq; bestiæ, quia vilioribus vtuntur. Quid ergo locis, personis, & temporibus conueniat, diligenter est attendendũ, secundum Aug. 42. dist. quisquis. & c. deliciæ. & c. quod dicit dominus. Licet autem quis à cibis abstineat, non prodest. nisi & à vitiis & dissolutionibus quis ieiunet. 86. dist. quid prodest nec prodest ieiunare, orare, & alia pietatis opera facere, nisi mens ab iniquitate, & lingua ob obtrectationibus coerceatur: de conse dist. 5. nihil prodest. sed nec refici debet corpus ante horã cõgruam. nam qui in quadragesima ad horam nouam manducat, antequã vespertinum celebretur officium, vel antequam vespertina hora per æstimationem completa fuerit, non creditur ieiunare. de conse. dist. 1. solent plures. & ar. de conse. dist. 3. ne quis. vbi dicit, quod hoc tempore laici exemplum, & præceptum custodiant sacerdotes, si aliquando citra noctis tenebras non comedant: vt patet in his, quæ not. s̃. de conse. eccle. dist. 2 §. & quando. sed hoc, quo ad horam ita tardam de consuetudine non seruatur.

5 b **Quando** † ieiunandum sit. Et est sciendum quòd vigiliæ Natiuitatis domini[b] & Assumptionis beatæ Mariæ, & omnium Apostolorum sunt ieiunandæ, nisi consuetudo in contrarium sit, quantum ad Apostolos aliquos, quorum festiuitates non consueuerunt ieiunari, generaliter intellige. j. e. c. 1. & 2. respon. 1. §. 1. j. de ver. sig. quæsiuit ergo. quamuis doctores dicant hos versus arrogatos:

Petrus & Andreas, Paulus cum Simone Iudas,
Vt ieiunemus nos admonet, atque Matthæus.

Hoc tamen non videtur verum, imò in aliis obseruabitur consuetudo. Sed in his cogi possunt homines ieiunare, cum generaliter teneantur. ar. s̃. de cel. mis. perniciosus. s̃. de cens. ex parte. j. e. consiliũ. §. item in illis. nam quisquis contemptis his cum quib. latiora aut austeriora indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui est, aut superstitiosus. 41. distin. §. vlt. ideo cum Romæ sum, ieiuno in sabbato: cum Mediolani, non ieiunio, secundum Aug. Vnde versus:

Cùm fueris Romæ, Romano viuito more.
Cùm fueris alibi, viuito sicut ibi.

12. dist. illa. & probatur 77. dist. §. vlt. & s̃. de feriis. c. 2. & ꝙ ita sit probat consuetudo Parisien. vbi Deus rectè colitur & timetur. & tamen ibi nõ omnium Apostolorum vigiliæ ieiunantur. Alij dicunt, ꝙ omnes vigiliæ Apostolorum ieiunandæ sunt, non obstante consuetudine contraria, excepta vigilia Apostolorũ Philippi & Iacobi, & beati Ioannis euangelistæ, quoniam prima festiuitas intra solennitatem paschalem, secunda intra natale Domini celebratur. j. e. cõsilium. De festiuitate autem beati Bartholomæi, de cuius, celebratione dubietas oritur apud quosdam consuetudo cuiuslibet ecclesiæ est seruanda. j. e. consilium. § sanctorum Puto, ꝙ in talibus standum sit cõsuetudini, nisi sacerdotes, id est, diœcesani contrarium præcipiant. nam ieiunia ab his inducta non sunt, nisi necessitate instante, soluenda. de consec. dist. 5. ieiunia in ecclesia nunquid dictum est s̃. de festiuitate beati Bartholomæi exponi potest. j. de vigilia festiuitatis, sicut præcedentia & sequentia innuũt, in quibus non de festiuitatibus, sed de vigiliis agitur. ad hoc ff. de le. 1. si seruus plurium §. si numerus Sed & de festiuitate põt intelligi, vt sciant homines, quo die celebrare debeant. Nam aliqui faciunt festũ beati Bartholomæi die, qua fuit excoriatus, alij die seq. & in talibus nullus error est, si consuetudo cuiuslibet ecclesiæ teneatur. j. de verb. sig quæsiuit. §. 1. excipe festum Paschæ, qđ non admittit consuetudinem contrariam. imò est per vniuersum orbem eodem tempore celebrãdum. & hoc tenetur quilibet Metropolitanus in concilio nunciare, scilicet qua die vel calẽdis occurrat. de cons. dist. 3. de obseruatione. & c. præceden. Tota etiam Quadragesima summa obseruatione obseruanda est, quæ 42. dies continet. de quib. dum sex dies Dominicæ abstinentiæ subtrahuntur remanent. 36. ieiunandi. quia decima pars totius anni, qui constat ex 365. diebus his adduntur quatuor dies, Dominicam in quadragesima præcedentes, ita ꝙ in capite ieiunij incipimus ieiunare. vt sic impleatur sacer numerus 40. dierum, quem Saluator suo sacro ieiunio consecrauit, secundum Gra. de consec dist. 5. quadragesima. quorum ieiunium adeò strictè seruandum est, vt qui vnam diem fregerit comedẽdo bis, etiamsi hoc fecerit feria 5. in cena Domini, totam quadragesimam videtur violasse, siue inhonorasse. de consecr. dist. 4 nõ liceat. & ca. non oportet. quod intellige secundum Hug. quando splendidè & perfectè comedit. & postea surgit, & iterum comedit: secus, si parum comederet: & postea ad mandatum faciendũ surgeret, quo facto ad mensam rediisset: & comestionem incœptam compleret. nam & talis ieiunus diceretur: certè idem videretur, si vnam hostiam etiam completa comestione, in signũ cœnæ sumam ob puram deuotionem. arg. 41. dist. quisquis. & ff. de ven. insp. l. 1. §. fin. si tamen quinquagesimam. Sed quadragesima tantùm est indicenda: de consec dist. 3. sacerdotibus. Sed contrà 4. dist. statuimus. & duobus c. sequentibus. dicunt quidam, ꝙ illa c. sunt abrogata. alij, ꝙ de consilio intelliguntur, & non de præcepto. vel dic ꝙ laicis indicenda est quadragesima, non quinquagesima. & sic intelligitur c. sacerdotes. Sacerdotes verò tenentur facere quinquagesimam: & sic loquũtur contraria c. euidenter. ad hoc. 1. q. 1. vilissimus. 7. quæst. 1. qualis. & ca. nec sufficere. 13. q. 2. qui diuina. & certè satis debẽt clerici, & maximè sacerdotes, saltem ad dentes curandos addere duos dies. † Sed nunquid tenetur quilibet in Quadragesima ieiunare? Et certè sic, nisi ætatis fragilitas, vel corporis debilitas, vel labor agriculturæ, seu iusta causa & necessaria ipsum excuset, in quo quidem puto, ꝙ & à diœcesano debeat licentiam obtinere: vt probatur j. e. consiliũ. §. cùm autem quæsieris. & sequen. not. j. e. ver. & cùm necessitas.

6

c Idem intelligas de quatuor temporibus:[c] nam constitutum est: ꝙ hæc ab omnibus hominibus communi ieiunio obseruentur. & est celebrandum primum ieiunium in hebdomada prima quadragesimæ, & tempore veris. Secundum in hebdomada Pentecostes, tempore æstatis. tertium verò in Septembri, tempore autumni. Et quartum in Decembri, tempore hyemis more solito fiant, vel lex abstinentiæ omnibus temporibus sit astricta. 76. distinctio. statuimus. & cap. huius. & si vis scire, qua die incipies ieiunare, docent hi versus:

Vult crux,

ADDITIONES.

a Occasiõe ieiunij corporalis rectè illinc efformabimus rubricellã ex Mart. e. ti. in sum. qui ieiunare cogendi non sint. Qua in re idem scribit, laborantes in vineis, fulloniis, aut mineriis metallorũ, & cæteris eiusmodi, & aliis artificiis, vbi est opus magno labore, excusantur, maximè si adeò pauperes sunt, vt per seipsos oporteat colere vineas proprias: vel si adeò debiles sint, vt non posint ieiunando operari, aut si oporteat eos locare operas suas, vt sibi, familiæque suæ prouideant, quia fortè non inuenirent operas suas, nisi fregerint ieiunia, nec aliunde sibi prouidere possunt, aut si serui sunt, aut rustici, qui debent operas dominis suis. Cursores quoq; diuitum non possunt currere, & ieiunare. Prægnantes quoque & nutrices mulieres soluere, & frangere quælibet ieiunia possunt: sed infirmi ieiunare non possunt, nec coguntur: id tamen ait Mart. relinquendum arbitrio boni viri, In reliquis huius tractatus articulis conuenit cum Hostiensi.

b Vigiliæ natiuitatis Domini. ¶ Adde tex. in c. 1. e. ti. & quid si natiuitas domini venit sexta feria, an religiosi professi posint comedere carnem: vide in c. fi. e. ti. Car. Zab. in c. cùm ad monasterium. in 4. no. de sta. mo. & per Archiep. Flo. in 2. par. ti. 6. c. 2. in §. de lacticiniis. in 1. col.

c Et quatuor temporibus. ¶ Adde tex. in c. de ieiunio. c. statuimus. c quãuis. & c. ieiunium. 76. dist. & ad quid fuit inductum ieiunium quatuor temporum, vide in c. huius obseruatione. 76. distin.

Vult crux, Lucia, cinis, & charismata dia,
Vt det vota pia quarta sequens feria.

Et secundum hoc intelligas quod legitur 76. distin c. 2. 3 & 4. & sequen. Sed & idem intellige de vigiliis quorundam sanctorum, quorum festiuitates specificantur suprà de consecra. distinctio. 3. nisi alia festiuitas impediat, vt patet in his quæ not. s. eo. versi. alij. Et idem de non specificatis, quæ tamen à singulis episcopis in suis ciuitatibus & diœcesibus indicuntur: nam & hæc ieiunia ab omnibus subditis sunt seruanda. de conse. dist. 3. c. 1. ad fi. & di 7 stinct. 5. ieiunia in ecclesia. † Quid de aduentu [a] Domini? Romæ a ieiunatur. j. eod. consilium. respon. 1. in fin. vtrum autem ad hoc quilibet adstringatur, puto cõsiderari debere consuetudinem regionis: vt apparet in his quæ not. s. eod. versicu. nam quisquis. & consuetudine deficiente in diœcesi episcoporum, vt apparet in his quæ notan. s. eod. versi. prox. quamuis & honestum sit, quòd clerici ieiunent, & maximè sacerdotes, vt apparet in his quæ no. 8 s. eodem. versicu. sic verò quinquagesima. † Quid si vigilia alicu b ius Sancti in Dominica die [b] incidat, nunquid debet ieiunari? Non videtur. nam die Dominica ieiunandum non est. vt nota. j. eo. §. & quando. sic ergo nec in die sabbati præcedenti. nam locus sacer inter duo prædia positus impedit seruitutem. ff. de serui. seruitutes. §. 2. & vlti. & similiter medium prædium quod non seruit. ff. de serui. rust. præd. qui sella §. in rusticis. & videtur casus decerni. j. de verb. sig. quæsiuit. §. 1. Sed dic quod licet in die Dominica, quando in ipsam vigilia Apostoli incidit, non sit ieiunandum, vt ibi: est tamen ieiunandum die sabbati præcedenti: vt j. eod. capit. 1. in fin. & 2 §. 1. nec obst. quod de seruitutibus est obiectum: quia ieiunium non est seruitus prædialis, sed obligatio personalis: quæ & si die incidit, qua solui non potest, die alia est soluenda: & in hoc melius est soluere die præcedenti, quàm sequenti. ad hoc s. de dolo & contu cùm dilecti. §. preterea. ff. de arbi. Celsus. In decretis etiam inuenitur, quòd feria quarta: quia Dominus ea die traditus fuit. & 6 quia ea die passus est, ieiunandum est: sed & die sabbati: quia dies illa inter tristitiam passionis, & lætitiam Dominicæ resurrectionis includitur, ieiunandũ est, & ab esu carnium abstinendum. de consec. distin. 3. sabbata. & c. ieiunia. tamen ad minus die sabbati, si quis se Christianæ religionis participem esse desiderat, nisi infirmitas, vel festiuitas impediat, est ab esu carnium abstinendum. de conse. distin. 5. quia dies. & hoc tenent Gallici, comedentes carnes in feria quarta. Prouinciales verò contrarium seruant: sed non est vis. nam & in his diuersa consuetudo tenenda est & seruanda: vt patet j. eod. consilium. §. item de illis. vt & not. s. eod. versi. nam quisquis. Hoc etiã scias, quòd cuicunque conceditur vsus ouorum, & casei, intelligitur concessum, quòd etiam sanguine vti possit. argu. 83. distin. presbyter. & sic vtuntur Cluniacen. sed & Cistercien. & quidam alij religiosi contrarium seruant. Item feria sexta possunt comedi carnes: si tamen Natiuitas Domini in ea inciderit, propter festi excellentiam, nisi quis voto adstrictus sit, vel regulari obseruãtia abstineat esu carnis. j. eod. c. vlti. ad idem de conse. distin. 5. quia dies. & potest abstinere qui voluerit ex deuotione. vt j. eod. cap. fin. 76. distin. §. obseruantia. & not. j. eod § fin. versi. item festiui9 tas. † Et nunquid in voto potest Episcopus dispensare. [c] argu. q c sic. s. de voto. c. 1. inspecta persona & redemptione, quam facere vult, scilicet, vtrum magis placere debeat Deo redemptio, vel ieiunium. & secundum hoc dispenset, vel non dispenset. argu. s. de voto. magnæ. §. cùm igitur. nam & regulares, qui his æquiparãtur, aliquando comedunt carnes extra refectorium in infirmatorio tantùm. s. de sta. mon. cùm ad monasterium. Et cùm necessitas legem non habeat, vt de conse. distin. 1. sint. & s. de consue. quanto. j. de reg. iur. quod non est licitum. de conse. distin. 3. de pœnitentibus. & distin. 5 ieiunia in ecclesia. & ea. carnem. etiam tempore quadragesimæ potest dispensare Episcopus cum infirmis, vt in eis maius periculum euitetur. de conse. d. stin. 5. quadragesima. & idem tempore caristiæ: debet tamen fieri oratio apud Deum, ne eis imputetur: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. j. eod. consilium §. cùm autem. & §. vlt. 5. distin. ad eius. & iunge quod not. s. de voto. §. qualiter, & cuius authoritate. & §. sequen.

10 Et quando † non. A die Resurrectionis vsq; in diem Penthecostes ieiunandum nõ est: & ideo vigilia Apostolorum Philippi & Iac. non ieiunatur. j. cod. consilium. respon. j. nec vigilia Ioannis Euangelistæ. cùm incidit in natale Domini, vt ibi. ad hoc. 76. distin non autem excipiuntur de tpe Paschali Rogationum dies: vt de conse distinct. 3. rogationes. & de consuetudine vigilia Penthecostes: quod etiam dixi de Rogationibus, intelligas, nisi sint de consuetudine approbatæ. alibi enim consilium est, secundum Hugo. Item excusat necessitas: vt patet s. eod. §. proxi. versicu. & cùm necessitas. Item honor diei: nam die Dominico nullatenus est ieiunandum. de conse. distin. 3. ne quis. & cap. ieiunia. ad fin. & si quis hoc hodie studiosè dixerit, ieiunandum esse, non creditur esse catholicus 26. q. si. sacerdotes. & si pro pœnitentia à sacerdote accepta hoc sine necessitate aliqua fecerit, sicut Manicheus, anathema sit. 36 distin. capi. fina. Sed & eodem modo feria quinta, qua Deus ad cœlos ascendit, prohibetur quilibet ieiunare: vt de conse distin. 3. ieiunium. sed hoc de consuetudine non seruatur: imo indistinctè quinta feria ieiunatur. Item festiuitas excusat à ieiunio: ideo in quinquaginta diebus festiuitatis Paschalis non est ieiunandum, sicut not. s. eodem. §. respon. 1. & est ratio: quia illo tempore fuit sponsus cum sponsa, quæ cùm delectaretur sponsi amplexibus non fuit sibi tunc temporis aliqua asperitas indicenda. & hæc est vna ratio, quare ieiunium Pẽthecostes eiusdem hebdomadæ reseruatur. 76. dist. ieiunium. §. non tamen. & sequen. Est & alia, vt si quid fortè in festiuitate Paschali libertas negligens, & licentia immoderata commiserit, sequenti abstineatia experiatur. 76. distinctio. igitur. Est & tertia, vt scilicet ordines, qui tunc temporis conferendi, recepta Spiritus sancti gratia celebrat. & hæc ratio redditur suprà, de tempo. ordi. cap. 1. sed & si quis his diebus festiuis nõ in contemptum festi, sed ob veram deuotionem & carnis macerationem voluerit abstinere, hoc non improbamus: & sic intellige quod not. suprà eodem. §. proximo. versicu. item feria sexta.

ADDITIONES.

a Quid de aduentu. ¶ Adde Archiep. Flor. in 2. par. suæ sum. titu. 6. c. 2. in §. nunquid sunt dies.
b In Dominica die. ¶ Adde tex. in c. ieiuni. de conse. dist. 3. col. ult. nam & ibi Archid. 8 1. distin.
c Nunquid in uoto possit Episcopus dispensare. ¶ Adde Inn. & An. de But. in c. dilectus. de temp. ordi. Spe. ti. de dispensatio. in §. nunc de episcoporũ.

DE PVRIFICATIONE POST partum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Purificatio olim qualiter fiebat. Et an hodie sit seruanda.* 2.

Actum est in superioribus de ieiuniis celebrãdis, veneratione sanctorum: sed quia ex reuerentia & deuotione procedit, quòd mulieres post partum cessant ad tempus, ne templa ingrediantur, apponitur hic rubrica de purificatione post partum in qua videndum, Quid circa hoc olim seruabatur in lege veteri. Et quid hodie sit seruandum.

1 Quid circa hoc † olim seruabatur in lege veteri? Et quidem in veteri Testa mulier post partum reputabatur immunda, ideo prohibitum erat, ne mulier masculũ pariens intraret templum, vsque ad 40. dies: si verò fœminam pareret arcebatur ab ingressu 80. diebus. 5 distin §. 1. sed contra eodem. cùm enixa. quod quidam habent pro palea. vbi dicit, quòd pro masculo cessabatur 34. diebus, pro fœmina. 66. Sed ibi consideratur tempus circuncisionis masculi, qui in septima die natiuitatis circuncidebatur: in muliere verò tempus impositionis nominis, quæ fiebat in 14. die natiuitatis suæ. sed in d. §. 1. consideratur tempus natiuitatis vtriusque. ratio autem huius prohibitionis erat: quia, sicut Physici asserunt, tot diebus est ebriosus fœtus masculinus, vel fœmininus in vtero mortificatus, sine infusione animæ. ad quod accedit 56. distin nasci.

2 Et quid hodie † sit seruandum? Et certè, legis umbra euanuit, & illuxit ueritas Euangelij. possunt mulieres propter prolem emissam, quandocunque uoluerint, intrare ecclesiam acturæ gratias Domino Deo nostro, ne pœna uideatur eis conuerti in culpam. j. eod. c. unico. & 5 distin. mulier. & c. ad eius. Sed si qua abstinere noluerit, ob ueneratione aliquam, uel deuotionem: non credimus improbandum. j. eo. c. unico. in fin. & s. tit. 1. c. fi. quia bonarum mentium, &c. s. tit. 1. consilium. §. cùm autem. 5. dist. ad eius uerò concubitum. aliquando enim bonum est abstinere etiam ab eo quod licitè fit. de conse. dist. 2. quotidie 11. q. 1. aliud. ex hoc uidetur quod loquatur de muliere uxorata. alias enim est in culpa, unde uideretur, quòd hac pœna plecti debeat. arg. in auth. de resti. & ea quæ parit in 11. mense. §. utrum si quidem. colla. 4.

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS, VEL REparandis, uel de nouo construendis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia à quibus sit reparanda.*
2 *Vsufructuarius tenetur ad sacra tecta reparanda.*

3 *Ecclesia cuius authoritate sit de nouo construenda, vel ædificanda, Et qd si sit constructa in alieno solo. 4.*
5 *Cathedralis ecclesia sine licentia Papæ erigi non potest.*
6 *Ecclesiæ nouæ ex quibus causis sint faciendæ.*
7 *Oratorium quilibet masculus, vel fœmina de consensu episcopi potest sibi construere.*
8 *Reficere, & de nouo facere, quid differant.*

DIctum est suprà de ecclesiis consecrandis: sed
quia ecclesiæ consecratæ sępe corruunt,
& reparatione egent: subiicitur hæc rubrica de Ec-
clesiis ædificandis, vel reparandis, vel de nouo con-
struendis. Vel sic: Diximus suprà quòd mulier potest intrare ec
clesiam, quando vult: sed quia pleraq; loca carent ecclesiis, quæ
carere non debent, videamus de ecclesiis, & c. hic dicendum est,
A quibus sit ecclesia reparanda, Cuius authoritate sit de nouo
construenda, vel ædificanda, Et quib. ex causis sint nouæ ecclesię
faciendæ.

1. A quibus † sit ecclesia reparanda. Et quidem si fabrica
portionem suam habeat deputatam ab illo,
qui percipit, reparari debet. 10. q. 3. vnio. & q. 1. decernimus. & si
non sufficit, tunc rector & beneficiati, secundum quod perci-
piunt ibi, conferre debent. j. eodem. c. 1. & c. de his. 16. quæstion.
1. si monachus. in quo casu statur dispositioni Episcopi & maio-
ris partis ca. suprà, de his quæ fiunt a maiori par. ca c. si qui enim
emolumentum percipit, meritò & onus sentire debet. vnde
versus:

Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis.

C. de cad. tol. l. vnica. §. proxi. & § ne autem. C. de fur. manifestis-
2 simi. §. pe. in fin. † Vnde & vsufructuarius tenetur ad sacra tecta
reparanda. ff. de vsufr. l. vsufru. legato. & l. hactenus. C. de vsufr.
cum ad quem. In quibusdam etiam regionibus laici hoc faciunt
expensis suis, de consuetudine, quæ iuuatur autoritate iurium
proximè inductorum. nam & ipsorum interest, cùm ibi perci-
piant sacramenta ecclesiastica, & missas audiāt, maximè vbi ma
lè vacant decimis, hoc erit obseruandum. 16. q. 7. quicunque.
& cap. & hoc diximus. & filijs & nepotibus. & ar. quòd compel-
lendi sunt talem consue. seruare, j. de simo. ad Apostolicam, in
auth. de sanctis. Eipscop. §. pro consuetudinibus. & de eccle. tit.
§. ad hoc scimus. collatio. nona. C. de sacrosanct. eccle. ad instru-
ctiones. & l. priuilegia. Sed si talis consuetudo non reperiatur:
puta. quòd quarta fabricæ quondam à sanctis patribus deputa-
ta, ad hoc tenetur quicunque sit qui eam percipiat, nulla obstan
te præscriptione, uel consuetudine. Sed ex quo ecclesia repara-
ta erit, redibit ad ipsum qui ipsam percipere consueuit. sic intel-
lige. 12. q. 2. ab illo. c. de rebus. usque ad c. statuimus. non potest
præscripta cōsuetudo: quia irrationabilis. s. de sepul. certificari.
& de consue. c. fi. nec. currit præscriptio contra salutem animæ.
s. de præscri. vigilanti. & c. fin.

Cuius authoritate † sit de nouo construenda, vel ædifi-
canda. In construenda ecclesia, vel oratorio, vel
quacunque enis domo religiosa, debet interuenire authoritas Epi
scopi qui primarium lapidem ponere debet. de cons. dis. j. nemo.
j. de priui. cū olim. §. primo. dicit etiā lex, ꝙ primò debet ibi Epi-
scopus orationem facere, & signum crucis adorandum, & ho-
norandum. in auth. de mona. §. illud igitur ante alia dicendum
est. col. 1. Et licet honestum sit, si Episcopus in propria persona
hoc faciat, non tamen est necessarium, imò & per alium presby-
terum de licentia Episcopi hoc fieri potest. sic intellexerunt
Hug. & Ioan. ad hoc. 26. q. 6. cap. 2. & capit. presbyteri. & cap. fi.
suprà, de offic. Archipresby. ministerium. ante fin. sed contra
argumen. s. de conse. eccl. vel alta. aqua. & ff. de ori. iuris. l. 1. post
princip. & 1. q. 1. cùm Paulus. Sed & primò debet assignari dos à
fundatore. de conse. dist. 5. nemo. in authen. vt determi. sit nu-
merus cler. §. 1. coll. 1. Et tanta debet esse dos. quæ sufficiat ad lu-
minaria, & ad uitam ministrorum. 26. q. 7. piæ mentis. debet au-
tem episcopus numerum clericorum & mensuram aliorum de
terminare. in auth. ut nullus fabricet oratorij domum. §. 1. col. 5.
quòd si ad hoc non sufficiat dos iuxta arbitrium episcopi, detur
ad comparationem aliarum ecclesiarum. ut ibi. & arg. in authen-
tic. de eccle. titu. § si quis autem voluerit fabricare. colla. nona.
Numerus autem seruientium debet esse ad minus duorum: arg.
suprà, de vita & honesta. cleric. ut vnusquique. & de fil. præsby-
ter. proposuit. vel trium de consecra. distinct. 1. hoc quoque. su
prà. de elect. ca. 1. Item debet tantum assignari, quod sufficiat ad
hospitalitatem, & ad iura Episcopalia persoluenda. s. de præben.
de monachis. & de supp. neglig. prælato. cap. secundo. Quod si
episcopus hoc omisit, quando posuit primarium lapidem, in tē-
pore consecrationis restauretur: quia ad hoc tenetur fabricarius
& hæres eius. s. de consecra. eccle. vel altar. sicut 1. quæstione se-
cunda. placuit. argumen. supra, de præben. cùm secundum Apo-
stolum. & de æta. & quali. accepimus. per quas dixit Ber. quòd
si vtroque tempore omissum est, episcopus tenetur dotare ec-
clesiam ad similitudinem illius, qui sine titulo ordinat clericos.
suprà de præbend. episcopus. &c. cùm secundum. suprà de æta.
& qualit. accepimus. quod admitti potest in subsidium. argumen.
ff. de eo per quem factum est. l. fin. & de dolo. eleganter. § pe-
nult. ff. si mens. fals. mo dixerit. l. tertia. §. 1. si tamen proprium ha
bet, aliàs delictum personæ, &c. 16. quæstion. 2. si episcopum uel
fortè dabit centesimam, vel quinquagesimam, si commodè po
test fieri. xij. quæstion. ij. bonæ rei. ff. de do. Apostolicæ. Ideo
dixi in subsidiū, quia fundatores tenentur, si soluendo sint. xvj.
q. vij. piæ mentis. & arg. ff. de ritu nupt. qui liberos & heredes
eorum. in auth. de ec. ti. §. si quis autem voluerit fabricare & §.
si quis ædificationem. colla. ix. in quibus etiā dicit, quòd ex quo
quis cœpit ædificare, tenetur consummare intra quinquennium
si sit oratorium. si autem est hospitale dochium, scilicet vel xe-
nodochium, intra annum debet compelli. Sic videtur quòd nec
hospitale erigi potest sine authoritate Episcopi: quod verum
est, quantū ad hoc, vt ecclesiastica gaudeat libertate, & iuris sit
ecclesiastici: veruntamen quilibet potest facere domum ad pau-
peres recipiendos, etiam usque ad tempus, & talis locus vendi
& emi potest, nec gaudebit ecclesiastica libertate: quamuis lar-
go modo religiosus intelligatur, sic potest intelligi Insti. de re-
rum diui. §. religiosum. & de hoc no. suprà, de reg. §. quis dicatur
4 religiosus. † Quid si ecclesia constructa sit in alieno solo & con-
secrata? Dicas quòd si dominus soli laicus erat, & hoc sciuit, &
non contradixit, sibi imputabit. arg. 54. distin. si seruus sciente. Si
verò ignorauit, uel contradicit, tenetur constructor dominum
fundi seruare indemnem: vel Episcopus in subsidium si in culpa
fuit, puta, quia hoc sciuit, & ecclesiæ non prouidit. arg. suprà, de
præben. cum secundum Apostolum. & 14. q. fi. comperimus. 70.
dist. sanctorum. & in alijs iuribus superius allegatis. Si verò solū
erat alterius ecclesiæ, debet ei subesse, quo ad ius patronatus. 12.
5 q. 2. Apostolicis. 17. q. 4. questi. † Cathedralis autem ecclesia sine
licentia Papæ erigi non potest, suprà, ne sede vacan cap. j. suprà,
de transl. episcopi c. 1. & secundum hoc posset intelligi nec cor-
riguntur cap. de conse. dist. 1. cap. 2. & c. ibi sequenti. ut ipsa vide-
licet de cathedrali tantùm ecclesia intelligas loqui, quæ etiam
construi debet, non in villis, sed ciuitatibus nobilibus. j. de priui
legiis. cap. primo.

6 Et quibus † ex causis sint nouæ ecclesiæ faciendæ. Si
homines mutent se ad aliquem locum de
nouo fundandum: dum tamen ibi sint decem homines habitan-
tes. Item si castrum ædificatum sit. x. quæstion. iij. vnio. lx. distin-
ctio. sanctorum. in quo casu potest ei vniri alia ecclesia, propter
nimiam paupertatem: ut in d. c. vnio. & argumen. suprà. de præ
ben. exposuisti. Sed hoc non potest facere Episcopus sine cap. j.
de exces. præ. sicut vnire. & s. de dona. pastoralis. in fi. Quamuis
autem episcopus possit de vna terminatione duas facere ex cau-
sa, vt proximè dixi, sicut & vna prouincia in duas diuiditur. ff. de
offi. asses. si eadem. distinct. imperiali. & vna præbenda in duas. s.
de conces. præbend. vacan. tamen plures baptismales intra vnā
terminationem esse non possunt. 16. quæstion. 1. plures. Sed &
si nimis distet ecclesia, ita quod tempore hyemali non possint
parochiani de facili conuenire: potest prouidere episcopus de
capella construēda, assignatis etiam sibi certis oblationibus, vel
minutis decimis ad antiquam ecclesiam pertinentibus j. e. ad au-
dientiam. quod intelligas, quādo non paratur nimis læsio anti
quæ ecclesiæ: quia tantum remanet sibi, quòd possunt sustentari
eidem deseruientes: aliàs hi qui sacerdotē petunt, ei prouideant
vt ibidem. & argumen. suprà, de sepul. c. 1 & de dona. Apostoli-
cæ. j. de simo. cùm sit Romana. 13. quæstion. 1. §. quia ergo. & se-
quentibus versic. vel si ecclesia iam constructa fuerit vel nimis
egeant parochiani, diœcesanus prouidere debet. de consecr. di.
1. ca. 1. & arg. ff. de rel & sump. fune. si quis sepulcrum. respon. 1.
quod dic, ut not. s. de paro. §. in quibus. sub §. hoc tamen scien-
dum. versicul. vel nisi sacerdos. Et hæc est vna causa, quare con-
struitur vna ecclesia in præiudicium alterius non enorme, scili-
cet qāndo parochiani non possunt commodè adire ecclesiam.
Inde est, quòd leprosi simul habitantes possunt habere orato
rium, & sunt priuilegiati, ne de hortis & nutrimētis animalium
dent decimas. j. eodem. cùm dicat. videntur ergo religiosi. argu.
suprà, de deci. ex parte. Sed non puto, quòd hoc verum sit, nisi
fortè sit collegium, in quo promittant illa quæ substantialia
sunt regulæ de quibus habes suprà de sta. mo. cùm ad monaste-
rium. in fi. & de maio. & obed. cùm super ecclesiis, secundum ea
quæ not. s. de regu. §. quis dicatur religiosus. & vide quod nota.
infrà, de coniu. lepr. nec obstat, quòd priuilegiati sunt, sicut reli-
giosi: quia illud causa humanitatis & abominationis dictum est
sicut aliàs. suprà, de consi. licet. Secunda qualitas temporis hoc

facit fieri.16.quæstio.1.& temporis qualitas. Tertia, incrementū populi.16.q.1.felix.& c.multis.& cap.præcipimus. Quarta si fiat authoritate Papæ.j.eo.ad audientiam.2.aliàs regulare est, ꝙ una ecclesia in præiudicium alterius construenda non est.16.quæst.1. ecclesiæ.& cap quicunque.quod si fiat, destruenda est, maximè si noui operis nunciatio facta ritè præcessit.s.de noui oper.nunc. cap.1.& 2. Verùm sine præiudicio alterius licet episcopo pro se pultura sua ecclesiam construere. 12. quæstio.2. bonæ rei.suprà, de dona. Apostolicæ. 7 † Quilibet etiam masculus, uel fœmina potest sibi construere oratorium de consensu Episcopi: sic intellige de consec. distin.1. unicuique clericos. & capit. si quis etiam. 18. quæst.2. quidam.12.quæst 2.religiosum. Sunt etiam construendæ ecclesiæ per loca congrua, de quibus uidetur episcopo. de consec. distin.1.ecclesias.non obstante iuramento, quod fecit de reb.eccle.non alie.j.eod.tua.& si superfluæ inueniantur, uel destructæ, in prouidentia Episcopi remanet qualiter consistere debeant. de conse dist.1.ecclesia.uel altaria, uel quod uniantur.ut. dixi.s.eod §.respon.1. uel aliud inde fiat: & uidetur quòd etiam sibi ualeat retinere. suprà, de dec. quoniam. 8 † In summa not.est, quòd aliud est de nouo facere, scilicet addendo, uel diminuēdo, primam faciem immutando.ff.de noui oper.nun l.1.§. opus nouum.aliud reficere, id est, ad pristinam formam reducere.ff.de itin.actuq; priua.l.1.§ reficere.ff.de no.op nun.l.1 §.si quis ædificium unde si domum uel ecclesiam usq; ad fundamentū diruas, ea mente, ut eisdem lapidibus, & cementis reficias, nō est eadem domus: licet in naui secus sit.ff.de uerb.oblig. inter stipulantem. §.sacram.& § nauis.de iudi.proponebatur. & ideo in reædificando ecclesiam dirutam, sicut dixi, requiritur authoritas Episcopi. 16.q.si.si quis uult.& arg.in auth.de eccl.ti.§.si quis autem uoluerit fabricare. secus, si reficere uelit.j. de Iudæis. consuluit.C. de oper publi.l.fi.aliàs dicit l.quòd qui prohibetur reficere, prohibetur reædificare.ff.de mor.inferen.l.1.§.ædificare.

DE IMMVNITATE ECCLESIAE, COEMITERIJ, & rerum ad eas pertinentium. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Immunitas quid sit. Et vnde dicatur.* 2.
3 *Ecclesiæ, personæ, & res ecclesiasticæ à quibus muneribus debent esse immunes.*
4 *Clerici sunt liberi ab angarijs & perangarijs.*
5 *Inferior imperatore si à clericis, vel laicis aliquid incertum vel extraordinarium petat, an sit excommunicatus.*
6 *Immunitas ecclesiæ, & cœmiterij, inquantum, & ad quos, & ad quid extendatur.*
7 *Laici non debent hospitium violentum petere, seu exigere ab ecclesia tanquam ex debito.*
8 *Ecclesia & cœmiterium quam immunitatem habeant.*
9 *Furtum committens in ecclesia, an offendatur ecclesia.*
10 *Excommunicatus an possit gaudere immunitate.*
11 *Rustici ecclesiæ an possint rura deserere, & se alibi transferre.*
12 *Priuilegium immunitatis quare magis concedatur ecclesiæ, quàm corpori Christi.*
13 *Negocia ecclesiastica quæ dicantur.*
14 *Pœna violantium immunitatem quæ sit.*
15 *Episcopum à sede expellens vel comprehendens, vel manus violentas in eum iniiciens, excommunicatus est.*
16 *Prælatus si grauauerit subditum occasione seruitij, quod fecit legato plus extorquendo: quàm seruat: cogitur reddere, & tantundem pauperibus erogare.*

QVia immunitas ecclesiarum, de quarum ædificatione in superiori titulo diximus, sæpe uiolatur, potissimè per laicos, qui nobis oppidò sunt infesti. 2. quæstio.7.laici. subiicitur hæc rubrica de immunitate eccl.cœmiterij, & rerum ad eas pertinentium. in qua discutiendum est, Quid sit emunitas siue immunitas, Et unde dicatur, A quibus muneribus ecclesiæ personæ, & res ecclesiasticę debeant esse immunes, Inquantùm, & ad quos, & ad quid immunitas ecclesiæ & cœmiterij extendantur, Quæ pęna violantium immunitatem ecclesiasticam.

1 a Quid sit † emunitas [a] siue immunitas. Idem est qđ libertas: sic accipitur.ff.de iur.immunitatis. in ipsa rubrica, & per totum: unde dic, de immuni.id est, libertate.

2 b Et vnde † dicatur. [b] Et quidem emunitas dicitur quasi extra munia, i.munera data libertas. ab eo, qđ est extra: uel dicitur immunitas, quasi sine muneribus, data libertas: ab in quod est sine: uel dicitur immunitas, quasi puritas, unde dicitur quis immunis nedum à muneribus, uel honoribus: sed à pęccatis. j.de pur.canon.c.fi.

3 A quibus † muneribus ecclesiæ personæ: & res ecclesiasticæ debeant esse immunes. Distinguunt doctores legum: & dicunt, ꝙ munerum alia sordida, & alia honesta, Sordida sunt, ut calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & palatij custodiendi, & stabula curandi.ff.de mu.& ho.l.munerum.respon. 1.& l.1.Honestorum, alia ordinaria, alia extraordinaria. Ordinariorum, alia angariæ, alia perangariæ, c [c] alia rerum tantum. Angaria dicitur munus personale.quando scilicet quis tenetur ire, uel mittere in caualcatis domini; sed expensis ipsius domini.ff. de mu.& ho.l. munerum.uersi.item angariarum. Perangaria mixtū est, scilicet partim reale, partim personale: ut quando quis tenetur ire, uel mittere in caualcatis domini, expensis euntis, uel mittentis: & est patrimoniale sic uidetur, quòd ponatur angaria pro perangaria.ff. de mu. & ho.l munerum.§. patrimoniorum.& §. mixta. Extraordinariorum, alia pertinent ad publicam utilitatē, alia ad potestatem, alia ad capitaneam uoluntatem, *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.* Publicam uoluntatem respiciunt, defendere rem publicam: ire in exercitum principis contra Saracenos, & similia. Pietatem uerò respiciunt, refectio uiarum, & pontium, & subuenire domino in necessitate, Vel quia emptionem fecit, Vel quia captus est Vel quia filiam maritauit, Vel quia miles factus est, Vel quia ad principem iuit pro suis negotijs. Vel aliàs expensas intolerabiles & graues fecit. Vel alia quacunque de causa depauperatus est, Vel nimis obligatus, uel non habet quid comedat. In talib.& similib.uidetur. quòd subditi debeant domino subuenire: quia cùm quilibet indigenti homini naturaliter & ex pręcepto Domini subuenire debeat: ut ff.de ser.expor. sed si seruus ea lege.s.de commo.c.unico.ad fi.86.dist.non satis. multo fortius in talibus debet uasallus recognoscere se dño obligatum: ut apparet in his quæ not s. de feud.§. quid sit fidelitas. & hoc quasi ubique comprobat cōsuetudo generalis, quæ cùm sit censenda rationabilis, sicut per prædicta apparet, meritò ab omnib.est seruanda: ut s.de elect cum eccl.vulterana. & de consu.c.fi.§.unic.& iunge quod no.j.eo.uersi. quid si sine uiolentia. Hæc autem omnia intelligas, qñ iusta ex causa eget: nec enim in prædictis intendo fauere prodigè expendentib.quib. est potius occurrendum. arg.s. de conse.c pen. super quo uide quod not. s. de censi §.fina.sub §.patet.uersic. & nunquid Episcopus.ad finam & secundum Aug.utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligat, quàm ei panem frangere, ut seductus iniusticiæ acquiescat.5 quæstio.5.non omnis. 4 Ad sordida autem munera non tenetur ecclesia.C.de episc.& cle.l.2.& l.placet & l. pen.ad fin.& l.presbyteros. Ad ordinaria verò, quæ regulariter sunt, sicut tributa & cēsus certi: siue seruitia certa & annalia possessionib. quæ ad eos peruenerunt annexa tenetur. 11. q.1. si tributum. & cap.magnum.23. quæstio.8.conuenior. & cap. tributum. sic intellige.s. de censi.cap.1.in fi.& talia possunt uocari indicta, id est, rebus imposita, à quib.nullus excusatur.C. de indi.l. 1. & 2.lib.10. sic potest intelligi C. de mun.patrimonia. quæ immunitatem.& à quib.munerib uel exactionibus.nemi.lice.se excusare.l 2.lib.10.alij dicunt, ꝙ indictum ponitur tempore fertilitatis, & est munus ordinarium: ad quod quilibet tenetur sed illud non subit ecclesia.C. de sacrosanct.eccle.l.placet, sic intelligunt docto.leges. Sed prius dictum potest satis tolerari, scilicet ꝙ intelligatur de tributo, uel censu certæ rei imposito ad quod tenetur ecclesia, si res ad ipsam perueniat: cùm enim quęlibet res cum onere suo transeat.s de contrahen.emp.ex literis.§.fi.& de deci.pastoralis.§.fructus. & cùm non sit in homine. ad fin.ff.de publ.& ve.Imperatores. Aut alij vendat ecclesia, aut soluat.aliàs incidat in commissum.C.de episcop.& cle.l.3.C.de exact.trib.si diuina.lib.10.quia reddi debent quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.s.de cle.coniu. ex parte.in fin. Alij dicunt, ꝙ non committitur, sed loco pignoris retinetur, quousque de tributo fuerit satisfactum: sic intelligūt dictam legem, si diuina.quæ hoc innuit.ad hoc C.de fun.patrimonio. protessio etiam.& l.fin.lib. 10.alij dicunt, quod illa lex, Si diuina, non tenet secundum canones: vel expone diuina, id est, imperialis, secundum Goff.quòd in rebus ecclesiasticis nullā solicitudo transactionis, id est, commissionis signatur.C. de sacrosanct.eccle.placet. vnde si clericus vel abbas vasallus Regis contra dominum suum feloniam commiserit, eo viuente, feudum ad Regem pertinet: sed eo mortuo, debet ipsum Rex restituere successori. in lib. de feudis. de cap. Corradi Regis. capitu. si clericus veluti Episcopus. Et est ratio: quia delictum personæ, &c 16.quæstion.6.si episcopum.suprà. de exception. cùm venerabilis.§. intelleximus. ad hoc C. de episcop.

ADDITIONES.

a Quid sit immunitas. ¶ Adde gl.in c. cum deuotissima.& ibi Arch.12.q.2. Card.Zab.in re.c.perpendimus.de sen.excom.
b Et vnde dicatur. ¶ Adde do.super ista rub.
c Angariæ, alia perangariæ. ¶ Adde doc.in c.non minus.de immu.eccle.

episcop.& cle.si quis presbyter.ad hæc ergo tributa, quæ ratione patrimonij,siue rei debentur, tenetur tantum ecclesia C. de sacrosanct.ec.placet.& de episcop & cler.quisquis.excipe mansum ecclesiæ, id est, dotem: de qua dixi s.tit.j §.cuius authoritate quæ omnino debet esse libera.s.de censi ca.1. 23 quæstion.8 & secundum canonicam. † Ab angariis uerò, & perangariis sunt clerici omnino liberi.C. de Episcop.& cle.l.2.j.eodem.non minus & eorum uxores & filij. ut ibi. & 16. quæstio.1 § nouarum. & ipsorum coloni. 89. distin.iudicatum. & C.de Episcop. & cl omnia priuilegia.arg.C.de dignita.l.4.li 12 nisi cùm Imperator transit per locum. C. de sacrosan. eccles. neminem secundum Azo.& alios doctores:quod puto verum,quo ad res deputatas alimonijs illorum,qui ecclesiæ deseruiunt,& non multum abundant.C.de sacrosanct.eccle.placet.& l. priuilegia. Secus puto, si Episcopus vel abbas tenet magnũ & nobile feudum ab aliquo principe,quod consueuit ei certo modo seruire. nam in hoc casu quamuis non teneatur ire in caualcatis personaliter. argum. 23.q.8 §.j.& c.his à quibus.& s.de voto.ex mulcta §.vltim.puto tamen, quòd debeat mittere secũdum quod solitum est Aut teneat beneficium,ex quo non vult facere seruitium. argum.s. de cle.coniu.quod à te.& c.diuersis, & c. Ioannes. & de præben. cùm secundum.& c.extirpandæ.& hoc intelligo si sit iustum bellum.quod dic vt no.s de treu.& pace.§. de cuius belli. & §. quid sit iustum bellum. aliàs si iniustum sit: tunc debet recognoscere Imperatorem cęli.11.q.3.Iulianus. nec propter hoc quod in tali casu non mittit,potest priuari feudo.argu.s. de præsum.c. fin. & de consue.c.fi. faciet etiam inde fidelitatem, si consuetum sit & quicquid consuetudo feudi requirit præstabit.s.de iureiu.nimis & quicquid iure expressum est. j. de pœ. in quibusdam. §.j. & c.fin.ibi.vos ecclesias, &c.alioquin si præscripserit libertatem contra dominum,in libertate sua tuendum erit. sic potest intelligi C.de epi.& cle. l. j. & quòd sufficit in talibus pscriptio 30. an. in li feu.de feu.dato in vicem.leg.cõmis.cap. quidam obligauit. & qualiter iurare debet,& donare.& si de feu.vasall. interpell.si quis per 30 vnde dicit l Corradi,quæ incipit: Corradus Dei gratia.sub rubrica constitutio. de non alien. iudic. in fine. quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus: illud verò quod non habuerunt,nullo modo exigemus.ad idem C.de canone largitionum titulorum princip & de auro coronario.l.vnica.libro x.munera etiam ex longa consu.intelliguntur.ff de mune.& honor l. prima.responso j.ad fin.hoc si præscriptum fuerit bona fide,aliàs cursus temporis non obstabit.s.de præscrip. vigilanti & sic potest intelligi in libr. feu. de cap. Corradi Regis. § præterea. & qui debent succe.in feu.§.item sciendum. & in lege quæ incipit Imperialem.§.vnde Imperator Lotharius.& hoc est propter peccatum mortale:vt not.s.de præscrip.sub rubrica, de præscri.rerum immo.§.quæ exigantur.sub §.verum.maximè in versi.sed nunquid maius peccatum. Merè etiam personalia non subit ecclesia.C.de episcop.& cleri,omnes qui vbique.§ priuilegium excipe murorum vigilias, à quibus nullus excusatur. j.eodem.peruenit.nisi senex sit.C.de decurio.si vltra 70. lib.decimo. expedit enim reipublicæ,plures habere defensores.ff.de noui oper.nunciat.nam & reipublicæ & quilibet debet defendere patriam. 23. quæ.8. omni tempore. pro cuius defensione pater occidens filiũ excusatur.ff.de relig.& sump.func.minimè.& hoc intellige,quo ad homines ecclesiæ. clerici enim non sunt à matutinarum vigilijs auocandi. 88.distinctione.capitulo finali. 21. quæstio. 3. Cyprianus.C.de Episcop.& cleri. quisquis. & l. omnes qui vbique. respon.j.nisi fortè tanta immineat necessitas,quòd de præcepto episcopi aliud fiat.inf.de regulis iuris quod non est licitum. quæ legem non habet.de consecra.distinctio. j. sicut. & suprà de obser.ieiu.consilium.per laicum autem nullatenus distinguatur.suprà, de constitu. ecclesi. Verùm ad extraordinaria quæcunque sint illa, etiam superindicta, quæ semper & omnino prohibita sunt,nisi authoritate Principis eant.C.superindicta.l.vnica. libro 10.quia non est munus publicum, nisi à lege, vel senat. con. vel constitutione Principis inducatur.C.de vaca mu.publ.l.vnica. libro 10.omnes ecclesiæ sunt immunes 16 quæstion.1.placet.C. de sacrosanct. ecclesi. placet.C de episcop. & cleric. l.1. 2 & 3. Esdræ 8.vobis autem dicitur,vt omnibus sacerdotibus, & leuitis,& sacris cantoribus, & seruis, & scribis templi huius nullum tributum,nec vlla alia indictio irrogetur: nec quisquis potestatem habet obijcere eis,excipiunt legistæ ea quæ pertinent ad pietatem:puta refectionem pontium, vel viarum.C. de sacrosanct. ecclesi. ad instructiones, vel vtilitatem publicam, in duob. casibus tantùm, scilicet cùm fœlix embola, vel Imperator transit. C de sacrosanct.ecclesi.placet l.iubemus.Ego puto,quòd hodie omnes sunt immunes à talibus,& maximè ecclesiæ,respectu laicorum, nam omnes tales exactiones extraordinariæ indebitæ sunt condemnandæ. non obst. abusu contrario. & in authen. de eccl.ti.§.ad hoc sancimus.& vt nulli iudicum.§. nulli verò liceat. colla. 9. hoc est quod expressius dixit lex, scilicet quæ incipit, hac edictali. §. illicitas. cuius verba sunt hæc: Illicitas etiam exactiones,maximè ab ecclesijs,quarum abusus iam per longa tempora inoleuit, per ciuitates, & castella, omnimodo condemnamus, & prohibemus: & si factæ fuerint, in duplum reddantur. Item alius,scilicet in quadam lege, quæ incipit, Ad decus & decorem.§ item nulla communitas,vel persona publica, vel priuata collectas, siue exactiones, angarias, vel perangarias ecclesiæ, alijsque pijs locis imponant,aut inuadere ecclesiastica bona præsumant:quod si fecerint,& requisiti ab ecclesia,vel imperio emẽdare contempserint, triplum refundant, & nihilominus banno imperiali subiaceant: quod absque satisdatione debita nullatenus remittatur. & nota, quòd omnes sunt illicitæ, nisi princeps præcipiat: vt dictum est, qui tamen ex causa hoc percipere potest. inf. de iniuria.in nostra. aliàs nihil est exigendum: quamuis etiam dicatur,quòd causa pietatis fit.in authenti.de mand.prin. §.j.& §.deinde competens. vbi est hoc expressum, etiam de his, quæ pietatem respiciunt.& §.non permittas. qui loquitur de cõsiliarijs quæstuosis.& §.eos autem.& præceden.& de defenso.ciuit.§. sed neque. colum. 3. Episcopus etiam pro rebus ecclesiæ suæ nullam molestiam patiatur, nec sportulas soluat,qui contra uenerit, duplum restituat, & cingulo nudetur. in authentic. de san. episco. §. sportularum. colum. 9. per quæ omnia iura antiqua, quæ videntur suadere contrarium corriguntur. cùm enim libertas fauorabilis sit, de facili præscribitur contra seruitutem. inf.de priui.cùm olim §. pen. & cap.ex ore. § fina. non sic econtra.C.de præscri. quæ pro libertate, & non aduersus libertatem. l fin. & prætores fauent libertatibus. ff. de alie. iudic. mu. causa fac. l. iij. §. j. vnde & fauores amplianțur, & odia restringuntur. ff. de libe. & posthu. cùm quidam. & de iure naturali & primæuo,omnis res libera presumitur.Insti.de liberti §.j. stabilis igitur debet esse libertas.Institu.de iure naturali.§.sed naturali.& de facili redit res ad id quod vis, & natura sibi ab initio concessit. ff. de pact.l.si vnus.§.pactus. versicul.quod si non toleret.& sup.de censib.cùm venerabilis.ergo nisi res probetur serua, hodie præsumitur libera. C. de proba. siue possidetis. Hæc vera putamus: nisi gratis & communi sensu fiant,siue inter laicos. inf.eod.non minus & c.aduersus.siue inter clericos.s. de statu mona.in singulis §.huius verò.& capi.ea propter § hoc eadem. vel nisi sit Episcopus,vel alius,de quo dixi sup.de censi §.ex quibus casibus. vel nisi sit consuetudo quod in certis casibus, qui ad vtilitatem publicam pertinent, uel pietatem respiciunt, moderatè detur: & hoc quo ad laicos.Secus, quo ad clericos. argum. sup. de cons. & ca.1.& sup.de vita & hone.cle.cap.fi. & inf. de priui. tuarum. in fin.ff.de iure immu. semper.§.fi.sic etiam possunt intelligi alia iura quæ posui.sup.eo.versi. ab angarijs.& quæ not.sup.de censi. §.ex quib.causis possit fieri.Item hoc intelligas,nisi consuetudo sit, quòd circa talia annuatim detur, sic intellige C. de agric. & censi.domini prædio.lib.11.& in quibus causis colonus censi. l j. lib.11.talis enim quamuis talia vocetur,census est.nec obst.s.de censi. peruenit. quia præsumere debeo, quòd ab initio fuerit sic conuentum,uel impositum.ff.de pact.in traditionibus.s.de censi quanto.s.de iure patr.pręterea.ad quod probandum, & conscientiam informandam, facit patientiam præstationis temporis:cuius non extat memoria:vt nota.suprà. de censi.§.quis census soluendus est. Item hæc vera sunt, nisi à principe aliud mandetur laicis: & sic intelligo iura alle. s.eodem. versic verum.vel etiam clericis ratione feudorum,quæ tenent ab eo immediatè à Comite,vel à Marchione sub eo.nec obst.j.eo.non minus: quia illud ius non imponit legem Imperatori, nec hoc facere debet Papa.s.de elect.venerabilem.& de iud.nouit.& j. de priui.ca.j sicut enim ad Imperatorem nihil de decimis. s. de deci. tua. & ita nihil ad Papam de feudo. nisi ratione violentiæ peccati. s. de fo. compe.ex parte.transmissa. verum.& de iudic.nouit.potest etiã intelligi,j.eodem.non minus.& ca.aduersus. in patrimonialibus non feudalibus bonis, in quibus clerici etiam, quo ad patrimonialia, sunt priuilegiati,nisi sint mercatores. s.de vit.& ho. cleric. c.fi.nec inuenies decretum vel ius canonicum,ꝙ in feudalib. Imperatori vel Regi legem imponat.Sed inferioribus tantum, quasi reputet absurdum dñs Papa, ꝙ inferior Rege ecclesijs vel personis ecclesiasticis,vel rebus suis,etiam feudalibus legem imponat. secundum hoc potest intelligi s. de rebus eccle. non alien. cum laicis. 12.q.j.quicunq; militũ.& c.prædia.& præced. & seq. s.de foro competen. conquestus, cùm enim conductores prædiorum fisci,vel Cæsaris immunitatem habeant, ne depauperentur.ff.de iure immunita.semper.§. cõductores & seq.multo fortius seruitio dñi insistentes. argu. 43.q. 1.ita diligere. C.de nupt. si quis alumnam. in fina. s. de deci. tua nobis §.j. & 3. cùm ergo princeps in his ecclesiam specialiter priuilegiauerit: vt probant iura inducta s.versi.ego puto, quòd priuilegium nemo inferior Imperatore per constitutionem suam tollere possit: vt apparet in his quæ not.sup.de consti.§.qualiter constitutionibus.& quia quod princeps concedit, priuatus auferre non potest: imò

decet esse mansuetum. in auth. constitutio quæ de digni. §. illud. col.6.& de nup. §.de augmen. & 28. dist.c.his. C. de sacrosan.ec. priuilegia. & de epis. & cle.omnia priuilegia.non est mirũ si Papa tuetur priuilegia ecclesiarum, & clericorum s̃.de constitut. quæ in ecclesiarum. & c.ecclesia.& de reb. ec.non alie.cum laicis. j̃.e.non nimis.& c.aduersus.j̃.de sen. excom.nouit.& c. grauem. quia resistendum est uiolentiis eorundem. j̃. de priui. c. j.super

5 hoc uide quod no.j̃.eo.uer. sed nec illa. † Ergo si inferior Imperatore uel à clericis, uel à laicis aliquid incertum uel extraordinarium petit:uel hoc si faciat authoritate Imperatoris, ut dictũ est,uel authoritate Papæ, aliàs ex communicatus est: si uiolentiam ingerat j̃. e. aduersus.& in quadruplum cogitur restituere quòd accepit. C.de excu.a.munc. placet. lib.x. Quid si sine uiolentia petat dominus secularis egens ab ecclesia, uel clerico uassallo suo? puto quod ecclesia tenetur ei dare si egeat:quia cùm teneatur cuilibet in suis necessitatibus subuenire, ut patet in his que no.s̃.e.uer. in talibus. & præced. multo fortius illi:à quo habet beneficium. s̃. de testa.cùm in officiis.unde & patronum egentem alere debet:ut not. s̃.de iure patro §.quid cõpetat. uer. sequitur utilitas.in quo casu puto,quod etiam episcopus potest distringere subditos, si nolunt esse charitatiui. s̃. de censi. Apostolus. §. iubemus. sicut & ad hospitalitatem tenendam potest cogere.s̃.de contrahen.empt.c.j.& 42.dist.§.1.& c. quiescamus. 85.dist.in archidiaconum.s̃.de præben.de monachis.s̃.de supp. negl. prelat.capi.2.16.q.1.quoniam quicquid.debet tamen fieri scriptura, quod non ex debito, sed gratis detur:ne in futurum præiudicet.7.quæ.1.Pontifices.nec obst.j̃.eodem.aduersus.quia illud potest intelligi, quando petitur uiolenter. possunt enim multa honestè recipi,quę inhonestè petuntur.ff.de uar.& extra ordinar.cognit.l.j.§.est quidem res sanctissima. & notat. j̃.de simon. §.quid sit simonia uer.mihi uidetur & nersicu.solo ex pacto. approbatur ergo charitas, & uiolentia reprobatur. Quid ergo de militibus nostri temporis, qui cum uiolẽtias faciunt talias semel, uel secundo,uel quoties eis uidetur, nunc plus, nunc minus? Respondeo, prædones & raptores sunt,& ad restitutionem tenentur, ut patet ex præmissis.nec aliqua cõsuetudo sine abusus excusat:ut probant iura inducta s̃.eodem uer. ego Et est ratio: quia cùm incerta sit consuetudo,quàm allegant:quia nũc plus, nunc minus,non habet locum consuetudo: ut apparet in his quæ not. suprà, de consuet.§ ultim. uersic penultim.& ultim. maximè cum uiolentia fiat.arg. Instit. de usucap.§. furtiuæ quoque res. in quo casu etiam serui denunciare possunt, quod malè tractantur à dominis. ff. de offic.præfec. ur.l. prima. §.primo. & §. quod autem. & Institut. de his qui sui iur. sunt. § sed hoc tempore. superiora tam æquitate rationabili, quàm lege naturali, diuina, ciuili, & canonica confirmantur, & ad sanam & claram cõsonantiam reducuntur. Quid si fiat statutum,quòd aliquid certum detur si fit de communi consensu subditorum, puto quòd ualet: sed non astinguntur ecclesiæ:ut probant iura allegata s̃. eod. uer. item hæc vera sunt.ad fin. Quid si detur alicui priuilegium, quod non teneatur ad collectas dandas in his casibus, in quibus alii cõmuniter astringuntur? non ualet,etiam si uicini cõsenserint.C.de decurio,uacuatis.libro x.& iũge quod notatur infrà de pœnitent.§.quibus & qualiter.sub. §. quid de quæstis. Apparet quæ ad extraordinaria,quæ ad publicam utilitatem pertinent, tenentur uasalli recepta litera Imperatoris, uel principis, aliter non:ut apparet s̃.eo. uersi uerum ad extraordinaria. Ad ea quæ pietatem respiciunt,tenẽtur caritatiuè,& non uiolenter. s̃.e uer.item hæc uera sunt.& uersi quid si sine uiolentia. Sed ad ea quæ pertinent ad uoluntatem capitaneam, nullatenus tenentur. s̃. de constit.c.j.& c.ne innitaris.s̃.de præb.grauè nimis.responso primo.

6 a In†quantum, & ad quos, & ad quid immunitas ecclesiæ & cœmiterij extendatur. [a] Et quidem diuersimodè, plus,uel minus, secundum quod diuersas immunitates habet ecclesia. Primò quia in ecclesia placita secu-

a Quæ conditio. ¶ Quum ſæpiſſimè quæſitum ſit, qua ætate ſponſalia ꝯhi legitimè poſſint, non abſurdè inſeret hic huiuſmodi articulus, qui ex Martino eo. ti. in ſum. huc transferri poteſt. Sponſalia, inquit, poſt ſeptennium contrahi rectè poſſunt, quia tam pueri, quàm puellæ debent habere diſcretionem, & ex tunc ſponſalia eis placere conſueuerunt. extrà, de deſpõ impu. literas. Sed & ſponſalia ante ſeptennium contracta publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt. Ideoque talis ſponſus poteſt contrahere etiam cũ matre huius ſponſæ. d. c. literas. & c. acceſſit, Si vero poſt ſeptennium contrahuntur ſolum de facto, licet de iure etiam non teneant, inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, hoc verum, quantum ad gradum; extrà. de ſponſa. c. ſponſam fratris. & c. ad noſtram & de deſp. impub. acceſſit. Si verò ante ſeptennium ſponſi, vel parentes ipſorum nomine ſponſalia contrahunt. nihil agunt. 30. q. 2. vbi non eſt. Sed licet ante ſeptennium, vel in cunabulis etiam contrahuntur, ſi cùm ad ſeptennium peruenerint, incipiant eis placere ſponſalia, tunc valent ita, vt quamuis ſponſus eam carnaliter non cognouit, conſanguineam tamen eius in vxorem habere nõ poterit, nec econtrariò: extrà, de deſp. impu. literas: & c. acceſſit. & c. duo pueri. Spõſalia autem ſola ratihabitione, licet ab initio nulla fuiſſent. Intelliguntur enim ea rata habere, cùm ſponſus & ſponſa cohabitant ſimul, nec ꝯtradicunt, adueniente ætate legitima: vt ff. de ri. nup. l. minorẽ. Secus credo, cùm ſeorſum habitant, vbi non intelliguntur conſentire, niſi vel verbo, vel facto, puta quia ſi aliqua munuſcula ei donat, quod ſponſi facere conſueuerũt, vt d. c. literas. Quod autem dictum eſt, ſponſalia ante ſeptennium contrahi prohibentur, limitatur non procedere, quando agitur de bono pacis, vt extra, de deſpon. impub. c. vbi non eſt, vbi de hoc in gloſſ. ætas ad matrimonium. Item ætas ad contrahendum matrimonium apta eſt in puella in 12. anno, in puero verò in 14. de deſpon. impub. puberes. & c. continebatur. Si verò ætati proxima fuerit puella, ſcilicet in vndecimo anno, vel circa duodecimum, & cum ſuo aſſenſu deſponſata fuerit, & cognita, tunc intuitu minoris ætatis non poteſt, nec debet reparari matrimonium. d. c. continebatur. Item ſi impuberes contrahunt matrimonium per verba de præſenti, aut intendunt contrahere matrimoniũ tantum per illa verba, ita vt non ſpõſalia: aut intendunt contrahere ſimpliciter id quod poſſunt, ſecundum illud. Si qđ ago, vt ago nõ valet, valeat, vt valere poterit. In primo caſu nihil agitur, neque id mirũ eſt, quòd illud contrahere non poſſunt, ætate impediente, ſed nec ſponſalia contracta intelligenda ſunt, nolebant enim ea contrahere, In ſecundo verò caſu tenent ſponſalia de futuro. Poteſt tamen probabiliter dici, ſecundum quoſdam, quòd in caſu primo, etiam ſponſalia contracta fuiſſent, quamuis hoc non intenderetur: & hoc iuris interpretatione, extra, de deſp. impu. c. ſi. cũ ſi. & c. à nobis. vbi de hoc in gl. quouſque. ſi tamen in ea uoluntate uſque ad nubilem ætatem utriuſq; pmanſerint, matrimonium prius inutile per ratihabitionẽ tacitã, uel expſſam confirmatur. Tacitum autem conſenſum intelligas, cùm ſimul cohabitant, c. de illis. de ſpon. & ff. de ri. nu. l. minorem. Item ſi pueri ante ſeptenniũ ſponſalia, vel poſt, ſed ante pubertatem matrimoniũ per verba de pſenti ꝯhunt, ſi adueniente ætate legitima, intelligunt, ꝙ eſt actum, & ratificant expreſsè vel tacitè: quod præſumuntur eo ſolo, quòd non contradicunt, ratificari uidẽtur ſponſali per ſeptennium, uel matrimoniũ, per ætatẽ legitimã, præſertim, ſi ſimul morabãtur, d. c. literas. & d. c. acceſſit. & de cond. appo. ſuper eo Similiter per eadem iura idem dicendũ eſt, ſecundũ quoſdã, ſi parentes contraxerint ſponſalia, uel matrimoniũ pro filijs, uel filiorum nomine. ar. 32. q. 2. non omnis. & §. cùm ergo. Item ſi adultus contrahit per uerba de præſenti cum puella ætati legitimæ proxima, uel econtrariò, ſi adulta cum puero, uel ſi ambo impuberes, pubertati tamen proximi contrahunt, carnalis concupiſcentia ſupplet ætatem, & mutuo conſenſu carnaliter fuerint coniuncti, aut ex corporis habitu appareat veraciter eos poſſe commiſceri, tenet matrimonium d. c. continebatur. §. 1. Si tamen puella inuita carnaliter per uiolentiam cognoſceretur, non uidetur per hoc præiudicium fieri, imò non obſtante hac copula carnali, annuẽte illo, poſſet cum alio, ſecundum quoſdam. Alij dicunt, quòd ſi tempore contractus poterant carnaliter commiſceri, & poſtea inuitè cognoſcatur, puella ut dictum eſt, non obſtante ætate impubere, uerum fuit matrimonium inter eos, & per copulam carnalem conſummatur. Quod ergo dicunt primi, intelligendum eſt in eo caſu, quando contractus tempore nondum poterant carnaliter commiſceri: & puella prius quàm eſſet uiripotens, diſſentit, & durante diſſenſu, uiolenter à ſponſo cognita fuit, licet adhuc eſſet in ætate impubere conſtituta arg. 32. q. 5. propoſito animi. & d. c. continebatur. Item non debent diſtare impuberes à pubertate ultra 6. menſes: licet alia concurrant, quæ ſ̃. dicta ſunt, ut d. c. cõtinebatur, & c. tuæ. Si tamen de communi conſenſu eſſent carnaliter copulati, tũc tutius eſt, ut pro matrimonio iudicetur. d. ca. à nobis. & c. de illis. Quòd ſi pubes cum impubere contrahat, tenetur expectare, donec impubes ueniat ad pubertatem. d. ca. de illis. Et ſi minor, impubeſue ueniens ad legitimos annos non conſenſerit in matrimonium, poterit ab eo contractu reſilire. Maior autem non poteſt imò expectare debet. Si autem minor maior factus conſentiat, maior diſſentire non poteſt. Alij dixerunt, quod illæ decretales, de illis. & à nobis locum habent, cùm ſponſalia contrahuntur inter minores ſeptennio. Sed hæc ſententia nulla eſt. Nam illa decreta. de illis, dicit contrarium in uerſu illo. Si uerò alter iſtorum, &c. & c. à nobis, loquitur in ſponſalibus contractis intra nubiles annos. Vnde dicunt alij, quòd ſi puberes contrahant ſponſalia, ſi alter in matrimonium conſentiat, & alter diſſentiat, is qui diſſentit, compellitur inuitus. Martinus.

b Conditionalia. ¶ Sponſalium (inquit Mart. vbi ſ̃.) quæ ſub conditione contrahuntur, is eſt effectus, vt duobus modis tranſeant in matrimonium. Primò per carnalem copulam ſubſecutam, uel per verba de præſenti exprimentia, vt extra, de ſponſa. duo. ca. 1. Secundò, quando quis iurauit ſe ſponſam ducturum in vxorem, hac adiecta conditione, ſi daret ſibi centum: non tamen cogetur eam ducere, niſi eam ſummam dederit.

c Sponſalia nulla ſunt. ¶ Adde tex. in c. ſufficiat. 37. q. 2. tex. in c. cùm locum. de ſponſ. gl. in c. vlt. de ſponſ. duo.

10 Et qualiter dissoluantur. † Per lapsum temporis, scilicet si certum tempus appositum fuit, & elapsum sit, nam postea is, per quem non stetit, impunè nubit, sed alijs datur pœnitentia, de fide mentita, infrà eodem, sicut ex literis Quid si terminus appositus non sit? Videtur expectandum tempus legale, de quo dixi suprà, eodem. §. & vnde. ver. cessat tamen, melius dic, quòd Iudex inspecta personarum qualitate, tēpus legale poterit abbreuiare, vel prorogare, quo elapso renitentem excommunicabit, vt statim nota. suprà eod. proxi. respon. primo, & ver. vnum. & nota. simile, suprà, de ele. § vtrum. versicu. sed esto. & quod hoc arbitrarium sit, innuitur, ff. eo. l. penult. item secundò soluuntur propter infirmitatem [a] superuenientem corporalem, talem quæ inhabilem redit, puta quia nasum amisit sponsa, vel facta est leprosa, vel aliud simile: vel spiritualem, puta, fornicata est, vt suprà de iureiurādo, quēadmodum, respon. 1. & §. quod si post, infrà, de coniu. lepr. capi. finali, vel si incidat in hæresim, nam & illud mœchatio est. 27. quæst. 1. non solum, & vide suprà, §. & vnde versic. quòd si matrimonium in matrimonio, vt no. infrà e. sub rubricella, de matrimonijs. §. quis effectus. Item tertiò propter affinitatem superuenientem, infrà, de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. 2. & c. fraternitati. & c. ex literis. In quo casu si sponsalia firmata erant, ad minus duo testes idonei exiguntur: alioquin, scilicet si non erant firmata, ad dictum vnius soluuntur. s. de testi super eo. §. vnico. & intelligunt quidam firmata per iuramentum, vt j. eo. præterea. 2. & intelligunt hoc dictum ob reuerentiam iuramenti. ar. s. de iureiu. c. si vero, & ca. verum. & sic quamuis Deus non faciat differentiam inter simplicem loquelam, vel iuramentum. 22. q. 5. iuramenti. ecclesia tamen facit, tu dic firmata per verba de præsenti, nam & si iuramentū intercesserit, posset illud deterius contingere: quod in veritate non esset vxor: & sic eadem ratio manet: ergo idem ius: argu. s. de consti. transla. j. de consan. tua. & sic subaudiendum est maximè infrà eo præterea. 2. vbi iuramētum interuenisset: vt nota. suprà eodem. §. proxi. ver. fin. hoc tamen intelligas, quando vnus testis nō est suspectus, alioquin contrarium esset dicendum: ideo bonus Iudex arbitrabitur inspecta qualitate personarū, vtrum malitiosè, vel bona fide, vel à suspecto, uel nō suspecto, hoc proponatur: & sic nō admittet, vel admittet. argu. suprà, de iureiur. iuramentum § vlt. Et consulo, quòd Iudex secreto loquatur mulieri, quæ peccatum dicitur commisisse, & si sibi videtur, ipsam iuramēto adstringat dicere veritatē, & idem faciat de personis alijs, si quæ sunt, quæ ipsum instruere ualeāt in hac parte: sed & si quis malitiosè impedimētum obiecerit, canonicā non effugiet vltionem, probantur hęc infra eodem, cùm in tua, & infrà, de cland. desp. cùm inhibitio. respon. 1. § vl. & vide quod no de simili materia, infrà de cland. despon § vtrum clandestina. Hanc doctrinam tenens magister Ia. Archid. Laudunen. determinauit casum satis extraneū, accidit enim, quòd filij quorundam Burgensium Leoden. cum quibusdam beguinis siue beguinab. peregrinati sunt: & cùm essent hospitati quadam die in hospitio, in quo vinum optimū vēdebatur & essent bene potati, & inebriati, vnus de illis surgens de nocte, intrauit lectum cuiusdam beguinæ, & ipsam dormientē & ignorantem, sicut per eundē Archi. compertum fuit cognouit, & impregnauit, nec mireris, quia quasi idē accidit Loth, & filiabus suis, quæ ipsum inebriauerunt, & se nescienti miscuerūt: vt 15. q. 1. inebriauerunt, denùm cum parentes dictæ beguinæ uolentes palliare uerecundiam suam, disponsassent ipsam fratri illius, qui eam cognouerat, hoc ignorantes, ad dictum illius fuerunt soluta sponsalia: quia licet beguina factum negaret, tamen præmissa diligenti inquisitione, inuentum est per circunstātias, quod sic erat, sed nec illū qui eam cognouerat, habere potuit impediente iusticia publicæ honestatis. Item quartò, propter fugam sponsi, si transtulerit se vir ad aliam prouinciam, nec inueniri possit, vt infra eod. de illis, super quo vide supra eod. respō. 1. Item quintò, propter fortius vinculū superueniens: vt si spōsus ꝯxerit cum alia per uerba de præsenti, nisi spōsam antea carnaliter cognouisset, ut j. eo. ueniens. & c. is qui. & c. si inter. & j. de spon. duo. c. 1. ꝙ si adolescens sponsam de futuro tentauerit non tamen cognouerit: & subsequenter cum alia per uerba de præsenti ꝯxerit, adhuc soluuntur sponsalia: quia nihil obsuit conatus sine effectu adolescentis.

11 † Quid si prima sponsalia nuda sunt, secunda iuramento firmata? Videtur, ꝙ secunda præiudicent primis, arg. j. eod. præterea. 2. dic contrarium, nisi fortè carnalis copula interuenerit: quia tunc esset matrimoniū præsumptum. j. eod. is qui fidem. & c. si inter. Sed si eadem carnalis copula pręcedens sponsalia nihil operetur. j. eod. ueniens. 2. sic ergo iuramentum non soluit sponsalia præcedentia, nisi aliud iūgatur: quia non est uinculū iniquitatis: ut s. de iureiu. quanto. argu. 22. q. 4. in malis. & q. 5. iuramenti. multo minus præiudicant: si prima iuramento fuerint confirmata, j. eo. ex literis. item vi. si sponsus ad religionem transeat. ut j. eo. commissum. ut not. s. de conuer. coniug. §. qualiter. Item 7. quando sponsalia contracta sunt in pupillari ætate, & ueniens ad puberratem contradicit j. de despon. impub. de illis. & c. a nobis. Item 8. de cōmuni dissensu eorū, qui consenserunt, dissoluuntur, sicut & societas communi dissensu dissoluitur. ff. pro socio, utrū. § pen. & l. actione. §. diximus. instit. pro socio. §. manet. Et hoc intelligas etiam si fides data sit, ut j. eod. præterea. 1. quam decre. intelligo de iure communi, secundum T. & Goffre. quamuis Hugo & sequentes ipsam intellexerint de comparatiua ꝓmissione, qđ dicit in fin. quòd hoc potest in patientia tolerari, iuxta illud Multa per patientiam tolerantur, &c s. de præben. cùm iamdudum. in fi. vnde & scripserunt, ꝙ Papa in dicta decret. pręterea, non papaliter, sed magistraliter respondeat, sed tu dic, ꝙ papaliter respōdit: & de iure: sicut enim communi consensu ꝯtraxerunt, sic cōmuni dissensu possunt se absoluere, authoritate ecclesiæ, j. de reg. iur. oīs rçs. & no. de simili materia. s. de iureiur. §. quot comites. ver. pe. & de conuer. ꝯiu. §. si. ver. sed quare mag is. & se. & j. de spōs. duo. §. de quib. ver. aut utraq; de præsenti, nisi fortè impuberes sint, quod dic vt no. j. de despon. impu. §. si. ver. si uerò & uer. sed ꝑ Deo, potes etiam intelligere, si uis decre. quādo capitalis discordia est inter ipsos: unde dicit, ne deterius inde cōtingat, &c. in hoc. n. casu differtur restitutio, seu etiā denegatur in matrimonio iam contracto, & etiā consummato, ut s. de restitu. spo. ex transmissa. & c. literas. §. ult. & ut no. in summa eiusdē. tit. §. qn̄ sit facienda restitutio. uer. 10 quanto magis sponsalia sine metu periurij solui debēt, potest. n. dici, ꝙ iuramētū habuit conditionem tacitam: ut ar. s. de iureiuran. quemadmodū, melius tamen est, ut ipsam intelligas indist. & quod dicit, ne deterius, & c. puta adulterium. Sed & si talis causa, scilicet capitalis inimicitia allegetur, & communiter dissentiant, facilius soluuntur. Sed si alter dissentit tantùm, nec est discordia capitalis: licet fortè sibi dissentienti non uideatur apta: uel quia desiderat aptiorem, vel ditiorem, primò monebitur, & postea cogetur. j. e. ex literis. 2. & secundum hoc expone potius, id est, prius. j. eo. requisiuit. Sin autem capitalis sit inimicitia, & inimcus desideret matrimonium compleri, ut ipsam interficere possit, sed sponsa dissentiat, tunc non est cogenda, sed potius monenda: & sic illud potius ponitur electiuè, siue priuatiuè: ut scilicet sic dicas, potius est monenda, quam cogenda: id est, monenda est, & non cogenda, sic expone j. e. requisiuit, arg. in his quæ no. s. eo. §. & unde, uersi. sed & cessat. & præcedentibus, unde notauerunt Ray. & Goff. ꝙ si episcopus ex coniunctione talium uniuersaliter præsumat uxoricidium, uel guerram fieri, restringere debet censuram, uel dissimulare, alias non medicinalis, sed mortalis esset. 2. q. 1. c. multi, & iste casus est, secundum Ray. in quo existēs in peccato mortali ad agendam pœnitentiam, non cogitur propter periculum, ꝙ timetur: quia siue plectēdo, siue ignoscendo, & c. 23. q. 5 prodest, & ar. optimum j. qui cle. uel uo. ueniēs. & in summa bonus iudex ex personis & qualitate facti dicta pensabit, ut C. si quis impu. male. l. unica. ff. quod met. cau. non est uerisimile. s. de transla. c. ult. in fi. & vide s. eo. §. item tertio. Item nonò, si fama habeat quòd inter ipsos sit canonicum impedimentum, & de fama uel scandalo doceatur. j. eo. cum in tua. j. de consangui. c. 2. & s de testib. super eo. Et no. quòd in quinto casu, scilicet quando contrahit cum secunda, per uerba de præsenti: & in sexto, scilicet qn̄ transit ad religionem ante carnis copulam, soluuntur sponsalia ipso iure: in nullo autem alio casu sine authoritate episcopi solui possunt, arg j. de desponsa. impu. accessit. & c. continebatur. 1. respon. & c. de illis. 1. §. si uerò alterutrū. & c. duo pueri, & notatur j. in uersic. sequenti. & uide quod notatur s. eo. uersi. item tertio. Item decimò, ubi aliquis uxoratus iurauit alicui mulieri ipsam post mortē uxoris suę ducere in uxorem, & postea ipsam polluit, uel propriam uxorem occidit, ut illam cui fidem dederat, posset ducere in uxorem, idem si mulier machinata est mortē, ut eum habere posset: nam & hi casus dirimunt matrimonium iā contractum: ut notatur j. eod. sub rubricella, de matrimonijs. §. qualiter impediať, uer. 5. & sic in hoc casu decimo sunt tres casus. Primus, si polluit. Secundus, si ipse occidit. Tertius, si machinatio intercessit, quod dic, ut not. j. de eo, qui dux. in matr. uersi. & idem intellexit Goff. & sequen. Sed & s. eod. uersi. item secundo, potes tres casus notare. Primus est, infirmitas, quæ sponsam inhabilem reddit. Secundus, fornicatio carnalis. Tertius, spiritualis, scilicet hęresis, & sic si diligenter computaueris, non solùm octo casus, quos notauerunt antiqui doctores, sed 14. in quibus soluuntur sponsalia, poteris numerare: & possunt his uersibus comprehendi:

Crimen

ADDITIO.

a Propter infirmitatem. ¶ Adde per tot. titul. de coniug. lepr. & per tot. titul. de frig.

Crimen, dissensus, fuga, tempus, & ordo, secunda.
Morbus, & affinis, vox publica, cumque reclamant:
Quodlibet istorum sponsalia soluit eorum.

Iacob. de Aret. *Crimen.* vt not. s. in ver. item decimò. *Dissensus.* vt in versi. item octauo. *Fuga.* vt in versic. item quarto. *Tempus.* vt s. eo. §. respon. 1. *Et ordo.* vt in versi. item sextò. Secunda: vt in versi. item quintò. *Morbus.* vt in versi. item secundò. *Et affinis.* vt in ver. item tertiò. *Vox publica.* vt in versic. item nonò. *Cumq; reclamant:* vt in versi. item septimò. 12 † Verùm in matrimoniis dissoluendis, requiruntur secundũ leges verba certa, huiusmodi scilicet, conditione tua non vtar. ff. de repudiis. l. 2. § in sponsalibus. Item requiruntur. 7. testes rogati præter libertum proprium, vel parentem, eius qui diuertit. ff. de diuor. nullum. Item quod non fiat calore iracundiæ, seu motu cholerico, quia fortè ei rò pœniteret. ff. de repu. diuortium. & l. si pœnituit. Verùm hæc secundum canones non procedunt, sed hæc solum requirimus: ꝙ is qui solui desiderat sponsalia, sit sanæ mentis. sicut ergo furiosus non põt consentire: ita nec dissentire. j. eo. dilectus. ff. de diuor. l. 4. & ætatis legitimæ & quod causa iusta, de quibus s. dixi, probetur corã iudice competenti, aliàs propria authoritate non debent sponsum relinquere. j. de diuor. porrò. 32. q. 2. seculares 35. q. 6. multorum. quòd si fecerit, peccat grauiter: & ideo est ei pœnitentia iniungenda. j. de despon. impu. duo pueri. in fin. Et est vna ratio: quia nemo debet sibi ius dicere. C. de Iudeis nullus. Item quia est quasi quædam pœna respectu relicti, quæ non est absque iudice infligenda. 33. q. 2. §. in hoc capitulo. secundum Vin. excipe duos casus, in quibus soluuntur ipso iure: vt no. s. eo. versi. item nonò. item tertium, scilicet fornicationem notoriam, secundum canones, quæ not. j. de diuor. §. quot modis. sub §. generaliter. & de adul. §. qua pœna. versi. sed secundum legem diuinam. & seq. & de hoc not. j. de clandest. despon. § 1. in commento consilij super illo verbo, contractus interdicatur expresse.

DE MATRIMONIIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quid sit. Et vnde dicatur. 4. Et vbi fuerit institutum. 8.*
2 *Non excommunicatus, si contrahat cum excommunicata, an teneat matrimonium.*
3 *Matrimonium consummatum quomodo diffiniatur.*
5 *Nuptiæ vnde dicantur.*
6 *Connubium vnde dicatur.*
7 *Coniugium vnde dicatur.*
9 *Matrimonium quis possit contrahere. Et qualiter cõtrahatur. 10. Et quare contrahatur. 19.*
11 *Matrimonium spirituale, an contrahatur per scripturam.*
12 *Contraxere aliqui matrimonium, postea alter negat, alter concedit, quid iuris.*
13 *Vir si dicat, Iuro, vel promitto, vel dico tibi, quòd habeo te pro legitima vxore, an sit matrimonium.*
14 *Sponsus si puellam nubilem subarrauit consensu mutuo accedente, an inducatur matrimonium.*
15 *Annulus datus tempore sponsaliorum de futuro, quid denotet.*
16 *Præmittens protestationem, quòd nihil faciet, vel dicet animo consentiendi: an contrahat matrimonium.*
17 *Matrimonium si contractum fuerit sine dote, an teneat. Et qualiter impediatur. 24.*
18 *Iurans contrahere cum aliqua muliere, & non exprimens cum qua, si postea cognoscit vnam carnaliter, nunquid cogetur cum illa contrahere.*
20 *Effectus matrimonij quis sit.*
21 *Vxor an teneatur sequi virum quocunque ierit.*
22 *Coniuges reddendo debitum in ieiunijs, vel Natali Domini, parasceue, & alijs præcipuis solennitatibus, vel in locis sacris, an peccent.*
23 *Coniuges an peccent aliquando in carnali copula.*
25 *Furiosus matrimonium contrahere non potest.*
26 *Impedimenta matrimonij quæ sint.*
27 *Coactio parentum an impediat matrimonium.*
28 *Matrimonium qualiter dissoluatur. Et qualiter vestiatur. 29.*
30 *Ratum matrimonium quod dicatur.*
31 *Effectus rati matrimonij quis sit.*
32 *Matrimonium quando dicatur perfectum.*

EXpedita prima parte rubricæ de sponsalib. videndũ est de secunda, scilicet de matrimoniis, in qua dicemus, Quid sit matrimonium, Et vnde dicatur, Vbi fuerit institutum matrimoniũ, Quis possit contrahere matrimonium, Qualiter contrahatur, Et quare, Quis sit effectus, Qualiter impediatur, Et qualiter dissoluatur.

1 Quid sit matrimonium. † [a] Coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, diuini & humani iuris communicatio: vt probatur Institutio. de pat. pot. in princip. & ff. de ritu nuptia. l. prima. & 29. quæstio. 1 § primo. & suprà, de præsump. illud. ad fin. & C. de crimi. expil. hæredita. aduersus. & ff. rerum amotarum. l. prima. & 27. quæstio. secunda. §. primo. Maris & fœminæ, ideo ponitur: quia in eodem sexu non potest cadere. vt C. ad legem Iuliam de adulteriis. cùm vir & infrà, de exces. prælato. clerici. & in authentica. vt non luxu contra natu. Ideo non fuerunt ab initio creati duo homines, [b] vel duæ mulieres: sed primò homo, demùm mulier. 33. quæstion. 5. mulierem. § vltimo. Nuptiæ ergo præter commixtionem sexuũ non habent in se Christi & ecclesiæ sacramentum. vt 27. quæst. 2. cùm societas. Dicitur etiam maris & fœminæ, [c] in singulari, non marium & fœminarum, in plurali: quia nec vnus mas plures fœminas: nec vna fœmina plures mares ducere debet. j. de diuortiis. gaudemus §. quia verò Indiuiduam, ideo additur, quia eius debent esse propositi, vt nũquam diuidantur: non ergo debent disrumpere coniugalis compaginem vnitatis: vt 30. quæstio. 5. fœminæ. & 32. quæstio. finali, in fine. Sic & Imperator dicitur Augustus, [d] quia talis propositi debet esse, vt augeat Rempublicam Romanorum: vt notatur in princip. Institutio. & dicitur iustus, qui reddit vnicuique ius suum, saltem quo ad propositum animi: vt nota. Institutio. de iustit. & iure. Certum est autem, matrimonium aliquando diuidi, vt dicam infrà de diuortiis. & certum est, principem non semper augere, & iustum etiã septies in die cadere, secundum Azo. de pœ. distinctio. 3 septies. imò dicit indiuiduam, respectu matrimonij consummati, atque legitimi, cuius vinculum in perpetuum non dissoluitur: etiam propter fornicationem: vt notatur infrà eodem. quis sit effectus. versicu. item effectus est, hoc tetigit Ber. infrà, de consang. de infidelibus, in glossa, quæ incipit: si matrimonium. & ideo dicitur vitæ, quasi diceret, quandiu viuunt, est indiuiduum: sed per mortem dissoluitur: mors enim omnia soluit. vt in authentic. de nuptiis. §. deinceps. Indiuidua verò vitæ consuetudo est, talem se in omnibus exhibere marito, qualis ipsa sibi est id est, esse debet, & econuersò. ad indiuiduam itaque consuetudinem pertinet absque legitimi consensu viri, aliquando orationi non posse vacare, nec continentiam confiteri. vt 27. quæstio 2. § cùm ergo: ad finem. patet igitur, quòd loquitur de consummato. quamuis enim inter consummatum, & non consummatum, quo ad essentiam matrimonij nulla videatur differentia, quia solus consensus, & c. 27. quæstio. 2. sufficit. differũt tamen in quatuor. Primò, quo ad significationem. suprà, de biga. debitum. Secundò, quo ad bigamiam contrahendam: vt ibi. & 24. distinctio. Valentino. Tertiò, quo ad affinitatem contrahendam infrà, de consan. capitu. 1. & capitu. quod super his. quæ contrahitur per consummationem, siue per carnis copulam. ff. de gradibus. non facilè. §. affines. quod dic vt not. infrà, de consan. sub rubricella de affinitate. §. 1 Quartò, quo ad religionis ingressum. suprà, de conuer. coniuga. ex publico. Diuini autem iuris dicitur communicatio: quia debent esse eiusdem sectæ. nam si sint disparis cultus: puta vnus Iudæus, Christianus, uel paganus, non possunt contrahere matrimonium: imò contractum dissoluitur. C. de Iudæ. ne quis. 28. quæstio. 1 §. ex his. in fin. Vnde in ueteri Testamento prohibuit, dicens. Non accipies uxorem de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos. Sed sponsalia contrahere possunt, sub tali conditione, ut infidelis ad fidem conuertatur. 28. quæstio. prima. caue Christiane. non oportet hoc, si tempore contracti matrimonij, disparis cultus fuerint: secus, si ex postfacto. quia tunc distin. ut not. infrà, de diuor. § quot modis. uersicu. non solum. & iunge infrà eodem. sub §. ut autem. in fin.

2 † Quid si quis non excommunicatus contrahat [e] cum excommunicata? Aliqui dicunt, quòd non tenet matrimonium, pro quibus facit: quia excommunicatus etiam minori non potest eligi. & est à sacramentis ecclesiasticis separatus. infrà, de cleri. excommuni. ministr. si celebrat. & tali sunt omnes actus legitimi interdicti: ut patet in his quæ not. j. de senten. excommu. § quis sit effectus. Hugo tamen scripsit, quòd licet non debeat contrahi à tali matrimonium, contractum tamen tenet. argum. 28. quæstio. 1.

ADDITIONES.

a Quid sit matrimonium. ¶ In rubr. de spon.
b Ab initio creati duo homines. ¶ Adde tex. in c. hæc imago. 33. q. 5. text. in c. principium. de pœn. dist. 2. originaliter. Genesis. 1. c.
c Dicitur etiam maris & fœminæ. ¶ Adde Doct. in rub. de spon.
d Et imperator dicitur Augustus. ¶ Adde glo. in prooe. ff. vet. & gl. in prooe. Instit.
e Excommunicatus contrahat. ¶ Adde gl. in c. nulla. de conse. dist. 4. Spe. tit. de spon. §. 1. ver. sed nunquid. Card. Zab. in c. significasti. qui ma. accus. pos. idem Card. in cle. 1. in 9. q. de priuil.

ſtio. 1. caue. infrà, de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adulterium. capitu. ſignificaſti. & de matri. contra. contra interdi. eccleſi. ex literis. infrà, de diuor. quanto. infrà eodem. cùm apud. quòd ſecundum iura, quæ modò currunt, verius eſt. Si tamen inuenirentur aliquæ congregationes in quibus permitterentur cōtrahere, ſicut hodie poteſt poni exemplum in repœnitentibus, (a) & beguinabus, [a] & monaſteriis canonicorum ſecularium de quibus multa ſunt in Germania: & legitur ſuprà, de maioritate & obedientia. dilecta inter tales nō impediretur matrimonium, quamuis diuerſæ profeſſionis eſſent. Cod. de epiſcop. audien. & ſi legibus. & de ſpon. l. finali. Sed tales dicuntur impropriè religioſi: cùm hæc duo, ſcilicet carere proprio, & ſeruire continentiam, ſint de ſubſtantia. vt ſuprà, de ſtatu monacho. cùm ad monaſterium. in fin. Sed largo modo dicuntur religioſi, ſicut hi qui in ſeculo vitam religioſam ducunt. vt nota. ſuprà eodem, ſub rubricella, de ſpon. & §. vnde. verſicu. quod ſi matrimonium. Humani iuris, ideo iungitur, ſecundum Azon. quia ſecundum legem humanam contrahendum eſt: niſi canonica inueniatur cōtraria: in his enim non dedignantur leges, &c. vt nota. ſuprà, in procemio. §. vnde habuit originem. verſicul. hoc igitur exemplum. 22 quæſtio 2 ſunt qui. Habet & in eo communicationem iuris humani: quia ſi matrimonium legitimum ſit, vxor ſequitur forum viri: ſecus, ſi matrimonium non teneret, vt nota. ſuprà, de foro competen. §. quibus ex cauſis. verſicu. item ratione matrimonij. Habet & in eo: quia ſecundum legem humanam agitur aliquoties ad decapitationē, propter fidem matrimonij non ſeruatam. vt nota. j. de adulte §. quæ ſit pœna imponenda. Sed & in eo habet: quia honeſtis & diſcretis vxoribus ſunt aliquando communicanda conſilia, vnde & Imperator de conſilio coniugis legem humanam promulgauit: vt in authenti. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. hæc omnia apud nos cogitantes. colla. 2. Quod autem in principio dicit, coniunctio, intelligendum eſt de coniunctione animorum, non corporum. ff. de regulis iur. nuptias: & ff. de dona. inter virum & vxorem. cùm hic ſtatus §. ſi mulier. ſecundum Ioan. & Azo. Ego intelligo animorum, & corporum, cùm dicam hic diffiniri matrimonium conſummatum. vt not. ſ. verſicu. indiuiduam. Nam per coniunctionem animorum ſignificatur coniunctio fidelis animæ ad Deum: per coniunctionem verò corporum, coniunctio Chriſti ad eccleſiam. ſ. de biga. debitum. commixtio corporum nota. ibi. coniunctio maris & fœminæ. Sed ne intelligeretur de coniunctione animalium: ideo addit indiuiduā vitæ, &c. per quod nota. vnio ſiue coniunctio animorum: eſt ergo reſpectu animalium, coniunctio corporum tantùm, quam nos, ſcilicet homines, matrimonium appellamus. Ideo nimis competens videtur gloſſa expoſita. ff. de iuſti. & iur. ius naturale. & Inſtitu. de iure natu. gen. & ciui. reſpon. 1 ibi, hinc deſcendit maris & fœminæ coniunctio. glo. 1. coniunctio animorum, non corporum: quia ſecundum ipſam gloſſ. non loqueretur de coniunctione animalium: quod tamen facere intendit, vt apparet in principio, vbi dicit ius naturale, quod natura omnia animalia docuit. patet igitur, quòd de omnibus animalibus loquitur. Dic ergo hinc, ideſt, ex hoc iure naturali communi animalibus, ſcilicet tam brutis, quam rationabilibus deſcendit maris & fœminæ coniunctio, id eſt, coniunctio corporum: & hoc eſt quod exponit text. 1. di ius naturæ. nam coniunguntur ſe cōmiſcendo carnaliter: hæc & illa, quam ſcilicet coniunctionem animo contrahendi factam, nos, ſcilicet homines, matrimoniū appellamus: vt 37 quæſt. 2. ex his omnib. quaſi dicat, reſpectu animalium brutorum, coniunctio corporum tantùm eſt: ſed reſpectu rationabilium, eſt matrimonium: & ſic coniunctio animorum, & corporum: vnde quod ibi dicit, coniugatio id eſt, coniunctio, reſpicit generaliter omnia animalia: quod dicit matrimonium, eſt ad rationabilia reſtringendum: ac ſi dicat, quicquid ſit de brutis: talis coniunctio non eſt inter homines abſque matrimonio toleranda: ergo hæc coniunctio cum matrimonio eſt rationabilis, ſed ſine matrimonio eſt brutalis: ideo poteſt dici, ꝙ ipſa coniunctio corporum eſt de iure naturali communi. Sed cōiunctio animorū eſt de iure naturali rationabili. ſuper hoc vide, quod not. ſ. in procemio §. vnde habuit originem. verſic. hi naturali lege. & ſequent. & ſuprà, de ſpon. duo §. quæ, quibus præiudicent. verſicu. aut vtraque de præſenti & ſequen. Matrimonium autem non conſummatum ſic poteſt deſcribi: (3) † Matrimonium eſt conſenſus maris & fœminæ, habitus in præſenti: quo ſicut animi legitimè ſunt vniti, ſic corpora per carnalem copulam, quo ad propoſitum legitimè vniantur, niſi aliter à Deo fuerit reuelatum: vt patet. j. eodem. ſi inter. ſ. de conuer. coniug. ad Apoſtolicam. & cap. 2. j. de big. debitum. & in concor. & ſeq. Sic enim non obſt. quòd conſueuit opponi de matrimonio contracto inter beatā & glorioſam virginem Mariam, & Ioſeph. [b] (b) nam ſicut dicit Aug. beata Maria propoſuit ſe perſeueraturam virginem, niſi Deus ei aliter reuelaret. committens ergo virginitatem ſuam diuinæ diſpoſitioni, conſenſit in carnalem copulam, non illam appetendo, ſed diuinæ inſpirationi in vtroque obediendo. 27. q 2 §. cùm ergo. Idem de eodem, inter quos fuit perfectum matrimonium, non ſignificatione, ſed ſanctitate. Vnde ſcribens ad quandam, quę cum viro ſuo votum emiſerat, dicit: Non quia pariter vos temperabatis à commixtione carnali, ideo maritus tuus eſſe deſierat: imò tanto ſanctius coniuges manebatis, quanto concorditer ſanctiora placita ſeruabatis. 33. q. 5. quod Deo. Item de primo. Omne itaque nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides, & ſacramentum. prolem cognoſcimus ipſum Dominum: fidem, quia nullum adulteriū: ſacramentum, quia nullum diuortium: ſolus ibi nuptiarum concubitus non fuit, quia in carne peccatum fieri non poterat: ſine prouidenda concupiſcentia carnis, quæ accidit ex peccato, ſine qua concipit voluit qui futurus erat ſine peccato. 27. q. 2. omne itaque. Debet igitur is, qui contrahit, conſentire etiam in carnalem copulam quo ad propoſitū: & ſi poſt contractum à tali propoſito recedere poſſit, ſicut innuit deſcriptio proximè ſupradicta: nec obſt. imò concordat j. e. commiſſum. quia non dicit, qđ is, de quo ibi queritur, voluiſſet religionem intrare, ſed ꝙ ad hoc aſpirabat ſiue ſuſpirabat. & ideo contrahendo ſicut antequam aſpiraret, iurauerat, non efficitur reus voti, ſed facti. datur igitur ei conſilium, quod contrahendo iuramentum adimpleat: ſubaudi, in carnalem copulam, quo ad propoſitum etiā perpetuò ſeruandum: niſi Deus aliter reuelans cōſentiat: ergo ſi poſtea Deus ei de nouo inſpiret poteſt recedere à tali propoſito: & religionē intrare: & hoc innuit vbi dicit, & poſtea ſi elegerit, &c. Sin autē ad tempus intenderet ducere vxorem, matrimoniū nullum eſſet. j. de cond. ap. c. fi. 32. q. 2. ſolet quæri. & c. aliquando.

(4, c) **Et vnde** dicatur. † [c] A matre, & munium, id eſt, officiū: dicitur enim matrimonium, quaſi matris officium: quia dat mulieribus eſſe matres. Et ideo licet pater generationis ſit actor, & penè vxoris dominus. 33 quæſt. 5. hæc imago. tamen matrimon. plus aſcribitur matri quàm patri: quoniam eius officium plus apparet in matrimonio, quàm officium viri: nam ante partum oneroſus, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus noſcitur ſibi partus. vt j. de conuer. infide. ex literis. hac eadem ratione poteſt dici, quòd patrimonium quoties à patre denominetur: quia vir magis & virilius laborat in acquirendo, quàm vxor. vel quia in vno grauatur, &c. vt arg. ſ. de parochiis. ca. 1. ff de iureiurando. eum qui. Sunt autem hæc quatuor vocabula ſynonyma, ſiue conſignificantia, matrimonium, nuptiæ, cōnubium, coniugium. ff. de ritu nup. in eod. §. hoc caput. (5) † Nuptię dicuntur à nubendo, quod eſt proprium mulieris: vel, vt ait Iſidorus, ab obnubendo, id eſt, à velando: quia nupta velata debet incedere. 33. quæſtio. 5. hæc imago. & cap. mulierem. velantur autem fœminæ ideo, vt nouerint ſe viris ſemper fore ſubditas. 33. quæſtio. 5. fœminæ. vel dicuntur nuptiæ a nube: nam ſicut nubes tempus offuſcat, & turbidum reddit, ſic nuptiæ debent obfuſcare nuptam, vt quòd ad geſtus laſciuos, & tactus corporales pertinet, omnibus reddatur obſcura, & turpida, præterquam viro ſuo. (6) † Connubium autem dicitur, quaſi ſemel nuptum. (7) † Coniugium, quaſi communi conſenſu iunctum. Poteſt addi quintū, ſ. conſortium, quod & ad ſeruos aliquando trahitur. C. de ſeruis fugi. l. vlti. ſed ſecundum leges inter ſeruos propriè dicitur contubernium. C de inceſt. nup. cum ancillis ſecus, ſecundum canones: vt not. j. de coniug. ſeruo. In ſacerdote verò contubernium dicitur. vt ſ. de cler. coniuga. c. ſanè ſacerdotes.

(d, 8) **Vbi fuerit** inſtitutum. [d] † Et quidem in paradiſo, & à Domino j. de fri. & malefi. ca. 1. §. 1. & ante peccatum. 32. quæſtio. 2. § his ita reſpondetur. & propter multiplicationem prolis. 31. quæſtiò. 1 cùm igitur. 36. diſtinct. deinde. Vnde & dicit lex, quòd nihil eſt vtilius hominibus nuptiis, tanquam ſolis facere homines valentibus: quaſi dicat, non eſt homo, niſi ex matrimonio ſit ſuſceptus. vt in authentic. de reſtitu. & ea quæ pa. in 11. menſe §. hæc nos meritò commouerunt. col. 4. Et dicunt quidam, quòd per hæc verba fuit matrimonium inſtitutum. Creſcite, & multiplicamini, &c. tamen T. dixit hoc nō eſſe verum, ſed fuit potius quædam benedictio nubentium: imò per hæc verba protoplaſti ore prophetico prolata, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro, &c. vt ſ. eodem in princip. rubricellæ de ſpon-

ADDITIONES.

a Et beguinabus, ¶ Adde de iſtis beguinis. vide tex. & quod ibi no. in clem. 1. de relig. do. & in cle. ad noſtram. de hæret.

b Inter beatam & glorioſam virginem Mariam & Ioſeph. ¶ Adde glo. & doc. in c. quidam. de coniug. Doct. in c. cum locum. de ſpon. Card. Zab. in rub. e. ti. Magiſter ſent. in 4. diſt. 30.

c Et vnde dicatur. ¶ Adde doc. in rub. eo. tit. glo. ſum. 27. q. 1. c. illud. de præſump. & in c. 2. de conuerſi. in fine.

d Vbi fuit inſtitutum. ¶ Adde text. in c. ſicut non omnis. in §. is ita. 32. q. 2. tex. in c. 1. de voto. lib. 6. originaliter. Gene. 2.

de sponsalibus.ad hoc.j.de diuor.gaudemus.§.quia verò. & 33. q.5.mulierem.Post peccatum verò ibidem.& ab eodem, secundum quosdam.Sed secundum Gra.ab Apostolo,& extra paradisum fuit institutum ad remedium, scilicet vt carnis vitium cohiberetur.vnde Apostolus, Vnusquisque habeat suam,propter fornicationem.vt in dicto c.his ita.& 32.q.2.& vide quod no.j. eodem.s.vltim.sub §.vt autem nihil.& infrà,de spon.duo.§.quę quibus.versi.aut vtraque.[a]

9 Quis † possit contrahere matrimonium. Et quidem quælibet persona habilis ad cōsentiendum, & exactum debitum persoluendum. hoc enim edictum proibitorium est, id est,omnis qui non prohibetur, admittitur,& contrahere potest:ut infrà eodem,cùm apud.simile no.de procur § quisquis. puer ergo,vel qui genitalibus caret, non potest contrahere. Sed mutus & surdus [b] potest.infrà eodem.cùm apud.& cap. tuæ. infrà, de fri. & malefi.quod sedem. dicitur autem hic puer impubes,quod dicut no.infrà, de despon.imp.§.& quæ sponsalia. Itē furiosus [c] non potest contrahere, quia non potest consentire. infrà eodem.dilectus. 33.quæ.7.neque furiosus,hoc autem intelligas de continuo furioso, qui loco absentis & dormientis,vbique habetur.ff.de arbitr..diem proferre. §. coram & de acquir. poss.l.prima.§.furiosus. Si tamen post matrimonium ꝯtractum in furorem incidat,matrimoniū & vxorem & filios in potestate retinet.ut in dicto cap.neque furiosus.& ff. de statu hominum. qui furore. & de his qui sui iuris sunt. patre furioso. quòd si habeat dilucida interualla, in ipsis potest contrahere. arg.7. quæst. prima.quamuis triste tertia quæstio. nona. indicas. C. de curat. furio.l.penultima. & de codicillis. nec codicillos. igitur qui in hoc determinare voluerit, qualitatem furoris cautè considerabit:quia nec omnes qui sanæ mentis apparent, philosophi sunt. plerique enim sub vmbrata quiete morantur. ff. de acquirenda possessione. quod meo nomine. §. si furioso. & plerique in sermonibus discreti apparent:qui,quo ad bona pertinet, furiosum exitum patiuntur.ff.de tut.& cura.datis ab his. l. is qui in ea. Sed nunquid meretrix potest contrahere matrimonium? Sic, si se velit corrigere.32.quæstion. 1. non est culpandum. infrà eodem. inter opera.secus, si non sit corrigibilis. 32. questio. 1. capitu. 1. Et breuiter,quilibet potest contrahere matrimonium, nisi prohibeatur:ut not.suprà eodem. §. in princip. Qui autem sint hi, qui prohibentur. vide j.e.§.qualiter impediatur.[d]

10 Qualiter † contrahatur. Et quidem publicè contrahi debet ut dicā infrà,de clandest. despon.nec refert, vtrum personis ipsis stipulantibus fiat responsio, vel alio intermedio præsentibus,vel absentibus: dum tamen hoc fiat ꝯtrahentibus scientibus, vel postea ratificantibus. ff. de sponsalibus. sufficit. & l.sequen. super quo vide quod notatur suprà eodem,sub rubricella, de spon. §. qualiter. versicul. contrahatur. Contrahitur etiam solo consensu. ff. de regul. iuris. nuptias. & no.s.eodem.sub rubricella, de sponsa. §. qualiter. contrahuntur etiam ita demum. & hæc est differentia inter hanc rubricellam, & illam:quia ibi consensus interuenit de futuro,hic aūt requiritur de præsenti.& si is qui ꝯhit loqui potest, quamuis solus consensus matrimonium perficiat. tamē verba requirit ecclesia hęc scilicet,Laudo te,vel accipio te in meam:& ego te in meum:vel alia quæcunque verba similia,cōsensum exprimentia de præsenti.ut j.e.si inter.j.de spon.duo.c.1.nec eīn ecclesia iudicat matrimonium,nisi ꝓbetur consensus. & ideo secundum vulgarē opinionem duo requirit ecclesiā:consensum scilicet, & verba. vbi loqui pōt is ꝯhit.vnde dicit ibidem Goff.quòd corde & ore cōtrahitur matrimonium.dum mutuo se consedunt, vnus alij, & mutuò se suscipiunt.j.de spon.duo. c.j. Sed vbi loqui nō potest is,qui contrahit,hæc signa sufficiunt. hæc satis apertè probari videntur.j.eodem.cum apud.& c.tuæ. Mihi videtur, quòd solum consensum reqrit ecclesia: quo ad essentiam matrimonij. vnde & sufficit,si dicant, Cōsensimus.j.de clan.despon. quod nobis. verba autem requiruntur ad hoc,ut consensus ꝓbetur: sed & si verba deficiant,sufficere debēt signa ēt in loquēte. ut apparet in his quę not.j.e.§.ver.quid si dicantur.& seq.Nam qualitercunque consensus probetur nō audeo asserere,neque cōsulere, sed nec scribere,ut hi quos Deus coniunxit, per hominem separentur.s.de testi.licet ex quadam. in fine. durū est enim, contra stimulum calcitrare.nā & si is qui loqui non potest, per nutum cōtrahit, ut j. eodem.cùm apud.multo fortius & is qui loqui pōt. nullus enim per nuncium potest fideicommissum relinquere, nisi is qui loqui pōt.ff.de leg.3.nutu. Et nunquid sufficit, si scribat voluntatem suam sine verbis? ita videtur arg.C.de testa.iubemus.in prin.& l vlt.ad fi.

11 † Et nunquid per scripturam matrimonium spirituale ꝯhatur? sic.27. q.1.omnes fœminæ.20 q. 1. viduam.1.q 7.saluberrimum.& nunquid, si post nutū vel signum sequatur sponsa virum,& ipso facto consentiat sine verbis, erit matrimonium: certè plus est consentire factis, quàm verbis. ff. de leg.& consti.de quib.s.de appel.dilecti.vnde nec refert, vtrū quis verbo uel facto cōsentiat:ut satis ꝓbatur.j.de coniu. ser. c. si.ibi,nec verbo,nec facto consenserit.quamuis enim non respōdeatur interrogationi,sufficit quòd de consensu appareat qualitercunque,sicut dicit lex in cōsimili ꝯtractu,scilicet locationis, & emptionis,qui solo cōsensu ꝯhitur.ut & iste.ff.de ver.ob.si stipuler.§ si in locando ff.de actio.& obl.obligationum. j.§.final. certè expressum est,quòd non interest, vtrū per verba, uel per scripturam consentiat.quinimò si non contradicat filia voluntati patris cōsentire videtur.multo fortius ergo, si per nutum vel signum aliud hoc declarat.ff.de spon.in sponsalibus. 1.& l.sponsalia.& l.seq.ff.de ritu nup.l.2.ad hoc j.eod.is qui fidem.& c. ad id.& 29.q.1.§.1.versi.his ita respondetur.Sed contrà, quia non potest quis baptizari.ex quo loqui potest, nisi in propria persona respondeat.de conse. dist.4. cùm pro paruulis. So. aliud hic. vbi verba non sunt de substantia ꝯtus:aliud ibi,vbi sunt de substantia:ut 1.q. 1.detrahe.s.de baptis.non ut opponens nec enim absens, uel per procuratorem potest quis baptizari, sicut & desponsari.ut no.s.de spōsa.§.qualiter cōtrahatur. quinimò aliud quia in baptismo, nedum verba, sed & formæ verborum sunt de substantia.s.de bapt.c.1.secus in matrimonio, in quo sufficiunt verba æquipollentia.j.eodem.si inter nos.non obsunt his quæ dixi,ꝙ paruulo,qui non potest fari, prodest consensus patrini.de consec.distin.quarta.paruuli.quia inductum est in fauorem animę,& etiam si patrinus annueret,fortè nihil ageret:imò necesse videtur,ꝙ respondeat, Volo: & secundum hoc mutus nec pōt baptizare,nec puerum tenere: quia nec potest respondere, nec filiolum Symbolum, & Orationem Dominicā docere:nec alia in fide instruere: ad quæ tamen patrinus fideiussorio nomine se obligat, & astringit.de conse. distin. 4. nos ante omnia. & accedit,ff.de admini.tuto.l.1.§.licentia.nec obst.j.eo. tuæ quia quod dicit.Sed necessaria sunt,quantū ad ecclesiam,verba,&c. subaudiri debet:uel signa: & tunc subauditum probat statim ibi. nam & multi,&c.Item subaudiri debet.sed nec verba sine ꝯsensu sufficiunt,& hunc subauditum statim probat ibi,& pueri,&c repete.nam & die:nam pueri ante annos,&c.nec ob.j. eo. cùm apud quia vacat ibi argu. à contrario sensu. vel dic,quòd in his duabus proximis decretalibus loquitur de vero matrimonio & expresso: Quid si alter dicat se uerba ludendi animo protulisse? Videtur quòd sit pro matrimonio iudicandum,tum quia ad cōmunem

ADDITIONES.

a Quum, vt ait Virgilius,ꝙ is sit Felix,qui potuit rerum cognoscere causas. reliquū est, vt hanc rubricellam interijciamus, quæ sint causæ instituendi matrimonij:qua in re Mart.noster in hæc verba scribit.e.ti. in Sūma.Causæ matrimonij instituendi sunt duæ principales, multæ verò secundariæ. Principales sunt,susceptio sobolis,& vitatio fornicationis.32. q.2. iis ita. Ob priorē causam instituit Deus matrimoniū in paradiso,cùm dixit,Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Propter secundam dictū fuit. Vnusquisque habeat suā,ꝓp fornicationē,scilicet vitandā. Causæ vero secūdariæ sunt,pulchritudo,diuitiæ,& similia.Sed nūqnid teneat matrimoniū ex inhonoste causa contractū,puta pulchritudine.diuitiis, & potētia? Dicendū est,ꝙ sic.32.q.2.solet quæri.arg.a.Iacob sumpto, qui pro Rachele pulcherrima seruiuit annis septem.Gene.31.

b Sed mutus & surdus. ¶ Adde Bal in l.pe.C.qui test.fa.pos. Paul.de Cas.in l.ex facto,in 2.not.ff.de vulg.& pupil.& quid de muto & surdastro simul, vide,per Card.Alex.in c.cùm apud.in 2.col.de spon.

c Item furiosus. ¶ Adde c.nec furiosus.22.q.7.tex.& Doc. in c. dilectus. de spon.& Spec.tit.de spon.in 3.col.ad fi.

d His quoq; adieci ex Mar. vbi s.ꝙ absentes possunt: nā & inter eos rectè cōtrahitur matrimoniū.32.q.2.§.cùm ergo. Sed quid si aliquis consentit in absentē per verba de præsenti. deinde mittit procuratorem ad illā,& antequā illa similiter cōsentiat,ipse dissentit, postea illa cōsentit, credēs illū in primo durare consensu? Dicunt quidā, ꝙ si iste reuocauit mandatum,& reuocatio peruenit ad procuratorem re integra, id est, antequam mulier consentiret,nihil actum est.argu.extrà,de proc.in nostra. Si verò peruenerit postquā consensit.non tenet matrimoniū,quia nec verè,nec interpretatiuè concurrerunt cōsensus.Si tamen constet ecclesiæ de primo cōsensu viri & de mandato procuratoris,& de consensu mulieris subsequuto,& non cōstet de dissensu prædicto,cogetur mulier ob probationis defectū,matrimoniū cōsummare.Si autē postquā procuratorē miserit,nec cōsensit,neq; dissensit, credens factū fortè obliuioni datū,tunc simpliciter standum est pro matrimonio ob eius fauorē, quia non habet obicem contrariæ volūtatis.ut de baptis.c.maiores. & de re iudi.duobus. Sed cū non mentaliter cōsentiret,nisi consensus exprimatur,& notificetur inter contrahentes, qūo pōt inter absentes esse matrimonium per epistolam,vel per nuncium,donec ille ad quem mittuntur literæ,vel nuncius,renotificauerit consensum suū alteri absenti? Dicendum est, ꝙ quādo mittitur nuncius,& ei notificat consensum suū,ille admissus est,perinde est,ac si notificaretur ipsi mittenti. Quādo autē literæ mituntur per nuncium,qui nihil de facto scit,sed nudū ministerium portare literas cōmissum est ei,tunc, si ille, vel illa cui literæ scriptæ sunt,notificet consensum suum,quid iuris? Dicunt quidam,ꝙ quātumcunque cōsenserit,non est contractū matrimonium,si tūdemùm cōsensum suum notificauerit absenti, qui misit ei literas: vel etiam alij,dummodo possit hoc constare iudici. vide de hoc 32. q. 2. honorantur.& de conuers.coniug.ex publico.Mart.

munem intellectum recurrendum est: nec eius simplici assertioni credendum est, qui matrimonio cōtradicit. ĵ. eo. ex literis. & cap. consultationi. tum quia in dubio semper est pro matrimonio iudicandum. s̄. de sententia, & re iudicata. ca. vlt. ĵ. qui mat. accu. pos. videtur. tum quia quod tutius & certius est, maximè respectu animæ interpretandum est: vt res magis valeat, quam pereat. ĵ de uer. sig. abbate. §. vlt. ĵ. eod. iuuenis. ff. de ritu nuptiarum. adoptiuus. §. 1. in fi. alioquin quilibet posset illudere matrimonio iam contracto. & dicere, ludens feci: ad hoc s̄. de præsumpti. c. 1. infrà, de eo qui cog. consan. vxo. suæ. super eo. tum vt puniatur, in quo deliquit. s̄. de transla. Epi. quanto. §. cæterum. Sed contrà videtur, quia si causa ioci vel doctrinæ hoc fiat, non oritur inde obligatio. ff. de actio. & obligatio. obligationum substantia. §. verborum. argu. 15. quæst. 1. illud. 22. quæst. 2. quod ait. & sic deficiente consensu, &c. vt not. s̄. eo. versic. contrahitur. & pro hac via potest induci quod nota. ĵ. eod. versi. econtrà videtur. & ĵ. e. ex literis. 1. ibi, si matrimonium contracturi ad id faciēdum. quasi dicat, siue ueniunt hac intentione, nullus est contractus. Licet in hac quæstione nunc pro matrimonio, nunc contra fuerit iudicatum: videtur tamen quòd Papa hic esset super hoc ꝯsulendus: quia nouus casus est: & de maioribus causis. argum. s̄. de translat. episcopi. c. 1. & hoc in casu consimili videtur comprobare Aug. de cons. distinctio. 4. solet quæri. sed secundum iura, quæ modò currunt, potest dici, quòd si vterque iurat, ꝙ animo ludendi protulerunt verba, non credentes contrahere, & testes qui præsentes fuerunt idonei, iurant quòd credunt eos verum iurasse, maximè qui potati erant: nec erat hora sobria, contra matrimonium iudicaretur. nam ebrius ignorans dicitur. 15. quæstio. 1. sanè dicimus. Et sic non consentit: arg. C. de don. nec inuitus. Quid enim, si in ludo beati Nicola, vel alio simili aliquis iuuenis pro ludo repræsentando, cùm aliqua pedissequa alienis ornata vestibus contraxit, nunquid iudicabitur matrimonium inter tales? & quid si domina dicat bubulco suo ludendo, Loco filiam meam in vxorem, & hoc ille facit ludendo? argum. quòd non sit matrimonium: supra, de testibus. super eo. responso. 1. & de præsumptio. quia verisimile. Sed si ambo confiteantur, quòd intendebant contrahere, standum est confessioni eorum: ĵ. de

12 clandesti. despon. c. 1. & 2. † Sin autem alter negat, alter confitetur: bene faceret Papa, si ius constitueret, quòd matrimonium teneret in pœnam illius, qui clandestinè ꝯtraxit: & qui fortè mō pœnitet: vnde ad instantiam illius, non videtur matrimonium separandum. argumen. ĵ. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. c. 1. argum. 1. quæst. 1. si quis per ignorantiam. & præcedenti. & de conse. distin. 4. quominus. & c. solet quæri. & ad hoc facit quod notatur s̄. de baptismo. §. quis sit effectus. nec enim debent laici de sacramentis ecclesiæ ludum facere, uel derisum, & sic in dubio iudicare: & adde quod notatur ĵ. e. ver. solu-

a vxor tenetur sequi virum [a] quocunq; ierit? dic ut no.j.de con-iu.ser.§.& an consensus.vel si.arg.habes. Et etiam est tantus effectus matrimonij consummati, quòd mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir:& econtrà. vnde nec alter altero inuito potest vitam mutare, nec ad religionem conuolare.27.quæst.2. sunt qui dicunt.& cap.scripsit nobis.33 quæstio.1. cap.1. 2.3.& 4.& j.eodem.commissum & not.s. eod §. & quare. versicul.in sacramento. Sed & effectus tantus est, quòd vir cogitur reddere debitum, & sic matrimonium consummare, licet affinitas superuenit:vt j.de eo qui cog.cōsan.vxor.suæ §. & quid iuris sit. si cognoscat consanguineam vxoris suæ. & quandocunque, & vbicunque exigitur, reddi debet, nisi conscientia probabilis remordeat.infrà de secundis nup. dominus. erroneam autem ad consilium prælati relinquere debet.infrà, de senten.excommu. inquisitioni.vel nisi suspendatur per ecclesiam. infrà eodem.cū Apostolica.in fin.& no. infrà, de matrimo. contrac. contra interdict.eccle §.quid iuris.versi. si verò causa, propter quam, secundum hoc potes intelligere 27.quæstione 2 si tu abstines.34. 22 quæstio.quinta.capitu.1. & capitul. noluit † Sed nunquid peccant coniuges exigendo, vel reddendo debitum in ieiuniis, vel Natali Domini, parasceue, & aliis præcipuis solennitatibus, de quibus habes s. de feriis.capitul. vlti. vel in aliis quibuscunque, vel in locis sacris? dic quòd exactus semper tenetur reddere: quia contra hoc nulla est exceptio admittenda. j. de coniu. lepro.c.2.in fi.& hoc si oportunè instat, exiges sicut Iordana, de qua habes inf.de eo qui cog.consangui.vxo.suæ.Iordanę.Est tamen cautè, vt differat, inducendus:& si acquiescere voluerit, vel ne quidem alioquin debitum est soluendum:sed exigēs peccat. 33.quæst.5.noluit.ubi Apostolus j.ad Corin. 7. Nolite fraudare inuicem: nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. & iterum: Reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas ꝓpter incontinentiam vestram. Hoc autem dico ſm indulgentiā, nō ſm imperium.& Aug. Christiano cum vxore sua aliquando cō uenire non licet: p.p processionis enim dies, & ieiuniorum, aliquando conuenire non licet, quia etiam à licitis abstinendū est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Alij dicunt, ꝙ ꝯsilium est, non præceptum. Ioan. mediam viam eligens dixit, ꝙ aliquando est consilium, sicut tempore ieiuniorum, & minoribus festiuitatibus.& sic intelligit iura & authoritates proximè inductas. Aliqn verò est præceptum, vt puta in præcipuis festiuitatib.de quibus s.dixi.vnde Aug.Quoties vel dies natiuitatis, vel reliquæ festiuitates, subaudi, præcipuè, ſm Ioan aduenerint, non solū à concubinarum cōsortio: subaudi, quod mortale est, ſm Ioan.sed ēt à pro priis vxoribus est abstinendū:ergo ſm Io. est mortale in propriis vxoribus, sicut in concubinis: licet non tantum, cùm hæc duo hic æquiparentur. argum.s. de constitut. 23 transla.† Sed nunquid aliquando peccāt coniuges in carnis copula? di.quia aliquando commiscentur coniuges causa suscipiēdæ prolis:& tunc nullum peccatum est. vnde Au.Coniugalis cō cubitus generandi gratia factus, non habet culpā. Apostolus: Si nupserit virgo, non peccat:si eīn sine peccato non posset fieri ꝯiugalis concubitus, non præcepisset Dn̄s post diluuium eos copulare, dicens:Crescite & multiplicamini, cùm iā sine concupiscentia non possent ꝯmisceri. Aliquādo verò causa reddendi debiti, & tunc similiter non est peccatum, vt patet in his quæ not. s e.§.ver.sed nunquid peccant.& seq.vnde Aug.Redde debitū: & si non exigis, redde: & pro sanctificatione perfecta Deus tibi ꝯputabit, si nō quod tibi debetur exigis: sed reddes quod debes vxori. Aliquando causa incontinētiæ siue fornicationis vitādæ: & tunc est peccatum:sed veniale.vnde Aug.Fortè aliquis dicet Si veniam concessit Apostolus:ergo peccatum sunt nuptię:cui enim venia, nisi peccato ꝯceditur.& j.veniam concedens Apostolus, concubitū attendit coniugatorum, vbi est incontinentiæ malum, incontinentiæ malū est, ꝙ vir cognoscit uxorem etiam vltra necessitatem procreandi filios: sed & ibi est nuptiarum bonum; & ita non propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale. Aliquādo autem causa saturandæ libidinis, & tūc est mortale. Vnde Philosophus, Adulter est in suam vxorem amator ardentior. Iob Sapiens iudicio amat coniugem, non affectu: non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum nihil est fœdius, quam vxorem quasi adulteram habere. de his 32.q.2. per totū. b & quæ.4 origo.[b]

24 **Qualiter** † impediatur. Hic sciendum est, quòd 13. sunt impedimenta:q̄ impediunt matrimonium contrahendum semper, & dirimunt cum distinctione.nā si præcedant consensum coniugalem, tunc dirimunt: sed si se-25 quantur ipsum consensum, non dirimunt. verbi gratia,† Furiosus matrimonium contrahere non potest, & si contraxerit, nullum est matrimonium. Si tamen aliquis sanæ mentis cōtraxerit, & post contractum in furorem inciderit, non dirimitur matrimonium iam contractum. 30.quæst.7.neque furiosus.Item, qui omnino sectus est, contrahere non potest:sed si secetur post matrimonium non dissoluitur.32.quæ.7.illi qui sani.Item affinitas præcedens matrimonium impedit, & dirimit:secus, si sequatur contractum etiam ante carnis copulam j.de eo qui cogno. con sang.vxo.suæ.discretionem.& c.tuæ. & hoc idem de aliis est in-26 telligendum. † Quæ autem sint hæc impedimenta, his versibus comprehende:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen,
Honestas, Dissensus, & affinis, Si forte coire nequibis:
Hæc socianda uetāt connubia: (intelligas indistinctè) facta retractāt.
subaudias, si præcedant.

Primo ergo occurrit error, s. personæ, ut si credam contrahere cum Gemma, ego cōtraho cum Berta. hic nullum est matrimonium. Hoc autem impedimentum non ex constitutione ecclesiæ, sed potius ex sui natura procedit. cùm enim in matrimonio consensus liber desideretur.vt j.eod.cùm locum.adeò ꝙ sine ipso cætera frustrantur:vt j.eo.tua nos.in fi.& de spon.c.fi.& no.s.eo.§.qualiter. & sub rubricella, de spons.§.qualiter.vers. ꝯhuntur. apparet ꝙ si sit error in persona, nullum est matrimonium. errans enim non consentit.ff.de iurisdict.omnium iudicum.si per errorem.ff.de iud.l.ij. C.de iu.& fact ign.cum testm̄.& l.non idcirco.Sed ad hoc ut iste error rationabilis sit, necesse est, ꝙ is qui errat, habeat aliquam notitiam personæ, cum qua ꝯhere intendit aut per visum, aut per auditū, aut per famā:qa in penitus ignotam, non affectū, nō ꝯsensum dirigere possumus.ar.ff.de ꝯh.emp.cùm ab eo.§ mensam.& l.in lege.& de pac.tres fratres.& de transl.l.qui cum tutorib.in fi. vnde si consentiat quis in personam absentem, aliqualiter, vt dictum est, sibi notā, q̄ putat esse præsentem, ꝯstat ꝙ non consentit in præsentē, sed in illam, q̄ esse putat præsentem: & sic deficiente ꝯsensu personæ, deficit & matrimoniū. ideo oportet ꝙ aliq̄ noticiā habeat personæ ut dixi:aliàs nō errat in ea, sed decipit in præsentē.de quo ponunt magistri tale exemplū: Aliquis Angelicus rusticus uenit ad aliquā mulierē Romanā nobilē, & dixit se esse filiū regis Angliæ, cū nō esset:mulier nullā notitiam habens filij regis Angliæ, nec personæ, nec nominis. ꝯhit cum eo, credens ipsum filiū regis Angliæ:hic tenet matrimoniū:quia nō errauit, sed potius decepta fuit:uel nō fuit error ꝑsonæ, sed qualitatis:sed certè cū ubicūq; terrarū habeat noticia regis Angliæ, saltem per famā, vr̄ ꝙ is sit error personæ: nec enim in præsentē personā filij regis Angliæ consentire vr̄. nec enim refert, utrū petatur seruus proprio nomine expressus:uel q natus est ex illa ancilla.ff.de rei uen. si in rē. ar.s.de testi. licet ex quadā §.testes, ibi,

ADDITIONES.

a Nunquid vxor tenetur sequi virum. ¶ Adde doct.in c.de illis. de spon.& ibi optimè distinguit Car.Alex.Cy.in l.liber.C.de oper.liber.Bar.in l.mœnia.in §.j.ff.de mulie.

b Cognito matrimonij effectu, perspectaque eius vi, reliquū est, vt ad illius bona, cōmoditatesque trāseamus:quæ quia ab Hostiēse prætermissa sunt, ex Martin.huc transcribere placuit. Matrimonij, inquit tria bona, fides, proles, & sacramentum.vt 27.q.2. omne itaque. Alibi tn̄ appellātur bona substantialia, extrà, de condi.appos.c.fi.in fide aūt attēditur, ne post matrimonium cū alio, aliaue coeatur. In prole, vt à marito suscipiat, & religiose educetur.in sacramento, ne matrimoniū separetur. Licet aūt separatio interdum fiat causa fornicationis, vel orationis ex cōi consensu, siue causa religionis, sacramentalis tn̄ separatio nunquam inter fideles fieri poterit post carnalem copulam, nisi post mortē alterius. Sed si nihil cogitauit vir, uel mulier, de istis bonis, sufficit, si non apposuerit conditionem, uel pactū ꝯ prædicta. Sed quid, si neuter expresit hoc, sed velit ad tempus ꝯhere, uel quandiu uoluerit, uel quod uoluerit uitare prolē, sed uterque, uel alter habet eiusmodi intentionem, nunquid est matrimonium? dicendū est secū dum quod notauit H.32.q.2.solet quęri. ꝙ quidam dicunt, adiectionem temporis tunc demum impedire matrimonium, si exprimatur in ipso cō tractu, aliàs non Sed ipse dicit, quòd siue exprimatur verbo, siue non, non est ibi matrimonium:licet probari non posit, quando est expressum à contrahentibus, sicut quod non est matrimonium, ubi non est consensus animorum:licet verbo dicant se consentire. Similiter quid de illo, qui habet propositum propter bonum continentiæ, nunquam debitum exigendi. Quid etiam de illo, qui dum contrahit, proponit adulterari: Nunquid in his casibus contrahitur matrimonium? Dicunt quidam, quòd sine præiudicio, in primo casu contrahitur matrimonium, sicut inter beatissimam, virginem Mariam. In secundo uerò casu idem dicendum, dum tamen non dicatur in pacto, quòd liceat ei adulterari, uel quòd prostituat uxorē, nisi esset matrimonium, cùm hoc sit contra matrimonij naturam. Similiter, si contrahens dicat in pactum, quòd habet propositum nunquam reddendi debitum, non est matrimonium:secus tamen, si hoc non exprimatur, idem H. notauit in d.c.omne itaque. Mart.

stes.ibi,personis expressis nominib.&c.& ĩ.de consang.tua.ibi, nominibus propriis,uel æquipollentibus indiciis,&c.dic, quod hoc dictum locum habet,quando non exprimit vnam circūlocutionem,p quā habeatur noticia patris,& filii per consequens, puta dicit se filiū regis, vel comitis, in genere non dicit cuius: vel si specificat,nulla habetur notitia filii, neq; patris: uel dicit se diuitē cùm sit pauper:uel nobilem,cum sit rusticus: uel bonū cū sit malus:vt mulier dicit se virginem, cùm sit corrupta:talis enim error,sc.fortunæ,vt in exemplo diuitiarum. Item qualitatis,ut in aliis exēplis non impedit matrimoniū.vt 29.q.1.§.j.& no.ĩ.de coniu.seru.§.& an matrimonium à seruo contractum. ¶ Secundò,conditio,id est, conditionis error, quæ impedit & dirimit.vt si credo ꝯhære cum libera, & contraho cum ancilla: hic eñ nullum est matrimonium,nisi ex quo sciui ipsam esse ancillam, cognoscendo, uel alio modo consentiam in eandem. ĩ. de coniu.ser.proposuit.& de hoc in summa ipsius tituli plenius dicetur. ¶ Tertiò, votum duplex,scilicet solenne,quod impedit [a] & dirimit.Itē simplex,quod impedit, sed nō dirimit.ĩ.qui cle.vel vouen.rursus.& c.cōsuluit. quod dic, ut in summa eiusdem ti.¶ Quartò,cognatio triplex, & utraque impedit & dirimit,s.carnalis,quæ hodie usque ad quartum gradū tantùm extendit.ĩ.de consang.non debet.& in summa ipsius titu. plenius expedietur.Item spiritualis,quæ triplex est.Vna dicitur paternitas.Alia fraternitas.Alia compaternitas.quod dic, ut notat̃ plenè.ĩ.de cog.spirit.Itē legalis,q̃ similiter multiplex est, ut plenè dicet̃ ĩ.de cog.leg.¶ Quintò crimē triplex, quod impedit & dirimit,sc.si quis aliquam per adulterium polluerit: & fidem dederit,ꝙ post mortem primæ eam in uxorem ducet. Secundum si de facto ꝯxit,& polluit.probantur hæc duo ĩ.de eo qui dux. in matrimo quam pollu.per adul.cap.ulti.Tertius, si machinatus est in mortem prioris uxoris, ad hoc ut secundam haberet: ut s̃.de cōuer.infid laudabilem.respo.1.sed hoc non sufficit,secundū Goff.nisi & secundam polluerit, uiuente prima. ĩ. de eo qui du.in matri.quam polluit per adulte.c.super hoc.& c. significasti.qđ dic ut in summa eiusdem titul. uer. & idem intellexit Goffre.& seq.Sunt & alia quædam crimina,quæ impediūt, sed non dirimunt,unde uersus:

Incæstus,Raptus,sponsatæ Mors mulieris.
Susceptus propriæ sobolis,Mors presbiteralis,

Vel si pœniteat sotenniter. Aut monialē accipiat, ꝓhibēte hæc coniugium sociandū Incestus,ut si quis cognouerit sciēter cōsanguineā suam,uel affinem.32.q.7.si quis uiduam. & capit. qui dormierit.& c. concubuisti. de hoc ĩ.de eo qui cogno.cōsang. uxo.suæ.Raptus,scilicet si quis rapuerit uxorem alterius. 27.q. 2.statutum.secus,si puellam rapiat,uel alias: quia solutam:quia quamuis lex inter tales matrimonium prohibeat, & capitalem pęnam inferat,ut C.de rap.uir.l.unica.& de episco.& cle. raptores.canones tamen admittunt ipsum pœnitentia peracta:ut ĩ. de rap.capi.penul.& ult.36.quæstio.2.deniq; Et hæc intelligas, si puella rapta consentiat, alioquin reddenda est patri, & potest habere locum pœna legalis.36.quæst. 2. de puellis.& c.si autem.& c.placuit.quod dic,ut plenè no.ĩ. de rapt. sub rubricella,de pœna raptoris corporū.Sponsatæ mors mulieris, puta si quis interficiat uxorē suā.ĩ.de diuor.c.1.34.q.2. admonere. nisi fortè sit iuuenis,& de ipsius in continentia timeat̃. ea quæst. interfectores & c.in adolescentia.Susceptus propriæ sobolis,scilicet si quis insidiādo matrimonio,ut cōiugē possit priuare debito & copiā sui subtrahere, cōem filiū de fonte susceperit.30. quæstio.1.de eo autem.de hoc ĩ.de cog.spiri.§.quot eius species,uersicul.si quis sit effectus.Mors presbyteralis,scilicet si quis presbyterū interfecerit.ĩ.de pœni.c.2.Vel si pœniteat solenniter,ut dicunt quidam per illud cap.34.q.2.de his antiqui. & est ratio secūdū ipsos:quia uouere intelliguntur.unde & sub regula ecclesiæ uiuere debent.de pœni.dist.1.contrarium.& iudicātur personę ecclesiasticæ.11.q.1.aliud.Hugo uerò scripsit.quod quilibet pœnitens cōtrahere potest matrimoniū, nisi alicui sit iniunctum nomine pœnitentię,ne contrahat.Hoc tamen fallit, sicut dicebat in trib.casib.s.in uxoricidio,in raptu sponsæ alterius,& in incestu, in quibus contrahere prohibetur. Et est ratio: quia in his matrimonium contaminatur:sed & ab his casibus excipiebat adolescentes,sicut probant iura inducta.s̃.e.uersi.spōsatæ.& uer.raptus & uer.incestus. Aut monialem accipiat, s.in uxorem.27.quæstion.1. ibi igitur. Prohibent hæc scilicet crimina,coniugium sociandum,subaudi, sed non dirimunt iam contractum:ut no.s̃.e.uer.sunt & alia.& patet ĩ.de eo qui cog.con san.uxo.suæ transmissę.quamuis quidam ꝯtra asserant,dicentes legislatorē hoc prohibuisse.C.de leg.non dubium.10.dis.uides. ¶ Sextò cultus disparitas: ut si unus sit Iudæus, alter Paganus uel Christianus.28.q.1.p totum.de hoc not s̃.e.§.quid sit matrimonium.uersi.diuinis.¶ Septimò, uis, quia in matrimonio requiritur liber consensus.ut no. s̃.e.§. qualiter contrahat̃ uersic. quid si permittat. Sed hoc intelligas de vi, siue de metu, q cadit in constantē.quod dic. vt not.s̃.quod metus causa.§.qualiter distinguatur.ver.j.& 2.& patet.ĩ.e.de muliere.& c.veniens.2.in fi. Et no.ꝙ si mulier veniat benedicenda ante valuas ecclesiæ,si posteà negat se consensisse,marito legitime probante contrarium, non audit̃ mulier sine teste, nec testis recipitur, si carnaliter cognita fuerit.ĩ.qui matrimo.accu.pos.insuper.§.sicut ibi. sic postquam legitimo tempore accedente semel etiam copulæ carnali consensit,&c. qđ intelligo: nisi & inuita fuisset cognita, & antè,& post carnis copulā reclamasset: hic eñ nō putarem audientiam denegandā ĩ.eo.consultationi.ante fi. & de eo qui cog.cōsang.vxo.suæ.discretione.respon.j. Vbi verò non apparet de reclamatione consensisse in fauorem mutrimonij, si carnaliter cognita fuerit:& sic intellige ĩ.qui matrimo.accusa.pos.insuper.& adde quod not.ĩ.eod. § fina. versic. sed quod suprà dictum est. Item consentire præsumitur, si longam moram traxerit cū marito.ĩ.eod.ad id quod.Sed si incontinenti aufugit,& vult probare coactionem,non est sibi audientia deneganda:vt s̃.not.versi. 277.de hoc not.s̃ eod.§.qualiter contrahatur.versic.solutio.† Sed nunquid coactio parentum impedit matrimonium, & dirimit? Ad hoc dixerunt quidam, ꝙ si patre cogente consenserit filius matrimonium erit. ff. de ritu nupt. si patre. quia non est cogendus ff.de ritu nupt. non est, imputet ergo sibi, si consensit, cùm contradicere posset:secus in filia,quæ contradicere non potest, nisi pater dederit ei turpem sponsum, vel moribus suis indignū: vt ff. de sponsa. sed quæ patris. & ideo minæ parentū ipsam excusare videntur.ĩ.tit.j.ex literis.& c.de illis.2.Alij, sicut Goff.dixerunt,ꝙ licet pater cogat filium causatiuè contrahere,precise tñ non potest cogere. C. de nup. nec filium. ff. de ritu nupt.nec cogitur.& idem de filia,ſm Cano.quicquid leges dicant: incurrit tñ filia vitium ingratitudinis, nisi volūtati patris consentiat: & pp hoc exhæredari posset.in auth. vt cū de app. cog.§.alicui. collatio.8.super hoc vide qđ no.de simili materia,ĩ. de secūdis nupt.§.vlt.ver.sed nunquid.Supradicti loquuntur de coactione iuris.Sed quid de coactione facti?nā ita, vel melius, vel familiarius possunt parentes comminari,& verberare,sicut extranei:ergo non tenebit matrimoniū.vt ĩ.tit.j.ex literis.nā & minæ exhæredationis timeri possunt. de quibus fortè ibi loquitur. & vide quod no ĩ.tit.j.§.quid iuris.ver.si verò impubes.& s̃.quod metus cā §.qualiter distinguatur.ver.inuenio tñ.& §.qualiter retractet̃.sub §.quid aūt sit metus causa.ver. primus. vbi enim alicuius consensus liber requiritur,debet omnis violentia,& coactionis materia remoueri.vt ĩ.eo.cum locum.s̃.de proba. c.pe. & s̃. de procur.accedens.minor tñ metus impediret consensum mulieris,q̃ viri.arg.32.q.6.indignantur.quia citius terretur,& fragilioris sexus est. vnde mulier à mollicie cordis denominatur. 31. quæst. 7.§.illud. veruntamen, quia nec verisimile est, quòd pater interficeret filiam, & si nunquam cōsentiret.ut patet in his quæ nota.suprà de præsum.sub §.secunda diuisio.ver.aliàs naturæ. Breuiter bonus iudex examinabit & determinabit, inspecta qualitate personarum inferentium vim, & patientium, & violētiæ seu coactionis loci, & temporis, & assiduitatis minarum ratificationis expresse,uel tacitè,vel continuationis dissensus,utrū debeat,uel nō debeat matrimonium iudicari: ut patet in his quæ not. suprà, quod met. cau. §. qualiter distinguatur. uersicu.sed hoc à iudice:& de iureiuran sub rubricella,de iuramento uoluntario.sub §.credendum.§.quando sit deferendum. uersi. quid si non apparet.& s̃.eò.§.qualiter.uer.conuincuntur.uer. solutio. ¶ Octauò,ordo scilicet sacer. nam in minoribus ordinibus non impeditur:ut ĩ.quĩ cle uel uouen.¶ Nonò,ligamen.id est,uinculum prioris matrimonij: quia ligatus uni, alteri coniungi non potest.31.quę.1.quomodo uirginibus.32.q.1.nuptiæ.nisi cui reueletur instinctu Spiritussancti: ut infrà, de diuor.gaudemus.§. quia uerò. uersicu. nec ulli unquam licuit. alioquin contrahens infamis efficitur.s̃.de biga.nuper.quod dic ut not.ĩ.de spon.duo § j.& ĩ.de secundis nupt § ultimo. Nec licet uiuente de alia liberos procreare 32.quæstio.4.§.primo. & per totum. Nec excusatur quis obtentu alicuius consuetudinis. infrà eod. titu. 1. infrà, despon. duo. capit. fina. Nec obtentu alicuius fragilitatis carnis. infrà eodem, in præsentia. ubi habes, quòd quantiscunque annis maritus absens steterit, expectandus est. quod dic,ut no.infrà,de spon.duo §.an liceat.& de hoc infrà eodem, §.quis sit effectus.& infrà eodem,sub §.ut autem.¶ Decimò,honestas, id est, publicæ honestatis iusticia, quæ duplex consueuit esse. una proueniens ex dispensatione,quæ tenuit.quod dic ut no.supra eo.§.sub rubricella,de spon.§.quis sit effectus.uers.effectus uersi.

ADDITIO.

a Solenne quod impedit. ¶ Adde c.j.de uoto.lib.6.& ibi doct.

verſi.effectus etiam is eſt.& ſeq. Erat & alia, quæ ex ſobole ſuſcepta, & ſecundis nuptiis habebat prouenire hoc modo. Ecce Maria accepit Petrum in maritum & Petrus eam carnaliter cognouit: mortuo Petro, vel celebrato diuortio, ſi Maria duceret ſecundum virum, & ex eo prolē ſuſciperet, proles cōiungi non poterat alicui ex cognatione primi viri, ſcilicet Petri, vſq; ad q̄tum gradū, vt legebatur extra. j. de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis.dilectus filius in nuptus enim non ſolū quid liceat de iure ſtricto, ſed etiā quid deceat ſecundum honeſtatem conſiderandum eſt, vt Inſtit.de nup.§ ſi vxor.& ff.de ritu nup.ſi qua.§.ſi vxor.& l. ſemper nec erat vis vtrū proles ſuſciperetur ex ſecundis nuptiis, vel ex coitu fornicatio. vt legebatur extrà, 2. de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nup. quia nobis ſ'm hoc hodie corriguntur j. de conſan.& affini. non debet. Vnde nec hunc titul. in hac cōpilatione appoſuit compilator: quia nihil contrarium debet in compilatione hac reperiri. vt ſ. in prima conſtitutione.§ ſanè hæc antiqua appoſuit: quia licet ius non faciant, ratio tn̄ viget.7.diſt.fuerunt. ¶ Vndecimò ſenſus.ſcilicet deficiens, vt in furioſo, ſicut dixi ſ.eo.§ in principio.& habes j.e.dilectus. ¶ Duodecimò, affinis.affinitas [a] eīn primi generis, ſicut & conſanguinitas impedit & dirimit, vſq; ad quartū gradum: ſed ſ'm genus & tertium ſunt remota j.de conſang.non debet.& not.in ſumma eo.tit.ſub rubricella, de affi.& ſ.eo § verſi.item affinitas & legitur 35.q.5.c.j. ¶ Tertiodecimò, ſi fortè coire nequiuis: quod dic vt no. j.ti.j.de frigidis & malefic. Sunt etiam duo impedimenta, quæ impediunt matrimonium contrahendum: ſed non dirimunt iam contractum.vnde verſus,

Eccleſiæ vetitum, nec non tempore feriarum.
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Quod dic vt not. j.de matrimonio contracto contra interdictū eccleſiæ.& ſ.de feriis § q in eis. ver.item licet matrimoniū. Vnū tamen à memoria non excidat, quòd ſi primum matrimonium nullum eſt, impediente conſanguinitate, vel alio impedimento perpetuo. ſecundum non dirimit, quamuis ipſum etiam ſecundum, pendente lite, contractum fuerit aget tamen penitentiam contrahens, quia ius & eccleſiā contempſit: & quo ad delinquentem ad tempus, prout videbitur iudici, carnale commercium ſuſpendetur? ſic intellige j.eo veniens.j & cap. cum Apoſtolica. & j.de matrimo. contracto contra interdict.eccle. ex literis. Multis & aliis modis impediuntur nuptiæ, ſecundum leges quę cùm prolixa ſint, nec hodie teneāt, membranas fruſtra nolui occupare.19.diſt.ſi Romanorum.

28 **Et qualiter † diſſoluatur.** Infrà, q matri.accuſ. poſſ. & de diuor. vbi plenius expeditur. Vt autem nihil de ꝯtingentib. vtilib. & neceſſariis omittere videamur, notandum eſt, ꝙ quamuis aliud ſint ſponſalia, aliud matrimonium: ponuntur tamē aliquādo ſponſalia pro matrimonio: vt j.e.ex literis.& matrimonium pro ſponſalibus: vt infrà eod.Gemma.& infrà.titu.j.cap j.Vnde ſciendum eſt quòd matrimonium aliquando dicitur initiatum aliquando contractum aliquando ratum aliquando conſummatum.quod dic ut nota.ſ.de bigam §.quare bigamus.ver. initiatum. quamuis quidam dicant initiari per verba de præſenti. 27.quæſtio.2.cùm initiatur.& ſecundum iſtud initiatum & contractum idem eſt.alij dicunt, quòd initiatur per verba de futuro ratificatur per verba de præſenti. conſummatur per carnis copulam: & ſecundum iſtos ratum & cōtractum idem eſt, Sed neutra indiſtinctè placet qa per ſpōſalia initiatur, per verba de præſenti contrahitur, in fide ratificatur, per carnis copulā conſummatur.& ideo dic, ꝙ capitulū proximè inductum non intelligitur de matrimonio contracto per verba de præſenti, ſed per verba de futuro. per quæ matrimonium initiatur ſicut oſtenditur in §.ſequenti iuxta hanc diſtinctionem ibi poteſt & aliter diſtingui, & capitulo ſequenti & iunge quod not.ſ.de tranſla.Epiſc.§. cuius authoritate. verſi. verùm cum matrimonium.& ſeq. Sed & quandoque accipitur conſummatum pro cōtracto tantùm. infrà, de coniug.lepro.literas. Initiatum verò eſt aliquando nudum, aliquando veſtitum. Nudum appello, quando verba ſponſaliorum nudè prolata fuerunt. 29 Veſtitur † autem tripliciter, ſcilicet fide, vel iuramento pręſtito, quod idē eſt: aut arris, vel pignoribus datis loco arrarū quod ſimiliter idem eſt: aut annuli ſubarratione interueniente, quod.dic vt no. ſuprà eo. ſub rubricella, de ſponſalibus.§ quot ſunt ſpecies. Contractorum autem aliud verum, aliud præſumptum. Verum eſt, quando inter perſonas legitimas, ad matrimonium contrahendū, interuenit conſenſus legitimus de præſenti, ſicut not. j e.§.qualiter contrahatur.ver. contrahitur. Pręſumptorum aliud contrahitur per carnis copulam, verbis conditionalibus, vel indirectis, vel coactis præcedentibus: ut patet in his quę notan. ſuprà eod.§. qualiter contrahatur.ver. ſolutio. Aliud per traditionem voluntariam, ut not. in eodem verſiculo. Aliud per ſubarrationem, vel alias pręſumptiones, de quibus plenè not. ſuprà § qualiter contrahatur. ver. quid ſi dicatur.& ver.illud. Aliud, ſecundum quoſdam ex diuturnitate temporis, ſeu curſus, ut in illo qui non reclamat, quando ad legitimam ætatem peruenit: vt j. titu j. de illis. primo, ꝙ indiſtinctè non placet, ut not. j.tit.j.§.quid iuris.ver. quid ſi pubes contraxit cum impubere.& ſequen. Sed quod ſupradictum eſt, ꝙ per carnis copulam matrimonium præſumptum inducatur: intelligas quando conſentit in carnis copulam: ſecus, ſi puella inuita, & renitens defloraretur: in quo caſu meritum virginitatis, non amittitur. nec enim in anima poteſt caro corrumpi, quin mens corrupta fuerit.22 q.j.§.j.& c.2.& j.tit.j.continebatur.§.j & j.qui matri.accuſa.non poſ.inſuper.26 q. 3. prima in fine.j.q.j.conſtat, Verùm ſi de reclamatione non appareat, conſenſiſſe præſumitur in fauorem matrimonii. j.de conditio. appo.de illis.& c.per tuas j. tit.j de illis.2.quod metus cauſa. c.j.ff. de concubinis. in concubinatum. C. de except. ſi quidem, ſ. de appella. directè. & de integrum reſtitu. ex literis. j. qui matrimonium accuſare poſſ. videtur. & adde quod not. ſ. eodem §. qualiter impediatur verſicu. ſeptimò, uis. Eſt enim fauorabile matrimonium, cùm de ipſius fœdere agitur. Primò quia in dubio pro ipſo iudicatur: vt ſuprà, de ſenten. & re iudic. capitulo fin. Secundò, quia lite non conteſtat. capitulo j.& capitulo quoniam.§.primo & ſecundo. Tertiò, quia minor eſt in iudicio per procuratorem ſuprà, de reſtitu.ſpoliato.ex parte M. mulieris. Quartò, quia non tranſit in rem iudicatam. ſuprà, de ſent. & re iudicata. lator, conſanguinei. Quintò, quia pater & mater ibi teſtificantur. infrà, qui matrimo. accuſa. poſſ. videtur. Sextò, quia non recipit tranſactionem, nec ſuper ipſo compromitti poteſt ſ. de tranſact.cap.fin.& de reſtitutione in inte.cauſa. §. fi. Septimò, quia pœna non apponitur. j.eod.Gemma.quod dic, ut notatur ſ. eod ſub rubricella, de ſponſa.§ & unde dicatur. verſ. ſed quid, & verſiculo ſed quare. Octauo, quia filius agit contra patrem. j eod.non eſt uobis Nonò, quia confeſſio non præiudicat. j.de eo, qui cogno. conſangui. uxo. ſuæ. ſuper eo. quod vetitum eſt in præiudicium matrimonij vt ibi: contrà, infrà. de clādeſti. deſponſa. capitul. 2 Decimò, quia ſub conditione impoſſibili contractum tenet: ut notatur j.de condi. appo.§ quæ cōditio. verſiculo ſed opponitur. Vndecimò, quòd teſtes de auditu reddentes cauſam admittuntur. infrà, de conſanguini. tua. Duodecimò, quia aliquando unus & idem ſit accuſator & teſtis. 35 quæſtione. 6. epiſcopus in ſynodo. & capitulo de parentela. ſupra, de teſtibus cogend. præterea. Decimotertiò. quia in fauorem eius præfertur opinio veritati. j.qui filij ſint legit. ex tenore. Quartodecimo, quia & veritas præfertur opinioni infrà qui fil.ſint legit. per tuas. 30 † Ratum dicitur matrimonium inter fideles tantùm ut notatur infrà, de diuor. § quot modis. verſic. ſin autem aliter. De conſummato notatur ſuprà eodem, verſicu.præſumptorum.& §.quid ſit matrimonium verſicu. indiuiduam. Quis ſit effectus initiati, ſiue nudi ſiue ueſtiti: dicitur ſ.eod.ſub rubricella, de ſpon.§.quis effectus quis ſit effectus cōtracti ſiue ueri, ſiue præſumpti, & etiam conſummati, dicitur ſ. eodem.§. quis ſit effectus. 31 † Quis ſit effectus rati. hic refert Dominus arcana abſcondita. In matrimonio enim duæ notantur coniunctiones. ſcilicet animorum, & corporum. Prima, ſcilicet coniunctio animorum ſignificat charitatem, quæ cōſiſtit in ſpiritu inter Deum, & iuſtam animam. Secunda, ſcilicet coniunctio corporum ſignificat cōformitatem, quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum, & eccleſiam: ut ſ de biga. debitum. Et hoc intelligas de matrimonio fidelium: cùm enim baptiſmus ſit fundamentū omnium ſacramentorum: vt nota.ſ. de presby.non bapti.§. primo, patet, ꝙ in pagano uel Iudæo hæc cadere nō poſſunt. Intelligo enim ꝙ in unitatem animorum fidelium cauſa matrimonij facta uirtute ſacramenti baptiſmi cooperante, ambo ſimul uniātur Deo in fide catholica, ut ſic ſint duo animi: cum poſt talem cōiunctionem uniti unus animus in fide una, ſicut poſteà in cōiunctione corporū una caro efficiuntur. ut ſ.de conuer.coniug. ad Apoſtolicam. poteſt ergo ſponſus ante cōiunctionem corporū alio inuito religionem intrare: quia non ſoluitur ſacramentū unionis Dei: uel fidei: ſed potius augmentatur: nec ſoluit legem, ſed adimplet, ſicut & Chriſtus deſponſando eccleſiā nō uenit legē ſoluere, ſed adimplere. Verùm poſt ꝯiunctionē corporū hoc non poteſt: quia nec conformitas, quæ conſiſtit in carne, inter Chriſtum & eccleſiam, rumpi valet: hęc igitur ratificatio operitur, vt ſacramentum fidei, ſcilicet baptiſmus inter fideles ſemel admiſſum, id eſt, receptum, nunquam amittatur, ſeu aliquatenus ener

ADDITIO.

a Affinitas. ¶ Adde doctor. in arbor. affinitat.

nus eneruetur, imò ratum, id eſt, firmũ efficiat coniugi ſacramẽtum ſcilicet in tantum, ſeu tam diſſolubiliter: ut ipſum, ſcilicet ſacramentum coniugi vnitum in fide catholica, illo ſcilicet ſacramento perdurante, ſubaudi inter illum, qui in fide remanet, & Deum ſiue illo perdurante, ſcilicet Deo, id eſt, quandiu Deus durauerit, perdu: et, id eſt, pdurabiliter perſeueret. ſic intelligas & ponas. ĩ. de diuort. quanto. Ex his patet, quare coniuges dicãtur ſoc j diuini & humani iuris: vt s̃ e. §. quid ſit matrimonium. & de ſimili materia not. s̃. de elect. § vtrum mutari. & s̃ e. §. qualiter contrahatur. ver. ex hoc tamen quod dixi. & hæc vnio, de qua locutus ſum, comprobatur s̃. de celeb. miſſa cùm Marthæ. §. uerum inter opiniones. & de ſum. Trini. & fide catho. cap fin. Liquet ex præmiſſis, ꝙ matrimonium dicitur perfectum ſignificatione poſt carnis copulam, ſicut inter coniuges eſt coniunctio voluntaria & naturalis, id eſt, animorum & corporum: ſic eccleſia Chriſto copulatur voluntate: quia idem vult cum eo & natura: quia ad hoc vt eccleſia Chriſto copularetur, idem naturam humani generis aſſumpſit. vnde ſponſa ſponſo eſt charitate ſiue ſpiritualiter, ac naturæ conformitate, ſiue corporaliter copulata: vt no. s̃. de biga. § quare bigamus. ver. tertium, verſ. ex his & ſeq. verſ. matrimonium Ieſu filij Dei viui, & ſe. Sed & ante carnis copulam dicitur perfectum matrimoniũ ſanctitate, licet nõ ſignificatione: ꝙ dic vt no. s̃. e §. quid ſit matrimonium. ver. matrimonium autem nõ conſummatum & ſeq. Vltimo † notãdum eſt, ꝙ matrimonium, aliud perfectum, & non conſummatũ s̃. eo. ver. liquet ex premiſſis. Item aliud legitimum, & non ratum, puta inter infideles contractum, legitimum, eſt legali inſtitutione, vel prouinciæ moribus, tñ contra iuſſionem Domini ꝯhitur, ſed non eſt ratum: quia ſine fide ſunt. vnde Aug. Non eſt ratũ coniugiũ, ꝙ ſine Deo eſt. 28. q. j c. j. ver. itẽ Aug. Aliud ratũ & non legitimum: puta quando inter fideles & legitimas perſonas, ſed ſine legitima ſolennitate contrahitur, ꝙ clandeſtinum appellatur: vt no. ĩ. de cland. deſpon § quot modis Aliud legitimum & ratum: puta quando inter fideles & legitimas perſonas cum debita ſolennitate eſt contractum: de quo tetigi. ſuprà eo. § qualiter contrahatur. verſicu. quid ſi dicatur. habetur hæc diſtin. 28. q. j. § final.

De Deſponſatione impuberum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Impubes quis dicatur.*
2 *Aetates ſunt tres.*
3 *Pubes vnde dicatur.*
4 *Pubertas qualiter probetur.*
5 *Probatio pubertatis quomodo probetur.*
6 *Iuramentum viri, quare exigatur in probatione matrimonij.*
7 *Sponſalia quæ cadant in impubere.*
8 *Sponſalia quæ nulla ſunt conſenſu deficiente, vel ætate impediente, nullã iuſticiam publici honeſtatis generant.*
9 *Sponſalia prohibentur contrahi ante pubertatem.*
10 *Mulieri quando credatur ſuper matrimonio.*
11 *Contrahentes ſi ſint ætatis diſparis, quid iuris.*
12 *Impuberi quare non datur licentia contrahendi cum alio.*
13 *Pubes ſi contraxerit cum impubere, & impubes non contradicit, adueniẽte legitima ætate, an teneat matrimonium.*
14 *Contradictio ſeu reclamatio ſuper matrimonio, coram quo debeat fieri.*
15 *Pubes ſi contrahit cum impubere, nec expectat: ſed mutata voluntate cõtrahit cum alia pubere per verba de præſenti: an teneat matrimonium.*
16 *Iurans dare mihi vnam de filiabus ſuis in vxorem non nominatam, qualiter liberetur à promiſſione. Et quid, ſi vnam ex illis cognouero.*
17 *Et quid ſi iuraſti dare mihi filiam tuam certam, & determinatam, cùm plures habes: & ſi non poſſem illam habere, aliquo caſu interueniente, debuiſti dare aliam, an valeat talis conſenſus.* 18.

QVia in ſponſalibus, & matrimoniis, de quibus tractauimus, ætas certa determinata eſt, tam legibus, quàm decretis: ut vt ĩ. eo. c. ſecundo. vt ad eam declarandum materiam habeamus de deſponſatione impuberũ, id eſt, pupillorum videamus. Vel ſic: Diximus s̃. de ſponſalib. in genere, nunc dicamus in ſpecie, & videamus de deſponſa. impu. diſcutientes, Quis dicatur impubes, Et vnde dicatur, Et qualiter probetur pubertas, Et quæ ſponſalia in puberem cadant, Quid iuris, ſi aliqui ætatis diſparis inſimul contrahant.

1 a **Quis † dicatur impubes.** [a] Et quidẽ impubes dicitur reſpectu puberis & econuerſo. & cùm ꝯria hæc duo ſint, vno ex his ꝯriis pbato, ſatis eſt de reliquo facta fides: vt ff. de his qui ſui iuris ſunt vel alieni. l. j. & ff. de proc. Pomponius. § ſi ſtipuler. Impubes autem dicitur ille, qui adhuc nõ cõpleuit. 24. annos, patre deſtitutus. talis tñ pupillus magis propriè appellatur. ff. de verb. ſign. pupillus. de quo Pſal. iudicare Pupillo, & humili orphano tu eris adiutor Pubes verò eſt, ex quo 14. annum compleuit, hoc in maſculo Fœmina enim citius pubeſcit, [b] quia in 12. anno. 20. q. 2. ſi puellæ. 2. quæſtio. 5 §. diffinitiua & eſt ratio, ſecundum Placent. quia citius creſcit mala herba quàm bona. Alij dicunt, ꝙ frigidior homo de mundo, eſt calidior calidiori muliere de mũdo, & ideo mulieres minus viuunt, & citius conſumuntur. Quãto igitur facilius & citius cõſumuntur, tanto citius pficiuntur, & creſcunt: vel dic, ꝙ mulier eſt calidior & ingenioſior homine: vnde & facilius impetrat veniam ætatis: quia in 18. anno. & homo in 20. C. de his qui ve. ætat. impe. l. 2. verum quo ad matrimonia pertinet, cùm facilius ſit pati quam agere breuis & plena ratio reddi poteſt. 2 † Et no. tres ætates, [c] infantiam impubertatem & pubertatem. infantia una & eadem die incipit: quia in prima die oritur, & deſinit: quia in 7. anno, vt C. de iure liberandi ſi infanti. ĩ. eod. ex literis. & capitu. ſequen. Impubertas verò, ſeu pupillaris ætas eadem die incipit, ſcilicet in ſeptimo anno. ſed diuerſis diebus deſinit: quia 12. anno in muliere & 14. anno in homine terminantur: ut no. s̃. eod §. reſpon. j. & probatur Inſtitu. de nup. in princ. & quibus modis tute. fi. in princ. Pubertas diuerſis temporibus incipit: quia in muliere in 12 anno, in maſculo in 12. anno: ſed eadem die deſinit, ſcilicet in 25. anno, ut C ſi maior factus uendi. ſine dec. ra. habue. l. ulti. & Inſtit. de curato. reſpon. j. & hæc poteſt dici pubertas ſemiplena. nam plena pubertas eſt 18. annorum. ut not. ĩ. de frigid. & malefic. § qualiter & quando. uerſi. ubi autem. Infans ergo & pupillus ſub tutela conſiſtunt: pubes ſub cura: ut in dictis concor. Vnde tales ſine tutoribus vel curatorib. in iudicio eſſe non poſſunt: ut not. s̃. de iudi. § quæ ſunt neceſſaria. uerſi minores. Et not. ꝙ hæc nomina pupillus & impubes idem ſignificant: ut patet ſuprà eod. §. reſponſ. 1. Item pubes adoleſcens adultus idem ut patet ſuprà, de ſpon. capitul final. & capitul. ueniens. & ĩ. capitul. 1. & capitulo puberes.

3 **Et vnde † dicatur.** A pube, id eſt, pudentia corporis, hoc ẽ, pudore, ſiue verecundia, qua afficiebatur is, qui inſpiciebatur, an barba inferior adhuc pungeret ut dicam. ĩ eo. §. & qualiter. & patet ĩ. eod puberes reſp. j. Vel dicitur pubes, à probitate animi: quia tunc ita probus efficitur, ꝙ coire poteſt, ſeu uirum pati, unde homines dicuntur puberes, & mulieres uiri potentes. ut Inſtit. de nup. reſp. 1. & patet ĩ. eo. uer. 3. & § ſeq.

4 **Et qualiter † probetur pubertas.** Tribus modis P. imò, per aſpectũ corporis. antiquiſſimo enim tempore inſpiciebãtur loca ſecreta, ſeu barbæ inferiores, an barbæ pungerent, uel lanuginem ducerent: & tunc iudicabatur pubes, nõ aliter: quæ probatio Iuſtiniano Imperatori in marib. quemadmodum antiquitati in fœminis uiſum fuit, apparuit pudibunda: ideo bene putauit dignius caſtitate ſuorum eſſe temporum, ut talis probatio deberet per omnia ex ſufflari: ut C. quando tutor uel cura. eſſe deſinit indecorum. & Inſtitut. quib. mod. tutel. fini. reſpon. j. Hanc autem dicunt doctores obſeruãdam etiam hodie quoad matrimonia contrahenda, & ſic intelligunt. ĩ. eod. puberes. Et ſecundum hunc intellectum ſic expones uerſic contractum eſt autem, pro ſed: ſed illi qui æſtimant, ſcilicet ꝙ per numerum annorũ probeẽ pubertas, malè intelligunt, & falſum: quia certum eſt, eũ ſcilicet ſolũ puberem eſſe, & non alium, qui ex habitu corporis &c. & pro his uidetur expreſſum ius. ĩ. de frigi. quod ſedem. ſed reſponde, ut infra eod. uerſicu. 3. ad fin. ſalua honorificentia maiorum meorum, hoc puto reprobandum: quia leges præcedentes contradicunt: ſed ipſi reſpondent, ipſas locum habere, quoad tutelas & curas. nam & in matrimonijs inſpicitur mulier, ut 27. quæſtion. 1. nec aliqua. s̃. de probat. propoſuiſti. & cap. penult. reſponſi. 1. non obſtant. nam illa inſpectio.

ADDITIONES.

a Quis dicatur impubes. ¶ Adde tex. & glo. in c. impuberes. eo. tit. c. j. e. tit. lib. 6. gl. in c. omnis. de pœ. & re. & gl. in l. j. C. de his qui ve. æta. impetra.

b Fœmina citius pubeſcit. ¶ Adde gl. in l. 2. C. de his qui ve. æta. impetr. & per Doc. in c. puberes. de deſpon. impub.

c Tres ætates. ¶ Adde quot ſunt ætates mundi. vide gl. in pro. 6. glo. in l. hæreditatum. ff. ad l. Fal. Ioan. de Ana. in rubric. de deli. pue. Bal. in repe. cap. ſi pater. de teſtam. libro 6.

ſpectio non fit ad probandam pubertatem, ſed virginitatem, & illa inſpectio etiam aliquando fallit: quia ut ibi dicitur, manus obſtetricum, id eſt, matronarũ inſpicientium, an illa de qua dicitur, ſit corrupta, & oculus ſæpe fallitur. & de hoc j. de frigi. not. ſic ergo malè diceret decretalis, puberes: certum eſt autem, &c & ætas certa in legibus ſtatuitur ad matrimoniũ contrahendum, ſcilicet duodecim annorum in muliere, & xiiij. in homine. ut Inſtitu. de nuptijs, in principio. & ff. de ritu. nup minorem. & de concub. l. 1. in fine. Sed ipſi dicunt aliud, ſecundũ canones, certè imò idem, vt patet s. & in princip. huius ſummæ. s. eod. titulo. & ſuprà, de regul. cùm virum. & cap. ſignificatum. nam hi dicuntur anni diſcretionis. ut ibi. & cap. cùm te. & j. eo. duo. Sed fortè dicent illud in matrimonio ſpirituali: in carnali enim hoc ſolùm attenditur, an poſſint ſimul commiſceri. vt j. eod. de illis. ij. & ca. vlti. & inſpectione hoc iudicatur, & fit probatio annorũ. j. eod. atteſtationes. & ſic aliud in ſpirituali. aliud in carnali: imò certè in cornali multo fortius: vt j. eod. capitul. primo. Quid enim dicerem ſecundum magiſtrum meum, ſi mulier pilos inferioris barbæ ſibi eradicaret & deplumaret, ſicut quædam faciunt, ut iuniores appareant. hę enim, ſecundum ipſos, imperpetuum puberes non erunt, niſi fortè pariant: & ſic ſecundum ipſos, niſi partum habuerunt, contrahere non valeant. Vnde nec virgines dici poterunt, quòd eſt ſatis abſurdum, vt apparet in his, quæ nota. s. de biga. & patet s. de cleric. coniuga. ſanè. j. & ſic opinio iſta, ſcilicet ꝙ per numerum annorum non probetur pubertas, peſſima videtur mihi, erronea, & deteſtabilis. nam ſaltem numero. xxv. annorum parcere debuerunt cùm dicat lex, quæ conſenſum patris requirit in matrimonio contrahendo: ꝙ ſi filia maior xxv. annis cùm in tantùm ipſam pater maritare diſtulerit. quòd vitam turpem elegerit, uel ſine conſenſu ſuo nupſerit, non eſt digna exhæredatione. ut in authent. ut cùm de appell. cogno. §. ſi alicui ex prædictis. colla. s. poſita. C. de inoffic. teſta. aut ſi poſt xxv. annos. nec obſt. j. eo. de illis. j reſpon. enim, ut notatur j eo. §. ſeq. verſ. ſi verò impubes. Item nec obſt. j. eod. c. vlt. quia ꝙ dicit, poterunt coniungi, ſubaudi, & hoc factum fuerit: aliàs de hoc conſtare non poſſet, quia & multi maiores inueniuntur, qui coire non poſſunt: & ideo dicit in fine. quòd licet circiter xij. annos haberet non tñ conſtabat an malitia ſuppleuiſſet ætatem: quia nihil probatur de carnali copula. nec obſt. j. e. atteſtationes. quia quod dicit inſpectis, expone, id eſt probationibus eorũ receptis, & inſpectis, vel inſpectis in facie, non inferiori barba: in ea eñ non eſt veriſimile quod Papa inſpiceret. uel poteſt aliter intelligi, ut dicam j. ver. quid tantum in iſto. cùm oẽs decretales dicant perfectã ætatem & legitimam, & annos nubiles xij. anni in muliere, & xiiij in homine. ut j. eo. ver. 2. nec obſt decretalis puberes. quia aliter intelligo, ut dixi j. verſi. iij. Dico igitur hunc primum modum, ſcilicet de inſpectione corporis, nec neceſſarium, nec ſeruandũ, nec ipſum vidimus noſtris tẽporibus, nec fortè quantũ ad hoc de quo hic quæritur, videbimus obſeruari: & ideo ſaltẽ dicemus, ipſum per deſuetudinem inumbratũ: quia per deſuetudinem lex & conſtitutio arrogatur. ut notat. s. de conſue. §. qualiter. & §. & de virtute. & hoc intelligas idem de inſpectione barbæ inferioris. nam per aſpectũ ſuperioris inducitur, non dico probatio, ſed præſumptio: ut ff. de mino. minor xxv. annis per aſpectum. talis, quę aliqñ releuat ipſum à probatione, aliquando non, ſecundum quod euidentia oſtendit: vnde qñ pro eo præſumitur, debet aduerſarius probare ipſum maiorẽ fore: vt ff. de proba. eum qui. & not s. de reſtitu. in integ. §. cui minor. & de prob. §. & quot ſunt. ver. item minor. hæc intelligas, quantum ad probationem pubertatis, q̃ ex lanugine conſiderandam dicunt, ut innuit c. puberes, ſecus, ſi quæratur de membri defectu, uel impotẽtia coeundi ut not. j. de frigid. § fin. in fin. Et hoc bonus Iudex conſiderabit diligenter. 5 † Secundò inducitur probatio per numerum annorum, ſcilicet xij. in muliere, xiiij. in homine: ut s. proxi dixi. & j. eo. ver. iij. & probatur j. e literas. & c. continebatur. reſpon. j. §. j. & c. de illis. à nobis de illis atteſtationes. duo pueri. & c. vlti. & expreſſum eſt. s. titu. 1. ca. vlti. ibi, cum qua, nec fuit verum matrimonium ex forma contractus, quaſi diceret, ſi verba de præſenti interueniſſent, tunc tenuiſſet primum matrimonium, & non ſecundum: ex quo erat ætatis legitimæ: quia adoleſcens: ut s. tit. 1. capi. penul. & expreſſius j. qui ma. ac. non poſ. inſuper. & ff. de ſpon. l. ii. & ff. de ritu nupt. minorem. ideo ſi minor xij. annorum vxor traducatur, dicitur immatura. ff. de dona. inter vir & vxor. cùm hic ſtatus. § ſi quis ſponſam. & idem ff. de concubinis. l. 1 in fi. ideo etiam dicitur, ꝙ plerunq; ante adultam ætatem, uoluntas alicuius circa talia diſcerni non poteſt. j. e. c. j. videretur tñ ſpectandus numerus xxv. annorum. dicit enim lex, ꝙ qui vehementer citius nuptias ↄ̃hunt non minus. xv. annos, ad hoc procedunt. ut in auth. de tempo. non ſolu pec. ſuper do. §. generaliter ver. & ſi quidẽ col. vij. Sed dic ꝙ ibi non fit prohibitio, imò frequens conſuetudo hominum denotatur. vnde non dicit, non procedant: ſed non procedunt, quaſi diceret, ita fit. nos tñ cõſiderare non debemus quid fiat, imò quid fieri poſſit. & debeat ut s. de elect. cùm cauſam, quæ inter presbyterũ. § quia agitur. Vnũ tamen nota circa hanc materiam, quòd licet per numerum annorum probetur quis pubes, quo ad hoc, ut poſſit in alium matrimonialiter conſentire: quia talis conſenſus firmatur conſtitutione canonica, ut probant iura ſupradicta: non tamen eſt talis ſemper potens in opere, ut patet in his quæ nota. j de frig. § fieri. ver. vbi autem maſculus maior eſt xiiij. annis. & ſeq. Tertiò probatur pubertas ipſo facto, ſeu per rei euidentiam. ſcilicet quia malitia ſeu viripotentia aliquando ſupplet quod in ætate deficit puta adoleſcens cognouit puellam carnaliter. Hinc enim quamuis puella minor ſit 12. annis, pubes iudicatur. ut j. eod. continebatur. reſpon. 1. & § 1. & ca. à nobis. & c. de illis. 2. & c. vlt. & uocatur hęc pręuentio, ailquando malitia: ut j. eod. de illis. 2. & C. ſi minor maior. ſe dixe l. iij. aliquando prudentia uel induſtria. infra, eodem. tuæ. Aliquando viri potentia ff. quan. dies lega. ced. l. penult. Et in hoc caſu ſi vir dicat quòd cognouit vxorem, & vxor negat, ſtatur verbo viri iureiurando firmando, ut in d. decretali, continebatur. & capitul. duo pueri ante fin. verſic. cùm verò vir. & 24. quæſt. 1. ſi quis acceperit. niſi mulier per aſpectum ſui corporis probet ſe virginem, ſicut dixi s. verſicul. 1. 6 † Sed quare exigitur iuramentum viri in illa, continebatur. cùm agetur contra eum. contra illud. 6. quæſtio. 2. actor. dicunt propter periculum animæ: quia de tanta re ſegnius agendum non eſt: vt xlij diſtinctio. quieſcamus. imò cum diligentia inquirendũ: ut s. titu. l. conſultationi, & dicam infrà, de clandeſti deſpon. Sic etiam intellige infrà eodem atteſtationes. Vel dic quòd in decretali continebatur, ideo exigitur iuramentum: quia cum mulier non compleuiſſet 12. annos, de iure communi fundat intentionem ſuam. nam præſumptio iuris eſt, quod non ſit pubes. & ideo exigitur à viro iuramentum: quia ſic obtinet de iure communi, ut not. s. ut benefi. eccle. ſub § datur hic & alia regula. Si enim compleuiſſet 12. annos mulier nullatenus audiretur. ut infrà, qui matri. accuſa. poſ. in ſuper. & infra eodem de illis. nec etiam creditur verbo uiri & mulieris ſimul, ſi dicerent ſe non poſſe adinuicem permiſceri. ut notatur infrà de frig. & per hoc confunduntur, qui dicunt pubertatem annorum numero non probari: ut dixi § primo. Sic ergo intelligo decretalem. impuberes, quod per eam hæc omnia comprobantur. tria enim dicit, & in tres partes diuiditur. In prima oſtendit unde dicitur pubes, & qualiter probetur, & durat vſque ad §. quidam. In ſecunda ponit ſpeciem probationis, & durat uſque ad §. cæterum. In tertia ponit aliam ſpeciem. vnde ſic expone puberes, &c. pudentia, id eſt, pudore, ſeu verecundia. quia hæc loca, ſcilicet inferiora, ſeu ſecreta non nominanda ſunt primo ſcilicet quando puberis teſtes lanugium ducunt, id eſt piloſitatẽ continuam. §. in hunc modum. ſubaudi, ſuper verbo illo dicunt. hoc enim modo antiquiſſimo tempore probabatur pubertas. ut dixi s. verſ 1. autem pro ſed ſed hodie non obſeruatur is modus, imò ſicut, quidam ſubaudi canones, pubertatem æſtimant, id eſt, mediam viam conſiderantes, quod ſecundum naturam & ſolitũ curſum eius ueriſimilius videtur pubertatẽ certo numero annorũ determinant: ita & nos eſtimamus, id eſt, eũ puberẽ eſſe iudicamus, qui xiiij. & c. pubeſcat, id eſt, languinẽ ducat diceret quis ergo ante xiiii. annos nullus maſculus pubes erit continua. §. autẽ pro ſed. Sed qui ita diceret, malè ſentiret. nã aliquando virilitas ſupplet ætatẽ in homine, & vi ipotentiã in muliere. & ideo certũ eſt eum puberem eſſe, qui ex habitu corporis ſcilicet, vtilitate animi pubertatem oſtendit, ſcilicet per euidentiam rei. quia cognouit aliquam mulierem: quamuis minor eſſet xiiii. annis. & ſcilicet ideo, quia viriliseſt in opere. patet quòd generare, &c. & ſubaudi mulieres carnaliter cognitæ & concipientes, ſint viripotentes, puerperę ſunt: id eſt, puberes iudicantur, ſiue pueros parientes, quamuis ſint minores 12. ann. quæ in annis puerilib. id eſt, intra 12. annos pariunt, Et ſic patet, ꝙ leges & canones in ætate nubili, certos terminos poſuerunt. ſcilicet ut vltra 12. ann. in muliere, uel xiiii in homine pupillaris ætas non ualeat extendi, ſed bene admittunt, quòd quantũ ad matrimonia pertinet, citius terminetur, ut patet s. in princ. iſtius ver. & ff. quando dies leg. ced. l. pe. ſic patet quod ad hunc numerũ ratus eſt prætor. ut no. j. eo. § prox ver. quod ſũt dixi nec obſtat, ſed potius concordat. j. de frig. quod ſedem expone enim quod ibi dicit, ſicut puer, qui non poteſt id eſt, non præſumitur poſſe reddere debitũ, &c. ſicut, ſubaudi etiã adult. licet pro ipſis pręſumatur quò ad pubertatẽ, qui tamen impotentes ſunt, ſcilicet naturaliter uel accidentaliter, ſicut idẽ tutus tractat minimè apti. Ergo primus modus probandi pubertatem reprobatur tanquã verecundus, licet ad probandã virginitatem, uel arctationẽ, uel frigiditatem, ſeu defectum membri admittatur. ut patet in his quę not. s. eo. verſi. 1. & de frigidis §. vlti. verſi.

vlti.verſ.ſi verò impotentia fœminæ.& verſi. Goff. verò. Secundus admittitur propter præſumptionem iuris, & de iure. Vnde ex quo probatus eſt numerus annorũ, præſumimus ꝙ poſſunt adinuicem commiſceri, niſi cauſa frigiditatis aliud contingat. ut not. infrà de frigidis & maleficiatis.quod ſedem. in minore autem hoc non preſumitur, niſi probetur, ut in dicto c. quod ſedem. Vnde illud. Omnè delictum cadit in pupillum, preter delictum carnis. ut ꝭ. de delic. pue. ca. primo. ideo non poteſt accuſari l. Iulia, de adul. Sed maior xiiii. ann. quamuis minor xxv. bene poteſt. ut ff. de adul. ſi minor. ſic tenetur dupliciter minor an. ut ſ. de proba. capitul. in præſentia §. verùm diſcano hic inter plenã pubertatem & ſemiplenam: ut not. infrà. de frigi.& malefic. §. qualiter & quando. ver. ubi autem maſculus. Adoleſcẽs verò ſi accuſatur l. Iul. de adul. quamuis deprehenſus fuerit cũ virgine deſponſata alteri, ſed minimè cognita, non ꝓpter hoc conuictus creditur: quia & ſponſa adoleſcentis, licet ab eo tentata fuerit, non efficitur vxor: ſi euaſerit virgo. ut ſ. titulo primo, capitulo vltimo & ꝭ. eo. atteſtationes. Et hoc probatur per aſpectum corporis. ut dixi ſ. verſiculo poſt. caueat ergo ſibi, ne corruptam attentet: quia tunc prẹſumptio eſſet iuris, & de iure, quòd eam cognouiſſet. quare contrarium probari non poſſet, niſi cauſa frigiditatis allegaretur, & probaretur, ſecundum quod nota. ꝭ. de frigi. & malefic. & ita licet aliàs dicatur, quòd prẹſumptio iuris & de iure non admittat probationem in contrarium: ut nota. ſ. de prẹſumpt. §. quot ſpecies. verſicul. alia iuris, & de iure. hoc tamen his duobus modis tantum poteſt improbari. Vel dic, quòd ſecundum hoc hæc præſumptio eſt iuris, & de iure, vel quando non allegatur virginitas vel frigiditas. aliquando iuris tantum, ut quando virginitas uel frigiditas, vel quando maleficium comprobatur. Tertius verò modus omnino admittitur: quia certus eſt, & nunquam fallit, quo ad matrimonia: quia in virili ſeu viri poteſtate non deficiunt tria bona matrimonij, de quibus dixi ſuprà titulo 1. § & quare. & ideo dicit decretalis, puberes. certum eſt autẽ, &c. quamuis dominus Azo. in hoc caſu contradixerit. dixit em̃ in Summa ſua de nuptiis, quod ſicut cognatio impedit matrimonium, ita & ætas. Vnde non tenebat matrimonium, quamuis eſſet diſplomate vſa mulier. non ob. ff. de verbo. obliga. continuus. imò debet puniri de ſtupro qui violauit eam. ff. ad l. Iul. de adul. inter liberas. reſpon. 1. & ꝭ. ſed malè dixit. ut apparet ſ. verſi. 3. & ꝭ. §. ſeq. ver. quod autem.

7 Et quę† ſponſalia in impuberẽ cadant. Et quidem de futuro tantùm, non de præſenti, ſi pupillus ſit: in infantem verò nulla cadunt ſponſalia, id eſt: minorẽ vij. annis: ut nota. ſ. de ſponſ. §. quis ſit effectus. prohibetur tamen diſtrictè, ne coniungantur ante pubertatem: ut infrà eodem verſicul. quod intelligas prohibitum etiã per verba de futuro. & eſt ratio prohibitionis: quia non poteſt ratificari vſque ad pubertatem: ut patet infrà eod. quid iuris. vnde ſi non ſequerentur ſponſalia, adoleſcens fortè multas amiſit vxores, & puella multos uiros, cum hincinde tota conſanguinitas denegetur: ut ſuprà, de ſponſ. §. quis ſit effectus. & patet infrà eodem. continebatur. in fine. Et hoc nota, quòd ſi ſponſa mino. vii. annis traducatur in domum ſponſi, & ibidem vii. annos adimpleat, tacitè ratificantur ſponſalia: quamuis antequam expleuerit, ſponſus carnaliter cognouerit matrem ſponſæ: quare ſi poſt ſeptem annos impletos cum matre ſponſæ ſponſus contraxerit, debet inter ipſos diuortium celebrari. Et ſic patet, quòd affinitas præcedens ſponſalia ſequentia non impedit, quò ad generandam iuſtitiam publicæ honeſtatis: impedit tamen matrimonium cum filia adimplendum: ideò non habebit filiam affinitate præcedente impediente, neque matrẽ impediente iuſtitia ſequentis publicæ honeſtatis. & ſic vnum eſt impedimentũ alterius, & quo ad hoc, intelliguntur ſolui ſponſalia. ſicut notatur ſ. de ſponſali §. & qualiter diſſoluantur. verſic. item tertio. quod intellige ſecundum quod hic notatur. Sin autem ſponſus cum matre ſponſæ contrahat, antequam ſponſa ſeptem annos adimpleuerit, ſponſalia ſoluuntur: & ſic non poſſunt ſubſequenter ratificari, nec tacitè, nec expreſsè: idem eſt, ſi non traducatur, dum tamen ſimul maneant, ſecundũ Ioan. And. & poteſt eſſe illa ratio: quia circa illam ętatẽ aliquoties tentant infantes, quod fortè adimplere non poſſunt. ſ. de ſponſal. iuuenis. & capi. adoleſcens. infrà eod. atteſtationes. & facit optimè ad hoc infrà, de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ueniens. ibi, ex conuerſatione diutina. de hoc dic ut not. ꝭ. eod. verſiculo, ex his patet, quòd ſi ſponſus ſponſam ſuã minorẽ vii. annis non traduxerit, ſed in domũ patris, uel matris, ſiue ſponſæ maneat, ſecundum Ioannem, ſi ſeptem annos adimpleuerit. nunquam ratificantur ſponſalia, niſi ſponſus in ſponſam iterum expreſſim conſenſerit, anno ſeptimo adimpleto: ſic intellig. & diuerſifica. infrà eodem. literas. quæ in primo caſu loquuntur. & capitulo acceſſit. quod exaudias in ſecundo. Item ſi ſponſus ſponſam ante vii. annum à ſe eiecerit: cùm proprio facto diſſentiat, ſponſa uoluntaria eiecta: vel ſi effugiat: ſponſalia ſoluuntur, niſi & poſtea expreſſus conſenſus interueniat. ut argumenta. infrà eodem atteſtationes. Rayn. tamen indiſtinctè ſcripſit, quòd ſponſalia contracta ante ſeptimum annum, ſiue per filios, ſiue per parentes, ratificantur tacitè completo vij. anno, & matrimonium poſt inhcoatã pubertatem, præſertim ſi ſimul morentur. ſed niſi exponas, prẹſertim, id eſt, tantũ, hoc puto falſum: ut patet in his quę notantur ꝭ. eod. verſic. ex his.

8 †Sponſalia ergo quę nulla ſunt conſenſu deficiente uel ætate impediente, nullam iuſtitiã publicæ honeſtatis generant: ſecus, quando nulla ſunt, impediente conſanguinitate: ut notatur ſ. de ſponſalibus §. quis ſit effectus. Effectus etiã is eſt, nam ſi puella cum fratre tuo conſanguineo, ſed non vterino, ſponſalia contraxit, quãuis ſponſalia nulla ſint, ex eo ꝙ fratri tuo attinet in quarto gradu, ex parte matris ipſius fratris tui, te tamen qui de alia matre es, impediente publicæ honeſtatis iuſtitia, habere non poterit in maritum: ut ſ. de ſponſalibus. ad audientiam. & ſic habes, ꝙ ſicut affinitas præcedens non impedit ſponſalia ſequentia, quo ad effectũ publicæ honeſtatis iuſtitiæ generãdæ, ut ſ. dixi: ita nec conſanguinitas, ut ſicut in præcedenti vnũ eſt impedimentũ alterius, ita & hic. nam fratrẽ tuũ ſponſum ſuũ habere non poteſt conſanguinitate impediente. nec te publicæ honeſtatis iuſtitia tenuente. Alij intelligunt decretalẽ ad audientiam, quando tentata fuit ſecundũ dicta ſ. de ſpon. iuuenis. ſed melius eſt, ut illam iuuenis trahas ad illam, ad audientiam. ſecundũ hunc intellectũ. videlicet, ꝙ ille iuuenis erat conſanguineus primæ puellæ: & ideo tum ꝓpter conſanguinitatẽ, tum ꝑ ſponſalia qualitercunq;, tum propter tentationẽ, quæ fortè effectum non habuit naſcitur quædam publicæ honeſtatis iuſtitia: quia impeditur iuuenis remanere cum ſecunda puella conſanguinea primæ: & ſic triplex funiculus difficilius rumpitur & fortius operatur quam ſimplex: ut ſ. de treug. & pace. capitulo primo. aliàs enim conatus non obfuiſſet. ſ. de ſponſa. c. fi. nec extraordinaria pollutio. ut 30. quęſtione. tertia. extraordinaria. Vel dic, ꝙ conatus [a] ſine effectu gignit publicæ honeſtatis iuſtitiam. ut in c. iuuenis. ſed non inducit matrimoniũ præſumptum. & ideò iuuenis cum alia, quæ non ſit de conſanguinitate ſponſæ contrahere non prohibet. ut in c. vlt. de ſpon. Itẽ extraordinaria pollutio, id eſt, extra vaſa emiſſã nec effectu maritali tentata non inducit publicæ honeſtati iuſtitiã. ut in c. extraordinaria. ſed intra vaſa emiſſa, & maritali effectu tentata, non inducit. ut in c. iuuenis. ut ꝭ. de eo qui cog. conſang. vxor. ſuæ. fraternitati. Et eſt in hac decretali duplex cauſa, quare matrimonium dirimitur, ſecundũ Goff. ſcilicet publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ ſurgit ex ſpoſalibus. & eadẽ ſiue affinitas, de quarũ altera an nata ſit ex pollutione, uel pollutionis tentatione, quæ fortè cõpleri non potuit, ætatis defectu impediente: ut in illa iuuenis, quãuis cum prima nec verùm matrimonium ex forma ꝯtractus fuerit, nec præſumptum, cum conatus non habuiſſet effectum: ut ſ. de ſpon. c. fin.

9 †Verum eſt, ꝙ prohibentur ſponſalia contrahi ante pubertatem: ut ſ. & §. quaſi. in prin. niſi iuſta cauſa inſtet, puta bonum pacis: ut ꝭ eo. c. vbi. vnde verſus:

Vt pax ſeruetur, moderamen iuris habetur.

Ad hoc 3. q. 6. hoc quippe. ſuprà, de treug. & pace. c. 1. & eſt arg. ꝙ ſponſalia non debent contrahi ſine conſenſu epiſcopi. ut not. ꝭ. de clandeſti deſpon. §. quot modis. verſi. 4. ſuper verbo, commenti coniugia. Si tamen ꝯhantur, tenent ꝭ eodẽ de illis. dummodò ſint maiores 8. ann. ut not. ſ. eo. & ſ. de ſpon §. quis poſſit contrahere matrimoniũ. tamen nõ tenet: nec contrahi poteſt, quouſq; perueniat ad ætatem legitimam. & ſic impubes nõ poteſt contrahere matrimoniũ niſi ſponſalia tantùm. Quid ergo, ſi deſponſat aliquam per verba de præſenti? Dicunt quidam ꝙ non ualet, neq; ut matrimoniũ ætate impediente, neq; ut ſponſalia cũ ipſa contrahere non intendant, ſed matrimoniũ: & ſic quod intendunt, non poſſunt: qđ poſſunt, non intendunt: vnde uoluntas & poteſtas adinuicem ſe impediunt. ſ. de offi. dele. cùm ſuper abbatia. & inducunt pro ſe, ꝭ eo. à nobis. xx. quęſtione prima. firma. infrà de frigidis. quod ſedem. & c. expreſſum vi detur. ff. de ſponſ. quæſitum. tamen ſi in eadem voluntate perſiſtunt, vſque ad ætatem legitimam firmatur matrimoniũ ratihabitione tacita. ꝭ. eod. de illis. hoc vltimum approbo, ſi ſponſam cognouerit. ſ. de ſpon. is qui fidem. infrà de cond. appo. ſuper eo.

ADDITIO.

a Conatus. ¶ Adde an conatus copulæ inducit matrimonium. vide per Car. Alex. c. iuuenis. in iiij. not. de ſponſa. & de materia conatus vide per Feli. in tract. de cona.

per eo.infrà de eo qui dux. in matri. ſignificauit.infrà qui.mat.
acc poſſ.inſuper.uel ſi ipſam in domum ſuam traduxerit,& ibi-
dem legitimam ætatem expleuerit.alioquin conſenſus expreſ
ſus neceſſarius foret,quo ad hoc,vt uxor intelligeretur.vt ff.de
rit.nup.minorem.j.eo.atteſtationes.ſicut idem notaui in ſpon
ſalibus contractis ante ſeptennium.s.eo.§.reſpon.1. Sed & illud
dico,quòd quamuis non valeat matrimonium, cum impubere
contractum, vt matrimonium, valeat tamen prout valere po-
teſt,ſcilicet tanquam ſponſalia: vt probatur infrà eod. à nobis
& capitulo duo pueri & c. ad diſſoluendum. à contrario ſenſu
expreſſum eſt j.eo.c.vlti.& notatur ſuprà de ſponſa.ſub rubri-
cella.de matrimo.§ qualiter contrahatur.uer.ſed & ſi ſponſus.
& in hoc cõcordant T.Ioan.& Goffre.& videtur quod nota.in
frà eod §.quid iuris.verſicul.ſi autẽ pubes. & ver. ſi uerò impu-
bes. nec obſt.ff.de ſpon.quæſitũ.quia quòd dicit, ſi fuerunt nu-
tiæ collatæ:expone, id eſt,per parentes cõceſſæ, & ideò tradu-
cta fuit:nullis tamen verbis cũ ſponſa habitis, nec in præſentia
ſua aliquo modo in ſponſum concenſit tacitè, vel expreſſe,uel
ideo ſola deductio ſine verbis ipſa nõ facit, vt ibi legitur & ſe
quitur.ſuprà de reſt.ſpolia.ex parte M.muleris.Dama tamẽ Ala.
& Rayn.ſcripſerunt,quòd tunc valeat matrimoniũ, ut ſponſa-
lia,quando contrahentes intendebant cõtrahere ſponſalia, nõ
aliter.& ita ſi nõ ualet vt ago,&c.non habet hic locum.tamen
expectare tenentur vſque ad ętatem legitimã non ratione ma-
trimonij,ſed ratione promiſſionis. quia promiſerunt fidẽ ma-
trimonialem,& ſi nude.argu. 22. quæſtio. 5. iuramenti. ſed hoc
ſumũt potius ex capite,quàm ex iure.& ideo T.adhæreas, & te
neas vt prædixi.Ex his patet,ꝙ filij fami.aliquãdo ꝑ ſpõſalia cõ
trahũt,aliqñ ꝑ parẽtes,& videt̃ diſtinguere Dec.inter filios pu-
beres & impuberes.Dicit.n.ꝙ filiũ adultũ non poteſt coniunge-
re alij matrimonialiter,ſi aliquomodo filius nõ cõſentiat:quaſi
dicat,tacitè vel expreſſe. impuberem autẽ poteſt, cui vult ma-
trimonialiter tradere,& poſtquam filius ad perfectam ætatem
peruenit,omnino debet hoc adimplere,vt infrà eod.c.j. Et idẽ
videt̃ diſtingui in matrimonio ſpirituali.ſuprà de re. cùm te. &
c.cùm ſcimus.20 quæ.1.addidiſtis. & tribus c. ſequ. nã ſicut ibi
dicit,monachũ facit aut paterna deuotio, ſubaudi, quando eſt
impubes.Aut ꝓpria profeſſio,ſubaudi,quãdo eſt pubes. Cùm
ergo hæc duo æquiparentur,videtur quòd tãtum operatur v-
num quantũ & reliquum ad hoc dic,quòd ſolus conſenſus pa-
rentum non obligat filios, etiã quo ad ſponſalia, cuiuſcunque
ætatis ſint.30.quæſtio.2.verſicul. verũ tamen, ſi ipſis filiis con-
ſentiẽtibus expreſſe vel tacitè,puta,quia præſentes ſunt, & nõ
contradicunt parentes nomine filiorũ contraxerunt, filii obli-
gãtur.Idem eſt,ſi ipſis filijs abſentibus & ignorantibus', ſed po-
ſtea ratificantibus,ad hoc, ff.de ſponſa.l.4.& 5.Idẽ eſt, ſi ſponſa
inducta fuerit, uel ſimul manentes ad legitimam ætatem per-
ueniunt ſine cõditione,ſecundum Ioannem.quod intelligas, ſi
ſciebat ſponſalia contracta, & aliquo modo videbantur cõſen
tire:puta quia vocabant ſe coniuges, uel àlio modo, quamuis
etiam puerili. ſic poteſt pater nomine filij cõtrahere, & ipſum
obligare hoc,quod innuitur.infrà eo.c.1.ibi,cui vult,matrimo
nio tradere:quaſi dicat,licet filia tradi cõſueuerit, & traduci in
domũ ſponſi: vt not,ſuprà,de ſponſa. ſub rubricella, de matri-
monio.§.qualiter cõtrahatur.verſiculo. idem videtur. & ſuprà
eod.§.1.reſpon.tamen & filius tradi poteſt: quia quæ ad matri
monia pertinent, non imparia iudicantur: ut infrà, de diuort.
gaudemus §.quia uerò.uerſiculo.nec ulli unquam licuit, poſt-
quam filius peruenit ad legitimã ætatem,ſubaudi,& ſi traditus,
& morando cũ ſponſa:nec cõtradicens omnino debet hoc ad-
implere.quaſi dicat,cùm ſponſalia firmata intelligantur tacitè
eo ipſo,quod ſimul morabãtur,& nõ cõtradixit ad legitimam
ætatẽ perueniens per cenſuram eccleſiaſticam cogetur contra-
here matrimoniũ,& conſummare,ſecundũ ea quæ notantur.s.
de ſpon.§.quis ſit effectus.& §.qualiter diſſoluãtur.uerſic. item
octauò.Sicut ergo in matrimonio ſpirituali filii traditi à paren
tibus obligantur,niſi adueniẽte ætate legitima cõtradixerit, ut
notat.ſuprà de regu.§.& qualiter obligetur. & §.utrũ exire.ſic
& in carnali. Vbi uerò traditi nõ ſunt,nec expreſſim, nec tacitè
cõſenſerunt,non puto ipſos aliquatenus obligari:imò ideo va
lida ſunt ſponſalia, ꝙ nec publicæ honeſtatis iuſtitia oritur ex
eiſdẽ.& vide ſuper hoc qđ not.ſuprà de ſponſa.§.qualiter con-
trahantur.uerſicul.contrahuntur.& ſecũdũ hoc quod hic not.
intelligas iura ibidem poſita pro & contra. Alij dicunt quòd il
lud quod legitur, infrà.eod.capit.primo.omnino debet hoc ra
tum habere, intelligendũ eſt de honeſtate, non de neceſſitate.
Alij aſſerũt,quòd ſponſalia cõtracta per parẽtes nomine filio-
rum impuberum,ipſos filios omnino obligant: & ſine conſen-
ſu parentum contracta non ualent.ad quod pertinet quod not.
ſuprà de regulari.§. qualiter obliget. & §.uel reuocari. & ſuprà
de ſepultu.§.& apud quam eccleſiam.& ff.de ritu nup.ſi ita pa-
ter.& l.quod ſi filius.& l.filius emancipatus. ſed quo ad matri-
nium pertinet,non ob.iuribus ciuilibus, quæ parentum cõſen
ſum exigunt, ſublatus etiam iis proximè tactis duabus opinio
nibus,& quibuſlibet aliis,teneas, ut prædixi. Quod autem dixi,
impuberem matrimonium contrahere non poſſe, niſi ſit pro-
ximus pubertati, quòd malicia ſeu potẽtia uiri ætatem ſupple-
at:& hoc neſcitur,niſi per euidentiã,ut patet infrà eod.cap.ult.
& no.ſuprà eod §.qualiter.uerſicul.tertio.& infrà eod. uerſic.ſi
uerò impubes.& ita quantũ ad hoc, de quo hic quæritur, nulla
niſi cognita fuerit, uidetur proxima pubertati. Alii dicunt hoc
arbitrarium eſſe:argu.ff.de iure deliber.l.1.& ſuprà de donatio
Apoſtolicæ.& hoc not.T.& Goffredus.ſed Guliel.Na.dixit illã
pubertati proximam iudicari debere,quæ eſt circa 12.annũ per
8.uel 15.dies,quia in illo tempore non poſſet perpendi aliqua
perſonæ mutatio argu.pro ipſo bonum,ff.de uſucap rerũ.mix-
tura.§ Labeo.& argu.infrà eo. c. fi. Sed ibi dicit & ætatem in ea
prudentia non ſupplebat.expone,id eſt, per euidentiam rei. qa
uidelicet non fuerat cognita:ſupple, non probatur. Item facit
pro ipſo j.e.atteſtationes.ſed dic ꝙ illud quod ibi dicit circa fi
nem,14.anni eo.modo intelligendum,ſcilicet ſi mulier uellet al
legare, & probare, quòd ſponſus eam carnaliter cognouiſſet:
quia cùm conatus fuiſſet eam cognoſcere: ſi inueniretur cor-
rupta, præſumeretur à uiro cognita & ideo mulier dubitatiuè
dixit,ſe credere ꝙ uirgo euaſiſſet, & creditur ei quia contra ſe
confitetur.14.quæſtio.2.§.1.ff. de iterroga. actioni. de ætate.§.
1.aliàs ſtaretur uerbo uiri,j.eo.continebatur.Huic obiicio,nun
quid mulier nedum ꝯ ſe, imò & contra matrimonium confite-
tur:ſi ergo non debet ei credi, poſſet eſſe, cum litem moueret
vt ei crederetur. j.de diuor.ex literis.& de eo qui cogno.cõſan-
gui.vxor.ſuæ.ſuper eo.ideo quod dicit.j.e. atteſtationes. credit
ſubaudi,& verè credit: ipſam enim inſpici fecimus. 27.q.1.nec
aliqua.nam ad iudicem pertinet, ut per ſe inquirat:ut no.j.de
clandeſt.deſpon.§.quot modis.ſuper verbo,commenti. utrum
10 aliquod impedimentũ obſiſtat.† Vel dic,ꝙ tunc creditur mu-
lieri,qñ nulla habetur ſuſpicio contra ipſam: & ſic creditur ei
contra ſe:ut plenè not.infrà, de eo qui cog. conſanguin. vxor.
ſuæ.§ & quid iuris.uerſi.illud notandũ. & ſequentibus:ſi tñ uel-
let mutare conſiliũ,& probare,ꝙ eã cognouiſſet circa 12. annũ
vel quod 14.ann.expleto in eã conſenſiſſet.admittenda eſſet in
frà eod.atteſtationes.in fin.alioquin ſi mulier eſt integra, ſacra
mentum viri exigitur: cùm præſumptio ſit pro muliere,ex eo
ꝙ tentata fuit,ut ibi dicit in fine.uel dic, ꝙ illud ad cautelam ꝓ-
pter periculum animarum: & intelligitur, quando vir renuit
eam cognoſcere: & hoc coram Iudice allegatur. vel quando
tantùm ſteterunt ſimul quod iudex poteſt præſumere maliti-
am, & mulier fuit ſemper cum viro: ideo debet occurrere iu-
dex periculo animarum, aliàs non haberet locum, ſecundum
T. Sic ergo dicitur aliquis pubes,quando eſt circa 14 anum ſe-
cundum Guliel.Na.quod & ſi non de 8.uel 15.diebus,ſicut idẽ
intellexit,concedatur,de tribus uideretur poſſe concedi. argu.
ſuprà de regula.ad noſtram.& ſic etiam poſſet intelligi infrà eo
dem.atteſtationes.& ca.de illis.2.& c.fi.eod.ſuprà.de ſpon. iuue
nis.argu.C.de erro.aduo.l.3.& quòd quicquid. infrà uel ſuprà
notetur verius eſt,ut apparet in his quæ not.ſuprà de regu.§.&
utrum exire.uerſicu.quinto.Alij dicunt, quòd tunc uidetur qs
pubertati proximus,quando eſt in 11.anno,ut infrà eodem.cõ
tinebatur.§.1.Sed certè ibi fuit cognita. Alij dicunt,quòd quan
do tantùm ſemeſtre tempus deficit ad complendum,& hoc ex
preſſim uidetur dicere.l.ff.de excuſatio.tut.non tantum. & tũc
enim poteſt facere furtũ,& aliàs delinquere.ut infrà, de delict.
pue.capit. primo.inſtitut.de obliga.quæ ex deli.naſ.§ in ſumma
ff.de regu.iu.pupillus.ff. de furt. impuberem. ff. ad Sylleia.ſena.
conſult.excipiuntur.ff.de exception.doli. apud Celſum. §. quæ
in tutore.ſed omnia hæc uerba sũt bona.Tu dic,quòd lex alle-
gata tantum circa tutelas,& non matrimonia loquitur, locum
habet:in matrimonijs enim circa maiora periculum uertitur.&
ideo cautius eſt agendum,xlij.diſtin.quieſcamus. Alia iura non
faciunt ad rem.nec enim ſequitur, poteſt furtum facere, ergo
matrimonium ꝯhere.licet fortè ſequeretur:ergo poteſt ſponſa
lia contrahere. quamuis enim in utroque conſenſus requira-
tur,tamen aliter & aliter.nam in ſponſalibus ſufficit conſenſus
doli capax, & ideo ſufficit ætas 7. annorum, ut not ſuprà, de
ſponſalibus.§.quis poſſit contrahere ſponſalia. & s.eo. §.Reſ.j.
Sed in matrimonijs nõ ſufficit, ꝙ ſit doli capax imò requiritur
ꝙ ſit naturaliter potens, ut ſic loquamur prout probatur. j.de
frigidis.quoſedem.quòd non præſumitur impubes, ꝙ expreſ-
ſim probat decretalis,in contrarium allegata,infrà de deli.pue.
capit.1.ergo nunquam intelligeretur naturaliter potens,niſi ꝓ
betur per euidentiam, quantumcunque ſit proximus puberta-
ti:ut nota.s.eodem.§.qualiter.uerſiculo.ſecundus. & uerſiculo
tertius.& ſic ſicut prætor certum numerum annorum, ſcilicet
17.ratus eſt ad procedendum in publicum. ut ff. de poſtulando.
l.1.§.pueritiam.ſic propter certũ numerum annorum, de quo
no.s.eod.

no. s. eod. §. & qualiter. ver. secundo ratus est ad matrimonium contrahendum. Et si subtiliter considerare volueris, notabis ꝙ numerus annorum inducit præsumptionem iuris, quod contrahentes tunc & non antè apti sint ad matrimonium contrahendum, non tamen est hic præsumptio iuris, & de iure: quia aliquoties apti sunt antè, ꝙ tamen per euidentiam tantum probatur. vt not. s. sed nec tunc semper potens est quilibet, vt apparet in his, quæ no. j. de frigid. §. qualiter & qn. ver. vbi autem masculus. tamen ecclesia semper stat & præsumit pro matrimonio, quousque, sicut ibi not. hæc præsumptio improbetur. Quid si adolescens interim ad secunda vota conuolauit: viri magnæ authoritatis dixerunt, quòd si naturaliter erat impotens, quando recessit à prima, & secundam cognouerit, tenet matrimonium secundo loco contractum. arg. j. de frigid. quod sedem. & in his quæ no. j. de frigid. §. fin. versi. Goffred. verò pro & contra. s. de sponsal. adolescens puto contra. vt j. e. attestationes. & de sponsal. duorum. capitu. vltimo, & j. qui matri accu. non possunt. in super. & apparet in his quæ notantur s. eodem §. qualiter probetur. versicu. j. & ij. & s. eod. §. versicu. quod autem dixi, nisi ex defectu membri aliud acciderit: ut nota. j. de frigid. §. fina. versus finem.

11 Quid iuris, † si aliqui ætatis disparis insimul contrahant? Dic quia aut pubes contrahit cum pubere aut pubes cum impubere, aut impubes cum impubere. Si pubes contrahit cum pubere, quamuis disparis sint ætatis, quo ad ætatem pertinet, si aliud impedimentum non subsit, tenet contractus, siue sponsaliorum, siue matrimonij, vt statim notatur s. eodem §. proxi. versi. penul. & vltim. sunt autem alia aliqua impedimenta, de quibus notatur, s. de sponsal. sub rubricella, de matrimonijs. §. quis possit contrahere matrimonium. §. qualiter impediatur. Sin autem pubes cum impubere contrahat, tenetur pubes expectare, donec impubes veniat ad legitimos annos. ligatur enim adeò pubes, quòd non potest reprobare semel probatum: minor tamen veniens ad annos legitimos, si non consenserit, poterit resilire. j. eod. de illis. j. §. secundo. & capitulo à nobis. & ex eo in casu præmisso impubes veniens ad pubertatem contradicere potest, scripserunt quidam doctores magni, sponsum vel sponsam cogi non debere ad matrimonium contrahendum. Laur. Vicen. & quidam alij scripserunt, quod illæ decretales, de illis, & à nobis, locum habent, cùm sponsalia contrahuntur inter minores septennio. sed hoc nihil est: qa reprobatur in decretali, de illis. ibi. Si verò alteruter istorum ad annos pubertatis peruenerit, intra eosdem annos, alterutro existente subaudi, sicut existebat cum sponsalia contrahuntur, id est, contracta fuerunt. Item illa decretalis, à nobis, loquitur in sponsalibus intra nubiles annos contractis. Ala. & Dama. dixerunt, ꝙ in decretali, de illis. & contrahentes, etsi septennes essent vel maiores, tamen non intendebant contrahere sponsalia quod potuissent, sed matrimonium quod non poterant ætate impediente: & ideo adueniente pubertate, liberum erat eis consentire, vel dissentire: sed hoc reprobatur s. eod. §. & quæ sponsalia. & versic. verum est. & sequent. Item reprobatur. infra eodem. de illis § mulier autem. vbi innuit, quòd mulier per verba de præsenti contraxerit. Vnde dicit ad annos aptos matrimonijs venerat, nupsit, id est nuptias contraxit: ergo perinde est, ac si dixisset matrimonium, vt apparet in his quæ not. s. de sponsa. sub rubricella, de matrimonijs §. & vnde dicatur. vnde in decreta. sequitur. Cùm enim semel consenserit, scilicet per verba de præsenti. amplius non poterit dissentire. tu dic, ꝙ vbi puberes contrahant sponsalia, si alter in matrimonium consentiat, alter dissentiat: is qui dissentit per censuram ecclesiasticam compellitur, secundum ea quæ not. suprà, de sponsa. §. & qualiter dissoluantur. versicul. item octauo. Si verò alter impubes est, non cogitur, imò si adueniente ętate contradixerit, sponsalia, interueniẽte authoritate ecclesiæ, solui debent: vt notat. s. de sponsalib. §. qualiter dissoluantur. versi. item septimò & versi. itẽ nonò. & c. versi. si verò impubes, & sequen. & versic. sed coram quo. & sequenti. & de clandestin. desponsa. §. j. versi. 3 nec mireris, si impubes non compellatur, quamuis post infantiam & ante pubertatẽ sponsalia contracta teneant, non tamen sunt ad hoc, seu in tantum efficacia, vt coactionem inducant, nisi fortè is, de cuius coactione agitur, fuerit proximus pubertati, de quo vt notat. s. eo § quæ sponsalia. ver. quod autem dixi. & sequenti. uel nisi is qui consenserit, maxime iuramento interueniente, quando ad ætatem legitimam peruenit, non contradixit. sic intellige, ne contradicat. s. de sponsa. ex literis. 2. & sic vnus cogitur, alter non cogitur, sicut aliàs hoc contingit. nam si impubes religionem ingreditur, ad annos discretionis ueniens requiritur, ut in religionem consentiat: & si consenserit, profiteatur, alioquin redeundi ad seculum licentia non negetur. uigesima quæstio. ne prima. illud, & quæritur à clericis volentibus promoueri ad sacros ordines, vtrum castè & sine vxore viuere volunt. Quid si hoc se spoponderint seruaturos, promoueantur, alioquin licentiam datam ab Apostolo, quam auferre non possumus, non negamus. 27. distinctione. de his. ad idem in authen. quomodo oportet Episcopos. §. igitur ordinandus Episcopus. colla. 1. in præmisso igitur casu pubes compellendus est, non impubes. idẽ contingit & alibi. infrà, de eo qui duxit in matrimoni quam pollu. per adulter. propositum. infrà, de adulte. capitulo 1. & 2. & in hoc concordant T. Ioannes, & Goffred. quibus assentio. pubes enim fortius obligatur, quàm impubes: quia maturioris consilij est: vt no. suprà eodem §. & quæ sponsalia. versicu. & verum est. plerunque enim ætas impuberis quid videat, ignorat. C. de fal. mone. l. j. ad finem. & sciens fallere non uidetur. ff. de alien. iud. mutan. causa facta nam & si. vnde & secundum legem, sine consensu patris, uel tutoris contrahere non potest. nam sine tutoris authoritate non obligatur, licet alium sibi obliget: vt Institutio. de inutil. stip. §. pupillus. & de author. tut. in principi. de hoc tamen dic, ut notatur suprà. de sponsalibus §. qualiter contrahãtur. versiculo contrahuntur etiam. & suprà eodem. §. & quæ sponsalia. versicul. ex his patet. Quid ergo, si nomine impuberis filij consentientes, vel ratificantis pater sponsalia contraxerit? & quidem filius nubere non debet: si tamen nupserit, tenet matrimonium, vt infrà eod. duo pueri. Sed si filius hoc iurauerat, est ei danda pœnitentia de fide mentita, non parentibus. nam etsi parentes hoc iurauerunt, non tenentur ad aliud, nisi ꝙ bona fide curent & laborent, ꝙ matrimoniũ sequatur. cùm enim alienum factum promittant, dicendum est ipsos ad hoc tantum, & non vlterius obligari. vt ff. de verborum obligationibus. in illa stipulatione. & l. quoties quis alium. Instit. de inutil. stipulat. §. si quis alium. & suprà de sponsa. ex literis secundo. & infrà, de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. capitulo j. 32. quæst. vlti. cap. vnico. Si verò impubes cum impubere contrahat, tenent sponsalia, dummodò septennes sint, vel maiores ius tamen reclamandi remanet eis saluum: sed etsi ambo citra ætatem legitimam reclamauerunt cùm maturitas consilij siue discretionis deficiat, minimè audiuntur. vt infrà eodem. de illis. primo. respon. j Sed & si alter ipsorum cum primo ad pubertatẽ peruenerit, non reclamauerit, de cætero nõ audit: sic intellige s. de sponsa. ex literis Sed si tunc reclamauerit ille, vel alius, qui minor remanserit, nec in alium consentire voluerit, iudicio ecclesiæ poterũt separari. vt infrà eodem. de illis. j. §. j. & hoc siue per verba de futuro contraxerit, siue per verba de præsenti. vt j. eodem. à nobis. dicit etiam decretalis, quòd si ita fuerint ætati proximi, quòd poterunt copula carnali iungi, id est quod fuerint carnaliter coniuncti: cùm nec de hac potẽtia possit aliter apparere: vel quia nõ deerat triduũ de ætate, vt notatur suprà eodem versiculo. huic obijcio. & sequen. & secundũ hoc expone, quòd poterũt id est posse præsumentur minoris ætatis intuitu, non poterunt separari, si vnus in alium nisus fuerit, subaudi præsumptione iuris, & de iure consensisse. intellige per carnis copulam. suprà de spon. is qui fidem. vel per verba, quando erãt proximi per tres dies. vt notatur suprà, sic intellige infrà eodẽ de illis. 2. Sed & si puberes sint, per illatam violentiã se poterunt excusare, nisi post violentiam accedat consensus, subaudi, tacitus vel expressus infrà eodem de illis. 2. versicul. sed cuiuscunque & capitul. ex literis quod dic vt notat. suprà de sponsali. sub rubricella, de matrimonijs §. qualiter impediat. versiculo septimo. & sequenti.

12 † Sed pro deo quare non datur impuberi licentia contrahendi cum alio, ex quo reclamat, licet citra annos discretionis, cùm tamen tunc non denegetur, ut statim notatur suprà eodem, versiculo proximo? Respondeo propter infirmitatem consilij, vt ibi dixi, & c. versiculo si autem pubes. & quia potest esse, quòd cras, vel post cras pœniteret de secunda sicut de prima, infrà eodem. à nobis. & ideo non debent ei leges siue canones ludibrio fieri, imò & in hoc iuueniles calores bonum est coarctare, sicut aliàs dicit lex, C. de bonis quæ liber. l. cùm non solum. §. filijs. & §. vbi autem. maximè quia nec in eis contrahere permittitur, nisi causa cognita. ut notatur suprà eodem. §. & quæ sponsalia. in princip. & ideo à causæ cognitione non permittitur de facili resilire, & saltem interim silebit guerra, propter quam pacificandam, ipsa forsan sponsalia sunt contracta. infrà eodem. vnde & si in totum discordias fugare, seu pacificare non possumus, tamen prout possibile est, refrænamus. simile not. suprà de treuga & pace. §. de cuius belli treuga. deliberabit ergo pupillus, cùm est in pupillari ætate, an sibi expediat consilium. nec enim in breui tempore sunt matrimonia sine maturitate consilij rescindenda. & dubium nõ est, omnia omnino, quæ consilio recto geruntur, iure meritòque & firmitate fulciri. C. de repudijs. dubium. nec tenetur quis sequi consilium alterius: quia non est obligatorium, vt not. suprà de his quæ fiunt à prælа. sine consensu capitu. §. in quibus consilium versicul. sed quæ est differen-

13 est differentia. † Quid si pubes contraxerit cum impubere, & impubes non contradicit, adueniente legitima ætate? dicunt quidam, ꝙ firmatur matrimonium, ita ꝙ non possit de cæterò ad secunda nota transire. sic intelligunt infrà eodem. de illis. primo. §. fin. sed quod ibi dicit, Non poterit dissentire, expone, id est, dissentiendo verbis tantùm, ne contrahere compellatur efficere: imò nihilo minus per censuram ecclesi. compelletur. vt no. suprà eodem §. versiculo; sin autem pubes. Item indicunt infrà eodem à nobis: sed expone, quòd ibi dicit, confirmetur matrimonium, id est, contrahendo per verba de præsenti communi consensu firmetur. nunquam enim alia sponsalia seu matrimonium inter puberes habitum, quod idem est, ut notatur suprà eodem. §. & quæ spons. versiculo, quid ergo, si despõsat. nisi traductio, vel carnis copula interueniat solo tractu temporis: sicut puto poterit confirmari, vt ibidem notatur. nec enim tempus solùm est modus tollendæ obligationis: multo minus inducendæ, vt not. suprà, de censi. §. quis census soluendus est. sed & intelligi potest matrimonium confirmari, quando simul morantes explent ætatem hi, qui matrimonium, non sponsalia contraxerant, & sic possunt intelligi dicta iura secus, si separatim morabantur, uel si non matrimonium, sed sponsalia contraxerunt, sicut not. si in sponsalibus. suprà eod. §. & quæ sponsalia. ergo quo ad iudicium ecclesiæ ad hoc ut pro maño iudicei, requiritur ꝙ personæ sint nubiles, idoneæ & legitimæ: & ꝙ inter eas consensus de præsenti interuenerit tacitus, vel expressus: sicut innuitur in his quę notantur suprà eod. §. versiculo, sin 14 autem pubes. ibi, si verò alteri impubes est. nõ cogitur, &c. † Sed coram quo debeat fieri hæc contradictio seu reclamatio. & quidem coram Episcopo. infrà eod. duo pueri §. primo. & sic intellige quod legitur infrà eod. continebatur. Responso primo. & capit de illis, primo. § primo. vel coram misso Dominico, id est, officiali infrà de frigid capit. primo. §. primo. & arg. suprà de regul. capitulo secundo, infrà de consanguin. capit. primo. § fi. vel alio iudice suo & idoneo. quod dicut no. infra, de matrimonio contracto cõtra interdictũ eccl. §. à quo fieri possit. Quid si non potest haberi copia episcopi vel officialis? Dic ꝙ tunc sufficit, ꝙ fiat coram presbytero proprio, & in eius defectum coram vicinis. argum. suprà de appellatio, si iustus metus. & de officio delegati. pastoralis. §. fin. vt tamen quam citò poterit coram Episcopo veniat, & contradictionem suam proponere non omittat. vt infrà, de sentent. excommunication. de cætero. in fine. Quid si non reclamat verbo, sed facto, quia scilicet cùm simul morantur, vnus ab altero recedit ante legitimam ætatem, nec posteà consentit? & quidem talis reclamatio videtur sufficere, ubi inter tales non sponsalia, sed matrimonium contractum fuit. sic 15 loquitur infrà eodem. attestationes. † Quid si pubes contraxerit cũ impubere, nec expectat, sed mutata uoluntate contrahit cum alio pubere, per verba de præsenti? Dicas quòd secundum matrimonium tenet, quia primum tenere non potuit, impediente ætate, nec claudicare potest, quo ad effectum, cùm sit relatiuum. est enim coniunctio maris & fœminæ. ut notat. suprà. de matrimon. § quid sit matrimonium. fortius tamen obligatur pubes quàm impubes in hoc, vt si impubes factus pubes consentiat alter cogitur consentire, & matrimonium consummare secundum Goffredum. & uide suprà eodem versiculo. quid si pubes contraxit. & pręcedent. & versiculo, sin autem pubes. ibi, pubes enim fortius obligatur, & cætera. Quid si impubes factus pubes expressim ratificauerit, sed alius dissentit. & vocatus per Episcopum in iudicium, contrahit cum alia per verba de præsenti? Adhuc puto ꝙ teneat secundum matrimonium, ut apparet in his quæ notantur infrà, de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. ut suprà, de sponsal. §. qualiter. versiculo. item quintò. & hoc intelligas, nisi sponsa traducta esset, vel aliàs simul morarentur. secundum ea quę notantur suprà eodem §. & quæ sponsalia. Responso primo, & uersiculo, ex his patet. traductio enim, & carnis copula æquiparantur, ut infrà de coniu-16 gio lepro. capitulo finali. † Quid si iurasti mihi dare vnam de filiabus tuis in uxorem, nõ nominatam cum plures haberes? Respondeo, Quamcunque des, liberaberis: quia in tui promissoris est electione, sicut in alijs promissionibus detinet. Institutio. de actionibus §. præterea. ff. de iure dotium. plerunque. de contrahenda emptione. si ita. Quid si omnes moriantur, præter vnam, an ad illam mihi dandam teneris? argument. ff. quod certo loco l. secunda. § qui Stichum. ff. de contrahend. emption. si in emptione. §. si emptio. Quid si mihi vnam obtuleris, sed ego non acceptaui illam, sed aliam, liberatus es à iuramento. argument. ff. de condictio. indebit. cum his. ff. de verborum obliga-17 tion. si stipulatus sim da. † Quid si unam ex illis cognouerim? aliam habere non potero. argument. ff. de solution. Stichum aut Pamphilum. quod intelligas verum, si contemplatione illius contractus præcedentis ipsam cognouerim, secundum Goffredum. vel si non est matrimonium, saltem cogendus sum consentire. argumentum infrà, de eo qui duxit in matrimoniũ. propositum? imò certè uidetur matrimonium præsumptum. argumentum j. de eo qui duxit in matrimonio. significauit. & capitulo, ueniens. & de coniugio ser. proposuit. infrà, de condict. apposit. super eodem. & capitulo per tuas. Et nota consimilẽ quęstionem, s. titulo primo, sub rubricella, de matrimonijs. §. qualiter contrahatur. versiculo. item quid si in præsentia plurium fi-18 liarum. † Quid si iurasti mihi dare filiam tuam certam & nominatam, cum plures haberes. & si nõ poss. m illam habere aliquo casu interueniente, debuisti dare aliam: & si nec illam tertiam, & sic de singulis. videtur quod talis consensus, scilicet conditionalis nullus sit. ff. de regul. iuris. actus. sicut electio conditionalis nulla est, ut in authent. Domini nostri, extra, de electio. statuimus. sed per decretalem, s. de sponsal. ad audientiam. & ea quæ notantur infra, de condict. apposi. patet quod ad primam dandam teneris iuxta posse: quia nec ad aliud obligat te hoc iuramentum, nisi quòd bona fide labores, quòd ipsam habeam. ut not suprà eodem §. versiculo, quid ergo. Sed nunquid teneris ad secundum? & quidem aut in primam consentit expresè, uel tacitè: puta quia ipsa sciente, præsente & non contradicente, fuerunt contracta sponsalia: vel licet ignorante, tamen ratificant cùm legitimæ esset ætatis. & sic tenuerunt sponsalia inter me & primam. suprà, de sponsa, ex literis Syluani. infrà, de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. capitulo primo. unde secundũ habere non possum. suprà, de sponsalibus. ad audientiam. infrà eodem. duo pueri. aut prima in me nullatenus cõsensit. & sic teneberis ad secundam: & sic de singulis, ut apparet supra eodem. ex literis. supra, de restitut. spolia. ex parte M. mulieris. super quo uide quod notatur suprà eodem §. & quæ sponsalia. respon. 1. versicul. ex his patet. [a]

ADDITIO.

[a] Non incongruum fortasse visum, si hanc rubricellam. De matrimonio initiato, rato, & consummato matrimoniorum tractationi ex Martino, eo. tit. in summa, intexamus matrimoniũ, ait, initiatum aliqñ per consensum de pſenti, vt 27. quęstio. 7. cum initiatur. Perfectum tamen, seu cõsummatum dicitur per carnis copulam subsequentem, vt extra, de biga. debitum. Quidam enim dicunt matrimonium initiatum per sponsalia de futuro, ratum per consensum de præsenti, consummatum per carnalem copulam subsequentem. Raymundus. Item matrimoniorum aliud legitimum & non ratum, vt inter infideles, quia non est ratum matrimonium quod sine fide fit. Aliud ratum & non legitimum, vbi inter fideles tamen inter legitimas personas, sed non debita solennitate contraxerũt. Aliud ratum, & legitimum, vt inter fideles, si tamen debita solennitate contractum sit. argument. 28. quæstion. 1. §. item Apostolus, & extra de diuor. gaudemus. §. fin. Sicut autem infidelitas impedit matrimonium, sic & error personæ. qua in re ita à Martino scriptum scio, Matrimonialis, inquit, consensus excluditur errore personæ. vnde si alter coniugum errat in persona, nullum est matrimonium, quoniam errans non consentit. de iur. om. iud. l. si quis per errorem. Errantis quoque nulla voluntas est. C. de iure & facti ignorant l. cum testamentum & l. non idcirco. vnde ad hoc, ut aliquis vel aliqua erret consentiẽdo in unum, quem putat alium, necesse ut per visum, aut per auditũ vel famam habeat aliquam notitiam illius absentis, quem credit istum præsentem, quia in penitus ignotum nec affectum, nec consensum dirigere valemus, arg. ff. de contrah. emp. l. in venditionibus. & l. cũ ab eo. §. fin. vnde, cũ consentiat in personam aliqua mulier, ut dictum est, sibi notam, quam putet præsentem esse, constat quòd non consentit in præsentem, sed in aliam. quam præsentem esse putabat. & sic non est matrimonium, quia erratur in persona Si verò nullam notitiam habeat mulier, de persona absentis, non errat in eam, sed decipitur in præsentem verbi gratia, Si aliquis rusticus de Anglia veniat ad aliquam nobilem mulierem dicens se regis filium, cuius notitiam non habet mulier, scilicet, nec regis, nec filij eius uel ipsius loquentis, & illa contrahit cum eo, credens eum filium regis, non impeditur matrimonium, quia non fuit error personæ, sed qualitatis potius, qui non impediuit, sicut nec error fortunæ. 19 q. 1. §. his ergo. Distingue, quia aut filius tenetur substantiuè sub hoc sensu. Ego sum talis, & tali est filius regis. Vel, Sum ille, qui est filius regis. Distinguendum est similiter, vtrum sit aliquo modo notus mulieri, an nõ. Si autem filius adiectiuè, vt sit sensus, Ego sum generatus ab rege, id est, rex me genuit. Ob id quæ contraxit illa cum illo, non est error personæ, sed filiationis tantum. Vnde non impedit matrimonium, siue rex habeat filium, siue non, scilicet, quia est relationis, nõ personę. Similiter. Sed si Stephanus dicat se petrum esse, quia Petrus est mortuus, & illa cum eo contrahat, dicendum est, ꝙ non est matrimonium, quia error est in persona. Quod si aliqua sciat aliquem multos habere filios, quorum tamen nullus ei notus sit, & unus illorum nũtiatur adserens se primogenitum esse, & illa in eum cõsentiat propter spem successionis bonorũ paternorum, dicendum est, quod non est error personæ, sed fortunæ siue relationis, scilicet primogenituræ. Ideo non impeditur matrimonium, sicut notauit H. 29. q. 1. c. 1. in princip. quod & probat Rhod. Item error qualitatis est quando putatur bonus vel nobilis, vel virgo & cætera id genus. Similiter error fortunæ, quando creditur diues, & est pauper. Sed quid si quis desponsat per verba de futuro corruptam, quam credit virginem esse, nunquid. postea, comperto quòd sit corrupta, ante copulam: compellendus est matrimonium consummare? dicendum est, sicut notauit H. 27. q. 2. raptorum, ꝙ non est compellendus, quia per hoc impediretur promotio eius ad sacros ordines. Atqui error qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium, sicut error personæ. quid ergo dicemus? Dicendum, quod sensus necessarius est in matrimonio in fortunam, vel qualitatem & ob id error qualitatis, uel fortunæ non præstat impedimentum matrimonio,

idque

idque Rud. scribit. Quod autem ad conditionis errorem attinet, distinguendum putat Martinus, aut ꝯhens scit conditionem eius, cũ quo ꝯhit, aut ignorat. Item (inquit) si libera ꝯhit cum seruo, vel liber cum ancilla, sciens cõditionem eius seruilem, tenet matrimonium. 29.q.2.si quis liber. & c.si quis ancillam. Si verò libera ꝯxit cum seruo; quem esse liberum credebat, nullum est matrimoniũ. ead.caus.& q.si quis ingenus. Nisi postquã cognouit eius conditionẽ, consensit verbo, vel facto per copulam carnalẽ, vt in d.c.si quis ingenuus. & c.si fœmina. extra de coniug. seruo. c. proposuit. & c. ad nostram. Sed quid de illo, qui ꝯxit cum ancilla ignoranter, quã dñs manumittit, illo ignorante, nunquid eo ipso est matrimoniũ, cum iam ambo sint liberi. dicendum quod Tancredus notauit. ex. de eo qui duxit in matrimonium. c.j. ꝙ non est matrimonium quia adhuc iste expresso consensu, qui erroneus fuit, & non effectiuus matrimonij, cognoscet eam: & ideo non præiudicat sibi, quãdiu veritatẽ ignorat. Alij dicunt ꝙ illa manumissa, statim verum est matrimonium: quia sublatũ est impedimentũ: quorum sententia vera vr̃. Tancredus tenet primã. Sed quid, si liber ꝯxit cum ancilla ignoranter, & durante illius ignorantia, ꝯxit cum alia, sciens conditionẽ eius, nunquid valet matrimonium? Dicunt quidã, ꝙ sic: cum nullum fuerit primum. Quid de libera, quæ ꝯxit ignoranter cum seruo, & postea scit conditionẽ eius, si vult esse cum eo, & ille vult discedere, dicendum ꝙ est compellẽdus remanere cum ea arg. extra de eo, qui duxit in matrimonium, c.j. Quid etiam de isto libero, qui ꝯxit ignoranter cum ancilla, & postea audiuit eam esse liberam, & cognoscit eam debitum exigendo, nunquid postea potest separari ab ea dicendum, quod si ex iis quæ audiuit, habet probabilem opinionem de seruitute eius: si exegit ab ea debitum, non potest eam relinquere. Si autẽ leuem, aut temerariam cui credi non debet prçiudicatur ei, arg. de senten. excom. inquisitioni. Titubans enim animo pro ignorante habetur. C. de condictio. indebi. l. fi. Quid de illo, qui mouet quæstionem conditionis aduersus vxorem, & illa lite pendente, petit sibi reddi debitum ab eo: nunquid adhoc per ecclesiam compellendus est. respon. Dicunt quidam, quod tenetur ei reddere debitum ab vxore requisitus, idque per ecclesiam, nec fiet matrimonio præiudiciũ, exigere tñ debitum non debet, eiusmodi quæstionem mouens. Tancredus aũt notauit in d.c. proposuit, ꝙ nec exigere nec reddere debitũ dẽt ẽt ad mãdatũ ecclesiæ, q̃uis ob id excõicet: q̃a si eam cognosceret matrimoniali affectu, iam esset vxor, & fieri ei præiudicium. Si aũt fornicario affectu, mortaliter peccaret: & ideo parere non debet. Alij dicunt, ꝙ ad mandatum ecclesiæ reddere debet sine tñ suo præiudicio, qñ non est certus de seruili conditione vxoris, licet habeat inde aliquas præsumptiones. Secus si constet inde de seruitute vxoris, quia tunc reddere non debet, nec tenetur. Idem not. quod licet error conditionis deterioris seruilis impediat, vt dictum est, & dirimat matrimonium iam ꝯtum, non tñ error patris, uel melioris conditionis, ut si seruus ignoranter ꝯxit cum ancilla, quam credebat liberam: vel cum libera, quam credebat ancillam, quia non decipitur, nec habet quod ei obijciat arg. 30.q.2. per totum. extra de diuor. c. significasti. Præterea edictum tale prohibitorium est. Vnde qñcunq; non prohibetur, admittitur. Sed nunquid error libertinæ conditionis, vel adscriptitiæ, vel originariæ conditionis, impediat vel dirimat? dicendum quod non: sicut notauit H. 29.q.2. in c.1. Quia tales omnes sunt liberi, licet ad quasdam operas plus cæteris teneantur. Item si propter conditionem seruitutis matrimonium separatur, reddet vir vxori quicquid nomine dotis acceperit Martinus.

De clandestina desponsatione. Rub.

S V M M A R I A.

1 *Sponsalia quot modis dicantur clandestina. Et quare prohibeantur. 3.*
2 *Ciuitas vel castrum si fuerit interdicta, an publicet in præiudicationibus.*
3 *Sponsalia clandestina quare prohibeantur. Et an publicis præiudicent, uel econtrà. 6.*
4 *Conscientiarum genera quæ sint.*
5 *Iuramentum an deferatur semiplenè probanti.*
7 *Clandestinè contrahentes quam pœnam patiuntur.*
8 *Proles legitima quæ censeatur.*
9 *Episcopus si sententiam diuortij tulit inter duos, quamuis erroneam, & alter istorum authoritate episcopi ad secunda vota conuolauerit, proles ex hoc secundo matrimonio suscepta an censeatur legitima.*
10 *Constitutiones ẽt legitimorũ Apostolicæ sedis in prouincia omnes puniũt.*
11 *Episcopi an possint dispensare in pœnis illis, in quibus lator canonis sibi reseruauit.*
12 *Et nunqnid poterit absoluere mulieres.*

EGimus suprà de spõsalibus, & matrimoniis: & qm ipsa publicè, non clàm iubentur ꝯhi, ut dixi ĩ summa, de matrimonio. §. qualiter. dicamus de clandestina desponsatione, subaudi prohibita, sic s̃. de cohabitatione clericorũ & mulierũ. Vel sic: Qm̃ impuberes, de quorũ desponsatione proximè diximus, ꝓhibentur coniungi, nisi ex causa s̃. titulo primo. hoc seruetur, & causa diligenter examinetur, clandestina sponsalia ꝓhibemus: & sic videamus & apponamus specialẽ rubricã de clandestinis. Vel sic: Dictum est s̃. de sponsalibus in genere & specie: & quia qñq; palàm ꝯhuntur, quandoq; clàm. nam teste Salome, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, dicamus de clandestinis desponsa. exponentes, Quot modis dicantur sponsalia clandestina, Quare prohibeantur, Vtrũ clandestina publicis præiudicent, uel eꝯ, Quam pœnam patiantur clandestinè contrahentes, & sui præsentiam exhibentes.

1 Quot modis † dicantur sponsalia clandestina. [a] Et quidẽ quatuor, uel sex. Primò quia omittunt solennitates quædã, quæ ibi requiruntur de honestate, scilicet ꝙ benedictio detur in facie ecclesiæ, & vt sponsa ab his, sub quorũ dominio & potestate est, petatur & recipiat. & dotetur: & cùm ducta fuerit, biduò, uel triduo, sponsi orationibus uacent, castitatem custodiant: aliter enim sponsalia contracta adulterina creduntur: non tamen est peccatum, si omnia hæc non interueniãt: vt 30. quæstio. 2. capit. 1. 2. & 3. & per totum. Secundò matrimonia dicuntur clandestina: quia clàm contrahuntur sine aliquibus testibus, ut infrà eodem. capitu. 1. & 2. prohibetur autem, ne quis sine dote iuxta possibilitatem, & publicis nuptijs, id est, cõuiuiis, vel testibus publicè uocatis contrahat. vt 30. quæstio. 5. nullum. & iunge quod not. de sponsa. sub rubricella de matrimonijs §. qualiter contrahatur. sub §. quamuis autem. versicul. quid si matrimonium sine dote. Tertio modò dicitur clandestinum, quando aliquis contrahit sine licentia episcopi, ex quo semel legatus fuit alicui, etiam per verba de futuro: multo fortius, si per verba de præsenti & hoc dixit suprà, de sponsa. §. vltimo. versic. final. quod intelligo fieri non debere. etiam si bãna, de quibus sequitur, proposita forent, ut sic differat à sequenti. Hunc tamen modum non notauerunt Doctores, & hoc intellige etiã de maiori, id est, pubere: secus, de impubere. ille enim prima sponsalia non debet facere sine licentia episcopi. & is potest dici quintus modus. argument. suprà, titulo primo. ubi & capitul. accessit. & capitul. continebatur. & capitul. duo pueri. respõso primo. Item quia contra interdictum ecclesiæ: ut infra, de matrimonio contract. contra interdictum ecclesię. & iunge quod notatur infrà, de eo qui fur. ord. suscep. §. j. & is potest dici sextus modus. Quarto, quia licet ab episcopo licentiã impetrauerit contrahendi: vt notatur suprà, titulo primo. accessit. cõtinebatur. de illis. 1. §. 1. & capitul. duo pueri. non tamen debet contrahere, nisi præmissis bannis ecclesiæ: ut in consilio generali. infrà eodem. cum inhibitio. & alibi dicitur, quòd clàm facere videt, qui celauit aduersario. nec ei denũciauit, si modò timuit eius ꝯtrouersiã, aut timere debuit. nec secundum Seruium, cuius resupinam æstimationem sequi oportet, ne melioris conditionis sint stulti, quàm periti. ff. [b] qđ vi aut clam. l. 3. §. vlt. & l. seruus. Hoc aũt clam facere dicit. quando quis non præmissis bannis ecclesię contrahit, ut dictum est: sicut probat conciliũ generale. j. eo. cũ inhibitio. cuius uerba sunt hæc, Vnde prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo clandestina coniugia penitiùs inhibemus: prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus interesse præsumat. quare specialem quorumdam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogãdo statuimus: ut cũ matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesijs per presbyteros publicè proponatur cõpetenti termino præfinito, ut intra illũ qui uoluerit & ualuit, legitimum impedimẽtũ apponat, & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, utrum aliquod impedimentũ obsistat. Cùm autem apparuerit coniectura probabilis contra copulam contrahendi contractus, interdicatur expresse: donec quid fieri debeat super eo, manifestis, cõstiterit documẽtis, exponamus singula, Vnde prædecessorũ nostrorũ vestigijs inhærendo in his, quæ ritè statuerunt, ut hic, & suprà de iuramẽto calum. c. 1. sed ea quę malè dixerunt corrigere possumus, cum nõ habeat imperium par in parem: ut no. s̃. de elect. innotuit. quia salua honorificẽtia maiorum, & c. vt dixi in procœmio. respon. 1. sub §. de ipsius igit. ver. qui ergo diuersa rescripta. Coniugia, id est, matrimonia de præsenti. hæc enim uerba matrimonium, coniugiũ, synonyma sunt. ut not. s̃. de matrimonio. §. & unde dicatur. Quid ergo de sponsalibus? non uidetur, quòd ad ea hæc constitutio se extendat: & est uerum quo ad uerba, cũ in nullo loco istius constitutionis loquatur, nisi de matrimonio, uel coniugio, per uerba de præsenti contrahẽdo, ut apparet in litera. 1. per totum, sed puto, ꝙ mens aliud uelit, quę sequenda est: ut ff. de excu. tuto. scire oportet. Græca est. § aliud. & ideo ex mente dico, sponsalia clandestina, sicut cõiugia, uel matrimonia, prohibẽda, uel non bene prouideretur periculis animarũ, cum multis modis sponsalia firmentur, & postea æquiparentur matrimonio. ut not. suprà, de matrimonio. §. ult. sub §. ut autẽ. versic. præsumptorũ. & infrà eod. §. utrũ clandestina, uersi. quid si mulier. & ideo dixi in rubrica de clandestina desponsatione, non de clandestino matrimonio: vt utrumque includeret. & ad hoc infrà, c. 1. secundum quod exposui uno modo. infrà e. §. utrum. & patet suprà, in princi. summæ istius rit. Est & alia ratione videlicet homo admittat multas uxores, & mulier multos viros.

ADDITIONES.

a Quot modis dicuntur sponsalia clandestina. ¶ Adde doct. in rub. eod. titu.
b Clàm facere dicitur. ¶ Adde Doct. in l. clam posidere. ff. de acquir. pos. & Bar. in l. 2. C. de his qui ex publ. col. lib. 10.

viros, ſm ea quæ notãtur s̃. de deſpon. impube. §. quæ ſponſalia. quia ſicut in eo. §. continetur, quamuis cõſanguinitas probetur. & ſic ſoluantur ſpõſalia, nihilominus publicè honeſtatis iuſtitia intelligitur generata: quare conſanguinitas hincinde impedit. hæc tñ de conſuetudine non ſeruantur. & iunge quod notatur. j. eo. cõmento ſuper verbo contractus interdicatur expreſsè. Penitùs inhibemus, & j. pœnam apponimus. s̃. ſi quis verò. & ſeq. Ne quis ſacerdos, etiamſi parochialis non ſit, ſed & parochialis hoc prohibere debet, nec regularis aliquis debet intereſſe. vt j. eo. §. ſanè. Ex hoc autem, ꝙ ſacerdotibus & regularibus hoc ſpecialiter prohibetur, videtur ꝙ alij poſſunt ibidem intereſſe. ar. ff. de iud. l. cùm prætor. Vel dic, ꝙ ſacerdos accipitur pro quolibet clerico: vt s̃. de cohabi. cler. & mulie. c. 2. & c. ſi autem. & de pign. c. 1. 11. q. 1. de perſona. & eſt verum, qđ omnibus prohibetur laicis: quare omnibus dixi pœnitentiam iniungendã, his maiorem, & aliis minorem: vt dixi s̃. §. quam pęnam. ſuper verbo, cõmenti. ſed his tñ pœna ordinaria non videtur imponi, niſi ſacerdoti parochiali & regulari. Vel dic, vt no. j. eo. §. quam pœnam. ſuper ver. cõmenti regularis. Talibus, ſcilicet matrimoniis vel ſponſalibus clandeſtinis. Preſumat, ſed potius firmiter prohibeantur cõtrahi, quouſq; fuerint publicata. Quare, ſcilicet quia ipſa præcipimus publicari, ne pericula animarum inde proueniant, ſi clandeſtinè contrahantur. Speciale quorundam locorum, puta Beluacenſis eccleſiæ, & quarundam aliarum. vt s̃. de ſponſa. cùm in tua. & j. qui matrimo. accuſ. poſſunt. cùm in tua. Conſuetudinẽ, de ſpeciali conſuetudine & ſpecialiſſima generali, & generaliſſima dic, vt s̃. de conſuetud. §. & de virtute. Generaliter prorogando: & ſic hæc conſuetudo hodie facit ius, [a] & approbatur: quia rationabilis viſa eſt: vt s̃. de conſuetudi. c. vlti. Statuimus, id eſt, firmum ius facimus, vt cum matrimonia, ſubaudi ſiue ſponſalia, vt dixi s̃. ſuper illo verbo, coniugia. In eccleſiis, non ergo in alijs locis. arg. s̃. de reſcrip. ca. cùm dilecta. prope finem. vel dic, ꝙ hic non eſt vis, dummodo parochianis hoc publicet ſimul vocatis, & coadunatis: ſicut dixi s̃. de elec. §. vbi fieri debet. Ideo enim dicit in eccleſiis: quia ibi etiam nõ vocati coadunantur ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis: vt s̃. de parochiis, & diebus Dominicis. 2 † Quid ergo, ſi ciuitas vel caſtrum fuerit interdictum, publicetur in prædicationibus: vt j. de ſenten. excom. reſponſo. & ſic non deneget ſacerdos vocem ſuam captiuis continere nequeuntibus: ſed benedictionem non præſtet. cùm ipſam exceptam non inueniam à generali interdicto. ſolus enim baptiſmus & pœnitẽtia morientium, & cruce ſignatorum, ac peregrinorũ, atque viaticum, & confirmatio epiſcopalis excipiuntur, niſi occaſione priuilegij Apoſtolici aliud contingat vt s̃. de ſponſa. non ex verbis. & j. de pœniten. quod in te. & de ſenten. excom. Reſpon. & hoc intelligas vbi, hi qui petunt publicationem fieri, ſunt maiori excõicatione ligati. nam tales nullatenus audiet ſacerdos, cùm nõ debeat eiſdem participare. s̃. quod met. cau. ſacris. & patet in his quæ notantur. j. de ſenten. excommu. §. & quæ ſit pœna. Quid ergo ſi tales contrahant, & poſtmodum legitimum impedimentũ appareat: nũquid proles illegitima cenſebitur? & eſt dicendum, quòd ſic: ſi excommunicatio iuſta fuerit. argu. ſuprà, de conceſ. præbend. quia diuerſitate. ff. de regu. iur. quod quiſque ex culpa ſua damnum ſentit. infrà, de clerico excommunicato. mi. ſi celebrat. Presbyteros, ſcilicet parochiales: quia ad illos pertinet: vt dicam infrà, quòd ſanè ſubauditur, vel per alios de mandato & cõſenſu presbyterorum parochialium, quia feciſſe videtur, qui per aliũ fecit. s̃. de offic. delega. in literis, ſuprà, de ſenten. excom. mulieres. Publicè proponatur, id eſt, in publico, ſiue in communi, ita quod omnes audiant, ne decætero poſſit cauſari ignorantia: vt dixi infrà. §. quam pœnam. verſicu. ſanè. fit ergo hæc publicatio propter ignorantes. Quid igitur, ſi tota patria hoc nouit ſicut fuit, quando tractabatur matrimonium inter dominum Ludouicum regem Francorum, filium Ludouici, qui Auenionem obſedit, & accepit dominam Margaritam filiam domini Raymundini Berengari, Comitis prouinciæ. qui etiam Hen. III. regi Anglorum aliam filiam ſuam. Elymor nomine matrimonialiter copulauit, nunquid dicentur matrimonia illa clandeſtina, ex eo quòd ſolennitas iſta ibidem obſeruata non fuit? Non videtur, quia certi certiorari non debent: vt s̃. de elect. cùm inter vniuer. & ff. de actio. empt. & vendi. l. 1. in fin. maximè cùm per dominũ Papam Grego. IX. fuerunt illa matrimonia approbata: vnde nõ egent alio adminiculo. argu. C. de teſtament. omnium. & ſuprà, de conſtit. eccleſia. & de electiõ. ſignificaſti. ex quo pars maior hominum hæc ſcit, lata culpa eſſet hoc ignorare: vt ff. de verborum ſignifica. latæ culpæ. 16. quæſt. 1. quod dicitis. & s̃. de poſtu. præla. cap. 1. & hoc ſcilicet, ꝙ banna proponantur, non admittit etiam hodie conſuetudo in magnarum matrimoniis, ſicut Comitum, Marchionum, & conſimilium: quod poteſt concedi, ꝙ non ſit neceſſe banna proponi, quando vocat vxorem à remotis partibus & publicè nuncios mittit: ſic enim in facie eccleſiæ cõtrahi poterit matrimoniũ inter ipſos, nec offenderetur mens iſtius conſtitutionis. tutius tamen eſt, ut in eccleſia proponatur publicè in hoc caſu & aſſignetur terminus, uſque in diem craſtinam, in qua deſponſetur: ut ſic ſeruemus mentem & uerba. ideò ſequitur, Competenti termino. quaſi dicat, ſecundum quod eſt publicatum & diuulgatum per famam, diu eſt: ut s̃. prox. dixi. uel modo de nouo propoſitum poterit breuior, & debebit prolixor terminus aſſignari. eſt arg. ad id quod notat. s̃. de ſpon. §. & qualiter. uel die competenti, id eſt, trino. ſimilis expoſitio j. de ſent. excommuni. ſacro. arg. s̃. de uita & hone. cleric. c. fi. & de conſti. ex literis. 12. quæſt. 2. indignè. & hoc innuunt decre. quæ dicunt, banna proponenda in plurali loquendo. s̃. de ſponſa. cum in tua. j. qui matri. accu. non poſſ. c. fi. ergo ſaltem duo termini aſſignãdi ſunt. argu. 4. q. 3. uerſi. item numerus §. ſic expone reſoluendo ſingularitatem in pluralitatem, ſicut fit è conuerſo. j. de priuilegio. ut priuilegia. in fin. dico tamen hoc arbitrarium, ſecundum ea quæ not. & ſic aliquando tres terminos, aliquando vnum terminum aſſignabit. arg. hic, & s̃. de conuer. coniuga. ex publico. & c. de inge. diffamari. & ff. de optione legata. mancipiorum. ſicut & not. s̃. de dolo, & contu. §. qualiter deprehendatur. & uer. ſeq. Sed quis arbitrabitur in hoc caſu? Certè & parochialis ſacerdos, cui hoc cõmittitur. & j. uer. & ipſi presbyteri, niſi forſan inhibitio ſuperioris extet, uel ſtatutũ aliquod ſynodale. ut patet in his quæ not. j. de pœni. §. cui confitendũ ſit. reſpon. 1. uer. nec in hoc requiro, & ſequentibus. in quo caſu eſt ad inhibentis arbitriũ recurrendum. arg. s̃. de maio. & obe. cùm inferior. Quin uoluerit, & ualuerit, id eſt potuerit. & hoc ideo dicit, quia quilibet admittitur ad impediendũ futurum matrimonium non firmatum: ut s̃. de ſponſa. præterea. 2. j. de cogna. ſpirituali. tua nos. hoc uidetur cõtradicere s̃. de ſpon. cùm in tua. ſed aliquoties impeditur quis infirmitate, uel annis puerilibus. ut j. qui ma. accu. poſ. c. fin dicã in ſumma ipſius titu. ſub rubricella, quæ exceptiones. uerſi. excuſatur tñ qđ dic ut not. s̃. de ſpõn. §. ſi. uerſi. item octauo. & uerſi. item tertio. Legitimum, id eſt, uerum & iuſtũ: nam ſi malitioſum apponat, canonicè punietur: ut j. eod. §. ulti. & ex hoc quod dicit legitimum impedimentũ. & j. eo. c. §. pari. apparet quòd hæc conſtitutio in quolibet iuſto impedimento locũ habet, non ſolùm in gradu prohibito: ut dixi in eod. cap. §. pari. & præcedenti. & ideo hic etiã ſequitur, aliquod iuſtum impedimentum obſiſtat. Et ipſi presbyteri, ſcilicet parochiales. ut j. eod. c. §. ſanè. Nihilominus, ſcilicet non obſt. ꝙ in eccleſia publicauerunt: & cõpetentem terminũ aſſignauerunt, quamuis nullus appareat, qui aliquod opponat. Nihilominus, id eſt, non ideo minus inueſtigent, id eſt, per ſe ex officio ſuo diligenter inquirant: ſcilicet ab antiquioribus conſanguineis & uicinis, qui melius præſumũtur ſcire ueritatẽ. ut j. qui ma. accuſ. poſ. videtur. hoc tamen intellige ſecundũ ea quæ not. j. qui ma. accu. poſ. ſub rubricella, libellus accuſationis, uer. ſi ergo aliquis. & præceden. Vtrum aliquod impedimentũ obſiſtat. nota igitur, quod quãtumcunque partes renuncient productioni teſtiũ in matrimonialibus cauſis, ſicut iam uidi de facto, & quantuncunque iurent, ꝙ ulterius non probabunt, ſed renunciationi ſtabunt, non obſtante tali iuramento, iudex ex officio ſuo ueritatẽ debet inquirere, quouſque certificetur: ut hic, & s̃. de ſpon. ſicut. in fi. conſultationi. & s̃. de iureiur. quemadmodũ. § vlt. & c. ad noſtrã. 2. & j. de conſan. & affi. ca. 1. & totũ arbitrio boni iudicis cõmittitur. ut s̃. de ſpon. cũ in tua. quaſi in medio. & j. de frigid. & malefi. fraternitatis. & c. ult. s̃. de proba. cùm cauſam. 30. quæſt. 5. iudicantem. s̃. de fide inſtr. cùm Ioannes. ad fin. quia de tanta re ſegnius agendum non eſt. ut 42. diſt. quieſcamus. 61. diſt. miramur. 7. q. 2. c. fi. ff. de Carbo. edicto. l. 1. § 2. Cùm autẽ apparuerit probabilis coniunctura, id eſt, probabilis præſumptio, exemplũ s̃. de teſt. ſuper eo. 2. §. 1. & de ſpon. præterea. 2. & j. de conſan. ſuper eo. Contractus interdicatur expreſſè, id eſt, ſpecialiter: ut not. j. § quam pœnã. uerſi. ſanè & dic contractus ſponſaliorum non firmatorum iureiuran. uel fide data, multo fortius nullo modo contractorũ. de hoc no. s̃. de ſpon. 2. quis ſit effectus. & § vlti. verſic. fina. & ex hoc habes, ꝙ nullus debet cõtrahere etiã ſponſalia ſine licentia eccleſiæ: & eſt ratio, vt not. s̃. eo. §. ſub verbo, coniugia. & dic ſine licentia presbyteri parochialis, intelligas quando contrahentes ſunt puberes: ſecus puto in impuberibus: quia ibi licentia epiſcopi requiritur. Itẽ in diſſoluendo, vt dixi s̃. verſi. 3. & verſi. 4. & de ſpon. ver. fi. & licet hoc cõueniat mẽti iuris propter pericula, quæ inde proueniunt: vt patet j §. prox. & §. vtrũ. ver. 1. tamen ſi hoc in ſponſalibus nõ ſeruetur: ſicut nec cõſuetudo ſeruat taliter, cõtrahens nullã pœnam ordinariã patietur, arg. ff. de pœnis. ſi præſes. & iunge quod not. j. eod. §. quam. verſicul. nunquid idem. Donec quid fieri debeat:

ADDITIO.

a Conſuetudo hodie facit ius. ¶ Adde text. in c. conſuetudo. j. di. §. ex non ſcripto. Inſti. de iu. na. Car. Zaba. in c. fi. de conſue. idem Car. in cap. non ſatis. in j. op. de offic. archi.

beat: scilicet, vtrum debeant coniungi, vel non. Super eo manifestis constiterit documentis, id est, instrumentis, vel testibus: ut not. s. de fid. instr § quid sit instrumentum. quia super re incerta, & c. vt 11 q. 3. graue. & apparet. j. §. quare prohibeantur: quòd sic hoc interdicto spreto contraxerint, vide pœnam. j. eo. §. quæ pœnam. versi. si quis.

3 Quare † prohibeantur. Et quidem quia qui malè agit, odit lucē: vt s. de off. deleg. consuluit. & ideo prohibentur etiam clandestinæ electiones: vt s. de elec. quia propter. in fi. tenebræ enim aptæ sunt ad suscipiendum partum: vt ff. de uetre inspi. l. 1. §. mittatur. prohibentur etiam propter periculum animarum: quia mutata voluntate alterius sponsorum non potest fieri fides Iudici: vnde conuolant ad secunda vota, & parant sibi laqueum. nam in iudicio animæ consuletur eis, vt non reddant debitum contra conscientiā, in foro autem iudiciali excōicabuntur, nisi reddant: tolerent ergo excōicationem: vt j. de sent. excommuni. inquisitioni & s. de rest. spo. literas § pen. Nemo enim contra conscientiā uenire debet: ut ibi. & s. de præscrip. cap. fi. & de seruit. in ordi. fa. cap. unico. 28. q. 1. § 1. † Hic tamen not. φ conscientiarum alia temeraria, scrupulosa, siue sin derisiua, & de hac potest intelligi. l. C. de fide instru. l. ult. ante fin. ibi, cùm forsitam quidam sub tali reuerentia tenti. & c. j. de simo. & si quæstiones circa princ hanc habent plerique simplices Theologi. Alia dura, uoluntaria, uel capitanea, seu sensualis, ubi quis non timet peccare publicè, & de peccatis suis etiam gloriari. j. de exces. præla. quàm sit graue. in auth. de restitutio. & ea quæ pa. in 11. mense. § unum siquidē. collatio 4. & hanc plerique Legistæ habent, iudicātes de peccatis, pro bene placito uoluntatis, non credentes peccare, dummodo secundum legem humanā iudicent: quia qui peccat legis authoritate, excusatur. 23. quæstio. 4. qui peccant. ergo secundum ipsos fornicari peccatum est. ff. de concubin. l. 1. Sed certè malè dicunt, ut apparet in his quæ not. s. de sponsa. sub rubricella, de matrimoniis §. quid sit matrimonium. uersi. φ autem. in prin. & seq. tales decipit inimicus, in lucis angelum se transformans. s. ne cleri. uel mona. non magna. Alia modesta, iusta, seu rationabilis. ut in bonis canonistis, ad quos nedū laici: sed & religiosi in casibus multis, quos potes exēplificare: per ea quæ no s. de præscri. rerum immobili. §. quæ sunt necessāria. uers. mihi uidetur & seq. recurrere debent pro conscientiis informandis: ut j. de simonia. per tuas. 2. j. de senten. excommu. inquisitionis. s. de censi. significauit & s. de iure patro. cura. s. de statu mona cap. penul. & c. seq. s. de uita & honestate clericorum. ut clericorum. s. de offi. ordi. irrefragabili. s. de constitu. cap. 1. & cap. ne innitaris. & c. fin & in concordantiis signatis. s. eod. uersicu. nemo. & præcedent. ideo dicit dominus noster, quòd decet & expedit, ut conscientię puritati non desit iudicium rationis: ut in authen. d. enim de regularibus. extrà. non solum. §. licet igitur. Ergo prima angelica, secunda bestialis, tertia uerò rationalis potest dici. Igitur si qui primò clàm cōtraxerint: secundò unus ipsorum in facie ecc esiæ ad secunda uota conuolat, compelletur secūda uota tenere Quamuis enim uera prima sponsalia: tamen credenda nō sunt, nisi manifestis iudiciis comprobentur, nisi manifesto iudicio conuincātur, nisi in iudicario ordine publicentur. ut 30. quæstio. 5. §. his ita. ecclesia. ergo non iudicat de occultis, sed solus Deus, ut ibi. & j. de simo. sicut. in fine. & cap. seq. in fine. & ideo multoties ligatus per ecclesiam, absolutus est apud Deum: & contra. j. de senten. excommunica. à nobis. 2. quod dicut not. s. de despon §. & qualiter. uersic. item octauo. & uersic. item tertio † Sed nunquid defertur iuramentum semiplenè probanti: dic ut not. de iureiuran. sub §. tunc redeundum. §. & sub quibus. in illa quæstione: & uersi. quid de causa monachationis. & not. φ quamuis clandestina matrimonia prohibeantur fieri, facta tamen tenent, si aliud impedimentum non subsit. j. eod. cap. 1. 30. quæstio. 5. nostrates. in fine. sed obiicitur suprà de feriis, capellanus. salua tamen pœna, sine pœnitentia, quæ semper est infligenda. Quid si tales redeuntes ad cor, secunda uota renuunt, & ad terram ignotam aufugiunt, ibi confitentes peccatum suum, & agendo pœnitentiam de commissis: & quidem si cum licentia Iudicis non excōmunicati transeunt, tuti uidentur: sin autem excommunicati, uel sine licentia excommunicari possunt, & quocunque uadant, debent sententiam obseruare. eis enim periculosum est, si se ingerant. j. de cle. excommu. mi. illud. §. illud communicantes autem reddit probabilis ignorantia excusatos. ut j. de cleri. excom. mi. Apostolicæ. & uide quod not. s. de dolo & contu. sub rubricella de contumacia. §. qualiter deprehendatur.

6 Vtrum † clandestina publicis præiudicent, uel econtra. Et quidem, si antequam secunda uota perfecerint publicè ambo sponsalia clandestina, ipsum matrimonium clandestinum uoluerint ecclesiæ uoce persona publicare nisi iusta causa impediat, sunt ab ecclesia admittenda, & perinde est, ac si ab initio in faciem ecclesiæ contraxissent: ut j. e. c. 2. & j. de cons sang. & affi. ca. 1. & sic intellige dictum Gratiani, quod habet 30. q. 5. §. his ita. & finem illius decre. 30. q. 5. aliter. ibi, nisi uoluntas propria, &c. Et est hoc verum, quò ad firmitatem matrimonij, quod & ante approbationē firmum erat. s. de feriis capellanus. & quo ad probationem ecclesiæ, non tamen omnino quo ad legitimationem filiorum, quamuis aliqui contra sentiant: de hoc tangitur. infrà eod. § proxi. uersic si quis autem. & uersi. pari modo. Quòd si mulier uel uir negauerit, uiro incumbit probatio, id est, illi qui pro matrimonio stat. ut j. eod. c. p. 1. nam si uir negat matrimonium contractum, & mulier asserat, hic muliebris sexus conuertitur in uirilem, & econtrà: & sic dicitur mulier uir à uirtute animi: & mulier à mollitie cordis: ut 32. quæstio. 6. §. sed illud. Ambros. & hæc expositio bona est, si testes appareant: aliàs propriè ponitur, uiro. q. d matrimonium per testes probari non potest, tamen coniuges confitentur sponsalia, si uir dicat matrimonium firmatum per carnis copulam. & mulier neget, uel econtrà standum est uerbo uiri: quia caput est mulieris. ut 33. quæstio. 5. cùm caput. & quæstio. 1. si quis uxorem. nam si iuret se cognouisse, creditur ei: ut s. titu. 1. continebatur. respons. 1. idem si iuret se non cognouisse: ut s. titul. 1. duo pueri unde expone, si quis clàm, subaudi cognouerit aliquam scilicet quam publicè desponsauerit, scilicet per uerba de futuro, sicut uterque confitetur, mulier, uel uir, &c. desponsationem, subaudi firmatam carnali copula subsequente, uiro incūbit probatio: scilicet, quia statur iuramento suo: & secundum hanc expositionem apparet, quòd hæc prohibitio non solum in matrimonijs, sed etiam in sponsalibus locum habet, ut not. s. eod. §. quot modis super uerbo, commenti coniugia. uersic. quid ergo. hoc autem quod dicit, standum est iuramento uiri, asserentis se mulierē cognouisse: bene uerum est, nisi ubi uir iurauerit se ipsam cognouisse, mulier probet se uirginem per aspectum: ut dicam j. de frig. §. qualiter. uersi. sin autem maritus. Item quod dixi, standū esse uerbo uiri, iurantis se non cognouisse mulierem, cùm mulier contrariū asserat: intelligas quando & uir ipsam probat uirginem per aspectū: alioquin mulieri pro matrimonio statur: ut apparet in superioribus. & in his quæ not. j. de frig. §. si φ si marito, & sequentibus. & sic habes, φ clandestina præcedentia præiudicāt matrimoniis publicis contrahendis: quod credo uerum ibi, ubi ambo contrahentes hoc confiterentur: etiamsi secunda firmata sunt iuramento, uel fide data: quamuis secūdis fiat elusio: quia in dubiis tutior uia & certior, respectu animæ, est eligenda: alij tamen contradicunt. arg. j. de consanguinita. & affini. super eo. Sed certè pro me facit potius, quàm contra: & hoc etiam quod dixi comprobatur s. de sponsa. iuuenis. j. de cleri. excommuni. mi. nam illud. & hæc tutior est, quia minus malum est, si semel deiiceretur, quàm imperpetuum adulteretur: ut 30 quæst. 7. quid in omnibus adulterio grauius. Item non præsumo, quòd aliquis debeat deierare. arg. 1. quæstio. 7. sancimus. uni tamen contrahentium non crederetur in præiudicium seruorum: dummodò sponsalia iurata essent, secundum quosdam. ut j. de sponsa. præterea. 2. quod dic, ut not. s. de spon. § & qualiter dissoluantur. uersic. item tertiò. Matrimonia autem secundo loco publicè contracta, in foro iudiciali præiudicant, præcedentibus clandestinis, scilicet, qui per testes legitimos probari non possunt. sed in pœnitentiali secus, ut not. s. §. quare ergo stat ecclesia publicis: quia diuinare nō potest: ut s. ut benefic. eccle. ut nostrum. § 1. nec unquam credendū est sponsis, etiamsi ambo uel omnes pro primo clandestino confiteantur: ex quo antequam secundum contraheretur, non fuit facta fides ecclesiæ per testes, uel confessionem: ideo si quis bina coniugia clandestina contraxit, in potestate sua est ab initio, φ maluerit publicare. Sed caueat sibi, ne primitiùs secundum publicet: nam posteà non crederetur, quòd aliud præcessisset, nisi per testes probaretur: & hoc iustè dicitur: aliàs multoties colluderentur adinuicem sponsi: ut infrà, de eo qui cogno. consangui. vxor. suæ. super eo. & s. de testibus. super eod. 2. & infrà, de consangui. & affini. super eod. & idem esset, si in præiudicium spiritualis matrimonij confiteretur, puta solennis uoti. argu. j. eod. quod nobis. & ideo dicunt quidam, quòd exponi debet, uel, disiunctiua pro, &: ne sit contrarium infrà, de rap. cùm causam. sed uide super hoc quod no. j. de eo qui cogno. consangui. uxo. suæ. §. & quid iuris. uersic. illud notandum. & dic ut ibi dixi. Quid si petit diuortium fieri inter me & uxorem meam, illa ratione, qua dico me aliam uiuam habere, non probo: nunquid mortua illa contra quam agebam, contrahere possum? Vel quid si iuro de aliqua, quā peto, quòd uxor mea est: ipsa uerò nihilominus propter defectum probationis absoluitur. nunquid ea uiuente possum contrahere cum alia? Dicas, quòd in talibus, & cōsimilibus sum meæ conscientiæ relinquendus. s. de iureiurando. mulieri. 32. distin. habuisse. Sed pone, quòd talis uenit ad episcopum, dicens: Domine, ego uolo cōtrahere cum tali secundo, ex quo primam absoluistis: non debeo, nisi præmissis bannis. ut j. eod. cùm inhibitio.

inhibitio, ideo peto, quòd mandetis ſacerdoti meo, quòd hoc publicet in eccleſia, ſicut debet: quid conſules epiſcopo in hoc caſu? nam ſi admittat petitionem: ergo tacitè uidetur dare licentiam cōtrahendi: ſi non admittit, eodem modo videtur ea denegare: ſed neutrum facere debet, ut ſuprà, de iureiuran. mulieri. Reſpōdeo, ita dicet epiſcopus: Chariſſime, tu iuraſti, ꝙ cum tali, quam iam abſoluimus per verba de præſenti, contraxeras. licentiam publicandi tibi negare non poſſumus, cum te tuæ conſciētiæ relinquere teneamur. arg. 38. diſtin. de his. placet ergo nobis, & ſuſtinemus quòd presbyter hæc banna proponat. nos tamen propter hoc non intendimus tibi dare expreſsè, uel etiam tacitè licentiam aliquā contrahendi, imò obteſtamur te ſuper aſperſione ſanguinis Ieſu Chriſti, quòd ſi ſcis verum iuraſſe, nullatenus ſecundò contrahas: nec contra tuum uenias iuramentum: ꝙ ſi feceris, à ſanguine tuo mundæ ſunt manus noſtræ. 43. diſtinct. Epheſis. & ſimi. quod no. s̃. de uoto. §. quot ſint ſpecies ſub §. votorum. verſi. quid ſi is qui ſimplex uotum. & ſeq.

7 Quam pœnam † patiantur clandeſtinè cōtrahentes, & ſui præſentiam exhibentes. Et quid ſi primo modo peccent aliqui, ſed tribus vltimis non offendāt? Non eſt peccatū per omnia. vt patet §. j. ver. primo. ideo dixi ꝑ oĩa: qa ſi ſine benedictione ſolenni, vel oblatione in eccleſia more ſolito facta, ſponſus ſponſam ſuam carnaliter cognouerit, uterq; peccat: quia uenit contra generalem conſuetudinem eccleſiæ, & contempror conſuetudinis eccleſiaſticæ, ſicut præuaricator legis diuinæ punitur, ut 11. diſt. in his. Sin autem ſecundo modo deliquerint, primū uerò terminum & quartū non offenderint, patiuntur pœnam aliquando perpetuæ excōmunicationis, aliqñ perpetui adulterij: ſcilicet ſi antequam ipſum publicauerint, ad ſecunda uota tranſierunt, ſecundū ea quæ notan. s̃. eo. §. quare. & §. vtrum. Quid ſi à primo, ſecundo & quarto abſtinuerint: ſed in tertio deliquerint? iniungenda eſt pœnitentia contrahentibus, & vt puto, ſcienter præſentiam ſuam exibentibus, licet minor: ſecus, ſi præſentes habuerint bonam fidem: quia credebant, ꝙ haberent licentiam, vel quia neſciebant, ꝙ cum alia contraxiſſet. argum. s̃. titul. j. duo. in fin. & ĩ. de diuor. porrò. & 33. q. 2. ſeculares. & s̃. de ſpon. c. 1. & cap. cum Apoſtolica. & c. ad id quod. Si verò in ſolo quarto deliquerint, puniuntur contrahentes, & ſui pœnitentiam exhibentes, prout legitur in concilio generali. ĩ. eod. cū inhibitio. cuius uerba ſunt hęc.

8 † Si quis uerò huiuſmodi clandeſtina, uel interdicta coniugia iure præſumpſerit, in gradu prohibito, etiam ignoranter ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium: cum illi taliter contrahendo nō expertes ſcientiæ, uel proximo ſaltem affectatores ignorantiæ uideantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum præter omne interdictum etiā in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumpſerunt. Sanè ſi parochialis ſacerdos tales coniunctiones prohibere contempſerit: aut quilibet regularis, qui ei præſumpſerit eſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur: grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed his qui taliter copulari præſumpſerint, etiam in gradu conceſſo, condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam malitioſum impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem. ut ĩ. eod. cum inhibitio. §. ſi quis. vſque in fi. ſic patet ꝙ puniuntur in filios, & etiā in ſeipos clandeſtinè contrahentes. Si quis uerò huiuſmodi clandeſtina, ſcilicet non ſeruata ſolennitate, de qua dixi ſuprà. §. 1. uerſi. 4. Vel interdicta: ſcilicet per ſacerdotem, probabili coniectura apparente. ut s̃. uerſicul. quartò. In gradu prohibito: puta quarto, uel citra. ut ĩ. eod. cùm inhibitio. in princip. & ĩ. de conſang. & affi. non debet. Nunquid idem in alio quouis impedimento legitimo? Non uidetur: quia cùm hoc pœnale ſit, reſtringendum eſt. arg. de pœn. diſt. 1. pœnæ. ff. de pœnis: ſi præſes. & l. interpretatione. & ſuprà de conceſ. præb. conſtitutus. & de his quæ fi à ma. par. capituli. quæſiuit. & ſic erit hoc ſpeciale in gradu ꝓhibito; ſicut & illud, ꝙ in hoc caſu denegatur uxoris reſtitutio. & s̃. de reſti. ſpo. literas. §. præterea. ſecundum quod quidam ibi exponunt, præſertim: id eſt, maximè: ſed puto idem in quolibet legitimo impedimento, ut patet in §. pari modo. ĩ. eod. nā eadem ratio debet nos mouere, quæ & Papā moueret: ut s̃. de reſcriptis. ſuper literis. in fin. idem in ſimilibus iudicādum, ut s̃. de reſcriptis. inter cæteras. & præſertim ſupra dictum exponendum eſt, id eſt, maximè. Etiam ignoranter: quia & ſi ſcienter illegitima eſſet proles. etiamſi in facie eccleſiæ contraxiſſe: ut ĩ. eo. ca. §. pari. De tali coniunctione, ſcilicet clandeſtina, uel interdicta. quod dic ut s̃. expoſui. Suſcepta, id eſt, nata, intelligas antequam matrimonium per eccleſiam fuerit approbatū nam ſi poſtea naſceretur, licet antea generata & concepta eſſet, legitima cenſeretur: ut ĩ. qui filij ſint legiti. quod nobis. aliqui uerò hoc largius intelligunt: quòd dic ut not. ĩ. qui filij ſint legiti. §. an vtrunq; genus ſuccedat. ver. item ſecus, ſi clàm contraxerūt. Illegitima & ſi non ſuccedet: ut dicā ĩ. qui filij ſint legiti. §. an vtrūque genus ſuccedat: apparet ergo, ꝙ ſi q contra interdictū eccleſiæ contraxerint, impedimentū ſciētes, quāuis denūciatio facta fuerit in eccleſia, ſi poſtea inter ipſos ex iuſta cauſa diuortium celebretur, filij legitimi remanent, quantumcunque parētes habuerint bonam fidem. de hoc ĩ. de matr. contra. cōtra interdict. eccle. §. quid iuris. verſi. ſi perpetuam. & ĩ. eod. ver. etiam in conſpectu eccleſiæ. & ſequent. De parentum ignorantia: quaſi dicat, licet in multis articulis debeat eſſe ignorantia excuſatri: ut s̃. de conſtitu. cognoſcentes. & de reſcript. inter literas. & ff. mandati, ſi procuratorem. §. ſi ignorantes, quintò etiam in hoc caſu ſi alter tm̄ coniugum impedimentum ignoret, proles legitima remaneret: dummodo in facie eccleſiæ contraxiſſent. ĩ. qui fil. ſint legiti. ex tenore, quia non poteſt eſſe partim liber, & partim ſeruus. ut C. de ſtatu liberorum, ſi duobus, quamuis Laur. contradixerit per I. C. de inceſtis nuptijs. qui contra. tamen ex quo clandeſtinè, uel contradict. eccleſiæ contrahunt, non excuſantur: quamuis ambo, parentes aliàs probabiliter ignorauerint. Taliter, ſi clandeſtinè, uel contra interdictum eccleſiæ. Nō expertes ſcientiæ, uel proximo affectatores, & ca. videantur, id eſt, præſumantur: & eſt præſumptio iuris, & de iure, quare ꝓbatio in contrariū non admitteretur: ſuper quo uide s̃. de præſumptionibus. §. quot ſpecies. verſi. alia iuris; & de iure. & ideo puniuntur contrahentes ratione doli, ſeu fraudis, ſeu inobediētiæ. Primo modo, id eſt, pari ratione quam proxim. dixi. Impedimentum, ſcilicet gradus prohibiti: ut §. proxi. §. imò quodcunque impedimentum probetur, idem iuris uidetur: quia eadem eſt ratio, ut dixi. magiſter tamen meus intellexit ſuperiorem §. in gradu prohibito impedimento tantùm: hunc autem generaliter, ſicut uerba ſonant: ſed non curo iudicare: quia litera occidit. ut s̃. de ſacra vnc. capitulo vnico. §. peu. ĩ. de verb. ſignific. intelligentia. & cap. in his. Etiam in conſpectu eccleſiæ, ſcilicet cùm ambo malam fidem habent, ut præcedit. Secus ſi alter bonam fidem haberet: ut dixi §. proximo. ſic ergo in duabus caſibus ꝓles illegitima cenſetur: ſcilicet ſi parentes clandeſtinè, uel contra interdictum eccleſiæ contrahant, quamuis ambo impedimentum ignorent, ut notatur s̃. proximo verſiculo. in gradu ꝓhibito. & ſeq. & ſi ambo ſcientes impedimentum etiam in facie eccleſiæ contraxerint. & hoc verum intelligo, ſi matrimonium parentibus viuentibus fuerit accuſatum. & diuortium celebratū. Nunquid ergo poſt mortem parentum quæritur, de hoc matrimonio, vel ēt poſt mortem alterius tantùm? Videtur ꝙ ſic ĩ. qui filij ſint legitimi. lator. & capitulo cauſam. Sed contra qa poſt mortem nemo accuſari poteſt. trigeſimatertia quæſtione ſecunda. admonere. circa tertiam partem primæ colummæ, & vigeſimatertia diſtin. quorundam. & C. ſi accuſa. uel re. mor. fuer. l. prima, ſecunda, tertia, & quarta. Quicquid in hoc caſu alij dixerint, diſtin. an ipſis viuentibus matrimonium fuerit impeditum: & tunc nihilominus quæreretur de ipſo poſt mortem, ratione hæreditatis. & ſic poteſt intelligi lator. & concor. argumen. C. ſi accuſa uel re. mor. fu. l. ult. & C. ne de ſta. defun. quamuis non quo ad detegendum delictum parentum, uel eos puniendos: qa mortui puniri poſſent, nec conueniri: ut s̃. de reſcrip ſignificauit. & ff. quæ ſenten. ſine appellatio. reſcind. l. penult. Quòd ſi parente uiuente matrimonium non fuerit impeditum: adhuc putò de hoc quæri poſſe, intra quinquennium ratione hæreditatis, & ſic ſimiliter poteſt intelligi, lator. elapſo autem quinquennio quæri non poterit: ut C. ne de ſtatu defun. in rub. & l. ſi mater. & ſic intellige caſum expreſſum ꝑ hac uia. ĩ. qui filij ſint legi. peruenit. vñ quod dicit decretalis, decennio. ĩ. de coniug. ſeruo. licet in facto conſiſtat: ſic enim de facto contigerat: ſed idem eſſet de quinquennio, ut ꝓbant alia iura, quæ dixi. & hoc intelligas uerum, quo ad illos qui in eccleſiæ facie contraxerūt ut dicunt iura pręallegata: iniquum em̄ eſſet, ſi ex quo in facie eccleſiæ contraxerunt, & tanto tempore ſimul quietè mā̄ſerunt deberet poſt mortem ipſorū proles illegitima iudicari: ut ĩ. qui filij ſint legiti. cùm inter. ĩ. ueterem. & c. referente. & patet in his quæ notantur s̃. de ſponſa. ſub rubrica de matrimonij. §. qualiter contrahatur. uerſi. conuincuntur ergo, & ſequenti. Secus puto de his qui clandeſtinè, uel contra interdicta eccleſiæ contraxerunt: ibi enim in perpetuum quæri poteſt, quamuis parentes mortui ſint: in quo caſu manifeſtè loquitur infrà, qui filij ſint legiti. cauſam. & capit. cauſam. quod uerum eſt, niſi & in publicum clandeſtinum fuiſſet, poſtea ante quęſtionem motam publicatum eccleſię, & ſolennizatum: nā ſi hoc eſſet perinde iudicabitur de prole ſuſcepta, id eſt, nata poſt publicationem & approbationem eccleſię, quamuis antea generata: & de alijs ac ſi ab initio in facie eccleſiæ contraxiſſet, ut notatur ĩ. eodem capitulo ſecundo. in fine. & infrà, qui filij ſint legitimi. tantà. & capitu. quod nobis. ſuper quo uide quod notatur ſuprà eodem. §. utrum clandeſtina. reſponſo primo. Vnum tamen nota

9 circa hanc materiam, † quòd ſi Epiſcopus ſententiam diuortij [a] tulerit inter duos, quam erroneam, & alter iſtorum authoritate eiuſdem epiſcopi ad ſecunda vota conuolauerit præces ex hoc ſecundo matrimonio ſuſcepta debet legitima iudicari: vt infra qui filij ſint legitimi. perlatum. §. finali. quod intelligas. etiamſi poſtea reperiatur eccleſiam deceptam fuiſſe. argument. infrà, de frigid. fraternitatis. § primo. ad finem. ibi, & poſtea nupſit in conſpectu eccleſiæ, & cap. ſic intelligas eccleſiæ permiſſionem, id eſt, authoritatē, & parentū ignorantiā æquiparari debere, vt innuitur ĵ qui fil. ſint leg. referente. quod intelligas, niſi & coniuges, ſcilicet ſecundi probentur fraudis cōſocij: puta quia corruperunt teſtes, vel iudicem, vel aliàs ſciunt ambo ſententiam iniquè latam, vt apparet in his quæ not. ĵ. de ſponſa. §. an liceat uer. quid ſi nō ſeruauit. & ĵ. cum inhibitio. §. pari. & §. ſic poteſt intelligi. ĵ. qui fil. ſint legi. per venerabilem. §. j. vel non fuit ordo iudiciarius obſeruatus vel continet allegationem: ſic obeſt proli parentum mala conſcientia: ſed hoc non præſumitur, niſi probetur. argu. s̃. de præſumpt. capitul. fi. Sanè ſi parochialis: quid ergo de non parochiali? non videtur quòd habeat locum pœna, quæ ſequitur, quia non eſt extendenda, vt no. s̃. §. quam pœnam. verſicul. ſi quis ſuper illo verbo, in gradu prohibito: quia ad parochiales tantū pertinet prohibitio, de qua ſequitur cùm curam habeant: ut ſuprà de offic. archi. capi. j. & de regul. cap. fi. & de parochijs. eodem titul. Prohibere ſpecialiter, ex quo apparet probabilis coniectura: vt patet in tex. quem poſui ſuprà, ſub verſicul. quarto, ſuper illo verbo, commenti. cùm autem apparuerit: dicas etiam, quòd hoc debet prohibere ſpecialiter & generaliter: ſcilicet publicando parachianis hanc conſtitutionem ne ignorantiam valeant allegare: ſed & epiſcopi in ſynodis ſuis, Archiepiſcopi in cōciliis prouincialibus idem facere debent, ne parochiani poſſint ignorantiam allegare. ĵ. de Iudæis. ita quorundam. in fi. & de accuſ. ſicut olim. Si ergo non publicetur hæc cōſtitutio, parochiani poſſunt ignorantiam allegare, nec habebit locum pœna s̃. poſita arg. ĵ. d. ſimo. quoniā ſimoniaca. ſed presbyteri de parochianis rationē reddent epiſcopi de presbyteris, archiepiſcopi de epiſcopis: vt s̃. de offi. ord irrefragabili. & de ſtatu monachorum, cùm ad monaſterium. 2 §. prior. Non tñ credo, ꝙ ad minus epiſcopi poſſent de cæterò aliquam ignorantiam allegare: vt s̃. de temp. ord. vel nō eſt cōpos. & debet cauere epiſcopus quales in presbyteros elegerit: ut s̃. de æta. & quali. [b] cùm ſit ars artiū: ſic ſupina & craſſa ignorantia [b] non excuſat etiam presbyterum de cætero: quia nō permittit ignorare canones pœnitentiales. vt 38. diſtin. quæ in ipſis. & accedit. s̃. de ord. ab epi. qui reſig. epiſ. c. j. & ĵ. de cle. excom. mini. Apoſtolicæ. Sed quid ſi ſit beſtialis, & ſimplex, ſicut ruſticus in montanis, qui cū grege ſuo viuit, & paſcitur tota die. excuſabis eum, & accuſabis epiſcopum qui talem elegit, ut arg. ff. de probat. cùm de indebito, §. j. & de iur. om. iud. ſi quis id quod cum ſimilibus. Verius eſt tñ, ꝙ hodie hæc ignorantia non excuſat à totó aliquē clericum: quod dic, ut not. s̃. de conſtit. §. quando conſtitutio tamen epiſcopus tanquam maior deliquit. vt s̃. de tranſlat. epiſcopi. inter corporalia. § fin. & ibi, quamuis idem, archiepiſcopi, & c. contēpſerit: quia non habet iuſtam cauſam conſtitutionem ignorandi: & dic contempſerit, ſiue ex contemptu, ſiue negligentia, ſiue timore, ſiue amore, precib. ſiue precio dictus: ĵ. de ſimo. nemo 11. q. 3. quatuor. magis tamē puniunt in uno, quàm in alio: & ſequitur clauſula, grauius puniendus, & c. nunquid enim erit canis mutus non audens latrare. vt 44. diſt. ſit rector. Regularis: aliud ergo in ſeculari. arg. s̃. de præſumpt. nónne. & de his quæ fiunt à prela. cùm Apoſtolica. in fin. quod videtur innui, quo ad pœnā ordinariam, de qua ſequitur. & dic regularis, quāuis non habeat curam: ſuper quo vide s̃. de ſtatu. mona. §. vtrū populum regere. debet enim eſſe in clauſtro ſuo, vt not. ibid. & s̃. de ſyndico. vel dic, ꝙ presbyter parochialis non ſolùm patitur hanc pœnam, ſi intereſt, imò ſi ſcit contractum fieri debere, & non prohibet. ab alijs verò non requiritur, quòd hæc prohibeant, cùm ad hoc ex officio ſuo non teneantur: puniuntur tñ omnes illi qui interſunt ſeculares presbyteri, & etiam regulares: & hoc videtur notare, qñ dicit, aut quilibet etiam regularis. quaſi dicat, aut quilibet ſcilicet presbyter: nedum ſecularis, ſed etiam regularis, de quo non videretr̃ fauore religionis. argum. s̃. de dolo & 10 contu. c. 2. ff. de religio. & ſum. fun. ſunt perſonæ. † Conſtitutiones etiam legatorum Apoſtolicæ ſedis in prouincia omnes pu-11 niunt, & certā pœnā imponunt. † Et nunquid epiſcopi poſſunt diſpenſare in pœnis illis, ſi latur canonis retinuit ſibi? non alias, 12 contra, infrà, de ſenten. excommunic. nuper. §. in ſecundo. † Et nūquid poterit abſoluere mulieres? videtur ꝙ ſic. argum. infrà de ſentent. excommunic. mulieres reſpon. j. & c. de monialibus, & idem videtur de impuberibus, & aliis priuilegiatis, de quibus not. infrà, de ſentent. excommunic. §. quis poſſit excommunicare. ſub § ſecunda regula. Sed certe priuilegium alicui, vel in certis caſibus conceſſum, non extenditur ad alios, vt patet infrà de priuileg. ſanè. & ſuprà, de offic. leg. quod tranſlationem. Quid ſi quis petat aliquam in vxorem, & iuret, quòd cum ea contraxit per verba de præſenti, & inducat vnum teſtem, qui idem iuratus aſſerit: mulier tamen hoc negans propter defectū probationis, abſoluitur: ſicut no. s̃. verſi. quid ſi peto, nunquid & principalis, & teſtis ſuus puniri debent, cum per iuramentum cōſtet, quòd principalis, qui clandeſtinè cōtraxit, & quod teſtis interfuit: Dicas quòd ſic. arg. ff. de interrog. actio. de ætate. §. primo. & ſuprà, de confeſſis. cum ſuper. & de electio. per inquiſitionē. C. de teſtibus. nullum. & uide quod notatur s̃. de confeſſis. §. qualiter intelligatur. verſic. contra ſequent. Et ex hoc ꝙ dicit, quilibet etiam regularis, innuit, ꝙ etiam exemptus puniri poteſt ab ordinario, ſi circa hoc delinquat: quod dic, vt not. infrà, de priuilegiis. §. qualiter amittatur. ſub §. ſed & dici poteſt. Ab officio per trienniū ſuſpendatur, & nunquid mitiorē pœnā poteſt epiſcopus imponere? Non videtur ab initio. argu. s̃. de offic. deleg. de cauſis. qui ubi certa pœna ſcripta eſt, non debet iudex mitiorem vel duriorē infligere, aliàs infamia graui notabitur: vt C. de via publica ſeu priuata. ſeruos qui in fi. & ne ſanctum baptiſma iteretur, l. 3. ſed ea inflicta poterit ad minus diſpenſare, & diminuere ſecundum quod qualitas perſonæ exegerit arg. s̃. de iudi. atſi clerici. ĵ. de ſenten. excom. nuper de hoc dic vt notatr̃ plenè ĵ. de accuſatio. §. quis ſit effectus. Grauius: nam etiam ex eodem facto aliquis plus, aliquis minus punitur, ſecundum quod culpa exigit: vt s̃. de vita & honeſt. cler. vt clericorum. & ff. de offi. præſid. congruit. reſpon. j. & l. diuus. ad finem. Sed his, & c. in gradu conceſſo: multo magis ergo in gradu prohibito: quia magis delinquunt, ut s̃. de tranſlat. epiſcopi inter corporalia. §. pen. & fi. & de electione. nihil. in fine. Reſpondeo, & ideo ſequitur condigna iniungantur ſic, & etiam omnibus ſui præſentiam exhibentibus, cum omnes delinquant. arg. s̃. de offic. deleg. c. j. & infrà de ſentē. excommu. quanto. ne edicta eluſoria ſint. vt ff. ne quid in loco publico. l. fin. & de iudic. ſi pretor. Quid ſi pater filium uel filiam. cogit contrahere? videtur ꝙ ſolus pater puniri debeat. argu. ff. de his qui not. infa. liberorū. §. vlt. & l. qui iuſſu & ſeq. Sed contrà, quia in matrimoniis contrahendis non conſideratur, niſi conſenſus eorum. de quorum coniunctione quæritur, vt no ſuprà, de ſpon §. qualiter contrahatur. ver. contrahūtur. & ideo videtur, ꝙ vterq; delinquat. arg. ĵ. de ſen. excom. mulieres. §. fi. & c. vniuerſitatis. ad fi. & s̃. de temp. ord. dilectus. dic. ꝙ inter coactionem & coactionē, ſicut inter vim & vim erit per bonum iudicem arbitrandum. arg. s̃. de ſponſa. de muliere. ſicut no. de ſimi materia, s̃. de ſponſalibus. ſub rubricella; de matrimoniis. §. qualiter impediatur. verſi. 7. diſt. & ſeq. ad finem. Si quis autem malitioſum, & malitiis hominum non eſt parcendum, ut s̃. de reſcr. ſedes. & capi. plerunq; ff. de rei uend. in fundo 1. qui matrimonium accuſa. poſſunt. ſignificante. canonicam. ad arbitriū iudicis, ex quo non ſtatuit certam. s̃, de offi. deleg. de cauſis. §. j. & ff. de iure delib. l. j.

ADDITIONES.

a Sententiam diuortij. ¶ Adde Doctores in capitulo gaudemus. de diuort.
b Supina & craſſa ignorantia. ¶ Adde cap. vt animarum. de conſtitutio. lib. 7. in quinto not. cap. primo. de ordinar. ab Epiſcopo.

De ſponſa duorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sponſalia bina quot modis contrahantur. Et quibus præiudicent.* 3.
2 *Fides pactionis quæ ſit.*
4 *Temporalia ſeu corporalia in quo conſiſtant.*
5 *Coniugia bina an liceat habere,*
6 *Certus nuncius ſuper depoſitione mortis quis dicatur.*
7 *Contrahentes bina ſponſalia quam pœnam patiantur.*

DIximus ſuprà de ſponſiones clandeſtinas prohibendas, propter pericula animarū, quę inde proueniunt: & quia inter alia pericula nō minimū eſt, ñ ꝯhere bona ſponſalia, videamus de ſponſa duorū. Subaudi, viuorū, vt ſic habeas differentiā inter hūc tit. & illū. ĵ. de ſecun. nup. iſte enim loquitur, qñ ſponſus ſponſa legitima uiuente cū alia de facto ꝯhit: ibi uerò loquitur. qñ ſpōſo mortuo alteri nubit, quare decre. dominus. in d. titul. poſita, quamuis communis ſit utrique titu. fuiſſet tamen ſub hoc competentius collocata. & illa ſuprà de ſpon. in præſentia. Item hic ſpecialiter tractat, & ſoluit quis contractus firmior ſit primus, vel ſecundus: & per hoc differt à titu. infrà de eo qui dux. in ma-

quam

quam pol.per adul. quia cum per hunc doceamur primũ contractum firmiorẽ fore ſecundo, ambobus ſponſis viuentibus, ibi ſpecialiter quæritur, & inſtruimur, vtrum ſecundus contractus poſſit ex poſt facto ſoluto poſt mortẽ prior vinculo confirmari, qualiter decreta.infrà eodẽ.accepiſti. debuiſſet ſub illo titul.melius collocari. Item quia & ibi addit machinatione. Itẽ loquitur de adulterio cõmiſſo maritali affectu: & per hoc differt ab illo.infrà de adulteriis. vbi tractat de adulterio commiſſo non maritali affectu. Poteſt etiam ſic cõtinuari. Tractatũ eſt s̃.de duabus ſpeciebus ſponſaliorũ, ſcilicet de manifeſta & clandeſtina: nunc aũt tractare intendit de duabus ſpeciebus, manifeſtè & ſucceſſiuè contractis: ut cùm duo diuerſis tẽporibus contrahant, cum eadẽ vnus de futuro, & alius de præſenti: & ideo dicit de ſponſa duorum. idem intellige de ſponſo duarũ, ſi contraxerit quis cum vna de preſenti, cum alia poſteà, per verba de futuro: uel econtrà: vnde ſicut intitulatur de ſponſa duorũ, ſic poſſet intitulari de ſponſo duarum. Videamus ergo, Quot modis bina ſponſalia contrahuntur. Quę quibus præiudicent. An liceat habere bina ſpon ſalia. Quam pęnam patiantur bina ſponſalia contrahentes.

[1] Quot modis† bina ſponſalia contrahantur. Et quidem contrahuntur multis modis: ut not.s̃.de ſponſalibus.§.quot ſunt ſpecies.& §.qualiter contrahantur: ſed hic de duobus tantũ loquitur quia aut contrahuntur, fide pactionis interueniente: puta per verba de futuro: aut fide conſenſus. ſcilicet de præſenti tẽpore, hincinde conceſſa, & mutuo ſuſcepta.† [2] Eſt ergo fides pactionis, qñ fidem alicui mulieri do, ꝙ eam ducam in vxorẽ, quæ aliquando tranſit in fidẽ conſenſus, ſcilicet carnali copula ſubſequente: ut j̃.eo.c.1.§.vnico.ideo remotis omnibus alijs expoſitionibus, ſic expone, ꝙ ibi dicit, ꝙ eã duceret.accipe uel j̃. poſitum.& dic vel pro, &, ſi permiſerit mulier eum: ſcilicet qui ſibi dedit fidẽ, ꝙ eam duceret, rem, ſcilicet carnalẽ copulã ſecum habere, ſubandi, hæc res, ſiue carnalis copula, habetur etiam pro conſenſu: id eſt, æquipollet fidei conſenſus de præſenti: quaſi dicat, hæc carnalis copula matrimonium præſumptum inducit: & hoc eſt quod exponit Glo.ix.s̃.de ſponſalibus, is qui fidem. quæ aliàs ſuperflua fuiſſet, niſi eſſet gl. iſtius verbi: verba autem quæ interuenire debent in vtraq; fide, no.s̃. de ſponſalibus.§.qualiter. & de matrimonijs. §.qualiter.& legitur infrà eodem licet.

Quid si res uel possessio aliqua detur ecclesiæ, sub hac conditione, si non alienetur in casu, & ecclesia alienet: nunquid adimetur, uel reuocabitur donatio? Videtur quòd sic. infra cod. uersi. Sed quid si res illa alienetur in casu concesso à iure: puta ob redemptionem captiuorum, ecclesiæ reparationem, cœmiterij ampliationem, & similia? uidetur quòd in talibus non reuocetur donatio. nam & alienatio generaliter prohibita, in casibus licita est. 12.q.j.aurum. suprà, de pig. c.1. ideo licita uidetur alienatio, C.de rebus alie.non alie.l.fina.in fin. Item hæc pactio ne mihi liceat alienare rem meã: reprobatur à iure. ff.de pactis.l.pen.sed expresse contradicit authentica, de ali.& emphy.§. sancimus colla. 9. C. de pactis inter empt. & uend. cùm te fundum. & l.finali. C.de condi. ob causam. Ad hoc dicunt quidam domini legum, quòd iure priuati non potest apponi tale pactum, vt dicit lex allegata.§ sancimus. & est ratio quare valet: quia tunc ius ecclesiæ redit ad suum statum. ff.de pactis. si unus ex argentarijs. §. sed si. Alij dist. an ecclesia, cui sic relictum est, habeat alias possessiones: & tunc ualet pactum, quod inhibet alienationem rei illius: & sic potest intelligi dictus §. sancimus. an non habeat alias possessiones: & tunc alienari potest. nam sicut casus superiores à iure inueniuntur excepti, ut dictum est: sic & à pactis & conditionibus spiritualibus, secundum Goffred. qui hanc ultimam opinionem approbauit. Sed quid si in donatione dicatur expresse, ne etiam in talibus casibus liceat alienare? dicas donationem tenere, & cõditionem, tanquam turpem pro non adiecta haberi. j. eod. cap. ult. secundum Goffr. Illud etiam notandum est, quòd si seruo relinquatur libertas, si monasterio seruierit. i. ut monasterio seruiat: & adiuncto, quòd si contrauenerit, redigatur in seruiturẽ. si ante professionem & ordinem sacrum receptum exierit, in seruitutem redigetur: sed si post ordinem sacrum receptum officio Iudicis cogetur ibi seruire, uel post professionem emissam. & sic intellige inf. e. cum si. proprium. & C. de episco. & cleri. authen. si seruus. in fin. & ff. de manumis. testa. Mæuia. & l. Imperatores. & per hanc distin. solues contrarietatem proximorum dictorum iurium & magistrorum: quia talis præsumitur fuisse uoluntas testatoris. s. de statu mona. cùm ad monasterium. in fin. &

14 de seruis non ordi. miramur. In summa not. est, † ꝙ impossibilis conditio uitiat contractum. argu. ff de actio. & obliga non solùm. & de uerbo. obliga. impossibilis. secus autem in institutionibus legatis, & fideicommissis: quia in his habetur pro non scripta. & in sponsalibus. ut s. dixi. & legitur Instit. de hære. institu. §. impossibilis. unde si possessio relinquitur ecclesiæ sub impossibili conditione à donatore, postea donum reuocari non potest: ut j. e. uerum. in prin. sicut, si conditio sit possibilis & honesta: qa tunc ea deficiente, deficit & legatum: ea cessante, reuocatur: ut j. eo. uerũ. in fin. & s. de dona. cùm dilectus. & ff. de condit. & demon. qui hæredi. §. ult. sed alij aliter intelligunt decretalem, uerum. Nec illud est omittendum, quòd in contractibus, rescriptis, seu alijs aliæ conditiones non intelliguntur, nisi illæ de quibus in iure cautum est, quod intelligantur: ut ff. de acqui. posses. quod meo. §. j. & de uerbo. oblig. quicquid astringẽdæ. sed generales semper insunt 32. quæstio ult. c. si. quæ autem conditiones intelligantur in iuramentis, diximus s. de iureiu. §. quot species. & uer. seq.

Illud in summa non puto præter-

15 eundum: † quòd aliquando in legatis apponitur pactũ, ne is cui relinquitur, nubat: & ideo lex Iulia Miscella, quæ permittebat mulieri, cui à uiro sub hac conditione, uel modo legatũ erat ad secundas uenire nup. si tñ iuraret, ꝙ cã suscipiendorũ liberorũ hoc faciebat: & hoc intra annũ. nam eo elapso, non licebat ei capere legatũ, nisi Mutiana cautione exposita. s. ꝙ ad secundas nuptias non ueniret: ut in auth. de nup. §. quæ vero. abolita est quia indicebat uiduitatẽ: ut C. de indic. viduit. tol. l. ij. Hic ergo sciendum est, ꝙ si mulieri, uel masculo relinquo, ne nubat, non adiecta persona: uel ne nubat alicui, vel ne nubat, nisi arbitratu illius, remittitur conditio, cùm sit publicæ utilitati contraria. ut ff. de conditio. & demon cùm ita legatum. §. si arbitratu. & §. Mæuio. Quid si centum relinquuntur, ut nubat, ducenta ne nubat, accipiet ducenta, si nupserit, & non centum residua. ridiculum enim esset, & ut nuptam, & ut uiduam admitti eam ff. de conditio. & demon. Titiæ. Si uerò lego mulieri, ne nubat certæ personæ, uel si nupserit certæ personæ, uel certis personis, uel certo loco, uel intra certum tẽpus, non remittitur conditio, nisi in fraudem. l. hoc foret adiectum. cùm mulier cum alio, uel alibi de facili nubere non posset: tunc enim rescinditur quod in fraudem. l. fit, ut ff. de condi. & demonst. cùm ita legatum sit. & l. hoc modo. Sin autẽ relinquam, si Titio nupserit & honestè nubere potest, non remittitur: sed si ei inhonestũ erat talẽ maritum habere, uidetur dictum ꝙ nemini nubat: quia alijs nubere prohibetur per uerba mea. Item isti nubere non debet, cùm indignus sit. & ideo remittitur, ut ff. de condi. & demonst. cùm ita legatum sit. §. uidea mus. & in his nõ habet locum Mutiana cautio, licet in alijs quæ in faciendo consistunt, uendicet sibi locum: ut ff. de conditio. & demon. Mutianæ. & l. cùm ita legatum esset. respõ. j. & § j. Quid si relinquatur nõ uxori: sed alij, in hunc modum, relinquo tibi. x. si uxor mea post mortem meam ad secunda uota non transierit: ipsa transeunte, expirat legatum: ut C. de indic. uidui. tol. l. j. Est ergo ex sufflata ista l. quam Iulius Miscellus ꝯstituit: ut suprà dixi in principio, quia pleno iure capit mulier relictum: si ab extraneo fuerit sibi legatũ, uel etiam à marito præmortuo sine liberis. nam si liberos reliquit maritus præmortuus proprietas legati reseruatur filijs prioris matrimonij: ut C. de indi. uidui. tol. l. ij. Vbi autem relinquitur mulieri, si uidua erit, uel quoties uel cum uidua erit, uel masculo, quando ad cœlibatum. i. uiduitatẽ peruenerit, spectatur conditionis euentus, ad hoc ut ualeat legatum, ut C. de indic. uidui. toll. l. ij. mulier ergo dicitur stare in viduitate, maritus in cœlibatu. C. de adul. eum qui. Hodie uero secundum iura authenticorum, si mulieri relinquatur, ne secundas ineat nuptias, à quocunque relictum sit, intra annum non petet legatum: nisi spes nuptiarum esse desinat, ut quia monachata est, uel solenne emisit uotum continentiæ. post annum uerò ipsum legatum capit, pręstita cautione de re restituẽda cũ fructibus si contrafecerit. exigitur autem cautio iuratoria cum hypotheca, si relicta immobilis sit. Idem si mobilis, & non sit persona suspecta: aliàs etiam fideiussor exigitur, si præstari potest, & contractis nuptijs relictum uendicabitur cum fructibus præteriti temporis: uel si erat pecunia quam fœnerauit, restituet usuram, quam accepit: si in proprios usus conuertit, soluet tertiã centesimæ. quòd si res facta sit deterior, medietatem periculi sustinebit: & idem seruatur in uiro cui relictũ est, si ad secũdas nuptias

16 non peruenerit: ut in auth. de nup. §. quæ uero. col. 4. † Quid si relinquatur uirgini, ne contrahat? puto indubitanter seruari antiquas leges, secundum Azo. s. quòd contrahere possit, & legatum capiat: ut præmisi. Sed nunquid hoc hodie in omnibus ex sufflatur: & antiquæ leges resuscitantur: cùm mulier mortuo uiro nubere possit in Domino: dic ut no. j. de secundis nupt. § fi. Item cum per tales conditiones inducatur quis ad continentiam seruandam: quare remittuntur? cum maius bonum sit continere, quam nubere. 27. q. 2. nuptiarum. 32. q. 1. nuptiæ. 33. quæst. 5. tunc saluabitur qui sitit. sed certè talia uoluntatis liberæ debent esse. 32. quæstio. 1. integritas suprà. de sponsa. cùm locum. & capitu. gemma. Quid ergo de illo, qui relinquit uxori suæ usumfructum totius substantiæ suæ, quandiu erit sine marito? Et quidem idem uidetur, ac si conditio apposita esset, arg. infrà. de uerbo. signifi. intelligentia. & c. in his. de hoc not. sup. de locato. sub §. cùm constet. §. qualiter constituatur. uersi. quid si quis ita dicat. & seq.

Qui Clerici uel uouentes matrimonium contrahere possunt. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Clericus quis possit contrahere matrimonium, & quis non.*
2. *Clericus ad sacros ordines ꝓmotus, postea depositus, an possit cõtrahere.*
3. *Vouens quis dicatur, & quis non.*
4. *Votum qualiter solennizatur.*
5. *Monacho an concedi debeat quod contrahendo uotum frangat.*
6. *Iurans aliquam ducere in uxorẽ, si postea uoueat simpliciter se perpetuã continentiam seruaturum, quo astringetur, iuramento, an uoto.*

HActenus tractauit author de matrimonijs puris & conditionalibus, docens qualiter ꝯhantur, & qua ætate: nũc incipit tractare de impedimẽtis matrimonij, quæ tetigi s. de matrimonijs. §. qualiter impediatur. & primò ponit de impedimento ordinis seu uoti, tanquã de digniori: ideo uideamus q clerici uel uouentes matrimoniũ ꝯhere possunt: in quo uidendum est, Quis clericus possit contrahere matrimonium: quis non, Quis uouens, Quis non.

1 Quis clericus possit † contrahere matrimonium: & quis non. Et quidem clericus in minoribus ordinibus constitutus [a] potest contrahere matrimoniũ: & in statu primitiuæ ecclesiæ, tales clerici coniugati nihilominus beneficia percipiebant ecclesiastica: quia nihilominus seruiebant: ut 32. distin. seriatim. & c. si qui uero. sed hodie dic de beneficio: ut notatur.

ADDITIO.

a Clericus in minorib. ordinib. constitutus. ¶ Adde c. cum olim. & per totũ tit. de cle. coniug. & an clericus in minorib. tantum possit à papa prohiberi, ne contrahat matrimonium.

no tatur. s. de cleric. coniug. § quam pœnam. versi. in amissione beneficij. Constituti autẽ in sacris ordinibus ꝯhere non possunt, & si ꝯxerint, matrimoniũ separatur. vt 32. dist. erubescant: & c. si quis eorum. & suprà, de cle. coniu. c. j. & de æta. & qual. à multis. Celebrato autem diuortio, & iniuncta pęnitentia: si vita laudabilis appareat, & correctio, poterit cum eo Episcopus dispensare: vt in susceptis ordinibus ministret: vt suprà de cleri. coniuga. sanè. sed si clericum vulnerauit, necessaria est authoritas Papæ, propter excommunicationem. Item quo ad hoc, vt ad superiores ascendat in seculo permanens. nam si intrat religionem, suo iure posset Episcopus dispensare: vt j. c. 1: & 2. Verùm si incorrigibilis sit, vel crimen nimis crasset, interea exemplo opus est: & ideo non dispensabit cum tali Episcopus si in seculo remaneat, nisi in minoribus ordinibus: sed si ad religionem transeat, etiam in maioribus ordinibus poterit dispensare. vt inf. capit. 2. & inf. de apostatis. ca. 1. de senten. excommunica. cùm illorum. argum suprà de vita & hone. cleric. vt clericorum. § j. & de ele. cum in cunctis. § penulti. C. ad l. Iul. repet. l. j. ff. de pœnis. l. aut facta. § vlti. & l. capitalium. § famosos. & de hoc dixi sup. de cohabitatione clericorum & mulierum. § & qualiter puniatur. & suprà, de bigamis. § j. versi. item qui castitatem. Vel dic, si contrahat cum corrupta, dispensari non potest, nisi religionem intret. si cum virgine, potest. sed prima solu. magis placet. Hoc de clericis occidentalibus. nam orientales etiam in sacris utuntur matrimonio contracto in minoribus ordinibus: vt s. de vita & honest. clericorum. vt clericorum mores. in fin. & de clericis cõiuga. cùm olim. & infrà, de poeni. quæsitum. orientalis enim ecclesia votum continentiæ non admisit: quia pro omnibus contradixit Phanutius confessor, cui meritò credendum fuit, cùm nunquam copulam nuptiarum expertus esset: ut 31. distinct. aliter. & ca. Nicena. [2] † Sed nunquid clericus ad sacros ordines promotus, & postea depositus contrahere potest? videtur quòd sic: quia nomen depositi deletum est de matricula clericorum, 2. q. 1. nomen. & exuitur priuilegio clericali 54. distinct. ex antiquis. 17. quæstio. 4 si quis deinceps. dicas contrarium. nam etsi committit homicidium, tamen contrahere non potest. infrà eod. capi. 1. in fine. & quamuis depositus sit, characterem tamen qui animæ infligitur, retinet: nec per depositionem tolli potest: vnde & depositum clericaliter viuere oportet. 81. distinct. dictum. & characteri annexum est votum continentiæ. 78. distinct. cùm in præterito. Sed quid si quis per simoniam fuerit ordinatus: cũ characterem habeat vitiatum. j. quæstio. 1. quibusdam narrantibus. & quidem delictum commissum non dabit ei priuilegium contrahendi. ff de mino. Papinianus. ff. de donationibus inter uirum & uxorem. l. iij. ff. quod ui aut clam. seruus. in fin. ff. ex quibus causis maiores in integrum restituuntur. sed & si. § actio. ff. ad l. Falcidiam. precia. 16. quęstio. 1. legi. & iunge quod not. s. de uoto. § utrum, & per quem. uer. quid si maritus recipit. & seq.

[3] **Quis † vouens, quis non.** Hæc quæstio tractatur 17. quæst. 1. & primò dicit Gra. quòd non tenet matrimonium à vouente contractum. & durat hæc pars vsque ad cap. nuptiarum. & §. præce. his authoritatib. ibi uero incipit allegare in contrarium. & dicit, quòd benè tenet matrimonium. & durat usque ad § ultimum. & dimittit quæstionem insolutam: sed tamen eam soluit. 27. distinct. § ultim. ita scilicet, quòd prima capitula intelliguntur de uoto solenni: alia de simplici. argu. infrà, eodem. minimus. & 27. quæst. 1. capit. 1. ibi, & in ueste laicali, & c. [4] † Solennizatur autem uotum [a] per sacri ordinis susceptionem: ut patet suprà, §. proximo. & 32. dist. placuit. xxviij. distin. diaconi. & lxxxiij. distinct. cùm in præterito. Item per professionem, uel susceptionem vestis, quæ tantùm profitentibus dari cõsueuit per introitum religionis & anni lapsum, maximè si cum alijs incipiat cantare, & in ecclesia offerre. Item si seculo renunciauit, & pompis eius, & beneficio cõstitutionis, statuimus: ut no. s. de regula §. & utrum exire possit. & patet in decre. statuimus, & c. cõsulti. & c. vidua. & 27. q. 1. uidua. & 27. dist. c. qđ interrogasti. & s. de regula. porrectum. Vel si renunciauit proprio, & obedientiam promiserit, & continentiam uouerit in manu Episcopi, abbatis, uel abbatissę, uel monachi, intelligas ad hoc missi. suprà, de donation. inter dilectos. secus, si non sit missus. j. eo. ueniens. Põt ergo abbas recipere monachũ per se, uel per alium. ut s. de regula. ad Apostolicã. & j. e. c. ulti. Vel si uoueat super altare, põt qs uotũ solennizare: quamuis in domo sita remaneat. secus, si simpliciter uouerit, ita quod nullũ istorũ interueniret: vt j. e. meminimus. cõsuluit. insinuante. & ne possit negari, si aliquid prædictorum interueniat, debet inde fieri propria scriptura ut xxvij. quæst. 1. omnes fœminæ. in qua scriptura profiteatur se religiose uiuere uelle. xx. quæst. j. uidua. secundũ T. & Ber. Hugo. dicit. & cũ hoc concordat Aug quod non refert, utrum uotum sit solenne, uel simplex: quia utrumque dirimit: cùm simplex non minus quam solenne obliget apud dominum: ut j. eod. rursus solennitates prædictæ nõ sunt de substantia uoti, sed signa & probationes sunt, si uotũ reuocetur in dubium. Dicit ergo referre, an uotum sit de præsenti: ut si dicat, perpetuo uoueo continentiã: & tunc impedit & dirimit. uel si de futuro: ut si dicat, lapso anno, uel, post mortem uxoris meæ perpetuã uoueo continentiam. & hoc promitto: uel promitto, ꝙ intrabo religionem. & tale uotum impedit contrahendum, sed non dirimit iam contractum: quia impropriè dr̃ uotum: & sic intelligebat prædictam contrarietatem. uotum enim cõtinentiæ ex quo de præsenti est, siue sit simplex, siue solenne, excedit omnia alia uota. ut 32. q. 1. nuptiæ. & est simile in matrimonio, in quo consensus de præsenti fortior est, quàm cõsensus de futuro: ut s. de spon. si inter. Tertij dicunt, ꝙ utrumque uotum impedit, & ꝙ nullum uotum dirimit, quia qua ratione dirimetur uotum solenne, eadem & simplex, cùm idem sit in substantia. solennitates enim de substantia non sunt: sicut dixit H. sed tamen ipsa constitutio ecclesiæ dirimit, si post uotum solenniter factũ contrahatur. hæc opinio magis placet, vt apparet in his quæ no. j. eo. uer. tu dicas. Io. dixit, ꝙ nullum uotum est solenne: nisi cùm quis se deuouet alicui religioni. vt j. eo. c. ult. nec est differentia inter simplex votum, & solenne, dummodo possit constare ecclesiæ de uoto, unde si diceret coram tota ecclesia, Voueo continentiã, nisi aliquod de prædictis interueniat. & postea contrahat, tenet matrimonium. Tu dicas, ꝙ tantum uotum solenne dirimit ex constitutione ecclesiæ: sed simplex impedit: ut j. eo. tit. rursus. & no. s. eod. §. ij. versi. & solennizatur. hæc enim opinio hodie communis est, & quasi ab omnibus approbatur: tamen si mulier, quæ simplex uotum emisit, continere non potest, ne deterius inde contingat, datur ei licentia ab ecclesia nubendi in Domino, id est, ostenditur non denegata. ꝙ si contraxerit, tenebit matrimonium, & imponitur pœnitentia de fide mentita destinatione: uel mentita, cùm matrimonium contraxit, sicut potest intelligi j. eod. ueniens. argu. 32. q. 2. in adolescentia. & s. de iureiuran. uerum in ea quæstione potest & aliter intelligi. vt not. infrà eodem. uers. uidetur igitur, quòd summus Pontifex. & uer. ergo monacho, & sequentibus. de hoc tamen dic vt not. s. de uoto § quot sunt species. sub § uotorum. uersi. quid si is qui simplex uotum. & seq. Igitur uice uersa si quis uotum simplex emiserit, & postea contrahat, tenet matrimonium, sed agere debet pœnitentiam de fractione uoti. 27. dist. capi. 1. & 2. Solenne uerò impedit & dirimit, ut dictum est. Sed cùm utrumque uotum, scilicet simplex & solenne seruandum sit, & uiolatio utriusque inducat mortale peccatum, & nõ minus apud Deum obliget hoc, quàm illud: quis fecit fines esse diuersos? respondeo, ecclesia considerat circunstantias 40. dist. homo Christianus. de pœ. dist. 5. c. j. j. de pœ. Deus qui. & uerborum solennitates attendit in voto, sicut in iuramento. 22. q. 5. iuramenti. & diuersum ius statuit in utroque diuersam etiam pœnam imponit in fractione unius, quàm alterius: ut patet 27. dist. si uir. 22. q. 1. virginib. & c. deuotum. ex hoc ergo probatur grauius delinqui in fractione solennis, quam simplicis uoti. Quis enim dubitet sceleratius esse commissum quam grauius iudicatur. 24. q. 3. non afferamus. secundum Goff. Hęc etiam locum habent in iuramento & loquela simplici: nunquid enim simpliciter mentiens, uel contra pactum non iuratum ueniens, patietur pœnas periurij, quas not. s. de iureiu. §. quæ pœna periurij? certe non. ergo quis dominus non distinguat, ecclesia tamen distinguit: ut ff de testi. quæsitum scio. sicut enim ad ecclesiam pertinet determinare, utrum iuramentum sit licitum uel seruãdum: vt s. de cle. uenerabilem. §. pe. sic & de uoto uidetur, sicut etiam in iuramento uidetur excepta authoritas Papæ, ut s. de iureiur. uenientes. §. fi. sic & in uoto uidetur saltem ab initio: sicut Papa personas ad ꝯhendum matrimonium habiles & inhabiles reddit. ut not. j. qui fi. sint le. §. qualiter. & à quolibet. ergo sic uidetur, ꝙ hoc facere possit quo ad votũ emittendũ. Illud est, quod quamuis pupillus maior infante possit peccare mortaliter. ut no. j. de delictis puerorum. § j. ver. patet ex superioribus. non tñ potest uouere constitutione ecclesiæ prohibẽte: ut no. s. de reg. §. & qualiter obligetur. sed nec in aliquibus religionibus minor 18. annis uouere potest: vt s. de regula. quia in insulis. nec aliquis hodie potest se obligare intra annum, quantumcunque profiteatur: vt in auth. d. n. extrà, de regula. non solum. patet ergo, ꝙ ex quo ecclesia per constitutionem suam uotum impedire potest: multo fortius potest inter uouentes distinguere, & diffinire quod si à solenniter uouentib. contrahatur, non teneat matrimonium: sed si à simpliciter uouentibus contrahatur, tenet matrimoniũ. nec mireris, quia licet isti & illi ex ui uoti, & per consequens iure naturali contrahere prohibeant̃: ut no. s. e. uer. tertij. attamen

ADDITIO.

a Solennizat̃ autem uotum. ¶ Adde textum, & ibi do. in c. j. de uoto. lib. 6.

tij. attamen per conſtitutionem eccleſiæ tantum ſeparatur. 27. q. j. de viduis. j. & c. virginem. & c. ſi quis ſacro. & c. nubendi. & c. ſi qua virgo & c. vt lex continentiæ. & ideo eccleſia poteſt cõſtitutionem ſuam arctare & relaxare, ſicut placet. & iunge quod not. ſ. de ſpon. duorum. §. quæ quibus. ver. alit vtraque, & ſequẽtibus. Videtur igitur, ꝙ ſummus Pontifex poſſet diſpenſare ẽt cum monacho profeſſo, ꝙ vxorem ductam retineret: tamen nõ congruit potentiæ ſuæ. ſed nullo modo poſſet diſpẽſare, quòd vxorem duceret, vel concubinam teneret, ſic nec poſſet diſpenſare cum aliquo ligato alicui per verba de futuro, ꝙ cũ alia per verba de præſenti contraheret. ſi tamen non ligatus per ſe hoc faceret, licet peccaret contrahens, matrimonium tamẽ teneret: ſic videtur, ꝙ licet non poſſit monacho dare licentiam contrahendi. ſi tamen per ſe contraxerit, poteſt ei dare licentiam retinendi: & cognoſcendi: quia licet fregerit votum contrahendo, & ideo pœnitentiam agere debeat: tamen matrimonium contractum iure naturali ſeu diuino conſiderato, firmum & ratum eſt, & per ſolam conſtitutionem eccleſiæ ſeparatur; circa quam Papa poterit diſpenſare: vt j. de conſang. quia circa. ſ. de reſtitu. ſpo. literas. nam eius eſt interpretari, cuius eſt condere. j. de ſent. excom. inter alia, & cuius eſt ligare, & ſoluere. ſ. de maio. & obe. cùm inferior. nec habet imperium par in parem. ſ. de ele. innotuit. §. multa. vnde dicit Aug. ꝙ damnantur tales, ſcilicet ſimpliciter vouentes, & contrahentes, non quia coniugalem fidem poſterius inferunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. 27. q. 1. nuptiarum. Item Pelagius, talibus. nullum laqueum debemus inijcere. c. de viduis. 2. per quod. c. videtur, ꝙ ex quo ſimpliciter vouens firmiter proponit in mente contrahere, iam violauit votum. vnde & de talibus intelligitur quod dicit Apoſtolus prima ad Thimo. 5. Adoleſcẽtulas viduas deuita. cùm enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerint. 27. q. j. cap. 1. in fin. ergo propter ſolam voluntatem videntur violaſſe votum, & ideo poſſet ex cauſa dari licentia contrahendi ſimpliciter vouentibus, & pœnitentia de voto violato: & hic eſt alius intellectus, qui poteſt haberi j. eo. veniens. & hunc etiam ipſa litera planè ſonare videtur. ſed fortè tali eſſet dicendum, nec prohibeo, nec cõcedo: quia nec iſtud tibi à iure conceditur: vt patet ſ. de iureiu. mulieri. & c. j. proxi. allegato. & iunge quod no. ſ. de voto. §. qualiter, & cuius authoritate. verſi. ſed & de uotis.

5 † Ergo monacho non debet concedi: quia contrahendo uotum frangat: vel quòd meretricem retineat, ſicut innuit Aug. 27 q. 1. nubendi licentia quibuſdam tribuitur, illis videlicet, qui virginitatem vel caſtitatem vidualem nequaquam profeſſi ſunt: quibuſdam non tribuitur, illis videlicet qui virgines non continentes eſſe decreuerunt. ſubaudi, ſed ſi tales per ſe contraxerint: & cum eis diſpenſatum fuerit, licitè & ſine pœna matrimonio vti poſſunt. & huic, ſubaudi aduerſatur quod ſequitur: fornicari autem nulli impunè conceditur. ſubaudi, quantumcunque diſpenſetur, cum hoc ſine peccato mortali fieri non poſſet: ſecundum hoc intellige ſ. de ſtatu mona. cùm ad monaſterium, in fin. notauerunt etiam Hugo & Bertran. ꝙ dominus Papa poteſt facere

a monachum canonicum [a] eccleſiæ ſecularis. ſic intelligunt 58. diſtin. c. 1. 74. diſt. quorundam. 16. q. fin. noua actione. & q. 1. ſi monachus ad clericatum. & per conſequens de monacho, non monachum. vnde quod dicit dictum c. cum ad monaſterium. in fi. ibi, nec ſummus Pontifex poſſit: exponi debet, id eſt, non congruit potentiæ ſuæ, ſicut exponitur. 32. quæſti. 5. ſi Paulus. Ioan. contra. ſed quis diſputabit de plenitudine poteſtatis: uide quod not. ſuprà, de off. delega. § quid pertineat. ver. quid ergo, ſi quis gerat ſe, & ſequentibus. fateor tamen, quòd hęc ſtatuta verè poſitiua ſunt, circa hanc materiam in multis & ex ſola voluntate dependent. nam ſi veram & naturalem rationem conſiderare vellet eccleſia, citius ſtatueret, quòd ſimplex votum matrimonium dirimeret, quàm publicæ honeſtatis iuſtitia, vel legalis cognatio, vel etiam ſpiritualis. ſed verũ eſt, ꝙ quicquid ligauerit, ligatum erit: & quicquid ſoluerit, erit ſolutum. vt 24. quæſtio. j. quicunque. nec vnquam erraſſe probatur. eo ergo à recta fide, nec ſemper rationem quærere debes. nam fidei plenitudo complectitur, quæ plena rationis inueſtigatione nequit comprehendere mens humana, ſecundum Ambro. eod. non turbatur. in fi.

6 † Quid ſi iuraui aliquam ducere in vxorem, poſteà voueo ſimpliciter me perpetuam continentiam ſeruaturũ? reſpondeo, prçualet iuramentum quod præceſſerit votum. ſecundum Goff. ad hoc ſ. de ſponſa. commiſſum. ſicut contingit in duobus iuramẽtis contrarijs. nam primũ præualet, ex quo vtrumque licitũ eſt: vt not. ſ. de iureiu. §. quot comites. ver. item ſi duo. vnde ſi poſt fidem datam de contrahendo, emittatur votum à muliere: quia non vſquequaque obligatorium eſt viro, cui iuratum fuit matrimonium contrahere: datur licentia mulieri contrahendi. j. e. tit. veniens. quis & aliter poſſet intelligi, ſcilicet de comparatiua permiſſione. vt not. ſ. eod. §. verſi. tu dicas. Poteſt & illud dici, ꝙ in illa decre. veniens. infrà, eod. diſpenſat Papa ex certa ſcientia, tum propter animi turbationem: quia quodammodo perterrita emiſit mulier uotum: quia non fuit inſpirata, ſed in fraudem hoc fecit: vt ſcilicet à viro, quẽ deſpõſauerat, poſſet diuertere, tum propter maius periculũ euitandum: quia fortè apertè dicebat, qđ potius ſe interficeret quàm contineret: & ideo recipit Papa, qđ habere põt à non idoneo debitore. ad hoc ſ. de ſpon. iuuenis. & c. requiſiuit. ſed & poteſt intelligi, ꝙ iam ꝯxerit mulier: vt ibi innuit de fide mentita: & quod præcedit, matrimoniũ contrahat, expone. i. matrimonium ꝯctum teneat. & quod cõſequitur, cui vult. i. cui voluit licentiam, ſubaudi, in eccleſia ſolẽnizãdi, & publicè deſpõſandi. ſ. de clandeſt. deſponſa. c. 2. & ſm hoc plana eſt decre. quia cùm votum ſimplex fuerit, contractũ matrimonium tenuit. licet ꝯhi non deberet, vt ſuprà notaui. & hic intellectus magis placet. Quid ſi primò ſimpliciter voui, deinum iuro contrahere? dicas ꝙ votum ſeruare debeo, quod prçceſſit impoſita pœnitentia de temerario iuramento, infrà eo. c. rurſus. vbi verò primò iuraui de contrahẽdo, & poſtea ſuſpiro ad religionem. habet locum conſilium decre. ſ. de ſponſa. commiſſum ſm Goff. Idem vr in præmiſſo caſu notato, ſ. eo. verſi. quid ſi iuraui. vt apparet in his quæ no. ſ. eo. ver. tu dicas ibi, vr igitur ꝙ ſummus Pontifex, &c. Hoc etiam teneas incunctanter, ꝙ ſola profeſſio vera, vel præſumpta, & ordinis ſuſceptio ſolennizat votum: ſicut apertè colligi poteſt. ſ. de regula. ſtatuimus. 27. q. 1. vt lex continentiæ. Vera dr profeſſio, quando verbo exprimitur. 20. q. j. vidua. ſ. de conuer. coniug. dudum. quæ tamen hodie intra annum facta non obligat profitentem ordini illorum, qui ipſam profeſſionem receperunt: vt in auth. d. n. extrà, de regula. non ſolum. quod dic vt not. ſ. de regula. §. vtrum exire. ver. ſed quid ſi ingreſſus, & ſeq. Occulta verò & præſumpta inducitur: vel ex mora temporis: puta, quia per annum ſtetit ſine reclamatione. ſ. de regularibus. ad Apoſtolicam. Vel per euidentia ſigna: puta, quia quando ingreditur, renunciat ſeculo, facit teſtamentum, ac ſi mori deberet, & transfert omnia bona ſua in hæredes & legatarios, & in pias cauſas, & mutat habitum. Vel quia aſſumit habitum profeſſorum: vt ſi non eſt diſcretus, ad minus legit, cantat, & facit omnia ſicut profeſſus. ſ. de regula. vidua. & c. ſtatuimus. 27. diſt. quod interrogaſti: quantumcunq; autem voueat, niſi mutet habitum, vel profeſſionem faciat: nõ intelligitur votum ſolenne: & ſic ſolennizatur votum per habitus ſuſceptionem. ſ. de regula. ex parte. & j. eod. inſinuante. inf. de priui. vt priuilegia. §. illud. & hoc verum, quando votum præcedit ſuſceptionem habitus. alioquin ſi habitus præcedat votum non ſolennizat. inf. eod. conſuluit, & ſic debet intelligi. ſup. de regula. ex parte. 2. §. fina. ſic etiam intelligitur, quòd habitus nõ facit monachum. ſuprà, de regula porrectum. & capitu. vt clerici & de renunciatio. ex tranſmiſſa. ſecundum Goffre. ſed Ray. notauit, quòd habitus extra monaſterium aſſumptus, non inducit profeſſionem præſumptam: ſed tantùm ſimplex votum, & ſic intellexit decretales inductas, conſuluit, & porrectum. ſi verò quis habitum ſuſcipiat in domo propria, & votum emittat in manu publicæ perſonæ, videtur votum ſolennizaſſe, & ſeparatur matrimonium poſtea contractum. ſic intellexit infr. eo. inſinuante. & hoc propter profeſſionem, quam facit, non propter habitum ſuſceptum, alioquin contradicerent prima iura. ſed dictum Goff. magis placet. Item per coniug. abſolutionem, & ſolennem caſtitatis promiſſionem, ſecuta ordinatione ſeu profeſſione coniugij abſoluti: ſicut no. ſ. de conuer. coniu. § qualiter. verſi. ergo ſciendum. Item ſolennizatur votum per ordinis ſacri ſuſceptionem. 28. diſtinct. diaconi. 84. diſtinct. cum in præterito. Ergo teneas, quòd per ſolam profeſſionem expreſſam, vel tacitam, vel per ſacri ordinis ſuſceptionem ſolennizatur votum vt patet ex præmiſſis: & ſic tenet dominus noſter, & curia, omiſſis ambagib. ſupraſcriptis, ſi quæ contrariæ valeant reperiri: quæ etiam ideo appoſui, ne diſſenſiones antiquas penitùs ignoremus, & quia fortè ex prædictis aliqua vtilia eliciet diligens ſtudioſus. Sed cùm hodie non teneat facta profeſſio intra annum: vt in auth. d. n. de regula. extrà, non ſolum: quomodo poſſunt ſupradicta locum habere? quia aut hæc facta ſunt infra annum: & tunc ipſum non obligant: aut anno elapſo, & tunc non ſunt neceſſaria: quia per lapſum anni ſolummodo obligatur. dicas quòd & ſi hæc infrà annum non obligent profitentem religioni, quæ hæc recepit: obligant tamen ipſum religioni in genere: vt no. ſup. de regula. §. utrum exire. ver. ſed quid ſi ingreſſus, & ſeq.

ADDITIO.

a Papa poteſt facere monachum. ¶ Adde gl. in c. in noua. 16. q. 7. Abb. in c. ſuper eo. in j. col. de regula. & Abb. in c. quod Dei timorem de ſtatu mona.

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Impedimentum de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulterium, multis modis euenit.*
2. *Si contrahat aliquis cum duabus, vel decem inſcijs priore viuente, quid iuris.*
3. *Sola machinatio ſine adulterio, non dirimit matrimonium.*

Dictum eſt de vno impedimento matrimonii, ſcilicet ordinis, vel voti: nunc ſubijcit de impedimento enormitatis delicti: & ſic de eo, qui duxit in matri. quam polluit per adulterium. differt autem iſte titulus ab illo de ſponſa duorũ: vt ibi dixi.

1 Ad notitiam† autem huius impedimenti ſic puto di ſi quis viuente legitima de facto cũ alia ꝯxerit, aut ſecunda erat inſcia, aut conſcia: ſi inſcia, & poſt mortem legitimè eam cognouit: ex hoc nouo conſenſu matrimoniũ cõfirmatur. & ſi ab initio nullũ erat, ut j. eo. veniens. ita quod & ſi ſecunda, quæ ab initio inſcia erat, poſt mortẽ certificata ſemel carnali copulæ ꝯſenſerit, non poterit de cæterò reclamare. ar. j. de coniu ſeruorũ propoſuit. & c. fi. Verum ſi nunq̃ certificata fuit mulier, non obſtante carnali copula poſt mortẽ ſecuta, ad inſtantiã ipſius mulieris poterunt ſponſalia ſeparari, non ad inſtantiã viri: quinimò & ſi poſt mortẽ non cognouerit eã, põt dici, ꝙ cogatur cũ ea remanere: & ſic intellige j. eo. c. j. ne de dolo ſuo cõmodũ reportet, & alia damnũ: ut ibi dicit. ar. j. de adul. c. 2. & C. de tranſac. l. trãſa. & j. de don. inter vir. & vxo. & ſi neceſſe. & in alijs cõcor. quas not. s. tit. 1. ad fi. Sed quid ſi ab intio fuit ignorans, poſteà prima viuente fuit conſcia? Non debet pati ꝙ cognoſcatur à viro: aliàs matrimonium in perpetuum tolerabitur. ar. s. de præſc. c. fi. in fi. & c. pe in fi. 34 q. 2. ſi virgo. j. de ſecũ. nup. dñs in quo caſu eidẽ mulieri credi debet: tum quia in poteſtate eſt ſua, utrũ fiat diuortiũ, ut præmiſi: tum quia de cõſcientia ſua certior eſt, quàm alius: ut in auth. de hæredi. & Falc. §. ſi verò abſunt. col. 1. Sed & caueat iudex, ꝙ fiat de primo matrimonio plena fides. & vtrum de iure retinuerit, diligenter inquirat, ut patet in his quæ not. j. eo. ver. ſed quid ſi mortua. ſic ergo ſi cõſcia viuente priore patit̃ ſe cognoſci, matrimoniũ nõ toleraẽ: aliàs ſi alterũ deficiat ſimul poſt mortẽ prioris, poterunt remanere. j. e. c. fi. Et intelligas, q̃n neuter ipſorum fuit machinatus in mortẽ prioris vxoris. aliàs ꝯ. ut not. j. eo. verſi. ſin aũt ſecunda. Sed quid ſi mortua prima, antequam ſecundam cognouerit, ducit tertiã? Dico ipſum debere cum tertia remanere: q̃vis poſtea cognoſcat ſecundam: vt j. eo. ueniens nullus cm̃ fuit conſenſus habitus cum ſecunda, legitima uxore viuente. & ſic non poteſt impedire conſenſum tertię. & ſi malam fidẽ haberet ex eo, ꝙ ſciret ipſum cũ ſecunda ꝯxiſſe, ut s. de ſponſa. cum Apoſtol. ca. & c. veniens mariota. Ideo autem ſ'm Gof. ex primo cõſenſu non inducitur matrimoniũ: quia ex quo ſecunda ignorabat ipſum aliam vxorẽ habere, ut poſitum eſt, patet ꝙ errabat in conditione hominis. nam quaſi ſeruus eſt, qui eſt alligatus legi, & ſeruituti vxoris. 32 q. 5. apud nos. vnde vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vxor. 27. q. 2. ſunt qui dicunt. error autem conditionis impedit & dirimit: niſi poſt certificationẽ cõſenſus interueniat: ut no. j. de coniu. ſeruorũ. §. & ante matrimonium. ſed illa poteſt reddi ratio: quia vnus debet eſſe vnius. & non pluriũ. ut no. s. de ſponſa. ſub rubricella, de matrimonijs. §. quid ſit matrimoniũ. verſi. maris. & ſequenti. vnde ex quo quis ligauit ſe ſemel matrimonialiter, durante illo vinculo non põt ſe alij ligare. & ratio eſt: ut no. s. de ſponſa duorum. §. quæ quib. verſi. aut vtraq;. & ſequenti. Sed quid ſi tertiã duxit, cũ iam cognouiſſet ſecundã poſt mortem primæ, ſed tñ ipſa ſecunda adhuc ignorabat mortem & matrimoniũ primæ. dic quod adhuc cũ tertia remanebit. arg. s. de ele. bonæ me. § Cremõ. & j. de cõiug. ſeruo. propoſuit. & c. fin. inuenies ſimilẽ quæſtionem j. de conjug ſeruorum. §. fi. verſi. quid ſi quis ꝯhit cum ſerua ignoranter.

2 †Quid ſi ꝯhit cũ duabus, uel decẽ inſcijs, priore uiuente? reſpondeo locus eſt gratificationi, quia quantũcunq; certificatũ de morte prioris primo cognouerit, poſt mortẽ vxoris legitimè retinebit. j. e. ueniens. Sed quomodo intelligit̃ inſcia: quia de remotis partibus uenit, puta de Lemoten. ciuitate ad Maſſanam: ut j. e. ueniens. & finxit cœlibatũ uel diuortiũ latum, uel ſe ſolutum, ut s. de ſponſa. cum Apoſtolica. & C. ad l. Iuliam, de adult. eũ qui. ideo inſcia adulterium non cõmiſit: quia non committitur ſine dolo, ut ff. ad l. Iuliam, de adult. l. pe. & 34. q. 2. in lectũ. quare ẽt legitima uiuente ſuſcepti, legitimè cenſentur: ſi tamen ſecundum matrimoniũ in facie eccleſiæ ſit contractũ, ſecus, ſi clàm: quod dic ut not. s. de clandeſt. deſpon. §. quam pœnam. ſuper uerb. cõment. & in conſpectu eccleſiæ, ut j. qui fi. ſint legi. §. an utrumque genus. verſi. itẽ ſecus. & ſeq. Sin autẽ ſecunda non fuit inſcia, ſed conſcia, ſcilicet quia bene ſciebat eũ habere aliã uxorem legitimam: uiuente priore non tolerat̃. ut no. s. de ſponſa duorũ. §. an liceat. in princip. poſt mortẽ aũt diſtingue, vtrum alter ipſorũ machinatus fuerit in mortẽ legitimæ uxoris, & tunc perpetuò prohibetur coniunctio, & diuortiũ celebratur, ut 31. q. 1. ſi quis uiuente. & inf. eo. ſuper. hoc. & ca. ſignificaſti. Et intellige machinationẽ cum effectu. arg. s. de ſpon. c. vlti. & de deſpon. impub. atteſtationes. & de pœn. diſt. 1. §. hæc autẽ uerba, & s. de cler. non reſi. relatum. Sed quis probabit hæc? Dicunt aliqui, ſufficere ꝙ probet̃ conatus. ſufficit enim quòd lex ſic ſcripta eſt. ut ff. qui & à quibus ma. liber. non fi. proſpexit. & 6. q. 3. ſcriptũ eſt. & de pœni. diſt. 1. ſi quis cũ telo. verùm ſola cogitatio non puniretur. ff. de pœnis. l. cogitationis. ſed ex quo procedit ad actum punitur: optimũ argumentũ, ff. de diuor. c. 1. & ſic attenditur propoſitũ delinquentis, & affectus ſuus, etiã pluſquã factum. j. de ſentent. excom. cũ uoluntate. & arg. Inſti. de obli. quæ ex delicto naſ. §. furtum. & §. ſequentibus. vnde & ſi maritũ in bello interficio, non eo propoſito, ut uxorem ſuam habere poſſem, matrimoniũ non impedit̃, ut s. de conuerſi. infideliũ. c. 1. uerùm opinio, ut cum effectu intelligatur, cõmunior eſt, & magis conſona iuri. arg. s. de teſtibus, licet ex quadã. in fi. Si uerò neuter ipſorum machinatus ſit in mortẽ prioris, refert utrũ carnalis copula interuenerit ante matrimoniũ de facto contractum, uel pòſt, legitima uiuente, & tunc ſi prima erat ſponſa de futuro tantùm matrimoniũ ſecundũ non impeditur. ſi de præſenti, in perpetuum non confirmabitur, etiã ſi lata ſententia diuortij ob cauſam adulterij à prima cõmiſſi, prima religionem intrauit, ut probatur inf. e. tit. ca. 2. & ca. ex literarũ. & s. de ſponſa duorũ. accepiſti. & ſic intellige, quòd nemo poteſt retinere eam, quã polluit per adulterium: ut 31. q. 1. c. 1. & c. relatum. & omnia hæc uera ſcias, ſi primum matrimoniũ de iure tenuit, aliàs ualeret ſecundũ, ut ſuprà, de ſponſa. cùm Apoſtolica. & ca. ueniens mariota. Idem ſi dedit fidẽ prima uiuente. & ante fidẽ datam, uel poſt ſecundã, prima uiuente cognouerit: nec habet hic locũ diſtin. utrum ſecunda ſit inſcia: quia ex quo fides ei datur conſcia eſt, & ideo eſt minus, ꝯtrahere matrimoniũ, quàm dare fidem: quia contrahens matrimonium aliquando excuſatur, ut dixi s. uerſi. ad notitiã. ſed fidem recipiens nunquam excuſatur, ut inf. eo. ſuper hoc. & capit. ueniens. & xxxj. illud §. hoc ſubaudiendum. Quid ergo eſt, quod dicit inf. eod. cum haberet, quòd plus eſt matrimonium contrahere, quàm fidem dare? Dic plus eſt, id eſt, maius uinculum eſt, ut patet s. de ſponſa duorũ. §. quæ quibus. verſic. aut vtraque. & verſic. aut prima de præſenti. & verſi. aut prima de futuro. uel dic, plus eſt, matrimonium contrahere, & carnaliter cognoſcere, id eſt, maius impedimentum, & maius peccatum eſt, quàm ſolam fidem dare: ut patet ex ſuperioribus. & hoc eſt quod dicit, quam ſi fides duntaxat. Q. d. ſine carnis copula & hic ſequitur, quod ſi ſola fides data ſit, uel ſolum matrimonium contractum ſine carnis copula, prima uiuente, vel ſi ſecundã cognouit, prima viuente, non tamen de facto cũ ea contraxerit, uel fidem dedit; matrimonium poſt mortem primæ non impeditur: ergo ad hoc, ut diuortium celebretur duo neceſſaria ſunt. & quòd cognouerit, & ꝙ fidem dederit: uel de facto contraxit cũ ſecunda conſcia prima legitima viuente. aliàs vnũ ex his duobus tantùm per ſe non cenſetur iuſtum impedimentũ: ut infrà, eo. c. fin. Gre. & ſic intellige. 31. q. 1. deniq;. & §. hæc vltima. & infrà eod. ſignificaſti. Et idem intellexit Goff. de machinatione, ſcilicet

3 †Quòd ſola machinatio [a] ſine adulterio non dirimat matrimoniũ: quamuis enim ca. fi. inf. eo. de hoc nihil exprimat: tamen exprimitur inf. eo. c. 1. & c. ſuper hoc. & c. ſignificaſti. & c. veniens. 31. q. 1. ſi quis viuente. cùm enim hæc iura & omnia alia de hac materia loquentia tractent de adulterijs, credendũ eſt, quòd dominus Papa hoc conſiderauit. & ideo uoluit, ꝙ quantũ ad matrimoniũ prohibendum & dirimendum adulteriũ præcederet omnẽ cauſam, ſcilicet fidei dationem & machinationẽ, & contractum de facto: vel etiam ſequeretur. legitima tamen ſuperſtite: ut infrà eodẽ ca. fi. ſic ſaluata eſt opinio Hug. qui ſcripſit vnum ex tribus prædictis ſufficere ſine adulterio. & reddit rationem: quia ſicut pactũ uel promiſſio de hæreditate uel præbenda non uacante reprobatur, prout nota. ſuprà, de conceſſio. præbend. & eccleſi. nõ uacan. ſic, & de muliere nõ uacante: ſed ab alio poſſeſſa, & de uiro non uacante, ſed ab alia poſſeſſo, ſecundum Goff. fortè hæc opinio Hugo.

ADDITIO.

a Sola machinatio. Adde Abba. in c. 1. eo. tit. & Abb. in c. ſuper eo. tit.

opinio Hugo. potest saluari, si quæratur de matrimonio cōtrahendo. & secundū hoc casus tres, qui not. s. de sponsa. §. si verlic item decimo. non sunt excipiendi. sed secundū opinionem Goff. videtur, ꝙ excipi possint. Quid si quæratur de matrimonio dirimendo? Fateor ꝙ sola fidei datio per se, uel solus contractus de facto habilis per se non sufficit: ut supra, nota. sola autem machinatio per se sufficere videtur, sicut not. s. eo. versic. si autē secunda. & probatur expressim j. de diuor. ca. 1. nec obst. iura à Goff inducta. Nec eñ inuenies aliquod ius quod dicat, ꝙ hæc duo requirantur, scilicet machinatio & adulterium: sed verum est, ꝙ pro maiori parte loquuntur de adulterijs. certè idem faciunt iura antiqua, loquentia de alijs duobus impedimentis. Cùm ergo Papa, qui nec opinionē Hug. præsumitur ignorasse, super duobus tantùm casibus ius nouū promulgauit, videtur opinionē Hug probasse. nam de tertio poterat dicere, sicut dixit de duobus. s. de decimis. ad audientiā & sic etiā facit pro Hug. quam Goff. pro se induxit ꝙ non mutatur, qui stare non prohibetur. C. de testamentis. sancimus. & pro hac via multæ rationes faciunt. cùm eñ interfectori vxoris inhibeat generaliter cōtrahere, licet contractū teneat, vt no s. de sponsa. super rubricella, de matrimonijs. §. qualiter impediatur. Satis æquum est, quòd non solum non contrahat, cùm illa, cuius obtentu ipsam interfecerit: sed etiā si contraxerit, non teneat matrimoniū: quia frustra legis auxiliū inuocat, qui cōmittit in legē. j. de vsuris. quia frustrà. & absurdū est illi à iuribus de matrimoniis tractantibus subueniri: per quē constet eisdē scandalū generari. s. de cle. uel mo. c. 2. bonū est ergo, ut puniatur in eo in quo deliquit: nec vnquā habeat illam, q̄ ita nequiter cōcupiuit, ut s. de transla. episc. quanto § cæterū. nam & video, ꝙ licet ecclesia defendat homicidam ad ipsam fugientē casu fortuito: tñ si ex deliberatione cōmittat quis homicidiū in ecclesia uel cœmiterio ut ab ecclesia defendat, non defendit: ut s. de immu. ecclesi. c. si sic & dico, ꝙ si quis maritū alicuius mulieris fortuito casu interficiat, matrimonium non impedit. s. de conuer. infideliū laudabilē. §. vnico. sed si hac intentione hoc faciat, ut vxorē habeat, nullatenus toleratur. nec de adulterio cōmisso loquit aliquid decretalis præmissa. s. de conuer. infideliū. laudabilē. Sed dices licet non loquatur de adulterio cōmisso: tñ sic intelligēda est, ut innuit in resp. ibi: hic Triburien. concilij quod habes 31. q. 1. si quis viuente. regula contenti sumus asseritis, quòd si in morte ipsorum malitiosè fuerint machinatę, & c. nā illud conciliū loquitur de adulterio: & in hoc figit pedē Goff. sed hic est baculus arundineus: nec enim in decretali, laudabilē. allegātur verba concilij: cū nihil dicit conciliū de malitia vel machinatione. sed in decre. laudabilē. allegatur mens, & interpretatur, seu glossatur, qualiter intelligi debeant verba in cōcilio posita: ibi, nisi fortè idē vir, aut mulier virū, qui mortuus fuerat, occidisse notetur: aut propinquitas, & c. quasi dicat: Papa, mens concilii, ꝙ ponit hic duo impedimenta, scilicet homicidium & propinquitatem, sub distinctione videtur innuere, ꝙ sicut propinquitas impedit & dirimit: sic & tale homicidiū, scilicet si maritus interficiat vxorem: quod intelligas verū esse, quādo malitiosè machinatur hac intentione, ut aliam ducat: vnde nec in cōsultatione decre. laudabilē. not. adulterium: sed praua intentio cum opere subsecuto: & ideo dixit, qui dum in captiuitate erant, quarundam Christianarū viros insidijs & machinationibus occiderunt. hoc etiam apparet in §. 1. nam ibi non potest dici, quòd adulteriū cōmissum fuerit, & dicit in responsione, respon quòd cùm talis non procurauerit virorum interitum. & c taliter copulati, & c. ergo à cōtrario sensu si procurauerit mortē: non taliter, scilicet bona fide, sed mala copulati sunt: nec possunt contrahere, nec copulati insimul remanere. Quid ergo si adulteriū & homicidium fortuitū sine machinatione concurrunt? Non puto, quòd matrimoniū sit dirimendum, si de casu fortuito constet: quicquid dicant verba concilij, si quis viuente ibi, occidisse notetur: quia mens illius verbi, notetur, innuit procurationem seu machinationem: & sic volunt omnes decre ꝙ intelligatur, quòd in hoc casu nunquā loquuntur de homicidio sine machinatione. vnde expone verbū positum in decre. laudabilem. asserentis, subaudi, non secundum verba, sed secundum mentem, cui standum est ex quo de ipsa constat: ut j. de ver. sig. intelligentia. & c præterea. & c in his. De his autē & aliis criminibus, quæ impediunt matrimoniū contrahendum, no. de spon. sub rubricella, de matrimoniis §. qualiter impediatur. versi. quid. & seq. Illud in summa non est omittendum, quòd vbi matrimonium illegitimum est, secundū ea quæ prælibauimus, dist. nec susceptio prolis excusat, nec diuturnitas tēporis: sed excusat, quia si præcesserunt in diebus suis diuortiū celebratur, & pœnitentia iniungitur, & propter scandalum perpetua continentia indicitur: vt j e. cùm haberet. secus, si esset iuuenis, uel nullū scandalum immineret: quia tunc datur licentia cū alia contrahendi: ut j. eo c. 2. in fi. super quo vide s. tit. 1. in fi. & sic aliquando exēplo opus est: ut dixi s. ti. 1. §. 1. Verùm in gradibus, qui non sunt diuina lege prohibiti: aliquando dispensatū inuenitur ratione temporis cum ignorantibus. 35. qu. 8. de gradibus. & Imperator etiā motus est propter susceptionē liberorū, & tēporis diuturnitatē, circa illā quæ ius ignorans cū auunculo suo ꝯxit. ut ff. de ritu nup. qui in prouincia. §. diuus Marcus. & j. de consang. & affinit. quia circa.

De Coniugio leprosorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Leprosus si continere noluerit, & inuenit aliquam quæ secum contrahat, an ipsam ducere possit.*

2 *Mulier si cōtrahit cum leproso per verba de futuro ignoranter: vel cum sano facto leproso: an lepra superueniens dirimat sponsalia.*

3 *Leprosi de generali consuetudine ecclesiæ sunt à communione hominum separandi.*

4 *Vxor sana an teneatur sequi virum leprosum.*

QVoniam lepra soluit sponsalia[a] de futuro, non de præsenti, ne quidam putent, ꝙ propter horribilitatem & abominationē huius infirmitatis etiā matrimonia de præsenti debent solui, apponit hic rubricā de Coniugio leprosorū In qua notandum est, †ꝙ si 1 leprosus continere noluerit. & inueniat aliquā quę secū contrahat, ipsām ducere potest, ut j. eo. quoniā. § leprosus. & est ratio: quoniā hoc edictū prohibitoriū est: ut s. de spon. cùm a pud. † Quid si qua contraxit cum leproso per ver- 2 ba de futuro ignoranter. uel cū sano, postea facto leproso, lepra superueniens soluit sponsalia præcedētia, nisi fortè iā traduxisset sponsam in domū suā: ut j. e. literas. Vē ū dicere hæc decre. ꝙ antequā matrimoniū sit consummatū, possit solui sed quod dicit consummatū: expone, i. contractū uel ideo hoc dicit: quia si esset consummatū, iudicaretur matrimoniū præsumptū: vnde dic consummatū, subaudi, neq; ꝯtū & sic sponsalia tñ soluit: ut ibi. & s. de iureiu. quemadmodū & not. s. de spon. § & qualiter dissoluatur. versi. itē soluunt. secundo ergo, si traducta erat, uel per uerba de præsenti ꝯxerat, in perpetuū non separabit, nisi ante carnis copulā alter ad religionē transire voluerit, nam si transeat is qui remanet, nubere pōt in Dño: ut patet s de spon. cōmissum & s. ti. 1. veniens. & no de conuer. coniug §. qualiter. & hoc intelligas, qñ sponsa virgo est. nā si corrupta esset post traductionē, non posset separari, nisi post mortē: ut apparet in his quæ no. s. de matrimoniis. § qualiter ꝯhatur. versi. idē videtur, si traducta fuerit. Aliàs autē non solùm non separabuntur. imò sanus cogendus est, ut leproso reddat debitū, & econtra. nec n. propter lepram, uel aliā infirmitatē quācunq; alter separabuntur: ut j eo quoniā resp. 1. & § vlt & 32. q. horrendus & patet in his quæ no. s. de matrimoniis. §. quis sit effectus. Debet ergo vxor ipsum virū sequi: ut 34. q 2 si quis necessitate. & 32. q. 5 si qs vxorē. 13. q. 2. vnaquæq; mulier. quid eñ tam humanū est, q̄ ut fortuitis casibus mulieris maritū uel vxorē viri participē esse? ut ff. sol. mat. si cùm dotē. § si maritus in fi Monendi ergo sunt, ut debitū reddant: ꝙ si moniti acquiescere noluerint, non cogantur, si continentiā seruare volunt. ut j. ti. 1 si naūt seruare nolunt, uel non possunt, cogentur: ut j. tit. 2. §. vlti. & hoc teneas, quicquid j. sequatur. Alij dicunt, ꝙ sanus non cogitur præcisè reddere debitū: ut in c. 1. arg. 34. q. 2. si quis necessitatē. ff de ope. li. quod nisi. §. j. & est ratio ne leprosi nimis improbi sint in repetitione sui iuris, seu exactione copulæ carnalis, sed potius contineant. non tñ cogetur continentiā profiteri, sicut aliàs tenetur aliquis ad aliquid faciendum: non tamen præcisè cogitur: ut s. qui cle. uel vo. veniens. Alij distinguunt inter lepram, quæ inficit, ut tunc non cogatur præcisè: ut in c. 1. & lepram, quæ non inficit, & tunc cogatur præcisè: ut j. tit. 2. §. vlt. sed non placet. ideò tene, sicut not. s eo. monendi. & vide quod no s. de clerico ægro- 3 tante. Illud in summa sciendum est †, ꝙ leprosi de generali consuetudine ecclesiæ sunt à communione hominū separandi: sed vxores tenentur sequi eos: ut j. capitu. 1. nam & in veteri Testamento præcepit Dominus Moysi, quòd Maria soror Aarō prophetissa propter detractionis delictum, quod contra ipsum Moysen cōmiserat, lepra percussa, extra castra vii. diebus egrederetur: sic mox sanata mitteretur in castris, ut 33. quæst. 2 hoc ipsum. Sin

ADDITIO.

a Lepra soluit sponsalia. ¶ Adde c. quemadmodum. de iureiur. & gl. in cap. ex parte. de conuer. conin.

ipsum. Sin autē tot leprosi simul fuerint, quòd sacerdotē valeāt habere, eis permittitur: ut s. de eccle. ædifi. ad audientiam. † In hoc tamen casu quæsiuit Goffre. vtrum uxor sana teneatur sequi virū? & dicit ꝙ non, cùm in communi dormiāt, & in cōmuni vescātur: sed si cella uel domus aliqua daretur eis segregata, in qua possent cohabitare, tunc ꝯrium videret fore dicendum ſm Goffre. innuit ergo, ꝙ locus sit religiosus.[a] vtrum autem intelligantur religiosi fore: dic ut not. in summa s. de eccle. ædific. & §. quib. ex causis. ver. & hæc est vna causa. & seq. Quid de filiis? dicas, ꝙ apud sanū debent morari ne inficiantur, ſm Goff. super quo vide quod not. s. de conuers. infi. §. qualiter con uer. vers. quid iuris de prole.

ADDITIO.

a Quod locus sit religiosus. ¶ Adde an collegium leprosorum censeatur religiosum. vide glo. in c. quia contingit de relig. dom. Inno. in c. cum dicat. de eccl. ædifi. Car. in cle. per literas. in 12. q. de præben.

De Coniugio seruorum. Rubrica.

SUMMARIA.

1 *Seruus an possit contrahere matrimonium.*
2 *Et cum qua.*
3 *Consensus domini an requiratur in matrimonio contrahendo per seruum.*
4 *Seruus si contraxit inuito domino: & dominus petat debitum seruitium, vxor eodem tempore exigit debitum coniugale, cui teneatur obedire.*
5 *Dominus si vult vendere seruum suum vxoratum alicui, qui vult eum ducere ad partes remotas, an possit.*
6 *Matrimonium à seruo contractum, an possit separari.*
7 *Errores sunt quatuor.*
8 *Seruus si petit diuortium celebrari, libera contradicente, quid iuris.*
9 *Partus an sequatur patrem, si quis contrahit cum filia serui & liberæ.*
10 *Liber si contraxit cum ancilla ignorans eius conditionem, & conditione illius detecta, consentit in ipsam, an teneat matrimonium.*

Dictum est suprà de matrimonio in genere, nunc in specie. vel sic: Diximus de impedimento lepræ quæ soluit sponsalia: sequitur de impedimento conditionis hominis. nam hoc modo conditio apponitur. vt not. s. de conditio. appo. in prin. & sic dicamus de coniugio seruorum, videntes, An seruus possit contrahere matrimonium, Et cum qua, Et an consensus domini requiratur, Et an matrimonium à seruo contractum separari possit.

1 An seruus † possit contrahere matrimoniū[a]? Et quidē secundum leg. nequaquam. nam copulationes seruorū cōtubernia vocat, non nuptias: vt C. de ince. & inutili. nup. & in ancillis. & idem dicit decr. de nu. à sacerdotibus de facto cōtractis: vel his, qui in sacris sunt. s. de cle. coniu. sanè sacerdotes. sed licet lex humana ita dicat de seruis, non approbat hæc lex diuina. seruus enim à sacramentis ecclesiæ, quæ causa suscipiētis conferuntur, ut est baptismus, confirmatio, eucharistia pœnitentia, non arcetur: quia nec vllus fidelis. ar. j. de poe. & re. omnis. & j. quæst. j. §. si ergo sacramēta. & §. ecce si clericus. quare & matrimonium contrahere potest: quia quantū ad Dei cultū, nō est masculus, neq; fœmina, neq; liber, neq; seruus. omnes enim in Christo eandē mercedem accipiemus: vt j. eo. ca. j. & in authen. de monachis. §. hinc autē vobis. col. j. est enim hoc edictum prohibitorium, vt dixi s. tit. j. versi. primo. & intelligas prohibitorium, quo ad ius canonicum, non ciuile. vtrum autem possit ad ordines promoueri: dic ut no. s. de seruis non ord. §. qualiter possit seruus ad ordines peruenire.

2 Et † cum qua. Cū serua seu ancilla: hoc planum est, ut j. c. j. & 28. q. j. dictū. potest & cum libera seu ingenua: vt j. c. 2. 3. & 4. & 38. q. 2. si quis ingenuus. quod intelligas, quādo liber, seu ingenuus scienter contrahit cum serua. nam si in conditione erraret, nullum esset matrimonium: ut statim dicam j. §. & an matrimonium.

3 Et an † consensus domini requiratur. Dicas ꝙ non: sicut nec in aliis sacramentis, de quibus dixi s. eo. §. j. ergo etiam domino contradicente contrahere potest seruus. veruntamen non debet dominus seruitiis debitis defraudari: vt j. c. j. vnde cum partus sequatur ventrem, ut statim dicā. j. tit. j. efficietur partus ancillæ vxoratæ eiusdē domini cuius erat ancilla: quicunq; fuerit pater siue liber, siue seruus. ut ff. sta. ho. & seruorum. nisi consuetudo terræ contrarium operetur: ut j. e. c. licet. & s. de seruis non ord. c. vlt. vel l. Lōbarda. quod dicut no. in summa eiusdē tit. s. de seruis non ordi. §. quid si libertas. Verū, si dominus ancillam suam, dotem conscribendo, quod in liberis tm̄ mulieribus fieri consueuit, uel tanquam liberā tradiderit alicui in uxorem: uel sciens eam duci à libero homine taceat ex studio, dominiū eius amittit, & mulier eripitur in libertatem. Idem est de seruo, si sciente, uel tacente domino suo, cū libera contrahat, ut in authen. ut liberti de cætero. §. sed & si quis. col. 6. in authen. de nup. § si uerò ab initio, colla. 4. C. de Latina liber. tol. l. vnica. §. sed & si quis.

4 † Quid si dominus serui, qui eo inuito contraxit, petat ab eo sibi exhiberi debitum seruitium: & vxor eodem tpe exigit debitum coniugale? Dic si domino paretur graue præiudicium: vt si inimici ipsum dominum aggrediantur. in hoc enim casu potius debet domino seruus obedire, quàm uxori nimis importunæ: ut ar. ff. ad Sill. se. con. si quis in graui. §. sicut omnes. aliàs teneretur dominus modicum expectare, quam citò poterit obedire, & in mora modici temporis non est maximum damnū. ff. de iud. si debitoris. & Apostolus pręcipit debitum reddi: ut s. ti. j. c. j. §. est ergo Dño redemptori magis obediendum, ꝗ homini. 11 q. 3. qui resistit. quare & domino humano inuito seruus ad seruum seruorum Dei potest accedere absoluendus, nisi in fraudem fecerit siue commiserit id, propter quod excommunicatus est dominus, ut debito seruitio defraudetur: vel dñs sine culpa sua magnum ex hoc incurreret detrimentum: ut j. de sen. excom. relatū. In hac tamen quæstione dicunt aliqui, ꝙ adinuicem se impediunt. ff. de usufr. l. quoties. Alij ꝙ dño semper obediendum est, quia transiuit seruus cū onere suo: nisi fortè timeatur de adulterio vide super hoc qđ no. s. de sponsa. sub rubricella de matrimoniis. § quis sit effectus. uer. est etiam. & seq. Alij distinguunt, utrum seruus sciente dño ꝯxerit: & tunc tenet reddere debitū: uel eo ignorāte, & tunc est domino obediendum nisi adulterium immineat, ar. 63. di. si seruus sciente.

5 † Quid si dñs uult uendere seruū suū uxoratū alicui, qui ad remotas partes eum ducere uult. nunquid potest? dicunt quidā, ꝙ sic, & uxor debet eū sequi, sicut & uirū leprosum: ut no. s. tit. j. uers. debet ergo uxor. uerius vr̄, ꝙ hoc nō possit facere dñs: nec eum transferre de una terra ad aliam: matrimonium eīn ritè ꝯtū, nec potestate dominica, nec patria, uel ui conditionis appositæ in legato dirimendū est: ut C. communia utriusq; iudicij. possessiones. & 54. di. fraternitatem. j. qui matrimo. accus. pos. significante. & de inof. testa. si lia. & de inst. & subsu. reprehēdenda. & de condi. insertis. cū testatorē. & ff. de liber. exhiben. l. 3. & s. de sponsa. nō est uobis. nec obst. C. mandati. in re. & de iudic. nemo exterus. ubi dicit, ꝙ cuilibet cōmittenda sua sunt: quia expedit rei publicæ, ne quis re sua malè utatur: ut Instit. de his qui sui uel alie. iuris sunt. §. penultimo & ff. de his qui sui uel alieni iuris sunt. l. si dominus. unde si Iudex ecclesiasticus ad denunciationē ipsius serui, & ipsum dominū ex officio suo cōpescere potest arg. ff. de officio præfect. urbis l. j § quod autem. Argumentū habes ex superioribus, ꝙ si aliqua mulier ex hoc pacto seu ꝯditione, uel modo detur alicui in uxorem, ꝙ debeant simul semper morari, & in certo loco, fortè in domo amicorū ipsius mulieris, pactum seruandum est. & ar. in his quæ not. s. de conditio. appo. §. quæ conditio. uer. j. uers. de conditionibus. In traditione enim rei suæ, potest quilibet qđ uult pactum apponere. ff. de pactis. in traditionibus: & contractus ex conuentione legē accipiunt. ff. depositi. l. j. §. si cōuenerit. & ff. de reg. iur. contractus. & hoc non est contra l. imò potius secundum l. quia simul morari debēt: ut not. s. de matrimoniis. § quid sit matrimoniū uer. indiuiduā. ergo seruandum: ut ff. de pact. iurisgentiū. §. prætor ait. & pro hoc uidetur expressum. 34. q. 2 si quis necessitate. & ff. de operis li. quod nisi. §. j. pactum dico seruandum. nisi aliqua necessitas superueniat impediens, ne possit ibi maritus commodè remanere. puta ꝑpter inimicitias capitales infirmitatē aeris, uel aliud simile, quod arbitrio Iudicis cōmitto. tunc enim uxor sequetur uirū, ne adulterium committatur. quia tunc pactū cōtra legem inciperet esse. ar. 13. q. 2. unaquæq;. & 13. q. j. admonere. & 31. q. 2. de neptis. & in his quæ no. de cle. non resi. uer. quæ sit poena.

6 Et an † matrimonium à seruo cōtractū separari possit? Si cū serua contraxerit, minimè: cùm eiusdē sit conditionis. nisi ex causa: ut no. s. de matrimoniis. § qualiter impediatur. & j. de diuor. §. quot modis, & quibus ex causis. Sin autē alter coniugū seruus est, & alter liber, & liber nō ignorauerit cōditionem ab initio, ualet matrimoniū: ut dixi s. eo. §. & cum qua. Sed si ignorauerit, error conditionis in consensum, ita quod matrimonium ab initio nullū est.

7 † Quatuor enim sunt errores.

ADDITIO.

a An seruus possit contrahere matrimonium. ¶ Adde Spe. eo. tit. & an possit contrahere sine licentia domini, vide glo. in c. j. 33. q. 4 c. sanctū. 36. q. 4. & in c. j. & ibi doct. de coniug. seruo.

errores Error personæ. Error conditionis: & hi duo impediunt ab initio. Item error fortunæ: vt si credo contrahere cum diuite, & inuenit pauper. Item error qualitatis: ut si is credat̃ bonus, qui est malus. vel si credat̃ virgo, quæ corrupta est. uel sana, quæ est leprosa. & hi vltimi errores motrimoniũ non soluũt: ut 29. q. 1. §. 1. & not. s̃. de ma. §. qualiter impediat. sub §. 1. & ver. conditio. Sed primi duo soluunt̃. nisi is qui liber est verbo uel facto, puta cognoscendo carnaliter, scienter in seruũ consenserit ex post facto: quia postea non posset dissentire: ut j. eo. ꝓposuit. & c. ad nostram. Quid si mater alicuius, uel pater, cuius conditionem filius sequi debet, iuxta consuetudinẽ patriæ se pro libero gesserit: & filius post mortẽ patris nec suo nec patris nomine q̃stionẽ passus fuerit intra decennium, non soluet̃ postea matrimoniũ à filio ꝯctũ, ea ratione, ꝙ seruus sit: ut j e. licet. Et quod dicit decenniũ, subaudi maximè. nam idẽ si ꝑ quinquenniũ: ut not. s̃ de clandesti. despon. §. quam pœnã. ver. pari. in verbo continenti. & in cõspectu ecclesiæ. Vel dic. ꝙ quinquenniũ sufficit, quo ad hoc si nomine suo quæstionẽ motã voluerit vitare. arg. C. de præscripti. lon. tempo. quæ ꝓ libertate, scilicet, dummodo bonã fidem habuit, & hoc inter præsentes: nã inter absentes xx. an. desiderant̃: vt j. eo. tit. l. 2 & de præscri long. tempo. l. vlti. Quòd aũt dixi matrimoniũ impediri ꝑ ꝑ conditionis errorẽ, intelligas verũ, quand o liber erat credens ꝯhere cũ libera, & ipsa inuenit̃ serua. secus, si crederet seruã eam quæ libera est. talis. n. error non impedit: quia verisimile est, ꝙ in talẽ libentius cõsensisset. arg. s̃. de conuer coniu. ex parte. & qui cleri. uel vo veniẽs. & iunge ꝙ no. j. eo. versi. quid si seruus credit & intendit. & sequenti. Quid si quis ꝯhit cum serua ignoranter, & dñs medio tẽpore ipsam manumittit, & postea maritus cognoscit nesciens manumissionẽ, & credat liberam? Dicunt quidã, ꝙ non est matrimoniũ: quia ex consequentia prioris erroris cognoscit eam. arg. C. ad Velleia. si mulier. ff. de mino. deniq; & de precario. sed & si manente & s̃. de baptis. maiores. in fi. Da. ꝯ, quia ex quo præcessit tractatus de matrimonio, & carnalis copula secuta est, matrimonium inducit. argu. s̃. de despon. impube. de illis. 2. ꝯrium credo & illud quod dicit Da. locum habet, quando scienter cognoscit. arg. 34. q. 2. intellectũ. 8 † Quid si seruus petit diuortiũ celebrari, libera ꝯdicẽte, quæ errauerat? respondeo, non auditur, cùm hoc inductũ sit in fauorem errantis. ut C. de legib. quod fauore. & argu. s̃. de despon. impub. de illis. j. §. j. & ideo nunquam soluet̃, nisi ad petitionẽ & instantiam liberi. arg. s̃. de eo qui dux. in ma. c. 1. secundũ Goff. sed non video ꝙ hoc stare possit: quia non potest matrimoniũ claudicare: ut quo ad vnum teneat, & non, quo ad aliũ. quod no. ut j. eo. ver. quid si seruus credidit, & intendit, & sequent. Quid si lite pendente seruus exigat debitũ à libera. dixit T. ꝙ potius sustineat excõicationẽ: nam si redderet, pararet, sibi præiudiciũ. si verò ñ intẽderet, reddere, sed fornicario coitu ipsam cognosceret, peccaret mortaliter. ergo reddat. Goff. ad hoc s̃. de restit. spo. literas. § porrò. & j. eo. ꝓposuit. ad nostram. & de sent. excom. inquisitioni. Hoc potest esse verũ, si certus sit de seruitute, secus, si habet scrupulosam conscientiã: quia tunc excusaret̃, si ad mandatum ecclesiæ solueret. arg. j. de senten. excom. inquisitioni. & optime probat̃ hoc j. de frig. & male. fraternitatis. § j. ad fi. quia lite pendente, nihil est innouandum, ut no. s̃. lite pendente. §. si qualiter. versic. item si contingat. Alij dicunt, ꝙ reddere debet, sed non exigere. argu. j. de secun. nupt. dominus. Tertij, ꝙ potest reddere, & exigere, quantuncunq; sit certus ꝑ dubium euentum iudicij. arg. ff. de peculio. quod debet̃. & de adulterijs. denunciasse. & C. de liberali causa. ordinata. quia nunquam inuenit̃, ꝙ debeat potius excõicationem sustinere, quam debitum reddere. nisi vbi redderet, committeret mortale peccatum & hanc opinionem amplector. Et si quæras, quo affectu cognoscit eam? dico quòd coniugali, non tanquam liberam, non tanquam seruam, sed potius tanquam illam cui quæstio seruitutis mouet̃. & sic euentus iudicij declarabit, vtrum cogat̃, uel non eam retinere: arg. C. de iudic. rem non nouam ergo si contra libertatem ꝓnunciatur, habet locum decret. si ipsam postea cognouerit. antea enim non debet dimittere vxorẽ ꝓpria temeritate: ut s̃. de despon. impub. duo. in fin. quantuncunque causa manifesta existat. ut inf. de diuor. porrò. 9 † Quod si quis contrahat cum filia serui & liberæ: cùm, secundũ consuetudinem terræ, partus sequat̃ patrem: ut j. eo. licet. nunquid celebrabit̃ diuortium? videt̃ ꝙ sic, si consuetudo terræ sit præscripta. arg. j. de cogna. spiri. super eo. & iunge quod not. ibi in summa, §. quid sit effectus. versic. alij dicunt. & seq. Quid si liber contrahat cum ascriptitia, nunquid celebrat̃ diuortium, si errauit? Quidam dicunt, ꝙ non: cum non inueniat̃ expressum iure canonico, cum hoc edictum ꝓhibitorium sit. nam & contrahere possunt: ut C. de agri. & censi l. vlt. & l. ordinarij. in auth. de sanctis. episco § ascriptitios. et inuito domino. ut vbi dicit. secus, in seruo. sed contra, scilicet ꝙ non valeat matrimoniũ. in authen. de nup §. ascriptitios. col. iiij. & ff. de lib. ho. exh. l. 2. & C. de agric. & censi. ne diutius. primũ verius credo. Quid si seruus credit, & intendit contrahere cum libera, & tamen contraxit cum ancilla? Dicas ꝙ matrimoniũ tenet. quia non habet quid ei obijciat. 32. q. 6. nihil. j. de diuor significasti. secundũ Hug. & Goff. Alij dicunt, ꝙ siue erretur. in meliori conditione, siue in deteriori, siue in pari, matrimoniũ non tenet. arg. ff. de arbit. sed si in seruum. nam qui errat, non consentit. ff. de iurisdi. omn. iudi. si per errorem. C. de iuris & facti ign. non idcirco. & error nihil aliud est, quàm aliud ꝓ alio putare. 22. q. 2. in quib. 38. q 6. quamuis. error autem conditionis impedit & dirimit: ut no. s̃. eo. § respon. 1. Tu dic, ꝙ hoc est verum, quando mulier errat. nam si sciat ipsum esse seruum, tenet matrimoniũ non obstante errore viri, tunc igitur error conditionis matrimoniũ nulũ reddit, qñ conditio errantis fit deterior: secus, si melior fiat: sed nec de pari poterit querelari. & hæc opinio hodie est cõis: & iunge quod 10 no. s̃. versi. quod aũt. † Quid si liber ꝯxit cum ancilla, ignorans eius conditionẽ: demum conditione illius detecta, ꝯsentit in ipsam verbo vel facto. j. eo. c. si. ipsa tñ non consentit, nunquid est matrimoniũ inter illos? Dicunt quidam, ꝙ sic ex vna parte. sed hoc non placet: quia matrimoniũ non claudicat. est enĩ duorũ coniunctio: ut no. s̃. de spon. sub rubricella, & de matrimonijs. §. 1. mulier tñ cõpelli potest ad consentiendũ ratione fidei datæ. arg. s̃. de despon. impub. de illis. j. §. fi. maximè quia mulier malitiosè dissentire vr̃: & ideo ad eius petitionẽ non debet matrimonium solui. arg. s̃. de eo qui dux in matri. q̃ poll. ꝑ adul. c. 1. sed si ꝯheret cũ alio, ꝓpulsione pendẽte, teneret matri. serui, sicut no. simile. s̃. de despon. impu. §. quid iur. versic. quid si pubes. & seq.

De Natis ex libero ventre. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Nati seu liberi cuius conditionem consequantur.*
2. *Seruus quare sequitur ventrem.*
3. *Filij ex libero ventre, in quibus casibus redigantur in seruitutem.*
4. *Ecclesia quæ libertatem tueri debet, eam impugnare non debet.*

NE fortè crederet quis filiũ serui fore seruum, quamuis mater esset libera, eo quòd inter seruum & liberam contrahi potest matrimonium, ut suprà dixi: habito tractatu de conditione coniugatorum immediatè, videamus de conditione natorum: sic patet quare interseritur hæc Rubrica de Natis ex libero ventre, in qua videndum est, Cuius conditionem sequantur nati, seu liberi, Et in quibus casibus filij nati ex libero ventre redigantur in seruitutem.

1 Cuius † conditionem sequantur nati, seu liberi. Et quidem matris: nam si uenter liber est, & partus liber erit: cùm semper sequatur ventrem: ut inf. eod capitu. vnico. & C. de rei vendi. partus, adeò quòd sufficit matrem fuisse liberam, uel tempore conceptus, uel tempore partus, dum laborabat, uel medio tempore: quia calamitas matris partui obesse non debet ut Instit. de ingenuis. de hoc dic ut not. suprà. de seruis non ordi. §. quid si seruitus. & §. quid libertas. nam quod in hoc titul. deficit, ibi inuenies plenius dictum: aliquando autem partus sequitur conditionem patris, scilicet de speciali consuetudine approbata: ut suprà titul. 1. licet. & dixi in summa. & suprà. de seruis non ord. capitul. fin. aliàs autem semper sequitur conditionem uentris. & ita si venter liber est, partus liber erit: si seruus, seruus erit partus. Sed quæ est ratio, quare seruus sequatur ventrem, quia secundum naturam quodlibet agens, subiecto debet dominari. & Apostolus dicit, quod omnis anima debet subesse superiori. s̃. de censib. omnis anima. vnde & mulier subiecta est viro, tanquam superiori & capiti. ut xxxiii. quæstion. v. mulierem. & capitul. cùm apud. ideo partus debet sequi conditionem patris, tanquam domini, & tanquam dignioris, & non matris. nam & secundum Physicos semen hominis dignius est: & magis operatur in generatione quàm semen mulieris. ergo hoc est contra naturam, & contra ius, sicut obiecit mihi magister Raymundus Physicus. Respon. Licet vir ponat semen pro maiori parte, uel magis operetur: tamen mater nutrit, & in ventre viuificatur partus: vnde fructus sequitur terram, siue sit libera, siue serua. & eius domini fit: ratio enim non patitur alterius effici arborem, quàm illius, in cuius fundum radices egit: vt Institutio. de rerum diui. §. si Titius. & §. qua ratione. ff. de acqui. rerum do. adeò. in fin. & l. se. nec mirum, si vilius ad se dignius trahit, & ei dominetur: quia mo-

quia modicum fermenti totam massam corrumpit.s. de off.de-leg.super quæst.§.si verò duo. contra s. de consec. eccl. vel alta. quod in dubiis. & adeò partus ventrem sequitur, quod secundum consuetudinem generalem aliquarum regionum domini matrum filios natos pro suis petunt:secus,de legitimis.ff.de sta. ho.cùm legitimæ.& l.lex naturæ, nisi causa seruitutis aliud contingat:ut dixi s.tit.j.& quod bona sit similitudo de fundo, & de ventre.vide 61.dist.nasci.

3 **Et in† quibus casibus filij nati ex libero ventre redigantur in seruitutẽ:** Si fuerit filius sacerdotis:vt 15.q.fina cùm multæ.Item qui Saracenis administrant arma, capientium serui fiunt:vt j.de Iudæis.ita quorundam.Item qui eisdem vendunt galeas,vel naues j.de Iudæis.ad liberandam.Item si maior 25. annis vẽdat se ad participandum precium. quod dic vt no s.de ser.non ord.§.qualiter liber seruus fiat. Item est seruitus de iure naturali inuenta,scilicet pacti:vt 35.dist.sextò die.Ex

4 tra summam no.† ꝙ ecclesia,quæ libertatem tueri debet,eam impugnare non debet:ut hic dicit in fi.simile.s.de restit. spol. conquerente.& ff.de euict.vendicantem.& ff.de cond.inde. frater à fratre.& si serui.ven.alicuius.27.dis. vna tantum,& 25.dist.c.vlt. & 11.q.j.Syluester.& ff.de fideiu.tut.& de rescr.nonnulli.& j.de accu.qualiter.j.fallit in marito,qui alios prohibere debet ab vxore:sed non seipsum.Item contra,3.q.6.quamuis.

De Agricolis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Agricolarum multæ sunt species.*
2 *Differentia quasi nulla est inter ascripticios,& seruos.*
3 *Censitus nomen quomodo accipiatur.*
4 *Consuetudo quæ est in aliquibus castris,& locis, ꝙ si rusticus decedat sine filio,vel alio descendenti,dñs totum occupet iure peculij, an valeat.*

HIc fecimus mentionem de duobus generibus hominum,scilicet de seruis & liberis:sed sunt agricolæ id est, agrum colentes ꝙ nomẽ cùm generale sit, multas species continet sub se, quia agricolarum† Alij ascripticij, Alij censiti, Alij perpetui, Alij coloni conditionales, Alij inquilini, Alij originarii, Alij simplices coloni, Alij ascripticij,id est,per scripturam solo, siue terræ glebæ ascripti,id est,astricti.Fides autem fieri habet de hocgenere ex duabus speciebus obligationum,scilicet tam scripturæ, quàm professionis,vel depositionis apud acta: nec scriptura sola sufficit: melius est enim,ex pluribus causis ostendi conditionem: & non solum professionibus, neque scripturis homines fortè liberos ad deteriorem trahi conditionem: vt C. de agri. & censi. cùm sancimus.sic ergo fit vna scriptura,in qua promittunt domino soli,se nunquam à solo discedere:& ex illa ascripticius constitui tur: sed tamen per eam solam ascripticius non probatur: imò alia est scriptura necessaria, in qua cõfiteatur se esse ascripticiũ: & sic habes ꝙ ex istis duabus scripturis ꝓbatur: sic secunda confessio efficaciam prẽstat. C. ad Velleianum. si mulier. & de plus

2 peti. l. vnica. † Est autem sciendum, quod inter ascripticios & seruos penè nulla est differentia:vt C.de agrico.& censi.diutius. penè ideo dixi: quia seruus potest vendi cũ peculio, vt ibi: sed ascripticius nũquam sine solo:vt C.de agri.& censi.l.2.Itẽ ascripticij etiam contra dominij voluntatem in possessionibus,in quibus ascripti sunt,ordinari possint.vt in authen.de san. episco.§. ascripticios.serui non.vt not.s.de ser.or.Itẽ ascripticij & sciẽte & tacente domino contrahunt matrimonium: nec conditione liberantur:ut C.de agri.& censi.l.vlt.lib.11.Serui verò si sciente domino contrahant,liberi efficientur:vt in auth.de nup.§ si verò ab initio.hoc secundum leges. nam secundum cano. vterque & contra voluntatem domini contrahit:qđ dic vt no.s. titul.1. §.j.& in fin. Alij censiti,id est,censibus ascripti:vt C.in quib.causis coloni.l.2.& hi eodem mõ constituuntur, quo & ascripticij. est tñ differentia,sed non certa: vnde quidam dicunt:ꝙ censitus est ille,qui est ex ascripticio natus: sed Azo dixit illum esse censitum, qui rei certæ annuatim præstandæ obligatus est: vt C. in quibus causis coloni censiti.l.2. verum ascripticius est ad rem in certam obligatus, puta tertiam vel quartam partem fructuum vel mediam, prout dominus elegerit. Et nunquid tales testari

a possunt a ? Quidam dicunt, ꝙ non cùm serui dicantur: vt C.de agri.& censi.ne diutius.& l.quemadmodum. Azo dixit,ꝙ inter seruos possunt,id est,inter eos, qui sunt de familia sua, sed non inter alienos.arg.C.de hæreti.& Manich. cognouimus. & de in

3 cestis. & inutilibus nuptiis. si quis. † Et est sciendum, quòd hoc nomen censitus aliquando largè accipitur. vnde etiam ascripticios comprehendit: vt C. de agri. & censi. dominus. aliquando strictè:vt C.in quibus causis coloni censiti.do.l.2.sicut. & s. exposuimus.Alij perpetui,scilicet quos ꝓditor studiosus diligens suo colonatui perpetuò acquisiuit erat enim statutum antiquitus, quod miseris & vilibus personis reditus certi ex publico assignarentur tempore famis. & tunc qui validi erant, simulantes corporis miseriam,& inertiam, & debilitatem, partem redituũ percipiebant,& sic veris miseris præbendam suam diminuebant quos vulgo Itali Spaualdos vocant,nos Barlotos,siue Ribaldos hos ergo proditor studiosus, seu diligens inquisitor si simulationem in publicum duxerit,& prodiderit, si liberi erant: qui talia fingebant,in suo perpetuo habebat colonatu:si serui primus dominus eis carebat,& proditori assignabantur.C. de mendi. validis l.vnica.quæ incipit contractis.libr. 11. Sed hoc totum videt correctum fore per authen.de questore.quia serui dominis suis sunt reddendi,liberi in opus publicum dandi.vel dic, ꝙ lex antiqua loquitur de simulationibus auth. verò. de non simulantib. quia à dispensatore sæpe validi, cum inualidis ad eleemosynam admittuntur:sed cum hi simulatores tam grauiter puniãtur, qđ iuris putas esse de occupantib. plura beneficia in præiudicium pauperum clericorum:vt s.de præb.qa in tantum.& de rescrip. ad aures.dic vt no. s. de rescrip. §. quæ possunt obijci. sub §. sed quomodo intelligimus. ver.pauper. & seq. Alij coloni conditionales:qui cõstituuntur hoc solo,ꝙ per 30.annos in solo sine cõtrouersia fuerint:ut C.de agri. & censi. cum satis,& hæc cõsuetudo est bona, ſm Azo. hoc etiã in certis rebus locũ habet: ut C. de præscrip.30.anno.si quis emptionis.Sed Azo contradicit, qa nõ ex una sola cã, sed ex pluribus causis liberi homines ad deteriorem conditionem sunt trahendi: vt C.de agri & censi. cùm sancimus.& dixi s. vers.alij ascripticij.& ideo necesse est,ꝙ præcedat ꝓmissio in scriptis,vel sine scriptis, quod ꝑpetuo iure coloniæ seu in fundo fore promittãt,& postea per 30 annos ibi ꝑmaneant: aliàs tempus non esset modus tollendæ obligationis, multò minus inducendæ.ar.ff.de actio.& ob l. obligationum.tñ prior sententia videtur ꝯfirmari, j. de Iudæis.c j §. j.& s. de immu.ecc.c.3.Hos quidam putant esse ascripticios conditionales, quibus obuiat lex C.de episcopali audi.l.nemini.& ꝑ ꝑ aliud dixerunt falsum,quia colonus temporis transcursu liberari potest vt C.de agri.& censi.cũ sancimus.ascripticius minimè:vt C. eo. tit.cùm satis.Item colonus conditionem suam non mutat: & si solo sit ascriptus.vt ea.l.cùm satis.sed ascripticius bene mutat:vt eo.ti.ne diutius.Alij sunt inquilini:sed ſm quosdam,inter inquilinum,& colonum nulla est differentia.ar.pro eis.C. de agric.& censi.diffinimus.Azo contra, quia propriè colonus conditionalis est, qui cum sua familia in fundo inhabitat, nec à fundo recedere potest.inquilinus verò est,qui & si in fundo teneatur,in suburbio tñ ꝯmoratur,& in eo minus est astrictus,ꝙ in aliqua parte suburbij domum conducendo inhabitare possit: hocenim colono non licet. Alij originarij scilicet qui ex colono & conditionali nascuntur: & secundum quosdam in ipso solo.aliter enim non esset originarius: vt C. de agrico. & censi. cum satis. §. caueant. sed si hoc verum esset, colonus dominum sua prole defraudare posset, ducendo uxorem ad alia loca tempore pariendi. vnde dixit Azo, quòd siue in fundo, siue alibi nascantur, ad solum tanquam originarii propria, vel præsidis authoritate sunt reducendi. nam sufficit, quòd pater terram alicuius susceperit colendam:vt ea.l cùm satis. & quòd ibi dicit,si in fundo fuerit natus,subaudiendum est maximè. Alii simplices scilicet qui sub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colenda accipiunt: alirer enim sine pecunia non esset locatio.ff. depositi.l.1.§.si quis seruum. Et horum quidam sunt partionarii, quidam ad nummum conducti. Qui sunt partionarij, etiam fructibus à solo separatis, in eis nullum ius habent: vnde nec furti agent: sed dominum ad agendum per actionem ex conducto compellere possunt: vt ff. locati. cùm in plures. Si verò ad nummum conducti, statim fructus vt à solo fuerint separati, vsufructuarii intelligunt facti domini:vt ff.de fur. si apes. & intellige ad nummum conducti, scilicet quia domino fundi certam pecuniã reddunt,non dominus eis.& de his specieb. siue generibus hominum loquitur. j. de Iudæis. c. multorum.§. 1. & 2.Quamuis autem genera hominum sic diuersificentur: tamen consuetudo cuiuslibet terræ attendenda est, & secundum eam sunt iudicandi.nec certa regula tradi possẽt:cum in quibusdam regionibus partim naturã ascripticiorũ, partim alterutrorum superiorũ sortiantur.& ideo magis ibi faciẽt ꝓuinciales, si eis consuetudo sua specialis seruetur:vt ff.de offic. proconsul. si in aliqua.

ADDITIO.

a Nunquid tales testari possunt. ¶ Adde Specu. in titu. de instru.editio. in §.compendiosæ.versicul. j.& versicu.seq.& per Ioan.de Ana.in cap. multorum.de Iudæis.

qua. nec enim vna consuetudo alterius loci consuetudine sub uertenda erit. 12 dist. illud breuiter. sed tamen in dubio semper pro libertate iudicare deberis: vt j. de senten. & re iudi. ca. vlt. 12. q. 2. cum redemptor. j. e. c. vnico. s. tit. j. licet. & ff. de alien. iudi. mutan. causa facta. l. 3. & de reg. iur. libertas. 4 † Quid autem de cōsuetudine, quæ est in castris & locis aliquibus: quod si rusticus decedat sine filio, vel alio descendenti, dominus totum occupat iure peculij? dico ipsam seruandam, si præscripta sit: quia & Iudæi propter loci consuetudinem habent sub suo dominio Christianos: vt no. j. de Iudæ. sub rubrica, de seruis Iudæorum & Sarracenorum: cum hoc prohibeatur in clericis specialiter, de laicis videtur concessum: arg. s. de success. ab intestat. capitul. 2. potest enim dominus allegare, quod ab initio hoc pacto fuerint sic casati: ad quod probandum inducet consuetudinem, quæ est optima legum & dubiorum interpres. sic s. de consuetu. cùm dilectus. ff. de vsur. cùm de in rem uerso. & uide super hoc quod not. s. de censi. §. quis census. & ad hoc in Leuitico 25. capit. vbi dicit, Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est & vos aduenæ & coloni mei estis: & vide super hoc quod not. s. de censi. § quis census.

De Cognatione spirituali. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Cognatio spiritualis quid sit.*
2. *Et quot sint eius species.*
3. *Et qualiter contrahatur.*
4. *Effectus cognationis spiritualis quis sit.*
5. *Cognatio spiritualis non egreditur personas illas, cum quibus contrahitur vel contrahi intelligitur.*
6. *Consuetudo approbata per Papam, potest inducere impedimentum, & remouere in his in quibus Papa possit.*
7. *Commatres duas an aliquis possit habere.*
8. *Laicus si baptizauit puellam tempore necessitatis: an possit eam habere in vxorem.*
9. *Filius sacerdotis qui baptizauit puellam, an possit contrahere cum ea.*

TRactaturus Magister de quodam impedimento matrimonij, scilicet consanguinitatis quæ triplex est, scilicet spiritualis, de qua tractatur hic & 30. q. 3. per totum: legalis de qua tractatur. j. tit. j. & 33. q. 3. Item carnalis, de qua tractatur. j. de consan. & affin. & 35. q. 6. per totum. præmittit hic de spirituali, tāquam de digniori: quia spiritualia digniora sunt. ut not. s. de ma. & obe. §. quis cui eam præstaret. in qua videndum, Quid sit cognatio spiritualis, Quot eius species, Qualiter cōtrahatur, Quis sit effectus cuiuslibet speciei, Et an aliquis possit habere duas commatres.

1 a Quid sit † cognatio spiritualis. a Et quidem propinquitas proueniens ex sacramenti datione, vt in baptizante, vel ad id, scilicet sacramentorum detentione: vt patrino & filio eius carnali. qui ex hac detētione fit frater spiritualis filioli patris carnalis, vt apparet in sequentib. & tāguntur hic tres species sequentes. quę impediunt & dirimunt. vnde versus, Dirimunt frater j. eodem c j. & 3. & c. veniens compater. j. eod. Martinus. atque pater. 30 q. 3. capit j. & 3.

2 Quot † eius species. Tres, quę omnes tactę sunt ī descriptione. Prima dicitur compaternitas b, & attenditur inter spritualem patrē pueri, & carnalem. nam unus compatrum semper est pater spiritualis pueri, & alter carnalis. vnde versus.

Vnus semper erit compatrum spiritualis:
Alter carnalis, nec fallit regula talis.

& ex hoc apparet, quòd singuli filioli singulos patrinos habere debent, nō plures: vt 30 q. 4. quod autem. & de con. dist. 4 in cathechismo. & c. nō plures. quare ēt vir & vxor nō debent simul tenere: ut ibi. & no. j. §. fi. vers. quid ergo. & est ratio: quia licet vnus debeat tenere, si plures accedunt, videtur inter ipsos contrahi quasi quædam affinitas spiritualis. quare videtur, ꝙ sine peccato commisceri non possunt. Item quia quot patrinos habet filiola tot maritos amittit, si not de despon. impub. & §. quæ sponsalia. quod tamen in aliquib. regionib. malè obseruatur: & quòd dixi, singuli singulos patrinos habere debent, intelligas respectu baptizantis, vel suscipientis: quia vnicus debet esse baptizans & vnicus suscipiens: sed tamen vterq; est patrinus: nam omnes suscipientes: patrini sunt: sicut & baptizantes: ut probāt iura inducta. j. eod. §. quis sit effectus. versicul. effectus autem secundæ. & ut 20 q. 1 omnes. Si ergo baptizans repræsentat patrem ab actu suscipiens matrem à passione, vel quasi, quia sustinet puerum: sacramentum autem loco carnalis copulæ succedit: sicut ergo monstrosum & impossibile esset, si quis diceretur habere plures patres, uel matres carnales, ita de spiritualib. intelligendum est & vide quod not. s. de baptismo. §. quot eius species. Secunda dicitur paternitas: & hæc attenditur inter eum qui baptizat, & qui baptizatur: siue inter eum qui suscipit, & suscipitur. quæ potius maternitas dici debebat. arg. in his quæ not. s. proxi. ver. de hac habes j. e. §. quis sit effectus. versi. effectus autē secundæ. Tertia dicitur fraternitas, quæ attenditur inter filium tuum spiritualem, & filios tuos carnales. de hac j. eod. § quis sit effectus. versi. effectus vero tertiæ. Licet autem hæ tres species sint, & non plures, tamen secundum Goffr. in baptismo nouem ꝓpinquitates siue attinentiæ aliq̄ oriunt: & sunt hæ. Prima propinquitas oritur inter presbyterū baptizantē & baptizatū, q̄ est filiatio. Secunda inter sacerdotem, & patrem baptizati: & hæc est compaternitas. Tertia inter sacerdotem, & matrem pueri, quæ dicitur commaternitas. Quarta quæ est inter filios sacerdotis, si quos habet, & baptizatū, & hæc est fraternitas 30 q. 1. omnes. & q. 3. ita. Quinta inter baptizatum & suscipientem de baptismo: & hæc est filiatio. Sexta inter baptizatum, & vxorem suscipientis: & hęc similiter est filiatio. Septima inter baptizatū, & filios suscipientis: & hæc est fraternitas. Octaua inter suscipientē, & patrē suscepti: & hæc est compaternitas. Nona inter suscipientē, & matrē suscepti: & hæc est cōmaternitas. comprobantur hæc 30 q. 3 per totum. & q. 4. si quis vnus. & c. spiritualem & c. post vxoris. j. eo. c. j. & c. Martinus. & c. veniēs. & c. tua. Sed quicquid dicatur, aut est paternitas, siue maternitas, vel filiatio quæ cum correlatiua sint eadem species est. nā si pater vel mater vel filius est, & si filius est, pater uel mater est: aut est compaternitas & sic sunt tres species tantùm: ad quarum alteram omnes dictæ propinquitates siue attinentiæ reducuntur.

3 Qualiter † contrahatur. Pater ex præmissis, ꝙ baptizando & tenendo. ut dixi suprà § j. ver j. Sed nunquid in alijs sacramentis ꝯhitur spiritualis cognatio? H. dixit, quòd sic. nam sicut sunt 7. dona spiritus sancti, sic vij sunt sacramenta: siue baptismi dona. & in quolibet contrahitur compaternitas seu cognatio spiritualis: 30 quæst. j. peruenit. ita quod quodlibet impedit matrimonium contrahendum, & dirimit. sunt autem hæc. Primum, sacrati salis collatio. de consecrat. distin. 4 ex hinc. Secundum,

ADDITIONES.

a Quid sit cognatio spiritualis. ¶ Adde doctores in rubric. eod. titulo.

b Compaternitas. ¶ Quod ad hāc cognationis spiritualis speciem attinet. Martinus eo. tit. in Summa ita scriptum reliquit: Matrimonium (inquit) esse non potest inter patrem spiritualem qui leuauit de sacro fonte, & filiā spiritualem susceptam, vel inter matrem spiritualem. & filium spirituale. Quod si coniuncti fuerint, separandi sunt. vt 30. q. j. de eo quod interrogasti. & c. caus. q. ij. si quis cùm matre. Matrimonium quoque contrahi non potest cum filia compatris, postquā per eam fuimus compatres effecti: sed cum alia sic. Honestum tamen esset à tali coniugio abstinere: contractum tamen tenet. 30. q. 3. c. illud etiam. In summa matrimonium contrahere possunt omnes filij. & filiæ duorum compatrum, excepta illa persona, ob quā contracta est cōpaternitas. Nā illa persona nunquā potest copulari alicui filiorum patris sui spiritualis. ea caus. & quæstio super quibus. & extra de cognat. spiri. c. j. & c. tua nos. Quid si aliquis nō tāgit ipsum baptizatum, sed tangere se simulet. & respondeat cum alijs ad alias interrogationes, Abrenuncias satanæ, Vis baptizari, & nominet puerum, cū alijs? Respondeo, non efficitur, compater: nisi tangat puerum, vel tenendo dū baptizatur vel tenendo, vel leuando de sacro fonte, vel tenendo ad confirmationē. Quid si teneat sed nō respondeat cum alijs patrinis: intendens per hoc facere, ut non efficiatur compater: & sic posset absque maiore peccato cognoscere matrem pueri aut eam ducere. Dicendum est sine pręiudicio ꝙ efficitur cōpater ex quo tenet vel tangit ipsum, & intendit eum tenere, vel tangere, hoc est agere, quod agunt veri patrini, vnde compaternitas sic contrahitur. Nec credendum est, quòd responsio patrinorum sit de substantia rei, quo ad contrahendam compaternitatem. Quid de illis, qui per simplicitatem, ignorantiam, aut fraudem leuant filios vxorum suarum de sacro fonte? Dicendum est ꝙ si ex ignorantia, vel ex necessitate ob periculum mortis factum est, excusantur. Si vero ex malitia, fraus, & dolus non debet eis patrocinari: nec ob id, alter ab alio subtrahere se debet, nisi possint ad ꝯtinētiam induci. Sed nunquid is, qui in fraude fuit amiserit ius exigendi? Dicendum est, ꝙ cum non inueniatur prohibitus, non est prohibendus exigere ab vxore debitum. prohibitum autem est religiosis, de baptismo cōpatres habere. 17. q. j. placuit. Nota ergo, ꝙ spiritualis cognatio impedit & dirimit iam contractum in triplici specie cognationis veluti in ꝯpaternitate, vt compatre, & commatre. Similiter in ꝯpaternitate, vt in patre, & filia spirituali, quia non potest quis eam habere vxorem, quam leuauit de fonte. Similiter in fraternitate, vel in fratre carnali, & spirituali sorore. quia non potest frater carnalis habere sororem spirituale. Pater tamen poterit habere in vxorem filiam spiritualem filij sui carnalis, quia humor à radice ascendit ad ramos Martinus.

cundum, aurium, & narium cum sputo linitio.eod. postea tanguntur. Tertium, in fronte & pectore crucis signatio.eo. postea signantur. Quartum, olei sacri vnctio.eo.demum. Quintum, baptismi ablutio.eo. uenit. Sextum, in vertice chrismatis vnctio, postquam ascendit. Septimum, in fronte fixa per episcopum cõfirmatio.c.presbyteri.& respondebat Decre.quæ ei contradicit: ĵ.eod.contracto.quod ille filius fuit concubinæ tantùm: quia de alio viro eũ susceperat. non de Petro amasio suo: aliàs non esset decre. Alij autem, ut Dama. Lau.& T.dicũt, cognationem spiritualem contrahi in trib. sacramentis tantùm, scilicet in catechismo, baptismo, & confirmatione. sed cognatio contracta in catechismo præstat impedimentum matrimonio contrahendo: non tamen est adeò valida, ut dirimat iam contractum: ut ĵ. eodem contracto. restat ergo, ꝙ per duo tantùm, scilicet baptismum & confirmationem, validè contrahatur: ut arg.30. q. 1. si quis filiastram. & c.de his qui. & quæstio. 4. non oportet. & c. super quibus. & infrà eodem per totum. & secundum hanc opinionem intelligenda sunt dicta cap. peruenit. & in catechismo. & in hoc concordant Goffr.& Rayn. Si quæras, quare in catechismo.[a] nõ contrahatur validè? ratio in promptu est. Baptismus enim ianua est, & fundamentum omnium sacramentorum: ut 32.distinct §. verum, in fi.& suprà de præsbyt.non bap. capitulo 2. unde cùm catechismus præcedat baptismum, sequitur ꝙ non est sacramentum, ergo non contrahitur compaternitas valida per catechismum. Item ante baptismum non est filius ecclesiæ, nec intrare potest gloriam ęternam: ut de consec. distin. 4. firmissimè. & cap. nulla. ergo nõ est filius spiritualis. quomodo ergo per eum, qui filius non est spiritualis, contrahetur spiritualis cognatio? Nullo modo: quia antea quærenda est persona, quam iuris ratio: ut ff. de iure codicillo. quidam referunt suprà. de despon. impu.ad dissoluendum. Tertij, ut Ala. Bazi.& Gul. Naso, dicũt, quod in his tribus sacramentis catechismo, baptismo, & confirmatione contrahitur spiritualis cognatio, impediens matrimonium in utroque casu, & dirimens. nam hæc tria æquiparantur. de conse.distin.4.in catechismo: & 30.q.4 si quis unus.nec obst. ĵ.eo. contracto. quia mulier non tenuit eũ in toto catechismo: sed in sola missione sacrati salis, quo catechismi initiantur: ut de consec.distin.3.sal cœlestis sapientiæ. unde quod dicit litera, in primo sacrati salis pabulo. subaudi, tantum, & non in toto catechismo. Sententia Da. videtur mihi rationabilior, & secundum eam expones verba. ĵ.eo.contracto.quæ res uix contra. ma impe.affin.subaudi, si tamen afferret. & ita quod uix fit, tamen fit. sic ff.de iu.uix certis ex causis: non tamẽ ideo matrimoniũ contractum solueret, ut præcedit: quamuis etiam in toto catechismo tenuisset. cùm enim impedimentum hoc surgat ex constitutione ecclesiæ, non est dilatandum, sed potius restringendum: quia quos Deus coniunxit, homo non separet. argum. op. 33. q. 2. si quis cum matre. §. seq. Tamen quia dissensio magna est, & iura hinc inde contraria & fortissima, secundum diuersas consuetudines terræ, quæ scandalum generaret, videretur hoc iudicandum.arg. s̄.de sepul.certificari.& in his quæ not. ĵ. eo. §. quis sit effectus. ver. effectus uero tertiæ. & versic alij dicunt. uel consulendus esset princeps super hoc: quia noui casus & dubitabiles per eũ sunt terminandi.ut s̄. de translatio, epi.c. 1 & 2.

4 **Quis[†] sit effectus cuiuslibet speciei?** Effectus primæ, scilicet cõpaternitatis, est, ut impediat matrimoniũ contrahendum, & dirimat iam contractũ, sed notandum est quòd cõpaternitas iam subdiuiditur: quia alia est directa, alia obliqua. directa est, cùm ego suscipio filiũ Bertæ mulieris, uel ipsa meum. nã in hoc casu ipsa cõmater mea est directa, & ego cõpater suus: & ideo inter nos matrimoniũ consistere non potest. ut infrà eod uenienis & 30.q.1.c.1. Obliqua autẽ, uel indirecta, seu emergens est, quando unus coniugum postquam sunt una caro effecti, filiũ aliorũ coniugum suscepit. nam in hoc casu ambo parentes suscepti compatres efficiuntur, etiã alteri coniugũ, qui non suscepit. & hoc per obliquũ, mediante. s. illo coniuge, qui suscepit, qui una caro factus est illi coniugi, qui nõ suscepit: quoniã communicant sibi coniuges actiones: ut 30.q. 4.cap.1.& c.si quis unus. uerbi gratia, Martinus duxit in uxorem Bertam, & Lotharius Thebergã, & eam cognouit postmodum verò Lotarius leuauit de sacro fonte filium Martini & Bertæ. & in casu isto Lotario & Berta mortuis, Martinus & Theberga nõ poterunt contrahere simul: quia quondã viuente Lothario, cũ quo Theberga una caro facta erat, fuit contracta indirecta compaternitas inter hanc Thebergã & Martinũ: eius filiũ Lotharius tenuit, ipso Lothario mediante. ut ĵ. eod. Martinus. Ber. secus si Loth.tenuisset filiũ Martini antequã una caro factus fuisset cũ Theberga. ut not. ĵ.eod.§.& aliquis. & sic directa indistinctè impedit matrimoniũ contrahendũ, & dirimit iam contractũ: & idẽ facit obliqua, s.post carnis copulã: mediante altero coniugũ acquisita: unde versus.

Respuo que nostrum, cuiusue leuat me, natum,
Vt mea dicatur quæ mihi carne sociatur.

Effectus autẽ secundæ speciei. s. paternitatis spiritualis impedit contrahendũ, & dirimit iã contractũ. & sic patrinus nunquam põt ducere filiolã in uxorẽ, nec filiolus matrinam: ut 30.q. 1.de eo. quod interrogasti. & 33.q.2. si quis cũ matre. & 30. q. 3. ita diligere. Effectus verò tertiæ similiter impedit, & dirimit. s. fraternitas, siue proximitas spiritualis. ut 30.q.3. ita diligere. sed super hoc articulo uariæ opiniones, & uaria iura olim emanauerunt. alia enim dicebant, filios duorum compatrum posse simul iungi: siue ante compaternitatem nati forent, siue post. ut 30 q. 3. super quibus. alia dicebant, hoc uerum esse de natis ante cõpaternitatem: sed de natis post, hoc prohibebant: ut 30.q.3 post susceptum. Sed posterius secundũ canonicã. primus tamen in ordine hodie primus corrigit: quia siue ante compaternitatẽ nascantur, siue post, simul possunt coniungi, excepta illa persona, qua mediante, ventum est ad compaternitatẽ. ĵ. eod.c. 1. & sic c super quibus, quod debet esse Paschalis primi, licet quidam libri habeant Paschalis secundi, in subscriptione, siue inscriptione, corrigit c. post susceptum. quod fecit Vrbanus secundus: ut patet 30. q. 3. super quibus. & c. Pictatium. & c. non oportet. & ĵ. e. super e. & c. tua nos. Vel dic, quòd prior corrigit posteriorẽ: quia maiori nititur ratione. sic l. dist. memor. post. c. domino sancto. in fi. unde posterior. i. primus postpositus corrigit posteriorẽ. i. vltimũ, qui primo præferebatur. & sic prior erat in vsu. sic intelligi potest, & exponi ĵ. eod: cap. 1. & sic c. super quibus. potest esse Paschalis. 2 unde & cõpater licitè potest accipere in vxorem filiã cõpatris, vel cõmatris suæ, dũmodo non sit filiola sua, licet honestum esset, quòd à tali coniugio abstineret: ut 30.q.3. illud. Et

5 ideo nota, † quòd cognatio spiritualis, sicut & cognatio legalis, & publicæ honestatis iustitia, non egrediuntur personas illas, cũ quibus contrahuntur, uel contrahi intelliguntur. quare & filiam filiolæ meæ potero ducere in vxorem, cùm nusquam inueniatur prohibitum. & hoc edictũ prohibitorium fit. & ff. despon. cùm apud. secundum Da. T. sed contrà. ff. de ritu nupt. per adoptionem. in fi. & Insti. de nupt. §. amitã. tamen concordat. ff. de ritu nup. si qua. §. adoptiuæ. Sol. inter omnes illos, qui in potestate sunt prohibẽtur nuptiæ celebrari, vsque ad gradũ per l. prohibitũ. is enim qui adoptatur, agnascitur his, qui in potestate sunt. ff de adop. qui in adoptione. si ergo pater meus adoptet filiam aliquam, hæc soror mea est: sed filia sua non est neptis mea: quia remanet in potestate patris proprij. & sic loquitur § adoptiuæ. & Instit. eo. §. eius. sed si aliquis adoptat aliquam neptẽ nuptam carnalem in neptem adoptiuã, transit in potestatem suam. vnde si postea adoptat aliquam extraneum in filium, qui potest dici auunculus, siue patruus neptis adoptiuæ, inter tales non potest matrimonium stare: idem potest poni in amita, & matertera, & nepote, conuerso modo posito casu. & sic loquitur lex, per adoptionem. §. amitam. Sed quæ est ratio, quòd non possunt habere amitam uel materteram adoptiuam, sicut & spiritualem: cùm spiritualia fortiora sint, quàm carnalia, ut s̄. de translatio. episcop. inter corporalia: quia si ita est in adoptione, fortius, uel saltem pari ratione debet esse in filiatione spirituali: ut 30. qu. 3. ita diligere. unde. in casu isto dicit Imperator, quòd nihil est, quod magis possit inducere paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionem, quàm huius nexus, per quem Deo mediante, animæ patrini & filiolæ copulatæ sunt: ut C. de nup. si quis alumnam. in fi. Respondeo, pater acquirit filio temporalia, & econtrà. ff. de lib. & posth. in suis. & Instit. per quas person. nobis acqui. circa princi. quamuis is, cui acquiritur, non laboret, & tamẽ laborare posset: secus in spiritualibus: nam & ipsum regnum Dei proprio labore acquiri oportet. vnde etiam filius non baptizatus negligens & contemnens nunquam saluabitur per baptismum patris, opera enim illorum sequuntur illos: ergo qui non laborant, non manducabunt. sed qui egestatem habet, de se conqueritur: de consecrat. distin. 4. cum paruulis. & sic patet, quare per vnionem carnis ad vnionem spiritus præcedentem i. ad cognationem spiritualem, hoc est, ad compaternitatem vel maternitatem non pertransitur. quamuis pertranseatur ad vnionem carnalis cognationis: ut 30. q. 3. post uxoris. sicut ergo per proprium baptis. non per extraneum, quilibet saluatur, sic per propriam susceptionem, non extraneam, acquiritur cognatio spiritualis. Item siue ante compaternitatem, siue post nascantur filij, coniũgi possunt: nisi de illa persona agatur, per quam ventum est ad compaternitatem: vt patet ex præmissis. & sic hodie tenendum est, quicquid quondam in ter se iura

ADDITIO.

a Quare in catechismo. ¶ Adde c. per catechismum. & ibi do. eo tit. lib. vj.

se iura discrepare viderentur, secundum Dama. T. & licet consuetudo contraria posset impedire matrimonium contrahendum, non tamen dirimet iam contractum. s. de sponsa duorum. licet. & c. per tuas. secundum Goffred. Alij dicunt, quòd etiam hodie seruanda est consuetudo, quæ scandalum induceret, nisi seruaretur. vnde si in aliqua terra matrimonium contractum inter filios duorum compatrum post compaternitatē genitos, induceret errorem, in populo Dei, & maximum scādalum generaret. si contractum remaneret, separandum est: ut j. c. j. in fi & c. super eo. ver. cæterùm. & ver. itaque. nec ob. quod posset opponi, quòd matrimonium fuit institutum in Paradiso, & à domino, vt not. s. de matrimonijs. § ubi legitur. 26. dist. deinde opponitur. Quos Deus coniunxit, homo non separet: ut 33. quæst. 2. quos Deus. quia ex quo Papa hoc approbat, ut in dictis decre. ita debemus tenere: ut 19. distin. in memoriam & c. distin. contra morem. & 11. dist. quis nesciat. nam & multa alia impedimenta per constitutionem ecclesiæ sunt inducta. quib. interuenientibus, separantur coniuncti à Deo per hominem. sed non debemus dicere, quòd homo separet: ex quo hoc fit authoritate Papæ. imò Deus hoc facit: quia Romanus Pontifex non puri hominis sed veri Dei vicem gerit in terris. ut s. de transla. epis. inter corporalia. & c. quanto. & ideo potest de iure supra ius dispensare: inducendo impedimentum de nouo, ut in exemplo posito: & iunge, quod no. s. qui cle. uel vo. § quis vouens. ver. & hæc locum habent. Adeò. n. hæc consuetudo spectāda est, quòd licet hodie restricta sit inhibitio carnalis copulæ ad quartum gradum, & sic in quinto rectè contrahatur: ut s. de clan despon. cùm inhibitio. & j. de consan. & affi. non debet. & c. fi. si tamen in aliqua terra abominabile haberetur, quòd in quinto gradu remanerent coniuncti, secundum ipsos essent separandi: quia Papa hoc approbat. j. de consan & affi. quod dilectio. nam potest de iure supra ius dispensare, remouendo antiquum impedimētum. quare restrinxit inhibitionem carnalis copulæ, vsque ad quartum gradum: ut dixi, vnde si consuetudo approbaret, ꝙ ego possem contrahere cum sorore mea spirituali, id est, cum filia patrini mei: uel cū filiola patris mei, sub dissimulatione præteriti debet. ut j. eo. super eo. §. verum. & sic ille §. respicit princ. decre. Sed alij dicunt, quòd respicit versi. cæterùm. & ver. itaq; respicit prin. decre. Da. dixit. ver. itaque, &c. scilicet quòd separā tur, intelligi debet ad tempus, non perpetuò: ut s. de spon. cùm Apostolica. in fin. & j. de matri. contracto contra interdic. ec. literæ. Alij intelligunt, ut præmisi. s. e. ver. sed alij dicunt, videtur tamen intelligere minus subtiliter: quia secundum hunc intellectum nimis magnam violentiam facimus literę. nec vnquā fuit intellectus condentis: quia ver. ita ponitur continuatiuè & expositiuè, ut natura significationis docet. verùm autem aduersatiuè. nam hæc dictio ita semper consueuit continuare, & hæc dictio rerum aduersari: quare patet, quòd illi duo ver. cæterum. & itaque. de eodem Martino loquuntur. ver. autem vèrum. de alio. quare innuit, quòd vult redire ad primum casum. huic autem intellectui manifestè contradicit. s. de consue. c. vlti. respon. 1. & c quanto. de transac. c. vlt. de sponsa duorum. ca. fi. & quod not. s. de spon. duorum § quæ quibus, versi. aut vtraque de præsenti. sed potest dici, ꝙ ibi loquitur de consuetudine, quæ scandalum non induci- hæc responsio non prodest: ut patet s. de renuncia nisi cùm pridem §. pro graui quoque scandalo. & de voto: & vo. redem. magnæ. § cùm ergo. & se. & j. de ope. no. nun. c. 1. §. super eo. & de re. iur. qui scandalizauerit.

6 † Ideo dic, quòd consuetudo approbata per Papam, potest inducere impedimentum, & remouere in his in quibus Papa posset: sicut est in gradibus canonica institutione prohibitis, & aliis similibus: ut argumentum j de consan. & affi quia circa. secus in prohibitis. l. diuina. in quibus loquuntur contraria. ad quod accedit quod not. s. de testi §. & vtrum post publicationem versi hæc si sit alia causa. sed & consuetudo, quæ scandalum generaret, videretur posse approbari per Papam. quo ad præterita, etiam ubi ab initio ipse dispensare non posset arg. j de spon. duo. c. fin ibi, in matrimoniis de ceterò contrahendis. q. d. secus in iam contractis, quæ fortè sine scandalo separari possent, ad hoc s. de con eccles. vel altaaqua. & s. de spon. duorum, licet in fi. per quam videtur, quòd Papa ibi dispensare possit: alioquin ex sententiis Apostolicorū animę deceptæ fuissent, alij dicunt quòd & pterita si accusarentur, separarētur, arg. s. de præbend. cùm iam dudum. in fi. Itē consuetudo, ex quo per Papam reprobatur, scilicet quia nullū scandalum inducit: non excusat j. de consan. & affi. quod super his. § vnico. uel potest intelligi in gradibus diuina lege prohibitis: uel in dissensionibus, quas not. s. eod §. qualiter contrahatur. & dixi. in versic. sententia T. Alij verò sic intelligunt, quòd consuetudo, quæ scandalum generat, personas ad contrahendum legitimas, illegitimas reddit: ut j. eod. c. super eo. de consan. & affi. ꝙ dilectio. & xxxij. q. 4. obijciuntur. hoc tamen non posset facere consuetudo, quantūcunque generaret scandalū, quod personę illegitimæ legitimæ redderētur, & sic manifestè videtur loqui j. de consan. & affi. quod super his. ad fi. & c. non debet. §. fin. sed hoc nihil aliud est dictum, nisi ꝙ consuetudo efficacior sit cōtra l. diuinam, quàm humanam. & ideo non placet: quia contradicunt iura, s. de testi. licet ex quadam. in fin & de resti. spo. literas. item quia in dicto capitulo obijcitur, mos reddit personas legitimas illegitimas ad contrahendum contra id quod intendunt. in eoque tene ut nota. suprà versi. ideo dic, quòd consuetudo, & seq.

7 Et an † aliquis posit habere duas cōmatres. Hæc quæstio incipit tractari 30. quæstion. 4. qui spiritualem & in illo & duobus sequenti. & cap. vlti. probatur, ꝙ licitum est duas commatres habere, uel duos compatres, & quod illicitum est: nam ad inuicem sibi ꝯdicunt. Raynal. soluit hoc modo: quia si vxor mea suscipit filium Bertæ de sacro fonte, & postea vxorem meam carnaliter cognosco, tunc Berta efficitur mihi commater: nec vnquam eam ducere potero: ut 30. quæstio. 4. c. 1. & capitu. vlti. si autem postea vxorem meam non cognouero, & non efficitur Berta mihi commater, & ideo mea mortua ipsam Bertam in vxorem habere non prohibeor: vt e. cap post vxoris. & hoc dist. Gra. e. §. notandum. & ideo Ioan. & T. asserunt ipsum Gra. in hoc casu errasse, vnde dicunt, ꝙ super hac quæstione ita tenendum est. refert enim, vtrum compaternitas, [a] vel commaternitas præcedat matrimonium, vel sequatur. si præcedit, licitè potest quis habere duas commatres. verbi gratia, Maria & Berta factę sunt postea Martinus contraxit cū Maria, & cognouit eam. Maria ista mortua, poterit contrahere cum Berta. & hæc est causa, quia per vnionem carnis sequentē non transitur ad vnionem spiritus præcedentem, ut 30. q. 3. post vxoris obitum. Sin autem sequatur compaternitas, siue commaternitas, & matrimonium præcedat subdistinguitur: qa si vxor tua suscipit filium alterius mulieris illa, cuius filius suscipitur, efficitur tibi commater, vxore tua media, quam cognoueras: & ideo mortua vxore tua, non poteris eam habere in vxorem, ut dixi in conuerso casu s. proxi. ver. ob aliquem. Quod si alia mulier filium vxoris tuæ, quem de alio viro susceperat, tenuerit in baptismo: etiam postquam cum vxore tua factus fueras vnica caro, [b] illa mulier est, commater vxoris tuæ, & non tua: non enim fuit ibi commaternitas acquisita, quoniam vxor tua nihil agit acquirendo commaternitatem illam, sed potius passa est: & ideo mortua vxore tua, talem commatrem vxoris tuæ poteris vxorem habere. Idem est, si filius tuus ab aliquo suscipiatur, quem genuisti ex alia muliere: quia non est acquisita compaternitas tuæ vxori. & ideo te mortuo poterit habere talem compatrem tuum in maritum: vnde in his casibus potest aliquis habere duas commatres: & aliqua duos compatres, vt 30. quæstion. 4. qui spiritualem. & c. seq. Et idem videtur sentire Gra eod. §. fin. quia in casu isto non communicatur passio spiritualis: sicut in prædenti superiori a ctio spiritualis, vnde versus:

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit:
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor.
Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit,
Hanc post fata meæ, nec inde vetabor habere.
Ambos compatres facit actio, passio nunquam.

Item quæ est ratio Respondeo, vir & vxor per actionē carnalem siue corporalem, efficiuntur vnum corpus, non vnus spiritus. Cùm ergo actio corporalis sit, passio verò mentalis: non est mirum, si actio actionem trahit, & non passionem, secundū Hen. Senen. in actione enim corpus acquirit: quod est idem cum alio coniuge. In passione anima patitur, quę non dicitur eadem cum anima coniugis. Item in actionibus acquirit vxor compaternitatem per tactum proprij corporis. quod est idem cum marito: in passionibus autem acquirit uxor per tactum nati sui, quem ab alio suscepit, siue per tactum patrini sui, & qui cum marito nullam habet communicationem nō est ergo mirum, si coniuges, actiones tanquam proprias sibi communicant, & non passiones tanquam extraneas. Quid ergo, si alter coniugum proprium filium suscipiat de sacro fonte, [c] vel filium mariti illegitimum, quem de alia muliere suscipit uxor, an inter se & maritum suum diuortium celebretur? Certè quic quid

ADDITIONES.

a Vtrum compaternitas. ¶ Adde text. & Doct. in c. 1. de cognat. spiri.
b Vna caro. ¶ Adde tex. in c. sunt qui dicūt. 27. q. 2. tex. in c. quomodo virginib. 31. q. 1. originaliter. Genes. 2.
c Proprium filium suscipiat de sacro fonte. ¶ Adde tex. in c. ad limina. 30. q. 1. & per Abb. in c. si vir. in 1. no de cognat. spirit.

quid dicant cano. antiqui, hodie non separabitur propter matrimonium: quia si ignoranter fiat, ignorantia debet esse excusata, si in fraudem: fraus & dolus non debent patrocinari: vt infrà eo. si vir vel mulier. sed tamẽ ei qui in fraudem hoc facit: quamuis propositum suum sit sine effectu, est pœnitentia iniungenda: vt j. eo. contracto. in fi. sed tali interdicitur matrimonium post mortem legitimæ vxoris: vt no suprà, de matrimoniis. §. qualiter impediatur. versic susceptus. sed necessitate instante excusata est arg. j. de homicidio. c. 2. & adde quod notatur s̃. de baptismo. §. quis possit. versi. sed nunquid pater. 8 † Quid si aliquis laicus baptizauit puellam tempore necessitatis, nunquid eam potest habere in vxorem? Item quid si quis in minorib. ordinib. constitutus, contrahat cum illa quam proprijs manibus baptizauit: nunquid dirimetur matrimonium? Videtur, ꝙ sic. quia filia sua spiritualis est. 31. quæstio. 1 omnes. & c. de eo quod interrogasti. per quæ dixit Rayn. persequens. ca. ꝙ impeditur matrimonium contrahendum: sed si quæras, utrum contractum dirimatur, consulas principem, cùm nouus casus sit. s̃. de translatio. episc. capitu. 1. Dico, ꝙ si ipsum consulas, meritò tibi obiurgando poterit respondere, aut non intelligo quid quæris: aut fatua est consultatio tua: nam si suscipiẽs separaretur, de quo nulli dubium est: multo fortius baptizans, qui principalis est: & cuius manibus baptizatur. argu. ff. de testa. Domitius. & hoc satis probat dictum ca. omnes. vnde puto, ꝙ hic errauit T. sicut in sequenti quæstione, cuius solutio comprobat istud idem. 9 † Quid si filius sacerdotis, qui baptizauit puellam: contrahit cum puella: nunquid valet? & dixit, ꝙ sic: quia hoc edictum prohibitorium est, & fortè officialis Cantuarien. errauit in sentẽtia sua. occasione istius opinionis, quàm potuit inuenire scriptam in summa T. de matrimo. & sponsa. sub rubrica, de cognatione spirituali. & diuersis speciebus eiusdem. & sic patet, quòd antiqui non semper asserunt veritatem vnde in hac quæstione & proxi. superiori credo T. malè dixisse, vt j. eod. capit. vlt. Greg. Quid si filius sacerdotis contrahat cum muliere, quam pater suus recipit ad penitentiam? Videtur ꝙ matrimonium debeat tolerari, nam presbyter qui cum tali commiscetur, punitur, si publicum fuerit, ac si propriam filiolam cognouisset: quia si episcopus est 15. anno. peniteat. si sacerdos simplex, 12. an. pœniteat. sed tamen non deponitur. vt 30. q. 1. omnes. & c. non oportet. veruntamen quamuis illi canones ita dicant, non contrahitur tanta affinitas inter filios, sicut per baptismum: quare dico tenere cõiugium: quia nusquam inuenitur prohibitum: nec ratio subest, quare prohibeatur. ar. s̃ de sponsa. cum apud.

De Cognatione legali. Rubr.

SVMMARIA.

DIctum est suprà de cognatione spirituali: nunc dicendum est de cognatione legali. Et videamus, Quid sit legalis cognatio, Quot eius species, Qualiter contrahatur, Et qualiter dissoluatur, Quis sit effectus, Quando, & qualiter impediatur matrimonium, vel dissoluatur.

1 **Quid † sit legalis cognatio.** Et quidem legalis cognatio est quædam proximitas ex adoptione proueniẽs: & quia iure canonico de hac parum tractatur, ad instructionem simplicium, dicamus Quid sit adoptio, Quis potest adoptare, Quis adoptari.

2 a **Quid sit † adoptio.** [a] Extraneæ psonæ in filiũ, nepotem, vel deinceps legitima assumptio, secundum T. hoc non placet: quia nimis generalis & insufficiens: vnde dicit Placentinus & Iob. quòd adoptio est legalis actio ad solatium eorum facta, qui liberos nõ habent, penè naturam imitans. argu. C. eodem. cùm eum. & ff. de adoptio. secundo hoc non placuit Azo. quia & ab his, qui liberos habent, fit adoptio. quamuis alijs facilius concedatur: ut ff. eodem. nec ei. §. eorum. & §. præterea. & l. si quis nepotem. & Institutio. eodem §. licet: vnde dic, secundum Azon. quòd adoptio est legitimus actus, per quem quis efficitur hæres vel reputatur filius, qui non est: vt ff. eodem. l. prima. & Institu. eo. §. minorem. Sed certè descriptio Placentij, & Iob bona est: vnde dic, ꝙ adoptio est legalis actio ad solatium eorum facta, id est, inuenta principaliter, qui liberos non habent. aut habere non poterãt. Romani enim antiqui conditores legum, & alij soliciti fuerunt, ne quis sine hẹrede decederet, ne defunctus afficeretur iniuria ut Institut. qui, & quibus ex causis ma. non possunt. §. primo. sic & curarunt, vt qui filios non poterant habere naturales, saltẽ filiũ legalem haberent. vt patet ff. eod. si pater §. vltimo. & l sequenti, & l. si ei §. tertio. Veruntamen hæc causa fuit compulsiua: quia fortè aliquis nobilis diues & potens dedit causam edicto, sicut Calphurnia, nec propter hoc sequit̃, quòd licet ille nobilis, qui filios habere non poterat, huic edicto causam dederit, quin possit adoptare etiam is qui filios habet. argumen. ff. de postulan. l. 1. §. sexum. versicu. origo. & bene dixerunt. penè naturam imitans: ideò enim natu minor maiorem adoptare non potest; quia pro monstro haberetur, quòd filius foret maior patre: vt Institu. eo. §. minorem.

3 b **Quis † potest adoptare,** [b] patet ex præmissis proximis, ꝙ maior: nam minorem natu, non econtra. Item is qui filios habet, & qui non habet, ut Insti. eo. §. fœminæ. necesse est autem ꝙ is qui adoptat sit paterfamiliàs, id est, sui iuris, & talis qui generare possit: sed & qui non potest, adoptabit tamen, dummodò non naturaliter impediatur, sed per accidens: castratus ergo, id est, naturaliter frigidus, scilicet castè natus, non adoptabit: spado autem, scilicet qui cum gladio seu spada amisit fratres, de quo satis loquitur s̃. de corpore vitia. §. & quæ impediunt. ver in eunucho, & j. de frig. & male §. impotentia. ver. accidentali, scilicet adoptare possit. potest: minor verò sexagenario arrogare non potest, nisi causa cognita: quia magis debet dare operam creationi filiorum propriorum: sed bene potest adoptare, ut ff eo. l. 2. §. illud. & l. si pater. §. vltimo. & l. seq. & Inst. eod. §. sed illum. mulier autem adoptare non potest, sed masculus tantùm, nisi & mulieri hoc principali rescripto concedatur ad solatium filiorum in bello peremptorũ, vel fidei catholicæ amissorum vt ff. eo. nam & fœminæ. & Instit. eo. § fœminæ.

4 **Quis † adoptari.** Quilibet tam masculus, quã fœmina, dummodo sit minor natu adoptantis: ut suprà proxi. §. & ff. eodẽ. adoptio. 2. Adoptatur autem præsens & voluntarius tantùm, vt ff. eod. neque absens.

5 **Quot sunt species † cognationis** legalis, id est, adoptionis? Scire debes, ꝙ nomen adoptionis generale est: transit antem in speciale nomen, & dicitur arrogatio tamen in generali, & dicitur adoptio, vt eadem l. prima, in fin.
6 † Dicitur autem arrogatio, quia is qui arrogatur, rogatur, id est, interrogatur, an uelit habere in patrẽ arrogantem. item arrogans interrogatur, an velit habere arrogandum in filium, vt ff. e. l. 1. in fi. & l. secunda. Hæ autem duæ species, scilicet adoptionis & arrogationis, ferè in omnibus cõueniunt: ideo dico fere, quia in quibusdam dissonant. & ecce adoptantur filijfamiliàs, nec transeunt in potestatem adoptantis. arrogantur patresfamiliàs, & transeunt in potestatem patris, ut ff. eod. l. 1. in fi. unde versus.

Arrogo qui suus est, & habet meus esse neceße.
Patris adopto suum, nec patris desinit esse.

Item adoptio fit cuiuslibet magistrâtus competentis authoritate, dummodò apud eum sit actio, scilicet quia habet merum imperiũ & mixtũ & iurisdictionem, ut ff eo. l. 2. de offic. proconsl. l. 2. & ideo apud delegatum nõ videretur fieri posse. arrogatio aũt fit tantùm principis authoritate. Item in arrogatione requiritur verbum expressiuum vtriusque, vnde infans non põt arrogari,

sed

ADDITIONES.

a Quid sit adoptio. ¶ Adde gl. in c. 1. eod. tit. Spec. eo. ti. in §. 2. l. penul. C. de adopt. Sanctus Tho. in 3. Sent. dist. 42. q. 2. art. 1. 2. 3.

b Quis potest adoptare. ¶ Adde Card. Zabarel. in rub. eod. ti. ff. de adop. per totum.

sed adoptari tm, vt ff. eo. l. 1. & 2. & l. in adoptionibus, & l. et infante. Item aliquo arrogato statim ipse, & res suæ, & liberi, qui erant in potestate sua, subijciuntur potestati arrogatoris, vt patet ex superioribus. & ff. eodem. si pater. Est & specialc in arrogatione impuberis, quæ authoritate principis fit. cõsideratur enim, an arrogans sit maior 60. annis, quia tunc potest, an velit arrogare plures, quod non permittitur in libertum alienum, vel maiorem se, vel eum qui fuit in tutela sua, uel diuitem, cùm ipse arrogator sit pauper, vel inhonestę vitæ, & in his denegatur, sed illa generalis consideratio habetur, vt ita demum permittatur, si arrogator naturali cognatione, vel pura & sanctissima affectione ad hoc procedere videatur vt arrogator satisdet seruo publico, de restituendis bonis ijs, ad quos bona peruenissent, si in statu suo permansisset arrogatus, & per hoc prouidetur substitutis & legitimis hæredibus arrogati & legatarijs. & fideicommissarijs, q agere possent mortuo arrogato, qua stipulatione seu cautione omissa, agi potest vtili actione ex stipulatione, vt sic hæreditas vel legata petantur ex stipulatione tacita uel expressa, vt ff. eodem. si pater. §. vltimo, & l. sequent. l. non aliter. & l. his verbis. & l. hoc autem: nam actione ex testa. agi non potest ex pupillari substitutione, vel petit. hæred. cùm pupillare testa. euanuerit minima capitis diminutione pupilli, quæ contingit per arrogationem, cùm mortuus sit pupillus in potestate aliena: secus si sui iuris decessisset, vt ff. eodem nec ei. §. eorum. & Institu. qui. mod. testa. infir. §. alio. & §. non tamen. Sed & illud in hac arrogatione speciali notabis, quia si arrogator eum emãcipauerit sine causa, uel iniuste eum exhæredauerit, tenetur relinquere quartam partem bonorum suorum, præter bona, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, uel ei acquisiuit, quia illa habet præcipua, & hæc quarta condictione ex l. peti potest, ut institur. eodem. §. cùm autem impuberes. versicul. sed & si decedens. & ff. de inoffic. testamen. Papi. §. si quis ex eis: potest autem arrogator huic arrogato substituere, vsque ad hanc quartam, non ultra, nec extenditur vltra pupillarem ætatem: & hæc locum habent, siue loco filij, siue loco nepotis fuerit arrogatus, ut ff. eod. si arrogator.

7 **Qualiter contrahatur.** † Dictum est suprà §. proxim. quia adoptio contrahitur imperio magistratus, arrogatio autem authoritate principis, interrogatione hinc inde facta, vtrum vnus velit reliquum pro patre, & filio, vt Institutio. eod. respon. 1. & §. sequen.

8 **Et qualiter dissoluatur.** † Et quidem per emãcipationem: est enim emancipatio patriæ potestatis relaxatio coram competenti iudice facta. dicta ex eo, quòd extra manum, id est, potestatem patris ponitur filius: vt ff. eod. emancipari, & Institu. quibus modis ius pat. po. sol. §. preterea. fit ergo emancipatio coram iudice dicente eo qui emancipat, quod adoptatum sua manu, id est, sua potestate dimittit: & dicitur iudex competens ordinarius, & extraordinarius, & etiam qui hoc habet ex consuetudine, vt in dictis legibus, & C. de emancipa. l. prima & vltima, & ff. de manu. vindi. l. etiam §. vltimo. vel priuilegio speciali concesso à principe. argument. infrà de exces. prælato. accedentibus. Fit autem voluntate patris, & voluntate filij concurrente, & utriusque præsentia: nec locum habent iniuriosa rapismata, vel figuratæ uenditiones, sed præmium dimidiæ fructus potest pater retinere in rebus aduenticijs, non in castrensi peculio, vel quasi, & semper videtur retinere, nisi remittat nominatim, sed tamen emancipatus vel peculium, uel alias res emãcipanti loco præmij donare præcipitur, ut C. de emancipa. l. vltima. & Institu. eodem. § præterea. & C. de bo. quæ libe. l. antepen. §. primo, & §. penultimo. Quid si quis filium absentem emancipare velit, & infantem qui consensu caret, hoc facere potest authoritate rescripti à principe impetrati: vt tamen hoc intimetur iudici, sub cuius iurisdictione consistit impetrans: sin autem consensum haberet, consensus illius emancipãdi absentis requiritur præcedens vel subsequens, & sic absens emancipari potest: nec enim aliàs concederet princeps rescriptum in præiudicium alicuius, ut C. de emancip. nec auus. & argumen. suprà, de offic. delega. super. eodem. & ad hoc in authent. quibus mod. na. effi. sui. §. ge-

9 neraliter. col octaua. † Pater autem non cogitur emancipare fi-

a liũ [a] sicut nec filius cogitur emancipari, ut dixi: vnde talis actus, scilicet emancipationis, ut adoptionis, videtur consistere in voluntaria iurisdictione, non in contentiosa. & fit concilio, id est, apud iudicem, apud quem filij uoluntas conciliatur voluntati patris. & econuersò videtur, quòd in emancipatione necessaria sit scriptura, sicut & consensus. & idem in adoptione quia nec consensus nudus acquirit filiationem, nec solũ uit, nec nudæ epistolæ, scilicet sine solemnitate factæ: vt C. de probat. non nudis. & de eman. non nudo. & de adoptio. l. vltima. & de patria po. abdica-

10 tio. ff. de pact. ius agnationis. † Cogitur autem pater filium suum emancipare in casibus: Primò, si malè afficit filium suum verberibus contra pietatem. Secundò si compellat eum in corpus suum peccare. Tertiò filius est arrogatus impubes, & pubes factus probat sibi non expedire arrogatum esse. Quartus si pater agnouerit legatum sibi tali modo relictum ut filium suum emãciparet: vt ff. si quis à parente ma. fuerit. l. diutius. & de cond. & demon. si cui. & ff. eod. nonnunquam. C. de epi. audi. si lenones. Soluitur etiam adoptio morte naturali: si is, qui adoptauit tẽpore mortis filij arrogati, sui iuris erat: aliàs remanet in potestate illius, in cuius erat pater: vt Insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. 1. & ff. eo. si pater. Item soluitur morte ciuili, scilicet cùm pater damnatur in metallum, vel in opus metalli. vel deportatur in insulam: nam si relegetur, nihilominus retinet liberos in potestate sua, vt Insti. qui. mo. ius pa. po. solu. § cum autem. & §. pœnæ. Item propter delictum etiam sine amissione ciuitatis. vt si contraxit incestas nuptias. in auth. de incest. nup. §. sancimus. Item dignitate soluitur, quæ liberaret curialem à curiali conditione. ut si fiat patritius, consul, præfectus prætorio, præfectus vrbis, præfectus orientis, qui augustalis fortè dicitur, quæstor, magister militum, parronus fisci, princeps agentium in rebus, magister sacri scrinei memoriæ, magister sacri scrinei libellorum, magister principum sacrarum epistolarum, & sacrarum cognitionum & dispositionũ: vel si fiat episcopus: ut C. de decur. l. vlt. lib. 10. & in auth. consti. quæ de digni. §. pe. col. 7. & Insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. filiusfamiliàs. Item si feratur sententia contra patrem petentem filium, nihilominus in potestate remanet, verùm pro emancipato habetur: vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus.

11 **Quis sit effectus.** † Et quidẽ effectus est, vt acquirat filiatio, & patria potestas, adeò q pater necessitate famis instante, filium vẽdere possit: vt C. de patri. qui filios di. l. vlt. licet videatur ptradicere verbum ibi positum, sanguinolentos: sed exponitur. i. in sanguine puniendos. Item effectus est, ut impediatur matrimonium. quod dicut no. j. §. quando. item effectus est, vt filius taliter acquisitus succedat patri. sed hæc omnia intelligas secũdum distinctionem hanc. Cùm quis adoptatur, aut per adoptionem, aut per arrogationem. Si per arrogationem, tunc pertransit in potestatem adoptantis, ita quod ab intestato succedit, & contra testamentum querelam habet, cùm in hoc casu ius sui hæredis & onus habeat, & antiqua iura remaneant intacta. Vnde in hoc casu locum habent omnia supradicta, vt hæc probantur. C. eo. cùm in adoptiuis. §. vlt. & C. de inof. test. parentibus. & l. sancimus. §. vlt. & ff. e. si arrogator. & Inst. de inof. test. § causam autem. Si verò per adoptionem, olim idem erat: vt Inst. eo. resp. 1. & ff. e. l. 1. & C. e. cùm in adoptiuis. resp. 1. sed hodie distingue, quia aut adoptatur ab auo paterno, uel materno, uel ab extraneo. Si ab extraneo, adoptatus non transit in potestatem: sed remanet in potestate patris naturalis. nec quicquam prodest talis adoptio, nisi quia ab intestato iura successionis habet, ut Institut. eo. §. sed hodie. & C. eo. cùm in adoptiuis. §. sed si quis. vtrum autem impediatur matrimonium in hoc casu, vide quod not. j. §. sequen. versicul. ex hoc patet. Sin autem ab auo paterno, vel materno adoptatur, tunc quia naturalia & ciuilia iura concurrunt, idem iuris est, quod de arrogato: quia transit in potestatem quo ad institutionem & alimentorum præstationem, & omnia alia quæ hinc inde debentur. & hoc intelligas de auo, vel proauo, vel alio superiori, à quo rectè descendit: secus putarem, si daretur in adoptionem alicui de collateralib. vt proauo, uel fratri, uel filio, sic intellige Institu. eo. § si vero. & C. eo. cum in adoptiuis. §. si verò. dic ergo, ut in uersicu. superiori, si per arrogationem.

12 **Quando † & qualiter impediatur** matrimonium: uel dissoluatur? Hic notandũ est, q triplex respectus habetur in adoptione. nam ibi contrahitur cognatio in linea ascendenti, & descendenti: quod idem est & in collaterali. Item affinitas, cognatio descendentium & ascendentium consideratur inter adoptantem & adoptatum, loco filij, uel aliorum, qui sunt medij inter adoptãtem & adoptatum. nam in hoc loco filij nepotis & pronepotis, & deinceps adoptare licet: licet sint psonæ intermediæ: uel habeatur uxor, uel non: sed si non habetur, ɔtra naturam est. quare dixi in descriptione pene naturã imitans quia non per omnia. ut Insti. e. §. licet. & ff. eo. quæ in adoptionẽ & l. & qui uxores. Cognatio uerò collateralium attenditur inter illum, qui adoptatur, & illos, quibus agnascitur. i. qui sunt in potestate adoptantis ipsi adoptato ex latere uenientes: ut filij naturales, & legitimi ipsius adoptantis, uel alij arrogati. ut ff. eod. qui

ADDITIO.

a Pater autem non cogitur emancipare filium. ¶ Adde glo. in l. auus. C. de emancipa. libero. glo. in l. non potest. ff. de adop. docto. in c. constitutus. de religio. domi.

qui in adoptionem, & alijs legibus proxi dictis. Affinitas autem attenditur inter vxorem adoptantis & adoptatum: ibi enim nulla cognatio eſt, vt ff. eo. qui in adoptionem. eſt tamen affinitas, vt patet infrà eodem. verſi. aſcendentium. ſimiliter attenditur inter adoptantẽ, & filij adoptati vxorem. Aſcendentiũ & deſcendentium cognatio impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum, durante filiatione, uel ſoluta per emancipationem, uel alio modo idem in affinitate legali. vt ff. de ritu nupt adoptiuus. & l. nihil intereſt. & ſeq. quinetiam. & Inſtitu de nupt. §. ergo. & §. affinitas. & ſeq. Collateralium verò cognatio impedit matrimonium ꝯhendum, & dirimit iam contractum, durante adoptione: ſed ea ſoluta non dirimit, nec impedit iam contractum. vt ĵ. eod. c. unico. & 30. q. 3. ita diligere. & c. poſt ſuſceptum. ſic ergo frater naturalis & legitimus non poteſt contrahere cum ſorore adoptata: certè nec patruus adoptiuus cum nepte adoptiua, uel pronepte, ut patet ſ̃. verſi. cognatio deſcendentium. & verſi. ſeq. pari ratione nec cum filia patris adoptiui, ſi tamẽ frater tranſit in poteſtatem patris adoptiui: vt quia arrogatus eſt, uel adoptatus ab auo paterno, uel materno, & habeat filiam in poteſtate eo tempore, quo adoptatus fuit: ut patet ſ̃. §. proxi. uerſi. ſi uerò. ſecus, ſi ab extraneo adoptatus fuit. itẽ ſecus, ſi mulier fuerit arrogata. nam cùm filia talis fratris adoptiui, uel ſororis adoptiuæ contrahere poteſt, cum nec naturali iure, nec ciuili ſint coniuncti. & ſic intellige, ꝙ filij duorum fratrum, adoptiuorũ ſubaudi, licitè coniunguntur. & ſecundum hoc non corrigit. Inſti. de nup. §. fratris autẽ. & §. duorum. & C. de nup. in celebrandis. licet mens legiſlatoris fuerit alia: ut patet in l. illa in celebrandis. ſed leges legibus cõcordare promptum eſt: ut C. de inof. teſt. l. luna. 3 † Ex hoc uidetur, ꝙ inter filium naturalem patris adoptiui extranei, & filiam adoptiuam matrimonium prohibetur, durante adoptione, cùm ciuili ſaltem iure iungantur. ſed tñ aliqui contradicunt, contra quos facit quod legitur à ſenſu contra. Inſtit. de nupt. §. ſtatus. ſed pro ipſis facit ratio ſequens. Si quęras, quæ ſit ratio, quòd filius naturalis patris adoptiui & aui, & filia adoptiuæ poſſit contrahere cum filia filiæ adoptiuæ, cùm ipſa filia adoptiua tranſeat in poteſtatem patris? Reſpondeo, qa cùm mulier neminem habeat in poteſtate, patet quòd filia filiæ non poteſt tranſire in poteſtatem patris adoptiui: & ſic nõ agnaſcitur filio naturali. Et ad hoc Inſtit. de hær. quali. & differen. §. itaque. & eod. titu. §. illud. & ff. eod. ſi pater. & ideo filia arrogata etiam filio naturali patris adoptiui, ſeu illegitimo iungi poteſt: quia nec iure ciuili ei agnaſci poteſt, qui non eſt in poteſtate, ut Inſtitutio. de patria poteſtate: ſecus in cognatione ſpirituali, ut ſ̃. tit. j. c. ulti. nam fortior debet eſſe cognatio Dei, quàm Imperatoris. ut 30. q. 3. ita diligere. & hæc in iſta ſumma ſufficere debent.

De eo qui cognouit conſanguineam uxoris ſuę. Rub.

SVMMARIA.

1 *Mulieres quot modis cognoſcantur.*
2 *Conſanguinea ſponſæ ſi cognoſcatur, quid iuris ſit. Et quid ſi conſanguinea vxoris. 3.*
4 *Iudex bonus debet attendere, utrum bona fide fiat confeſsio contra matrimonium.*
5 *Inceſtus impedit matrimonium contrahendum, ſed non iam contractum.*
6 *Cognoſcens conſanguineam uxoris ſuæ uſque ad quartum gradum, cõmittit inceſtum.*

Plenè iam expediuimus ſuprà de cognatione ſpirituali & legali: nunc uidendum eſt de carnali & legali: ſed quia affinitas quandoque præcedit matrimonium ꝯhendum: quandoque ſequitur ꝯctum ſine inceſtu, quãque cũ inceſtu, quod cõtingit ſi cognoſcat conſanguineã uxoris ſuæ legitimæ, ut ſciamus qd iuris ſit, de his interſeramus rub. de eo qui cog. conſan. uxo. ſuæ: dicẽtes, Quot modis cognoſcuntur mulieres, Quid iuris ſit, ſi cognoſcatur conſanguinea ſponſæ, Et quid iuris ſit, ſi cognoſcatur conſanguinea uxoris.

1 Quot modis cognoſcuntur † mulieres. Et quidem duobus, ſcilicet ſpiritualiter, & carnaliter. Spiritualiter, diligendo, uiſitando, quod tamen non multum frequentandum eſt: ut ſ̃. de ui. & ho. cle. monaſteria. quamuis ergo quælibet bona mulier, tam conſanguinea, quàm affinis, uel extranea religioſa, uel alia diligenda ſit, tamen familiaritas nimia, & cohabitatio reprobatur. 18. q. 2. pernicioſam. unde dicit Hieronymus, ſi cum uiris habitent fœminæ, non deerit uiſcarium dia boli, ut patet ĵ. e. ueniens. §. deinde. præcipuè etiam tactus uitandi ſunt, unde Romæus de Villa noua:

Ni fugias tactus, uix euitabitur actus:
Hos ergo vita, ne moriaris ita.

Greg. quidam presbyter ſororem ſuam quaſi presbyteram diligens: ſed quaſi hoſtem cauens, ipſam ad ſe propius accedere non ſinebat. 32. diſt. presbyter quidã. ad idem ſ̃. de præſum. cùm in iuuentute. igitur fœminam, quam videris bene conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia: quia ſi bonum eſt, non tangere mulierem, &c. ſecundum Io. 32. diſt. hoſpitiolũ. & iunge ea quæ no. ſ̃. de coha. cle. & muli. §. vtrum cohabitatio. Carnaliter verò cognoſcitur mulier duob. modis. ſ. licitè & illicitè. Licitè cognoſcit vxor à marito modo debito, & horis debitis ad prolẽ ſuſcipiendã: ſic Adã cognouit vxorẽ ſuã, Geneſis c. 4. ſi verò cognoſcatur cauſa libidinis ſaturandæ, adulterium dicitur. quod dic vt no. ſuprà, de ſpon. ſub rubri. de matri §. qualiter contrahatur. verſi. ſed & effectus, & ſeq. ſed ſi modo debito canonicè cognoſcitur. Illicitè dicitur autem cognoſci, quando cũ peccato fit. infrà eo. tranſmiſſæ. reſpon. 1. ad fi. ibi, illicitam rem committere non expauit: talis autem. Aliquando cognoſcitur fornicariè, ſcilicet quando ſoluta à ſoluto quem poſſet habere in virum, cognoſcitur. ſ̃. de elect. innotuit. reſpon. j. ſuprà, de fi. presbyt. c. 2. aliquando adulterinè, puta qñ eſt coniugata, & alij adhæret. ĵ. qui fil. ſint leg. cauſam quæ. infrà de adult. per totum. Aliquando inceſtuoſè. puta, quando admittit conſanguineum, vel affinem. vt in hac rub. & infrà eod. per totum. ĵ. de diuortijs. ſignificaſti. Aliquando contuberniosè, ſcilicet quando presbyterum admittit, cum quo de facto contraxit. ſ̃. de cler. coniuga. ſanè ſacerdotes. Aliquando monſtroſè, ſcilicet contra naturã, quod multis modis accidit, etiam cum vxore: in quibus maius periculum eſt exprimere, quàm tacere. Fornicarius autẽ coitus quilibet illicitus largo modo, & generaliter appellatur. vnde complectitur adulterium: ut patet ĵ. eod. diſcretionem. §. nam & ſi. infra, de diuor. ex literis. & c. inceſtum. infrà eodem ca. j. dormire etiam dicitur, quicunque cognoſcit illicitè mulierem: ut infrà patet. de adult. ſignificaſti. quia peccat mortaliter. Pſal. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: id eſt, in mortali peccato: ſeu heu dormitauerunt oẽs, & dormierunt.

2 Quid iuris † ſit, ſi cognoſcatur cõſanguinea ſponſæ.[a] Et quidem ſoluuntur ſponſalia: vt not. ſ̃ de ſpon. §. & qualiter diſſoluantur. verſic. item tertio. corrumpitur etiam publicè honeſtatis iuſtitia. uideor enim committere quaſi inceſtum, id eſt, verè inceſtum committo. ut no. ĵ. de adult. §. qd ſit inceſtus. & ideo imponitur mihi pœnitentia paulo maior, ꝙ pro adulterio: quia inceſtus adulterium vincit: vt 32. q. 7. adulterij. qua peracta, vel parte eius, ex diſpenſatione eccleſiæ potero contrahere cum alia: vt ĵ. eo. c. 2. reſpon. 1. Alij dicunt, ꝙ ibi mater ſponſæ erat vxorata, & ideo commiſit ſponſus filiæ adulterium, & offendit publicæ honeſtatis iuſtitiam. quare imponitur paulo maior pœnitentia, quàm pro adulterio. Verum intelligo, ſicut dixi: quia & propter ſolam offenſionem publicæ honeſtatis iuſtitiæ interdicitur matrimonium in poſterum, ſicut & pro inceſtu. vt probatur ſ̃. de deſpon. impub. duo pueri. ad fin. verſic. ſi verò legitimè. & ideo neceſſaria eſt diſpenſatio, ſi contrahere uelit, vt dixi: & ideo quod dicit ipſa di. 2. ĵ. e. ſi ſponſæ. nunquàm carnaliter adhæſit, ſubaudi, maximè quantum ad hoc, quod ſequitur de diſpenſatione: qa in utroque caſu diſpenſat, ſi continere non põt. vt 33. q. 2. in adoleſcentia. ſed quo ad id quod ſequitur, eſt differentia, vtrum cognouerit: quia ſi cognouiſſet ſponſam, antequã matrẽ ſponſæ præſumptum eſſet matrimoniũ, vnde affinitas ſuperueniens ipſum non ſolueret: verùm eam filiã, ſcilicet ſponſam ſuam, habere non poteſt, ſiue ducere, quia iam duxerat: ſed tñ ipſa ſponſa habebit ipſum: quaſi dicat, ipſa exigere poteſt, ſed ipſe non. vt ĵ. eo. tranſmiſſæ. nec aliam ducet, ipſa ſponſa legitima viuente, nec poſt mortẽ. intellige, niſi timeretur de incontinentia, vt dixi. vel dic nunquam eam, ſcilicet matrem ſponſæ: uel aliam, ſcilicet præterquam ſpõſam, poteſt ducere: ꝙ ſi primò cognouit matrem & ſecũdò ſponſam, nunquam eam, ſcilicet matrem, uel filiam, uel aliam poteſt ducere: niſi timeatur de incontinentia, vt ſæpe dixi. ſic intelligẽ ĵ. eo. c. 2. §. vnico. & c. ex literis. & ſic affinitas præcedens impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. vt ĵ. eo. fraternitati. & ſ̃. de ſpon. iuuenis. & no. ꝙ de affinitate præcedenti creditur teſtimonio unius, etiam illius, qui delictum commiſit, quo ad hoc, ut matrimonium futurum impediatur. ut dixi ſup. de ſpon. §. & qualiter diſſoluantur. uerſicul. item tertio. ſecus, ſi iam contractum eſſet: quia tunc non crederetur uerbo unius, ut dicam in

ADDITIO.

a Si cognoſcatur conſanguinea ſponſæ. ¶ Adde doct. in cle. 1. de conſangui. & affinita.

cam in inferioribus. Si vis scire an per extraordinariam pollutionem contrahatur affinitas, uide quod nota. s. de despon. impube §. & quæ sponsalia. ver si. sponsalia ergo.

3 Et quid iuris † sit si cognoscatur cõsanguinea vxoris. Et quidem si iam cognouerat uxorem, antequam cognosceret consanguineam, incestus committit: sed si primò cognouit consanguineam, quàm uxorem, læditur publicæ honestatis iustitia, & adulterium committitur. ff. de adul. iudex. §. quærebatur. & de iniur. item apud Labeonẽ. §. sponsum. & in vtroque casu uxor monenda est, ꝙ continentiam seruet: quam si seruare uoluerit, bene erit, aliàs affinitas superueniens non solueret matrimoniũ: nec uxor priuabitur iure suo, sine culpa sua. & ideo maritus exactus debitũ reddet, sed non exiget. qđ et intelligo, si continere possit aliàs de licentia ecclesiæ exigere posset. cùm contrahere ualeat vt dixi. s. proxi. §. & probat. j. eo. transmissæ & c. tuæ. & c. Iordanæ. nec poterit maritus obijcere vxori adulterium, quam consanguineo suo in vxorem de facto inuitam tradidit. & hoc tenendum est hodie: quãuis ab aliquib. Apostolicis fuerit distinctum utrum incestus, vel adulteriũ manifestũ fuerit, uel occultũ, alijs asserentib. inter gradũ proximũ & remotum fore potius distin. vt j. eo. discretionẽ. Illud notandum est, ꝙ si ambo coniuges confiteantur in præiudicium matrimonij affinitatẽ præcessisse, non credit eis: quis rumor viciniæ hoc acclamare videat: nisi per testes legitimos comprobet. aliàs multoties adinuicẽ colluderent coniugati. ut j. eod. super e. multominus credet extraneo: vt j. eo de illo. & hoc intelligas quoad forũ iudiciale: in quo ecclesia non iudicat de occultis: vt s. de ele. significasti. secus in pœnitentiali. nã ibi statur confessioni coniugum, vel etiam coniu. & iniũgetur eis, ne adinuicem misceantur. vt j. eo. veniens. & de sent. excom. inquisitioni. & secundum hoc potest intelligi contra. s. de despon. impub. c. attestationes. ubi creditur confessioni coniugum, contra matrimo-

4 nium: sed reprobatur in fi. illius decre. † Vnde videtur, quòd bonus iudex debeat attendere, utrum bona fide fiat confessio contra matrimonium scilicet ab illo qui instat pro matrimonio: & tunc statur ei, ut ibi: alias contra, ut hic, & j. de diuor. ex literis. nam & inuenio, quòd si monialis capta sit, & eiecta, & deducta de monasterio à marito suo, & confiteatur, quòd antequam intraret monasteriũ, fuerat cognita à marito, creditur ei, vt j. de rapto. c. pen. & hoc ideo, quia nolebant habitare cum eo ut ibi dicit: vnde creditur ei, quia cõfitetur contra id quod intendit. quare non est verisimile, ꝙ mendacium dicet. arg. j. q. ulti. sancimus. & s. de procu. in nostra. in fin. sic non ob. j. de rap. cap. pen. Aliqui tamen exponunt ibi, uel pro, & dicentes ꝙ sicut non creditur coniugibus contra matrimoniũ carnale confitentibus: sic nec creditur religioso, si ꝯ matrimoniũ spirituale, quo religioni ligatus est, confiteatur. s. de regula. uidua, 27. dist. quod interrogasti. cur enim erit inferior lex diuina. 12. q. 2. cum deuotissima. Goffredus uero notat, ꝙ aliud est in matrimonio carnali, aliud in spirituali. In carnali enim non creditur coniugibus, si cõfiteantur ꝯ matrimonium: quia timendum est de collusione. ut s. not. uer. illud. si uero uterque, uel alter coniugum confitetur in præiudicium spiritualis, & pro carnali matrimonio admittit ꝯfessio: ut j. de rap. cum causa. Sed & si agatur ad dissoluendum matrimonium ob causam consanguinitatis, uel affinitatis, non statur confessioni eorũ, nisi & fama concurrat. 35. quæ. 6. si duo. 33. q. j. requisisti. ubi uerò agitur ad separationem mutuæ seruitutis, confessioni eorum statur. j. de diuor. ex literis. Si quæras rationem, quare in hoc casu statur confessioni: & non creditur si consanguinitatem confiteantur. vt no. s. eo. proxi. versi. sed si agatur. & probatur 31. q. 2. Lotharius. j. de adul. intelleximus. & 35. q. 6. si duo. hæc est, quia in primo casu non timetur de collusione. cùm separati occasione adulterij coniuges permaneant. vnde altero viuente, alter contrahere non potest. 32. q. dixit. in secundo verò, scilicet quando separantur occasione consanguinitatis, omnino separantur, ita ꝙ vterque ꝯhere potest. 35. q. 6. si duo in fi. & c. ab isto. quare timendum est, ne colludant, secundũ Goff. quia quam quis non diligit, facilè contemnit. 20. q. 4. præsens clericus post medium c. & ad hoc facit quod no. secundum Goff. s. eo. ver. Goff. verò. & ver. si verò, scilicet ꝙ credatur confitenti ꝯ matrimonium spirituale. & maximè, qñ confitenti displicet matrimonium carnale. sicut no. s. eo. ver. si. vnde videtur. Sed hoc non placet, quia si crederetur confessioni coniugum, in præiudicium matrimonij spiritualis, & pro carnali multi & mulræ religionem exirent: nec video rationem diuersitatis, quare aliud debeat iudicari, in matrimonio spirituali: & aliud in carnali, vt patet s. eo. ver. aliqui tñ. nec etiam credendum est illi, qui dicit, ꝙ magis vellet seruire Deo, quã marito adhærere: qa posset esse, ꝙ fingeret sibi displicere, vt eius cõfessioni crederetur. & ideo dic, quod in decre. cum causa. de rapto. alia est ratio hic, scilicet quia constabat de matrimonio contracto, antequam intrasset monasterium. subaudi, & de traductione in domo, subaudi, & inspecta fuit, & corrupta reperta: vnde non est præsumendum, quòd ab alio corrupta sit: ideo in hoc dubio melius & tutius est soluere spirituale matrimoniũ, ꝗ carnale: sed & si omnino constaret, ꝙ sibi displiceret, posset habere locum quod dixi, vt s. de præsump. c. cum fama, & alijs adminiculis violẽtis. vt ibi. & breuiter puto hoc arbitrariũ: ut no. s. eo. versic. vnde videtur. & vide quod no. s. de clandesti. despon. §. quare. & § vtrum. & secũdum hoc posset intelligi. 35. q. 6. si duo. vbi statur confessioni & famæ, scilicet quòd hoc verum est, quando bona fide confitentur, vel in foro pœnitentiali: vt s. vt sic celebretur diuortiũ, quoad torum, vouente vtroque castitatem. uel illud quando opponebatur gradus proximus, diuina lege prohibitus. argu. j. de diuorti. porro. in fi. & sic erat scãdalum in populo. super quo vide quod not. s. de cognat. spiri. §. quis sit effectus. ver. effectus verò tertiæ. alij distinguunt inter rumorem viciniæ, & famã: qđ

5 mihi non placet. vel dic, vt no. j. eo. c. j. & §. unde. † In fi no. ꝙ incestus impedit matrimonium ꝯhendum. vt j. eo. si quis. & c. ex literis. sed non dirimit iam contractum. vt j. cod. transmissæ. sic est similis simplici uoto. ut s. qui clerici vel vouen. rursus. & dixi in summa. hoc etiam scias, ꝙ æquè abstinendum est à consanguineis vxoris & proprijs: & ideo cum eis incestus committitur. vt j. titu. j. c. j. & 35. q. 3. æqualiter. & q. 5. porrò eodem modo & à

6 consanguineis sponsæ: vt patet in his quæ notan. s. eo. § j. † Ergo si quis cognoscat consanguineam vxoris suæ vsque ad quartũ gradũ, incestus committitur. & habet locum quod dixi: sed & si cognoscat consanguineam quinti gradus, vel vltra, non impedit matrimonium, nec amittitur ius exigendi debitum. & idem intelligas, si quæratur, an is qui cognouit aliquam fornicario coitu, posset ꝯhere cum cognata. hodie enim tam consanguinitas quam affinitas & publicæ honestatis iustitia quartum gradum non excedunt. j. de consang. non debet. Et quia quædam verba, quæ hic apponuntur, sunt inusitata accedẽtibus de nouo ad ius canonicum, scire debes, quòd filia vxoris meæ dicitur priuigna mea, siue filiastra: ego verò vitricus suus sum. filius uerò mariti mei priuignus meus est: ego uero nouerca sum sua. maritus autem filiæ meæ gener meus est: ego uero socer suus sum, & mater socrus. uxor uerò filij mei mea nurus est: ego socer, & mater socrus. ut s. dixi. probantur hæc j. eod. ca. j. & c. transmissæ. & s. de spon. ad id quod. ff. de rit. nup. adoptiuus § nunc uideamus. Insti. de nup. §. affinitatis. & seq. & ff. de gradi. cogn. non facile affines.

De consanguinitate & affinitate. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Consanguinitas quid sit. Et unde dicatur. 2.*
3 *Spurius an possit contrahere cum filia illius, qui dicitur pater suus.*
4 *Linea consanguinitatis quid sit. Et quot sint lineæ. 5.*
6 *Gradus quid sit. Et qualiter computetur. 7.*
8 *Computatio quomodo fiat in linea collaterali. Et quomodo cõputatio consanguinitatis.*
9 *Matrimonium vsque ad quotum gradum prohibeatur.*
10 *Consanguinitas nulla inuenitur ultra septimum gradum.*
11 *Matrimonium contractum in quinto gradu respectu stipitis, an teneat.*
12 *Arbor consanguinitatis quare depingatur. Et quare sic. 13.*
14 *Et quot & quæ sunt eius regulæ.*
15 *Arbor qualiter sit legenda.*
16 *Et quæ circa eam consueuerunt quæri.*

Diximus de eo, qui cognouit consanguineam uxoris suæ, per quod quædam affinitas ꝯhitur: ut ergo scias quæ ꝯsanguinea prohibeatur, & usque ad quotum gradum dicamus de consang. & affi. Et primo uideñdũ occurrit, Quid sit ꝯsanguinitas, Et unde dicat. Quid linea ꝯsanguinitatis, Quot lineæ. Quid sit gradus, Qualiter ꝯputentur, Vsque ad quotũ gradũ matrimonium prohibeatur, Qualiter arbor, quæ hic ꝯsueuit depingi, intelligenda sit, & legenda.

1 a Quid sit † consanguinitas. a Et quidẽ attinẽtia unius psonæ ad alterã, pueniẽs ex eo, ꝙ una illarũ descẽdit ab altera, vel ambæ ex eadẽ, sm Da. Vel sic: Cõsanguinitas est uinculũ p psonarũ ab eodẽ stipite descenden tiũ, uel ascẽdentiũ carnali propagatione contractum. Stipitem dico illam personam, à qua alij duxerunt originem, sicut Adam fuit stipes Cain & Abel, & filiorum qui ab eis processerunt. secundũ T. uel Isaac, Esau, & Iacob. & ideo iunxi ascendentiũ: quia sursum uersus fit ꝯputatio: ut ff. de prob. si arbiter. & de gradi. iurisconsultus §. transeamus. Et unde

ADDITIO.

a Quid sit consanguinitas. ¶ Adde doct. in rub. eo. ti. doc. in ca. non debet. & ti. doc. in arbore consanguinitatis & affi. gl. in c. postremo. de depo.

a 2 **Et vnde dicatur.** [a] † A con & sanguine, quasi communem habentes sanguinem: siue de vno sanguine procedentes unde & spurij, seu uulgo quæsiti, consanguii eos habere intelliguntur, siue cognatos, non tamen agnatos: quia ius agnationis à patre descendit: sed talis non habet patrem. ius autē cognationis à matre descendit: quæ sem p certa est. ut ff. de in ius voc. quia sem p mater. & ideo retinet ius sanguinis: quia sanguis non mentitur ut hæc probant ff. de grad. iurisconsultus. §. nomē & seq. ff unde cogna. hac parte. & l. si spurius. 3 † Videtur ergo, q spurius possit ꝓhere cū filia illius, qui dicitur pater suus: quia nihil attinet sibi, cùm ius ciuile ipsum non nouerit ff. de gra. iurisconsultus. § inter agnatos. & p hoc uidetur expressum: quia gradus cognationis computandi sunt, secundū quod hæreditates deferuntur: ut 35. q. 2 & 3. c. j. & 2. unde qui cum consanguinea sua dormierit, sine filiis morietur ut ibi. & ea causa. & q. quædā lex. & q. 5. ad sedē. ut hanc cōputatione & q. 7. c. 1. super hoc vide quod not. j. qui fi sint le §. an utrunq; genus succedat. uer quid de expositis & præced. & seq. cùm ergo talis filius patrem non habeat, non habet consanguineos ex parte patris, quem non habet, nec probari potest & sic non impedit matrimoniū inter spuriū & filiū illius qui dicit pater suus: quia nullo iure sanguinis intelligit ei cōiunctus, nec aliquis gradus est ibi. ar. ff. de iure codicillor. quidā referunt. & s. de despon. impu. ad dissoluendū. & ff. de iniust. rupt & irri. test. nā & si sub conditione. Respondeo, & dico præcedentia locum habere, quo ad ea, quæ proueniunt ex iure ciuili, sed cū matrimoniū sit de iure naturali: ut not. s. de spon. duo §. quæ quibus. ver. aut utraq; de præsenti. & de spon. sub rubricella, de matrimonio. §. vbi fuerit institutū, & inter tales dico matrimoniū prohibendū, cùm pater vtrumq; naturaliter genuerit. unde non est inspicienda, nisi sola coniunctio naturaliter ar. Instit. de iure na. gen & ci. in prin nam & naturalis filius ius agnationis non habet, & tñ inter ipsum & nepotem patris, matrimoniū contractū dissoluitur. ut s. de probat. per tuas. & hoc expressum est ff. de ritu nup. l. & nihil interest. cùm eñ ciuilis cognatio matrimoniū soluat. ut not. s. de cogna. leg. multo fortius naturalis: qui in matrimoniis contrahendis non solùm quid liceat secundū ius, sed quid deceat secundū honestatē, spectandū est ff. de ritu nupt. semper nomen autē cognationis, aliquando sub iure ciuili cōprehendit, aliquando sub naturali: aliquando sub vtroq; ut ff. de gradi. non facilè. §. 1. hoc dico si gradus probari possit tum p famam, tum per confessionem coniugū, scilicet quia vxoratus uiuente legitima vxore secundæ adhæsit de facto, & expulit legitimā & sic hæc mulier adultera in domū adulteri, & morando cū eo, peperit: ut j. qui fil. sint leg. transmisse. & c. causam quæ. su p quo uide qd no. s. de mat. §. qualiter. uer. quid si dicat. maximè in gradu tam pxi. ar. j. de diuor. porro. & ē expressum. ff. de ritu nup. adoptiuus. §. seruilis. idē ēt, si publica fama sit, q maritus sit filius patris sponsæ. quāuis vulgò quæsitus sit, tñ coniuges confiteantur, aliter uidentur reliquendi conscientiæ suæ p p probationis defectum, saltē si dicant esse in gradibus canonica institutione phibitis, non diuina. quod dicit no. s. tit. 1. §. vlt. uer. illud notandū est. ut soluas ꝯrietates ibi signatas, secundū hunc intellectū. hic enim non deficit ius, sed probatio ut ff. de te. tu. duo sunt Titij. & de condi. & demō. Lucius Titius, nam si probari potest ius canonicū potius inspicit ius naturale, quàm aliud. quare vult, q filii tales alantur, ut s. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. cum haberet. in fi. quod tamen denegant leges. ut j. qui fil sint le. per uenerabilem in fi.

4 **Quid linea consanguinitatis.** † Et quidem collectio psonarū consanguinitate coniunctarū, diuersos gradus continens & numeros distinguens, s'm Da sed T. dixit collectio personarū cōsanguinitate coniunctarū, ab eodē stipite descendentium, diuersos gradus continens. quod satis idem est.

5 b **Quot lineæ sunt.** [b] † Tres, ascendentiū scilicet, descendentiū, & collateraliū, seu transuersalium, sicut triplex est diuersitas propinquorū, & consanguineorū. Ascendentiū, scilicet illorum, à quibus, de cuius consanguinitate quæritur, originē duxit. sicut pater, mater, auus, auia. Proauus, proauia. Abauus, abauia. Linea uerò descendentiū continet in se illos, à quibus descendit is, de cuius consanguinitate quæritur descendendo: ut puta filius, filia. Nepos neptis Pronepos proneptis. Abnepos, abneptis. Est autē linea transuersalium, siue collateralium, quæ continet in se illos, qui nobis ex latere conueniunt, à quibus non duximus originē, nec ipsi à nobis: ueruntamen ab eodē sanguine propagantur, ut frater, soror. Filii duorum fratrum, qui fratres patrueles dicuntur, seu & filij duarum sororū, qui dicuntur consanguinei. Et eorū filij. Et filij filiorum. & hoc siue æqualiter descendant, ut in exēplo posito, siue inæqualiter, ut patruus, amita. Auunculus, matertera, & cæteri superiores ex transuerso. omnia hæc probant 35. q. 5 ad sedem. ff. de grad. l. 1. & l. iurisconsultus. & 35 q 5. primo gradu. & no. qd duæ lineæ descendentes vnā faciunt transuersalē, ut in hoc exēplo, filij duorū fratrū attinent sibi in linea transuersali, & tamen quilibet eorū descendit recta linea ab auo eorum communi. vnde quilibet est in recta linea, alia ab alia. & sic sunt in duabus lineis rectè descendentibus, & vna transuersali. & de omnib. alijs intelligendum est, tam remotioribus quàm propinquis.

6 c **Quid sit gradus** [c] † Et quidem distantia vnius p sonæ ab alia in linea consanguinitatis. s'm Da. uel secundū T. gradus est habitudo distantiū personarū, qua cognoscitur quota agnationis, subaudi, uel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. ut. aq; approbari potest. Dicti sunt gradus ad similitudinē scalarū loco ūm ve pcliuiū: quæ ita gradiuntur, ut de proximo in remotiorem transeamus: ut ff. de grad. iurisconsultus. §. gradus.

7 d **Qualiter computentur.** [d] † Et quidē in linea ascendēti, uel descendenti eo. modo cōputantur s'm leges & s'm canones s'm hanc regulā. Persona personæ addita ascendendo, uel descendendo per carnis ppagationem, addit gradū, sed non mutat genus: uel sic, Generata persona gradū adiicit. 35. q. 5. ad sedem. etiam s'm legem in transuersali: ut j. apparebit. in ascendēti ergo linea & descendenti cōputatur, prout no. s. eo. §. quot. ver. ascendentium. & uer. linea. nam pater & mater sunt in 1. gradu, respectu cellulæ uacuæ, quæ est in medio arboris. quam uocant doctores Ioachim. & sic ascende vsq; ad quartū gradum, in linea ascendēti: in linea uerò descendenti est filius & filia in primo gradu respectu eiusdē Ioach. & sic descende vsq; ad quartum gradum, ut totum signaui s. Ideoq; hæc consanguinitas secundū hanc regulam poterit experiri in linea ascendenti, & descendenti: si vna p sonarum, de quarū quæritur consanguinitate descendit ab alia, computatis eis, & oīb. personis intermediis vna minus, totus est gradus consanguinitatis, id est, si quatuor sunt personæ, tertius est gradus: si quinq;, quartus est gradus, secundū Vinc. verbi gratia, inter truncū, & abauum suū, qui est in linea ascendenti, sunt v. personæ, & cōputato trunco & abauo. detrahe vnā, remanēt quatuor: ergo in quarto gradu attinent sibi. Item inter truncum & abnepotē suum cōputato trunco, & abnepote, sunt v. personæ, detrahe vnā remanent quatuor: ergo in quarto gradu attinent si. & sic est uidere de singulis descendentibus & ascendentib. 8 † In collaterali aūt linea fit cōputatio secundū leges vno modo, & s'm canones alio. nam secundū leges consanguinitas sic inuenit, si neutra personarū, de quib. quærit descendit ab alia, computa gradus p quos distat vterq; à cōmuni parente: & quotus numerus est cōmuni parente detracto, totus est gradus. unde si una distat à cōmuni parente p quatuor psonas, alia p tres, cōputatio à cōmuni parente sunt viii. detrahe ipsum remanent vii sic ergo attinent sibi in gradu sep. & obtinet hæc computatio siue inæqualiter distent. ut in exēplo s. proximè posito: siue æqualiter, ut patet in trunco, & pronepote pauunculi sui & sic de singulis. unde aliquoties contingit, q vnus gradus canonicus duplicatur legaliter, duplex quadruplat, triplex sextuplatur, quadruplex octuplatur. sicut est uidere in oīb. cellulis positis in linea transuersali, & in trunco cōequali, etiam in qualibet alia transuersali & æquali. ergo secundum leges frater & soror sunt sibi in secundo gradu: filij duorum fratrum, qui patrueles d'cuntur, ī quar. filij duorū fratrū patrueliū, ī sexto. filij filiorū duorū fratrum patruelium, in octauo. sed secundum cano. primi sunt in primo gradu: secundi in secūdo: tertij, in tertio: quarti in quarto aliquoties verò adiicit secūdum leges gradui canonico unus gradus, uel plures, secundum quod gradus distant. sicut est uidere in qualibet linea transuersali, & inæquali, ergo secundum leges filius fratris distat à stipite tertio gradu. sed secundum cano. ij. item secundum leges fratris nepos distat à stipite gradu quarto: sed secundum cano. iii. Item secundum leges fratris pronepos distat à stipite quinto gradu: sed secundum cano. quarto. item secundum leges fratris pronepos distat à sorore stipitis quinto gradu, à sororis autem filia sexto, à sororis verò nepte septimo: sed secundū cano. idem pnepos distat à qualibet istarum psonarū æqualiter. scilicet quarto gradu. ut omnia hæc pbantur. 35. q. 5. ad sedem. & p totum. ff. de gradi. iurisconsultus. Ergo secundum cano. qui sicut idem capit. ad sedem, probat de sola con-

ADDITIONES.

a Et vnde dicatur. ¶ Adde doct. in rub. eo. tit.

b Quot lineæ sunt. ¶ Adde Doct. in arbore consanguinita. & affinitat. & per doct. in cap. non debet. eo. tit.

c Quid sit gradus. ¶ Adde Bar. & doct. in l. fin. de successo. edicto.

d Qualiter compu tētur. ¶ Adde gl. in c. licet ex quadam. de testibus. Doct. in c. non debet. & in cap. si. de consang. & affi.

sola consanguinitate contractant, quo ad matrimonia, nō quo ad hæreditates. secundū leges sciendum est, ꝙ quoties in transuersalib. lineis duæ inueniuntur personæ æqualiter discendentes à cōmuni stipite, quoto gradu distat altera earū à communi stipite, toto gradu attinent inter se, & sic non distant gradu, sed sunt in eodē gradu. arg. 35. q. 5. parentelæ. ergo filij in eodē gradu attinent sibi & consanguinei germani, & consanguinei tertij, & quarti. quia æqualiter descendunt. Sin aūt descendant inæqualiter quoto gradu attinent sibi, & sic remotior addit gradum: vnde non sunt in eodē gradu, sed distant gradu secundum regulā magistrorū approbatā, hac scilicet, quoto gradu remotior, distet à stipite, toto distat & à quolibet per aliā descendentium ex eadem, ut ĵ. eod. c. vlt. Gregor. sic in sequenti §. dilucidè computatur.

9 a **Vsque ad† quotum gradum[a] matrimoniū prohibeatur.** Et certè olim phibebatur vsq; ad septimum gradū in collateralibus inclusiuè, secundū illos qui ponūt filium in primo gradu. secundum Isidorū verò exclusiuè terminantur in septimo: quia ipse ponit nepotem in primo gradu. xxxv. quæstio. iii §. hac authoritate. & ibi exponunt magistri patrem, id est, filios, id est, nepotes. & xxxv. quæstio. v ad sedem, ad fin. versic. sunt enim quidam. In ascendenti autē linea & descendenti, videtur consanguinitas in infinitū extendi. vnde secundum quosdā, si Adam hodie viueret, non posset aliquam ducere, secundū Hugo. ut Institu. de nup. §. 1. ff. de ritu nup. nuptia. & 35. quæstio. 3. progenie. & capitulo de consanguinitate. 10 & capit. in copulatione. † Alij non faciunt vim, quia vltra septimum gradum nulla consanguinitas inuenitur, ut 35. quæstio. 5. ad sedem. versic. illa quoq;. Sed dic, non inuenitur, id est, de facili non potest inueniri: quia non potest, uel vix potest probari, propter breuem vitam hominum. ut ibi etiā dicit. & ad idem s. de testi. licet ex quadā responso primo. sed cùm certū sit, ꝙ ab Adam omnes descendimus, si uiueret in incertis, non in certis locus est coniecturis ff de verborū obligatio. continuus. unde si posset probari bene, dirimeretur. ergo non deficit ius: sed probatio. ut not. supra eo. §. & vnde. & adde infra eo. versi. sed nunquid. in v. & sequenti. Tertij dicunt, quod vltra septimum gradum non reperitur consanguinitas: verum est in linea collaterali. Hodie verò prohibitio coniugalis quartum gradum consanguinitatis uel affinitatis non excedit: sed inclusiuè prohibetur vsque ad quartum gradum: ut suprà, de clandestin. despon. cum inhibitio, verba concilij. Prohibitio quoque copulę coniugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedit: quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huius prohibitionis generaliter obseruari. Quid si hodie inueniantur aliqui coniuncti in quinto gradu: sed tamen contraxerant ante istam constitutionē, dixit T. consulendū principē, cùm nouus casus sit cui significandum est tempus quanto simul steterunt, qualitas personarum, numerus liberorum: & in quo gradu attinent sibi, & utrum timeatur discordia suscitari, uel non: & omnes aliæ circunstantiæ, ut secundū hoc instructus respondeat. nec enim debemus peccatum nostrū modis alienis accōmodare, ut propter eos simul dimittendos peccemus. ut ĵ. de sim. nemo. 88 distinct quidem. 86. dist. culpam. 35. quæstio. 8 de gradibus. ff. de ritu nupt. qui in prouincia. §. diuus. 35. quæst. 3 gradus. hoc dico de sexto gradu, uel septimo. nā quicquid fit in v. de his non dimittemus simul manere: ut extrà, iii. de consang. tuæ. secundum T. & facit pro eo argum. infrà eodem. quia circa. & quod dicit constitutio de cætero non excedat. & quia constitutio non respicit præterita: ut not. suprà, de constitutio. § quando constitutio. uera. in futurū. & sequentibus. & probatur. 31. distin. ante triennium. & 35. quæstio. 3. de incestus. Primus enim consensus illegitimus fuit: & sic non potest confirmari ex post facto: ut supra de eo qui duxit in matrimō. quā pol. per adult. ca. secundo & tertio. & capi. cùm haberet. argu. ff. deprecari. sed si manente. Assentio, id est, si ante constitutionis ipsius publicationem ambo habuerunt conscientiā consanguinitatis, uel alter tantū, & is qui habuit bonam fidem, petijt diuortium celebrari. argu. supra: de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. cap. primò. alias contra. ut in eodem tit. capi. veniens. quia si cognoscit eam semel, tacitè ratificatur matrimonium, propter bonam fidē alterius, licet postea vterque intellexit ueritatem. argu. supra. de coniugio seruo. proposuit. & ca. vlti. Si verò infra hos gradus, scilicet quatuor, hodie inueniātur coniuncti, separabuntur, nulla obstante diuturnitate temporis: quia tanto sunt grauiora peccata, & c ut infra eodem. non debet. in fin. hoc intelligas, vsque dum consanguinitas recordat, & probari potest ut. 35. q. 3. progenie. & per totum. & infra eodem ex literis. & not. supra eod. §. & vnde. nec obstat aliqua consuetudo: ut infra eo. quod super his. in fine. quod dic ut notat. supra, de cogna. spirit. §. quis sit effectus. ver. effectus verò tertiæ. nisi sint infideles, qui in infidelitate intra hos gradus contraxerint, & postea conuertantur. tales enim non separantur: ut infra eo. de infidelibus. de hoc plenius. ĵ. de 11 diuor. §. quot modis. uer. non solū. † Quid si aliquis contraxit in quinto & quarto gradu, respectu stipitis? respondeo, ualet matrimoniū: quia tales attinent sibi in quinto gradu, sine distant quinto, ut notatur suprà eodē. § proxi. versicul. ergo. sic & eadem ratione in quinto, uel tertio, uel secundo. nec obstat ĵ. eo. quòd dilectio, ubi exigitur, quod uterque contrahentiū distet à stipite pari gradu: quia ibi circa dispēsationē fit interpretatio: & arctat: uel multitudini & obseruatæ consuetudini ad euitandum scandalum: uel differre, ut innuit ibi in fine, secundū Goff. Sed nunquid in quinto & primo? non puto. & sic abnepos, qui quinto gradu distat à stipite, non poterit contrahere cū filia stipitis, sicut nec cum stipite posset, ut patet suprà, eo §. respon. ĵ. imò etiam videtur, quod in infinitū prohibeatur contractus, prout not. suprà eo. §. uersic. in ascendenti. & probatur ff. de ritu nup. sororis pronepte ideo ducere prohibeor, quia ei parentis loco sum. ergo in infinitū. Quod et taliter probo in ueteri Testamento filij duorū fratrū, qui in secundo gradu sunt licitè ꝯtrahunt: & tamen inter materterā & nepotē, non potest matrimonium contrahi, licet in secundo gradu sibi attineant. ut s. de restitutio. spoliato. literas. ratio diuersitatis hæc est: quia in primo est secundus gradus transuersalis, in alio descendens. & dicit regula iuris ciuilis, ꝙ cuius filiā ducere non licet, eius neq; neptē permittitur. quod semper uerū est in linea rectè descendenti, ut Instit. de nup. §. eius uerò mulieri & § item amitam. & sic patet, ꝙ cum quibus stipes contrahere non potest, nec filius eius, vnde omnes illi, qui sunt nepotes, uel neptes stipitis, nepotes uel neptes filii sui dicuntur, & sic in infinitū, ut in s. d l. sororis. Et est ratio, quia filia, & stipes vna caro probantur: adeò ꝙ etiā, secundū quosdā inter ipsos nullus gradus reperitur. vnde incipiunt primum gradū cōputare à nepotibus, secundū quos hodie quartus gradus exclusiuè prohibetur, ut patet in his quæ not. s. eo. §. respon 1. 35. q. 3. §. authoritate. est ergo filius eadē persona cū patre. ut C. de impu. & aliis subst l. vlti. & vox patris vox filii, & econtrà. ut Insti. de inutil stipul. § ei qui tuo iuri. vnde etiā uiuente patre quodammodo intelligitur dominus rerū hæreditariarum ut ff. de lib. & posth. in suis. ideo dicitur stipes, parentes, uel germani, id est, filii stipitis. sic enim exponitur ĵ. eod. tua nos. Et quare non idem in nepte stipitis cum hæres hæredis in infinitū sit hæres. ff. de pe hæred. l. 1. & C. de hære. inst l. vlti. circa prin. quia hæc prohibitio non transit in tertiam personā sicut nec excōicatio. ut not. ĵ. de sent. excom §. & quæ sit pœna. uersi. hæc autem excōicatio qua enim ratione diceres de nepte, eadē ratione & de abnepote te dicere oportet. arg op ĵ. eod. tua nos & sic falsa esset Gregoriana pro & contra. C. de inoffi. test. si quis filiū. Sed mirabiliter contradicit. ĵ. eo quod dilectio. dic quòd solutio est in litera. illud enim contingit propter multitudinē, & consuetudinem, quæ scandalū generabat in regione illa, de qua loquitur, si in quinto & sexto gradu remanerent coniugati. vnde hodie si idē contingeret in aliqua terra de coniunctis in quarto & quinto gradu, idem fortè esset dicendum si esset standum Gregorianæ: ut not. s. de cogna. spir. §. quis sit effectus uers. effectus verò tertiæ. Sed aliqui iudaizantes faciunt vim in uerbis indulgentiæ: quia fuit indultum, quòd in sexto. & non fuit dictum, ꝙ sexto gradu distantes possent contrahere. & aliud est, esse in sexto, & aliud distare. is intellectus corrigitur 35 quæ. 3 §. hac autoritate. & c præcedenti, contradicimus. & in eadē dec. quod dilectio, quia satis apparet ibi, utrum Papa faciat vim in uerbis uel in consuetudine, & multitudine, & scandalo Item ĵ. eo. non debet. nihil aliud permittere uidetur: nisi quòd in 5. gradu contrahe possint, & sic qui faceret vim in uerbis, falsā esset Gregorianā nec est dicendū quòd abrogentur decre. quæ loquuntur de vi. & vii. gradu. non enim iuri derogatur, sed exemplis quæ ponit antiqua: sed & illa quæ potest ex certa scientia, ut habeamus materiam ad tractandum, quid iuris hodie sit, & quid iuris fuerit quondam, ad hoc 7. dist. fuerunt. quia antiquitatis nihil ignora- 12 re debemus, in Institu. de testa. in prin. † Computatio autē consanguinitatis sic fieri debet. Cùm vis scire de consanguinitate aliquorum, quantum inter se differunt, recurre ad stipidem, seu communem parentem, à quo traxerunt originē hi de quorum consanguinitate quæritur: ut dicas, Comitissā Geben. peperit Comitissam Sabaudiæ, & Comitē Guilielmum Geben. qui fuerunt fratres in primo gradu. Quid si truncus in memoria nō habetur? sufficit incipere à germanis: sed nō ab auunculo & nepte, vnde non

ADDITIO.

a Vsque ad quotum gradum. ¶ Adde doct. in cap. non debet. eod. tit. & per doct. in arbore affinit. & consanguini.

vnde nō liceret incipere à Comite Gulielmo Geben à Comitissa prouinciæ Beatrice: imò sic computabis. Comes Gulielmus Geben. & Comitissa Matilda Sabaudiæ fuerunt fratres ecce primus gradus Comitissa Matilda Sabaudiæ peperit Beatricē Comitissam prouinciæ: ecce secundus gradus. Comitissa Beatrix peperit reginam Elionor Anglorum, ecce tertius gradus: regina autem Elionor peperit filium Odoardum: ecce quartus gradus: de quo ponamus, agitur in hac causa. Modò reuertaris ad alium fratrem. dices ex altera linea. Comes Gulielmus genuit Rodulphũ de Geben. ecce secundus gradus Iste Rodulphus non posset contrahere cum filia, reginæ Elionor: sed bene posset contrahere cum filia Edoardi Item pone, Rodulphus genuit Henricum: ecce tertius gradus. Item Henricus genuit Petrum: ecce quartus gradus, qui est in quarto gradu cum Odoardo filio reginæ Elionor, cuius reginæ filiam Petrus habere non poterit in uxorem: sed bene poterit habere filiam Odoardi. Nec refert, utrum consanguinitas proprijs nominibus, vel æquipollentibus designetur ut hæc omnia probantur j. tua nos. & suprà de testi. licet. 2. ff. si certum petatur. certum Et quia iudex, qui de hac causa cognoscit, debet esse solicitus, & discretus, & talis qui possit indicare & sciat: ut j. eod. capi. 1. in fin. Notandæ sunt interrogationes, quas facere debet, etiam si non apponantur à partibus. argumē. suprà, de elect. cùm nobis olim. §. pen. quia nec per pactũ in hoc renunciare licet, ut nota s. de clandesti. despon §. quot modis. super verbo, coniuncti inuestigent, vtrum aliquod impedimentũ sit Iudex ergo faciet testem iurare in præsentia partium, posteà ipsum seorsum interrogabit quomodo scit parentelam, si testis incipiat à stipite, vel germanis cōsiderabitur, qualiter distinguet gradus, secundum ea quæ not. s. eod. § responso primo, versicul. computatio. & se. nam si aliter quàm ibi ostensum est, consanguinitatem computauerit, vix congruè computabit. Quæritur etiam si viderit omnes gradus, si dicat sic, quæretur si habebant se pro consanguineis, & tenebant: sufficit etiam, si dicat, quòd viderit personas primi gradus, secundi vel tertij pro consanguineis se habere, aliàs non valet. Sin autem dicat, quòd aliquas ipsarum viderit: sed de alijs audiuit: quæretur à quo, vel à quibus, & quando. Si ab accusatore uel testibus didicit, non valet: si decem testes ab uno didicerint, non valēt. Si duo bonæ famę à duobus vel decem malæ, non ualent: quia iniquum est, illos admitti, quorum repellerentur authores. Sed si decem malæ famæ, uel leuis opinionis, à duobus bonæ famæ audierint, non ualent: ergo necesse, quòd saltem duo bonæ famæ & graues hoc didicerint ab alijs duobus æqualis famæ. Debet etiam quæri, utrum ante litem motam testificata didicerit, uel post. si dicat quòd post, repellitur. Si dicat, quòd antè: interrogetur, an præsens fuerit tempore sponsaliorum, an tacuerit, an contradicere potuerit: & tũc repelletur: alias admittetur: idem si sciuit sponsalia contrahi, & non contraxit, qualitercunque hoc scierit. Verum tamen, ꝙ testis reprobetur ex eo quod præsens fuit & tacuit, non inuenio expressum: quia decre. cum in tua. j. qui ma. accusa. pos. non loquitur in teste, tamen suspectum est eius testimonium. argumen. infrà, de frigi. & malefi. cap. 1. & suspecti repelluntur, suprà, de testi. in literis. Quæretur etiam, si scit uel credit ita esse sicut testificatur: si gratia, odio, uel timore, uel precio inductus testimonium dicat: & omnia hæc probantur infrà eodem, tua. & qui matrimonium accusare possunt. cùm in tua. & suprà, de clande. desponsation. cùm inhibitio: & suprà, de testi. quoties. & capitu. cum in tua. & capitu. licet. 36. quæstio. 6 de parentela. Item quæratur, an sit de parentela uiri & mulieris, uel extraneus: vt 35. quæstione 6. consanguineos & dicam plenius de hoc infrà, qui matrimonium accusare possunt. de hoc etiam nota. suprà, de testi. §. quis possit. sub §. hi uerò omnes. versicul. item quæritur de ætate. Illud quæri consueuit: an hodie succedat quis in sexto uel septimo gradu ratione consanguinitatis? dicas quòd sic vsquè ad decimum gradum. 35. quęstione 5. ad sedem circa principium. nec obst. quòd in eodem capitu. dicitur vltra septimum non est gradus. sic enim & hodie dici potest: ultra quartum non est gradus infrà eodem. non debet. nam respondendum est ad vtrumque, quòd verum est matrimonium impediendi: est tamen gradus succedendi: ut ibidem. ideo succederet vir vxori, & econtrà, si omnes consanguinei deficerent. C. vnde vir & vxor. quòd enim non mutatur: quare stare prohibetur. ut C. de testamentis. sancimus. & de appellationibus. pręcipimus. imò sunt qui dicunt, quòd etiam committeretur incestus cum consanguinea in quinto gradu: quia cùm duo essent prohibita contrahere, & incestum committere, non est facta relaxatio, nisi vnius, ergo alterum remanēt in sua prohibitione per l. dictam. & quia quod in uno dicitur, in alio prohiberi videtur. ut argum. C. de prob. l. maritus. aliter tamen dicitur in gloss. arboris. j. eo. §. seq. sub §. quæ consueuerunt. ver. 7. quòd verius est, vt apparet in his quæ no. s. de eo qui co. cōsan. vxo. suæ. §. quid iuris sit. ver. ergo si cognoscat.

[a] Qualiter arbor [a] quę hic consueuit pingi, intelligenda sit, & legenda Et quidē hic discurremus: Quare arbor fuerit hic depicta, Quare sic depingitur, Quot & quæ sunt regulæ, quarum instructione genealogia totius arboris breuiter explanatur: Qualiter arbor legenda sit, Quæ consueuerunt quæri circa hanc lectionem arboris, Quæ notabilia circa hanc eandē lectionē sint scienda, & memoriæ commendanda.

13 Quare arbor † hic fuit depicta? certè quia utile & expediens visum fuit maioribus nostris, gradus & attinētias cōsanguinitatis oculorum inspectioni subijci. Nam segnius irritant animum dimissa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus. vt Insti. de gradi. §. fin. sed & quædam alia sunt, quæ sunt subijcienda oculis, scilicet, agrorũ mensuratio & limitatio. C. finium regun. l. 3 ff. finiũ regundo si inruptione. 16. q. 3. inter memoratos. Iniurię an atrox [b] sit æstimatio. ff. de fer. l. 3. Ventris inspectio. ff. de ventre inspi l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ occulta inuestigatio. s. de probat. proposuisti Mulieris arctatio: & idem est si quæratur de alia instrũ infirmitate, à natiuitate ꝯcta. j. de fri & male. fraternitatis. & ca. ex literis. Eunuchi sectio, vel instrumenti virilis defectio: sicut iã ꝓbari fecit: qa hæc & cōsimilia nō possunt abscōdi oculis, ut no. s. de proba. §. & quot sunt species. ver. octauò. fit eriã j. de frig. & malefi. §. vlt. ver. Gof. vero. nã & licet dicat, ꝙ oculus & manus obstetricis plerunq; fallatur. 27. q. 1. nec aliqua. ff. de ventre inspiciendo. l. 1. resp. 1. tamen sæpius veniunt & dilucidant veritatē, ideoque hęc arbor à maioribus depicta est in decretis & auth. est, ut 35. q. 5. ad sedem. circa finem, ibi, taliter ergo & determinatis, & c. & in princi. vlt. col. ibi, nam & si in septē gradibus canonicè visualiter numeretur, &c non est ergo superfluũ ipsam depingere. namsicut tractatus de consanguinitate vtrique libro communis est, sic & arbor debet esse cōis, quinimò cùm iura decretorum quo ad inhibitionem graduum, & per consequens, quo ad picturam arboris pro magna parte correcta sint per hunc librum, meritò potius hic quàm ibi arbor depingenda est renouata, sed nec nocebit, imò placebit & proderit lectio repetita. ut C. de emen. Iustin. codic. l. vnica, in medio, ibi: cùm nemini venit in dubium, ꝙ repetita perlectio probauit hoc satis validum, satisq; esse famosum.

14 † Quare sic depingitur, quia cùm arbor appelletur, formã arboris imitatur. nam sicut in arbore fructifera quatuor considerantur, scilicet, truncus, rami, flores, fructus & frondes: sic in arbore scripta eadem cōsiderari oportet. Ioachim enim dicimus trũcum. nam sicut arbor naturalis sursum producit palmites, ex lateribus verò ramos extendit, sed deorsum continet pedamenta: sic Ioachim sursum erigit lineam ascendentem, & ex utroque latere ramos collaterales emittit: sed deorsum loco pedamentorum subdit lineã descendentem. Igitur Ioachim truncum, lineas collaterales, ramos, attinentias, fructus: frondes verò quasdam dicamus quæstiones, siue auriculas, quæ in antiqua arbore ponebantur, secundum communem literam. vel dic, quòd Ioachim truncus est, lineę vero collaterales rami, sicut alij dicũt: sed frondes possunt dici cellulæ, puncti flores, qui gradus determinant, fructus verò appellabimus ipsos gradus siue attinentias, vel personas. arg. 33. q. 5. tunc saluabitur: & secundum hoc sit satis congrua similitudo: nec puncti remanent sine nota.

15 Quot † & quæ sunt regulæ, quarũ instructione genealogia totius arboris breuiter explanatur: quinque sunt, & hæ. Prima regula est hęc: persona personę addita per carnis propagationem gradus adijcit, & habet locum in ascendēti linea, & descendēti. de hac dixi s. eo. §. qualiter computetur. Secunda regula talis est: quot sunt personæ de quib. queritur cōputatis attinentijs, una minus tot sunt gradus: ergo si sunt quatuor personę, dicas ibi tertium esse gradũ inter extremos: si quinq; sunt personę, quartũ gradũ, ut semper vna persona subducatur: & sic de singulis. & hęc regula locum habet inter personas, quarum una descēdit ab altera, ut est uidere in linea ascendenti, & descēdenti: uerbi gratia, si queratur quoto gradu attineat truncus pronepoti suo. quatuor sunt personę cōputato trunco, subducas truncum, remanēt tres personę. ergo pronepos attinet trunco, siue est sibi in tertio gradu, & hoc modo oculata fide potes computare de singulis sursum versum. Tertia regula est hæc: si personæ, de quibus queritur, non descendant una ab altera, sed collateraliter procedant à communi stipite, & sunt in linea ęquali, quoto gradu queuis istarum distat à communi stipite, toto gradu differunt inter se, secundum Goffredum. imò toto gradu attinent sibi. sic not. hæc regula per alia verba,

ADDITIONES.

a Qualiter arbor, ¶ Adde Doctor. in arbore consan. & affi.

b Iniuriæ an atrox. ¶ Adde quę dicatur iniuria atrox. vide in ca. cùm illorũ, de sen. excom. tãta. de exces. præla. gl. in c. fi. de do. insti. de iniur. in §. atrox.

verba, & planius suprà eodem. §. qualiter computentur. ver. ergo, ibi, quoties in transuersalibus lineis, & c. Quarta regula talis est si personæ, de quibus quæritur, non descendant vna ab altera: sed communiter procedant à communi stipite, & sint in linea æquali, quoto gradu distat remotior ab ipso trũco, toto gradu distant inter se, vt semper computatio fiat ab eo, qui magis remotus est ab ipso trunco ad ipsum truncum: & hæ duæ dictæ proximæ regulæ locum habent in collateralibus tantum: hoc et plenius explicatur in d. ver. ergo. ibi. sin autem descendant, & c. Quinta regula talis est: quoto gradu distat aliqua persona à communi stipite, toto gradu distat à quolibet descẽdentium ab eo. & hæc regula locum habet vsque ad finem ad lineam æqualitatis. vt & no. in d. ver. ergo.

16 Qualiter † arbor legenda sit: ex quo præmissa plenè fuerunt prælibata, ad hoc vt plenius intelligantur, debet doctor aperire librum, & scholaris similiter. & debet primò notare cellulam mediã, in qua nihil scriptum est, quã Ioachim vocamus: à qua, & ad q̃ computatio tota procedit, & reducitur, postea debet legere lineam ascendentẽ, & cellulas ibi dẽ ptinentes: dicendo quod scriptũ est in qualibet cellula, & notando puncta superiora rubea, & inferiora nigra, & numerũ eorum, & quid significent, posteà de descendenti: deinde de collaterali dextera, postea de sinistra, postremò de singulis descendẽtib. ab auo, & ab auia, ꝓauo protauia, auo, auia, patre, & matre trũci, fiat illud idẽ a ptẽ & dilucide animo, lingua, digito, oculo, & nominãdo, ꝯputando, & determinãdo, qualiter & quoto gradu distant inter se, vel sibi attineant oẽs personæ in arbore cõstitutæ: assignet etiam, & determinet, & approbet regulas suprascriptas, demùm quæstiones diffiniat subsequentes.

17 Quę † consueuerunt quæri circa hanc lectionẽ arboris? ecce in primis quærit, quare illa cellula, in qua est Ioachim, vacua depingatur. & est illa ratio, qa pro trunco ponit, à quo cæteri rami sculi producunt, & ideo et truncus appellat: inde est, quia in illa cellula, non debent poni duæ personę sicut in alijs cellulis fit, cũ eñ diuersorũ diuersa nomina sortiant, nam q̃nque vocatur pater, q̃nque filius, quandoque nepos, quandoq; auus. & sic de singulis, non potuit ei congruè nomen imponi, sed dicitur cellula vacua: nominat & truncus ad hoc 35. q. 5 series. & sed Ioachim dicitur, & etiam Proteus, propter diuersitatem proprietatũ quę illi attribuuntur. iuxta illud, *Quo teneã modo mutãtem Protea uultus.* Secundò quæritur, quare Ioachim non potest contrahere cum filia abaui, ex latere transuersali secundum regulam positam suprà, eodem versiculo, prima. quia, vt ibi dicitur, persona personæ addita per carnis propagationem, gradum adiicit: ad hoc cõsueuit dici, quærite quos mundi arbor exagitat. nam illa ratio non patet lippis & tonsoribus: potest tamen dici, secundũ Goff. ꝙ hoc idem contingit: quia gradus canonicus compositus est: vnde quamuis plures sint distantiæ in personis, eadem tamen videtur attinentia inter Ioachim, & sobolem abaui, ex parte trãsuersali: quæ est inter ipsum Ioachim & ipsum abauum: considerato gradu, in quo Ioachim attinet abauo, sicut est videre in bãcha. si enim plures sedeamus in vna bancha: licet vnus altius, & alius planius, in una tamen bancha sedemus. uel planius dicere potes, cùm quæritur de attinentia. superioris ad superiorẽ, non computatur, ascendendo ab inferiore vsque ad summum: vt sic postea à summo fiat descensus ad inferiores, quòd secundũ hæc fieret multiplicatio graduum. sed ascenditur vsque ad collateralem illius, de quo quæritur, vnde in quæstione præmissa computandum est: non vsque ad abauum, qui est in summo: sed vsque ad proauum: & sic perueniẽdum est vsque ad collateralem, qui gradum attinet, secundum Goffredum. mihi videtur, quòd hæc quæstio facilis sit, secundum regulas. & quòd solutio regulas destruat. nam quando quæritur de attinentia inter Ioachim, & filiã abaui ex parte transuersali, iam non quæritur de linea ascendenti & descendenti, in qua tantùm prima regula locum habet: imò de transuersali inæquali, in qua non illa, sed quarta & quinta locum habent: secundum quas planum est videre rationem quam quæris. vel dic, vt not. s. eo. §. vsque ad quotum gradum. versic. quid si aliqui contraxerint. Tertio fit alia quæstio, quam not. s. eod. §. vsque ad quotum gradum. versi. quid sit hodie. & sequen. Quartò quæritur, si personæ de quibus ibi quæsitum est, fuerint separatæ, secundum quod not. ibi, vtrum de nouo possint contrahere? videtur quòd non. arg. 35. quæstione 6. ab isto die. dicas contra. argum. s. de eo qui du. in ma. quam pol. per adulte. capi. j. & capit. veniens. secundum Goffred. nec obstat cap ab isto d e quia loquitur quando per impedimentum quod fuit, & adhuc est, diuortium celebratur. Nos verò quærimus hic de impedimento, quod fuit, sed tamen esse desijt, per constitutionem nõ debet. Quintò quæritur, vtrum hodie in quinto, sexto, vel septimo gradu sit consanguinitas. dic vt no. s. eo. §. vsque. versic. illud quæri. Sextò quæritur, utrum in quinto ex vna parte, & in tertio ex altera possit hodie contrahi: dic vt no, s. eodem. §. vsque. ver. quid si aliquis. Septimò quæritur, an hodie committatur incestus in quinto gradu: & certè non: quia quòd incestus committatur in talibus, hoc non procedit ex natura coitus: sed potius ex constitutione ecclesiæ quæ prohibuit certos gradus, & cõstituit in eis coitum fore incestuosum: sicut & prohitio matrimonij, non ex natura matrimonij, sed ex constitutione ecclesiæ procedit. 35. quæstio. j. cùm ergo. super quo vide quod not. suprà eod. §. vsque. versic. illud quæri. & suprà de eo qui dux. in ma. quam pol. per adulte. versic. & idem intellexit. Octauo quæritur, cum proauus, & proauunculus & propatruus sint in eadem linea, & in eodem gradu: quare Ioachim magis distet à proaunculo & propatruo, quàm proauo? dicas: quia illi dicuntur esse in eodem gradu, respectu abaui qui superior est: nõ respectu Ioachim, uel aliorum inferiorum. Nonò quæritur, quantum protendatur cõsanguinitas in linea ascendenti & descendenti? & videtur, quòd in infinitum. & hoc dicunt quidam alij, quos sequitur Goffre. dicunt quod hodie indistin. tam in ascendentibus, quàm descendentibus, sed etiam collateralibus gradum quartum prohibitio non excedit. j. eodem. non debet. miror tamen, quomodo ius indistinctè loquens corrigat illud, quod cum distinctione saluari potest: vel quomodo loquens in genere corrigat illud, quod in specie loquitur: cùm potius videatur, quòd in hoc casu nouum trahat ad se antiquũ: vt ff. de legib. sed & posteriores. quod dic vt not. suprà. §. vsque. versic. in ascendenti. Quæ notabilia circa eandem lectionem sint scienda, & memoriæ commendanda: & quid est. Primum notabile est hoc, quòd Ioachim cum nulla persona in arbore posita contrahere potest. Secundum notabile est, quòd personæ positæ in vna parte arboris inter se contrahere non possunt: quia sibi adinuicem attinent: & hoc verum est, vsque ad vltimam lineam æqualitatis: quæ per filum coniungitur Ioachim, nam sex vltimæ cellulæ ex vna parte arboris non attinent omnibus superioribus: sicut oculata fide potest videri. Tertium notabile, quòd illi qui sunt positi in vna parte arboris, possunt contrahere cum illis, qui sunt positi ex altera parte arboris, exceptis tribus lineis descendentibus ex illa cellula, in qua continentur pater & mater. nam illi inter se contrahere nõ possunt: præter abnepotem, qui potest contrahere cum illis, qui sunt in linea sororis, & fratris Ioachim. Quartum nota. est, ꝙ non fuit necesse arborem ex utraque parte depingi: suffecisset enim quòd depingeretur ex vna parte tantùm in modum uexilli: sed fortè factum fuit ad decorem, seu causa uenustatis, uel ut sciremus nomina utriusque generis sexus. Nam ex una parte arboris ponuntur nomina descendentium per masculinum sexum, ex altera descendentium per fœmininum. Quintum not. est, quòd quædam lineæ sunt ligatæ filo per transuersum, ut innuãt, quòd illæ sunt lineæ æqualitatis. Sextum no ꝙ licet Ioachim, sicut & quilibet alius, habet quatuor auos; duos paternos & duos maternos: & sic si ascendas in quolibet gradu, duplicabis numerum superiorum. non tamen omnes illæ personæ hic ponuntur: nam & illæ quæ ponuntur, sufficiunt ad doctrinam. Septimum no. quòd personæ quæ distant æqualiter à ꝯmuni stipite, dicuntur esse in gradu, & facere gradum: quæ autem inæqualiter, dicuntur distare gradu: ut 35 q 5. porrò. & c. parentelæ. ut & not. sup. eodem. §. qualiter computentur. uersic. ergo. Octauum not. quòd puncta rubea designant gradus canonicos, quæ tali colore & in superiori parte depinguntur ꝑ excellẽtiam: puncta uerò nigra designant gradus legales, qui tali colore, & inferiori parte depinguntur. ut scias quanta differentia est inter canonicam ꝯputationẽ, quæ tractat de spiritualibus, & legalem, quæ tractat de temporalibus super quo uide quod no. j. qui fi. sint leg. §. qualiter, & à quo. Nonũ no. est, ꝙ quo ad legales gradus pertinet in ascendẽtibus & descendentibus gradibus legalibus locũ habent duę primæ regulæ superius positæ: in collateralibus uerò talis est regula, quot sunt personæ collateraliter à cõi stipite descendentes præter ipsum stipitẽ, tot sunt gradus inter extraneos, de quorũ attinentia quæritur, de hoc autem, & si uis scire. quid sit linea, & quid gradus, & qualiter computetur, uide quod nota. s. §. qualiter ꝯputentur. §. usq; nam ea quæ hic deficiunt, in eisdem §. & superiori summa plenissimè recolligere potest diligens studiosus.

De Affinita. Rubrica.

SVMMARIA.

6 *Consanguineus*

6 *Consanguineus quoto gradu distat ab uxore mea, toto gradu affinitatis distat à me.*

7 *Arbor affinitatis qualiter sit intelligenda. Et qualiter exponenda & legenda. 9.*

8 *Regulæ quæ & quot sunt, per quas affinitatis gradus & genera dignoscuntur.*

EX quo diximus de consanguinitate, videamus de Affinitate. Quid sit affinitas Quot sint genera affinitatis, Qualiter ipsa genera affinitatis insurgunt, Vsq; ad quem gradum in singulis generibus prohibeatur, Qualiter Affinitatis arbor intelligenda sit, & legenda.

1 a **Quid sit affinitas.** † [a] Et quidē proximitas personarū ex coitu proueniens omni carens parentela. Ex coitu, ideo dixi: qm̄ tam per fornicarium coitum, quàm per legitimum ꝯhitur affinitas, & insurgit, vt s̄.ti.j.c.j.& 2.& c.discretionem.§.sed nec affinitas, & ca.ex literis.& c.veniēs.& c.tuæ.& 35 q.3.nec eam, secundum T. sed Da. ꝯ.quia affinitas ex nuptijs tantùm insurgit. vnde secundum hoc affinitas est coniunctio personarum diuersarum cognationum per nuptias copulata: sic vt altera ad alterius cognationis finem, id est, merā accedat, vt ff.de gradi non facile.§.affines.& §.sciendum.ad quam l. saluandam not.Goff. ꝙ licet ex damnato coitu non oriatur affinitas, oritur tamen inde publicæ honestatis iustitia: & hoc probabiliter dici potest, secundum Goff. sed certè nō obst. alia ratione: quia illud verum est, quo ad hæreditates, & tutelas deferendas: & ne cogatur testimonium dicere contra affi-

2 nem, vt ff.de gradi.iuriscōsultus.de testa.l. lege Iulia. † Affinitas ergo ciuilis & naturalis & legitima non contrahitur, nisi nuptijs interuenientibus: sed naturalis & illegitima bene contrahitur per coitum fornicarium, adeò ꝙ matrimonium impediet & dirimet: & facilius etiam potest probari, ꝙ naturaliter illegitima consanguinitas. super quo vide suprà, de consanguinita.§ & vnde vel dic, quòd affinitas post matrimonium contracta iniqua est: & impropriè sic appellat̄, arg.s̄.de eo qui cog.consang.vxo. suæ.tuæ.ad fi. & c.discretionem. sed per matrimoniū contracta æqua est & rationabilis, & iuris.ff.de grad.non facile.§ affines.& §.sciendum.dicitur autem prima iniqua propter adulteriū: quia nec sine illo ꝯhitur primum matrimonium. vnde & contracta sine nuptiis, iniqua potest dici, propter fornicationem: & sic ratione peccati iniqua & irrationabilis iudicatur. Dicti sunt autē affines, quasi ad fines alterius ascendentes. vel affines quasi propinqui, j̄.eo super eo.imò dicti sunt affines ex eo, quòd duæ cognationes quæ inter se diuersæ sunt, per nuptias, subaudi, vel per coitum copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit.ff.de gradi.non facile.§ affines.

3 **Quot sunt genera † affinitatis.** Tria, sed vnum tm̄ hodie habet prohibitionē. vnde in Concilio generali cùm prohibitiones de coniugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè ꝯhendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptijs, cognationi viri non copulanda prioris: & difficultatem frequenter inducant, & aliqñ periculum pariant animarū, cùm cessante prohibitione, esset effectus, ꝯstitutiones super editas sacri approbatione ꝯcilij reuocantes, præsenti constitutione decernimus: vt sic contrahentes decetero liberè copulentur.

4 **Qualiter † ipsa genera affinitatis** insurgūt. Et quidē per carnis copulā vnde regula, persona generata ex cōsanguinitate, persona sociata per carnis copulā mutat gradū; & non genus attinentiæ. vt dixi suprà, de consanguinitate.§.qualiter computentur. Alia autem regula dicit, persona sociata personæ, per carnis copulam mutat genus attinentiæ, sed non mutat gradum. vnde versus:

Mutat nupta genus, sed generata gradus.

Verbi gratia: ego & soror mea, attinemus nobis in primo gradu generis consanguinitatis. Petrus cognoscit sororem meam carnaliter: & sic persona Petri sociatur personæ sororis meæ per carnis copulā. hæc ergo carnis copula mutat genus attinentiæ, quia alio genere attinet mihi soror mea, scilicet genere consanguinitatis. alio Petrus, scilicet genere affinitatis, sed non mutat gradum; quia in eo gradu consanguinitatis, in quo ego sum sorori meæ, scilicet in eodem gradu affinitatis sum Petro, scilicet in primo. & quod dixi de sorore mea, hoc idē intelligas de qualibet consanguinea mea, in quocunque gradu: quia omnes mariti consanguinearum mearum sunt mihi affines, in primo genere, & in illis gradibus affinitatis, in quibus gradibus consanguinitatis vxores eorum attinent mihi: quia si qua est mihi in secundo gradu consanguinitatis, maritus ipsius est mihi in primo genere affinitatis, & secundo gradu. & si qua est mihi in tertio gradu consanguinitatis, maritus est mihi in tertio gradu & primo genere affinitatis: & sic de singulis gradibus. quoniam gradus cōputantur inter affines, respectu consanguinitatis tantùm, ut 35. quæst. 5. porrò & vide quod not. suprà, de eo qui cogno.cōsanguineam vxo.suæ.§.vltimo. in fi. & quòd dictum est de maritis consanguinearum mearum, idem intelligas per omnia de vxoribus consanguineorum meorum, quæ sunt omnes mihi affines in primo genere affinitatis: & in illis gradibus in quibus mariti earum consanguinei sunt mihi, & ego similiter sum eis affinis in eodem genere, & in eisdem gradibus. Item omnes consanguinei vxoris meæ sunt mihi affines in primo genere affinitatis, & in diuersis gradibus, secundum diuersos gradus consanguinitatis. & similiter omnes consanguinei mei sunt affines vxoris meæ, & in diuersis gradibus. sed consanguinei mei non sunt affines consanguineis vxoris meæ: ideo pater & filius contrahere possunt cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, & auūculus & nepos cum duabus sororibus: vt hæc omnia probantur j̄.eo. c.1.& c.quod super his.& 35.q.1.sanè. ex quo plerunque multæ attinentiæ oriuntur. inde tale exemplum consueuit poni: duæ mulieres ducebant duos pueros qui erant filij mulierum, & filij fratres filiorum suorum, & filij fratres maritorum suorū: & vterque patruus & nepos alterius, quod contingit, si mater & filius Parisiensis contrahant cum matre & filio Bon. duo enim pueri ex his duobus coniugijs suscepti hoc exemplum infallibiliter verum reddunt.

Secundum autem genus per eandem regulam inuenitur. Pone, ꝙ Petrus maritus sororis meæ, qui est mihi in primo genere affini. & primo gradu, mortua sorore mea, ꝯhit cum Berta: hæc Berta quondam Petro sororio meo per carnis copulā sociata, mutat genus: quia cum Petrus attineret mihi primo genere affinitatis, hic attinet mihi secundo genere: sed non mutat gradum: quia attinet mihi primo gradu secundi generis affinitatis: sicut Petrus attinebat mihi primo gradu primi generis. Vnde mortuo Petro inter me & Bertam matrimonium consistere non potest, si seruetur secundum genus & hic contrahitur secūdum genus ex una parte tantum: quoniam per matrimonium cōsanguineorum vnius tantùm contracta est affinitas. Hoc autem secundum genus aliquando contrahitur ex utroque latere: vt in hoc exemplo. P. & Maria sunt fratres: ego accipio Mariam in uxorem, & sic Petrus est mihi in primo genere affinis. Petrus accipit Bertam in uxorē: illa est mihi affinis in secundo genere, & primo gradu. & hoc genus contractum est ex utroque latere: quia vterque consanguineorum contraxit, scilicet P. & Maria. & idem est per omnia si inter vxorem meam & maritum sororis meæ. Item inter maritos duos duarum sororum, uel duarum consanguinearum, & inter uxores duorum consanguineorum.

Tertium vero genus affinitatis cognoscitur per eādem regulam. Pone enim, duo consanguinei attinent sibi in secundo gradu consanguinitatis: pone quòd accipiunt vxores, Bertam & Mariam: istæ duæ mulieres attinent sibi in secundo genere affinitatis, & secundo gradu, cū Maria attineat sibi in secundo gradu consanguinitatis: vt patet ex superioribus finge inter ipsos diuortium celebratum. deinde Martinus accipit vnam earum in vxorem, scilicet Bertā. iam iste Martinus Mariæ attinet in tertio genere. quare mortua Berta non poterit ꝯhere cum ipsa Maria, quæ sibi attinet in tertio genere, & secundo gradu affinitatis. Primū genus dicitur, quia per primam carnis copulam siue mediante vna persona cōtrahitur. Secundum quia per secundam carnis copulā siue mediantibus duabus personis contrahitur. Tertium quia per tertiam carnis copulam siue tribus personis mediantibus nascitur.

5 b **Vsque ad quem † gradum [b] in singulis** generibus prohibeatur. Et quidem primum genus vsq; ad septimū gradum olim prohibeatur: sicut ipsa consanguinitas, ut probatur expressè 35. quæstio. 3.de affinita. & ca. nullum.& capitul.æqualiter. Secundum uerò genus prohibitionem habebat vsque ad quartū gradum: ita quòd non licebat contrahere cum affine secundi generis in quarto gradu: sed contractum non separabatur:

ADDITIONES.

a Quid sit affinitas. ¶ Adde Inno. Io. An. & Doc. in c.fraternitatis.de eo qui cogno.consan.vxor.suæ.& per Archi. in c.j.de spon.li.6.

b Vsque ad quem gradum. ¶ Adde Inno.& Compostel. in capit.nonnulli.de rescrip.doct.in c.1.3.quæst.5.Spec.titul.de rescrip.præsenta.in §.ratione. versi.sed quid de affinibus.& versi.sequen.

parabatur: tamen in secundo & tertio gradu contractum separabatur: vt 35. quæst. 3. de propinquis. & capit. hoc quoque. Genus tamen tertium quod ex vno latere tantùm, & ex vtroque aliquando contrahitur, suprà proximè. §. secundum autem. & versiculo hoc autem. prohibitionem habebat vsque ad secundum gradum, sicut legitur expressè 35. quæst. 3. pro duorum consobrinorum. & sic accipit T. à maioribus suis, licet quidam doctores dixerunt tertium genus affinitatis non esse: peruertentes literam ipsius decreti: & affinitatis arborem destruentes. hoc dicit, ppter Ala qui scripsit, tertiũ genus nunquam prohiberi: & illud capit. porrò, legebat de primo genere affinitatis. Item secundũ genus ex vna parte tantùm contractum, dicebat nusquam lege prohibitum. & illa ca. de propinquis. hoc quoque legebat de secundo genere, ex vtraque parte opposito: & sine dubio malè dicebat. Sed hodie non habet prohibitionem, nisi primum genus vsque ad quartum gradum inclusiuè, sicut & consanguinitas: vt no. suprà eodem. §. quot sint genera. & eodem §. responsio primo. vnde quæ hic scripsi de secundo & tertio genere, plus est ad instructionẽ quàm ad vtilitatem denariorum. est tamen famæ vtilitas: quia turpe est patritio nobili ob causis oranti, ignorare ius, circa quod versatur. Seruius enim Sulpitius qui pro certo post Marcum Tullium primum locum in orandis causis obtinuit, quia responsum Quinti Mutij ab eodem consulti non intellexit, ab eo, vt dictum est, obiurgatus fuit: vt ff. de origine iuris. l. secunda. § Seruius autem Sulpitius. Illud autem in summa non est præter 6 mittendũ, † quòd quoto gradu consanguinitatis distat consanguineus meus ab vxore mea: toto gradu affinitatis distat à me, vt s. dixi. vnde cùm de affinitate aliquarum personarum quæritur, & in quo gradu sint, recurrendum est ad personam illam, qua mediante, affinitas contracta fuit: & quærendum est quoto gradu consanguinitatis distat illa persona, de qua nunc agitur, secundũ ea quæ notaui suprà, de consanguinita §. vsque ad quotum gradum. ver. computatio quoto ergo gradu distare inuenitur in consanguinitate, toto distat in affinitate: siue sit primum genus, siue secundum, siue tertium. ad hoc ff. de gradi. iurisconsultus. §. parentes. Cum ergo primum genus tantùm & vsque ad quartum gradũ tantum prohibeatur: patet, quòd si duæ sint abneptes in linea transuersali, quæ vocantur filiæ filiorũ duorum fratrum patruelium, & alteram duxero in vxorẽ, ea mortua superstitẽ habere non potero: quia est mihi in quarto gradu primi generis affinitatis: sed filiam filiæ superstitis ducere potero: quia est mihi in quinto gradu: & sic excedit prohibitam parentelam. Sed nunquid linea rectè descendens prohibita intelligitur in infinitũ in primo genere affinitatis sicut dixi in consanguinitate. suprà, de consanguinitate. § vsque ad quotum? & credo q sic. argumentum in his quæ notat. suprà, de eo qui cogno. consangui. vxo. suæ §. vltimo. versicu. in fine. & argument. Institut. de nuptijs §. affinitatis. Item nota, quòd si aliquis est tibi affinis per appositionem tibi factam: & generat tibi filium de consanguinea tua: filius ille generatus est tibi consanguineus, non affinis. Si verò generat filium de extranea, non consanguinea tua, filius ille tibi nihil attinebit. par appositionẽ tibi factam, ideò dixi, quoniam si aliquis est tibi affinis per talem appositionem, id est, quod tu appositus sis consanguinitati eius: si generat filium, ille est tibi affinis, sicut parens suus in eodem genere, sed in alio gradu. Item nota, quòd licet moriatur consanguineus, quo mediante contrahitur affinitas. persona quæ superuinit, remanet affinis, vt 35. quæstio. 10. fraternitatis Hæc de consanguinitate & affi. cum his quæ not. in sequenti. § j. dicta sufficiant. de publica verò honestatis iusticia, & sobole suscepta ex secundis nuptijs, de qua fit mentio in concilio generali, nõ debet hic poni: sed dic vt no. s. de matrimonijs. §. qualiter impediatur. versiculo honestatis. & versic. seq.

7 **Qualiter † arbor affinitatis intelligenda** sit & legenda. Et quidem hic videndum occurrit, quot & quæ sint regulæ. per quas affinitatis gradus & genera dignoscũtur, Qualiter ipsa arbor exponenda est & legenda, Quæ consueuerunt quæri circa hanc lectionem, Et quæ circa hanc materiã specialiter sint notanda.

8 **Quot † & quę regulæ** sint, per quas affinitatis gradus & genera cognoscũtur: & quidem quatuor sunt regulæ. Prima regula hęc est: Persona de qua quæritur matrimonium contrahente ac consummante, oritur primum genus & gradus affini. iuxta gradus consanguinitatis inter virum & consanguineos vxoris, & inter vxorem & consanguineos viri. comprobatur hæc regula infrà, eodem. quod super his. Secunda regula hæc est: Quoto gradu cõsanguinitatis distat quis à consanguineo suo, vel à consanguinea sua, toto gradu distat ab eius uxore, uel marito ipsius. ut 35. quæstio. 3. de propinquis. & cap. qualiter. Tertia regula hæc est: Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum. 35. quæ. 3 §. hac authoritate. in cap. seq. Quarta regula talis est. Persona addita personæ per carnis propagationẽ mutat gradum, & non genus. 35. quest. 5. porrò has regulas plenius exposui s. eod. § qualiter ipsa genera.

9 **Qualiter † ipsa arbor exponenda** est & legenda. Et quidẽ in medio arboris ponit quædam linea quatuor continens cellulas. In prima & superiori linea sic debet scribi. Primus gradus. In secunda, Secundus gradus. In tertia sic, Tertius gradus In quarta sic, Quartus gradus. Ponitur autem hæc linea in medio, scilicet inter fratrẽ & sororem. Et hoc ideo, ut detur intelligi quòd à consanguinitate ortum habet affinitas: & quòd ex vtroq; sexu, scilicet virili & fœmineo hinc, & inde affinitas contrahatur, & quod gradus affinitatis contrahatur secundum gradus consanguinitatis: sicut notatur suprà eodem. § qualiter ipsa genera. & inferius explanantur. Sed & ab vno latere proximè supradictæ lineæ ponit alia linea, alias quatuor cellulas continens. In prima & superiori cellula sic scribi debet Frater. In secũda sic, Fratris filius. In tertia sic. Fratris nepos. In quarta sic, Fratris pronepos. Ex altero verò latere ponit alia linea, quæ similiter alias quatuor cellulas continet. In prima & superiore cellula sic debet scribi, Soror: In secunda sic, Sororis filia. In tertia sic, Sororis neptis. In quarta sic, Sororis proneptis. Fratre ergo vxorẽ ducente, contrahitur primum genus affinitatis, & primus gradus inter vxorem fratris, & sororẽ eiusdem: detur sorori filia: oritur secundus gradus: addatur filiæ sororis filia: ecce tertius gradus nascitur filiæ sororis filia: ecce quartus gradus. Idem est in filiis. Ex vno autem latere arboris ponuntur consanguinei fœminei sexus: ex altero virilis. Item filio fratris matrimonium contrahente, oritur inter eius vxorem, & sororem fratris cum suis posteris primum genus affinitatis. & talis gradus in æquali consanguinitatis gradu inuenit maritus cum illis personis. & idem omnino, si nepos fratris vxorem duxerit: & idem in pronepote. Horum autem vxores continentur in linea illa, quæ est iuxta fratrẽ: quæ linea quatuor habet cellulas. In prima sic scribi debet, Vxor fratris olim relicta. In secũda sic, Vxor filii fratris. In tertia sic, Vxor nepotis fratris. In quarta sic, Vxor pronepotis fratris. Nec mireris, si in tot variationibus gradduum non dicam mutari genus, sed affinitatis gradus tantùm: quia genus non mutatur p carnis propagationem, ut apparet ex regula posita s. eodem. sub §. quod. versi. quarta. Eodem modo, ex altero latere arborem explanabis. nam sorore matrimonium ꝯhente, oritur primum genus affinitatis inter virum sororis, & fratrem eiusdem, cum suis posteris. Similiter sororis filia ꝯhente, oritur primum genus affinitatis inter virum ipsius, & fratrem sororis, cum descendentibus suis. Idem in sororis nepte, idem in sororis pnepte, affinitatis genere non mutato, in variatione consãguinitatis: sed gradibus variatis: sicut variantur gradus consanguinitatis cum illa psona, qua mediante, affinitas est ꝯcta. Viros verò istarum continet illa linea, quæ est iuxta sororem: habet quatuor cellulas. In prima sic scribi debet, Vir sororis olim relictus. In scd'a sic, Vir filię sororis. In tertia sic, Vir neptis sororis. In quarta sic, Vir pneptis sororis. Sunt & duę auricule, siue cellulę, ex vtroq; latere arboris positæ. In vna sic scribi debet, Relictus relictæ fratris. In altera sic, Relicta relicti sororis. Hæ aũt duæ cellulæ sunt solæ, & lineas non habent, & ponuntur cau a honestatis, seu decoris, uel ornatus quod dic ut j. nota. sub §. & quæ circa. de his gradib. & diuersis generibus plenius & apertius not. s. eodem § qualiter ipsa genera.

Quæ consueuerunt quæri circa hanc lectionem. Prima q̃stio. Quid si hodie inueniat aliquod matrimonium contractum inter aliquos attinentes in secundo genere, & primo gradu affinitatis: q tamen ꝯxerunt ante illã constitutionem, non debet. nunquid separabunt? Et videt, q sic. nam de hoc matrimonio iudicandum est secundũ illa iura, quæ obtinebant tempore matrimonij contracti: ut in authent. ut cùm de appella. cog. §. primo. col. viij. secundum Goffredum. de hoc dic sicut nota. in simili quæstione s. eodẽ. sub rub. de consang. §. vsque ad quotum gradum. versiculo, quid si hodie. Secunda quæstio: Quid si tales, de quibus suprà pximè quæsitum est, separati volunt de nouo inter se matrimonialiter consentire? Dic ut not. in simili quæstione s. eodem, sub rubricella, de ꝯsanguinita §. qualiter arbor. sub § quæ ꝯsueuerunt. versiculo quarto. Tertia quæstio: Cùm ex secundo genere affinitatis olim insurgerent duo impedimenta. scilicet affinitatis, & publicæ honestatis iustitia. 35. quæstione tertia: porro quærit vtrum impedimento affinitatis sublato, p constitutionem, non debet, videat sublatum & aliud: quia si non mutatur, quare stare prohibetur. C. de testa. sancimus? Dicas q sic. vnde in constitutione dicit, ut sic contrahentes, scilicet, in secundo uel

do uel tertio genere de cætero libere copulentur: & ideo patet, ꝙ hodie vxores duorū fratrum, uel duorum consanguineorū, non sunt affines quare ipsarū maritis mortuis, potest aliquis vtranq; ducere successiuè: non ob. 35. quæstione tertia, porrò. cui est derogatū. Item reuocata est ꝓhibitio de sobole suscepta ex secundis nuptijs, ut no. s. e. §. quot sunt genera. quoties. n. uitium ex una radice nascitur, consequens est, ut vna lege tollatur. C. de nupt. si libertā. in fi. ad idem facit. C. de duob. reis deben. l. fi. in fi. & s. de constit. transla. Quarta quæstio est, Vtrū hodie in sola publicę honestatis iustitia, quæ oritur ex sponsalibus de futuro, uel de præsenti, non consummatis, locū habeat: uel aliæ ēt per illā constitutionem, non debet, non inueniunt sublatæ? De hoc dic ut no. s. de spon. §. quis sit effectus. versiculo sed nunquid hæc iustitia. & præcedentibus. Et quæ circa hanc materiam specialiter sunt notanda. Primū nota. est, qualiter affinitatis genera ꝯhant. & quidē de hoc satis apertè notatum est s. eodē. §. qualiter ipsa genera. hoc tñ sciendum est, ꝙ ad denotandum s'm genus affinitatis ponitur in quibusdam cellulis, Olim relictus, Olim relicta. quæstione d. in arbore antiqua ponebant hæc uerba, Relictus relicta. quib. ꝯhentibus. oriebatur s'm genus affinitatis, quod hodie locum non habet: & ideo duæ cellulæ ponunt ad decorem, ut no. s. eodem. sub §. qualiter ipsa. uersi. hæc aūt uel fortè locū habet, quo ad cōputationem. nam & hodie ꝯhit ut s'm & tertium genus affinitatis: sed prohibitio est sublat ꝫ. eodem. non debet. s'm Goff. Fratre ergo ꝯhente, oritur primum genus affinitatis, inter eius uxorem, & sororē eiusdem fratris cum posteritate: fratre uerò moriente, & uxore fratris olim relicta cum alio ꝯhente, oritur s'm genus affinitatis inter s'm, & vxorem, cum posteris suis: mortua vxore, & relicto ipsius cum alia ꝯhente, orit inter illam, & sororem, cum sua ꝓle, tertium genus affinitatis: & hoc designat auricula illa, Relictus relictæ fratris. Idem dicas in alio latere arboris: nam fratre ꝯhente, oritur primum genus affinitatis inter virum sororis, & fratrē, cū sua posteritate: mortua sorore, & relicto ipsius cum alia ꝯhente, oritur inter illā, & fratrem, cum suis descendentibus, s'm genus. mortuo verò relicto sororis, & relicta ipsius cum alio ꝯhente, oritur inter illam, & fratrem, cum sua ꝓle, tertium genus. & hoc significat illa auricula, in qua scribit, Relicta relicti sororis Secundum nota. est, ꝙ super cellula illa, in qua scribit, Vxor fratris olim relicta. protendit filium s. in quo scriptū est, Primū genus affinitatis, & refertur ad cellulam illam, in qua scribit, Soror: & ab alia cellula soror producitur filum cum eisdem uerbis, & reducit ad eandem cellulam, Vxor fratris, ut denotetur, ꝙ isti inter se sunt affines: & cod. modò super cellula illa, Frater, erigitur aliud filum, habens eadē uerba scilicet, Primū genus affinitatis. & retorquet ad illam cellulā, Vir sororis. Item ab illa cellula, Vir sororis, sumitur filū cum uerbis eisdē, & reuoluit ad illā cellulā, Frater: ad ostendendū, ꝙ inter se sunt affines. Tertiū no. est, ꝙ affinitas est proximitas personarum ex carnali cōmistione prouenien s, omni carens parentela: quod dic, ut no. s. eo. tit. § quid sit affinitas. Quartum not. ꝙ affinitas non oritur ex nuptijs interdictis. ff. de gradi. non facile. §. sciendum. ꝙ dic, ut not. s. eo. §. quid sit affinitas. & sic quatuor regulis, & quatuor quæstionibus, & quatuor notabilibus exposita est arbor ista. cætera quę deficiunt, s. cod. summa plenius elucescunt.[a]

ADDITIO.

[a] Elucescunt. ¶Absurdum fortè nemini Iurisperitorū vī, si affinitatis tractatui subijciamus ex Marti. Summa eo. tit. rubricellā, de Affinitatis transitu: Affinitas inquit, ꝯcta inter consanguineos viri, & vxorem eius, nō transit ad ꝯsanguineos vxoris, nec ꝯtriò. Vnde possunt legitimè copulari: vt de consang. & affi. ca. quod super ijs. Qñ enim vir carnaliter coniungitur vxori suæ, oēs consanguinei viri efficiuntur affines vxori, & euerso consanguinei vxoris fiunt affines viro, & in eisdem affinitatis, in quib. consanguinitatis gradibus attinent, nempe vnus alteri. Sed inter cognatos viri, & cognatos vxoris nulla ex illo matrimonio nascitur attinentia, ut d. ca. quod super ijs. Obseruabis interea, ꝙ illa publicæ honestatis iustitia, quæ solùm ex secundo affinitatis genere oriebatur sublata est hodie, per c. non debet. de consang. & affi. Vnde hodie vxores duorum fratrum, vel duorū consobrinorum non sunt affines. Vnde mortuis ipsarum maritis, potest aliquis vtranque successiuè ducere, non obstante c. cui est hodie derogatum. 35. q. 3. porrò. Similiter reuocata est prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptijs cognationi viri non compulanda prioris, ut d. c. non debet. Sed & illud notandum est, affinitatem non oriri ex nuptijs inter dict. ff. de grad. l. non facilè. §. sciendum. Marti.

De Frigidis & maleficiatis, & de impotentia coeundi. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Impotentia coeundi quid sit. Et quæ impediat matrimonium. 3. Et quot eius species. 2.*
4. *Mulier si ita lata sit, ꝙ non possit cognosci, quid iuris. Et quid, si vir o vuluæ mortuos pariat. 5. Et qd si naturaliter sterilis sit, vel vitiosa. 6.*
7. *Violentia accidentalis quę dicatur.*
8. *Impotentia occulta accidentalis quæ dicatur.*
9. *Homo si taliter maleficiatur, ꝙ non possit cognoscere vxorem suam, sed bene reliquas, an dissoluatur propterea matrimonium.*
10. *Diuortium qualiter & quando fieri debeat propter impotentiam coeundi.*
11. *Corrupta si dicat, ꝙ maritus sectus est, vel defectum mēbri patitur, an sit ei standum.*
12. *Maritus frigidus si facit vxorem corrumpi, vt dotem lucretur, quid iuris?*
13. *Vir si non est maleficiatus, nec naturaliter frigidus: sed quasi naturaliter frigidus mouetur & erigitur, sed nullatenus perficit, vel habeat duas virgas, &c. quid iuris.*
14. *Mulier si dicat, quòd vir non potest eam cognoscere, allegans super hoc defectum membri uiri, quomodo fieret. Et quid si allegat magnitudinem membri viri, dicens quod non potest ipsum tolerare. 15.*
16. *Vir si habet membrum nimis carnosum, an propterea soluetur matrimonium.*

TRiplex est genus hominum: aliud calidissimum, aliud frigidissimum naturaliter, aliud tēperatum: & qm per calorem aliquando impedimentum nascitur, quo matrimonia contrahi ꝓhibentur, ut in illo, qui præ nimio calore cognoscit matrem & filiā. uel duas sorores, uel duas cognatas, de quibus plenè diximus s. de eo. qui cogno. consanguin. vxoris suæ. dicamus de impedimento, quod ex frigiditate ꝓuenit: quoniam maleficiatus huic æquiparatur, apponamus rubricam de Frigidis & maleficiatis. Vel sic: Inter alia impedimenta matrimonij, de quibus tractare incœpimus, frigiditas & maleficium inueniuntur. dicamus ergo de ipsis. Vel sic: Quoniam in matrimonio tria bona notari consueuerunt, scilicet fides, proles, & sacramentum: ut nota. s. de matrim. § & quare. & prima duo non cadunt in matrimonio contracto ab illo, qui non potest reddere debitum: videamus de frigidis & maleficiatis, qui non habent potentiam coeundi: & quia nedum isti, sed & alij impotentes sunt, dicamus generaliter de impotentia coeundi, qua matrimonium non tam constitutione canonica, quam naturaliter impeditur: enucleantes Quid sit impotentia coeundi, Quot eius species, Quæ impotentia coeundi impedit matrimonium, Quæ non, Qualiter & quando diuortium ob hanc causam fieri debet.

1 Quid† sit impotentia coeundi. Et quidem vitium seu defectus naturalis, seu accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter commisceri: ut in inferioribus apparebit.

2 Quot eius species.† Duæ: nam ut apparet in descriptione, Alia naturalis, Alia accidentalis. Sed naturalis aliquando contingit propter defectum ætatis, tam in homine, quàm in fœmina. & sic est cōmunis vtriusq; sexus. Aliquando propter frigiditatem nimiam: & hæc masculina: quia tantùm in homine locum habet. Aliquando propter nimiam arctationem: & hæc in fœmina. Accidentalium autem, Alia violenta, Alia occulta.

3 Quæ impotentia† coeundi impedit matrimonium, quæ non. Naturalis impotentia communis vtriusque sexus, est tēporalis, nam adueniente pubertate expirat. ergo quandiu durat, tantùm impedit matrimonium contrahendum: ut 30. q. 2. §. vnico. ꝫ. eodem. quod sedem. inde dicitur, ꝙ omne delictum cadit in impuberem, præterquam delictum carnis: quare minor xiiij. annis masculus de adulterio accusari non potest. ꝫ. de dilic. pue. c. 1. ff. de adulte. si minor. xxv. an. & breuiter de hac impotentia & matrimonio talium, dic ut plenè nota. s. de despon impu. Masculina verò naturalis impotentia, scilicet frigiditas in homine perpetua est: & impedit matrimoniū contrahendum, & dirimit iam contractum: ut 33. q. 1. c. 1 & 2. ꝫ. eodem. c. 1. & 2. & c. laudabilem. & talem frigidum appello castratum: ut ꝫ. versic. accidentalis autem. nec dicitur in hoc casu matrimonium cōtractum dissolui: sed à principio nullum fuisse. ut in auth. de nuptijs. §. si verò. col. 4 Fœmina autem, id est, arctatio in muliere, uel aliud instrumenti impedimentum à natura contractum. ꝫ. eodem ex literis. aliquando illud impedit, & dirimit, aliquando non: dist. enim, vtrum possit ei subueniri opere medicorum sine graui periculo corporali: & tunc non impedit, nec dirimit, aliàs si nullo modo iuuari possit, uel potest, sed tamen graue periculum imminet, & impedit, & dirimit. inf. eodē. c. fraternitatis. §. hoc autem. & §. j. ver. nos tamen quia nō potest esse vxor. quæ apta nō est ad viriles amplexus: uel quia instrumen-

ſtrumentum naturale impeditum eſt, aut quia deeſt competēs: quia fortè vix poteſt mingere: vnde perinde eſt, ac ſi non haberet j.eodem.ex literis & c.fraternitatis reſp.1.& §.j.arg.ff.quod cuiuſque vniuerſi.l. 1,ad fi.& qui ſatiſda. cog.quoties.& de autho.tut.nulla differentia.& s̃.de tranſla.epiſcopi.inter corporalia §.ſed neque. vnde dicit l. quòd mulier, quæ ita arcta eſt, ut mater fieri non poſſit,non eſt ſana: imò in redhibitione eſt,ſicut & illa quæ nullo modo purgatur,& quæ bis in menſe purgatur: quare patet, quòd ſemel in menſe purgari debet. Sin autem ſanari poſſet, perinde habetur, ac ſi nunquam morboſa fuiſſet. ut ff. de redhib. actio. quęritur.§. mulierem. & duabus legibus seq.

4 † Quid ſi ita lata ſit, quòd non poſſit cognoſci: ut de facto fuit apud Craſſam?

5 † Item quid ſi vitio vuluæ mortuos pariat?

6 † Item quid ſi naturaliter ſterilis ſit, vel aliàs vitioſa corpore? vel ſi vitio veſicæ collectum humorem continere non poteſt: ſed in lecto mingit, uel inter coxas, quando debet reddere debitum? Non turberis: nam ſimilia & turpiora audiuntur: nec ſunt talia ab animarum medicis ignoranda. & videtur, quòd hæc impediant & dirimant, cum duo bona matrimonij deficiant,& cauſæ principales,& finales, propter quas matrimoniū contrahitur,ſcilicet fides,& euitatio fornicationis, & ſuſceptio prolis, de quibus dixi ſuprà, de matrimonijs. §.& quare præcipuum. munus enim fœminarum eſt concipere, & conceptum tueri:& tales ſunt in redhibi. præter quam illa, quæ naturaliter ſterilis eſt:ut ff.de redhibit.ac.quæritur.reſpon 1.& §.1.& 2. Dicas,quòd qualitercunque impotens ſit ad carnale debitum reddendum,matrimonium impeditur:quia decre.non diſt.ut infra eod. quòd ſedem. ſecus ſi cognoſcibilis ſit quocunque modo: quamuis concipere non poſſit,ut in lecto mingat,uel mortuum pariat: quia hoc edictum prohibitorium eſt: ut ſuprà de ſpon. cum apud. niſi fortè dominus Papa contrarium reſponderet. hęc autem omnia intelligas, quando inter potentem & impotentem contractum eſt matrimonium ignoranter,nam ſi ambo ſciant impotentiam, & uolunt ſimul contrahere, uel poſt contractum ſimul remanere,hoc quidem poterunt:non tamen credas, quòd ſit matrimonium: ſed eſt decretum, quia qui talem habere non poteſt ut vxorem, ſaltem habeat ut ſororem: æqua lance mulier habebit maritum ut fratrem: ut j.eod.laudabilem. reſpon.1. verſicul.quòd ſi ambo. Idem videtur, ſi ſolus potens ſciuit.argum.ſuprà,de coniug. lepro. propoſuit. & ca.vlti.& de conuer.coniu.quidam intrauit.& ff.de l.commiſſoria. l.2. Quid ſi vterque ignorat? Habet locum diuortium, ut dixi. Sin autem ſolus potens ignorat, in poteſtate ſua erit, vtrum velit diuortium celebrari.argum.ſupra, de eo qui dux.in matri.quam pol. per adult.c.1.& capi. veniens.& not.ſi ſupra, de præben. §.qualiter. Vtrum potens ſemper præſumitur.ff.de proba. vèrius.nec enim credibile eſt, quòd potens ſcienter contrahat cum impotente.j.eo.conſultationi.Sed ſi ſcientia probetur, cogetur eam retinere tanquam ſororem,ut dixi: quia eccleſia Rom.ita conſueuit iudicare.ſic potes intelligere decre. præcipientem, quam alij dicunt conſilium præbentem.j.eod conſultationi arg.s̃.de ſen.& re iud.in cauſis.x.diſt. quis neſciat 11.q.3.nolite.nec obſt. 32.q.1.integritas. vbi dicitur, quòd caſtitas ſuaderi poteſt, non imperari:quia illud verum ab initio,ſecus ex pòſt facto:ut s̃.qui cle.uel.uouentes c.vlti. s̃. de bap.& eius effectu.maiores §.item quæritur.verſic.verum.in fi & de ſtatu.mo.cùm ad monaſteriū. in fi.Et poteſt dici has decretales intelligendas:quādo tale quaſi matrimonium contrahitur publicè, & in facie eccleſiæ; nec ipſum quaſi matrimonium debet ſcienter admittere ſacerdos,niſi potens publicè uoueat,ꝙ ea viuente non adhæreat alij, ideo poſtea præcisè cogetur, ar.33.q. 5.quod Deo pari. & j.eodem.fraternitatis.§.primo, verſic.vel niſi ſe voto. & de voto ſolenni & ſimplici dicut not. s̃.qui cler. vel vouen. §. ſi quis vouens. quis non.quidam tamen dicunt, ꝙ arctatio non diſſoluit matrimonium.& ſic intelligunt dictum c.j.eod.conſultationi. ſed reprobantur j.e.fraternitatis.alij ſic exponunt literā ibi, Romana tamen eccleſia conſueuit, & c.ſubaudi, conſulendo & monendo: non deffiniendo, nel ſententiando. & hęc eſt cōmunis opi. poteſt & illud dici, ꝙ quamuis matrimonium non reſcindatur ad petitionem ſcientis,qui uel expreſſum votum emiſit,uel ſaltem tacitum præſumitur emiſiſſe: tamen ſi talis cum ſecunda muliere contraxerit matrimonium,tenebit:quia votū ſimplex quamuis impediat, non tamen dirimit matrimonium iam contractum:quod dic, ut nota.ſuprà, qui cleric. vel vo.§.quis vouens. Sed certè nullum ius dicit, ꝙ aliquis compellatur talem retinere.Sed quid ſi cōſentiunt ſimul morari? Hoc poſſunt facere mulier tamen non poteſt eſſe vxor, ſed poteſt teneri tanquam ſoror.ſicut eīn expreſſè loquuntur dicta iura,j.e. conſultationi.& c.laudabilē.reſp.1. ad fi.ibi, quid ſi ambo conſentiunt, & c.quaſi dicat,viuere poſſunt caſtè ſimul morantes.quid ni? nam hoc facere poſſunt.& ſi verum eſſet matrimonium inter ipſos, 33.qu. 5.quod Deo pari. ſed nec coguntur votum emittere: 33. quæſt. 1.integritas.intelligas ergo,quòd quamdiu eis placebit, ſic morabuntur:nec eccleſia virum quamuis peccantem cum alia,corrigere poterit de occultis.33.quæſtion. 5.Chriſtiana.ſed nec vir, niſi primò ex cauſa prouocet ad diuortiū, cum effectu impetrabit ab eccleſia licentiam cum alia ꝯhendi. & hoc quicquid ſuprà no.fuerit,eſt tenendum.

7 † Accidentalis autem violentia dicitur,quæ violenter infertur:ut ſectio,qua impeditur ſpado,id eſt, is qui ſpada ſeu alio glodio virilia amiſit, matrimonium contrahere:& ſi contraxerit,ſeparabitur:ex quo ſectio præceſſerat, ſecus ſi poſt matrimonium contractum accidiſſet:nam ex quo ſemel tenuit matrimonium nullo impedimento ſuperueniente, tollitur, ut not. s̃.de matrimo.§. 1.& §. quis ſit effectus.& §.vlti. & de ſpon.duo.§ quę quibus verſi.aut vterque de præſenti.& s̃. de coniug.lepro. ſic intellige infra eod. quod ſedem.& 32 quæſtio.7.illi qui ſani.& 32. quæſt fin. hi qui matrimonium.& quæſtio.1.dixit.Quid ſi dubitetur, vtrum præceſſerit, vel non? Præſumitur quòd impedimentum matrimonium præceſſerit. arg. C. de ædil.act.l.3. & ſecundum hoc ſectio impedit & dirimit.ſuper quo vide quod not.s̃.de cor. vitia.§.& quę impediebant.ver.in eunucho.Quidam autem dicunt,quòd hac impeditur caſtratus. ſic ſcripſit T.& malè:quia caſtratus idem eſt, quod frigidus: vnde dicitur caſtè natus, ut not.ſuprà de cogna.§.quis poteſt adoptare.& legitur in Inſtitu.de adopti §. ſed illud eſt tamen verum quòd promiſcuè vtimur his verbis ſpado, caſtratus, eunuchus, ſed vera ſignificatio ſe habet,ut dixi:eunuchus autem ad vtrunque ſe habet,& accedit.s̃. vt lit. non conteſt. quoniam frequenter.§.ſi verò aliter.fuerunt tamen qui dixerunt, quòd ſpadones contrahere poſſunt: quia matrimonium quibuſdam eſt humanitatis ſolatium.37. quæſtion.1. nuptiarum.argum.33. quæſtio. 5.quod Deo pari.& malè.& probaui. & probatur ff.de iure do. ſi ſerua.§.ſi ſpadoni.ſecus, ſi ſaltem vnum teſticulum quis haberet:quia talis ꝯhere poſſet:& ſic poteſt intelligi l. fi. ff.de libe.& poſthu.ſed eſt quæſitum §.ſpadonem: & ff.de ædil.edic.ædiles. § oſilius. nam & hic militat.ff. de re milit.qui cum vno. ideo et dicit.l.quòd ſpadonum multa ſunt genera.ff de verb.ſig.ſpadonum

8 † Occulta verò accidentalis impotentia eſt illa quę prouenit ex maleficio ſeu violentia aliqua, & gladio aliquando enim maleficiantur homines, ita quòd redduntur impotentes omnibus,præterquam vni.hoc maleficium vocatur ſortilegium,ſiue factura & ſi illa vxor ſit bonum videtur tunc ſortilegium: cum adulterjū vitetur:vnde hoc modo fuit maleficiatus comes quidam:quia,ut fertur,& ut ego intellexi ab his qui veritatem nouerant,per.xxx.an ſtetit, & amplius, quòd non poterat cognoſcere niſi vxorem ſuam: ſed poſtea euanuit.

9 † Item aliquando maleficiat homo adeò, quod non poteſt cognoſcere vxorem ſuam: ſed bene cognoſcit omnes alias: & ſi tale maleficium ſequatur,matrimonium iam contractū non dirimit, ſicut dixi de alijs impedimentis,ſuprà verſiculo proximo. Si verò maleficiū præcedit, & matrimoniū ſequatur: ut quia concubina ſua maleficiauerat virum amaſium ſuum, ita quòd alijs impotens reddebatur,ſicut multæ inueniuntur: uel quia ſpecialiter fuit factū maleficium, ne cum illa, cū qua volebat contrahere, poſſet aliquatenus rem habere,refert vtrum impedimentum ſit tēporale, vel perpetuum. Si temporale eſt maleficium, nullum præſtat impedimentū matrimonio. Si verò ſit perpetuū, impedit contrahendum. & dirimit iam contractum: vt 33.quæſtio.1.ſi per ſortiarias. Sed quomodo ſcietur, an ſit temporale, vel perpetuum? Reſpondeo, ab initio quodlibet maleficium præſumitur temporale: quia omnis homo pubes creditur potens ad coitū: ſed ex quo per triennium cohabitauerunt ſimul, dantes operā ſtudioſam carnali copulæ:ſi adhuc durat impedimentū, præſumitur eſſe perpetuum:ut infrà eodem.laudabilē & capitulo vltimo Quidam tamen doctorum ſentiunt in contrariū, dicentes, quòd nullum maleficium ſeparat iam contractū: nec eſt ex conſuetudine Romanæ eccleſiæ, quòd ſeparetur: vnde dicunt, quòd illud capitu.ſi per ſortiarias:hodie non tenet.& eſt ratio: quia omne maleficium tēporale ſolui poteſt ſine diuino miraculo:ſaltem per eum,qui ipſum induxit: quia quicquid ligatur, ſolubile eſt.argu.infra eodem. fraternitatis. § primo. verſiculo. nos tamen. & authentic. de nupt. §.nuptias. & facit pro eis exēplum comitis, quòd nota. ſupra eodem. verſiculo occulta. Sed opin. iſtorum omnino eſt abijcienda, tanquam dura, & nimis oneroſa: quoniā præſtaret materiam homicidio & adulterio, ſi homo ſtaret cum vxore,& eam cognoſcere non poſſet,cùm eſſet potens & idoneus alijs mulierib.(Item nec ſemper ſolui poteſt per illum qui fecit,uel quia meleficus mortuus eſt, uel quia perditum eſt maleficium: uel quia maleficus non poteſt,uel neſcit delere.Item ſecundum Goffred.rationabiliter probatur eos malè ſentire,quoniam duæ cauſæ principales, propter quas cōtrahitur matrimonium, ut dixi ſuprà verſiculo, quid ſi ita.& in tali deficiunt: ſed ipſis duabus deficientibus,matrimonium nullum erit: ideo tene, vt dixit Tan. fit etiam aliquando maleficium,ne

cium, ne mulier concipiat vel abortũ faciat: quod dic vt nota. j. de homi. §. quid sit homicidium. versi. post infusionem. & ibi habes de poculo amatorio.

10 Qualiter † & quando diuortium ob hanc cām fieri debet. Quidam sapientes dixerũt, quòd si causa frigiditatis, vel sectionis, vel arctationis allegatur, statim diuortium celebrari potest, quoniam ista impedimenta sunt manifesta vt infrà eodem capitulo primo. Si vero maleficium allegatur, tunc expectatur triennium. in authentica. de nupt. §. per occasionẽ. Et dicit, quòd quãuis probabiliter mouerẽtur: tamen indistinctè credit triennium expectandum, nisi manifestissimis signis & probationibus constet, illos frigidos esse, vel mulieres arctas. sic intellexit infrà eodem. laudabilem. Sed & audeo dicere quòd vtrique errauerunt, saluo honore eorum: nec puto ꝙ hoc scripsisset T. si circa hanc materiam perspicaciter studuisset vnde omnibus cancellatis, sic distin. Si diuortium celebrari petatur ob impotentiam coeundi, & masculina impotentia allegatur, naturalis puta frigiditas: aut masculus prouocat ad diuortium, aut fœmina. Item aut masculus expleuit 18. annũ, aut nõ. Et si quidẽ masculus maior 18. ann. ad diuortium prouocat, & vxor confitetur hoc, quod maritus asserit: dico tempus arbitrariũ, aut unius mensis, aut trium, aut anni, per quod debent simul morari. & præstabunt sacramentum. de quo habes infrà eod. ver sic. sed vir. & seq. quibus elapsis, si per rectũ iudicium ecclesię potest probari virum impotentem, diuortiũ statim celebrabitur, & mulier nubat in Domino: sed viro indicetur, ne aliquam ducat. si autẽ duxerit, subaudi, & cognouerit, reus periurij habebitur: & priora cõnubia reparanda erunt, etiam ipsa muliere cõtra dicente, si fuit conscia fraudis. argu. ff. ad l. Iul. de adult. si vxor. §. Iudex. & §. vl. Si vero non fuit cõscia, põt eũ repellere obiectu adulterij. argu. 31. q. 2. de benedictio. & q. 5. nihilominus. secundum Da. Est autem hoc rectum iudicium masculus iurabit se naturaliter frigidum, id est, se non posse cognoscere aliquã mulierem, nec moueri ad voluntatem coeundi. nã si aliquoties moueretur, sed non posset perficere, non esset naturaliter frigidus: ut infra dicam, versicu. si vir. & versi. seq. mulier iurabit, quòd nunquam vidit ipsum moueri, nec virgam erigi: licet secundum magistrum meum, eam diligenter manu palpauerit, & omnẽ diligẽtiã adhibuerit, vt opus carnale sequeretur intra tẽpus elapsum à iudice statutum. & quilibet habebit 7. propinquos: vel si non supersunt, vicinos bonæ famæ qui iurabunt, se verè credere, qđ coniuges iurauerunt: & sic diuortium celebrabitur, sic intelligo infrà e. cap. j. respon. j. & cap laudabilem. §. sin autem. sed hi. 7. cõpurgatores cognoscere debẽt conuersationẽ personarum. argu. infrà, de purg. can. quoties. & cap. cùm P. Manconella. & c. cum dilectus. tamen nec illud omitto, quòd membrũ viri inspiciendũ est, sicut per experientiam sum edoctus: quod dic, vt not. j. eod. versic. si. Sed nunquid sufficit, si recipiatur sacramentum à duobus, vel tribus propinquis, vel ipsis deficientibus, aliis bonæ famæ, vel necessarius est numerus septenarius completus? & quide videtur, quòd duo, vel tres sufficiãt: quia in ore duorum, vel trium, stat omne verbũ: suprà, de testa. cùm esses. & cap. relatum Item quia numerus compurgatorum arbitrarius est, vt apparet infrà, de purg. can. quoties. & ca. ex tuarum. Item licet in accusatione episcopi Cardinalis requirantur 72. testes: tamen tres, vel etiam duo bonæ opinionis sufficere videntur. 2. quæstion. 4. præsul. & ca. nullã. & §. sed hic vel speciali. & facit ad hoc quod not. s. de testa. §. quotus numerus. sed non puto quòd in tam solenni & periculosa causa cũ non inueniam ius expressum, quodã numero statuto recedere debeamus. arg. C. de fideicommiss. l. fi. 20. di. de quib. 43. di. quiescamus. s. de transl. episcopi. inter corporalia. §. sed neq; suprà. de deci. ad audientiam. ff. de postulan. l. j. §. pueritiam. infrà, qui ma. accusa. possunt. videtur. suprà. de sent. & re iud. c. fi. nec. n. in hac causa vtendum est argumentis remotis, vel consuetu. aliqua contra constitutionem Ro. ecc. suprà de sponsa duorum. c. fi. & argu. de testibus. licet ex quadam. in fin. Idem dico, si mulier prouocat ad diuortium, & vir idem cõfitetur: sed tamen si vir cum alia contraxerit, iurantes scilicet contra coniuges rei periurij habebuntur: & pœnitentiam agent, & in simul reuertentur. apparet enim modò quòd causa odij & suggestione diaboli hoc factum fuit: vt infrà, eod. capi. j. §. si autem. & cap. laudabilem. in fin. & 33. quæstion. j. capitu. j. & 2. nec in supradictis videtur distinguendũ esse, utrum mulier virgo sit, vel corrupta. ex quo vterq; impotentiã cõfitetur: ut patet infrà eo. c. j. respon. j. & capit. laudabilẽ. §. fin autẽ. secus, si alter neget. vt apparet in sequentibus. Quòd si marito prouocante ad diuortiũ ex hac causa mulier asserat se ab eo cognitam, puto standum verbo mulieris: nisi vir eam conuinceret per aspectum: ut in seq. versic. quãuis cap. videatur dicere, quòd in hoc casu standum sit verbo viri; vt suprà, de despon. impu. duo pueri. versi. fi. sed non ob. quia ibi siue cognouisset, siue non, poterat matrimoniũ consistmari, impediente iustitia publicę honestatis: vnde creditur ei in præiudicium suum. Sed si mulier se cognitã asserat ab eodẽ, in casu isto meritò ei credi debet: qa, ut credo, vix inuenietur aliqua, quæ hoc assereret, nisi verũ esset, cùm sciret sibi præiudicium generari: maximè quia tales consueuerunt colaphizari stimulis satanæ: ut suprà de eo qui cog. consang. vxo. suæ. capit. Iordanæ. Itẽ quia cũ rea sit, & si nihil præstiterit, absoluenda est. vt 6. quæstio. vltima. actor. C. de prob. actor. & de eden. qui accusare. nam & multi incurrerẽt periurium, ut possent diuidi ab vxore: & nõ creditur cõtra matrimonium: ut suprà, de eo qui cog. consang. vxoris suæ. super eo. credendum est igitur mulieri. quæ pro matrimonio ꝯfitetur. sic alias exponitur. suprà, de clandesti. despõ. c. secundo. quod dic, vt nota. suprà, de clandesti. despon. §. utrũ clandestina. versiculo primo, & sequen. Sin autẽ maritus asserat se cognouisse vxorem, muliere econtra, dicente, & diuortiũ petente, standum est verbo viri, qui caput est mulieris: ut suprà, de despon. impu. continebatur. & 33. quæstio. j. si quis acceperit. nisi mulier ipsum conuincat de periurio per aspectũ corporis: vt 27. quæstio. j. nec aliqua suprà, de proba. proposuisti. & capitu. penultimo. quod dic vt nota. suprà, de proba. §. & quot sunt species. versiculo octauo. fit etiam probatio per inspectionẽ. ergo si mulier sit corrupta, caueat cui nubat: qa statur verbo viri, nec corrupta se potest virginem ostendere, cùm non sit: vnde secundum hoc intellige infra, eodem. capit. j. §. illa autem. & quòd dicit. cur tam diu. subaudi, maximè quia idem. & si ab initio reclamasset ex quo matrimonium contractum erat: sed quia tandiu tacuit, est maior præsumptio contra ipsam. argument. in his quæ nota. suprà, proxim. versiculo, quòd si marito. Sed alij dicunt, ꝙ ille §. corrigitur per sequentem, quod mihi non placet. nam & posset saluari aliter: ut scilicet mulier corrupta contrahens audiatur, si in nouitate scilicet intra duos menses proclamauerit. & si maritus ipsam se asserat cognouisse: ut infrà eodẽ capitulo primo, §. fina. & argument. suprà, de conuer. coniug. ex publico. sin autem per annum, & dimidium taceat, postea nõ auditur. arg. suprà, de sponsa. ad id, quod. & sic expressim loquitur infrà eodem, capitul. primo §. illa autẽ. tu verò etiam & hoc obijcias, & dictum §. illa autem. intelligas in corrupta: sequentem verò in virgine. quãuis in vtroq; vir mulierem se assereret cognouisse: sed virgo. ipsum per aspectum conuinceret: quod

11 corrupta facere non potest. † Sed quid si corrupta dicat, ꝙ maritus sectus est, uel defectum membri patitur? & quidem audienda est in hoc casu: vt patet in his quæ notan. suprà eodẽ. §. proxi. versicul. accidentalis. & infrà eodem. §. versicu. fin. sed coram quo fiet hæc reclamatio? dic ut notat. suprà de despon. impu. §.

12 fina. versiculo, sed coram quo. † Et quid si maritus frigidus ipsam corrũpi faciat, ut dotẽ retinere possit. Et quid si uxor faciat se corrũpi, ut partus, quem ab amasio susceperit, in hæreditate frigidi succedat. nam multæ fraudes & diuersæ circa huiusmodi adhibentur: ut patet infrà, de pœn. officij. nec ius nec magister posset commodè, siue de facili huius fraudibus obuiare. multæ namque viæ sunt ad malum hominibus paratæ: ut in authent. de nup. §. mitiores. unde si circa hoc ius cõderetur de nouo, fortè ipsius obtentu cõtingeret mille millia matrimoniorũ legitimorum solui proximo, quòd infirmitate legitima retineret: quare rectè dictum est, quod nullũ ius per omnia sufficere potest ut not. suprà, in procemio, uersicu. qui ergo diuersa. & ideo de duobus malis minus malum eligendũ est. & ad ea quæ frequentius contingunt, sunt iura adaptanda. de rebus dubiis. quoties. infrà eodẽ. de reg. iuris. estote. ff. de leg. nam ad ea super hoc etiam vide ꝙ not. infrà, de pœn. §. quibus, & qualiter. sub §. quid de muliere. Sed si uir dicit se moueri ad coitum, uel quia aliàs mulieres cognoscit: tũc patet, quòd maleficium allegatur. & ideo per triennium cõtinuum debet simul morari ad præceptum iudicis licet Goffred. dicat, quòd non est uis in præcepto iudicis: quia non inuenitur in iure cautũ: sed tamẽ, quo ad mentem, uidetur hoc satis cautũ per hoc, quòd debent cõfiteri peccatũ, ut sequitur, ergo non inuenitur, quod tempus, quo simul fuerunt ante cõfessionem, nõ debeat cõputari. hoc etiam innuitur satis. infrà eodẽ. laudabilem. in principio, ibi, indulgendum sit, subaudi, à Iudice nec obst, sed concordat. infrà eodẽ. literæ. quia licet ibi post octo annos uideatur, quòd petitio facta fuisset, tamen intelligi potest, quòd causa fuit antea diutius uentilata, & ad pręceptum Iudicis pœnitentiam egerunt, & simul cohabitauerunt. sicut manifestè innuitur in primo responso: ad fin. ibi, qui post plures terminos. subaudi à iudicibus datos: ut innuit, per triennium contineant, sententia diuorij fertur. & sic intellige. §. quo circa, ergo ad pręceptũ iudicis debẽt simul morari hoc modo: Confitebuntur ambo peccata sua: quia aliquando infirmitas ex peccato prouenit: ut infrà, de pœn. cũ infirmitas. & iniungetur eis, recepto sacramento, ut simul habitẽt: & bona fide det uterque operam cum omni diligentia ad debitũ carnale hincinde reddendum: uir in perficiendo, mulier in patiendo: ita quòd neuter aliquam

ter aliquã fraudẽ adhibeat: nec per ipsum stet, quo minus car-
nalis capula subsequatur: & si sic post continuum triennium si-
mul cohabitauerunt, & in capite triennij veniant iterum ad epi
scopum, dicentes, & iurantes, ꝙ sicut promiserant, fecerunt,
nec potuerunt effici vna caro: tunc recepto illorũ iuramento, &
propinquorum, sicut nota. suprà, versic. si diuortium. & sequen.
matrimonium dirimetur, & dabitur vtrique licentia contrahen
di, vt not. suprà, versicul. sed quomodo: & habes infrà eodem. ca
pitulo vltimo. & 34. quæstion. 1. si per sortiarias. Verùm dici po
test, si simul cohabitauerunt per octo annos, vel circa, & sine
præcepto iudicis, & non reperiatur quòd vir aliquã cognoue-
rit, tempus arbitrarium erit: quia præsumitur vir frigidus: vt in-
frà eodẽ capitul. vltimo. sic intellexit Goffredus. sed semper tu-
tius est, quòd à tempore præcepti iudicis, debeat triennium cõ-
putari, vt patet ex præmissis. si dicas periculum est, ex quo tanto
tẽpore simul steterunt: respondeo, imputet sibi, quia tam diu ta-
cuit. infrà eodem cap. primo, ff. de exceptio do. purè §. fina. Sed
quomodo intelligemus, id quod dictum est de continuo trien-
nio: nũquid intelligi debet quòd circa hoc debeant studere die
ac nocte? Non puto hanc mentem: sed sufficit, quòd per maio-
rem partẽ anni maximè per ver continuum, quo consueuerunt
homines ad luxuriam fortius incitari, simul cohabitauerunt; &
bona fide operã dederunt. argu. ff. de aqua quo. & æstiua. l. pri-
ma, §. duo autem genera. & §. quod autem. ff. de seruituti. vrba-
norum, prædiorũ, foramẽ. & l. seruitus. quod si infirmitate, vel
alio casu impediatur, videtur tempus restituendum esse. argu.
ff. de itin. actuque priuato. l. prima. §. secundo tertio, quarto
& quinto. argument. contra, ff. de statu. libe. cùm hæres. §. Sti-
chus. Quid si per maritum stet, quia non uult cohabitare, vel per
mulierem? dicas excommunicandum eum, per quem stabit,
& cautionem idonem exigendam, vt cohabitet. argument. su-
prà, vt lite non contest. quoniam. §. ultimo. & infrà, titulo pri-
13 mo, capitulo primo, secundo, & tertio. † Quid si vir non est ma
leficiatus nec naturaliter frigidus: sed quasi naturaliter frigidus
mouetur & erigitur, sed nullatenus perficit: vel habet duas vir-
gas. vna impedit reliquam: vel quam citò apponit virgam, se-
men spargit: vel bene immittit, sed non perficit. multa talia, &
consimilia de facto habui coram me: & tam in iudiciis, quàm
confessionib. quotidie poteris experiri. & dicas in talibus, quòd
si potest iuuari electuariis, vel medicinis aliquibus, planum est:
si non potest, in aliquibus ex his consulendus esset Papa tamen
si puella virgo sit, & vterque confiteatur, in omnibus his spectã
dum erit triennium, quo elapso, quasi naturaliter frigidus, quẽ
mulieres de prouincia vulgariter debatuatum vocant, fortè po
terit diuidi, secundum ea quæ dixi de naturaliter frigido: tamen
tutius est, quòd Papa super his, quæ meritò videbuntur dubita-
bilia, consulatur. Etiam no. quòd iudex in inferioribus & supe-
rioribus ex officio inquirere debet, vtrum vir aliquam de vici-
nia cognouerit. vt infrà eodem. capitulo vltimo: an mulier vir-
go sit: & si mihi credere voluerit, omnem, quam poterit stude-
bit diligentiam adhibere arbitrando personis hincinde, & sta-
tum, & qualitatem, & famam, tam principalium, quàm accesso
riorũ. & secundum hoc via regia incidet. secundum quod suprà
& infrà doceo: quia totum committitur arbitrio suo. argumen.
suprà, de offic deleg. de causis. & ff. de vsur. mora. & de testi. l. 3.
& de verbo obliga. l. continuus. & mandati. Lucius Titius. & su-
pra, de dona. Apostolicæ. quia nec per ius omnia terminari pos-
sunt: & ideo ubi dubitabit, semper consulat principem, quia de
tanta re segnius non est agendum 42. dist. quiescamus. 61. dist mi
ramur. suprà de transact. capitulo vlti. & nota. infrà eodem, ver
siculo final. Vbi autem masculus maior est 14. ann. vel 15. quia
in hac ætate cõsueuerunt esse puberes, ut no. s. de despon. impu.
§. & qualiter ꝓbetur. ver. 2. inducitur. sed minor 18. adhuc non
habet plenam pubertatem, licet pubes sit. argu. s. de regula. quia
& in insulis. plena enim pubertas est 18. ann. in homine, sed in
muliere 17. vt ff. de adop. arrogato. § non tantum. & de alimen.
& ciba. lega. l. Mela. j. respons. & Inst. de adop. §. minorẽ. & ideo
in hoc casu, scilicet quando est minor 18. ann. licet maior 14.
ann. dico semper triennium spectandum. vel quousque 18. anni
sint completi, vel ultra dari ad arbitrium iudicis, secũdum quod
videbit qualitates personarum, & tempus quo simul steterunt,
vt infrà eodem, capitulo fina quicquid allegetur, quicquid con-
fiteatur. & ideo correcta est l. quæ dicebat, biennium solummo-
do expectandum. C. de diuortiis. l. in causis. quia edocti sumus
ex his. quæ inter hoc prouenerunt, & quosdam amplius, quàm
biennium temporis non valentes, postea potentes ostensos mi-
nistrare filiorũ procreationi. in auth. de nupt. §. per occasionem.
verùm si lapso triennio iurauerunt, se non posse carnaliter com
misceri, & dicant, ꝙ vir nullatenus mouetur ad coitum, nec in-
ter hoc tẽpus motus fuit, apparet ꝙ frigidus allegatur, & ideo
si hac de causa celebretur diuortium, & maritus postea contra-
hat separabuntur contrahentes secundo. secundum hoc potest

intelligi quod dicit litera infrà eo. laudabilem. respon. j. vnde ꝙ
ibi dicit, si frigiditas prius probari non possit, quòd maritus, sub-
audi erat quatuordecim anno vel quindecim. sed T. dixit, puta,
quia manifesta signa & probationes erant paratæ. & sic non vi-
detur intellexisse literam, sed errasse, vt not. s. eodem. §. respon.
j. nisi fortè excuses eum, vt not. infrà eodem, versiculo fin. quæ
enim aliæ probationes extare possent, nisi quòd tentet, & det
operam efficacem, & tamen edocti sumus, &c. vt suprà eodem
versic. non tamen ignoro & quod doctores sentiunt cum T. sed
ego expono quod habes in l. in causis. imbecillitatem naturæ,
scilicet quia tardè pubescit, vt s. de despon. impu. puberes. & sic
imbecillitas naturæ, id est, simplicitas seu mollities, quæ proue-
nit ex defectu ætatis, non est impedimentum perpetuum. Sed &
si in hoc casu dicant coniuges, ꝙ bene mouebatur & erigeba-
tur, sed non poterat perficere, tunc apparet, quòd ex causa ma-
leficij soluitur & ideo dic ut not. suprà eod. versi. sed si vir dicat.
Porrò ubi accidentalis & violenta impotentia allegaẽ, ut sectio
incontinenti poterit diuortiũ celebrari, & mulier in Domino
nubere: qa hoc oculata fide probabitur, s̃m ea quæ no. s. proxi.
versicu. accidentalis autem. & de proba. §. & quot sunt species,
versicul. octauo. fit etiam probatio per inspectionem. Si verò
impotentia fœminea allegatur, vt arctatio, de qua dixi s. §. proxi.
versicu. fœminea. tunc simpliciter secundum ea quæ dixi, assero
matrimonium incontinenti dirimi posse. hoc modo: vocabun-
tur matronæ fide dignæ, & expertæ in opere nuptiali. argumen.
ff. de ven. inspi. l. j. respon. j. versicul igitur. & super periculo ani
marum obtestabuntur, & sub fide sua, ꝙ eam scilicet arctã cum
manu & oculo diligenter inspicient, an sit corrupta, & an pos-
sit fieri mater: & si referant ipsam corruptam, conuincitur accu
sans matrimonium? sed qa sæpe fallitur manus & oculus, pote-
runt iterum & aliæ vocari magis expertæ, quæ etiam diligentius
hoc considerent: vt s. de proba. c. pen. sin autem dicant ipsam
virginem, & matrem fieri posse: tunc est impedimentum ex par
te viri: & ideo iudex diligenter inquiret, an uir moueatur ad coi
tum, vel non: & sic præsumi frigiditatem, vel maleficium. & pro
cedet secundum ea quæ no. s. eo. § respon. j. & versicul sequen.
vsque ad vers. porro. Quid si mulieres asserant ipsam non posse
fieri matrem naturaliter? incontinenti põt diuortium celebrari.
& dabitur viro licentia cum alia ꝯhendi: sed mulieri continen-
tia indicetur: vt j. eo. fraternitatis. respon. 1. nec obst. quod dicit
in principio, ibi: cum quo per multos annos narrat enim factum.
nam nec anni prosunt, nisi sint assignati per iudicem. secundum
ea quæ not. ver. sed si vir. & episcopus nullum tempus assignat:
sed incontinenti sententiam tulit: & dicit Papa, ꝙ iustè proces-
sit: licet deceptus fuerit, ut in §. primo eiusdem decre. versiculo.
nos tamen. Si tamen diuortio lato mulier vel vir inueniat, qui
possit huius seras reserare, siue medico iuuante, siue virilitate
naturæ, tunc apparet ecclesiam deceptam fuisse retro. iõ prio-
ri viro restituetur, nisi votum solenne emisisset, vel religionem
intrasset profitendo, uel nisi adulterata fuisset; & maritus exci-
peret ꝯ ipsam, sed si maritum alium duxerit, quamdiu casus du-
bitabilis est, id est, quandiu pendet lis, quia fortè credit se iustè
separatam, vel quãdiu dubitabilis est, id est, quousque prima vi
ce cognita fuerit. nam postea scire potest, ecclesiam fuisse dece-
ptã, põt adhærere secundo: vt j. co. fraternitatis. § j. & sic senten
tia lata per errorem probabilem retractatur, ex quo veritas in-
uenitur: j. de pur. uulga. significantibus. & ff. de cõdi. sine cau. l.
2. quia hæc sententia nunquam transit in rem iudicatam, ut &
s. de senten. & re iud. lator. tenor. consanguinei. sed & si reddatur
apta priori per frequentem usum secundi, vt ꝙ primo sit resti-
tuenda: ut j. eod. c. fraternitatis. §. ulti. Quid si in prima uice seu
post primam vicem, id est, ex quo secundus vir eam cognouit,
primus repetat eam, uel ipsa primum uirum, apparet ex superio
ribus ipsam restituendam. Et quid si non potest cognoscere ad-
huc ipsam restituatur secundo. & sic in infinitum, s̃m Io. T. di-
xit ipsam restituendam priori uiro bis, non tertiò: quia nec licet
tertiò appellare: ut s. de appe la. sua. 2. q 6. si quis in quacunque.
C. ne in una eademq; cau. lic. tertiò prouo. in rubro & in nigro.
Videtur tamen, ꝙ si secundus eam cognoscit, restituenda sit pri
mo: cũ quo per triennium remanebit, quasi præsumatur male-
ficiatus fuisse. s̃m ea quæ no. s. eo. uersicul. sed si uir ita. ꝙ si inte-
rim eam cognoscere põt. cum ea remanebit, aliàs elapso trien-
nio restituetur secundo sine spe restitutionis primo faciendæ.
& hic erit casus, in quo quis poterit priuari iure suo sine culpa
sua, sed non sine causa: ut s. ut lite nõ contest. quoniam frequen-
ter. §. si uero. & excusatur mulier de adulterio, quia dolo caret
vt 34. quæst. 2. in lectum. & ff. de adulte. l. penul. & secundum hoc
potest exponi, quandiu articulus iste dubitabilis est. j. co. frater-
nitatis. § j. ad fi. Goff. verò sic not. circa hunc articulum, quòd si
mulier non erat cognoscibilis primo, sicut secundo: puta quia
erant homines diuersæ conditionis, & diuersæ naturæ: tunc
non reintegrabitur; matrimonium, nec restituetur primo vi-
ro, sed si

ro.sed si cognoscibilis erat primo cuius simili commisceret, tūc habet locum restitutio, & reintegratio. & hoc planè videntur sonare literæ. j.eo.fraternitatis §.1.& facit pro eo opinio virorū magnę authoritatis, quam no.s.de despon.impu § & quæ spon salia. versic.fin.quid si adolescens.sed quis iudicabit de hoc, scilicet vtrum sit eiusdem conditionis, & eiusdem naturæ: & ideo quod dicit ca.fraternitatis.cuius simili, expone, primi hominis: quia secundus est homo, sicut & primus, neuter frigidus, neuter maleficiatus, vterq; legitimæ ætatis: ideo expone ut s.not.versi. videretur tn̄.Sed & si dissimulando potest notari, in defectum, uel nimia carnositate, seu quantitate, uel in grossitudine lanceæ virilis, s̄m Vinc.de quibus dic, sicuti j.no.

14 † Quid si mulier dicit q̄ uir non pōt eam cognoscere, allegans super hoc defectū men bri uiri? In hoc casu dic virum inspiciendū per homines expertos & honestos, sicut dixi de muliere arcta.s. eo. ver. si vçrò impotentia quia eadem rō est vtrobiq;, ergo idem sit ius.s. de consang.tua.C.de liber.præteri.uel exhæred.l.prima.& ad leg. Falci. l.fin. Nā eunuchi nedum per sectionem fiunt, sed etiam sic nascuntur. ut s.de corpo. vitia.c.ex parte Bartholomæi.ad finē.ergo non melius q̄ oculata fide poterit hoc probari. & ad idem faciunt, & in hoc casu possent intelligi iura inducta, s.de despon. impu.§.& qualiter probetur.ver.1.sic etiam potest intelligi j. e. laudabilem.ibi, si frigiditas prius probari non possit. & glo. T. q̄ ibi fecit, & quā reprobaui s.eo. versi. ubi aūt masculus licet non putem, q̄ hunc habuerit intellectū, hoc expertus sum in duabus causis de facto, in quibus feci inspici virum nedū per laicos, sed ēt per clericos, & inuentum est in vna, q̄ vir habebat membrum ad modum verrucæ, & ita paruum, q̄ vix poterat mingere. & testes erāt ad modum cicerum, ita q̄ uix diligenter palpando poterant reperiri. In alia, habebat vir testes super virgam, & ipsam uirgā adeo ineptam, q̄ videbatur monstrum, & insuper omnino imberbis erat. posset ēt esse hermaphrodita. sunt & alia quædam signa secreta, quæ audiui ab aliquib. quæ scribere erubesco. sed si iudex vult mihi credere, cum hic non litigetur de lana, sed de anima, & per inspectionē, & omnes alios modos, & circunstantias superiores & inferiores in hac materia, tā ex parte viri, quā mulieris omnem diligētiam q̄ poterit ad hoc, ut veritatem inueniat, adhibebit. similē no.s.de sponsa.sub rub.de matrimonijs.§. qualiter ꝓbatur. ver. cū vincūtur.& s.e.ver.qd si mulier.

15 † Quid si mulier allegat magnitudinem membri viri: dicens q̄ non potest ipsum tolerare? dixerunt aliqui, ipsam audiendā, si sit inæqualitas innaturalis, considerata aliorū dispositione membrorū. & dicit Auicenna, q̄ mulier qñque non est angusta: sed non conuenit eis suus par, & ipsa iterū non conuenit pari, & indiget vnusquisque eorum permutatione. audiui tn̄ à muliere experta, q̄ hoc vix aut nunquam accidere pōt. dicunt aliq talia relinquenda esse iudicio expertarū: ego tamen Papā consulerē hoc casu,

16 † Quid si vir habeat membrum nimis carnosum? audiui ab expertis, q̄ hæc pōt esse iusta causa. nā & infirmitas, quæ elephantia vocatur, posset dare occasionem, quæ reddit ēt nasum grossum. & hoc de facto expertus sum, & ad has duas quæstiones facit j.e.fraternitatis.§.nec tn̄.ibi, cuius consimili.& capitulo, q̄d sedem. Quid si ita arcta est mulier, q̄ nulli est cognoscibilis, præter diuinū miraculum vel incisionē grauem? Iusta est cā diuortij, ut j.eo.c.fraternitatis.§. penult. Quid si a viro primo nullatenus potest deflorari. & ideo separata est: sed per frequentem vsum secundi reddatur apta primo? Hic est dissensio. dicunt eīn communiter, q̄ in hoc casu non est reddenda primo: & sic intelligunt j.eo.fraternitatis. §. fina. alij contrà, & hi probabilius dicere videntur triplici ratione. Prima est, quia per opus humanum, absque diuino miraculo facta est primo apta, ut j. eod.fraternitatis § nos tamen. Secunda: quia nunc apparet, q̄ impedimentum fuit temporale, quod ex post facto cessauit: sed nullum temporale impedimentum matrimonium dirimit, secundum omnes. Tertia: quia secundum testimonium mulierū apparet, tunc ecclesiam fuisse delusam: sic enim testificantur, q̄ mulier adeò est arcta, q̄ nulli viro apta est. ut j.eo. fraternitatis.respon. primò. quòd testimonium, ex quo à secundò viro cognoscitur, apparet falsum fuisse: & ideo sententia retractatur: ut j.eo frater nitatis.§.nos tamen. & hoc amplector de iure scripto, quamuis tutius sit quod Papa in talibus non expressim determinatis, cùm noui casus sunt, consulatur.

De Matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Interdictum quid sit. Et à quo fieri possit. 2.*
3 *Matrimonium contractum contra interdictum ecclesiæ, an teneat.*

Post alia impedimēta matrimonij consequēter est de ecclesiæ interdicto videndum, quod generaliter impedit, sed nō dirimit. hic igitur videndū occurit, Quid sit ecclesię interdictum, A quo fieri possit. Quid iuris sit de matrimonio contra interdictum ecclesię contracto.

1 Quid † sit ecclesiæ interdictum.

Prohibitio contractus matrimonialis, siue præceptum prohibitoriè factum: scilicet quando prohibet, ne quid fiat. hoc enim interdictum ab interdicendo dicitur: secus ab interdictis ciuilibus. nā illa ideo interdicta vocantur, quia inter duos dantur: ut Instit.de interdict.§.sunt qui putant.

2 A quo fieri † posit.

Et quidem aliquando fit à canone, scilicet quando Papa ex certa scientia constitutionem faciendo prohibet ꝯhi matrimonium: & hoc aliquando inducit temporale impedimentum: & tunc inpedit matrimonium, sed non dirimit. exemplum j.eod.§.quid iuris de matrimonio, ver.si temporalis. Aliqñ uerò inducit impedimentum perpetuum. & tale interdictum impedit & dirimit: & de tali loquitur xxxv.q.3. contradicimus. & s. de consan.& affi.non debet. aliquando iudex, qui de hac causa cognoscere potest. cùm enim matrimonium magnū sacramentum sit in ecclesia Dei: ut supra.de spon duorum.c.1.de biga. debitum. non potest de ipso cognoscere de iure communi, nisi sit episcopus. Sed quæstiones super eo motæ ad ipsum erunt perferendæ. ut xxxv.distin. perlectis. uel ad officialem suum, qui uocatur missus, vel ab eo specialiter delegatum, ut suprà de frigi. & malefi.c.1. de regul. ca. 2. & institutionibus. ex frequentibus querelis. & j.eod.c.2.sed & capitulū, Archidiaconus, Archipresbyter, Abbas, uel alius minister ecclesiæ ex speciali mandato episcopi, uel consuetudine præscripta hoc potest: aliter non. sic intellige s.de testib. Albericus. & de testib.cog.præterea. & quia hę duæ decre.dicunt, scilicet capitulum cognoscere posse, intelligi potest generaliter sede vacante: tū quia succedit in iurisdictione, tum propter periculū animæ. suprà. de maio. & obed. cùm olim.& ut lite non conte.qm̄.in fi.§.1.& j.de hære.ad abolendam.respon.1.sed in alijs seruatur consuetudo, uel priuilegiū speciale. ut s.de frigid fraternitatis respon.1.& de restit.spo.literas.respon.1: j.de exces.præla.accedentibus.& s.de consan.& af. c.1. ergo non potest fieri interdictum, nisi ab illo, qui de hac causa cognoscere potest, secundum Dama. sed malè dixit: quia & à parochiali sacerdote fieri pōt: ut patet s. de clandesti.despon. cum inhibitio. & tamen talis cognoscere non pōt: ut patet ex præmissis. duo enim requiruntur ad hoc, ut aliquis de hac causa cognoscat. scilicet q̄ possit iudicare, & sciat iudicare: ut suprà, de consan.& affi.c. 1.in fin. quod quidā intelligunt saltem per experientiam, quamuis canones ignorant. arg.C. de iud. certi.& in auth.de iud.resp.1.& §.1.col.6. q̄ mihi non placet: quia hic tractatur de periculo animæ. aliud ergo de fundo. unde consulo episcopo ideotæ, ut perito deleget: idem etiam si nescit consulere peccatori. & sicut spiritualis Iudex debet esse cautus & discretus: ut j.de pœn. Deus qui.respon.1.& c.offic.in fi.& c. omnis vtriusq; sexus.§.sacerdos. Quid ergo, si is qui nescit, sed idiota est, fert sententiam? Vr̄ sententia lata à non suo Iudice. ergo non ualet, ut de consue.c.3.& de iudi at si clerici.& C.si à non competēti Iudice.l.fi.& sic ipso iure nulla. examinet ergo Iudex: & si nescit respondere, apparet ipsum non forte iudicē: de hoc eīn aliter constare non poterit. ar.s.de elect.congregato. & de æta. & quali. cū sit ars artium.& c.ult.nec enim est deleganda, nisi perito & exercitato: 21.dist.§.1.& 3.q.2.c.ult.& de pœni.dist.6.c.1. sed non puto, q̄ propter hoc solum sit irrita sententia, ex quo habet potestatem iudicandi; quamuis scientiam non habet, nec ēt irritanda, nisi probato errore, sed tunc benè irritabitur. arg.s.de fri. fraternitatis.§.1.& in fi. j.de sen.& re iud.tenor.lator.consanguinei. & hoc intelligo tam de errore facti, quàm iuris, & secundum hoc quod dixi s.quod alius nō potest de hac causa cognoscere, nisi qui habet potestatem & scientiam: exponendum est, non potest, id est, non debet. & sic est consiliū: sed si non habet potestatem, tunc nullo modo potest, imò irrata est: ut s.dixi: qa non à suo Iudice lata. & secundùm hoc illud uerbum, potest positum. s de consan.& affi.c.1.in fi. propriè & impropriè tenetur: ꝓpriè, respectu potestatis: & impropriè, respectu sciētiæ. & iunge quod no. j.de pœn.sub rubrica, de remissionibus.§.1.

3 Quid iuris † sit de matrimonio contra interdictum ecclesię contracto.

& quidem aut interdictum fit sine causa. & tunc nullum est interdictum. argu. j. de accusatio. cùm dilecti.§. 1. quia sine causa uolentem transigere prætor neminem audiet. ff. de transact. cùm hi. §. vult igitur oratio. & argum. 23. q. 8. accidit. & in his quę notan. s. de libel. oblatio. §.

quid debeat.ver.in perſonalibus.aut cum cauſa. & tunc ſub diſt. quia aut cauſa eſt temporalis,aut perpetua. Si temporalis: puta interdicitur, ne contrahatur propter ferias. non eſt contrahendum matrimonium:contractum tamen tenet de hoc nota. s̃.de fer.§ quid nota.verſi.item licet matrimonium.& nota.ꝙ in hoc caſu non interdicitur conſenſus matrimonialis, qui] ſolo conſenſu perficitur:ſed ſolennitas nuptialis, ſecundum Gof. & Ray. ut s̃.de fer.capellanus.33.q.4.non oportet.& c. ſequ. Item interdicitur traductio ſolennis:ut j̃. eod. nec vxorem. Item carnalis copula, ſecundum Rayn.quod intelligit Goffre.quando eſt prę ceptum:ſecus,quando eſt conſilium, ſecundum ea quæ nota.s̃. de ſponſa.ſub rubricella,de matrimo.§ quis ſit effectus.verſicu. ſed nunquid. ego puto, ꝙ hodie & conſenſus & ſolennitas interdicantur, nam his diebus non interponet eccleſia authoritatẽ ſuam:ſicut de facto ſeruari videmus. nec ſine authoritate eccleſiæ eſt matrimonium contrahendum,aliàs pœnam habet,& clãdeſtinum iudicatur,ut s̃.de clãdeſti.deſpon. cùm inhibitio.& ſic per conſequens, omnia ſequentia prohibentur: licet matrimonium teneat, ſi contrahatur. & idem dicas in omnibus caſibus, qui impediunt matrimonium contrahendum: ſed non dirimũt iam contractum,quos not.s̃.de matri.§.qualiter impeditur.ver. crimen.& ſequen.Si perpetua,aut vera,aut falſa. ſi vera, incontinenti ſeparantur. & negocio examinato perpetuum diuortiũ fertur: & ſic pendente lite, ſeparantur, id eſt ſeparatim morantur.ut j̃.eod.cap.vlt.& 35.q.3.contradicimus.& j̃.de conſang.& affi. non debet. in fin. & de eo qui dux. in ma. quam polluit per adulterium. cùm haberet. in fine. & de ſponſa duorum. tua. in fine.33.qu.3.non oportet.10.diſtin.vides C. de legi. nõ dubium. 35.qu.3. imperiali.niſi conſuetudo, quæ ſcandalum generaret, & multitudo contrahentium, uel defectus probationis, uel indulgentia domini Papæ ritè impetrata impedimentis perpetuis canonica conſtitutione inductis, diſpenſationem concedat. ut s̃.de cogna ſpi.c.1.in fin.& capit.ſuper eo. & de conſan.& affini. quod dilectio.quia circa.quod dic,ut nota.s̃.de cogn.ſpi.§.quis ſit effectus. verſicul. effectus uerò tertiæ. & s̃. de eo qui duxit in matrim. quam pol.per adult. in fin. adeò quod ſi etiam in facie eccleſiæ contrahatur, & ambo parentes impedimentum ſciebant,proles illegitima cenſebitur: quod dic,ut s̃.de clandeſt. de ſpon.§.quam pœnam.verſic.pari.ſuper illo verbo,comment. etiam in conſpectu eccleſiæ. & ſecundum hoc etiam intellige s̃. de deſpon.impu.ad diſſoluendum.Si verò cauſa, propter quam prohibitio facta erat, non probetur vera, non propter hoc ſolùm, quòd matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum eſt, dirimendũ eſt: ſed tamen pœnitentia iniungi debet de inobedientia: & ne præceptum eccleſiæ deluſorium videatur,ad tempus poteſt ſeparari matrimonium, & vtrique interdici carnalis copula. ſi tamen vterque habuerit malam fidem. aliàs illi ſoli.cui interdictum factum erat, & ſciens contraxit.videtur interdicendum,ne exigat, & præcipiendum, ut ſoluat. & ſic intellige infrà eod.c.1.ſecundo & tertiò. & ſuprà, de ſponſa.veniens mariora.& capitulo cùm Apoſtolica,quo tempore elapſo, liberè poſſunt ſimul commiſceri: & eſt tempus arbitrarium,quamuis decretalis ponat vnum menſem, j̃.eo.c.1.in fin.& hoc idem, ſcilicet, ſeparari ad tempus,poteſt fieri quandocunque contrahitur contra interdictum eccleſiæ cauſa factum, ſiue perpetua ſit,ſiue temporalis,vera vel falſa. & ſecundum hoc poteſt exponi ſeparantur,ſcilicet ad tempus.s̃.de ſponſa duorũ. tua. in fine. & trigeſimatertia quæſt.4.non oportet.non liceat. Quod autem dixi, pendente lite coniuges ab inuicem ſeparandos, & poſtea ad tempus: intelligas verum. quando ab initio contra interdictum eccleſiæ expreſſum factum,ne contrahant, eſt contractũ: ſecus,ſi ſine prohibitione aliqua inter ſe,vel in facie eccleſię ɔtraxiſſent: quia ex quo ius ſemel acquiſitum eſt, non eſt turbanda poſſeſſio,uel quaſi:niſi probatione facta.& ſic ſoluitur ſuprà,ut lite pendente.laudabilem & j̃. tit. 1. cùm inter I.veterem. quod dic ut not.s̃.ut lite pendend § & qualiter. verſi.item ſi cõtingat. uel dic, ꝙ illa decre. laudabilem locum habet, quando ab initio in facie eccleſiæ contraxerunt, aliàs ſi cland. & opponatur impedimentum perpetuum, etiam pendente lite, poterunt ſeparari, & debebunt: quia tunc ab initio contra interdictum eccleſiæ generale contrahitur: quod prohibet clandeſtina matrimonia contrahi.quod verius credo.ut s̃.de clandeſt.deſpon. cùm inhibitio.reſpon.1.& §.ſi quis autem.& 33.quæſt.4. non oportet. & j̃.eod.c.vlt. Hæc locum habent,quando matrimonium cõtrahitur contra interdictum eccleſiæ ſcriptæ conſtitutionis, vel ꝯ interdictum Iudicis inferioris Papæ. Quid ergo, ſi contra interdictum P[illegible] interdicentis, & pronunciantis irritum, ſi contrahatur? vi[illegible]r ꝙ nõ valeat.arg.s̃.de elect. innotuit. in fi.& de p̃ben.inter cætera.ſuprà.de deſpon.impu.ad diſſoluendũ. in fin.& de ſpon.duo.tua.in fi. ſi enim conſtitutio ſcripta ex cauſa hoc diceret,irritũ eſſet,multo fortius,ſi lex viua.arg. ff. de arb. Celſus. & de compen. ſi cùm militi. nam & uox uiua fortior eſt, quàm mortua. ut in authenti.de inſtrumento.cautela.§.ſi verò tale aliquid contigerit,quale in Armenia.col 6 dixi Goffr.ꝙ matrimonium contractum tenet per iura ſuperiora. Mihi uidetur in hac quæſtione,ꝙ recurrendum ſit ad intentionem Papæ,qui ex cauſa reddit perſonas inhabiles ad contrahendum.nam ſicut generalem ſuper hoc condit conſtitutionem,ſic ſpecialem, & localem, & perſonalẽ.ad hoc 29.diſt.ſciendum. ſi ergo intendit ꝙ matrimoniũ contra tale interdictum ſuum factũ, non ualeat,nullum eſſe matrimonium iudicabo.& uide quod not. s̃. qui cle. uel uo. §.quis uouens.uer.tu dicas.& ſeq.

Qui filij ſint legitimi. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Filiorum genera quot ſint. Et qui ſuccedant. 3. Et qui alantur. 6.*
2 *Spurij qui dicantur.*
4 *Filij ſeruorum ſuſcepti ex legitimo matrimonio,legitimi non ſunt.*
5 *Spurius omnis poteſt ſuccedere matri.*
7 *Matrimonium inter quos filios ſit prohibitum.*
8 *Filiatio qualiter probetur. Et quæ ſit cauſa legitimationis. 10.*
9 *Illegitimi qualiter & à quo legitimentur.*
11 *Papa non poteſt legitimare,quo ad hæreditatem temporalem,niſi in patrimonio Beati Petri. Et an poſſit diſpenſare cum filio adulterino. 12.*
13 *Imperator an poſſit auferre ius quæſitum.*
14 *Legitimatus à Papa ſimpliciter: vel in forma communi, an ſit legitimatus ad dignitates.*

Egimus ſuprà de matrimonijs. & quia proles eſt unum de bonis matrimonij: nec tamen quælibet, quia nec quælibet habetur ex matrimonio:& ideo uideamus qui filij ſint legiti.dicẽtes, Quot ſunt genera filiorũ, An utrumque genus ſuccedat, An utrumque genus alatur. An inter utrumque ſit matrimonium interdictum, Qualiter probetur filiatio utriuſque generis, Qualiter & à quo filij legitimentur.uel ſui fiant.

1 Quot ſunt genera filiorum. † Et quidẽ ſeptem nam alij ſunt legitimi [a] & naturales, ut ſuſcepti ex legitimo m̃rimonio.32.q.4. liberi dicuntur ẽt filij legitimi, ſecundũ legem ueteris Teſtamenti:ex dominis & ancillis, de uoluntate uxorum ſuſcepti: ut 32 dicat Iſmael. recurrat. Alij legitimi & ciuiles de his not.s̃.de cog.leg. Alij legitimi & ſpirituales.de his no.s̃.de cog. ſpirit. Alij naturales tñ, ut nati ex concubina indubitato affectu habita. Alij naturales ab initio, ſed ex poſt facto naturales & legitimi. & hi poſſunt dici legitimati j̃. eod. tanta. Alij ſpirituales tantùm.unde omnes ſumus filij Papæ, uel quaſi. j̃. de cri. fal. quam graui. Alij neque naturales, neque legitimi, reſpectu patris,ut ſpurii,ſcilicet nati.ex inceſtuoſo, uel per legẽ etiam humanam damnato coitu.ut j̃.eo.§ ſeq.uer.ſpurij. Dicũ-

2 tur † autem ſpurij [b], uulgo quæſiti,quaſi de ſpuma riualium,ſiue corriualium nati:quæ aũt ſit differentia inter ſpurios, & manzeres,& nothos, de quibus habes j̃. eo. per uenerabilem.§. penult. dic ut no.s̃.de filijs presbyte.illa eñ differentia quæ ibi.nota.inuenitur

ADDITIONES.

a Legitimi.¶ Legitimorũ filiorũ appellatione multos cõtineri, ſcribit Mart. in ſum.e.tit. Legitimi,inquit,dicuntur,qui ex legitimis matrimonijs procreantur. Inſt.de pat.po.in prin.qui etiam dicuntur liberi homines. vt 32. q.3.liberi. Legitimi quandoque dicũtur adoptiui,& arrogati,de q̃bus habes extra,de cog.leg.c.1.in gloſ. Nati etiam de ſecundo matrimonio publicè in facie eccleſiæ cõtracto,legitimi dicuntur. dũmodò nati ſint poſt approbationẽ eccleſiæ:ſecus,ſi ante approbationẽ eccleſiæ, & nõ obeſt eis,ſi matrimoniũ poſtea ſeparetur:extra,qui fil. ſint leg. c. quod nobis. & cùm inter. Itẽ nati de matrimonio,qui viuente prima, cũ ſecũda huiuſmodi cõtraxit,legitimi cenſendi ſunt,etiam ſi lite mota naſcantur,licet m̃rimoniũ ſeparetur:dũmodò ante ſententiam cõceptus ſit,vt extra eo.ex tenore. Eſt & aliud liberorũ genus,nempe legitimorum,qui q̃n pro legitimis habendi ſint,notari ait Mart.e.tit.qui fil.ſint leg.c.tanta Filij autem,quos papa legitimat in ſpiritualibus,conſequenter quibuſdam eo ipſo etiam in temporalibus legitimati videntur, vt pote quæ ſpiritualibus minus digna ſint. Nã qui põt quod maius eſt, põt & id quod minus. Alijs tamen videtur, quòd licet Papa legitimando quoſdam in ſpiritualibus,videatur in tẽporalibus legitimaſſe:quo ad quædã,puta,vt poſſit eſſe iudex,& alios corporales honores habere, quos aliter habere non poſſet, non tamen ſecundũ eoſdem poteſt Papa legitimare,ut ſuccedat patri ſuo in hæreditate:quia hoc eſſet priuare filium legitimum ſucceſſione ſua. Poteſt tamen hoc totum facere Papa in terris ſuæ iuriſdictionis. vt qui fil.ſint leg. c. per venerabilem quo textu princeps poteſt ſuæ ditioni ſubditos in temporalibus legitimare. Mart.

b Dicuntur autem ſpurij ¶ Adde doct.in c. conſuluit. de fer.non ord.c.niſi cùm pridem.in §.ſpurius.de renun.& ibi do.Bar.in l.generaliter. in §.cùm autem C.de inſtit.& ſubſtit.

uenitur in hiſtorijs in rubrica, quibus non eſt phas eccleſiā Dei intrare. Vel pōt dici manzer de ſcorto natus: ſpurius, qui patrē oſtendit, quem nominare phas non eſt, ſcilicet de adulterio natus: nothus vero natus de inceſtu: naturalis, de concubina. hæc diſtinctio filiorum, ſiue pars eius habetur xxvj.q.vj. deinde opponitur xxxiij.diſt. ſi quis viduā. & in auth. qui. mod.na.effi.ſui. in j.col.& §. ſi quis autem.colla. vij. & in auth. vt liceat matri & auiæ.§ fin.colla.viij xxx.quę.j.omnes & quæſtio.iij.ita diligere. Hæc autem diſtin. ſecundum iura ciuilia & canonica fit, non naturalia. nam ſicut ab initio omnes liberi naſcebantur, ſic naturales. vt probant c. ſuperius alleg. quare hodie etiā ſpurij naturaliter generantur: non tamen ſunt legitimi. vnde ſicut medela ad inuenta eſt, vt ſerui libertatem conſequantur: ſic ꝙ etiam illegitimi legitimari mereantur. vt in auth.qui.mo.na effi.legi.§. nouiſſimus.colla.vj.& qui mo.na effi. ſui.in j.col.colla.vij. vide ſuper hoc quòd no. ſ̃.de conſan.& affi.§ & vnde dicatur. & de filijs presbit.§.quis dicatur filius presbyteri.

3 **An † vtrunque genus ſuccedat.** Et q̄dem primi, ſcilicet legitimi & naturales ſuccedunt, & omnibus præferuntur. vt in authen.de ſuc. ab inteſt.col.ix. & C. de ſuis & leg. per totum. & in auth.in ſucceſſione. & dicunt legitimi, ex quo publicè in facie eccleſiæ contraxerunt parentes: quamuis inter eos matrimonium non poſſit eſſe: dūm tñ alter coniugum habeat bonam fidem. vt j̃. eo. cum inter Io. & ca. ex tenore. ſecus, ſi ambo ſciunt impedimentum. vt j̃. eo. referente. Item ſecus, ſi clam contraxerunt, & impedimentū ignorabant, quia tunc nō excuſantur filij ſuſcepti ex tali matrimonio, antequam eſſet per eccleſiam comprobatum, Puto tamen, quòd ſi naſcantur poſt comprobationem matrimonij, quamuis antea concepti ſint, legitimi erunt. ſic intelligo j̃.eo.quod nobis.argum.ff. de ſta.ho.& ſeruo. & l.qui in vtero. & inſtitu. de inge. §. j. & ſic econtra conceptus ex matrimonio putatiuo, ſed publicè cōtracto ante ſententiam: ſed poſt ſententiam diuortij natus, legitimus reputat̃. vt j̃. eo. cùm inter. ſuper hoc vide ſ̃. de clan. deſp. §.quam pœnam. ſuper verbo; commenti. ſuſcepta. & ſuper verbo, etiam in conſpectu eccleſiæ. Alij tñ hoc largius intelligunt, dicentes, ꝙ etiam nati ante approbationē, legitimi cenſentur poſt approbationem. & facit pro eis fauor prolis. & ſ̃.de clan.deſp. c.ij.j̃.e. tanta. ſed contra eos eſt odium parentum.ar.ſ̃.de fi.præsby.literas. & mens & verba concilij generalis. ſ̃. de clan. deſpon. cum inhibitio. §. ſi quis verò. & ſequ. & iſto addito temperamento, quod dixi, nec obſt. decre. à nobis. quia iam reſponſum eſt. nec decreta. tanta, quia loquitur in filijs ſuſceptis ex cōcubina. Sed quæ poterit ratio reddi, ꝙ filij ſuſcepti & nati in concubinatu legitimentur per conſequens matrimonium: ſuſcepti verò & nati in matrimonio clandeſtino, illegitimi cenſeantur: cū vtens matrimonio caſtè viuat. xxxj diſt. Nicena. Alius verò luxuriosè & ſic plus videtur habere luxúria caſtitatis, contra l. in authen. de reſti. & ea quæ parit in xj. menſe. §. vnum ſi quidem. col.iiij. reſpondeo: Hoc facit conſtitutio eccleſiæ, & diuerſa cōſideratio. prima enim non conſiderat peccatum, vel odium parentū, ſed fauorem prolis tm̃: ideòque eſt tantum fauorabilis dilatanda. ſecūda verò conſiderat peccatum & odium parentum, non fauorem prolis & ideo reſtringenda eſt, & ſtrictè interpretanda. prima ēt à iure ciuili iuuatur. ff. de concu. l.j. & licet vterque peccent mortaliter, tñ magis ſcandalizatur, & magis contemni vr̃ eccleſia in caſu vltimo, q̃ in primo. & ideo delinquentes diſtrictius vult punire. puniuntur autem magis parentes in filios, quàm etiam in ſeipſos. ff. ꝙ met cau. iſti quidem & ideo etiam in filios punit ipſos. vñ hoc dr̃ eſſe parentum ſupplicium: in auth. quibus modis.na.effi.le.§.fi. collat. vij. ad hoc j̃.eo. per venerabilem.§. videbatur. ver. Ipſe quoque. & §.fina. & adde quod not. j̃. 4 eo.§.fi. ſub.§.legitimantur, verſi. verè autem. & vèr.fi. † Hoc etiā no. ꝙ filij ſeruorum ſuſcepti ex legitimo matrimonio legitimi nō ſunt, neque quo ad ordines neque quo ad hæreditates: quia cùm pater nihil ꝓprium habeat, filius ei ſuccedere non pōt: vñ etiā fillius ſacerdotis legitimus patri non ſuccedit in hæreditate ſpirituali. vt no. ſ̃.de fil. presb. Itē cōmiſſo crimine lęſæ maieſtatis mr̃imoniū nō ſoluit: & tñ filij nō ſuccedēt. C. Ad leg. Iul. ma. q̄ſqs. vj.q.j.§. verū. verſi. ſi quis. idem in crimine hæreſis. infrà de hære. vergentis. Legitimi verò & ciuiles ſunt adoptiui & hi aliquando ſuccedunt, aliquando non: quòd dic vt not. ſuprà de cog.leg.§. quis ſit effectus, & ver.ſeq. Spirituales autem & legitimi ſunt filioli: & hi, quo ad ſucceſſionem, extranei reputātur. Naturales tantùm, ſcilicet nati de concubina vnica, quæ in domo & indubitato affectu coniuncta eſt. vt ff. de concu. l. j. & ij. & iij. & tali, quæ in vxorem haberi poſſet. vt C.de cōcu. l.vnica. ex teſtamento ſuccedunt. & ſi quidem pater legitimam prolē hábuit, licet naturalibus, & matri eorum vnciā relinquere: vel ſoli concubinæ ſemiunciam, non vltra. nam quod ultra relinquitur, deſcēdentibus, ſi ſuperſunt, applicatur. Quod ſi deſcendentes deficiant, ſed aſcendentes ſuperſunt, relicta legitima parte aſcendentibus, quòd reliquum fuerit, licet diſtribuere naturalibus. Sed ſi deſcendentes & aſcendentes deficiunt, licet eos inſolidum inſtituere. Ab inteſtato autem ſuccedunt naturales unà cum matre ſua uiriliter in duas uncias, non ſuperſtite prole legitima liberorū uel coniuge Sed ſi proles legitima, uel cōiunx ſuperſint, debent naturales ſaltē ali à ſucedentibus arbitrio boni uiri. Sicut aūt, & inquantū, & qñ ſuccedunt liberi naturales parentibus, ita in tantum: & tñ ſuccedunt parentes liberis, ut par pietas ſeruetur eis: & idem de naturalibus nepotibus eſt ſeruandum. ut in authent. quibus modis natur.ef.ſui.§. diſcretis uſque ad illum §. qñ uero. & C.de nat. lib. l.ult. & in authen. ibi poſita licet. Quòd autem dixi, quòd ſuperſtes cōiunx legitima excludat liberos naturales ab inteſtato, uidetur iniquum: quia agnati excludunt coniugem. ut C.unde uir & uxor. l.unica at naturales excludunt agnatos in duas uncias, non ſuperſtite, coniuge. ut ſuprà patet. ergo naturales ſaltem in duas uncias excludunt coniugem: quia ſi uinco uincentem te, multo fortius uinco te. ut ff.de diuer & tempo. præſcr. de acceſſionibus. ſed hic fallit regula illa. & eſt fortè ratio fauor & honor matrimonialis, ꝓpter quem noluit lex, quòd uiuente uxore legitima, naturales ſuccederent in memoriam matrimonij præteriti, ne mulier inde ſcandalizaretur, argum. C.re.amo. l. 2. ff. rerū amot. l.2. Item fallit regula in alio caſu, ff.ad Tertul. l.2 §. obijcitur. Itē ff. qui po in pig. haben. Claudius. Eſt etiam in mari triplex genus piſcium, murenæ, locuſtæ, purpura: quorum piſcium unus ab alio uincit: non econtra nā murena à locuſta uincitur locuſta à purpura, purpura à murena. habet ergo coniunx poteſtatem diaboli, qa naturaliter obeſt, & ſibi nihil prodeſt. Ab initio autē naturales, ſed expoſtfacto legitimi: quod contingit per ſubſequens matrimonium, & alijs modis, de quibus dicit̃ infrà eodem. §. qualiter & à quo naturales & legitimi in omnibus æquiparētur. Spurij au-

a tē, manzeres, & nothi,[a] cùm iura agnationis nō habeant, ut not. ſ̃.de conſang. & affi.§. & unde dicatur. nec patri ſuccedunt, nec alicui ex paterna linea, & ſi quidē talibus relinquatur, reſtituendum eſt ſoboli legitimę, aut fratri, aut ſorori, aut patri, aut matri ſi prædicti non extant: ſi extant, & diſſimulauerūt, uel tacuerunt intra duos menſes inuadit fiſcus res tales. & torquet amaſiam, ut ueritatē dicat de rebus ſibi uel alijs relictis. ut in authen. quibus mod: natu.effi.ſui § ult. & C de natu.lib.l.j. hęres etiā inſtitutus ſi talibus legatum tacitum conferat, quartā ſuam amittit. C.ad legem Falcid. etiam ff.de uſur. cum quidam.§. tacito. ff. de his qui. ut indi. aufert. hære. l.hæres qui. & l.in fraudem Imò etiam ſecundum d.meum, ſpurius nulli ſuccedit, ſcilicet ex inceſtuoſo coitu natus. ut C. ad Orfi. ſi qua illuſtris. ſecus de uulgo quęſitis. quia nullius iura ſanguinis retinent, & matribus ſuccedunt: multo fortius naturalis. idem intelligas de proximioribus lineæ maternæ. & econtrà, ſic intelligebat, ff. vnde cogna. hac parte. & l. ſi ſpurius, & Inſtitu. ad ſena.conſul. Orfi.§. nouiſſimo. Alij dicunt, quòd illa lex, ſi qua illuſtris. ſpecialis eſt in illuſtribus q̄bus caſtitatis obſeruātia præcipuū debitū eſt, vt ibi dicitur. tali eñ nō ſuccedit natus de inceſtuoſo coitu, ſed alijs bene ſuccedit, ſcilicet matribus inferioribus. patri verò ſiue ſuperiori, ſiue infimo nullo modo: q̄a hoc eſt paternū ſuppliciū. vt in authent. q̄bus modis natura effic.ſui.§. vltimo. colla. ſexta. ff. ſolu. matrimo. l. ſi ab hoſtibus. & ſic magis punitur in patre, quā in matre. q̄a & hoc fieri debet, vt 32.q.2. indignant̃. Vr̃ tñ, ꝙ dñs meus dicat melius: q̄a tales parentib. non ſuccedunt, vt in auth. quib. modis natura.effi.ſui.§.ult. colla.7. ſed appellatione parentum pater & mater continent̃, vt ff.de in ius vo.l.4.§ j de verbo.ſign.ſi. appellatione. & hoc eſt ꝙ indiſt. dicit de decre. j̃. eodē. per venerabilem.§. vlt. q̄a ſi tales neq; à patre, neq; à matre alendi ſunt, ut dicunt auth multo minus ſuccedūt. Et hoc intellige de natis ex inceſtuoſo coitu, per l. canone cōprobante. hoc ideo dico, quia ſm̃ canones omnis coitus prohibet̃ & damnat̃ excepto coniugali: unde fornicari omnibus omnino non licet, id eſt nemini, ſiue clerico ſiue laico aliquo modo licet. ut 88. diſtin. fornicari. & ſecundum hoc intellige 35.q.3. ca. 1. & 2. & capitulo quædam lex & quæſtione 7. capitulo unico. Verumtamen ſatis poſſet dici,

5 † quòd omnis ſpurius poſſet ſuccedere matri[b] niſi illuſtris ſit: vt b ff. de inofficioſo teſtamento. ſi ſuſpecta.§. de inofficio nam omnis filius illegitimus eſt, niſi ex iuſtis nuptijs ſuſceptus vt patet in his quæ notātur ſuprà, de matrimonijs.§.ubi. & ad idē de cōſecratio. diſtinct.4. firmiſſimè. & argumentum infra eodem. per venerabilem.

ADDITIONES.

a Spurij autem, manzeres, & nothi. ¶ Adde in quo differunt iſti inter ſe. vide gl. magiſtram in c. niſi cùm pridem. de renun.

b Omnis ſpurius poſſet ſuccedere matri. ¶ Adde glo. Inſti. de adopt. in §. pe. C. ad Orfi. gl. & Cy. in auth. ex complexū. C. de ince. nu. & Spec. tit. de ſucc. ab inte. in §. j.

venerabilē.§.vlti.in fine,vbi dicit tales priuãdos ſ'm l. hæreditate paterna.no.non dicit materna.& ideo vr̃,ꝙ in auth. quib.modis naturales efficiuntur legitimi, §.primo, hoc nomen parentũ pro patribus tm̃ ſupponat.ſed dñs meus intellexit, vt dixi:& vbi inueniebat,ꝙ ſpurius agere non poſſet,exponebat, id eſt, vulgo quæſitus,ſi auderet os ponere in cœ um: & iunge ꝙ notatur ſuprà,de ſucceſſion ab inteſtato §.ſi.ſub §.certa.& ſeq.

6 An † utrumque genus alatur.

Nati ex inceſtuoſo,coitu nequaq̃,ſ'm leges,vt notat̃ s̃.eo.§.proximo, ver. vr̃ tñ.& j̃.e.per venerabilē.§ vlti.ſed ſ'm canones benignius agitur:quia volunt, ꝙ etiam tales ſ'm facultates vtriuſque parentis alantur:vt s̃.de eo,qui duxit in matrimoniũ q̃ polluit per adulterium. cùm haberet. in fine. & eſt ratio diuerſitatis iuris ciuilis & canonici:quia ciuile habet originem ab homine,ſicut ius gentiũ. vt Inſtit de iure natura.§.i us aũt gentiũ. & ideo rigidum. ſed canonicũ à iure naturali procedit, 5.diſt § j.& ideo benignius agit: nec mirum, ſi vult, ꝙ inſpecto iure naturali homines filios ſuos alant. nam & animalia ex hoc iure fœtus pariunt & educant: vt Inſtit.de iure natu.in principio.imò ſ'm ius canon. inſtãte neceſſitate,paſce fame morientem:quia ſi non pauiſti,occidiſti. & ſic ſ'm hoc quodlibet genus ali debet.vt 86 diſtin.paſce.Tamen & ſ'm 50 diſtin. nam minores triennio magis egent ſolatio materno quàm paterno:vt ſuprà,de conuer.in ſi c.vlt.ideo ab ipſa matre ali decent. quod dic vt nota. infrà, de infan. & lang.expoſ.§. finali,qui parentes alere teneantur.& iunge quod not. s̃.de tem. or.§.& cui.ver.ſeptima regula,hoſpitalem.[a]

7 An † inter utrumque ſit matrimonium interdictũ.

Inter legitimos & naturales ſic.ꝙ dic vt not. s̃. de conſan.§.& vnde dicatur.Item inter naturales & legitimos.ꝙ dic ut not. s̃.de cog. legali.inter naturales & ſpirituales.ut not.s̃. ſpiritualis.Quid de legitimis ciuilibus.nunquid poſſunt ſimul ꝯhere? Videtur ꝙ ſic:quia hoc edictum prohibitorium eſt.vt s̃.de ſpon. cũ apud ꝯ,quia eadem ratio publicæ honeſtatis iuſtitiæ remanet inter eos.nam legitimi loco naturalium habentur, quare non poſſunt ſimul ꝯhere argu.30 q.3.ita diligere.dicas ꝙ ſuper hoc Papa conſulendus eſt,quia de nouo emergit, & ideo nouo iure indiget.ar.ff.de uen inſpi.l.j. in prin. in dubio tñ pro matrimonio iudicarem.ar.s̃.de teſti.licet ex quadã in ſi.maximè,quia tales prohibitiones modicæ ſunt rationis ut apparet in hiſq̃ no. s̃.q cleri.uel uo §.qs vouens ver.ego monacha.& ſe. Quid de expoſitis & vulgo q̃ſitis? poſſunt ꝯhere cũ quolibet: qa non deficit ius,ſed probatio:ut not s̃ de ꝯſan.§.& unde dicatur. & verſi.ſeq.

8 Qualiter † probetur filiatio [b] vtriuſq;

Et quidē maternitas legitima,& naturalis per teſtes probari pot ſcilicet, per obſtetrices,quæ interfuerunt: vt ff. de vent.inſpi.l.j. §.de inſpiciēdo & § ſeq. paternitas aũt probatur per nuptias. nã quicunq; ſemen appoſuerit,marito acquirit,qui eſt dñs ventris. Et eſt ratio,ut no.s̃.de natis ex libero ventre.§ j.verſ ſed q̃ eſt ratio.hoc eſt quod dicit lex illa:qa mater ſemper certa eſt:filius autē is eſt,quē nuptiæ demonſtrãt.ut ff de in ius uo. qa ſemper. niſi fortè maritus anniculũ inueniat,qm patet,ꝙ ſuus non eſt: ut ff. de his qui ſui uel alie.iur.ſunt.filiũ ff.de libe.& poſthu.ſi poſthumus §.ultimo.& de Car.edict.l.j §. Pomponius. ſtatur ēt in hoc caſu verbo viri & mulieris ſcilicet patris, & matris ſi ipſum filiũ nominent & appellēt,& affectũ paternum gerant erga eũ. talib. eñ præſumptionib. violentis ſtabitur prima facie, niſi ꝯ probetur.vt s̃.de p̃ſum. afferte & c.illud.& ff de adop l.ult.§ ſi uerò. maximè ſi inueniat̃ in poſſeſſione filiationis.pōt tñ probari ꝯ.& ſic ſoluitur.C.de prob.non nudis epiſtolis & de teſt.neque profeſſio.& ff.de prob.Imperatores.grande ergo præiudicium facit pro filio profeſſio patris:ut ff.de lib.agn.l.j.§ Iul.& q̃uis ab initio negauerit,ſi tñ poſteà deuictus p̃cib⁹ aliquorũ, ipſum tanq̃ filiũ tenuerit,nõ poterit poſteà denegare.ut no. s̃.de proba. per tuas. ſed ꝯ j̃.eod per tuas.imò ſimile:quia ibi ſtatur uerbo viri.& non ſolùm illi,ſed teſtibus:ideo ut proles legitima reputetur.nam & ſi qui aliquem filium nominauerint, ſtatur eorum uerbo ꝯrio: nec creditur filius in caſu,quem habes j̃.eo.tranſmiſſæ. & eſt ratio in illo caſu,quia ſi ibi ſtatur uerbo parentum ꝯrio, proles nõ cenſebitur illegitima.nam ibi fuit nutritus puer tēpore illo,quo pater putatiuus habebat uxorem legitimam, quam expulerat, & adhærebat matri putatiuæ, & ideo à vicinia, ut ibi dicit, puer ille ſpurius credebatur,qui in dubio debet legitimus cēſeri. ergo expoſitus debet legitimus reputari arg. j̃.c.lator. &c. ex tenore. & tñ non præſumitur matrimonium,niſi probetur:ut 30 q. 5.aliter. certè idem vr̃ dicendum in expoſito:quia non conſueuerunt exponi pro maiori parte,niſi illegitimi. nam parentes legitimi licet pauperes,eos nutriunt,prout poſſunt.arg.ff de legi.nã ad ea. Item legitima & ciuilis per teſtes probabit:vt ff. de proba. ab ea parte.C.de adopt l.ulti.& de emanc l.iiij. Item legitima & ſpiritualis per teſtes,ut s̃ de cog.ſpi.ueniens.&c.ult.Naturales tantũ per teſtes & famam,& recognitionem,& affectionem:ut ſuprà de proba. per tuas. C.de nup. ſi vicinus.ff.de ritu nupt.in liberæ. & de concu.in concubinatu.32.q.4.libe.Quid de ſpuria paternitate: certè uulgo conceptus non poteſt patrem oſtendere: ut ff. de ſta.ho uulgò natus.de adulterio oſtendit: ſed non licet nominare:ut ibi.& Inſt.de nupt.§.ſi aduerſus.ueruntamen & hoc probatur per famam & affectionem,& nominationem,ſiue confeſſionem illius,qui dr̃ filius,ar.j̃.de pur.c.accedens. s̃.de reſc.inter cæteras.& de filiis presby.Michael.& per totum. poteſt tñ filius ſacerdotis purgare ſe,ſi ſola infamia laboret.ut j̃.de pur.ca.accedens.In ſumma no eſt circa hanc materiã,ꝙ ad probandam filiationem prodeſt parentum profeſſio.ff.de prob. ēt matris.ff. de lib.agno.l j.§.Iul.Itē affectio.s̃.de præſum. afferte. C.de rei uxo. act.l unica.§.ſileat. & arg C.de adopt. l pen.§.ſi uerò.23.q.4.ea eſt uindicta.C.de inoff.teſt.ſi mater.ff.de ritu nup non ſolùm.ff. quod me.cauſa.iſti quidem.ff.de adult.quod in ea. ſed licet hæc pro filio præſumptionem inducant.non tñ probationem faciũt, quo ad ſucceſſionem.& ſic intellige C.de prob.nõ nudis.& aliàs leges contra.s̃.ſignatas.ſic & ſi pater filium ſuum neget præſumptio eſt ꝯ filium: ſed non conuincitur, vnde nec neganti ſtatur. ff.de libe.agnoſcendis.l.iij.ff. de inoffici teſta.ſed inſtituta.§ primo,ſecundum.Goffre.dic ut dixi ſup.e.§ per totum.

9 Qualiter, † & à quo filij illegitimi legitimentur, [c] uel ſui fiant

Et quidē legitimantur per principem temporalem,quod ad tpalia:per ſpiritualē,quod ad ſpiritualia: quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ: ut in auth.qũo opor. Epiſcop.in principio collat.1.de conſecra. diſtinc.3 :celebritatē. in fine.nõ ergo Papa debet intromittere ſe de legitimatione [d] facienda,quo ad temporalem hæreditatem: ſed debet hoc dimittere Imperatori:ut 8.diſtin quo iure.infrà eo.lator.& c.cauſam. aliàs poneret falcem in meſſem alienam.ut s̃. de electio.uenerabilem.quod non eſt faciendũ.ut 6.quæſt.3.c. 1.Sed contrà,quia Papa etiam de temporalib. ſe poteſt & debet intromittere. j̃.e. c.1.20.q.3.præſes.15.q.6.alius.24 q.1.loquitur.H.dixit,ꝙ Imperator à ſolo Deo habet poteſtatem in temporalibus,papa in ſpiritualibus,& ſic iuriſdictiones ſunt diſtinctæ: ut dicũt primæ cõcordantiæ:tamen coronam recipit à Papa, & gladium ab altari. 93.diſt.legitimos & etiam ante fuit imperium quam Apoſtolatus Ala.& T. dixerunt, quòd quamuis imperium à ſolo Deo dicatur proceſſiſſe, executionem tamē gladij temporalis accepit ab eccleſia,quare Papa maior eſt:& utroque gladio [e] uti poteſt. nam & dñs utroque gladio uſus eſt, & Moyſes, ad hoc s̃. de iu. nouit.& de maio.& obe.ſolitæ. Ego iuriſdictiones diſtinctas aſſero:& utramque à Deo proceſſiſſe:ut dicit auth. quomodo oportet epiſcopos. tamen quãto altera magis Deo appropinquatur,tãto maior eſt:ergo ſacerdotiũ maius quod probatur ex ordine ſcripturæ.d.auth.& ſic intellige, quòd non multum diſcrepant ſacerdotium & imperium: ut in auth. de aliēn.aut permu. re.ec.§.ſi minus.col 2 non multũ diſcrepant, quo ad principiũ, unde proceſſũt:ſed multũ diſcrepãt,quo ad maioritatē. inde eſt

quòd

ADDITIONES.

a Hoſpitalē. ¶ Cũ filij legitimi à parētib. ali debeãt,nõ ineptè q̃ri poterit, apud quos alēdi ſint:cui abſurdũ nõ erit alios articulos ſubnectere.qua in re ita ſcriptũ reliqt Mar.noſter,ubi s̃.Itē filius maior triēnio apud patrē, minor uerò triēnio apud matrē.C.de patr.pot.l.nec filius.arg.extra,de cõuer.infid.c.ij.ubi ad hoc in gl.filius minor.Ad reliquos articulos eoſdéque miſcellaneos tranſgrediamur. Filius igitur alienare non põt, ſi paterfamilias ꝯceſsit ei legitimam adminiſtrationē.ff.de iis,quæ in frau.cred.l.ſi poteſt.Item filius donare non poteſt,dum eſt in patria poteſtate:neque de rebus ſuis agere.ff.de don.l. filiusfamilias. Item ſi ꝯſentit alienationi factæ à patre de reb.maternis,obligatur, ſi nullũ habet tutorē,uel curatorem: ſed ſi læſus eſt,reſtituetur.C.de reſt.in inte.l.ſi curatorem. & extra eo.conſtitutus.Itē ſi filius exhæredatus approbauerit teſtm̃ patris, non poterit poſtea illud impugnare.C.de inoffi.teſt.l.parentibus. Item filius ſuccedit matri ſiue teſtatæ,ſiue inteſtatæ.C.de bon.mat.l.j. Filiorum autem appellatione nepotes & pronepotes continentur.ff.de uer.ſig.l.liberorum. Sed tñ,cũ agitur de pœna,appellatio filiorum reſtringenda eſt, & non ampllanda ad nepotes ff.de rit.nup.l.j.& 56.diſt. domino. Item filius debet eſſe in poteſtate patris,& magis quàm matris:niſi in caſu,ut Inſt.de pat.pot.§. ius autem. Filius etiã à cognatione patris cognominari debet, licet patri ſeruus ſit,& non à cognatione matris.32.q.4.liberi.Mart.

b Qualiter probet̃ filiatio. ¶ Adde gl.& Inn.in c.Michael de fil.presb. Inn. in c.quoniam contra de prob.Ioan.in c.afferte.de præſump.An.de But.in c.tranſmiſſæ.qui fil.ſint leg. Bar.in l.j.in §.j.ff.de lib.agn.

c Qualiter & à quo filij illegitimi legitimentur. ¶ Adde doct.in c.per uenerabilem.e.ti.

d Papa debet intromittere ſe de legitimatione. ¶ Adde Anton. de Roſ.& Lo.de Sardis in ſuis tract.de legitimatione.

e Et utroque gladio.¶ Adde gl.in uerbo,cœleſtis, in c.1. 22.diſt. gl.in uerb. cum ipſe,in c.nouit.de iud.Docto.in c.ſi duobus.de app. Inn. in c. licet ex ſuſcepto.de for.comp.originaliter,Lucæ 22.

quòd caput episcopi iniungitur, sed armus regis: & episcopus chrismate, rex oleo. vt scias, ꝙ episc. est vicarius capitis nostri, id est, Christi. & vt ostendatur, quanta sit dr̄ia inter authoritatē pontificis, & principis potestatem. vt s̄. de sa. vn. c. vnico. §. vnde in veteri Testamento, & præcedēti. qa quanta est dr̄ia inter Solē & Lunā, tanta est inter sacerdotē, & regalem dignitatē. vt s̄. de maio. & obe. solitę. §. præterea ad fi. Quę verba licet ꝑ doctores diuersimodè exponant: tu t̄n dic, ꝙ sicut Luna recipit claritatē à Sole, non Sol à Luna, sic regalis potestas recipit authoritatem à sacerdotali. non eꝯ: sicut etiam Sol illuminat mundū ꝑ Lunā, qñ per se non pōt, scilicet de nocte. sic sacerdotalis dignitas clarificat mūdum per regalem, qñ per se non potest, scilicet vbi agitur de vindicta sanguinis. vt no. s̄. ne cle. vel mona. §. quæ sunt permissa clericis. versi. epīs. vnde & l. secularis debet seruire canonicæ. 10. dist. lege. j̄. de priuil. c. 2 Per hoc ēt innuitur, ꝙ septies millies & sexcēties & quadragesies quater, & insuper eius medietatem est maior sacerdotalis dignitas, quā regalis. Legitur enim sic in 5. lib. Almagesti demōstrati Ptolomæi. 18. propositę: Manifestum est, ꝙ magnitudo Solis cōtinet magnitudinē terræ centies septuagesies septies, & insuper eius quartā, & octauā. In eod. Palā est, ꝙ magnitudo Solis cōtinet magnitudinē Lunę septies millies & sexcēties & quadragesies quater. & insu ꝑ eius medietatem. In eod. Itaq; magnitudo terræ continet magnitudinem Lunæ trigesies, id est, 30. vicib. & nonies. & quartam & vicesimam eius: licet & primam & tertiam conclusionem apposuerim, ideo quia aliqui ꝯrium asseruntur: t̄n patet, ꝙ per secundā conclusionem quam posui s̄. eo. ver. palam id ꝙ asserui. s̄. e. ver. per hoc ēt innuitur. Et in summa hujus maioritas comprobatur Tū ratione ordinis scripturæ, vt dixi s̄. ver. ego, Tū rōe subiecti ꝙ nobilius & maius est. ar. C. de sacrosāc. ec. sancimus. 12. di. præcipimus. & quāto quis meliorib præest, tāto magis ipse maior & honestior est. in auth. de defenso. ciui. §. nos igitur. col. 3. Tum ratione naturali. vt patet. s̄. e. ver. qui verba. & seq. Item contra, sicut & s̄. præter naturalē & humanā ratione filius Dei incarnatus & natus est, sic iurisdictio spiritualis, quā ecclesiæ relinquit ꝯ & s̄. & præter naturam iurisdictionis, trahit ad se principalē iurisdictionē tp̄alem, si id quod de iurisdictione spirituali est, in ea incidat. vt patet in his quæ not. j̄. ver. salua reuerentia. & s̄. de ord. cog. ver. sed quæ est ratio. & sic accessoriū spirituale fortius est, quā etiā temporale principale. ar. s̄. de iureiu debitores. & hæc est ratio ēt naturalis: quare de iure, etiamsi incidenter apponatur in foro seculari, nō poterit iudex secularis cognoscere. arg. s̄. de elec. venerabilem. §. pe. & s̄. de iud. nouit. § fi. ad hoc s̄. de cele. missa. cū Marthę. §. quęsisti. & de consec. eccl. ꝙ in dubijs. idem puto, si agenti obijciatur excōicatio. Idem si obijciat prælato, ꝙ nō fuit canonicè electus, vnde nō pōt agere vt prælatus. in his omnib. & similib. puto, ꝙ sit ad iudicem ecclesiasticum remittendū. arg. op. in auth. vt clerici apud proprios episc. conue. § si verò eccle. col. 6. non sic si id quod de temporali iurisdictione est, contingat incidere in foro ecclesiastico: puta crimen, ꝙ pœnam corporalem inducit. nec enim propter hoc executio siue processus iurisdictionis ecclesiasticæ suspēdetur, imò de incidenti vel connexo diffinit. infrà de don. inter vir. & uxo. & de prudentia. & c. plerunque. † Potest & illud dici, quòd causa legitimationis etiamsi incidat in foro seculari, principalis est, non accessoria. non enim hæreditas trahit ad se legitimationē, sed legitimatio hæreditatem: vnde non sequitur, Iste possidet hæreditatem, ergo legitimus filius & hæres est. vt patet j̄. eod. causam. sed bene sequitur, Legitimus filius & hæres est: ergo iustè potest possidere hæreditatem. infrà, eodem. quod nobis. ideo sicut dos accedit matrimonio. j̄. de don. inter vir. & vxo. de prudentia. & ff. de iure do. si quis. §. ibi. ff mand. Iulianus. ff. pro socio. actione. § fin. ff fami. ercisc. si filia. §. hoc amplius. & l. si maritus. Hæc iura probant, quòd ibi debet esse dos, vbi sunt onera matrimonij. sic & hæreditas legitimationi accedit in vtroq; etiā principalis causa est matrimonialis. vnde uidetur, ꝙ qui nō potest cognoscere de principali, scilicet de matrimonio non potest cognoscere de accessorio, s. hæreditate vel dote: qa cui denegatur principale, & accessorium. ff. de regulis iuris. cùm principale. infrà de sententia excōicationis. cum illorum. licet cōtrarium dicatur infrà eod. causam: 2. So. potest dici: quod Papa voluit regi deferre: sicut ibi innuit, qui ipsarum iudiciū ad se asserit pertinere. subaudi, non tamen sic est. nec ob. quod præcedit ibi: quod ad regem pertinet, nō ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare. dicas enim ꝑtinet, sicut asserit, ut sequitur: non tamen ita est. vel dic pertinet, si de ipsis agatur rei uen. quia fortè actor dicit, quòd emit eas, uel quod sunt sibi donatæ, uel quia fuit institutus hæres à domino: licet non esset filius: sed ubi petuntur ratione filiationis, & negatur legitimatio, nullo modo ad secularem pertinet iudicare: sed bene pertinet ad eum executio, & admittere legitimum, ex quo de legitimatione fuerit coram ecclesia facta fides. argument. suprà de ordin. cog. tuam. infrà eodem. referente. & c. per tuas. Hoc tamen legistæ uix concederent nobis: sed de rigore iuris & ratione naturali non dubito sic tenendum. nec enim præsumitur legitimus, nisi probetur & sicut nec præsumitur matrimonium, nisi probet, 30. q. 5. c. j. salua distin. quam habes suprà. de clandesti. desponsa. §. quam pœnam. uersicu. pari modo. super uerbo, commenti. & etiam in cōspectu ecclesiæ & uersiculo ibi seq. & est ratio, quia constat, ꝙ homines non nascuntur matrimonialiter coniuncti, sed soluti: ideo semper præsumuntur soluti, nisi contra probet, quia qui semel dominus probatur, adhuc præsumitur dominus & filius suus. C. de probat. siue possidetis. & qui semel est hæres semper hæres præsumit. ff. de mino. ait prætor. aliàs, & si fine. §. pen. in fine. & qui semel excōicatus semꝑ excōicatus præsumit nisi, ꝯprobetur. s̄. de electio. uenerabilem. §. eos igitur. uersic. fuit quoque. nec præsumitur ligatus quis, nisi probetur. infrà, de cleri. excom. mi. proposuit. §. penultimo & ultimo, quod est uerum, quantum ad sententiam excom. eccle. nam quo ad originale peccatum, quilibet ligatus nascitur, ꝙ in baptismo dimittitur s̄. de baptis. maiores. §. sed adhuc quæritur. & præcedenti. quo ad clupam tamen. nam fomes remanet. de consecrat. dist. 4. c. 2. & c. per aquam. Tum quia si per gratiam uel sordes Iudex secularis ferat sententiam, ad iudicē ecclesiasticum occasione peccati saltem quod ad pœnitentiam, recurretur. s̄. de officio ordina. c. 1. & de iudici. nouit. §. penultimo. ibi, cùm enim non humanę constitutioni. & c. non dimittetur peccatum, nisi restituatur ablatum. infrà, de usur. cum tu. §. super his. 14. quæstio. 6. cap. 1. Tum ratione confirmationis uel infirmationis. suprà de electio. uenerabilem. §. 1. & 2. quod ad superiorem tantùm ꝑtinet suprà. de electio. nihil est. & de maio. & obedien. cum inferior. & breuiter licet personæ seculares quantumcunque imperiales: quantumcunque regiæ subsint iudicibus spiritualibus, secundum omnem legem, etiam quo ad personas. infrà de pœnis & re. omnis vtriusque sexus, personæ tamen ecclesiasticæ nunquam subsunt, quo ad personas personaliter. s̄. de re. ec. nō alie. cū laicis & de consti. eccle. & patet in his quæ not. s̄. de immu. ecc §. j. & 2. licet quo ad res, aliquoties subsunt. s̄. de iur. nimis. & de iud. nouit. & patet in his quæ not. s̄. de fo. comp. sub §. liquet. ver. ego dico. & præcedē. & se. potest igitur clericus saltē patrimoniale relinquere feudum, quod à laico tenet saltē de licentia Papæ: & sic per cōsequens, omne iugū iurisdictionis laicalis à se excutere: sed laicus nullo modo potest iurisdictionem spiritualē declinare, s̄. de paro. nullus quin alicui prælato subsit personaliter: quia nec clericus hoc potest. 93. distin. nulla ratione. 9 q. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem. cùm igitur personæ clericorū nullo casu subsint iurisdictioni seculari, laici verò subsunt spirituali. & de hac maioritate qs sani capitis dubitabit. Tū authoritatibus sanctorū, dicentiū, quod quanta est differentia inter metalli plumbū, & auri fulgorē, & c. vt 96 dist. duo sunt. & c. j. cùm ad verum. ideo quāuis iurisdictiones sint distinctæ, quo ad executionē, tamē Imperator ab ecclesia Romana imperiū tenet, & potest dici officialis eius, seu vicarius ab ecclesia Romana, in personā magnifici Caroli, qui à Græcis transtulit imperiū in Germanos. & Papa ipsum confirmat, & inungit, & coronat, vel reprobat. & etiā deponit. vt patet. s̄. de elect. venerabilem. §. j. & 2. nec enim lex Imperatoris ligare pōt nisi illos, quos Romanorū lex tenet, & ecclesiæ catholicæ sanctio: qa extra nō est imperiū. vt in auth. de non alie. aut permu. re. ec. §. pen. col. 2 ergo Papa superior est. arg. s̄. de ele. innotuit. ff. de arb. nā magistratus. s̄. de maio. & obe. cū inferior. veruntamen quod ritè factū est per Imperatorē in temporalibus, nō debet infringi per Papā, nec debet se intromittere de subditis Imperatoris, nisi fortè in casibus, sicut dicitur de archiepiscopo, quo ad subditos suffraganeorū: vt not. suprà. de offi. ord § quid pertinet ad officiū suum. ver. est autē archiepiscopus, & seq. & hoc expressim comprobatur infrà eo. per venerabilem. §. rationib. ibi, verum ēt in alijs regionibus. &c. ergo vacante regno & imperio succedit Papa. vt s̄ de electio. inter vniuersas. & no. casus s̄. de fo. compe. § quibus ex causis. ver. item in curia Romana. & seq. nec mirū: quia Christus reliquit ipsum successorem. seu vicarium suum proximiorem & maiorē. vt j̄. eo. per venerabilē. §. sanè. s̄. de transla. quāto. Ergo quo ad maioritatem, vnū caput est tantùm. s. Papa. nā vnus debet tantum esse caput nostrū Dominus spiritualiū, & tēporaliū: quia ipsius est orbis, & plenitudo eius: ut s̄. de deci. tua nobis. quia omnia cōmisit Petro. suprà de ma. & obe. solitæ. & de elec. significasti. in fi. & Petrus utrumque gladium habuit. unde dixit, Ecce duo gladij hic. ideo etiam dominus dominorū nō sine causa dixit Petro, Et tibi dabo claues regni cœlorū & no. non dixit clauē, sed clauēs. s. duas, unam quę claudat & aperiat, liget & soluat, quo ad spiritualia: aliam qua utatur, quo ad tēporalia. licet hoc uerbū multis alijs modis exponatur, ut no. j̄. de pœ. sub rub. de remissionib. §. 1. ad hoc j̄. eo. per uenerabilē. §. rationib. 40. dist. c. j. 21. di. in nouo. 20. di. §. j. cùm

j. cùm enim vnũ corpus simus in Christo, pro monstro esset, ꝙ duo capita haberemus. vt suprà. de of. ord quoniã. hoc etiã expressim innuitur 96 dist. n. Constantinus. & si dicas, Cõstantinus non potuit illa concedere, respondebo, ergo nec populus potestatẽ suã in principẽ transferre. quod tamen falsum esse cõstat. super quod vide quod no. s̃. de constit §. quis possit. versi. item populus. & seq. Sed & illud priuilegiũ quo ad maioritatẽ tactũ, respicit cum de iure ita debeat esse: vt patet ex his quæ suprà & 11 j̃. nota. Dicit tamen Vincen. Laur. & Tan. † ꝙ Papa non potest legitimare, quò ad hæreditatem temporalẽ, nisi in patrimonio beati Petri. vt infrà eo per venerabilem. in fin. respon. j. Io dicit, quòd hoc verum est directè: sed indirectè hoc potest, siue per ꝯsequentiã: quia eo ipso ꝙ aliquẽ legitimat, quo ad spirituales actus, videtur p ꝯsequens legitimatus, quo ad temporales. nã si maiora conceduntur, ergo & minora: vt j̃. eod. per venerabilem. resp. j. de deci. ex parte 3. sic & aliàs admittitur indirectè p consequentiam, quod directè denegatur ff. de autho. tut l. j. & 2. q. 3. itẽ serui. resp. C de temp. in integ. resti. petendæ. in fin & ff. de pœnis. mortis. circa prin. C. si aduer. transf. l. j. sed illud certũ est ꝙ Imperator legitimare potest, quo ad temporalia, non quo ad spiritualia. arg. 101. dist. puenit. s̃. de deci. tua. & j̃. Salua reuerentia aiorũ, mihi videtur, dominũ Papam habere potestatem legitimandi, quo ad spiritualia, & temporalia, & ipsum solũ, vt innuitur. j̃. e. per venerabilẽ. resp. j. ibi præsertim, &c cùm enim causa matrimonialis spiritualiter pertineat ad ecclesiã, adeò ꝙ secularis Iudex de ipsa cognoscere non potest, etiãsi inciderit, nec de legitima filiatione. vt j̃. eo. lator. & c causam, 2. & suprà de ordin. cog. tuã. & patet in his quæ not. infra de hæret. § qualiter deuitetur. vers. pe. & si denegatur cognitio, multo fortius dispensatio: arg. C de his qui ve. ęta. impe. l. 2. & 3. & 4. q. 6. quamuis & c. dudũ. & infra, de sent. excom. cùm illorũ. imo dicit c. ꝙ ad illum solũ pertinet institutio, ad quem spectat examinatio. 2. q. 3. §. hic colligitur, arg. ff de reg. iur. cùm principale. dicas tamen, quod Imperator legitimat. i. tanquam legitimum etiam spuriũ ad hæreditatẽ suã admittere potest: & etiam in hoc potest cum filio suo proprio, non tanquam cum filio, sed tanquã subdito dispensare. vt argu. infrà eo. per venerabilem § .in fin. & ff. de adopt. si consul: & ff. de offic. procon l. 2 arg. ff. ad munia cip. Imperatores. Sed Papa verè legitimat, [a] & illegitimat cùm enim secundum leges filij duorum fratrum ritè contrahant: vt Instit. de nupt. § item duorum. & C. de nup in celebrandis. & etiam secundum legem diuinam, quam Iudæi seruant suprà de consang. de infidelibus. Papa huiusmodi matrimonium illegitimum fecit: & sic filij suscepti ex tali matrimonio hodie, & secundum legem, & secundum canon. illegitimi censentur, & ab hæreditate repelluntur: vt suprà, de consang. non debet & not. in summa §. & vnde dicatur multæ enim personæ prohibentur l. cano contrahere, quæ lege diuina non prohibent. vt suprà de restitu. spol. literas. §. opinioni nã secundum legem diuinam hæ tãtùm personæ prohibentur, scilicet mater, nouerca, soror, neptis, amita, matertera, vxor patrui, & vxor fratris, filia & priuigna. 30. q. 3 pictatium, 8. q 1. ol m 35. q. 1, §. 1. & capit. 1. & adde quod nota. s. de rescriptis §. quas vires. versi. aut de factis & versi item Apostolus. Si verò illegitimos fecit, quanto magis poterit legitimare; nam & secundũ l filij suscepti ex matrimonio contracto inter senatorem. & libertam, illegitimi sunt. idem inter pupillam & tutorem, vel libertum suum idem inter Iudicem & subiectam, cum qua contraxit tempore regiminis vt ff. de rit. nup. si quis in senatorio. & l. tutor. & se. & l. si quis in aliquo. & multa alia exempla poni possent: quæ omnia per ius canonicum sunt hodie exsufflata. Sed hoc intelligas in filijs susceptis ex matrimonio, in quo dispensare potest. s. quando impedimentum à iure canonico inductum est: vt patet infrà eo cap. vl., vbi Papa censet legitimos fore filios infideliũ, ad fidem conuersorum, quamuis in secũdo vel in tertio gradu contraxerint: vt s̃. de consan. non debet. vbi restringit inhibitionẽ: vnde sunt legitimi, qui olim illegitimi censebantur ad idem 35. q. 3. quæ12 dam lex. & c quod scripsi. s̃. de consangui. quia circa. † Nũquid ergo cum adulterino filio dispensare poterit, vel cum illo qui susceptus est ex matrimonio in primo vel secũdo gradu, in descendenti linea contracto, quia nec in principali posset: ut suprà de transact. capitulo vltimo. non enim potest ponere os in cœlum: sed cùm filio sacerdotis posset. quia talis constitutione canonica prohibetur matrimonium contrahere. & sic intellige infrà eo. per venerabilem. responso primo. & expone adulterinis i. sacerdotalib. vt 56 distinct. Cenomanensem. suprà de filijs presbyt. cap. pen. & ult. secus in spurijs & manzeribus: quia tales legitimari non possunt. ut infra capitu per uenerabilem. §. ultimo. Dic tamen, quòd etiam cum talibus dispensare potest, & sic legitimare. i. ipsos, ac si legitimi essent, ad honores suos spirituales admittere. sicut dixi supra de imperatore. Quamuis aũt hoc facere possint principes, non tñ conuenit eis, ꝙ priuilegium hoc concedant in prędiudicium illorum, ad quos hæręditas deuoluenda esset, si dispensatio non fieret. argu. C. de eman. nec auus. s̃. de offi. deleg. super eo. & de stat. mona. in singulis. §. porrò. Quamuis ergo Imperator sit dominus [b] omnium temporaliũ C. de quadri præscript. bene à Zenone. & ff. ad l. Rhod. de iac. de precario. non tamen debet priuilegium concedere in præiudicium alterius. ut in d. l C. de emanc. l. nec auus. Potest tamen dispensare, seu legitimare, [c] si uult idem Papa, quo ad ecclesiastica & secularia: ubi habet temporalem iurisdictionem, & in alijs casibus: ut suprà dixi. & argu. 9. q. 3. cum cuncta. &c. per principalem. suprà de appella. si duobus. quod intelligas sic: ne fiat præiudicium illi, ad quẽ iam deuoluta est hæreditas. uerùm eo, qui ius habet, consentiente, proderit legitimatio, quo ad omnia. ar. C. de pact. l. fi. aliàs non proderit: nisi quo ad spiritualia [d] & honores seculares, & actus legitimos, & in quibus non uertitur priuatum interesse: secus, si adhuc non est deuoluta hæreditas, sed deuoluenda: ut suprà de consang. quia circa. 35. q. 8. de gradibus. ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. Per spiritualem ergo legitimationem neuter principum debet præiudicare, ut ius acquisitum auferat: sed uterque impedire potest, ne acquiratur. arg. C. de iure delib sancimus. §. sed si legata13 rij. & de condit. l. ultima prope fin. † Imperator autem potest auferre [e] etiam acquisitum ius. sed forte non sine peccato, nisi ex magna causa fieret: uel nisi donandi animum habeat, ſm ea quæ not. suprà de præscript. sub rubricella, de præscription. rerum immo. §. qui exigantur. sub §. uerum. uersicu. sed nunquid maius peccatum. sed Papa non potest nisi casualiter. licet per generalem constitutionem solus Papa legitimet, & illegitimet: & sic generaliter potestas solius Papæ est specialis, quo ad secularia, in quibus uertitur priuatũ interesse solius Imperatoris. nisi in casu: sed quo ad ecclesiastica. solius Papę. cõis aũt est utrisque, quo ad secularia, in quib. non præiudicat alicui: hoc saluo, ꝙ per Papã verè legitimatur aliqñ: sed per Imperatorẽ nunq̃, licet aliquis per ipsum tanq̃ legitimus admittat. Quicquid alias scriptũ inueniatur, hoc puto ius strictũ, & rationẽ. unde qđ sequit j̃. de modis legi. impropriè ponitur legitimatio. quare sem p exponendũ est, uel saltẽ intelligendũ, legitimãtur, id est, tanq̃ legitimi admittunt. In his ergo dedignant sacræ leges canones imitari ut no. s̃. in pœmio. §. unde habuit originẽ uer. est ergo hæc nostra sciẽtia. Quid si Imperator faceret legẽ, uel indulgeret rescriptũ ꝙ spurius succederet, nõ ob. legibus prædictis? Respõdeo, fortè ualeret: quia prædecessores nõ potuerũt sibi legẽ imponere: ut s̃. de ele. innotuit. C. de legib. digna. ff. de arbit. nã magistratus. Ipse est mũdi dñs, & omnes nationes sub eo sunt, & omnia dare põt ex certa sciẽtia ut ff. ad leg. Rhod. de iac. domine Imperator. aliàs incipit, de precatio. & C. de iud Iudæi. & de quadri. præscri. bene à Zenone 8. q 1. in apibus. 9. q. 1. §. hoc si qs. uer. uolumus. 63. dist. Adrianus. 33. q. 8 conuenior. 8. di quo iure ff. ne qd in loc. pub. l. 1. §. meritò & §. si qs a principe. contrariũ teneas: quamuis enim possit illegitimos ad hęreditatẽ suam admittere, tanq̃ legitimos, sicut præmisi: tñ non põt super hoc generalẽ legẽ ꝯdere: quia multi sunt qui non curarent unde filios haberent, ex quo scirent, ꝙ sibi succederent: & sic talis. l esset cã multorum mortalium peccatorum. ergo abolenda esset. s̃. de præscri. c. fi. j̃. de pœn. cùm infirmitas. gratiam tamen põt facere per rescriptum. ut dixi. & iunge quod nota. j̃. de dona. inter uir. & uxor. sub rubrica, de dotibus promitt. §. 1. uers. sin autem pa14 ctum collatum sit. Illud solet quæri, utrum is, quem Papa simpliciter & in forma communi legitimat, uideatur legitimatus, quo ad dignitates. & dicit Goff. quòd non. Item quid si quo ad dignitates legitimat, nunquid potest in Episcopũ promoueri? dicit Gof. quòd non. sed ad personatus, & alias dignitates minores tantum habet hæc indulgentia extendi ut s̃. de concess. præbend. & eccle. non uacan. dilectus. nam citra episcopatum sunt aliquæ dignitates s̃. de filijs presbyt. nimis ad quas restringenda est hæc indulgentia. quia odiosa. ff. de libe. & posthu. cùm quidam. s̃. de consang. quod dilectio. & s̃. de transl. licet. sed Gof. in solutione huius quæstionis consentio. Sed ubi simpliciter & indefinitè

ADDITIONES

a Papa verè legitimat. ¶ Adde docto. in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. & ibi per Zoch. & Car. Ale. in suis repetitionibus.

b Imperator sit dominus. ¶ Adde glo. in c. Adrianus. el 2. 63. dist. Cy. Bar. Bal. & Sal. in l. cunctos populos, C. de sum. tri. Bal. in l. j. C. de sum. tri.

c Seu legitimare. ¶ Adde doct. in c. per venerabilem. eo. tit. & per Ange. de Ros. & Io. de Sard. in tract. suis de legitimatione.

d Nisi quo ad spiritualia. ¶ Adde gl. in c. lege imperatorum. & ibi domi. x. dist. Abb. in c. venerabilem. qui fil. sint leg. Bar. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt.

e Imperator autẽ potest auferre. ¶ Adde Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. Pau. de Cast. in l. Gallus. & §. quid si tantum. ff. de lib. & posth.

definitè legitimat, ſicut in prox. ſuperiori q. quæſitum eſt, contrarium poteſt dici: quia perinde eſt, ac ſi ab initio fuiſſet natus de legitimo matrimonio. hoc enim facit.l.mortua.j. eod.tanta. multo fortius & viua.ff.de cōſti.prin.l. beneficia. ſicut enim ſimpliciter reſtitutus ad omnia reſtituitur: C.de ſenten.paſſis.l.j. ſic ſimpliciter legitimatus ad omnia legitimatus intelligi debet: ar. 19.diſt ſi Romanorum.j.de priuil.quia circa. ff.de offi. præfect. vrb.l.j.reſpon.i.nec mireris, ſi magis operetur, & plenius intelligatur ſimpliciter & generaliter legitimatio, quàm certa: quia & aliàs contingit. s. de do.paſtoralis.hoc quo ad impedimenta canonica: ſecus, de alijs, vt patet ex his quæ no. s.e. ver.ego. & probatur j.e.tanta.& vide quod no.s.de fi.presby.§.quis poſſit. ver. quid ſi diſpenſetur cum aliquo.& ſeq.

Legitimantur autem filij naturales, id eſt, tanquam legitimi admittuntur, ſi pater inter viuos offerat filiū ſeruitio ciuitatis, ex qua oriundus eſt: de ſeniore vel noua Roma, id eſt Conſtantinopolitana, & offerat eos curiæ ciuitatis, cuiuſcunque Metropol. vel ſi pater filiā ſuā copulauerit officiali curiæ alicuius dictarū ciuitatum: vt C.de natu.lib.l.iij.& Inſtit.de nup.§ pen. & poteſt eos inſtituere hæredes inſolidū, vel pro parte, ſi non ſuperſunt alij naturales & legitimi: tunc enim æqua lance eos inſtituet, id eſt, non minus relinquet legitimo, quàm tali legitimato, vt in auth. qui. mo.nat.eff.ſui.§.& quoniam.hoc autem intelligas, qn̄ naturales ex libera ſunt ſuſcepti. nam ſi ex ancilla, quāuis manumittantur, non tamen offerantur, ſi legitimi ſuperſunt: vt in auth. quibus mod.nat.effi.ſui.§.ſi quis igitur.ver.& iſte modus. Quod autem dictum eſt de filio oblato curiæ, idē obſerua de filia naturali matrimonialiter copulata curiali ciuitatis: de qua, vel de cuius vico ipſe eſt oriundus, vel ciuitatis Metropol.curiali, ſi oriūdus ſit alterutra legalium ciuitatū. Quid enim intereſt, vtrū per filias vel generos ꝯſulatur cōmoditatibus ciuitatum, & vtrum lex nouos faciat curiales, an foueat quos inuenit. vt C.de na.li.l.iij. Eſt tamē neceſſarium, vt oblationi factæ, vel copulationi filij & filiæ conſentiant, ne inuiti tranſeant in poteſtatem: & ſi quidā ꝯſenſerūt, quidam renuunt, conſentientes tantùm admittuntur, ut in authen. quibus modis natu.efficiun.ſui.§.generaliter. ſed ſi filij, qui non conſenſerunt, reperiātur poſſeſſores paternarū opum, licet eas alienauerint, omnimodo ad condi. in qua pater eos eſſe voluit, amplificatis opibus inuiti coguntur accedere. vt C.de natu.liberis.l.iij.§.hoc huiuſmodi. Item ſi filij ſemetipſos offerāt, idē eſt, ac ſi per parentes, niſi legitima proles ſupereſſet. in auth. quibus modis natu.effi.ſui.§.& iſte modus. ſed tamē pater ipſos offerre potuiſſet, vt dictum eſt. Item filij per oblationem legitimati ſuccedunt patri ab inteſtato, non tamen alijs cognatis ex parte patris, nec ipſi ſibi. vt in auth. quibus modis natur.efficiun. ſui.§. filium vero per huius cauſam. Verè autem legitimantur naturales, qn̄ pater cum matre eorum ꝯhit. & licet in hoc caſu lex ſcripturam exigat: vt Inſt.de nupt.§.vl.& C.de nat.lib.l. cùm quis.& l.nup.& licet diſtinguat ſimiliter, vtrum ꝯcubina ſerua fuerit, uel libera: quia ſi ſerua, & manumittantur, non efficiuntur legitimi, niſi nati poſt matrimonium: ſi tn̄ non extāt legitimi, ex alia vxore ſuſcepti. vt in anth.de trien.& ſemiſ.§.vltimo.col.2.nos tn̄ indiſtinctè dicimus, ēt priores legitimari. vt j.eo.c.1.& c. tanta. in principio.& in auth. vt liberti de cætero.§.ſi quis autem. colla.6. nam idem dico, ēt ſi ſerua ſit. quamuis enim filij ex ancilla ſuſcepti non ſint legitimi, quo ad ſucceſſionem, uel alios actus ciuiles: tamen ſunt legitimi, id eſt, de legitimo coitu nati. quia inter tales eſt matrimonium, ſecundum nos. vt no. s. de coniu. ſeruo. veruntamen ſi uiuente uxore legitima, ſuſceperim prolem de aliqua muliere, quamuis poſt mortem legitimè poſſim cum adultera contrahere, cui nec fidem dedi, nec de facto cum ea ꝯtraxi: nec ego, nec ipſa machinati ſumus in prioris mortem, ſecundū ea quæ no. s. de eo qui dux.in matri.quam pol.per adult. tamen proles ex adulterio ſuſcepta legitima effici non poteſt. inf. eod. tanta.in fi. Legitimantur etiam filij naturales ſine oblatione, deficiente prole legitima, ſi pater principi preces offerat, vt ſint ſibi legitimi ſucceſſores, etiam ſine matrimonio, & mulier concubina iam defuncta ſit, vel occultetur, uel aliàs venire prohibeatur, vel matrimonium quoquo modo impediatur, puta ſacerdotio: dum tn̄ princeps preces admiſerit. in auth.quib. modis nat. effic. ſui.§.illud tamen. idem ſi pater in teſtamento ſuo dixerit filios ſibi velle ſuccedere, ſi tamen filij poſt mortē eius ſupplicauerint principi, & oſtenderint teſtamentum: tunc enim principis & legis dono hæredes erunt, dummodo patris voluntatem amplectātur: vt in prędicto titulo, §.ſi uerò is qui ſolummodo. Itē etiamſi pater non ſupplicauerit, nec filius, nec in teſtamento volūtatem ſuam declarauerit, dum tamen in teſtamento publicè vel manu propria ſcripto habenti ſubſcriptionem trium teſtiū fide dignorum, ſiue ſub geſtis monumentorum dixerit hos filios ſuos eſſe, nec adiecerit, naturales: & ſi plures ſunt filij, & alteri tātum hoc præbuerit teſtimonium, ſufficit alijs ex eadem matre natis. ut in auth. ut li.mat.& auiæ.§.ad hoc.col.8. & hoc intelligas, ſi legitimus non ſupereſt, & qn̄ mater talis eſt, quæ poteſt haberi in vxorem, & quæ tenetur in domo propria. vt in eodem §.& §. ſi verò non hæres.& poteſt eſſe concubina liberta propria, & extranea & ingenua, etiamſi corporis quæſtum faciat. & quæ in obſcuro loco eſt nata. nam ſi ſit honeſta materfamiliàs, cogitur eā habere in vxorem, aliàs l.Iul.de ſtupro tenetur. & quia concubinatus per l.nomen aſſumpſit, extra penam legis eſt, & ſola animi deſtinatio concubinam ꝯſtituit, & cuiuſcunque ætatis haberi poteſt: niſi minor ſit 12. annis. ēt in illo loco, in quo adminiſtrat. vt ff. de concub.l.j.ij.iij.iiij.& v. & C. de concub.l.j. & hoc ſm leges humanas: ſed canones concubinam habere nulli permittunt. vt no.s.eo.§.an utrumque genus ſuccedat.uerſi.ſpurij. ſed quæ poterit.nec præſumit matrimonium, niſi probetur: ut no. ſuprà de matri.§.qualiter contrahatur.& accedit quod no. infrà de adul.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSſunt, vel teſtificari. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Copulatos dimittere aliquos contra ſtatuta hominum, tutius eſt, quam legitimè coniunctos, contra domini ſtatutaria ſeparare.*

Ex quo in ſuperioribus plenè expoſuimus, qualiter & à quo matrimonium ꝯhatur, & qualiter impediat, bene eſt, ꝙ videamus qualiter diſſoluatur: ſed quia diuortium fieri non debet regulariter, niſi libello accuſationis oblato, & intentione quę ibi continetur, plenè probata: quia tutius eſt aliquos ꝯ ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm legitimè cōiunctos contra ſtatuta domini ſeparare. vt s.de teſti.licet. 2. in fin. ante tractatū de diuortijs, de accuſa. & de teſtifi. videamus: & ſic apponamus rubricā, qui matrimoniū accuſare poſſunt, uel teſtificari. Sed & 1 quia qn̄que agitur ad matrimonium coniungendum, † quādoque ad diſiungendum. Et ad diſiungendum aliquando hoc modo, quòd quilibet contrahere poteſt: ut quando ſeparantur propter maleficium, uel propter conſanguinitatem. Aliquando datur alteri tm̄ licentia contrahendi, & alteri prohibetur: ut qn̄ dirimitur propter frigiditatem hominis, uel arctationē mulieris. Aliqn̄ autem neutri datur licentia, ſed agitur tm̄ ad excludendā mutuam ſeruitutem, & carnale debitū denegandum: vt in accuſatione facta ex cauſa fornicationis, ſeu adulterij. aliquando ēt cauſa religionis intrandæ: de ſingulis per ordinem uideamus.

SI MVLIER PETAT IN VIRVM ALIQVEM, vel econuerſo petitorio vel poſſeſſorio, an & qualiter ſit reſtitutio facienda. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Mulier ſi petit aliquem in virum, & contrà, an detur libellus.*
2 *Et quomodo formetur.*
3 *Libellus quomodo formetur, ſi mulier agat poſſeſſorio.*
4 *Expenſæ factæ à muliere extra domum, an ſint à marito ſoluendæ.*
5 *Induciæ deliberatoriæ dari debent porrecto libello.*

1 SI mulier † petit aliquē in virum, & ecꝯ, licet ſm conſuetudinem quarundā eccleſiarum non porrigatur libellus: tn̄ melius eſt, & tutius, quòd detur, ita ꝙ is qui impeditur, ſciat à quo, & ſuper quo, & qualiter: & ſic deliberet: quia libellus eſt de ſubſtantia iudicij ut no. s.de libel.obla.§.utrum libellus. & authen. offeratur.indi.loquitur.& arg.ad hoc 2.q.j.legum.& s.de libell. oblat. c.j. debet ergo Iudex eſſe diſcretus, qui de hac cauſa cognoſcit: ut no.s.de matrimo.contra.contra interdi. eccleſiæ.§.à quo fieri poſſit.& uer.ſeq. & cætera matrimonia diuerſis modis firmētur: ut no s.de matrimonijs.§.fi.& aliud in ſponſa de futuro: aliud in ſponſa de præſenti. ut not. s.de ſpon.duorum.§.quæ quibus præiudicet. curare debet, ut certam ſententiam ferat. ut Inſti.de act.§.curare.11.q.3.graue. † Item quia aliud eſt, ſi mulier 2 agat petitorio. ut ſi dicat: Agit Berta contra Martinum, dicens ꝙ cùm ipſe Martinus eam deſponſauerit per uerba de præſenti, ſeu ipſam laudauerit, & in eam conſenſerit tanquam in uxorem & ipſa in eum: dictus Martinus ipſam tenere renuit ut uxorem: quare petit dicta Berta eundem Martinum ſibi in maritum adiudicari, & eum compelli, ut ſibi tanquam uxori adhęreat, & ut eā maritali affectione pertractet intra lectum, & extra. ut probatur s.de ſponſa.c.j.& c.ex parte.& c. ueniens mariota. ſed & in hoc caſu aliquando procedit Iudex ex officio. ut s.de ſpon.ad id qđ. Vel ſic poteſt formari libellus: Agit Berta contra Martinum, dicens quòd cùm ſponſalibus inter eos contractis eam carnaliter

cognouerit, ipſam tenere renuit vt vxorẽ: quare petit dicta Berta, &c. vt ſ. comprobatur. ſ. de cogna. ſpiritua. c. vlt. & de ſponſ. is qui fidem. & de teſti. ex tenore. † Aliud eſt, ſi mulier agat poſſeſſorio, ſ. in hunc modum: Agit Berta contra Martinum, dicẽs quòd cum dictus Martinus cum ea matrimonium legitimè cõtraxerit, & eandem in domum ſuam traduxerit, idem Martinus ipſam Bertam propria temeritate à ſe abiecit, & quaſi poſſeſſione maritalis vinculi, ſeu ſacramenti, ſpoliauit. vnde petit ipſum virum ſibi reſtitui, & ſe in eandem quaſi poſſeſſionem reduci, in qua erat, antequam abieciſſet eandem. ad hoc j. de diuor. porrò. & ſ. de reſti. ſpo. ex conqueſtione ex tranſmiſſa. & de offic. dele. cauſam matrimonij. Eſt tamen differentia inter modos agendi. quia ſi mulier agit petitorio, poteſt maritus excipere contra ipſam de conſanguinitate, vel quouis alio iuſto impedimento. vt ſup. de cognat. ſpiritual. capit. vlt. & de ordine cognit. ca. primo. ſecus, ſi poſſeſſorio agat: quia tunc generaliter non ob. exceptione aliqua, fit reſtitutio. ſed tamen & in caſibus denegatur. quod dic vt not. ſ. de reſtit. ſpol. ſub §. in caſibus autem. verſiculo nono. & ſeq. & vide ſuper hoc ſpecialia quædam, quæ no. ſ. de matrimonio. ſub §. vt autem. Vtrum autem poſſit vxor recurrere de petitorio ad poſſeſſoriũ, dic vt no. ſ. de cauſa poſ. & propri. ſub §. his igitur. qualiter facienda ſit reſtitutio, dic vt no. ſ. de reſtitutio. ſpolia. §. quis ſit effectus. quid habeat neceſſe probare petens reſtitutionem, dic vt no. ſ. de reſti. ſpolia. §. j. ver. ergo ſpoliatus. Eſt tamen notandum, quòd ſi mulier propria voluntate exierit, non poteſt petere reſtitutionem: niſi tunc demùm, quando veniens non admittitur per maritum: vt ff. de acq. poſſ. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. & l. ſi id quod. §. vlt. & de vi, & vi ar. l. j. §. ſiue autem. & ſic vltima mora nocebit: vt ff. de peri. & com. rei ven. l. illud. † Quid ergo de expẽſis factis à muliere extra domũ? Certum eſt, quod maritus ei prouidere debet; ſecundum quod dos eſt: quia vbi dos ibi onera matrimonij. ff. de iure do. ſi is. §. ibi. & pro ſocio. l. actione. §. vlt. & fami. erc. ſi maritus. & l. ſi filia. §. hoc ampliùs. & ff. ſol. ma. l. ſi cùm dotem. §. ſin autẽ. prope fin. quinimò ſi non habet dotem, uel eam amiſit ſui culpa, imputandum eſt ei & ideo debet ei expenſas facere, cum ſit pars corporis ſui, & ſocia diuinæ & humanæ domus. vt no. ſ. de matrimonijs. §. j. & §. vlt. quare tenetur ei prouidere ſecundum facultates ſuas, & dignitatem: quia vxores coruſcant radijs maritorum. vt in auth. de cõſulib. §. ſi verò non eſt copulatus. col. 4. ar. ad hoc 23. diſt. c. Archidiaconi. & 23. q. 2. admonere. & ſ. de renuncia. ad ſupplicationem. & de ætate & qualitate. accepimus. & de præbend. cùm ſecundum. ſicut contrà videtur, quòd ſi maritus omnia bona ſua diſſipauerit, recuperat mulier dotem, de qua ambo & liberi ſuſtentantur: vt C. de iure dotium. vbi. & infrà, de donatio. inter virum & uxorem. per veſtras. quia non ad imparia iudicantur, vt infrà, de diuor. gaudemus. §. ſanè. & ff. de re iudicata. non tantum. & legibus ſequentibus. Sed in præmiſſa quæſtione non puto maritum teneri, niſi ad expenſas, quas fecit, ex quo ipſam venientem non admiſit. & iunge quòd no. infrà de accuſa. §. quis poſſit accuſare. ſub §. admittuntur. verſicul. hoc autem quod dictum eſt. in his autem omnibus adulterium obſtabit: vt infrà, de diuorti. ſignificaſti. niſi mulier poſſit replicatione adiuuari vt ibidem, & ſuprà, de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſuæ. diſcretionem. §. primo & ſecundo. & infrà, de adulte. capitulo penultimo, & vltimo. ff. ſoluto matrimonio. uiro atque uxore. Si ergo mulier propria uoluntate exiuit, non auditur petens reſtitutionem: quia ipſa ſe priuauit. vt 32. quæſtione prima de beneficio. Sed quoniam agens neceſſe habet probare intentionem ſuam: ut C. de edendo. qui accuſare. ſuprà, ut eccleſi. bene. ut noſtrum. ſcire debes, † quòd porrecto libello induciæ dari debent deliberatoriæ. ut not. ſuprà, de libel. obla. de dilationibus. & probatur iij quæſtione tertia offeratur. & capitu. de inducijs. die autem adueniente, vel etiam antequam aſſignetur, iurabit quilibet ſtare mandatis eccleſię, & de ueritate dicenda, ſicut generalis cõſuetudo ſeruatur. & probatur ſuprà, de deſpon. impu. atteſtationes. & de appella. quæſti. & de elect. dudum Greg. §. partibus. & §. tandem. & cap. cùm dilectus. §. primo & ſecundo. licet aliàs ſacramentum calumniæ in his ſpiritualibus non præſtetur: vt ſuprà, de iuramento calumniæ. literas. nam hoc iuramentum, ſcilicet de veritate dicenda. in qualibet cauſa neceſſarium puto. vt 31. quæſtio. 2. ſi uerum eſt. & ſup. de iureiuran. ex literis. & tamen reſpondendum eſt, ſecundum quod quilibet credit verum fore: nec deierat, quamuis aliter ſe habeat res. ut not. ſup. de iureiu. §. quot comites. uer. in ueritate. Goſ. tamen aliter notauit. quod dic ut not. ſ. de iuramento calumniæ §. quando. uer. unũ tamen nõ omittas. & uer. j & ſeq. Debet ergo interrogari primo agẽs, ſecundò reus, utrum ſint uera ea quæ in libello continentur: ſi uterque aſſerat, planum eſt, quòd iniungetur eis, quòd ſimul reuertantur, niſi aliud canonicum obſtat: ut ſ. de clande. deſpon. c. 2. & de conſanguini. & affi. capit. 1. & interrogabitur alteruter altero non præſente. arg. ſ. de iudi. at ſi clerici. & de dolo & contumacia. prout & infrà, de uerborum ſignificatio. fortis. circa fin. aliter non obeſſet confeſſio. ut no. ſuprà, de confeſſ. §. qualiter intelligatur. uer. præſente aduerſario. ſed quidam ſigillatim & ſecreto ſiue ſeorſum eos interrogant: & malè. ſi tamen agatur in forma iudicij, niſi fortè hoc faciat iudex cautus, ad extorquendum melius ueritatem: nec aduocatus debet reſpondere ad factum ut ſ. de iudi. paſtoralis. & ſi quis dubitauerit probabiliter, inducias impetrabit, ſecundum ea quæ notat. ſuprà, de iuramento calumniæ. §. quando præſtandum ſit. verſicul. ſed nunquid. quòd ſi maritus confiteatur contractum, ſed excipiatur de adulterio, & uxor confiteatur adulterium, habetur ei fides contra ſe. ut infrà, de diuortijs. capitul. ex literis. ſed aliud, ſi ambo coniuges confiterent impedimentum, propter quod omnino matrimonium ſeparetur. ut ſ. de eo qui cogno. conſangui. uxoris ſuæ. ſuper eo. ſed ſi maritus matrimonium negauerit, tunc incumbit probatio mulieri & per quos teſtes conueniet hoc probari, uide & dic ut nota. de teſtibus. §. quis poſſit eſſe teſtis. uerſicu. ubi autem. Quid iuris ſit, ſi deficiat in probatione: omnino ſoluitur & relinquitur mulier conſcientiæ ſuæ, & utrum cõtrahat, necne: ut ſuprà de iureiuran. mulieri. vtrum autem in hoc caſu ſit deferendum iuramentum, dic ut not. ſup. de iureiuran. ſub §. nec redeundum. §. & in quibus uerſic. quid de cauſa monachationis. & hoc ſcias, quòd mulier ad omnia reſtituenda eſt: ita quòd gaudeat pacifica poſſeſſione & plena ſecuritate ut 3. quæſtione j. redintegrãda: ſed ſi mulier ex aliqua cauſa ueriſimili dicat ſe uirum ſuum habere ſuſpectum, cùm uir eam ſibi petat reſtitui, ad officium iudicis ſpectat, iubere cauere ſufficienti cautione, quòd in lecto & in menſa, & in omnibus tractabit eam, ſicut uir debet tractare uxorem, nec lædet in perſona uel rebus, uel aliquo modo eam dehoneſtabit: ſalua correctione maritali & honeſta. & hanc cautionem debet maritus præſtare per iuramentum. ut 32. quæſtio. 1. de benedicto. Forma iuramenti hęc eſt: dicet enim iudex marito, Ab iſta die in antea iſtam coniugem tuam, quam iniuſtè dimiſeras, ita tenebis, ſicut maritus ſuam coniugem debet habere in dilectione, & debita diſciplina: nec eam per ullum malum ingenium à te ſeparabis, nec ea uiuente, aliam accipies. ſic Deus te adiuuet & hæc ſancta Dei Euangelia: ut 35. quæſtio. ſexta. ab iſto die in antea iſtam coniu. Sed ſi mulier non confidit de iuramento uiri, quia fortè uir parum timet iuramentum, illã cautionem debet præſtare, quam magis timebit, ſcili. pignoratitiam uel fideiuſſoriam ſub pœna promiſſa. ut argu. ſ. ut lite non conteſta. quoniam frequenter. in fi. & de reſtitutione ſpoliator. ex tranſmiſſa. & c. literas. in fin. de præſumpt. literas. §. ſi & ff. mãda. ſi mãdato Titij §. ult. 23. q. 5. prodeſt. & q. 4. ea uindicta. quia ſicut ibi uidetur, illa pœna infligenda eſt, quæ magis timetur. & in his iudex ex perſonis dicta & facta penſabit. ut C. ſi quis Imperatori male dixerit. l. unica.

QVIS ADMITTATVR AD ACCVSATIOnem matrimonij. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Diuortium quando petitur propter errorem. ſoli coniuges admittuntur.*

2 *Maritus & uxor admittuntur ad accuſationem matrimonij.*

OStendimus qualiter agatur ad matrimonium coniũgendum: nunc videamus qualiter agatur ad diſiungendum, dicentes quis admittatur ad accuſandum. Sciẽdum eſt igitur, quòd ſi agatur ad matrimonij uinculum diſiungendum: Aut impedimentum perpetuum, quod proponitur non eſt peccato ſubiectum: puta de frigiditate, arctatione, uel maleficio agitur: ad hoc ſoli coniuges admitti debent; cùm nec aliorum interſit de hoc agere. unde & intuit extranei, poſſunt ſimul morari. ut ſup. de frigi. conſultationi. dummodo caſtè uiuant. 33. quæſtio. quinta. quòd Deo pa. alias de adulterio accuſari poſſent. ſ. de officio ordinat. cap. primo. † Item ubi propter errorem petitur diuortium. ſoli coniuges admittuntur. ar. ſ. de coniug. ſeruo. propoſuit. Item quando agitur ad thori ſeparationem ut no. j. de diuorti. §. quot modis. uer. primo. Aut tale eſt impedimentum, quòd peccato ſubiacet: puta agitur de cõſanguini. uel affinita. ubi quilibet admittendus eſt: & ſic actio uel accuſatio iſta popularis uidetur: ut ſ. de cogna. ſpiri. tua nos. quia huiuſmodi cõiunctiones nefariæ ſunt, & coitum inceſtuoſum inducunt: ut apparet in his quæ no. ſ. de eo qui cogno. conſangui. uxoris ſuæ. Veruntamen decretum dicit, quòd extranei repelluntur, dum aliquis de conſanguinitate ſupereſt: tales enim, ſ. prox puta pater, mater, ſoror, frater, patruus, matertera, & tota eorum procreatio cæteris præferuntur: ut plenè probantur hæc omnia 35. q. ſexta. conſanguineos. ſ. de ſenten. & re iudica. tenor. & hoc intelligas tam de accuſatione

cuſatione quàm teſtificatione. & ratio eſt, quia teſtes qui melius veritatem ſciunt, ſunt aliis præferendi. vt ff. de teſt. Domitius. & tales plus laborant in ſcienda genealogia ſua, tum chartis tū recitatione maiorum: ut j. eo uidetur. C. de in integ. reſtit. minor. de tute a. & de libe. cauſa. ſi filium. ad idem ff. de adulte. l. j §. fin. & l. ſi maritus & C. de adulter l. quamuis. Tamen in multis locis nō obſeruatur, & malè, dum tamen propinqui ſuperſint honeſti & antiqui, & bonæ famæ: quia ſi ita non eſt, ſunt extranei ſine ſuſpicione. ſed ſi tales deficerent, tunc etiam vicinos bonæ famæ admitterem. & ſic intellige ſuprà, de cog. ſpirit. tua nos. argumen. ſuprà, de frig. laudabilem. & capitul. fina. quod intelligo, niſi fama creſceret. tunc enim etiam extraneum admitterem. argu. in his quæ not. j. eodem. ſub rubricella. quæ exceptiones. verſiculo, ſed nunquid is. & ſequen. & ff. de accuſatio. §. quis poſſit accuſare. & de denuncia. §. quis poſſit denunciare. & de inqui. §. quando procedatur. & ſuprà, de cog. ſpir. §. quis ſit effectus. ver. effectus verò tertiæ. & verſi. alij dicunt. & ſequent. 2 † Item maritus & vxor admittuntur ad accuſationem. argument. infra de diuort. porrò. & capitul. ſignificaſti. & infrà de ſent. excommunica. inquiſitioni. & ſecundum hoc intellige ſuprà, de conſang. ca. & non debet. in fine. vbi habes, quòd nullo tempore obſtante, accuſator auditur.

LIBELLVS ACCVSATIONIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Libellus accuſationis quomodo formetur.*
2 *Matrimonium impropriè dicitur accuſari.*

1 EGo Petrus † conſanguineus Gulielmi in tali gradu, accuſo matrimonium, prouoco ad diuortium, quatenus de facto conſiſtit inter ipſum Gulielmum, & Margaritam vxorem ſuam, & peto pronūciari matrimonium inter ipſos nullum fuiſſe. & vtrique dari licentiā cū alio contrahendi. hoc illa ratione: quia prædicti G. & M. attinēt ſibi in quarto gradu cōſanguinitatis. & hoc offero me legitimè probaturum. & cōprobatur. j. c. j. & cap. inſuper. & ſuprà, de conſangui. ca. j. & capitul. non debet. & de teſti. ſeries & de proba. iurauit. & de reſtitu. ſpolia. literas. §. propterea. & ſequent. 2 Verùm illud ſcias, † quòd matrimoniū impropriè dicitur accuſari, quoniam huius accuſatio vel actio, & ſi de crimine ſit, non tamen eſt criminalis, ſed miſta inter criminalem & ciuilem: s. de procu. tuæ. ſic & querela inofficioſi teſtamenti mixta eſt. vnde plerunque uocatur querela: vt ff. de inofficioſo teſt. l. j eo quòd qui querelam, proponit, petitionem hæreditatis exercet. vt ff. de inofficio. teſta. qui de inofficioſo. & ſic ſapit naturam ciuilis actionis aliquando verò vocatur accuſatio. C. de inofficio. teſtam. eum qui. multæ & aliæ mixtæ ſunt: quod dic vt not. ſuprà, de procurat. §. in quibus. & ſcias quòd vbicunque de perpetuo impedimento agitur, ſiue à coniugibus, ſiue ab extraneis, petendum eſt vt pronuncietur matrimonium nullum & vt coniuncti nefariè ſeparentur. per ſcripturam autem non poteſt abſens abſentem accuſare. infrà eo. à nobis. ſecunda quæſtione vlt. per ſcripta. nec denunciare. j. de accuſa. inquiſitionis. ſecundū Goff. alij contradicunt, vbi de fœdere matrimonij agitur: cùm contumacia exigente, recipiantur teſtes contra abſentem. s. vt lite non conteſtata cap. primo & c. quoniam. §. j. & ſecundo. vel dic, quod tunc habet locum denunciatio. ar. s. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. Oblato libello, quilibet iurabit ſtare mandatis eccleſiæ, ſcilicet quilibet coniugum. nam citandi ſunt, cùm factum principaliter eos tangat. s. de reſti. ſpolia. ex literis. infrà, de accuſ. illa præpoſitorum. aliàs non valeret ſententia: ſi is ordo iudiciarius nō ſeruaretur. ſic intellige ſuprà qui filii ſint leg. per venerabilem §. primo. ſed ſi contumaces appareant, tunc non vſquequaq; ſeruatur ordo iudiciarius. quod dic vt not. s. ut lite non conteſt. §. item vbi agitur de matrimonio. & citationes ſcribi debent, & taliter fieri, quòd probari poſſint. ar. infrà, de ſenten. excommu. ſacro. quod dic vt no. s. de dolo & contuma. §. qualiter comprehendatur. verſ. dico: non eſſe credendum. & de prob. §. quid debet probari. ſuper verbo, ſunt in ſcriptis redigenda & ſi hi, quos negocium principaliter tangit, defendere nolunt: puto quòd accuſatio publicanda ſit in eccleſia & ſi quis affinis vel cognatus velit defendere matrimoniū audietur. & demùm his deficientib. quilibet extraneus admittetur. ſicut dixi in accuſatione. s. §. oſtendimus. ar. ff. ex quibus cauſis in poſ. eatur. hoc autem. & de damno infecto l. iiij. §. prætor. & ex quib. cau. ma. in integr. reſti. ergo. quinimò etiā minoris con iu. puto defenſorem audiendum. ar. ff. de liberali cau. l. prima. ij. & iij. & de app. non tantum. & hoc peroptimè cōprobatur s. qui filij ſint legi. per latum. & j. c. primò. Si ergo aliquis apparet defenſor, audietur, & poterit repellere accuſatorem ante litem cōteſta. ſuprà: de deſpon. impube. ad diſſoluendum, ſed lite conteſtata minimè, cum hæc exceptio dilatoria ſit. ſuprà, de ſentent. & re iu. inter monaſterium. ſi nullus defenſor apparet, iudex de plano inquiret. & ſi coram eo probetur impedimentum, inter coniuges ſententiam diuortij feret adhibita grauitate, quæ adhiberi debet circa tantam ſententiam, quinimò & hoc facere poteſt nullo accuſatore comparente, nimia infamia orta. ſed ſemper citandi ſunt quos res tangit: & publicandum eſt, an aliquis velit accuſare, vel defendere. ſic intellige infrà, de diuortiis porrò. in fine. & de accuſa. qualiter. ij §. debet. & ea quæ no s. de clandeſt. deſponſo §. quot modis. ver. quarto. ſuper verbo illo, commenti inueſtigent. & ſequent. s. de proba. ſicut conſuetudo. & c. ad noſtram.

QVAE EXCEPTIONES COMPETANT contra Accuſatorem matrimonij. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Matrimonia legitimè contracta etiam obtentu patriæ poteſtatis, non debēt dirimi.*
2 *Repulſus ab accuſatione, an ſit repellendus à denunciatione.*
3 *Epiſcopus ex officio ſuo debet inquirere ſi infamia orta ſit.*
4 *Iudex quando ex officio procedit, actore apparente, & nullo defenſore comparente, quid agere debeat.*

DIctum eſt quis accuſator admittatur. dicamus q̄bus exceptionibus repellatur. Primò poteſt obiici, quòd extraneus eſt: vnde non eſt admittendus, aliquo de parentela bonæ famæ ſuperſtite. vt dixi s. §. oſtendimus. Secundò, quòd eſt excōmunicatus. vt s. de except. exceptionē. Tertiò, quòd non eſt matrimonium, neque ſponſa ia, ætate impediente. & ideo quod non eſt, accuſari non poteſt: vt s. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. Quartò, quia non proſequitur publicè accuſationem ſuam: ſed clàm porrigit libellum ſuum. vnde non eſt audiendus, cùm iurare noluit, nec uoce propria aliquid depromat; vt j. e. à nobis. j. de accuſa. inquiſitionis. ver. nec ad petitionem. & ij. q. ultima. præſcripta Quintò, quia accuſat gratia turpis queſtus: puta vult extorquere pecuniam à marito, qui vxoris vehemens amator exiſtit, vnde & in hoc caſu mater repellitur: vt j. c. ſignificāte 2. quę. 1. prohibetur. C. de inoffi. teſt. filia. & de inſtitu. & ſubſtitu. reprehendenda. & de condit. inſtitu. cùm teſtatore. 1 † Nec enim matrimonia legitimè contracta etiam obtentu patriæ poteſtatis dirimi oportet. vt ff. de liberis exhi. l. prima in fi. & l. ſeq. & ar. s de ſponſa. non eſt vobis. Item quia malo zelo mouetur generaliter: quia habet odio alterū ipſorum coniugum: vel ex aliqua iuſta cauſa & probabili eſt ſuſpectus: ut j de acc. cùm P. Māconella. c. dilectus vel quia eſt periurus, vel aliàs infamis: vt j. de accu. cùm oporteat. s. de ſpon. cùm in tua. Item quia ſciuit quando matrimoniū cōtractū fuit, & ſciebat impedimentū, & tacuit: etiāſi clādeſtinū erat, nā ex quo certus erat, nō debuit certiorari. s. de ele. cùm inter uniuerſas. & ff. de actio. empt. & uenditi. l. prima in fi. Vel quia nihil oppoſuit intra tēpus in eccleſia aſſignatū qn̄ banna edebantur in eccleſia: ut s. de ſpō. cùm in tua. de clāde. deſpō. cū inhibitio. Excuſatur tn̄, ſi erat extra prouinciā ſiue diœceſim, uel quia denūciatio nō potuit ad eū peruenire, puta qa infirmus erat nimis, uel furioſus, uel impubes: uel ſi iurare uoluerit, q̄ poſtea didicit impedimentū, nec ad hoc ex malitia pcedit, quāuis hoc audierit etiā ab his, qui præſentes fuerūt, & tacuerūt: ut j. e. cùm in tua. Sed contra, quia illi, à quibus audierūt impedimētū, non admittētur: ergo nec iſti. abſurdū eſt enim, illos admittere quorū repellūtur authores. ut s. de teſt. licet. 2. & j. de hæreti. fraternitatis Solutio illud in teſte, hoc in accuſatore: ratio diuerſitatis hæc eſt: qa accuſator nō probat, ſed teſtis: quare matrimonio præiudiciū non paratur. Quid ſi tēpus lapſum eſt: ſed adhuc nō eſt matrimoniū cōtractū? dico eū ſemper audiēdū re integra, id eſt, antequā matrimoniū cōtractum ſit, ut ponis quātūcunque ſiluerit: ut s. de ſpōſa. cùm in tua. ar. s. de elect. in cauſis. § ſi. ſuprà, de cōſangui. & affini. ſuper eo. & de eo qui cogn. conſangui. uxo. ſuæ. de illo. Quid ſi ideo tacuit: quia non habebat probationes paratas, imò uidetur repellendus. arg. s. de conſan. & affi. ca. j. & ij. q. 7. plerunque. ſic nec repellitur, ſi ideo tacuit: quia uidit alium accuſantem, quem vult docere præuaricatum fuiſſe. ff. de præuarica. l. 3. contra. quia nudo uerbo potuit impedire: ut s. de ſponſa. præterea. 2. 2 † Sed nunquid is qui repellitur ab accuſatione, repellendus eſt à denunciatione? ar. s. de iureiur. quemadmodum. §. fin.

§.fi.& s̃.de despon.impube.ad dissoluendum.nam ad denunciationem canonicam quæ circa committendum peccatum attenditur, quilibet admittitur.s̃.de cogn.spirit.tua.ad quam admittitur etiam is qui accusare non potest. s̃.de iureiur. quemadmodum.ad fin.in qua etiam qualiscunque notitia sufficit xxij.quę.v.hoc videtur. & in qua turpitudo propria non obst. suprà, de sponsa.preterea.& in qua iuramentum præcedens non impedit.xiij.distin. nerui. Sed hæc in denunciatione euangelica non procedunt, secundum Gof.quod dic vt not. j̃.de accusa. sub rubricella, de denuncia.§ quis potest.ver.Goff.notauit,quòd quilibet.tu dic,quod in matrimonio, vbicunque propter suspicionem repellitur ab accusando, repelletur etiam à denunciando. vt infrà,de accu.cùm oporteat.& ca. sequen. ne per vnam viam expulsus ingrediatur ad idem per aliam, quod esse non debet. s̃. de procura.tuæ.ff. pro socio.ideoq;. ff. de condi. instit. quæ sub conditione.& vide quod no.super hoc.j̃.de accu.sub rubricella

3 de denun.§.quis potest denunciare.† Verùm Episcopus ex officio inquirere potest, si infamia orta sit, vt infrà,de diuor.porrò. sicut & facit, quando aliquis accusat, & nullus appareat defensor.vt dixi.s̃.prox.rubricella,prope fin.ar.s̃.de offi. ordin. cap.j.

4 † Iudex autem quando ex officio procedit, actore apparente, & nullo defensore comparente, debet esse cautus: nam debet attendere, vtrum coniuges diligant se adinuicem verè: & tunc cōfessio amborum præiudicium parat cum aliis adminiculis in primo gradu & secundo: vel fictè, tunc etiam nullam præsumptionem inducit, secundum ea quæ not.s̃. de eo qui cog. consangui. vxo.suæ.§.& quid iuris. ver.illud notandum, attēdere debet etiam.vtrum accusator vel testis sit notorius, excommunicatus, sacrilegus, fornicator, vsurarius: & sic ipsum ex officio suo repellet.arg.s̃.de testi.testimonium. & de exceptio. exceptionem.attendat etiam, an fama est, quòd sint consanguinei: quia & hoc adminiculum præbet.suprà.de sponsalibus.cùm in tua. 25. quę. 6.si duo.infrà.de diuor.porrò.& semper in dubio pro matrimonio iam contracto iudicet: vt suprà,de testi.l.secunda.in fin. & ff. de pœnis. absentem. Item si sententiam diuortij tulerit, debet tradere literas, quæ totum processum contineant.vt dicā infrà, de diuortiis.§.vlt. ver.debet autem iudex sentētiam. & sequen.

QVI TESTES REQVIRANTVR IN ACCVSATIONE matrimonij, & quibus exceptionibus repellantur. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Testis si non vult iurare, repellitur.*
2 *Et quomodo debeat iurare.*
3 *Denunciatio aliquando fit in scriptis, aliquando sine scriptis.*

QVia in accusatione matrimonij testes desiderantur: videamus quales debeāt esse. Et certè bonæ opinionis: & omni exceptione maiores[a]: nō domestici, nec familiares nimis, & suspecti: vt s̃.de ꝯsanguinitate & affinitate.c.j.& de testi.in literis. & c. licet. & infrà eod. insuper & breuiter, qui non potest esse accusator: de quo dixi s̃.ꝑxima rubicella, nec testis.ut j̃.de accus.cùm oporteat. Admittuntur ergo consanguinei, & etiam extraneis præferuntur: quando quæritur de consanguinitate: ut infrà eodem. videtur. quod dic ut notat.suprà sub rubricella, quis admittatur. & hoc verum est, quando quæritur, vtrum matrimonium, quod prætextu consanguinitatis accusatur, sit dirimendum, vel non, sicut dicit dicta decreta.uidetur.xxxv.quæstio.vj.capit. primo. idem est, si quæratur, an filij aliquorum possint contrahere, & cōsanguinitas opponatur.suprà de sponsal.cùm in tua. infrà, eodem. cùm in tua. Si verò agatur, utrum matrimonium sit cōtractum, tunc habeat locum distin.quæ habetur suprà,de testi.super eo. est ergo hoc speciale in matrimonio: vt parentes admittantur in testes. Sunt & multa alia specialia, quod dic, vt no.s̃.de spons. sub rubricella de matrimoniis.ad fi.sub §. vt autem.ver.est enim

1 fauorabile. & seq. † Repellitur autem testis, si noluit iurare: vt j̃.eod.à nobis.s̃.de testibus.nuper.quantuncunque religionis sit vt ibi.nec credo, quòd in hoc valeret renūciatio partium.ar. s̃. de eo qui cogno.consan.vxo. suæ.super eo.& in his quæ not. s̃. de clandesti.despon.§.quot modis.ver.quarto, super illo verbo commenti, utrum aliquod impedimentum. Secundò, tertiò, & quartò, repellitur, sicut s̃.dixi de accusatore. & qualiter inquiri debeat, dic ut no.s̃.de consan.§. vsque ad quotum gradum.uer.

2 & quia iudex. † Debet autem iurare testis, quòd veritatem pro utraque parte, nec gratia, nec amore, uel odio, vel pecunia, dicet: ut s̃.de testi.quoties.quę hic deficiunt circa testiū receptionem, & examinationem, in titul.de test.plenissime notantur. In

3 summa notandum est, †, quòd denunciatio aliquando fit in scriptis, aliquando sine scriptis: sed melius & tutius est, ut in scriptis fiat, sicut dixi suprà, de accusa.& argumentum supra, de restitu. spolia.literas.& infrà eodem. à nobis. & magis propriè dicitur matrimonium denunciari quàm accusari: cum nec inscriptio fiat, sed denuncietur, ut à peccato recedant. & potest fieri in hūc modum: Ego Petrus denuncio uobis domine Episcope, matrimonium, quod tractatur inter Martinū & Bertam, contrahi nō debere: quia sunt consanguinei, vel affines in quarto gradu. & hoc scit talis & talis. uel si iam contractū sit: dicet, Matrimoniū quod contractum est inter Martinū & Bertā de facto, non debet tolerari de iure, propter talem causam: & eā scit talis & talis. nec puto ꝙ hic sit necessaria trina denunciatio, quę exigitur, quādo aliàs denunciantur crimina, ut dicam j̃. de accusatio. sub rubricella, de denuncia.§.qs potest.uers. in utroq;. & seq.& est ratio, quia quātuncunq; admoneretur, nō posset eam dimittere propria temeritate.ut infrà, de diuor.porrò.& c.sequent. Item quidam distinguit gradus in libello.arg.de testi.series.& de consangui.tua nos.sed hoc non puto necessarium in libello, sed in testimonio tantùm. Item in his libellis plures causas puto posse adiici indistinctè, quia cùm de periculo animæ queratur, non refert ex qua causa periculum euitandum probetur.de hoc dixi s̃.de libelli obla.§.quid debeat continere.ver.T.dixit.

ADDITIO.

a Omni exceptione maiores. ¶ Adde gl.Insti.de inutil.stip. Gard.Zab.in c mulieri.de iureiur.Bar.in l.admonendi.ff.e.ti.Alex.de Im.cons.18.inci.V so processu causæ vertentis inter Antonium.in j.vol.

DE DIVORTIIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Diuortium quid sit.*
2 *Et vnde dicatur.*
3 *Et quot modis, & quibus ex causis fiat.*
4 *Libellus in actione diuortij quomodo formetur.*
5 *Separatio thori si sit facta, an adhuc remaneat matrimonium.*
6 *Ius mariti in quatuor consistit.*
7 *Maritus volens accusare vxorem suam de adulterio, an audiatur.*
8 *Paria delicta mutua compensatione abolentur.*
9 *Sententia diuortij si lata sit ex causa fornicationis ab vxore commissa, & maritus inciderit in idem crimen, nunquid cogetur vxorem recuperare.*
10 *Coniuges si fornicantur, vnus spiritualiter, alter corporaliter, nunquid fiet compensatio hinc inde.*
11 *Vir si adulteretur occultè, vxor autem manifestè, nunquid poterit vir accusare vxorem, & dimittere sine peccato.*
12 *Iudex cauere debet, ne reputet testem idoneum lenonem seu socium, vel participem eiusdem criminis.*
13 *Diuortium qualiter fieri debeat.*
14 *Iudex debet sententiam diuortij partibus tradere in scripturam publicam redactam.*

QVoniam accusatione præmissa, & facta responsione, & habita probatione, sententia diuortij ferenda est: dicamus de diuortiis. Quis possit sententiam diuortij ferre, dic ut no.s̃.de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.§. à quo fieri possit hic autem videndum, Quid sit diuortium. Et vnde dicatur, Quot modis, & ex quibus causis fiat, Qualiter fieri debeat.

1 Quid sit † diuortium.[a] Et quidem inter virum & vxorem legitimè separatio facta. Legitimè ideo dicitur, quia scriptū est: Quos Deus coniunxit, homo non separet, s. violenter, sine lege, absq; ratione.non enim homo separat quos pœna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium contra 34.q.2.quos Deus.

2 Et vnde † dicatur. Et quidem dicitur diuortium à diuersitate mentium: uel quia hi, qui matrimonium distrahunt, in diuersas partes eunt: vt ff. e.l.ij.& ff.de ver. sig.inter stuprum.§ diuortium.& l.inter diuortium.

3 Quot † modis & quibus ex causis fiat. Et quidem aliquando fit quātū ad thori separationem tantùm, quandoq; quantum ad fœdus matrimoniale dissoluendū. Quantum ad thori separationem fit quando s. vir vel mulier fornicatur. 32.q.1.dicit Dominus.& q.7.interuenientes omnes accusationes. Verùm talis adultera accusari potest, quo ad poenam legalem vel canonicam infligendam: & tunc quilibet admittitur: vt tractatur j̃.de adulte.in summa. sed quo ad diuortium separandum, non admittitur aliquis nisi maritus vt nota.suprà titul.j.sub rubricella, quis admittatur. sed is audiēdus

ADDITIO.

a Quid sit diuortium. ¶ Adde gl.in c.j.32.q. 7.l.si concubina.ff.rerū amo. Doct.in rub.de diuor.

dus est,& debet libellum porrigere continentem nomen mariti accusantis,& vxoris accusatæ & illius cum quo adulterium dicitur perpetratum,& locum, & annum, & mensem in quo perpetratum est.& sub quo consule: sed non cogitur quis diem apponere,vel horam.sed & nomẽ iudicis,corã quo accusat,apponendum est:licet nõ propriũ, saltem appellatiuum. Inde versus:

Consule,mense,die,coram prætore professus,
Te deferre reum,crimen,loca pone sodalem:
Et licet hora dies,non mensis,prætereatur.

Vt ff.de accusatio l libellorum.& 2. q.8. libellorum. non tamen debet maritus se inscribere,id est, ad pœnam talionis se obligare, ne ipso succumbente effectum voluntatis suæ consequeretur sed tamen per procuratorem potest causam agere, & uxor se defendere:quia hæc quæstio non est merè criminalis,sed mixta: tutius tamen & melius tractatur in præsentia principalium personarum:vt omnia hęc probantur s. de procu.tuæ. 2. quæst. 4 vlt.xxxiij.q.ij.admonere.† Libellus igitur potest commodè cõcipi in hunc modum: Anno Dominicæ incarnationis millesimo,trigesimo nono,Domino Grægorio nono summo Pontificatui præsidente & domino Hugone episcopo Dignen. regnante,x.Calen.Decembris,indictione xij.Ego Martinus accuso Bertam vxorem meam de adulterio, apud te domine Falco, iudex Domini Dignen Episcopi: quia dico illam commisisse adulterium in Burgo Dignen.in domo Guliel. mense Nouembri præsentis anni cum Petro Andreæ, quod offero me legitimè probaturum:ideo peto ab eius cohabitatione, & ea seruitute, qua ei sum ligatus,absolui,& dotem, ccc.libra. quam ab ea consecutus fui,cum centum libris,quæ faciunt tertiam partem quantitatis dotis,cùm ipsa Berta liberos non habeat, mihi adiudicari, & in his eam mihi condemnari Sed si Berta liberos habeat, tunc non petet nisi dotem quam percepit,sibi adiudicari. Quòd sic formãdus sit libellus,probatur in superioribus iuribus, & infrà, de dona.inter uirum & uxo plerunque. & C ad l.Iul.de adulte authẽ. si adulterio.Sed hoc notandum est,quòd si dotem petat, inscribere debet, quo ad ipsam.vt in auth vt liceat matri & auiæ.§. ga verò plurimas.collat.viij alia autem substantia sua applicatur fisco,vel monasterio,in quo retruditur. vt in auth vt nulli iudi.§. adulteram.col.ix.Sed pone vxorem filiamfami nunquid maritus adhuc lucrabitur dotem profectitiam, quæ ad patrem redire debet:vt j de dote post diuortium resti § cui datur. ver.sed & ista actio.& seq.& videtur quòd sic, quia intelligitur proprium patrimonium mulieris.ff.de mino.deniq; ad fi nec dos in bonis patris est.ff.de col.do.l.j.in fin.& l pen.nam & dos sequitur filiã siue emancipatam siue exhæredatam.vt C.de rei.vxo.act.l. vnica.§ videamus & aliàs facit filia conditionem patris deteriorem.ff.rerum amo.l.3.in fin.in ver. sed & si pater. & videtur casus l.C.ad l.Iuliam de adult.l.fi.ad fi.Sed contrà, quia non potest pater defraudari dote per filiã:ff de diuortiis.si filia.& in authẽ. de nup.§.est quoque.col.4.arg.C de pact. filius. & de rebus credi nec filius.siue per stipulationem, siue per l. redeat ad patrem. C de iure dotium.si genero & l.si dotem.& de rei vxo.act l. vnica § accedit de pactis conuentis ex morte. & ar. pro hac via. ff. solu.mat.filiæ.quia soli patri competit exercitium actionis,licet consensus filiæ exigatur.ff.solu.matrimo non solùm. Solutio si dos recasura sit ad patrem,non lucratur ipsam maritus:sed si nõ sit recasura,bene lucrabitur.ff.sol.mat.l.2.& sic intellige. C.eod. titu consensu.§.si verò causam.& sequen. secundum Iulianum. 5 †Sed nunquid & si separatio thori facta sit, adhuc remanet matrimonium:& sic non est locus petitioni dotis.ar.in his quæ no. s.de matrimoniis.§ quis sit effectus.& ideo videtur,quòd viuẽte filia nequeat pater recuperare dotem: & habes optimum simile in prælato vasallo alicuius principis. nam si prælatus committat feloniam contra dominum,amittit ecclesia feudum,quãdiu prælatus viuit:sed postea recuperat:vt in l.feudorum.de capitulis Corradi regis §.si clericus:veluti Episcopo Sicut autem maritus potest accusare vxorem,sic & vxor maritum:quia quãtum ad hoc,non ad imparia iudicantur. ut infra eodem. gaudemus.§.sanè. & xxxij. quæstione prima. si quis vxorem. & quæstione v. præcepit Dominus Christianæ. & quæstione septima. Apostolus contrà argu.xxxij quęst 7 quid in omnibus. & capi. vxor.sed ibi falsa litera. uerumtamen facilius auditur vir quàm mulier.vt in proxi capit.vir enim habet priuilegium quòd iure mariti, scilicet sine inscriptione metúque calumniæ intra 60. dies vtiles potest accusare vxorem, quod vxori denegatur. vt xxxij.quæstio.j.§.hoc in mulieribus.& l sequen.4 quæstio. 4. §. aliquando. Quòd autem mulier accuset in hac causa, quo ad pœnam canonicam,habes suprà,ut lite non contesta. c. primo. secus in pœna legali.ut not. infrà, de adulte.§.quid sit adulteri-6 um.in fin. sic intellige xxxij.quæstio.j §.hoc in mulieribus.† Ius autem mariti in quatuor consistit.Primò, quia ex sola suspicione adulterij ream facit.4 quęstio.4.§. aliquando C. de adulter. quamuis.infrà,de adulteriis maritis quod intelligas de præsumptione violenta,secundum Goffred.xxxij.quęst prima. dixit. s. de pręsumpt. literis. Secundò, quia præfertur aliis volentibus accusare,ut dicta l.quamuis & ff.de adul.si maritus. Tertiò,quia non inscribit saluo eo quod dicitur s.de proc. tuæ.nouo tamen iure cùm maritus agit ad pœnam legalem in foro seculari contra uxorem inscribere tenetur,ut in authentica. vt liceat matri & auiæ.§.causas.Quartò,quia de calumnia non punitur,nisi euidens sit C.de adulter iure mariti ff de adulter. is eius. §. vltimo. sed secundum iura canonica non videtur, quòd pęna talionis locum habeat siue criminaliter agatur.suprà,de procur. tuæ secũ-7 dum Goffre.† Generaliter ergo auditur maritus uolens accusare vxorem suam de adulterio, dicente Domino in Euangelio, quòd nullus debet dimittere vxorem, nisi causa fornicationis: ergo hac causa potest eam dimittere etiam propria authoritate.& si petat restitutionem, obstat exceptio adulterij: ut j eo. gaudemus.§ sanè & §.fin.quod dixit T.verum esse, si sit crimen notorium. vel ubi mulier hoc confitetur: ut infrà eod. significasti.& capitu.ex literis aliàs si occultum sit,non obstaret talis exceptio petenti restitutionem.ut suprà de restit.spol. Item cùm quis.secundum T. & capitu.in literis.& capit.ex conquestione. infrà eodem. porrò. respon. j.licet obstaret in petitorio.xxxvij. quæstio.2. Agathosa. secundum Ala.Alij dicũt,quòd in vtroq; obstat exceptio adulterij,quamuis occulti: dum tamen in breui possit probari argument. ff. depositi. bona fides. §.finali. & C. de compensatio l.fina.Dicas, quòd exceptio occulti adulterij, cuius probationes offeruntur paratæ, obstat petenti restitutionem,quo ad thorum.argumen.suprà,de rest.spo.literas. § propterea.nam & si intra vij.dies probari possit,notorium dicitur. vt in auth.d n.de sentent.excom. extrà cap. solet § in prima. quibus elapsis, plena fiet restitutio, nisi fuerit facta fides: & sic potest intelligi.32.quæ.2 ecclesiastica historia.Et hoc intellexit Goffre.de adulterio commisso post eiectionem non commissum antè, non obesset petenti restitutionem, ubi quis propria authoritate dimisisset uxorem,ut conuincitur infrà eo. significasti.infrà de adulte intelleximus & argum.35.quæstio. 6. multorum.xxxiij.quæstio.2 seculares,& sic secundum ipsum,non licet viro vxorem dimittere authoritate propria:etiam ob causam fornicationis ad quod facit quod no.suprà de spons.§ uiti. ad fi.sed contradicit ei xxxij.q.j dixit dominus.& per totum. ideo intellige secũdum quod no.s ab illo ver.dicas. vsq; ad uer. & hoc.secundum quem intellige omnia iura superius allegata. secundum hoc obstat mulieri restitutionem petenti adulteriũ: hæc quæstio.not.j eo.ex literis & de adulte.c.fi.sed quandoque iuuatur mulier exceptione vel replicatione: vt s. de eo qui cog. consan.vxo.suæ discretionem §.nam & si.Primus casus est,si & ipse eodem uitio laborat.nam si in casu præcedenti uir excipiat de adulterio,ipsa replicabit de eodẽ vitio: & si maritus accuset ipsa excipiet.ut xxxij.q.vij.nihil iniquius.& q.ij per totum & j. eod.significasti.& cap.ex literis & ita cùm maritus non debeat esse vxori author tollendi bonos mores,non debet ab ea exigere castitatem quam ipse non seruat:ut ff.de adul.si uxorem.§. iu-8 dex.†Imò paria delicta[a] mutua cõpensatione abolentur: ut ff. a solu.mat.uiro atq; vxore.j.de adulte.cap penult.& vlti.ff.de inoffic.testa in arenam Secundus est,si ipsemet eam prostituit. nã obstat sibi exceptio,vel replicatio lenocinij: vt s. de eo qui cogno.consan vxo.suæ.discretionem. & ff de adulte l.2 §. si publico. Tertius est, quando caret dolo; puta quia credebat virum defunctum,& ita duxit alium.nam legitimo veniente eã recuperare cogitur dũmodo ex quo habuit notitiã uitæ uiri,nõ permiserit se à secundo cognosci.ut 34.q.2. cùm per bellica. j. de secundis nup.dñs eadem ratione excusatur,si latẽter ab alio cognoscatur,quẽ credebat maritũ suum:quia marito nimis dormiente,qui in summitate cameræ iacebat, venit aliquis & intrauit cũ ea in lectũ,& concubuit cũ ea tãquã maritus: super quo credetur sacramẽto suo,habito respectu ad honestatem,& alias probabiles cõiecturas:ut 34.q.2 in lectũ.ar. 35 q. 3. extraordinaria. eadem ratione excusatur ea quæ secundum ritũ suum libello repudij recepto alij nubit. nã talẽ fornicationem non poterit ei maritus obiicere,utroque postea ad fidẽ cõuerso:secus,si cũ alio fornicata foret ut infrà eodẽ gaudemus §.pen.& vlt.& ita adulterium sine dolo nunquã cõmittitur:vt ff.de adul.l penul. Quartus est,si vi fuit oppressa.vt xxxij.quæst.v.proposito.ff de adulte.vim passa.& l.penul. quod intelligas de ui absoluta non conditionali.omnes enim causationes Apostolus amputauit. xxxij. quæstio.2.omnes causationes.Quintus, si reconciliauit eam sibi post adulterium commissum: uel eam adulterantem scienter retinet.ut xxxij.quęstio.j.ca.j.ij.& iij.serò enim reprobauit more

qu o

ADDITIO.

a Paria.delicta ¶ Adde l.si ambo.ff.de cõpen.gl.in c.cũ super.de con.præb.

quos ſemel approbauit:ut ff.de adulte.ſi vxor. in fin. in quo ca-
ſu reus eſt lenocinij ſcilicet quando ſine reconciliatione ſcien-
ter talem retinet.& quando eam ſibi reconciliat, debet ipſa mu-
lier duobus annis. uel tribus pœnitere. & quandiu illa penitet.
abſtineat ſe ab ea:32.quæ.1.ſi quis.& cap.ſi quis. & cap. apud. &
ſi non perſeuerat in adulterio, ſed pœnitet poſt pœnitentiam,
poteſt eam retinere maritus.ut eadem cauſa.& quæ.ea.non erit
neceo inuito poteſt mulier religionem intrare: quia eam inui-
tam poteſt reconciliare, etiamſi ſententia lata ſit, & intra duos
annos ipſam à religione, quam intrauit, reuocare, ut C.de adul-
te.authen hodie & ſuprà, de conuer.coniu. gaudemus. nec pro
derit mulieri exceptio rei iudi.ut ff.de excep. rei iudi. euidenter
nec tamen debet ipſam ſæpe reconciliare: ut infrà, de adulte. ſi
vir ſciens. utroque autē caſu bigamus efficitur.quod dic ut no-
ta.ſ.de biga.§.quot ſunt ſpecies.ver.quinto.& uer.nono.& legi-
tur 34.diſtinct. ſi cuius.& cap. ſequent. antiqui verò faciunt de
tertio caſu tres:& ſi hoc facere volueris notare poteris ſeptem
9 caſus.† Quid ſi ſententia diuortij lata ex cauſa fornicationis ab
vxore commiſſa maritus incidat in idem crimen: nunquid co-
getur vxorem recuperare? Quicquid allegatur, dico quòd ſic,
quia res de facili ad naturam ſuam redit.argument.ſuprà.de of
ficio delegat.ſuper quæſtionum.§.porrò.& ff.de pactis.ſi vnus.
§.pactus.& ſequenti.& argumen.ff.de cond.indeb.naturaliter.
nam pro marito faciunt duo, adulterium ab uxore commiſſum,
& ſenten. rei iudicatæ, quę de iure ciuili eſt: pro vxore faciunt
plura adulterium, ſcilicet à uiro commiſſum per quod exceptio
adulterii vxoris tollitur, periculum incontinentiæ, uinculum
matrimoniale, quod nec fractum erat, præceptum Apoſtoli,
contra quod nulla exceptio, ſcilicet ciuilis tantùm prodeſſe de-
bet:ut ſuprà de coniug.lepro.capitu.ſecundo.in fine. & æquitas
à iure naturali deſcendens:non eſt ergo mirum, ſi omnia hæc ex-
ceptionem rei iudicatæ tollunt, cùm fortiora ſint. vt argument.
ſuprà.de frigidis fraternitatis.& de ſenten.& re iudica. lator. te-
nor.conſangui.& ar.ff.de pact.ſi vnus.§.pactus ne peteret.debet
ergo pronunciare pro muliere cuius iura potiora ſunt.ar.ſ. qui
cle.uel vouen.veniens.de treuga & pace.c.j. & C. de iuris & fac.
ign.l.j.& de edicto diui Adri.tol.l.vl.ſ.de poſtu.præl.bonæ.2.§.
10 fi.† Quid ſi vnus coniugum fornicatur carnaliter, alter ſpiritua
liter: nunquid fiet compenſatio carnalis & ſpiritualis fornicatio
nis hinc & inde? Non uidetur.nam hæ fornicationes diuerſarū
ſunt ſpecierum.vnde non compenſantur, ſicut nec de ſpecie ad
quantitatem fit compenſatio.ff.de compenſationib. ſi conue-
nerit.ſed contra.quia fornicationes iſtæ ſimiles ſunt, & idē quo
ad diuortium operantur.28.quæ.1.idolatria.& capit.iam nunc.
& multo fortius idem operari debent, quo ad reconciliationē:
quia proniores debemus eſſe ad coniūgendum, quàm ad ſepa-
randum.arg.ſ.ut lite non conteſta.c.1.in fi.& hoc no.Goffre.ad
idem.ſ.de teſti.licet ex quadam.in fin. tu dicas, quòd ſi accuſe-
tur quis de ſpirituali, & excipiatur de carnali, in accuſatione ni-
hilominus procedetur:& ſi conuincatur accuſatus nec reuerti
voluerit, nec compenſatio admittetur, ſed poſt conuerſationē
compēſatio locum habet.ſin autem ſuper carnali proponatur
accuſatio, & de ſpirituali excipiatur, exceptio admittetur, & ſu-
per ea primitùs procedetur:& ſi de ipſa appareat, & lapſus non
pœniteat, ulterius minimè audietur. ad quod accedit quod no.
ſ.de ord.cog.& j.de hæreti.§.qua pena.ſecundum hoc intellige
iura inducta ſuperius pro & contra, & ad hoc fauor fidei & ani-
marum pericula nos inducunt:quæ & probantur ſ.de cōuer.in-
fi.ex literis.ſ.de excep.exceptionem.j.e.de illa.& c.quanto.& c.
11 gaudemus.† Quid ſi uir adulteretur occultè, vxor autem mani-
feſtè: nūquid uir poteſt accuſare uxorem, & dimittere ſine pec-
cato? Non, quia vxori non deficit ius excipiēdi, ſed probatio.ff.
de adminiſtra. tuto.duo ſunt Titij. fortè, niſi vir egiſſet pœni-
tentiam, & non uxor.32.quæ.1.& 2.ſecundum Gof. Sed nunqd
dignè pœnitēs poteſt repellere accuſantem? Videtur ꝙ ſic.ar.l.
diſt.ferrum, imò poſt Chriſti conſortium adulter non uocatur.
22.q.1.non erit. dicas contrà:quia pœnitentia non tollit actio-
nem, nec accuſationem.23.quę.2.admonere.multominus exce-
ptionem.ff.de ſuperficieb.l.j.§.quod autem. ff. de regu. iuris.in
viro.§.cui damus.Item quod uir dimittat vxorem in caſu iſto,
lex eſt.32.quæ.1 dicit.ſed quod legis eſt in pœnitentia non dele
tur.ſic nec in babtiſmo.26. diſti.vna tantùm.quod etiam pecca
tum nō eſt ſolui, inter peccata credi non debet.26. diſt. deinde.
ſecundum Gof.& iunge ea quę no.j.de don.inter uirum & vxo-
rem, ſub rubrica, de dote poſt diuortium reſtit.§.fin. Sed ſi nulla
iſtarum ſupradictarum exceptionum maritus repelli poteſt, cō
teſtabitur lis:& fient poſitiones:& ſi mulier confiteatur, habebi-
tur ei fides contra ſe.ut j.e.ex literis, & j.de adulte.c. penul. quia
nec uinculo matrimoniali paratur præiudicium. & ſic non ob.
ſ.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ. ſuper eo.ſi negauerit, recipien
tur teſtes, quos iudex diligenter examinabit, quærendo à quoli-
bet teſte, vbi uidit, & quo tempore:ſi uidit nudum cum nuda in
eodem lecto iacentes: ſi ſeſe agitantes, ſi opus illud exercentes:
ſi uterq; erat aptæ ætatis ad illud opus exercendum:ſi uidit com-
miſcentes, & ſi qua ſecretiora putauerit inquirenda: ſi de nocte
vidit eos cameram intrare, & mane egredi:ſi pluries hoc contin-
git, ſi fama loci hoc habet, ſi ſtrepitum audiuit tenui pariete di-
ſtans, cum ipſos vidiſſet intrare:ſi ſolus erat.& tunc non probat:
ſi aliquis erat cum eo: & tunc probatur, dummodo & ille alius
in hoc ipſo iuratus concordet. Inquiret etiam, ſi per tenebroſa
& obſcura loca & ſuſpecta viderit perſonas, de quibus agitur ſę
pius ſimul conuerſari, & uagari ſolum cum ſola. & de fama lo-
ci.hæc enim adminicula ſunt, quamuis non faciant probationē
plenam.hæc omnia cōprobantur ſ.de præſumptio.illud. & c.li-
12 teris.& c.3.& de teſtibus.præterea.† Caueat aūt Iudex, ne leno-
nem, ſeu ſocium, uel participem eiuſdem criminis teſtē idoneū
reputet: quod quandoq; ex confeſſione eiuſdem teſtis deprehē
ditur ſed participes repelluntur:ut ſ.de teſtib.veſtibus. ueniens.
& C.de teſtibus.quoniam.& not.ſ.de teſtibus.quis poſſit.verſi.
Item in cauſa communis criminis.& ſeq. vnde quod dicit decr.
ſ.de teſti.prætereà conſcios, expone, id eſt, certos:quia diſtabāt
tenui pariete, ut dixi.& no. quòd ſi maritus deprehenderit vxo-
rem in adulterio, etiam cum ſacerdote, poteſt tenere utrumq;
inuitum, & ſine excommunicatione.per 20. horas, ut uocet te-
ſtes, per quos poſſit probare adulterium ut ff.de adult.capite. &
in hoc caſu licet manus inijcere ſine metu excommunicationis
ut j.de ſent.excom.ſi uerò alicuius poteſtatis § ult. Si ergo accu-
ſans deficit in probatione, abſoluetur accuſatus: & debet eſſe
cautus iudex, ſ. quòd ſi teſtis dicat de adulterio commiſſo alio
menſe, uel alio loco:uel cum alio quā cum illo, de quo in libello
continetur, non faciat ſcribi: quia nec de illo agitur: ſed potius
dicat talis teſtis iuratus ſuper tali facto nihil ſcit de eo, ſu p quo
producitur:ſin autem dilucide probetur, quia tales requiruntur
probationes:ut C.de proba.l.ult.& de pœn.qui ſententiam. tūc
feret ſententiam diuortij. Effectus eius ſententiæ hic eſt, quòd
maritus abſoluitur ab eius cohabitatione, & ſeruitute mutua:&
adiudicatur ſibi dos:quia ſecundum petitionem, quā no.ſ. for-
manda eſt ſententia:ut j.de ſimo.licet Heli.ſ.de ord. cogn.cum
dilectus.§.vlt.C.de fideic.libe.l.ult.ff.communi diui.ut fundus.
poteſt intrare religionem ea inuita.27.quæ.1. Agathoſa.& in ſe-
culo uiuere continenter.aliàs enim recuperare cogitur, etiamſi
iuraſſet eam non recipere:ut ſ.de iureiur.tua nos. & j.eo ex lite-
ris.ſecundum quod T.intellexit, quòd ibi lata fuit ſententia:qā
dicit, quòd cùm conſilio capituli continentiam indixit utrique
Epiſcopus, ſubaudi ſecundum T. ſententiam diuortij ferendo,
quo ad thorū, ſic ſententiæ tales ferendæ ſunt de conſilio capi-
tuli:ut 15.quæſt.7 Epiſcopus.& c.nullus. 86.diſt. ſi quid de quo-
cunque.ueruntamen uinculum matrimoniale non diſſoluitur.
vt no.ſ.de matri.§.quis ſit effectus. exceptiones autem ſuprà di-
ctæ cùm peremptoriæ ſint, obijci poſſunt quandocunque ante
ſententiam.ut C. ſent. reſcind. non poſſ. peremptorias. & ſi de
nouo emergant, etiam poſt ſententiam, ſecundum quoſdam.ar-
gu.ſ.de offi. del. inſinuante. quod non puto uerum ſaluo eo qd
not.ſuprà eod.uerſicul. quid ſi ſententia diuortij. Item effectus
iſte eſt, ut maritus dotem lucretur.ut infrà eodem.ti. primo.ple-
rumq;.cum tertia parte quantitatis eiuſdem dotis, ſi mulier libe
ros non habet.C.de adul.auth.ſi adulterio. Non ſolùm propter
fornicationem carnalem ſeparatur matrimonium, ſed etiam
propter ſpiritualem.ſed diſt.utrum alter duorum infideliū con
uertatur ad fidem noſtram:ut quidem ſi alter eum relinquat, qa
non uult ſequi eum, qui recto tramite incedit. uel ideo uult ſeq
eum, ut eum trahat ad mortale peccatum. uel cum eo cohabi-
tet in contumeliam creatoris, ſoluitur ius matrimonij circa eū,
qui relinquitur in fide:& expone ius matrimonij, ius quod pro-
uenit ex matrimonio, id eſt, quo alter alteri tenetur reddere car
nale debitum.ideo poteſt dari licentia contrahendi: vt j.e. quan
to ad fi.reſpon.j.& hoc caſu intelligitur authoritas Apoſtoli, di-
centis: Si infidelis diſcedit, diſcedat:quia non eſt frater uel ſoror
ſubiectus ſeruituti.& in huius.28.quæ.1 infidelis.& ſi contraxe-
rit antequam alter conuertatur, tunc in ipſo contractu ſecun-
do ſoluitur ius matrimonij, id eſt, uinculum matrimoniale:quia
non erat ratum: ſed ſi conuertatur infidelis, antequam contra-
xerit conuerſus fidei matrimonium, cogitur conuerſus anti-
quus nouum conuerſum recuperare: quamuis dū erat in infide-
litate, libellus repudii miſſus fuerit:quia tale repudium ueritate
euangelii reprobatur.nec obſtat, quòd de nouo conuerſus cum
alio in infidelitate ꝯtraxiſſet, à quo carnaliter cognitus fuiſſet,
licet obeſſet adulterium cum alio non marito, ſaltem putatiuo
cōmiſſum:ut j.e.gaudemus.§.qui autem.uſq; ad fidem.nec ob.
quòd in ſecundo gradu, uel tertio conſanguinitatis uel affinita-
tis, ſibi attineant:vt j.e.gaudemus.reſpon.1.& c.vlt. & ſuprà, de
conſan.& affin.de infidelibus.nam & filij ex tali matrimonio ge
niti ſiue ante conuerſionem, ſiue poſt, ex quo omnes conuerſi
ſunt, legitimi reputātur:vt ſuprà qui filij ſint legi.ca gaudemus.
puto ta-

puto tamen in hoc casu, quòd antiquus conuersus possit intrare religionem, inuito nouo conuerso, ex quo antiquus fuit licentiatus per ecclesiam. argumen. suprà, de conuer. coniug. capitul. vltimo. Sin autem alter dictorum fidelium labatur in hæresim: licet maior appareat contumelia Creatoris, nunquam tamen relicto dabitur licentia contrahendi. & per hoc obuiatur malitijs quorundam, qui plerunque fingerent hæresim, & ab ipsa post q̃ relictus nupsisset, resilirent, & nuberent cui vellent: quare cogetur relictus adhærere reuertenti. si sñia diuortij lata non fuerit, quo ad thorum: vt j. e. quanto. § 1. & seq. & est ratio diuersitatis: quia inter fideles matrimonium ratum est & verum, sed inter infideles non est ratum: quamuis verum sit. quod dicut not. s̃. de matrimonijs. §. qualiter. ver. quis sit effectus rati. potest ergo sententia diuortij ferri, quo ad thorum, propter carnalem, vel spiritualem fornicationem: semper tamen coniuges permanent ut j. eo. capitulo secundo. nam ex quo matrimonium semel tenuit, & consummatum fuit inter fideles, nunquam potest vinculum dirimi, nisi morte. 32. q. 7. c. 1. & 2 & in auth. de nup. § deinceps. sed propter fornicationem potest accusari, quo ad mutuam seruitutem: & si sententia lata sit, non cogitur relictus cohabitare reuertenti, siue ipsum recipere: vt j. eo. de illa. quod verum est, si relictus vult religionem intrare, aliàs cogetur, vt s̃. de conuer. coniu. c. vlt. fit etiam separatio, quo ad mutuam seruitutem, per introitum religionis. quod dic, vt not. s̃. de conuersione coniug. §. qualiter. & iunge quod no. s̃. de conuer. infidelium. § qualiter cõuerti. ver. notandum est autem. & seq.

[13] Et qualiter † fieri debeat. Patet ex præmissis, quòd quando agitur de crimine adulterij, quo ad thori separationẽ, in omnibus ordo iudiciarius strictissimè seruandus est: sed qñ quæritur de fœdere matrimonij, non vsquequaque seruatur, id est, non per omnia. vt s̃. vt lite nõ contesta. capitulo primo. quia altera parte absente per contumaciã, recipiuntur testes: vt suprà, ut lite non cõtesta. quoniam frequẽter. §. primo. & seq. Sed vtraque parte præsente seruandus est ordo iudiciarius: vt patet suprà vt lite non conte. accedens. 2. §. fin. & in his quæ no. suprà tit. primo, sub illa rubrica, libellus. ex quibus autem causis fiat diuortium: quærendo de fœdere matrimonij, scilicet vtrum tenuerit, nec ne, patet ex his quæ no. suprà, de matrimo. §. qualiter impediatur. & in suo tractatu de quolibet specialiter no. & sicut dixi, quòd in causa matrimoniali seruatur ordo iudiciarius, vtraq; parte præsente: sic est in causa appellationis. vt patet suprà, de testamen. Raynaldus & C. de temp. appel. [14] l. vltimo. §. illud. † Debet aũt iudex sñiam diuortij partibus tradere in scripturam publicam redactam, ne filijs susceptis ex secundo matrimonio, probatione deficiente, valeat præiudicium generari. & si hoc non fecerit, poterunt testes, qui sñiæ interfuerũt, publicari. & qualiter debet fieri publicatio, no. s̃. de fid. instru. §. de publicatione. & ne aliqua dubitatio uel intricatio oriatur, debet iudex ponere totum processum, s. qualiter libellus oblatus fuerit. & illos, ad quos pertinebat citauerit, & ipsis præsentibus litem ꝯtestari fecerit: & quod viderent iurare testes, ei denunciauerit. & propositis hinc inde diligẽter auditis, & allegationibus, deliberatione habita: atque consilio, cum peritis, & studio, circa libros sententiam tulerit: vel qualiter libello oblato accusationem in ecclesia publicauerit, & his ad quos pertinebat contumacibus, & nullo defensore apparente, ex officio processerit, & testes receperit, & diligenter examinauerit, & sic consilio habito sñiam tulerit de quibus omnibus erit à testibus, qui interfuerũt sententiæ, inquirendũ: & si non probant processum, sententia non ualebit. comprobatur hoc s̃. de testi. significauit. & c. Albericus. & de testi. ſpo. cùm ad sedem. in fi. & de proba. qm̃ con. falsam. & qui filij sint legitimi. per venerabilem. §. 1 C. de re iud. gesta. Sed si processus in nullo impugnetur, nec aliquid fuerit q̃situm. omnia præsumuntur solenniter acta: ut s̃. de test. sicut. Inst. de fideiussoribus. in fi. & de hoc plenius dixi in titulo generali de testi. & de sen. & re iudi. Quid si sñia lata non sit in scriptis: nunquid valet? Dicunt quidam ꝙ sic. sic s̃. de testi. Albericus. sed certè non dicit, quin in scriptis recitata fuisset sed ꝙ non fuit redacta in publicam scripturam. quare videreẽ dist. vtrũ altera pars fuerit contumax. & tunc valeret: vel præsens, & tunc non valeret. vt C. de sent. ex bre. re. l. 1. & 2. q. prima. in primis. in fin. & ut dixi s̃. e. §. respon. 1. vel dic, quòd non refert, dũmodo de veritate constet: quia nec ista sententia transit in rem iudicatam: quod dic ut not. s̃. de sent. & re iud. sub rubrica, de sentent. §. qualiter proferri debeat. ver. quid de causa matrimoniali & §. quo remedio. sub §. hoc tñ notãdum. Item in summa no. ꝙ si vxor machinata sit in mortem viri, & conata fuerit, quamuis vir, qui aliquẽ occiderit, defendendo se sine pœna sit, tamen mulier post mortem viri sine spe coniugij permanebit: vt j. e. c. 1. & sicut per l. iudicium de moribus sublatum est: quod non tolerabat ꝙ mulier propter vnum malum morem posset repudij libellum mittere, sed pluribus coadunatis & coniunctis tãtùm: puta, si singulis diebus erat ebria, vel in lecto solita erat mingere, vel turpiora & horribiliora facere. ad hoc C de diuor. l. vlt. §. vlt. sic hodie nec ex una sola causa, nec pluribus simul iunctis quantũcunque horribilibus licet libellum repudij mittere, cum talem repudiationẽ in Euangelio veritas detestetur: ut infrà eo. gaudemus §. qui autem. & sic cessant omnes leges, quæ loquuntur de libello mittendo, fornicationis sola causa excepta, ob quam etiam infidelis potest mittere libellum repudij, & vxorem dimittere, non tamen aliam ducere & sic potest intelligi. infrà eodem. gaudemus. §. penultimo. & vltim. & de hoc no suprà eodem proxi. §. sub §. generaliter quod dic, ut notatur suprà, de sponsal. § vlti. de matrimoniis. §. quis si effectus. & j. de adulte. § quæ pœna. ver. sed & secũdum legem diuinam. & seq.

DE DONATIONE INTER VIRVM ET vxorem. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Iudex qui de matrimoniali causa cognoscit, cognoscere hẽt de accessorijs.*

QVoniam iudex, qui de matrimoniali causa cognoscit cognoscere hẽt de accessorijs: sicut de don. inter vir. & vxor. factis vtrum valeant, nec ne. & de doti. resti. bene est, ut post tractatum de diuortiis de his accessoriis uideamus, quid iuris sit. sed quia diuersa sunt genera donationũ: quia aliquando dat sponsus sponsæ, aliquando uir uxori hunc ordinẽ seruabimus, ut nihil de contingentibus omittamus. Primò tractabimus, de donationibus propter nuptias & sponsalitiis. Secũdò, de dotibus promittendis & constituendis, Tertiò, de dona. simplicibus inter coniuges uetitis. Quartò, de dote post diuortium restituenda: quæ est secunda pars huius rubricæ.

DE DONAT. PROPTER NVPT. ET SPONSAlitiis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Donatio propter nuptias quid sit. Et quomodo fiat. 2.*
Et qua actione repetatur. 5.
3 *Donatio propter nuptias impropriè appellatur sponsalicia largitio.*
4 *Donatio & dos propter nuptias potest quandocunque augeri, & diminui ex uoluntate.*
6 *Sponsalicia donatio quid sit.*
7 *Et quare reuocetur.*

NVnc hic uidendum est, Quæ sit donatio propter nuptias, Qualiter fiat donatio propter nuptias, Qua actione repetatur, Quid sit spõsalitia donatio.

[1] [a] Quæ sit † donatio propter nuptias.[a] Illa quam sponsus sponsæ facit: uel alius eius nomine: & alii noĩe sponsæ

ADDITIO.

a Donatio pp nuptias. ¶ Definita donatione, reliquũ est, vt videamus ei⁹ introducẽdæ cãm: qua in re ita scribit Mart. e. ti. i sum. Donatio, inqt, pp nuptias inducta est, vt subueniaẽ mulieri p eã, qa soluto mrĩmonio p donationẽ prouidebitur mulieri, ut salua sit ei dos sua. Aliter verò, sicut soluto matrimonio, dos redit ad mulierẽ, sic & donatio pp nuptias redit ad virum, vel eius hrẽdes. C. de pact. ꝯuen. l. pe. & fin. nisi ex pacto de dote lucrãda, vel ꝯsuetudine approbata secus obtineat extra, de don. inter vir. c. fi. & c. donatio. §. lanè. Eiusmodi aũt donatio olim ante nuptias dicebaẽ, hodie verò pp nuptias, quia fit & ante, & post nuptias, vt Inst. de don. §. est & aliud. Mulier enim primo facit donationẽ viro pp nuptias, id est, dotẽ ꝯstituit: vir aũt facit aliã donationẽ vxori. C. de don. ante nup. cũ multæ. Hæc aũt non indiget insinuatione, licet summã 500. aureorum excedat. C. eo. ti. auth. eo decursum. id qđ mulieri, viro non itẽ proderit: quia si pactũ fuerit factum de dote, & donatione lucrandi, mulier in donatione lucrabitur vltra quingentos in dote. d. auth. eò decursum. Donatio aũt pp nuptias fit à sponso, vel ab alio eius noĩe, sponsæ, vel alij p ea. ff. de iur. dot. l. ꝑfectitia. §. qd, & si quid. Donationis aũt pp nuptias fructus, nõ vxor, sed maritus percipiet, ad sui vxoris, familięque sustentationẽ, & pp onera matrimonij supportãda, sicut nec in dotalibus reb. C. de iu. do. l. in rebus Aliæ verò donationes, præter supradictas ꝓhibitę sunt inter virũ & vxorẽ, ne mutuo se amore spolient. ff. de don. inter vir. & vxor. l. 1. Sed hoc de illa donatione intelligiẽ, ex qua donatarius locupletior fieret, & ideo donator pauperior fieret c. donatio. extra e. Aliter secus ĩ casu ff. e. ti. l. si spõsus. §. si maritus. & C. e. l. si maritus. Sed quamuis donatio inter virũ & vxorẽ, constante mrĩmonio, nõ valeat, si tamẽ talis donatio eius obitu confirmaẽ, valet, extra, de do. inter vir. & vx. donatio C. e. ti. l. j. & 3. Si autẽ fiat donatio causa mortis eo animo, vt non efficiatur statim donatarius dñs, sed mortuo donatore tantũ qd iuris fit. vide ĩ l. si interim. ff. e. ti. Donatio pp nuptias qñque tacitè, qñque expresse reuocatur. Tacitè reuocaẽ p diuortiũ, vel nunciũ repudij. ff. e. ti. l. cùm hic status. §. si socer. Expresè verò per pœnitentiã in morte. d. l. cùm hic status. §. 1. Sed & si res donata alienetur. C. e. ti. l. si maritus. Marr.

sponsæ fieri potest: vt ff. de iur. do. profecticia. respon. j. §. quod si quis patri. & §. sed & si curator. & §. sed & si proponas. §. sed & si pater. sicut ergo marito datur dos, nec aliqua dos est sine matrimonio, ut dicam j. de dotibus promittendis. sic vxori datur donatio propter nuptias: nec sine matrimonio esse potest. vnde hæc donatio antipherna uocatur, ab anti, quod est contra, & pherna quod est donatio, siue dos: us C. eo. l. ultima. & j. eodem. nuper. in fi.

2 Qualiter † fiat donatio propter nuptias. Et quidem fieri potest ante nuptias, vel post marito dicente, Tale quid dono tibi propter nuptias, uel in dotalitium. & sufficit quòd in possessionem mulier inducatur: non tamen percipiet fructus: imò maritus ad sustentationem sui, & vxoris. Aliàs cùm æqualitas hinc inde requiratur, nullam vtilitatem consequeretur maritus ex dote recepta, cùm tãtundem perciperet mulier de suo. & sic dos non sustineret onera matrimonij, quod esse debet: ut ff. de iure do. sed is. §. ibi. & inf à, de vsuris. salubriter. quinimò dico sufficere quòd nudo, solenni tamen verbo fiat donatio: quia stipulatio sola requiritur. in authent. de æqualitate dotium. §. hoc igitur. colla. 7. aliàs sequeretur, quòd pauperes non possent vxores ducere aliqua dote data: cùm æqualitas hincinde requiratur, nisi fortè inueniret amicũ, qui sibi commodaret pecuniam dicis gratia, id est, ut diues uideretur, quousque tradidisset, & postea recuperaret: ut ff. commodati. sed mihi. §. vltimo. & l. seq. vel dic, quòd potest consuli per ea quæ notant. inf à eod. sub proxima rubrica. §. quis constituat dotem. versicu. aliquando. non tamen exigitur insinuatio, quantum ad mulierem: licet excedat summam quingentorum aureorum: sed quò ad virum, requiritur, quia nisi insinuatio facta sit, non lucrabitur dotem: etiam pacto locum habente vltra quingentos solidos. & sic specialis fauor mulieris non protenditur ad virum: sed ius commune tantum sibi seruatur. C. eo. auth. eò decursum est. & in auth ut spon. lar. respon. 1 col. nona. & ut fratrum filij. § illud quoque. col. nona. † Et not. quòd ibi impropriè appellat donationem propter nuptias sponsalitiam largitatem. sic hæc eadem impropriè vocatur dos. infrà eod. & si necesse. & cap. nuper. respon. 1 ad quid ergo fit hæc donatio? Respondeo, ut mulieri optimè sit consultum in dote solut. matrimo. quia de ea satisfiet mulieri, si maritus non habeat aliunde. vnde si immobilis sit maritus eam alienare non poterit, nec obligare, ut pote alienam. ut in dicta authen. §. hoc igitur. & seq. Item quamuis mulier possit renũciare tacitæ hypothecæ, etiam constante matrimonio: non tamen iuri, quod habet in donatione propter nuptias, nisi secundo consentiat: ut C. ad Velleia. etiam constante. & l. iubemus. & authen. siue à me. sed sicut dos debet redire ad hæredes uxoris. sic donatio p p nuptias ad hæredes mariti. & semper pinguius ius habet in dote vxor, diuortio celebrato. ut in authen. de æqual. do. § his consequens. col. sexta. & vt immobilia ante nuptias. circa fin. col. vnde si mulier consentiat, non solùm semel, sed bis alienationi donationis propter nuptias, parat sibi præiudicium: maximè si in communes vsus pecunia conuertatur. vt s. de contrah. emptio. peruenit. C. ad Velleia. auth. siue à me. super hoc verbo vide quòd no. s. de contrahen. emp. §. qualiter rescindatur. versic. de contractu ad contractum. & de iureiurando. §. quomodo censetur. versicu. nedum iuramentum super vsuris. & accedit infrà eo. nuper. in fin. ubi dicit, ꝙ mulier dat dotem viro, vir mulieri donationem propter nuptias. Fiebat olim hæc donatio ante nuptias: & ideo vocabatur donatio ante nuptias: sed hodie conceditur fieri etiam post nuptias: & ut nomen rei consequens fit, mutandum est nomen, & uocabitur donatio propter nuptias: ut Insti. de donatio. §. est & aliud. & sic hodie & ante nuptias, & post fieri potest, verum si ante nuptias fit, potest excedere quantitatem dotis. & j. subsistere: vt C. de pactis cõuentis. l. ex morte. sed vbi fit post matrimonium contractum, non debet excedere quantitatem dotis, ipsa dote iam præstita: ut C. eod. titu. l. vltim. §. si ergo. & est ratio, ne quid in fraudem donationis inter virum & uxorem prohibitæ attentetur, sed hæc hodie aliter se habent. nam & in quantitate, & in pacto debet esse æqualitas: ut in authent. de æquali. dot. §. hoc igitur. col. 7. & semper maius pactum de lucrando ad minus reducitur: ut C. de pactis conuentis. super dote. l. legem. Quid ergo, si in uno apponatur pactum de lucrando, in alio minimè nam minus dicitur, quod nullum est: ut ff. de tributo. acti illud. §. minus. nunquid ergo perinde est, ac si in neutro nullum fuisset pactum appositum? Non. imò pactum super dote factum, & ad donationem propter nuptias extẽdetur, vt C. eodem. l. vlt. §. si autem donatio. † Potest autem donatio & dos propter nuptias quandocunque augeri ex uoluntate, sed & diminui: vt C. eodem. si constante, hodie verò altera parte augente, necesse est quòd & altera augeat. Ita ꝙ si maritus nullos creditores habet, mulier potest augere in rebus quibuscunque. aliàs, ne quid fiat in fraudẽ creditoris, necesse est, ꝙ mulier augmentum præstet in rebus immobilibus, si ipsas habeat, & sic ap- parentibus. nã si res immobiles habeat, & dicat se augmentũ fecisse in pecunia, & creditores negant, nullo in hac parte vtetur priuilegio dotis aduersus creditores alios anteriores: ut in auth. de æqual. t. dot. §. alia quoque. collat. vij. sed si creditores confiteantur, cur non vteretur mulier priuilegio? nã cuilibet habetur fides contra se. s. de diuor. ex literis. 14. q. 2 §. 1. ff. de interr. ac. de æta. § 1. Debet autem dos redire ad mulierem. nulla consuetudine obstante: quia publicè interest, mulieres indotatas non remanere. ff. sol. ma. l. 1. sed per pactũ, quod hincinde factũ sit æqualiter, ipsam amittit. donatio autẽ propter nuptias ad maritũ vel eius hæredes, & dos ad hæredes mulieris reuertitur: nisi pactum impediat, uel ꝑria consuetudo terræ. sic intellige j. e. c. si §. vnic. uel fortè in vtroq; casu consuetudo impedit repetitionẽ: quia consuetudo debet esse cõmunis, sicut & lex. ut 4. dist. erit autem lex. nam consuetudo legẽ imitatur. ut Inst. de iure naturali. §. ex non scripto. primũ dictum tamen benignius videtur. quòd non memini illud verbum in legibus posse reperiri. Quare videtur ꝙ dñs Gre. illud apposuit in fauorem mulierũ. vnde non est retorquendum in læsionẽ earum. C. de legi. quod fauore. & arg. in auth. de equal. dot. l. prima. §. his consequens. col. vij ff. de bo. dam. l. vltima. §. pe ff. de iure do. l. 1 ff. de priui. credi. l. 2. §. si sponsa. & l. interest nã & relatio ad proximũ dictum facienda est: & maritus potest sibi acquirere victũ ex multis causis, ex qbus mulier nõ posset, quæ fortè cõpelletur meretricari: nec uni is debet tantus fauor, quãtus mulieribus: ut in dictis iuribus, & patet C. e. si à sponso. & in dubio ꝓ dote interpretandũ est. ff. de re. iur. l. in ambiguis prima. & ff. de iure do. in ambiguis. & l. nuptura. infi. & faciunt ad idem iura inducta j. rubrica seq. de dotibus promittendis. §. quid iuris de pactis. & seq. & sic de consuetudine gallicana quæcunq; acquirit maritus, constante matrimonio, sibi & vxori suæ communiter acquirit. vnde & soluto matrimonio sunt cõmuniter diuidenda: ut j. eo. c. secundo. aliàs autẽ de iure communi præsumitur uiri esse, quicquid vxor habet, nisi probetur, quòd aliunde quæsierit ff. de donatio. inter uirum & vxorẽ Quintus mutius. C. e. etiam.

5 Qua † actione repetatur. Et quidem si donatio consistit in specie, & traditio facta fuerit, petetur directa rei uendicatione, si non interueniat vtili. sic intellige in auth. de æquali. dotis §. sin autem sub potestate. ubi autẽ in quantitate ꝓmissa, agetur personali actio. & sic aget mulier contra hæredes mariti pacto existente. Quid ergo si nulla donatio facta est ex parte mariti, sed mulier tantùm dedit dotẽ. nam neque qualitatem, quam dixi, approbat consuetudo: nunquid soluto matrimonio aget mulier ad donationem sibi adiudicandam, quæ facta non est? Quidam dicunt, quòd potest agere mulier ad tantam quantitatem, quanta est dos: ut C. eodem. authen. dos data. sed dominus Azo contra. nam dos non debet cedere lucro mariti, nisi ex quibusdam pactionibus: ut C. de rei vxori. actione §. illo. non ergo donatio propter nuptias peti potest: ut detur hoc ipso quòd dos data est, cùm æquis passibus ambulent: potest tamen agi constante matrimonio, condictione ex lege, uel iudicis officio ut constituitur donatio ꝓpter nuptias: si tamen mulier dotem dederit, uel obtulerit: & cùm res sit mobilis eam consignauerit & deposuerit: at si per dilationem dos non datur, & donatio denegatur. ut in auth. ut exact. instante dotis. §. vltimo. coll. sexta. ergo constante matrimonio, potest sibi consulere mulier, & pactum de dote extendetur ad pactum donationis propter nuptias. aliàs soluto matrimonio non poterit peti donatio quæ nulla fuit.

6 Quid † sit sponsalitia donatio. A sponso sponsæ: uel econuerso facta collatio. sed econuerso, scilicet, ꝙ sponsa sponso conferat, raro contingit: quia fœminarũ genus auarissimum est: ut C. eodem. si à sponso. & ff. de donation inter uirum & vxorem. si ex stipulatu. & ad Velleia. senatusconsult. sed & si ego. in fin. Huic autem donationi licet simpliciter fiat, id est, non propter nuptias, inest tamen semper tacitè conditio nuptiarum, scilicet si matrimoniũ sequatur, ita quòd si non stetit per donantem, totum recuperat per condictionẽ sine causa, uel retinet si adhuc non tradiderat: ut C. eodem. cùm veterum. Si verò steterit per casum, distin. vtrum sponsus sponsæ donauerit: & tunc si non interuenit osculum, totum reuocatur osculo, autem interueniente, resoluitur donatio pro parte dimidia tantùm. uel sponsa dedit sponso, & tunc totum reuocat: interueniat osculum, uel non interueniat: ut C. eo. si à sponso. & est fortè illa ratio: quia sponsa, utroque casu dicitur dare osculum sponso: non recipere. fit enim gratia sponsi, ut ad propria alacrior redeat. sed sponsa semper grauatur, & uerecundia afficitur seu rubore: quare utroque casu fit interpretatio pro muliere. sic tamen valet donatio, si ante matrimoniũ ꝯtũ fiat: nam si constante habet locum, quod dicam. j. in rubricella, de donationibus simplicibus, Quid si dubitet, utrum donatio facta fuerit ante

rit ante matrimonium, vel post? distin. vtrum donauit sponsus sponsæ in domo sponsæ: & tunc videtur facta ante matrimoniū & tenet donatio, an donauerit ei in domo propria, scilicet, ppria ipsius viri, cum iam traducta esset. & tunc videtur facta constante matrimonio: quare non valebit: vt C. eodem cùm in te. Et licet solo consensu matrimonium contrahatur, tamen fortè, quātum ad hanc probationem, non videtur constare, quousque traducta: quare in itinere poterit ei donare: vt ff. de donatio. inter virum & vxo. l. pe. §. j. Hæc autem donatio sponsalicia ex ingratitudine reuocatur, sicut & aliæ donationes simplices, ut no. suprà de donatio. §. qualiter reuocetur. impropriè autem & contra idioma sermonis donatio sponsalicia, donatio propter nuptias plerunque vocatur: vt uot. supra eodem. §. qualiter fiat. versiculo, & nota.

DE DOTIBVS PROMITTENDIS, ET constituendis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Dos promissa qualiter petatur. Et quid sit dos. 4. Et qualiter diuidat. 6.*
2 *Specialia quot inueniantur in dote promissa.*
3 *Maritus si cauit se recepisse id quod non recepit: quid iuris,*
5 *Mulier si cautiones fœneraticias concesserit marito loco paraphernalium & hoc publico instrumento ascripserit, cui competant actiones.*
7 *Dos qualiter constituatur, & quis eam constituat.*
8 *Et in quib. rebus consistat. 9. & 10.*
11 *Commodum vel incommodum auctæ dotis vel deterioratæ ad quem pertineat.*
12 *Periculum euictionis dotis ad quem pertineat.*
13 *Pacta in dote quando apponantur, & à quibus, & quis sit eorum effectus.*
14 *Filia si paciscatur sine patre faciendo conditionem patris meliorem, prodest patri.*

QVia dos præstatur, sicut donatio propter nuptias, de qua supra dictum est mulieri, & aliquando habet initium à stipulatione, aliquando à pollicitatione: quia pollicitatio est solius offerentis promissio: vt ff. de pollicitationibus. l. tertia. licet abusiuè & æquiuocè pollicitatio recipiat promissionis nomē: vt ff. de ædil. edict. l. sciendum. §. j. De his videamus dicentes, Qualiter petatur dos promissa: si incipiamus à stipulatione, vel pollicitatione. Quot specialia hic inueniuntur, Quid si maritus cauerit se recepisse id quod non recepit, Quid sit dos, Qualiter diuidatur, Quis constituat dotem & qualiter constituatur, In quibus rebus consistat: ad quem pertinet commodum vel incommodum auctæ dotis vel deterioratę, Ad quem pertinet periculum euictionis eius, Quid iuris de pactis in ea appositis.

1 Qualiter † petatur dos promissa. Et quidem si stipulatio intercessit Et certum promissum fuit, repetitur condictione certi: si incertum, agitur actione ex stipulatu. vt Institutio. de verbo. ob. sin autem nuda pollicitatione promissa fuit de iure: in aliis actio nulla daretur: vt C. locat. si ibi quæ aliàs si tibi quæ: aliud in dote: ut j eodem. § quot specialia. datur ergo ex stipulatu marito, vel proli eius, ad hoc vt dos tradatur, quando incepit à promissione: secus, si incepisset à donatione: quamuis quidam contradixerint per l. C. de iure dotium. l. j. & competit ex stipulatu siue utilis præcessit stipulatio, siue minus vtilis siue nulla: vt C. de rei vxor. act. l. vnica. Respō. j. sæpe enim fingit. l. stipulationes. vt ff. de adop. his verbis. & si cui plusquam per l. fal. nisi. §. item sciendū. cùm ergo dicat l. j. in actione huius, ex vtroque latere inesse tacitam hypothecam, patet quòd exactio datur vtrinque: sed quod dixi, actionem hanc locum habere, etiamsi inutilis præcessit stipulatio, non est simpliciter intelligendum. Quid enim, si stipulor mihi fundum in dotem dari, & domus promittatur: certè non valet, imò inepta est ratione dissensus. quod ergo supra dixi, locum habet, quando inepta est ratione ineptæ conceptionis. oportet enim in rem qualitercunque consentire: ut dixi suprà, de contrahen. empt. §. & de quibus rebus. versicul. cùm autem dixerim. & sequenti. Quid si dos euicta fuerit? Dixerunt quidam, quòd si vxor dedit marito, & tradidit, agit maritus contra vxorem de euictione, actione ex stipulatu: vt C. de rei vxor. actio. lege vnica. §. vt plenius. ibi, de rebus dotalibus euictis: & ideo corrigitur, C. de iure do. l. prima. sed certè in dicto §. non dicitur, quod detur ex stipulatu, re euicta, sed quòd tacita hypotheca datur contra eum, vel eam, qui vel quæ promisit dotem siue faciat animo donandi: siue pro se, siue dicat se non teneri, siue putet se teneri: relinquitur enim pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest. vt ff. de condit. causa, data si donaturus. §. si quis indebitam. ff. de iure do. promit. respon. j. & l. quemadmodum. §. pater. & de condi. ind. cum is. versi mulier.

2 a Quot † specialia hic inueniuntur. Primo, quòd ex nudo pacto[a] oritur actio. C. de dot. pro. ad exactionem. Secūdò, quia ualet promissio, si ita dicat socer, Promitto, quòd dabo tibi dotem nō adiecta specie vel quantitate, arbitrio tuo: vt C. de dotis promiss. si cum ea. nec ob. l. j. eiusdem tituli: quia ibi non interuenit promissio, & constabat eam non interuenisse: licet in instrumento contineretur de promissione facta. legatum autem sic relictum non teneret. ff. de legat. 2. l. 1. ff. de iur. do. cum post. § gener. Tertiò, quia pactum tacitè præsumitur interuenisse: nam si voluntate donantis plura scripsisti in instrumento te accepisse nomine dotis, quàm acceperis, præsumitur pactum subsequutum de his petendis quæ desunt: ut C. eodem. si volente. Quartò, in promissione paterna simpliciter facta, quia si simpliciter facta fuerit à patre promissio, præsumitur quòd de rebus propriis promiserit. quod si pater in instrumento dixerit ex rebus paternis, & maternis, vel aduentitiis, dotem soluendam, & pater non est soluendo, fieri debet solutio de bonis filiorum. sed si soluendo est, de bonis propriis soluet: vt C. eodem. l. vltima. secus fortè, si alius extraneus promittat. nam & in auia habemus, quòd ea quæ impēdit de patrimonio neptis, potius videtur expendisse quàm de suo. ff. de neg. gest. Nesennius. & idē in tutore: ut ff. de admin. tut. cum post mortem. §. j. Quintò, quia tacitè hypothecæ insunt, & sic tacitè obligantur res promittentis dotem, sicut & suscipientis. & hodie omnes omnino dotes actione ex stipulatu petuntur: ut C. de rei vxoriæ actio. l. j. resp. j. & § vt plenius.

3 Quid si † maritus cauerit se recepisse id, quod non recepit? Hic debes scire, quòd dotem in quantitate facit numeratio: in specie autem facit præstatio, non promissio vel scriptura, quantum ad hoc, ut mulieri repetitio detur: nec enim repetere pōt, nisi re ipsa dederit dotem. vt C. de dote cauta non numerata. l. j. & qui potiores in pig. hab. assiduis. & hoc est verum, nisi silentium possit marito imputari: vt quia tacuit toto tempore matrimonij constantis. sed non durauit per biennium, & eo soluto per annum: si autem biennio durauit, sed citra decem annos, & ita tacuit toto tempore cōstantis matrimonij, soluto matrimonio habet exceptionem ipse, & hæres suus intra tres menses tantum: quòd si matrimonium ultra decem annos durauit, & semper tacuit, imputatur sibi, & hæredi suo, nisi sit minor 25. annis. nam si minor est, iuuatur beneficio restitutionis in inregr. vt C de dote caut. non numerata. l. vlt. & auth. ibi posita.

4 b Quid † sit dos.[b] Quod à muliere, vel eius parte, marito vel eius patri propter onera matrimonii datur, ut perpetuò sit penes eum, id est, quandiu durat matrimonium, nisi maritus vergat ad inopiam ut not. infrà de dote post diuort. resti. §. & quando competit. & dicitur dos pherna, id est, donatio quæ propter matrimonium conceditur, & sine eo non potest esse. nec prohibetur propter matrimonium, sicut simplex donatio. vt C. de do. ante nuptias. cum multæ. & ad hoc vt dos sit, oportet quòd matrimonium cōtractum sit, non solum de facto, sed de iure: ut ff. de iure dotiū. l. 3. Sunt & aliæ quædam res, quæ paraphernales vocantur, & à muliere iuxta dotem in domo viri inferunt: sic dictæ à para, quod est iuxta, & pherna quod est dos: & si ea mente inferantur, quòd fiant viri eius erunt, aliàs mulieris. sed in dubio præsumitur mulier eas sibi retinuisse: & ideo depositi conuenietur maritus, uel etiam mandati, si viro custodiā cōmisit: & similiter poterunt vendicari. sed si dñium translatum sit in maritum agetur condictione certi, ve sine causa, uel ob causam. & hæc res appellantur apud Gallicos peculium: ut ff. de iure do. si

ADDITIONES.

a Ex nudo pacto. ¶ Adde glo. in c. in literaturam. de voto. Inn. in c. nouit. de iud. Doct. in c. j. de pact. Bar. in l. fideiu. in §. qui certo. ff. de fideiuſ. Bal. in authen. ad hæc. C. de usur.

b Quid sit dos. ¶ Dotis definitionem ex Mart. desumpsisse videtur Host. sic enim ille definit: Dos, inquit, est quędam donatio a patre mulieris patri viri facta, pro oneribus matrimonij sustinendis. Patris verbo merito vsus est. Nam dos aliquando à muliere ipsa quandoque à patre, quandoque ab extraneo mulieris, nomine, ut in l. si cum dotem. ff. sol. matr. Sed non solum viro, sed & eius patri, vel alij eius nomine dari solet. Aliam quoque definitionem uisus est tradidisse Mart. noster in sum. e. titu. in hęc uerba. Dos, ait, est quasi proprium patrimonium filiæ. citar in eam rem l. denique. §. pompenius. ff. de min. adduci etiam potest l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. ercis. Mart.

do.si ego Seiæ.§ dotis. De his autem non debet maritus se intromittere muliere inuita: quia quamuis uideatur bonum mulieri, quæ se ipsam viro committit, res etiam eiusdem pari arbitrio gubernari: tamen æquitas quæ contrarium uult, in hoc casu præ-

5 fertur: vt C. de pactis conuentis. quæ super dote. l. hac lege. † Quòd si mulier nomina, id est, cautiones feneraticias marito concesserit loco paraphernarum, & publico instrumento hoc ascripserit, actiones quidem competunt mulieri: sed tamen maritus eius nomine eas mouere poterit sine cautione rati, cum certum sit eum habere mandatum. sed & mulier hoc exigere potest per se, uel per alium quem voluerit, antequā maritus exigat. & maritus in hac exactione adhibere debet eam diligentiam, q̃ propriis rebus præstat: & si mulier fecerit sibi pro his speciale pignus à marito obligati, eo debet esse contenta, alias omnes facultates viri pro his obligantur tacitè: ut C. de pactis conuentis super dote. l. vlti. In aliis autem rebus, quæ nec dotales sunt, nec paraphernales, agit maritus, quamuis non constet eum habere mandatum: cauet tamen de rato. sed si mulier in vna re eum permittat specialiter agere, in aliis videtur prohibuisse. vt C. de procurat. lege maritus.

6 a Qualiter † dos diuidatur. [a] Et quidem alia profecticia, alia aduenticia. Et dicitur profecticia q̃ à patre, vel auo, vel proauo, vel superioribus tanquam à patre profecta est, scilicet de bonis eius: nec refert, utrum filia vel deinceps in potestate sit, vel emancipata: quia non ius potestatis, sed nomen parentis facit dotem profecticiam. ergo profecticia est, siue ipse dederit, vel alius mandato eiusdem, vel eius nomine, & eo ratum habente, vel curator suus, si prodigus sit. sed si repudiauit hæreditatem, ut gener sibi substitutus admitteretur, & eam in dotum haberet: Iulianus probat hanc non esse profecticiam, quia nihil erogauit: sed non acquisiuit. idem in legato cōprobatur hoc. ff de iure doti. profectitia. respon. j. & §. j. & vl. Sed fortè Iulianus veritatem simpliciter est locutus. aliud fictione iuris, quia patris facto dotem constitutam, negari non potest & duo actus videntur interuenisse: quia pater primitus hæreditatem adierit, vel legatum acceperit, & postea in dotem dederit vt ff. de fundo do. si nuptura. §. vltim. & Institutio. per quas per. nobis acquiritur. §. primo. sed si pater non tanquam pater, sed extraneus dederit in dotē, nō est profectitia: vt si pater voluntate filiæ in dotē dederit, quod ei debebat: vel si extraneus parenti donauerit, vt pro filia sua in dotē det. erunt igitur istæ aduenticiæ quæ non proficiscuntur a parente: ut ff. de iure do. profectitia §. sed si patri & §. vlti. ideo bene apposui rubricā, de dotib. ꝓmittendis & constituendis in plurali, & in genere: quia plures sunt eius species, & varia earum iura. vt C. de rei vxoriæ actione. in ex stipulatu actionem transfusa. l. vnica. §. accedit. & de iure dotium l. auia.

7 Quis † constituat dotem, & qualiter constituatur. Et quidem à qualibet muliere, nomine suo: vel ab alio extraneo, nomine eiusdem. & hic constituitur ex voluntate. vt ff. eo. promittendo. respon. j. sed ex necessitate constituitur à patre auo & superioribus: sed non à matre, nisi hæretica sit. C. de dot. promis. l. vltim. ibi, neque enim, &c. & ff. de collat. dedit. & C. de iure dot. neque mater. & de hæreticis. cognouimus. Item constituitur ex necessitate à tutoribus & curatoribus, scilicet pro dignitate natalium, & facultatibus: vnde si vltra facultatem promissum est, ipso iure non tenet promissio: ut C. de episcopali audien tam dementis. & ff. eo. quæro. & l. siue generalis. hinc est, q̇ si pater dare iusserit dotem filiæ arbitrio tutoris, videtur electum arbitriū boni viri. nec est difficile hoc æstimare ex dignitate, & ex facultatib. & ex numero liberorū: vt ff. de leg. 3. si filiæ. & ff. e. cū post. §. nuptiis. Quod autem dixi, promissionem dotis vltra vires hæreditatis à tutoribus vel curatoribus factā non valere: intelligendū est: quando bona fide ꝓmiserunt: q̄a de æquitate gaudent exceptione: vt ff de admi. tut. cum post. §. j. sed si animo donandi vel decipiendi, hoc facit tutor vel curator, tunc tenet in præiudicium curatoris. sed si minor fecit promissionem, ipso iure nulla est, quoad hoc, quòd vltra facultates promissum est: ut ff. eodem. siue generalis & hoc intellige, quando promisit ducenta, & non habeat, nisi centum: secus, si ducenta haberet licet centum deberet: quia tunc tenet promissio, sed restituitur vt ff. de minor. si ex causa. §. in dotis. sed hæres mulieris non restituitur, cum ipse suo & cōmuni iure dotem repetere possit. sed contradicit lex, quæ dicit eum restituendum. C. si aduersus dotem. l. j. sed illud intellige, quando mulier fecerit pactum de lucranda dote. vel dic, quòd agitur pro fructibus præteriti temporis. arg. ff. de vsufruc. quæsitum. Alias non prohibetur mulier vniuersa quæ habet in dotem, dare: vt C. de iur. do. nulla. nisi decepta sit, scilicet quia vltra facultates promisit: ut dictum est: vel nisi ideo, quia nimium festinauit, scilicet, quia nupsit ante tempus. vt C. de secundis nuptiis. hac edictali. resp. j. vel nisi habeat filios, quibus facit iniuriam: quia magis dat in dotem secundo marito, quam relinquat cuilibet filiorum: ut in dictis legibus.

8 vel nisi dos inofficiosa sit: ut C. de inoffic. doti. l. unica. † Constituitur etiam dos stipulatione uel nuda pollicitatione: ut not. §. §. qualiter petatur. & cum adiectione personæ: ut si mulier promittat x. in dotem, & ea soluere marito suo, aut Titio, hoc enim Titio solui potest: sed maritus tenetur, qui sibi stipulatus fuerit. nec mirum: quia & maritus eam alij creditori suo delegare posset: ut ff. eod. si mulier ita dotem. & institu. de inutil. stipu. si quis alij. Promittitur dos etiam aliquando purè, aliquando sub conditione expressa, uel tacita. nam hæc cōditio semper tacitè inest si nuptiæ secutę fuerint. Quare si nuncius remittatur, defecisse videtur conditio: nec conualescit stipulatio, licet postea nupserit: quia stipulantes sic de primis nuptiis intellexisse creduntur: ut ff. eo. stipulatio nem. & l. etiam licet. & l. dotis promissio. Aliquando etiam promittitur solui ad diem: vel usq; ad certum tēpus: unde si fiat promissio solutionis faciendæ usq; ad annum, numeratur annus, à die matrimonii contracti: ut ff eo. tali facta stipulatione. sed si tēpus apponatur incertum: ut si mihi promittat dotem, quando morietur, non ualet promissio: quia extenditur ad hoc tempus, quo matrimonium non sit futurum. si uerò simpliciter promittat, ego postea facio pactum de non petendo q̃ diu uixerit, ualet utraq; pactio: ut ff. e. Iulianus scribit. sic mulier non potest prætendere solutionem, usq; ad tempus mortis suæ: quia nulla dos, quæ onerib. matrimonij seruire nō posset. aliud in patre uel extraneo: quia illi bene possunt prætendere usq; ad tempus mortis suæ: & est ratio, quia possent mori, matrimonio constante uel si pœniteat eos, cum conualuerit, condicetur donatio. ut ff. e. l. si pater mulier. Traditione etiam constituitur dos, siue tradatur res marito, uel alij nomine suo: dum tamē marito præcipiente: uel postea ratum habente. alias spectat periculum ad mulierem, sed ipsa repetere potest quod dedit: ut ff. eod. quemadmodum. §. primo. nec refert, an res naturalis traditur, uel incorporalis quasi tradatur: ut si constituerit marito usumfructum in fundo suo dotis causa, quo casu si maritus amittat usumfructum non utendo, mulier nihil petet, cum ad ipsam reuersus sit. & iam ut culpent alij te scilicet maritū: quia negligēs fuit: me scilicet uxorem laudare necesse est, scilicet ipsum uirum cùm ex negligentia sua lucrum habuerit. sin autem mulier alienauerit proprietatem rei, quæ sine eius emolumento plenior est facta, dotis exactione tenetur ei maritus. nam si usumfructum non

ADDITIO.

a Qualiter dos diuidatur. ¶ Quod ad dotem profectitiam attinet, Mart. ibidem scribit ad patrem redire, mortua in matrimonio filia C. sol. mat. l. dos. Si tamen liberi extarent, tunc in actionem succederent: quia dos est proprium patrimonium mulieris: vt l. deniq;. § Pomponius ff. de min. Atqui liberorum prima est successio Inst. de hære. qualit. & dif. §. sui autem. Si vero diuortium fiat, patre viuo, & filia, dos patri reddenda est, & filiæ ff. sol. mat. l. 2. vel saltem filię. Si uero dos esset aduentitia, mulieri tantum reddēda est. ff. sol. mat. l. quoties. §. j. Sed & si mulier non decedit sine liberis, tunc dos remanet penes liberos. ff. sol. mat. l. post dotem. Sed si sine liberis decederet, dos indistinctè ad patrem rediret. C. de rei vxor. act. l. vnica. §. fi. ea non solum autem soluto, sed & constante matrimonio, dos repeti potest in casu scilicet quando vir ad inopiam vergit. C. de iure dot. l. vbi. vel est dos sequestranda, cum vir suspectus est de dissipatione ff. sol. matrim. l. si cum dotē. §. si maritus, in fi. & de seq. poss. c. fi. Sed hoc quibusdam non placet, cùm uxor teneatur alere maritū suum egentem. ff. de iu. do. l. mutus. §. manente. Exponunt leges prædictas, non de viro, qui ad inopiam vergit, sed de illo, qui dilapidat bona sua. extra e. tit. per vestras. Si dos est in possessionibus, id est, in rebus immobilibus, statim soluto mat. restitui debet: si verò in rebus mobilibus, tunc intra annum restitui debet. d. l. vnica. §. cū autem. Fructus si ante matrimonium sunt percepti, augēt dotem: si autem post, cedunt viro. ff. de iure do. l. dotis fructus. Maritus autem conueniendus non est in dote reddenda, nisi inquantum facere potest habita ratione ne egeat. Aequalitas verò inter dotem & donationem propter nuptias in quatuor casibus obseruatur in constituendo, in pacto de lucrando, in agendo, & in quantitate. Sed in hoc vltimo membro æqualitas secundum consuetudinem obseruatur. C. de pact. conuen. l. ex morte. & authē. ibi posita, æqualitas. Si uero dos æstimata detur, tam lucrum, quam damnum ad maritum pertinet, sicut ad rei emptorem. Nam æstimatio venditionem facit. ff de iure do. l. plerunque. & l. seq. Sed si inæstimata detur, ad mulierem spectat præter fructus, qui cedunt marito, pro oneribus matrimonij supportandis. C. de iur. dot. pro oneribus. Item lucratur maritus dotem, & vxor donationem propter nuptias, æque ex pacto conuento. C. de do. ante nup. l. fi. §. pactum. Lucratur quoq; ex consuetudine, extra, de don. inter vir. & vxor. c. donatio. §. sanè. Nota tamen, q̇ vbi pactum interuenit de dote lucranda post mortem, tenet illud pactum, siue alter moriatur, siue religionē ingrediatur. C. de epis. & cle. l. Deo nobis. Lucratur etiam dotem maritus propter adulterium: ut extra, de donatio. inter vir. & vxor. c. plerunque. etiamsi consuetudo obsistat: extra de consue. c. ex parte. C. de iur. dotium. & dotem. Expedit autem mulieribus dotes suas saluas habere, ut nubere possint. ff. solut. matrimo. l. j. Obseruabis postremò fundum dotalem cum vniuersitate transire. vt ff. de fund. do. l. j.

non amiſiſſet, non vtendo, commodo mulieris, cederet eius reſtitutio: quia & ſi non protinus ad eã tranſiret: tamen vel precio vel beneficio ſine incommodo mulieris ad proprietatem reuerteret, quia proprietatẽ à marito emeret: & ſic illa pecunia dotalis efficeretur. ſed & ſi vir vſumfructum nõ amiſerit, mulieri habenti fundum cedet vſumfructum, & ſic cum proprietate conſolidabitur: & ſi mulier non ſit fundi domina, habet actionẽ contra virum, vt dimittat à ſe vſumfructũ, quia mulier eius preciũ conſequi ab illo ſperat, aut cui ius alij magis vult facere gratiam, quàm ad inimicum proprietarium transferre, vt C. e. cũ in fundo. §. quod ſi mulier. Sed etſi mulier habens vſumfructũ in fundo viri, dimittat eum à ſe, vt vir plena proprietate fruatur: ſi matrimonium morte vxoris ſoluitur, nihil eius hæredi reſtituetur: quia vſufructuarij morte extinguitur vſufructus. ſed ſi morte viri vel diuortio ex cauſa lato ſoluatur, tunc vſusfructus reſtituit mulieri. vt ff. e. cùm in fundo. reſponſo primo. Acceptilatione etiam conſtituitur dos: ſ. quãdo mulier accepto fert marito ſuo debitori, cauſa dotis conſtituendæ. & tunc etiam ineſt conditio ſi nuptiæ ſequantur: vt ff. eo. promittendo, §. acceptilatione. & l. licet. reſpon. j. nec refert, vtrum mulier accepto ferat, an extraneus, quia tunc videtur quidem breui manu acceptilatum, & à muliere in dotem datum, aliàs per liberam perſonam non acquiritur condictio. ſi verò nuptiæ ſequantur, vt puta obligatio acceptilata fuit ſolu. mat. non ipſa eſt reſtituenda ſed erit diſſoluẽda intra ſua tempora. ſi verò obligatio fuerit in diem, vel conditionalis, & conſtante matrimonio dies venit, vel conditio extitit: idem vt pridem, aliàs ſoluto matrimo. reſtituenda erit obligatio in ſtatum priſtinum: vt ff. e. l. j. §. primo. quia obligatio prima, adueniente die extinguitur per acceptilationem: ſed obligatio, quæ ſequitur acceptilationem, non extinguitur. vt ibi probatur & ff. de ſolu. ſicut acceptilatio. Non ſolùm acceptilatiõe ſolenni ſed ſimplici remiſſione debiti ꝯſtituitur dos. & ſi erat q̃titas ad ipſum in dotem erit, & reſtituetur intra ſua tempora, vt s̃. ſin autem erat ſpecies, & illa ſpecies erat viri, quadam breui manu poteſt res ipſa videri perueniſſe ad virum: & ſi erat ancilla, partus eius ſoluto matrimonio reſtituetur mulieri, tanquam dotalis. ſi autem ſpecies non erat viri, magis videtur ad eum liberatio perueniſſet quàm ipſa res: ideoq; ſi erat ancilla debita, partus eius mulieri non debetur: vt ff. e. ſi ſponſalib. §. primo. idemque eſt. ſi mulier nuptura filio meo mihi promittat in dotem, id quod filius meus ſibi debet, niſi appareat mulierem ſenſiſſe, vt in dotem conuertatur id, quod oportet me præſtare nomine filij per actio. de peculio, uel de in rem verſo. vt ff. e. nuptura. tunc enim ſpectabitur quantum ſit in peculio, vel in rem verſo tempore promiſſionis, ſi poſt nuptias facta ſit promiſſio, ſi ante ſpectatur quantum fuit in peculio tempore nuptiarum poſtea ſecutarum. idem ſi mulier mihi promittit alternatiuè, quòd filius meus ſibi debet, vel quòd ſibi debeo. ſed hoc videtur datum in dotem id, quod pater debet, quamuis diſt. vtrũ facta ſit promiſſio ante nuptias, vel poſt: vt s̃. & ff. eo. ſi pater. § j. & l. quòd ſi nuptura. Delegatione etiam conſtituitur dos, ſed refert vtrum deleget patrem, auum, uel proauum, vel extraneũ: ſi patrem, nullus iudex audire debet mulierem, quæ vult, quòd imputetur marito: quia cum ſcilicet patrem ad ſolutionem faciendam non iuſſerit, multo minus cur ipſam non conuenit ibi ipſamet fecit promiſſionem. ſi verò extraneum delegauit, qui ipſi mulieri obligatus erat, non ex cauſa liberalitatis, imputatur marito, ꝙ ab eo nõ exegerit, ſi factus ſit non ſoluendo. idem ſi ex cauſa liberalitatis obligatus erat. in 10. & 10. promiſit: quia quamuis ſi ꝯueniretur à muliere, cui dederat, non condemnaretur vltra id, quod facere poſſet: tamen à marito, cui nihil donat inſolidum conuenire tur: vt ff. de re iud. Neſennius. Sed ſi talis debitor promiſiſſet viro ſoluere id quod mulieri debebat, non adiecta quantitate: tũc videtur promiſiſſe id ſolum quod mulier ab eo poterat extorquere. quia verba cum effectu intelligenda ſunt, vt ff. ne quis eũ qui in ius voc. vi. ex. l. pen. §. docere. ſed quamuis mulier nõ poſſet ab eo extorquere: niſi in quantum facere poſſet, vt ff. eo. ſi extraneus. illud tamen imputatur viro, ſi ipſum per acceptilationẽ liberauit: vt ff. eod. vir ab eod. ſin autem accepto ferat delegatũ iuſſu mulieris, ipſe quidem perdit dotem, & res mulieri perit: ſi accepto ferat poſt nuptias. mulier tamen tenetur mandati actione: & hoc ipſum conuertetur in dotem, ad quod mulier iudicio mãdati remanet obligata: vnde quod dixit, rem mulieri periiſſe, per conſequens efficitur. nam ſi ceperit de dote agere debito merito, ſecum compẽſabit id in quo erat obligata marito: quòd ſi maritus ante nuptias accepto ferat, & poſtea nuptiæ ſequantur, nihil videtur in dote eſſe & ita res mulieri perit. ſin autem nuptiæ non ſequantur, nulla eſt acceptilatio deficiente conditione, quæ tacitè inerat promiſſioni dotis, per conſequens & acceptilationi. vt ff. de iure doti. debitor mulieris & l. non enim. & l. fine. ſi tamen mulier velit conuenire debitorem quem ſponſo delegauit, pendente conditione nuptiarum, non poteſt: vt ff. e. ſi debitor. ſecundum Azo. Nunquid ergo promittenti dotem competit hæc exceptio. ſcilicet quòd non condemnetur, niſi in quantum facere poteſt? in hac quæſtione tam iura quàm doctores diuerſificare videntur. tu tamen dicas referre vtrum mulier cui facta eſt donatio, agat, puta matrimonio ſoluto, cum ipſo cõſtante non fuiſſet exacta dos: nec eſt imputandum marito, qui non fuit in mora petendi: & ſic exceptio competit. ſic poteſt intelligi. ff. de iure dot. ſi extraneus. ibi, utcunque, id eſt, aliquantulum. ſecundum quod ſequitur parcendum marito, qui eum non præcipitauit ad ſolutionem qui donauerat: quaſi dicat, non imputatur, ſi non uenit cum ſacco paratus. ff. de ſol. quod dicimus. ergo ſi fuit in mora, imputabitur. expone ergo quod dicit in fin. legis. ꝙ alius, ſcilicet donaturus, eius ſcilicet mulieris periculo agit, cui acquiritur: cùm nec in mora exigendi fuerit maritus. & ipſa nunc agat. Sed & quod s̃. dixi: ibi, quicunque in id quod facere poſſet, ſi cõueniſſet: ſubaudi, mulier, cui donatio facta fuit. hoc. n. diuus Pius, &c. & nihilominus legitur ff. de regu. iur. inter eos. §. is quoque. & l. cum ex cauſa Quid ſi maritus agit matrimonio conſtante, & is qui dotem promiſerat, & ꝯ quem agit, ſocer erat, nihilominus in fraudem factum fuit, durante matrimonio, hæc exceptio competit. ff. de re iu. ſicut autem. & l. ſed hoc ita. ſoluto verò matrimonio: & conſtante, ſi promiſſio facta fuerit fraudulenter: puta quia promiſit dotem maximam, quã ſciebat ſe ſoluere non poſſe filiam ſuam aliàs non ducturo, inſolidũ condemnabitur. ſm hoc intellige premiſſas leges, ff. de iure do. l. pen. ibi, cæterum ſi manente affinitate, &c. & l. ſi extraneus. ibi, ſed & ſi pater, &c. nec etiam in hoc caſu ꝯrium pactum ſeruandum eſt: ut patet in his quæ no. s̃. e. ver. ſed quid. Si uero is, ꝯ quẽ maritus agit, erat extraneus, diſt. quidam, vtrum promiſſio primò facta fuerit mulieri, quæ talem poſtea delegauit marito, & tunc inſolidum condemnatur ſic intelligunt ff. de re iud. Neſennius. ibi, & quid de eo, qui pro muliere, &c. uel vtrum marito, & non mulieri promiſſio facta ſit, & tunc condemnabitur in quantũ facere poteſt. & ſic intelligunt ff. de iure do. ſi extraneus. alij dicunt, ꝙ refert, vtrum is qui promiſit hoc ex neceſſitate fecerit: puta quia erat debitor mulieris. & ſic inſolidum condemnatur: vel ex mera liberalitate, & ſic competit hæc exceptio ſed hoc reprobatur in d. l. Neſennius. vbi dicit, ꝙ donare volebat: & ſic non faciebat hoc ex neceſſitate. tu dicas ipſum indiſtinctè in ſolidum condemnandum. nam quo ad extraneum attinet, ſemper, id eſt, indiſtinctè, hoc verũ eſt. vt ff. de iure do. l. pen. in prin. & d. l. Neſennius. nec enim dicit, ꝙ primo mulieri dederit vel promiſerit: ſed qđ pro muliere cui donare volebat, marito eius dotem promiſit: ergo non eſt is in diſtin. quam alij faciunt. Nam etſi de muliere nihil dictum ſit, tamen ipſi acquiri accipiemus, ad quam rei commodum reſpicit. ſicut dicit d. l. ſi extraneus. in fi. quam alij pro ſe inducunt, ſed tu expone ipſam, prout no s̃. e. ver. nunquid ergo extraneus. igitur ſemper indiſtin. inſolidum condemnabitur, niſi pactum contrarium obeſt. vt ff. de pact. ſi quis crediderit vel ſolue, ſicut Azo. vt no. s̃. e. verſ. delegatione. ibi, idem ſi ex cauſa liberalitatis, &c. Sed quid ſi is, qui condemnandus eſt in id quod facere poteſt, paciſcatur, ꝙ inſolidum condemnetur? Dicas quod ſi hoc priuilegium ꝯpetebat fauore perſonæ, puta pater erat, vel ſocer, vel maritus, non ualet pactũ ſic intellige ff. ſol. mat. alia cauſa. §. eleganter. & ſequentes. ſi aũt rõne ꝯtus communis hincinde, ſicut in pro ſocio, & tutelæ tenet pactũ. ſic intellige ff. pro ſocio. verũ. §. j. & ſeq. ff. de re iud. ſi conuenerit & l. præce. Quid ergo in liberali contractu. dicas non valere pactũ ar. ff. de redhibi. act. res donatas. j̃. de cenſi. ex parte. & s̃. d. l. alia. § eleganter. & hoc nõ ſic interpretamur ne quis à munificentia retrahatur. ar. C. ad Trebell. ſancimus. & de reſc. venrata. Sed quid ſi mulier agat contra ſupradictũ extraneum, matrimonio conſtante, ſecũdum caſum quem habes C. de iure do. ver. adhuc dicendũ eſt ꝙ & hic inſolidũ ꝯdemnetur, cùm vices mariti gerat ar. ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarũ. & ad hoc fauor mulierũ, & onera matrimonij. & quod is qui promiſit, potuit legẽ apertius dicere, nos inducunt. ar. ff. ſolu. mat. l. j. & ff. de pact. veterib. ar. j̃. qui ma. accu. poſ. vr̃. s̃. de ſent. & re iud. c. fin.

9 In quibus † rebus cõſiſtat. Et quidem in rebus proprijs: & in his, in quib. aliquis habet utile dominiũ, puta feudalib. rebus, ſi ſic acceperit quod ſibi & hæredib. ſuis feudum ſit conceſſum: licet in his non poſſit aſſignare dotem vxori ſuæ, ſine conſenſu domini. Sed & ſi quis accepit ab alio terram aliquam, quandiu vixerit tantùm poſſidendam, nec talem in dotem pro filia dare poteſt, niſi domino conſentiente. vt. j̃. e. nuper. ad hoc C. de litigioſis. l. vlt. C mandati. per diuerſas. & C. communia de leg. authen. res quæ ſubiacet. quæ faciunt, pro, & 10 contra. † Item conſiſtit dos in pecunia & in rebus corporalibus, & incorporalibus. ut ſup. proxim. §. item in reb. immobilibus, & ſpecieb. æſtimatis, & non æſtimatis, ſed ſi in æſtimatione decipiatur alteruter, etiam maior. 25. annis, etiam ſine alterius dolo, etiam non ultra dimidiam iuſti precij, ut aliquid in dote ſpe-

ciale constituatur, succurritur ei: quia non conuenit aliquem lu-
crari cum iactura alterius. vt ff. eodem. l. j. §. vltim. Si ergo mulier
decepta est, quod seruum minoris æstimatum in dotem tradit,
restituetur in integrum, vt vel suppleatur iustum precium: uel
seruus reddatur data electiōe marito: & hoc si seruus viuit, aliàs
mulier debet esse contenta æstimatione: nisi dolo mariti fuerit
decepta, uel nisi mulier minor fuisset, quæ ante mortem serui
potuit inuenire emptorem iusti precij, ut ff. eo. si res. § j. sed hoc
quod dixi dolo mariti, est fortè secūdum opinionem Scæuolę,
quia principis constitutio aliud dictare videtur. C. solu. matri. l.
si circumscripta. In casibus, in quib. etiam habetur dos pro con-
stituta, fit: dos enim, quæ prius in matrimonio data est vertitur
in posterius matrimonium, nisi aliud probetur conuenisse. quòd
si nō diuortium, sed iurgium fuit, dos eiusdem matrimonij est:
vt ff. e. l. dotem. & l. quòd si non diuortium. hæc si mulieris erat,
actio de dote prima. nā si erat extranei, non conuertitur in secū-
dum matrimoniū dos, nisi consentiente stipulatore dotis. vt ff.
e. stipulatio de dote. Quod dixi, dotem prioris matrimonij in po
sterius conuerti, intelligas patre mortuo, nam si superest, consen
sus patris requiritur. argu. ff. solu. mat. l. ij. uel fortè secundum ca
nones secus est. cū filia inuito patre possit nubere. arg. in his quæ
no. s̄. de spon. §. qualiter contrahatur. & ar. j̄. e. prudentiam. & de
secun. nup. c. pe. & vlt. Imò certè quamuis matrimonium teneat,
non videtur hæc dos accessoria: sed debet sibi imputare is, qui
cum ea contraxerit: puta quia maritus vilis persona erat. ar. C. de
spon. l. pen. & de nuptijs. viduæ. & l. in coniunctione. Sed si cum
voluntate patris contraxerit, nō licet patri quicq̄ diminuere de
dote prioris matrimonij: ut in auth. de æqua. do. §. quia verò iam
legem scripsimus. col 7. posita. C. de rei vxo. act. auth. sed quāuis.
nec. n. standum est uoluntati filiæ: cuius consilium contra pro-
pria commoda plerunque laborat. vt C. de spons. l pe. & accedit
ff. de pactis. do. l j §. pacta. Potest ergo quælibet res in dotē dari:
minor tñ immobilia dare non potest, nisi decreto interposito. vt
C. de admi. tut. lex. Item assignari debet secūdum dignitatem &
facultates, vt no. sup. §. prox. resp. j. & ver. seq.

11 Ad quem † pertinet commodum vel incommodum
auctæ dotis, uel deterioratæ. Si quidem dos
æstimata fuit, periculum pertinet ad maritum, nisi res ante nu-
ptias ex toto periret: vt ff. eodem. plerunque. §. si autem. & de pe
riculo & commo. rei vend. quòd si pendente. sed si dos inæstima
ta fuit, pertinet ad mulierem & periculum & commodum. vt ff.
eodem. plerunque. respon. j. & §. j. & ij. idemque est & si dos sit
æstimata: sed electio reseruata est marito expressim, uel tacitè,
vt aut rēm aut æstimationem præstaret. cum. n. alternatiuè obli-
gatus sit, sua est electio, nisi in contrarium actum sit. vt ff. eo. ple-
runque. §. vlt. & C. de cond. inde. l. vlt. idem & si æstimata sit dos,
non vt præstetur æstimatio: sed vt appareat, quantum deterior
facta sit sol. mat. vt C. de iure do. si inter virum. & in hoc casu si
maritus sic æstimatam ancillam receperit, & causam deteriora-
tionis culpa contingentis, uel sine culpa: non tamen periculum
peremptionis in se susceperit, non retinetur partus ancillæ: idem
si periculum peremptionis, sed non deteriorationis in se suscepe
rit: sed si vtrumque casum in se susceperit, scilicet deterioratio-
nis & peremptionis: tunc retinebit partum. vt ff. eod. si emanci-
pata. & C. sol. mat. l. ij. & iunge quod not. s̄. e. §. si quis constituat.
ver. traditione. Sin aūt doti æstimatæ ɔtingat augmentum, si qđ
ɔ̄ctum sit, puta alluuio, vel simile, idem est in lucro & in damno.
Si verò augmentum sit secretum: putà fructus si percipiatur, cō-
stante matrimonio, pertinet ad virum. si tamen sustinuit onera
matrimonij, aliàs secus. ut ff. e. dotis. resp. j §. sed si fructus. & sol.
ma. in insulā. § usuras. & de exce. doli. l. vl. resp. j. Hoc in fructib.
& fœtibus animalium: secus in partu ancillarum: quia non est in
fructu: vt ff. e. plerumque. §. serui. & l. cùm post. §. vlti. de vsuris.
in pecudum. & Instit. de rerum diui §. in pecudum. Item secus in
his quæ non ex re, vel opera serui dotalis acquiruntur, ut de rei
vxo. act. §. cumque. Itē secus in arboribus decidendis: quæ non
fuerunt cæduæ uel geminales. Item secus in lapidicinis & inuen-
tis, & cæsis: si tales sunt, ut ibi lapis nō nascatur, nam si tales sunt,
vt renascantur ibi, quales sunt in Gallia & in Asia, fructus earum
pertinet ad maritū ut ff. e dotis. & sol. ma. l. si ante. & l. diuortio
§. si fundū. Sed nūquid hoc uerū est, vbi quis onera matrimonii
sustinuit etiā ante nuptias: puta puellam nondum nubilē duxit,
& eam aluit & sustentauit? & pōt dici de æquitate, ꝙ sic. Si verò
post nuptias percipiat fructus ex prædio, pro portione eius tem
poris, quo ad matrimonium stetit in vltimo anno, fructus perti-
net ad virum. pro alia autem portione, qua non stetit matrimo-
nium, restituuntur mulieri deductis impensis, quia nec aliter di-
cuntur fructus: & computatur primus annus matrimonij, quan-
tū ad hoc, de quo hic quæritur ab eo tempore, quo ista duo con-
currunt, scilicet ꝙ matrimonium ɔ̄ctum est, & predium datum
est in dotē: vt ff. solu. mat. de diuisione. & l. si ante. & l. fructus. &
l. diuortio. resp. j. & §. impendia. & §. ult. secus autem est in pecu-
nia data in dotem. nec enim eius usurā præstat maritus, nisi post
annum. vt C. de rei vxor. §. exactio. Cum autem dos est æstima-
ta omne commodum & incommodum spectat ad maritū post
matrimonium contractum, vt C. de iure do. cùm dotem. & no.
sup. eo. §. respon. j.

12 Ad quem † pertinet periculū euictiōis eius?
Ad mulierem, disti. tñ:
si enim æstimata est, tunc agetur ex empto: si post nuptias perijt,
si ante mulieris damnum est simpliciter. vt C. de iure dot. l. j. sin
autem. & l. quoties. & ff. e. plerumq; §. sin autem. Quod autem
consequetur maritus, siue sit simplum, siue duplum, in dotē cō
uertetur: quia & si vera sit venditio, non tñ est simplex: imò fit
dotis causa. ut ff. e quoties. Sin autem dos fuit inæstimata, & da-
tiones dotis præcessit pollicitatio, vel promissio de dote danda,
aget vir contra promittentem ex stipulatione, vel pollicitatio-
ne: quia non est datum quod dari debuit, vt per euictionem de
claratur: vt ff. de verb. obli. vbi. §. vlti. & de actio. emp. & uend. l.
ratio. sed si donationem nulla præcessit pactio, non tenetur mu
lier de euictione: nisi dolo dederit rem alienam. vel alij obligatā.
tunc. n. in honorē matrimonij non famosa actio de dolo, sed in
factum competit: vt C. de iure do. l j.

13 Quid iuris † de pactis in ea appositis, quando ap-
ponant, & à quibus, & quis sit effectus.
Quando apponantur, ante nuptias, & post ff. eod. respon. j. non
tamē in omni casu, neque ab omnibus hoc pactum fieri potest,
si enim vir cum vxore paciscatur constante matrimonio causa
donationis & pactum conferatur in tempus matrimonij, non
valet: vt si vir cōuenit vxori dare fructus annuos, vel mercedes
fundi dotalis: veruntamen si consumpsit in proprijs vsibus id qđ
donatum est, habet exceptiones: quia & actionem haberet ad
petendum si tantundem de suo proprio consumpsit: vt ff. eod.
quidam. & l. inter socrum. §. si conuenerit. & de dona. inter virū
& vxo. quod autē. §. j. & l. si id quod. § vlt. & l. si stipulata. & est
ratio: ne donationes inter virum & vxo. factas confirmari con-
tingat. eadem ratione non valet pactum appositum. ne agatur
ob res donatas, vel impensas necessarias. vt ff. eodem. conueni-
ri. Sin autem pactum collatum sit post matrimonium solutum,
tenet, nisi inuitetur aliquis ad furandum: vt si demum nascitur
hæc actio, vt ff. eodem. conueniri. & rerum amo. l. rerum quidē.
sed post diuortium fieri potest pactum de rebus pridem dona-
tis, vel amotis. vt ff. eod. ob res. & iunge quod not. s̄. de consue.
§. qualiter probari. versicu. fin & sup. qui filij sint legit. §. quali-
ter & à quo. versi. quid si Imperator faciet legem. Sed & si con-
uenit vir cum vxore ante matrimonium, vel postea, vt quoquo
modo sol. mat. liberis interuenientibus, dos apud virum rema-
neat: si quidem soluitur morte mulieris, & liberi suscepti fuerūt
seruatur pactum. sin autem soluatur matrimonium morte viri,
non seruatur: quia fieret conditio mulieris volentis secundo nu
bere deterior: ut C. e. l. ij. & l. inter virum. & l. quamuis pater. sed
si diuortio soluatur, tenet pactum. vt ff. de dote præleg. l. j. resp.
j. Hac eadem ratione, scilicet quia deterior fit conditio mulie-
ris, volentis secundo nubere, non valet pactum de dote ulterio
re die reddenda, nisi post diuortiū fiat: & ex causa: vt ff. e. l. licet
& l. de die. & l. Attilicinus. & est ratio: quia & si ante nuptias fie
ret hoc pactum, tamen aliqua est causa amoris futuri. sed diuor
tio facto, non consueuerunt se diligere diuertētes, quamuis ple-
rique cum bona gratia discedant: vt ff. de don. inter vir. & uxor.
cum hic status. §. diuortium. unde etiam si ante nuptias pactum
fuit: & ijsdem temporibus reddatur dos, quæ soluta fuerit, & tē-
pus solutionis usque ad quinquennium differatur, non ualet pa
ctum nisi pater hoc fecerit de consensu filiæ: quæ sibi hæres ex-
titit: ut ff. e. Attilicinus. & l. aliud. Potest ergo mulier paciscendo
facere conditionem suam meliorem, non deteriorem: puta si ap
posuit terminum propinquiorem, non ulteriorem. ut ff. e. idem.
sed & si postea apponat terminum legalem, ualet: quia redit ad
id quod sibi ius & natura concessit: ut ff. de pactis si unus. §. pa-
ctus. uer. quòd si non ut tolleret. & si paciscatur ut fructus per-
ceptos ulteriori anno lucretur mulier ualet pactum: ut ff. eod.
Bebius. § ult. deteriorem igitur facit conditionem, quando paci-
scitur de dote nullatenus reddenda, uel ulteriori die reddenda.
ut ff. eo. si pater. § ex pactis. & l. ut autem. & l. liberis. respon. j. uel
si paciscatur ut maritus solummodo dolum præstet, non cul-
pam: & est hoc propter utilitatem nubentium: aliàs enim potest
remitti culpa, licet non dolus. ut ff. de commodato. sicut certo.
§ interdum. & depositi. l. j. §. si conuenerit. Sed & pacisci potest,
ut periculum nominis debitoris legati pertineat ad maritum.
nam & ut dos æstimata, quæ est periculo uiri, fit periculo mulie
ris, pacisci potest. ut ff. eo. Pomponius ait. & l. cum maritus. faci-
lius enim remittitur culpa uiri circa personam extraneam, q̃ cū
res sibi traditur in dotem. Quid si inter uirū & uxo. fiat pactū,
non animo donandi, ēt constante matrimonio. bene tenet, un-
de si sit

de si sit vtile mulieri, potest pacisci vt fiat permutatio dotis de pecunia ad rem,& de re ad pecuniam:vt ff.de iur.do. ita constante.& l.quod si fuerit ff.eo.si mulier.Sic & ualet pactio,ut prædia æstimata in dotem conuertantur:& tenetur maritus de dolo & culpa.ut ff.eod.cùm maritus.respon j.Idemq; si fiat pactum, ut quanti plus uenierit prædium,id in dotē sit, valet.nam & si minoris precij sit,mulier supplebit.& si dictum sit,quod quanti venierit, tanti in dotem sit: valet, siue uendatur pluris, quàm ualeat, siue minoris.quod si culpa mariti minoris uenierit, idipsum mulier consequetur:quòd si maritus nō vendat,præstabit iustā æstimationē,uel eam quæ facta est:ut ff.eo.si pater.§. penultimo. & vltimo.Item si conuenerit,vt fructus in dotem conuertantur,& mulier onera mr̃imonij sustineat, valet vel si maiorē pecuniam dedit,ut maior pars fructuum in dotem conuertatur.ut ff.eod.si conuenerit.Item si paciscatur,ut fructus soluātur creditori mulieris,si pactum sit ante nuptias,ualet:sed dos diminuitur, si matrimonio constante, non ualet:quia pura donatio est.ut ff.eodē. liberis.§ ulti. Sed & si mulier dedit uiro fundum c. æstimatum, ut eundem reddat maritus, soluto matrimo. uel c. data mulieri electione.& maritus postea uendat fundum ducenta, tenetur maritus,uel ducenta reddere, vel fundum.c. æstimatum,& hoc verùm est,si uenditio facta fuerit de uoluntate mulieris: aliàs si sine voluntate venierit,omnino tenetur restituere fundum, secundum pactum:ut ff.e.l.ult.respon.j Item potest pacisci de fructibus dotis uxori dandis:ut ipsa tamen de suis se alat: sed quod vltra fructus dotis datur,reuocabitur.ut ff. de don. inter uirum & vxo.ex animo.nec enim ista est donatio, sed quasi quædam compensatio:quia & si nihil dotis habuerit maritus, debet tamē necessaria exhibere:& imputabit sibi, quòd mulierem recepit indotatam:ut ff.de don.inter virum & uxo.si quis pro uxore.ff. e.inter soc rū §.cōuenit.Item & si nō fructus dotis vir dederit vxori,sed faciat pactum de non petenda dote promissa, & ipsa faciat pactū de sustinendis oneribus matrimonij,ualet: ꝙ si mulier postea dederit etiam summam marito,ut eam alat,posterius.pactū seruabitur:ut ff.e.si pater.§.ex pactis.Interponuntur etiam pacta super dote reddenda:& hoc ita demùm valet, si fiat cōsentientibus omnibus,qui dotem repetere possunt: aliàs nō. vt ff.l.j.§ pacta sed dist.nā si extraneus dotē dederit,potest qđlibet pactum apponere incōtinenti in ipsa datione, ex quo dedit,nō potest,nisi ꝯsentiēte muliere:ut ff.e. ob res.§. si extraneus.est autem extraneus quilibet,qui non habet mulierē in potestate:& talis p̄sumitur donare,nisi expressim sibi reddi stipuletur.ut C.de rei vx.act.§.accedit.& de pactis cōuentis sup dote. ex morte.in fin.sed pater qui eā habet in potestate, stipulari sibi potest dotē reddi,quandocunq; ante nuptias dando dotē: post nuptias autem nō potest nisi incontinenti.ff so ma.quoties.simplex etiam pactio incontinēti facta nō nouat actionē dotis. patris,& filiæ.per l.cōpetentē.ut C.de iure do auia.& not.j.de dote post diuortium restitu cui datur.uersi.est & alia.& præcedēti. & §.& quando competit.Quid autem, si pater ex interuallo stipuletur sine consensu filiæ,cùm iā utriq; per legem sit acquisita actio? certè soli patri nocebit pactum & ꝓderit: ut si pactus est de dote ulteriore die præstanda:nec em̄ nocet filiæ, nisi ꝯsenserit vt ff.e.cùm dos.& l.aliud.hoc tamē pater etiā ante diē nomine filię agere potest,sicut & in tutore dicitur.C.de bo. quę lib. l. vlt.§.sin autē patre.& §.filius autem.& de bonis maternis.l. j.& de admin.tut.§.quidam.sin autem pactus est de dote citeriore die præstanda.ꝯmodum eius temporis erit patris: vel si in initio cōuenit de nō repetenda, postea conuenit de repetenda, solus ipse aget.si uerò sola mulier de dote experiatur, nō proderit ei, neq; nocebit pactū patris. ff.sol.ma.l 2.C.sol.mat.l.2.Pater etiā sibi & certæ personæ cōsulere pōt, scilicet ne ab eo vel filio suo petatur dos,uel ne petatur cōstante matrimonio:qa uidetur dictū,ipso socero viuente.nam si intelligeretur:vxore viuente,nō valeret:quia fructus dotis non sentirent onera matrimonij. ut ff.eo.auus.& l.cùm pater.& l.ult.§.ult.& si maritus non petit socero mortuo,tenebit culpæ nomine.ut ff.e.ob res.§.ul.Potest ēt pacisci incōtinēti de dote sibi reddēda,vel tali filio suo ex p̄ssim nominato filia mortua:& dabitur filiæ vtilis actio, si pater & filia præmortui sint:& si dixerit pater quod præmortuo illo filio restituatur hęredib.suis:vtilis est stipulatio:ut ff.e.si ita cōuenit. 14 & l.cū pater.† Quid si filia paciscatur sine patre,faciēdo conditionem patris meliorem? prodest & patri: quia per filiam patri acquiritur:non per patrem filiæ, scilicet, directè.nam & quādoq; utilis datur actio, scilicet, quando sibi pater tanquam hęredi voluit ꝓuidere.sed si filia fecit pactum,quo cōditio dotis fiebat deterior ipsi agenti emancipatæ:uel patre mortuo,ob. quandoque exceptio, ut dicet j.de dote post diuortium resti.§.& quando competit.ubi ponuntur casus, in quib. defertur ei actio dotis.& versi.huic uerò sed utilis patri non nocebit pactū, filia p̄mortua.sed si ea uiuente & consentiente repetat,adiecta psona filiæ,sibi oberit.ff.e.cū dos.licet uideatur ꝯtradicere,ff.sol.ma. l. 2.ubi dicit nec eam actionē amissam,quam habet adiuncta filiæ persona.sed ibi loquitur,quando filia fecerat, quod maritus ꝓmiserat extraneo dotem reddi,ut ita sibi & patri præiudiciū pararet:quod non potuit. sed si hæc filia cum marito suo paciscatur ad actionem sibi parandam,puta promittendo ei pœnam, si ipsa uel pater ab eo dotem repetat,non nocet patri,nisi adiūcta filia agat,tunc enim ex qualibet causa necesse habet filiā defendere:ex qua cōueniri posset,licet maleficium sit, puta furtū,vel iniuria.ut ff.rerū amota.l.j.§.ult.& hoc cùm pater non remanet obligatus ex persona filij,ex illo contractu,ex quo ipse agit, ꝓpter filij personam.tunc enim siue cum filio,siue sine eo agat, ꝓ filio respondet. ut C.de compens.l.si constante,& commodati. l.pe.ff.de pig.actio.l.si seruos pignoratos.

DE DONATIONIBVS SIMPLICIBVS INter coniuges vetitis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Donationes inter coniuges quare prohibitæ sunt,& quo iure.*
2 *Donatio inter sponsos & sponsas valet.*
3 *Donatio facta concubinæ,an teneat.*
4 *Donationes quæ valeant ab initio.*
5 *Donationes causa mortis sunt tres.*
6 *Donationes quædam sunt concessæ inter virum & vxorem.Et quatenus reuocentur.*
7 *Et qualiter.8.Et inutiles qualiter ratihabitione confirmentur.9.*
10 *Reuocatio per diuortium qualiter fiat.*

EX quo vidimus de dona.licitis,uideamus de illicitis:scilicet de his quæ fiunt inter uirum & uxorē,constante matrimonio,dicētes Quare prohibitæ sunt donationes inter cōiuges, & quo iure,Quæ donationes ab initio ualent, & sic per consequentiā scias,omnes alias inutiles fore, Quatenus reuocentur, Qualiter reuocentur:qualiter inutiles ratihabitione confirmentur.

1 Quare † prohibitæ sunt donationes inter coniuges, & quo iure. Et certè moribus,ne mutuo amore inuicem spoliarentur,non temperantes donationes, sed ꝓfusa erga se facilitate abutentes,nec esset eis studiū liberos potius educandi.Est & illa ratio:quia si valerent,multoties matrimonia discuterentur,id est,separarentur,nolēte donare eo qui posset & ideo matrimonia uenalia forent:quare maiores nostri donationes prohibuerunt,amorem honestum solis animis æstimantes. famęq; coniunctorū consulentes, ne concordia precio conciliari uideretur neue melior in paupertatem decideret,& deterior ditior fieret.ut ff.eo.l.j.ij.& iij in princip.Hoc,si matrimoniū de iure tenet:aliàs enim de iure stricto ualet donatio:sed fas non est eam ratā tenere, ne melioris condirionis fiant delinquentes, q̃ non delinquentes.ut ff.e.l.3.§. videamus. C. eod. si ex uoluntate.Sic ergo dabitur repetitio donanti.si uterque putabat matrimoniū valere,sed si sciebat vterque non ualere, uel solus donator,fiscus repetet:quia indignus est is, cui donatum est, vt retineat:ut ff.e.cùm hic status.§.ulti.& de legat.j.l.ulti.argu.contrà 2 j.eod.& si necesse.& s̃.qui filij sint legiti. c.pen. † Tenet autem donatio inter sponsos & sponsas:etiāsi ducta fuerit in domum, quæ per ætatem uxor non poterat esse: ut ff.eo.cùm hic.§.si qs sponsam.& l.inter eos.qđ dicas verū,nisi sit proxima pubertati secundum ea quæ no.de matrimoniis.§ vlt.uer. pręsumptorum & de despon.imp.§.& quæ sponsalia.uers.quod autem dixi. Sin autem dubitatur, utrum matrimonium teneat, uel non, dic ut no. s̃.de don.propter nuptias.§.quid sint sponsalia.versi. quid si 3 dubitetur.† Sed nunquid donatio concubinæ[a] facta tenet? Vtiq;.nisi miles sit is qui dedit: ut ff.e.l.3.§. sed si aliquod.in fine. & de dona.l.affectionis.& C.e. si ancillam.Quid de clerico donāte concubinæ[b]? dic ut no s̃.de dona.§.& cui.Sicut autem prohibitæ intelliguntur donationes inter coniuges, & sic inter illas ꝑsonas,quæ coniuges aliquo modo contingunt,per patriā potestatem,quod quatuor modis contingit:scilicet quia vnus cōiugum est in potestate tua:uel quia tu es in potestate sua: vel quia tu & ipse estis in potestate eiusdē: uel quia tu & ipse habetis cōiuges in potestate.& ideo duo consortes sibi donare nō posūt, si ergo aliquo istorū modorum contingo maritum alicuius, nō potero

ADDITIONES.

a Nunquid donatio concubinæ.¶ Adde Bar.in l.affectionis.ff.de do.Bar.in l.donationes in concubinam.ff.e.Ab in c.fi.de do.inter uir.& vxo.

b Quid de clerico donāte concubinæ.¶ Adde doc.in c.fi.& in c.relatū el.2.de test.Io.And.in c.de his.de sepul.Io.And.in reg.sine culpa.de reg.iur.lib.6. in merc.Pet.de Anch.cons.148 inci. Dubium facit.

potero ei & vxori suæ donare, & q vxorem aliquo de prædictis modis ɔtingit, marito suo donare ꝓhibetur: sed si nullus istorū modorū intercessit, donatio nō ꝓhibet, ut in socru & nuru sibi adinuicē donātibus dicit. Itē qui ɔtingunt cōiuges ꝑ potestatē, ēt sibi adinuicē donare nō possunt, nō ergo pōt vxor mea donare filio meo fa. nisi quò ad ꝓprietatē, qa vsusfructus patri quęreretur: nisi ipse fili⁹ meus miles sit: tūc enim, quò ad omnia, ualet donatio, qa & filius meus miles de castrensi peculio pōt donare vxori meæ, cū ī eo pr̄familiàs ītelligat: ꝓbātur hæc omnia ff. e. l. 3. § q ī eiusdē. vsq; ad §. nō tñ. & C. e. nec īter eas. ff. de ma. l. vsq;.

4 **Quæ** † donationes ab initio valēt. Hoc scire debes, ꝙ ꝓhibētur donationes omnes omnino, per quas donās pauperior, recipiēs ditior efficitur: aliquo autē istorū deficiēte, donatio tenet: ergo si maritus non sit pauperior, donatio valet: putà maritus instituitur repudiat hęreditatē donationis causa: ut uxor substituta acqrat hr̄ditatē, uel ab intestato succedat. Ideōq; si hac de cā legatū repudiat, vel si rogat⁹ sit restituere hr̄ditatē vxori suæ: & ipse restituit, nullà quarta detracta sciēter, talis donatio nō imꝓbat: secus si errasset in facto, qa tunc haberet indebitè solutę quartæ repetitionē: ut ff. e. si sponsus. § si maritus. & §. si quis Itē si maritus rē alienā vxori suæ bona fide donauerit, valet donatio: quia nō fit pauperior: & vxor eā poterit vsucapere. ff. e. sed & si ɔstāte & no. de hoc s̄. de præscrip. sub rubrica. tit. ꝓ donato, Sed & si donator fiat pauperior, recipiens autē temporaliter locupletior nō fiat: tenet donatio: vt si alteruter alteri locū aliquē dederit sepulchri cā, & si recipiēs corpus intulerit, faciet locū religiosum: sed si non intulerit, quāuis locū vēdiderit, nihilominus donātis remanet. Sed & si recipiēs ibi inferatur, quāuis mero iure ipso pręmortuo, videatur donatio tacitè reuocata, benignius tñ est, vt eam dicam⁹ valere. Idē si donet ei ad oblationē faciēdam, uel ecclesiam fabricandā, vel ad alias pias cās: nec moueat te qđ hoc nō fecisset, nisi à marito recepisset: quia nihilominus valet, cū ipsa locupletior non fiat: & tñ fieret pauperior, si de suo erogaret. vt ff. e. sponsus §. cōcessā. & sic summa est ratio, quæ ꝓ religiosis facit. vt ff. de relig & sump. fu. sunt ꝑsonæ. & arg. s̄. de test. c. vlt. & de dolo & contu. c. 2. Itē valet, si ad vnguenta emēda uir dederit vxori, cū vxor locupletior nō fiat: vel ad alios colores emēdos. nā in cameris mulierū pixides inuenies: & rerū mille colores: ut dicit Ouidius. nec refert vtrū eandē pecuniā vel tātundē de sua ibidem erogauerit: vt ff. e. qđ aūt. §. si maritus. Item nec locupletior est, si donauerit ei seruū causa manumittendi: vt C. e. si maritus, sed antequā libertas imponat, remanet seruus donantis, & si post certum tempus fieri debuit manumissio, antea facta non valet: & si intra certū tēpus, eo elapso fieri non potest. resoluitur etiam hæc donatio diuortio interueniente, & si talis erat seruus, qui de iure manumitti nō poterat: non tenet donatio, nec cōstitutione diui Marci vnquā arripietur in libertatem, cùm dominiū trāslatū non sit: ut hæc probantur ff. eo. quod aūt §. pen. & vlt & l si ante. Sed & si donator pauperior fiat, & recipiēs locupletior, tenet donatio: si in fine finiti matrimonij sit collata: ut si maritus uxori donauerit mortis causa, sed quousq; mors secuta sit, remanet res donātis, ut ff. e. si eū. §. ult. & l. & qa. & l. sed interim. & hoc generaliter intelligas, qualitercūq; fiat donatio cā mortis. ut ff. e. sed interim. §. sed qđ dicitur. nisi ita fiat, qđ nullo casu reuocetur. tūc enim uidetur donatio inter uiuos: unde nec Falcidia detrahitur ex ea. ut ff. e. ubi ita.

5 † Sunt aūt tres species donationis cā mortis, una, cū quis nullo metu præsenti, sed sola cogitatione mortalitatis donat: alia, cùm qs donat imminēte periculo: tertia qñ donat, ut statim fiat res accipientis, ꝓp imminēs periculū, uel demū morte secuta. ut ff. de dona. causa mortis l. 2. & istæ tres species inter uirū & uxorē cadūt; sed morte demū secuta, uidentur ab initio ualuisse, ētsi sic fiebat donatio, ut statim fieret res accipiētis: ut ff. de dona. cā mor. si mortis cā inter uirū & uxor. ff. e. si seruus. sed fallit hoc in tertia specie donationis causa mortis, scilicet qñ ita dant, ut fiāt res accipiētis, demùm morte secuta. quia illa retrò nō trahitur, q̄uis morte ɔfirmetur. & in hac donatione, quæ retro nō trahit, patiuntur quędam regulæ exceptionem: ut dicit lex in qualibet regula. ff. de regulis iuris. l. j. uideamus ergo primitùs casus huius donationis, quos animaduertit Marcellus: secūdò regulas, quæ recipiūt exceptiones in hac specie. Est autem primus casus quādo maritus filiųfami. uxori donauit. & ipsa eo uiuo facta fuit sui iuris: uel ecōtrà uxor donat marito suo filiofa. ea uiuente sui iuris facto. nā res pleno iure pertinet ad eū, cui donata est: qa sui iuris est eo tēpore, quo donator moritur: ꝑ ɔ̄triū, si tēpore donationis erat donatarius paterfa. sed tēpore mortis. filiusfa. inueniat, nihil quęretur filio, sed patri, in cuius potestate inuenitur. Item si is, cui alter donare uolebat interposuerit filiū fa. uel seruū alienū, ut ei principaliter donaret, & eius fieret res, sed recipiens postea tradat ei, qui eū interposuerat, quasi ualeret donatio, & traditio facta interposito, sed talis interponēs decipitur in cogitatione sua: sed dist. lex, utrū iste interpositus sit, sui iuris tempore mortis donātis: & tūc tenet donatio, & traditio, aliàs quæretur patri uel domino, s̄m prædicta ut ff. eo. sed interim. §. sed qđ dicitur. & §. maritus. usque ad illum § Marcellus. In his igitur casibus fallunt illæ regulæ quæ dicūt tēpus ɔ̄ctus inspiciēdū, an ualeat, uel nō ualeat: & quę dicunt spectari tēpus ɔ̄ctus, ut acquiratur patri, si filius contraxerit eo tempore, quo in potestate erat. ut ff. de uerb. oblig. si filius. & inst. de inutili. stipulat. §. j. & sic nō spectatur initium factæ donationis, sed tempus mortis illius, q donauit: & sic regulæ prædictæ exceptiones recipiūt: & est ratio, quia licet donatio causa mortis sit pactū, uel quasi ɔ̄ctus, tñ habet similitudinē legatorū, quibus per omnia ɔparatur ferè. ut insti. de dona §. hæ mortis causa donationes. sed in legatis spectat tēpus mortis testatoris, conditio ꝑsonæ legatarij, ut acqrat ei, si sui iuris est, uel patri, si est in potestate: sicut ergo in trāsmissione legatorū spectat tēpus mortis testatoris: sic & in donatione cā mortis tēpus mortis donatoris: vt ff. de re. iur. quæ legata. & de pig. si legata & qñ dies leg. ce. si post. §. vlt. & de dona. causa mortis. l. ult. & licet assignata uarietate euidētius appareat regulas vitiari, tñ, & si nulla uarietas status interueniat, nihilominus recipiūt exceptionē. Et quid si interpositus iste tradit rē sibi donatā interponēti, donatore uiuēte, & posteà donatore uiuente decedat interpositus? distinguit lex an fuerit interpositus ab eo q donauit: & tunc res ipsius statim facta est: & ideo traditio eius egit aliquid; vt tñ pendeat, donec mors sequatur, an interponat ab eo, cui donabitur, & tūc donatio euanescit, qa nullo momēto fuit interpositi: qa sicut nō possū trāsferre dñiū in ɔiugē meam: ita nec in interpositū ab ea. sed si iste interpositus, dicat ab ea interpositus, ut ꝓcurator nō donatarius, nunq̄ in eū trāsit dñiū in casibus, s̄. no. quia quæretur dominiū interponēti, & non ipsi, ut ff. de acqui. rerū do. si procurator rē. sed si interponitur ab eo q donat, nihil impedit in eū transire dominiū: ut statim dixi, & ꝓcedit hæc quęstio in his specieb. donationū, quas s̄. diximus trahi retrò, nisi in casib. superius dictis in illo ver. est aūt prim⁹ &c.

Est & alia donatio, quæ ɔfert in tēpus soluti matrimonij. & ideò tenet ea, scilicet quæ fit diuortij causa, sæpe enim euenit, ut ꝓp sacerdotiū, vel sterilitatē, aut senectutē, aut ualetudinē aut malitiā satis ɔmodè retineri matrimoniū non possit: & ideo fit diuortiū bona gratia, & dissoluit. matrimoniū ut ff. e. uitricus §. j. & l sed interim. §. fi. & l. vel senectutē. & l. & ideo. hoc pōt intelligi si uterq; vouerat castitatē, & intret religionē: habita dist. utrū sint iuuenes, uel senes. s̄m ea quæ not. s̄. de ɔuers. ɔiugatorū. qualiter possit cōuerti. Idemq; si fiat donatio in hoc casu deportationis uel exilij futuri: ut C. eo. l. sed & si mors. l. inter uirum. Quod dictū est de donationib. ꝓhibitis, idē intelliges de uenditionibus nominatim simulatis. si uerò vēditio vera est, sed de precio remissū donationis cā, di. utrū ille q uendidit, erat aliàs uēditurus. & tūc tenet uēditio, sed reuocatur qđ de precio dimissū est: uel nō erat aliàs vēditurus: & tūc nulla est vēditio: ut ff e. spōsus. §. circa.

6 † Porrò inter uirū & uxorem quædā donationes sunt concessæ etiāsi nō sint collatæ in tēpus soluti matrimonij, q̄uis donator fiat pauperior, & recipiēs locupletior, s. in casib. Prim⁹ casus est, si uir uxori dederit in refectionē domorū conbustarū: inq̄tū extructio expostulat. ut ff e ꝙ si vir. Secundus, si donauit vxori annuū vel mēstruū. & tradidit ad sui sustentationē, usq; ad uires dotis: nam quod ultra traditur, reuocat: nec maritus ex ꝓmissione poterit ɔueniri, siue dedit pecuniā, cuius lucrū vxor habeat: uel fructus p̄dij. ut ff. eo. si ex anno. respō. j. §. j. & l. de fructib. & C. e. sicut. Tertius, si unus seruis, uel animalibus, uel uestibus alterius usus fuerit uel in domo sua gratis habitauerit dōationis cā, ualet donatio. ut ff. e. si uir. Quartus, si uir ꝓ uxore uectigal soluerit, maximè si cā uiri ꝓficiscitur uxor. uectiones autē uxoris, & ministrorū eius maritus soluens, repetere nō pōt non eīn donat q necessariis oneribus succurrit. vt ff. e. si qs ꝓ vxore. Quintus si serui uiri uxori operas p̄stiterunt. vel ecōtrà. nō eīn amarè tanq̄ inter infestos ius ꝓhibitę donationis tractādū est, sed inter cōiunctos maximo affectu & solā inopiā timētes. ut ff e. si id qđ. §. si quas. Sextus, si uir soluit in p̄senti, ꝙ in diē debet vxori: ut ff. e. sed si uir §. qđ vir Septim⁹, qñ vxor donat marito gratia honoris vel dignitatis adipiscendæ: sed eatenus est ratū donū, quatenus gratia dignitatis supplēdæ opus est, idē est, si gratia nō dico honoris, sed quasi honoris detur: puta gratia clauilati: qa nō merè dignitas erat: uel ut equestris ordinis fiat, uel gratia ludorū, s. ꝓparādorū authoritate publica non tñ dico, ꝙ valeret, si donaretur, ut in alea luderet: ut ff e. qđ adipiscēdæ. & l nā. & l nuper. & accedit ff. fam. erci. si filiā. §. Neratius autē. Octauus, qñ fit donatio inter Imperatorē & Augustā: quia imperialis contractus uicem legis obtinet. vt C. eo. l. pluraliter.

7 **Quatenus** reuocentur. † Eatenus quatenus hæc duo cōcurrūt, scilicet in quātū donator pauperior, & accipiens factus est locupletior: ut ff. eo. si sponsus. §. vlt. si ergo ex pecunia sibi donata uxor cōparauerit sibi prædium, uidetur locuples in tantum, quanti est prædium. non tamē

vltra

vltra id quod donatum est: vt ff. eod. quod autem §. idem diuus. & l. vxor marito. & l. si id quod. § si ex. o. secus, si maritus solue rit pro vxore creditori eius animo donandi. tunc enim eatenus vr locupletior, quatenus ære alieno liberata est: vt eo. sicut mulier. Quid si mulier pecuniam sibi donatam in rem sibi vtilē, vel necessariam cōsumpserit? locuples videtur, si in voluptuariam non tenetur: vt ff. e. sed si vir. §. non videtur. & l. quod autem. §. si maritus. Hoc autem, scilicet quātum intelligatur locupletior tempus litis contestatæ consideratur: vt ff. e. quod autē. in princi. & §. idem diuus. Et est nota. quod quamuis hæres accipientis non teneatur, si accipiens in vita sua consumpsit in rem, nec vtilem nec necessariam: tenetur tamen hæres, si ipsemet consumpserit: vt ff. ad leg. Falci. quod de bonis. §. ex donationib. & hæc omnia vera sunt, si vnus coniugum alteri donauit per se, vel per personam interpositam: vt ff. e. l. 3. § nam tantum. quòd si vterque alteri donauit, & vterq; locupletior factus est: vtriusq; donatio reuocatur. si verò neuter factus est locupletior: neutrius donatio reuocatur. si autē vnus factus est locupletior. alter nō: neutrius donatio reuocatur cōpensatione hincinde admissa, si matrimonium constat, vel per diuortium sit solutum. Idem si soluatur morte illius, qui non est factus locupletior, sed si solui tur morte illius, qui factus est locupletior, reuocata est donatio in eum collata: vt ff. e. quod autem. §. si vir & vxor. & l. cùm hic status. §. quod ait.

8 Qualiter reuocetur. † Reuocatur autem donatio in vxorem collata directè, siue per obliquum si enim viro & alij obligata erat insolidum: & vir accepto ferat mulieri, neuter liberatur: quia cùm expressum sit inualidū, neq; valet ꝙ tacitè inest. Si aūt accepto feratur cum reo mulieris, ipse quidem liberatur: mulier per ꝯñs non est obligata. Et gñaliter tenendum est, ꝙ inter virum & vxorem aut pertinentes ad eos per ptātem per se, aut per interpositas psonas acta donationis causa non valeant: ꝙ si aliarum extrinsecus rerū personarumue causa ꝯmixta sit, ita ꝙ separari non possit, donatio non impedit vt ecce tenebatur mihi vxor mea cum alia ad rem indiuiduam præstandam ex cōi prædio. vel in cōi eorum predio erat iam imposita seruitus: puta iter vel actus, uel via. vt ff ad l. Fal. l. j. §. si vsusfructus. si aūt habent rem diuiduam, pōt separari persona & res. vnde ſm quod distinctum est, & dictum, liberari poterit extraneus, & non mulier. vt ff eo. si sponsus §. si maritus. & §. generaliter. Fit ēt reuocatio donationis, si res corporalis tradita fuerit, per directam rei vendicationē si acceptilatum est. nulla est acceptilatio: & ideo pristina actione agitur, si fuit promissum, nulla est promissio. ff. eo. l. 3. §. sciendum. Fructus autē restituent vbi donatarius sciuit donationem nō tenere: sin aūt credidit eā valere. lucrifacit eos. vt ff. de vsuris. l. fructus. & ff. eo. de fructib. est aūt notabile, quod donatio q̄nq; concurrit cum iure coi: & ideo non tenet, sed reuocatur. nam si donationis causa vir vel vxor non vtatur seruitute decennio, vel vicennio, amittitur. verum post diuortium, subaudi, vel ante, vel subaudi maximè, condicetur. Itē si aliqua exceptione in iudicio submoueri voluerit donationis causa facta absolutione per iudicem, valet quidem: sed condicetur: vt ff. eo. si sponsus. §. si vxor.

9 Qualiter † inutiles ratihabitione confirmantur. Hic notādum est, quòd donatio reuocatur expressim: reuocatur & tacitè expressim, per pœnitentiam, subaudi, verbis expressam & supremam. nam si vxori donauit, deinde pœnituit, mox desijt pœnitere, valebit donatio: qa hic sicut in legatis solemus dicere, ambulatoria est voluntas, vsque ad vitæ supremum exitū. & hæres donatoris actionem habebit, si euidenter appareat, donatorem in vita sua reuocasse: sed in dubio procliuior erit iudex ad pronunciandum donationem valere: nec datur hæredi potestas reuocandi ex persona sua: vt ff. eo. cū hic status. § ait. & §. pœnitentiam. & de hac materia nota plenius s. eod. § quæ donationes. sub §. sed & si donator. & versicu. seq. Item expressim fit reuocatio, si maritus rem obligauit donatā, vel alienauit quoquo modo: vt C. eo. si maritus tuus. Sed quid, si ad hoc eo animo fuit, vt donatum vellet fingere mulierem in possessionem precariam remansisse paratam satisfacere creditori? valet donatio. nam & si ab initio rem obligatam hoc animo dedisset: valeret: quia mulieri volēti satisfacere, dabitur doli exceptio. quinimò & si satisfecisset, id est, satisfacere promisisset per doli exceptionem assequeretur, ut creditor sibi mandet actiones ei contra maritum competentes: vt ff. eod. cùm hic status. §. si maritus. Tacitè autem fit reuocatio per diuortium, nisi in diuortio iterum voluerit donationem valere: plerique enim cum bona gratia discedunt: plerique cum omni offensione: sed si non fuit diuortium, sed friuusculum: valebit donatio, friuusculo quiescente. Quid tamen: si diuortium factum est, deinde restauretur: quia ecclesia reperit se deceptam secundum decreta s. de frigidis. fraternitatis. & in diuortio vel mutata fuit uolūtas, uel eadem durauit, nīquid tenebit donatio, si donator decedat constante matrimonio? & potest defendi, ꝙ sic. arg. ff. eo sed interim. §. si maritus. & l. cū hic status §. si diuortiū. & C. eo. à marito. Item fit reuocatio tacitè, cùm socer consocero donauit, & alter eorū uel uterq; copulatos emācipauerit. ut ff. e. l. cū hic status. §. sicut licet peruenerit ad eum casum, à quo incipere potuerit. Itē tacitè fit reuocatio, si prius decedat is, cui datū est, q̄ ille q donauit, nā & si ille q donauit prior decedat, ꝯfirmat donatio morte. Quid ergo si simul moriantur naufragio, ruina, uel incendio, vel simul ab hostibus capiant? dici potest donationē ualere: & hoc ex uerbis orationis defenditur. ait enim oratio, si prior uita decesserit, qui donatum accepit, nullius momenti sit donatio: sed si inuicem decesserint nullus prior. idem & si simul capiuntur, & neuter reuertatur: ꝙ si unus redierit, alter nō, is vr superuixisse, qui redijt. & hęc eadē in donationib causa mortis factis locum habent. ut ff. eod. cùm hic status. §. si ambo. Et quod dixi in præmoriente donatore, seruatur, ut si damnatus sit in metallum uel in seruilem conditionem ex qualitate pœnæ deductus. utrobique enim confirmatur donatio, si nō excedat legitimam quantitatem quingentorum solidorum: uel si excedat, & fuerit insinuata. sed si non fuerit insinuata, non confirmatur. silentio donantis, imò expressa confirmatio necessaria est, & expressa uoluntas: ut sic non uideatur ab initio ualuisse. nam ubi silentio confirmatur, fingitur ualuisse ab initio. ut C. eodē donationes. Sin autem maritus damnatus non fuerit in metallum licet fuerit deportatus, & sic retinuit libertatem quāuis ciuitatem amiserit: donationes adhuc manent in pēdenti: quia nec matrimonium his casibus dissoluitur, & sic per mortem confirmatur. ut C. eo. res uxoris. hæc secundum l. nam secundum can. qui in hoc casu præualent, idē intelligas de damnato in metallū uel in seruitutē, quòd de deportato: quia nullus casus matrimonium sequens ipsum uinculum matrimoniale soluere potest. ut no. s. de matrimonijs § quis sit effectus. & de coniu. lepr. uer. aliàs autem. Secundum supradicta intelligas infrà. eodem. donatio. respon. j. & quicquid dictum est, de donatione inter uirum & uxorem prohibita, eadem penè intelligas de donationibus inter parentes & filios factis. Hæc enim iuris impossibilitate prohibentur, cùm una eademque persona æstimetur filius & pater fictione iuris. ut C. de impu. & ali. substit. l. ulti. sicut uir & uxor sunt duo in carne una: ut suprà, de conuer. coniug. ad Apostolicam. & ideo non ualet donatio facta a patre in filium: quia uidetur de una manu ponere in alteram: nam manus filij est manus patris. sicut & uxor. Instit. de inutil. stipula. §. ei qui tuo iuri. & de hoc no. suprà de consan. § usq; ad quotum gradum. uersi. & est ratio. Fallit autem in casibus, scilicet in dote & donationibus propter nuptias, quæ æquis passibus ambulant: ut dixi s. de donat. propter nuptias. § qualiter fiat uersi. fiebat. & seq. & descendūt de bonis patris: ut ff. de colla. do. l. ult. Item cùm donat mobilia filiofam. cūti in castra: ut C. familiæ erciscundæ. l. si filius. Item ualet remissio usufructus in rebus aduenticijs. Item donatio facta in alimenta: ut C. de bonis quæ liber. cùm non solum. §. ubi autem in unum. & si aliàs non tenet mero iure: si tamē donauerit pater filio conferendo in eum supremum iudicium, uel tanquam extraneo confirmatur morte cum eadem determinatione, qua ostendit confirmari donationem factam inter uirū & uxorem: ut C. eo. donationes. Et quod dicit l. donationē trahi retro silentio confirmatam: intelligas quantum ad fructuum perceptionem, ut eos intelligatur suos fecisse: ut ff. de legatis 2. cùm pater. §. pater filiæ. uel ut non teneatur de damno dato: nō quantum ad hoc, ut dominium ab initio uideatur fuisse translatū. cùm enim expressa uoluntas hoc non potuerit operari, multominus tacita, quare remansit res in bonis donantis tempore mortis. & ideo uenit percipiēda in fa. erci. iudicio: ut C. de inofficioso testamento. si pater. sed si datum esset, ut in peculio haberet, non ueniret percipienda: sed diuidenda pro hæreditaria portione: ut C. de coll. si donatio. In summa hoc non prætermittes, quòd licet dixerim confirmari donationes coniugum inter se, uel parentum in liberos: hoc uidetur habere locum tantum in donatione, per traditionem ꝯpleta. nam si promissio in suis finib stetit, non putauit Papin. conueniri posse donatoris hæredem: licet durante uoluntate donator decesserit, nisi uir promiserit uxori aliquid annuum ad sui sustentationem dari: ut ff. eo. stipulata. sed forte opinio Papiniani corrigitur per orationē Diui Seueri, qui ait donationis obligationem esse ciuilem præmortuo donatore. ut ff. eod. l. cùm hic status. post principium.

DE DOTE POST DIVORTIVM restituenda. Rubrica.

SVMMARIA.

Et quando competat. 6.
3 *Differentia quæ sit inter patrem & extraneum.*
5 *Expensæ necessariæ quæ dicantur.*
7 *Prædium dotale quod dicatur.*
8 *Et quid quasi dotale.*
9 *Priuilegium dotis quod sit.*
10 *Res mobilis dotalis an possit alienari.*
11 *Actio de dote contra quem detur.*
12 *Condemnatio in actione de dote, qualiter formari debet.*

IN prima parte rubricellæ satis expeditū est, qualiter promittatē & constituatur dos: & donatio p.p nuptias, vt patet in specialib. rubricis: quas de hac materia posuimus s. sed quia sol. matr. sicut ad mulierē, vel hęredes eius redire debet dos, sic & donatio propter nuptias ad virū, vel hæredes suos, nisi in casib. vt j. eo. c. vlt. §. vnico. & not. s. eo. sub rubrica, de don. p.p nupt. § qualiter fiant do. ver. debet aūt dos. videamus de dote post diuortium, subaudi generaliter, & in casu ēt ꝯstante matrimonio restituenda, s. patri mulieris: dicentes, Qua actione repetatē dos, Cui datē hæc actio, Et inquantum datur, Et qn̄ ꝯpetit, Quid sit prædiū dotale, Et quo priuilegio gaudeat, Et ꝯ quem detur actio de dote, Et qualiter ꝯdemnatio in ea formari debet.

1 **Qua actione** † repetatur dos, vel etiam petatur. Et quidem actione ex stipulatu: sublata rei vxo. act. & attributo actioni ex stipulatu, quod in ea bonum visum est: vt C. de rei vxo. actio. l. vnica respon. j. vnde hoc casu est ac. ex stipulatu bonæ fidei. Quamuis sit aliàs stricti iuris: vt C. de rei vxo. actio. §. sed & si non ignoramus.

2 **Cui datur** hæc actio. † Marito vel eius patri ad hoc, vt dos tradatur. si enim à datione dos inciperet, locum hæc actio non haberet: licet quidam contradixerint: vt C. de iure dot. l. j. & competit actio ex stipulatu, etiāsi stipulatio non interuenerit. C. de rei vxo. l. ac vnica. quod dic, vt no. s. eo. sub rub. de dotib. promittendis & ꝯstituendis. § qualiter petatē. Sed ista actio ex stipulatu ꝯpetit mulieri pro dote repetēda, & hæredi eius, siue ipsa dederit dotē, siue alia p̄sona extranea: nisi extraneus: qui dotem dedit, eandē dotem incontinenti pactus fuerit sibi reddi: sed si pater, vel auus, qui filiā vel neptē habet in potestate, dotem ꝯstituit, tunc cōis est actio patri & filiæ & ēt pater plusculum hēt, s. exercitium de ꝯsensu filiæ, & tpe litis ꝯtestatæ, quæ tn̄ filia semper vr̄ consentire, si non habet iustā causam contradicendi. vt ff. soluto matrimonio. l. 2. §. ulti. & l. si pater sine. & l. non solum. & l. dotem. & C. de rei uxo. actio. §. accedit. Quandoque etiam agit pater sine consensu filiæ, quando scilicet filia latitat, ne patri consentiat: sed & arbitrari debet iudex utrum filia bonæ opinionis sit, & pater leuis: & tunc repellat patrem: uel econtrà filia leuis, pater bonæ famæ: & tunc admittatur. ut ff. solu. matrimo. l. 2. & l. si cùm dotem. §. eo autem tēpore. Hoc, si filia in potestate est: aliàs si emancipata uel sit exhæredata soli filiæ incipit competere actio: ut dos ei in quartā computetur, uel ꝯferatur, si decesserit pater intestatus: ut C. de rei uxor. actio. § uideamus. & §. & hoc. & hoc est mirabile, quòd actio ex stipulatu, quæ est ex contractu, non transit ad hęredē, etiam lite cōtestata. sicut aliàs. ff. de operis libertorum. si operarum. quod uix alibi reperitur. nā aliàs personalis est hæc actio; & perpetuò hæredibus datur, & in hæredes: ut C. de rei uxor actio. §. maneat. 3 † Est & alia differentia inter patrē, & extraneum, ut extraneus accipiatur omnis ille, qui non habet mulierē in potestate: quia pater incontinenti paciscendo de dote sibi soli reddenda, nō immutat tunc actionem acquisitam, p l. ipsi patri & filiæ. nec eam innouat, nisi stipulatio intercedat: secus, si stipuletur incontinenti: idest quandocūq; ante matrimonium, postea non: ut ff. solut. matrim. quoties. & est ratio: quia stipulationes ꝯsueuerunt nouare, non pacta simplicia: extraneus autē incōtinenti paciscendo acquirit sibi actionē præscriptis uerbis. & est ratio, quia sibi non erat cōsultum, per l. ff. de noua. cū enim. nec in hoc casu est actio nouata, uel sublata filiæ: quia nulla quęsita erat: sed si incontinenti non paciscatur, mulieri uidetē donasse: ut suprà e. sub rubricella, de dotibus promitten. §. fin. uer. interponuntur etiam pacta. Patre autem præmortuo, agit filia: ut C. de rei uxo. actio. §. uideamus. Itē filia præmortua, agit pater: ut C. soluto matrim. dos. nec distin extent liberi, vel non. ut C. de rei uxor. actio. § sileat. argu. C. de bonis quæ liber. l. 2. ff. de iure dotium. succursum est. sed hoc uerum est, secundum Martinum & Pla. si matrimonium soluatur diuortio: secus, si morte. quia tunc succedunt liberi tāquam in proprium patrimonium mulieris. vt ff. de minori. deniq;. §. sed vtrū. in fi. & Instit. de hæredum quali. & diff. §. sin autē. & hoc est verum, si filia erat materfamil. nam si esset filiafamil. idem videbatur. M. scilicet quod non posset maritus retinere dotem, etiam obtentu liberorum: sed B. & Iob. indist. intelligunt, vt dist. Consuetudo tamen sententiæ M. adhæret, siue sit materfami. siue filiaf. Hoc aūt notandum est, quòd ubi redit ad patrē iure potestatis, nō licet patri diminuere ipsam dotem filiæ secundo nubere uolētis: nisi fortè substantia sua aliqua clade uel fortuna diminuta sit: quia tunc non cogitur ultra uirtutem substantiæ, ut in authen. de æquali. do. §. quia uerò iam. colla 7. quod dic, ut not. suprà eod. sub rubrica, de dotibus promitten. & constit. § in quibus rebus. uersi. in casib. & sequenti. Quod si uiuente patre filia non nupserit, cū extraneo instituto dotem percipiet: sed si instituatur hæres unà cum fratribus dotem conferret: ut C. communia utriusq; iudicij, l. finali.

4 **Et in quantum** datur. † Ad id repetendum quod datum est in dotem, & eius accessiones: ut not. suprà eo. sub rubrica, de dotibus promitten. §. ad quem pertinebit commodum. Nec potest obijci huic actioni edictum de alterutro, scilicet ut uxor sit cōtenta uel relicto à marito, uel dote, debet enim utrumq; consequi, nisi maritus p dote ei reliquerit: ut C. de rei uxo. actio §. sciendum. Item non obijciuntur mali mores uxoris, nisi sint de specificatis. per l. per quos debet amittere dotem. ut C. de rei uxo. act. §. taceat. Item non obijcitur amotio rerum mariti: nisi fortè hincinde quantitas consistat, ubi quidem potest fieri compēsatio. ut C. de rei uxor. ac. §. sed nec. & de compēsa. neq;. & ff. soluto matr. rei iudicatæ. §. j. Item nec obijciuntur res donatæ à marito, cum ppria actio competat. ut C. e. §. taceat. Item non obijciuntur impensæ factæ, dist. tamen si necessitate factæ sint, & dos in quātitate & specie consistit, ipso iure minuunt dotis quantitatē expensæ in specie factæ: quod si dos in sola specie consistit, puta fundus datus fuit in dotē, & tot expensæ factæ sunt semel: uel pluries, quæ fundi æstimationi æquiparantē, ipso iure desinit fundus esse dotalis, nisi mulier sponte intra annū obtulerit uiro æstimationē impensæ. quod si quantitas expensarum non est tanta, quanta fundi æstimatio, nulla parte desinit fundus dotalis esse: sed tn̄ retineri potest, nisi impensæ soluantur: ut ff. de iure dotium. si is qui Stichum. §. penulti. & ultimo. sed si expensæ utiles fuerint, & sine uoluntate mulieris factæ sunt, habet locum actio negociorum gestorum. sin aūt eius uoluntate, actio mandati locum habet, si sint utiles, uel necessariæ: in uoluntarijs autē siue uoluptuarijs licet fiāt uoluntate mulieris, actio non datur, sed pmittitur deductio operis fieri, sine lesione tamen prioris speciei: ut C. eo. §. sed nec ob impensas. 5 † Sunt autem expensæ necessariæ, quibus non factis res deterior futura est, uel omnino peritura. Vtiles uerò, quæ rem meliorem reddūt, sed deteriorem rē esse non sinunt: uoluntariæ autem, siue uoluptariæ sunt, quę duntaxat ornant: & ad delectationem fiunt, non etiā fructum augēt, ut uiridaria, aquę saliētes, incrustationes, picturę, loricationes, ut ff. de uer. oblig. impensæ & accedit. ff. de impēsis in rebus dota. factis. l j. 2 3. & 4. & per totum. Nedum autem competit hęc actio ad id, quod datum est in dotem: sed etiam ad id, quod exactum est in iudicio nomine dotis: quare si maritus propter euictionem duplum consecutus sit: & duplum reddet: ut ff. de iure do. quoties.

6 **Et quando** competat. † Et quidem regulariter soluto matrimonio, ut dicit rubrica in reb. immobilibus statim: secus si in pecunia consistat. quod dic, ut not. infrà eod § qualiter condemnatio. Item diuortio facto quo ad thori separationem culpa uiri: nam si culpa uxoris, dotem lucratur uir, ut infrà eod plerunque & not. s. de diuortijs §. quot modis. uersic. libellus. & sequen. Fit etiam quandoque exactio matrimonio non soluto, puta uiro deportato, cuius affectionē uxor non mutauit. Item quando maritus uergit ad inopiam, ut C. de iure dotium. ubi. & l. in rebus. §. omnis autem. & de repudijs. l. j. & l. consensu. §. hoc nisi. de qua tamen debet alere maritum egentem. ff. de iure dotium mutus. §. manente. aliàs nō datē hæc actio constante matrimonio, quāuis maritus soluere possit, nisi ut uxor se & suos alat, aut fundum idoneū emat, aut in exilium, uel in insulam relegato parenti pręstet alimoniam: aut egentem uirum fratrem sororemue sustineat. ff. de iure dotiū, mutus. §. manente. & sol. matrim. l. quamuis. Quod autem dixi, dotem exigi posse, constante matrimonio, ubi maritus uergit ad inopiam. intelligas, quando euidentissimum est, mariti cuiusdam ditissimi facultates sufficere non posse ad exactionem dotis, & aliorum onerum, quę uiro imminent: ut ff. solu. matrimon. si constante. Hodie autem intelligitur uergi ad inopiam, quo ad exactionem dotis ex quo maritus incipit sua substantia malè uti. ut in authen. de ęqua. do. § & illud quoq;. coll. 7. & dixit Azo hoc exaudiendum, ſm opinionem, uel famam communem.

munem, scilicet quia communiter dicitur malè incipi gerere factum suum. vt ff. de fundo instructo le. l.cũ de lanionis. §.asinã. Goffred.dixit hoc intelligendum, si dilapidet:aliàs propter solã inopiam non redderetur. & sic intelligitur auth. Sed hoc tantũ videtur destruere quædam decret. quæ dicit, quòd maritus etiã pauper & inops potest petere dotem : & ei restituenda est sub ea cautione, quam potest præstare, quia satis potest ei modicũ dotis credi, cui creditum est corpus vxoris:ut j.eo. per vestras. sed dic quòd ibi loquitur, quando vir ab initio pauper erat, diligens tamen & bonus paterfa. & ideo non habetur suspectus, vt Insti. de suspe.tu.§.penul.& vlt. vnde in hoc casu idem dicit l. cuius au ctoritate dominus Inno.III.pater iuris, in hunc modum respondit, hanc l.habes.C.ne fideiuss.dotium dentur. l.ij. superiora verò intelliguntur, quãdo pauper est, vel inops, & hoc uitio prodigalitatis:vt s.de consue. capi.penult. in hoc enim casu non restituetur ei, sed potius auferetur ei, & mulieri restituetur: uel si mulier suspecta sit, uel etiam uir ignotus & pauper, & timeat̃ de fuga commẽdari debet alicui mercatori, ut de parte honesti lucri onera matrimonij supportentur, negociatio enim honesta est licita:vt j.de raptoribus.ex communi. & C.de episc. & cleric.l.ij. Et hoc est quod distin. idem dominus Innoc. in dicta decreta. per uestras. prope finem ibi, vel saltem alicui, &c. vnde super illo uel subaudiendum est, ut premisi: vbi enim maritus suspectus est, non est ei tradenda dos, ẽt sub fideiussoria cautione. & est duplex ratio. Prima, quia satisdatio animum tutoris maleuolum non immutat, ut Institu. de suspect. tuto.§.nouissimè. & ff.de suspect.tut. quia satisdatio. Secunda est ratio, quia fideiussores dotium dari prohibentur: sed circa hoc disting. utrũ detur à muliere marito pro dote sibi præstanda: & tunc ualet, ut ff. de iu. do. promittendo.& l. mutus. respon.j. uel à marito uxori pro dote restituenda, & tunc si ante matrimoniũ, uel constante matrimonio detur, non tenet datio. sic rubrica innuit, C. ne fideiuss. do. den.l.j.& ij.& j.e.per uestras. Quidam tamen dicunt, quòd maritus non cogitur dare: si tamen dederit, tenet ad exemplũ testamentarij tutoris, ut Insti.de satisdat.tutor. §. sed si ex testamento. Sed certè rubrica prohibitoria est, & sic non ualet quod contra factũ est:ut ff.ne quid in loc.public.l.ij.respon.j. & §.j.& not. s.de benefic.ecclesiæ. & ne sede vacan. rubrica autem prohibet marito, ne det uxori. auth. text. ꝓhibet, ne petat, qđ fit vtriusq; causa, ne scilicet causa præsidiæ generetur. si ergo fit contrariũ, non ualet. C.de legibus. non dubium. ff. de dona. inter uirum & vxorem.l.iij.§.sciendum. & de fideius. cùm lex. simile ff.de arbi. sed si in seruum § 2. Sed & quidam distin. utrum ex certa scientia renunciatum sit l. & tunc valet datio: aut per ignorantiam, & tunc non valet. ff.si quis cau.§ pe. Sed non est illud verum in prohibitis ex causa matrimonij, quia matrimonia debent esse libera:vt s.de sponsa.gemma & no. s.de spons.§. quid sint spõsalia. nec fiet fraus de persona interposita, sicut no. s. de contrahenda emptio.§.qualiter rescindatur. sub § illud autem. Verum dominus Innocen. videtur uelle, quod sub cautione tradatur, quam maritus præstare potest. j. e. per uestras. ergo sub fideiussoria si ipsam præstare possit. sed expone sub ea cautione, scilicet nuda, quam potest, subaudi de facili præstare:ut q̃ potest, id est, debet: quia aliam præstare non debet:ut dictũ est. & sic facit pro, & loquitur de potẽtia iuris, non facti. duplex enim est potentia: ut s. de rescriptis. suscitatus. sed si maritus solu. matrimonio fideiussorem dederit, tenet datio, vt ff. soluto matrimo. si constante.§. quoties.& C.de rei uxor. actio.§ cum autem. Licet autem dixerim, dotem posse exigi, solu. matrimonio. & quandoq; eo ꝯstante: aliter tñ & aliter fit exactio. nam soluto matrimonio, ita fit, vt mulier de dote exacta quicquid uoluerit faciat: sed ubi fit matrimonio constante, non habet mulier licentiam alienandi, sed potest uti fructibus ad sustentationem sui, & mariti, & filiorum: ut C.de iure dotium. ubi. Mulier etiam quandoque exigit dotẽ per rei vendi. solu. matri. scilicet quando res datæ fuerunt inęstimatę: idẽ potest matrimonio constante, si maritus malè inchoauerit uti substãtia sua:ut C.de iure do. in rebus. idẽ dic & de reb. æstimatis. quod intellige, quando uir non est soluendo ad æstimationẽ præstandam. sicut dicitur in re empta ex pecunia donata, quando vir, cui donata erat, factus est non soluendo. vt ff.de dona. inter uirum & uxorem. l. vxor marito. In his aũt rebus habebit mulier rei uendicat. utilẽ, mariti enim est dominiũ directũ de subtilitate legis, & de iure naturali:ut Institutio. de rerum diui. § per traditionem. & C. de rei uendicat. doce. & de iure dotium. in rebus. nec obstat, quod ibi dicit naturaliter res in dominio mulieris permansisse: hoc enim pro marito uerum est, scilicet quòd ipsa intelligatur domina rerum dotalium de iure naturali, quia ex his alitur, & sustentatur: & propter promiscuum vsum uidetur domina, sicut filij quodammodo dicuntur domini, uiuente patre, ut nihil desit ei, preterquam administratio: vt C.de furtis. quamuis. ff. rerum amotarum. l.j. Insti. de hæredũ qualitate & dif.§. sui. ff.de liberis & posthu. in suis. sic ergo quantũ ad hoc, mulier domina intelligitur quodammodo: & ideo dicitur hanc rei ueritatem non esse deletã siue confusam, propter subtilitatem legis, quę dicit transferri dominium in maritum: & tñ talis subtilitas, quo ad commodum, uel incommodum, non quantum ad subtilitatem legis notari potest, ut ff.ad Velleia. aliquando. Huic uerò utili rei uendi. quæ datur mulieri, matrimonio constante, obijcitur usucapio triennij & præscriptio longi tempo. ex quo mulier potest mouere actionem, vt C. de iure dotiũ. in rebus. §.ult. secus in dotali prædio inæstimato, quia illud nec alienari potest, neque præscribi, ut C. de rei uxo. actio §.& cũ lex. C. de fundo dot. etiam. & l. si fundum. super quo uidendũ quid sit prædium dotale, quãdo, & quo priuilegio gaudeat.

7 **Quid sit** prædium dotale. † Et quidem cum hæc duo concurrunt, s. quod matrimonium secutum est, & traditio prædii interuenit, ut no. s. de dotibus promitten. §.quis constituat. uersic. traditionem. nec disti. utrum prædium sit rusticum, uel urbanum:[a] nec utrum totum datum sit in dotẽ uel pars eius:ut ff.de fundo dotali.l. dotale prædium.l. j.& §.j.& §.dotale. Videtur tamen, quòd & sine traditione fiat dotale prędium:ut ff.de fundo dotali. l. si fundum. quia alio possidente, & vsucapiente fundum mulieris, dederit eum in dotem: & sic cępit esse dotalis: ut ibi dicitur. sed intellige, quando mulier induxit eum in possessionem, volens ei dominium acquiri: & sic acquisitum fuit ei dominium, licet non possessio: sic ff.de acqui. rerũ do. liber homo. § quicquid tamen. & de donat. inter uirum & vxo. si uxor filio. Verum regulare est, & frequentius consueuit accidere, ut per traditionem vacuæ possessionis transferatur dominium in accipientem:ut C. de distra. pign. qui prædium. & de proba. cum res. alij dicunt, quòd in illa. l. si fundũ. fuit cessa actio. sed certè tunc non diceretur fundus dotalis, sed actio cessa: nec esset marito acquisitum dominium:ut ff. de iure do. si sponsalibus.§. fi.& ff.fam. ercis.l.planè. Item dotale est prædium, quando est inæstimatum: ęstimatum enim empti precium est:ut C.de rei uxo. act.l.unica.§.& cùm lex Iulia. nisi æstimatum esset, ut appareret, quanti factũ esset deterius: uel nisi sic æstimetur, ut mulieris sit electio, ꝙ repetere malit:ut ff de fund. do.l. ꝙ si fundus. & C.de iure do. si inter uirum. Nec refert, an mulier det in dotẽ prædiũ quod habet, uel Titius sibi debet: sed si Titius debet prædium, aut 10. in potestate sua est quod malit præstare. si autem debet prædium, aut Stichum, mortuo Sticho, prædium debetur si fundum Cornelianum, aut Sempronianum, alterum præstando liberatur. sed si Cornelianum alienauerit, non debet Sempronianum alienare. quod si fecerit de facto, & postea Cornelianũ recuperet, & ipsum præstet, videt̃ Sempronianũ ab initio rectè

8 alienatũ. vt ff.de fundo do. si marito debitori. & l. erit. † Prędium autem quasi dotale censetur, quando traditur sponso, matrimonio nondũ sequuto. Itẽ si leget̃ dotali seruo:ut ff.de fundo do. l. 3.& 4. Item solu. matri. nam & si maritus sit in seruitutẽ hominis redactus, vel seruitutem pœnæ: dominus tamen, uel fiscus, ipsum alienare non potest: quamuis fiscus semper idoneus successor sit, & soluendo. ut ff.de fundo do.l.ij.l.etiam directo.

9 **Quando &** quo priuilegio gaudeat. † Et certè priuilegium magnum est: quia nõ potest alienari. vt s. dixi. quod uerum est, nisi necessitate instante: ut puta socius, qui habebat prædium cõmune cũ muliere, prouocat maritum ad diuisionem: ipse autem maritus prouocare non potest, ne alienatio uoluntaria videatur: ut C. de fundo do. mariti. ff.de cond. furti.l.& ideo. Item alienatur de necessitate, quando maritus non vult cauere de damno infecto: sed & per vniuersitatẽ transit ad hæredem mariti: cum sua tñ causa, ne videlicet alienet̃. vt ff.de fundo do.l.j. Itẽ si expediat mulieri, ut in pecunia cõuertatur, vel vt cũ alio prædio permutetur. vt ff. de iure dotiũ. l. vlt. alias autẽ nec prædium alienari potest, nec seruitus remitti, ne per hoc conditio prædij deterior fiat:ut ff.de fundo do. lex & l.seq. aliàs est §.& incipit Iulianus.& l.sed nec. Et uerbum alienationis latè accipitur pro quolibet contractu, per quem dominiũ transfertur:ut C.de fundo do. l.j.& ff. de uerbo. significa. alienationis.& no. sup. de reb. ecclesi. non alie.§. quid sit alienatio. imò largius, scilicet pro quolibet contractu, scilicet per quem ius in re constituitur: ut ff. de rebus alie. non ali.l. fina. unde usucapio & præscriptio hoc nomine continetur, scilicet intelligas quo ad hoc, ne inchoari possit. nam si prius inchoata fuit, bene perficitur. ut ff.de fun.do. si fundum.& de verbo. sig. alienationis. nec prodest consensus mulieris. ut Institt. quib. alie. licet, uel non. respon.j. licet secus in donatione propter nuptias: ut s. de contrahen. empt.& uen. peruenit. & in authẽ. ut immobilia ante nupt. col. 5. &

ADDITIO.

a Verum prædium sit rusticum, uel urbanum. ¶ Adde in l. dotale. ff. de fund. dot. gl. in l. eo iure. ff. quib. mod. pig. ta. contra.

col.5.& de æqual.do.§.vlt.col 7.quod dic vt no s. de iureiur. §. quomodo censetur.versic.nedum super vsuris.Quid ergo,si dotale prædium fuerit alienatum? certè constante matrimonio potest ipsum maritus vendicare veniens contra proprium factũ: quia nec processit de iure ut C de agric. & censib.quemadmodum lib.11.matrimonio autem dissoluto,reuocabit mulier alienationem,nisi solu.matr.paciscatur,ne petat: vel nisi hæres extiterit marito: & deductis legatis quantitatem dotis est habitura de hæreditate mariti nam quod ex hæreditate seruare non potest,à possessore vendicabit:vt ff. de fun.do. l.dotale. §.si uxore. prodest etiam possessori, quòd prædium dotale lucro mariti 10 cessit: vt ff.de fun.do.fundum dotalem † Sed nunquid res mobilis dotalis alienari potest? In seruo expressum est, quod potest à marito manumitti, dum tamen soluendo sit. vt ff. de seruo pig. da. l j. & idem fortè in alijs: aliàs frustrà videtur scripta.l.Iul.in fundo do si idem esset in alijs rebus mobilibus. & quod in vno vetatur, in alijs permissum videtur:ut ff de fun instr.& instr.leg. quæsitum. § idem respon. Item non est delata subtilitas. l. quia mulier in rebus dotalibus habet hypothecariam actionẽ: ut C. de iure do in rebus. quare patet, quòd non est directè dominares enim sua nemini obligari potest, nisi alius habeat ius in re. vt ff.de except rei iudic. l pen. §.j. & ad Treb. debitor. & de pigno. act.si rem alienam utile ergo dominium non impedit hypothecariam actionem:sicut aliàs C.ad Trebell. authen. contra rogatus. Item non est delata subtilitas. l. quia solus vir potest iubere seruum dotalem adire hæreditatem,& non mulier, nisi restituatur ei matrimonio constante:vt ff.solut matrimonio.seruus dotalis.& solus vir vendicat rem dotalem.vt C. de rei vend. doce. quia maritus obligatus est ad restitutionem rei dotalis: & tenetur de dolo & culpa & seruitia quasi pro rebus alienis:& thesaurũ inuentũ quasi in alieno restituit pro dimidia. ut ff.sol. mat.diuortio §.si fundũ.aliàs incipit si uir.& l si constante.§.si maritus.

11 **Et contra** † quẽ detur actio de dote. Et quidem actio, quæ marito competit,datur contra promittentem,siue pro se promiserit,siue pro alio:siue faciat animo donandi,siue non:siue putet se teneri,siue non.intelligitur enim relictum pietatis causa : ex qua solutum repeti non potest. vt ff. de cond causa data.l.si donatarius § si quis indebitam.& de iure do. promittendo.respon 1 & l.quemadmodum § pater. & de condi. & demon.cum his.§ si mulier. Datur etiam mulieri contra maritum,& hæredem suum,ad dotem repetendam actio:vt nota.supra.§.cui datur.ver.sed & ista.in fin. Actio autem quæ datur mulieri,magis priuilegiata est,quàm illa,quæ datur viro: licet enim vterq; habeat tacitam hypothecam:tñ hypotheca mulieris præfertur creditoribus tempore prioribus in tacita hypotheca : ut ff.qui po in pig.ha.l.ulti.quod dic ut no.s.de pig § qualiter contrahatur.ver.conuentionalium quod non reperitur in hypotheca viri circa res promissoris dotis.Item hoc priuilegiũ non datur hæredi mulieris extraneo,sed filio eius tñ,uel nepoti : vt C. de priuil.dotis.l.vnica.& qui po in pig.ha.l.ult.Item mulier habet aliquando rei ven in rebus dotalibus.ut no.s.§. quãdo ver.mulier etiam quod non reperitur in uiro circa res promissas in dotem.

12 **Et qualiter** † condemnatio in ea formari debet. Et quidem si res immobilis & inæstimata data fuerit in dotẽ,incontinenti fit condemnatio: in rebus autẽ mobilibus, uel se mouentibus, uel etiam incorporalibus post annum: quod tamen ad funus necessarium est,statim exigitur:ut ff. soluto matrimonio.si filia videtur tamen uelle hæc litera, quòd continuo agi possit: licet non soluatur ante tempus. olim autem soluebatur annua, bima, trima die : ut ff de pact.do.l.aliud. Si ergo immobilia statim soluto matrimonio, non restituuntur : tamen maritus & hæres ad fructus & pensiones:in mobilibus autem,& se mouentibus, tenetur ad vsuras post annum. & vecturas nauiũ, siue iumentorum,& operas seruorum, vel quæstus ciuilium annonarum.vt C de rei uxo. actio.§. exactio. & fortè dies pro domino , siue muliere interpellat . vt ibi innuit. Habet autẽ maritus beneficium,ne condemnetur ultra quàm facere possit: imò habenda est ratio ne egeat:quia absurdum esset,quòd mulier videret mendicantem quem toties uidit suprà pectus suum exagitantem:non tamen deducitur æs alienum.Item maritus aliquando insolidum condemnatur,s.si in odium mulieris desijt facere posse, uel diminuit substantiam suam: vel si mulier eum conueniat, quòd de dolo malo diminuerit res dotales. Vel quòd eius dolo interierit res dotalis,ut C de rei uxor.ac. cum autem in exactione. & ff.solu.matrimon.l.etiam § licet.& l maritus & de re iud.non tantum & l.sicut autem.& l sed hoc & l.inter.in fi.& l cum pro curatore.& l.& si fideiussor § si maritus.l.sciendum.& de re.iur. l.in condemnatione Aliàs autem habet prædictum beneficium: nec ipsum amittit ratione pacti:quia contra bonos mores est tale pactum:ut ff.soluto matrimonio.alia §.j. Itẽ nec ratione sententiæ:quia quamuis insolidum condemnatus sit,adhuc retinet beneficium, vt ff. de iudi. Nesennius.§. vlti. cauere tamen debet de residuo soluendo, si perueniat ad pinguiorem fortunam. ut C de rei vxo ac.§ cum autem.Sed & maritus aliquando obijcit compensationem,propter res amotas:vt C.rerum amo.l.j.vnde uidendum est de actione rerum amotarum. Quando locum habet,Cui detur,Et contra quem,Et inquantum,Quando intentetur,Et qualis sit.

RERVM AMOTARVM. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Actio rerum amotarum quando locum habet.*
2 *Et cui detur.*
3 *Et contra quem.*
4 *Et inquantum.*
5 *Et quando intentetur.*
6 *Et qualis sit.*
7 *Dos restituenda est mulieri matrimonio soluto.*

1 **De actione** rerũ amotarum quãdo locum habet † Et quidem quatuor sunt necessaria ad hoc,ut locũ habeat : s. quòd res mariti ab uxore dolo malo amoueatur,uel econtra:vt ff.rerum amota. contra. §.itẽ cùm & l.mulier & l. permittendũ. uxorem accipe, & nurũ & pronurũ:si tñ uir suus sit in potestate sui patris:nam si est emãcipatus cõi iure,tenebitur nurus socero suo actione furti:ut ff.e. contra.respon.j l.nihil §.uxor. Secundò requiritur, quòd matrimonium teneat de iure.Tertiò quòd matrimoniũ contractum sit: vnde cõcubina actione ista non tenetur.ut ff.eo.si concubina.Sed non refert,vtrũ res amotæ essent propriæ,uel pignori datæ,uel dotales:utrũ propriis manib.amoueant,an consilium uel auxilium datum sit,ut amouerentur:& sufficit,quòd celatæ sint uel contrectatæ.ut ff.e.si concubina. §.res.& § vlt.& l.sed & si diuortij.& l.si rem quã. & l.ob res amotas.Quartò requiritur,quòd dolo malo fiat, aliàs cessat cùm nascat ex delicto,id est,ex furto:licet quidam æstimauerint cõiuges inter se non committere furtum, propter cõem uitæ societatẽ, quia vicissim res unius ad alterũ pertineat. Sed alij melius senserunt, s. furtũ inter se facere:sicut inter patrẽ & filium : sed non esse furti actionẽ.ut ff.e.l.j.& l.si mulier.§.vlt.Ergo generaliter ubicunque actio furti inter extraneos competit,habet locũ hæc actio inter coniuges.In casu tñ non fit furtũ.& tñ datur hæc actio : ut cum seruus mulieris iussu dominæ diuortij cã res mariti amouerit . hic enim non facit furtũ:qa nihil tractat causa lucri sui:nec vr opem ferre furtũ facienti,cũ mulier non facit furtũ. & licet seruus in facinoribus dictis dominæ non deberet obtemperare : tñ hic habet locum hæc actio:ut ff.e.l.si mulier §.si seruus Quid si solu.matr.res mariti quondã amoueant? Locũ non habet hæc actio, sed furti agitur:ut ff.eo.& ideo. ñ.1. in honorem ergo matrimonij turpis actio,uel pœnalis:ut furti,uel rerum amotarũ, non datur matrimonio cõstãte.ut C.e.l.ij.& ff.e.l.j. Exigitur igitur,quòd fiat amotio constante matrimonio causa diuortij & quod secutũ sit diuortiũ:vel quòd fiat cã speratæ mortis:& sequatur mors:ut ff.e.si mulier.resp. 1.& l.rerum quidẽ.si ergo mulier res amouerit, cùm de uiri vita desperaret,& uir mortuus fuerit : datur hæredi suo actio rerum amotarũ.de pe.hær.& ad exhibendũ:quòd si mortuo uiro res amouerit ante hæreditatẽ aditã,non facit furtũ:ideò uendicabit res, aut ueniet in hæreditatis peti.vt ff.eo.contra.§.sed & si morte.

2 **Cui † detur.** Et quidem coniugi, cuius res amotæ sunt, & hæredibus eius.ut ff.eo mulier habebit.& l.Marcellus.respon. 1.& l.si mulier.§.ult.

3 **Et contra** quem.† Et quidẽ contra coniugem quondã amouentẽ siue ex propriæ personæ facto conueniatur,siue alterius:puta seruí sui, uel alterius , cui extitit hæres: quod mirabile est: qa sic debere mihi teneri actione furti uxor mea,sicut is tenebatur,cui successit.Item si seruus suus mihi furtũ fecerit , deberet mihi teneri actione furti noxali: sed in utroque casu propter reuerentiam personarũ furtiua tñ competit cõdictio,& non furti actio:ut ff e.& ideo. §. si seruus.Itẽ competit contra patrem ex persona filiæfa.ut uidelicet condemnetur,inquantum locupletior factus.est : uel dolo malo fecit , quo minus fieret. Sed si agatur de dote nomine filiæ,in totũ defendere tenet:vt ff. e.& ideo §.ulti.& l de dolo. & l Titia. & sic multa consequimur defendendo,quæ non possumus consequi agẽdo:sic, ff.de compensa.l.si cũ filiofa.& de redhibi ac.si seruus mancipiũ & si cert. pet.cũ fundũ § seruus.Et quod dixi de filiafam. seruat in filiofa. amouente. Itẽ hæredes amouentiũ tenent condictione furtiua, sicut hæredes furis:sed tñ non omnino sic:quia hæres furis tenet, etsi nihil ad eum peruenit:sed is hæres tenetur in tñ, in quantum ad eum peruenit:vt ff.eo.contra § item hæres & C.eodem.l.ult.

4 **Et inquantum.** † Et quidẽ ut res restituat, nec distincto an hæres extet, uel desierit extare casu, uel sine casu, puta mulier res amotas diuortij tpe comedit,vendidit,

dit, vendidit, vel donauit, vel quouis alia ratione consumpsit vt ff. eo. si concubina § non solum. & l. & ideò. §. item verum est. Quid si res nō restituatur, æstimatur res quanti actor in litem iurauerit: nō enim equum est inuitum, precio alterius suas res uendere: vt ff. eod. si cùm dos. §. si mulier. & l. non enim. Et si quidem præstita sit æstimatio rei ab amouente, & postea desinat possidere, habet actionem in rem: quia emptoris loco habendus est. vt ff. eod. si propter res. Hoc si ille, qui agit rerum amota probauit intentionem suam, scilicet res amotas fuisse. si autē nō ꝓbauit, permittit ei lex deferre sacramentū reo, ut iuret, diuortij causa nihil amotum esse: dum tamē actor prius de calumnia iuret. Iurare autem cogitur reus, si ipse dicatur amouisse: secus, si dicatur quòd filius amouit: ex cuius persona agitur contra patrē. hic enim pater de facto filij non cogitur iurare, cū sit iniquū de alieno facto iurare alium. Idcirco nec hæres eius, qui amouisse dicitur, iurare cogitur: nec licet reo referre sacramentum: non magis, quàm si furti conueniretur: vt ff. eo. Marcellus. §. qui rerum. & §. vlti. & l. non magis.

5 **Quando** intentetur.† Et quidem soluto matrimonio, sed & si pendente iudicio reintegretur matrimonium, soluitur iudicium rerum amotarum: & si reintegrato matrimonio, iterum matrimonium accusatur facto diuortio, iterum manet actio rerum amotarum, ob res amotas causa prioris diuortij. Item ob impensas & donationes in priore matrimonio factas: vt ff. eodem. reintegratum. & l. vltima.

6 **Et qualis** sit hæc actio.† Et quidem personalis, perpetua, & prætoria est. ut ff. rerum amotarum. l. j. si mulier. §. hæc actio. In summa non est prætermittendum, quòd soluto matrimonio, debet reddi dos mulieri, & donatio propter nuptias marito. & quæ communiter obuenerunt, diuidenda sunt: & qui cognouit de matrimonio, & de eius accessorijs cognoscere debet. vt j. e. c. j. & ij. & c. de prudentia. & capit. vlti. in fine. super quo vide quod notatur suprà, de donatio. inter virum & vxorem. sub rubrica, de donatio. propter nuptias. §. qualiter fiat. ver. debet autem Quod autem dixi quòd Iudex debet cognoscere de dote, intelligas quando fuit petita & probata quātitas ante sententiam. & idem credo, si maritus petat mulierem in vxorem, quam dicit secum contraxisse, & dotem promisisse. in vtroque enim est ratio: quia committitur principale, & accessorium. ff. de iurisdict. om. iudi. l. ij. §. de offi. deleg. prætereà. & c. prudentiam §. penul & vlt. & c. suspicionis causa. & eadem die post sententiam potest in hoc Iudex supplere. vt arg. ff. de re iud. Paulus. alias die lapsa petatur, vel etiam eadem, cum non constet de quantitate, non videtur, quòd Iudex ecclesiasticus debeat se intromittere: arg. s̄. de offi. deleg. in literis. ff. de re iud. Iudex. & secundum hoc possunt intelligi iura quę contradicere videntur. j. e. c. 2. s̄. de coniug. seruo. c. ij. in plerisque tamen regionib. ecclesia indi. has causas audit, etiā si principaliter moueantur, quod potest de consuetudine: vt s̄. de iudiciis. nouit. respon. 1. ad fi. & vide quod no. s̄. de for. compe. §. ex quibus causis. sub §. ex præmissis patet. sed & hoc de iure est: vt not. s̄. qui filij

7 sint legi §. qualiter & à quo. uer. potest & illud dici.† Dos igitur restituenda est mulieri, matrimonio soluto. sed obstat aliquando consuetudo: j. eo. c. fi. §. j. aliquando pactum, ut ibidem. quod dic vt no. s̄. e. sub rub. de dona. propter nuptias. §. j. ver. debet aūt dos & præcedentibus. Obstat aliquando adulterium: ut j. e. plerunque. inde est, quòd si quis nuptias incestuosas scienter cōtraxerit, dos, & donatio propter nuptias cōfiscari debet, si vtrūq; sciebat impedimentum ut C. de incestis & inutilibus nuptiis. qui contra. nisi Papa propter bonum pacis aliter disponat: vt infrà, e. & si necesse. uel dist. ut not. j. e. ver. quid ergo. Itē de bonis suis testari non potest adultera in extraneos: sed secundum ius Co. in descendentes, licet vsque ad tertium gradum, s. pronepotem, in ascendentes vsque ad secundum, s. auum: & in persona lineæ collateralis vsque ad tertium gradum, puta fratrem & patruum, sed ab hæreditate arcentur, qui incestis nuptijs contrahendis consilium præbuerunt: alias autem vocātur personæ istæ etiam ab intestato: ut C. de incestis & inutil. nupt. si quis. Excusatur autem is qui in facto errauit, dum tamen comperto errore abstinuerit. Item iuuatur quis obtentu minoris ætatis, dum tamen factus maior abstinuerit. C. de incestis nupt. qui contra. sin autem in iure erratum fuerit, quantum ad pœnam adulterij, non excusatur masculus, uel fœmina: sed mulier ab incestu excusatur in totum. Item masculus, si errauit in gradibus canonica constitutione prohibitis, siue iure ciuili. puta quia credebat aliquam posse nubere suo tutori: quod lex prohibet: secundum canones minimè. sin autem errauit in gradibus, vel impedimentis diuina lege prohibitis, tunc nō excusatur masculus in totum: sed quo ad pœnam releuatur. ut ff. de adulteriis. si adulterium. §. nonnunquā. in fine, ibi, cùm in adulterio, & c. & §. stuprum autem in fin. nec obstat in C. de interdicto matrimon. inter tuto, & pupil. l. j. quia ibi clàm fuit contractum: vnde præsumitur scientia. secus, si palàm: quia tunc præsumitur bona fides: vt ff. de ritu nupt. l. vltim. & suprà, de clande. despon. cùm inhibitio. Quid ergo si alter sciuit impedimentum, alter ignorauit? Vtique quātum ad scientem, habent locum supradictæ pœnæ. Item quantum ad inhibendam repetitionem dotis, vel donationis propter nuptias, sufficit quòd is qui vult repetere, sciuit impedimentum & sciebat à iure prohibitum. nam si sciret impedimentum, sed errabat in iure, competit repetio: non actio de dote, sed condictio ob causam, vel sine causa. ut C. de condi. ob causam. da. l. j. & ff. de cōdi. sine causa. auunculo. & secundum hoc potest intelligi, infrà, & si necesse Sed Placen. dixit, quod & si non errasset in iure, repeteret, cùm causa matrimonij data sit, & causa secuta non sit. & sic non uidetur datum tam ob turpem causam, quàm ob nullam: ut dicit l. auunculo. & fortasse opinionem eius secutus est Papa, infrà eodem. & si necesse. sed inspecto iure ciuili, uerius est quòd intelligatur, quando errauit in iure. argumen. ff. de cond. cau. da. l. j. in fin. & l. ij. & C. so. matri. si ignorans Itē ignoranti potest relinqui à sciente in testamento, sed ignorans non potest scienti relinquere. ut ff. de ritu nupt. præfertur. & de leg. 1. l. vltim. Iure autem authēticorum imponitur acrior pena scienti, & contrahenti incestuosas nuptias, quia tam dos, quàm bona omnia confiscantur, & damnantur in exilium, & cingulo denudantur, si quo potiantur: & si uiles sunt, verberantur. sed si habent filios legitimos ex priori matrimonio, tunc substātia filijs applicatur, & filij efficiuntur sui iuris: sed patrem alere tenētur: sed filiis deficientibus, omnibus ascendentibus & collateralibus exclusis, confiscantur bona. ut dictum est in auth de incestis & nefarijs nupt. respon. j. col: 3. sed per aliud authen. videtur quod usque ad tertium gradum debet hæreditas generi conseruari. ut in authen. vt nulli iud. §. vlti. col. ix. excepto crimine læ. maie. in quo uetera iura præcipit seruari. uel dic quòd illud authent. vt nulli iudic. locum habet in damnatis ad mortem naturalem, & ciuilem. ut quia damnatur quis in metallum, vel deportatur in insulā, & sic dicitur proscriptus: sed vbi propter delictum, nihilominus remanet ciuilis, & imponitur ei pœna cōfiscationis bonorum, vel omnium: uel partis, secundum qualitatem delicti. vel quod dixi de confiscatione, speciale est in hoc delicto incestarum nuptiarum. in alijs autem authentic. ut nulli iudic. generaliter est seruandum, secūdum Azo. Sed pone, quòd maritus accusauerit uxorem de adulterio: quo probato, fertur sententia, quo ad thorum, & quo ad dotem, quam amiserit mulier: ut infra eodem. plerunque. demum mulier, uel alius petit matrimonium nullum pronunciari propter consanguinitatem, vel aliud impedimentum perpetuum: quo probato, pronunciatur matrimonium nullum fuisse: nunquid mulier poterit dotem repetere nō obstāte prima sententia? T. not. quòd sic: quia nūc apparet, quòd non fuit matrimonium: ergo per consequēs nec adulterium commissum, neq; dos fuit. C. de con. ob causam. l. j. j. eod. & si necesse. ibi, ut pote cùm inter eos matrimonium, & c. apparet ergo, quòd decepta fuit ecclesia in prima sententia, ergo est reuocanda: quia ex euentu pendebat. s̄. de frigidis. fraternitatis. §. j. & § vlt. & veritatē manifesta, non obstat res iudicata. infrà de pur. vulg. c. 2. & 8. distin. ueritate. suprà, qui filij sint legi; per tuas. § nos igitur. ff. de condi. sine causa. si fullo. l. auunculo. & C. de re iu. di. l. j. nam & per secundam sententiam tollitur primam suprà de sen. ent. & re iud. inter monasterium & c. seq. & ex noua causa. suprà, de diuortiis. ex literis. infrà eodem. & si necesse. Item quid obfuit conatus, a cum iniuria nullū habuit effectū? suprà, de spon. ca. fin. ff. quod quisque iuris, l. j. in fi. Sed contra; quia res iudicata pro ueritate accipitur: ut ff. de re iu. res iud. ff. fa. ercisc. cū putarē. nā & prima snīa à qua appellatum nō fuit, ius fecit inter partes, etiamsi contra ius litigatoris lata fuerit, suprà, de sen. & re iud. cùm inter uos. ff. de libe. agn. siue contra pronūciauerit, ideoq; & sententia secunda contra hanc primam lata, nulla esset. 2. q. 6. § diffinitiua. Solutio. puto ꝙ non potest repetere dotem, nec in hac materia considero veritatē, sed mentem & intentionem, cum opere subsecuto. ar. suprà, de biga. nuper. & c. vlti. nam & si in veritate adulterium non commiserit, tamē adultera fuit: intentione sua considerata, secundum quam iudicanda est. nā ex corde procedūt adulteria. & delicta. 15. q. 6. c. j. 22. q. 5. qui periurat. e. de pœ. dist. j. super tribus. ff. de fur. qui iniuriæ. infrà, de sen. excō. cùm uoluntate. & iniuria ex affectu cōsideratur. 15. q. 1. illud. nec enim negari pōt, quin hæc mulier ex affectu mentis iniuriam fecerit illi, quē uerum maritum reputabat: & sic in dolo fuit, sine quo nō committitur adulterium. ff. de adul. l. penult. 34. quæstio. 2. in lectum. sicut enim in dotalibus bona fides. ut ibi. & suprà. qui filii sint legit: ex tenore. sic & mala

ADDITIO.

a Quid obfuit conatus. ¶ De materia conatus vide per Bellinum, in tractatu de Conatu.

mala fides si adsit, conuincere debet. ut probatum est. & in hac opinione fuit Lau.& Goff. & Ber.& Io. Et licet prima sententia, scilicet T. benignior sit, quia magnus fauor attenditur circa dotem, ut supra de sen & re iudi.c.fin.ff.sol.mat.l.j. tamen sententia Lau. verior est: quia delictum proprium omne priuilegium excludit. C. vbi senat vel clarif.l.j. in fin per hanc etiam sententiam occurritur quarundā maliciis, quæ fortè falsas probationes inducerent ad consanguinitatem probandam adulterio commisso, ne amitterent dotem suam. & in talibus occurendum est: supra, de diuor. quanto.§. fin. & breuiter satis puto solutam hanc quæstionem in l. dicentem, quod donatio facta inter virum & vxorem non valet, ubi matrimonium tenet. certè nec si matrimonium non tenet, ne melior sit conditio delinquentis, quam non delinquentis: ut ff. eod. l. 3. §. j. & ad idem in authenti. de resti. & ea quæ parit in vndesimo mense. §. vnū siquidem & ff. quod vi aut clàm. Seruius. & etiamsi matrimonium putatiuum sit: tamen quia nomen matronę assumpsit, adulterium commisit, quare de adulterio poterit accusari: quia nec matrimonium, nec etiam speciem matrimonij permittitur violare. ff. de adul. si vxor. respon. j. & §. j. & 2. adde quod not. suprà, de senten. & re iudic. sub rubr. de sent §. quot sint species. sub §. sed nunquid est hoc simpliciter verum.

DE SECVNDIS NVPTIIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Secundæ nuptiæ quæ dicantur.*
2 *Cotrahere secundas nuptias, an sit licitum.*
3 *Duo si contrahunt matrimoniū, & ambo benedicantur, & ante consummatum matrimonium fertur diuortium propter impedimentum consanguinitatis, &c. nunquid benedictio dabitur secundis nuptiis?*
4 *Secundò nubentes, secundum legem, quare & qualiter puniātur.*
5 *Mulieris nimis festinantis ad secundas nuptias pœnæ multæ.*
6 *Pœnæ mulieris nimis festinantis ad secundas nuptias, vtrum, & à quo remittantur.*

AVdiuistis de nuptiis in genere quæ valēt, & quæ non, nunc in specie vtrum secūdæ nup. licitæ sint. vel sic: Diximus dotem post diuortium restituendam, & meritò: dotatas enim esse fœminas ad sobolem procreandam, & ciuitatem liberis replendam, reipublicæ interest: vt ff. sol. ma tri. l. j. quia ergo diuortio facto, & dote salua facta, aliquando secundæ nuptiæ contrahūtur: ad hanc sobolem procreandam. dicamus, Quæ dicantur secundæ nuptiæ, An licitum sit secundas contrahere nuptias, Quare, & qualiter puniantur secundę: id est, secundo nubentes, Vtrū & à quo hæ pœnæ remittantur.

1 a Quæ † dicantur secundæ nuptię. [a] Et quidem quæcunque sequuntur primas, secundæ dicuntur: etiamsi millesimæ sint: ut C. eo. si quis §. talem. licet vulgo dici consueuerit, secundum quod statim post primum sequitur: quæ autem sit differentia inter hunc tit. & illum, s. de spon. duorum. dic, vt ibi nota.

2 b An † licitum sit [b] secundas contrahere nuptias. Sic, secundum August. qui non damnat bigamos, nec trigamos: nec, si dici potest, octogamos. ut xxxj. quæ. j. aperiantur. sequitur tamen irregularitas. & ideo promoueri non pōt ad ordines sacros, vt notat. supra, de bigamis. sed contrà, quia licet secundum Apostolum liceat secundò contrahere, tamen secundum ueritatis rationem verè fornicatio est: vt xxxj. quæstio. 1. §. sed obiicitur. in fin. & tribus casibus sequē. sed dic: quòd illud verum est, quando illicitè contrahuntur: uel quo ad ordines recipiendos: vel illud dictum est ad exhortationem viduitatis, non ad damnationem secundarum nuptiarum. vt C. eod. §. uerum hoc. de hoc suprà de biga. uersicu. ibi, in cellula quinta. & uersic. ergo bigami. Nubens ergo secundo adulter non est, sicut simpliciter vouens: imò qui tales diuideret, grauiter peccaret. ut xxxij. distinctio. cap j & coniugatus dicitur in castitate uiuere: ut 30. distinctio. Nicena. & sic licitæ sunt secundæ nuptiæ. 31 quæstio. 1. Deus masculum. & capitul. sequen. Vel dic quòd illicitæ sunt, quo ad benedictionem: quia nisi uirgo cum virgine contraxerit, non debet sacerdos interesse. ut 31. quæstione prima. de his. 1. id est, non debet benedictionem præbere. & sic desponsatio debet fieri in uirginitate: ut nota suprà, de cle. cōiu. §. quam pœnam. uel quo ad hoc, vt benedictio detur. de qua nota. suprà, de clā. despon §. quot modis. versicu. j. ergo siue uir, siue mulier ad bigamiam transeat, quia notorium est eum, vel eam corruptam esse, benedictio nō præstat. & quia cū aliàs benedicti fuerint, non debet benedictio iterari. vt infrà eodem. uir. sicut dicitur de aliis sacramentis nō iterandis. suprà, de sacramentis non iterandis §. & quæ sunt iteranda. non tamen est uis in corruptione, sed in benedictione: ut apparet ī his, quę notan. infrà eodem. uersic. quid ergo si duo. † Sed quid si duo contrahant matrimonium, & ambo benedicantur: demum ante consummatum matrimonium fertur diuortium, propter impedimētum consanguinitatis probatum, uel aliud canonicum, & vtrumque ipsorum conuolat ad secunda uota: nunquid benedictio dabitur in secundis nuptiis? & uidetur quòd sic: quia intētio primæ benedictionis deficit per consequens & effectus. arg. suprà, de off. dele. cum super abbatia. suprà, de præb. c. fin. tunc enim apparet, quòd primę nuptiæ, quæ nullæ fuerunt, non possunt uideri benedictæ arg s. de despon. impu. ad dissoluendū. ff. de iniusto rup. test. nā & si. cum si. & deficiente principali, deficit & accessorium. ff. de reg. iur. cum principale. nec valet, quòd sequitur ex eo, uel ob id. suprà, de ele. qualiter. nec obest conatus, qui effectum non habuit: suprà, de spon. ca. fin. & videtur in benedictione inesse conditio, scilicet si nuptiæ secutæ fuerint: sicut dicitur in dote. ff. de iure dotium. stipulationem. quid plura, non prohibetur benedici, nisi ad bigamiā transiens: vt j. eo. ver. sed tales non sunt bigami. suprà, de biga. debitum. 24. dist. Valētino. Itē benedictio uidetur magis respicere consummationem matrimonij, quàm contractum. unde dicitur, Sis fœcunda in sobole, &c. Item decr. infrà eodem. vir. videtur loqui de corrupta quando dicit, vir vel mulier. & non dicit, virgo. argum. ff. de act. empt. & vendi §. si quis virginem. 34. distin. §. vidua verò. Sed

c contrà, quia mulieris appellatione [c] etiam uirgo continetur: vt in Euangelio, Quid mihi & tibi, mulier? & iterum: Mulier, ecce filius tuus. ad idem ff. de uerbo. signifi. mulieris. ff. de ædil. edict. §. quare. & §. mulierem. præterea nuptiæ non dicuntur propriè benedici: sed ipsæ personæ: & nō potest negari, quin benedictę sint ipsæ personæ. argumen. suprà, de tempo. ordin. consultationi. spiritualis enim benedictio tantę efficaciæ est, quòd semper transit, nisi inueniat obicem contrariæ voluntatis. supra, de baptism. maiores. in fin. etiamsi per derisum, uel iocum fiat: vt j. quæstio. 1. §. ecce. & notatur suprà de spon. sub rubric. de matrimo. §. qualiter contrahitur. uersicul. quid si alter. & sequen. & de baptismo. §. quis sit effectus. benedictio ergo semel recepta, amitti nō potest. suprà, de diuortiis quanto. quia quod factū est, nequit non fieri. trigesimasecunda. quæstione quinta. si Paulus. ff. de capt. & postl. reuer. in bello. § factæ. nec obest, quòd intentio videtur deficere: quia licet intentio nuptiarum deficiat: non tamen intentio benedictionis. imò & dans, & recipientes: intelligebant dare benedictionem, & recipere. & matrimoniū tenere. suprà, de sponsalibus. ex literis. & capitul. consultationis. ideòque non caret effectu, quod tali tempore datum est, & receptum: argument. C. de testamen. l. j. & 3. quæst. 7. §. tria. & oppo. argu. suprà, de ordi. ab Episcopo, qui resigna. capitul. 1. & de sacra unctio. ca. vnico. & de sacramen. non iteran. capit. fin. & de biga. nuper. & capit. fi. & etiam si non valet ut ago, valet tamen prout valere potest: sicut dici generale brocardum: & natura magis spectanda est, quàm uitium temporale. ff. de liberis. & posthu. si quis posthumos. respon. 1. hoc etiam accessorium fortè fortius est principali. & sic remanet, quamuis principale deficiat: argument. suprà de iureiuran. debitores. vel dic, quòd aliud est in accessorio spirituali & naturali, quàm temporali: vt patet ex superioribus. in his quæ notantur suprà, de spon. duorum. §. quibus. versicul. aut utraque de præsenti. & sequenti. & si conditio subintelligitur: ualet quod agitur, & conditio pro non adiecta habetur: argument. suprà, de condi. appo. capitulo finali. in fin. nec obstat, quòd dicit infrà, eodem. vir. ibi ad bigamiam expone enim id est, ad secunda vota infrà eodem capitulo primo. sed hoc ideo dicit, quia per secunda vota sæpius contrahitur bigamia. ergo non est vis, nisi in benedictione iam recepta, quę iterari non debet: sicut apparet in illo capitulo, vir. ibi, quia cùm alia uice benedicti sint, non debet eorum benedictio iterari. argumen. suprà, de bigamis. quia circa. quod uerius puto: quicquid alii dicāt. P. o hac autem benedictione nihil exigi debet, obtētu etiā alicuius cōsuetudinis: nec pro charta: vt j. de simon. c. 1. & cap. cùm in ecclesia. 1. quæst. 2. sicut Episcopum. In aliquibus tamen ecclesiis obseruatur de cōsuetudine praua, ꝙ indistinctè benedicuntur: in aliis nō inspiciūt bigamiā uiri, sed mulieris tantùm, dicentes ꝙ benedictio tantùm mulieri præstatur. sed male dicunt, quia non ad imparia iudicantur: vt suprà, de diuortiis. gaudemus. §. fanè. in fin. & siue vir, siue mulier aliàs receperit

ADDITIONES.

a Quæ dicantur secundæ nuptiæ. ¶ Adde c. j. & ij. & ibi doct. eod. titu.
b An licitum sit. ¶ Adde doct. in c. 2. eo. tit.
c Mulieris appellatione. ¶ An veniat mulier sol. mat. non obligata. Vide per Benedictum Capram. in c. j. in not. de spon. li. 6.

receperit benedictionem, non debet benedictio iterari.cōmunis enim est vtrique: neque vnus sine altero eam recipere potest. & ideo si alter eorum secundò contrahat, non dabitur benedictio. nam caro benedicta trahet ad se non benedictam: ut sic tota vna simul effecta per carnis copulā. s. de regula.ad Apostolicam.censeatur benedicta.argument. suprà.de consecratio. eccles. uel alta. quòd in dubiis. sanctificatur enim vir infidelis, per mulierem fidelem:& econuersò,ut 28.quæstion.1.§.1 & ca. si quis frater. Et notauit tamen Ber. quòd consuetudo attendenda est & toleranda, si Papa ipsam sciat, non aliàs.& facit ad hoc quod not.s.de cogna spi.§. quis sit effectus. & versicu.tertiæ.& versic.alij dicunt: sed certè in sacramentis & huiusmo.nō excusat consuetudo, nisi per Papam, uel per ius approbetur. s. de tempo.ordinat.cap.2 Goffredus dixit, quod talis benedictio iterari potest,sicut & extrema vnctio:ut not.suprà de sacramē. non iteran.§.& quæ sunt iteranda. quia benedictio, quæ super homines fit: non prohibetur iterari.1. quæstion.1.manus. quasi dicat: hoc non fit super asinos. sed certè nec aliqua benedictio sacramentalis super asinos fit sed super homines: nec tamen sequitur,quòd quælibet valeat iterari quod ergo innui: illud capitulum,manus:quod benedictio,quæ fit super homines, iterari possit:uerum est, nisi ubi in iure prohibetur: ut infrà eodem. capit.1.& 3.Quid ergo, si duo ad bigamiam transeant, qui tamē nunquam fuerunt benedicti? Vtique tales poterunt benedici: ut apparet ex prædictis. sic non est vis in bigamia: sed potius in benedictione:ut probatur j.eodem.capit.3.ideo teneas, ut dixi, quo ad futura: & quod hactenus factum est mediocriter tolerari potest.argument.s. de consecration. eccles.uel alta aqua.quia factæ causæ,infectæ fieri non possunt ff.de capt. & postli. reuer. in bello.§. factæ. Capellanus igitur qui benedictionem dabit contra ea quæ præmisimus, ab officio beneficioque suspensus, cum testimonio Episcopi proprij literarum, ad sedem Apostolicam est mittendus. quare videtur, quòd alius dispensare non possit:ut j. eodem.capitul. 1. sed quod dixi licitas fore secundas nuptias, verum est mortuo primo viro: vel si per certum nuncium receperit aliqua de morte prioris viri: secundum ea quæ not.suprà de sponsa duorum.§. an licet habere. & habes j. eod. dominus.

Quare † & qualiter puniantur secundum legem secundo nubentes. Et quidem puniuntur propter duo.scilicet propter nimiā festinationē,& propter non seruatam affectionem filiis prioris matrimonij.nimia festinatio in mulieribus tantum punitur intra annum continuum, à morte mariti computandum:vnde & ignoranti cedit tēpus: & ideo lapso anno eadem die, poterit lugubria sumere & deponere: ut ff.de his qui notan infam.genero.tristior autem habitus, & alia insignia remittuntur: & loco istorum annus abstinentiæ subrogatur:ut C in quibus caus. infa irrog.decreto & hoc intelligas, quando sine culpa mulieris matrimoniū soluitur. nam si culpa sua,per quinquennium abstinere iubetur: ut C de diuor.l.consensu. §.hoc nisi. Hoc potest exaudiri per ea quæ not. suprà, de matrimonio contracto contra interdict.eccles.§ quid iuris.de eo qui cogno. consanguin.vxo suæ.§.& quid iuris. ver.in fin.sic: ergo vxor lugere cogitur uirum, sed maritus non luget vxorē: ut ff.de his qui not.inf.vxores qualitercunque matrimoniū soluatur,siue diuortio,siue p mortē:ut C.de rep.consensu §.vir et Item cognati, uel agnati non coguntur lugere: ut ff.de his qui notan.infa.l.libertorum.respon.1. & l parentes. Hæc autē festinantia propter duo punitur. s.propter turbationem sanguinis: & ne videlicet de prole dubitetur, cuius sit:vt ff.de his qui notan.infa. liberorum.§. si talis. & C. de repu. consensu.§ quod si propter hoc.si ergo prægnans remansit,& peperit, & maritus talis fuerit, qui non erat lugendus, putà hostis perduellionis, statim nubere potest. ff. de his qui notan. infa.liberorum.§.si talis. & §.non solent.ergo in hoc casu, elapsis tribus mensibus,à morte prioris viri,nubere potest: cùm enim necesse sit,ut concepto partu ex priore marito pariat intra menses nouem,& dies octo, si nubat post tres menses, nunquam potest parere ex secundo intra nouem menses, a morte prioris computandos, cùm partum ex secundo marito conceptum haberi oporteat in vtero ad minus per septem menses.ut ff.de sta.ho.septimo.Item punitur hæc festinantia secunda ratione,s.ne quam suspicionis mali gnæ causam præstet viro secundo, eo quod velociter ad nuptias festinauit:ut in authen.de restitu.& ea quæ parit in 11.mense.§.vnum si quidem. ante fin colla 4.† Mulieris autem nimis festinantis pœnæ multæ sunt, licet matrimonium immaturum id est,nimis maturum teneat: ut in authenti.de restitu.& ea quę parit in 11.mense.§.vnum si quidem ibi, ad legitimas, &c.nam punitur in persona propria, quia infamis efficitur ipso iure. Itē in rebus propriis: quia vltra tertiam partem nō dabit in dotem secundo viro, nec in vltima uoluntate relinquetur. ut C eod. l.1.respon.1.& §.præterea secundo viro.sed alii dare potest sicut voluerit,secundum Azo. Item punitur in rebus alienis: sed dist. in persona relinquentis vtrum sit prior maritus, uel alius: si prior maritus aliquid reliquit, excludit mulier relicto omnino, defertur autem, s. decem personis de cognatione ipsius prioris viri,hoc est, filio, & filiæ matris ex alio etiam matrimonio habitis.Secundò,nepoti & nepti eiusdem. Tertiò, patri & matri eiusdem. Quartò, auo & auiæ eiusdem.Quintò, fratri & sorori eiusdem, vel fortè frater & soror: quia in eodem gradu sunt, cum auo & auia admittuntur.ut C eo.l.j.§.his.ibi,quamquā hoc,&c. Quid si relinquens fuerit agnatus vel cognatus? vsque ad tertium gradum bene capiet ab eo: sed in quarto gradu non capiet: neque ab extraneo,ut C.eo.l.j.§.omnium.& §.eadem quoque.hoc in relictis:nam donata à marito inter viuos, & maritus amittere debet,fortè per sententiam.C.eod l.2. Sed nunquid applicabuntur. & his quibus dicimus applicari relicta. lex enim non exprimit:ideo dixit Azo, ad quoslibet mariti hæredes suo ordine deuolui.Quid si cognati eiusdem ei donauerint inter uiuos? & fortè capiet:quia non inuenitur prohibitum: hoc locum habet siue liberos habeat ex priori marito siue non habeat: sed quò ad remissionem pœnarum, est differentia: vt notat. infrà. §.utrum. Quas autem pœnas diximus sustinere mulierem intra tempus luctus [a] nubentem: easdem patitur mulier,quæ contra sacramētum, suscepta liberorum tutela legitima,secundò nubit antequā eis tutorem fecerit ordinari: & quod eis debet ex gestione tutelæ,soluerit; & in plus punitur: quia non succedit filijs ab intestato,nec ex testamento,seu ex vi substitutionis: si filius fortè moriatur in pupillari ætate:sed superior succedit vsq; ad tertiū gradū ut dictum est probantur hæc C.ad Tertullia. senatusconsul. omnem.& in auth de nupt.§. sin autem tutelā.quod dic ut not. infrà,de delic.puc.sub §. illud. Hæ eædem imponuntur pœnæ ei quæ parit in vndecimo mēse,uel intra tempus luctus stupro cognita est:quia hęc decies millies plus peccauit, quam ea quę nupsit:ut in auth.de restitution. & ea quæ parit. § vnum.cum autē mulier post diuortium culpa sua factum nimium festinat nubere,dicit lex, q matrimonium est ipso iure nullum. hoc exaudias secundum ea quæ not.suprà de matrimonio §.qualiter impeditur.versi.aut monialem & sequent. & ipsa est infamis, & dotem amittit:ut C.de repudijs.consensu.§.hoc nisi.Sic vidisti de pœna quæ imponitur pp nimiā festinationem, qua specialiter mulier astringitur,nō maritus.restat videre de illa, quę imponitur propter non seruatam affectionem filij prioris matrimonij,quæ cōmunis est viro & mulieri: & quam patiuntur, etiamsi post tempus luctus nubant:in hoc enim casu punitur parens in rebus propriis:nec enim potest donare secundo marito,ex causa dotis,vel donationis simplicis, quæ morte confirmari solet, uel in ultima voluntate relinquere vltra quàm vni filiorum prioris matrimonij cui minor portio derelicta est:ne tamen legitima aliquis ipsorum defraudari debet,nisi ex causis, quæ de inofficioso querelas excludunt. Et quod dixi de matre mea, idem de auia mea: subaudi, si mater non superstit: & de proauia: & de patre meo, auo, uel proauo. & si ultra quàm uni ex filiis prioris matrimonij detur secundo viro, vel secundæ uxori, ipso iure non ualet: sed applicatur filijs prioris matrimonii. per l. hac edictali. C. eodem.sed l.vltim. vult quòd applicetur nedum liberis prioris matrimonii, sed & secundi: authentic. autem refusit itat. l. hac edictali.& dicit, quòd ad solos liberos prioris matrimonii pertinet. & si quis eorum moritur relicta sobole legitima, ad eam defertur:ut in authen.de nupt §.optimè verò. colla. 4. nec obst. C.de dona ante nuptias. l. si liberis. nec enim dico,quòd mulier teneatur seruare dotem filiis prioris matrimonii:sed tantum tenetur dare cuilibet ipsorum. vt dictum est, quantum dat secundo viro: undecunque habeat: undecunque proueniat. Sed illud quæritur, quòd tempus debeat spectari, ut sciamus, an tantum reliquerit: & dicit authenti. spectandum tempus mortis binubæ,vel binubi parentis: potest enim esse, quòd hæc mulier leganerit, uel inter uiuos donauerit secundo uiro, ultra quàm vni filiorum, sed postea reuocauit: quia ambulatoria est voluntas:ut ff. de donatio. inter uirum & uxorem. cùm hic status.§.ait oratio. Item potest esse, quòd omnia dedit in dotem secundo marito. Sed quia mortua muliere ad filios suos redire debet, nulla querela hic opus est:ut in authen. de nuptiis. §.quia verò actenus. sed si ponas mulierem pactam de dote lucranda, ibi tempus donationis dotis considerandum est, non tempus mortis,

ADDITIO.

a Intra tempus luctus. ¶ Adde Bal.in authentic.eni relictum in 2.col.C.de eo.di.di.Adi.col. ubi dicit, q anima defuncti contristatur de secundis nuptiis uxoris.

mortis, cùm mulier simplici uoluntate tale pactum immutare non possit, sicut legata: imò & si cum alterius uoluntate vellet diminuere dotem, & dotis pactum in præiudicium filiorum, non liceret ei: ut C. de donatio. ante nuptias. l. penul. §. vltimo. nec dicis illam l. corrigi per authentic. imò confirmatur, in authent. de nupt. §. de augmentis. Item punitur hæc mulier in his omnibus, quę consecuta est à priore marito, qualitercunque ad eam peruenerint, quo ad proprietatem nam vsumfructum in diē vitæ suæ retinet: ut in auth. de nupt. §. si verò expectet. & C. e. fœminæ. & defertur proprietas filiis prioris matrimonij: siue sint hæredes vtriusque parentis, uel alterius, vel neutrius licet olim saltem posterius morientis oporteret esse hæredes. repelluntur autem, si sint ingrati vtrique parenti: uel saltem posterius morienti: ut in authentica, de nuptiis. §. solutū igitur. ibi. & debebuntur, &c. & §. quoniam infirmas. ibi, super his quocunque lucris, &c. & si quidam sunt ingrati, alij grati: ad gratos ęqualiter defertur hoc beneficium: & si res mobiles fuerint, nihilominus conceditur mulieri vsusfructus si tamen idoneam fideiussionem præbuerit, quòd earum rerum precium, uel easdem res restituat liberis prioris matrimonij, uel eorum filiis: & taxabitur precium per arbitros à matre communiter electos, sacramento præstito, de æstimatione iustè facienda. quòd si fideiussorem præbere non potest, uel non vult, prædictæ res apud liberos prioris matrimonij manere debent, si tamen & ipsi idoneam fideiussionem præbuerint mulieri, quod pro vsufructu ipsarum rerū præstent secundū precium taxatum, tertiam partē centensimæ vsuræ singulis annis: uel si liberi omnes moriantur, antequam mater, res omnes mulieri restituentur. sin autem aurum erat in donatione vsurarum cautio exponitur, ut dictum est: nec exigitur aurum ab hæredibus, nisi & viri substantia aurum habeat. & idem intelligas de qualibet re mobili, ad quam soluendam non sufficit defuncti substantia. sed si neuter hanc fideiussionē præbeat, uel offerat, eædem res apud mulierem remanebunt, vsque in diem vitæ suæ: & bona sua omnia tacitè ꝓ his restituendis obligabuntur ex eo die, ex quo hæ res ad eam peruenerint: ut C. eodem. hac edictali §. his illud. & in authen. de non eligen. secundò nuben. §. aliud verò. collat. 1. & de nuptiis. §. quia verò. sed si vterque offerat satisda. aut inter se concordabunt, aut forte dirimetur: aliàs mulier præferenda est, sicut propè dixi, quando neuter offert: quia contrariorū eadem est disciplina. secundum hoc intellige suprà, de pignori cùm constet. ꝙ autem dixi de tertia centesimæ vsurarum, hodie non tenet, cū vsuræ reprobatæ sint vtroque testamnto, & vtraque lege, ut dicam infrà, de vsur. unde hæc & similia supple, & interpreta. per decreta. suprà titulo primo. per vestras. scilicet ut pecunia ponatur ad aliquam mensam: & partem honesti lucri accipiet mulier vsufructuaria loco vsuræ, ut ibi dicit. uel dic, ut ibi notatur infrà de vsur. §. an aliquo casu. versicul. vij. in fine. Quòd autem dixi res restituendas mulieri, mortuis liberis prioris matrimonij: intelligas, si decedunt sine liberis ab intestato: aliàs liberi succedunt liberis, & liberi prioris matrimonij possunt testari inter fratres. ut tamen falcidia sua non priuetur mater. Item ab intestato succedit mater vna cùm fratrib. & sororibus defuncti, in virilē portionē. ut tamen in rebus, quæ ad defunctum à patre peruenerunt, habeat mulier vsumfructū tantū, ut in auth. de nuptiis. §. hinc nos. & §. quoniam mater. In donatio. autem propter nuptias distingue, si enim non fecit pactū de lucranda dote: idem quod dixi de aliis rebus. Sed pone, ꝙ pacta fuit de lucranda tertia parte donationis, propter nuptias, si filios non haberet, si verò haberet, lucraretur totā: si decedat vnus ex filiis, succedet in tertiam partem eius partis, quæ contingebat defunctū ex donatione propter nuptias: quasi videatur æqui pollens, siue non habeat filios, siue habeat, sed decedat, & ita mulier aliquid ex his rebus alienauit, confirmatur alienatio pro supradicta portione. ꝓ aliis autem partibus, in quibus succedunt fratres defuncti, alienatio nulla est. quòd si nulli fratres supersint, & sic mulier insolidum hæres extet, confirmatur in totum alienatio. sed & fratres ab hac successione repelluntur, si fratri defuncto ingrati extiterint uolentes ei parare mortem, aut criminalem inscriptionem. aut substantiæ iacturam: ut in authentic. de nuptiis. §. quoniam infirmas. & §. quoniam ingratitudinem. & §. hinc nos. ubi patet, quòd non est distin. an nubat mulier ante mortem filij, vel postea: & ideo corrigitur authentic. de non eligen. secundo nuben. §. cùm igitur. quæ dicit indistin. eam uocari in plenam ꝓprietatem: & tunc illa authentic. corrigebat l. C. ad Tertul. in successione. sed illa prior authentica corrigitur per hanc posteriorem de nupt. & sic l. C. resuscitat. Vel nota tria genera rerum: dotem, & donationem propter nuptias: in quibus tene quod no suprà, de donatio. inter virum & vxorem. sub rubrica, de dona. propter nup. Item ea, quæ obueniunt filiis ex hæreditate paterna, in quibus non succedit mater, nisi quo ad vsumfructum: ut in authentic. de non eligend. secundo nuben. §. hinc nos diu perscrutantes. Item ea quæ obueniunt filiis non ex hæreditate paterna, sed aliunde: & in eis succedit mater, etiam quo ad proprietatem, ut in auth. de non eligen. secundo nuben §. cùm igitur reliquum. Quæcunque autem dicta sunt de muliere secūdo nubente, idem intelligendum est de viro secūdò nubente, præterquam in cautione, & satisdatione, quæ non videtur posse interponi inter patrem & filiumfa. ut ff. ad Trebellianum l. Imperator. C. de bon. quæ lib. cùm oportet. §. non autem. si verò nullus ad secundum matrimonium conuolauerit, uir dotem, quā lucratus est à priore vxore, seruare tenet filiis prioris matrimonij: ut in authent. ne quis virum quod ex dote est. co. viij. sed hodie conceditur viro & vxori virilis portio, secundum numerū, in dotem & donationem propter nuptias: ut aliquid amplius habeat is qui secundò nubit. alia autem, quæ lucratur vir uel mulier, à præcedenti coniuge, habet in plenam potestatem: ut in authentica, ut fratrum filij. § pen. col. 9. & C e. hac edictali. § vl. si tamen lucra in aliū expræssim non transferat, præsumitur ea seruare filiis prioris matrimonij: hæredem ergo extraneum instituendo, non videtur filiis adimere: vt in auth. de nupt. §. soluto igitur. sed per leg. C. adimere videbatur, extraneum instituendo pro ea parte, pro qua hæres extat: ut C. e. si quis. §. 1. & 2 Illud non est omittendum: quia quod dictum est de successione parentum binuborum, non corrigitur per auth. de hæred. quæ ab intest. col. 9. quia ut ait Ir. non fit ibi mentio secundarum nuptiarum: vnde quod dicitur ibi indist. hic determinatur: ut C. ad Tertul. l. fi. in fi.

6 Vtrum, † & à quo hæ pœnæ remittant. Et quidem secundum quosdam, pœna infamiæ, uel alia tangens personam mulieris, uel illius cui nubit, remittitur tantùm per Apostolum, sed pœna rerum minimè remittitur: quia nec præsumitur, quòd de mente Apostoli fuerit: ut de his se intromitteret: licet hoc facere posset, si vellet: ut apparet ex his quæ notantur suprà, qui filij sint legiti. §. qualiter, & à quo. versiculo. & sequent. sed hoc non est præsumendum. argumen. suprà, de statu mona. in singulis. §. porrò. sic intelligunt, infrà eo. super illa. uel dic, quòd pœna, quæ imponitur propter nimiam festinationē, de qua dictum est à principio summæ, vsque ad sub. §. sic vidisti de pœna. aliquando remittitur à principe: si enim filios non habeat, solo rescripto remittitur infamia. idem si filios habeat, & solius infamiæ remissio postuletur, secundum Azo. Sin autem postulet remissionem certarum pœnarum. supplicare licet ei: non tamen habebit aliquam vtilitatem rescrip. nisi filiis ex priore matrimonio natis, purè & sine conditione, & sine retentione medietatem vsufructus substantiæ suæ dederit inter ipsos ęqualiter diuidendā, quòd si aliquis ipsorum moriatur, relictis filijs, hi loco defuncti succedūt: si nullos filios habeat, tunc succedunt ei fratres, matre exclusa: quòd si omnes fratres sine liberis moriantur, vltimò succedit hæc mulier. & sic recuperat suum semissem ex morte vltimi fratris. alia autem bona inter matrē & fratres viriliter diuidunt: & poterant esse olim alii legitimi successores, puta fratres, consanguinei ex patre patris tantū: ut C. ad Tertul. si quis. & l. si qua. & in auth. de nup. § pœnæ si quidē. Sed hodie non essent legitimi, quia mater præfertur fratribus ꝯiunctis ex altero parente tantum: ut in auth. de hæred. quæ ab intestato. §. si igitur defunctus, sic ergo à principe remittitur infamia: ut ff. de his qui no. infa. solet. & infra. de simo. ex diligenti. in fi. & suprà, de senten. & re iudi. cum te. & etiam senatu: ut ff. de postulan. l. j. §. de qua. multo fortius ab Apostolo: ut infra eod. super illa: quia mulier mortuo viro suo, soluta est à lege uiri sui ergo, iuxta præceptū Apostoli, statim nubat in Domino: ut ibi dicit. Sed nunquid aliæ pœnæ remittuntur? & ita videt: quia si circa principale dispensatur, & in accessorium. ar. supra tit. 1. de prudentia. alias mulier de authoritate Apostoli decipiet. quod non est dicendum: ut C. de his qui ve. ætat. l. 1. nec debet ecclesia alicui iniicere laqueum: ut 17. q. 2. de viduis. 2. quia & in his sacrę leges non dedignantur sacros canones imitari, & ideo nulla iactura legalis infamiæ affici debet mulier, quæ concessa sibi ab Apostolo utitur potestate: ut infra, e. cùm secundum. Et hoc quidam, ut Da. indist. scripserunt. & est ratio: quia hodie matrimonia iure poli iudicantur, non iure fori. 2. quæst. 3. §. hinc colligitur. Item quare punietur, si contrahat matrimonium. nam & talis dicitur castè uiuere. 31. distin. Nicena. Alij verò contra: quia non est uerisimile, quòd vno verbo omnia iura supradicta, & sic rationabilia voluerit Apostolus subuertere. ar. s. de electio. ecclesia. & licet indistinctè dicat Apostolus, Mulier mortuo viro, soluta a lege viri, nubat in Domino: tamen cum distinctione potest intelligi, nubat, s. post annum: nullo filio prioris matrimonij supestite: & sic quod lege omissum est, non omittetur religione iudicantis. ar. ff. de testi. quæsitum scio. & ar. 2. q. 3. §. hinc colligitur. Et hoc patet ex hoc, ꝙ in capit. vltimò. infra, eodem, hæc verba continebantur extra. 3. cùm igitur ad secunda dispo-

nas vota

nas vota transire, sciens quòd nubere melius est, quàm vri, tuū in Domino propositum commendamus: & ne id tibi, vel ei qui te duxerit in iacturam, vel infamiā, ab aliquo imputetur, authoritate præsentium expressius inhibemus: quæ hodie sunt resecata per compilatorem: quasi voluerit intelligere, quòd infamia remittatur per Apostolum, sed non iactura aliarum rerum. Vel dic, mediam viam tenendo, quòd pœnæ, quas posui à principio, vsque ad sub. §. sic indistinctè remittuntur. sed aliæ locum habent. Tamen de veritate, & rigore iuris, indistinctè puto veram opinionem Da. quam no. s̄. eo. ver. sed nunquid. quia nihil ad Imperatorem, vel leges, quo ad matrimonia, vel ex ipsis seq. vt apparet in his quæ no. s̄. qui filij sint legitimi. § qualiter, & à quo. versicu & in summa hæc maioritas. & sequenti. & hoc videtur Ir. voluisse: vt not. s̄. de successio. ab intest. sub §. si vidisti. ver. ubi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. & s̄. eodem. §. proxim. sub §. vlt. in fine.

Explicit Liber quartus.

INCIPIT LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, DENVNCIATIONIbus, & inquisitionibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Crimen alicuius quot modis puniatur.*

Vtinam saperent homines, & intelligerent, ac nouissima prouiderēt. Sed omnes sumus filij Adę: & ideo peccatores. Et quia maleficia nō debent remanere impunita: dicamus qualiter puniantur filij suscepti ex matrimonio, de quo suprà præmisimus. Vel sic: Egimus s̄. de ciuilibus actionibus: nunc de criminalibus. Vel ita: Viso de accusatione matrimoniali in specie. s̄. titu. proximo, qui matrimonium accusare possunt. nunc de accusationibus plenè & generaliter tractandum est. sic videamus de accusationibus, denunciationibus, & inquisitionibus: dicentes, Quot modis puniatur † crimē alicuius: & quidem quinque, Accusando, Excipiendo, Denūciando, Inquirendo: Sine ordine, vt in notorijs: ut j. e. super his. & c. qualiter. 2. § pen. nec contradicit illud c. super his. nam verum est, ꝙ crimen tribus modis potest opponi. ut ibi. sed quinq; modis agitur, siue quæritur de crimine, & punitur. vt s̄. dictū est. De singulis igitur singulatim & per se videamus.

DE ACCVSATIONIBVS Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Accusatio quid sit.*
2 *Accusare quis possit, Et qui prohibeantur.* 3.
4 *Monachus an possit accusare Abbatem suum, vel priorem.*
5 *Laici an possint accusare clericos.*
6 *Accusare quis possit. Et quibus casibus fallit.* 7.
8 *Procedi qualiter debeat in accusatione.*
9 *Accusatus si sit legitimè citatus, & nullo mō veniat: adnotabunt bona.*
10 *Mulier si grauissimum commiserit crimen, qualiter punitur.*
11 *Captiuus si euaserit custodiam, qualiter puniatur custos.*
12 *Effectus accusationis quis sit.*
13 *Committens crimen propter quod meritò decapitādus esset, si mutetur in penam pecuniariam, non potest conqueri: & quare.*
14 *Mortale crimen quodlibet an inducat depositionem.*
15 *Clericus si confitetur crimen quod fecit ante ordinationem suam: vel conuincitur peccasse ante ordinationem suam, an possit officio frui.*
16 *Pœnitentia peracta de aliquo crimine, an possit super eo accusari.*
17 *Episcopus licet honorem dare possit: non tamen potest solus auferre.*
18 *Electus in episcopum & confirmatus, an possit audire causam clericorū criminalem.*

HIc vidēdum est, Quid sit accusatio. Quis possit accusare, Quis accusari, Qualiter procedatur in accusatione, Quis sit effectus accusationis.

1 a Quid † sit accusatio. [a] Et quidem criminis alicuius hominis apud iudicem competentem, inscriptione interueniente, legitima facta delatio. vnde & accusare nihil aliud est, quàm reum criminis aliquem per libellum deferre, vel facere ad uindictā: ut hæc colligunt infrà eodē. super his. C. qui accusa. non poss. cum rationibus & l. ignorat. & l. si qs ex familiaribus. ibi, eius æstimationem &c. ff. de accusatio. libellorum. ibi, eam deferre, &c. & de priua. delict. l. vltima & ad legem Iuliam, de adulter. l. 2. §. si publico. vbi deficit accusator: quia libellus non fuit oblatus. argumen. ff. de suspect. tuto. l. 3. §. præterea. sed hoc fallit in casibus, in quibus non cogitur aliquis inscribere: vt not. infrà, §. qualiter. [b]

2 c Quis † possit accusare. [c] Et quidem quicunque non prohibetur: sicut in edicto de procuratoribus, & de testibus, & de matrimonijs, consueuit dici: ut ff. de procur. l. mutus. ff. de testi. l. 1. suprà, de spon. cùm apud. 3 † Prohibentur autem quidam propter sexum, ut mulieres: [d] vt 15. quæstio. 3. de crimine. 2. quæstio. 1. prohibentur. ff. eo. l. fin. & hoc regulariter verum est. Fallit autem in casibus. Admittuntur enim in simonia, [e] legis Iuliæ de annona, & maiestatis, & Corneliæ, testamenti, hæresis, fraudati census, fraudatæ annonæ, & suspecti criminis. 15. quæstio. 3. sanè nemini. ff. ad legem Iuliam. de anno. l. vlti. & ad legem Iuli. maiest. in quæstionibus. & de accusa. l. 2. Instit. de suspect. tut. §. 1. & qui prosequūtur suam iniuriā, vel suorum: quia tunc semper omnes admittuntur. ff. eo. l. 1. & l. 2. respons. j. & qui appellatione suorum contineantur, ibidem legitur. Sed & secundum iura canonica admittitur mulier in crimine fraudatæ annonæ. 2. quæst. 1. prohibentur. §. mulierem. Simonię. infrà, de simon. tanta. & idem dici potest in exceptis alijs criminibus: puta dilapidatione. 2. quæstio. 7. quapropter. nam æquiparatur crimini fraudatæ annonæ, in quo mulier admittitur, ut dictum est. Et not. quod in casibus, in quibus mulier admittitur, non inscribit: nec in Turpil. incidit. ff. ad Turpil. l. 1. § accusatione. & l. mulierem. nec obst. C. ad Turpil. si fœminam. nam ibi destitit ab accusatione pacto corrupta. Alij propter ætatem: vt pupilli. [f] 2. quæstio. j. prohibentur. ff. eod. qui accusare. & l. 2. §. pupillus. nisi in casibus, in quibus admittuntur, tutore authore. ff. eod. l. 1. §. 1. ergo cùm pupillus prohibeatur, relinquitur, ꝙ adultus authoritate curatoris valeat accusare. ff. de autho. præstand. l. datur. argumen. ff. eod. qui accusare. & de popul. actio. l. mulieri. C. de authori. tuto. clarum. licet de adulterio accusare nō potest etiam adultus, nisi velit thorum proprium vindicare. ff. ad legem Iuliam, de adulte. si maritus sit in magistratu. §. lex. Item secus in testimonium, quia in criminalibus testificari non potest minor 20. ann. vt ff. de test. in testimonium. Alij repelluntur ꝑ bonum publicum: ne s. lædatur respublica, ut milites, qui iurant se non euitaturos mortem propter rempublicam: vt C. qui accus. non poss. l. non prohibetur. & l. si crimen. sic & hi, qui magistratum & potestatem habent prohibentur alium accusare durante officio: quia nec ipsi interim sine fraude cōueniri possunt. ff. ad legem Iuliam, de adult. si maritus sit in magistratu. quod intelligas de his, qui habent merum imperium: secus in modicis, secundum Gof. ff. de iniu. nec magistratibus. & de accusa. qui accusari. Alij propter crimen: quia criminosus criminosum accusare non potest. 3. quæstio. 7. qui sine. & capitu. postulatus. & §. porrò. ad si. j. quæstio. 1. mulieri etiamsi modò non sunt criminosi: quia sufficit, si fuerunt. 6. q. j. crimen. 25. distin. c. vltim. super quo vide s̄. de testibus. §. quis possit esse testis. versicu. fama. & seq. Hac eadem ratione & infames repelluntur: [g] vnde condemnatus de crimine, repellitur, cùm infamis sit. ff. eo. qui iudicio. sed secundum legem hoc verum est, si extraneum accusare velit: sed accusatorem suum reaccusare potest, si ciuitatem vel libertatem non amisit, puta quia non est deportatus, nec in metallum damnatus

sed

ADDITIONES.

a Quid sit accusatio. ¶ Adde c. plerunque 2. q. 7. l. non ignorat. C. qui accus. non poss. l. libellorum. ff. de acc. Bal. in l. j. C. ex deli. de fun.

b Accusationis definitionem à Martino traditam videtur sequi Host. eamque locupletauit: sic enim eam definit Martinus: Accusatio est alicuius criminis delatio. Accusator autem dicitur quasi aduocator, quia ad causam uocat eum quem appellat. extra, de verb. sig. c. forus.

c Quis possit accusare. ¶ Adde Bal. in l. quod senatus. ff. de iniu. Bal. l. 1. ff. de publi. iud. Bal. in l. 1, ff. de iur. fis.

d Propter sexum, ut mulieres. ¶ Adde Spe. eo. titu. ver. item ꝙ à muliere. & l. senatus. & l. qui crimen. & ibi Cyn. C. qui accu. non pos. Fallit, quādo prosequitur suam, uel suorum iniuriam, secundum Io. de Ana. in ca. super his. in fi. in 4. col. de accus.

e Admittuntur etiam in simonia. ¶ Adde tex. in c. tanta. de sim.

f Propter ætatem pupilli. ¶ Adde, an talis possit accusare sine authoritate tutoris vide per Ang. in l. 1. in § pupillis. ff. de accus.

g Et infames repelluntur. ¶ Adde, an talis possit accusare alium infamē vide per Spe. ti. de accu. in § 1. ver. item quòd infames & eum sequitur Ang. in l. qui accusare. in 1. col. ff. de accus.

ſed relegatus: vt ff. de public.iud. is qui: quod mirabile videtur:
quia condemnatus publico iudicio, infamis eſt. ff. de public.iu-
dic.infamem. Sed fortè ei remitti debet, ſi prouocatus voluerit
ſe ulciſci.ar.ff.de bo,li.qui cum maior.§.ſi libertus. & ſi obtineat
non videtur calumniari:ſecus,ſi ſuccũbat.ff.e.ſi cui.§ j.de bonis
eorum,qui ante ſententiam,l.j.ſecundum Azo. hæc tamen ſecũ
dum canones non procedunt:vt patet j.eo.vér. eadẽ ratione. &
ſeq.Sed & illi propter crimen ſuũ prohibentur,qui ad ſacrilegos
magosque concurrunt. 2.q.7.quiſquis. Alij propter præiudiciũ:
vt,ſi accuſo te de furto ſerui mei,mihi die martis ſubtracti: tu ac
cuſas me, ꝙ ipſum præcedenti tempore interfeci:hic enim tua ſe
cunda accuſatio præiudicat meæ primæ:vt C. qui accuſa.nõ poſ
ſunt.l.j. Alij propter ſuſpicionem calumniæ,vt qui ſemel calum
niati ſunt.ff.eod ſi cui.§.iiſdem.ibi,ſi cauſam,&c. vel quia ſemel
deſtiterunt ff.ad Turpil.l.2. infrà eod. veniens. & qui ſubornati
contra me falſum teſtimonium tulerunt: quia tunc præſumun-
tur inimici mei:quare me accuſare non poterunt:vt infrà, eod.
cùm P. Manconella.& c.meminimus Ergo inimici & ſuſpecti re
pelluntur:vt 3.quæſtio.5.quia ſuſpecti.& cohabitantes inimicis,
ſeu amici inimicorum:quia infeſtationes,blaſphemiæ affectio ſo
lent amicitiæ incitare:ut j.eodem.repellantur.& ca. cùm opor-
teat.C.de inoffi.teſt.liberi.ff. de offic.præfe.vrb.l.1 §. cùm patro
nus. Sed quæ inimicitiæ repelluntur? [a] dic iſtud arbitrarium eſ-
ſe: quia & in fraudem hoc poteſt quis aſſerere: vt etiam à teſti-
monio repellantur vt infrà, eodem.inquiſitionis.& de ſimo.per
tuas. Et eadem ratione repellitur ſecundũ canones accuſans, &
condemnatus,ſi velit accuſare accuſatorem ſuũ, quamuis Azo
contradixerit:ut no. ſ.verſ. alij propter crimen. Sed certè ſuſpe-
ctus eſt, ergo repellendus. j.eodem.cùm P. Talis enim infamis
eſt, ergo non audietur, niſi ſuam vel ſuorum iniuria proſequa-
tur.ſ.de teſti.capit.fin.ff. eod. qui iudicio Imò nec pendente ac-
cuſatione, ipſum reaccuſare poteſt, nec alium accuſare. quia ti-
mendum eſt ne ſocios habere vellet: & tamen non minus arde-
ret.2.quæſtio.1.multi.in fi.3.quæſt.11.cap.1.ſ.de teſti.ca. vltim.
ff.de publ. iudi.is qui.Sed hoc intelligas,quãdo vult me reaccuſa
re de pari vel minori crimine,nec proſequitur ſuam iniuriã, vel
ſuorum,aliàs contra: vt C.qui accuſ.non poſſ.negãda & qui po.
in pig.ha.l.fin.nam de maiori poteſt: vt 3.quæſtio.11.neganda:
& patet ſuprà. verſicul. alij propter præiudicium. C.de adulter.
adulteri. Alij propter ſuſpicionem turpis quæſtus. ſuprà qui ma
tri.accuſa.non poſſ.ſignificãte.hac ratione repellitur is qui duos
in diuerſis iudicijs accuſauit:& vult accuſare tertiũ,iudicio non-
dum finito:ſed & ſi duos in eodem libello accuſet, quamuis co-
ram eodem iudice tertium accuſare non poteſt, niſi ſuã uel ſuo-
rum iniuriam proſequatur.C.qui accuſat.non poſ. cum rationi
bus.ff.de adul.inter liberos.§.vltim.& ff.eodem.hos accuſare. §.
Iulia.& hac ratione repellitur, qui ob accuſandum, uel non ac-
cuſandum, vel teſtificandum, uel non teſtificandum aliquid ac-
ceperit,in quo caſu presbyter videtur ſimoniam committere.in
frà de ſimo. nemo. & talis in l. Iuliam repetundarum. incidit: ut
ff.ad le.Iul.repe.l.j §.j.& 2.& l.eadem.§.fin.& in l.Cor.1.quæſtio.
1.concuſſionis. Alij propter participationem eiuſdem criminis.
j.de adulter.capitul.penul. & vltim. j.de teſti.veniens.1. C. de li.
cauſa.ſi filium. vnde & maritus repellitur propter lenocinium:
vt ff.de adult.l.1.§ ſi publico.& hoc intelligas,ſcilicet participẽ
non admittendum eſſe: niſi fortè denunciatiuè, ſeu exceptiuè
agatur.ſuprà,de teſt.quoniam. infrà de adulter. ſignificante. ſe-
cundum Goffred.& iunge quod no.ſuprà, de confeſ.§.qualiter.
verſicu.contra ſe.& ſeq. Alij propter reuerentiam ſiue conditio
nem ſuam:ut quia ſunt liberti,vel liberi,vel ſerui, uel familiares,
quibus & imponuntur pœnæ variæ pro varietate perſonarum.
ff.eod.qui accuſare.in fi & l.hi.reſpon.1.§ 1.& C.qui accuſ. non
poſ.iniquum.& l.ſi quis ex familiaribus. & l. vlt. Sed nec benefi-
ciari admitti debent contra eccleſiam:ſ.de poſtul. c.fin.nec liber
ti eccleſiæ contra eccleſiam: 12.q 2.liberti.& cap. octaua. ſecun-
dum Goff.tamen familiares admittuntur contra Epiſcopum. j.
eodem.nulli.& canonici contra prælatum.j.eodem.licet. & ca-
pitul.ueniens.& monachi contra Abbatem,infrà eodem, olim.
Io.V.& P.& capitul. ex parte. Hoc autem non eſt contra eccle-
ſiam,cui expedit,ut malus prælatus remoueatur, patet infrà eo-
dem,qualiter.2.& capitul. prælatorum. Alij propter pauperta-
tem: vt qui minus quàm quinquaginta aureos habent in bonis
vt ff.eod.alij.& l.nonnulli. Alij propter parentelam, proximus
namque,putà frater, & ſi de leui crimine accuſare poſſit, de ma-
gno tamen non poteſt,niſi proſequatur ſuam iniuriam,uel ſuo-
rum:ut C.qui accuſa.non poſſ.ſi magnum. & l. ſi propter. & l. ſi
ſororem.ff.eod.hi.Sed hoc fallit in liberis:ut in ea.l.§. 1. hæc om
nia inuenies 2.q.1.prohibentur.ff.eod.qui accuſare.4.quæſt. vlt.
c.1.& cap.omnibus.

Admittuntur omnes ſupradicti, excepto inimico
capitali, qui nunquam admittitur. 3.
quæſtion.5.cap.2.& j.de ſimo.licet.& capitul.per tuas.etiã in ex
ceptis criminibus,de quibus dixi ſ.quæ prohibentur.& eſt de ex
ceptis hæreſis,in quo frater admittitur: ſuprà, de præſump. lite-
ras.& ſimonia.& tamen non admittitur inimicus: j.eo. cùm præ
la.15.q.3 ſanè. & ca. nemini.infrà de ſimo.tanta. ſ. de confeſſis.
c.1.40.diſtinctione. ſi quis Papa. alias autem etiam contra cleri
cos, qui erant malæ famæ, admittuntur in his criminibus etiam
laici criminoſi.2.q.1.in primis.ſ.de ſim.tanta.& c.per tuas.ibi,ta
les contra talem.in alijs verò laicus, uel quiuis alius,qui eundem
ordinem non habet,accuſare non poſſet, 2.q.7. ipſi Apoſtoli. &
c.teſtes.& per totum. niſi ſuam,uel ſuorum iniuriam proſequan
tur.in quo ad teſtimoniũ non admittuntur:ut ſ. de teſti. decæte-
rò.Hoc autem quod dictũ eſt, ꝙ non auditur ille, qui minor eſt
in ordine,uolens accuſare maiorem,corrigitur.2.q.7.lator.& c.
præſumunt. nam clericus Epiſcopum accuſare poteſt. ut ibi: &
monachus Abbatem:in quo caſu cum proprium nõ habeat,de-
bet ei prouideri de bonis monaſterij:ut j.eo.ex parte.& c.olim.
I.V.& P.§.ſi & idem videtur dicendum in ſeculari,ſi egeat: quia
nihil intereſſe videtur,quò ad hoc,utrum proprio carere debeat,
uel careat:imò plus eſt factis quam verbis.ff. de legi. de quib. ſ.
de ap.ut noſtrum. ergo ſubueniendum eſt mendicanti & egenti.
arg.ſ.de præb.cùm ſecundum Apoſtolum.ſ.de renun.ad ſuppli
cationem.ſ.de ſol.Odoardus.ff.de fur.itaque fullo.93.diſt.diaco
ni.igitur in hoc caſu fortius eſt ſubueniendum ſeculari,quam re
gulari qui fortè proprium habet.ſ.de ſta. mo. ſuper quodam. &
c.cùm ad monaſterium. §. j. Ideoque regulari loculos habenti
dico occurrendũ:& hoc auxilium denegandum.ſ.de of.or.quã
to.ſ.ne cle.vel mo c. 2.& ſeculari egenti,ſiue clericus,ſiue laicus
ſit:de bonis cõibus,ſiue in quib.ius habere præſumitur, dico ſub
ueniendum,nã & hoc volunt iura.C.de or.cogni.l.fin.ff.de inof.
teſta.ſi inſtituta.§.penul.ff.de peti.hære.diuus §. ſed & pp fami-
liæ.& l.hæres furioſi.§.ſed & ſi.ff.de liber.agnoſcend.ſi quis.§.ſo
lent.& l.ſi neget.ff.de iure delibe. filius.ff.ut in poſſ.leg. l. penul.
Quid ergo,ſi contingat matrimoniũ accuſari, & mulier non ha-
beat quid expendat,dico maritum compellendum ad expenſas
mulieri faciendas,ut ar.in prædictis iuribus, & potiſſimè in duo
bus vlt.allegatis, & in his quæ not. ſ. qui matrimon. accu. poſſ.
ſub rubric: ſi mulier petit in virum. ver. quid ergo de expenſis.in
quarum quantitate & æſtimatione dignitatẽ, & facultatẽ mariti
conſiderare oportet.arg.ff.de leg.3.ſi filiæ.ff.de ali.& ci.leg.cùm
4 alimenta.ff.de iur.do.quæro.& l.cũ poſt diuortiũ.§.gener. † Po-
b teſt igitur monachus abbatẽ, [b] ſiue priorem ſuũ, ubi abbas non
eſt accuſare, ut dixi:ſed aliũ accuſare non.ut j.e. ex parte. quod
intellige contra voluntatẽ abbatis: ſed de voluntate abbatis ad-
mitteretur, utilitate monaſterij exigente.arg.ſ.de poſtu. ex par
te.C.de bo.quę lib.l.vlt.2.q.7.cum paſtoris.alias,niſi interſit mo
naſterij, non ſufficeret licentia abbatis, cũ mortuus ſit mundo.
16.quæſt.1.placuit. quamuis denunciare poſſit ad pęnitentiam,
non ſolùm fratrẽ,ſed etiã extraneũ quemlibet fidelẽ,etiam abba
te contradicente. ad hoc enim tenetur quilibet ſecundum Hug.
quia generaliter dictũ eſt,Si peccauerit in te frater tuus, &c. cu-
ius dicti ſiue præcepti executionẽ nulla obligatio iuramenti, uel
uoti,uel obedientiæ,uel profeſſionis,debet impedire,cum magis
obediendum ſit Deo,q̃ hominibus.ad hoc 11.q.3.Iul.ſ.de iu.do.
quemadmodum.§ vlt.& de iud.nouit.2.q. 1. ſi peccauerit. ſ. de
teſti.in omni.ſecundũ T.de hoc infrà in rub.de denũ §. quis po
teſt. Alij,ut Ala.& G.Na.intelligunt, quòd quamuis monaſterij
nõ interſit, monachus tamẽ accuſare poſſit de licentia abbatis.
2.q.7.cũ paſtoris.aſſe.dicto. T. ſcilicet ꝙ non admittatur mona-
chus ad accuſationem alterius,niſi interſit monaſterio,abbate ni
hilominus imperante, cũ nec aliter etiã in ciuilibus admittat, vt
5 ſ.de ſyndi c.vnico.& de poſtu.ex parte.† Super eo autem, quod
c dictũ eſt de laicis non admittendis [c] ꝯ clericos, dixit Baze & Me-
lendus, quòd laici bonæ famæ admittuntur contra clericos & il
la c.2.q.7.& c.1 & 2.& per totum, intelligunt de laicis crimino-
ſis.ſed eis apertè contradicit ſ. de teſti.decætero. niſi in exceptis
criminibus,ut dixi.In illis enim dicunt quidam, quòd omnes lai
ci criminoſi & infames admittuntur ad accuſandum & teſtifi-
candum, etiam meretrix.infrà de ſimon.tanta. Alij dicunt
quòd nullus laicus admittitur contra clericos etiam in exceptis
criminibus: niſi grauata ſit eorum opinio, uel niſi quis ſuam uel
ſuorum iniuriam proſequatur, prout not. ſecundum Da. ſ. eod.
ver.admittuntur.& ſic ſentit Goff. quia generaliter prohibentur
laici

ADDITIONES.

a Inimicitiæ repelluntur. ¶ Adde c.nulli epiſcoporum. 3.q. 2. & per Arch.
in c.accuſatores.2.q.5.

b Monachus abbatem. ¶ Adde gl.in c.cum paſtoris.2.q.7.& antequam eum
accuſet,requiritur,ꝙ ab eo petat ueniam. vide per Io.And.in addi. Spec.
ti.de inquiſitio.in §.vlt.in prin.Roſ.in ſuis libellis.in ti.de ſta. mo. in verſ.
ſed quoniam.& per Arch.3.q.1.in ſumma.

c Quod dictum eſt de laicis non admittendis. ¶ Adde c.ex parte.Adç. de te
ſti.cap.cùm P.Manconella.c.cùm oporteat.& c.qualiter, de acc. & per gl.
ſum.2.quæſtio.7.

laici clericos accusare.2 q.7.ipsi Apostoli. & cap.testes.& per to
tum. Si quæras, in quò sint ergo crimina excepta? respon. quia
infames admittuntur contra laicos non infamatos & contra cle-
ricos infamatos.2.q. j. in primis. Item testes admittuntur etiam
contra clericos, aliis adminiculis interuenientibus j. de simo. li-
cet.& c. per tuas. secundum Goff. T. verò mediā viam eligens
dixit, ꝙ si omnes laici sint bonæ vitæ, & bonæ famæ. & clerici si-
militer, admittuntur laici in exceptis criminibus: in aliis minimè
nisi prosequantur suam iniuriam, vel suorum. vel nisi in casu: su-
prà, de seruis non ordi. nullus. aliàs hæc crimina non viderentur
excepta. si verò laici sunt criminosi, vel infames, tales non ad-
mittuntur, nisi & clerici fuerint malæ famæ: quia tunc admittun
tur, nisi sint inimici: ut colligitur j. eo. cùm P.& de simo. tanta. p
tuas. licet Heli. s. de testi. de cætero. 2.q.2. in primis, circa fi. Item
excipiuntur participes: ut s. de testi. veniens. j. contra laicos ve-
rò simoniacos quilibet indifferenter admittitur ad accusandum
& testificandum: vt j. de simo. tanta. respon. j. & c. præcedent. si
dominus.& c. licet. §.& quia. exceptis conspiratoribus & inimi-
cis capitalibus, ut ibidem. §. ulti. Dixit tamen Io. quòd laici, si bo
næ famæ sint, possunt accusare prælatum suum: quia interest bo
num habere prælatum. arg 2.q.7. clericos. 23. distin. c. illud. sed
secundum eundem cōmunior est opinio quòd non possunt, ni
si suam, uel suorum iniuriam, &c. vt s. in fin. not. regulariter hoc
verum esse, quòd quilibet admittitur, si suam, vel suorum iniu
riam prosequatur. vt not. s. e. ver. prohibentur. & probatur. 2.q.
1. prohibentur. ff. eod hi tamen 4.q. fi. omnibus. Item hoc regu-
lare est, quòd qui non potest accusare, nec denunciare, nec testi
ficari, nec ordines recipere: & sic hæc quatuor regulàriter æqui-
parantur, ut probantur hæc j. eod. cùm oporteat. & s. de testi c.
vlt.& 2.q.7. testes. Fallit quia aliqñ potest quis accusare, qui non
potest testificari: vt s. qui matri. accu. non pos. c. vlt. & de testi. li-
cet. 2. Item aliquando quis potest denunciare, & non potest ac-
cusare: s. de despon. imp. ad dissoluendum. & de iureiur. quem-
admodum. § vlt. Igitur si legitimus non fuerit accusator, nō fati
getur accusatus. j. e. c. 1. nisi in tm̄. vt si fortè infamatus sit purga
tio indicatur. j. e. veniēs. in fi. s. de coh. cl. & mu c. pe. s. de confes-
sis. c. j. in fi. 2.q. 5 presbyter. vel ut Iudex ex officio inquirat. j. eo.
qualiter. 2. j. de col. detegen. crimina. secundum Goff.

6 Quis †accusari potest. Et quidem masculus & fœmina
præsens tantum, non absens vnde cōtra absentem
libellus non poterit offerri: vt C. eodem. absentem. & de exhib.
vel transferendis reis. l. 2. 5. q. 2 relatum. Item viuus, non mor-
tuus.[a] 18. dist. illud. 33. quæ. 2. admonere. nisi in casibus quos ha-
bes. ff. eodem. lex iudiciorum. & ad l. Iul. pecul. l. vlt. Item de hæ-
resi. 24. q. j. cap. fi. vel si hæreticus instituit hæredes: j. de hære. si
quis episcopus. vel si in notorio crimine decesserit. 88. distinct.
neque 23. q. 5. placuit. itē in crimine apostasiæ. C. de apost. aposta
tarū. & l. Iulia. mares. & repe. vt dicūt leges superiores: sed & si ꝯ-
sciuerit sibi mortē, vel post litē cōtest. vel postquā deprehensus
fuit in scelere, auferuntur bona hæredibus quia durius est, seip
sum occidere, quàm principem trucidare. ff. de bo. eo. qui ante
sen. mor. sibi consci. l. 3. C. si reus vel accu. mo. fu. defuncti. Si ve
ro pendente appellatione moriatur, & bona expressim adempta
sunt perficienda appellatio est. Sin autem tacitè extinguitur cri-
men: per ꝯsequens, & quęstio bonor. ut C. si reus vel accu. mor.
l. vltim. & vide super hoc quod not. suprà, de appel. §. quid si pē
dente appel. & de clan. despon. §. quam pœnam. sub § pari mo-
do. uersicul. nunquid ergo. Accusatur pubes, & etiam impubes:
dummodo capax sit intellectus: ut ff. de re iud. pupilium. no. de
hoc infra. de delict. pue. versicul. patet ex superioribus. & sequ.
& versicul. sed nunquid. unde & ex ingratitudine in seruitutem
redditur: ut Instit. quib. mod. tute. fi. §. item si in seruitutem. & ac
cedit. C. de pen. impunitas. Potest accusari liber, potest & seruus:
sed non de omni crimine: qa nō de illo quod pecuniariam pœ-
nam imponit, cùm proprium non habeat: ergo non accusatur l.
Iulia. de ui priua. Instit. de publi. iudi. §. item. l. Iuli. de ui priua.
Itē non accusatur l. illa quæ imponit pœnā amittendæ ciuitatis:
quia nec ciuis est, nec caput habet de iure ciuil. unde nec l. Pom-
peia. de parri. accusatur, quia patrem non habet: imò spurius in-
telligitur: ut C. de suis & legi. ex liberæ. sed de iure canonico, qa
à naturali originē habuit, punitur. argu. in his quæ not. s. de con.
sermo. §. j. & §. & an consensus. & qui filii sint legitim. §. an utrūq;
genus alatur. natura enim omnium communis est: sic & Deus,
& ius canonicum. vnde maiori simplicitate gaudet, quam ciui-
le. suprà, de iudi. dilecti. Item nec l. Cornelia. de iniuriis fortè
accusari potest; quia solet plerunque imponi pœna amissionis
ciuitatis arbitrio Iudicis, unde Cornelius author illius l. ait, nec
hac l. accusaretur seruus. In hac tamen l. & omnibus supradictis,
in quib. seruum accusari nō posse diximus, intelligas quo ad pœ
nam statutam & ordinariam infligendam: recipietur ergo accu-
satio, ut duriorem pœnam patiatur, scilicet corporalem, quāuis
pecuniariam effugiat, Sed & illud certū est, quòd pœna metal-
li, & naturalis mortis, seruis conuenit. comprobantur hæc C. ad
l. Iuliam. de ui publi. seruos qui. in fi. ff. eo. hos. §. omnib. Sed &
dominus pro seruo potest defensionem suscipere. ff. eodem si
seruum. & de publ. iudi. sciendum nunquid igitur monachus po
test accusari? vtique: ut patet j. de simo. dilectus filius A. non tñ
quo ad pœnam pecuniariam: quia proprio caret. 12. q. j. nolo. ni
si forsitan Abbas uellet eum defendere: sicut de seruo dictum
est suprà. & adde, quod no. j. de simo §. qua pœna. sub § per Iu
dicem. Licet autem dominus possit recipere defensionem serui,
ut proximè dixi: aliud est in libero accusato, cuius defensio nē,
quo ad principalem causam, nullus recipere potest, quamuis ad-
mittatur ad allegandas causas absentiæ, licet Martinus contra-
dixerit: ut probatur j. eodem veniens. C. eod. reos. ff. de public.
iud. l. ul. §. j. Vtrum autem hoc indistinctè sit verum quærunt ali
qui? & dicas quòd non: imò distinctè, ut not. s. de procurator.
§. & in qua re. Et de filiafamil. certum est, quòd accusari potest,
secundum Azo. Sed & seruus mittendus est ad sedem Apost. si
clericum percussit, secundum distinction. decreta. s. de senten.
excom. relatum.

7 Regulariter †igitur verum est, quòd potest quili-
bet accusari: fallit tamen in casibus. Pri
mò excipiuntur quædam personæ in perpetuum, propter sum-
mæ dignitatis honorem, & quia solutæ sunt legibus, ut Papa &
Imperator qui super se iudicem non habent: ut patet in his quæ
no. s. qui filij sint legitimi. §. qualiter & à quo. & de consti. §. quā-
do constitutio. uersicu. ratio. Sed dic, quòd Imperator ratione
peccati accusari potest coram Papa, cui omnes reges & princi-
pes peccatores subditi sunt: unde & Imperator in his submittit
ei caput suum. & ll. suas. ut C. de summa trinit. l. ul. & l. j. & in au-
then. ut clerici apud proprios episcopos conue. §. si. uero eccle-
siasticum. coll. 6. s. de iudic. nouit. super hoc uide quod not. s. de
elect. §. quis eligi. sub §. item sciendum. versicul. nedum in præ-
latis. & seq. Papa ergo tanquam superior, omnes iudicat; & ipse
à nemine iudicatur. ut 9. quæstio. 3. aliorum. & cap. sequent. s. de
electio. licet in fi. & capit. uenerabilem. Excipitur unum solum
crimen super quo Papa accusari potest[b], cōuocato fortè super
hoc concilio generali: ut 11. distinct. si Papa. & patet in his quæ
not. suprà, de officio legati. quid pertinet. uersicul. illud quidem
& sequent. sed & Papa aliquando se submittit iudicio Impera-
toris: vt 2. quæstion. 7. nos si incompetenter. quia quamuis mi
nor sit: est tamen receptū quòd Imperio minoris iudicis se sub-
mittere possit: ut ff. de iurisd. om. iudi. est receptum. Alij ad tem-
pus recipiuntur, propter honorem publicum, & administratio
nem sibi commissam: ut magistratus, qui durante officio non po
test nisi circa administrationem delinquat. ut 2. quæstio. 1. prohi
bentur. unde si alias accusaretur, quamuis accusatio admittatur
differtur tamen examinatio usque ad fi. honoris sui: ut ff. ad le-
gem Iuliam. de adult. si adulterium. § ultimo. & ff. eod. l. hos. re-
spon. j. Quid ergo de comitibus, & aliis iudicibus ordinariis no-
stri temporis? Dicit meus dominus, quòd possunt accusari & cō
ueniri: ne ius meum in perpetuum amittam. nam leges supradi-
ctæ loquuntur de his qui temporalem iurisdictionem habent:
ut ff. de iudi. pars literarum. & de in ius vocando. l. 2. unde quod
differebatur, tūc nō auferebatur. ff. de iudi. si debitori. quare nec
sibi nec suis porerat ius dicere: contra ipsum poterat dici: ut ff.
de iurisdictione omnium iud. qui iurisdictioni. hodie secus, ne
ius meum amittā, uel ipse, uel sui suum, cùm perpetui sint & or
dinarii nascantur, non creentur: quod patet ex mente legis, quę
dicit, quòd ubi periculum erat, ne actio tempore periret: audie-
batur usque ad litem contestatam ut ff. de officio prætoris. sena
tus. quare & episcopi accusantur à subditis, cum perpetui sint,
ut patet s. §. proximo. uersicu. hoc autem quod dictum est. arg.
tamen est, quòd nō possunt accusari hi, nisi primum hoc à prin
cipe fuerit impetratum. ff. de fideicommis. lib. cùm uerò. §. ulti-
mo. & l. sequen. Sed quod dicit dominus meus, uerissimum pu-
to: legati ergo domini Papę uel Imperatoris, uel alij temporales,
durante administtatione, non accusantur. ff. eo. hos. nec hi q ha-
bēt ius reuocandi domum: ut ff. de iudiciis. l. 2. quod dic, ut nota-
tur s. de exceptio. §. quis sit effectus. sub §. item effectus est ali-
quoties. & uide quod no s. de appellat. sub rubrica, de recusa §.
ex quibus causis. de sent. & re iudic. sub rubric. de sen. §. quis de-
bet sententiam. uer, sed nunquid suis. & seq. Aliqui etiā in perpe-
tuum excipiuntur: puta si quis semel accusatus fuerit absolu-
tus super illo crimine non potest de cætero accusari. j. eodem.
de his qui. 35. quæstion. 9. ueniam. Quia de delicto unius homi-
nis sæ

ADDITIONES.

a Non mortuus. ¶ Adde glo. sum. 24. q. 2. & in §. per contrarium, Insti. de hæ
re. quæ ab intestato.

b Super quo Papa accusari potest. ¶ Adde doct. in cap. in fidei fauorem. de
hæret. lib. 6.

nis sæpius quærendum non est: ff. nau. cau. sta licet. in fin. suprà, de offic. leg. licet. siue absoluatur ab obseruatione Iudicij: vt in l. licet. siue à parte, vel per abolitionē remissum fuerit, vel absolutus sit accusatus per sententiam: quia remissum semel delictū, in vltionem non reducitur. vt 20. q. 4. si illic. & q. 3. §. notandum. 2. q. fi. nisi in duob. casibus: scilicet si accusator secundus doceat primum prænaricatum fuisse: vt ff. de præuari. l. 3. vel prosequatur suam iniuriam, vel filiorū: vel doceat se ignorasse accusationem à primo fuisse propositam: vt ff. e. si cui. §. iisdem. Sed nunquid pendente iudicio, super vno crimine, pōt ab alio accusari? dist. vt no. s̄. de ordi. cog. ver. sin autē vtraque criminalis. & ver. seq. Itē non accusatur is, cum quo dispensatum est: quod dic vt no. infrà e § quis sit effectus ver. sed nunquid. Item ab alio delatus alium accusare nō potest. 2. q. j. prohibetur. quod dic vt not. s̄ proxi. §. ver. alij propter suspicationem calumniæ.

8 **Qualiter** † in accusatione procedatur. Et quidem libello oblato in præsentia accusati: vt s̄. dixi, §. proxim. respon. j. qui debet continere nomen accusantis & accusati, & crimen & mensem, & locū, in quo ɔmissum est: quod dic vt ff e. libellorū. & in auth. de exhi. reis. §. suscepto. & not. s̄. de diuor. §. quot modis. ver. quantū. & seq. Hoc siue crimē sit publicū, siue priuatū: ut ff. de priua. delic. l. vlt. & potest dici, quòd non sit necesse inscribere: quia naturaliter inest inscriptio: cùm calūniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij: ut C. eo l. vlt. secūdum Azo. 2. q. fin. quisquis. & q. 3. calumniatorum. & c. qui nō probat. & iuuatur. j̄ de calum. c. j. & 2. Alij dicunt, quòd inscriptio necessaria est: arg. C. de fide instr. l. 3. & de exhib. & introdu. reis l. 2. ibi solenni. l. & c. 3. q. 8. libellorū. versic. item subscribere quod secundum canones verius est, cū sine inscriptione accusatio non admittatur, id est, reus respōdere nō cogatur: vt j̄. e. super his. ver. cùm sed in modū. & c. qualiter. §. pe. Potest ergo dici, quòd adueniente die ad deliberandum data, nō cogetur respondere reus nisi accusator inscribat: sed nec accusator inscribere cogitur: imò sine metu calumniæ & pœna aliqua pōt ante inscriptionē resilire: ut j̄. e. licet. §. vlt. ver. quia verò. 2. q. 3. si quem. & c. si quis iratus. sed post inscriptionē nō potest desistere, nisi ex cā C. de aboli. l. 2. & 2. quę 3. paulum. ex cā aūt potest peti abolitio, dum tñ reus non sit passus aliquam iniuriā carceris, vel vinculorum. C. de aboli fallaciter. Item licet possit quis desistere ab accusatione citra inscriptionē factā: vt dixi. tenetur tñ actione iniuriarum illi, cui libellū obtulit: ut ff. de iniu. Itē apud Labeonē. §. si quis libello. Potest etiā aliquando post inscriptionē desistere de consensu accusati: & aliquando hoc facit authoritate Principis. quod dic ut no. j̄. de calum. §. qualiter sine metu calumnię. Sunt tamen casus in quibus inscribere non est necesse. Primus si crimē leue sit. nam hoc de plano sine scriptura iudex discutiet: ut ff. e. leuia. quāto magis hoc in ciuilibus locū habet: ut no. s̄. de libel. obla. §. utrū libellus. vers. & hoc verū est. & seq. Secundus in his, quæ executores denunciant. C. eo. l. ea quidem. ff. de offic. præfe. vrb. l. j §. pe. j̄. eo. sicut olim. Tertius, qñ mulier accusat prosequendo suam iniurā, vel suorū: 15. q. 3. de crimine. & no. s̄. e. §. quis possit accusare. ver. & no. Quartus, in crimine apostasiæ. C. de apost. l. apostatarū. Quintus, vbi Christianus Iudæam in uxorē duxisse accusatur: C. de Iudæ. ne quis. Sextus, vbi maritus accusat uxorē iure mariti de adulterio intra 60. dies. 4. q. 4. §. aliquando C. de adul. l. quamuis. & l. iure mariti de hoc tamen dic ut no. j̄. de adul. §. & inter quæ tempora. ver. itē maritus & pater. & seq. Septimus in accusatione falsæ monetæ. C. de falsa mone. l. j. Octauus, vbi tutores accusant de falso producentem instrumentum contra pupillū suum, vt manifesta calūnia detegatur: C. qui accus. non pos. l. 2. & hoc ideo, quia hoc faciūt ex necessitate officii: idem ergo vbi hæres accusat de necessitate, vindicando mortem defuncti, cui succedit: ut ff. de his quib. vt indi. l. tutor. Nonus in crimine abigeatus. C. de abige. l. j. Decimus in casibus, in quibus sine accusatore aliquis condemnatur: puta in notorijs. C. eo. ea quidem. 4. q. 4. §. aliquando. & de hoc j̄. sub rubri. de criminibus sine ordi. puniendis. vbi & alios casus poteris reperire.

Oblato libello. sicut præmisimus, dabuntur fortè reo 20. dies ad deliberandum: sicut in causa pecuniaria. nam ad disponendas res suas cōponendosq; mœstos penates, dantur s̄m l. 30. dies: vt C. de exhib. re. nullus. Adueniente autem die ad deliberandum data, debent opponi. exceptiones ab accusato, si quas habet ante litis contest. postea non potest: cum nomen accusati inter reos recipiatur vel statim, vel postea incontinenti sine cōtrario actu: ut C de adulte. adulterā. & ff. de adulte. si maritus. § præscriptiones. quod intelligas, si dilatoria sit, quæ repellit accusantē: non tamen alios, vel similes. in peremptoriis aūt potest dici idem, quod in ciuilibus. s. ꝙ post lit. contest possint opponi? vt C. sent. rescind. non posse. l. vlt. videtur tñ contra in excep. lenocinij, quæ perēptoria est, & tñ non potest opponi, nisi antequā nomen alicuius inter reos sit receptum: ut C. de adul. quoniā. & l. ita nobis. & ff. de adult. l. j §. si publico. in fi. & de hoc no. s̄. de except. §. & qñ. sub §. hoc de dilatoria. ver. itē in ciuilibus. & seq. Si ergo nullā exceptionem opponat reus, iurabit de calūnia. s̄. de iura. cal. §. in quib. & cōtestabitur lis: & si confiteatur planum est, ꝙ habetur ei fides contra se. 2. q. j. nos in quenquā. s̄. de re. permu. cū olim. & donec pronuncietur, in publicis uinculis detineri iubetur: per l. ff. de custo. & exhi. reorū. si confessus. Sin autē negauerit reus id super quo accusatus fuerit, debet iudex in cā procedere, non mendicatis suffragiis decretorum vel relationū: quia talibus credere nō debet: imò exigitur, ꝙ accusator habeat probationes luce clariores 5. q. 6. Mennā. C. de proba. sciant cuncti. C. eod. titul. singulis. & qui omnino cōcordent, non discrepent: C. de pœ. qui sententiā. & de cohabi. cle. & mulie. tua. Quæstioni autē iubetur adesse reus & rea, siue accusator & reus: & datur aduocatis facultas interrogādi: ut ff. de adulte. si postulauerit. § qōni. Itē ab accusatore tantū probationes requirūntur: nisi in casibus quos not. s̄. vt benefic. eccles. sub § datur hic alia regula. in quibus hincinde probationes admittuntur: & probatur, vt C. de abolit. fallaciter. & de falsis. l. vbi. semper tamen obtinet regula, ut reus in dubio absoluatur. C. de edē. qui accusare. & semper obtinet secūdū omnes. quod qui non probat quod intendit, præsumitur calūniari: nisi probet cōtra. C. de aduo. diuer. iud. l. j. & dicetur j̄. de calū. §. quando debet respōderi. & sub §. Iudex. uer. ego. Fallit tamen in casib. puta in marito accusante iure mariti uxorem de adulterio: C. de adulte. quāuis. ff. ad Turpi. l. j. §. calumniatoribus. quod dic ut no. j̄. de adul. § & infra quæ tempora. uers. item maritus & pater. & seq.

Hæc si vterque ueniat, locū habent: aliàs si reus contumaciter se absentet, citari debet ter per interualla 30. dierum: sicut diximus in ciuilibus, s̄. de dolo & contu. §. qualiter deprehendantur. & de iudi. sub §. porrecto. non ter per singulos tres dies: licet quidam hoc dicant, per l. ff. de publ. iudi. inter accusatorem. nec enim dicit, quòd sic sit faciendum, sed quòd sic factum fuit: imò innuit nō faciendum. 9 † Quid ergo, si accusatus citatus sit legitimè, & nullo modo ueniat? annotabūtur bona nec feretur diffinitiua sententia: ut ff. de pœn. l. absentem. & C. de requi. reis. l. j. & no. suprà, ut lit. non contest. uers. itē excipiuntur. accusatore non ueniente, citabitur prędicto modo: sed & pœna imponitur: ut C. qui accu. non pos. qui crimē. & intra certum tempus. l. ij. & ad Turpi. l. 2. Sed & reū vocatū necesse est exhiberi, uel trāsmitti: si tamē iudex hoc præceperit. ut C. de exhi. reis. l. reis. l. ulti. aliàs nō debet hoc fieri sine præcepto iudicis: nisi in casibus. Primo casu fallit in falso incēdiario: ut C. de fal. incen. l. j. in princ. Secundò, in desertore militiæ, latrone publico, & raptore uirginis. nā cum tales occidere liceat secundum l. multo fortius licet inuitos repræsentare. C. qñ liceat unicuiq;. l. 1. & 2. de rapto. uirgin. l. unica. Idem fortè in fure. ff. de fur. interdum. §. qui furem. Transmittendus est autem, quando accusator est in loco, in quo deliquit: & ipse est alibi: ut in auth. ut nulli iudi. § si uero. & no. de fo. compe. § quibus ex caus. uers. item rōne delicti Miles etiā alibi si deliquit, trāsmittitur ad magistrū militū: & si est militare delictū: puta quia alienauit arma sua, tunc magister militū solus cognoscit, & fert sententiam. & idē in ciuili cā. ut C de iurisdic. om. iud. magisteriæ. & de offi. magistri militum. l. 1. in fi. & de re mili. l. ulti. respon. j. lib. 12. & de re mil. qui commeatus. Quod si commune sit delictum & enorme is cognoscet apud quem commissum est: quia omne priuilegiū reatus excludit: ut C. ubi sena. uel claris. l. j. ff. eo l. ult. alias præses habet cognitionem tantum: sed transmittit ad magistrum militum, ut pœnam imponat: ut C. de exhi. reis. l. 1. ff. de exhi. reis. de militibus. & l. non est. & de re mili. l. 3. respon. 1. nec distin. inter caligatum, & non caligatum: quia & caligatum dicit, id est, remittendum.

Reo exhibito, vel transmisso, & oblato libello, ut dictum est, refert utrū confiteatur crimen: & tunc custoditur, ut dixi suprà, uersicul. si ergo nullam. est tamen uelociter imponenda pœna: ut C. de cust. reo. l. ultim. s. ubi cū modico tēpore steterit in carcere, & ducatur postea apud acta, ut appareat an in confessione persistat, uel uelit eā corrigere, & quasi sub publico testimonio cōmemoratio admissi criminis fiet, ut iudicibus immodicè sæuientibus freni quædam tēperies adhibita uideatur: ut C. de custo. & exhi. re. si quis mea. Sed si crimen negauerit, & est graue, accusatus debet detrudi in carcerē: ut ff. eo. diuus. & fiet statim inquisitio criminis. Quòd si differri oportet, custodietur accusatus: ut tamē ferreas manicas & inhærentes ossibus nō patiatur interim. Sed si qualitas criminis postulauerit prolixiores catenas, non cruciantes habere debet. carcer enim ad custidiendum, nō puniendum est inuentus. ff. de pœn. aut damna. §. solent. nec enim debet esse in tenebris: sed luce homini necessaria subleuari debet: & in nocte custodia geminetur, & in uestibulis carceris & solibrib. aliàs salubribus,

id est,

id est, tutioribus, siue salutaribus locis debet recipi. Dicitur autem uestibulum locus ante carcerem, ut porticus ante domum. & dicitur ab aue, quia ibi salutabantur antiqui, secundum Azo. sed secundum dominum meum non est porticus: imò locus in carcere constitutus: sic fortè dictus, quia ibi uestiebantur. ad hoc ff. communi diui. arbor. §. de uestibulo. 59. dist. si officia. Iterum autem adueniente die, ad lumen reduci debet incarceratus: ut C. de cust. re. l. 1. Possunt plures eiusdem sexus in uno carcere, siue claustro, recipi. Sed diuersi sexus diuersos carceres requirūt. 10 ut C. de cust. reo. l. quoniam. † Sed mulier hodie in monasterio includitur, si grauissimum sit crimen, pro quo accusatur: pro priuato autem fiscali debito, uel priuato delicto, dato fideiussore, dimittitur: si non potest dare, & hoc iurauerit: iurat de iudicij obseruatione: in debito autem per se, aut virū suum, aut quemuis alium, legitimè respondebit: & si noluerit respondere, in rebus suis legitimè procedetur: ut in auth. ut nulli iudi. §. necessarium. Masculi ergo soli hodie custodiuntur, per stratores, qui eis sternunt lectos: & commentarienses, qui comitātur captiuos: sed cum humilitate custodiendi sunt, non affligendi fame, vel siti uel frigore: nec subtrahenda est eis audientia: adeò q̄ neminē audiant, uel à nemine audiantur clamantes. & si custodes contra hoc fecerint, maximè interueniente pecunia, capitali poena afficiendi sunt. aliàs iudex infamatur, & promotu superioris iudicis periculum subibit: & commentariensis singulis 30 diebus debet ingerere iudici numerum personarum, varietatem delictorum clausorum: ordinem ætatèmque cunctorum: alias ærario infert 30. lib. auri. Iudex circa hoc negligens priuatur dignitate. & mul 11 ctatur 10 libr. auri. ut C. de custo. reo. l. vlt. † quòd si captiuus custodiam euaserit, patitur custos eandem poenam, quam pateretur incarceratus: ut C. de cust. reo. ad commentarien. nisi custos probet ipsum euasisse casu fortuito, ut ff. de custo. reo. l. vlt. nec tyroni committi debet custodia: aliàs in culpa est, qui committit: & duobus ad minus committenda est: aliàs poena imponitur: ut ff. de custo. reo. l. vlt. In hac custodia detinetur, quousque causa finem accipiat: ut C. de exhi. re. l. 2. in fi. nec tamen statim condemnatur, quamuis constat de crimine, imò iterum redit in carcerem: & postmodum adducetur, & audietur, si quid obijcere uelit: ut C. de custo. reo. l. si quis. vel illud intellige, quando confessus est: ut not. usprà eo. sub §. reo exhibito. & habes. ff. de quæst. l. 1. §. diuus. § si quis. sed quando conuincitur per testes, nihil expectatur, ut C. de custo. reo. l. 1. & l. vlti. in prin. nisi quando seuerior poena imposita est. ut C. de poen. si vindicari. Sed si crimen graue non sit, non incarceratur, sed potest dimitti sub custodia militum, uel sub fideiussoria cautione. & hoc iudex estimare debet pro qualitate personæ, & criminis: attēto honore, & amplissimis facultatibus, innocētia seu fama personæ, & dignitate eius, qui accusatur: ut ff. de custo. reo. l. 1. & damnatur fideiussor in certam quantitatem, si eam promisit: aliàs secundum consuetudinem si appareat. cōsuetudine verò deficiente, arbitrio suo, hoc committitur: sed extraordinariam poenam imponit fideiussori, si dolo nō exhibeat reum: ut ff. de custo. reo. si quis reum. Sed dominus pro seruo pōt fideiubere antequam recipiatur in uincula, & postea, nisi post longum tempus hoc desideret: ut ff. de custo. reo. si seruus. Hæc secundum l. locum habent: sed & secundum canones si reus cōtumax fuerit, excommunicatur: si intra annum non venerit interpretatione iuris, pro conuicto habetur 11. q. 3. rursus. infrà, de hære. excommunicamus. 1. §. 1. & idem est in causa, in qua locum missio non habet. 11. q. 3. quicunque. secundum Goffr. tu dic, ut not. suprà. de offi. deleg. §. quæ iurisdictio. ver. si. uel personalis. & seq. Si verò intra annum venerit, satisfactione expensarum præmissa, audietur. sic intellige s̄. de iudi. c. 1. sed & si actor non venerit: excōmunicatur. 5. q. 1. quidam. sed & si postmodum veniat, & de accusatione poeniteat, audietur. j̄. e. licet. 2. q. 3. si quem poenituerit quod dic ut no. s̄. e. §. 1. respon. 1. versic. hoc siue crimen sit publicum, & seq. sed & secundū canones clericus delinquens & incorrigibilis potest sub arcta custodia detineri, ut infrà de sen. excom. ut fame, & breuiter in vtroq; foro hanc custodiam arbitrariam puto, consuetudine approbante, & a l. cooperante. ut ff. de custo. reo. l. 1.[a]

2 **Quis poſſit inquirere.** † Is qui poteſt corrigere, & punire, ut epiſ.ſ.de offi.ordi.c.j.Sed archiepiſcopi de epiſcopis:& patriarchæ de archiepiſcopis,vt patet j̃.c. qualiter. & de ſimo. de hoc. & ca.dilectus filius.A.& C. licet Heli.Sed & aliquando inquirit is,qui non poteſt punire:ad hoc ut ſuperiori denũciet hoc tñ facit authoritate ſuperioris.vt j̃.eo.ſicut olim.ſ̃.de teſt.cogen.prȩterea.& C.de accu.ea quidẽ & in cõcor.quas notaui ſ̃. de denũ. §.qs põt denũciare.uer.tamen ſ̃m.l.In quo caſu intelligi poteſt, ꝙ iudex ſuperior procedit ad inquiſitionem ex officio denũciãtibus,nõ proſequentibus: cùm tales debeant eſſe iurati:& publici ſint,quia pulicè electi:etiam quamuis non ſit infamatus is,contra quem fit inquiſitio, ſed non remouebitur à beneficio: imò pȩna infligetur arbitrariè & occultè.ut j̃.eod.ſicut.18.diſt.quoniã quidem.& infrà.de ſimon.dilectus filius A.Ideo autem prælatus ex officio inquirere debet:qa ſanguis ſubditorum ab eo requiret in die iudicij:ut ſ̃.de offic.archi.c.j.& c.ad hoc. & de offi. archipreſb.c.3.& de offi.primice.c.j.& de offi. ord. irrefragabili. & de regularibus.c.vlt.& de ſtatu.mona. cùm ad monaſterium. §.prior.Vnde licet Heli ſummus ſacerdos bonus exiſteret,ſ.q̃tũ in ſe erat: qa tamen exceſſus filiorũ ſuorum efficaciter nõ correxit, in ſe vindictam diuinam excepit: cùm filiis ſuis in bello peremptis idem de ſella corruens fractis ceruicibus expirauit, vt in dicta dec.licet.& 37 di.legant.ergo tanto diligentius debet prȩlatus aſſurgere ad puniẽdos ſubditos,quãto dãnabilius offenſas eorum deſereret incorrectas. ut infrà eod. qualiter. 2.§. pen.

Cõtra quẽ inquiſitio fieri poſſit.

3 †Patet ex ſuperioribus,ꝙ contra ſubditum ſiue ſit prælatus, ſiue alius.uerumtamen facilius fit cõtra ſubditos minores,quam contra ſubditos epiſcopos,qui ex officio ſuo tenentur nedũ arguere,ſed etiam corrigere,excommunicare,interdicere,aut ſuſpendere:ex quibus frequenter odiũ multorum incurrunt: vnde verendũ eſt,ne concuſſis columnis corruat ædificium.ut infrà eo.qualiter.2.§.j.12.quȩſtio.2. gloria epiſcopi.In his tamen delictum probatum eſt ſeuerius,quàm in ſubditis caſtigandum. nam ſecundum beatum Grego.ſi peruerſa vnquam perpetrauerint,tot mortibus digni ſunt,quot ad ſubditos ſuos perditionis exẽpla tranſmittunt:ut 11.quæſtio.3.præcipuè. ergo tot mortibus:quot numero poſſunt ſubditi reperiri.Si ergo ſacerdos,qui eſt uictus delinquat,faciet delinquere populum:quæ enim à prȩlatis fiunt,de facili trahuntur à ſubditis in exemplum: ut ſupra, de uoto & uo.redem.magnæ.nam ſi clerici unum Deum prædicant,& alium colunt,dicent laici: Vbi eſt Deus clericorum?ut ibi dicitur.Debet ergo prælatus eſſe ſpeculator, & ſpeculum. unde in prin.Tobiæ verſificati.

Eccleſiæ Turon.apex omnium ſpeculator.
Et ſpeculum prȩſul Bartolomæe faue.

& probatur ſ̃.de ele.cùm in cunctis.

Quando procedatur ad inquiſitionẽ.

4 †Et quidẽ aut inquiſitio fit aliquo ꝓſequente,vel denunciante:& tunc dic vt not.ſ̃.de denun.aut ex officio: & aliquãdo deficiẽte denunciatore,etiã ex officio inquirit iudex:ut ſ̃.de denuncia.§.quis poteſt.verſi.quando occultum.& hic ſubdiſt.utrũ quæratur de inquiſitione facienda contra regularẽ,de quo dic, ut j̃.de ſimo.§.quia ad accuſationem.verſic.ego dico.& ſequen. vel contra ſecularem:& tunc aut cõtra epiſcopum,aut inferiorẽ.Si inquiſitio fiat contra ipſum: ſiue ſit regularis, ſiue ſecularis, nunquam proceditur, niſi quando fama tanta eſt,quòd nõ poteſt amplius ſine ſcandalo tolerari,ſiue ſine periculo dilapidationis:vt j̃.eod.qualiter.2.§ j.prope fin.& capit.prælatorum.& de purg.cano.cùm in iuuentute: ſ̃.de præſumptio.cùm in iuuẽtute,ſ̃.de dolo & contu.veritatis. Si verò fiat inquiſitio contra clericum ſecularem inferiorem epiſcopo, ſufficit frequẽs fama, & clamoſa inſinuatio,licet non inducat ſcandalum. Sed nec ad primam infamiam moueri debet ſuperior, imò tunc demum, quando eius ſȩpius aures pulſantur.cõprobantur hæc j̃.e.ſuper his.& ca. qualiter.2.reſpon.j.& §.j.& j̃.de ſimo.licet Heli §.j.& 86.diſt.ſi quid de quocunque.ij.q.j.Deus omnipotẽs.Sed & aliquoties fit ex puro officio ſine fama:vt no.infrà eo.§.proxi.circa princ.& ſ̃.eod §.quis poſſit.

5 **Et qualiter procedatur.** † Aliquãdo ſecundũ iuris rigorẽ:ut qa fit aliquo ꝓſequẽte, ſiue denunciãte ad pœnã tẽporalem imponendã:aliqñ de plano,quãdo ſ.ex officio fit.& licet tunc aliquis ordo ſeruetur:vt j̃.ſequitur.Si fit aliquo proſequẽte, lis conteſtabitur,& in aliis procedetur:ſicut not.ſ̃.de denũ. §.qualiter procedatur.verſi.ſin autẽ denuncietur. quod intelligas,niſi generalis fiat inquiſitio tã in capite, quàm in membris: tunc eñi de plano proceditur,& ſine ſtrepitu.j̃.eo.olim.ſecund. Goffred.etiã ſi nulla fama prȩcedat: vnde & quolibet anno viſitat epiſcopus quãlibet eccleſiam.& tunc inquirere debet ex officio ſuo,tã de clericis,quàm de laicis. & ſic poteſt intelligi qđ no.ſ̃.de offi.archi.§.qđ ſit eius officium.ſub §.patet.& j̃.eo.ſub rub.de crimine ſine or.punien.ver.is autem ordo.& ſe.& ſ̃.eo. §.quis poſſit.Eſt & ſecunda differentia:quia quando contrà ſingularem perſonam fit inquiſitio,non admittuntur teſtes, niſi legitimi:ſed vbi fit generalis inquiſitio,ibi recipiuntur teſtes quãtumcunque criminoſi.& eſt ratio:quia ea quæ domi fiunt, non poſſunt de facili per extraneos,ſed tantum per domeſticos comprobari.ſ̃.de teſti.veniens.2.§.fi.C. de diuor. & repu. conſenſu. §.ſin autem aliter.ideo quia tales admittuntur,quales inueniuntur:niſi ſint inimici capitales, & conſpiratores: hi nempe fidem non facerent,niſi dicta ipſorum per alios probarentur:hic ergo de plano proceditur.Eſt & tertia differentia:qa vbi agitur de crimine ſingularis perſonȩ,iurant teſtes plenam dicere veritatem j̃.de ſim.licet Heli.§.cùm igitur.uer.quia tamen. Quando verò agitur de ſtatu eccle.tunc iurant duobus modis.ſ.ꝙ dicẽt veritatẽ plenam:q.d.nil celent de veritate:& merã,ſ. ſine adiunctione falſitatis ſuper omnibus his quæ ſciunt, vel credunt in ſua eccleſia reformãda tã in capite,quàm in mẽbris,exceptis omnino occultis quæ nullo modo probari poſſunt. illa eñi ſoli Deo relinquimus,qui ſcrutator eſt cordiũ 6.q.ſi omnia.32.di.erubeſcãt. in fi. ſuprà.de iud.nouit.& eſt hoc ſatis expreſſum infrà,de ſimo.ſicut nobis.§.fin.& c.ſe.in fin.& tunc ſtatur dicto teſtis,ſiue iurati: ita

ꝙ non

ꝙ non licet ei aliquid addere, vel diminuere: nisi fortè incontinenti corrigeret: vt s. de test. cog. præterea. Vel iurant, ꝙ ad interrogata respondebunt. in quo casu si episcopus interrogatus, vtrum alienauerit bona ecclesiæ: dixerit, ꝙ sic licet ei postea interpretari, i. ꝙ hoc fecit necessitate debitorum vrgente: & si cōfessus fuerit se aliquos simoniacè ordinasse, licet iungere, verū est ignoranter: & si dixerit se aliqua de naufragio percepisse, licet declarare. verum est causa custodiæ: ut omnia hæc probantur s. de senten. & re iudi. cum I. & A. & infrà eo. qualiter. & ca. seq. non tamen testificari debent super occultis, sicut no. & probatur in dicta decre. qualiter. j. in fi. & si testificati sunt, non valet testimonium: quia non iurati deponunt: vt infrà eod. inquisitionis. §. 1. versic. ad hoc respondemus. † Et debet religiosis prouideri etiam lite pendente, cùm proprium non habeant: ut infrà eo. ex parte. & c. o. itin I. V. & P. quod dic ut not. suprà eo. sub rubrica, de accu. §. quis possit. sub § admittuntur. versic. hoc autem quod dictum est. Et si quis confiteatur cōtra se, habetur ei fides: vt suprà, de elec. per inquisitionem. Sed & si duo concordant contra alium de occulto crimine, non condemnatur, cum nec inquiri debuerit de occulto: ut suprà not. ver. est & tertia. & seq. nec est procedendum ad inquisitionem eorum, quæ in schedulis occultè traditis continentur. sunt autem testes in secreto examinandi. & est repellendus si confiteatur se inimicum illius, contra quem testificatur: nisi in fraudem hoc faceret, quod erit per iudicem subtiliter inquirendum. vt infrà eo. inquisitionis. §. 1. Sed & dici potest, ꝙ si de statu monasterij, vel ecclesiæ tātùm quæratur, aliquo impetrante, & prosequente, lis contestabitur, libellus offeretur ab alio qui prosequitur in quo proponit ea, in quibus petit ecclesiam reformandam. vt suprà. de testi. cū olim. verùm quando iudex ex officio suo procedit, habet locum qđ dixi infrà eod. sicut olim. etiam si ad instantiam aliquorum impetrata sit inquisitio. ex quo generalis est, nec ipsi, qui impetrauerant prosequuntur: ut s. de sen. & re iud. cum I. & A. Quod si aliàs contra singularem personam inquisitio fiat, & iudex ex officio procedit, debet prælatus cum aliquibus de canonicis suis descendere ad ecclesiam, in qua degit is qui infamatus est: non quidem à maleuolis vel inimicis, sed ab honestis & discretis: ut 11. q. 3. in cunctis. & infrà eo. qualiter. 2 §. 1 & resp. 1. & uocabit illum. contra quem debet fieri inquisitio, nisi se per contumaciā absentauerit: s. de testi. in inte. c. 2 & de dolo & contu. veritatis. in quo casu primò inquirit de fama ibi, ubi conuersatus est: quia melius ibidem inueniet veritatem: vt suprà, de elect. po. est. & c. scriptum 23. dist. illud. & 22. quæst. 1. paratus. 24. q. 2. super prudentia. talis enim æstimationis habetur quis, qualis est in ciuitate sua: ut ff. de quæstionibus. de minore, in fi. & inquiret à bonis & grauibus, an talis sit infamatus de tali crimine, si dicant, ꝙ sic: recipiet duos testes, uel tres: qui si iurati hoc idem asserant, procedet postea ad inquisitionem: aliàs propter dicta paucorum non iudicabitur infamatus is, cuius fama apud bonos & graues læsa non existit. sic intellige infrà eo. inquisitionis. vnde nec procedet ad inquisitionem, cum non debet fieri super occultis: vt not. s. eod. §. versic. vel iurant. & præceden. nec ob. infrà eod. ca. fin. ubi ad denunciationem quandoque mandatur inquiri: qa & si superior causam committat, nihilominus eadem & quælibet alia legitima exceptio salua manet, secundum Goffred. suprà, de offi. deleg. ex parte. 2 Si verò præsens est is, contra quē fit inquisitio, vocādus est: & sunt ei exponenda & scribenda crimina, de quibus inquiri debet: 5. q. 2. si primates. & si dicat se nō esse infamatum, inquiret iudex primitus de fama, ut suprà, dic vt ibi. Si dicat, quòd pœnitentiam egit, & secum dispensatum est, audietur quidē. & si hoc probauerit, absoluetur, secūdū ea quæ no. s. eo. sub rubr. de accu. §. quis sit effectus, sub §. sed nunquid pœna. & si petit diem ad deliberandum dabo, & quamlibet iustam exceptionē tam contra dicta testiū, quam testes sibi reseruabo, ut infrà eo. qualiter. 2 §. debet. Vnde & iudicem potest recusare ex iusta causa. ar. j. eo. ad petitionē. & c. qualiter. 2 §. fi. ad fin. ibi, non ex odii fomite. & est expressum s. de appel. cum speciali. Vel potest dicere, ꝙ criminosus est, 3. q. 7. iudicet. 25. dist. c. vlt. 26. dist. una tantum. & iunge ea quę no. suprà eo. sub rubrica de denunci. § qualiter procedatur. versi. sin autem denuncietur. & seq. Et si confiteatur crimen ad rōnem potius habetur ei fides contra se, & remouetur ab administratione, si crimen hoc exigat: j. eo. si constiterit. & c. cum dilecti. in fi. & infrà. de excess. prælat. ex literis. & infrà eod. ... m. ad petitionem Gualterij. 2. q. 1. nos in quenquā. s. de confes. cum super. Sed nūquid mitius agēdum est, si confiteatur, quam si cōuinceretur? Dicas ꝙ sic, si ante q̄ videret probationes paratas confessus fuerit. 50. dist. presbyter. & c. si qs per præpostera 2. q. 1. in primis. 12. q. 1. non dicatis. misericordiā petens cū lachrymis veris, non fictis, & iudiciū nō requirēs: s. de elec. innotuit. §. multa s. de transla. epis. inter corporalia. §. vlt. nisi habeat suspectus. arg. ff. de accusa. si cui §. ijs. lē. s. de præsumptio. mandata. 45. dist. disciplina. sed si ex quo uidit probationes paratas, confessus sit, pro conuicto habetur: ut in superioribus concor. & j. de simonia. de hoc. uel dic in utroque esse arbitrariū: inspecta qualitate personæ & criminis: ut j. eo. inquisitionis. respon. 1. & s. de trāslationibus. ca. fi. & apparet in his quæ not. s. sub rubrica, de accusatio §. quis sit effectus. ver. puto tamen. & sequen. Sin autē crimen negauerit, tunc requiruntur testes, qui non ualent de auditu, uel credentia testificantes. j. eo. inquisitionis. §. ulti. qui etiam cogēdi sunt, ut testimoniū ferāt: ut s. de testib. cog. § in qbus causis. ver. scilicet ꝯ istos. & se. Sunt etiam recipiendi lite non contest. maximè infamato per contumaciā absente: ut suprà, ut lite non contesta. quoniam §. in aliis. nec enī est cum quo lis contestetur, nisi contestaretur cū fama, uel iudice: ut infrà eod. pater. qualiter. 2 § 1. ibi, non tanquam idem sit accusator & iudex, & c. & emendati de crimine admittuntur, cum ciuiliter agatur, ut quis ab administratione remoueatur: ut suprà, de tes. testimonium. nisi sint inimici vel conspiratores: ut infra, de simo. per tuas. & uide ꝙ not. suprà e. sub rub. de accu. §. qualiter. sub §. oblato ver. adueniente. & seq. & accedit infra eod. cùm oporteat. & seq. c. Sed secundum Goff. hanc differentiam notabis inter inquisitionem, quæ fit ex officio: & illam quæ fit aliquo prosequente, quia ubi iudex ex officio procedit, faciet iurare illum, contra quem procedit: ut super eo, de quo inquirit, ad interrogata respondeat, infra eodem: cùm dilectus. sed quando fit aliquo prosequente, tunc non faciet illū iurare: sed is qui prosequitur, probabit, si potest: & si non probauerit, punietur. infra eod. cum oporteat. & ca. seq. ego tamen puto, quòd in utroque cogatur iurare dicere ueritatem. ut patet in his quæ not. supra eod. sub rubr. proxi. §. qualiter. nec aliquod ius dicit, ꝙ non cogatur iurare. imò potius contrarium. supra, de proba. sicut consuetudo & cap. ad nostram. Sed & secundum Goffred. secunda differentia est: quia ubi iudex ex officio procedit, publicatis attestationibus de uno ab aliis testibus, inquirere potest. 2. quæstio. 1. notum. & quæstio. 5. habet hoc proprium. & capit. Mennam. ubi verò procedit aliquo prosequente, tunc non liceret alios recipere: quia timeretur de subornatione. argum. in his quæ not. supra de testi. §. super quibus ante fin. versic. sed nunquid. quod puto verum, nisi fortè esset causa, in qua uerteretur periculum animæ: & quidem liceret iterū alios recipere argumen. s. de spon. sicut ex literis. in fin. & patet in fin. in his quæ not. supra, de testib. § & utrum post publicationem. versicu. si tangit periculum animæ, & seq. † Quid si iudex uult inquirere, subditus verò dicit, nolo quòd inquiras: sed præfigas terminum accusare volentibus: & si nullus apparet, paratus sum me purgare? videtur ꝙ subditus audiri debeat: quia quod petit, ordinarium est. quod iudex dicit, extraordinarium, ad quod non est recurrendum, quamdiu ordinarium superest. argument. 2. quæstio. 1. multi. in fin. ff. de minoribus. in causæ. 2. contrarium tamen tenendum est: quia purgatio non sequitur inquisitionem. argument. infra, de purg. cano. inter solicitudines. ubi & apparet in his quæ not. j. eo § fin. versic. is, ergo est ordo. † Sed nunquid infamatus potest probare innocentiam suam per familiares & cubicularios suos? nō videtur: quia domesticū testimonium reprobatur. not. supra, de test. § quis possit. versic. item de iure ciuili. & sequen. sed contrarium uerum est. 12. q. 2. manifeste. 2. quæstio. 7. cum pastoris. & patet in his quæ no. s. de testi. § quis possit. versicu. sed quomodo scientia. Quid si is qui non est de diœcesi, impetret fieri inquisitionem contra prælatū extraneum? Et quidem præsumitur, quòd non charitatiue, sed odiose moueatur, cum non intersit sua, secundum Goffred. secus si sit de ecclesia, uel diœce. 16. q. 7. filijs. supra, de reb. eccles. non alie. si quis presbyterorū. Quid si adiutor inquisitionis aliqua excep. repellitur, nūquid alius admittetur. uel iudex ex officio suo pcedet? Dic ꝙ alius admittetur: infra eo. cū oporteat. ar. ff. de inoff. test. posthumus. §. j. ſm Goff. dic etiā, ꝙ iudex ex officio suo pcedet, ut no. supra eodē. sub rub. de denūciationibus. § qs pōt: ver. quod si in hoc casu. nā & ſm Goff. cum in inquisitione ex officio superioris procedat, iterum iterari pōt. 2. q. 5. habet. & c. Mennam. qđ tñ exaudias pēdente inquisitione: ut no. s. eodē. § versi. sed ubi iudex. secus, in inquisitione finita: quia nō debet de delicto eiusdē hominis sæpius inquiri. s. de offic. leg. licet. ff. nau. cau. sta. licet. §. fin. nisi ex noua fama, uel nisi inquisitores, uel testes de corruptione conuincerentur. infra. de collusi. deteg. cum clamor. & arg. in his quæ not. supra eodē. sub rub. de accusatio §. quis accusari. ver. aliqui etiā in perpetuū. Quid si fama habet ortū à maleuolis? Dic nō esse procedendū in inquisitione: infra eo. qualiter. 2. in fi. j. de purg. cano. cū in iuuentute. & patet in his quæ not. supra eo. §. ver. ꝙ si aliàs cōtra singularē. sed cum difficile sit probare huius ortum, cum ab incerto authore procedat. de consecr. distin. 4. sanctum. dici potest, ꝙ etsi esset inquisitio, non tamen cessabit purgationis indictio §. fina. versi. ad quod. secundum Goffre. dic ut no. suprà eo. sub rub. de denuncia. § quis potest. versicu. ego audio. & sequen.

9 **Quis sit effectus** † Et quidem, ſm Goffr. aut agitur ꝯ prælatum; aut cōtra priuatum. Si agaꝰ contra prælatum, tunc remouendus est ab administratione exēplo vill ci. suprà eo. qualiter. 2. nec erit pœna arbitraria. nam facti quæstio in arbitrio iudicantis est: pœnæ verò prosecutio non eius voluntati cōmittitur, sed legis arbitrio reseruatur. 2. q. 3. §. notandū. ff. de verb. signific. si qua verò. Si vero fiat contra priuatū: tunc est arbitraria pœna. infrà eo inquisitionis, respon. 1. in fi. & arg. infrà, de simo. c. de regularibus, & c. dilectus. excipit tamen crimina, quæ nor. suprà eod. sub rubri. proxim. §. quis sit effectus. ab illo verbo, vel interdicatur, vsque ad illud verbū, vel quando periclitatur. Tu verò dic, quādo agitur de generali statu, is est effectus, ꝙ corrigenda, & reformāda sunt omnia, tam in capite, quàm in membris, circa personas, & statum ipsius ecclesiæ: ita quòd consuetudines laudabiles, & præscriptæ non remoueantur. Sed loco irrationabiliū, vel non præscriptarū ponanꝰ statuta rationabilia, sine cuiusquam iniuria: vt arg. de constitu. cùm omnes. in fin & c. cum. M §. viti. suprà, de maior. & obe. solitæ. & de conces. præb. ex parte in fin. & de his quæ fiunt à ma. par. ca. c. j. suprà de consuet. cùm consuetudinis & c. vlt. ff. de cōstiti. cùm omnes. in prin. l. pe. & de legib. minimè. Quid si inquisitio contra personas præcesserit, & tale crimen, probatū est, ꝙ etiam post pœnam impedit executionē, vt homicidium, & simonia, siue in ordine cōmissā, siue in beneficio: vt suprà, de tēpo. ord. c. vlti. & infrà, de simonia. accusatū. & is contra quē inquisitio processit, est secularis? idem effectus sequitur, qui & sequitur accusationem, & sic degradatur cū nota infamiæ. vt 1. q. 3. c. vlti. infra, de simo. insinuatum. Secus si regularis: infrà, de simo. de hoc & c. dilectus filius A. In hoc ergo grauātur seculares: sed in alio releuantur, quia ex leuiorib. causis remouentur regulares. vnde nec supradicta forma vsquequaque seruatur in regularibus: vt infrà eo. qualiter. 2. in fi. & c. olim I. V. & P. multæ enim exceptiones conceduntur secularibus, quæ regularibus deneganꝰ. vt infra. de simo. per tuas. sed tamen ordo, ne innocens condēnetur, reseruatur regularibus. infrà ad petitionem Gualterij. exemplum infra eod olim. I V. & P. § j. & suprà, de excep. cùm inter prætorem. Si verò dilapidatio probetur, quæ præsumitur eo ipso, quòd magnā summam pecuniæ quam inuenit expendit, & in aliam causam ecclesiam obligauit. nisi fortè probaret caristiā, defectū fructuum, expensas necessarias augmentatas, vel aliud simile. vt infrà de simo. licet Heli. §. quia verò. debet remoueri à villicatione, secundū Euangelicam veritatem: vt j. e. qualiter. 2. § j. sed si aliud crimē probatum sit, arbitraria erit pœna: vt j. e. qualiter. §. j. ver. sed cum. & hæc omnia haben. j. e. inquisitionis. respon. j. Hoc autē qđ dixi, simoniacū non debere habere executionē, videtur contradicere. j. de simo. ex tuæ & c. Matheus. sed ibi loquitur de occulto, q quantū ad ecclesiam, non est suspensus: secus quò ad Deū, & quo ad se: infra, de simo. sicut. in fi. & c. seq. in fi. s. de coha. cleri. & mulie. c. vlt. vel dic, secundū Goffr. vtrū sit simoniacus in ordinum susceptione. & tūc quāuis occultus sit, suspēsus est, quò ad se, & quò ad alios. j. q. j. reperiuntur. sicut notorius fornicator. s. de coha. cler. & mulier. vestra. & c. si. & est ratio, quia talis simoniacus habet characterem vitiosum. j. quæst. j. quibusdam narrantibus. & à tali non debet qs recipere ordines. j. quæst. 1. si qui à simoniacis. Vel sit simoniacus in ordine collato. & talis non suspensus quoad alios: j. de simonia. per tuas. & ideò à tali possunt recipi ordines, quandiu ab ecclesia toleratur: ſm Goffredum. super hoc vide quod not. s. de tempor. ordinatio. §. & à quo. versiculo, hoc igitur. Sin autem de crimine, super quo inquisitum est, non constat per confessionem, neque per testes, nisi de fama. Si crimen, de quo inquisitū est, habet facti perseuerantiam; puta adulterium erat, vel fornicatio, admonēdus est primo seorsum: postea coram testibus: & si infamia adhuc durat, suspenditur vsq; ad satisfactionē condignam: j. de purgatio. canon. si quis presbyter. aliàs non statim debet suspendi propter infamiā, nisi enormitas delicti, vel scandalū hoc exposcat. j. de purgatio. canoni. inter solicitudines. Cæterū si omnes testes dicāt ipsum innocentem, non suspenditur: nec purgatione oneratur. nisi ex abundanti ad tollendā facti infamiā. 2. q. 5. habet. & c. Mennā. secundū Goff. ergo secundū ea quæ dicta sunt, ꝓcedere debet iudex: & ex quo de infamia cōstat. indicenda est purgatio: ad quā demū recurritur accusatore, denunciatore, & testibus deficientibus. & si ipsam præstiterit, absoluiꝰ: aliàs punietur tanquā cōuictus: ut j. de purg. ca. c. 2. & c. nos inter alia & c. ex tuarū. c. cū P. & de simo. de hoc & c. insinuatum. & s. de coha. cleri. & muli. tua. & de proba. c. 2. & c. nostrā 2. q. 5. omnibus. 15. q. 5 c. j. Is ergo est ordo: accusator idoneus apparens præ omnibus auditur, ipso deficiēte, denunciās: isto non apparente, fama verò publica existente, & frequenter accusante, iudex debitum sui officij exequeꝰ: & sic in neutro casu erit idē accusator & iudex: vt probatur plenè per iura præallegata. & j. eod. qualiter. 2. § j. & de simo. licet Heli. §. j. in fi. omnibus vero alijs probationibus deficientibus, ad purgationē canonicam peruenitur tanquam suffragium miserorū. ut not. j. de purga. ca. § quando. sic in inquisitione ordo iudiciarius, qui præmissus est, seruari debet: qui si omittitur, totum retractabitur: vt j eod. qualiter. 1. & c. ad petitionem Gualterij. s. qui fi. sint leg. per venerabilem. §. j. Itē is est effectus, vt qui non probauerit quod intendit de calumnia puniatur, vt no. j. eo. tit. j. §. quali pœna. vers. nedum autem. Vnde dico, ꝙ vbi fit inquisitio aliquo prosequente, vel denunciante, non licet iudici pœnam statutam in iure diminuere. vbi verò in iure non reperitur certa pœna statuta, arbitrariè puniretur denuncians, si in ꝓbatione deficeret: vel vbi iudex ex puro officio procedit, nec ecclesiæ, nec animæ periculū imminet, arbitraria erit pœna. sic intellige superiora, & quod no. s. eod. sub rubrica proxi. §. quis sit effectus. & sub rubrica, de accusationib §. quis sit effectus rei puto. & seq.

De criminibus sine ordine puniendis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Crimina quot modis puniantur.*

2 *Monere debet ter delinquentem semper, quo ad excommunicationis sententiam ferendam is, ad quem correctio pertinet, quantuncunque peccator notorius sit.*

3 *Casus aliquot enumerantur, in quibus fit condemnatio sine ordine, & sine accusatore.*

1 **AVdiuimus qualiter quatuor** modis † crimina puniunꝰ, scil. accusando, excipiendo, denunciando, & inquirendo: aliter tamen & aliter in omnibus his ordo iudiciarius aliquis seruatur, in illo strictius, in hoc simplicius. nunc ponit de quinto modo, s. qualiter puniātur sine ordine. & est sciendū, ꝙ notorius peccator & sine accusatore, & sine teste, & sine aliqua examinatione punitur: vt j. eo. euidētia. 2 q. j. de manifesta. s. de elec. bonæ memoriæ Magun. § contra. C. de accu. ea quidē. in auth. qūo oportet episcopos. §. vlt. & ti. se. §. hoc nobis. s. de cland. despon. cùm inhibitio. & cùm in tua. & ff. qui satis. cog. si uerò §. qui pro rei qualitate. & de in inte. restit. l. j. s. de fil. presby. qm̄. j. de pur. cano. cum dilectus. 2. q. j. scelus. & c. Lotharius. s. de testi. cogē. super eo. ideo in his ordo est iudiciarius, ordinem iudiciarium non seruare: ut s. de iure doti. ad nostram. 3. & ideo absens & non citatus condemnatur ab Apostolo. s. de app. cùm sit Romana. in fi. secus in manifestis. 11. q. 3. eorum qui accusantur. s. de diuor porrò. quare debet cauere iudex, ne notorium reputet hoc, quod manifestum existit: vt s de rescri. cum contingat. §. pe. & de app. peruenit, & c. consuluit. Sed dic quot modis dicatur notorium. & quę pœna imponatur in quolibet, & qualiter. quod dic, ut no. s. de coha. cle. & mu §. quid sit notorium. de temp. ord. 2 † Item quoad excōmunicationis sentētiam ferendam, semper debet monere ter delinquentem is, ad quē correctio pertinet, quantuncunq; peccator notorius sit: vt j. de senten excom. sacro. & de app. cū speciali. 3 † Sunt & alij casus, in quib fit condemnatio sine ordine & sine accusatore. Puta in tutore malè administrante, & suspecto: ff. de suspect. tut. l. 3. §. pręterea. in teste coram iudice vacillante, vel malè testificante. de testi. nullum. In calumniatore. 2. q. 3. §. notandum. C. de cal. l j. ff. de bo lib. qui cum maior. § si libertus, quod dic, vt not. j. tit. j §. fi. vers. punit. & præcedenti. In marito accusante vxorem de lenocinio conuicto in modum replicationis: ff. de adul. l. j. §. si publico. In crimine falsi secundū quosdam: C. de falsis. vbi. sed lex illa intelligi debet quando de falso non incidenter, sed principaliter agebaꝰ. & de his casibus plenius no. s. de benefic. ecc. sub §. item traditur hic alia regula. Aliàs regulare est, ꝙ nemo patiꝰ pœnam ordinariam sine accusatore. 2. q. j. nihil. ff. de mu. & ho. rescripto §. si quis accusatore. Sed extraordinariā patiꝰ multis modis: vt apparet s. in trib. proximis rubricellis. Sed & clericus de delicto suo glorians sine ordine punitur, licet non accusetur: vt j. de exces. prelat. quam sit, omnes etiam indistinctè extraordinariè puniri possunt, ſm ea quæ no. in sequen. ver. Is aūt ordo, de quo not. s. in rubrica proxim. seruatur ſm canones, qn̄ inquisitio fit ad hoc, vt aliquis à beneficio suo remoueatur. sed & secūdum leges, & canones ad quemlibet iudicem pertinet excessus subditorum laicorum, & aliquoties clericorum, ēt sine aliqua fama inquirere, & punire. hoc enim publicè interest. j. de sen. exc. vt famę. § j. ff. ad l. Aqui. ita vulneratus. § fi. ff depos. bona fides. respō. j. ff. de fideius. si à reo. § fi. C. ad l. Iul. repetun. l. j. & no. s. eo. sub proxi. rubrica. §. & qualiter. circa principiū. & procedeꝰ in his de plano, sine aliqua solēnitate, ita ꝙ iudex malos expellat, & bonos admittat: aliàs in pecunia puniendo, aliqn̄ corpus torquendo, vel excommunicando

cando

cando, vel suspendendo, prout viderit expedire: quia hæc omnia arbitrio suo committo, attenta qualitate personæ, & delicti quantitate, & qualitate ætatis sexus, conditionis, loci, causæ & temporis: vt s. de transla. c si ff de off. præfe. vrb. l. j. & 2. & de off. procon. nec quicquam. § de plano. & de off. præto. l. 3. & l. illicitas & l. seq. & l. congruit. & l. diuus. & C. de offic. præfect. Illyrici, & ori. l. 3. & in authen de colatoribus § iubemus. 3. col. 9. & in authen. d. n. extra, de censibus. Romana. §. notoria. & de poe. Romana. & de sen. excom. solet. §. in prima & potest pœna imponi impedienti inquisitionem fieri. vt ff. de ser. fug. l. 3. & l. j. & §. j. & §. hoc autem. & s. de offi. ordi. c. 1 & c. irrefragabili. & de vit. & hone. cler. vt clericorum mores. hic etiam iudex de occultis inquirit aliquo denunciante, puta teste synodali: vt j. eo. sicut olim. & iunge quod no. j. de incendijs. § qua pœna. & præceden. datur enim cuilibet licentia denunciandi, maximè secundum legem, non solùm officialibus citra inscriptionem aliquã: C. de accu. ea quidem. 4. q. 4 §. aliquando. sed etiam cuilibet. ar. ff. de peti. hær. item veniunt. § à quo. ff. de admi. tu. quidam. decedens. §. fin nedum libero, sed & seruo. ff. de offic. præfe. vrb. l. j §. quod autem. Inst. de his, qui sui iuris, vel alie. sunt. §. fin. j. de coll. detegen. crimina. 24 q. 3 ecce. qui etiam denunciatores his, qui denunciant, assistere iubentur vel prohibentur: vt habet alia litera. ff. ad Turp. ab accusatione. §. nunciatores. sed nec statim eis credendum est. C. de accusat. singuli. Si autem delinquens vocatus confiteatur ad rationem positus: j. eo. si constiterit vel notorius est, vt probant concordantiæ proximè inductæ & s de coha. cle. & mu. c si & duobus præcedẽtibus: vel aliàs iudex per se certificari possit, ex mero & puro officio suo aliquoties interdicat matrimonium fieri: s. de spon. cum in tua. s. de cland. despon. c. 4. in fin. aliquoties pœnitentiam imponet: s. de spon. c. 4. in fin. aliquoties excõicatum denunciet: s. de testi. cog. peruenit 2. & compellet testes dicere veritatem: vt not. s. de testi. cogen. §. in quibus causis. vers. sed con. & versi dico. & §. & quare. vel aliquoties delinquens per ipsum iudicem arbitrariè punietur, etiamsi contra ipsum iudicem vel familiam suam committatur, ex quo notoriũ est: vt in auth. d. n. extrà. de pœnis. Romana. & sicut de facto seruãt iudices, maximè seculares: quicquid tñ facient in occultis, nõ puto de rigore iuris, quod sit legitima defensio deneganda. Sed nec in notorijs, cùm possit haberi legitima denegatur: C. de acc. ea quidẽ & l. singuli. C. de pœn. qui senten. vnde quantuncũq; sit aliquis infamatus, semper ei legitima defensio reseruatur: s. de excep. cũ inter priorem. j. eo. qualiter. 2. § debet igit. in notorijs potest delinquens puniri arbitrariè. & sic potest iudex ecclesiasticus in pecunia punire notoriũ delinquẽtem, dummodo propriũ marsupium non farciatur: quia auaritia in talibus reprobatur: vt j. de pœ. licet. arg. s de deci. c. j. & de censi. ex parte. & c. ea quæ. Sed si hoc facit bono animo, quod præsumit ex eo quod sibi non retinet, sed pauperibus erogat, licet quidem: quia pœna, quæ magis timetur infligenda est: & cõtumacia crescente, debet augmẽtari & pœna. vt s. ut li. non cõte. quoniã. in fin. ergo siue plectendo, siue ignoscendo hoc solũ bene agitur, vt uita hominum corrigatur: vt 23. quæs. 5 prodest seueritas. & cap. est iniusta. conuertentes autem ad cor, suscepit Deus: vt in authẽ. ut non luxurientur contra naturam. in prin. coll. 6. quod dic, ut plene. no. s. de off. or. §. quid pertinet. uersi. debent etiam punire delinquentes.

De calumniatoribus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Calumniator quis dicatur. Et qualiter pœna afficiatur. 11.*
2 *Tergiuersator quis dicatur. Quis præuaricator. 3. Tergiuersator qualiter puniatur. 9.*
4 *Desistere ab accusatione qualiter quis possit sine metu calumniæ.*
5 *Abolitio generalis quæ dicatur. Quæ specialis. 6. Et quid si accusator petijt abolitionem. 7.*
8 *Puniri quando quis debet de calumnia.*
10 *Accusare quis dicatur.*

QVia calumniantes deposcit similitudo supplicij ad vindictam: ut C. de accu. l. ul. & plerique calumniose accusant, ut de pœna istorũ scias quis numerus sit, post titulum de accusationibus, apponit rubricam, de calumniatoribus: in qua videndum est, Quis dicatur calumniator, [a] Quis tergiuersator, Quis præuaricator: his enim tribus modis accusatorum temeritas detegitur: ut ff. ad Turpil. senatuscon. l. j. in prin. subsequenter est videndum, Qualiter sine metu calumniæ, possit quis desistere ab accusatione, Quando debet quis puniri de calumnia, Quali pœna calumniator afficiatur.

1 Quis dicatur calumniator. † Qui falsa crimina intẽdit: 2. q. 3 §. notandum. & talis lege Rennia punitur: vt ff ad Turpil. l. prima. §. calumniari. & § calumniatoribus. intelligas quando scienter hoc facit, secundum Goff. infrà eod. 2. dic ut infrà eod. § quando.

2 b Quis tergiuersator. † [b] Is qui terga vertit accusato: & citra abolitionem in vniuersum desistit ab accusatione: & tunc punitur per Turpillia. ff. ad Turpil. l. prima. §. tergiuersari. & Cod. ad Turpil. l. prima.

3 c Quis preuaricator. † [c] Is qui vera crimina abscondit, prodita causa sua: nam præuaricator dicitur quasi varificator, qui aduersam partẽ adiuuat prodita causa sua, quod nomen Labeo ab auaritia, & certatione tractum ait. nam qui præuaricatur, ex vtraque parte consistit: quinimò ex aduersa: vt ff. de his qui not. infam. athletas. §. penulti. & ff. de præua. l. j. & tales extraordinariè puniuntur: ut ff. de præua. l. 2. & l. accusator, & l. ab Imperatore. aduocatus autem non propriè præuaricator dicitur. & ideo siue in publico iudicio, siue in priuato preuaricatus fuerit extraordinariè punitur: vt ff de præua l. præuaricationis. omnes leges istæ canonizatæ inueniuntur, 2. quæstione 3. §. notandum. & §. præuaricator.

4 Qualiter sine † metu calumniæ quis possit desistere ab accusatione. Et quidem per abolitionem est enim abolitio accusationis peremptio. abolitionum autem 5 alia generalis, alia specialis. † Generalis abolitio est illa, qua omnes accusationes perimuntur, & hæc à solo principe indulgetur abolentia aliqua, vel ob honorem domus diuinæ, vel ex aliqua alia causa, ex qua si accusator intra præstituros 30. dies non repetierit reum, non incidit in Turpil. nec enim videtur desistere, qui exemptum reum non defert: eximitur autem reus, abolitione publica interueniente: ut ff. eod. si interueniente. Sed & aliquando Princeps remittit pœnam, non tamen remittit corporalem infamiam: & ideo damnatum notat, id est, notandum relinquit: vt C. de generali abolitio. l. vlti. 1 quæst. 3. §. præ-6 uaricator. ad fin. † Specialis autem abolitio est illa: qua vna tantum accusatio extinguitur: & tribus mod. Primo, per principem sponte sua hoc facientem propter diem insignem, aut publicam gratulationem, aut ob rem prosperè gestam. Secundò, per accusatorem hoc postulantem. Tertiò, per mortem accusantis, vel accusati: vel biennium transactum sine culpa accusatoris: vt ff. de aboli. abolitio & l. vel ob rem. & l. aut priuatum. & C. si reus vel accusator mor. fue. l. 2. & l. defunctus. & l. si vt proponis. Illa autem quæ à principe, nullo postulante, indulgetur, inducit ferias repentinas. Sed illa quæ fit accusatore postulante à quolibet ordinario, qui de crimine cognoscit, tribui potest à delegato: sed & ordinarius pro tribunali sedẽs cognoscit, & nõ de plano, sed nec delegare hoc potest: vt ff. eo. l. j §. abolitio. 2. q. 3 præuaricator. versic. abolitio priuatim. Hoc igitur indulgetur causa cognita, vtraq; parte præsente: uersatur autẽ in causæ cognitione, an per calumniam accusationem proposuerit: & tunc abolitio denegatur: an per errorẽ: & tunc si reus carceris vel verberum sustinuerit iniuriam, nõ nisi eiusdem consensu conceditur: sed si nõ sustinuit, etiam eo contradicente, indulgetur intra 30. dies, nisi corpora liberorum hominum fuerint lacessita tormentis: tunc enim etiam vtroque uolente nõ conceditur: post 30. autem dies non datur. Item sunt casus, in quibus nullo modo, & nullo tempore conceditur abolitio, in quibus tam accusatori, quam accusato incũbit probatio: puta in maiestate violata, aut patria oppugnata, vel tradita, aut peculatu admisso, aut sacramẽtis desertis, aut crimine falsi: ut C. eo. fallaciter. & l. pe. & ad l. Cornel. 7 de falsis. ubi. † Sciendũ est autem, quòd si accusator abolitionẽ petijt propterea quia ab accusato pecuniam accepit, ut desisteret, denegatur, nisi cognatos accusasset, vel prosequeretur suã iniuriam, uel suorum: ut C eod. l. ulti. Sed hoc quòd dixit de cognatis, intelligas, quãdo per fallaciam non accusauit: alij hoc intelligunt, etiamsi per fallaciam. nec distingue, utrũ sit crimen, super quo transigi liceat, nam posse, uel non posse transigi, respectu accusati dicitur. accusatori autem semper illicitum est, pecunia interueniente, desistere: ut ff. ad Turpil. ab accusatione. C. ad Turpil.

ADDITIONES

a Quis dicatur calumniator. ¶ Adde in §. notandum. 2. q. 3. clem. j. de re iu. tex. in l. j. in prin. ff. ad Turpil.
b Quis tergiuersator. ¶ Adde Philipp. in rub. eod. tit.
c Quis præuaricator. ¶ Adde c. præuaricator. 2. q. 3. c. j. de pœn. gl. in c. j. de resti. in integ. lib. 6. l. j. & 2. ff. de præuaricatoribus.

ad Turpil.ſi fœmina.niſi in duobus prędictis caſibus. Abolitione autē à principe indulta, licet accuſatori repetere reum intra triginta dies vtiles,cōputandos ex eo die,quo feriæ finitæ ſunt: vt C.de gener.abolitio.l.j. & ff.eo. aut priuatum.§.triginta. Sed vbi aliquis impetrat abolitionē, non admittit poſteà, niſi Princeps ei indulgeat:& ſic impetrat abolitionem abolitionis: vt C. eod.l.j.& ff.eod l.mulier.§.vlt. abolitio autem Principis locum nō habet in illis criminibus,in quibus accuſatori & accuſato incumbit probatio: vt ff. eod.l.pen. Sed & citra inſcriptionē licet deſiſtere ab accuſatione, vt not.s̃.de acc.§. qualiter procedatur ver.hoc ſiue crimen,& no infrà eod.§.ſe ſub §. ſic patet. vbi no. per alios caſus,in quibus ſine pœna licet deſiſtere.

8 Quando debet † quis de calumnia puniri. Et ſi quidē,ſi in probatione deficiat:vt j. eod c.j.& C.de aduo.diuerſo.iudi.l.j. ff.de teſtibus.l.3.§.diuus.C.de famo.libel. l.vnica.in fin & ad l.Iul.de vi publica. ſi quis fundum. & de fructibus. & lit. expen. non ignorat. & de pœna iudicis qui malè iudi. auth.nouo iure.2.quæſt.3. qui non probauerit.& q.8.quiſquis. & c.qui crimē. Niſi aliud ſuadeat iudici præſumere officij neceſſitas: vt C.qui accuſare non poſſ.l.2.ff.de his quibus,vt indig.tutorē.vel perſonarum nimia proximitas: vt C.eod.mater. & l.calumnię.vel eius,cui ſucceſſit authoritas:vt C e.l.mater.§. ſed extraneus.& ff.de bon.liber.q cū maior.§.vlti. Vel dānū rei fatalis: vt ff.de bonis li.q cū maior.§.ſi patris. Vel intimus dolor admiſſi criminis: vt ff.ad l.Iul.de adulte.quamuis adulterii. Vel delicti enormitas,vt C.de falſa mo.l.j. Vel promiſſionis teſtium deceptio.2.q.3.paulum. Vel temeritas,ſeu calor iracūdiæ, quo peruentū eſt ad accuſationem. nam inconſultus calor vitio. calumniæ caret, 2.q.3.§.notandum.in fi. & c.ſi quis iratus.hoc ſecundum canones. nam ſecundū leges teneretur quis, licet tali motu deliquerit,ex quo pſeuerauerit in motu, licet mitius puniat.C.de adul.Gracchus.niſi obſtet præſcriptio.ff.de iniu.ſi nō conuicij.Sed ſi non perſeuerauit, ſine pœna eſt.ff.de diuort.l.3. ff.de re. iu.quicquid.& perſeuerare intelligitur, ex quo fideiuſſores dat.ff.de publi.& vectig.l.licitatio.non ergo is,qui in probatione delicti deficit, protinus calūniari pręſumit, vnde eius inquiſitio ſpectat ad iudicē,qui reo abſoluto animi deſtinatione, ff.de ver.ſig.fugitiuus. cum poſt ſententiā abſolutionis hoc nō liceat, C.eod.tit.l.j.de accuſatoris intenta.incipiet quærere, qua mente,videlicet ductus ad accuſationē proceſſit,& condēnabit eum ſic, vel abſoluet, quorum alterum ex forma ſententiæ apparebit. 2. q. 3.§ notandum. In ſupradictis autem caſibus ſimilibus poteſt exaudiri.non eīn vtique qui non probat, protinus calūniari videtur.ff.ad Turpil.l.j.§.calumniatoribus. & C. eod.qui non probaſſe.vel ſic intellige:non enim vtiq;, &c. quaſi diceret,non eſt neceſſariū arg.non probat,ergo eſt calumniator. poteſt namque contrariū eſſe: eſt tamen probabile argum. Iudex igitur, ſi per probabiles conjecturas accuſatorem erraſſe repererit,abſoluet eum:puta quia ſemiplenè probat.Sin autem nullo modo probet,neq; famam, neque aliquid in euidenti calūnia reperitur,& ideo legitima pœna feriendus: vt 2 q.3.§.notandū.& ff.ad Turpi.l.j.§.calumniatoribus.& infrà eo.c.1.& 2. Sed quidam dicunt, ꝙ nullus præſumitur calumniari,niſi conuincatur. Alij dicunt quòd ſacramento ſuo purgat calumniam accuſator:arg.ſuprà, de teſti.præſentium.& c.vltim.& qui matri.accu.poſ.ca.vlt. Alij aſſerunt,ꝙ in illis cauſis, in quibus non iuratur de calumnia,præſumitur calumniari eo ipſo,quòd non probat: in alijs minimè. Alij diſtinguunt inter criminalia & ciuilia. Ego puto generale, quòd qui non probat, calumniari præſumitur,ſiue iuretur,ſiue non iuretur:ſiue ſit ciuilis cauſa, ſiue criminalis. Sed non ſemper punitur tanquam calumniator: imò ad arbitrium iudicis hoc redigo:qui conſideratis probabilibus conjecturis inter qualitates perſonarum, & criminum diſcernat:& ſic pronunciet: argum.in his quæ not.s̃.eo.§ reſpō.1. verſicu.niſi & ſequen.& ſub eo.§.reſpon.j.& de hoc not.ſuprà, de do.& contum.§.qua pœna.ſub §.illud autem. Quòd ſi iudex pronunciat accuſatorem calumniatum fuiſſe,condemnat eum: quamuis enim de pęna nihil dixerit, tamen legis poteſtas aduerſus eum nihilominus exercebitur: quia licet facti quæſtio ſit in poteſtate iudicis. ſcilicet vtrum uideatur calumniari, vel non, pœna tamen proſecutionis non eius voluntati mandatur: ſed l. authoritati ſeruatur. Sed ſi iudex pronunciet, non probaſti qui pepercit accuſatori: vt ff. ad Turpil.l. prima.§. calumniatoribus. 2. quæſtion. 3. §. notandum. quod ex cauſa facere debet: nam & iuſtam cauſàm potuit habere veniēdi ad iudicium: vt factum eſt.& probatur C.eodem.qui non probaſſe.Sed ſi iudex non quęſiuit de calumnia, ſiue non pronunciauit, durante primo iudicio, adhuc pronunciare poteſt, poſteà non poteſt. C eod.l.1. niſi de nouo calumniator accuſetur. C. de aduocatis diuer.iudic.l.1.incontinenti poteſt lata ſententia, quia talia inesse videntur: vt not.infrà eod.§.quali pœna. verſic. punitur ergo.& ſeq.

9 Sic patet, quando & quare punitur calumniator: † ſed & tergiuerſator per Turpil. ſenatuſconſ.punitur, vt not.s̃.§ quis tergiuerſator. Habet autē locum Turpil. qn̄ quis ab accuſatione public. criminis cauſa iam ordinata,deſiſtit:vt C.ad Turp.l.j.ſecus in priuato crimine, puta ſtellionatus,expilatæ hereditatis,furti,iniuriarū, accuſatores coercebſitur:vt ff.eo.ſi quis.§ ſi ſtellionatus. Item cauſa ordinata. ideo dixi: quia ſi lis non erat conteſtata, licet libellum obtulerim, vel crimen minatus fuerim, non teneor hoc ſenatuſcon. vt ff.ad Turpil.quæſitum.nec enim accuſo, ſed accuſare volui: vt ff.rem rat.ha.l.amplius.ſecundum Azo.Sed Iob. viſum eſt locum habere Turpill. ſi poſt libellum oblatum quis deſiſtat: vt ff.ad Turpil.in ſenatus.§.qui poſt.& l.de calumnia & l.pen.Sed Do.Innoc.III.hoc diffiniſſe videtur:dicens, ꝙ citra inſcriptionem licet deſiſtere ſine pœna l. ergo à contrario ſenſu poſteà non licet.quamuis etiam lis non fuerit conteſtata: vt s̃.de accuſa.licet.§.vlti.verſi. quia verò Is tamen deſtitiſſe videtur,qui in totum renunciauit,non qui diſtulit:nam ſi neceſſitates superuenerunt, quibus impeditus proſequi non potuit, eis ceſſantibus poteſt præferre accuſationem, & vindictam poſtulare. Sed qui intra tempus a iudice ſtatutū reum non pertulit. deſtitiſſe videtur,vt C.ad Turpil.l.vlti.& ff.eod.ab accuſatione.§.deſtitiſſe.& l.& ſenatus.§.qui poſt.& C.qui accuſ. non poſſ. ſi ea. Sed & qui tranſigit cum aduerſario,deſiſtit: vt ff.eo.ab accu.nec diſtingue an liceat tranſigere: quia licet reo redimere ſanguinem ſuum, quocunque modo poteſt: vt ff.de bon.eo.qui ante ſen.mot. ſibi conſci.l.j.& de præuarica.l.in omnibus. ſed accuſator incidit in Turpil. vt C.eod.ſi fœmina.& l.quamuis.& ad l.Iul.de adul.ſerui.§.j. tutor autē mortuo pupillo, cuius nomine accuſationem incœperat,ipſam proſequi non tenetur: ut ff.ad Turpil.diuus.

10 † Accuſare verò uidetur,qui accuſatorē ſubiecit, uel ſubmiſit, uel inſtigauit, uel mandat alicui, & inſtruit eū ad accuſationem capitalem faciendam, dando probationes, allegando rationes, ſcribendo accuſationes, & merito eſt hoc.nam diffidendo crimini quod mouet, & exuēdo ſe periculo calumniæ, uel deſertoris merito calumniantis, & deſiſtentis pœnæ ſubijci debet, niſi ſubornatus accuſator probauerit crimen, quod intendere ſuſcepit: nec intereſt per ſe, an per alium quis mandet accuſationē.hic tamen,qui miniſterio utitur alieno,non ex uerbis, ſed ex ſententia ſenatuſconſul. punitur: ſubmiſſus autem accuſator punitur verbis,& ſententia,propter hoc ſolum, ꝙ miniſterium alieni timoris ſuſcepit:ut ff.eodem.l.j.§ antepen. & l. in ſenatus reſpon.j.Sed nec is accuſat, qui dicit aliquē in hoc ſenatuſcon. incidiſſe: ut ff. eodem.l.j.§.antepe. Minor autem 25.ann.impunè deſiſtit,& mulier:ut ff.eod.l.j.§. accuſationem.ſed contra C. ad Turp.ſi fœmina.poteſt diſtingui:ut ſi de iure admittatur:puta quia proſequitur ſuam iniuriam, uel ſuorum, tunc incidit hoc licet diſtinctè in alio accuſatore reprobetur in dicto §. accuſatore.vel dic,ſi deſiſtit pacto interueniente:tunc incidit:alias contra: ſed & impunè deſiſtunt omnes hi, de quorum calumnia verè permittitur agi:vt ff ad Turpil.in ſenatus.§.eos. Eſt autē pœna huius infamia, & 5 librarum auri extraordinaria pœna,& quantitas promiſſa pro exhibitione exigitur: vt ff de præuarica.l.3. C.de exhibend.re.l.3 & C.ad Turpil.l.2.alios autem caſus, in quibus ſine pœna deſiſtere licet, not. ſupra eodem.§. qualiter.

1 Quali pœna † calumniator afficiatur. Et quidem pœna calumniæ eſt eadem, vel ſimilis, quæ imponeretur accuſato, ſi conuictus fuiſſet: & eſt hoc apertum, ſi crimen erat ordinarium: ſed ſi erat extraordinarium, imponitur eadem,quæ tali imponi conſueuit:vt C.de calum.l. vltim. 2. quæſtio. 8. quiſquis. & capitu. qui crimen. & ff. de præuaric. ab Imperatore. ff.ad Turpillia. l.& in priuatis.& ſi fortè eadem pœna imponi non poteſt: puta quia ſubdiaconus accuſauit diaconum.vnde non poteſt amittere gradum,quem non habet degradaturus ſubdiaconatu, & in ſupplementum pœnæ verberibus publicè caſtigatus, in exilium deportatur: vt j.eodem. capitul. 1. & 5. quæſtio. 6. quia. vnde decret. ſumpta fuit. Nedum autem calumnians accuſator punitur, ſed & denuncians, & inquiſitionem impetrans, & proſequens pro arbitrio iudicis: vnde ſi quis prælatum ſuum denunciauerit, & non probauerit ſufficienter quod intendit, ab officio & beneficio ſuſpenditur,ne quis facilè ad ſuorum infamiam proſiliat prælatorum, & hæc ſuſpenſio durat. quouſque innocentiam ſuam purgauerit quod intelligi poteſt iuramento ſolo in caſu hoc, ex eo ꝙ aliquid probauerit, licet non ſufficienter: vnde etiam non debuit ſuſpendi.Sed hoc factum eſt ad terrorem.vt patet infra eod. capit.2. Item quandocunq; pœna ordinaria locum non habet ad

extraordi-

xetaordinariam astringere se debet quilibet, etiamsi in modū eurptionis opponatur crimen, habita dist. quā notaui suprà in ribr. de exce. sub summa, de accusa. & sic quælibet calumnia puniri debet extraordinariè saltem pro motu iudicis: vt suprà, de ecu super his. & patet s. e. § respon. j. C. de accusa ea quidem ff. ad Turp. ab accusatione. §. nūciatores. C. de decurionib. l. j. li. xij. Punitur ergo calumnia solo officio iudicis: cum crimen intentatum non esse commissum, sententia declararur: sed posteà ex interuallo non potest, ut C. de cal. l. j. nisi fortè eadem die: ar. ff. de re iudi Paulus respon. j. vel incontinenti: vt ff. ad Turpil. l. j §. calūniatoribus. ibi, reo absoluto, & c. sed intelligi debet animi destinatione, vt no. s. eod. §. quando. versic. non ergo. ea enim quæ incontinenti fiunt, inesse videntur: vt ff. si cert. pet. lecta. C. de pact. petens. suprà, de elect. officij. Sed videtur, quòd etiam ex interuallo potest calumnia puniri: vt infrà eo. cap. 1. Sed dic, ꝙ illud fit authoritate Papæ, & fuit factum causa exempli, vt cæteri terreantur: sicut & dixi de c. 2. infrà eo. tit. suprà eo. ver. nedum. vnde non est trahendum ad consequentias: vt Instit. de iure naturali. §. planè. Vel dic, quòd decreta. hæc scilicet, infrà eo. cap. j. intelligitur, quando reus petijt ante sententiam, quòd puniretur calumnia aduersarij. sed iudices noluerunt exaudire: vt innuit litera: vnde negligentia, vel dolus iudicis non debet prodesse calumnianti. & ideo punitur posteà. sed l. loquitur, quando non fuit petitum, & ideo reus debet sibi imputare. ad hoc suprà, de dona. inter virum & uxo. de prudentia. & de testi. per tuas. Sed quomodo potest condemnari, nullo libello oblato contra eū? respon. quia factum notorium est iudici. & ideo in hoc casu nec accusator, nec testis exigitur: ut not. suprà, de accus. sub rubrica, de crimini. sine or. pu. nec enim iudicio meo, lites ex litibus oriētur: C. de fide instr. l. vlt. in fi. sup. de rescri. nonnulli.

De simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Simonia quid. 2. Vnde dicatur. 3. Qualiter committatur. 4. Et qualiter inducatur. 8.*
5 *Sacerdos an possit locare operas suas.*
6 *Clericus si precio appreciatus uigilet cum defunctc: & dicat psalterium, an sit simonia.*
7 *Iudex si non uult excommunicatum absoluere, nisi prius soluat certam pecuniæ quantitatem, an sit simonia.*
9 *Pactio omnis an inducat simoniam.*
10 *Qui admittuntur ad accusandum simoniacum.*
11 *Simoniaci qua pœna feriantur. Et quæ dispensatio circa eos adhibeat. 15.*
12 *Simoniacè conferens ordinem, decætero executionem dare non potest.*
13 *Hæreticus excommunicatus & depositus, an possit conficere.*
14 *Secularis conuictus in modum inquisitionis, quare degradetur, & non regularis.*
16 *Episcopus an posit dispensare in simonia commissa circa officia mortuorum, &c.*

DIctum est suprà de accusationibus in genere: & qa super criminibus proponunt, incipit tractare de ipsis, primò ponēdo rubricam de simonia, tanq̄ de illo crimine, cuius respectu, alia pro nihilo reputantur: vt j. quæst. j. patet. & q. vlt. c. vlt. & j. eod. per tuas §. cæteras. unde etiam & hæresis appellatur. 6. quæstio. 1. §. sed licet. tamen aliquando dicuntur aliqua crimina maiora respectu maioris pœnæ, quæ imponitur: & sic solue. j. eod. per tuas. ad fi. respō. j. & c. licet. § pen. puta crimen læsæ maiestatis: sed in veritate minus est: quia plus est offendere diuinam maiestatem, quàm temporalem: vt j. de hæretic. vergentis. hic vidēdum, Quid sit simonia, Et vnde dicatur, Qualiter committatur, Qui ad accusationē simoniaci admittantur, Qua pœna feriantur, Quæ dispensatio & à quo circa eos adhibeatur, Quid de pecunia data occasione simoniacæ prauitatis.

1 a Quid sit simonia. † a Et quidē studiosa volūtas, siue cupiditas emendi, vel vendendi spiritualia, vel spiritualibus annexa, ſm Da. & alios doct. antiquos. sed hæc descriptio non vr̄ bona: quia innuit, ꝙ sola intentione simonia committatur. hoc tñ falsum est, quo ad ecclesiam: licet, quo ad Deum verum sit: ut j. eo. tua nos. in fi. nā si quis tali intentione ductus intrauerit monasterium aliquod, & receptus sit, ꝙ aliquid daret: si tamen nullo pacto interposito intrauit, licet postea aliquid dederit, non cogitur renunciare beneficio, siue consortio taliter acquisito, nec recipiens reddere qđ cepit: imò talis simonia per pœnitentiā aboletur: qa hic non offenditur ecclesia, sed solus Deus: vt j. eo. c. vlt. qui ex intentione iudicat hominem. 22. q. 5. qui peierare. sed ecclesia non iudicat de occultis, sed solus Deus: vt j. eo. sicut. in fi. & 32. q. 5. Christiana. ideo dicitur, ꝙ si omnia, quæ in hoc seculo committuntur, per ecclesiam punirentur locum diuina iudicia nō haberent: vt 6. quæst. 1. si omnia. Sed contra j. de vsu. consuluit. 14 quæst. 3. c. 1. vbi sola intentione sine pacto committitur usura. respondeo, falsum est in iudiciali foro: vt infrà, de vsuris. in ciuitate. sed in iudicio animæ inducitur vsurarius, ut taliter recepta restituat, vt dicit decret. consuluit. Quare ergo & hic non est idem, vt in iudicio animæ inducatur abbas, ut precium restituat: & monachus vt beneficio siue consortio taliter acquisito renunciet? potest dici: qa vsura vtraq; l. ꝯdemnatur in dist. & ideo est prohibita in nouo testa. qa ꝯdemnata est in veteri. Idē ergo in prohibitis, qa simoniaca sicut in sacramentis. vnde & Dñs vēditores columbarū eiecit de tēplo. j. q. j. ex multis & sic pōt intelligi j. q. j. qui studet. & c. reperiūtur. & q. 3. non solū. & j. q. j. eos. Sed decr. Gre. allegata j. eo. c. vlt. loquitur de simoniacis: quia prohibita. emere enim beneficium in veteri Testamento non erat prohibitū, hodie est simoniacū: qa prohibitum. & sic not. Vin. s. de offi. deleg. ex parte. j. vnde & hodie simoniacū est, emere vicariam, Castaldionatū, aduocatiam, & huiusmodi: j. e. ad nostram. j. q. j. si quis Episcopus. & q. 3. saluator. & in his non obest sola voluntas, sed requiritur actus secundum Goffredum. verum est, quo ad ecclesiam, ut dixi. Vel potest dici, quòd ideò aliud est. infrà eod. ca. fi. vt, scil. non restituatur ei id quod dedit: quia monachus nihil proprium habere potest. vnde quantūcunque restitueretur sibi precium, semper monasterij permaneret: s. de sta. mo. cùm ad monasterium Sed ei qui dedit pecuniam vsurario, ideo restitueretur, quia propriū habet. Ex hoc vr̄, ꝙ si Episcopus tali spe ductus ordinauerit clericū secularē, & posteà pecuniā receperit, quā sperauerat, in iudicio animæ inducatur, ut pecuniā reddat. & idem de clerico dici debet, qui eandem intentionem habuit, ne suum officium exequatur, quousq; secum fuerit dispēsatum. Sed quo ad ecclesiā, celebrabit. quod satis admitti potest: quia sicut dictum est, ecclesia non iudicat de occultis: vel aliter, ut dicā infrà, §. quid de pecunia. Secunda ratione non videtur bona supradicta descriptio: quia innuit, ꝙ sine studiosa cupiditate vēdendi, vel emendi spiritualia non cōmittatur simonia: quod falsum est: vt patet in inferioribus. Mihi videtur, ꝙ sic describi potest.

2 † Simonia est spiritualium, uel annexorum spiritualibus, præcedente pacto promissionis, conditionis, modi, seruitij, præcum, uel cuiusuis tēporalitatis receptio, siue donatio: vt in inferioribus apparebit. Voco autem spiritualia ordinem ad ecclesiā: & quodlibet beneficium spirituale, quod gratis & necessariò debet conferri: ut s. de præb. relatum. & de offi. Archiepi. ca. vlti. spi-

ADDITIO.

a Quid sit simonia. ¶ Simoniam tripliciter definiri posse, Marti. eod. tit. in Summa scribit. Primo largè: ut sit studiosa cupiditas, uel uoluntas emendi, uel vendendi aliquid spirituale, uel spirituali annexū. Strictius vero sic definitur: Simonia est spiritualium acceptio, uel collatio non gratuita, ſm Cantorem Parisiensem. Sed si strictissimè accipiatur: Simonia est pactio tpalium, ob spiritualia danda, uel facienda: ar j. q. j. qui studet. Spirituale ēt quādoq; largè, qñque strictè accipitur. Strictè appellatur illud solū, quo hr̄ spiritus, scilicet, ut uirtus gratū faciens, uel quod datur ut sacramentū vel quo haberi significatur, ut donum prophetiæ. Largè dr̄ secundum, qđ non solum comprehendit prædicta, sed & ea quæ ex sacramento sequunt, ut ius percipiendi decimas, & oblationes: quod sequitur ex sacramēto ordinis, & illud quod antecedit ad spirituale, ut ius patronatus. Annexum quoque spirituali, qñque strictè sumitur: ut appellet illud solū, quod est ex illo, qui habet sacramentū ordinis. Qñque largè, vt ꝯprehēdat illud, quod antecedit, ad aliquod ius spirituale. Duplicē aūt actū constituit Martinus emendi spiritualia vel renunciandi beneficio ad opus alterius, & actus paciscendi super talibus. Dic ergo, ꝙ in his, quæ prohibita sunt, quia simoniaca sufficit uoluntas ad introducēdum peccatum, siue stet in finib. suis, siue progrediatur ad actū emendi, uel vendendi, siue paciscendi. Sed non sufficit ad introducendum irregularitatē, si non progrediatur ad actū paciscēdi. In illis aūt quæ sunt simoniaca, quia sunt prohibita, nō sufficit ad introducendum peccatū uoluntas renunciandi beneficio ad opus alterius: ētsi progrediatur ad actum renunciandi, aut actū paciscendi: quia non est peccatum renunciare beneficio ad opus alterius: dum tñ dignus sit, & non interuenerit pactū. Venditionis autem & emptionis appellationem intelligas omnem ꝓctum non gratuitum, præter ꝓctum permutationis: quia permutatio dignitatum, præbendarum, uel aliorum beneficiorum, non potest fieri authoritate partium, aut etiam pacto sine periculo simoniæ: ut extrà, de rer. permu. quæsitum. sicut ēt transactione, ut extrà, de transactio. super eo. Episcopus tamen ob causam necessariam, & utilem potest transferre personas ex officio, & facere permutationem, vt d. c. quæsitum. Transactio autē fieri non potest sine authoritate superioris. Vnde simoniaci sunt, qui faciunt inter se pactum, uel iurant sic, Tu facies pro posse tuo, quod ego habeam beneficium tuum: & ego, quod tu meum. Possunt tamen inter se intimare uoluntatem suam ita: Libentius essem in ecclesia tua, & ē cōtra, & illud Episcopo significare. Marti. Adde gl. sum. j. q. j. do. in c. nemo. de simo. doct. in c. pen. eo. tit. doct. in rub. eo. tit. San. Thom. 2. 2. q. 1. idem Tho. in 4. senten. articulo 25.

vlti.spiritualibus autem annexi sunt fructus prouenientes ex his
beneficijs spiritualibus: & ita si emit alterum istorum, sine quo
nec reliquum prouenit, neutrum inemptū relinquit. spiritualia
namq; sine temporalibus in nullo proficiunt, sicut nec anima si-
ne corpore corporaliter viuit: vt j.q.3.si quis obiecerit. secundū
Da. hoc intelligo, quando fructus in perpetuū vendūtur, id est,
ipsum ius percipiendi: vt s̃. de reb. ec. non alie. ad audientiam. j.
q.3. si quis præbendas. j̃.e. non satis. secus, si ad tempus uendunt̃
fructus, non ipsum ius percipiendi, ut dicā j̃. ne præla. vices suas.
ver. item prælatus. & se. Sed & hic dist. utrū emat quis perpetuò
fructus à prælato, qui habet ius conferendi: & tunc est illicitum:
an ab illo, qui beneficium recepit, à quo potest fructus emere in
perpetuū, id est, quamdiu vixerit beneficiatus, f̃m Lau. arg. s̃. vt
benefic. eccle. sine dimi. cōferantur. c. vnico. §. fi. & quæ sit ratio,
dixi j̃. ne prælati vices suas. ver. sed quare. Item & ecclesia potest
dari retento ibi certo censu in perpetuum cōi consensu Episco
pi & capituli: vt s̃. de reli. do. cōstitutus. & j̃. e. querelam. sed præ
cedente pacto, donationē vel receptionem secutam: neq; antè.
neq; post aliquid debet exigi, uel recipi, uel ēt nullo præceden-
te pacto exigi violenter obtentu alicuius consuetudinis: etiamsi
cōsuetudo sit, vt detur aliquid pro pastu, uel pastulo, uel pro vo
ce, uel pro calamo, siue scriptura: ut infrà eod. c. j. & j. q. iij. si quis
obiecerit. si quis præbendas. sed gratis potest offerri gratis obla-
tū, sicut tenet curia & probatur j̃. e. dilectus filius A. & c. si quæ-
stiones. §. vlti. Vel dic, quòd annexa spiritualibus sunt iura pa-
tronatus, quæ prohibētur uendi, sicut & spiritualia: ut s̃. de iure
patr. c. de iure. & c. quia clerici. & de rer. permu. quæsitum. & de
iudi. quanto. dicitur aūt spirituali annexum ꝑꝑ quandā ꝯntiam
quia, sci. cadit in laicum, & à laico quasi possidetur: cum nullum
aliud ius spirituale in laicum cadat, præterquam ius funerandi:
ff. de mor. inferendo. l. j. & præter ius eligendi, si ex priuilegio cō
petat: s̃. de iure pa. nobis. f̃m Goffre. idem etiam uidetur in mul-
tis alijs iuribus spiritualibus, ex quo à Papa concederetur: ut 32.
dist. §. uerum suprà, de decimis à nobis. & c. tua. & infrà. Sed & an
nexum spirituali est ius percipiendi prouētus ratione canoniæ,
uel prælaturæ nam licet spirituale sit tale ius, tamen dicitur an-
nexum propter temporalitatem, quæ inest percipienda secun-
dum Gof. In his ergo omnis conditio, omnis promissio, omne
pactum temporalis commoditatis inducit simoniā, ut s̃. de re.
permu. quæsitum. & de pactis. c. ult. & j. q. 2. quam pio. secus, si
posteà gratis offeratur. j̃. eo. tua nos. respons. j. & §. j. & no. s. eo.
uer. item & ecclesia, quædam enim sunt, quæ etsi inhonestè pe-
tantur, & c. ut j̃. de magistris §. utrum a scholaribus. uers. si uerò
magistro. Sed caueat quilibet de intentione mala. ut no. s̃. eo. §.
respon. j. Item licita conditio, & quæ de iure est, apponi potest:
a ut c. dist in ea s̃. de elect. significasti. [a]

3 b Et vnde dicatur.

† [b] Et quidem à Simone ma-
go dr̃ simonia, qui primus in
nouo Testamento uoluit emere gratiam à Beato Petro. nocatur
etiam cupiditas Giezitica: inde Giezitæ, à Giezi seruo Elisei: qui
primò in ueteri Testamēto gratiam sanitatis uendidit Naaman
principi militiæ regis Assyriorū, unde fuit percussus lepra, qua
Naaman laborabat: & Naaman sanatus est: ut j. q. j. qui studet. &
c. cito turpem. & ideo dicitur, ꝙ tales cum Giezi & Simone ac-
cipiant portionem: infrà eo. non satis. & c. seq. & c. sicut pro cer
to. sic & qui sibi assumit honorem cū Dathan & Abyron, quos
uiuos terra absorpsit, participare iubetur: ut s̃. de elect. licet eui-
tanda. §. si quis autem. Ex præmissis patet, quòd propriè loquen
do uenditor spiritualium Giezitus: emptor uero Simoniacus
est. Sed vsus obtinuit, ut uterque Simoniacus appelletur. secun-
dum Goffredum.

4 Qualiter committatur.

† His versibus cō-
prehende:

Munus, lingua, caro timor, atque fauor popularis,
Impediunt gratis spirituale dari.

c Munus quod triplex est. [c] ideo dictū est, Beatus qui excutit ma
nus suas ab omni munere. nā est munus à manu: quia s. datur pe-
cunia. Item à lingua. s. fauor: ut sequitur. Item ab obsequio, pu-
ta seruitus indebitè impensa. j. quæst. 1. sunt nonnulli. intelligas
pacto præcedente in vtroque casu: vnde si promitto tibi eccle-
siam: ut negociū meū in curia Romana promoueas, simoniacū
est: ut j̃. eo. cùm essent: secus, si seruio tibi, hac spe ductus. scili-
cet secundario quòd mihi benefacias: sed simpliciter seruio gra
tis: quasi dicat, si principaliter seruio tibi gratis, secundariò à te
expectans beneficium, nō delinquo: ut arg. 61. di. quid proderit.
& ff. de pe. hær. sed si hac l. §. consului. sed si seruio tibi principa-
liter, ut beneficium mihi des secundariò gratis, tunc delinquo:
sed etiam in hoc casu sufficit mihi per pœnitentiam satisfacere
Creatori: ut not. s. §. quid sit & secundum hanc distin. intellige
infrà eod. tua nos. secundum Goffr. & alia quædā iura, quæ pro
& contrà

ADDITIONES.

a Non incongruè adnectetur rubricella, Qui simoniaci dici possunt. id qđ
varijs articulis edisseruit Mar. e. tit. in summa, quos in unū congeremus.
Simoniacus igitur ille dicendus est, qui ét pura intētione, ut credit, offert
monasterio bona sua, principaliter tñ intendit, vt per tp̄alia, quæ offert,
valeat spiritualia adipisci. Similiter monasteriū non reciperet, nisi per cō
modum temporale, quod inde haberet: & talis simoniacus est ob intentio
nem corruptam cū opere subsecuto. argm̃ extrà, de biga. nuper. Vnde mo
nachi & moniales, & alij religiosi, qui simoniacè recepti sunt, debent sine
exceptione, purè ac simpliciter renunciare, siue sint subditi, siue prælati, si
ipsis scientibus sit commissa simonia, & post conciliū generale Innocentij
CXI. sine spe restitutionis à suo monasterio repellantur, & ad agēdum per
petuam pœnitētiam in loco arctioris regulæ detrudant̃. Simoniaci quoq;
sunt illi, qui pastum uel pastillū pro pallio, uel ordinatione persoluunt. un
de qui dant, & qui recipiunt, non obstante ꝯsuetudine, damnandi sunt: ex-
tra, eo. ti. c. j. & c. Iacob. Si vero electus, vel ordinatus, siue alius pro eo nō
exactus, sed gratis aliquid offerat, quid iuris? Dicunt quidam, ꝙ si fiat ex pa
ctione præcedente, simonia est: aliàs non: dicendū est tñ, ꝙ receptus in ca-
nonicum, secularē, uel regularē, si propter deuotionē, q̃ habet ad ecclesiā,
in qua receptus est, & ad fratres recipientes, dat eis prandiū, seu cappam
sericam: aut si quis Episcopo, qui dedit sibi præbendam rogatus, uel non
rogatus dat equum, uel quid aliud dat inquam, propter deuotionem, seu
dilectionem exortam ex gratia sibi facta: aut si quis propter nepotem aut
filium receptum monachū ex deuotione dat aliquid monasterio, tales di-
cendi nō sunt simoniaci, siue longi post gratiā sibi factā, siue citò hoc faciat
Simoniacus est notorius, qui àliquid accipit in ordinatione alicuius pro
chartis, seu scriptura quam facit ibi: extra eo. tit. c. 1. Simoniacus quoque
est qui eo pacto renunciat beneficio, ut suo nepoti det: arg. extrà, de offi. de
leg. c. ex parte. Sola obligatio ad dandum, licet nihil inde recipiatur, simo
niam inducit. de confess. c. pen. Simoniam quoque inducit pactum & con-
ditio: extrà, de pact. pactiones & modus: extrà ut ecclesiastic. benefi. c. uno.
A simonia non excusantur, qui nomen rei & tp̄s solutionis mutantes num
mos, quos primo chrismales, eo ꝙ pro chrismate & chrismatis receptione
darētur, secundo paschales, tertio ꝯsuetudine mediæ quadragesimæ nūcu-
pant̃, exigunt̃. Itē nō licet ratione ꝯsuetudinis aliquid exigere pro benedi
ctione nubentiū, pro sepulturis, uel exequijs mortuorū, seu oleo sancto,
uel alio sacro, in quo ꝯfertur gratia unde talia uendere, uel panē sanctū, uel
aquā benedictā est simonia. Sacerdos ēt, qui pro missa cātāda qđ recipit,
est simoniacus. Simoniaci sunt Ep̄i & alij prælati, si qñ cōferunt beneficiū
paciscantur cū eo, cui confertur, uel mediatore de fructi. ad tp̄s seruādis.
j. q. iij. si quis præbendas. Simoniaci quoque sunt Ep̄i, si ꝑꝑ solam consan-
guinitatē ꝯferant beneficia, aliàs non ꝯcessuri. extra eo. tit. nemo. Commit
tunt & clerici simoniam, qui paciscunt̃ cū prę latis, ad quos ecclesiastica be
neficia spectant, quod augmentabunt ei pensiones, si eis ecclesias ꝯcedere
velint: nā hoc procedit ex cupiditate: & ij sunt ecclesijs adeptis penitus
spoliandi, extrà, de pact. cū clerici. Similiter qui transigunt super ecclesia
stico beneficio in iudiciū, uel litigiū deducto, ētsi talis trāsactio iuro firma
ta fuerit: extrà, de transact. super eo. Itē si quis non habens titulū uult ordi
nari: & ne repulsam patiatur, rogat aliquē presbyterū, ut eū præsentet ad
titulū ecclesiæ suæ, promittens ei, ꝙ nunq̃ in ecclesia sua petet ob id aliq̃
portionem: sic si illo præsentante, ordinet̃, simoniam ꝯmittit: & nisi secū ꝑ
Papā fuerit dispensatū, nec ad superiores ordines ascendere, nec ministra
re debet: extrà eo. tit. per tuas. Procuratores quoque ecclesiarū per pecu-
niā ꝯstituti, simoniaci sunt. Noīe aūt procuratoris ueniunt oēs ecclesiarū,
oēs rerū ecclesiasticarū administratores. Magister quoq;, seu doctor, si exi
git aliquid à pauperibus, uel à clericis ecclesiæ, à qua recipit beneficiū: q̃
cū hoc sit spirituale, & ex officio suo teneatur facere, si aliquid ꝑꝑ hoc exi
gat, simoniacus est. j. q. 3. uendentes. & de simoniac. per tuas. Si uero magi
stro sua non sufficiant ꝯpetenter, & honeste, à scholaribus diuitibus pōt li
citè exigere: & qñ sunt de ecclesia, à qua beneficiū habet, moderatè aliq̃d:
alioqui nihil debet exigere: sponte tñ oblata recipere potest: 12. q. 1. Epi-
scopus ecclesiasticarum. Quod aūt dictum est, magistrum seu doctorē lici-
tè posse quid exigere, ita intelligendū, ꝙ potest inopiā exponere suis scho
laribus, & insinuare, ꝙ libēter acciperet, si quid sibi gratis daretur: sed nō
licet propterea exigere: id est, ab inuito extorquere. ff. de legatis, 3. l. fidei-
cōmissa. §. si rē. Similiter non posset eos de schola expellere, si nolint pro-
mittere. sed postq̃ promiserint, pōt exigere ꝓmissa. Quæ suprà dicta sunt
de ijs intelligenda sunt, qui stipendiū habent ab ecclesia pro scholis regen
dis. Illi aūt, qui non habent eiusmodi stipendiū: licet aliàs sint diuites, non
tenentur, f̃m quosdā, laborare circa diuites auditores, nisi uelint eis mo-
deratè dare, quod tñ debent pro labore, non pro scientia accipere. Item
Ep̄s qui non uult dare licentiā clerico suo eundi ad scholas, nisi prius sibi
data pecunia, non ꝯmittit simoniā, f̃m quosdam, sed turpe lucrū: dicto c.
uendentes. Alij tñ dicunt simoniam esse, si pro pecunia daret licentiā de
quinquennio ꝯcesso à iure. extra, de magistris. c. fi. Sed si pro alio tp̄e ab il-
lo quinquennio reciperet pecuniam pro data licentia, si haberet respectū
principaliter ad absoluendum eū ad tp̄s, vel in perpetuū ab officio, quod
debet ecclesiæ, simonia est. Si autem ad moram in studio faciendā, turpe
lucrum esset, & non simonia. In primo uerò casu dicunt, quod datum repe
tere pōt, qui dedit: quia non est in turpitudine, qui redimit ius suum. Re-
spectu simoniæ cætera crimina pro nihilo reputant̃: extra, de simonia. sicut
primo. Vnde simonia hæresis uocatur: prima quæstione finali. c. fi. Itē simo
niacus est, & ipso iure excommunicatus, qui nō gratuito, sed per seductio
nem, uel præsumptionem electus est in summum Pontificem, aut etiam
ordinatus, aut inthronizatus, sed & fauores, & sequaces illius. Is à limine
sanctæ Dei ecclesiæ separatus cū prædictis abijciatur, sicut Antichristus,
inuasor, & destructor totius Christianitatis. 23. distinctio. in nomine Do.
§. si quis. & 79. dist. si quis pecunia. Martinus.

b Et unde dicatur. ¶ Adde Doct. in rub. eo.

c Munus, quod triplex est. ¶ Adde tex. in c. sunt nonnulli. j. q. j. c. & si quæstio
nes. de simo. gl. in c. statutum. in §. insuper. de rescrip. lib. 6. gl. in l. cum plu-
res. in §. tutor. ff. de admi. tuto.

& contrà inducuntur, ſ. quãdo ſeruire poſſim.lxi.diſt.miramur. lix.diſt.ſi officia.& lxxiiij.diſt.conſuluit.lxxvij.diſt.in ſingu. viij. quæſt.j.qui epiſcopatum,& contrà viij.q.j.ſunt in eccleſia.xii. q.ij.habebat. Vel aliter poteſt dici, ſecundum Goffre. quia aut obſequium eſt corporale,aut ſpirituale.Si corporale ſit & honeſtum:uitium uerò inducit, dum pactum tamẽ non interueniat: ut ſi quis ſeruiat epiſcopo ſuo in honeſtis: puta eundo Roman, aduocando pro eo procurando ſua negotia. & hoc innuitur .j. q.j. ſunt nonnulli.ibi : munus ab obſequio.eſt ſeruitus indebitè impenſa:& hoc intelligas, vbi dignum & honeſtum præſtat obſequium,ut dictum eſt.Si uerò indignus dignum,uel dignus indignum præſtet obſequium, non caret uitio ſimoniæ: quòd ſi obſequium ſpirituale ſit, & ex pacto præſtetur,uitium inducit, niſi beneficio uel perſonatui ſit annexum : ſuprà,de præben. ſignificatum . ſecundum Goffr. & niſi infrà eo.uer & ſunt hæc. Sed munus à manu ſemper ſimoniam inducit,niſi adeò modicũ ſit, quòd animum promouentis non debeat mouere, inſpecta qualitate perſonarum, & cauſa & tempore:unde aliquando equus datus ſimoniam non inducet,multo minus electuarium, uel uinum,uel quæ aliàs modici precij ſunt.ut j̃.eo.ex tuæ.ſic & pro modico.& ſi quæſtiones.quod intelligas,ſi pactum nõ præceſſit: aliàs etiam pro vj.ſolidis ſimonia cõmittitur.ut j̃. eod. ex tuæ:ſic & pro medico cõmittitur furtũ:xiiij.q.ult. c ul.Dic,qđ a quicquid agant homines[a],intentio iudicat omnes,quo ad Deũ: ut not.s̃.eo.§.quid ſit.& iunge quod not. j̃.eod.uer.quæritur de encæniis & ſequ.ideo dixit Lau.

Muneribus dandis attendas quatuor iſta,
Quis dans quis ue petens:quæres quę cauſa petendi.

Vetus enim prouerbium eſt,neque omnes,neque omnia,neque ab omnibus. nam ualde in humanum eſt,à nemine recipere uelle,ſed & omnia & ab omnibus uiliſſimum: ut ff.de off.proconſ. ſolent. §.ulti. ergo eſculentum & poculentum, quod intra triduum conſumi poſſit, recipere licet.ut.ff de offic.præſid.plebiſcito. Et breuiter conſiderandum eſt, quid offeratur. xix. diſtinctio. ſerui. Item quale conferatur.xlix.diſtin.capi. penul.& ulti. Item, à quo offeratur:argum.iij.quæſt viij.in grauibus.Item pro quo offeratur.j.quæſt.j dictum eſt ij.Item antequam offeratur de conſec.diſt.ij.& dixit. Item qua intentione offeratur.viij.q. j. in ſcripturis. s̃, de ele.officij.Item quantum offeratur. xvij. q.j. Ananias.unde Seneca quidam Cynicus, id eſt, ribaldus reprehenſor.dicitur enim Cynicus à cynos,quod eſt canis:inde cynicus quaſi mordax, ſiue caninus reprehenſor.quidam ergo talis petiit ab Antigono rege talentum : reſpondit plus eſſe, quàm Cynico debebat dari. tunc Cynicus petiit denarium. reſpondit minus eſſe quàm regem deceat dare: & ſic repulit ipſum : poterat ei tamen dare talentum,tanquam rex,& denarium tanquã cynico.In talibus uerò exceptis à iure poteſt recipi munus,ſcilicet ſi gratis offerat.j.quæſt.j..quicquid inuiſibilis.& q. ij. quàm pio.in fine. & cap.placuit.infrà eod. dilectus filius. ut no. ſuprà eod. § quid ſit. uerſi. in his ergo.Item quando illa concurrunt quæ not ſuprà eod.uer. ſed minus. & ſequen. Item pro operis ſpiritualibus ubi quis ad hoc officium non tenetur.xij q.ij.charitatem.quod dic,ut not.infrà eo.uer.& ſunt hæc Itẽ cùm eleemoſyna datur pro uita æterna, & remiſſione peccatorum, quæ ſunt eleemoſynis redimenda.xiij q.ij. animæ. s̃.de teſta.cap.fin. j.q.j.ipſi ſacerdotes.Item pro redimenda uexatione infrà. eod. dilectus.quod dic ut not. j̃.eod.ſub §. lingua.uerſic. ſed nũquid licet Sextus caſus eſt in uiſitationibus : ſuprà, de cenſib. cùm Apoſtolus & conſecrationibus. j̃.e.cùm ſit Romana.pro his enim expenſas ſuas poteſt uiſitator uel conſecrator recipere:quia nec tenetur quis propriis ſtipendiis militare. s̃. de præſcrip.cùm ex officii. & ſic non peccat.quia qui peccat, non facit hoc legis authoritate.xxiij.q. iiij qui peccat .infra.de priuileg . ut priuilegia: ubi de licentia Papæ celebretur, ſine peccato in eccleſia interdicta : licet ergo conſecratori procurationem recipere, & ſic conſecrare & nihilominus hoc uidetur gratis facere:s̃.de ui.& ho. cleri,cum ab omni.iiij.q.iij.uer. item uenturis. Non tamen intelligas, ꝙ pro ipſo actu conſecrandi, aliquid exigatur:aliàs contra j.q.j.ſtatuimus Sed pro labore uiæ:xij.q.ij.charitatẽ.pro ipſo autem labore recipi poterit,etiam ſi eccleſia in ciuitate ſit, ſuprà.de cenſib.uenerabili.nam & ſi magis laboret eundo ad eccleſiam diœc. laborat tamen etiam eundo ad eccleſiam ciuitatis,ſm Goffr.ſed cum labor talis ſpiritualis ſit,quem prælatus tenetur de neceſſitate ſubire,& ex officio ſibi iniuncto melius eſt, ut dicamus, quòd hoc ius dat conſuetudo:infrà eod.ad Apoſtolicam.& quia æquum eſt,ut qui ſeminat ſpiritualia,metat& temporalia, ſicut patet per multa exempla. xiii.q.i.§ quia ergo quinimo hoc accidit rõne cõnexitatis.ut s̃.de cẽſi. cùm uenerabilis.unde ſicut nec uiſitatio, ſic neq; procuratio rõne uiſitationis ipſius debita præſcribetur.s.de præſcriptio.cùm ex officii.§. nos igitur.ad hoc s̃.de conceſſio.præben.non uacan: poſtulaſtis 5 s̃.de conſtitutio.tranſlato.Et ſunt hæc in argumentum, † quod b ſacerdos poſſit locare[b] operas ſuas,ſi nõ habet alias unde uiuat: ut xcj.diſt.c.1.2.& 3.& 1.q.1.Iudices.1.q.2..c pe.& ul.& x.q.3.relatum.12.q.2. charitate.& c.quicũq; & c.eccleſiaſticis.& ar.optimum 12.q.1.illi qui j̃.ti.1.c.fi.Sed caueat ꝙ principalẽ intentionem ſuã non ad pecuniã referat:ſed ad remiſſionẽ,ſeu ueniã obtinendã. ſi uerò ſacerdos eccleſiæ ſit diſpenſatus & intitulatus, talis nihil ex pacto debet recipere, ẽ: obtentu ſumptuum. de conſe.diſt.2.ſufficit.ſunt tamen parochiani cogẽdi ad ſoluendum id,ꝙ conſuetudo laudabilis introduxit. j̃.e.ad Apoſtolicã in fi.& ſic ad dandas oblationes,16.q 1.ſtatuimus.33 q.2.præter hoc.in fi.Quid ſi oblationes non ſufficiant?dicut no.s̃. de parochia.§.in quibus.ſub § hic tamẽ ſciendum.uer. uel niſi ſacerdo 6 tes, & ſeq. † Quid ſi clericus precio appreciatus uigilet cum defuncto,& dicat pſalterium?reſpondeo:ſi ita fecit pactũ,pro ſex denariis legã pſalterium,ſimonia eſt.Sed ſi ita dixit, pro ſex denariis uigilabo cum defuncto hac nocte,non eſt ſimonia:quanuis tacite inſit, ꝙ debeat legere.arg.s̃ de elect.ſignificaſti.in fin. & de præbend.ſignificatum. & ff de hæred. inſtitu. ſi quis Sempronium.& ſic laborem,quem non tenetur ſubire ex neceſſitate,ſiue ex officio,uendere põt,non ſpiritualitatem. Veruntamẽ licet ſacramenta ecclecaſtica gratis ſint conferenda, nec quicquam recipi debeat pro ſepulturis, aut exequiis mortuorum, uel benedictionibus nubentinm, uel aliis ſacramentis eccleſiaſticis : uel benedictionibus conferendis:nec pro chriſmate, nec pro oleo,licet nomen mutetur:ut infrà eod. cùm eccleſiæ. & c. ea quæ.& cap.ad noſtram.& c. ſuam.& c. intantum.præcipitur tamen,quod laudabiles conſuetudines obſeruentur ut 1. quæſ. 3.queſitum. 18.diſt.de eulogiis.in authentic.de ſanctiſ. epiſc.§. pro conſuetudinibus. Sed contrà, quia nulla conſuetudo prodeſt,ut j̃.eod.non ſatis & c.ſeq.nec pro eccleſia conferenda uel conſecranda, uel abbate, uel abbatiſſa ponenda in ſede,aliquid eſt dandum,ut ibi : nec pro inueſtitura eccleſiæ debet archidiaconus marcham exigere argenti,uel archipresbyter uaccam albam, uel aliquam pecuniæ quantitatem: nec pro conſecrationibus Epiſcoporum,benedictionibus abbatum,ordinationibus clericorum,licet de corruptela taxatum ſit,quantum ſit iſti uel illi tribuendum:ſicut quidam faciunt, qui uolunt habere cacabos ſeu ſcutellas & manutergia:ut j.eodem.intantum,& cap. ſicut pro certo.& etiam pro paſtu nihil exigi debet:ut dixi ſuprà eodem.§ quid ſit.uer.itẽ & eccleſia.& probatur j̃.eod.ueniens. unde nec canonico de nouo recepto ſubtrahenda eſt præbenda,hac ratione,ꝙ non uult dare prandium, quod conſueuerũt dare canonici de nouo recepto:ut j̃ eod.Iacobus.Solutio: ex pacto nihil recipi debet,obtentu alicuius conſuetudinis: ſed ſi gratis offeratur,recipi poteſt:ut no.s̃ §.quid ſit.uerſic.in his ergo. & 1.q.2 ſicut epiſcopũ uel melius,aut clerici exigunt à laicis obtentu conſuetudinis: & tunc non debent clerici retinere pignus ſpirituale,imò gratis debent ſepelire,uel benedictiones dare:& poſteà ueritate cognita, per epiſcopum loci cogentur laici laudabilem conſuetudinem obſeruare,pia deuotione fideliũ,erga matrem Dei eccleſiam introductã:ut j̃.eod.ad Apoſtolicã aut clerici à clericis & tunc ſi clerici petẽtes exigant id in quo propria utilitas & priuata uerſatur:puta paſtum,uel paſtillum,quia ipſorũ Deus uenter eſt:uel quamcunq; pecuniam uolueris propriis uſibus conuertendã, non ualet, ut in concor.quas ſignaui ſuprà eo.uer.ſed cõtra. Quid ergo,ſi de conſuetudine ſit,quòd canonicus de nouo receptus debeat cappam facere uel certam pecuniæ quantitatem dare fabricæ eccleſiæ, uel luminariis, uel in aliis quæ ad diuinum cultum tantùm pertinent?dico conſuetudinem ſeruandam tanquam laudabilem argument. ſuprà, de præbend.ſignificatum & de his quæ fiũt à ma.par.ca.c.fin.& de teſtam.officij.ca.uitim.& j̃.eod.ad Apoſtolicam.non tamen retineatur præbenda loco pignoris : arg. eiuſdem decret uel dic, quòd bene poteſt retineri ſi hæc ſit conſuetudo, ꝙ non aſſignetur præbenda quouſq; cappam fecerit : in hoc enim caſu poterit Deus à clerico facto canonico ſpirituale exigere, ut ſic de ſpirituali ad ſpirituale quaſi quædam permutatio fiat.ut s̃. de rer. permu. ad quæſtiones. Et ſic in hac exactione priuata canonicorũ utilitas reprobatur tantùm,non publica. argu.ſuprà, de conſtit.cùm omnes.& c.cum M. & ca.ex parte. quia timetur & auaritia. unde nec clerici à clericis decimas exigunt. s̃. de deci. cap.1.& 2.& de cenſib.ea quæ & de præbẽd.auaritiæ. Laicis autem eſt gratis gratia conferenda. ut infrà eod. in tantum.§.1.& infrà,

ADDITIONES.

a Quicquid agant homines. ¶ Adde Car.Za.in c.cum ab omni.in j.no.de vi.& ho.clerico.& ibi Abbas poſt eum.

b Sacerdos poteſt locare. ¶ Adde gl.& Doct.in c.ſuggeſtum.de præben gl. in capit.vnico.de cler.non reſi. libe. vj. Inno. in cap. iij. ne prælati. vices ſuas.

ĩnfrà,de magiſtris.prohibes. Quid de his,qui habent diuerſa cœ
miteria : vnum in quo non intrat , niſi canonicus ſit , vel frater:
aliud commune , eſt tamen taxatum pro quanto extraneus po-
teſt cenſeri frater , ſiue pro quanto in cœmiterio fratrum po-
terit ſepeliri? dico hoc ſimoniacum:infrà eodem,audiuimus.&
capit. ſicut. quia pro terra nihil recipi debet:ut ſuprà , de ſepult.
abolendæ . nec pro officio . ut dictum eſt s̃.uerſicul. in caſibus.
Quid ſi maior crux non deportetur:niſi certo precio habito? &
hoc ſine dubio ſimoniacum eſt : & ſpecies mali . & auaritiæ ſi-
gnum : ergo reprobandum : ut infrà eodem.audiuimus.& not.
ſuprà eodem.uerſic.quid ergo.in fin. Quid de his,qui faciunt pa
ctum de lecto redimendo,[a] certo precio, antequam corpus de-
portetur ad eccleſiam?certè & lectus, & panni temporales ſunt:
ergo & uendi & redimi,& donari & permutari poſſunt,tam ab
initio,quam ex pòſt facto. Quid ſi clerici nolunt corpus ſepeli-
re,niſi primo interpoſito pacto de lecto reddendo? ſpecies ma-
li eſt : cum fiat pactum de temporali, ad ſpirituale : ſuprà, de re.
permu.ca.ultim. Quid ſi deportato corpore ad eccleſiam amici
nolunt recuperare lectum , & etiam uiolenter ipſum deportant
ad domum ſuam ? reſpondeo nihilominus debet corpus gratis
& honorificè ſepeliri . Sed cùm conſuetudo eccleſiæ generalis
ſit.uel quaſi,quod lectus retineatur à clericis,poſſunt amici per
cenſuram eccleſiaſticam coerceri ad lectum reſtituendum:quia
talis conſuetudo eſt laudabilis.& in hoc caſu,& ſimili,poteſt in-
telligi j̃. eod. ad Apoſtolicam. Quid ſi conſuetudo ſit, quòd ſa-
cerdos debeat habere ueſtes , quas deferebat mortuus tempore
mortis ut in caſtro Clariaci Vianen.diœc. dico ipſum gratis ſe-
peliendum , & laicum coercendum, ſcilicet hæredem,uel illum
qui poſſidet , ad ueſtimenta reddenda. ut in prox. decret. cuius
authoritate hec iudicaui, quando eram cum domino Ioan. ar-
chipresbyt. Vian.tunc Apoſt. ſe.legato,eadem hæc approbante.
ſed non debet ſacerdos retinere loco pignoris exequium , quod
gratis conferri debet , etiamſi aliàs ei obligatus eſſet:ut s̃. de ſe-
pul.parochia.no.& de natis ex ſib.uentre.ca.unico. Quid ſi con-
ſuetudo ſit,quod nubens benedictionem recipiens det vj.dena-
rios, uel v.ſolidos ? & hoc idem iudico, ut gratis conferatur be-
nedictio,& poſtea cogatur reddere per cẽſuram eccleſiaſticam.
non tamen occaſione ſcripturæ,quam non petit laicus ſicut fit
Graſſæ:quia ſicut non debet manum uendere,ita nec calamum:
ut infrà cap. 1.& 1.quæſt. 2.ſicut Epiſcopum. ſecus eſt fortè,ſi nu
bentes uelint habere ſcripturam,& ipſam petant à tabellione lai
co,uel etiam clerico,qui de ſuo non tenetur facere beneficium.
x. quæſtio. 2.precariæ. Quid ſi presbyter noluit baptizare [b] pue-
rum,niſi primò ſoluto cereo,uel dato denario:ſuper hoc conſue
tudinem allegans,ſicut fit Vapinci? ſuper hoc correxi presbyte
ros:quia gratis baptizare debent, & poſteà cogere patrinum ut
ſoluat. id quod conſuetudo laudabilis introduxit. infrà eodem,
ad Apoſtolicam.& ita hæc decret.eſt quaſi centrum iſtius tituli:
& in hunc modum infinitas quæſtiones ſoluit. Quæritur de en-
cæniis,utrum ſimoniam inducant?& uidetur quod non.dum ta-
men non producatur numerus ad quantitatem. ff. de offi. pro-
conſul. ſolent §. non ante & § fin.licitè enim recipitur eſculen-
tum & poculentum, quod intra triduum conſumi poteſt. ff. de
offi.præſi.plebiſcito.unde & quæ prophetæ offerebantur,ſtipes
magis exiſtimabantur tabernaculi , quàm munera prophetæ. j.
quæſt. j.iudices.ſecundum Goffredum dic ut not. s̃.eod.uerſi.ſed
munus.& s̃.de cenſi.§ fin.uerſi.hodie uerò.Et nunquid pro mo
dico ſimonia cõmittitur?ſic.nam 30.ſolidi ipſam inducunt: in-
frà eo.ueniens.& uide infrà eod.ex tuæ.& quinq; oboli.j.quæſt.
j.iudices.aliàs incipit,duces & tremiſſis j.quæſtio.j.placuit,ut nul
lus epiſcoporum. dicitur autem tremiſſis tertia pars ſolidi,inde
dictus,quia tremiſſis ſolidum cõſtituit: ſecundum Iſido.de hoc
tremiſſe legitur C. de ueſte militi. l. fortiſſimus. libro decimo.
Item ſimoniacus comparatur furi: j. quæſtio. j. ordinationes. &
in furto non diſtinguitur quantitas.14.quæſtio.6.capit.fin.Item
comparatur ſimonia crimini uſurarum,quia utrunque ſola uo-
luntate committitur: ut notatur ſuprà eod. §. quid ſit. & in uſu-
ra non diſtinguitur. imò pro cupella uini,uel pro pomo cõmit-
titur.nam quicquid ſorti accedit, uſura eſt.14.quæſtione 3 ple-
rique , dic quòd quantumcumque ex pacto detur , ſimonia eſt,
& neceſſaria eſt renunciatio. ſed quantumcunque ſine pacto fue
rit corrupta intentio , ſufficit per pœnitentiam ſuo ſatisfacere
Creatori. infrà eodem capitul.fina.ubi uerò non conſtat de mẽ-
te corrupta , conſiderantur circumſtantiæ : de quibus habes in-
frà , eod. & ſi quæſtiones, ſecundum Goffredum dicut notatur
ſuprà eodem. §. quid ſit. & §. qualiter.uerſic. ſed munus. & ſe.
Item quæritur, utrum committatur ſimonia . ſi aliquid detur
pro calice,uel ueſtibus,uel linteaminibus benedicendis: & dicũt
quidam, quòd non, niſi hoc inueniatur expreſſum:ut eſt uidere
in chriſmate, baptiſmo, communione,euchariſtia,balſamo , ſe-
pultura , & baſilicis dedicandis.j.quæſtio. j. dictum. & capitul.
placuit , ut nullus. & capitul.placuit , ut unuſquiſque.infrà eod.
cùm in eccleſiæ.& hoc idem ſcripſit frater Rayn.Sed Goffred.
not. quòd in quolibet miniſterio eccleſiaſtico ſimonia commit
ti poteſt:infrà eod.ad noſtram.quod verius puto Sed nunqnid
is , qui ſimoniacè beneficium acquiſiuit, tenetur ad omnes fru-
ctus,quos percepit:& qui percipi potuerunt?ſic.eſt enim fur &
latro;j.quæſti.j. ordinationes.& ideo ſicut fur ſemper eſt in mo-
ra,& ad damna tenetur:C.quod met.cau.l.j.C.de condict.fur.l.
fin.C.de fur.ſubtracto.& ad oẽs fructus,& vt violentus : ſuprà,
de reſtitut.ſpo.grauis. generaliter enim ſine titulo poſſidens te-
netur ad omnia damna & lucra percepta & percipienda. ff. de
rei ven.ſi nauis.§.generaliter.Idem eſt ſi habeat titulum:ſed talẽ
qui pro non titulo ſit habendus.C. de agri.& cenſi. quemadmo-
dum.ff.quod me.cau.ſed & partus.

Lingua,caro,&c. id eſt , preces carnales , quæ
timentur , vel quibus faue-
tur,ſimoniam inducunt:hic tamen diſtingue , ſi enim promoue
tur quis ſuis precibus [c] ad prælaturam, maximè quæ per electio
nem confertur , committitur ſimonia . & in hoc caſu intelligo,
quòd nullus debet ſibi aſſumere honorem : ſed qui vocatur à
Deo,tanquam Aaron:vt ſuprà,de elect.qualiter. viij.quæſt.j.in
ſcripturis.j.quæſt.vj.ſicut is.& quæſt.j.ordinationes.& cap.nul-
lus itaq; . nam honoris augmentum non ambitione , ſed labore
ad vnumquemque conuenit peruenire: vt C. de re mili.contra
publicam.libro xij.quantumcunq; dignus ſit:vt ſupra.de inſtit.
cap. vltimo.& de iure patron.per noſtras, & de elect.per inqui-
ſitionem. Pro ſimplici autem beneficio poteſt pro ſeipſo preces
offerre,dum tamen dignus ſit:vt infra eod. tua nos.§. j. in princ.
& de cleri.ex commu.mini.propoſuit.Sin autem alienis precibꝰ
quis promoueatur,& ſpiritualibus, non inducunt ſimoniam. ar
gum.xliiij.diſtinct. principali: j.quæſt.j.latorem. niſi conſangui-
nitas ipſos trahat: j. quæſti.j.de ordinationibus. argume. ſupra,
de præbend.graue.vt benefi. eccleſ. vt noſtrum. quia iniuſtus a-
mor cordis ſimoniam inducit:j.quæſti.j.ſi quis neque ſanctis. &
capit. ſunt nonnulli. vbi dicit,quòd ſuccedunt loco precij. T.&
G.Na.contra.quia nullo dato,&c.non committitur ſimon. j.q.
ij. quàm pio. quod intelligo , quando conſanguineus indignus
eſt , aliàs prælatus fortius tenetur ei quam extraneo prouidere.
argum. s̃.de cohabit. cler.& mu. cap.j. ſanguinem igitur tuum,
ſcilicet dignum & legitimum ne deſpicias;j.quæſt.j.filium. &c.
quibuſdam.ad fin. prælati verò noſtri temporis hoc nimis am-
plectentes , præter ſuum ſanguinem hodie quaſi nihil reputant
fore dignum:inde Ber. mira res:habent Epiſcopi,cui committãt
animas,cui autem res temporales committant, non inueniunt:
nam Epiſcopus alicui nepotulo ſuo de facili commit.multa mil
lia animarum,cui non committeret duo pira. Sed & ſi quis pro
me preces, vel pecuniam offerat,vel promittat , cum expreſſim
contradixerim , non obeſt mihi , vt infrà eodem. ſicut nobis.§.
penulti.& de homicidio. Petrus.ſecus,ſi me ſciente & patiente:
tunc emim dicor interponere voluntatem meam turbatam : &
ideo quantumcunque occultum ſit,renũciare debeo,ſi animam
ſaluare volo: memor illius verbi , Nihil prodeſt homini ſi vni-
uerſum mundum lucretur , animæ verò ſuæ detrimentum pa-
tiatur : vt infra eodem . Matthæus . Si verò hoc fit me penitùs
ignorante , & ab inimico volente promotionem meam. de qua
ſperatur impedire,non committitur ſimonia quo ad me, ne ex
dolo ſuo reportet quod intendit : vt infrà eodem . ſicut nobis.
§ . penultimo & capitulo nobis fuit . reſponſo primo . Quòd ſi
amicus meus pecuniam dedit ſimoniacè , promoueor : ſed non
ſum ſimoniacus : teneor tamen renunciare , vt infra eodem
de ſimoniacis . & capitulo de regularibus . & dicam plenius. in-
fra eodem § qua pœna . Sed ſi preces offerat , & pro prælatu-
ra iniuſtæ ſunt preces : maximè quando eſt laicus , cuius vultus
timeri poteſt. vt ſupra , de ele.Oſius.& capitulo quiſquis. & de
iure patron.propterea. xvj. quæſtio.vij.ſi quis deinceps.niſi for-
tè prælatus non habito reſpectu ad preces , ex ſuo duntaxat of-
ficio eum inſtituat , neceſſitate, vel vtilitate exigente eccleſiæ:
vt ſuprà,de ætat.& qual.tuam. Vbi autẽ pro ſimplici beneficio,
& is, pro quo offeruntur, indignus eſt,ſimonia committitur: j.
quæſtione j. de ordinationibus.& capitulo.ſunt nonnulli.Sed ſi
dignus eſt,& preces principaliter non ſequantur : non eſt ſimo-
nia. j. quæſtione prima.quibuſdam. argu. ad hoc.ſuprà de ætat.
& qual.tuam. Sicut autem ius ſpirituale [d] vendi non poteſt , ita
nec redimi. vt infra eodem.querelam. nec pro pecunia reſigna-
ri. j.

ADDITIONES.

a Pactum de lecto redimendo. ¶ Adde Doct.in clemen.dudum.de ſepult.

b Si presbyter noluit baptizare. ¶ Adde cap.baptizandus.j.quæſt.j. Card. Za.in c.cum in eccleſiæ.in prima quęſtione.de ſimo.Sanct.Thom.ij.ij.q.c. art.ij.idem Thom.in iiij.ſent.diſt.v.

c Suis precib. ¶ Adde gl.in c. quibuſdam.j.q.1.gl.in ca.Epiphanium. ead. cau.& q.San.Thom.iiij.Senten.diſt.xxv.

d Ius ſpirituale. ¶ Adde glo.in ca.quanto.de iudic.

ri.j.quæſtione j.nullus Epiſcopus. 2. nam in his omnibus tranſa-
ctio omnis pacto reprobatur, vt ſuprà dixi. & probatur ſupra,
de pact.cum pridem.& de tranſactionibus.ſuper eo.16.q.7. Sed
nunquid licet mihi redimere iniuriam meam ſine metu huius
criminis? puta Epiſcopus iniuſtè excommunicat me, vel infert
minas ſuper beneficio auferendo: quod iuſtè poſſideo, do ei
pecuniam, vt ſententiam iniuſtam reuocet: uel ab iniuria hac
deſiſtat, & quidem ego licitè redimo ius meum, licet ipſe illici-
tè recipiat argu.j.quæſtion.3.quæſitum infrà de magiſtris. pro-
hibeas.& de uſur. c. j. redimamus ergo tempus ſecundum Apo-
ſtolum:quoniam dies mali ſunt.arg.infrà eod.ad aures.& c. dile-
ctus.& infrà, & C.mandati. per diuerſas.& ff. de bonis eorũ, qui
ante ſententiam mor.ſibi conſci.l.j.nec obſtat infrà, eo. quære-
lam.vbi videtur utrũque prohiberi, ſcilicet emi & redimi. quia
ibi exponitur redimi, id eſt, ꝓ pecunia aſſignari. Item nec obſt.
j̃.eo.nemo: quia ibi non redimitur vexatio: ſed emitur abſolu-
tio ſecundum Goff. vel aliter, vt ſequitur. ſed ſi iuſtè excommu-
nicatus ſit quis, uel iniuſtè acquiſiuit beneficium, hincinde cõ-
mittitur ſimonia.arg.j̃.e.nemo.j.quæſt.j.nullus Epiſcopo.2.& §.
præced.ergo redemptio rei ſpiritualis permittitur vexato iniu-
ſtè & redimenti. Sed prohibetur vexanti, & pro vexationis ceſ-
ſatione recipienti.

7 Quid ſi † iudex non vult excommu
nicatum abſoluere niſi prius ſoluat certam pecuniç quantitatẽ?
Dic vt not.j̃.de exceſſib.prælat.§.j.verſi. quid ſi petitur ratione
conſuetudinis.& præcedenti. Licet igitur epiſcopo redimere de-
cimas de manu laicorum:j̃.de vſuris c.j.quod intelligas, ſi redi-
mat à milite: ſecus ſi emerat à uicinis, cùm aliàs volunt ipſas
ſoluere hi, qui ad hoc tenentur: ſic no.Ioan.j.q.3. peruenit, ſed
contra expreſſum.16 q.7. decimas.j.q.3.altare. Vnde fuerunt
qui dixerunt, ꝙ illud intelligitur quando ſine authoritate ſupe-
rioris redimit. Sed authoritate ſuperioris licet.arg.s̃.de præb.ni-
ſi eſſent.& c in Lateranen. & de his quæ fiunt à prælat. cũ Apo-
ſtolica.& de rerũ permuta.c.j.& de tranſactio ſtatuimus.& c.de
cetero.& c.veniens.ff.de his qui not.infa.furti.§.qui iuſſu. Alij
dicunt, quod ideo prohibetur Epiſcopis à laicis decimas redime
re, ne laici accipiant exemplum, & credant ſe ius habere, ſed tñ
non habent:ut ſupra, de præſcrip. cum cauſam. Illud videtur ve-
rius, quòd authoritate ſuperioris hoc fieri poſſit: vt & cauſa ma
li exempli vitetur: quia dicetur eis, quòd a Deo detinent eas ꝯtra
animam ſuam, cùm ſpirituales ſint: quòd etiã redimi non poſ-
ſunt niſi ſuperior interponendo authoritatem, ſimoniam pur-
get, quæ alias iſta occaſione committeretur. præterea, quia in-
ducendus eſt laicus per ſuperiorem, vt propriæ parochiæ reſti-
tuat & benedicetur: quod ſi inde vult pecuniam recipere, ſimo-
niam committet, etiam adeo ꝙ ſuperioris authoritas ex parte
ſua eam non poterit purgare.& iunge quod no. s̃. de dec. §. fin.
ſub §. 12. Quid ſi faciam pactum præſentatori, ꝙ non inquieta-
bo ipſum ſuper titulo obtinendo? Proculdubio ſimoniacum eſt:
vt infrà cap.per tuas.3.de hoc infrà eod.§. qua pœna. ſub §. per
8 Iudicem.verſi. ſed & Epiſcopus. † Item pro omni beneficio ac-
a quirendo [a] data pecunia, vel promiſſio facta, ſiue ſit beneficium
ſeculare, id eſt, ſecularis eccleſiæ ſiue religioſum, ſimoniam in-
ducit: etiamſi data ſit à parentibus, promoto ignorante: vt j̃. eo.
ex inſinuatione.& de regularibus, c.ſicut nobis.§.pen.& c.nobis.
& c.tua nos.quod dic ut not.s̃.§.j.verſi.mihi aũt. Sed & notandũ
eſt, quòd ſicut ſimoniacum eſt, mediante pecunia, vel pacto, rẽ
ſpiritualem acquiri: ſic & reſignari.j̃.eo.querelam. s̃. de teſti.ve-
niens. nã dare intelligitur, qui quicquid ſibi debetur, remittit.
8.q.3.talia.ff.de calum. quinetiam. & ff. de cond. cauſa data. ſi-
militer.licet ſit argu.ꝯ.ff. qui.mo.pig. vel hypot. ſol. l.j.§. cùm
debitor. C.ad Velleia.etiã. ff. de his quæ in frau. credi. ſi pignus.
Et eodem modo ſimoniacum eſt pecunia peccatorem recon-
ciliare, vel non reconciliare: infrà eodem. nemo. & capitulo ad
aures. nec mireris, ſi duo contraria in idem recidunt: nam & aliàs
hoc contingit, ut ſi precium recipiatur ob accuſandum, vel teſti
ficandum, vel non eligendum: vel nõ denunciandum: hæc enim
omnia ea l.puniuntur.2.quæſtione prima. prohibentur. & acce-
dit j.quæſtione prima.§.qui autem pecuniam. Sed obſt. capitulũ
j.quæſtio.j. Sunt quidã qui uiolentia vel fauore non permittunt
eccleſias ordinari, hos decernimus ut ſacrilegos iudicandos. Sed
dic ut ſacrilegos, ſubaudi, & nihilominus ut ſimoniacos ſecundũ
Goff.& omnes communiter: quod intelligo, qñ ex pacto violen
9 tia infertur: aliàs non puto hoc ſubaudiendum. † Sed nec omnis
pactio ſimoniam inducit: & ideo pœnam non meretur. nam &
poſt poteſt dari, ut in ea oratorium conſtruatur: ſuprà, de reſti-
tutio.ſpolia.olim.j.& ſub certo pacto poteſt dari licentia ipſum
oratorium conſtruendi: 18. quçſtione prima. Eleutherius. ſuprà
de reli.do.conſtitutus. ſuprà, de cenſi. quanto. argument. infrà
eodem. ex inſinuatione. talia enim pacta ſpiritualia reputan-
tur: ſicut & illud ſuprà, de præben. ſignificatum. ſicut ſuprà, de
ſeruis non ordin.nullus. ſuprà, de election. ſignificaſti. 10. quæ-
ſtione. j. capitulo j. & in traditione rei ſuæ poteſt quilibet quod
placet pactum apponere: ff. de pactis. in traditionibus ſuprà,
de condi. appo. veruntamen. Sed nunquid ante promotionem
poteſt cautio exigi ſine vitio ſimoniæ? Non: ſed poſtea poteſt:
8.quæſtion. 3.talia. j.quæſtio.ſecunda.quàm pio. dummodo pa-
ctum non præceſſit: aliàs contra: 8. quæſtione 3. Artaldus. po-
ſtea etiam præſtatur cautio, quæ ex antiqua conſuetudine com-
probatur. 63. diſtin. quia ſancta. excipe ſuperiorem, qui & ante
confirmationem, & pòſt cautionem debitam poteſt exigere: s̃.
de elect.ſignificaſti. 23. diſtin.quanquam.28.diſtin. de Siracuſa-
næ.s̃. de iureiuran. c.diſtin.adoptatum. nam & authoritas ſupe-
rioris plerunque tollit: s̃.de pact. cum pridem.j̃.de tranſacti.ſta-
tuimus.s̃.de præbendis.niſi eſſent.ff.de his qui not. infamia fur-
ti.§.qui iuſſu. non tamen ante electionem, ſiue promotionem:
vt argument.ſuprà, de electio.officij.

10 Qui † ad accuſationem ſimonia
ci admittãtur Et quidem ſecundum Da.omnes perſonç, etiam
irregulares: infrà eodem tanta. ſcilicet ſi clericus ſit malæ famæ.
cum enim accuſatio ſimoniæ ad inſtar accuſationis læſæ maie-
ſtatis procedat vt 15.q.3.ſanè.C.de epiſcopis & clericis.ſi quen-
quam & in crimine læſæ maieſta. criminoſi contra clericos non
admittantur, ſcilicet ſi ſint bonæ famæ: ut 2. quæſtione j. in pri-
mis. ergo nec in crimine ſimoniæ, eſt tñ certum, quòd cùm ac-
cuſator non probat, ſed teſtis, multi admittuntur ad accuſan-
dum, qui à teſtimonio repelluntur. & ideo eſt inter accuſatores
& teſtes ſubtiliter diſtinguendum: ut infrà eodem. licet Heli. §.
penultimo ad fin. ergo quilibet videtur admittendus: argumen.
infra, ſi dominus.& capitulo ſicut ſimoniaca. Sed de hoc dic vt
ple.notatur ſuprà, de accuſatio.§.quis accuſa.& verſic. ſequent.
& maximè per Ber. vero. ad teſtimonium autem non videntur
admittendi criminoſi contra clericos: contra regulares autem
admittuntur, licet ſint infamati illi regulares, & ſint teſtes emẽ-
dati de crimine, & agatur ciuiliter ad remotionem ab admini-
ſtratione: niſi teſtibus opponantur inimicitiæ capitales, vel con-
ſpirationes: j̃.eo. per tuas. ſecundum Da. Ego dico, quòd teſtes
etiam criminoſi, & maximè emendati de crimine, qui aliis ad-
miniculis fulciuntur: quod credo neceſſarium, quando ſunt cri-
minoſi, non emendati: aliàs maximè non participes in ſcelere,
& munere, zelo iuſticiæ teſtificantes, quibus minora crimina
opponuntur: vt j̃.eo. per tuas.reſpon.j.uerſicu. præterea.& ſeq.
& uerſi.cæteras admittuntur contra regularem inferioris gradus
grauiter infamatum, qui ſine ſcandalo de facili remoueri po-
teſt: ut j̃.eo.per tuas reſpon.j.uer. Item vtrum.& ſequen.& uerſ.
ille quidem. quando agitur ciuiliter, & ſecundum temperan-
tiam æquitatis: non ut deponatur ab ordine, ſed remoueatur ab
adminiſtratione: ut infrà eodem.per tuas. reſponſ.j. verſicul. v-
trum is. & ideo tales contra talem taliter merito admittuntur:
quia ex leuioribus cauſis remouentur: ſicut quorundam religio
ſorum approbata conſuetudo depoſcit: ut j̃.eod.per tuas.§ fin.
& ſupra, de appel.quia nos.& ſupra, de accuſa.qualiter. 2. in fin.
& ideo de plano debet procedere inquiſitio regularium, & ſine
ſtrepitu: quia ſeruos Dei his ſubtilitatibus non decet inuolui. Ve-
rum tamen eſt, quod ſi crimina alia opponerentur: legitimas ex-
ceptiones ſibi ſeruarem contra teſtes, ita quòd nullus criminoſus
contra eos admittatur, etiamſi adminiculis fulciatur: ut ſupra,
de accuſati.olim.I.V.& P. ſupra, de ſtat.mon.c.monachi.§.prio
res. Et adeo dicam ſeruandam diligenter prædictam diſtinctio-
nem, quòd ſi unum membrum deficiat, teſtem repello: & ſic
criminoſos ſine adminiculis etiam in crimine ſimoniæ, etiam
contra regularem inferioris gradus non admitto. Illos etiam
qui non zelo iuſticiæ ſed malignitatis fomite teſtificantur, re-
pello ut inimicos capitales & conſpiratores: ut infrà eodem.
per tuas.§. nos vero. Item prædictos repello, ſi agatur ad de-
poſitionem gradus: uel etiam, ſi denuncietur crimen per ali-
quem, ad hoc ut quis remoueatur ab adminiſtratione: quia
tunc ſecundum iuris rigorem procedi debet.ut not. de denun-
cia. ſub titul. de accuſationibus. Item nec ipſos admitto, ſi ſe-
cularis accuſetur uel regularis ſuperioris gradus, puta Epiſco
pus, uel inferioris bonæ opinionis, uel qui non poteſt ſine ſcan
dalo remoueri. Alij dicunt, quòd hæc decretalis corrigitur per
Grego. ſupra, de teſti. teſtimonium. Sed dicam illam intelli-
gendam ſecundum prædictam diſtinctionem: etenim abſur-
dum reputo, exiſtimare, quod dominus Gregor. hanc decre.
ita æquam,

ADDITIO.

a Pro omni beneficio acquirendo. ¶ Adde cap.reperiuntur.j.q.j. & in c.tan
ta.& ibi doct.de ſimo.

ita æquam, sic rationabilem multis vigilijs do. Innocen. patris iuris adinuentam, vno verbo subuertere voluisset: vt notatur suprà, de election. ecclesia. 2. §. denique. Item participes non admittuntur: suprà, de testibus. veniens. & capit. personas. C. de testibus. quoniam. 3. quæstio. 4. capitu. 1. 2. & 3. 2. quæstio. 7. testes. sed contra, s̃. de testi. extra mediatores. sed ibi loquitur de mediatore, qui admittitur: in illa verò veniens, de illo, qui socius est, qui repellitur. Alij dicunt, quòd illa, veniens, loquitur de participe sceleris & muneris: vt tetigi suprà eodem. versic. ego. sed extra. de participe sceleris tantùm. Sed certe adhuc videtur, quòd etiam participes criminis admittantur: vt 79. distin. si quis Papa. & 15. quæstio. 3. nemini. vnde dicunt quidam ꝙ ad accusationem admittitur, vt ibi, sed non ad testimonium vt in illa, veniens. Alii, vt T. dicunt. quòd criminosi non admittuntur, etiam in exceptis. nisi accusatus fuerit malæ opinionis, vt 2. quęst. j. in primis. & infrà eodem. per tuas. & vide super hoc quod not. s̃. de testib. §. quis possit esse testis. versic. Item in causa communis criminis. mediatores autem simoniæ simoniaci sunt. j. quæstio. j. si quis Episcopus. & nota infamiæ percelluntur. 1. quæstio. 3. c. fin. Sed quomodo repelli potest particeps criminis. nam si dicat, Non potes contra me testificari, quia fuisti meus socius in eodem crimine: sic condemnabitur vt confessus: quia tanquam fatuus circa se confitetur: vt suprà, de donat. inter dilectos. & de confes. cap. j. & 2. & 2. quæst. 1. ca. 1. Si dicat, Non feci quod mihi imponitur: & si fecissem, tu non potes esse testis tanquam eodem vitio laborans. sic mentitur. & lex non docet mentiri. 23. q. 3. qui peccat. docet tñ socium criminis repellere: vt C. de lib. causa. si filium. sed ibi manifestum est ipsum esse participem: quia dicebatur, ꝙ pater filiũ suum uendiderat genero suo: unde utrique deest accusator: quia nullus tam proximus coniunctus, poterit ignorantiã allegare: unde iudex ipsum potest repellere ex officio, cum notorium sit: ut argu. s̃. de excep. exceptiones. Secundum T. sic potest proponere: Ego excipio contra te, quia dico te illud crimen cõmisisse: super quo uis accusare me, uel in quo uis testificari. unde dico te non fore audiendum: & quòd uera sit exceptio, offero me probaturum. Si uero iudex talem exceptionem nõ admittat, iste appellabit: ut s̃. de appel. interposita.

31 **Qua pœna feriatur.** † De hac materia sic not. Goff. ꝙ simoniacus in ordine deponendus est, qualitercunq; de hoc constiterit, siue per modũ accusationis, siue inquisitionis, siue denunciationis: s̃. de accus. super his. & c. inquisitionis. & no. s̃. de accusa. sub rub. de inquisitionib. §. quis sit effectus. versi. ꝙ inquisitio. Simoniacus autem in beneficio vel dignitate constitutus per accusationem deponitur: per inquisitionem amouetur: s̃. de ele. per inquisitionem. & idem per denunciationem, cũ non posset agi vera pœnitentia, illo vel illa retenta: 13. dist. nerui. Simoniacus etiam in a dignitate suspensus est ipso iure:[a] & decipit animas, cum administrando nihil agat: arg. s̃. de ele. dudum. 2. & idem in beneficio curam animarum habente, quia de his idem iudicium habendũ est: vt in proxima decre. §. pen. & argu. suprà de filijs presby. ca. fina. In simplici uerò beneficio, aut est occultum: & sic suspensus est, quo ad se tantum: sicut & quilibet in mortali constitutus. aut notorium, & sic suspensus est quo ad se, & quoad alios: argum. suprà, de cohabitatione clericorum & mulierum, c. fin. b Si verò simonia committatur circa monachum,[b] conuicti per modum accusationis deponuntur tã recipientes, quàm recepti: sed si de hoc per inquisitionem ꝯstitit, recepti amouentur: & in arctioribus monasterijs collocantur ad pœnitentiam peragendam, recipientibus autem iniungitur pœnitẽtia, & donec ipsam peregerint, ab executione sacrorum ordinum suspendũtur: j. eo. cum dilectus filius A. Sed quare nõ remouentur priores vel abbates recipientes, etiam per modum inquisitionis cõuicti, cùm hæc sit pœna simoniacorum ordinaria: ut not. s̃. eo. uer. de hac materia. & seq.? respondeo: Illud locũ habet in simonia commissa circa dignitatem habentem administrationem: secus, si committatur in beneficijs conferendis, uel monachis recipiendis: in quo casu loquitur illa dec. dilectus. ut ibi multitudo erat in causa: s̃. de tem. or. c. 2. uel non erat utile monasterijs, ueteres iam amouere prelatos s̃. de renun. cap. 1. secundum Goffr. de hoc dic ut not. j. eo. sub. §. per iudicem. uer. sed quæ est ratio. Tu uerò, si placet, de pœna simoniacorum sic notabis: ꝙ simoniaci diuersas pœnas patiuntur: nam simoniaci pœnam patiuntur ipso facto. Item puniuntur per iudicem, aliquando ad tempus, aliquando in perpetuum. Ipso facto pœnam patiuntur simoniaci: quia si quis simoniacè fuerit ordinatus: intus ortus occidit: ut j. q. j. quibusdam. j. eo. accusatum. & c. quoties. & habet characterem furtiuum: j. q. j. ordinationes. & ita ipso iure suspensus est. ideo dicitur, ꝙ quãuis omnis peccator, subaudi, nõ præcisus ab ecclesia per sententiã iudicis, vel canonis: & sic tollitur obiectio de excommunicatis & suspensis, qui excluduntur à participatione sacramentorum. 3. q. 4. Engeltrudam. suprà, de exceptio. à nobis. j. de cler. excommu. si celebrat toleratus & pœnitens. & sic non ob. quod obiici consueuit de constituto in mortali: qui suspensus est, quo ad se, vt sequitur, quod locum habet in enormibus etiam occultis, & non in mediocribus notoriis. nam hoc etiam post peractam pœnitentiam executionem ordinis detinet impeditam: s̃. de renun. nisi cùm pridem. 50. distin. de his. s̃. de tempo. ordi. c. fi. licet autem talis peccator, scilicet nõ præcisus toleratus & pœnitens, celebrare possit, tamen simoniacus non potest: vt j. eo. tanta. sed contra j. eo. tuæ. dixit Da. ꝙ ibi loquitur de occulto. sed decre. tãta. intelligitur de notorio. ille enim suspensus est: 1. quæstione 1. reperiuntur. 32. quæst. 2. §. verum. Et hoc intelligas, quo ad alios secundum T. nam quo ad se, est ipse suspensus, quantumcunque occultus sit, sicut quilibet peccator: suprà, de cohab. cle. & mu. ca. vlt. 1. q. 1. si sacerdotes. vel dic, ꝙ si est simoniacus in ordine etiã occultus, suspensus est, quo ad omnes: quia non habet characterem: intelligas, quo ad executionem: 1. quæstione prima. capitu. 2. & sic loquitur c. tanta. Nec ob. infrà, eodem ex tuæ. quæ dicit, quòd non potest prohiberi ab executione: subaudi, facti. quasi dicat: de facto potest exequi, cùm crimen sit occultum: & tu scias hoc, tanquam sacerdos, quare non potes eum prohibere: vt suprà, de tempor. ordi. extrà nullum. & de officio ordin. si sacerdos. & ideo intellige secundum G. Na. in illo, qui simoniacè recepit beneficium, quod certum ordinẽ requirebat. prout legitur s̃. de ætate & qualita. c. 1. & in homicida: vt suprà. de accus. inquisitionis. & de tem por. ordi. quæsitum: sed ille qui dat ordinem, non est suspensus, nisi quo ad se tantum: nec simoniacus in religione: vt s̃. eo. veniens. & c. dilectus filius A. vnde ille qui confert ordinem, cum non sit suspensus, quo ad alios, ipso iure executionem dat. Sed ille qui simoniacè recepit, non posset eam dare: quia non habet. 1. q. 7. Daibertum. & ideo non potest celebrare: 1. q. 1. sicut eunuchi. & c. quibusdam narrantibus. Alii autem hoc possunt de potestate officii, nõ de potestate meriti: vt j. eod. tanta, nam de potestate officii potest hæreticus celebrare: ut 1. quæstione 1. quod quidam. Ioan. tamen di-
12 xit † quòd qui semel simoniacè contulit ordinem, de cæterò executionem dare non poterit, quantuncunque occultum sit, quantuncunque recipiens ignoret: vt 1. quæst. 1. si quis a simoniacis. & ideo dicitur ibi misericorditer. & eadem quęstione reperiuntur, & capitulo, quibusdam. Sed hoc videtur reprobari: infra eodem. per tuas. 2. per quam videtur dicendum, quòd si recepi ordinem ab illo, quem simoniacum ignorabam, executionem habeo. quamuis etiam a quibusdam hoc audierim, nisi me conscientia remorderet. Simile habes j. de sententia excommunicationis. cùm illorum. responso 1. & §. fin. vbi in eodem casu secularis deponitur: sed tantum suspenditur regularis, Dicunt etiam quidam, simoniacum quantuncunque occultum, suspensum esse, quoad omnes: vt supra nota & notorium fornicatorem. 32 distinctio. §. verum. & capitulo nullus. & capitulo præter hoc. & capitu. si quæras: quare iura canonica hæc duo crimina adeò persequuntur? resp. simonia est morbus cancerosus: & ideo ferro ignito opus est: est etiam malum vsitatũ. 1. quęstio. 1. reperiuntur. Item fornicatio commune vitium est: 50. distinct. quia tua sanctitas. in fin. & ideo in his pœna exacerbari debet in vtroque. ff. de pœn. aut facta. §. fin. Suspensus autem, vel excommunicatus, vel depositus, executionem officii non habet, quamuis characterem retineat: ut 1. quæstio. 1. §. op-
13 ponitur. Io contra, & dicit, † quòd hæreticus excommunica-
c tus[c] & depositus conficere potest, & alia sacramenta ministrare: 1. quæst. 1. Dominus. & c. non nocet. & c. dictum est. de consecra. distin. 4. non in nobis. præterea quæ esset ratio, quare damnatus a Deo posset conficere, quãdiu toleratur ab ecclesia: sed damnatus ab homine, non. quasi dicat: non video, secundum Io. Sed alij dicunt, quòd nunquam conficiunt tales: nec executionem habent: nam ut dicit Pelagius, si ueritate ducerentur, non est Christi corpus quod hęreticus conficit: ut 24. quæstio. 1. schisma. nam hoc sacramentum unitatis est. de consec. distinct. 2. quia passus. & ideo extra unitatem ecclesiæ conficí nõ potest: ut 1. quæstio. 2. ecclesia. & capitu. sacerdotes. quod etiam uerum uidetur, secundum Innocen. quia hoc sacramentum nemo po-

ADDITIONES.

a Suspensus est ipso iure. ¶ Adde gl. in c. reperiuntur. j. q. j. gl. & Arch. in c. ad hęc. 32. dist. gl. in c. de his. el 2. 50. distin.

b Circa monachum. ¶ Adde quid de abbate dante pecuniam vt fiat monachus. Adde Io. An. in c. fi. de simo. idem Io. An. in c. ex parte. el. j. de offi. deleg. gl. & Doc. in c. cum pridem. de pact. & gl. in c. tua. de simo.

c Hæreticus excõicatus. ¶ Adde c. secundum. 19. dist. c. ostenditur. & c. quomodo. de consecrat. dist. 4. tex. & gl. in c. subdiaconus. 24. q. prima.

mo poteſt perficere, niſi ſacerdos catholicus: quia extra eccleſiam nullus ſaluatur ritè, ſecundum claues eccleſiæ ordinatus: ut ſuprà, de ſumma trini. c. 1. §. vna. Eſt tamen verum, quòd tales epiſcopi licet ordinando aliquam executionem non transferāt, quam non habent: tamen characterem, quem habent, transferūt mortuum & nudum, qualem habent: & ideo ſi ordinatus ignorans fuerit, poteſt cum eo per epiſcopum miſericorditer diſpenſari: dummodo ignorantia facti fuerit probabilis: non craſſa, nec ſupina: aliàs Papa ſolus diſpenſare poſſet: ut ſ. de ordin. ab eo, qui reſigna. epiſcopa. c. 1. & 2. quare patet, quòd conficit: quia ſine miſſa ordines non celebrantur: ut ſup. de cle. quòd ſicut. §. ſuper eo. & quòd excommunicatus celebret, & conficiat, comprobatur ſ. de ſacra. non ite. à nobis ſecundum Ber. & vide quod no. ĩ. de ſchiſma. §. quid iuris. & ſecundum hoc intellige iura, quæ faciunt pro hac via. 9. q. 1. ab excommunicatis. & c. ordinationes. & quæ faciunt contra. 9. q. 1. c. 1. & de conſecra. diſtin. 4. quomodo. & 1. quæſtio. 1. qui perfectionem. & c. vetum eſt. & 24. q. 1. audiuimus. arg. ad hanc diſt. ĩ. eod. per tuas. 2. & ſ. de appe. ſi duabus. de hac materia dic, ut plenè determinaui. ſ. de tempo. ordi. §. & à quo ver. hæc igitur ſit fides tua. excipe tamen depoſitum, ſecundum Goff. ut ibi no. & ĩ. de cler. excom. mini. §. 1. verſi. ſed nunquid depoſitus.

Per Iudicem autem pœna imponitur ſed refert vtrum quæratur de crimine in modum accuſationis, uel in modum inquiſitionis. Si in modum accuſationis. & is qui accuſatur infamatus eſt, debet iudex eũ ſuſpendere ab executione ordinis ad tempus, ſcilicet quouſq; didicerit, an verum ſit id ſuper quo accuſatur: vt ĩ. eo. accuſatũ. & c. quoties. Idem ſi occultus ſit: ex quo habentur certa indicia: & ſic poteſt intelligi. infrà eo. ſicut ſimoniaca. uel aliter, ut ſtatim dicam. Quod ſi accuſator intentionem ſuam probauerit ſiue per confeſſionem, ſiue per teſtes, quia non refert de modo, dummodo crimen ſufficienter probetur: debet protinus eliminari ab eccleſia Dei, id ex, extra limites poni: ut infrà, eod. ſicut. hoc eſt cum graui infamia, quæ ſequitur, debet deponi: ut 1. q. 3. c. vlt. 1. q. 2. presbyter. 15 q. 3. ſanè. C. de epiſcopis & cler. ſi quenquã. Si verò in modum inquiſitionis quæratur de hoc crimine: ſi infamatus ſit ſecularis, qui adeptus eſt beneficium ſimoniacè ignoranter, cogitur renunciare, ſed non deponitur. ĩ. eo. ex inſinuatione. Si verò ſcienter, ſimiliter deponitur: ut ſ. de accuſa. inquiſitionis. ſed ſi regularis eſt, & eſt ſimoniacus in ordine idem erit: arg. in his quæ not. ſ. eo. ver. ipſo facto. & ſeq. & infrà eod. per tuas. ſi verò in beneficio & ignoranter ſunt promoti, renunciare tenentur: ut ĩ. eod. de regularibus. in fi. dantes tamen & recipientes ſunt pœna canonica feriendi: ut infrà eod. ſicut nobis. §. penulti. & vlti. Vbi verò ſcienter promoti ſunt ad conſortium regulare, pœna depoſitionis remittitur: veruntamen recepti citra concilium generale, de monaſterijs, quæ taliter adepti ſunt, remouentur, & in alijs monaſterijs arctioris regulę retruduntur: ſed cum his qui recepti ſunt ante concilium miſericorditer diſpenſatur, ut in alijs locis euiſdem ordinis collocentur: uel ſi præ nimia multitudine hoc fieri non poteſt, perm ttitur, ut in eo monaſterio poſt liberam reſignationem remaneant, mutatis prioribus ſedibus, & inferioribus aſſignatis. ſecundum hoc intellige ĩ. eod. de regularibus. reſpon. 1. & c dilectus filius A. & conciliũ generale. quoniam ſimoniaca labes. Sed & cum his, qui citra cõcilium ſunt recepti, aliquando per Papam diſpenſatur. & ꝙ dicitur de monachis, etiam ad abbates extenditur. ſed non coguntur monachi renunciare ſpiritualibus, uel abbates renunciare tēporalibus, quæ hincinde acquiſita ſunt, nullo precedēte: ſed ſola intentione: quod dic, ut not. ſ. eod. §. quid ſit. & habes ĩ. eod c. vlt. ubi dicit, ꝙ tale peccatum per penitentiã ſolam aboletur, & ſic collige, ꝙ facilius & tutius remittiť iniuria facta Deo, quam homini: per quod patet ratio, quam quærit Io. ſ. eod. § reſpon.

14 ver. ſuſpenſus autem. & ſequent. Sed quæ eſt ratio †, ꝙ ſecularis conuictus in modum inquiſitionis degradatur, & non regularis? Reſpon Quia in inquiſitione ſecularis ſubtilitas iuris requiritur: & ideo in his criminibus exceptis de ſtricto iure pronunciatur: ſed in inquiſitione regularis de plano proceditur: & ideo de plano punietur: ut patet in his quæ no. ſ. eod §. quid de accuſatione. & ſub ti. de accuſa. in rub. de inquiſitionibus. Item quia regula eſt approbata, ut qui in vno grauatur, in alio releuatur: vt ĩ. proximo verſ. ſed & epiſcopus. & ſeq. Quid ſi quis confert bona ſua eccleſiæ ſimpliciter ſine pacto: hac tñ intentione vt per bona temporalia quę offert, ſpiritualia valeat adipiſci: ipſa aliàs non daturus, nec ipſum eſſent aliàs clerici recępturi? Ad hoc dicit decret. ꝙ tam ille, quàm iſti apud diſtrictũ iudicem, qui ſcrutator eſt cordium, culpabiles iudicantur: ĩ. eod. tua. §. licet autem. vnde cum non dicat, ſimoniaci iudicantur, puniendi ſunt propter prauam intentionem: fuerunt tamen qui dixerunt, ꝙ non ſunt ſimoniaci: tamen ſunt tanquam ſimoniaci puniendi, propter prauam intentionem cum opere ſubſecuto: arg. ſuprà, de biga. nuper. in fin. & c. à nobis. Tu dic, ꝙ ſimoniaci ſunt: quia ſola voluntate [a] committitur ſimonia. quod dicitur not. ſ. eod ver. ſi verò ſcienter & ſ. eo. §. 1. Quid ſi monaſterium non abundat, imò eſt tenue & depreſſum nimia paupertate: nunquid poteſt pecunia dari. & recipi, ſine vitio ſimoniæ? Non ſatis, tamen poteſt concedi, ꝙ hæc verba poſſint dicere hi, qui ſunt de conuentu volenti intrare, Nos libenter & gratis recipiemus te ad conſortium noſtrum ſpirituale: ſed cum bona noſtra non ſufficiant nobis & tibi de porta tecum unde viuere poſſis: uel ſic, Prouideas tibi vnde viuas: tunc enim ſi ingrediens aliqua temporalia conferat non committitur ſimonia. nec ob. ĩ. eod. quoniam. ubi dicit, paupertatis prætextu volentes vitium huiuſmodi palliare. nam illa intelligenda eſt, quando non ſic cautè proceditur: imò recipientes pactum faciunt, & certum forum, & cũ ſic commiſerunt, nituntur prætextu paupertatis excuſare. Sed hoc prætextu non parcitur delinquenti: ff. de ri. nup palã §. non eſt ignoſcendum ſ. de diuor ex literis. nam eſſet ſanctius fame mori. 32. qu. 4. ſicut ſanctius. & omnia mala de mundo pati. 32. qu. 5. ita ne. nec obſt. ꝙ à furto excuſat famis neceſſitas de conſe. diſtin. 5. diſcipulos. quia tali tempore omnia ſunt communia: ff. ad l. Rhod. de iac. l. 1. §. cùm in eadem naui. Sed ſi non fuit tanta neceſſitas, non excuſat in totum: infrà, de furt. ſi quis per neceſſitatem. Quid de monaſterijs [b], ubi nullum pactum imponitur, eſt tamen taxatum quantum puella ingrediens dare debet? & quidem talis taxatio reprobatur: ĩ. eod ſicut pro certo. & in c. tãtum. in fi. Ideoque ſi pactum interponatur de tali conſuetudine obſeruanda, ſimoniacum eſt: ut ĩ. eod. veniens. & cap. in tantum. § cùm verò expreſſius idem eſt, ſi gratis recipiatur, & poſtea compellatur receptus ad talem conſuetudinem obſeruandam: ĩ. eod audiuimus. & c. Iaco ſin autem omni conuentione, omni compulſione ceſſante, gratis detur id quod eſt conſuetum, non committitur ſimonia, quo ad militantem eccleſiam. quamuis hoc ſit ſimoniacum, quo ad Deum: argu. ĩ. de vſur. conſuluit. 14. qu. 3. plerique. & eſt expreſſum ĩ eo. c. ſi quod dicut no. ſ. eo. §. 1. Sed nunquid poſſit circa hoc aliquod remedium haberi, ſic ut moniales puellam gratis & ſpiritualiter recipiant? & ſi ita pauperes ſint, quòd non poſſunt eidem in neceſſarijs prouidere, agant contra patrem ad alimenta, ad quæ tenetur: ut no. ſuprà, de conſe. in fi. infrà, de infan. & lang expoſitis. & ſi mortuus eſt, agat ad patrem hæreditatis ſuæ: ut in auth. de ſan. epiſcopis. § nullam. pen. colum. colla 9 Sed epiſcopus qui recipit promiſſionem, ſiue iuramentum ab ordinando, ꝙ eum non inquieter ſuper petendo titulo, uel repræſentator, qui ſimile pactum recipit, pœnam habet, quia repræſentator ipſo iure ab executione ordinum eſt ſuſpenſus per triennium: ordinator verò & ordinatus, ſine præfinitione temporis à collatione & executione ordinis ſunt ſuſpenſi donec gratiam ſedis Apoſtolicæ mereantur, ut ĩ. eo. ſi quis ordinauerit. Greg. Si quæras quare hæ diuerſæ pœnæ ſtatuuntur? reſpondeo, Ordinans & ordinatus magis delinquunt, quàm repræſentator, cum in poteſtate eorum ſit ordinem conferre, uel recipere: & ideo magis puniũtur in his quòd tempus non apponitur: vnde poſt tempus triennij uel decennij excedit: & ſic punitur ſecundum regulam: ſuprà, de tranſlat. epiſcopi. inter corporalia. §. vlt. & de elec. nihil in fi. reſpon. 1. ĩ. de cleri. exc. mini. latores. ſed & repræſentator magis punitur alio reſpectũ: quia ſuſpenditur ab executione omnium ordiũ, ſed ordinans tantùm a collatione ordinis quem contulit, & ordinatus ab executione eiuſdem ordinis: & ſic puniuntur in eo, in quo deliquerunt ſecundum regulam. ſuprà, de tempo. ord. literas. & de iure pa. paſtoralis. Item quia in uno grauantur, in alio releuentur. nam hæc eſt regula approbata: ut not. ſ. proxi. verſic. ſed quæ eſt ratio. ut in fi. & probatur ſuprà de parochi. ca. 1. & de tranſla. epiſcopi. inter corporalia § ult. & ff. de iureiuran. eum qui. Sed quare omnes hi non degradantur, cum ſeculares ſunt? Dicunt quidam, quòd non ſunt verè ſimoniaci: nam tempore, quo pactum fuit, non erat aliquid in obligatione: ſed certè hæc reſponſio non proficit, cum ſpes eſſet debitum iri: argu. Inſti. de verb. obl. §. ex conditionali. vnde non poteſt negari, quin illa ſpes, quæ etiam poſtea omnino extitit, remiſſa ſit: & ſic eſt ſimonia vera, cùm idem ſit remittere, quod dare: ĩ. eo. querelam. & ſ. de teſti.

ADDITIONES.

a Sola voluntate. ¶ Adde tex. & ibi doct. in c. ſi. de ſimo.

b Quid de monaſterijs. ¶ Adde no. in c. non omnis mulier. xxxij q. ij. quem Bald. alleg. in l. ſi. quenquam. in §. cùm ſanè. C. de epiſcop. & cle. ſed vltra Bal. alleg. bonam gl. ad hoc in verbo, ergo pro matrimonio contrahendo. ead. cauſa & q. & illam glo. ſequitur ibi Archi. & per docto. in capitu. cùm in eccle. de ſimonia.

ſ.de teſti.veniens.nam epiſcopus uel repræſentator in ipſa ordinatione nel repræſentatione,obligatur ad titulum aſſignandum ordinato:ut ſ de præben.epiſcopus. & c.cùm ſecundum. ergo aliquod commodum ſentiret inde,ſi tamen pactum valeret: & ſic eſt ſimoniacum,ut expreſſum eſt arg.ff.de calum.l.1.in fi.& l. 2.& 3.reſpon. 1. quare decre. Greg. intelligenda eſt in foro pœnitentiali. non in iudiciali quaſi dicat: caueat ſibi ordinans. & ordinatus,& repræſentator tale pactũ interponens,& recipiẽs: quia quamuis occultum ſit, & probari non poſſit: tamen hanc pœnam ipſo facto à canone patiuntur:& ſic ipſo iure ſuſpenduntur. Sin autem crimen probari non poteſt,indicitur purgatio infamato:in qua ſi deficiat,punitur tanquam conuictus:ut j.eo.de hoc.&c.inſinuatum.

15 **Quæ† diſpenſatio, & à quo circa** eos adhibeatur. Hic di.vtrũ quis ſit ſimoniacus,& ſimoniacè promotus:uel ſimoniacè promotus,ſed non ſimoniacus: uel ſimoniacus,ſed non ſimoniacè promotus. Item vtrũ ſimonia cõmittatur in ordine,uel beneficio. Si quis ſimoniacus eſt in ordine,ſcilicet quia dedit pecuniam, ut ordinaretur in ſubdiaconum, vel diaconum,uel ſacerdotem hic nõ poſſunt epiſcopi diſpenſare [a]: infrà eod.nobis.quia non poſſunt diſpenſare, niſi in adulterijs, & minoribus criminibus:ut ſ. de iudic.at ſi clerici. quin imò ſecundum quoſdam, etiam diſpenſari non poteſt cùm tali: quia ſimoniacus neceſſe habet renunciare ei, quod ſimoniacè acquiſiuit:ut j.quæſt. 1.ſi quis neque ſanctis.ſed ordini aliquis non poſſet renunciare,cùm animæ imprimatur:32 quæſtion.7.licitè.neque executioni: quia illam non habet, ideo non poteſt vitium purgare:14 quæ.6.ſi res.Sed hoc non credo:imò poteſt Papa cũ tali diſpenſare:quia poteſt ſe vltrò offerre ad depoſitionem.21. diſt. nunc autem. Sicque poteſt renunciare, quantum in eo eſt: & ſi Papa diſpenſet ſecum,purgabitur vitium ordinis: j.q.5.præſentiũ.nam & vitium furti purgatur re furtiua apud furem manente,domini voluntate.ff.de vſucap.ſi fur.1.q. 1. quod quidã. verſi.ſi fortè.idem in violento detentore:ff.de precario.certè.§. Iulianus.& comprobatur j.eo.per tuas.2 & 3.& c.penult.Multò fortius ergo, ſi non ſit ſimoniacus: licet ſimoniacè promotus: ſcilicet quia eo ignorante data eſt pecunia: & ideò fortè in hoc caſu,ſi tamen ocultum ſit,poterunt epiſcopi diſpenſare:argu.infrà, eodem, ſimoniacè. Sed quid ſi quis promotus ſit ſimoniacè ad religionem aliquam? Dic ut ſuprà,proxi.§.verſi.ſi verò& poteſt adhiberi diſpenſatio ab epiſcopo,ſi ipſo ignorante fuit pecunia data: Alij dicunt indiſt.ſtandum fore concilio generali:infrà, eodem,quoniam. Quod ſi quis aliud beneficium ſimoniacè adeptus fuerit,& erat ſimplex,poſt liberam reſignationem ipſius poteſt recuperare ipſum beneficium ex diſpenſatione epiſcopi,uel etiam capituli,epiſcopo conſentiente:ſuprà, de elec. ſi alicuius. in fin.infrà,eodem,ex inſinuatione Sed ſi prælaturam,uel dignitatem adeptus fuerit, & ſine aliqua accuſatione venerit ad epiſcopum,& proprio motu renunciauerit,poſtulans humiliter,ut ipſius renunciatio admittatur,facta renunciatione,poterit recuperare ipſam prælaturam ex diſpenſatione ſui epiſcopi, qui in hoc non deliquit:ſi tamen vtilitas vel neceſſitas eccleſiæ hoc expoſcat:ut 1.q.5.præſentium. & c. quicunque. Si verò in iudicio contenderit,uel vocatus fuerit, timore probationum confeſſus fuerit,nõ poteſt epiſcopus cum eo illa vice diſpenſare:ut ſuprà, de ele.ſi alicuius.& infrà,eodem,nobis fuit.§.1.& 2.ſecundũ hoc intellige,1.q.1.erga.7.q.1. præſentium.& ſuprà, de elect. ſuper eo.& 1.q.1.c.1.& c.vlt. Vel breuius,dic,quòd in ſimplici beneficio diſpenſat epiſcopus cum capitulo,cum cauſa, & ſine cauſa: dum tamen prærogatiua meritorum iſtud expoſcat ſic intellige ſuprà.de electio.ſi alicuius.in fin.infrà,eodem, ex inſinuatione. In duplici autem poteſt diſpenſare,etiam vice ea,ſi neceſſitas eccleſiæ hoc expoſcat:ut in c.præſentium. aliàs non poteſt epiſcopus diſpenſare: vt in c.nobis fuit.§.1.verum eſt illa vice:ſed ſecũda bene poteſt: vt in c. ſi alicuius. in princ. & ſic decretum antiquum determinat Gregor.ſi alicuius.& Gregor.determinat Innocen.nobis fuit.ff de legi.non eſt nouum.& l.ſequen Quod autem dixi,epiſcopum diſpenſare poſſe,intelligendum eſt, quando non ſibi ſed alicui de ſocijs ſuis,ipſo ignorante,fuit pecunia data: aliàs ſi ipſe deliquiſſet, indignus eſſet poteſtate diſpenſandi:argum.ſuprà,de cleric.coniuga.diuerſis. & hoc innuitur j.quæſtio. 5.præſentium.ubi dicit per pecuniam non epiſcopo,ſed cuidam principum eius datam. Et hæc intelligenda ſunt de ſimoniacè promoto,non ſimoniaco:nam ſi ſimoniacus eſſet, ſcilicet quia ſciuiſſet ſimoniam interueniſſe,non poſſet epiſcopus diſpẽſare in duplici vllo modo:ſed fortè in ſimplici poſſet,inſtante neceſſitate eccleſiæ,aliàs non:Sed contrà, quia Chalcedon.concilium adeò condemnat ſimoniacum in beneficio, ſicut ſimoniacum in ordine:ut 1.quæſtio.1.ex multis.tamen vim habet Euangelij: 15. diſtinct. ſicut. & ad hoc 1. quæſtio. 1. ſi quis epiſcopus. Sol. illud quando ſimoniacus eſt, hic autem loquitur, quando

16 ſimoniacè promotus, ut dixi. † Sed nunquid epiſcopus poteſt diſpenſare in ſimonia commiſſa circa officia mortuorum, benedictiones nubentium,ſepulturas chriſmatis, venditiones ſacrorum vaſorum,ſeu veſtimentorum benedictiones,& conſimiles minores ſpecies? Dicunt magiſtri,quòd ſic poſt peractam pœnitentiam,eo quòd non prohibetur:argum.infrà de ſent.ex commu.nuper.nec obſtat 1.quæſtio.1.erga quia loquitur in ſimoniaco in dignitate:ſicut & infrà,eodem,nobis.in fin.ſecundũ Goffr.

Quid de pecunia data occaſione ſimoniacæ prauitatis? Et certè videt̃ danda illi eccleſiæ,in cuius iniuriam data fuit:ut j.eod.de hoc. & c.conſulere.& c. audiuimus,& in auth.de ſanct.epiſcopis.§.ſed neque.& §.ſi verò laicus. Sed contrà:quia reſtituenda eſt illi,qui dedit: vt j. eod.veniens. Sol. ſecundum G.Na.dic,ꝙ vbi totum capitulum deliquit, reſtituenda eſt illi qui dedit:ut in illa decreta.veniens.ſed ſi vnus, vel duo,vel aliquis extraneus deliquit, tunc habet locum decre. de hoc. Sic & turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquenda: ff. de calum.in hæredem. j.de vſu.tua.Sed ſecundum T. ſi is qui dedit pecuniam, vult remanere in ſeculo, non reſtituitur ei. Si verò vult, intrare religionem, tunc eſt ei reſtituenda, ne ſit oneroſus monaſterio,ad quod tranſit:argu.16.q.6 de lapſis.17.quæſt. 4.ſi quis in atrio.27.quæſt.1.ſi quis rapuerit.ſ. de ſepul.c.1.ff.de iure doti.iure ſuccurſum eſt.& accedat ad hoc ff. de calum.l.generaliter. §. illud. & l. in hæredem. §. ſed etiam. Prælatus verò aliquid ab eccleſia extorquens per ſimoniam, debet reddere duplicatũ, vt j. eo.audiuimus.ſed ſi per impreſſionem,tunc reddet quadruplicatum:8.diſtin.quoniam quidem.1.q.1.concuſſionis.Concutere autem dicitur,qui prætextu officij ſibi commiſſi comminãdo aliquid ab inuito extorquet:ff.de concuſ.l.j.& 2.& 23.quæſt. 1.militare.

ADDITIO.

a Non poſſunt epiſcopi diſpenſare. ¶ Adde glo.in c.præſentiũ.1.q.5.Arch. in c.ſtatuimus 1.q.1.

Ne prælati vices ſuas, vel eccleſias alijs ſub annuo cenſu, vel precio concedant.
Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio vendi non poteſt. Et eam recipiens non debet dare pecuniam pro ea recipienda. 2.*
3 *Prælatus debet gratis iudicare. Et non debet eccleſiam vacantem ſub annuo cenſu, vel certa pecunia data, concedere.*
4 *Et quare non poteſt fructus eccleſiæ ſuæ vacantis vendere. 6.*
5 *Fructus eccleſiæ an poßint vendi laico.*
7 *Rector eccleſiæ an poßit conductitijs presbyteris curam committere.*

SVprà poſuit Magiſter de ſimonia in genere,nũc in ſpecie: ideo apponit hic rubricam, Ne prælati vices ſuas, &c. in qua notandum eſt, quòd non licet alicui prælato maiori ſiue minori vices ſuas, ſcilicet iuriſdictionem ſibi competentem, alij pro pecunia concedere: ut in ipſa rubrica. & infrà, eodem, capitu.primo ratio multiplex eſt.

1 † Prima ratio: quia ſi iuriſdictio vendi poſſet, emptor maiores faceret condemnationes & ſic ſubditos aggrauaret, & iudicia ſubuerterentur,æquitate repulſa:ut infrà,eodem.capitul. 2.ſi ergo hac ratione conſiderata, quanta pars pecuniæ dare prohibetur,multo magis quota: quia hoc etiam aduocato dari non debet, cui tamen quota datur:vt nota. ſuprà, de poſtulan. §. quis poſtulare.verſ. & illud. cùm enim condemnatio ſit in poteſtate iudicis, ſaltem in arbitrarijs: magnam mulctam leuaret fortè ut maius lucrum perciperet: ergo ſi iuriſdictio & officium prælaturæ conducitur, in grauamen ſubiectorum, & ſubuerſionem iudiciorum,non eſt dubium redundare: quia dum ſumptus quæritur, prædo graſſatur. 22. quæſtio. 1. militare. Item eſt ſecunda rõ:quia talis conceſſio continet ſimoniã nam qui vicariam conſtituit,curam tradidit:ſ.de offi.vica.c.fi.&ideo pro vicaria pecuniã dare,ſimoniacum eſt:ſ.tit.1.ad noſtram.Item alia ratione cõtinet ſimoniam, quia videlicet prælati gratis debent iudicium reddere: j.q.iij. vendentes. & c.non ſolum. & in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.colla. ij.ſpiritualia enim vendi prohibentur: & iuriſdictio ſpiritualis eſt:j.q.iij.ex multis.vnde & vẽdere

Caſtal-

Castaldionatum, vel œconomatum, simoniacum est: j. questio. prima. si quis episcopus. & quæstio. tertia Saluator. omnis enim iurisdictio, omnis potestas à Deo & spiritualis uidetur: vnde illud, Non haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. & est hoc argumen. quòd si quis dat pecuniam, ut in Imperatorem ꝓmoueatur, uel in potestatem, vel rectorem alicuius ciuitatis, simonia committitur: quia ipsa iurisdictio spiritualis est. de hoc infrà, eod. versic. in summa & uersic. sequen. Patet ex præmissis, 2 † ꝙ is qui recipit iurisdictionem, non debet dare pecuniam pro ipsa adipiscenda: econtrà autem is qui iurisdictionem committit, potest bene, & debet dare salarium in quanta parte, & non in quota: ut dictum est. arg. expressum s̃ de offic. or. inter cætera. & de appella. peruenit. & de præscrip. cum ex officij. & de clerico egro. de rectoribus. x. q. 2. precariæ. xij. q. 2. charitatē & is habebit curā animarū, & iurisdictionem delegatam, non ordinariam, & ad tempus non perpetuam: nisi quādo vicarius cōstituitur, vel coadiutor perpetuus datur: ut in supradictis iuribus proxi. allegatis. 3 Tertia ratio est †, qa cùm prælatus gratis debeat iudicare: 14. q. 5. non sanè. & mundas seruare manus, nullumque a cōtingere lucrum[a], si iudicia venalia exponit, Deū & legē offendit: vt in auth. de man. prin. § oportet. col. 3. 11. q. 3. q rectè. Sed opponitur: nònne idē est remittere, ꝙ dare, quo ad simoniam committendam? Suprà tit. prox. quærelam. s̃. de testi. veniens. & tamen video: ꝙ episcopus potest iurisdictionem sub annuo censu remittere: s̃. de reli. do. constitutus. So. Dic, ꝙ priuilegiū libertatis indulgens potest censum retinere pro temporalibus, quæ remittit: s̃ de censi. cùm venerabilis. quinimò in traditione rei suæ potest retinere quod placet: s̃. de censi quanto. nec retentio census vitium simoniæ inducit: quia non retinetur tali pacto, ut iurisdictio remittatur: hoc. n. simoniacum esset: vt s̃. de transact. prçterea quarto loco. sed ut antiqua subiectionis probatio inducatur: s̃. de censi. omnis anima. & est indicium libertatis infrà b de priui. recipimus. secundum Goffr. [b] † Item prælatus non de-4 bet ecclesiam vacantem sub annuo censu, uel certa pecunia data concedere. ut j̃. c. pe. & s̃. de simo. nō satis. & hoc intellige de ecclesia, id est, de prælatura, quç nec conductitiis presbyteris cōmitti debet: 21. q. 2. prçcipimus. nam ecclesia, id est, fructus & obuentiones, rōne ecclesiæ prouenientes, ab illo qui ecclesiam habet intitulatam, uel cōmendatam, uendi possunt sub certo censu, & tuenda est pactio: vt j̃. eo. c. ult. non obstante contrario statuto diœcesanorum: ut s̃. de locato. vestra. quod intelligas usque ad certum tempus, & modicum, non in perpetuum, vel ad non modicum. nam talis habet ius in re, & agere pōt, & defendere: ff. si ager vectiga. l. j. §. qui in perpetuum. ff. de superfi. l. j. § quod ait. vel dic, ꝙ leges illæ locum habent in rebus priuatorum tantùm & de hoc no. s̃. de reb. eccle. non alien. § j. & §. & quibus ex causis. & dummodo ecclesias vel decimas: j. q. 2. peruenit. non tradat ad firmam loico: arg. s̃. de æta. & quali. c. 2. nec monacho. ergo à contrario, clerico seculari potest ecclesiam suam ad firmā tradere: ut s̃. ne cleric. vel mona. secundum instituta. sed & monacho potest nomine monasterii, ut ibidem. & de simonia. querelam. Sed & uidetur, ꝙ possit fieri talis uēditio laico religioso: arg. s̃. de deci. quamuis sit graue. dum tamen administrationem spiritualem non habeat: quia illam habere non potest, quantūcunque religiosus existat: suprà, de consti. ecclesia sanctæ Mariç. & de re. eccle. non alie. cum laicis. 96. dist. bene quidem. xvi. qu. 7. c. j. & §. cùm ergo. & c. in noua. & c. sequen. vsque ad §. vt ergo. & cap. præceden. si ergo. nec enim licet laicis ecclesias. regere, nec oblationes accipere. x. q. j. quia sacerdotes. & duobus c. seq. & uidetur ibi dici, ꝙ tales sunt excommunicati. nec mirum: qa nec etiam sacra vasa, uel vestimenta ab insacratis hominibus tāgi debent. de consecrat. dist. j. in sancta. & c. vestimenta. genera-c liter etiam prohibitum est omnibus laicis, ꝙ de spiritualibus[c] se nullatenus intromittant, suprà, de elec. ca. Massana suprà, de arbit. contingit. s̃. de iud. decernimus. s̃. de præsc. causam. sic intellige s̃. de deci. quamuis. & c. prohibemus. nec videtur excusare episcopi authoritas in hac parte: ut ibi. 89. distin. iudicatum. & iunge quod not. s̃. ne cle. vel monachi. §. quæ sunt permissa clericis. sub. §. clericis. ante finem. ver. sic & multo magis. & sequen. 5 Potest igitur illud dici †, ꝙ fructus ecclesiç possunt uendi laico, non tamē ꝙ administret, sed ponetur alius qui ei reddat: argu. s̃. de locato. vestra j̃. de ludç. ex speciali. & de hoc s̃. tit. j. §. quid sit simo. vers. mihi uidetur. nam & quamuis fructus ex spiritualibus beneficiis proueniant, non tamen sunt spirituales: vnde & vēdi possunt: ut tamen in hac uēditione siue locatione nihil spirituale commisceatur: s̃. de re. permu. ad quæstiones. Quid si quis prælatus fructus vendiderit, vsq; ad 7. an. & incontinenti pecuniam receperit totius septennij, & post receptionem mortuus est: nūquid successor tenetur stare venditioni? Sic, si pecunia versa sit in utilitatē ecclesiæ. arg. s̃. de solu. c. j. xij. q. 2. hoc huius placiti. & c. quicunq; suffragio. aliàs contrà: s̃. de preca. c. j. & imputet sibi is, qui pecuniam tradidit: nisi fortè à principe impetratum esset speciali priuilegio causa fortè Theologiæ, vel peregrinationis Sanctæ terræ, vel alia quacunq; de causa. ad hoc j̃. titu. j. suꝑ specula. tunc enim cōtrahens priuilegio Principis decipiendus non esset. C. de his qui ve. æta. impetran. l. j. Goffr. verò not. ꝙ locatio non excedit uitam locantis: quia cum beneficia sint ꝑsonalia contractus circa illa habiti personas concedentium non excedunt. ar. s̃. de præben. nisi. s̃. de transac. decætero. & c. ueniens. s̃. de vsu. pal. ad hoc. nā & clericus vsufructuario cōparatur: vt j̃. e. ver. sed quare non potest: sed usufructuarius rei vsumfructum, quem habet, ultra vitam suam locare non potest: vnde & si conductor circa ipsam rem expensas fecerit, sibi imputabit: qa hoc euenire posset, ꝙ usufructuarius moreretur, & prospicere debuit. ff. de loca. & conduc. si quis domum. §. hic subiungi. Sed fortè ab hærede vsufructuarij repeti possunt: ar. s̃. de reb. eccle. non alie. ad audientiam. secundum Goffr. sed certè si pecunia in vtilitatem ecclesiæ versa fuerit, necesse est, vt uel pecunia reddatur, uel rata locatio habeatur: arg. suprà, de solu. c. j. & de fideiussoribus. ꝙ quibusdam. ff. de cond. indebi. nam hæc natura. 17. q. si. c. ult. ideo tene, ut no. s̃. uersic. proxi. Quid si quis obligauerit fructus ecclesiæ, obuentiones, & omnia ad ecclesiam suam pertinentia: nunquid transit commodum iurisdictionis, si ecclesia iurisdictionem habeat? Dicas quod sic: nisi fuerit excepta: quāuis specialiter vendi nō debeat: ut not. s̃. e. sic & multa alia transeunt tacitè cum vniuersitate: ut no. s̃. de iure pa. §. qualiter trāsferatur. uersi. venditioq;. 6 † Sed quare nō potest prælatus fructus ecclesiæ uacantis vendere, sed intitulatus potest, qui minor est? Respondeo: quia prælatus nō habet ius in re, id est, in fructibus: vt patet decima. quæstione secunda. si quis episcopus. & habet necesse gratis conferre: ut s̃. de off. archipresb. cap. fin. & de prçben. relatum. sed ubi pecunia intercedit, gratificatio remouetur: vt instit. de manda. §. ult. nec ad çternæ retributionis præmium habetur consideratio: ut j̃. eod. cap. penul. intitulatus autem habet ius in re ideoque potest fructus uendere, quandiu viuit: & sic vsufructuario comparatur: vt 16. quæstione sexta. illud. 7 s̃. de pecul. cle. c. vlt. † Sed nunquid potest rector ecclesiæ conducticiis presbyteris curam committere, uel etiam conductori fructuum ecclesiasticorum ad tempus? Respondeo. Pauper sacerdos potest operas suas ad tempus locare: ut not. s̃. titu. j. §. qualiter committatur. uersi. & sunt hæc in ar. Item fructus pōt uendi ad tempus, uel ad firmam tradi: vt statim no. vterque etiā puto ꝙ possit cura committi per idem tempus: gratis tamē & sine pactione aliqua, & authoritate episcopi interueniente: suprà, de offi. vicarij. ad hoc. super quo uide quod no. s̃ de offi. vica. §. & in quibus casibus. resp. j. & uersi seq. Sed cauēdum est, ne hçc duo misceantur: suprà de re. permu. ad quæstio. hoc enim ꝓhibitum est. & sic intellige 21. q. 2. præcipimus. uidetur etiam, ꝙ sine authoritate episcopi possit committi cura ad tempus per modicum, profectione necessaria imminente: arg. ff. de offic. eius cui man. est iu. l. j. s̃ de arb. c. 2. j̃. e. querelam quod fortè admitti potest per unum, duos, uel paucos dies: aliàs contrà x. q. j. per totū: quia nec peregrinari potest rector ecclesiæ sine licentia episcopi. de cons. dist. 5. non oportet. nec in totum iurisdictionem suā committere: ff. de offi. præsi. legatus, quamuis in quibusdā possit. ff. de iudi. cum prætor. § j. j̃. de pœn. omnes. In summa not. ꝙ is, qui iurisdictionem aliquam per pecuniam acquirit, ab offic. quod taliter adeptus est, & a clero remouendus est: concedens autē priuatur potestate conferendi, ut quilibet puniatur in eo, in quo deliquit: ut j̃. eo. c. 1. & 2. suprà de iure patr. pastoralis. & de temp. ord. literas. quandoque etiam deponitur. 81. dist. dictū. quandoque ad tempus suspenditur: ut j. q. 1. quicquid. Secundū autē leges talis incidit in l. Iuli. de ambi. l. nam hæc lex locum habet, quando quis per pecuniam se facit eligi ad aliquam dignitatem, seu administrationem. Sed in ciuitate Romana non vendicat sibi locum: quia Princeps illic eligit magistrum qui solud tus est lege [d] ideò dicunt, quod in curia Romana non committitur simonia. ad idem ar. quod not. infià tit. 1. §. vtrum à scholaribus.

ADDITIONES.

a Nullumque contingere lucrum. ¶ Adde text. in c. licet. xj. q. 3. & text. in c. cùm æterni. de re iud. lib. 6.

b Huc congruè satis referri ex Mar. poterit, dispensationem cum simoniaco, quadruplicem esse, nempe parua, magna, maior, & maxima. Parua, vt habeat communionem: j. q. 7. c. j. Magna, ut per pœnitentiam in alia ecclesia in suo ordine remaneat. Maior, ut etiam remaneat in eadem ecclesia, sed in minorib. ordinib. Maxima, ut etiam maiores ordines in eadem ecclesia exequatur, non ut habeat prælationem: de his tribus postremis j. q. 5. c. 1. Licet autem quidam dicant, ꝙ in nullo casu potest episcopus cum simoniaco dispensare. arg. extrà eo. tit. nobis.

c De spiritualib. ¶ Adde c. bene quidē. 96. dist. & in c. decernimus. de iudi. sed hodie laici & domini temporales se intromittūt, nedū de temporalib. sed etiam spiritualibus: & ita seruatur.

d Qui solutus est leg. ¶ Adde l. digna vox. C. de legib. l. princeps. ff. de legi. l. ex perfecto. C. de test. §. fi. 25. q. j. & in c. iustum est. 9. dist.

ribus uer. dico. habet ergo locum in ciuitatibus aliis & municipibus, in quibus electio ad populum vel clerum pertinet: vt ff. ad l. Iul. de ambi. l. j. resp. j. C. ad l. Iul. repe. l. vl. Sed quo ad iurisdictiones, est hoc intelligendum: quando pecunia datur clam alicui priuato: quia ex hoc uidetur aspirare ad pecuniam publicam subripiendam. Secus, si promittit in publica concione ciuitati, vel municipio, uolens prodesse tantummodo, non præesse: vt ff. de pollici. l. j. §. si quis. & de admi. tuto. non æstimo §. quæ. j. q. cunq;. & ff. de offi. præto. Barbarius. Habet etiam locum hæc lex pro nouo uectigali instituto, & si quis ingrediatur domum cognoscentis de criminali causa, siue sit accusator, uel accusatus, & imponitur huic poena. c. solido. & infamiæ. Sed si quis alium conuicit, in integrum restituitur, non tamen pecunia recipitur. Sed data in quadruplum, repetitur: vt C. ad l. Iulia. repe. l. vltim. in fi. Item habet hæc l. locum cum quis suscepit dignitatem, vel administrationem, secundò quàm primò tenuerat, & imponitur poena deportationis: vt C. ad l. Iul. de ambi. l. vnica. Sed fallit in assessore: ut c. de offi. asses. liceat. & in proconsule, qui 6. fascib. & uicib. potest creari: ut ff. de offi. proconsul. l. antepe. vel dic, 6. fascibus, id est, sex mensibus: quia non amplius durabat eius officium, secundum Azo. pauca tamen ex his hodie de consuetudine obseruari videmus: de hoc s. eo. respon. j.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Magister quis dicatur. Qualis debeat esse. Quam scientiam docere debet. 4. Et qualiter. 6. Et an à scholaribus collectā facere: vel leuare possit. 7.*
2 *Religiosus: & maximè monachus an possit in magistrum assumi.*
4 *Mathematica quid sit.*
8 *Exigens aliquid pro licentia docendi qua pena puniatur.*
9 *Clericus insistens studio an debeat percipere fructus beneficij sui.*
10 *Scholares quo priuilegio gaudeant.*

QVia scientia donum Dei est vt 16. q. j. reuer timini. & not. s. in procemio. in j. colū. ver. de ipsius igitur. & j §. vtrum à scholarib. uer. & tales. & ver. quid si magistri. & ideo tanquam spiritualis vendi nō debet: ideo post tractatum de simonia, subiicitur hæc rub. in qua videndum. Quis dicatur magister, Qualis debeat esse, Quam sciētiam docere debeat. Et qualiter debeat docere, Vtrum à scholaribus collectam leuare possit, Quid iuris, si aliquid exigatur, vel promittatur pro licentia docendi, An clericus studio insistēs debeat percipere fructum beneficij sui.

1 a Quis dicatur magister. † [a] Is qui alicuius rei, siue negocij ꝑ cæteris curam gerit. unde & magistratus vocantur per deriuationem à magistro ueniendo: & præceptor cuiuslibet disciplinæ magister vocari potest: à monendo, siue monstrando: vt ff. de verb. sig. quib. ergo & magister vocatur, quia regimen habet præ cæteris: vt ff. de extrord. acti. l. j. §. magistrum. & generaliter quicūque alium instruit, vel regit, ab eo meritò magister vocatur. vñ hoc nomen competit carpentariis, & quasi omnibus consimilibus: quare doctores legum dedignantur magistri vocari: & malè, qui sic vocantur in procemio ff. §. penul. dicit tamen Placentinus, ꝙ si dico. Petrus magister venit, intelligi debet de carpentario, vel simili. Sed si dico magister Petrus: tunc intelligi de magistro literarum: sicut & quando dicitur, bonus homo est, intelligitur de sancto & honesto. Si verò dicatur, homo bonus est, intelligitur de virili & probo.

2 Qualis † debeat esse. Et quidem idoneus, s. honestus, & discretus in sciētia q̄ docere intendit: ut j. c. j. ij. & iij magister enim primū morib. demum facundia illos quos docet, præcellere debet: ut C. de ꝑfesso. & me. l. magistros. li. x. imperitus ergo mathescos ri- sui patebit: vt 37. dist. qui de mensa. nam qui alios docere dēt, nō debet quærere ab aliis edoceri: ut in auth. de sanct. epis. § damus. ideo Neophytus ad hoc onus assumi non debet, quamuis inge- niosus sit. Sed is qui scientiam à maioribus suis traditā sibi ser- uat, & eo modo, quo audiuit, docet: vt 37. distin. relatum. & s. de elect. cum in magistrum. quod de Theologia potissimè intelli- gendum est & seruandum: quia ibi contra dicta sanctorum pa- trum non est dicendum, nisi authoritate Papæ fieret in quibus- dam: quia & si Papa contra fidem scribere vellet, non crederem ei. in aliis autem sciētiis possumus dicere contra maiores: quod dic ut no. s. in procemio. res. j. versi. quid ergo diuersa scripta.

Vtrum autem sufficiens sit magister, uel non, de facili deprehendi potest in lectionibus, & disputationibus. in sufficientia enim magistri nulla potest tergiuersatione celari: ut s. de æta. & quali. cap. pen. & vlti. à quolibet tamen debemus addiscere sine indignatione: vt not. s. in procemio. respon j. versic. nec dedignetur.

3 † Sed nunquid religiosus, & maximè monachus potest & debet in magistrum assumi? Non uidetur: quia secundum Io. non docentis: sed plangentis habet officium: nec debet pascere, sed pasci: vt 16. quæ. j. monachus. & multis c. ibi seq. Item quia secūdum Greg. nemo potest ecclesiasticis officiis simul & monachali regulæ deseruire: 16. q. j. nemo. multo minus monachali & magistrali. & sicut dicitur in concilio Hispal. in vno & eodem officio non debet esse dispar professio, & cohærere & coniungi non possunt, quib. vota & studia sunt diuersa: 16 q. 7. in noua. igitur non videtur, ꝙ clerici seculares & regulares, quo ad officium docendi, simul cōiungi possint: quia, s̄m Hug bonus monachus vix bonum clericum faciet: 16. q. j. legi. Sed si nō facit bonum clericum: ergo nec bonum magistrum. tales igitur repelli debēt ab officio magistrali: quia in talib. malè concordaret cithara cum psalterio. ar. s. de cle. coniu. diuersis. &c quòd à te. Sed contra, quia s̄m Io. ad Rusticū monachū: multo tpe debet discere monachus, quæ postea doceat. Sed caueat, ne tyro vsurpet: & ne prius sit magister, quā discipulus 16. q. 1. sic viue. & c. si clericatus. Item si monachus idoneus est præ cæteris: quia eminentis scientiæ est & uitæ sanctissimæ: nunquid est melius talē ponere in cathedrā, q̄ inhonestum, uel non tā honestū clericū secularē? Sic, secūdum Io. Chrysost. ar. xl. dist. multi sacerdotes. & Amb. 16 q. j. ductos & c. seq: maximè cum gratis doceāt: & sic in hoc ecclesię cathedrales valeant releuari. vnde nō sunt prohibendi s̄m Laterā. & generale cōciliū. j. e. c. j. & pen. nec enim sunt prohibendi idonei: j. e. quāto. idoneus aūt dicitur, qui morib. & facundia alios antecellit: sicut no. s. e. §. Secundò aūt talis ingerit se & sic est repellendus: ut in primis cōcor. aut à superiore suo mittitur: & ab illo, ad quem pertinet, licentiatur. & sic est admittendus: vt sunt nonnulli & c. 16. q. 1. moderamine. & c. si clericatus. & c. monachos. & c. nos autem. & c in parochia. & c. seq. dum à scientiis prohibitis abstineat. de hoc dic vt no. s. ne cler. uel mona. §. qua poena. cū enim specialiter prohibeatur religiosis de quib. scientiis, ut s. ne clerici vel mo. nō magno de aliis hoc concessum videtur. s. de præsum. nonne maximè de Theologia, ad q̄ indistinctè admittendi sunt tam seculares, quam regulares: quia generaliter & indistinctè Hono. III. hoc inducit. j. e. super specula. Hæc etiam requirit salus animarum, & publica vtilitas: vt apparet s. ne clerici, uel monachi. super specula. quæ præferenda est priuatæ. s. de renun. nisi cū pridem. § nec putes. igitur in hoc potissimè obedire dēt abbati monachus, cum non solum vtilitas ꝓprij monasterij: sed generalis ecclesiæ hoc exposcat: ar. 16. q. 1. monachi. s. de postu. ex parte. & s. de postu. præla. bonæ. j. §. nos igitur. & de cler. non resi. ad audientiā. & iunge quod no. s. de stat. mo. §. utrū populū. & j. de hær. §. fin. ver. liquet ex præmis. & seq. Non obst. ꝙ monachus non docentis habet officiū, quia illud uerum est, nisi ad aliud officium eligatur: nec illud Grego. nemo potest, &c. quia illud uerum est simul & eodem momento: sed diuersis horis potest, exercere utranque vitam, sicut & plerique faciunt clerici seculares: nec Hispal. concilium: quia uerum est, ꝙ sub vno & eodē tecto nō dēnt esse diuersæ professionis homines: s. cōtrarię. vt ibi. Sed certum est, ꝙ sub una & eadem vniuersitate diuersorum corporum hominum genera sunt diuersa. Sed nec quo ad officium magisterij pertinet. clericorum secularium & regulariū studia diuersa sunt: qa vtriq; studēt vtriq; docēt eādē doctrinā. s. grāmatici grammaticā, dialectici dialecticam: & sic de singulis. porrò si vniuersitas magistrorum & scholarium consideretur, certum est, ꝙ singularium sciētiarum modi & studia sunt diuersa: & tamen vnum corpus faciunt, & insimul cohærent, & in simul coniungūtur. nec obst. illud Augu. ꝙ bonus monachus vix facit bonum clericum, quia & si fiat, vix tamen fit. sic ff. de iud. uix certis ex causis.

Quā scientiam docere debeat. Et qdē quālibet, q̄ ad instructiouē animę, uel corporis, vel rerū faciat nō improbatam: ergo Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, Astronomia, doceri possūt: & ꝑ oīb. Theologia: vt 37. di. si quis Crāmaticā. & per totum. Quid aūt doceant artes istæ, his uersibus comprehende. Grammatica:

Quicquid

ADDITIO.

a Quis dicatur magister. ¶ Adde glo. in cle. 2. de mag. ex quo infertur, quòd docentes abachum non possunt appellari magistri, secundum Barba. in c. j. de loca. in j. col. uersi. ex quasi ferro. & an docentib. abachum detur immunitas, quæ datur professoribus liberalium studiorum, uide per Io. de Ana. in rubri. de magi. in 4. col.

Quicquid agant artes, ego septem prædico partes.
Dialectica:
Me sine doctores frustra coluere sorores.
Rethorica:
Est mihi dicendi ratio cum flore loquendi.
Triuium Musica:
Inuenere locum per me modulamina vocum.
Geometria:
Rerum mensuras, & earum signo figuras.
Arithmetica:
Explico per numerum quæ sit proportio rerum.
Astronomia:
Astra viasque poli, vendico mihi soli.

Quadriuium. Ars etiam mathematica ad instructionem doceri potest, non ad exercitium: vt 37. distin. leginius. & c. qui de mensa. 5 † Sed mathematica: quo ad utrunq; legi potest Mathesis em cum aspiratione significat quadriuium: & est pen. syllaba breuis. Sed matesis sine aspiratione est scientia diuinandi, vnde versus:

Sic facit mathesis: sed diuinare matesis.

Inde Matematici, qui capitali pœna plecti debent: ut C. de malefi. nemo. & de hac dicit, ꝙ culpa similis est tam prohibita discere, quàm docere: C. de malefi. culpa. Diuinant autem tales matematici: uel qui circa somnia, vel garritum, vel volatum auiũ, & obseruant dies, cal. horas, lunam, puncta & tempora: ꝙ prohibitum est: ut 26 q. ult. ab illo. ca. non licet. usq; in fi. & dicam. j. de sortile. § quot sint eius species. & sequenti. Tales secundum legem ad limen altaris accedere non debent: aliàs concremantur. nec aliquis debet eos suscipere, seu consulere, aliàs deportantur, & bona omnia publicantur: & diuinator gladio vltore feriri debet: ut C. de maleficiis nullus. & l. nemo. & l. culpa. Et si quis tali arte mulierem ad luxuriam ꝓuocauerit, bestiis subijcitur, ut C. de maleficis. multi. Item fortè si aliquē ueneno extinxerit: qa hoc plus est, quàm gladio perimere: vt C. de maleficis. l. j. Sed hi omnes lege Cornelia teneri videntur tantum ff. ad legem Corneliam. de falsis. l. j. §. j. Quilibet autem admittitur ad accusationem talium: sicut in crimine læsæ. ma. quia & diuinā maiestatem offendunt: & si quis per testes cōuictus fuerit: eculeo deditus, vngulisq; sulcantibus latera perferat pœnas. C. de maleficis. & si excepta. Maleficum autem nullus propria temeritate perimat: quia præsumitur, ꝙ hæc faciat, ne facinoris reos, socios publicaret: uel sub hoc prætextu inimicum occidat: ut de malefic. l. vlti. Sed hi qui hoc faciunt: ne labores hominum ventorũ grandinisque lapidatione sternantur, non pœna, sed præmio sunt digni: ut C. de malefi. corum. Hæc ars, s. matematica prohibita est: quia iniqua & illicita quò ad exercitium, ut dictum est. Sed est quædam alia: quę quamuis licita sit, quantum in se est: tamen illicita reputatur respectu quarundam personarum, quibus auditus prohibetur. quod dic, ut not. suprà, ne cle. vel mo. § quæ pœna.

6 **Et † qualiter debeat docere.** Primo ponēdo casũ, siue dicendo sensum literæ. Secundò: legendo literã, & exponēdo. & etiam construendo, si difficilis appareat. Tertiò inducendo similia. Quartò inducendo contraria, & soluendo, & distinguendo. Quintò quæstiones faciendo, & determinando. Sextò, dicendo notabilia, ad quæ & qualiter induci debeat decretalis: non tamen hæc omnia semper per ordinem seruari possunt. vel quia obliuioni traditur, vel quia non plenè prouidetur. Sunt etiam qui gloss. legunt sicut tex. quod idiotis placet: & mouentur ex eo, quia colligunt apparatum, & sic curant de uerbis tantũ. Sed certè quo ad intelligendam mentem, & retinendam, neque magistro expedit, neque scholari: Magister non debet parcere in cathedra sibi, nec aliis quo minus veritatem dicat, secundum quod didicit & credit verum esse: ut 37 dist. relatum. quia si ueniret contra conscientiam, ad gehennam ædificat: & grauius peccaret: quàm etiam aduocatus: 11. q. 3. pręcipuè. dictum enim aduocati non sequitur, sed potius impugnatur. Sed addiscentem credere oportet: ideò si magister malè doceat, faciet delinquere scholares: s. de uoto. & vo. redē. magnæ. Si uis scire, an unus magister possit locare scholas alii contiguas: vide quod nota. s. de fer. §. vlti. ver. quid si magister.

7 a **Vtrum † à scholaribus [a] collectam** facere uel leuare possit, dist. doctores, & dicunt indi. ꝙ sic, si nō percipiat salarium de publico: non enim tenetur propriis stipendiis militare. ut no. s. de si. §. qualiter cōmittatur. uer. in casibus. & seq. ar. 12. q. 2. quicunq;. & c. ecclesiasticis. 28 q. 1. iam nunc. in fi. sicut & iure peritus potest vendere consilium iustum: 13 q. in fi. sicut & iure peritus potest vendere consilium iustum: 13 q. in fi. §. non sanè. 11. q. 3. non licet. & argum. s. de uita & honesta. cler. cum ab omni. & 4. quæst. 3. ver. item venturus. ideo statutum est ꝙ in omnibus locis in quibus suppetunt ecclesiæ facultates: siue sit cathedralis ecclesia, siue alia, ponatur magister in Grammatica: cui competens beneficium assignetur, seu percipiat fructus vnius præbendæ: non tamen, ꝙ propter hoc canonicus efficiat: j. eo. quia nonnullis §. j. quod antiquitus de omnibus locis per Alex. de eccle. cathed. tantum statutum fuit: j. e. c. j. & 37. dist. de quibusdā. Quid si eo pacto recipiatur in canonicum aliquis magister, ut scholas teneat? dicunt hoc simoniacum: quia omnis pactio cessare debet: vacante tamen præbenda, potest illud onus ei annecti: ut s. de præbē. significatum. Sed & videtur, ꝙ tali pacto recipi posset, quasi intelligatur fieri permutatio de spirituali ad spirituale. ut s. de re. permuta. ad quæstiones. vt patet in his quæ not. s. eo. in prin. in continuatione rub & j. eo. uer. tales, & versi. quid si magistri. Et nunquid currit tempus 6. mensium canonicis, quia assignauerunt præbendam magistro: ut no. s. eo. §. respon. j si non eligant, authoritate concilij generalis: infrà, e. quia nonnullis. licet curreret si fructus retinuissent ad tēpus: ar. s. vt benefic eccl. ut nostrum. & j. quæ. 3. si quis obiecerit. si quis præbendam. Quid si nulla vacat præbenda? Expectetur quousq; vacet: arg. s. de præ. dilectus, 2. uel quilibet de ecclesia det tantũ de suo: ꝙ unam præbendam faciat: ar. s. de his. quæ fi. à maio. parte cap c fi. & s. de eccle. ædifi. c. de his nec ob. s. de præben. c. ante penu. quia illa intelligatur, quando aliquis priuatus volebat recipi: petens ꝙ sibi assignaretur præbenda, quæ defalcaretur de præbendis aliorum: ergo in diuisione illa uersatur priuata vtilitas. Hic autem publica: quæ priuatæ præferenda est: ut s. de postul. præla. bone j. § j. s de renun. nisi cùm pridē. §. porro, In metropolitana aũt ecclesia Theologus, ponatur, & grammaticus, nisi de duobus nimis grauata foret, in quo casu debet prouideri Theologo in metropoli: & per aliam ecclesiam ciuitatis, vel diœcesis Grammatico. Et tales magistri clericos eiusdē ecclesiæ, & ēt pauperes extraneos gratis docere debent: sed ab aliis, scilicet extraneis diuitibus: possunt collectam leuare. sic intelligunt j. e. c. j. & ca. quia nonnullis. Sed contra, quia scientia Dei Donũ est: 16. q. 1. reuertimini. circa fi. vnde vendi non debet: 1. q. 3. non solũ. imò gratis est gratia conferenda: ut ibi. & s. de simonia. in tantum. § j. & infrà eo. prohibeas. & verè philosophantes pecuniã contemnunt: vt 12. q. 2. gloria episcopi. aliàs incipit, Socrates. & ff. de iure imm. in honoribus. § philosophis. Item doctores philosophantes inter quos sunt iuris ciuilis professores. ff. de iusti. & iure. l. j. si pecuniam exegerint ꝓ professionem suam faciunt. C. de municip. & ori. l. professio. li. x. Dico, si magister pauper sit vel obligatus. siue percipiat salarium, siue non, licitè recipit collectam, sicut de episcopo dicitur: qui quamuis non possit exactiones, vel tallias in sacerdotes facere, permittitur tamen vt si manifesta causa & rationabilis extiterit, possit cum charitate moderatum ab eis auxilium postulare: vt de censi. cùm Apostolus. §. inhibemus. & de offi. ordi. conquerente. in fin. sic & scholares magistro suo subuenire debent: quia cùm quilibet in necessitatis articulo cōstituto astringatur, ut patet in his quæ no. s. de postu. §. ult. versi. itē omnes. & uer. sed nunquid pōt. & uer. quid si clericus multo fortius magistro. ideo dicit l. ꝙ cum Sabinus nō haberet amplissimas facultates, ab auditoribus suis plurimum sustentatus: vt ff. de orig. iur. l. 2. §. & ut obiter. vlti. colum. est ergo docentis necessitas releuanda, ut j eo. quia nonnullis. & est ei dãdum, inspecta scientia, facundia & labore: arg. ff. de uar. & extraordin. cognitio. l. j. §. in honorariis s de pręben. de mulcta. & inspecta dignitate & facultatibus scolaris: vt ff. de administr. tutorum. cùm plures. § curator. Idem videtur si in vrbe Romana doceat. nam talis immunitatem habet, siue percipiat salarium, siue non percipiat salarium: vt ff. de excusat. tutorum. in l. Græca si duas. §. amplius. ad idem arg. in his quæ notãtur s. tit. j. versi. in summa. & versi. secundum legem autem. nam & qui præstat obsequium, debet consequi beneficium. 12. q. 2. charitatem. s. de præbendis. cùm secundum Apostolum. & c. extirpandæ. §. cùm igitur & scolares magistros ditare debent suis munificentiis: ff. de donatio. Aquilius. & utiliter fiunt expensæ in mercedibus magistrorum: C. de neg. gest. si patrono. & sacerdotes: qui in tēplo erant, aliqua recipiebant pro sumptu. 1. q. 1. duces uel iudices. ad idem. ff. de officio præsidis. plebiscito. ff. de officio procōsulis. solent. § fi. in tali enim articulo constituto intelligo hęc iura, & similia. Si verò magistro nulla necessitas, immineat: & habet salarium, quod sufficit ad victum & vestitum, nihil debet exigere. Idem dico si percipiat beneficium, de quo debeat sustentari, & possit: poterit tamen gratis oblatum recipere: vt suprà, de simo. dilectus filius. in fin. 10. q. 3. priscis. 12. quæstio. j. ecclesiasticarum. 18. distin. de eulogiis. j. quęst. j. quicquid inuisibilis & c. placuit.

ADDITIO.

a Vtrum à scholarib. ¶ Adde gl. in c. de quibusdam, 38. di. & in c. quia nōnulli. de magistris.

ſic intellige j̃.eo poſtulaſti. Et ſi licet dictet authoritas, nihil ad nos de his qui foris ſunt.1.q.1.multi.45.diſt.qui ſyncera. & s̃.de diuor.gaudemus reſpon.1. illud intelligi debet, quo ad religionis eis inuitis regulas canonicas imponendas, vel ipſos directè ſpiritualiter puniendos: tamen multum ad nos, ut ipſos nobiſcũ, a ſiue ſub nobis habitatos in præmiſſis compeſcamus, & in ſeq. vt & apparet in his quæ no. s̃ eo. §. ver. hanc aũt.[a] & ſeq. Tertiò, ut ipſi à communione Chriſtianorum aſſidua abſtineant, ne ſimplices ab eis corrumpantur. 28 q.j. ſæpe. j̃. eo. ad hoc. Quartò, ut ab actis legitimis repellantur. 2 q.7. alieni. unde non ferunt teſtimo b nium contra Chriſtianum,[b] vt s̃.de teſt. Iudæi. ꝙ dic ut not. in ſumma. e. ti. §. quis poſſit eſſe teſtis. ver. fides. Quintò, ut Chriſtiana mãcipia non habeant: ꝙ dic vt no. j̃. ſub rub. de ſer. Iudæ. ver. canones. & ſeq. Sextò, ut in dieb. lamentationum, & Dominicæ paſſionis in publicum minimè prodeant: vt j̃.e. quia. & ne in cõtumeliã fidei noſtræ aliquid dicant: aliàs licita amittunt, ſi ſe ab illicitis non temperauerint: ut C e. Iudęos, quia priuilegium meretur amittere, q permiſſa ſibi abutitur poteſtate: 11 q.3. priuilegium. Septimò, ut tam maſculi, quam fœminæ aliquid ſignum apertum deferant in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore, ut ſic à Chriſtianis populis qualitate habitus diſcernãtur. Marſiliæ deferunt rotam ſericam ante pectus, ad modum ſtelæ, & mulieres oralia in capite. & hæc ſigna præcepit fieri dominus Io. archiepiſcopus Vienen. tunc apoſtolicæ ſe legatus in concilio Manuaſchæ. ſic & habitus nouitiorum diſcerni precipitur ab habitu profeſſorum: s̃. de reg. ſtatuimus. Sic in qualitate veſtis diſcerni debet meretrix à matrona: ff. de iniur. l.j §. ſi quis virgines. & miles à priuato: vt ff. de lo. & condu. ſi ignorãs. & mulier à maſculo per longum crinẽ diſcernitur. ꝙ eſt contra ꝓuinciales. 30. diſt. ſi qua fœmina. Hæc differentia eſt inter Iudæos & chriſtianos ideo faciẽda: q in quibuſdam parti. tãta cõfuſio inoleuit, ꝙ propter ignorantiam contingit ipſos aliquando car c naliter adinuicem commiſceri[c]: q̃ cõmixtio, ſeu cõiunctio meritò cõdẽnatur: & ne ſub hoc velamine velint aliqui errorẽ ſuũ palliare, ideo eſt qualitas habitus diſcernẽda: vt j̃.e. in nõnullis. reſ.j. & idẽ de Sarracenis, vt ibi; nã ſi Chriſtianus Sarracenã, uel Iudęã cognouerit ignorãter, nõ tenetur de judaiſmo, vel paganatu: ar. 34. q. 2 in lectũ. j̃. de cle. exc. Apoſtolicæ. à taliũ igitur commixtione eſt omnino abſtinendũ. 29. q. caue. Octauò, ut quatũcũ d que boni medici ſint[d], nihil lucrẽt cũ Chriſtianis: qa nec ipſos vocare debẽt in ſuis infirmitatib. nec ab eis recipere medicinã, nec cum eis in eiſdem balneis balneare: xxviij. q.j. nullus. & c. omnes Nonò, vt nec Chriſtiani cum eis cõmedant: ꝙ dic vt no. j̃. ſub rub. de Sarracenis. §. qualiter ver. licet autem Criſtiani. Cum autem Iudæus Chriſtianum blaſphemans, vel in eum ſęuiens puniatur, multo fortius ſi Deum blaſphemauerit, eſt per poteſtatem ſecularem pœna legitima feriendus: nec. n. debemus diſſimulare eius opprobria, q ꝓbra nr̃a deleuit: ut j̃.e. in nõnullis. §. vlt. Sed q̃ eſt pœna hęc? Dicũt qdã, ꝙ pecuniaria: vt j̃.e. poſtulaſti. & eſt hoc verum in foro eccleſiaſtico. Sed in ſeculari hoc nõ credo verum: imò legali, q̃ eſt decapitatio etiam in Chriſtiano, vt dicã j̃. de maledi § qualiter ꝙlibet genus puniatur. ver. blaſphemantes aũt ſuper verbo, cõmenti. cui etiã ſi renuerit recipere ac purgare, & c. & ſeq. & legitur in auth. vt non luxu. cõtra naturã. §. ulti. col. 6 hoc notat Papa, qñ dixit per poteſtatẽ ſecularẽ cõdignę animaduerſionis adiectione. ſic j̃. de falſis. ad falſariorũ §.j. & s̃. de iudi. cũ nõ ab homine. & j̃. tit. 1. ad abolendã. §.j. animaduerſio n. meũ impiũ denotat: vndè in hoc caſu animaduertere eſt aĩam à corpore vertere: ut ff. de iuriſ. om. iud. l. 3. nec excuſàbit ſe aliquis me Iudicẽ cauſa iudi. quis. n. ludos appellat, ex quib crimina oriũtur: ut in ꝯſtitutione ff. veteris. §. illud vero ſanè. nã ludus noxius in culpa eſt: ff. ad leg. Aquil nam ludus ad hoc s̃. de p̃ſum. c.j. & C. de reli. & ſump. ſun. & alea & luſo. l. Gręca, q̃ quidã habẽt. & incipit, alearũ ludus. Quid. n. de Iudęo, q coram me reddebat cõputum alicui in capella ſancti Nutrij, dñæ mitiſſe, ꝓuinciæ, & iratus leuauit manus ſuas verſus crucẽ, & dixit: Potius vellẽ eſſe ſuſpenſus, ſicut ille fuit, qui illic pẽdet, quã vnq̃ magis uellem reddere cõputum coram uobis dicebat. n. ſe intellexiſſe hoc de quodã homine, q pẽdebat in patibulo extra ciuitatẽ. & ex parte ſeptẽtrionis ſtabat tam crucifixus q̃ ſuſpẽſus. meritò q̃quid intelligeret, ſaltẽ vt alij terreãtur, fuit in qngentis ſol. regalib. condẽnatus: ar. j̃.e. ad liberãdã. in fi. & de regulis iuris. eſtóte. nam ſunt aliqua, quæ mala ſunt in ſe: nec poſſunt bono animo fieri: ut patet s̃. de iureiuran. etſi Chriſtus. §. qdã. Sed & de malo verbo, & malo homine, nõ debet p̃ſumi niſi malũ: s̃. de electio. Oſius. & de cler. nõ reſic. c.j. Puniũtur etiam & alijs pœnis Iudæi, ſicut & hæretici, de qb. dicemus j̃. ti.j. §. pœ 7 na. & §.j. verſ. & qui nouam. & præceden. † Coguntur etiam Iudæi decimas ſoluere de terris ſuis, & oblationibus, ſubaudi quæ à fidelib. ꝓ anniuerſario ſuper domo aliqua relinquuntur: ſed domus poſtea ad eos tranſit cum onere ſuo: aliàs offerre non tenentur. & ſic intellige s̃. de decim. de terris. & j̃. de vſur. quãto.

vel dic, ut no. s̃. de parochiis. §. in quib. ſub. §.j. ver. vel niſi ratione conſuetudinis. eodem modo coguntur ad uſuras reſtituẽdas, j̃. de vſur. poſt miſerabilem. aliàs Chriſtiani, Iudæos grauare nõ debent: j̃.e. ſi. ut. fortè circa penſionũ exactiones, ut ꝑ hoc compellantur ad rectitudinem feſtinare: xxiij. q. 6. iam verò.

Quæ pęna imponatur ipſorũ priuilegia non ſeruantibus.

Quæ pęna imponatur ipſorũ priuilegia non ſeruantibus. Et certè Iudæo non contento ſuis finibus, non eſt priuilegium ſeruandum: ut C. eodem. Iudæos. j̃. eodem. & ſi Iudæos xj. q. 3. priuilegium. Sed ſi Iudæi quietè degant, & aliquis eis res ſuas auferre conuictus ſit, in duplum reſtituere cogitur. ꝙ ſi iudex diſſimulauerit, eandẽ pœnam patitur. & idem in pagano: vt C. de. pag. ſa. & templ. l. Chriſtianis. hoc ſecundum leg. ſed ſecundum cano. quicunq; venerit contra ea, quæ not. s̃. eo. §. in quib. tolerentur. verſ. ſed nec in ſabbatis honoris & officij ſui periculum patietur, aut excommunicationi ſubdetur niſi præſumptionẽ ſuã digna correxerit ſatisfactione: vt j̃.e. ſicut Iudæi. in fi. Sed & ſi Iudæi delinquant in ſupradictis, vel aliis veniendo contra canonicas ſanctiones, puniuntur quãdoque in perſonis: j̃.e. in non nullis. 27. diſ. ſæpe. quandoq; pecuniariter. j̃.e. cũ ſit. in fi. & no. s̃.e. §. & in quib. verſ. quid ſi Iudæus. & ſeq. quandoque per pœnam ſpiritualem indirectè: quia excõmuniacantur fideles eis participãtes. infrà, eodem & ſi Iudæos. in fi. ſuprà, de deci. de terris. infrà. de uſur. quanto.

ADDITIONES.

a Ver. hanc autẽ ¶ Conſequens erat, ſi Hoſtienſi in mentem veniſſet, ut interiiceretur hæc rubricella, Qualiter Iudæi inuitẽtur ad fidẽ, quã ex Mar. eo. ti. in Summa huc referemus. Iudæi (inquit) non debent inuiti ad baptiſmum compelli ſi tamen baptizari velint, non debent ab aliquo prohiberi: vt extrà de Iudæis. c. ſicut. Itẽ debent authoritatibus, rationibus, & blãdimẽtis potius quã aſperitatib. ꝓuocari ad fidẽ, 45. diſt. q. ſyncera. & ca. Iudæis. Si tñ cõditionaliter coactus baptizari ſacramentũ receperit, & poſtmodũ receſſerit à fide, ꝯpelli debet redire, & fidẽ ſeruare: ne nomẽ Dñi blaſphemetur. de bapti. maiores. Quod aũt ait Hoſtienſis Iudæos tolerari poſſe, vt ueteres ſynagogas & habeãt, & reficiant, ad nouas nõ ꝑtinet: extrà, de Iudæis. c. cõſuluit. & c. Iudæi. Sed nec debent in die Paraſceues aperire oſtia, uel feneſtras, vel exire in publicum: quia illo die Chriſtianos illudere cõſueuerunt: extrà. e. tit. ſi Iudæos. & c. in nonnullis. Plerique autem doctorũ nolunt concedere, ꝙ oblationes & decimas perſonales poſſimus à Iudæis accipere propter honeſtatẽ eccleſiæ conſeruandam. Poteſt tñ diſtingui, vtrũ huiuſmodi Iudæi habeant aliquid de laboribus & induſtrijs ſuis, & huiuſmodi. Perſonalia poſſunt recipi, aut nihil habeant, vt de vſura: & tunc non eſt licitũ ab eis talia recipere. Sed in hoc caſu non peccaret, qui ab eis hæc acciperet, vſque ad quantitatẽ damni, quod patitur eccleſia per hoc, ꝙ occupant loca, quæ à fidelibus habitari ſolebãt: ſicut nec peccaret aliquis damnificatus à furè, vel raptore per incendium, vel alio ſimili modo: ſi recuperaret ab eo damnum ſuum: licet fur, aut raptor nihil haberet, quod non eſſet ex furto, uel rapina acquiſitum: dum tñ non reciperet pro damno illo res furtiuas, uel raptas in ſpecie. Item nõ debemus comedere cũ eis, nec habitare, nec eos ad conuiuia noſtra vocare, nec ire ad ſua. 28. q. 1. omnes. Excipitur tamen caſus, cum ad prædicandam Chriſti fidẽ ad eos Chriſtiani accedũt: quia tunc poſſunt vti cibis appoſitis à Paganis, cum modeſtia tamen, de Iudæis. quam ſit dummodo quod apponitur non ſit idolis immolatum, quia tunc ſanctius eſſet mori, quàm cum veneratione idolothyto veſci: 22. q. 3. ſicut ſanctus, in ſumma tamẽ famis neceſsitate, cum execratione idoli, poſſet quis comedere idolothytum: quia neceſſitas non habet legem: vt de conſecrat. di. j. ſicut. Debent autem Iudæi in habitu ſuo ferre ſignum aliquod, ne commiſceãtur coniugio Chriſtianis: d. ca. in nonnullis. Sed nec ſunt ad legitimos actus admittendi Iudęi: 2. q. 7. alieni. Iudæorum filij ſi conuerſi fuerunt ad fidem, debent habere parentum ſucceſsionẽ: extrà, ec. c. 2. Mar.

b Non ferunt teſtimonium contra Chriſtianum. ¶ Adde Doct. in c. cum ſit. de Iudæ. gl. in verbo, uiri. in cle. j. de teſti. Io. de Fantu. in c. nõ poteſt. 2. q. 8. & in quo caſu Iudæus poteſt eſſe teſtis cõtra Chriſtianum, uide per gl. in verbo, orthodoxe. in l. quoniam, de hær. & idem tenet Fran. de Are. licet eã non allegat in c. præſentium. de teſti.

c Aliquando carnaliter adinuicem comiſceri: ¶ Adde qua pœna puniuntur Iudęi cognoſcentes carnaliter Chriſtianam. Vide tex. in c. hinc apparet. 23. q. 5. & in §. palam. & in §. multa en. m. 2. q. 7. & per Oldr. conſi. 333. incip. Qualiter puniatur Iudæus. ubi dicit ſe vidiſſe virilia inciſa ante palatiũ in ciuitate Vianenſi.

d Quantumcunque boni medici ſint. ¶ Adde Doct. in c. nullus. e. tit. limita, niſi aliud ſuaderet qualitas tẽporis: puta peſtis. in qua deficerent medici, ſecundũ Maria. de Senis, in c. j. de Iudæ. ar. c. qualitas temporis. 16 q. j. Secũdò limita, niſi vocarẽtur ad curã, in qua medici Chriſtiani defeciſsẽt, maximè ſi in ea Iudæus excelleret. qa ꝑꝑ eminẽtẽ ſciẽtiã relaxatur legis diſpoſitio, ſecundum Bal. l. ſed & reprobari in §. valde. ff. de exc. bon.

De Sarracenis Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sarraceni qui dicantur. Et vnde dicantur.* 2.
3 *Chriſtiani qualiter ſe debeant habere erga Sarracenos.*
4 *Portantes aliquid ad Sarracenos, qua pœna puniantur.*

EX quo vidimus de Iudæis, videamus de Sarracenis. Qui ſunt Sarraceni, Et vñ dicant, Qualiter erga ipſos Chriſtiani ſe debeãt hre

Qui

[1] [a] **Qui † ſunt Sarraceni.** [a] Hi qui deos innumeros deaſq́; imo dæmones colunt, & adorant: nec nouum Teſtũ, nec vetus recipiunt: quib. interdicitur, ne ſub nobis degentes faciant ſacrificia, vel inſpecto iecore animalis, vel extis, id eſt, interioribus, promittant vel diuinent aliquid futurum: vt C. de paga. l. ij. Eorum etiã templa claudi præcipiuntur ſub pœna mortis, & amiſſionis bonorum: vt C. de paga l. j. ſicq́ue nemo aperiat delubra, id eſt, templa ſic dicta: quia deluduntur à demonib. nemo dicat, aperiat animo venerantis, vel adorantis: multo magis prohibetur infandis, id eſt, nefandis ſimulacris, vel imaginibus honorem reddi: vel impios poſtes templorum redimi, id eſt, ornari ſertis, id eſt, coronis: vel prophanos ignes accendi aris, id eſt, altaribus, uel adoleri, id eſt, cremari in eis thura. vel victimas cædi, vel pateris, id eſt, ſcyphis, libari vina, id eſt, guſtari. ſicq́ue prohibet ſacrilegium religionem reputari: vt C. de paga. l. ij. & l. pen. & vlt. feſtos autem conuentus ciuium, omni tñ ſacrificio & ſuperſtitione exploſis, non prohibet: C. de pag. vt prophanos. Omnia autem templa Sarracenorum applicantur reip. vt Imperator vbicunque velit, poſſit donare: ſicut fecit Cæſar Phoca, qui dedit beato Bonifacio tẽplum, ꝓ vocabatur Pantheon: ad hoc C. de paga. l. omnia. Quod ſi pagani aliquod reſcriptum impetrauerint pro euerſione ornamentorum publicorũ operũ, quæ ſeruanda ſunt: ſicut ſacrificia prohibentur, abiectæ huius chartæ de manib. timentiũ ad principem referantur: ut C. de pa. ſicut ſacrificia. hi ẽt pęnas patiuntur maximorũ hæreticorum: nam & hæretici dicũtur, vt dicam j̃. ti. j. § j. verſi. & qui nouem & præcedenti & §. & qua pęna. ver. Itẽ dicit l. & ſe & ver. quo autem ad pœnas. vbi loquitur de Samaritanis, qui Sarraceni ſunt: no. j̃. eo. §. ſeq. verſi. quidam. Item non debent tenere publica officia, ſicut dictum eſt de Iudæis: s̃. tit. j. §. & in quibus grauentur. verſi. 2. & ſeq.

[2] [b] **Et † unde dicantur.** [b] A Sara, uxore Abrahę, voluerũt nuncupari: & tñ ab ea nati non ſunt, nec originem habuerunt: imò ab Agar ancilla Saræ quaſi Agareni, vel Agarieni deberent potius nũcupari. de hoc 32. q. 4. reccurratur. & c. dixit Sara ad Abraham. vnde competentius dicimur filij Saræ, quæ fuit legitima: quia in Sara firmata eſt eccleſia. & ideo Pagani, vel Iudæi, non debent ſub ſe Chriſtianos habere: ne filij liberæ, id eſt Saræ, hoc eſt Chriſtiani filijs, ſcilicet extra fidem catholicam poſitis famulentur, ancillæ ſcilicet Agar: vt j̃. e. & ſi Iudæos. § pe. Quidam tñ ex his 5. libros Moyſi receperunt. Sed prophetas reſpuerunt, qui Samaritani à Samaria ciuitate dicuntur, & ideo in Euangelio dr̃, non coutuntur Iudæi Samaritanis: hi autem ad fidem ſuſcipiendam inducũtur, ſicut diximus ſuprà de Iudæ. §. & in quibus. ver. hanc autem.

[5] **Qualiter † erga ipſos Chriſtiani** debeant ſe habere Et quidem degentes ſub imperio, non debent impugnare, nec in eos ſæuire, alias puniunt: ut no. s̃. de Iudæ. §. vl. alij aũt, qui dominium Rom. eccleſiæ non recognoſcunt, ſiue imperij Romani, impugnãdi ſunt: vt no. s̃. de treu. & pa. §. quod ſit iuſtũ bellum & de voto §. in quo caſu, & à quo crux debeat prædicari: & j̃. de hære. § qualiter deuitetur. vt ſic eccleſia. & pręced. & ſeq. non ergo ſunt fouendi à Chriſtianis. nam proditioni proximum eſt barbaros iuſtruere, qualiter validiores reddantur ꝯ catholicos, quare nullus eis, q̃uis tãquam legati ad partes iſtas accedant, debet vendere ferrum factum vel infectũ: non ſcuta, non arcus, non ſagittas, non cuiuſcunque generis arma, aliàs ſ̃m legẽ decapitatur Chriſtianus bonis publicatis: vt C. quæ res expor. non debent. l. ij. Sed ſ̃m concilium Latera. tales excommunicati ſunt ipſo iure, & fiunt ſerui capientiũ, & bonorum omnium amiſſione mulctantur: quib. iunguntur & hi, qui in galeis Piraticis, ſiue nauib. Sarracenorum, regimen & gubernationis curam exercent. & hæc ſententia crebra & ſolennis debet per eccleſias maritimarum vrbium proferri, & ſolẽniter publicari: vt j̃. eo. ita quorundam. Sed & concilium generale huic pœnæ ſubijcit illos, qui eis vendunt lignamina galearũ, vel naues, [c] vel galeas, vel in machinis, vel in quibuſuis alijs, ſubaudi ſimilibus, conſilium vel auxilium Sarracenis impendunt in diſpendiũ terræ Sanctæ & licet bona ſua ſine ſpe recuperationis amittant, & ſerui capientium fiant, non tamen abſolui merentur, niſi lucrũ, ꝙ perceperint ex commercio tam damnato & tantundem de ſuo tranſmiſerint in ſubſidium terræ Sanctæ: & ſi ſolutum non fuerit, id in pœnam aliam commutatur: vel dic ꝙ illud ꝙ dixi de pœna ſeruitutis, & amiſſionis bonorum, locum habet, quando etiam inuitus captus eſt. Sed ſi voluntarius redit ad eccleſiæ gremium, vitat pœnã ſeruitutis, & amiſſionis bonorum, & meretur abſolutionem, ſi quod lucratus eſt, & tantundem de ſuo, & c. nam hanc pœnam intelligere nõ potes de ſeruo facto: quia poſtea de ſuo nihil ſoluere poſſet: ꝙ verius credo. ſic intelligo j̃. eo. ad liberandam. Nedum autem prohibentur Chriſtiani prædicta Sarracenis vendere, imò & vinum, & oleum, & quodlibet aliud liquamen, nam hæc ad eos deferenda non ſunt etiam cauſa guſtus: quaſi dicat, ita parum, ꝙ inde guſtare poſſint: vt C. quæ res expor. debent. l. j. Quid ergo de aridis? lex non prohibet: & ſic videtur permiſſum: arg. ff. de rer. permu. ad quæſtiones. & de offic. archipresbyt. c. ij. & ff. de proba. ab ea parte. ſecundum Azo. Sed Placen dixit, ꝙ ratio liquidorum etiam ad aridos fructus tranſit: & bene, vt apparet ex ſequen. tamen in his non imponit lex certam pœnam: & ſic arbitrariè puniri poteſt qui talia eis vendit. ar. j̃. e. poſtulaſti. & s̃. de offi. dele. de cauſis. Sed decretalis tales excommunicat, qui iam amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint per ſe, vel per alios aliquo ingenio, aliqua ſubſidia, mercimonia, conſimilia, uel alia tranſmiſerint, quandiu inter nos & ipſos guerra durauerit: vt infrà. eod. ꝙ olim. Et

[4] † quod dicit in princ. Sanè licet hoc fuerit in Lateran. concilio diſtrictè prohibitum, ſcilicet ne quis lignamina, ferrũ. vt dictũ eſt s̃. nos tamen illos omnes, qui nedum ea, ſed quæuis alia ad Sarracenos deportauerint, excommunicamus, & c. ut innuunt ſequentia: nec hanc excommunicationem vitabit is qui tẽpore treugæ ad ipſos talia deportat, nec periurium, ſi hoc iurauerat: quia aliud eſt pax, aliud treuga: ut not. s̃. de treuga & pa. §. quid ſit treug. & §. qd ſit pax. Sed aliud licet deportare cauſa captiuorum redimendorum, non tamen arma, & ꝙ ea non deferant, debent coram iudice, antequem iter arripiãt, firmare proprio iuramento: vt j̃. e. ſignificauit. reſpon. j. & §. vlt. Illud tamen videtur, ꝙ tempore treugæ poſſint Chriſtiani cũ commercio adire Alexandriam, dummodo caueant à mercibus prohibitis, de quibus s̃. diximus: vt j̃. eo. ſignificauit. §. j. Licet autem Chriſtiani non debeant manducare cum Iudæis, ſubaudi, ſub nobis degentibus vt 28. q. j. nullus. & c. omnes cum Sarracenis. tamen, ſcilicet nobis ſubditis poſſumus comedere: vt 11. q. 3. ad menſam. ratio diuerſitatis hæc eſt: quia Iudæi propter abuſionem ſcripturarum & contemptum ciborum noſtrorum magis videntur fidem noſtram impugnare: ad hoc 23. q. 4. infideles. Cum alijs aũt Sarracenis, ſcilicet hoſtibus comedere non debemus, niſi prædicatores ſimus quibus hoc indulgetur ſpeciali priuilegio: & poteſt quilibet, habita prælati licentia, eis prædicare. Sed tamen debent abſtinere à carnibus diebus prohibitis: vt j̃. e. quam ſit. arg. j̃. de ſententia excommunicationis. cum volũtate. § j. & ſic intellige 11. q. 3. ad menſam. dum tamen id ꝙ apponitur non idolis immolatum ſit: quia tunc ſanctius eſſet mori fame, quàm tali cibo veſci. 32. quæſtio. 4. ſicut ſanctius. Quod quidam intelligunt, quando fieret ad venerationem idoli: aliàs in ſumma neceſſitate famis cũ horrore & execratione poſſet inde quis ad ſuſtentationem naturæ ſumere: quia neceſſitas non habet legem. de cõſecratio. diſtin. 1. ſicut. inf. de reg. iur. ꝙ non eſt, & neceſſitas contraria eſt voluntati. ff. ꝙ metus cauſa. l. j. & nullum eſt peccatum, niſi voluntarium: 15. q. 1. c. 1. & cap. illa. excuſat ergo neceſſitas ab eſu idolothiti, ſicut & à rapina. de conſecratio. diſtinc. 5. diſcipulos. & à furto: j̃. de furtis. ſi quis ab homi. j̃. de homi interfeciſti. & à violatione quadrageſimalis obſeruantiæ: ſuprà, de obſerua. ieiunij conſilium §. fin. ſecundum Ioan. Vel dic, quòd cùm Sarraceni hodie diſcernant cibaria noſtra: non licet cum his comedere, ſiue ſubditis, ſiue hoſtibus: niſi alicui concedatur ſpeciali priuilegio, vt infrà eodem. quam ſit. vel niſi in ſumma neceſſitate, ut dictum eſt. & ſic corriguntur ſuperiora capitula, quæ hoc concedebant: uel intelligantur de prædicatoribus uel priuilegiatis: ut nota ſuprà. & ſic intellexerunt Laur. & Ioan. quia quamuis uerba aliorum, quæ de Iudæis tantùm loquuntur, deficiant, mens tamen & ratio durat ad hoc ſuprà, de conſti. transla. ff. de petit hæred. item veniunt. §. ait ſenatus.

ADDITIONES.

a Qui ſunt Sarraceni. ¶ Adde Archi. in c. Iſmael. in prin. 56. diſt.
b Et unde dicitur. ¶ Adde Io. And. & doct. in rub. de Iudæis.
c Vendunt lignamina galearum uel naues. ¶ Adde tex. in c. ita quorundã. & c. ad liberandã. de Iudæis. & per Bonifacium VIII. in extrauaganti, inci. ꝯ illos. & tex. & ibi Bal. in l. ij. C. quæ res expor. poſ. & tex. in l. fi. C. de pęn.

De ſeruis Iudæorum & Sarracenorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Iudæi & Sarraceni an poſsint habere mancipia.*
2. *Serui hæreticorum impune poſſunt dominos ſuos relinquere: & ad eccleſiam confugere.*
3. *Chriſtianum nullus poteſt habere in ſeruum.*
4. *Chriſtianæ non debent Iudæis intra domum ſeruire, nec filios eorum nutrire.*
5. *Seruus baptizatus an remaneat ſeruus, ſicut prius.*

1 QVia Iudęi † & Sarraceni, de quibus præmisimus, plerumque emunt mancipia, an eis habere liceat, videamus. & certè sic prohibitũ est in leg. ne Christianum mancipium, vel hæreticus, vel paganus, vel Iudęus habeat vel possideat, vel circũcidat, aliàs ad libertatem peruenit ipsum mancipiũ, etsi Christianum erat, antequam ab eis possideretur, siue postea Christianum fuit Sed hoc intellige, quando emit ipsum causa seruiendi sibi, vt apparet ex sequentibus: hæretico etiam imponitur capitalis pœna, hoc ipso quod habuit, vel circuncidit. Sed si pagani vel Iudæi mancipium non Christianum circũciderint, capite puniuntur propter circuncisionem, quod non fieret propter solã possessionem: vt C. ne Christianum mancipium in ipsa rub. & l. vnica, & de episcopis & cle. l. vlt. ponitur autem pœna capitalis pro pœna exilij vt C. de Iudæis. Iudæi. Canones autem prohibent, quòd nullus Iudæus baptizatum, vel baptizari volentem, in suo seruitio audeat retinere: vt inf. eo. c. vlt. in princi. Sed dist. Vtrum sit vernaculus, id est, ex propria ancilla natus, & domi nutritus: & talis si velit fieri Christianus, statim eripitur in libertatem, nullo precio dato, C. de episcopis & cler. Deo nobis. § is ita. & arg. 54. dist. fraternitatem. Vel empticius: & tunc subdist. vtrũ Iudæus emat Christianum. & tunc eripitur in libertatem: vt inf. eo. multorum. in prin. & 54. di. mancipia.

2 † Similiter serui hæreticorum impunè possunt dominos suos relinquere, & ad ecclesiam confugere C. de hære. & Manichæis. Vel paganum: & tunc si emit causa seruiendi, quamcito baptizari desiderat, audiendus est: & in libertatem eripitur, & baptizatur sine cuiuscunque calũnia, quam citò voluntas ipsius fuerit patefacta sic intellige 54. di. fraternitatem. C. de episc. & cle. l. vlt. j. eo. sicut. & j. eo. c. 1. in fi. Sed & si mancipium Christianum emptum fuerit causa mercimonij: & ipsum intra tres menses venalem exponat: nec per ipsum stererit quo minus vendiderit, quandocunque desiderauerit fieri Christianus, siue intra tres menses, siue post: potest quilibet ipsum redimere datis 12. sol. & Christianus, qui ipsum emit, potest eum libertati donare, vel baptizatum suo seruitio retinere sic intellige j. eod. c. j. §. datis. Quod si intra tres menses ipsum venalem non exposuerit, præsumitur emptus causa seruiendi: & ideo si vult baptizari, in libertatem eripitur, ita ꝙ Iudæus nõ audebit vendere, nec alius comparare: sequitur igitur ex præmissis, ꝙ si baptizari renuerit, potest ipsum in perpetuum possidere. est ergo inductum in fauorem fidei Christianæ: vt patet j. eo. c. vlt. & 54 dist fraternitatem.

3 † Sequitur etiam ex præmissis, quòd nullus potest habere Christianum in seruum:[a] nam si nemo videtur Dominus membrorum suorum, [b] ff. ad l. Aquil. liber homo. r. multo minus extraneorum: & multo minus ecclesiæ. s. de re. per mut. mancipia. Sed omnes Christiani sunt membra ecclesiæ. igitur Christiano nemo poterit dominari: sed tamen contrarium verum est, quia Christianis, vt patet in his quæ not. s. de ser. non or. & j. eo. versi. sed quid si Christianus. & se. nec ob. opinio s. dicta, quia æquiuocatur in domino & membris. Item nemo dominus est membrorum suorum: verum est, quo ad mutilãdum, vel eis abutendum: sic nec extraneorum. Sed bene est dñs, quo ad nutriendum, & eis bene vtendum, sic & extraneorum. & iunge ꝙ not. infra eodem. ver. sed nunquid seruus baptizatus. & suprà. eodem. versi. sed & mancipium. in fin. Quid si alius emit ipsum emptum causa seruiendi, vel post tres menses: intra quos ipsum non exposuerit venalem? Respondeo. Si scienter emit, imputabit sibi: quia nihilo minus erit liber. Sed si ignorabat, agat contra Iudæum ad interesse, qui ipsum decepit. argu. ff. de contrahen. empt. liberi hominis. Sed cuius monetæ intelliguntur 12. sol. supradicti? Respondeo, de consueta. hoc intelligunt quidam. j. de maledi. statuimus §. fin. respectu religionis: argu. ff. de leg. j. si seruus plurium. §. si numerus. & de leg. 3. nummis. & de contrahen. empt. Imperatores. 4. di. erit autem lex. Alij, quos sequitur Goffre. dicunt, quòd erunt aurei: & sic exponunt 12. solidos, id est, 12 aureos:[c] sic Instit. de pœna temere litigan §. fi. C. de spor. omnib. C. de fal. mo. si quis nummos. nam & in simili casu l. dicit 20. sol. dandos, ne libertas reuocetur. ff. de manumiss. testa. cum ex falsis. alia dicit 20. aureorum. de inof. testam. Pap. §. fi. dabũtur autem hi solidi à quocunque Christiano emptore. 54. di. fraternitatem Quid si plures emptores simul occurrant intra tres menses? locus erit gratificationi: arg. s. de ele. venerabilẽ §. obiectioni. & de iure pa. cum autem & ff. ad Sil. sena. con. si quis in graui. §. si cum omnes. ff. de relig. & sum. fu. l. fi. & hoc intelligas, ubi pares sunt qui occurrunt: aliàs episcopus debet eligere magis idoneum: arg. ff. de accu. si plures. ff. de popula actio. si plures. Sed nũquid redemptus fiet seruus redimentis in casu isto? Non: sed restituet ei precium, vel seruiet ei tempore, vt no. j. eodem. versic. seq. Quod si nullus est emptor. nisi fortè precium datũ fuit causa pietatis, non animo repetendi: arg. ff. de ne. gest. Nesennius. ff. de relig. & sum. fu. & si quis. § prohibere. Quod si nullus emptor appareat, nihilominus erit liber: & quæret precium ostiatim: ff. de manumiss. l. 4. §. seruus. vel si habet precium soluat. Insti. de noxa. actio §. dominus. vel si nullo modo potest habere, seruiat ei per quinquennium: argu. C. de ca. & postli. reuer. l. vlt. 36. quæst. 1. de raptoribus. Sic fauor fidei priuat aliquem seruo: vt dictum est. Item priuat aliquem filio suo: vt s. de conuers. infi. cap. vlti. Item priuat aliquem vxore sua: vt 28. q. 1. si fidelis. sup. de diuor. quanto. & c. gaudemus. Patet, quòd nullum Christianum mancipium Iudæo seruire debet: vt j. eo. c. 1. in prin. multo minus liberi Christiani Iudæis seruire debent: ideo Christianos vel Christianas non licet Iudæo habere intra domum assiduè seruiendi causa, neque tanquam nutrices, neque tãquam obstetrices: aliàs Christiani ipsi cum eis habitantes excommunicantur, si discedere nolint. & idem intelligas de Sarracenis, vt j. eod. Iudæi. 2. & c. ad hoc. & si Iudæi ipsos Christianos volentes diuertere non dimittant: sub excommunicatione inhibetur omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere: vt inf. eod. & si Iudæos. in fi.

4 † Ex hoc etiam ꝙ dixi, quod intra domum non debent Christianæ Iudæis seruire, vel filios suos nutrire, videtur concessum à ꝯrio, quod extra domum liceat. vnde Iudæis licet habere ascriptitios colonos, & originarios Christianos: quia ex quo tales colendis terris diutius adhæserunt, conditionem loci sequuntur, & ideo in possessionib. Iudæorum remanent ad rura colenda, & pensiones consuetas eis reddent: & cuncta quæ de colonis vel originarijs iura præcipiunt, peragẽt. & nihil eis oneris extra hoc indicetur: quia tales districtione legum liberi iudicantur. quòd si Iudæus talem ad alium transferre voluerit, vel ad aliud obsequium deputare, ius colonariũ, & ius dominij sibi iuris seueritate damnauit, id est, ipso facto sibi abstulit: vt infrà eod. multorum. § j. & ij. Et est arg. quòd si quis mutat pedagium de loco ad locum, vel plus consueto exigit, priuilegium pedagij amittit, sicut curia Imperialis tenet: & bene. quia priuilegium pedagij meretur, & c. 11. q. 3. priuilegium. & notatur sup. de Iudęis. §. & in quibus grauantur. versi. 6. Qui autem dicantur ascripticij coloni, [d] vel originarij, dic vt plene notatur s. de natis ex libe. ven. sub. §. sic fecimus. & ver. seq. Liquet ex præmissis, quòd nõ obst. authoritas Apostoli dicentis, Subditi estote dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis: quia intelligi debet de his, qui in gleba seruiunt, non domi. sic s. de cen. omnis. Sed quid si Christianus à Christiano mancipium emerit siue causa mercimonij, siue causa seruiendi, nunquid potest ipsum seruum & in suo seruitio retinere? sic, vt Institu. de iure personа: §. seruitus. & de contrahen. empt. §. quòd si fugerit seruus qui venit. & à contrario sensu. j eodem capit. & capit. fin. & argument. j. eodem. & si Iudæo. Iudæum tamen secum in sua familia non habebit: 28. quæstio. 1. seq. penul. & c. nullus. Quid si talis seruus emptus baptizari voluerit? Respondeo, non debet prohiberi: quia vbi Spiritus, ibi libertas, 19. quęstio. 2. duę sunt. de renuncia. nisi cum pridem. §. sed dices. Quid si dominus non permittat, dicens ꝙ hoc nõ facit seruus ex charitate, sed ne sic, sicut prius verberetur, vel malè tractetur, nihilominus compellẽdus est dominus: quia in dubio tutius eligendum. j. de reg. iur. estote. sic etiam potest intelligi j. eod. sicut Iudæi, ibi absque calumnia. nam & aliàs talia sunt superioris arbitrio committenda. s. de regula. licet. §. talis ergo. & §. quo circa.

5 † Sed nunquid seruus baptizatus manebit seruus sic ut prius? Sic, nam & seruitus de iure diuino [e] est introducta 36 distin. sexto. & confirmata de iure gen. j. dist. ius gentium. & de iure canonico approbata. 11 quæstio. 2. ab illo capit. si quis de seruis. vsque ad ca. ecclesiarum seruos. puto tamen, quòd non est ita deseuiendum in eum, sicut prius: imo est inter alios seruos non Christianos tractandus leniter & benignè: argu. suprà, de maio. & obe. per tuas. nam nec in seruum aliquem est nimis acriter sæuiendum: Instit. de his qui sui iuris vel alie. sunt. §. dominorum. & iunge quod notat. suprà. eodem. versicul. sequitur.

ADDITIONES.

a Nullus potest habere Christianum seruum. Adde tex. in c. mancipia. 54. distin.

b Dominus membrorum suorum. ¶ Adde gl. in c. non inferenda. 23. q. 3. gl. in c. ex parte. de corp. vitia. Ab. in c. cum olim. de re. iu. Domi. in c. sicut. 3. q. 1. Cy. in l. rescripta, C. si contra ius, uel uti. publi.

c Xij solidos, id est, 12. aureos. ¶ Adde glo. in rub. C. de vete. numis. lib. 10. glo. & ibi Bald. in l. fin. C. commu. de leg. Cyn. in l. penul. C. de dona. Saly. in l. illud. C. de sac. san. eccle. Io. An. in addi. Specu. titu. de instru. edi. in §. porrò. in fi.

d Quid dicantur ascripticij coloni. ¶ Adde l. omnes. & ibi Doct. C. de agri. & censitis. 11.

e Seruitus de iure diuino. ¶ Adde Car. Ale. in c. quo iure. in j. col. 8. dist.

De Hæreticis. Rubrica.

S V M M A R I A.

1 *Hæreticus quis dicatur. Et qualiter quis in hęresi deprehendatur.* 3.
2 *Sectæ hæreticorum quæ sint.*
4 *Hæreticus nolens iurare, dicens ꝙ est peccatum, uel hoc non exprimens, pro conuicto habetur. Et qualiter hæreticus deuitetur.* 5 *Et qua pœna feriatur.* 8 *Et à dignitate deponitur.* 9 *Et quando & qualiter ecclesiæ reconcilietur.* 12.
6 *Cognitio, examinatio, & condemnatio criminis hæresis ad quem spectet.*
7 *Catholici an possint propria authoritate hęreticos spoliare.*
10 *Degradatus quando sit tradendus curiæ seculari.*
11 *Domini temporales quomodo excommunicari possint.*
13 *Receptores credentes, & fautores hæreticorum qua pœna puniantur.*
14 *Sententia lata ab hæreticis est nulla.*
15 *Falsus prædicator qua pœna puniatur.*
16 *Ordo prædicatorum est præcipuus in ecclesia.*

AVdiuimus de Iudæis, & Sarracenis, qui per infidelitatem, & duritiã, & prauam intelligentiam seu cæcitatem Dominũ non recognoscunt, sed ipsum potius blasphemant, & inhonorant: nunc agendum est de hæreticis, qui apostatando à fide in Deum multipliciter peccare videntur: ideo videamus, Quis dicatur hæreticus, Quæ sint sectæ hæreticorum, Qualiter deprehendatur quis in hęresi, Qualiter deuitetur, Qua poena feriatur, Quando & qualiter ecclesiæ reconcilietur, Quæ poena imponatur credentibus, receptatoribus, & fautoribus, Quæ poena sit falsi prædicatoris.

1 a
Quis † dicatur hæreticus.

a Et certè qui falsam opinionem de fide vel gignit, vt Sabellius Macedo: vel sequitur, vt Macedoniani, Sabbelliani. nam quilibet apostatando à fide in Spiritum sanctum peccare videtur: 24. quæstio. 3. hæreticus. & qui gignit, hæresiarcha vocatur, vt Arrius: inde Arriani: vt ea. quæsti. quidam autem. §. Sabelliani. & §. Macedoniani. & §. Arriani. & c. qui aliorum. & ideo Theodosius statuit, vt cuius scelus sunt homines in deserendo, vel differendo domini imitati, eius vocabulum meritò sortiantur. vt C. eo. damnato. Multis tamen modis dicitur hæreticus largo sumpto vocabulo, dubius enim in fide, hæreticus dicitur, & infidelis: vt j. eod. cap. 1. Et simoniacus omnis, maximè qui sacramenta peruertit: j. quæstio j. fertur. & cap. quisquis & ca. eos qui. & quæst. vlti. patet. 6. quæsti. j. §. sed licet. vnde & hoc nomen simoniacus pro hæreticis ponitur: C. e. l. itẽ excommunicatus. nam qui non est membrũ ecclesiæ, hæreticus iudicatur: in auth. de priui. doti. hæretic. muli. non præstan. post prin. ibi. & ad hoc omnes qui non sunt membrũ sanctæ & Apostolicæ ecclesiæ, &c. col. 8. & probatur 4. quæstio 1. cap. 2. Et omnis qui malè interpretatur sacram Scripturam, id est, qui ipsam aliter intelligit, quàm Spiritus sanctus efflagitat, à quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit. 24. quæstio. 3. hæresis. Et qui nouam opinionem inuenit: ea quæstio. hæreticos. 37. distin. relatum est. & dixi s. de magistris. §. qualiter. & largo modo omnis, qui non tenet articulos fidei: & secundum hoc Iudæi & gentiles hæretici sunt.. secundum hoc non omnis hæreticus, est excommunicatus. Dicitur etiam hæreticus, qui priuilegium Romanę ecclesiæ ab ipso summo ecclesiarum capite traditum conatur auferre: 22. distinct. omnes & qui communionem catholicæ ecclesiæ non recipit, in auth. de priuileg. do. hære. mulieri. nõ. præstan. post prin. ver. igitur sacram communionem, &c. col. 8. Et qui transgreditur præcepta sedis Apo. 19. di. nulli. Et qui vult contrauenire decret Episcopalib. & Apostolicis: 19. dist. nullos. Et qui eas non recipit: 20. disti. de libellis: nam pari iure censentur decreta, & decretales: 19. dist. in fin. & peccatum pagani est, Apostolicis præceptis contrauenire: 81. dist. si qui sunt presbyteri. Sed stricto modo dicitur hæreticus, qui aliter sentit de articulis fidei, quàm Romana Ecclesia: 24. q. 1. hæc est fides. & cap. quoniam. Est autem fides de re non visa: de pœn. di. 4. in domo. & de conse. di. 4. venit. & qui non recipiunt 4. concilia. C. eo. quicunque. & de sum. tri. l. vlti. & in auth. de ecclesi. titu. § j. col. 9. vnde Imperator vult, quòd ipse & leges suę in his sequantur per omnia sacras regulas, ut no. s. in proœmio. §. vnde habuit originem. ver. est igitur hæc nostra scientia. & sequenti. & j. eo. §. qualiter deuitetur. ver. si quis etiã. & §. qualiter deprehendatur. ver. sed attendenda est simplicitas. & sequen. in fin. Item de Eucharistia, poenitentia, matrimonio, & alijs sacramentis ecclesiæ, non est aliter sentiendum, quam Romana ecclesia sentiat, nec docẽdum. Hi enim qui hoc faciunt, si notorium sit: & omnes alij, vel hi, quamuis ab initio occulti, ex quo singuli episcopi per dioeceses suas cum consilio clericorum: vel clerici ipsi sede vacante cum consilio, si oportuerit, vicinorum episcoporum hæreticos iudicauerint, sunt perpetuo vinculo anathematis innodati: vt infrà eodem. ad abolendam. responso primo. His annectuntur & hi, qui aduersantur fidei catholicæ: prout statuit dominus Innocen. III. pater iuris diuini, canonici & humani: suprà, de sum. tri. & fid. cathol. firmiter. & damnamus. vnde cum eis debet continuari: itaque, positum. infrà. eodem. excommunicamus itaq;. quia ex prædictis capitulis, ut puto, inferre intendit. Sed & his credentes hodie per dominum Gregor. coniunguntur: vt j. eo. excommunicamus. 2. § vlti Hæreticorum enim alij perfecti, id est errore suo firmi & excæcati: hi non timent mortem: sciunt erroris articulos, & exponunt. & licet multa falsa prædicent: tamen non dicunt contra id quod credunt, nec contra mentem suam aliquid asserunt: & sic nullatenus mentiuntur. alij sunt credentes erroribus eorum: & sic potest intelligi j. eo. ca. 1. Dicitur autem hæreticus, ab herciscor herc isceris, id est, diuido, diuidis. inde fami. erci. id est, iudicium substantiæ diuidendæ. Inde & eremita, quasi diuisus ab alijs: ita & hæresis dicitur diuisio, id est separatio à fide catholica, secundũ Azo. hæretico igitur, uel schismatico, & post pauca, id est, vt breuiter me expediam, omni homini, qui non tenet ecclesiæ catholicæ vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, scilicet quo ad saluationem. neque enim quo ad minus supplicium tolerandũ. de pœn. dist. 3. ad finem. §. potest etiam. & vt citius conuertatur, seu bona temporalia promerenda: 22. q. 1. si quælibet. in fi. ideo dicitur, quòd de nemine desperandum est. de pœn. dist. in 7. nemo. 32. quæstion. 2. ancillam. Sed neque præmissa neque mors pro Christi nomine suscepta proficere poterit ad salutem, secũdum Eugenium: vt infrà firmissimè.

2
Quę sunt † sectæ hæreticorum.

Et quidem in Decretis 80 speciales connumerantur: sed 11. vltimas non nominauit author nomine speciali: & in fin. ponit regulam generalem, ꝙ quicunque aliter sentit, vel intelligit Scripturam, quã sensus Sancti spiritus flagitat, à quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, potest tamen hæreticus appellari. vnde non tenetur, nec debet in tali respondere ignorãs, ideo ait Apostolus, Vt probati manifesti fiant. hi enim, inquit à Deo bene probati sunt, qui bene possunt docere: vt omnia hæc habẽtur 24. q. 3. quicunque. & versi. seq. vsque in fi. quæstionis.

3
Qualiter † deprehendatur quis in hæresi.

Et quidem si Papa certam formã mandet, ipsam sequar: vt s. de rescr. cum dilecta. & de offic. deleg. venerabili: Sed & de hoc quæri potest per accusationem, inquisitionem, & denunciationem: super quo vide in singulis rubricellis sup. de accu. & denunciat. & inquisition. Vt tamen scias esse præceptũ singulis archiepiscopis & Episcopis, ut quilibet per se uel archidiaconum suum, uel aliàs honestas idoneasque personas bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam circumeat, in qua fama est hæreticos habitare, & ibi tres uel duos boni testimonij viros, vel etiam totam viciniam, si expedire viderit, iurare compellat. quòd si quis hæreticos ibidẽ scierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes: quare habentur suspecti: vt C. de Episcopis & cler. conuenticula. & inf. eodem. cum ex iniuncto. respon. j. suprà, de offic. deleg. consuluit. § j. 91. quæstio 3. coniuratores. & not. j. eodem. §. vlti. versi. si quæras. uel si sciunt aliquos à communi conuersatione fidelium, vita & moribus dissidentes, id est, discrepantes, per quod similiter habentur suspecti: argumen.

ADDITIO.

a Quis dicatur hæreticus. ¶ Adde gl. in c. quam dignior. 24. q. j. gl. in c. illi, qui. 24. q. 3. gl. & doct. in c. firmissimè. de hæret. Arch. in c. 2. de hære. lib. 6. Doc. in rub. eo. titu. Sunt & alij modi, quibus quis dici potest hæreticus, quos ex Mar. eo. tit. in sum. huc retulimus: Hæreticus (inquit) est, qui se ab vnitate ecclesiæ separat: 7. q. j. denique. Qui nouam sectam uel sequitur ab illo, uel ab alio iam confictam: 24. q. j. hæreticus. Item qui aliter sentit de articulis fidei, quam sacrosancta Romana ecclesia. 23. q. j. hæc est fides. Itẽ simoniacus, qui ecclesiastica sacramenta peruertit: j. q. j. eos. qui & 7. q. j. §. sed licet. Item qui dubitat de fide, quæ in Symbolo continetur, & ab ea deuiat: C. e. l. ij. Item qui iuram ꝯtemnit: extrà, de hære. c. excõicamus. j. §. si q. verò. Is uerò qui paratus est corrigi, & corrigitur, hæreticus dici non dẽt, ꝗuis aliter in fide errasset: d. c. hæc est fides. & q. 3. c. dixit Apostolus. dummodo incontinenti resipiscat, anteꝗ conuincatur: alioquin tradatur curiæ seculari, clerico prius à suis ordinibus degradato: extrà, de hære. ad abolendã. §. j. Idem fiat de falsario: extra, de fal. c. ad falsariorũ. In reliquis ꝯuenit cũ Hostiensi ideo nõ repeto, ueluti nec schismaticorũ tractationẽ huc trãsferre uolui: ut pote cũ eã à Martino in Sũma, quẽ Hostiense antiquiorẽ cõstat, decerptã facile mihi persuaserim. Sed & illud adijciã, Martinũ, ut ꝯij cio, ante ꝯpilationẽ Sexti Decretaliũ floruisse. Nã nec ullũ ex eo tex. citat.

a Quilibet degradatus. ¶ Adde ca. cum non ab homine. de iudi. ca. cum non ab homi. de ſen. excom. in c. tuæ. de pœn. & c. degradatio. & ibi do. de pęn. lib. 6.

b In crimine hæreſis. ¶ Adde gl. in uerbo poſtmodum. in c. cum non ab homine de iud. & gl. in uerb. tradatur. in c. nouimus. de uerbo. ſigni.

c Falſario. ¶ Adde gl. in uerbo, mox. in c. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.

d Propter calumniam quam intulit proprio Epiſcopo. ¶ Adde, ꝙ propter hoc non traditur curiæ ſeculari, niſi data incorrigibilitate. ut eſt gl. fi. in d. c. cum non ab homine. Do. in c. fi. de teſt. cogen.

vaſalli nec ſpeciali ſtipulatione, uel iuramento tenentur aſtricti: argument. 15. quæſtio. 6. iuratos. & capitu. nos ſanctorum: quia intelligitur ſacramentum habere conditionem tacitam, hanc ſcilicet, ſi in fide permanſerit. argument. 22. quæſtion. 2. ne quis. & not. ſ. de iureiurand. §. quot ſpecies. verſicul. habet autem iuramentum. & ſequen. 11 † Et not. quòd domini temporales non ſolùm propter ſuam hæreſim: ſed etiam aliorum, quos dũ poſſunt admoniti exterminare negligũt, excommunicari poſſunt: & terræ ipſorum exponi catholicis occupandæ. infrà, excommunicamus. §. ſi verò dominus temporalis. Idem ſi princeps negligens inueniatur circa regni regimen & iuſticiam faciendam: 17. quæſtio. 4. ſi quis deinceps. 11. quæſtio. 1. nullus. c. 1. 32. quęſt. 5. præceptum. vnde Zacharias Papa Ludouicum regem Francorum prædeceſſorem Pipini patris Caroli depoſuit, hac de cauſa: 15. quæſtio. 6. alius. Patiuntur etiam & alias pœnas, de quibus dicam infrà eod. quę pœna imponatur: ut not. ſuprà eod. §. qualiter deuitetur.

12 Quando & † qualiter eccleſię reconcilietur.

Et certè ante condemnationẽ: ut no. ſupra eo. §. qualiter deprehendatur. ver. aduerte. & ſequen. Vel etiam poſt incontinenti: vt not. ſuprà prox. §. ver. & no. & illa reconciliatio fit authoritate Epiſcopi: ſed poſt condemnationẽ ex interuallo, non poteſt reconciliari, niſi authoritate Papæ: ar. j. eo. excommunicamus itaque. §. ſanè. & ſic intellige, ꝙ eccleſia nemini claudit gremium ſuum. C. de ſum. trin. l. vlt. 1. q. 7. ſi quis omnem. & delicti ueniam pęnitentibus damus: C. eod. Manichæos. & quòd Deus qui non uult mortem peccatoris, corrigentem ſuſcipit: ut in authen. vt non luxu. contra naturam. in princi. col. 6 Reconciliatio autem fieri debet præſtito iuramento, quo hæreſis abiuratur, & fides catholica ad mandatum eccleſiæ promittitur tenenda: forma autem iuramenti habetur. 1. q. 7. quoties. de conſecrà. diſt. 2. ego Berengarius, & clerici ſpontaneè reuertentes, recipiũtur in ordinibus ſuis ex diſpenſatione: 1. q. 1. omnes. & q. vlt. ſaluberrimum. quod ſi poſt hoc iuramentum tanquam canis ad vomitũ redeat, ſine aliqua audientia, & ſpe miſericordiæ remota, damnatur: ut no. ſ. eo. §. qualiter deprehendatur. verſicu. aduerte. & ſequen. & cuilibet iniungenda eſt pœnitentia, ex qua appareat, vtrum ſit uere uel licitè conuerſus: ut not. ſupra e. §. qualiter deprehendatur. ver. ergo. Sed quæritur, an cum talibus, ut promoueri poſſint, ualeat diſpẽſari. & patet ex præmiſſis, ꝙ ſic. nam de iure communi tales, ex quo recõciliati ſunt, ad communionem laicam recipiuntur: 1. q. 7. c. 1. ad quod notandum eſt, ꝙ circa eos quadruplex diſpenſatio adhibetur, ſcilicet, Semiplena, ut recipiantur in ordinibus iam ſuſceptis, ſublata eis in poſterum omni ſpe promotionis: 1. q. 1. ſi quis hæreticæ. Plena, vt poſſint ſacerdotes fieri, & nõ vltra. 1. q. 7. conuenientibus. Plenior, ut poſſint eſſe epiſcopi: non tamen primates: 12. diſtinct. nos conſuetudinem. Pleniſſima ut ad omnes ordines & dignitates valeant promoueri. 23. q. 4. ipſa pietas. [a]

13 Quæ † pęna imponatur credentibus receptatoribus, & fautorib.

Et certè magna. de credẽtibus dixi ſ. e. §. ver. ſtricto. fautores, & receptatores, qui hæreticis aliquod conſilium, uel auxilium dederint, id eſt, eos qui in domo vel terra ſua tenere fauorem, aut negociationem cum eis exercere præſumpſerint: & tales ipſo iure ſunt excommunicati. & ſi in iſto peccato deceſſerint, omni priuilegio carẽt, nec oblatio pro eis facta recipit, nec inter Chriſtianos accipiũt ſepulturam, ut j. ſicut ait. quia plus ſolet timeri quod ſpecialiter iniungitur, quã quod generaliter imperatur: 23. diſtinct. quanquam. ff. de iniur. item apud Labeonem. §. hoc edictum. prohibetur aduocatis, & ſcriniarijs, id eſt, tabellionibus, qui in ſcrinijs inſtrumenta reponũt, ne hæreticis, credentibus uel fautoribus, eorundẽ in cauſis vel factis, vel ſub his litigantibus præſtent patrocinium, conſiliũ, auxilium, uel fauorem: nec pro ipſis conficiant ſcripta aliqua, uel publica inſtrumenta. quod ſi iſti aduocati, uel ſcriniarij contrauenerunt, ab officio ſuſpenſi perpetuæ decernuntur infamiæ ſubiacere: ut infrà eo. ſi aduerſus. Hanc autem pœnam patiuntur ſcriniarij & aduocati, ſi præbeant ſupradictis receptatoribus conſilium, ex quo ſunt per eccleſiam excommunicatione uocati, id eſt, excõmunicati denunciati: ut & no. ſuprà eod. §. qualiter deuitetur. & lapſo anno & tempore denunciationis, ut ſequitur. Sin aũt talis receptator vel fautor ad unitatem eccleſiæ redierit, intra annum computandum à tempore denunciationis, admittitur: quo elapſo, non dico tanquam hæreticus, ſed tãquam rebellis & inobediens pęnas patitur ſubſequentes. ipſo enim iure infamis fit, nec ad publica officia uel conſilia, nec ad electionem aliquam admittitur: inteſtabilis eſt, id eſt, teſtimonium ferre non poteſt: nec teſtandi, id eſt, teſtamentum faciendi habet liberam facultatem: nec ad hæreditatem accedit, ſubaudi, ex teſtato, uel inteſtato: & ſic à contrario intra annũ iſta poterit exercere: ſecundum quod poteſt intelligi, quod no. ſ. ſecundũ l. §. qua pęna. & verſ. ſeq. & ſic erit caſus ſpecialiſſimus, in quo communicabitur cum excõicato ſine excommunicatione: quod authoritate Papæ fieri poterit: ſicut ſine peccato celebrat in eccleſia interdicta: ut infrà, de priui. ut priuilegia. & cum excommunicato communicatur: infrà de ſent. excom. ſi verè Sed credo ei poſſe participari in his & ſequen. intra annum, ſi promittat bona fide ſe reconciliaturum eccleſiæ: ideo igitur in hoc caſu habenæ mollificantur & reſtringuntur, ut præmijs, & donarijs poſſit retrahi ab errore. qui enim nimis emũgit, elicit ſanguinem: vt ſuprà, de renũ. niſi cùm pridem. § propter malitiam. vel dic, ꝙ elapſo anno, repellitur & ab his infamia legali, id eſt, perpetua: intra annum uerò repellitur & ab his infamia canonica, quæ aboletur quam cito redijt ad gremium eccleſiæ: ſicut not. de apoſta. infrà, de apo. §. qualiter. verſicul. ſi vero. & ſe. quod verius eſt. item elapſo anno perpetuo omnibus reſpõdet in iudicio, ſed nullus rñdere ei tenetur. ſic ſ. de iudi. intelleximus. puto tamen, ꝙ ſibi reſeruetur quęlibet iuſta, æqua & peremptoria exceptio ſiue defenſio: ar. ſ. de exce. cum inter priorem. Secus dicunt quidam de dilatorijs: quia non permittunt eis de iuris apicibus diſputare. ad hoc ff. mandati. ſi fideiuſ. §. quædam. niſi fortè ſibi cõpetat exceptio de ſuſpecto: arg. ſ. de ſimo. per tuas. & de accu. cũ debet. 3. q. 5. quia ſuſpecti. & c. accuſatores. 4 Sed dec. non diſti. ſ. de exce. cum inter priorem. &c. dilectę. dilecti. ſignificauerũt. venerabilem 14 † Item ſñia ab eo lata nullius eſt momenti: nec inſtrumenta ab eo confecta aliquam obtinent firmitatem. Sed cũ authore condemnato damnantur. & idem in ſimilibus præcipitur obſeruari: puta quando excommunicatus notorius ſententiam profert: ſ. de ſen. & re iud. ad probãdum. ut hæc omnia habentur j. eod. excommunicamus itaque. §. credentes. Sed ſi receptator clericus erat: quia peccato maior exiſtit, maiori pęna punitur. & ideo ab officio & beneficio deponitur. & ſi quis tales fautores, ex quo per eccleſiam uitati ſunt, uitare contempſerit, vſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationis vinculo innodatur: ut j. excommunicamus itaque. §. ſi verò clericus. Tales etiam receptatores denunciatos etiam intra annum non debent admittere clerici ad diuina, nec eis præbere eccleſiaſtica ſacramenta, nec ſuas oblationes, vel eleemoſynas recipere, aut eos tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ. alias ſuo priuari debẽt officio, ad quod nunquam reſtituentur abſque iudicio ſedis Apo. ſpeciali. & idem de regularibus clericis eſt ſeruandum: quibus & hæc pęna adiungitur, ut ſibi ſua priuilegia minimè obſeruentur in illa diœceſi, in qua talia præſumpſerunt perpetrare: ut infrà eod. excommunicamus itaque §. ſanè clerici.

15 Quæ pœna falſi † prædicatoris.

Ad hoc ſciẽdũ qs dicatur falſus p̃dicator. Et debes ſcire, ꝙ qlibet laicus, ẽt religioſus, falſus dr̃: qa oĩbus ĩterdicit officiũ p̃dicãdi: ut j. e. ſicut ĩ uno corpore. nã ut ibi dicit, alios dedit dñs Apoſtolos, alios pphetas, alios doctores, id eſt alios populariũ inſtructores ſiue laicorũ. & ſic patet, ꝙ laici audire debent, & obedire clericis, nõ docere, uel ĩperare: ſ. ꝯſ. ecc. & de re. ec. nõ alie. cũ laicis. ſ. qui fi. ſint leg. p uenerabilẽ. § rationib. Vnde quis laici, uel ẽt clerici ſcholaſtici ſint, id eſt, boni clerici: non tñ debent reprehendere prælatos ſuos, ſiue ſacerdotes ſimplices, qui p p prærogatiuam officij Dij uocantur. unde in lege ſcriptum eſt, Dijs nõ detrahes: non ꝙ ſit, niſi unus Deus, ſiue ꝙ ſint plures Dij, ſed qa plures ſunt qui uicem Dei gerũt in terris. & hoc intelligas, ꝙ nõ debent reprehendere prælatos publicè, uel etiã in occulto cauſa reprehenſionis uel detractionis, niſi & pręlatus ſponte ſe ſubmitteret de innocentia ſua confiſus: in quo caſu intelligitur illud Dominicũ: Quis ex uobis arguet me de peccato? &, Si malè loquutus ſum, &c. Itẽ in occulto licet ipſum p̃latũ inſtruere cã correctionis. in quo caſu intelligitur, ꝙ aſina Balaam reprehendit: 2. q. 7. ſecuti ſunt. & c. nos ſi incompetenter. verſi. Item cum Balaam. hæc probantur j. eod. cum ex iniuncto. §. ul. Sed nec debet aliquis occultè prædicare: unde illud, Prædicate Euangeliũ omni creaturæ: & ꝙ auditis in aure p̃dicate ſuper tecta: ut j. eo. cũ ex iniuncto. reſpon. 1. Item ad prędicandum non admittit̃ aliquis, quamuis

ADDITIO.

a Huc refer, quod ſcriptum eſt à Martino noſtro in eo genere in hæc verba: Hæreticus quandocunque redire uoluerit, recipiendus eſt ſecundum formam, quam habes extra, de hæreti. ad abolendam. & capi. excommunicamus. 2. §. ſi quis autem. de conſecra. diſtin. 2. ego Berengarius. Ita tamẽ, ut in perpetuum carcerem detrudatur: d. §. ſi quis autem. Item hæreticus reuerſus ad fidem eſt ad laicalem communionem recipiendus de iure communi: 1. q. 7. cap. 1. Per diſpenſationem tamen recipitur in ordinibus iam ſuſceptis, ſublata ei omni ſpe promotionis: 1. q. 1. ſi quis hæreticè. Quandoque poſſunt fieri ſacerdotes, ſi uolunt: 1. q. 7. conuenientibus. Quandoque poſſunt eſſe Epiſcopi, & non primates, quandoque poſſunt ad omnes ordines & dignitates promoueri: 14. q. 4. ipſa pietas.

quamuis dicat se vidisse Deũ in somnijs, qui mittit eũ, licet hæc missio, si de ipsa constaret omnes alios superaret. Sed non creditur certè, nisi probetur miraculo. unde cum Dominus mitteret Moysen in Aegyptum ad filios Israel, dedit ei signum vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam colubrum reformaret: ut de consecra. distinct. 2. reuerà. Sed nec cuilibet miraculo credendum est: vt 50. distinct. si quis præpostera. & not. suprà de reli. & vene. sanc. ver. ideo etiam dicit. Sed sufficit ad missionem probãdam scripturæ diuinæ testimonium. vt de Io. Bap. Ego vox clamantis in deserto, diri. viam Domini. sicut ait Esa. proph. Non ergo admittitur aliquis etiam clericus, nisi mittatur: ut infrà eodem. cum ex iniuncto. §. 1. quasi dicat, nisi licentiam habeat à superiore suo: vt suprà, de Iudæ. capitu. quã sit. §. 1. vel nisi habeat curam, quia talis hoc habet à lege, respectu parochianorum: ut suprà, de ætat. & quali. capitu. penultim. & infrà eod. cum ex iniuncto. §. vltim. & suprà, de offic. ord. inter cætera. Sed & Episcopi ex testimonio scripturæ, vbique prædicare possunt: cùm eis dicat Dominus, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Matth. vltim. vnde & dicit decret. quod nullus audeat prædicare, præter Domini sacerdotes: [a] 16. quæstio. 1. adijcimus. q̃ de sacerdotibus Episcopis specialiter intelligi potest: non ergo refert, quis Episcoporum prædicet: sed quid prædicet. sic potest intelligi 19 distinctio. secundum. quòd verum est, nisi ab illo, cuius est diœcesis prohibeatur: tunc enim abstinere debet: 6. quæst. 3. scriptũ. vel illud intelligitur non de falsa prædicatione, sed iurisdictione. alij aũt prædicare non debent populo sibi non cõmisso, nisi à se. Apos. vel loci Episcopi hanc obtinuerint potestatem: vt hæc probantur infrà eodem. excommunicamus. § quia verò nonnulli. ibi, omnes, subaudi Episcopi, qui ab illo, cuius est diœcesis prohibiti, uel alij quicunque volueris, non p p authorem, &c. [16] † Liquet ex præmissis quod ordo doctorum, id est, prædicatorum, præcipuus est in ecclesia Dei: ut capit. cum ex iniuncto. §. 1. in prin. & priuilegiatus: suprà de sta. mo. quod Dei timorẽ. Primò priuilegiatus est, ut laicus non admittatur. Secundò, ut nec clericus, nec missus, nisi publicè prædicet, ut patet in superioribus. Tertio, ut vicarius fiat episcopi, & ei prouideat Episcopus. Quartò, vt in cathedralibus & regularibus ecclesijs, tales præ ceteris eligantur, qui coadiutores Episcopi fiant: ut suprà de off. or. inter cætera. Quintò, vt ab excõicatis eleemosynas recipiant, & vsurarijs. infra, de senten. excommun. cum volũtate. Sextò, ut electio citius confirmetur, supra, de elect. in causis, Septimo vt alterius Episcopatus ecclesia acquirat: sicut not. supra eodem §. qualiter deuitetur. versic. si quis Episcopo. Octauò, ut cibum gẽtilium comedat: supra, de Iudæ. quam sit, Nono, vt liceat regularibus diuersarum professionum se in vnum habitum, scilicet, superius confirmare: s. de vi. & ho. cle. Deus qui. Sed & prædicatorum ordo, & fratrum minorum tãquam fideles clipei fidei orthodoxæ, & expugnatores obuiantiũ ex aduerso speciali sunt hodie priuilegio decorati: vt infra, de excess. prælatorum. nimis iniqua. & nimis praua. Item priuilegiatum est officiũ prædicandi: vt notat. supra, de magistris. §. an clericus studio insistens. de statu mona. §. utrum populum. vers. sciendũ est igitur. & seq. Si quæras, quare debet prædicatio publicè fieri? r̃n. quia cõis est, & omnibus venire volentibus paratum est regnum Dei, vnde & officium prædicationis in hoc noscitur priuilegiatum: quia tempore interdicti potest fieri prædicatio tam excõicatis, quã etiam interdictis: vt j. de sñia excom. r̃n so. quod dic ut nota. s. de cõsecratione ecclesiæ vel alta. § & q̃n. vers. nullus Episcopus. & sequen. est & alia ratio, quia timetur de cõuenticulis, maximè extra ecclesiam: ut C. de episcopis & cler. ꝯuenticulã. & notat. supra eodẽ §. qualiter deprehẽdatur. & per ꝯñs de ꝯspirationibus & coniurationibus, maximè hæreticorũ: de quo not. s. de syndi. sub §. quid sit societas & ver. & conspiratores. & præce. & se. & legit in auth. de interdi. col. 9 Pœna aũt excõicationis imponit clericis prædicãtibus sine licentia. & si nec sic resipuerint quã citius, alia ꝯpetenti pœna plectentur: ut j. eo. excõicamus itaq; §. quia uero nõnulli. & est ratio, ut ibi dicit. ne sub prætextu pietatis virtutem ipsius impugnet, & sic timetur de fermento hereticæ prauitatis: ut s. prox dixi. & cũ dicat, competenti pęna, & nõ determinet. arbitrariam innuit: argum. s. de off. delega. de causis.

ADDITIO.

a Præter Domini sacerdotes. ¶ Adde gl. in c. in sancta. 92. dist. Inno. in c. excõicamus, in §. si verò. in sua gl. de hær. Car. in cle. dudum. in 14. q de sepul.

De Schismaticis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Schisma quid sit. Et unde dicatur.* 2.
3 *Schismatici qua pœna feriantur. Et an conferant sacramenta.* 5.
4 *Ordinationes factæ à schismaticis non ualent.*

Dictũ est suprà de hæreticis: sed quia interdum schisma inducit hæresim: quia omne schisma intendit sibi constituere ecclesiam, & uniuersalem ecclesiam impugnare: 22 quæst. 1. loquitur. subijcitur de Schismaticis, in qua uidendum est, Quid sit schisma, Et unde dicatur, Qua pœna schismatici feriantur, Quid iuris de ordinationibus ab eisdem factis.

[1] Quid sit † schisma.

[a] Et quidẽ illicita discessio eorum, quorum unitas esse debet, seu illicitus ab unitate uel ab uniuersitate discessus, secundum Goffred. uel dic, quòd schisma est illicita diuisio, per inobedientiam ab uniuersitate ecclesiæ facta: ut 24. quæstion. 3. inter schisma & hæresim. Ideoque schismatici uolentes Dei ecclesiam discindere, peccant in fide, quo ad articulum illum, Credo in Spiritum sanctum, & vnam sanctam ecclesiam catholicam. ad hoc 24. quæstion. 1. aduocauit. & quatuor capitu. præcedentibus.

[2] Et vnde † dicatur.

Et certè hoc nomen schisma Græcum est, & dicitur a scissura, vt 24. quæstion. 1. schisma. cum enim fides catholica vna sit tantùm, & unionem designet, ut not. s. de biga. §. quare bigamus. versicu. in cellula quinta: & sequen. & versicu. in undecima. & seq. patet, quòd si quis ab hac unitate recedat, diuisus est. & sic schismaticus. vestimentum enim Domini ideo scissum nõ fuit, sed de eo sortiri sunt, quia ecclesia scindi non debet, sed tota in unnitate consistit: ut 16. quæstio. vltim. sicut Domini vestimentum. Differt autem ab hæresi [b] in princip. nam hæresis in sui princip. habet peruersum dogma, quòd non habet schisma. Sed si perdurat, cadit in hæresim: quia fingit se ab ecclesia rectè recessisse, & ideo censetur hæreticus: ut 24. quæstio. 3. inter schisma. & sic peccat illũ articulum, Credo in Spiritum sanctum. & vnã sanctam ecclesiam, &c. ut not. supra eod. §. quid sit schisma. uel est inter hæc duo talis differentia, qualis inter genus & speciem: quia omnis hæreticus est schismaticus: sed non conuertitur, nisi schisma durauerit: ut supra not. & uide quod notat. supra, de hæreti. §. quis dicatur. versic. item excommunicamus. & ver. dicitur autem. [c]

[3] Qua † pęna [d] schismatici feriãtur.

Et certè puniuntur a Deo & hominibus, ut sciãt homines quam graue, & quam detestabile sit hoc crimen: ostendit Dominus in Chore, Datam. & Abiron, quos terra viuos absorbuit. Sed exẽplo alio hoc ostẽdit: nã cum decẽ tribus scissę fuissent a tribu. Iuda & Beniamin, & relicto rege suo, alium sibi foris cõstituissent, & tandem iret ad eos Hieroboam, ubi peccata sua exprobaret eisdem, & ultionem futuram prædiceret, panem apud illos edere, & aquam bibere vetitus est: quod cum nõ custodisset, statim diuina censura percussus est: & inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere nec itus est: 7. quæstio. 1. denique. unde nec dubitandum est, sceleratius esse delictum, quod est grauius iudicatum. 24 quæstio. 1. non auferamus. Nec ob quod alibi dicitur, hæresim esse maius inter crimina, eo quòd primum locum tenet in pœnis: 32. quæstio. 7. quod in omnibus. nam si crimen hæresis maius sit nouo schismate: tamen ex quo schisma indicatum & confirmatum fuerit idem est crimen. & utrique est pęna eadem infligenda: ut patet in his, quæ nota. supra eodem. §. & unde dicatur. versic. differt. Ab hominibus etiam puniuntur. nam excommunicantur: & si non resipuerint, deponuntur: ut 23. distinct. In nomine Domini. & si aliter non possunt distringi, inuocandum est brachium seculare 11. quæstion. 1. petimus. s. de offic. ordin. quoniam in quibusdam. §. pen. & fin. Et dicitur propriè schismaticus,

ADDITIONES.

a Quid sit schisma. ¶ Adde ca. schisma. 24. q. 1. gl in c. quia diligẽtia. de ele. Doct. in rubric. de schismaticis.

b Differt autem ab hæresi. ¶ Adde glo. in cap. inter hæresim. 24. q. 3. Docto. in cap. firmissimè, de hære. Inno. in rubric. de schismaticis.

c Has Schismatis diffinitiones refert Martinus in Summa eo. ti. eandẽ verbi originem & notationem subnectens. Cæterum de eodem Martini tractatu possem huiusmodi rubricellã effingere, Quomodo differat schisma, & hæresis: Hæresis (inquit) in specie sua habet peruersum dogma, q̃ nõ habet schisma; sed in fine tangit aliquam hæresim: ut rectè uideatur ab ecclesia discessisse, ut dicit Hierony. 23. q. 4. inter hæresim. Potest similiter dici, q̃ differunt, ut dispositio & habitus. Primo enim dicitur schisma, sed cum post tempus pertinaciter adhæserit suæ sectæ, asserens non esse obediẽdum ecclesiæ Romanæ, tunc est heresis contra illum fidei articulum, Vnam sanctam & apostolicam ecclesiam. Vel dic, q̃ talis est differentia inter ista, qualis inter genus & speciem, quia omnis hæreticus fit schismaticus, sed non econuerso.

d Qua pœna. ¶ Adde c. si quis inquit. 1. q. 1. c. didicimus. 24. q. 1. ca. licet. de elect. capit. 1. de schisma. lib. 6. Sanct. Thom. 2. secundæ, q. 39. originaliter. Numeri 16, capitu.

a maticus, qui non recognoscit potestatem Romanæ ecclesiæ:[a] sic enim efficitur ouis extranea ab ouili: ut suprà de maio. & obe. solitæ § pe. vnde si aliter occupet cathedram, quàm debeat, pura minus canonicè est electus, fur est & latro: 7. quæstio. 1. non furem 23. quæstio. 4. tres personas. suprà, de iure pa relatum. etiam si de pastore sedis Apost. quæras, & ibi etiā multo fortius locum debet habere: ut s. de elect. licet de vitanda. 23. distin In nomine Domini. Ideo Octauianus Io. maledicit, qui vocatus fuit victor iniustè cathedram occupauit. vixit autem in cathedra annis octo, & mensibus septem: huic successit Guido: qui & Paschalis vocatus fuit, secundum Goffredum. Horum facta damnantur: j. eodem. cap. 1. Octauianus etiam contra Papam Alexan. schisma mouit. & fouit ut tractatur per docto. s. de elect. quia diligentia. Reprobus etiam & Valdemarius schismatici fuerunt: ut suprà, de sacra. non iteran. c. à nobis. Federicus etiam auus istius, contra Inn. III. schisma mouit. & Otto Imperator similiter. quem tamen Inn. idem excommunicauit. Feder. Imperator iste. II. contra dominum Gre. IX. & tandem per Inn. IIII. depositus fuit concilio Ludun. debet ergo quilibet schismaticus timere, & animaduertere, quòd licet aliquando nauicula Petri fluctuet, submergi tamen non potest: 24. quæstio. prima. non

b turbatur.[b]

4 Quid † iuris de ordinationibus ab eisdē factis. Et pro certo secundū quosdam irritæ habentur ordinationes ab eisdem, & ab ordinatis ab eis: ut 9. q. 1. ordinationes. & recipientes à talibus beneficia impetratis carent: alienationes rerum ecclesiasticarum ab eis factæ irritæ sunt, & ad eas sine omni onere reuerti præcipiuntur: 12. q. 1. alienationes. & c. si qua de rebus nec enim talis prelatus regere potest. Ideo tempore talis prælati dicitur ecclesia vacare: s. de præscript. cap. 1. & de transla. Epi. inter corporalia § sed neque Et nunquid si ex altera parte aliquid acquisiuit, compēsari debet damnum cum lucro: ff. de neg. gest. si negocia? nequaquā. ar. C. de legi. quod fauore. & ff. de mino. si iudex. Si quis contra hoc venerit, ordinationibus uel alienationibus innitens, excommunicatus est: & hi qui de tenendo schismate sponte iuramentum præbuerint, sacris ordinibus & dignitatibus suspensi manent: ut hæc omnia habentur infrà eod. c. 1 Et hoc idem intelligas, quando Episcopus contemnit excommunicationem, & facta talium irrita habentur, ut hodie peroptimè probatur: infrà, de excess. prel. c. vlt. etiam. pbatur quòd hi, qui à talibus beneficia, quæ catholicis & obedientibus abstulerant, scienter receperunt etiam alijs beneficijs, si qua habebunt, suspenduntur: nec debet quis pro aliquo metu mortali peccato cōsentire. suprà, de his quæ vi metusve causa fi. sacris 22 q. 5 ita ne. Nedum autem ordinationes à schismaticis factæ irritæ sunt, imò & si ab excommunicatis, vel ab his qui resignarunt Episcopatui: hi tamen omnes characterem recipiūt & si ab hæreticis ordinati forent, dummodo ordines in forma ecclesiæ conferātur: ut 1. quæst 1. §. quamuis. 24. q. 1. § his authoritatibus. & hoc siue scienter, siue ignoranter quis receperit. Bertrandus dicit, pro tanto igitur dicūtur irritę, quia executione carēt. j. q. j. quod quidam. licet Io. Fauentinus aliter senserit: quasi non recipiatur character, cùm extra ecclesiam collatum sit sicut allegat G. 1. q. 1. § opponitur. Sed falsum est, cùm possit cum talibus dispēsari, quo ad executionem. nec egent alia ordinatione. & hæc dispensatio fit circa ignorantes. nam scientes indigni sunt: suprà, de ord. ab Episco. c. 2. & 9. q. 1. cap. 1. 2. & 3. & de hoc 1. q. 1. Dominus declarauit, Quòd autem excommunicatus cōferat ordines, probatur suprà, de ord. ab Epis. c. 2. ad hoc & vide quod not. suprà, de simo § qua pœna. ver. suspensus. & seq. Sed dispensatio fieri debet ex certa scientia: ut 51. distin. qui in aliquo. s. de cler. coniu diuersis 71. distin. quicunq;. & ex causa: ut 51. dist. clerico iacente 55. distin. priscis. 16. q. 1. cum pro vtilitate. & ab eo qui habet potestatē dispensandi: vt probatur infrà eo. fraternitati Sed quis est ille, qui in hoc casu dispensare potest? Dicūt quidam, p Episcopus. ar. s. prox. c. cùm enim Papa ibi non recipiat dispensationem, concessisse videtur alijs: s. de præb. graue. infrà, de sent. exc. nuper. Alij dicunt, quod ad solum Papam pertinet: ar. suprà de hære. excommunicamus. 1. §. sanè. quia cum ordinatis in apostasia alius dispensare potest: ut infrà tit. 1. c. si Ego dist. vtrum scienter receperit quis ordinem à schismatico, uel hæretico, uel excōicato: & tunc solus Papa dispensat: uel ignorantia ductus, pbabili, & non supina: & tūc per discretū prelatū cū eo poterit dispensari: quia & ordinati ab hæret. dispensatiuè admittūtur in ordini. ut not. s. de hære. § quando & qualiter & hęc distin. probatur s. de ord. ab Epi. qui resig. epi. c. 1. & 2 Sed si quæratur de episcopatu, solus Papa dispensat: ut suprà de elect. quia diligentia Sunt tamen & aliqui casus, in quibus non potest dispensare nisi Papa, quòd dic ut not. s. de temp. ord. §. & à quo. vers. dicas ergo: & seq. & infrà, de pœniten. sub rub. de dispensa § quis possit dispensare. Mirum tamen apparet, quòd taliter ordinatus recipiat characterem. depositus enim qualiter dare poterit, quod non habet vel excommunicatus, vel hæreticus, uel schismaticus, contra 1. quæstio. 7. Daibertum. suprà, de iure patr. quod autem. suprà, de consue. cap. quanto in fin. ff. de offic. procons. l. quarta §. antepen. Respon. Quantumcunque, deponatur, vel excommunicetur, uel etiam renunciet dignitati & ordin. characteri tamen ordinis episcopalis semel impresso renunciare non potest: argumen. ff. de officio præsid. legatus. & de pactis. ius agnationis. & C de patria potesta abdicatio. & ideo cum illo charactere semp remanent aliquæ reliquiæ ordinis, sicut dicitur de illo, qui cedit actiones: ff. de peculio. quis ergo casus. & pro socio l. 2. & 3. & C. de noua. l. tertia. hæc enim in corporalia talis naturæ sunt, quòd possunt in alium transferri: & nihilominus retineri: sicut Doctor transfert scientiam in scholarem, & eam nihilominus retinet. vn de non dat talis ordinans, quod nō habet: sed potius quod habet scilicet characterem: non tñ efficacem transfert: quia nec efficacem habet. & ideo quo ad executionem, necessaria est dispensatio: quia nudus character transfertur: sed per dispensationem calorem sumit & viuificatur: sic & electio nuda vestitur per publicationem: s. de elect. publicatio. & pacta nuda vestiuntur: ut not. s. de pact §. quæ sint diuisiones. sub § superest. versicu. vestitur autem pactum. & sequen. nam & aliquando transfert quis actiones vel defensiones efficaces in aliam: & tamen penes se inefficaces sunt: ut ff. de fideius. cùm is. de noua. & deleg. doli. sic & aliqui sunt, qui honestè viuunt sustentati beneficio, quo ab aliæ detento forsitan alius esuriet. vnde vulgariter dicitur, Nescit homo stultus, siue prauus, de quo viuit discretus, siue probus. non mireris ergo, si character iste transfertur à deposito, & nihilominus remaneat penes ipsum Iste enim character spiritualis est, & inuisibiliter Spiritu sancto cooperante, confertur per impositionem manuum factam, iuxta ritum ab Apostolis introductum scil. Petro, Iacob. & Ioan. quando miserunt Paulum & Barnabam ad prædicandum: ut 65. distin. § porrò. 75 distin. quod dic s. de sacra vnct. c. vnico §. 1. & de sacra. non iter. capitu. vlti. & de bap maiores. § item quare. & §. vltim. & capi. debitum Est autem & alius character corporeus & visibilis, scilicet coctura ferri candentis, quæ furum faciei imprimitur: de hoc suprà, ne cler. uel monac. sententiam. & j. de crimi. fal. ad audientiam. Sed cùm iste corporeus semel admissus, nunquam amittatur, imò si delere crederes eum, potius augmentares: multo minus deleri potest primus, cùm spiritualis sit: ut suprà, de diuor. quanto §. secundo. & s. de transla. episcopi inter corporalia. respon. 1 transfertur igitur in casib. præmissis character inefficax, & quasi mortuus: sed per dispensationem viuificatur, ut præmissimus. Sic legitur de leena, quæ embrionē emittit, id est frustū carnis, scilicet fœtum formatum sine anima, sed postea per vlulatum in eū animam infundit: dicitur autē embrio partus formatus in vtero, antequā anima infundatur, ab e, quod est sine, & briō, quod est mensura: econtrà est de elephante. nā per duos annos partum de portat in vtero. Si quæras, quare leo mortuum, siue non viuificatum emittat fœtum: elephans autem per duos annos suum in ventre deferat. ratio redditur: quia leo animal est calidę & siccæ complexionis: vnde si fœtus in ventre viuificaretur, præ nimio calore extingueretur. & ideo embrionē emittit. elephas verò animal est melancholicum, & frigidæ complexionis: ideo si cito pareret, parum viuere posset, secundum magistrū Ray. † Sic

5 patet, quòd schismaticus confert ecclesiastica sacramenta & de hac materia inuenies plenè not. s. de temp. ordin. §. & à quo. versic. hæc igitur sit fides sua. depositus etiam conficit secundū Goffredum ut ibi not. & non conficit, secundum eundem ut no. infrà, de cler. excom mini. § 1. versic sed nunquid depositus. & sequen. dic, ut ibi not. In summa not. quòd si schismatici cum vestimentis sacerdotalibus benedictis, & in altaribus consecratis celebrauerint, non propter hoc erit benedictio, vel cōsecratio iteranda, ut s. de sacra. non iter. ca. 2. Item nota. quòd ecclesia schismatica, ex quo conuersa est, & reconciliata, omnia iura sua recuperare debet. suprà, de elect. quia diligentia. & de maior. & obed. inter quatuor. in fi. 15 quæstio 6. iuratos. & c. nos sanctorū: Schismaticus autem volens redire ad vnitatem ecclesiæ, admittitur. Sed ad mandatum episcopi satisfacere tenetur, & debet recipi cum

ADDITIONES.

a Qui non recognoscit potestatem Romanæ ecclesiæ. ¶ Adde gl. in ca. non vos. 23. q. 6.

b Punitos quoque fuisse schismaticos terræ hiatu, & igne cœlesti, ut legitur Numer. 16. de Choran, Dathan, & Abiron. Puniuntur etiam schismatici ab iudice homine, scilicet per excommunicationem, & depositionem: vt 23. distinct. in nomine Domini. & de schisma. capitul. 2. Similiter puniuntur pœna pecuniaria, argum. 23. quæstio. 7. capitul. quod autem. Manu quoque militari, sine armata, cùm est necesse. 17. distin. non licuit. & 11. q. 1. petimus. Martinus.

cipi cum manus impositione.ut accipiat Spiritum sanctum, qui extra ecclesiam non est.nec dari potest 24. quæstio. 1. dicimus. &c. pudenda & c. schisma. Sed & si quis reconciliatus dicat: secum circa ordinē misericorditer dispēsatum,hoc tenetur probare secundum ea quæ not.suprà eodem §. ne dum autem. versic.ad fin.ibi,sed dispensatio fieri debet,&c.& versi. sequenti:qui incipit,sed quis est ille.

De Apostatis & iterantibus baptisma. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Apostasia quid sit. Quot sunt apostasiæ species.* 2.
3 *Apostasiæ qualiter puniantur Et recipiens ordinem sacrum in apostasia, an sit excommunicatus.*
5 *Pœna quæ sit iterantium baptisma.*

QVoniam hæretici & schismatici,de quibus author præmisit,in apostasiam cadunt, ideo apponit de apostatis,annectens de iterantibus baptisma: dicamus igitur Quid sit apostasia. Quot species apostasiæ. Qualiter puniantur apostatæ. Quæ sit pœna iterantium baptisma.

1 a **Quid sit apostasia.** †a Et quidem temerarius recessus à statu fidei, obedientiæ,vel religionis,qua quis professus est se tenere. & dicitur apostasia,quasi post status.i.retrogradatus status:ideò apostasia est retrostatio vel retrogradatio. vnde apostata dicit,quasi retrostās: ut 26 quæstio. vltim.non obseruetis.is non est aptus regno Dei, cùm ad aratrū manum posuerit,& respiciat retrò:ut 12.q.j.sancimus,& s.de voto.magnæ.§.1.

2 **Quot species apostasiæ.** Et quidē tres, scilicet, perfidiæ,inobediētiæ,& irregularitatis Apostasia perfidiæ dr̄,qua qs peruertitur,& recedit à fide,sicut Iuli apostata.de hac 2.quæst. 7. non potest. Et scias, quòd si quis Iudæus ad fidem nostram spontaneè conuertatur,cogitur dimittere ritus suos.ut s̄.de cōstitu transsl.tro quia maledictus homo,qui terram Domini duabus vijs ingreditur: nec debet quis veste indui lana linoque contexta:ut s̄.de elec.cùm causam,quæ melius est etiam, id est, minus malum est, viam Domini nō cognoscere, quàm post cognitā retroire:ut j. eodem.quidam Sed apostasia inobedientiæ dicitur,qua quis præceptum maioris sui transgreditur spōtanea voluntate: ut Adam & Eua, qui sacris nolunt canonibus obedire: ut s̄ de maiori.& obed ca si quis.& c illud. 2. quæstio 7.alieni.3. quæstion.4.alieni.& de hac nota.s̄ titul.proximo. §. 1. versicul. dicitur. & sequen. Item apostasia irregularitatis est, quum quis à statu assumptæ religionis & professæ, uel à sacris ordinibus recedit,& tanquam laicus conuersatur,uel habitu postposito tanquam clericus secularis ut monachus clericus conuersus de qualibet istarum habes l.distinct capitul fin.47 distinct.quantum licet.16 quæstio 1.legi.3 quæstio. 4.beatus. Fit ergo hoc pluribus modis dimittendo tonsuram, vxorem accipiendo,ex quo is qui contrahit est in sacris.quod dic,ut not. suprà, qui cler.uel vo.§. quis clericus.vestem religionis abijciendo, ad seculum redeundo:ut s̄.de vita & ho cleri.ex literis j.de sent.excōmu in audientia &/c.perpendimus.20.quęst.3.c 2 & 3.27.quæstio. 1 omnes j. eodem.c.1.& c quidam.& c pe.& vlt.

b 3 **Qualiter** b† **puniantur apostatæ.** Si si apostasia,per fidiæ, tanquā infames oīno repelluntur:2.q.7. non potest 6 quæst 1.infames. de conse.distin.4. celebritatē.& accusari possunt perpetuò per libellum,& sine libello: & viuente apostata non tollitur accusatio tēpore:eo tamen mortuo,tollit quinquēnio.& inchoari pōt post mortē:sicut in crimine lęsę maiesta.& confiscant apostatarū bona,nisi habeant liberos, vel cognatos:ut C.eodem.l.1.& 2 & l.apostatarum.de his bonis dic, ut not suprà de hæret.§.qua pœna feriatur,versicul.quo autem ad pœnas & sequen. Alieni.n.sunt apostatæ à testamentis & te c stimonijs c,nec in statum pristinum reuertuntur,etiam acta pœnitentia:quod intelligas, quo ad indignationem principis, non quo ad saluationem,quia ecclesia nulli claudit gremium,ut not. suprà,de hæretic.§.quando & qualiter. Expellerentur autem de ciuitate, nisi quia pœna maior visa est imperatori versari inter homines,& hominum carere suffragijs,ut C eodem.hi qui sanctam. Sed vbi apostatæ clerici sint, ne prædicatione sua falsa in gregem Dominicum contagionem generent, expelluntur de ciuitate,sicut omnes hæretici:vt C.de sum. trini. & fide catholica l.secūda.C eodem l.vltima sic ouis morbida eijcitur ab ouili, ne inficiat sanas oues suprà.de stat.monach.ea quæ §.secundo.& breuiter cùm tales hæretici sint, ut patet in his quæ not.s̄.codē. §.proximo, versicul primo, de pœna istorum dic ut notat.s̄.de hæreti §.qua pœna. Si verò sit apostata inobedientiæ, infamis efficitur,durāte apostasia,& à testimonio repellitur & excōmunicatur:3.quæstio.4 si quis à suo. 11. quæstio. 3. si autem nobis. & si non resipuerit, degradatur,ut in sequen. versi.& iunge quòd notat.s̄.de maior.& obe §.fina.Quòd si fuerit apostasia irregularitatis d,ea durante ab accusatione & testimonio repellitur,& infamis est e ipso iure:2.quæstio.7.alieni.3. quæstio.4.beatus.& ca. si quis. nec ad dignitatem eligi potest: 16.quæstio.1.legi.& clericus admonitus si se non correxerit,deponendus est:22.quæstio. 4.sine ornatu.& capitul.præcipimus.11.quæstio.3.sin autem.& duobus capit sequen.Item caret priuilegio clericali:ut j.eodem, cap.j Hæc locū habent,si constet de apostasia. Sed & si quis fuerit de hac grauiter infamatus, deficiente probatione,ad purgationem præstandā est censura ecclesiastica coercēdus:ut j.e. tuę sic j.de purga cano.c.accedēs s̄.de proba.ad nostram.& c.sicut. Sed & ex quo de apostasia constiterit, & minis & blandimentis non potest induci ad malè dimissum habitum resumendum,potest sub graui custodia carcerari:ita quòd sibi vita misera reseruetur,& sic teneatur,quousque à tanta nequitia resipiscat:ut infrà eodem,à nobis.& sic

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ:

ff.de iusti & iur.l.1.2.quæstio.1 si peccauerit.14 quæst.vlti si res. 27 quæstio.1.cap. vltim. s̄ de temp. ordin.c. vltim. 45 distinct. qui syncera 23.quæstio.4 debet homo.ideo etiam reseruatur sibi vita,ut vitam sibi pœnam æstimet: sic in crimine læsæ maiest. suprà titul.1.vergentis. 74. distinct. quorundam. Sic & clericus vxorem suam ligare potest: si cum alio deliquerit, ut pœna docente resipiscat:33.quæstio 2. placuit. Sed & si monachus apostata in apostasia ordinem sacrum receperit: quantumcunque reconcilietur abbati, & pœnitentiam egerit, non tamen potest absque dispensatione sedis Apostol. ministrare in ordine sic suscepto:vt j eodem cap.vltim secus, si transiens ad aliam religionem ibidem ordinetur in presbiterum: vt s̄ de temp. ordin. ex f parte Sunt & alij casus f, in quibus non potest dispensare,nisi Papa, quos not.suprà de tempo.ordin § & à quo.& j.de pœni sub rubri.de dispensat.§. quis potest dispensare sub §. sunt autem ca 4 sus.† Sed nunquid talis est excommunicatus? Dicunt quidam quòd sic:ideo dicunt:pro falsis refutandus est: iij.quæstio.iiij.beatus.& j de senten.excommu. cum non ab homine § ij suprà. de vi.& hone.cleric.capit. vltimo, & j eodem, capitu. primo.Sed dic, quòd refutandus est in accusatione & testimonio: & sic intellige, quòd præmissa trina monitione, nudatur priuilegio clericali:vt j.de sent.excommun.in audientia. &c.contingit.est tamen excommunicandus, non excommunicatus: vt j. eodem. tuæ s̄ de regula c.vlti xxvij quæstio.j. omnes &c. quia. Sed hodie religiosus relinquens habitum, excommunicatus est ipso iure:vt in authentic.d.n.extrà, ne cleric.vel.mona grauius.Licet autem monachus vel monacha pluries exierit monasterium, abbas tamen cogendus est eum volentem reuerti recipere: vt xxvij quæstio prima, peruenit.& capitul. nec aliqua & c. quia. xvj.quæstio. prima, quidam monachi. quod & intellige secundum determinationem, cap.de regula.capit. pe.Sed si primum monasterium sit de dissolutione suspectum, tunc cum omnibus bonis, quæ primo monasterio obtulit, detrudendus est in monasterio arctiori:ut 27.q 1.& qua monacharum. & c. si quis rapuerit. sed secundum monasteriū non habebit bona, nisi quo ad vsumfructum tantum in vita detrusi,16.quæstio.6 de elapsis. ideoque ipso mortuo,redibunt ad primum monasterium. sic C. de episc.& cle.raptores.sicq; delictum personæ in detrimentum monasterij non redundat:quia in vita detrusi onera personæ nō subit.nec ob.quòd fortè reditus bonorum ad onera plurium personarum sufficiunt:quia & posset esse quòd non sufficerent: lex autem debet esse communis: 4. distinct. erit autem lex. hoc tamen

ADDITIONES.

a Quid sit apostasia. ¶ Adde doc.in rub.eo.ti.glo.in c.ex parte, de tem.ord. cap 1.& fi.& ibi doc.de apost.glos.in c.consuluit.de regu.glos.in cap.fin.l. distinct.

b Qualiter puniantur apostatæ. ¶ Adde gl.in c.fin.de regu.& ibi Car.Zaba. in 7.gl.in c.tuæ fraternitati.de aposta.& in extrauaganti Benedicti, incip. Pastor bonus.

c Et testimonijs. ¶ Adde tex.in ca.beatus.3.quæst.4.& per doc.in cap.1.de apostatis.

d Apostasia irregularitatis. ¶ Adde, an apostata sit irregularis, vide per Domi.in c.1.in 2.not.de temp or lib 6.

e Et infamis est. ¶ Adde tex.in c infames.6.q.1.c.si quis a suo.3 q.4.glos in uer.apostatæ.in c.1.de temp.or.lib.6.& per Io. de Ana in rubr. de aposta. & dicit Tho.2.2.q.187.artic.fi.quòd tales efficiuntur pessimi.

f Sunt & alij casus. ¶ Adde glos.in §.nisi rigor.1.q. 7. Spe.titul.de dispen. §.dispen.

men intellige ſecundum diſtinct. quam notaui. ſ. de cleric. coniug. §. & in quo releuatur. verſi. ſolutio. & ſeq. Verùm in clerico aliud eſt. nam ſecularis clericus ſtatim poſtquam deliquit, poteſt deponi. 48. diſt. quoniam multa. Quid ſi clericus, qui primam tantum tonſuram accepit, ipſam dimiſerit. nunquid eſt cogẽdus ad ipſam reaſſumendam? Sic: nam per primam tonſuram clericalis ordo confertur, ſ. de æta. & qualit. ca. cùm contingat. talis ergo clericus eſt: 21. diſt. cleros: 54. diſt. ex antiquis. ergo cõpellendus eſt ad tonſuram malè dimiſſam deferendam: ſ. de vi. & ho. cleric. ſi quis ex clericis. 20. qu. 3. eos. ſecundum Goffredũ. quod intelligas, niſi vxorem duxerit, uel aliud interueniat Quid ſi ducat vxorem? Dicunt quidam, quòd ſi corruptam, uel ſecundam duxit, non cogitur deferre tonſuram, quia talis irreuocabiliter à clericatu receſſit: 32. diſt. ſeriatim. & omne priuilegiũ amiſit: 84. diſt. quiſquis. cæterum ſi virginem ducat, compelli debet, præterquam in tribus caſibus. Primus eſt, quando clericus nullo modo vult retinere priuilegiũ clericale. Secundus, ſi ſine ſcandalo vxoris non poteſt deferre tonſuram. Tertius, cum iuſta de cauſa expoſcit tonſuram luxuriari, & habitum transformari. ſ. de cler. coniug. Ioann. ſ. de vi. & hone. cler. argu. ſuprà, quod met. cau. c. 1. ſecundum Hug. & Ray. Tu dic, clericum coniugatũ non eſſe cogendum, niſi ratione beneficij eccleſiaſtici, ut dicit illa decre. Ioann. ad fi. ſi tamen ſua ſponte deferat tonſurã & habitum, priuilegium retineat clericale: non quo ad res, ut ſuprà, de vi. & ho. cler. coniug. ex parte. & c. Ioann. Sed quo ad perſonam: xvii quæſtio. iiij. ſi quis ſuadente quod priuilegium indultum eſt in fauorem clericorum, & odium laicorum: inf. de ſen. excom. contingit. ij. Quid ſi conſtitutus in ſacris de facto ducat vxorem, demum ad clericatum redeat, nunquid poteſt cũ tali epiſcopus miſericorditer diſpenſare? Non videtur. nam clericus aſſumendo ſacrum ordinem, uotũ continentiæ ſolennizare videtur: 32. diſtinct. ſeriatim. hoc ſi poſtea contrahat, & vxorem cognoſcat, magis delinquit, votũ ſolenne uiolando, quam ſi adulterium committeret: argum. xxvij. quæſtio. j. mulieres, & ca. te. Sed epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper adulteriũ: ſuprà, de iudic. at ſi clerici. §. de adulteriis. ergo nec in iſto. tu tamẽ dic contrà, ut expreſſim probatur ſ. de cleric. coniug. ſanè ſacerdotes. Sed cui acquirit monachus fugitiuus [a]? Suo monaſterio, ſicut & ſeruus in fuga conſtitutus: 18. q. 2. abbates. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. per ſeruum. Quid ſi talis ingrediatur ſecundum monaſterium ritè & canonicè, cuius erunt quæſita tempore, quo in fuga fuit? Secundi: niſi aliud actum ſit: xvj. quæſtio. vj. de elapſis. in authent. de ſancti ſ. epiſco. § ſimoniacus. colla. v. & 18. quæſtio. 1. capitul. vnico. Quid ſi ſine licentia abbatis ſecundum monaſterium ingreſſus fuerit, ſi priſtinum monaſterium ipſum vagabundum neglexerit? Cedunt bona quæſita ſecundo monaſterio: quia primum monaſterium ipſum pro derelicto habuit: ideoque ei non acquiſiuit. ſicut dicitur in ſeruo ꝓ derelicto habito, qui priori domino non acquirit: C. de La. lib. tollen. l. vnica. §. ſancimus. ſed apprehendenti eum. ff. de ſtip. ſeruo. quod ſeruus. cæterũ ſi primum monaſterium non neglexerit, ſed vagabundum repetiit, primo monaſterio acquiſiuit: in authentic. de ſan. epiſco. §. ſi verò monachus. ſecundum Goffred. dic ut no. j. tit. 1. § ſi. ver. fi. Quid ſi fugitus reductus in monaſterium nolit reaſſumere habitum? Reſpond. Debet ſub graui cuſtodia incarcerari. infrà eodem, à nobis.

5 Quæ ſit pœna † iterantium baptiſma.

[b] Et quidẽ ſecundũ canones, clerici deponendi ſunt: arg. de con. diſtinct. 4. eos quos. & c. quibus. laici vero excõicandi, & pęna plectendi grauiori, ut ibi, nec poſſunt ordinari. 51. diſtinct. qui in aliquo. 1. quæſt. 7. qui in qualibet. vnde nec acolytus, qui miniſterium præbuit capellano rebaptizanti fratrẽ ſuum, vſus inſano ſortilegarum mulierũ conſilio, ut ab infirmitate graui liberaretur, ſi publicum ſit, non poteſt ad vlteriores ordines promoueri: niſi intret religionem, cuius fauore cũ eo diſpenſetur. Sed ſi occultum ſit, & ageret pęnitentiam, ꝓmoueri poteſt, ut releuetur in totum, prætextu ætatis tenerę: uel fraternæ ſalutis: vt infrà eodem. cap. ex literarum. Secundum legem autem cum reiteratio baptiſmi ſit quædam ſpecies hæreſis, imponitur pęna baptizanti, & rebaptizato, qui dolo malo fecerũt, id eſt ſcientes prohibitum. aliter non intelligerentur doloſi: C. eodem, l. 2. vltimi ſupplicij, quod mortẽ interpretamur: ff. de pœn. vltimum. G. ad legem Cor. de ſicar. l. j. Epiſcopus autem ſacerdotio ſpoliatur: ut C. ne ſanctum bapti. reite. l. 1. Sed ſecundũ Azo. ideo non excuſabitur à pœna mortis: imò grauiori pęna afficiendus eſt: cũ in officio ſibi deputato peccauerit in quo plurimũ honoris ſibi extiterat collatũ: ut C. de epi. & cle. presb. & ff. de ca. & poſtli. reuer. l. 3. §. in bello. & arg. ſ. titu. 2. excommunicamus itaque §. ſi verò clericus. aliàs dicatur nobilitati parcendum: ut C. de pœni. decurionum. ſuprà. de offic. deleg. paſtoralis. 40. diſt. homo Chriſtianus. Sed contrà ſ. de Iud. at ſi clerici. per quam dicas ſufficere pęnam depoſitionis. Hoc quando certum eſt, aliquem baptizatũ fore. Secus ſi dubitetur. quod dic ut not. ſuprà de baptiſmo §. fi. ver. ſed ſi dubitetur. Itẽ hæc vera ſunt: qñ perfectè baptizatus erat: ſin aũt erat catechumenus, uel catechizatus, ſeu initiatus in miniſteriis orthodoxorũ, & poſtea ſecũdũ morẽ hæreticorũ rebaptizatus, ſeu baptizatus fuerit, imponit baptizãti & baptizato pęna exilij, & x. li. auri: ut C. ne ſanc. bap. l. vl. Quæri conſueuit, an in reiteratione baptiſmi character recipiatur? Et dixerunt quidã, ꝙ ſic, & idem in reiteratione ordinis: aliàs per reiterationẽ malè & impropriè diceretur iniuria fieri ſacramento. quòd tamen dicitur j. eodem, ex literarum. 1. quæſt. 1. quod quidem. de conſe. diſtinct. 4. oſtenditur, Item quia & actus, qui effectum non haberet, non induceret irregularitatem. nam & aliàs non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum: ſ. de deſpon. impub. litera & c. acceſſit. Tu tamen dic, quòd character non iteratur: 67. diſtinct. §. quod ergo conſecratur. & caſualiter præſtatur impedimentũ, quod de iure non ſortitur effectum: ut patet ſupra de biga. nuper. & c. fina. ſ. de ſponſ. ad audientiam. quòd etiam dicitur in hoc caſu iniuriam fieri ſacramento per reiterationem ad intentionem reiterantium, non ad veritatem refertur.

ADDITIONES.

a Cui acqurit monachus fugitiuus. ¶ Adde doct. in capi. fin. de reg. & an & quando monachus fugitiuus debeat repeti & reſtitui priori monaſterio, à quo receſſit, vide in c. Ioannes. de regu. & text. & glo. in c. quidam. 16. q. 1. & an monachus, qui aufugit à monaſterio, poſſit capi propria authoritate, vide per Bal. in l. 1. C vbi quis decur.

b Pœna iterantium baptiſma. ¶ Adde Io. de Ana. in ca. 2. col. de apoſtatis.

De His qui filios occiderunt. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Pœna legis Pompeiæ de parricidijs, in quibus locum habeat. Et quæ ſit eius pœna. 2.*

3 *Parentibus, ad quorum latus filij ſuffocati reperiuntur, quando & qualis pœnitentia imponatur.*

Poſt illa crimina, quæ in Deũ principaliter committuntur: reſtat videre de his quæ in hominẽ, & nihilominus in Deum. Sed & quia inter hæc homicidium grauius reputatur, de ipſo dicendum eſt. Verùm quia omnia homicidia excedit parricidium, uel fratricidium, & grauius reputatur: de ipſo præmittit Author, appõnẽs rubricam, de his qui filios occiderunt. & quia tales incidunt in l. Pompeiam, de parricidijs, videamus In quibus caſibus pęna Pompeiæ, de parricidijs, locũ habeat, Quæ ſit eius pęna. Quando & qualis pęnitentia imponatur parentibus, quorum filij ad latus ſuffocati reperiuntur.

1 In quibus † caſibus pęna legis Põpeiæ, de parricidijs, locum habeat.

Et quidem locũ habet, ubi qs occidit parentẽ uel aliquem filiorum: nam in aſcendentibus & deſcendentibus in infinitum locum habet: & nomine parẽtum, omnes aſcendentes: nomine vero filiorum, omnes deſcendẽtes continentur: ut ff. de in ius voc. quicunque. §. vltim. & l. ſi hac. §. liberos. Sed & in collateralibus quibuſdã locũ habet. ut in fratre patrueli, uel cõſobrino. & in proximioribus eius, & in affinibus quibuſdam dicitur: ſcilicet, vxore, viro, nuru, genero vitrico, priuigno, ſocero, patrono. ut ff. eod. l. 1. & l. ſed ſciẽdum. Sed & qui præſtiterũt opem, eadem l. tenentur, & etiam durius puniũtur, quàm ſi ipſimet hoc commiſiſſent, ꝙ eſt notandum: ut ff. eo. vtrum, & l. ſi ſciente. Sed & ſi quis venenum emerit, vt patri daret, quamuis nõ dederit, eadem l. tenetur. frater autem eius, qui totum cognouerit, ſed patri non indicauerat, relegandus eſt: medicus vltimo ſupplicio affligendus. Eadem etiam lege tenetꝰ pater, qui in uenatione filium ſuum occidit, & qui nouercam adulterauit. Sed in hoc caſu deportatur tantùm pater: quia magis more latronis, quàm iure patris eum interfecit, nam patria poteſtas in pietate debet conſiſtere, non in atrocitate: ut ff. eodem, l. 1. in fin. & l. 2. & l. diuus. nec ob. prædictis quod dicitur ff. eo. l. pe. qui alias perſonas occiderint præter patrem & matrem, auum & auiam, capitis pœna, aut vltimo ſupplicio plectuntur: quod enim dicit, præter patrem, &c. ſubaudi, uel ſimiles. vel dic illos ſolos verbis & ſententia l. Pompeiæ contineri. Sed alij multi continentur ſententia: ut d. l. ſed ſciendum, uel poteſt aliter intelligi, vt ſtatim dicam j. eod. §. ſeq. verſicu. imò hoc ideo dicit.

2 Quæ sit eius pœna. †a Et certe ut parricida virgis sanguineis uerberatus in culeo, id est, sacco corij cocti insutus cum cane, gallo gallinaceo, id est, capone, iuxta vulgare: & cũ vipera & simia in ꝓfundum maris iactetur, uel in amnem proximũ iuxta ritũ regionis ut omniũ elementorũ vsu viuus carere incipiat. & eis cœlum superstiti, terra mortuo auferat. Sed si mare, uel amnis ꝓximus non inuenit, bestiis subiicit: ut hoc probat C. eo. l. vnica. & ff. eod. l. pen. Et notandum est, quòd nulla alia pęna imponi debet: ut C. eodẽ. l. vnica. & ideo mirabile est, quod dicit l. ff. eodem. l. 1. locum habere l. Cornel. de sica. sed dic locũ habet, quia reus ea tenetur, sed non accusatur: uel dic illud imitandum esse: uel locum habet, quia vtrobique imponitur capitalis pęna secundum Azon. Imò hoc ideo dicit, quia aliqui prædictorũ tenentur hac l. aliqui. l. Corneli. de sica. ut s. not. proxi. §. ver. sed & si quis nec obst. ff. eod. sed sciendum, dico enim, quòd hi qui l. Cornel. de sic. accusantur & puniuntur, sententia huius l. continentur: quia moriuntur sicut & isti, licet non eodẽ modo: & sic non verbis, sed rebus inspectis eadem l. puniuntur: scilicet vltimo supplicio. C. commu. de leg. l. 3. in fin. sed hoc expone, ut Institut. de publ. iud. §. alia demùm cum lex prima facie contradicere videatur.

3 Quando † & qualis pœnitentia imponatur parentibus, quorũ filij suffocati ad latus reperiunt. Et certè aut certũ est, ꝙ ipsimet interfecerunt scienter, diabolo instigante: & sic imponenda est pęna maior & grauior, quàm ꝓ alio homicidio: argum. in superioribus, & j. de homic. cum iuramento. de penit. distinct. 1. aut facta. Aut certum est, ꝙ non interfecerunt, nec in culpa sunt, sed casu fortuito contigit illud, & tunc de stricto iure in nullo tenentur: arg. j. de homici. ex literis. Ioannes. & c. vlti. nisi ad cautelam velint pęnitere: quod semper velle debent, propter duplicitatis ambiguum & quia ex quo de periculo animæ agitur, est via tutior eligenda: ad hoc 23. quæst. 5. excommunicatorũ. 34. quæstio. 2. in lectum. nam & bonarum mentium est, &c. ut suprà, de obser. ieiu. consilium. §. cum autẽ. & 5. distinct. ad eius verò. s. de spon. iuuenis. & ideo dicitur, ꝙ nec debent parentes omnino esse securi de morte talium: quare semper præcipiuntur pœnitere: ut infrà eodem. de infantibus. tamen in dubio præsumitur, quòd non ex certa scientia, sed potius ex incuria hoc prouenerit, s. de præsum. afferte. vnde & repentini casus iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emendanda est. C. de inoffi. testam. si mater. nam quomodo potest mater filium obliuisci, 2. quæstion. 6. ad Romanam? sed & omnem affectum uincit paternus. C. de cura. fur. l. 1. in prin. Ideo semper aliquam pęnitentiam debent agere uelle, quia ex quo agitur de periculo animæ, securior via eligenda est, ut s. not. Aut certum est, quòd non adhibuerunt omnẽ diligentiã, quam debuerunt & sic culpa præcessit casum. & tunc si grauis fit culpa, imponit pęnitentia 5. uel 7. annorum, secundum arbitrium pœnitentiarij, l. dist. si qua fœmina. & ca. seq. Si quis sponte, occulta: si ocultum sit, publica: si publicum, & maior si in lectum suffocetur, quàm in cunis: & maior sacerdoti Græco, quam laico: ut infra, de peni. quæsitum. & licet dispensetur, quo ad ecclesiam per pęnitentiã, quæ arbitraria est: ut ibi. non tñ, quo ad homicidium, quod enorme dictu est, & indispensabile. 50. distinct. minor. Aut culpa, quæ præcessit casum, leuis fuit. & tunc imponitur pęnitentia trium annorum. Sed hoc intellige infra, eodem. de infantibus. clerici etiam parentes si per industriam occiderint, deponuntur: ut j. de peni. quæsitum. monendi etiam sunt parentes, ꝙ tam tenellos secum in vno non collocent lecto, ne negligentia qualibet interueniente, comprimantur, uel suffocentur. ut 2. quæstio. 5 consuluisti.

ADDITIO.

a Quæ sit eius pœna. ¶ Adde doct. in Rub. eo. tit.

De Infantibus, & languidis expositis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Flius infans apud quem morari, aut nutriri debeat.*
2 *Parentes qui alere teneantur.*
3 *Filij quibus exceptionibus ab alimentis possint repelli.*
4 *Expositores infantium qua pœna puniantur.*

QValiter filij à parentibus, instigante diabolo, proprijs manibus occidãtur, præmisimus suprà: nunc ponit qualiter interfecisse videantur, ipsis expositis, & alimentis denegatis, & sic videams de infantibus, & languidis, subaudi, etiam maioribus xxv. an. tam filijs, quam seruis, seu libertis, uel cuiuscuis conditionis expositis. hic videamus, Apud quem filius morari debeat, aut nutriri, diuortio facto, Qui parentes alere teneantur, Quibus exceptionibus filij ab alimentis repelli possunt, Quid iuris de infantibus, & languidis expositis.

1 Apud † quem filius morari debeat, aut nutriri, diuortio facto. Et certè si filius sit minor triennio, regulariter uerum est, quòd penes matrẽ debet remanere: maior autem triennio, penes patrem: sed Iudex æstimare debet, apud quem commodius moret: ut tamen post triennium apud matrem expensis patris alatur: ut C. sol. ma. l. 1. & de pa. po. nec filiũ. Vnde quia hoc ad arbitriũ iudicis pertinet, minor triennio apud patrẽ conuersum educat in fauorẽ fidei: ne mater, quæ in Iudaismo remanet ad infidelitatis errorem ipsum trahat: ut suprà de conuer. infide. c. vlti. & not. in sum. eo. tit. §. quid iuris de prole. Hodie tamen dis. diuortio facto, vtrum pater præstiterit diuortij causam, an mater. si pater præstat expensas matri filiorũ quæ non peruenit ad secundas nuptias, apud quã filius nutrietur: & si pater non sit idoneus, pauperes filij à matre locuplete sunt alendi, quemadmodũ egens mater à filiis locupletibus est alenda. & quod dixi de patribus & filiis: in ascendentibus & descendentibus, in infinitum extende: quòd si mater causam præstiterit, tunc apud patrem alendi sunt, subaudi, expensis matris. etiam si maiores sint triennio: ut hæc omnia probantur in auth. vt liceat matri & auiæ. §. illud quoque. colla. viij.

2 Qui parentes † alere teneantur. Patet ex superioribus: ꝙ ascendentes adinuicem debent sibi alimenta præstare, certe & omnia onera inuicẽ sufferre excepto ære alieno: ut ff. de lib. agno. si quis alià liberis. §. non tantùm. & §. parẽs. hoc enim ꝓuenit à natura, & officio iudicis expedit: ut no. s. de off. iu. §. j. Est tamen dif. inter patrem, & lineam paternam ascendentem: & matrem, & lineam maternam ascendentem. nam pater & linea sua ita demũ tenetur, si legitimus sit: mater autẽ & linea sua cogitur, etiamsi vulgo conceperit. Item mater non cogitur alere filium legitimũ, nisi patre suo, scilicet filij, & superioribus deficientibus. certum est enim id, quod filia parit, non auo materno, sed paterno eidem oneri esse: ut ff. eo. si quis ali à libe. §. vtrum. & l. quemadmodum. Sed & mater post expensas à patre repetere exceptis his quæ materno affectu erogasset etiã si apud patrẽ educaret: ut d. l. si quis §. si mater. Sunt & aliæ differentiæ in tempore: ut not. potest ex his quæ dixi supra prox. §. Quod autem dixi, patrem ita demùm teneri ad alimenta filiorum, si legitimus sit, secundum legem intelligas: nam secundum canones, omnes tenentur, siue legitimi, siue illegitimi: ut not. suprà qui fil. sint legitimi. §. an vtrunque genus alatur.

3 Quibus exceptionibus † filij ab alimentis repelli possunt. Et quidem his. Non teneor tibi præstare alimenta: quia accusasti me. Vel ꝗa tibi potes sufficere in alimentis, uel ex bonis tuis, uel artificio tuo. & hoc intelligas siue parẽtes agant ꝯ filios, uel econtra: ut ff. eo. si quis ali a liberis. §. sed & filius. & §. idem iudex æstimare. item si pater agat contra hęredem extraneum filij sui, repellitur: nisi in summa egestate deductus fuerit: ut d. l si quis. §. item rescriptum. Sed nec distinguitur in liberis, utrum sint in potestate, uel non: ut d. l. si quis. respon. j. Vel dicit pater, Non teneor tibi: quia non es filius meus. in quo casu summatim debet iudex cognoscere de filiatione: & si probetur, decernet alimenta præstari, aliàs non: sed & si iudex pronunciauerit ali oportere, non præiudicat veritati. nec n. pronunciat ipsum filium, sed ali debere: ut d. l. si quis. §. si vel parens. Et est fortè illa ratio: quia super incidenti quæstione non fit plena, sed semiplena examinatio, aliàs si plena fieret, præiudicaretur: ut C. de ord. cog. l. 2. Vel fortè est illa ratio: quia quandoque pater cogitur alere etiam non filium suum: nam si vxore denunciante se prægnantem maritus denegauerit, non vtique suus efficietur ille partus: cæterum si esset, satis iniuriosum foret, si quis longo tempore abesset, & reuersus vxorem prægnantem inueniret, & idcirco reijceret. cogitur tamen alimenta præstare, donec constet de filiatione, sicut dictum: est ut ff. de lib. agno. l. 1. §. idem Iulianus scribit. Iudex etiam qui huic rei præest, debet iubere alimenta præstari pro modo facultatum: ut C. de alen. libe. l. 2. & ff. eodem. l. si quis. §. alimenta sicut not. de procuratione, quæ debetur prælatis. suprà de censibus. §. ex quibus causis, & §. & qualiter. Et si alimenta non pręstantur, ex quo decretum est, captis pignoribus & distractis, is cui iniunctum est alimenta præstare, satisfacere cogitur: ut ff. eodem. si quis. §. si quis ex his.

Quid

4 Quid † iuris de infantibus & languidis expoſitis. De hoc merito videndum eſt. exponunt enim, id eſt, extra ſe ponunt aliqui infantes languidos ante eccleſias: pietatis officio relegato: vt alij eos videntes, pietate moti recolligant, & educent: lxxxvij diſtinct. ſi expoſitus. & exponuntur filij ſerui & liberti. infrà eodem. cap. vnico. eſt tamen diſtin. inter infantes & languidos. Si enim infans ſit ſeptennis, ſiue paruus puer: vt C. de iure deli. ſi infanti. C. eo. l. ij. & vltima. & exponatur à patre ſciente domino, vel patrono, vel ignorante: ſed poſteà ratum habente, filij ſui iuris efficiuntur, ſerui, coloni, liberti, aſcripticij libertatem conſequuntur. & de ſuo ad voluntatem teſtari poſſunt & contrahere, & ſibi acquirere, & omnia, ſicut liberi, agere: vt plenè habetur, C. e. l. vlt. Videretur tamen, quòd pater capitalem pœnam pati deberet. vnde dicuntur filij ſanguinolenti, in rub. C. eo. de patrib. qui filios diſtraxe. l. ij. quia hoc crimen ſanguine expiandum eſt: ad hoc ff. de liber. agno. necare. lxxxvj. diſt. paſce. ideo dicitur pater hoc facere, exploſo, id eſt, relegato officio pietatis paternæ, quam nulla vincere poteſt, quandiu habitat intra limites regni ſui: vt no. ſuprà, de præſump. §. 1. ver. aliàs perſonæ. ſecundum hoc intellige infrà eod. c. vnico. in princ. & ver. nam & hoc caſu. Si verò expoſitus ſit ab extraneo, eo ignorante, nec ratum habente, dicit Hug. quòd conteſtatione publicè facta in eccleſia, auditur infra decem dies, quibus elapſis, ſiquis eum repetere vellet, tanquam homicida tenetur, & diſtringitur eccleſiaſtica ſeueritate. ſic intellexit 87. diſtin. cap. vlti. Fiet autem hæc conteſtatio in epiſtola continente, vt quicunque ius habet in tali puero, exeat & probet, & ſic filium reciperet, & in loco pub. ponetur arg. v. q. 1. quidam. in fi. ſecundũ Gof. & de conſimili conteſtatione legitur ff. de inſt. act. ſed & ſi pupillus. §. de quo palam. & ſeq. Poſt talem conteſtationem habitam, elapſis x. diebus, nemo auditur, vt dictũ eſt. quod poteſt exaudiri: niſi iuſta cauſa abſentiæ uel ignorantiæ petentem excuſet, ſecundum tenorẽ decre. ſcilicet, qui ma. ac. poſ c. vlt. & ideo dicit dictũ ca. 87. diſt. cap. fin. calumniator extiterit & ſic ſi audiuit conteſtationem, & ſciebat vxorem enixam, debet puerum petere intra x. dies. aliàs videtur expoſitionem ratam habere. & ſic non auditur ſecundũ ea, quæ not. ſuprà prox. ver. Hi. enim dies à tempore ſcientiæ cedere debent. argu. ſuprà de conceſ. præb. quia diuerſitatem & de ſup. ne præl. licet magiſter. & ſi ſit iuſto impedimento detentus is, qui petere debuit reſtituendus videtur ex generali clauſula: ff. ex quibus cau. ma. in integr. reſt. l. j. Alij dicunt, quòd vtiles ſunt, nec currunt, niſi petens copiam experiundi habeat: ff. de ædi. edict. cum ſex. ff. de diuer. & temp. præſcr l. 1. Sed & ſi nulla conteſtatio facta fuit, uel etiam fuit facta: ſed pater, vel dominus ignorauit, in nullo præiudicatur ei. multo minus ſi inuito exponatur. & ideo repetit infantem: ſed reſtituet expenſas factas: niſi à fure repetat: ſic intellige C. eodem l. 1. 2. & 3. Sed quò ad expenſas dici poteſt, vtrum factæ ſint circa eruditionem pueri. & tales indiſtinctè repetuntur. C. eodem. l. j. vel circa alimenta. & tunc ſubdi. quo animo factæ ſunt: vtrum voluerit de ſuo expendere, vel hoc fecerit animo humanitatis, & pietatis, ne periret. & ſic nõ poteſt, vel poteſt repetere: argument. ff. de reli. & ſum. fu. & ſi quis. §. interdum. Legiſtæ tamen diſtinct. quam feci de x. diebus. non habent. ſed nec leges eorum contradicunt. & ideo quòd ipſis legibus omiſſum eſt, non debet omittere religio inſtruentis: vt ff. de teſti. quæſitum ſcio. De languidis autem indiſtinctè dic. quòd ſi pater vel dominus filium vel ſeruum languidũ expoſuerit, cuiuſcunque ætatis ſit, ſoluitur patria poteſtas & dominica: & efficitur ſui iuris, & liber. Si enim eum in totum adiuuare non poterat, ſaltẽ debuit eũ in xenonem nutrire, vel eo modo, quo aliàs melius poterat adiuuare & nõ exponere, vt C. de Lat. liber. tol. l. vnica. §. Sed ſcimus. & j. eodem. c. vnico. verſicul. quòd & de prędictis. Quid ſi xenodochium non inuenitur, nec ipſum iuuare poteſt, & ſic exponit eũ ex neceſſitate cõpulſus? dicas, quòd ipſum repetere poteſt quandocunq;. C. e. l. 1. & hoc innuitur infrà eodẽ. c. vnico. vbi dicit relegato pietatis officio. & in fin. vbi dicit alimenta impiè denegari: & in his caſibus, in quibus inuitus quis exponit, habet locum quòd nota. de conteſtatione s. eodem verſic. ſi verò expoſitus. ſecundum Goffred. Sed quid ſi dominus vel pater filium ſuum vel ſeruum maiorẽ infante non exponat, ſed alimenta deneget? Hic videntur leges & doctores adinuicẽ contradicere. Scripſit enim Azo in Summa ſua, quòd non fit liber: ſed habetur pro derelicto. & ideo occupanti cõceditur: vt expreſſim legitur ff. pro derelicto. l. vl. Sed & fecit vim in eo, quòd dominus dixit in proxim. l. ancillam fore patri reſtituendam: & fruſtra: quia ex quo ſeruus habetur pro derelicto, non efficitur liber, nec ſibi acquirit. Sed ſi quis eum occupauerit, ſuus fit, & acquirit ei ſtipulationem: vt ff. de ſtipul. ſeruorũ. quòd ſeruus. ff. de noxa. ſi ſeruus. patet igitur, quòd talis nõ efficitur liber. ideo dixerũt quidam magiſtri legum, & Summæ Azo. adhærentes, quòd Gregor. contra textum l. ſcripſerat, infrà eodem. c. vnico, verſicul. & de prædictis. ibi, vel ſi alicui. Sed ſecũdum Rogerium, is cui alimenta denegantur, liber efficitur. ideo dixit dictas leges correctas per authen. de nu. §. ſi verò ab initio putabat. verſicu. & multo fortius. Vel di. ſecundum Ala. vtrum denegentur alimenta ſano, & tunc occupanti conceditur, vt in legibus antiquis: vel denegentur alimenta languido. & tunc eripitur in libertatem, ſicut & quando exponitur. & ſic manifeſte loquitur authen. & hoc eſt quod dixit Gregor. j. eodem. cap. vnico. verſicul. quòd & de prædictis. ibi uel ſi alicui eorum, ſubaudi languidorum. ſed ſi exponas eorum, ſcilicet, filiorum, libertorum, vel ſeruorum, tunc confirmatur ſentẽtia Rogerij, & leges antiquæ corriguntur: & hoc innuit authent. dictum. ubi dicit, quòd ſerui pro derelicto efficiuntur ſui, & non aliorum exiſtentes: quaſi dicat. l. vltim. ff. pro derelicto. volebat quòd occupanti concederentur: & quo ad hoc habebantur pro derelicto: ſed nos uolumus in fauorẽ libertatis, quòd hodie pro derelicto habeantur quo ad hoc, vt ſui fiant, & non aliorum exiſtant. Sin autem ſententiam Alani tenere volueris, ſic expones authenticũ, illi nanque, ſcilicet, languentes derelicti. ſiue expoſiti, vel quibus alimẽnta denegata ſunt, intelliguntur à nexu dominicæ poteſtatis ſoluti, vt pote iam conſtituti liberi, ſubaudi, eo ipſo quòd languidi expoſiti ſunt: vel eis alimenta denegata. & ſubaudi non eſt mirum in hoc caſu, ſi liberi fiant. nam & ſi ſeruis non languidis, ſed ſanis alimenta denegentur. ſer. pro derelicto. tit. j. ſecundum quod legitur in titu. pro derelicto. tales ſerui. ſcilicet, non languidi ſui exiſtentes, ſcilicet, occupantium, & non aliorum, ſcilicet, antiquorum dominorum, qui alimenta denegarunt, non in impoſterum inquietabuntur, ſcilicet occupantes ab his. &c. id eſt, ab antiquis dominis, qui eos neglexerunt. & ſic promptum erit leg. legibus concordare: vt C. de inoffic. dotibus. l. vnica. & is videtur eſſe intellectus Goffredi. Secundum hoc magis ſubuenitur languido, cui alimenta denegantur, quàm ſano, mouentur enim iuris viſcera pietate, tum propter languores, ſeu infirmitatis miſeriam, tum propter fauorem libertatis, cui prætores fauent: vt de ali. iudi. mu. cau. fac. l. iij: ſuprà, de ſent. & re. iudic. cap. ultim. & ideo hæc opinio magis placet, quia æquior eſt, & iura concordant, quæ ſecundum alios corriguntur. Suſcipientes autem talem infantem expoſitum, vel languidum, cui alimenta denegabantur, nullum ius acquirunt in perſona ipſius. quamuis ab initio eos hoc animo nutrirẽt, & educauerint, ne videãtur quaſi mercimonio contracto pietatis offic. geſſiſſe: ut C. eodem. l. vlti. & infrà eodem. capitu. vnico. verſiculo. ſanè. Fauet tamen ius in quodam alenti. nam & ſi quis volens donare expenſas expoſitam filiam à patre aluerit, & ipſam filio ſuo copulare deſiderauerit: pater verò contradicat de facto: quia de iure non poteſt, tenetur pater expenſas reddere: vt C. de nupt. patrem. & nihilominus matrimonium perfici poteſt. In ſumma notandum, grande peccatum fore expoſitionem infantiũ, quia cum multoties ignoretur eius conſanguinitas, poterit contrahere cum ſorore vel conſanguinea, & ipſam vxorem habere: quia non deficit ius, ſed probatio, ſicut & de hoc not. ſuprà. de conſangui. §. j. & verſicul. ſequen. ideo exponens de hoc peccato [illegible], & puniendus eſt, ſicut expoſitus ſi ſcienter cum tali contraheret, puniretur. ad hoc 34 quæſtio. 2. infectum. & infrà, de pœnitentijs. officij. Quid ſi abbas non vult recipere monachum fugitiuum, quod tenetur ſalua diſciplina regulari, vt ſuprà, de reg. capitul. vltimo. & not. ſuprà, de apoſtatis. §. qualiter. verſicul. licet? dicunt Doctores, quòd ſi ſic deceſſerit, & aliquod lucrum reliquerit, denegatur monaſterio repetitio: ex quo malitiosè denegauit alimenta: argumen. infrà. eodem. capitul. vnico. C. de Latina lib. l. unica. §. ſed ſcimus. ff. pro derelicto. l. vlt. 87. diſt. c. vlt. quod admitti poteſt, ſi in hoc totus conuentus deliquit, aliàs delictum perſonæ non debet redundare in damnum eccleſiæ, 15. q. 6. ſi epiſcopum. aliter tamen ſoluitur ſecundum alios: ſuprà, de apoſtatis. §. qualiter. ver. ſed cui acquirit monachus. & uerſic. quid ſi ſine licentia.

De Homicidio voluntario, vel caſuali. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Homicidium quid ſit. Et quot ſint eius ſpecies.* 5
2 *Et quot modis committatur.*
3 *Homicida quis dicatur.*
4 *Et qua pœna feriatur.*
6 *Medico an imputetur homicidium.*
7 *Diſpenſatio quæ adhibeatur circa homicidium.*

EX quo de homicidio in specie diximus, audiamus in genere: plerunque enim præmissa specie, subijcitur genus. s̃. de rescrip. sedes Apostolica. & plerunque præmisso genere subijcitur species, ut s̃. de of.ordin.ad reprimendam. & c.cum ab ecclesiarum dicentes igitur de homicidio in genere: uideamus, Quid sit homicidiũ, Quot species homicidij. Quis dicitur homicida, Qua pœna feriatur, Quæ dispensatio circa eum adhibeatur.

a 1 Quid sit homicidium.

a† Et certè occisio hominum intelligitur ab homine facta. nã homicidium sonat in actũ hominis, secundum Goffred. Est autẽ dictum homicidiũ ab homine, & cædo, cædis, cecidi, producta media. unde uersus.

Cedo facit cessi: cecidi, cado: cædo, cecidi.

ergo dicitur homicidium, quasi hominis cædium unde in animali posset dici animalcidium. ideò cùm homo ex duobus constet, scilicet corpore & anima ut suprà, de cele.mis. in quadam. de hære.cum Christus. patet, quod non iudicabitur homicidiũ, si ictu meo mulier abortum fecit, & puerperium adhuc non erat formatũ, siue erat inanimatũ, id est, sine anima. nam terra in vulua, quod suum est, recipit: receptum confouet: confotum corporat: corporatũ etiam in mẽbra distinguit. & inter illas secreti ventris angustias manus Dei semper operatur, & sic anima infunditur. nam idẽ est Creator corporis & animæ, secundum Hieron. vt lvj. distinct. nasci. Sed secundum August. cum de anima magna sit quæstio, non est præcipitanda sententia: illud tamen asserit, quòd si puerperium adhuc non est formatũ, quia adhuc non est anima infusa, non est homicidiũ. Post infusionem autem animæ, homicidium iudicabitur: vt xxij. quæstio. secunda, quod non formatũ. & c sequen. Moyses. hoc di. in monacho, qui cum matre ludens eam abortire fecit: infrà eodem ex literarũ. Sed contra, quia si alicui factum sit vel datũ ad potandum, quo minus possit generare, concipere: vel parere, vt homicida tenetur: vt infrà eodẽ. si aliquis. Sol. dicunt quidam illud habere locũ, quo ad pœnam legalem. nam quo ad illam, potest homicidia censeri, sicut & is secundum. l. homicida iudicatur, qui poculum amatorium dedit. sic intelligunt ff. de pœnis si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. ad l. Corn. de sic. si mulierem. & iunge quod nota. infrà eodem. §. quis dicatur. versic. tenetur etiam & is. non tamen est irregularis talis homicida. & sic non propriè dicitur homicida, sed conditionaliter: unde etiam pœnitentia spiritualis est ei iniungenda. sic. lxxvj. distinct. pasce. lxxxij. distinct. capi. ultim. ff. de lib. agno. necare. lv. distinct. si quis absciderit. Sed certè talis etiam secundũ legem non dicetur homicida uerus, sed interpretatiuè. nam si puerperium informatum erat, tenetur percutiens. l. Aquil. tanquam de corrupto. non tanquam de occiso. sic intellige ff. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. si mulier. & l. quintus. sicut dicitur de oliua, uel segete immatura collecta: ff. ad. l. Aqui. si seruus seruum. §. si oliuam. In hoc etiam casu intelligo, quòd mulier. quæ sibi uim intulit, scilicet ante puerperium informatũ, ne parere posset, non afficitur ultimo supplicio, sed in exiliũ mittitur. ff. ad leg. Corn. de sic si mulierẽ si enim formatũ esset, dannaretur ad mortẽ: & hoc est, quòd uoluit distinguere alia lex, dicens: Si autẽ homo ex ea causa perierit, summo supplicio delinquens afficietur: alias humiliores in metallum damnantur: honestiores uero amissa parte bonorum, in insulã relegantur: quia licet non sit homicidiũ, res tamen mali exẽpli est. hoc manifestè distingue. ff. de pœn. si aliquis. §. qui abortionis. sic ergo leges & canones, quo ad hoc, non discrepant, sed concordant, licet diuersas pœnas inducant faciendas: sicut & s̃. no. de his qui fil. occid. §. quæ sit eius pœna. & §. quando.

2 Quot species

homicidij † Duæ, scilicet spiritualis, & corporalis. Spiritualis octo modis cõmittitur. nam inter homicidas spirituales connumerantur detractores fratrũ, & eos odientes. Item iniquitatem, oppressionem & iniustitiam facientes. Itẽ fratribus mala persuadentes: ut hæc probantur de pœn. di. j. homicidiorũ. omnis iniquitas. & c. noli. & generaliter omnis iniquus motus ad nocendũ fratri in homicidij genere cõputatur. de pœ. dist. j. homicidiũ. Item homicida censet, qui tẽpore necessitatis denegat alimenta: lxxxv. dist. pasce. Corporale b uero homicidiũ est corporis perẽptio. de pœ. dist. j. homicidiũ, & eius sunt species duæ: scilicet uoluntaria, & casualis, ut apparet in ipsa rub. Voluntariũ autem homicidium peccatũ est: quia contra prohibitionem diuinã, Non occides: xxiij. q. v. si non licet. nisi fiat iuris permissione: quia iudex licitè occidit malefactores: quia, Beati qui faciunt iudiciũ & iustitiam in omni tẽpore, secundum Dauid. ideo non censetur homicida iustitiam faciens, quo ad pœnã: quia lex occidere videtur delinquentem: non iudex, ut xxiij. quæstione. v. iudex. Excusatur & is qui aliquem se, & sua defendendo occidit: infrà eodem. capitulo 2. Itẽ si iniusto bello laicus aliquẽ interficiat: sine pœna est. 23. quæstione. 1. quid culpatur. quod iustũ bellum dic ut no. s̃. de treu. & pa. §. quid sit iustum bellum.

3 Quis dicatur

homicida. † Is qui hominem interficit: ut patet s̃. § quid sit homicidium. qui & sicarius appellatur: j̃. eo. sicut dignum. §. hi quoq; sic dicti à sica, id est, ense uel cultello, ab utraque parte scindenti. unde dicitur: Est sica mucro latens. Eius tamen interpretatio larga est, ut contineat & telũ, & lapidem, & lignũ, & quodlibet ferrum. talis ergo homicida, siue sicarius, tenetur lege Corn. de sicar. Vt omnia hæc probantur Instit. tit. de publ. iudi. §. item lex Corne. de sicar. Secundum autem quo ad hoc, ut quis teneatur lege Cornel. de sica. dicitur homicida, quicunq; te hominem occiderit, cuiusve dolo malo incẽdium factum erit. Quive hominis occidendi furtiue causa faciendi cũ telo ambulauerit. Quiue cum magistratus esset, publicove iudicio præesset, operam dedisset, quòd quis falsum iudicium profiteretur, ut quis contineretur uel condemnaretur. Item & is, qui hominis necandi causa uenenum confecerit, habuerit, dederit, uendiderit. Quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur. Quive magistratus, iudexve quæstionis in capitali causa pecuniam acceperit, ut public. l. reus fieret. Et qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia cuiusmodi hominem occiderit: ut ff. eodem. l. j. §. j. & l. iij. respon. j. Sed cum homicidium sine dolo non committatur, necesse est, quòd dolus interueniat: nec accipitur hic lata culpa pro dolo: quare si quis se præcipitando aliũ occiderit, uel licet putator iactando ramũ non clamauerit ad coertionẽ, l. Corn. de sica. non pertinet, ait. enim. Imperator uoluntatẽ spectandã, non exitum: ut ff. eodem. l. in l. & l. diuus. Hinc est, quòd infans uel furiosus hac l. nõ tenetur, quia alterum consilij innocentia tuetur, alterum facti infelicitas excusat: ut ff. eod. infans. Hac de causa excusantur & iudex, & executores eius: ut no. s̃. §. quot species. Et qui desertorẽ occidit, uel latronem publicũ, seu nocturnum, uel diurnũ, cum telo aggredientẽ: ut C. quando licet unicuique sine iud. uin. seme. l. 1. & 2. ff. ad l. Aqui. l. 3. §. ult. ff. eo. l. 2. & 3. Vel transfugas: ut ff. eod. l. 3. §. ult. & C eod. is qui. & l. si ut & sic tẽpus alleuiat peccatũ, uel aggrauat: ut C. de adulteriis. Gracchus. Igitur si ad defensionem meam alium occidero, non teneor: ut no s̃. §. quot species. uers. excusatur. quod dic ut no. s̃. de rest. spo. §. quis spoliatus. sub §. intelligendũ est autem. & uer. seq. Item si hoc fecerit ad opinionem meam seruandam: ut si occidi eum qui mihi uel liberis meis stuprũ inferre uolebat. ut ff. eod. l. 1. §. idẽ diuus. Sed & si quis per lasciuiam mortẽ dederit, uel medicus malum exemplum præbendo, aduersa medicamenta dederit: uel etiam ad conceptionem: sed quæ accepit mortua fuerit, à tanto excusatur, non à toto. nam talis per quinquennium relegatur: ut ff. eod. l. 3. §. 1. & l. 2. Sed ex senatusconsul. Is autem qui hominẽ castrauerit, si seruus fuerit, ultimo supplicio damnatur: is etiã qui passus est querimoniam exponens audiri iubetur: quia nemo liberum uel seruum castrare inuitum debet, nec aliquis uoluntariè se ad castrandũ præbere: medico autem qui contrauenerit, capitale erit: & is qui sponte p̃buerit ad castrandum. Sed & hi qui tibias, id est, instrumenta ferrea, quibus quis leuiter castratur, faciunt, in eadem causa sunt: ut ff. eo. l. iij §. fi.

ADDITIONES.

a Quid sit homicidium. ¶ Adde c. homicidium de pœn. dist. i. & per doct. in rub. huius tit.

b Corporale. ¶ Corporalis homicidij definitionem, & diuisionem. ab Ho. traditã ante constituerat Mart. in sum. e. ti. ita corporale definiens, vt sit, quo homo corporaliter occidit. Et hoc duobus modis fieri scribit, verbo scilicet & facto. Verbo fit tribus modis, s. præcepto, consilio, & defensione. Et intelligas consilio communionis, & approbationis, vel de consilio simplicis opinionis, vel opinati. Facto verò committitur quatuor modis, Iustitia. vt cùm iudex, vel minister condemnat ex amore iustitiæ, non ex odio, vel liuore, & non peccat. xxiij. q. iiij. §. præter. & q. v. miles. Item cõmittitur necessitate. Et hoc dupliciter, s. euitabili, vt cùm potest euadere absque occisione, vt quando se defendendo potest euadere absque occisione alterius: & talis non debet ad ordines promoueri: quamuis in susceptis de misericordia toleretur. 50. dist. de iis clericis. Ineuitabili autẽ necessitate commissum nulli debet imputari, quoad culpam vel pœnam: quinimò potest sine dispensatione in susceptis ministrare. Alij dicunt, q̃d non potest ministrare sine dispensatione Papæ. 50. dist. quia te. Casu quoq; committitur homicidium: vt cùm quis in auem lapidem proiicit, vel incidit arborem, & similia, & casu aliquis percutitur, & moritur. Quod tamen accipiendum est, si dabat operam rei licitæ: secus, si daret operam rei illicitæ. Voluntate etiam committitur homicidium: veluti si quis per industriam hominem interficit, talis ex ecclesia extrahi, & occidi debet. in cæteris Martino consentit Hostiensis.

iiij. §. fi. & l. hi quoque. ſecūdum Azo. Sed hoc intelligendū eſt
de his, qui cauſa mercimonij hoc faciūt: vel cauſa libidinis, ſci.
quia volunt, quòd cuſtodiant vxorē ſuam: vt ff. eo. l. iij. §. qui ho
minem. Secus, ſi ex cauſa infirmitatis: ſuper quo vide ꝙ no. ſ.
de corpore viti. §. & quæ impediant. ver. quid enim, ſi maritus &
ſe. Tenetur etiam & is qui pigmentarius eſt, ſi cui ſcilicet teme-
rè cicutam, ſalamandrā, aconitum pityocāpas, aut bubroſtim,
mandragoram, vel luſtramenti cauſa dederit cantaridas: & is
cuius familia ſciente eo adipiſcendæ recuperandæùe poſſeſſio-
nis cauſa arma ſumpſerit, & qui author ſeditionis fuerit, & qui
naufragium ſuppreſſerit, quiùe falſa iudicia confeſſus fuerit, con
ſitendaue curauerit, quo quis innocens circūueniretur: vt ff. e.
l. iij. §. alio ſenatuſconſulto. Itē & is tenetur qui filiū ſuum cir-
cumcidit. niſi Iudeus ſit, cui hoc permiſſum eſt. Sed & tenetur
qui mala ſacrificia fecerit, vel habuerit: vt ff. eod. circuncidere.
& l. ex ſenatuſconſul. Quamuis autē ſecundum leges, omnes ſu-
pradicti homicidæ reputentur, ſicut expeditū eſt tamen ſecundū
canones aliud, quo ad ordines ſpectat recipiendos, & executio-
nem ipſorum. nam quo ad hoc, dicitur homicida quicunque
hominem interficit ſcienter, vel occidi fecerit, vel iudicauerit,
vt l. diſt. de his clericis. & lj. diſt. aliquantos. & dixi ſ. ne cleric.
vel mo. §. quæ ſunt permiſſa. ſub § clericis etiam in ſacris. verſi.
poſſunt tamen clerici. & ſeq. & de obliga. ad ratioci. §. quis dica-
tur. ver. irē executor. ſcilicet ſententiarū. & ſ. eod. §. j. ver. ſolu-
tio. & hoc ſiue voluntariè occiderit, ſiue caſu. cū diſt. poſita j. e.
§. qua pœna. ver. ſed & ſecundū ca. Sed & dici poteſt, quòd li-
cet ſupradictos dicant teneri l. Corn. de ſic. non tamen eadem
pœna imponitur: & ſic alio & alio modo tenentur: vt no. j. eod.
§ qua pœna. Quòd autē ad Deum pertinet, & pœnitentias, vo-
luntas hominis ſpectatur, non exitus: vt dixi ſ. proxi §. ver. ſed
cùm homicidiū. nam ex corde homicidia procedunt, adulteria,
blaſphemiæ, & alia peccata: qa Deus nō ex operib. iudicat, ſed ex
corde & animo. 23 q. 8. occidit. 15 q. 6. c. j. xxij q. v. qui peierare.
17. q. 4. oēs. & iunge quod not. j. eod. §. qua pœna. ver. quid ſi ne
ceſſe habuit. & ſeq. & ver. lingua. & verſic. quid ergo, ſi quis in
rixa. Sed canones quo ad ordines non animū ſolum ſpectant,
niſi exitus ſequatur, quo ad homicidium pertinet. j. eod. ſicut di
gnum. §. 1. 15 q. j ſi quis nō iratus. & ideo quò ad ordines, aliquā
do vtrūque inſpiciendū eſt, & voluntas & exitus, vt j. eod. ſigni
ficaſti j. & ij. c. exhibita.

4 Qua pœna feriatur.

† Et quidē ſecundum
leges, altiores depor-
tātur, ſed humiliores beſtiis ſubiiciuntur: ff. eod. l. 3. §. vlt. & l. pe.
ſecundū Azo. vel dic, quòd ſi quis accuſetur l. Corn. de ſicar. &
conuincatur, capite punietur, quando accuſatur ex eo, quòd ho-
minem interfecerit, vel quòd per eum non ſteterit, vt Inſt. de
pub. iud. §. itē lex Cor. & ſic in vero homicidio quilibet capite
puniendus eſt: iuxta illud Dominicū, Qui gladio percutit, gladio
peribit. Sed quando accuſatur ex eo, quòd homicidiū interpre
tatiuum cõmiſit: de quo habes varia exempla. ſ. eod. §. quis di-
catur, vel quando conſtat de hoc iudici per inquiſitionē, habet
locum dictū Azo. & vide ſuper Hoc quod no. ſ. eod. §. quid ſit
homicidium. Secundum canones autē iniungenda eſt pœniten
tia v. vel. vij. annorum: vt dicam j. de pœn. §. quæ pœniten-
tia. verſic. vndecimus. & ſequen. & no. ſuprà, de his qui fi. occi.
§. quando & qualis. verſi. pen. quā ſi facere renuit, ſi ſit laicus,
excõmunicatur: ſi verò ſit clericus, ſiue per accuſationem, ſiue
per inquiſitionem conuictus ſit, degradatur, niſi cum eo miſeri-
corditer diſpenſetur: vt l. diſtin. ſi quis voluntariè. & cap. ſi quis
viduam. & ſuprà, de accu. inquiſitionis. Et hoc intelligas, quan-
do iniuſtè & voluntarie homicidium eſt cõmiſſum: in quo ca-
ſu clericus deponitur: l. diſti. ſi quis viduam. nec cum eo diſpen-
ſatur, vt infrà eodem. §. quæ diſpenſatio, ver. cum voluntario. ſi
vero laicus fuerit, ad ianuam eccleſiæ ſemper iaceat, & commu
nionem in exitu vitæ ſuæ ſuſcipiat: j. diſtinct. ſi quis voluntariè.
Quid ſi neceſſe habuit interficere? niſi neceſſitas fuit euitabilis,
tanquam homicida pœnitentiam aget: ſi ineuitabilis, peccat:
infrà eodem. cap. 2. nec arctatur ad pœnitentiā: niſi propter du
plicitatis ambiguum: 22. q. 5. excõmunicatorum. ſed interius
debet dolere, & peccatis ſuis imputare, quòd ad tantam neceſ-
ſitatem euenerit, & pœnitentiam agere, bonum eſt: quia bona-
rum mentium & c. j. eod. interfeciſti. v. diſt. ad eius. in fin. Quid
ſi caſu cõmittatur? ſi dabat operam rei licitæ, & adhibuit dili-
gentiam, quā potuit, non imputatur. Sed ſi dabat operam rei
illicitæ, vel non adhibuit diligentiā, quam potuit, tanquam ho-
micida tenetur: & hoc per iura poſita j. eod. ver. vero facto. Li-
cet autē frater Ray ſcripſerit, quòd voluntarium homicidium
ſemper eſt mortale: non aſſentio, quia aliquoties eſt volunta-
rium, & iuſtum eſt, & in nullo imputatur: vt patet in his quæ
no. j. eod. verſ lingua. Item quod dixi tribus modis cõmitti ho-
micidium [a], ſcilicet præcepto, conſilio, & defenſione, & quod-
libet iſtorū eſſe mortale, intelligas quando præceptū eſt iniuſtū,
uel qñ is præcipit, qui nō habet authoritatē, aliàs contrà 23. q. 4.
quæſitum. idē inteligas de conſilio iniuſto uel corrupto: 23. q. 4.
illud idem de defenſione illicita & rebellii: aliàs contra, ut patet
23. q. 8. ab illo. §. his ita. uſque ad §. in regiſtro. & C. unde ui. l. j.
C. ad l. Cor. de ſic. licet in primis duobus caſibus indiſt. fiat irre-
gularitas, ut ſequitur eodē uer. lingua. Sed ſecundum canones
ipſo iure patitur pœnam homicida: quia fit irregularis ut j. eo.
petitio quare quantūcunque occultum ſit quantūcunque pœ-
nitentiam egerit, nec promouetur, nec ſuſcepto ordine utitur:
ut ſ. de tēpo. ord. quæſitum. & de accu. inquiſitionis. hic autē di-
ſtintione opus eſt: quæ poteſt his uerſibus cõprehendi.

Lingua, cònſilio, præcepto perdis: & actu.
Nullæ neces caſu duo bis diſtingue ſuprema.

Id eſt, duo ſuprema, ſcilicet neceſſe & caſu, diſtinguuntur. Sed ſu
premū, ſcilicet caſu diſtingues bis, & ſic ſubdiſtingues. Ad euidē
tiam igitur uerſuum præcedentiū, & totius tractatus notare de-
5 bes † quod homicidium duobus modis cõmittitur, lingua, & fa-
cto. lingua, conſilio, ut aſſeſſor, uel quiuis alius exhortator, uel
incitator: & præceptor, ut iudex uel quiuis alius præcipiens:
quod ſi iuſtè fiat, peccatū non eſt. neque quo ad præcipientem,
neque quo ad exequentē. 23. q. 5. miles cùm miniſter cùm ho-
mo. & c. ſi homicidium. quod etiā intelligas. cùm non ſit ex o-
dio vel zelo iuſtitiæ: vt cùm odio habentur peccata, non homi-
nes: lxxxvj. diſt. odio. non ex delectatione fundendi ſanguinem
humanum, non amore ſpoliorū, non precio, ſed pro ſola obe-
dientia: hoc fit cum dolore cordis & animi cõpaſſione nam ve-
ra iuſtitia cõpaſſionem habet, falſa dedignationē: vt in ſuperio-
ribus iuribus, & xxij. q. iiij. lex æterna officia. non eſt crudelis,
qui malos percutit. & lxvj. diſ. uera iuſtitia tamen, ſiue iuſtè, ſiue
iniuſtè hoc contigerit, in utroque caſu impedit promouendū,
& deiicit iam promotum: ut l. diſt. ſi quis uiduam de pœ. diſt. j.
periculoſè. & j. eod. ſicut dignum. §. qui uerò. & §. ult. & c. ſigni-
ficaſti. ij. §. uerſi. & ſi percuſſor. hoc eſt quod dicit primus uer-
ſus: Lingua conſilio, præcepto perdis. Et hoc etiam ſi ante bap-
b tiſmum cõmiſſum [b] fuerit: quia in baptiſmo deletur peccatum,
& omnis irregularitas ex peccato contracta: ſed illa quæ ſine pec
cato prouenit, ut hæc eſt, non deletur. in baptiſmo enim culpa
dimittitur. non tamen lex aboletur: xxvj. diſt. deinde. & c. una
tantùm ſententia. alij dicunt, quòd homicidium cõmiſſum ante
baptiſmum, ſiue cum peccato, ſiue ſine peccato, ut in exemplo
poſito, non impedit poſt baptiſmum, ad hoc inducunt ij diſt.
aliquantos. ſic cap. ſi quis poſt acceptum. & l. diſt. ſi quis uiduā.
ſecundum Hug. & hanc ultimā opinionē putat Goffred. uerio-
rem eſſe. Et ſi opponas ex eo, quod legitur xxvj. diſt. cap. deinde
& c. una. reſpon. aliud hic: ratio, diuerſitatis hæc eſt: ibi loquitur
de irregularitate contracta ex matrimonio, quod ſacramentū
eſt apud omnes licet apud infideles ratū non ſit. ſ. de diuortiis.
gaudemus. ca quanto. ibi ergo infidelis contrahens cū ſecunda
uxore non peccat: irregularitatis tamen notam incurrit ipſo
facto: quæ in baptiſmo deleri non poteſt, cùm nec ex peccato,
quod non fuit proceſſerit, ut ibi dicit, hic autē loquitur de lege
iuſtitiæ, cuius exercitium infideles non habent, carent enim iuriſ-
dictione tēporali: iuxta illud, Auferetur à uobis regnū, & c. &
iuxta illud, Cùm uenerit Sanctus ſanctorum ceſſabit unctio ue-
ſtra. Sed nec ſpiritualem habent: ut ſ. de conſtit. tranſlato igitur
cùm omni iuriſdictione careant, iudicare non poſſunt, nec de-
bent. ſ. de iudi. at ſi clerici ff. de iur. om. iud. l. fin. & l. quia. nam &
infames ſunt, qui normā legis Chriſtianæ abiiciunt: vj. q. j. infa-
mes. infamibus autē ſunt omnes actus legitimi interdicti: ſ de
teſti. licet ex quadam. reſpon. j. ad fi. de exceſ. præl. inter dilectos.
reſpon. j. in fin. ideoque ſententia ab eis lata quamuis in ſe iuſta,
tamen ratione perſonæ proferentis, qui iudex non eſt, nec eſſe
poteſt, nulla eſt: ſ. de accuſ. ad petitionē. §. cùm igitur. ſ. de offi.
deleg. uenerabili. §. fi. patet ergo per canones, quòd ſi quis ante
baptiſmū aliquem pronunciauerit corporaliter puniendū, pec-
cat pronunciando: quia uſurpat quod ſuū non eſt. & ex hoc pec
cato ſequitē irregularitas, quæ in baptiſmo deleri poteſt. Quid
ergo ſi fidelis, qui neceſſe habet obedire, ad præceptum iudi-
cis exequitur ſententiam ipſius ritè latam, hominem ſuſpen-
dendo, uel aliter occidendo? & quidem hic nullum peccatum
cõmittit:

ADDITIONES.

a Tribus modis committi homicidium. ¶ Adde diffuſè per Car. Alex. in c. omnis autem lex. in j. col. iij. diſt.

b Ante baptiſmum commiſſum. ¶ Adde c. gaudemus. de diuor.

committitur:nec video rationem,quare in hoc casu sententia nõ vendicet sibi locum : nec quare aliud sit in hac no quàm in irregularitate bigamiæ.nec obstant c. pro aliis inducta, aliquantos. si quis post acceptum.si quis viduam.à contrario sensu: quia intelligi possunt in homicidio voluntario.& iniustè commisso,& sic etiam videntur loqui, sicut ipsorum lectio innuit manifestè. sic intellige, quòd quicquid ab homine dictum vel factum vel cogitatum est, tempore illo, quo concupiscentiæ mente subiecta seruiunt.s.ante baptismum,qualitercunque verbo, vel opere,vel cogitatu peccando,per baptismum subsequens totũ aboletur,& quasi non factum sit habeatur:de cons.di iiij.c.ij.& l.di. ferrum. Illud autem certum est, quòd quicunque post baptismum in causa sanguinis iudex fuerit, vel assessor, vel notarius, vel executor, vel aduocatus, siue pro actore,siue pro reo : licet aliqui dissentiant,vt no.s̃.de postu.§. quid pertinet ad officium. versi. illud tamen sciẽdum. & generaliter, quicũque aliquod ministerium in iudicio sanguinis præbuerit, irregularitatem incurrit.lj.dist.aliquantos.& c.si quis post acceptum s̃. ne cler. vel mo.sententiam.j̃.de exces.præ.ex literis. Verùm circa hanc materiam hoc notabis,quòd si clericus tradat[a] latronem potestati seculari, petens quod ipsum puniat citra effusionem sanguinis: licet potestas in latronem animaduerterit, non propter hoc irregularis efficitur: nec etiam nocet, si scholaris ad conuincendum latronem tradiderit intersignia. Item si simpliciter deponat querelam de iniuriantibus sibi & ecclesiæ,quamuis tales vix absque sanguinis effusione valeant coarctari: sic loquitur manifeste.j̃.eo.tua nos §.ad vltimum.& c.postulasti:ad idem 23.q.2. Maximianus.xxiij.q.v.c.j.& c.vnũ.& c.pœna.& c.cùm vos. arg. ff.de bo.li.qui cùm maior.§.j. Sed hæc iura quæso ne fatuè intelligas:quia hoc verum est:quando non intendebat, quòd moreretur, nec istud gerebat in animo. Sed expressim instabat, vt fustigaretur citra effusionem sanguinis:j̃. de rap.in archiepiscopatu.vel poneretur in exilium: j̃.de ver.sig.nouimus. vel quòd detruderetur in perpetuum carcerem : s̃. de hære. excommunicamus.Greg.§.pen.& de aposta à nobis.xxiij.q.v.non vos.ad fi.& maximè hoc fieri potest,quando est leue crimen, quod non inducit mortem:vt ff.de bon.lib.l.qui cum maior. §. j. hic enim & si iudex ex officio, vel per imprudentiam pœnam mortis inflixerit,mihi imputandum non erit, sed potius debet delinquens hoc imputare duriciei suæ:j̃.e.postul.in fi.ar ff. de euic.si per imprudentiam. s̃. de contrah. emp. c.vlt.absit enim,quòd ea quæ pro bono & licito facimus, si præter voluntatem nostram cuiquam malum contigerit, nobis debeant imputari: vt 23.q.5 de occidendis Notandum,quòd dicitur,Præter voluntatem:nam si intentio nostra erat, vt ad mortem damnaretur, irregulares essemus,quibuscunque verbis fuerit intentio velata:licet per ecclesiam non prohibeamur nisi ei constet per confessionem, vel probationem,vel quia nihil volebamus: sed apertè hoc dicebamus:sic intellige contraria infra,de exces.præl.ex literis.23.q.5. c.1.& c.vnum solum.de pœ.distinct. 1. periculosa. & sic probatione deficiente,dicas ipsum relinquendum conscientiæ suæ, sicut dicam infrà eodem vers.item hoc intelligas.quãuis quidam de hoc aliter sentiant. Quid ergo, si placet tibi in mente, quòd suspensus est,& ratum habes? & certè ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: quia istud in maleficiis generaliter traditur:ff.de vi,& vi armata.l.j.§.quoties.& hoc inteligas verum, si gaudeas de morte personæ. Secus dicendum est, si lætaris, & das gratias Deo:quia maleficium punitur,licet doleas de persona,& compatiaris figuræ Dei, & tristeris,quòd iniquè fecit,vel cõmisit:quare tam grauiter est punita:argu.infrà eodem. c. 2. C. de pœ. si quis in metallum.infrà, de sen.excõmu. vt famæ. ideo dicitur gladius ei cõmissus ad laudem bonorum, & vindictam malorum:j̃. eod.postulasti.suprà,de ma.& obed.solitæ §. j. Sed & propter ratihabitionem non efficieris irregularis, cum factum deficiat,in quo lex promotionis consistit: 15. questio.j.ca. fin. Facto autem,siue actu committitur homicidium tribus modis:aut voluntate,aut necessitate,aut casu. hoc dixit finis primi versus,& secundi. Si quis actu cõmittat homicidium, & voluntate spontanea deponitur: vt infrà eod. si quid dignum §. vlti. etiam si Sarracenum interfecerit:vt l.distinc.clericum, qui paganum,& de his infrà e.c.pen.in quo casu si magister vel sacerdos discipulum vel famulum suum corrigendo vulnerauerit, quãtũs vulnus lethale non sit: si tamen ex eo infirmitatem mortis incurrit, homicida & irregularis indicatur: quia qui occasionem mortis præbet,mortem dedisse videtur. Secus, si alia infirmitate non secuta ex vulnere decessisset:vt j̃.e.presbyterum. & c.decæterò. & c.ad audientiã.& sic præceptoris nimia sæuitia in culpa est:ff.ad l. Aqui.l.iiij.in fin.& l.v.& ff.de loca.& con. Item quæritur.§ item Iulianus.Item secus, si propter imperitiam medici, vel sui negligentiam moriatur:vt j̃.dicam, §. quæ dispensatio.Et quod dixi de casu,siue de occasione mortis, intelligas de propinqua.sic intellige ff.e.nihil interest.& ad leg. Aqui.qui occidit.§ pen.Secus de remota,nec enim ideo,quòd faber cultellum fecit,homicida iudicatur:ar.ff.loca.& con. qui domum habebat.in fi.& j̃.e.c tua nos.respon.j.& c.exhibita.Item hoc intelligas, si certum est,quòd is, de quo quæritur, homicidium perpetrauit,in dubio autem relinquo ipsum conscientiæ suæ: vt j̃. e.exhibita.& c.petitio & s̃. de iurei.mulieri. 33. dist.habuisse. s̃. de ætat. & qual. ad aures. tutius tamen faciet, si in dubio se reputet homicidam,vt se abstineat, cùm nullum periculum sit ei abstinere, sed celebrare, periculum posset esse.Sed si constet, ꝙ percusserit, etiam per officium iudicis repelli poterit.sic intellige j̃ e ad audientiam.& c.significasti.2.§.quod si discerni.secundum Tan.s̃.de spon.iuuenis.j̃.de cler. excom.illud.§.licet autẽ. de hoc dic,vt in seq. ver.Sed nunquid omnes & ver.tamen satis potest dici. Quid ergo si quis in rixa mortuus fuerit, & nescitur quis interfecerit,nunquid omnes rixantes[b] iudicabuntur homicidæ?Et quidem,quo ad peccatum pertinet, hi qui percusserũt & qui voluntate occidendi venerũt,quamuis non percusserũt: & qui venerunt, vt occisoribus auxilium præberent, omnes hi tanquam homicidæ tenentur, discretus tamen sacerdos maiorem pœnitentiam dabit primis,quàm secundis: & secundis quã tertiis.Sed nec illi sunt immunes,qui potuerunt eripere, & non eripuerunt.probantur hęc 23 q.fi si quatuor.j̃.eodem sicut dignum. 23.q.3. non inferenda.& c.fin. Sed nunquid omnes hi sunt irregulares,& ab ordinibus repelluntur? Videtur quòd sic: quia omnes homicidæ iudicandi sunt ad minus, quo ad promotionem,& ordines indistinctè,propter incertitudinem:ar.23.q. vlt.c.vl.ff.ad l.Aqui.Item Mela.§ sed si plures.& de his qui deie vel effu.l. 2.§ vlt. & l.seq. nisi fortè certum sit,quòd ex vulnere alterius interierit:tunc.n.tenetur is tanquam de occiso:alij verò tanquam de vulnerato:& ideo quo ad pœnam l.Cor.de sic.vulnus cuiuscunque contemplandum & inspiciendum est:vt ff. ad l.Aqui.huic scripturæ.& ad l.Cor.de sic.l.vlt. nec dicas aliud secundum canones.imò idẽ,s.quod vulnus ad hoc inspiciendum est,vt appareat cuius ictu periit:vt j̃.e.significasti.2 §.1.& §. vlt. Io.tamen dixit,omnes repellendos:sufficit.n.quòd sumpserint arma.lj.dist.aliquantos.licet alij interfecerint:vt j̃.de cleric.percus.continentiam.lj.dist.si quis post.& c.præce.licet non imputetur,si alius interficiat me inuito, cùm ego non vulnerauerim, etiamsi amici mei contra prohibitionem meam aliquem interficiant iniuriantem mihi, non teneor : vt infrà eodem.Petrus.1. quæstion. 4. quia præsulatus. suprà, de simo. sicut. Sed si voluntas turbata sit,puta quia non concessi expressim nec contradixi imputatur : vt suprà, de simo. Matthæus.idem videtur, si amici mei interfecerint, me ignorante: argum.suprà, de sim.nobis. & c.sicut nobis.& c.de regularibus. Gul.Na.contrà.& dicit neminem in dubio repellendum:argum. infrà e.petitio. & dicta decre. significasti. nec ob. infrà de cle,percus.continenitam. quia intelligenda est,quando conscientia remordet eum, qui sumpserit arma.aliàs.n.non est repellendus,nisi ipse repellat se:arg.infrà,de cler.percus.præsentium lator.& hoc comprobat extrauagans,suprà,de temp.ord.nullum eorum. Alij dicunt quòd si cõstet,quòd percusserit is qui ordinari desiderat,semper in dubio repellatur.j̃.eo.significasti.§.quod si discerni. sed si negat se percussisse,relinquitur conscientiæ suæ, vt in extraua.nullum. & infra,de cler.percus.c.pe. & fin.Tamen satis potest dici, quòd in vtroque casu sit suæ conscientiæ relinquendũ: quia nec §. proxi.quòd si dicerni potest,dicit quòd cogatur abstinere. Sed q̃ debet hoc facere quasi consulendo.Item quia in decre. petitio. constat,quòd percussit:& hoc,quando plures sunt:secus,si vnus tantùm percusserit:vt nota s̃.eod.§.item hoc intelligas.vel dic, quòd in vtroque casu relinquitur conscientiæ suæ, nisi tanta laboret infamia. quæ graue scandalum generet:vt infra eo.ex literis.& accedit quod no.supra,de cog.spi.§.quis sit effectus.vers. sic.alij dicunt.Illud autem certum est,quòd si clericus percussit non lethaliter, nec animo occidendi, nec ad occidendũ venit, nec alios prouocauit,& ictus suus discerni potest:nec de occiso tenetur, nec ordines recipere prohibetur: licet alij percusserint & occiderint:vt in d.§.quod si discerni.secundum Gof Si vero quis facto homicidium committat, non voluntate, sed necessitate: aut necessitas fuit euitabilis, aut ineuitabilis.Si necessitas euitabilis erat,ad maiores ordines non ascendet:nec in susceptis toleratur:nisi magna dispensatione:alij dicunt,quod post peractam pœnitentiam de iure communi potest exequi ordinis officium iam suscepti.Sed ad superiores non ascendat:nisi ex magna

ADDITIONES

a Si clericus tradat. ¶ Adde tex.& ibi Do.in c.prælatis de homi.lib.vj.

b Nunquid omnes rixantes. ¶ Adde Ang. in l. cum exhibuissent.in §.si plures.ff.de pub.& vec.

gna diſpenſatione: ſic intelligunt diuerſimodè.l. diſtinct.de his
clericis.primo.& 2.Si autem fuit in euitabilis:dico quòd in nul-
lo imputatur,ut eſt expreſſum.l.di.quia te.j.e.c.2.& 3.& c.lator.
licet Ioan.hanc decre.prox.ex diſpenſatione intellexerit: dicẽs,
quòd ad ſuperiores ordines non aſcendet, niſi ex diſpenſatio-
ne.& hoc idem innuit Goffre.licet enim in ſuſceptis ordinibus
toleretur,ad ſuperiores tamen aſcendere non poteſt: nam ſi ne-
ceſſitate, uoluntariè tamen cecidit, & lex promotionis in fa-
cto conſiſtit:15.q.1.c fin.Hug.etiã dicit, quòd homicida in nul-
lo caſu promouetur: & quòd potius debet quilibet permittere
ſe occidi, quam alium occidat: 32.quæſtione.5.ita ne.s.quod
met.cau.ſacris.& verbum conſuluit, quod ponitur l.diſt.de his.
ponitur,pro præcipitur:ut 28.quæſtione.prima.ſic enim. Verius
credo, ꝙ in nullo imputetur in hoc caſu, ſcilicet, quando non
potuit vitare: puta fugiendo defendebat ſe timens mortem, ſi
caperetur, & alius inſequebatur eum iniuſtè. Secus, ſi iuſtè di-
cendum eſt:ar.s.de æta.& quali.c.j. Alij ponunt tale exemplum:
clericus tenebat gladium in manu ad defenſionem ſuam: Paga-
nus irruit in eum,ita ꝙ clericus nullo modo potuit uitare:& ſic
Paganus mortuus eſt cum gladio, quẽ clericus tenebat prærer
propoſitum ipſius clerici.Sed in hoc exemplo potius poteſt dici
homicidium caſuale.Ego intelligo,vt dixi,id eſt, quando fugiẽ-
do defendebat ſe: & ꝙ dicit inf.eod.c.2.in fi.pœniteat expone,i.
pœnitere bonum eſt.arg.in concor.quas no.s.eo.§.quis dicatur
homicida.ver.hac de cauſa. Sed hoc intelligo, quando immine-
bet periculum corporis:ſecus,ſi timebat de rebus: & ſecus,ſi fu-
gere potuit:hoc enim facere tenetur, ſi poteſt:ſicut dominus in
Aegypto: quando Herodes ipſum quærebat interficere: ut 22.
q.3.§.1.ſic intelligo verba Apoſtoli dicentis, Non vos defendẽ-
tes, ſed date locũ iræ:23.q.1.§.1.& ꝙ pati debemus ea.q.niſi bel
la. ideo imputatur monachis qui fures ligauerunt timentes pe-
riculum rerum: quia expediebat potius poſt tunicam relinque-
re palliũ,& aufugere,q̃ pro rebus uilib. & trãſitoriis tam acriter
in eos exardeſcere: ut j.eodem.ſuſcepimus.Si verò facto cõmi-
ſerit quis homicidium caſuale, & adhibuerit diligentiam, quã
potuit,& debuit,& dabat operam rei licitæ, puta pulſando cam
panas,uel reficiendo eccleſiam, cecidit tintinabulum, uel lapis
ex muro, vel lignũ, & ſic aliquem interfecit. Sed quàm citò vi-
dit caſum,clamauit alta voce caue,caue:fuge, fuge:in nullo im-
putatur,ſi caſus fortuitos non præuidit.quia nec præuideri poſ-
ſunt.ſm hoc intellige j.e.dilectus filius. ex literis.ii.ſignificaſti.j.
6 & c.Ioan.& c.vlti. † Ideo licet medico imputetur culpa ante fa-
ctum,puta quia intromittit ſe de medicina,cùm ſit idiota.Et cul
pa in ipſo facto,puta quia licet diſcretus ſit in arte,non tñ ſequi-
tur traditiones artis, ſed capitaneam voluntatem.Et culpa poſt
factum,puta quia peritus erat, & traditiones artis ſequitur, ſed
non adhibet diligentiam circa cuſtodiam ipſius infirmi. Si tñ ne-
que ante factũ,neq; in facto,neq; poſt factũ in culpa deprehen-
debatur,non imputatur, ſi infirmus uel fatuitate ſua, uel auari-
tia,uel caſu fortuito moriatur: recurrat ergo quilibet medicus
ad conſcientiam ſuam: ut s.de æta.& qual.ad aures.j.e.tua.& ff.
de off.præſi. illicitas.§.ſicuti. ff.ad l. Aquil. redimere. Inſt.ad le.
Aquil.§.imperitia.& ar.j.e.c.exhibita. Sed in hoc caſu pp graue
ſcandalum interdicetur ei executio, quamuis nihil deliquerit:
j.eo.ex literis.à contrario ſenſu.j.eod ſignificaſti.2.§.1.ad fi Eſt
etiam conſilium Goff.quod promoti & maximè promouendi
ab opere practicali,& potiſſimè chirurgico,quod inciſionem &
aduſtionem requirit, abſtineant:s.ne cler. vel mon.ſententiam.
inf.e. tua nos.cùm in nullo vacillare debeat conſcientia promo-
uendi:33.di. laici. Quid de presbytero, qui dixit infanti ſibi cõ-
mendato, quòd duceret equam in quandã ripam fluminis, ſed
caueret à flumine: infans intrauit flumen,& ſubmerſus eſt? pro-
cul dubio hunc presbyterum culpabilem iudico: quia debuit
ſuſpicari hoc euenire poſſe: ſicut imputatur diacono, qui non
remouit falcem,qua accinctus erat, cum ſciret ludi conſuetudi
nem:j.e.continebatur.& ſacerdoti, qui non remouit cultellũ à
corrigia, cum qua verberauit famulũ: ut j.e.ad audientiam.ita
quòd non aſcendit ad maiores, nec utitur iam ſuſceptis, ut ibi:
niſi cum eo per Papam diſpenſetur, ut in illa continebatur.& l.
di.clerico iacente. ad hoc l.diſt. ſæpe. & c hi qui arborem. & c.ſi
duo.Quidam tamen dicunt, quòd & ſi in caſuali homicidio ho
micida adhibuerit omnem diligentiam, quam potuit, ei tamen
imputatur,quò ad irregularitatem,licet non imputetur,quò ad
culpã:quia lex opus requirit, Deus voluntatẽ: 15.q.1.ſi quis nõ
iratus.ſed verius eſt,quòd in nullo imputetur. Sed ſi dabat ope-
ram rei illicitæ, ſemper imputatur, ſiue adhibuerit diligentiam,
ſiue non:l.diſt. clerico. ſi quis uoluntate.infra eo. continebatur.
in qua decretali eſt illicitus ludus: quia ludebat cum laico. arg.
2.q.7.laicos. 23.diſtinct his igitur. & ideo ludus noxius in culpa
eſt:s.de præſump.c.1.ff.ad l. Aquil.nam ludus.ff.de furtis.in furti
actione.§.cum eo.Sed clericus con clerico ludere poteſt:j.e.la-
tor.exhibita.ſic & Iſaac ludebat.32.quæſt.4 recurrat & Ioſeph.
22.q.2.quòd ait Ioſeph.r.q.1.ecce.illicita igitur res nocet:ff.de
reg.iu.culpa.j.e.dilectus filius.in fi.& tua nos.reſpon.1.ubi hoc
notabis, quòd non congruebat monacho quamuis perito alie-
num officium vſurpare.15.q.1.§.ut itaque & facit ad hanc di.l.
ſi quis viduam,& j.de cleric.pug.in duel. Henricus.Quid ſi quis
uadat ad interficiendũ aliquẽ,& tu ipſum ſcienter aſſocias, non
tamen ipſum incitas ad perpetrandum homicidium, nec cum
ipſo ſuper hoc aliqua uerba habuiſti,nec ipſe tecum,uel habuit,
& tu ex animo diſſuaſiſti ei:tamen cùm nolit tibi acquieſcere,ti
mens de ipſo,nihilominus ipſum aſſocias: & eius animi es,ut ſi
fortè inſequeretur eum defendas, & ſic per te aſſociatus homi-
cidium committit?& quidem homicida es j.eo.ſicut dignum.
nec poteris promoueri.ſic intellige, quòd defenſione commit-
titur homicidium: j.de cleric pugnan.in duel. Henricus.l.diſt.ſi
quis viduam. & iſte caſus non cadit ſub aliquo membro dictæ
diſt.Illud notandum, quòd quamuis clerici poſſint inducere mi
lites ad bellum propter defenſionem reipublic.ut 23.quæſtio.8.
igitur.hortatus omni tempore ut pridem.& quæſt 2.Dominus.
a 63 diſt. Adrianus. non tamen in propria perſona [a] pugnare de-
bent,ut 23.q.8.quicunque. 50.diſt.clericum. de his j.eo.c.pen.
& in auth.d.n de ſent.excom.extrà.dudum. Sed nunquid impu
tatur clerico, ſi quis ibi moriatur? Non,ut 23. q.8 de occiden-
dis.j.e.c.pen.licet ſit arg contra.20 q.3.eos qui.23.q. vlti.ca.fin.
Sed nunquid epiſcopi, & alij clerici incurrunt irregularitatem
hortando laicos, & monendo quòd iuuent eos, & arma ſumãt
pro fide catholica, uel etiam pro iuribus eccleſiæ ſuæ defenden-
dis,uel repetendis? Dicas quòd non.imò ſecundum Ray.pecca-
ret talis prælatus grauiter,ſi ſileret,argument.43.diſtinctio.ſit re
ctor. & hoc probant iura inducta ſupra eodem. verſic.proxim.
& verſi.præceden.& verſic.verum circa hanc materiam & ſeq.
& ſupra, de heret.§.qualiter deuitetur. verſicul.ergo cognitio.
& ſequent.verſi.ſic eccleſia.& ſeq.& ſupra,de voto.§.in quo ca
ſu.& ſuprà de treu.& pa.§.qui ſit iuſtum bellum.ante fin.in ver-
ſi.qui incipit: alij dicunt indiſtinctè.& ſequ.quinimo, ſi epiſco-
pus non poteſt aliter ius ſuum recuperare, poteſt ipſum conce-
dere in feudum alicui Principi potenti qui ipſum recuperet: &
hic eſt caſus, in quo non obſtante iuramento ſuo, poteſt hoc
modo bona eccleſiæ alienare: vt s.de feud.c.2.& nota.ſuprà,de
ali.iu.mut.cau.fac.§.an actio.verſic donari poteſt etiam inter vi-
uos. Quid ſi epiſcopus fuerit præſens in bello, & in ipſo multi
fuerunt hinc inde occiſi:nunquid eſt irregularis? Ita videtur,ſe-
cundum Ray.qui in conſimili materia ſequitur opin. Ioan.nec
obſt.j. eodem petitio. quia ibi hi cum quibus erat presbyter, ab
infidelibus grauiter inuadebantur. Sed tales malè concordant
cum domino Conrado archiepiſc. Colonien. tu dic de hac ma-
teria,ut not.s.eodem verſicul.quid ergo, ſi quis in rixa.& infra
de cler.percuſ.§.quæ pœna.verſiculo, quod ſi quis in conflictu.
Nec eſt prætermittendum, quòd non eſt immunis ab homici-
dij culpa,qui potuit hominem à morte,ſed noluit liberare:inf.
eodem.ſicut dignum §.Illi etiam.lxxxvj.diſtinctio.facientis, 23
quæſtione 3.non inferenda & capitulo. qui poteſt, & quæſtion.
10.reos.& hoc.cùm conſtat illum iniuſtè occidi:de peni.diſtin-
ctio.1.periculosè.23.quæſtione 4.cap.fin. & licet aliqui hoc in-
telligant in iudice, qui ex officio hoc poteſt defendere: quia il-
le ſolus,ut dicunt,ex præcepto ad hoc tenetur: xxiij.quæſtio.v.
qui malos.& quæſtio.iiij forte. in fi tamen eſt ſanum conſilium
vt etiam quilibet priuatus idem faciat,ſi ſine periculo ſui corpo-
ris hoc facere poteſt, ſecundũ Goff.quia ad hoc teneri videtur:
ut in auth d.n. de ſentent.excom. dilecto.§.& quidem.& iunge
quod not.j. de ſent.excom.§. quis poſſit excommunicare. verſ.
quintus.

7 Quæ diſpenſatio † circa eum adhibeat. Hoc
ſcias,ſi qs animo interficien
di aliquem vulnerauit, quamuis vulneratus mortuus non ſit,ir-
regularis efficitur percutiens: ſic & ſi vindictam ſanguinis di-
ctet, ſi tamen non perueniatur ad detruncationem membrorũ,
quamuis ſanguis effuſus ſit,poteſt diſpenſare Epiſcopus.ad hoc
j.eodem.petitio.& de cleric.pugn.in duel.c.1.& s.ne cleric.uel
monach. ſententiam ſanguinis. Si uerò perueniatur ad detrun-
cationem membrorum ſine homicidio: Papa diſpenſare poteſt
& ipſe ſolus:s.de corp.vitiat.c.j.& de cleric.ægro.uel debili mi-
niſtr.

ADDITIO.

a Non tamen in propria perſona. ¶ Adde glo.in c.ſuſcepimus.de homi.glo.
in c.ex mulcta.de voto.gl.in c.ego N.de iureiu.Abb. in c.2. de immu.eccl.
Abb.in c.clerici arma.de vi & ho.cle.Io.de lig.in tract.de bello. c.l.& cap.
lxxxj.Inno.in c.olim.el j.de reſt.ſpol.

a nistr. presbyterum. cum voluntario autᵃ homicida non licet dispensare etiam Papæ. ut l. dist. minor. 1. q. 7. si quis omnem. etiam si Paganũ interfecerit, l. dist. clericũ qui Paganũ, i. non decet eũ ꝙ dispenset, potest tamen, si vult: ut s. de conces. præb. ꝓposuit. nisi sit homicida iustitiæ, qui ex causa in susceptis ordinibus toleratur per Papam, licet non dispenset, quòd ad superiores ascẽdat: ut lj. di. aliquantos. & §. præceden. Bern. Circa homicidium necessitatis euitabilis non facilè dispensatur: sed si necessitas fuerit ineuitabilis, datur consilium, quòd non ministret: l di. de his cleri. non tamen ideo deponitur: sed in suo ordine toleratur de iure, & absq; dispensatione, secundum Lau. & sic loquitur j. e. c. 2. qđ dic, ut not. s. e. § proxi. uer. si verò quis. & seq. Sed cum casuali licet, secundum ea, quæ no. s. in dist. Fit autem circa istum triplex dispensatio. Magna, vt promotus ad sacros ordines non in eis, sed in minoribus toleretur: ut j. c. continebatur. Maior, ut in sacris toleretur: l dist. clerico. j. eodem tua. nos. resp. 1. Maxima, ut promoueatur: j. eodem. lator. secundum Gof. Sed & cum uoluntario homicida potest dispensari circa beneficiũ: ut j. de cle. pug. in duel. Henricus. in fin. ar. 28. distinct. presbyterum. 93. dist. diacon. s. de renun. ad supplicationem. Quid si quis in infantia homicidium committat? Videtur quòd ad minus per Papam dispensabitur, cum nec talis teneatur l. Cor. de sic. ff. c. infantem. de con. dist. 4. eos. 15. quæst. 1. illud. ff. de acqui. pos. l. 1. §. 1. infra, de delict. pue. c. j. & de sent. excom. c. 1. & vlti. C. de fal. mo. l. j. ff. qui & à quibus. ma. lib. non fiant. pupillis arg. contra. 15. quæst. 1. si quis nõ iratus. credo quòd possit, & debeat ipsum in hoc casu canonicè dispensare: quia potius videtur casualis quã uoluntarius. & cum casuali dispenri potest: ut no. s. de necessario euitabili & ineuitabili: dic ut no. supra eod §. prox. vers. si necessitas. & versi. seq.

ADDITIO.

a Cum voluntario autem. ¶ Adde Ab. in c. sicut dignum. e. ti. & per dom. in c. si quis post acceptam. 50. dist.

DE TORNEAMENTIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Torneamenta quæ dicantur. Et quare prohibentur. 2.*
3 *Pœna quæ imponatur inobedientibus.*
4 *Clericus si moriatur in torneamentis, an debeat carere sepultura.*

SAepe contingit ꝙ in torneamentis perpetrantur homicidia, de quib. s. diximus: ideo subiicit rubricam de torneamentis, subaudi ꝓhibitis: hic videamus, Quæ dicantur torneamenta, Quare prohibeantur, Quę pęna inobediẽtib. infligat.

1 Quæ dicantur torneamenta. † Et certè nundinæ quædam siuæ feriæ, in quibus milites ex condicto, uel conducto siue edicto, quia triplex est litera ad ostentationem suarum virium & audaciæ temerè cõgregantur: vt colligitur j. e. c. 1. & vocat hæc decr. ferias tales detestabiles: licet l. permittat aliquid facere ad ostendendas vires, siue hastam, uel pilum iaciendo, uel currendo, uel saliendo, uel luctando, uel pugnando: in his etiam casibus ex l. Titia Publia & Cornelia sponsionem facere licet: ut ff. de ale. solent. & l. seq. Sed & vescendi causa ludere: ut in l. seq. & si quis in colluctatione, siue in publico certamine damnum dederit, non tenetur l. Aqui. cum virtutis gloria, & non animo iniuriandi hoc factum sit: ut ff. ad l. Aqui. qua actione. §. si quis in colluctatione: ut de his no. j. de excel. præl. § fin. sub §. licet tamen ludere. & versic. seq. nec tales infames fiunt: ut ff. de his qui not. infa. athletas hoc si pugnet quis causa virtutis ostendendæ: secus, si hoc facit cã auaritiæ, s. operas suas locando: tunc enim siue pugnauerit, siue nõ, infamis efficitur: ut ff. de postul. l. 1. §. bestias. hæc autẽ torneamenta secundum canon. reprobantur, propter causam quæ sequitur, non ob. quòd causa ludi factum dicatur. nam ludus noxius in culpa est: ff. ad l. Aqui. nam ludus. s. de præsum. ca. 1. quis enim ludos appellet ex quibus crimina oriuntur? ut in proœmio ff. vere. § illud verò satis necessarium.

2 Quare prohibentur. † Propter mortes hominũ, & animarum pericula, quæ inde sæpe proueniunt: ut j. eo. c. 1. debent enim futura pericula præcaueri: & debet quilibet discretus sibi prospicere in futurum: quia debet cogitare hoc euenire posse: ut s. de cle. licet. & de ser. non or. c. 1. de obl. ad ratio. c. 1. 23. distin. in nomine Domini. 22. q. 1. in nouo. & de cons. dist. 2 peruenit. suprà de iureiu. & si Christus. §. quædam. ff. lo. & conducti. si quis domum. § hic subiungi. ver. sed an ex locato.

3 Quæ † pœna inobedientibus infligatur. Et quidẽ secundum leges, nulla: ut no. s. e. §. j. sed secundũ canon. qui occidit, debet pœnã pati homicidæ voluntarij: quod dic ut no. s. ti 1. §. qua pœn. & vers. seq. Sed nunquid in torneamento necessitas imminens excusabit, ut no. s. ti. 1. §. pen. vers. sin autẽ fuit? Non: quia ad hanc necessitatẽ vltrò, & ex proposito se ingessit: arg. ff. quòd met. causa. si mulier. respon. 1. nam ab initio fuit euitabilis. ergo sibi imputet: ut patet in his quæ notan. s. eodem. §. proxi. inducto. Is autem qui in torneamentis occiditur, carere debet ecclesiastica sepultura, quamuis si ibi mortuus fuerit, id est, mortale vulnus acceperit, ei poscenti pœnitentia non negetur: ut j e. c. 1. ad fin. per consequens igitur, nec uiaticum est negandum: ut arg. 26. quæstio. 6. si quis de corpore. l. dist. pœnitentes. & j. de pœ. quod in te. & sic conceditur quod plus est, & quod minus est denegatur. simile, 88. distinctio. episcopus gubernationem. 1 quæst. 1. si qui episcopi. & xxxiij. quæstione. ii. latorem. lxxx. distinct. episcopi non in castellis. ff. de ri. nup. l. oratione. C. quando Imperator inter pupil. & vid. l. vnica. Contra 14. distinctio. nulli liceat. 23. quæstio. vlti. 32. quæstio. 7. Apostolus in fin. 24. q. prima. miramur. s. de deci. ex parte. j. de sent. excommuni. cùm illorum. ff. de serui. expor. ex pacto. Solutio. Contraria vera sunt, & regulã faciunt: quod in similibus dicit, speciale est: & est hæc ratio specialitatis, ut hoc errore desistant milites ab his feriis: ut j. de rap. c. 2. nam quo ad animam, nihil obest vilis, uel prodest preciosa sepultura: vt s. de sepul. sacris. 13. q. 1. animæ. hi autem soli hanc pœnam patiunt, qui animo ludendi ueniunt, & ibidem decedunt: subaudi, uel vulnus lethale accipiunt: ut no. s. prox. ver. circ. prin. Sin autem causa repetendi debita sua, ibidem ueniens mortuus fuerit casu fortuito, non denegabitur sepultura: maximè si corpus Christi suscepit, & sacri olei fuerit vnctione perunctus: ut j. eodem. capit. 2. ideo dicit, Maximè, quia sufficiunt certa indicia pœnitentiæ: vt j. de sent. exc. à nobis. 2. & sic uoluntas & propositum distingunt maleficia: j. de sent. exc cum voluntate. ff. de fur. qui iniuriæ. respon. 1. & semper est ad animam recurrendum: vt 22. q. 2. is autem. & c. homines.

4 † Item si clericus moriatur ibidem, non videtur sepultura priuandus: quamuis pro eo non oretur, nec oblatio pro eo fiat: ut 23. quæstio. vltim. quicunque. certè si ludendo mortuus est, non videtur, quòd pœnam vitet: secus fortè in sequenti quæstione quæ incipit, Quid si aliquis illuc accedat. Quid de militibus qui illuc accedunt animo pugnandi, non tñ accidunt, nec percutiunt, tamẽ ab aliis aliqui sunt occisi, nunquid tales milites poterunt promoueri? Dixit Goff. ꝙ nõ, eo ꝙ ad rem damnatam & prohibitam accesserunt: & idem dicit de illo, qui interest bello illicito. impeditur enim talis propter culpam præcedentem, ut 15. q. 1. c. fin. & de pœn. di. 1. si quis cum telo. & argumen. à contrario sensu, infra de cleric. percus. præsentium. & c. continebatur. secundum Gof. & melius, lj. dist. si quis post acceptum & c. præceden. Quid si aliquis illuc accedat causa videndi huiusmodi ludum? Si sit clericus, videtur quòd eandem pœnam debeat pati. ar. s. de vi. & hone. cler. c. clerici. versi. ad alias. & in auth. de sanc. episc. §. interdicimus. col. 9. Sed laicis hoc videtur concessum, vt ff. de his qui not. infa. l. 2. §. ait prætor. argu. ad hoc s. ne cleric. vel monac. sententiam. Sed contra, quia hi soli patiuntur pœnam, qui animo ludendi illuc accedunt, ut dixi. cum ergo constitutio pœnalis sit & odiosa, restringenda est, & non dilatanda: de pœn. di. 1. § pęna. ff. de pœ. si præses. & l. interpretatione. & Alex. III. qui vtramque fecit tam concil. Lateranens quam decret. potuit interpretari per decret. concilij. quia eius est interpretari, cuius est condere. ut infrà, de senten. excommuni. inter alia. Sed fortè habet locum pęna decret. 23. quæstio. vlti. quicunque. j. vt not. suprà. ver. item si clericus moriatur ibidem.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN duello. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Duellum quid sit.*
2 *Et an sit offerendum, vel recipiendum.*
3 *Clerici pugnantes in duello qua pœna puniantur.*

IN superiori titulo diximus de pugna voluntaria, causa etiam uirtutis probandæ prohibita: nunc dicendum de pęna prohibita, quæ ab aliquibus offertur: & recipitur, probatione deficiente: & sic apponit author Rubricam, de cler. pugnan. in duello. uel sic: Diximus de torneamentis, in quibus multi pugnant: nunc de clericis, &c. in quibus duo pugnãt. dicamus igitur, Quid sit duellum, An sit offerendum, uel recipiendum, Quæ sit pœna clerici pugnantis in duello.

Quid sit duellū. † [a] Et quidem singularis pugna inter aliquos ad probationē veritatis inuenta. nā qui vicit, probasse intelligitur: & si non vicerit, in probatione defecisse videtur:& dicitur duellum, quasi duorum bellum. monomachia autem dicitur pugna singularis inter duos, à monos, quod est vnum, & mache, quod interpretatur pugna:& hæc ꝓbantur j̄. eo. c. j. & 2. & j̄. de purga. vulg. significantibus. & 2. q. 5. monomachia.

An sit offerendum, vel recipiendum. Et certè nequaquam: imo etiam secundum legem Romanam reprobatur: vt C. de act. & oblig. negantes. & de gladiatoribus. l. vnica. quamuis enim Dauid & Golias simul pugnauerint, non tamen pro lege teneri debet: quia in talibus Deus tentari videtur: vt 2 q. 5. Mennam. & dicitur j̄. de purg. vulg. §. quare sit prohibita. Deus autem tentari non debet. 22. quæst. 2. quare. nec obst. quòd crimē læsæ maiestatis dicitur crimen perduellionis: ff. ad legem Iuliam maiestatis. l. vlt. nō ideo enim perduellionis, vt perduellum admittatur in eo. sicut quidam intellexerunt:& malè. Sed dicitur perduellionis, id est, crimen hostis vel hostile. ff. de verb. sig. quos nos hostes: vt not. j̄. de maledi. §. j. sub §. alij maledicunt Principem. ver. aliquando verò tales. Nec excusat cōsuetudo loci, sicut quidam dicere volunt, inducentes pro se illud quando mos erat, crimen non erat. 32. q. 4. obijciuntur. quia illud concessum fuit diuina reuelatione, qui mos quandoque interdum etiam fas censetur. per quem sicut Iacob à mēdacio, Israelitæ à furto, Sanson ab homicidio: Sic & Patriarchæ qui plures leguntur habuisse vxores, ab adulterio excusant. s̄. de diuor. gaudemus. §. quia verò Pagani. Nec admittas distinctionē illorū, qui dicunt referre, vtrū quis offerat, vel oblatū spōte suscipiat. & tūc mortaliter peccat, vel inuitus, iudice præcipiente, cùm aliter euadere non possit: vel res suas saluare. & tūc excusatur ar. s̄. de homicidio. interfecisti. §. j. ff. de iusti. & iure. vt vim. nam & si præceptum Iudicis à tāto excuset, non tamen à toto. ar. s̄. quod met. cau. sacris. & de temp. or. dilectus. & potius debemus iacturā rerum sustinere, quàm huic malo consentire: s̄. de homici. suscepimus. & omnia mala pati. 32. q. 5. ita ne. ad hoc etiam pertinet quod not. j̄. de sortileg. §. quid sit sors. ideo clericus, qui duellum offert, vel oblatum sponte suscipit, siue victus sit, siue victor, de rigore iuris deponi debet: vt j̄. eo. c. j. licet cum eo dispēsari possit s̄m ea quæ not. s̄. de homi. §. quæ dispensatio. Et si homicidium contingat fieri in duello, omnes irregularitatem ꝯtrahunt qui duello consenserunt: siue pugnantes fuerint, siue iudices præcipientes, siue assessores, vel ꝯsiliarij, vel scriptores, vel aduocati uel quiuis alij arg. s̄. tit. 2. sicut dignum & j̄. eo. c. 2. & patet in his quæ no. s̄. de homi. § qua pœ. ver. illud aūt. & j̄. eo. §. proxi. lex tñ Lombarda & municipalis in multis casib. admittunt duellum. & constitutio Fed. dicit, ꝙ si qs hominem intra pacem constitutum occiderit, pōt se per duellū defendere quod ad tuitionē sui corporis eum occidit, & sic absoluitur, nisi notorium esset quod in pugnādo fecisset. vt in constit. Fede. de pa. tenen. c. si quis hominem. sed non debet aliquo casu admitti, ut dictum est: quia probatio deceptoria est:& ideo sententia in rem iudi non transit. imò veritate comperta retractanda est: ut j̄. de purg uulg. c. 2.

Quæ sit † pœna clerici in duello pugnātis? Et quidem irregularitas & depositio: vt no. s̄. §. prox. & ar. 51. dist. si quis post. & tales pugiles homicidæ iudicantur. licet non in propria persona, sed per alios pugnent: quia homicidiū tam facto, quàm præcepto, consilio, siue defensione non est dubium posse committi: ut j̄. eo. c. 2. quod dic ut not. s̄. de homi. §. qua pœna. & ver. seq. & j̄. eod. §. uer. si tamen. & se. cum ergo ex hoc facto sequatur mors hominum, eadem est causa prohibitionis, de qua diximus s̄. t. j. §. quare. & plus, quia Deus hic rentari uidetur: ut s̄. dixi. Si tñ neq; mors, neque mutilatio interuenerit: pōt cum pugnante, quo ad beneficium, misericorditer dispensari: j̄. eo. c. 1. & 2. in fi. sic 28. dist. presbyterum. 50 distin. studeat. licet ergo cum homicida non dispensetur. ut no. s̄. de homi. § quæ dispensatio. uer. cum uolūtario. illud est uerum, quo ad officiū: secus, quoad beneficiū: ut probant iura prædicta, s̄m Goff. imò nec quo ad beneficiū curā habēs animarū annexam, dispensabit inferior Papa, si sit volūtarius: secus, qñ nec homicidium, nec mutilatio interuenit, ut suprà dictum est. Sed nūquid talis habebit beneficium ut titulum, aut ut stipendium? Dicunt quidam, quòd ut stipendium: ut sic quasi laicus habeat, & extra ecclesiam. sic 32 dist. si qui uerò. & hoc innuitur satis 50. dist. studeat. alij, inter quos est Goffre. dicunt, quòd ut titulum: ut infra eod. c. 1. & 2. in fin.

ADDITIO.

[a] Quid sit duellum. ¶ Adde, an duellum & bellum æquiparantur. Vide per Sal. in l. quod magno. in j. no. C. commi. vel epist.

DE SAGITARIIS ET BALISTARIJS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Balistariorum & sagittariorum ars aduersus Christianos & catholicos prohibetur exerceri.*
2. *Excommunicatum se reputare an in dubio quilibet debeat.*
3. *Iudex si monuit ter malefactorem, quòd se emendaret, & quartò hoc præcepit sub pœna excommunicationis: an hic se reputare debeat excommunicatum.*

Quoniam homicidium, de quo suprà præmisimus, grande delictum iudicatur: ideo † artem mortiferam & odibilem balistariorum & sagittariorū, aduersus Christianos & Catholicos exerceri de cæterò sub anathemate prohibemus: ut j̄. eo. c. unic. Hoc aūt intelligendum est de bello uoluntario & iudiciali: secus de Romano. quod dic ut not. s̄. de treu. & pa § quid sit iustū bellū. & ꝯ Sarracenos non prohibent. s̄. de iud. ita quorundam. & c. ad liberandum. nunquid ergo contra ipsos conceditur? Ita uidetur. ar. 25. dist. qualis. s̄. de presum. nònne. quod nō admitto arg. s̄. ne cle. uel mona. sententiam. licet sit ar. contrà in his quæ no. s̄. de homi. §. pe. uer. illud. nam ubi iustum est prælium, non refert qualiter pugnetur, utrum occultè, uel ex insidijs: 23. q. 2. Dominus iubet. iuxta illud,

Nil refert armis contingat palma, dolisue. & alibi
Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Sed forte nihilominus balistæ & arcus prohibentur, propter nimiam duritiem & subitam mortis illationē: uel melius, in bello iniusto omnes indistinctè prohibeo. In iusto uerò personas clericorum cohibeo: sed legem laicis non impono. Sed nunquid qui uenit contra hunc canonem, est excōmunicatus, cùm hoc prohibeatur sub pœna anathematis? Ita uidetur arg 63. di. Salernitanæ & j̄. de eo qui fur. or. sus. c. j. dicunt quidam illud habere locum quādo prohibitio fit ab homine: secus, si à lege: 30. dist. per totum. arg. ff. de arb. Celsus. Sed dic, quòd etiamsi ab homine hæc uerba dicantur, non est excommunicatus qui uenit contrà, sed excōmunicandus: nisi ita dixerit, Quicunq; furtū fecerit excommunicatus sit: ideo prohibemus sub pœna anathematis, ne furtum fiat, uel nisi appareat, ꝙ proferēs hæc uerba, proferat animo ferendi sententiam: ar. j̄. de uerb. sig. in his. tunc enim ueniens contrà, est excommunicatus. sic intellige & solue contraria suprà, de lo. & con. capit. 1. j̄. de iur. patr. relatum. per decret. suprà, de simo. sicut nobis. & sic quando canon latæ sententiæ non præcedit, uel hoc non intendit proferens, quòd præmisi, comminatio est: ut C. commi. uel epistolas. in rubro & in nigro s̄. de appel. cum cessante. Sed quando pręcedit uel hoc intendit proferens. facit sententiam, vt j̄. de sentent. excommu. à nobis. 1. Sed qualiter constabit de intentione proferentis? Dic quia hoc expressit, aliàs a uerbis non est recedendum. ff. de leg. 3. non aliter. & de exer. ac. l. 1. §. si is qui nauem versi in re igitur dubia.

† Sed nunquid in dubio quilibet debet se reputare excommunicatum, vt j̄. de cleric. excommunic. illud. § licet? sic quando factum dubium est. sed hæc verba certa & clara sunt, ex quibus non potest elici sententia lata, nisi aliæ circunstantiæ appareāt.

† Quid igitur, si iudex monuit ter malefactorem quod emendaret, & quartò hoc præcipit sub pœna excommunicationis? Fortè hic debet reputare se excommunicatum, argument. 12. quæstio. 2. indignè. & j̄. de senten. excommunica. sacro ergo tutum est, quòd abstineat, & se excommunicatum reputet, donec consuluerit proferentem: argum. suprà, de sponsa. iuuenis. infra de regu. iuris. estote. nam & excommunicatio medicinalis est, non mortalis. 2. quæstione 1. multi. dicimus autem quòd canon iste non est latæ sententiæ, sed ferendæ: nec debet aliquis se reputare excommunicatum per talia verba, nisi aliquid appareat de prædictis ad hoc s̄. ne cle. vel mon. clericis, §. j. & 2. & iunge quod no. j̄. de sent. exc §. qualiter proferatur. ver. solutio. & seq. Sunt tñ, qui dicunt referre, vtrum dicat in pœna excōicationis:& tunc est canon latæ sententiæ, quia refert, vel dicat sub pœna, & tunc est comminatio, sed hoc ex seipsis habent. & ꝯ text. 63. dist. Salernitanæ. & s̄. de lo. c. j. alij dicunt referre, vtrū iudex præcipiat diffiniendo, & tunc ueniens contra, est excommunicatus: an cōstituendo, & tunc est excommunicandus. Alij dicunt referre, vtrum iudex præcipiat aliquid fieri sub terminatione anathematis, & tunc nō est canon latæ sententiæ: s̄. de iur. pa. relatum. vel sub districtione, & tunc est canon latę sententię: s̄. de immu. eccle. non eo minus. in fi. tu dic, vt s̄ eo. versi. sed dic vsque ad ver. sunt tamen.

DE ADVL-

DE ADVLTERIIS, STVPRO, ET ALIIS criminibus ad incontinentiam pertinentibus, & de nocturna pollutione. Rubrica.

SVMMARIA.

AGimus s. de homicidio: & quia in Decalogo prohibito homicidio, & statim mœchia prohibetur, ideo & nos hunc ordinē seruemus sic dicamus de adulterijs. Quid sit adulterium, Quis admittitur ad accusationem, Et intra quæ tempora, Quis possit accusari de adulterio, Qualiter in accusatione sit procedēdum. Quæ pœna sit imponenda, annectentes, Quid sit stuprum, Quando committatur, Intra quod tempus puniatur, Et qualiter puniat, Quid sit incestus, Et qualiter puniatur, Quis dicatur leno, Quæ sit pœna lenocinij: sub quo no. de pollutione nocturna.

1 a **Quid sit adulterium.** †[a] Et quidē alieni thori violatio: vt 33. q. 5. nō mœchaberis. adulteriū enim propriè cum nupta cōmittitur: ff. eo. inter liberas. § lex Iul. Et dr̄ adulterium, quasi trāsitus ad alterius thorum, vel transitus thori vnius ad alterum: vnde nō est adulterium, si maritus aliquam solutam cognoscit, vel etiam non solutam, ea ratione quod ab vxore sua discesserit: sed ea sola, quia thorum alterius maculauerit: nec enim dicimus maritū corrumpi, vt fœminam. quare mulier maritum suum non pōt accusare de adulterio, ea ratione, quòd suum thorū, vel etiam alienum violatum dicat: quia in publico iudicio non admittitur mulier, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur: vt C. eo. l. j. & qui accu. non poss. de crimine. Hoc, quo ad pœnam legalem infligendam: secus, quo ad absolutionem mutuæ seruitutis scilicet ut fiat separatio thori. ibi enim dicit adulterium, alieni thori violatio, vt dictum est: vel sui thori deturpatio. & sic quādoque cōmittitur adulterium respectu vtriusque, scilicet cognoscentis, & cognitæ: vt cum vterque coniugatus est: quandoque respectu cognoscentis tantum: vt cùm vxoratus ad solutam accedit: tūc enim proprium thorum & vxorem suam coinquinat 32. quæst. j. in coniugio. quandoq; respectu cognitæ tantum, vt cùm solutus ad coniugatam accedit. nam & illa similiter coinquinat virum suum: quia uir & uxor non debent ad imparia iudicari: vt no. sup. de diuor. §. quot modis uersi. quantum ad thori. in fin.

2 **Quis admittatur** † ad accusationem. Et quidē si accusetur corā ecclesiastico iudice, nullus admittitur, nisi maritus: vt not. s. qui ma. accu. pos. sub rub. qui admittantur ad accusationem. Sed si accusatio fiat coram ciuili, tunc admittitur maritus prę omnibus: nā maritū genitalis thori uindicē esse oportet: C. eo. quāuis his ēt pater mulieris præferendus est, nisi pater doceat generū infamem, aut arguat eū magis colludere cū vxore, quā animo accusare: aliàs aūt præfert maritus, vt dictum est, qui propensiore iniuria, & maiori dolore motus accusationem exequitur, etiāsi pater primo libellos obtulerit: nec di. teneat matrimonium, aut non. sit vulgaris uxor, vel non. nec enim soli Atrides vxores suas amant. Inde Virgilius:

Coniuge corrupta non solum tangit Atrides.

ff. e. si uxor. § planè. nec ob. C. eo. si ea q̄. & l. ea quæ adulterium. quia ibi nullo modo erat vxor. & ponitur ibi adulterium pro stupro, promiscuè enim vtimur his uerbis, licet propriè adulterium in nuptam committatur, propter partum ex altero conceptum, composito nomine: stuprū verò in uirginem viduamq; committitur: vt ff. eod. inter. §. lex. Nedum aūt maritus, [b] sed & sponsus ad accusationem admittitur: [c] quia nec matrimonium, nec spem matrimonij permittitur violare, nisi fortè sponsus velit accusare illum, qui primo cum ea matrimonium cōtraxit, ut ff. e. si uxor. § diuus. & §. si minor. & l. miles. §. quærebat. & C. e. propter uiolatam. Sed nec obst. quòd maritus sit filiusfam. nam & talis etiam inuito patre de adulterio potest agere, & cōsequi uindictam proprij doloris: vt 27. q. 2. qui desponsatam. & ff. eo. inter. §. filius. & l. filiusfami. Hoc autem uidetur considerandū, si sit liber, an seruus: nam seruus etiam uiolatum contubernium nō poterit vindicare: ut C. e. serui. & hoc est uerum, quo ad pœnam legalem: secus puto, quo ad absolutionem mutuæ seruitutis: arg. in his quæ no. s. de coniu. ser. §. j. & si. uer. ętas uerò mariti non est cōsideranda. arg. s. de testi. spol. ex parte. nam & minor 25 ann. admittitur, curatore suo auctore pro suo thoro uindicando, non alieno: ut ff. eo. si maritus. §. lex. & C. eod. propter. §. sed & si ipsa.

3 **Et intra quę tempora.** † Et quidē post maritū admittit pater mulieris iure mariti: id est, ut præferat iure mariti cęteris. j. 60. dies: & est mirabile de his 40. diebus: qa & marito, & patri dant: utrique tn̄ simul cedunt, quamuis unùs alij præferatur: ut ff. e. si maritus. nam & si neuter eorum accuset, tamen utriq; cedunt. Sed cū intra 60. dies occupat maritus accusationē, id quod residuū est de 60. diebus non cedit patri, donec cœpit accusare posse: ut ff. eo si maritus pūenit. & l. si maritus sit in magistratu. in prin. Præfertur autē maritus intra 60. dies, etiam cæteris post inchoantibus accusationem. Sed his elapsis, præfertur tantum cōcurrentib. & non preuenientibus: nisi fortè patrem concurrentem excipiamus. post maritū autem pater eodem modo cæteris prę fertur: ut ff. e. l. j. §. ult. & l. 2. Itē maritus & pater intra 60. dies iure mariti accusant. & ideo quamuis non probent quòd intendunt, non tamen præsumuntur calumniari, nisi calūnia euidens esset: vt ff. eo. quamuis. & l. is cuius. § ulti. & 4. q. 4. § aliquando. & j. eod. maritis. Possunt tamen hi accusare iure speciali, & iure cōmuni. Iure speciali, id est, iure mariti, s. sine inscriptione. nec obstat s. de procur. tuæ. in prin. quia loquitur, cum accusat post 60. dies, secūdum Gof. accusare etiam possunt, & sine metu calumniæ, ubi dictum est, & sola suspicione: 4. q. 4. §. aliquando. C. e. quamuis. j. e. maritis. non tamen ex sola suspicione mulier damnabitur: 2. q. j. primo. ff. de pę. absentē. resp. j. nisi sit suspicio iuris: C. e. auth. si qs ei. s. de coha. cle. & mui. c. 2. & no. j. §. qualiter in accusatione. net. item iure nouo. secundum hoc intellige 32. q. 1. dixit Dominus. Sed fortè hæc quæ dicta sunt de calumnia, & de inscriptione, hodie corriguntur: quia hoc ipso q̄ non probat, maritus presūmitur calumniator: ut in auth. ut lice. ma. & auiæ. § quia uerò plurimas. & § causas. & § si uir de adulterio & 2. q. ult. c. 2. & 3. uel intelligitur, quando elapsis 60. diebus non iure speciali sed communi fit accusatio secundum Goffredum: quod non placet. Sed dic, ut no. j. eod. § qua pęna. uersi. iure nouo. Desistentes autem ab accusatione in Turpil. incidūt: ut C. eo. abolitionem. si sine abolitione desistent: ut ibi & ff. e. l. j. §. 1. & l. quæsitum. nec obstat, ff. ad Turpil. l. in senatus. § eos. qa illud in patronis intelligendum, & hoc intelligas, quando extraneus accusat: de calumnia autem mariti agitur, si sit aperta Item post hoc tempus, & quandoque intra: ut si intra 60 dies negauerit acturum de adulterio, postea iure mariti non auditur, si iure extranei admittitur intra quatuor mēses utiles: ut C. e. iure mariti. ff. e. l. 3. §. hoc in maritis. & si maritus §. si se negauerint. Fortè & iure mariti admittūtur quædam enumeratæ personæ, s. pater, frater, & auunculus: ut C. e. quamuis. ar. opt. j. de sent. excōmu. si uerò. §. nec ille compellēdus est. posteà alij omnes admittuntur, cum publicum crimen sit, ut dicit l. dicta quamuis. Computantur autem sex menses a die diuortij computati in ea, quæ nupta est: à tempore autē commissi criminis in uidua computatur quinquennium continuum: quo elapso, quilibet repellitur nisi impediatur per præuenientis, & perseuerantis accusationē. tamen Iob. uisum est quinquennium fore utile à sui prin. ut ff. e. si mariti. §. sex. & §. præterea. & § quinquennium. & l. quinquēnium. Sed de hoc dubitari potest, an extranei habeāt sex menses, in nupta an quatuor. & lex uidetur innuere de quatuor. ff. e. l. 3. §. hoc in maritis.

4 **Quis † possit** accusari de adulterio. Et certè is qui dolo commisit. Adulterium enim sine dolo non committitur: ut ff. e. l. penult. is ergo qui ex certa scientia maritalem thorum uiolauit. accusari potest: si tamen libera sit mulier, quæ passa est adulterium, nam quo ad seruas attinet, locum habet actio iniuriarum, & de seruo corrupto. & l. Aqui. ut ff. eod. l. pen. & l. miles. §. pen. & l. inte. & C. de diuor. uxor. dic ut no. supra

ADDITIONES.

a Quid sit adulterium. ¶ Adde ca. meretrices. 32. q. 2. c. sicut alienus. Inno. in cap. discretionem. de eo qui cogn. consan. vxo. suæ. Arch. in capi. dominus. 61. dist.

b Nedum autem. ¶ Adde glo. in §. in mulieribus. 32. q. 1. Card. Zab. in cap. tuæ. de procu. Cyn. in l. 1. C. de adul.

c Et sponsus ad accusationem. ¶ Adde gl. in c. quemadmodum. de iureiu. l. si vxor. in §. diuus. & ibi. Ang. in summario. ff. ad leg. Iul.

no.ſuprà eod.§.quis admittatur.ver.hoc autem. Accuſatur au-
tem tam adulter, quàm adultera, & quandoq; non coniugata,
velut coniugata tenetur, ſcilicet vbi coniugata velut coniuga-
ta miſit libellum diuortij marito ſine cauſa, vt poſteà comma-
cularet viduitatem ſtupri quadam procacitate: vt C.eod.l.pen.
Item tenetur & is, qui vel quæ domum ſuam præbuerit vt ſtu-
prum adulteriumue cum aliena matreſa. vel cum maſculo fie-
ret ſciens, vel quæſtum ex adulterio ſuæ vxoris fecerit: nam cu-
iuſcunque conditionis ſit velut adulter punitur, & appellatio-
ne domus quæcunque habitatio continetur: vt ff. eod. qui do-
mum. Sed & tutor qui pupillam ſuam ducit in vxorem contra.
Se.con. tanquam adulter tenetur. ſecundum can.credo contra.
ar.in his quæ no.ſ̃.de ſpon.§.& qualiter impediatur.ver.vlt.Sed
ſi ſtuprauerit eam ſine matrimonio, tunc illud admitto:& pati-
tur maiorem pœnam, quàm alias imponatur pro ſtupro, mino
rem tanquā raptor, quamuis & tātam debuerit pati: & ſic illud
quāuis ponitur aduerſatiuè, non correctiuè: vt C.e.ſi quis eam,
cuius tutor fuerit, corruperit.l.vnica. Itē in curatore ſi adultam
ſuam ſtuprauerit: vt ff.eo.qui pupillam. Magiſtratus etiā in ho-
nore poſitus. ſeu quocunq; miniſterio publico, reus poſtulari
poteſt, ſed differtur eius accuſatio, & caret iudicio ſiſti in fine
honoris.ff.eo.ſi adulterium.§.vlt.

5 Qualiter † in accuſatione ſit proceden-
dū. Et certè dicunt quidā maritū admittendum ſine libello: arg.C.eo.quā-
uis.Sed ꝙ dicit eum non teneri vinculo inſcriptionis, non dicit
ideo, quin teneatur libellum ſcribere. Sed ideo, quia ſi non pro-
bat, non propter hoc præſumitur calumniari, ſecundum l.anti-
quam. vt no.ſ̃.eo.§.& intra quæ tempora: verſ.item maritus &
pater. & ſeq. dic ergo, ꝙ neceſſe habet inſcribere, & ſe ad pœ-
nam talionis aſtringere: vt ſ̃.de proc.tuæ.& iunge quod no.j̃.e.
§.quæ pœna. verſ.iure verò nouo. Inſtituitur autē accuſatio de
adulterio, ſoluto demū matrimonio, niſi primitus quis de leno
cinio maritum accuſauerit. hodie autē etiam matrimonio con-
ſtante poteſt inſtitui.& ſi accuſatio vera oſtenditur, tunc repu-
diū poterit mitti: vt in auth.vt lice.ma.& auiæ.§.quia vero plu-
rimas.col.8. Debet autem accuſare præſens præſentem non per
procuratorem.vt no.ſ̃.de accu.§.quis accuſari.& iurgia ciuilia
vel criminalia.quæ ſint de eodem crimine, debent poſtponi: vt
C.eo.adulterij accuſatione. Poſſunt autem in principio opponi
dilatoriæ exceptiones, id eſt, antequam quis inter reos præſens,
non abſens ex probabili cā neceſſaria recipiatur: vt ff.e.l.ſi mari
tus.§.præſcriptiones.& § j.& ut no.ſ̃.de acc.§ qualiter.ſub §.o-
blato.verſi.j. Puta dicit nupta à ſe non eſſe inchoandam accuſa-
tionē, niſi nuptias præceſſerit nunciatio.ſc.quod non nubet, qa
de crimine adulterij nolebat eā accuſare:nec di.per quē fiat nū-
ciatio, liberum vel ſeruum, vel qualiter fiat, ſcilic.in iudicio vel
extra.nā in ea quæ diuertit, nec adhuc nupta eſt, poteſt accuſa-
tio incipi, vel à vidua vel ab adultero. Itē excipere poteſt, quod
non ritè accuſatur iure mariti, cū 60.dies elapſi ſint: vel qa non
plures ſunt admittendi ad accuſationem: licet ſecus ſit in crimi
ne inceſtus, vt omnia hæc probant ff.e.l ſi maritus.2.§.pe. & vl.
& l.qui vxori.& l.denūciaſſe.& l.vim paſſam. §.duos. & §. ince-
ſti.& l.nihil.§.vl. Perēptoria autē exceptio quandoque opponi
poteſt: vt ſi dicat 5.annos, vel ſex menſes elapſos, de quibus no.
ſ̃.eo.§.& intra quę tempora. ver.deſiſtentes autem.& ſeq.vt C.
eo.adul.poſt quinquenniū. ff.e. ſi maritus præuenerit. vel ſi ma-
ritus dicatur deſtitiſſe: vt ff.e.l.j.§ j.& l.abolitionem. vel ſi dicat
mulier adulterum abſolutum fore: tunc enim exceptionē ſem-
per habet mulier, niſi per colluſionem abſolutus ſit. Si enim
colluſio detegatur, licet dum nupta eſt defendatur, diuortio ta-
men facto accuſari poteſt: & tamen condemnato adultero nō
præiudicatur adulteræ:nec confeſſio vnius nocet alteri: vt ff eo.
denunciaſſe.§.quare.& l.adult.§.pen.& vlt.& j̃.e.ſignificaſti. Itē
excipit, quia maritus impudicè viuens nō fuit vxori author co-
lendi bonos mores, quæ res poteſt etiam virum damnare: non
rem ob compēſationem mutui criminis in vtroſq; communi-
care: vt ff.c.ſi vxor.§.iudex.& j̃.e.intellеximus.& c.tua.ſ̃.de di-
uor.ſignificaſti.ff.ſolut.mat.viro atq; vxore.ſ̃.de iureiu. tua 32.
q.6.per totum. Repellit etiam vxor maritum:quia cum expuliſ-
ſet eam propter adulterium, de quo accuſat, poſtea reconcilia-
uit eam ſibi, vel ſcienter retinuit, vel eam cognouit.& ſic ſerò
accuſat mores eius, quos ſemel approbauit: vt ff.e.ſi vxor.§.pe.
ſi enim retinet eam, puniendus eſt tanquam patronus turpitu-
dinis: 32 q.j.ſi quis vxorem. & c.1.C.eo.l.2.quia mortaliter pec
cat, ſi eam non denunciet ad pœnitentiam.2.q.1. ſi peccauerit.
non obſtante iuramento, ſiue periurio in contrarium præſtito
ſ.quòd non denunciaret: vt ſ̃.de iureiu.quemadmodum.§ vlti.
& quamuis etiam pœnitentiam egerit, nihilominus tamen eā
accuſare poteſt, ad hoc ut ab eius cohabitatione diſcedat: 33.
q.2.admonere. puniretur ergo tanquam patronus turpitudinis

ſi antequam pœniteat, eam ſcienter cognoſcit. Sed poſt pœni-
tentiam eam reconciliare poteſt non ſolum ſemel, ſed ſeptua-
geſies ſepties, id eſt, in infinitum. ſic exponenda eſt illa authori-
tas poſita ſ̃.de iureiu.quemadmodum.§.vl. Sed contrà, quia nō
debet eam ſibi ſæpe reconciliare, vt j̃.eo.c.3.in fin. Solutio.non
obſt.quia illud dicitur ad terrorem:& quia ad interceſſionē ec-
cleſiæ, non reconciliabit eam ſæpe, ne eccleſia videatur ei dare
licentiam peccandi:nec eſt intercedendum, ſi incorrigibilis ap-
pareat:quia iam conſuetudini deputauit. C.de epiſ.aud.l.3. & ff.
de re mili.l.3.§.& ſi tyronibus.& ff.de pœn.l.4.25.q.2.ita nos. &
35.q.3.extraordinaria. imo nec in hoc caſu ipſam reconciliare
debet, vt patet in his quæ not.j̃.eo.§.quæ pœna.uer. quid ergo
ſi maritus certus eſt. Igitur vxore reconciliata poſt pœnitentiā,
non punitur maritus tanquā patronus criminis, ſi eam retineat
Sed nunquid bigamus efficitur? ſicut 34. diſtinct.ſi cuius.& ſic
videtur decipi maritus authoritate iuris: 32.q.1.quod autem.&
cap.non erit.& priuatur iure ſuo ſine culpa, ſed non ſine cauſa:
quia ſacramentum matrimonij ſemel diuiſum per pœnitentiā
reintegrari non potuit, nec etiam baptiſmus: quamuis peccatū
aboleatur:ut 26.diſt.deinde.& c.tantum.& no.ſ̃.de biga.§.qua-
re bigamus.uerſ.3.& uer.nouo.ar.contrà ſ̃.de big.c.pen. ſecun-
dum hoc intellige j̃.e.ſi uir ſciens. Item obſt.uiro, quòd accuſa-
6 tionem iam factam ei remiſit: 23.q.4. ſi illic.† Item poteſt mu-
lier obijcere marito lenocinium: hac enim exceptione mulier,
& extraneus repellunt maritum accuſantem & præterea ipſum
pœnæ ſubijciunt:& eſt hæc ratio, quare ſeruus domino eam o-
bijcere non poteſt: quia obtinere uidetur quandam ſpeciem ac-
cuſationis: nam & ex ea imponitur pœna: ut C.eod.l.qm̄.& la-
ta.hoc autem demum uerum, ſi obijciatur hæc exceptio ab ini-
tio, antequam nomen accuſati recipiatur inter reos, poſteà ue-
rò non repelleret: mulier tamen ipſam poſtea marito obijciēs,
ipſum onerat:ſed ſeipſam nō releuat:nec maritum ſubijcit pœ-
næ:ut ff.e.l.j.§.ſi publico.& eſt ar.uiolentum quòd exceptio pe-
remptoria non opponatur in criminalibus quandocunq; ante
ſententiam, niſi dicatur hoc ſpeciale in crimine lenocinij:quod
dic ut not.ſ̃.de excep.§.& quando ſub §.hic de dilatorijs.uer.in
ciuilibus.& ſequ. De quibuſdam ex his exceptis, & multis alijs,
no.ſ̃.de diuor.§.quot modis.ſub §.generaliter, ergo audit ma-
ritus. & uer. ſeq. Sed & ſi maritus uxorem cauponæ præpoſue-
rit, non poteſt accuſari: quia uilitas uitæ talem non patitur ſa-
queis alligari: ut C.eo.quæ adulterium. hoc tamen ſecundū ca-
nones non procedit, ſecundum Gof. Sed nunquid marito accu
ſanti de adulterio carnali obſtat exceptio de ſpirituali adulterio
ab eo commiſſo? Non uidebitur:nam iſtæ fornicationes diuer-
ſarum ſpecierum ſunt.ergo non compenſantur: ff. de pign.act.
ſi conuenerit. dicas contrà:nam idem operantur, quo ad matri-
monium ſeparandum:28.q.1.idololaria & cap.iam nunc. & de
hoc plenius no.ſ̃.de diuor.§.quot modis. uer. quid ſi unus con-
iugum. Aliæ autem exceptiones, quæ olim habebant locum in
ſolennitate uerborum exiſtentes:ut ſi caderet à ſyllaba, cadebat
à cauſa, hodie non habent locum:eſt enim indignum, ut præſti-
gia uerſuti iuris excludat ultionem pudoris, id eſt, caſtitatis vio-
latæ, quę retinetur pudore:ut C.eo.ita.& dicitur præſtigiū, qua-
ſi perſtringens aciem oculorum, ſ. obumbratio quædam: quia
uidetur alicui uidere id, quod non uidet:ut in mimis & incanta-
toribus patet: inde dicebantur præſtigia quædam obumbratio-
nes uerborum, quibus obumbrantur delicta.& ideo dicebatur
ius uerſutum, quia per quaſdā uerſutias, id eſt, machinationes
uerborum repellebatur quis ab accuſatione, ſecundum Azon.
uel ſecundum Mar. dicitur uerſutum ius ad exemplum ueſtimē
ti, quando illud eſt intus, quod debet eſſe extra, & econuerſo:
ſic erat uerſutum ius, quia quod erat puniendum, abſoluebatur
& quod erat abſoluendum, puniebatur. His autem exceptioni-
bus, uel ſimilibus non obiectis, admittit̃ accuſatio. & ſi lege non
prohibeatur accuſatoris perſona, ſecundum ea quæ no.ſ̃.de ac
cu.§.qs poſſit accuſare. & afferuntur probationes per teſtes ex-
traneos, ſed & domeſtici ſpecialiter in hoc crimine cum quæ-
ſtione recipiuntur: ut C.de adult.& de diuor.conſenſu.§.uir. &
ff.e.uim paſſam.§ ult.& prohibetur manumiſſio ſeruorum uxo
ris, & ſi eos non habuit in ſuo uſu intra 60.dies. & poſteà quan-
doq;, ut ſi tam breui tempore accuſatio adulterij nō potuit ter-
minari:ſed patris ſerui, & extranei, ita demùm prohibentur ma
numitti:ſi habuit in uſu eos mulier:ut ff.qui, & à qui.manu.pro
ſpexit. & C.e.l.3.& l.ult.& publicantur ſerui accuſati, uel accu-
ſatæ, & accuſantis patris mulieris, non extranei:ut ff.eo.ſi poſtu
lauerit.§ iubet.& §.ratio.§.haberi. & §. de eo prouidetur tamen
domino ſeruorum per cautionem, quæ exponitur in ſimplum:
ut ſi moriatur in quæſtione ſeruus accuſati, pro ſe computet u-
nam medietatem: quia & eius gratia torquetur ſeruus accuſati.
aliam uero medietatem petet ab accuſatore condictione ex l.
uel ſi fiat deterior prædicto modo, petat precium deterioratio
nis, & ſerui ſic deteriorati preciū habeat à fiſco: ut C. in quibus
cau.ſer.

cau. ser. pro premi. accip. liber. l. pe. Sed vbi seruus accusatus for quatur, præstatur duplum, ita demum si fuerit absolutus: vt ff. eo. l. iij. & l. si postulauerit. respon. j. & cap. pen. & vlt. & l. quod autem. Plerumque tamen per præsumptiones. l. conuincitur adulterium. vt ec. e. si quis de adulterio fuerit accusatus, & obtentu proximitatis se excusauerit, si postea cum ea contrahat, habetur pro conuicto: vt C. eod. si qui adulterij. Item iure nouo si quis ei, quem de vxore suspectum habet, ter in scriptis denunciauerit sub præsentia testium fide dignorum, ne cum ea conuersetur: si postea inuenerit eum conuenientem vxori suæ in domo sua, vel vxoris vel adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis sine periculo perimet eum: sed si alibi eos simul inuenerit, tribus testibus conuocatis tradat eum iudici, qui nulla alia probatione quæsita, habet puniendi licentiam, si tamen in sacro oratorio inueniantur loquentes post trinam denunciationem dictam, licet marito, vtranq; personam defensori ecclesiæ, id est prælato tradere, aut aliis clericis: & ad eorum periculum hi duo seruent diuisi, donec iudex hoc cognoscens mittat ad Episcopum ciuitatis, quatenus isti tradantur ei, vt debeant sustinere tormentū: vt in authen. vt lice. matri & auiæ. § his quoque. & §. quia verò. ita compatiuntur colla. viij. de hoc tamen dic vt no. s. de immu. eccle. § inquantum, in distinct. quæ incipit, cùm quis ad ecclesiā confugit. & versicul. sequent. Qualitercunque autem, siue per probationes apertas, siue per præsumptiones violentas, vt dictum est, probato crimine sententia ferenda est, vtraque parte præsente, nisi accusator patefacto crimine iusta de causa absit: vt C eo. quamuis indubitati.

7 a **Quæ pœna** sit imponenda. †[a] Et certè secundum canon. clericus deponitur, laicus excōicatur: lxxxj, di. si quis clericus. ar. xvj. q. j. illi qui. & vide super hoc quod no. s. de coh. cle. & mu. §. quam pœnam patiunt. Sed secundum legem Mosaicam mulier lapidabatur: vt xxxiij. q. v. hæc imago. In foro etiam pœnitentiali iniungitur aliquoties restitutio facienda, secundum ea quæ no. j. de pœ. §. quibus & qualiter. sub §. quid de muliere, quæ filium suscepit de adulterio. Secundum verò legem ciuilem talis tenetur l. Iul. de adulterio. & est mirum, ꝙ vocatur Iul. cum lata fuerit ab Octauiano Aug. vt ff e. l. j. qui nō reperit vocari Iulius, sed auunculus suus dictus est Caius Iulius Cæsar: qui authoritate sua, non populi cōniuentia habuit imperium. Sed fortè ob reuerentiam auunculi voluit Octauianus l. Iuliam ab eius nomine nuncupari: vel fortè cœpta fuit hæc lex ab auunculo, sed nepos perfecit. Pœna autē huius l. capitalis est: & sic tam masculus, quam mulier mori præcipiuntur: vt Insti. de pub. iud. §. item lex Iul. de adul. & C. e. castitati. Vel dic quòd in masculo hoc verū est: nam imponitur pœna quasi pro sacrilegio: & sic sacrilegos nuptiarū gladio puniri oportet: vt C eo. quanuis adulterij. Iure verò nouo authenticorum, mulier verberata in monasterio mittitur, quam licet viro recuperare intra bienniū: quo transacto, vel viro prius mortuo, mulier tonsa in monasterio perpetuò in habitu remanet monachali, duab. partib. propriæ substantiæ, liberis, si habet, applicandis: tertia monasterio: liberis autem non extantibus, deuoluitur tertia pars ad parentes, huius iniquitatis non patticipes, seu consentientes: duæ monasterio tradi debent: parentibus verò deficientib. omnis eius substantia monasterio quæritur. pactis dotalium instrumentorum omni casu seruandis: vt in auth. vt nulli iudi. § si quando. col. ix. C. e. auth. sed hodie. & si maritus in probatione deficiat, tenetur ad talionem: vt in auth. vt lice. matri & auiæ. §. quia vero plurimas. & §. causas. col. viij. in authen. vt nulli iudic. §. adulteram. col. ix. Sed opponitur, secundum hoc, vir volens recedere ab vxore indirectæ, consequetur intentionem suam: quia eo deficiente in probatione, in monasterio detrudetur: & sic separabitur ab vxore. Resp. raro contingit casus iste, & ideo non est curandum: ff. de legib. nam ad ea. vel dic, ꝙ iudex aliter eum puniet in casu isto, vel in bonis suis, vel aliter castigādo: ar. s. de accu. super his. §. post confirmationem. & de calum. c. j. vel melius, vir non consequetur intentionem suam, nisi vxori placuerit: quia poterit ipsum sibi inuitum reconciliare: sic & maritus vxorem coniunctam: sic potest in eodem §. comprehendi. & accedit s. de procu. tuæ. Ergo per publicam personam imponitur pœna secundum præmissa: sed & per priuatā imponit, lege permittente. pater enim qui habet filiam in potestate, occidere potest omnem adulterum cum ea inuentum, sine pœna aliqua, sed hoc in domo propria vel generi: debet tamen vtrunq; simul incontinenti occidere, nō alterum tantum: vt ff. e. l. pater. & l. nec in ea & l. quod ait. & l. nihil interest. maritus autem adulterum deprehensum in domo sua tantum & humilem, & cui non debet reuerentiam, occidere pōt: vt ff. e marito. resp. j. & l. adulteriū. § libero. vel retinere per 20. horas vt testes inducat, q postea accusatori testimoniū ferant vt ff. e. capite. Sed hoc gen⁹ testimonij non multū approbat Pla. nisi cum adultera detineat adulterū sociatum. & est pro eo. ff. ꝙ met. caus. metum. aut vani hominis. & l. seq. hodie aūt etiam in aliis locis videtur adulter posse occidi, s̄m ea quæ no. s. prox. itē iure nouo. Quod si alius vel in alio loco, quā lex permittat, fuerit occisus. pœna imponitur, sed mitigatur, vel ratione tēporis: puta qa nox erat: vel ratione doloris, quia iustus dolor difficile temperat: ideo imponitur pœna deportationis vel relegationis, prout iudici videbitur temperanda: vt C. e. Grachus. & ff. e. si adulteriū. §. si maritus. vxorē aūt non licet occidere, quamuis in adulterio deprehensam: sed si quis hoc fecerit, non punitur l. Cor. de sic. si enim humilis est, in opus perpetuum datur: si honestior in insulam relegatur: vt ff e. si adulteriū. §. si maritus. hoc tñ no. qđ non pōt quis pœnā relegationis in insulam, vel deportationis inferre, nisi princeps, uel papa vel is qui bñficio principis priuilegiū cognoscendi vice præfecti obtinere meruerit: ff. de le. iij. l. j. §. his quib. & §. à præfectis. lex aūt diuina hoc ꝓcedit de gladio spirituali, nō materiali: vt xxxiij. q. ij. interfectores. & §. seq. & c. inter hoc. Sed & s̄m legem diuinā licet marito vxorem dimittere ob causam fornicationis: illam enim solam excipit Dominus. 32. q. 7. Dñs. & c. oēs causationes. Sed nunquid hoc fieri potest sine licentia ecclesiæ? Quidam dicunt ꝙ sic. Hu. verò, & quasi oēs moderni dicunt ꝙ nō: tu dicas, ꝙ hoc aliquādo pōt fieri: nō tamē necesse est: quia Dñs dominorum hoc permisit, non iussit, s̄m Aug. 32. q. 7. c. j. & 2. & c. Apostolus. & c. se. & per totum & s̄m Io. vbicunq; est fornicatio, vel fornicationis suspitio, liberè vxor dimittitur: 32. q. j. dixit Dñs. ad idē s. de eo qui co. cōsan. vxo. suæ. discretionē §. nā & si. aliàs si eā adulterā sciēter cognosceret, nō recōciliatā, nec pœnitentē, puniretur: vt 32. q. 1. si quis vxorē. & c. seq. Ergo quo ad carnale debitū, nō recōciliatæ, sed impœnitēti reddendū, iubet Dñs ipsam dimitti, per interpretationē sanctorū, qui dicta ca. fecerunt: & vt apparet in his quæ nota. suprà, eodem. §. qualiter. ver. repellit. Sed hoc permittit non iubet, & quo ad aliam mutuam seruitutem: sic intellige xxxij quæst. vij. Apostolus & quo ad hoc, intellige quod licet viro, & nulli alij, subaudi e contrario, vxorem iudicare: vij. quæst. j. sicut alterius. vt apparet in his quæ not. suprà, qui matri. accu. pos. sub rubrica, quis admit. ad accusa. Sed nec hoc iubet, neque permittit: quia nec de hoc loquitur, quo ad lucrandam dotem, vel pœnam aliam, quæ nō est sine iudice infligenda: vt apparet in his, quæ not. suprà, de spō §. fi. ad fi. Veruntamē si dimittitur sine authoritate ecclesię, ipsi agenti obstat exceptio fornicationis tantū. nec adhuc, quo ad hoc, vt ecclesia ipsam nō audiat, aliquod sibi præiudiciū pręparat: imo ipsam audiet ecclesia cū effectu, quousq; de crimine facta fuerit sibi fides. Quid ergo, si maritus certus est de adulterio, sed nō potest vxorē conuincere, & ideo ab ecclesia, quæ de occultis non iudicat, excōmunicatur: sustineat excōmunicationem, si ipsam incorrigibilem sentiat, aut corrigibilem, reconciliet: vt s. ad hoc infrà, de sen. exc. inquisitioni. & suprà, de resti. spo. literas. §. pen. nam si sciat ipsam incorrigibilem, putà quia ipsam cum adultero deprehendit, & dixit ei effrons, quòd propter ipsum maritū non dimitteret, quin cum illo, & aliis peccaret, & voluntatem suam faceret: eundē maritum, quo ad Deum, talis sententia non ligabit. ad hoc j eo. si vir sciens. 32. q. 1. si qui vxorem. & §. quod si adulterio. igitur si contra authoritatē ecclesiæ ipsam licet dimittere, vt patet ex prædictis, multo fortius sine authoritate: scilicet quando non contradicit, nec contrarium præcipit: licentiam enim datam à Domino auferre non possumus, quia nec ab Apostolo, qui minor est: 28. dist. de his. ad fi. nec ob. quòd non licet sine authoritate ecclesiæ ob aliquā causam vxorem dimittere: quia hæc causa ab illa regula excipitur: vt patet in his quæ not. s. de spon. § vlt. in fin. Vbi verò ecclesia proponitur, & authoritate eiusdē dimittitur, ob. sibi nedum fornicationis exceptio, sed etiā rei iud. quæ etiā litis contestationem impedit: vt in auth. d. n. de lit. conte. exceptionis. potest ergo vir ob causam fornicationis ab vxore cōmissæ ipsam dimittere, vel iudicio ecclesiæ, vel propria voluntate. nec mirum, nam & ipsa adultera hoc facit: vt s. de dona. inter virū & vxo. plerunq;. & in vtroque casu ob. mulieri exceptio etiam quo ad dotem, nisi & marito replicatio obsit: vt ibi. & infrà eo. intelleximus. quæ decre. hanc satis determinat quæstionem. secundum hoc intellige hic, & vide quod not. suprà, de diuort. §. quot modis. sub §. generaliter.

b **Quid sit** stuprum. †[b] Et quidem stuprum est illicita defloratio virginitatis: xxxvj. q. j. §. j. vbi dicit quę sit differentia inter coitus illicitos. dicit enim, quòd fornicatio

proprie

ADDITIONES.

a Quæ pœna sit imponēda. ¶ Adde gl. in c. de benedicto. xxxij. q. j. gl. & do. in c. tuæ. de proc. l. quoniam. Alex. & ibi doc. C. de adul. & quid de laico de iure. ff. Vide per Io. de Ana. in c. significasti in iij. col. de adul.

b Quid sit stuprum. ¶ Adde gl. in c. nemo. xxxij. q. iiij. c. ij. & ibi doc. de ad. Archid. in c. consanguineorum. iiij. q. iij. l. inter stuprum. ff. de ver. sig.

propriè cōmittitur cum concubina, uidua, siue corrupta. Sed si uirgo uolens cognoscatur, parentib. non contradicentibus, tūc dr̄ propriè stuprum: sed si inuita uel parentib. ꝯdicentib. matrimonio non interueniente, tunc dr̄ raptus: secus si matrimoniū interueniret, ut j. ti. j. c. pe. adulterium uerò cōmittitur cū uxore, ut dixi s. § j de incestu habes j. eo. §. quid sit incestus dr̄ tñ stuprum propriè committi cum uirgine tantum. licet impropriè dicitur ꝯmitti cum uidua. unde largo modo potest dici stuprum commixtio turpis & illicita corporum solutorum.

9 a **Quando** committitur. † [a] Et certè committitur, quando quis habet rem illicitam cum uirgine, uel uidua, nisi sit meretrix, uel licita cōcubina: secundum leges, itē committitur in puerum: ut ff. e. inter. § j. & l. stuprum. resp. j. & § j. sed secundū canones concubitus nunquam est licitus: ut patet in his quæ notātur s. de eo qui cog. consan. uxo. suæ. §. quot modis. uer. illicitè. & seq.

10 **Intra † quod** tempus puniatur. Et certè intra quinquēnium admittitur accusatio; quando sine ui commissum est stuprū: si autem per uim sit oppressus masculus, uel fœmina sine præfinitione temporis admittitur: ut ff. eo. mariti §. quinquennium. & § ult.

11 **Et qualiter** puniatur. † Et quidem secundum legem, si honesti sunt, qui deliquerunt, pars dimidia bonorum suorum publicanda est. Si uerò humiles sunt relegantur, & in corpore coercentur. ut Instit. de publ. iud. § item. l. iul. de adult. & hoc intelligas, quando sine uiolentia committitur: nam si uiolenter opprimatur quis, imponitur pœna capitalis: ut Instit. de publ. iud. e. §. sin autem per uim autem quando committitur in puerum, etiam sine uiolentia aliqua: ut C. eodē. cum uir. Item si tutor stuprauerit eam, cuius tutor fuit, deportatur, & eius bona publicantur: ut C. eodem si quis eam, cuius tutor fuit, corruperit. l. una. Mulier etiam, quæ cum seruo suo occultè rem habuisse detegitur, subijcitur sententiæ capitali. Sed bona perueniunt ad cognatos: licet aliàs applicentur fisco: ut C. de bo. dān. l. fi. seruus etiam manumitti non pōt: ut C. de collu. dete. l. j. & ff. de hære. institu. his uerbis § j. imo comburi præcipitur: ut C. de mulie. quæ ser. proprijs se immis. l. unica. Sed secundum can. si quis uirginem deflorauit, dotabit eam: sic ff. de don. inter uir. & uxo. si quis uxori. & C. de dote caut. non num. l. 2. eā ducet uxorem, si pater puellæ cōsenserit: sed si pater renuit, subaudi, & puella: alias contrà. ut infra tiul. 1. capit. penul. respon. 1. 27. quæstio. 2. sufficiat. supra, de spon. cum locum. tenetur assignare dotem, iuxta modum, quem uirgines accipere consueuerunt: ut j. eo. c. j. s considerata consuetudine regionis: & facultatibus assignantis, & dignitate puellæ, iuxta arbitrium boni uiri: argu. C. de epi. aud. l. pen. & ff. de iur. do. quæro § 1. siue generalis. de leg. 3. si filiæ. 30. q. 5. nulli. Sed & si stuprator ipsam accipere renuit in uxorem, castigatus, siue uerberatus excōicetur usq; quo ad communionem sacramentorum, quousque uidebitur iudici reuocandū, in monasteriū ad agendum perpetuam pœnitentiam retruditur, de quo nunquam exibit: ut j. eod. peruenit.

12 b **Quid † sit** incestus [b] Et certè illicita masculatio commissa cum consanguinea, uel affine, siue sit matrimonium, siue non: ut ff. e. si adulterium. respon j. & de hoc satis dixi s. de eo qui cog. consan. uxo. suæ §. & quid iuris sit si cognoscatur consanguinea uxoris, & committitur incestus cum filia filiæ, uel filij uxoris: ut in Leuitico, c. 18 & uincit adulterium: 32. q. 7. § sunt enim. & c. adulterij malum. & no. j. eo § se. uersi. illud tamen certum est.

13 **Et † qualiter** puniatur. Si quidem committatur contra leges scienter, eadem pœna imponitur secundum leges, quæ pro adulterio, siue per ignorantiam iuris à marito committitur, pœna mitigatur: & sic exaudiri debet quod dicitur puniendi correctione incestum excusari: ut ff. eo. si adulterium §. nonnunquam. & § incestum. Sed si committitur à fœmina per ignorantiam iuris naturalis, uel gentium, punitur ut masculus: si per ignorantiam iuris ciuilis, excusatur in totum. & idem in minore: ut ff. eo. si adulterium § j. & § idē Imperatores. & §. incestum. Sed & si distrahat illicitam ꝯiunctionē antequam accusetur, non tenetur hac pœna: ut ff. eo. si adulterium § idem Pollioni: & est hic præstitū quinquennium, ut in lenocinio: ut ff. eo. mariti §. hoc quinquennium. Illud tamen certū est, ꝙ semper maiora sunt peccata scientium, quàm ignorantiū: &, ꝙ incestus maior est adulterio: sed fornicatio ab adulterio uincitur. licet enim usus naturalis in meretrice sit mortalis, in uxore tamē est uenialis. Sed si ꝯ naturam meretrix cognoscatur, execrabilis est. in uxore autem execrabilior iudicatur. ut 32. q. 7. quemadmodum. & c. adulterij. & ab illo. c. quemadmodū. usq; ad § his authoritatibus. tractatur quæ crimina incontinentiæ maiora, uel minora iudicentur.

14 c **Quis** † dicatur leno. [c] Et qdē q adulterū uel adulteram subiecit uel cooperto stupro pecuniam accepit, uel damnatam de adulterio duxit, uel quæstū ex adulterio uxoris fecit, uel deprehensam adulterā retinuit. Secus, si suspectam habeat, & prætextu incredulitatis ignorantiā suam valeat obumbrare. Sed & pœna lenocinij tenetur is, cuius ope uel consilio dolo malo factum est, ut deprehensi in adulterio. pecunia uel pactione alia interueniente, se redimerēt: ut C. eodē. l. 2. & l. castitati. & ff. eo. is cuius. rñ. 1. & §. si iure. & l. mariti. respon. r. & § 1. & 2. & 3.

15 d **Quę sit pœna** lenocinij. [d] Eadē quæ & adulterij: ut ff. de mi. auxiliū. & est quinquennium præstitum: ut ff. eodem. mariti §. quinquennium. in fine uidēdū de pollutione nocturna, de qua dixi suprà. de cōsecratione ecclesiæ. sub distinctione. 2. §. & à quo. sed hic plenius. Dicunt in tē quidam, ꝙ q̄ ex infirmitate procedit, non est peccatū: ut sexta distinctio. c. 1. ibi, omnino hic illusio non est timenda, quia hāc animus, &c. Gregor. Hæc pollutio passio est, & potius imputatur ad pœnam, q̄ ad delectationem, & ideo in hoc casu non prohibetur quis à confessione eucharistiæ, multo minus à perceptione, s̄m Hug. Illa uerò quæ ꝓcedit ex crapula, est ueniale. ut in eo c. hēt enim exinde animus aliquem reatū, & in hoc casu nō prohibetur quis à perceptione eucharistiæ: prohibetur tñ à confectione: quia plus est conficere, q̄ percipere. nam quicunque ꝯficit, & percipere debet: non econuersò. de ꝯse. dist. 2. relatum. nisi fortè necessitas immineat, puta dies festus occurrit, in quo non cōsueuit celebrare, nisi prælatus uel non est alius sacerdos: arg. de conse. dist. 1. sicut. 55. dist. priscis. 21. q. j. sic intellige. 6 dist. testim & c. seq. & intelligas peccatū hoc prouenire ex ingurgitatione, non ex pollutione: quia nullum peccatum ꝯmittitur dormiendo: ut notatur j. eodē. ver. sed ꝯ dicit lex. & sequen. Sed illa quæ prouenit ex cogitatione præcedenti. peccatum est hic tñ dist. ꝙ si illa cogitatio non processit ad ꝯsensum, tūc ueniale est, alias mortale. Et s̄m opinionem istorū accidit s̄m Lan. ꝙ aliquis nesciens peccat mortaliter, & uenialiter: & operatur ēt bonū, & meretur ad vitā æternam: quia & si corpus dormit, anima tñ vigilat unde illud, Cor meum ad te Deus vigilat. Idē dicunt in furioso: si culpa sua inciderit in furorem: 15 q. 1. si quis in fi. imò nesciens peccat: 32. q. 7. quemadmodum. Sed ꝯ dicit legi, quæ dicit ꝙ nesciēs non peccat: ff. de act. & oblig. ex maleficijs § si quis absens. Item vr̄, ꝙ dormiens non peccet 15. q. 1. si cōcupiscentia. & dormiēs furioso ꝯparatur. ff. de acquir. pos. l. 1. §. adipiscimur. & ita non peccat. Si ergo in nocturna pollutione homo non uenit ad ꝯsensum, nullo modo peccat. Sed si ꝑuenit, peccat mortaliter hāc opinio. fouet Hug. & probatur. 6 dist. nō est peccatum. ibi, luxuriæ, &c. & 22 q. 5. qui peierare. quia voluntas & propositū, &c. j. de sen. excom. cum uoluntate. Et dicit Aug. ꝙ omne peccatum est uoluntarium, adeò ꝙ si non est uoluntarium, non est peccatum: 15 q. 1 §. sed hoc Item beatus Leo dicit, ꝙ sine delectatione nullum est peccatū. in Sermone Epiphaniæ qui incipit, Dies. circa fi. Greg. tñ vr̄ dicere, ꝙ peccatum sit in pollutione nocturna: ut s. dictum est. unde in Deuteronomio 22 c dicitur, ꝙ si dormiens peccauerit, lauatur aqua. Tu dicas, ꝙ si uigilādo, & ex propria sollicitatione accidat, mortale est, si dormiendo, non peccat mortaliter: nisi cogitatio præcedens ad consensum peruenit, ut dictum est. tunc etiam reputatur peccatum mortale: nō ipsa pollutio, quæ dormiendo accidit, sed ipse consensus: quia qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, &c: 32. quæst. 5 qui uiderit. multi tñ, quocunque casū accidat, abstinent propter reuerentiam sacramenti: & est bonum consilium non tamē peccat mortaliter contrauenìens nisi vbi peccatum commissum est: ut nor. arg. 14. q. 1. quisquis. Sed & de honestate debet se pollutus, etiāsi non consenserit, reputare peccatorem. quod totum probat Isido. 6. distin. non est peccatum. quia talis pollutio solet procedere ex immundis cogitationibus præcedentibus, & hoc debet suspicari: quia bonarum mentium est &c. 5. dist. ad eius verò concubitum.

ADDITIONES.

a Quando committitur. ¶ Adde doct. in rub. de adult.
b Quid sit incestus. ¶ Adde c. virginibus. 27. q. 1. & in c. lex illa. 31. q. 1.
c Quis dicatur leno. ¶ Adde l. palam. in §. lenas. & ibi do. ff. de rit. nup.
d Quæ sit pœna lenocinij. ¶ Adde l. qui domum. in §. mater. ff. de adult.

DE RAPTORIBVS, ET INCENDIARIIS, ET violatoribus ecclesiarum. Rubrica.

Q Voniam crimen adulterij, de quo suprà plenè tractauimus, sæpè committitur mulieribus raptis: subijcit hic rubricam de raptoribus, addens de incendiarijs & uiolatoribus ecclesiarum. Et ideo primitus uideamus de raptoribus rerum. Secūdò, de pœna raptorum corporum. Tertiò de incendiarijs. Quarto de uiolatoribus ecclesiarum.

DE RAPTO-

DE RAPTORIBVS RERVM. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Raptor quis dicatur. Et qua actione teneatur. 3.*
2 *Prædo quis dicatur.*
4 *Actio vi bonorum raptorum quando locum habeat. Et cui detur. 5. Et cõtra quem. 6. Et intra quod tempus. 7. Et qualiter sit. 8.*
9 *Raptor criminaliter accusatus qua pena teneatur.*

Dicamus quis sit raptor, Quis prædo, Qua actione teneatur raptor, Quando locum habet, Cui detur, Et contra quem, Intra quod tempus, & in quantum, Qualis sit, Qua pœna teneatur raptor criminaliter accusatus.

1 a Quis sit † raptor. a Et quidem qui res alienas mobiles, vel se mouentes dolo malo alicui aufert, uel etiã mulieres: ut patet ex se. & hoc de rebus priuatorum, non ecclesiarum. nam in illis diceretur committi sacrilegium: 12. q. 2. nulli liceat. & c. prædiis. de fo. comp. conquestus. dicitur tamen propriè committi rapina in rebus raptis, raptus in mulieribus: vt j. eo. cap. 1. & 36. quæst. 1 §. 1.

2 Quis † prædo. Is qui alios prædatur: ut q itinerarijs siue itinerantibus auferunt bona sua. Secundò dicit prædo miles, qui vltra stipendium sibi taxatum quærit. Idcirco enim sunt militibus stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur prædo grassetur: 23. quæstion. 1. militare. Tertiò dicitur prædo prælatus, qui ultra quàm legatio sentiat, extorquet à subditis, querens potius prædam, quàm subsidium in subiectis: s. de censibus. plerique. Quartò: iudex pecunijs seu patrimonijs inhians qui alienum iurgium reputat prædam suam. C. ad l. iul. repe. omnes.

3 Qua † actione teneatur raptor. vi bo. rap. hæc enim pro rapina seu deprędatione competit, & pro damno dato, scilicet ubi quis co lectis hominibus damnum dederit, & tenetur collector seu collectores ex primo edicto prætoris intra annum in quadruplum, postea in simplum: sed nec credit Azo. collatores excusari, quo minus teneantur de iure communi, si damnum dederint. Ex secundo autem edicto agitur contra eum, qui quamuis homines nõ collegerit, tamen collectis hominibus à quocunque, uel quacunq; occasione turba collecta dedit alicui damnum in ea, & agitur contra eum qui dedit damnum intra annum in duplum: post annum verò in simplum. turba autem propriè dicitur 10. aut 15. hominum non pauciorum. Item & hoc secundo edicto tenetur ille, cuius dolo malo in turba damnum datũ est: ut ff. eo. l. 2. respõ. 1. l. pretor ait. cuius dolo malo. & quod dixi secundũ Azo. quod teneatur homo collectus siue coactus, nedum qui coegit, probatur. ff. eo l. 2. § si verò homines.

4 Quando † locum habeat hæc actio. Patet suprà ĩ descriptione, quod specialiter locum habet in rebus mobilibus, uel se mouentibus: & probatur in Institu. eodem § quæ non solum. non ergo habet locum, si res immobilis per uim occupata sit, nisi in casu, scilicet quando expellor de fundo, in quo sunt mobilia: nam gratia mobilium hac actione agi potest, & nihilominus interdicto unde vi gratia re immobilis: ut ff. de vi & vi ar. l. 1. § si fundus. dicuntur autem immobilia propriè inuadi, mobilia uerò occupari vel rapi: vt Instit. eodem. §. quæ non solum. sed impropriè domus dicitur etiam occupari: ut C. de rei uend. domum. Vis etiam interuenire debet ablatiua, non compulsiua. nam si aliquo modo etiam tacitè deprehendatur patientis uoluntas, cessat hæc actio: & plures sunt species uiolentiarum, ut notatur suprà, de his quæ vi metus ve causa fiunt §. quid vis. & §. sequenti. Item oportet, ꝙ dolo uiolentia inferatur: nam si quis rem propriam violenter rapuerit, credens sibi licere: cessat hæc actio, licet mulctetur per constitut. si quis in tantam. Institut. eodem. § sed nedum talia, & præced. & iunge quod notatur infrà de fur. §. quid sit furtum. versicul. fraudulosa. vis enim sine dolo non committitur, sed dolus bene cõmittitur sine vi: ut ff. eod. l. 2. § doli. & §. hac actione. Et habet locum nedum pro pluribus rebus sed etiam pro una modica: ut ff. eo l. 2. §. quod ait prætor. Si etiam publicanus pecus meum abduxerit, dum putat me aduersus l. vectigal. aliquid commisisse, & sic moriatur, non tenetur, quamuis errauerit. Secus, si ideo inclusit, ne pasceatur, & ut fame periret: quia tunc tenetur ff. eo. l. 2 §. si publicanus.

5 Et cui † datur. Et certe ei, ex cuius bonis res rapta est, licet non esset in bonis. sufficit enim, quòd intersit non fuisse raptam. puta quia erat ei commodata, uel locata, uel pignorata, uel deposita, uel usus fructus constitutus in ea, maximè si intersit sua, eam non fuisse raptam, non ut accipiat dominij æstimationem. Sed hoc solum, ꝙ ex eius bonis, id est ex eius substantia res dicitur ablata, cum pœna scilicet triplici. & generale est, quòd cui datur actio furti in re subrepta clam, eidem detur in re ablata. at pro re deposita datur actio furti depositario, si in re deposita culpam admisit, uel pro custodia pecuniam recepit, uel se deposito obtulit. utilius tamen dicitur, quod quamuis cesset furti actio, hæc tamen competat, cum non minima sit differentia inter furem, qui quantum potest crimen suum celat & raptorem, qui suum delictum publicat: ut ff. eod. l. 2. §. in hac actione.

6 Et † contra quem est. Cõtra raptorem, & eum qui ei præbuit opem uel consilium: ut notatur infrà, de fur §. contra quem. versicul. datur etiam. & infrà eodem. rub. de pœna rapt. cor. versi is autem raptor. & sequent. non tamen videtur teneri furti qui præstitit opem rapinæ: ut ff. de fur: cùm uendidero §. cùm raptor. In hæredes verò non datur etiam in eo, quod ad eos peruenit: quia sufficit, quòd teneatur condictione furtiua: uel prætor non est hanc actionem pollicitus in hæredes, competit tamen secundum naturam aliarum actionũ, quæ insurgunt ex maleficio. hæredibus autem rapinam passis & eius successoribus datur hæc actio: ut ff. eod. l. 2. §. vlti. Sed secũdum canones, hæredes tenentur iuxta facultates defuncti: ut infrà eodem. in literis. quod dic ut notatur infrà, de sepul. §. quibus interdicatur. Nec est prætermittendum, ꝙ raptor nedum hac actione, sed rei uend. cond. furtiua & act. furti conueniri potest: furti dico non manifesti, nisi in casu, scilicet quando quis ex domo, in qua nemo erat, rapuit. tũc tenetur ista act. de bonis raptis in quadruplum, & furti nec manifesti act. tollitur: ut ff. de fur. si quis ex domo. secundum P. Sed secundum Azo. forte tollitur actio furti in facta excommunicatione. per hanc actionem non dico quod impediatur natiuitas unius per alteram: unde si primò agit actione furti, hæc non denegatur in eo, quod plus est in ea: ut ff. eodem. l. 1. Potest & illud dici, raptorem non teneri furti non manifesti, si deprehendatur in rapina: licet P. dixerit cõtra: sicut innuit lex prædicta, si quis ex domo. unde sic potest intelligi quod dicit lex, cum raptor omni modo furtũ faciat, manifestus fur æstimandus est sua publicatione, & ex domini deprehensione. & ideo tenetur vtraque actione. Sed illum, cuius dolo raptum est, non teneri furti non manifesti. quia nec est deprehensus: sed vi bo. ra. tenetur: & cur non teneatur furti nõ manifesti, cum illud ab initio sit commissum, non uideo: licet lex uideatur dicere contrarium: ff. de furtis. cum uendidero. §. cum raptor.

7 Intra † quod tempus, & in quantum. Et quidem intra annum utilem datur in quadruplũ, in quo quadruplo inest rei persecutio: Iudæi tñ experiuntur in duplum contra Christianos raptores: ut not. s. quod me. cau. §. qualiter retractetur. sub § puniuntur. respon. 1. & sub § habet autem. & ver. seq. post annum autẽ in simplum datur, ut C eo. tit. l. 1. & 2. & vlti. Vtilem annum accipies 365. dierum, in quibus habet potestatem experiundi contra raptorem uel dominũ raptoris: & si cum domino actum sit intra annum, & ab eo exactum deinde agatur cum manumisso ob. except. rei iud. vt ff. eod. l. 3.

8 Qualis † sit. Personalis est ex maleficio: & continet rei persecutionem & pœnæ sed actio furti cõtinet pœnam tantum ut Institu. eod. §. quadruplum. Item actio furti semper est perpetua: ut Insti. de perpe. & temp. act. in prin. Item furti actio quandoque datur etiam furi: ut j. de fur. §. cui detur. versicul. ex honesta causa. sed de hac non reperitur, quod raptori detur. Item de furto alij facto quandoque reperit, quod alius agit: non ita in rapina. Item filio rapto licet rapina committatur, ut infrà eodem. in archiepiscopatu. non tamen aget pater vi bo. rap. quia filius non est in bonis, nec ex bonis: sed furti experietur, ut Insti. de obli. quæ ex delicto nascuntur. §. interdum. potest & illud dici, ut per rapinam etiam modicam creditor cadat à iure crediti, non ita forte cadet etiam per furtum magnũ, secundum Azonem.

Qua

ADDITIO.

a Quis sit raptor. ¶ Raptorum duo esse genera Mart. eo. tit. in sum. scribit, nempe rerum & hominum, vel fœminarum. Rapina autem propriè rerum est, raptus mulierum. Rapina committitur per vim, & uiolentiam, cũ quis res alienas rapit, fit etiam cũ armis. unde omnis raptor est fur: sed non conuertit: q̃a nullus fur est improbior eo, qui vi rapit: Inst. vi bo. rap. in princ. Prædonis autem pœnam eandem quam raptoris. proditum est: arg. 15. q. 3. sanè. Raptor quoque rerum est clericus, qui uidet pauperes indigere, & superflua non tribuit eis. 47. dist. sicut hi. Raptores etiam sunt prælati, qui bona ecclesiastica, quæ pauperum sunt, dant meretricibus, histrionibus, cõsangineis, & alijs similibus personis. 16. q. 1. c. si. Raptoris rerum pęna est, secundum leges intra annum quadruplum, post annum in simplum: ff. de vi bo. ra. Et hoc, si ciuiliter agatur. Si criminaliter, pœna est exilium, & tertiæ partis bonorum publicatio: ff. de vi priua. l. si. Adde doct. in rub. eo. ti.

Qua † pœna teneatur raptor criminaliter accusatus Et certè aut queris de raptore, siue prædone rerum, aut corporum: nam & corpora quandoque rapiuntur: ut patet suprà in §. quid sit raptor. Generaliter igitur videamus de pœnis inferentis violentiam, subsequenter speciali ter de pœna raptorum virginum, siue corporum. Est ergo sciendum, quòd si quis cum armis committat violētiam, secundum l. potest l. Iul. de vi pu. accusari, quæ locum habet, etiamsi quid fiat quod pro violentia reputetur: puta, quia arma in domo habuerit causa seditionis: secus, si causa venationis, uel itineris, uel nauigationis, vel causa mercimonij: uel quia ex hæreditate obuenit, habuerit: ut ff. de vi public. l. 1. 2. & 3 respon. j. & §. 1. Sed quandoque non punitur violentia: puta, si fiat ad sui defensionem: ut notatur suprà de restitution. spoliato. § quis spoliatus. sub §. intelligendum est autem. & versicul. sequent. Aliàs ille qui est expulsus, cùm aliquid fecerit ad vindictam, uel cùm ex interuallo possessionem suam recuperauit, prædonem de ea expellendo, ciuiliter & criminaliter punitur: ut C. de vi public. si quis. & Insti. de publi. iudic § item lex Iul. de vi. Sed si aliquis incontinenti legitimè restiterit, culpas omnium delictorum tempore violentię commissorum, siue ex parte aggredientis, siue aggressi aliquis occidatur, in aggredientem cōstat redundare debere, ut C. eodem. quoniam multa facinora. & ff si qua. pau. fe. dica. l. 1. § cùm arietes. Hac autem l. tenetur pubes cum telo in publico ambulans: Et qui pessimo exemplo conuocata seditione villas expugnauerit. & qui cum telis & armis bona rapuerit, etiam ex incendio præter materiam. Et qui puerum vel fœminam, uel quamcunque per vim stuprauerit. Et qui incendio, telo, uel armis rapiendi causa interfecerit. Vel dominum volentem res suas seruare, prohibuerit. Vel quē uis possessorē de domo agro ve suo, aut naui deiecerit, concusserit, expugnauerit. Vel ad hoc faciendum homines conuocauerit. Vel hominem dolo malo incluserit, obsederit. Vel hominem sepeliri prohibuerit. Vel aliquem sibi per violentiam obligauerit, quamuis obligatio lege rescindatur: ut ff. eodem. l. 3. § eadem lege. & l. sequent. respons. 1. Eadem lege tenetur, qui cùm imperium potestatem ve haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit, & verberauit, uel hoc fieri iussit. Velut extorqueatur, aliquid in collum, iniecerit. Vel legatos, oratores, comitesve pulsauerit, vel iniuriam irrogauerit. Vel reum vinctum, uel alio modo impedierit, quominus Romę intra certum tempus adsit. Et qui executionem iudicij uel pronunciationem impedierit, uel aliter quam maior iusserit, decreuerit, impetrari fecerit. Et qui noua vectigalia exercuerit: ut ff. eodem. l. lege Iul. & l. seq. qui dolo. & l. vlti. appellatione autem teli omne id cum quo noceri potest, accipitur. sed licet telum habere causa salutis suæ tuendæ: ff. eodem. armatos. & l. hi qui ædes. Pœna autem huius legis hæc est liberi deportantur serui verò occiduntur, si inscio domino vim commiserint. nam si eo iubente, in metallum damnantur, ut C. eodem. seruos Sed vbi homo pulsatus est, vel verberatus, non tamen occisus, aquæ & igni interdicitur: ut ff. eodem. qui dolo. §. vlti. Si autem violentia sine armis commissa sit, tenetur violentus. l. Iul. de vi priua. & ideo priuata dicitur quasi simplex, non quòd crimen huius legis sit priuatum, imò publicum est: ut ff. de pu. iu. l. 1. pœna verò huius legis est tertiæ partis bonorum ademptio: ut C. eodem tutoris & amissio dignitatis, & pœna infamiæ. Sed ex constitutionibus principum, qui in naufragio aliquid diripuerit, extraordinariè punitur: ut ff. eodem l. 1. Sed & potest dici ex hac l. pœnam relegationis imponi in alijs casibus: arg ff. de termi. mo l. 2. & C. eodem. quoniam. nisi homicidium occasione violentiæ perpetretur, vbi capitalis pœna infligitur: ut dict. l. quoniam. Sed & is qui in itinere rapit cum armis, capite punitur: Si sine armis, deportatur uel in exiliū mittitur: ut ff de pœnis capitalium. §. grassatores. Sed si in loco priuato sine armis, tertia parte bonorum mulctatur: ut dixi si cum armis, deportatur: ut Insti. de pu. iud § Item. l. Iul de vi secū dum distin. quam posui suprà ver. pœna autem. Tenetur hac l. is qui tenetur. l. superiori. dummodò sine armis fuerit: ut patet. ff. eodem. l. 1. 2. & 3. & per totum. & hi qui improbè in alienam litem coeunt, ut quicquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, communicetur: ut ff. eodem. ex senatuscon. Sed & is qui res debitoris sui, scilicet non obligatas sibi sine authoritate iudicis occupauerit, tertia parte bonorum mulctatur, & infamis fit: ut ff. eod. l. vlt. Si verò obligatæ erant, ius crediti amittit: ut ff. e. l. pen. quod met. cau. extat edictum.

DE POENIS RAPTORVM CORPORVM. Rub.

SVMMARIA.

1. *Raptor corporum propriè quis dicatur.*
2. *Coertio rapinæ ad quem pertinet.*
3. *Sepultura quare denegetur raptoribus.*

Ex quo vidimus de pœna raptoris rerum, bene est ut videamus de pœnis raptorum corporum vnde sciendum est, quòd si quis mulierem rapuerit, pœnam pati debet ita demùm, si mulier honesta erat. Secus, si inhonesta, puta meretrix: quia tunc nō tenetur: ut C. de raptu virg. l. vnica. in princ. & ff de fur. verum est. Illud autem secundum legem non distinguitur, an mulier volens fuerit, an inuita, sponsa propria, an aliena, coniugata, vel non: sed acerbius punitur hoc crimen adulterij adiectione: ut C. de rapt. virg. l. vnica. § quæ multo magis. & § cæteros Sed & crimen raptus excedit legis Iuliæ de adul. potestatem ut ff de vi pub. qui cœtu in fi. Quid dicatur raptus, vide suprà de adul § quid sit stuprum. Committitur autem raptus [a] nedùm in virgine, sed & in vidua & sanctimoniali. 36. quæstio. 2. raptores. & capitul. si quis non dicam Isidorus verò generalius accepit raptum, scilicet, pro quolibet illicito coitu: 27. quæstion. 2. capitulo, raptus est. sed sicut præmisi, propriè dicitur raptus. Illud est notandum, quòd aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus: ut patet in his quæ nota. suprà, de adult. in suis. sed horum omnium pessimum est, quòd contra naturam committitur, quod execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore: 32. quæst. 7. adulterij. Sed excedit hæc omnia, cū vir nubit in fœminam. C. de adul. cū vir. † [1] Dicitur ergo raptor propriè, cū puella de domo patris abducitur violenter, ut corrupta in vxorem habeatur: siue puellæ tantùm, siue parentibus, siue vtrisque uis inferatur: 36. quæstio. 1 § cùm ergo. is autem raptor capite punitur: nec patitur bonorum diminutionē, si rapta ancilla erat, uel libertina. Si verò ingenua, capitali pœna raptori imposita eius bona raptæ applicantur: quæ tamen hodie amittit, si raptoris consortium eligat: ut in auth. de mulieribus quæ proprijs rapto. nubunt. §. sancimus. col. 9. Hæc eadem pœna imponitur omnibus, qui raptorem sunt comitati. Sed qui aliàs opem præstiterunt, pœnam subeunt tantummodò capitalem. serui autem & ancillæ huius facti culpabiles, comburuntur, & denegatur condemnato appellandi facultas: ut C. de rap. virg. l. unica. §. sin autem post commissum. & § & si quidem. & § sin autem & §. pęnas. & § ult. & quorum app. non reci. obseruare & in auth. de rap. muli. quæ pro raptoribus nubunt. col 9. Hoc autem delictum uindicare possunt parentes raptæ, consanguinei, tutores, curatores, fortè & comites eorundem. Idem fortè est, si fęmina rapuerit uirum: quamuis hoc perrarò contingat, nec potest pater iniuriam istam remittere, ut C. eodem l. unica. §. parentibus. quod uerum est precio, sed precibus remitti potest: ut ff. de ui publ. qui cętu § qui uacantem. Sed & is qui puerum ingenuū rapuerit & inclusum fame, uerberibusue affecerit, est seuerissimè per Iudicem puniendus: ut ff. de ui publ. l. & eum. Raptores uerò puerorum abusionis causa exquisitis pęnis capitalibus puniuntur. C. de adulte. cùm uir. ff. de sica. l. 3. § qui libidinis. Canones autem supradictam pęnam temperant. nam raptor efficitur seruus raptæ, nisi se uelit redimere 36. quæstio. 1. de raptor. Item debet cum suis fautoribus excommunicari: 36. quæst. 2. cap. 1. & 4. Sed & inter tales scilicet raptum & raptam, matrimonium admittunt, quamuis parentes contradicant: unde crimen raptus non committitur, matrimonio præcedente, & propria uxor de monasterio rapi pōt, & extrahi: ut j. e. causam quæ. & c. ul. quod dic ut not. s. de mat. §. & qualiter impediatur. uer. raptus. & s. de eo qui cog. consan. uxo. suæ §. & quid iuris. uer. illud notandum, & sequen. & s. tit. 1. §. & qualiter puniatur. & quidem secundum l. uersi. sed secundum can. Sed nunquid si puella contrahat matrimonium cum raptore, perdet substantiam raptoris sibi datam à lege, sicut expressim legitur in authen. de rap. mu. col. 9.

dicas

ADDITIO.

a Committitur autem raptus. ¶ Raptum quoque committi Mar. vbi s. scribit, cùm puella violenter à domo patris ducitur, ut corrupta in vxorem, vel in concubinā habeatur: quia raptus committitur, vbi nihil de nuptiis antè agitur: extra e. ti. c. cùm causa. & hoc siue vis illata constiterit puellæ solummodò, siue parentibus tantùm siue vtrisque. 36. q. 1. §. cùm ergo Qui deflorat uirginem solutam uoluntariam, non tenetur eam ducere uxorem uel maritare: extra, de adul. c. j. (Tu cogita propter l. unicā C. de rap. uirg. qua constat uirginem nolle, nisi seducta fuerit) Sed si inducta dolo fuerit, pœnitentia est illi iniungēda. Item si Princeps committit iudici ecclesiastico potestatem puniendi tales, ipse circa mortem, uel membri mutilationem intromittere se non debet: poterit tamen iubere raptorem incarcerari, uel flagellari: ita tamen, quod in sanguinis uindictam flagella transire minimè uideantur. Poterit etiam tales pecuniaria mulctare pęna: mortem uerè, ceu membri mutilationē reseruare debet regiæ potestati: extra e. ti. in archiepiscopatu. Raptor mulieris secundum leges capite plectendus est. & eius substantia raptæ applicanda. debēt ergo tales capite truncari. l. unica. C. de rap. uir. & 36. q. 1. de raptoribus. Secundum Canones uerò raptor seruus raptæ efficitur: nisi se redimere uelit. d. c. de raptoribus. Hæc tn̄ pęna in foro pęnitentiali nō est infligenda sed in foro iudiciali. Mart.

æstimandæ, ne quid durius aut remissius, quàm causa postulauerit, infligatur: vt ff. eodem. l. iiij §. diuus. Et intelligas hanc pœnam locum habere, quando delinquentes sunt non soluendo: vt ff. eod. qui ædes. & ff. de pœn. l. j. & quando iudex ex officio suo non procedit, nec est accusatus secundum ea, quæ no. suprà in proxim. rub. superiori. sub §. in summa. nam & tales accusari possunt l. Iul. de vi, scilicet qui rapuerũt quicquam ex incendio præter materiam: vt not. s̃. proxi. rub. §. qua pœna. uersic. hac autem. l. à iudicibus extraordinariè puniuntur: vt ff. ad l. Iul. de vi priua. l. j. Secundũ canones autem tales, nisi ablata reddiderint subaudi competenter admoniti, excommunicati remanent ipso iure: cum secundum regulam fidei, scilicet qua præcipimur proximum diligere, sicut nos ipsos: vt in princ. Decretorum, & 50. dist. ponderet. & de pen. di 2. charitas. potius debemus patiẽtibus naufragium auxilium præbere, quam impugnare: ut infrà eodem. excommunicationi interest enim bonis, beneficio suo proximum afficere: ut de commodato. c. unico. & ff. de seruis export. seruus ea. l. ideoque nec fiscus sibi aliquid uendicat cũ calamitate alterius: ut C. de naufragijs. l. j. lib. 11. & iunge quod nota. infrà de pœniten. §. quib. & qualiter. sub §. quid de naufragijs. nec possunt se excusare homines obtentu alicuius consuetudinis uel potius corruptelæ: quia lex Rhodia iudicat nautas, siue consuetudo eorum in his, in quibus Imperatorum leges non aduersantur, subaudi, quo ad superiora: ut ff. ad l. Rho. de iac. l. Græca, domine Imperator. aliàs, deprecatio, & arg. in li. feu. de scholaribus, & eorũ priuilegijs. l. unic. & de pace tenenda, & eius uiolatoribus. l. j.

9 **Et qua † pœna** incendiarius teneatur. Et quidem secundum legem quicunque in ciuitate data opera incendium fecerit, si in humiliore loco sit, bestijs subijcitur si in aliquo gradu, capite punitur, aut in insulã deportatur, ut ff. eodem. l. vltim. Qui uero alibi, puta in uillis, uel in castris ædes aceruumve frumenti iuxta ædes positum combusserit uinctus uerberatusque igni necari iubetur, si dolo malo hoc fecerit, subaudi, & humilis sit: sin autem negligentia sua hoc contigerit, aut noxiam id est damnum sarcire iubetur, aut si minus idoneus fuerit, leuiter castigatur. appellatione autem ædium omnis species ædificij continetur: ut ff. eodem. qui ædes. Incendiarij igitur dolosi capite puniuntur, criminaliter accusati. Sed negligentes mitius puniuntur: ut ff. de pœn. capitalium. §. incendiarij. fortuita tamen incendia si cum euitari non possent per negligentiam tamen eorum, apud quos orta sunt, damno uicinis fuerũt, ciuiliter exercentur, ut qui iactura affectus est, damni discretè uel modicè uindicetur, ut ibi. & ff. ad l. Aqui. si seruus seruum. §. si quis insulam. cum tribus §. ibi seq. Iudex etiam aliquando negligentes castigat, aliquando seuera interlocutione comminatus fustium castigationem remittit: debet etiam admonere subditos, ut cum armis & dolabris curam ad hibeant. Sed & custodes & inquilinos admonere, ne per eorum negligentiam incendium committatur, & unusquisque in cœnaculo aquã habeat, ad extinguendum ignem, ut hæc probantur ff. de offic. præfec. uigilum. l. j. ij. & iij. Sed secundum canones incendiarij prædicti excommunicantur,[a] nec absoluuntur, nisi damno resarcito, & iuramento præstito quòd ignem ulterius non apponant, ut 23. quæstio. ulti. pessimam. & hæredes coguntur satisfacere damnũ passis, secundum ea quæ not. s̃. rub. proxim. sub §. in summa. uer. item secundum canones. Sed nunquid sunt ipso iure excommunicati? Ita uidetur, ut j̃. eodem. super eo. & capitu. in literis. 12. quæstio. 2. cum deuotissimum. 23. quæstio. 3. si quis membrorũ. 11. q. 3. canonica. Sed contra. 23. q. ult. pessimam. 12. quæst. 2. indignè. 17. quæst. 3. quisquis. Solutio. secundum magistros incendiarij ecclesiarum, scilicet qui ecclesiam, uel locum religiosum, uel cœmiterium, uel ea quæ intra spatium priuilegiatum sicut legitur 17. quæst. 4 sicut antiquitus incenderint, uel effregerint sunt excommunicati ipso iure. ita quòd ex quo denunciati sunt in ecclesia non possunt absolui, nisi per Papam: ut j̃. de sentent. excom. tua nos. & cap. conquesti. & sic loquuntur primæ concordantiæ: excipitur mortis periculum imminens: ut inf. eodem. super eo. & cap in literis. alij autem non sunt excommunicati, sed excommunicandi, ut dixi suprà. uer. sed secundum canones. secundum Ala. nec obstat. 17. quæstio. 4. omnes. ibi enim Lucius excommunicauit incendiarios sui temporis, secundum Goffre. q. d. eo scilicet Lucio mortuo, canon. cessauit: quia nec ultra tempus suum extendebatur. ad hoc. ff. de pœn. l. fi. Sed Ioannes dixit omnes excommunicatos, ex quo sunt publicati. Consuetudo autem approbata ipsos reddit excommunicatos ipso iure, quãuis denunciati non sint, siue in ecclesiis, siue in uillis incendium commiserint dolo malo, quam dicas seruandam, cum optima sit legum interpres: ut not. suprà, de consuet. §. & de uirtute. uersic. 2. & quia excommunicatio medicinalis est: 2. q. 1. multi. & ga bonarum mentium, &c. 5. dist. ad eius uero. & argu. 4. distinct §. leges. & 11. quæst. 3. c. 1. & 2. s̃. de spon. iuuenis. j̃. de cle. excommuni. mini. illud. §. licet autẽ. & s̃. de homi. significasti. 2. §. quod si discerni. Sed si consuetudo non apparet, de iure stricto sentias cum Alano.

ADDITIO.

a Incendiarij prædicti excommunicãtur. ¶ Adde Abb. in c. tua nos. de sen. exc. Arch. in c. inferior. j. col. 21. dist.

DE VIOLATORIBVS ECCLESIARVM. Rub.

SVMMARIA.

1 *Violator quis dicatur.* *Et qua pœna sit afficiendus.* 2.

EX quo vidimus de duabus partibus tituli: videamus de tertia, & sic de violatoribus ecclesiarum, dicentes Quis dicatur violator ecclesiæ, qua pœna sit afficiendus.

1 **Quis † dicatur** violator ecclesiæ, Quicunque ipsam ecclesiam frangendo hostia, capiendo res suas, vel inuadendo, priuilegia sua non custodiendo, vel corrumpendo offendit. de quibus habetur 17. quæstio. 4. per totum.

2 **Qua † pœna** sit afficiendus.[a] Dic vt no. s̃. rubri. §. vlt. versi. solutio. & s̃. de immunitate eccles. §. inquantum, & ad quos. per totum. & §. quæ sit pœna. & legitur j̃. eod. super eo. & cap. in literis. & 17. q. 4. per totum.

ADDITIO.

a Qua pœna sit afficiendus. ¶ Huc non ineptè referri potest pœna uiolantium ecclesiæ immunitatem, quam spiritualem Mart. scribit, nempe excõmunicationem. Item pœna pecuniaria imponitur quandoque maior, quandoque minor: vt 17. q. 4. quisquis. & c. si quis contumax. Debet autem applicari illi personæ, uel loco, cui uiolentia illata est, de sen. exc. graue. & c. parochianos. Mart. Adde c. non minus. & ibi do. de immu. eccl.

DE FVRTIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Furtum quid sit.* *Et unde dicatur.* 2.
3 *A furto quare quis excusstur.*
4 *Actio furti cui detur.* *Et contra quem.* 5. *Et in quantũ.* 6. *Et qualis sit.* 7.

VIdimus suprà de raptoribus, qui fures possunt appellari: vnde omnis raptor fur est. Sed non conuertitur: nemo enim improbior fur est: q̃ qui rapit: vt Insti. vi bo. rap. & sic videamus de furtis in genere: ex quo vidimus in specie, enucleantes, Quid sit furtum, Vnde dicatur furtum, Cui detur actio furti, Contra quẽ detur actio furti, & inquantum detur, Et qualis sit ipsa actio, apponentes rubricam de seruo corrupto. & de condictione furtiua: postremo videntes, Qua pœna fur afficiatur.

1 **Quid sit** † furtum.[a] Et quidem fraudulosa contrectatio rei alienæ mobilis corporalis, quę fit inuito domino, animo lucrandi scilicet rem, vel possessionem, vel vsum, quod etiã iure naturali prohibitum est: vt ff. e. l. j. & vlt. & Insti. de oblig. quæ ex delic. nas. § j. nam & diuina testatur authoritas, Quod tibi non vis fieri, & c. vt in prin. Decret. Item hoc est vnũ de præceptis Decalogi Furtum nõ facies. Fraudulosa, ideo dixi: quia si credat sibi licere per vim rem suam surripere, non tenetur furti: neque vi bo. rap. vt Instit. vi bo. rap. §. tamen. Item nec tenetur si credat se facere domini voluntate: quia nõ facit dolo, vt j̃. e. dicetur. versi. quæ fit inuito domino. & probatur Insti. de oblig quæ ex del. nas. § placuit. ad idem ff. ad l. Fauiam. de plag. l. legis Fauiæ. & quod no. j̃. e. ti. sub ru. ad l. Fauiam de plag. §. j. ver. sed qui

ADDITIO.

a Quid sit furtum. ¶ Vt breuior, ita rei magis congrua est furti definitio à Mart. nostro tradita in sum. eo. ti. Furtum, inquit, est contrectatio rei alienæ, inuito & ignorante domino. hæc uerba ideo adiecta fuerunt, vt furtũ à rapina differat. Nã hæc ita definita est, ut sit cõtrectatio rei alienæ inuito, & nesciente domino. Fur autem dici nõ debet, qui, licet domũ furandi cã intrauerit, non tñ furatur: ff. e. ti. l. vulgaris. §. qui furtum. Sed & is, qui credit dñm permissurum, non committit furtum, modo subsit causa iusta credendi: secus, si non subest causa. ff. e. l. si is, qui rem. Item si credit facere. inuito domino, & tamen dominus uult, furtum facit, quod peccatũ, sed non tenetur ad restitutionem nec dominus potest petere, obstante sua uoluntate: ff. e. inter omnes. §. pe. Mart. Adde no. in c. 2. de consti. li. 6. Host. in summa ti. de cor. uit. in §. & quæ impediant. uer. secunda ratio est. Doc. in rub. de. fur. Inst. de obl. quæ ex del. nas. in §. j. & in l. fi. ff. de cond. fur.

sed qui suprà dicta, & se. & s. de rap. §. quando locū habet. versi. Itē oportet. & s. de adul. §. quis possit. & de homi. §. quis dicat. versi. sed cùm homicidiū. & j. de cri. fal. § j. nam sicut probatur in prædictis, nec furtum, nec crimen plagij, nec violentia, nec adulterium, nec homicidiū, nec falsitas committitur sine dolosa intentione: ergo *quicquid agant homines, intentio iudicat omnes*. tamē quandoque teneor sine intētione: vt si surripio saccum pecunia plenū etiā sacci nomine furti teneor: quamuis ipsum saccū furari non intenderim: sed solā pecuniā: vt ff. e. qui saccum. Contrectatio ideò apponitur: quia sine ea non committitur furtum: licet voluntas, vel verbum, vel scriptura interueniat: vt ff. eod. l. j. §. j. & l. si quis vxor. §. neq;. & l. inficiando. & l. falsus. §. si quis, nihil. Sed sufficit contrectatio interpretatiua: vt si falsus procur. volens indebitum exigere, alijs delegauerit soluendū, se præsente: nā propter præsentiam suā in se contrectata vr: vt ff. e. falsus. §. sed si is. vel si dico seruo tuo apud me manenti, Vade, & vadit: veni, & venit, vt C. e. alienum. Contrectatio etiam significat omnem abductionem, vel baiulationē: puta equum, vel aliud animal abducit: vt ff. eodem. si quis asinum. Nec augetur assidua cōtrectatione: & sic ex prima tantùm agitur: vt ff. eodem. ei qui. & nota. infrà eodem. §. & qualis. Rei, intelligas, siue modica sit siue magna. nam in hoc casu non rei furatæ quantitas, sed mens furantis attenditur. 14. quæstion 11. capitul. fin. ad idem Institut. de re. diui. §. gallinarum. Alienæ, ideo dictum est: quia in re plenè mea, non possum committere furtum. Secus si alius habet mecum rem communem: vt ff. eodem. si socius. nisi fortè protester iure potius meo vti, quàm furti consilio: vt ff. pro socio. merito. Sin autem alius in re mea habet ius, vel creditor est: vel bonæ fidei emptor: facio quidem furtum, & teneor actio. furt. Sed res non est furtiua: vt ff. eodem. cùm æs. § j. l. si is qui rem pignori. in princip. & de vsuc. sequitur. §. si rem. & pro emptore l. si rē. Sic econuerso quandoque fit furtum, & res est furtiua: non tamen agitur furti: vt cùm filij & serui furtū nobis faciunt: vt ff. e. serui. & Inst. de ob. quæ ex del. nas. §. hi aūt. Regulare tamen est, quod vbicunque furtū committitur, & res furtiua fit, & agatur furti. Ideò etiā dicitur alienæ: quia si nullius esset: puta quia hæreditaria, non posset in ea furtum cōmitti: nisi ab aliquo detineretur iure commodati, vel pignoris, vel vsufructus: vt ff. eo hæreditariæ. Sed & rei ciuitatis non Romanæ, id est, si res sit alicuius ciuitatis alterius, quàm Romanę, & surripiatur, agitur furti, vt ff. eo. ob pecuniam. & quod dixi de re hæreditaria, idem de re illius, quem mortuum puto: ff. eo. si quis ex bonis eius. resp. j. Mobilis ideò apponitur: quia immobilium furtum non fit: abolita est enim sententia contradicentium: vt Insti. de vsucap §. quod autem. super hoc vide quod not. s. de præscri. sub rub. de præscr. rerum immobilium §. quæ res. versi. res verò. nisi iustis titulis & traditionibus. Sed si cretam abstuli de fundo tuo, furtum commisi: non quia fodi, sed quia abstuli: ff. e. si certæ. & l. verum est quod plerique. Corporalis ideò adijcitur: quia incorporalia tradi vel possideri vel contrectari non possunt: vt ff. de acq. re. do. seruus qui bona fide §. incorporales. Quæ fit inuito domino, meritò dictum est: quia si credit dominū concessurum, non tenetur. Sed in culpa potest esse æstimatio: vnde tenebitur commodati, vel depositi, si præcesserat commodatum, vel depositum, si valde supinè id putabat, vt ff. e. qui re. Quòd si puto dominū concessurū fuisse, siue verò, siue falso hoc putem, non committo furtum: quia nihil dolo facio. Sed & si nolente domino contrecto sed puto contrectare eo volente, furtū quidem fit, sed non conuenior furti. ff. e. inter omnes constat §. pen. Sed nec potest dici inuitus, si semel mihi consensit: vt quia rem habuit pro derelicto, vel proiecit, vel dedit mihi potestatē accipiendi, & vendendi pro debito, vt ff. e. falsus. §. si quis. & §. si iactū. & l. cū creditor. C. de pig. creditores. In casu tn̄ non teneor, etiamsi dn̄s non consensit: puta si causa famis nimiæ accipio rē suam, & comedo, vel vestimentum coactus nimia nuditate: in quo casu non teneor de altari spoliato veste vel pecore de cōsecra. dist. 5. discipulos. quia furtū non committitur sine dolo: vt not. s. eo. versicul. fraudulosa. & quia in tanto periculo redimus ad ius naturale, secundum quod omnia communia sunt: vt Insti. de iure naturali, gen. & ciui. respon. j. 42 dist. §. j. 12. di. c. 1. 12. q. j. dilectissimis. ff. ad l. Rho. de iac. l. j. § idem. 23. q. 7. quòd autē. 47. distin. si hi. & ideo debeo credere dominum permissurum, quamuis non permittat: & sic non cōmitto furtum: vt Institu. de obl. quæ ex delic. na. § placuit Sed si esset modica necessitas, non excusor in totū: sed teneor reddere, vel tribus hebdomadis ieiunare: vt j. eo. si quis per necessitatē. 2 † Sed quæritur, quare excusatur quis à furto in hoc casu, & mulier in casu consimili non excusatur à fornicatione, ff. de ritu nup. palàm. §. non est? respon. Quia tempore famis res necessaria ad viuendum fit cōmunis: vt dixi: quod in mulieribus non contingit, secundum Goff. imò ratio est: quia in primo casu ius naturale subuenit, & excusat ratio naturalis. in secundo ius diuinum contradicit, & accusat turpitudo, & horror proueniens ex peccato: vt probant iura inducta suprà eodem versicul in casu. ex dicta l. palàm. & in auth. de restitu. & ea quę parit in 11. mense. §. vnum si quidem. colla. 4. Item in primo casu salus corporalis adimeretur, nisi liceret rem alienam occupare: in secundo verò si fornicari concederetur, corporalis uita debilitaretur, & spiritualis adimeretur, cùm sine mortali committi non posset. ad hoc 22. quæstion. 4 §. illicitum. uersicul. ex modo iurandi: tunc est illicitum iuramentum. &c. Sed quare excusatur quis ab homicidio propter necessitatem suæ defensionis commisso, ut suprà, de homi. capit. 2. & non excusatur mulier à fornicatione, ut suprà nota. uer. sic. proxim. respon. Quia is, qui alium aggreditur animo occidendi, si occidatur ipse quodammodo se occidit: & alius ideo excusatur: argumen. ff. si quadrup. pau. fe. di. l. j. §. cùm arietes secundum Goffred. Sed & omnia iura permittunt defensionem. ff. de iusti. & iure. ut uim. mulier autē improba non defendit se, sed impugnat, vt patet s. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. Iordanæ. ideoque mulier cū peccet voluntariè, non excusatur. Sed defendens se, cùm inuitus & ad tuitionē sui corporis committat homicidium, excusatur. Quid ergo, si mulier inuadatur, & inuita, & renitens coactione absoluta cognoscatur? Certè excusat: quinimò & si virgo fuerit, corona duplicatur. 37. quæstio. 5. c. 1. 2. & 3. & se. Item in casu fit furtū, quāuis contrectatio fiat domino volente, vt si seruus volente domino & consentiente, mihi deportet rem domini, secundū quod sibi dixeram: ut C. e. si quis. & sic uoluntas & propositum meū distinguunt maleficium: ff. eo. qui iniuriæ. Sed & dicitur dominus inuitus, etiamsi uideat rem auferre, quamuis non contradicat: ut ff. eo. l. pen. Animo lucrandi rem uel possessionem uel usum, ideo dicitur: quia si quis habeat animum damni dandi, uel non lucrandi, uel habeat animum libidinem exercendi cum meretrice, ancilla aliena: nam secus est in non meretrice, ancilla aliena: quia tunc mulieris uoluntate non uidetur fieri. Sed licet in meretrice sit usus: quia tamen non fit ad aliquod pecuniarium commodū consequendum, non agitur furti: ut ff eod. uerum est. & l. fullo, uel sarcinator. §. qui ancillam. Item & eorum tantum quæ quis uoluit lucrari, tenetur furti, ut dicitur de eo qui uniones tantùm de arca noluit auferre, & de aceruo aliquid exportare: ut ff. eod. uulgaris. & l. si quid fur. respons. 1. §. j. & ij. & l. uerum est. Ergo & ubi uoluit lucrari usum rei tantum tenebitur æstimato solo usu: & non proprietate, secundum quosdam. alij dicunt, proprietatem plenam æstimandam: quia non potest sic separari usus rei à re, sicut separatur frumentū ab aceruo: & cum iure dominij teneatur fur domino actione furti, debet plena proprietas æstimari: ut ff. e. qui iuramento & l. si uendidero. §. cùm autē. Potest tamen assignari, quandoque fieri furtum sine animo lucrandi, ut si seruum tuum quem de furto suspectum habeo, mihi tradas, ut eū in quæstionem habeam, & ego trado præfecto uigilum, quasi in facinore deprehensum, teneor hic furti, nisi dominium in me transtuleris: ut ff. de condi. cau. data. cū seruus. Quod de iure naturali prohibitum est, ideo iunctum, ut magis & fortius intelligas reprobatum. quandoque tamen furtum nō punitur de iure ciuili: ut si fiat ei apud quem luditur in alea. ut ff de aleatoribus. l. j.

3 a **Vnde** † dicatur furtum. [a] A furno, id est, nigro, eo quòd clàm & obscurè, & plerunque de nocte fiat: uel dicitur à fraude, uel à ferendo, id est, auferendo: ut ff. e. l. j. uel dicitur à furno, in quo fur plerunque latet. unde uersus:

Fur latet in furno, latro se præparat ultro.

4 **Cui detur** † actio furti. Ei cuius interest ex honesta causa: quæ regula nimis est larga, & multas exceptiones recipit. nam & eius cui debetur res ex stipulatione, uel ex causa emptionis interest ex honesta causa. Idemque in fideiussoribus colonorum, & creditoribus in rebus obligatis, & mulieribus in rebus dotalibus, & in tutoribus, curatoribus, negociorū gestorū qui tamen non agunt: ut ff. eo. is cui ex stipulatu. & l. eum qui. & l. interdum accidit. & l. iniuriæ §. qui alienis. & l. is cuius interest non surripi. ideo talem regulam tradit Azo. Actio furti datur ei cuius interest ex honesta uel probabili cā, ratione dominij, uel quasi, ratione possessionis, uel custodiæ, quam debet domino, cuius voluntate rem detinebat. Ex honesta uel probabili causà, ideò dicitur: quia licet furis intersit, rem quam surripuit saluam esse, non tamen agit furti. Sed si ab initio iustè detinuerit, puta ex causa commodati, uel depositi, sed postea furtum committat alij concedendo, uel aliter quàm deberet utendo, nihilominus aget furti, inspecto iusto initio. Item hic est casus, in quo fur furti agere potest, ut ff. eo. ita. §. sed fur. & l. qui uas. §. si ergo. licet uideatur contra: ff. eodem. eum qui § is autem

ADDITIO.

a Vnde dicatur furtum. ¶ Adde l. j. ff. de fur. & in §. furtum. Insti. de obl. quę ex delict. nascun.

autem apud quem. Sed potest distin. vtrum surripiatur commodatario, eidemque furi: & tunc non agit, vel ei cui concessit: & tunc agit. vel an committit furtum vtendo: & tunc non agit, seu alij concedendo, & tunc agit. Ratione autem dominij ideo dixi, quia domino datur actio commisso furto in re sua, si tamen ab aliquo possideatur. vel si detineatur. aliàs contrà: vt not. in re hæreditaria: suprà eo. versicul. alienę. & seq. Idemque & post adi tam hæreditatem, ante apprehensam possessionem: vt ff. de vsu. si homo. Vel quasi ratione possessionis: per hoc comprehenditur vsufructuarius, bonæfidei emptor, pater ratione operarum vel affectionis, cui filio subtracto datur actio furti, non condictio: sed mater non agit. Item creditor, etiam si debitor suus soluendo sit: si tamē res sit ei tradita, vel speciali pactione obligata: secus, si generali secundum quosdam. vel dic quòd specialis ponitur pro expressa, secundum Azo. vt ff. e. quis vxori. § sed & si rem. & l. j. si is qui rem pigno. & l. si filius. & l. mater. & Institu. de obli. quæ ex delic. na. § interdum. & § furti autem Imò & domini tenentur habentibus ius in re: vel ex honesta causa tenentibus si eam surripiant: cùm intersit ipsorum detinentium, fortè propter impensas, quas melius erat per retentionem deducere, quàm vltrò agere: vt ff e. creditoris. & l. qui iniuriæ. §. vltim. & l. si is qui rem commodasset. de pig. act. si pignore. Ēm hoc si res, in quam vnus habet dominium, alius ius, puta vsumfructum, vel obligationem pignoris ab extraneo surripiatur, potest vterque hanc actionem intentare: vt ff. eod. inter omnes. §. si seruus vsufructuarius. & §. hæc actio. Vel custodiæ, ideò dictū est: quia coloni, qui nummis colunt actio. furti. & condictione furtiua agunt. partiarius non agit contra dominum, vt agat contra furem, & quod exegerit sibi reddat: fortè quia fructus nondum te nuerat domini voluntate. Item fullones & commodatarij agūt quia eorum interest: sed non agunt eorum fideiussores, vel patres, quasi patrum videatur interesse ratione peculij: agunt tamen patres ex persona filiorum precario rogantes, & depositarij cum de culpa non teneantur, non agunt furti, nisi prius cōtra eos lite contestata res fortè surripiatur, vt ff. eo. eum qui. § prætere rea. & §. an pater. & §. is qui præcario. & §. non solum. & l. si quis vxor. § si se uus tuus.

5 Contra † quem datur actio furti. Contra furem, etiamsi impubes sit dummodo sit doli capax: vt ff. eod. l. impuberem. Agit etiam pater contra filium, si castrense peculium habeat, aliàs non esset iudicium inter eos: vt ff. eo. item ne cum filio. Sed & ex eodem peculio castrensi si pater filio surripiat, tenebitur furti: sed eum teneri actio. in factum, tutius est. Itē vir contra vxorem, vel econtra, non agit actio. furti, matrimonio constante: sed datur actio in factum & qui opem tulerunt, furti tenentur: vt ff. eo. si quis vxori. & C. re. amo. l. j. & tamen in fur. dist. vtrum sit liber, & is indist. tenetur: vel seruus, & is verbis & verberibus poterit castigari, sed non in iudicio conueniri, nisi rem contrectauerit post manumissionem: vt C. an seruus ex suo facto. l. vlti. & de noxali. actio. l. i. Insti. de ob. quæ ex delict. nas. §. hi autem. ff. eod. serui & filij. Videtur tamen quòd pro fur to quod seruus facit domino, dum in fuga est, possit agere domi nus contra eum qui cœpit bona fide possidere: vt ff. e. serui. §. vlti. sed dic quòd ibi loquitur de domino, id est, bonæ fidei emptore, qui dominus est de iure prætorio. & hoc patet ex eo: quia loquitur de vsuc. serui. si ergo verus dominus esset, non ageret: vt suprà dictum est. Agit ergo bonæ fidei emptor serui contra verum dominum serui, si tamen patiatur furtum eo tempore, quo est apud proprietarium: secus, si surripiat bonæ fidei empto ri, dum est apud eum: quia tunc non aget bonæfidei emptor con tra dominum noxaliter, cùm ipse alijs teneatur, si alijs surripiat. est enim regula, quòd is qui tenetur noxali actione, ipsam non poterit exercere: vt C. eo. l. pen. Sed si seruus extraneus mihi surripiat, quia in eum nullum ius habeo: certum est mihi teneri dominum vel bonæ fidei, vel malæ fidei possessorem: vt ff. de nox. ac. l. j. & l. nō solum. Liberi autem nostri, & mercenarij nobis surripientes, furtum quidem committunt: sed ipsos actio. furti nō possumus conuenire, si res viles fuerint, nec sunt talia furta publicè vindicanda: vt ff. eo. si libertus patrono. & de pœnis. respicien dum. §. furta. Datur etiam contra eum qui tulit opem vel consilium furti dolo ma. nec distin. vtrum sint socij, vel non. dat autem consilium, qui persuadet & instruit aliquem ad furtum faciendum, opem, qui ministerium & adiutorium præbet. ille igitur qui pannum rubeum ostendit, & fugauit pecus, vt in fures incideret, tenebitur furti: sed si fugauit per lasciuiam, tenebitur ac. in factum pro damno dato in pecudibus: vt Institut. de oblig. quæ ex deli. nas. §. interdū. & ff. e. in furti. §. pen & vltim. & l. nam & si. Ita demum tenetur quis de ope & consilio, si furtū secutū sit: vt ff. eo. si is qui. § si tuto. Solum autē consiliū non astringit me furti actio. nisi furtū aliàs perpetrandum non fuisset, & con siliū meū præcessisset. nec distin. vtrū fur posset cōueniri action. furti, vel non. satis est enim, ꝙ furtū cōmissum sit: vt si seruis, vel vxoribus furtum facientibus quis dederit opem, vel consilium. sed & si duo serui sibi persuaserint, vt fugerent, alter alterius fur non est. Secus, si se admuicem celauerint: vt ff. e. qui seruo. Itē qui præstat opem, quandoque tenetur, sicut is qui præstat opē & consilium, vt si tu sciens me velle furari, commodaueris mihi ferramenta ad ostium frangendum, vel scalas ad ascendendū: licet nullum principaliter dederit consilium ad furtum faciendum: vt ff. eod. si pignore. § pen. Et not. quòd is qui opem tulit tenetur furti in duplum tantum, etiam si manifestum sit, nec tenetur condictione furtiua: vt ff. eod. is qui opem. & de condict. furti. proinde.

6 Et in quantum † detur. Ad duplū vel quadruplū, & in decuplum, secundum l. Lombardam, sed hodie non extenditur vltra quadruplū, vt 12. quęst. 2 in legibus. & Institut. de actio. §. omnes. & nota. suprà, de contrahenda empt. §. ad quid venditor. distin. habita inter furtū manifestū, & non manifestum. Est autē manifestum furtum, quando fur deprehenditur cum re furtiua, antequam perueniat ad locum destinatum. locus autem destinatus intelligitur, in quo eodem die manere disponebat, & non refert per quem deprehendatur, vtrum per dominum, vel alium: vt ff. eodem. qui destinauit. & l. furem. Idem erit si ad eum comprehendendum occursum sit, nisi surripientis status mutatus sit: seruus ergo mihi surripiens manumissus deprehensus tenebitur mihi furti non manifesti. Sed & si cum tibi furtum facerem, hoc vidisti, absconditi tamen te, ne te occiderem, erit tamen ibi furtū manifestū: vt ff. eodem. si quis. & l. penult. Sed nec refert, vtrū fur capiatur in furto, vel relicta re fugiat, cùm visus esset, vt ff. eodem. si quis in seruitutem. §. vltimò. Aliud autem furtum est non manifestum, quod ex prædictis intelligi potest, scilicet quando non est deprehensus, nec visus: vt ff. eodem. nec manif. ftum. Ex furto manifesto agitur in quadruplum. ex non manifesto in duplū, vt duplum dicatur respectu rei vtilitatis extrinsecæ & intrinsecæ, quicquid enim simplandum est per condic. duplatur per actio. furti. in condict. autem æstimatur res quanti plurimi cœpit esse postea à tempore moræ. Item æstimatur, quod potuit iustè lucrari, sine alterius iniuria, vt hæreditates vel legata, quæ per seruum acquisiuissem, si mihi non fuisset subtractus. Item æstimatur damnum pœnarum, vel consilium, in quod incidit propter furtum, hoc tamen damnum non æstimatur, quòd vsucapionē non compleuerim furto impeditus, vt omnia hæc probantur ff. de condict. furti. in re furtiua. & ff. eod. si quis vxori. §. vlti. & l. inficiando. §. j. & ij & l. is cui. §. vlti. In talibus autem, uel cautionibus amotis, non solum ipsorum precium, sed & summa quæ in ei continetur, est æstimanda, tamen aliæ probationes debitæ pecuniæ non supersunt, vt ff. eodem: qui tabulas. Potest autem hic subijci regula generalis, quòd vbi defertur alicui actio furti ratione dominij, dominium, & prædictæ vtilitates æstimantur, sed vbi competit ratione interesse, solum interesse æstimatur: vt ff. eodem si vendidero. §. cum autē. ergo creditor aget actione furti creditor tenus si sine culpa surripiatur sibi pignus ab extraneo, si verò culpa sua aget ad summā pignoris, cū ipse teneatur debitori de culpa. Sed vbi debitor surripuit creditori, aget creditor ad summam debiti tantū, etiamsi in culpa sit: quia debitor, cuius dolus præponderat, ei, non potest obijcere culpam, vt ff. eodem. creditoris. & l. creditori. Fullones autem, vel consimiles, agunt furti, si culpa sua interuenerit, & non dominus, cuius non interest non perire rem, cum indicio locati, eam à fullone recuperet, sed si fullo non soluēdo est, aget dominus, quia eius periculo, qui nihil habet, nihil esse potest, & sic in hoc casu est actio ista ambulatoria, vt ff. eodem. itaque fullo. & l. cum qui. §. idem scribit. & Institu. de obliga. quæ ex delicto nas. § itē si fullo. Furto autem in re commodata admisso habet dominus electionem, an furem conueniat, an commodatarium. Sed vna actio per alteram tollitur, nisi dominus furtum ignorans elegerit agere contra cōmmodatarium. Sed ubi scienter ipsum eligit, tenetur fur commodatario, qui cōmodatarius, uel sarcinator, uel fullo, non restituit domino id quod consequitur actio. furti, cum propter furtum incommodū senserit. Sed creditor reddit debitori, si quid ultra debitum suum exegerit, quia rem usus gratia non habet, sicut superiores, & hoc intelligas quando extraneus surripit creditori, si enim ei debitor surripiat, tunc ei non restituit, nec in debitum computabit, ut C. eodem. l. ulti. re spon. 1. & § j. & Institution. eodem §. quæ de fullone. & ff. de pignorat. actio. si pignore. & locat. & conducti. is qui. Datur etiā contra furem rei uendi. qua quamuis actum sit, non tollitur cond. Iudex tamen aliter non condemnabit, quàm si sibi condictionem remittat, quæ superest ei gratia utilitatis, sin autē petitor consecutus est per condictionem æstimationem litis, fure non possidente, & postea incipit possidere, potest dominus rem uendicare, si paratus sit litis æstimationē restituere, ff. e. l. eum q.

Nedum

Nedum superiores actiones competunt contra furem, imò actio commodati. Si fortè rem sibi commodatam surripiat. Sed si primo conueniatur furti, id est, condictione furtiua, extinguitur actio commodati: quòd si primo conueniatur actione commodati, condictio furtiua ipso iure non tollitur: sed per exceptio. & est ratio, quia minus continetur in prima, quàm in secunda. sic intellige ff. eo. si is cui. actio autem furti pœnalis non tollitur per aliquā ipsarū: vt ff. pro socio. rei communis. Amplius prouidetur domino, qui per furtum rem suam amisit, scilicet quod furtiua nō vsucapiatur, quousque res peruenerit in potestatem eiusdem domini scientis verè & interpretatiuè, puta quia litis æstimationē recepit: vt ff. eo. quamuis. & l. ad dominum. & de vsuca. sequitur. §. quòd autem. Quòd si ex re furtiua, puta ancilla partus editus sit, & ancillam prægnantē surripio, vel non prægnantē: sed apud me concipit, & parit, furtiuus est partus, & teneor ac. fur. Sin autem pariat apud aliū bonæ fidei possessorem, quamuis partus furtiuus sit: non tñ agit furti. quod intelligas in vacca furtiua, quamuis cōtradicat, ff. de vsuca. si aliena §. j. quia illud corrigitur secundū Azo. ff. e. qui vas § si ancillam: & in his casibus certum est, partum vel fœtum vsucapi non posse, scilicet quando peperit apud furem: vel concepit apud furem, & peperit apud bonæ fidei possessorē: sin autē concipiat, & pariat apud bonæ fidei possessorem, non est furtiuus, nec datur actio furti. Sed nūquid impeditur vsucapio? Dic, quòd si sciat matrem alienam antequam conciperet, impeditur: si post, & simpliciter sciuit alienam, non furtiuam: & sic ignorat vitium rei, non impeditur vsucapio: vt ff. de vsucap. sequit. §. de illo. & §. si anteq̃. & l. iusto. §. si possessionis. & C. de fur. ancillæ. & pro emptore. l. ij. sed si antequam pariat sciat furtiuam, impedit vsucapio. Si verò hoc fit post partum interpellatur vsucapio, nisi dominum certificauerit se habere ancillam, & partum eius, si tamen ipsum certificauerit, potest: & denunciare debet, quòd veniat, & agat contra ipsum, si ius habet: quia ipse paratus est respondere. Et hoc valde notandum est, quòd posterior scientia in partu impedit hic vsucapionem: quia in partu committitur furtum, cùm in ipsum non habeam titulum, licet haberem in matrē: vt ff. pro suo. si ancilla. secus, si in eo haberem titulū, secundum Azo. Agitur autem contra furem duobus modis: scilicet ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter agitur ad pœnam pecuniariam, scilicet dupli. si sit non manifestum: quadrupli, si fuerit manifestū. Insti. de obl. quæ ex delic. nasc. §. pœna. agitur & ciuiliter ad ipsam rem per cond. furtiuam: vt no. s. e. sub rub. de condi. furtiua. & s. e. ver. ex furto non manifesto. & seq. Criminaliter uero agitur ad pœnam legalem infligendam. quòd dic vt no. j. e. qua pœna. post rubricam, de condi. furtiua. & iunge quod no. j. de pœnitentijs § quibus & qualiter. sub §. quid sit de furibus. [a]

7 **Et qualis† sit** ipsa actio. Famosa: vt Institu. de pœna temerè litigantiū. § pen. vnde non pōt facere præses prouinciæ, quo minus condemnatum hac actio. sequatur infamia: ff. e. non potest. hoc, si in propria persona condemnatus fuerit: ideò sanum est consilium, vt fur procuratorē constituat: & sic tam procurator condemnatus, quàm dominus infamiam uitet: vt ff. de his qui notan. infa. furti. § si quis alieno. Sed & caueat, quòd super furto sine iussu iudicis non componat: nec pactum faciat, aliàs infamiam incurret, quam euaderet si iussus iudicis sine conuentione partium interueniret: ff. de his qui not. infa. athletas § fi. & l. sequen. & l. furi. resp. j. & § qui iussus. Est etiam hæc actio personalis, & ex legibus datur actio furti non manifesti: sed actio furti manifesti ex edicto prætoris, ideo annalis videtur: sed tamen perpetua est. id est, duratura vsque ad 30. ann. à tempore furti commissi computandos: quia ex prima tantum contrectatione, non ex sequentibus, domino competit hæc actio. sic intellige quod nota. suprà eod. § quid sit furtum. vers. contrectatio. quod locum habet, nisi dominium rei mutetur. tunc enim ex prima contrectatione, quæ fit mutato dominio, datur hæc actio nouo domino: sed ea, quæ competit testatori, hæredibus & successoribus eius vniuersalib. datur: vt ff. eo. si dominum. & de seruo cor. si hæres. & accedit quod no. s. §. contra quem. vers. est tamen in fure. Hæc actio, scilicet furti, in hæredes non datur: nisi lite contest. contra defunctum, etiamsi ad eū aliquid peruenit, cùm pœnalis sit, condictione tamen furtiua tenetur hæres: etsi nihil ad eum peruenerit. Sed & illud notandum, quòd actio furti ipso iure per pactum tollitur: vt ff. de pact. si tibi. & l. si vnus §. pactus. [b]

ADDITIONES.

a Desiderari hic videtur rubricella hæc, Qua in re furtum committitur, & in qua non, quam ex Mart. huc transferamus. Et quidem in re propria non committitur furtum: ff. e. l. si res. §. j. Sed nec in rebus immobilib. In re autem parua, sicut magna, committitur furtum: non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur: vt 13. q. 6. c. fi. Fur quoque is dicitur, qui rem raptam vel furto subtractam sciēter emit, vel eam dono accepit: nisi eam restituat: 14. q. 5. qui habetis, & c. seq. Similiter, qui rem furto sublatam occultat domino inuito, uel alio, cuius interest. Similiter, qui rem alienam inuenit: nisi publicè denunciet rem, vt is, cuius est, eam inueniat: ff. e. l. furti. §. qui alienam. & de vsur. quia frustra. Creditor quoque furtum committit, si pignore obligato vtatur. Item commodatarius, qui equo vtitur ultra locum conuentum ff. e. si res. Item qui rem sibi commodatam alij concedit vtendam: ff. e. si pignore. Item furtum non cōmittit quis, si necessitate famis, sitis, uel rigoris furetur l. dist. sicut hi. & extra, de furt. si quis. Superiori rubricellæ nō ineptè subijcietur & ista, Quæ & quot sint genera. Furtorum aliud est manifestum, aliud non manifestū. Manifestum id dici solet, cum quo scilicet fur deprehenditur: ut l. ij & iij. ff. e. Furtorum autem quædam remanent in nomine generali: quædam cadunt in nomen speciale. Sic sacrilegium dicitur rei sacræ furtum. Peculatus furtum de re publica. 23. q. 4. quid ergo Plagium furtum hominis, cū quis hominem liberum scienter vendit, donat, vel emit, accipit, uel permutat, ff. ad leg. Fab. (sic enim legendum ex Theophilo Iustiniani antecessore, Codice Theodosiano & sententijs recept. Iulij Pauli legendum putamus non Fauiā. vel Flauiam, ut falsò quidam autumarunt) de plagi. l. j, C. eo l. j. Martinus.

b Superioribus articulis subnectere posses & hūc ex Mart. e. ti. nempe, quis furto participat. Furto, inquit, quis participat multis modis, cooperando, recipiendo etiam partem furti, tacendo dolosè, qui solo uerbo potest impedire, sine suo periculo non manifestādo rem furtiuam: qui celat rem furtiuam dolose & defendit ita, vt ob id impedit restitutionem, tenetur insolidum: aliàs non, nisi quatenus ad eum peruenit. Præcedenti articulo adnectere licebit ex Mart. e. ti. in sum. hanc rubricellam, de pœna furti, quo in genere ita ille scriptum reliquit: Furti pœna variatur, secundum quod varie agitur. Nam aut criminaliter, id est, ad pœnam corporis infligendam: & tunc non est fur suspendendus, aut dismembrandus, sed aliter arbitrio iudicis puniendus est, scilicet, vt fustigetur, aut in exilium mittatur, uel alio modo, prout iudici videbitur, punietur. Et hoc in fure simplici. Sed si plus sit, quàm fur, vt quia armis in domibus aggreditur, uel in itinere, uel in mari, ut piratæ, tunc in eum acrius procedi potest. ff. de pœnis. l. capitalium. §. grassatores & § famosos. extra, de homic. si perfodiēs. Quandoque agitur ciuiliter ad pœnam pecuniariam, & pœna furti manifesti, est quadruplum: non manifesti vero, duplum. Qui furti ciuiliter egit, criminaliter postea agere poterit, & econtrario: ff. de furt. l. fi. & C. quando ciui. act. cri. præiudicet. l. j. Martinus.

DE SERVO CORRVPTO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Actio de seruo corrupto cui detur.*
2 *Seruus quomodo corrumpatur.*
3 *Damnum datum in seruo quem quis corruperit, in duplum restituendum est.*

1 **QVi datur** † actio de seruo corrupto. Domino, cuius est serui corpus directa: sed vtilis datur illi, qui habet ius in seruo. vt vsuarijs, vsufructuarijs, creditoribus, & bonæfidei emptoribus: nec obst. ff. eo. l. j. §. j. vbi dicitur bonæfidei emptorem non agere: quia illud verū est, ratione proprietatis, sed ratione operarum bene agit, vt dictum est & ratione incommodi quod passus est: nec possunt duo ratione proprietatis experiri: sed pro parte experiūtur duo socij: ff. e. si quis seruum. resp. j. & § j. Corrumpitur autem seruus, siue de bono fiat malus, siue de malo deterior: & fit hoc persuasione. est autem persuadere plus quàm compelli, & cogi sibi parere. ff. eo. l. j. §. persuadere. † In hac ac. 2 æstimatur quanti seruus deterioratus est in corpore, vel in animo ex persuasione mala, & operæ subtractæ: siue damnū, quod dedit incontinenti post corruptionem, vel postquam aufugit à 3 domino: sed damnum ex internallo datum non æstimatur. † & restituitur damnum datum in duplum. nec distin. viuat, an mortuus sit seruus, vel manumissus, ff. e. si quis § vlt. & l. in hac. & l. Neratius & l. doli. §. hæc actio. & § vlt. Est autē hæc actio, quantum ad rem, fortè perpetua: hæredibus datur: sed non in hæredes. quia pœnalis est: ff. e. hæc actio. pœnaliter etiam non datur viro in vxorem, matrimonio constante, ff. e. l. vlt. Sed illud notādum, quòd patri datur pro filio; vel filia corrupta in eam summam, quam suo iureiurando æstimauerit: ut tamen iudex æstimationem refrænare possit: sicut in actione iniuriarum dicitur Institu. de iniur. §. pœna. ff. de iniur. constitutionib. vel fortè iudex æstimabit summam, ad quam competat; arg. ff. de custo. re. l. si quis. imò hodie Iudex æstimabit summam, vsque ad quam iuret, sicut dicitur in expensis, vt not. suprà, de do & contumac. sub rubrica, de contumacia. §. qua pœna sub § est ergo modus. ver. æstimabit ergo iudex. & seq. datur igitur patri hæc actio vtilis officio iudicis æstimanda, quoniam interest nostra, animos liberorum nostrorum non corrumpi, vt l. & tantum. ff. de serui. rusti. prædio.

DE CONDICTIONE FVRTIVA. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Condictio furtiua cui detur. 2. Et contra quem. 3. Et inquantum. Et qualis sit. 4.*
5 *Fur qua pœna afficiatur.*

DE condictione furtiua, per quã res surrepta repetitur, videamus Cui detur, Et cõ quem, Et inquantum Et qualis sit.

1 **Cui detur.** † Soli dño, & hæredi eius: vt ff. e. l. j. & l. sed nec. licet de hærede dubitauerit Pla Sed dixi dari, quasi sit alter ipse. hoc ita, si dominium non mutetur. nã eo mutato facto, & spontanea voluntate domini, expirat hæc condictio: nec di. vtrum inter uiuos, uel vltima volũtate alienauerit, dummodo pura sit alienatio. nam si conditionalis, conditione pendente, agit dominus & hæres suus, vt res veniat in condemnationem, quanti emptorem inuenire posset: sed si pendente lite conditio extet, absoluitur reus: si non extet, recondemnabitur, ut dixi. nec cauetur ei de restitutione facienda conditione forte existente: ut ff. eodem si manifestus. §. vlt. & l. si furtiuus. Sin autem mutetur dominium non volũtate domini, sed necessitate, nihilominus durat condictio: ut ecce res cõmunis mihi, & tecum surrepta est: interim conuenis me cõmuni diuidundo. quod potes, licet non possideamus: ff. fa. er. item Labeo. §. ulti. si quidẽ tibi prouocante me res esset adiudicata, duraret tibi condictio: quia non amisisti dominium eius partis, quæ tibi competit iure communi. mihi autẽ duraret in parte mea, cũ pars mea me inuito tibi adiudicata foret: & ideo in hoc casu satis est, aliquando interfuisse mea, licet nunc non intersit. Sed in actione furti est hoc generale: ut ff. de fur. l. inter oẽs. sed & si mihi prouocato res adiudicata sit proculdubio durat cõdictio, maximè ratione partis meæ: quia nec eius dominij desij esse dominus: ut ff. eo. & ideo. Quod si is, cui subrepta est, nõ est dominus, sed habet ius in re: puta creditor est, datur ei actio incerti: ut ff. eod. & ideo. §. ult. Sed & si non erat dominus, nec habebat ius in re, sed solam possessionem, dabitur ei cõdictio triticaria: ut ff. de cõd. trit. l. j. & ij Sed vbi solam detentionem habebat: puta commodatarius erat, vel depositarius, videtur omni auxilio destitutus: vel forte dabitur ei actio in factum: ar. C. de agri. & cen. l. si coloni. sm Azo. alij dicunt agendum condictione, ex illa l. C. de fur. & ser. cor. l. vlt. §. sed cũ in secunda. secũdum Vber. de Bobio. Hæ autẽ actiones ita demum competunt superioribus personis, si nouatæ non fuerint: vt puta stipulatus sum à fure: quòd mihi per condictionem necesse habebat reddere, & hoc animo nouandi. constat enim talem stipulationem valere, licet si ẽ ipsam stipularer, nulla sit stipulatio: & tamen superior siue prima stipulatio idem continere vr. ff. de ver. ob. scire. §. vlt. ff. e. parui & ideo expressa nocent, non expressa non nocent. Item si non stipulor animo nouandi, non fit nouatio: sed nec res furtiua videtur oblata, vt purgetur mora, nisi in præsentia fuerit: vt ff. de sol. qui decem. §. j Sed & sine stipulatione si fur obtulerit rem, purgat moram. Secus, si paratus sit excipere actiones: vt ff. e. parui. & l. vlti. & C. eo. l. vlti.

2 **Et contra** † quem Contra furem, & heredes eius: & si plures sint, quilibet pro hereditaria parte teneretur: vt ff. e. ex furtiua. & l. si pro fure. §. condictio. & l. in condictione Sed si forte ad vnum ex hæredib. res insolidum peruenerit, ipse in totum poterit conueniri: ff. commo. l. iiij §. hæres autem. Sed si plures sint fures, quilibet tenetur insolidum condict. furtiua: sed vno soluente, cæteri liberantur. in actio. autem furti vnus alium non liberat, nisi aliud specialiter dicatur in pluribus tutoribus, qui de rebus pupillo subtractis tenentur in duplum ac. de rationibus distrahendis: vno enim satisfaciente, alij liberantur: quia non tam videntur rem inuito domino contrectare, quam perfidè agere: vt C. e. l. j. & ff. de admi. tu. l. tres. Datur etiam condictio contra raptorem: vt ff. eo. siue manifestus. §. ei. sed non competit cõ eum, qui tulit opem in rapina, vel furto: vt ff. e. proinde. Quòd autem diximus furem condict. furtiua teneri, intelligunt quidam de fure non manifesto: manifestus n. non tenetur in tribus casibus, scilicet cum rem subtractam occiderit, vel fregit, vel effudit: ff. eod. l. siue. Sed dic quòd illa tria ponuntur causa exempli. Quid enim, si fur non occidit, sed vulnerauit? Item quid si non fuerit captus cum re, sed visus, & ad eum depræhendendum occursum est: nam manifestus est: vt ff de furtis, si quis in seruitute. Sed quis negabit eum teneri condi. furtiua, cum rem mihi surreptam habeat, vel eius furto mihi ab sit, Competit etiam in dominum serui surripientis de eo, quod ad eum peruenit. Sed pro residuo datur noxaliter: sic & datur cõtra patrẽ: ipsi tamen filiofa. condici potest, ut ff. e. si seruus. & Institut. de noxa. ac. §. ult. Sed si seruus manumissus sit, non datur directa condictio furtiua cõ manumissum, nisi liber factus contrectet: ut ff. e. quod ab alio. aliàs est §. illius l. si seruus. quod non seruatur in act. furti, uel alia noxali ut ibi dicitur.

3 **Et † in quantum.** ad rem restituendã, etiãsi melior facta sit impẽsa ipsius furis: ut ff. e l. ex argento. & æstimatur, quãti pluris fuerit res à tpe furti, etiam si sine culpa esse desierit: qa semper intelligitur fur in mora esse: ut ff. e in re §. si ex cã. l. qui furtum Consideratur ẽt interesse meũ: puta quia non potui habere hereditatem in qua seruus mihi surreptus interim institutus fuerit, uel incurri penam, quam promiseram, nisi ipsum seruũ intra certum tẽpus tradetem Sed & fructus percepti ueniunt iure actionis, percipiendi officio iudicis: ut ff. eo l. iij. & l. in re §. ult. de hoc no. s. sub rubrica de furtis. §. & inquantum. uers. ex furto. Sed nunquid si rẽ furtiuã suis expensis meliorauerit, expensas illas repetet? nõ. ut no. s. e. §. resp. j. nec is qui à fure mala fide emit: s. de rebus eccle. non alie. ad audientiam. 16. q. 3. uniuersos. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. in fi. nisi de euic. prospexerit. & tunc cõ suum authorẽ agere possit. C. de euic. si fundum. emptor autem bonæ fidei expensas repetet. s. de resti. in integrum. c. j. 12. q. 2. Vulteranæ. in authen. de non alie. aut permutandis reb. ecclesiæ. §. si quis igitur. coll. 2.

4 **Et qualis sit.** † Ciuilis & perpetua heredibus datur, & in hæredes, licet turpis sit non infamat, sicut nec cæteræ condictiones: sed & personalis est. ad hoc Insti. de obli. quæ ex delic. nas. §. ult. & ff. de obsequijs. l. & honori. & l. licet. & de acti. & obli. cessat. & Insti. de act. §. appellamus. Tenetur autem hæres furis insolidum, non quatenus ad ipsum peruenit, si solus sit. Sed si plures hæredes fuerint, quilibet teneatur pro ea parte, pro qua hæres est: ff. eo. in cõdictione. dum tñ intelligas, quod si res furtiua in totum ad unum ex hæredibus peruenerit, tenetur ipsam non solum pro parte restituere, sed totam. ff. commodati l. iij. §. hæres. secundum Goff. Consueuit autem quæri, unde nascatur hæc actio? & dixerunt quidam, eam nasci ex maleficio, alij ex uarijs figuris causarum, id est, ex quasi maleficio, uel quasi cõtu: & sic intelligunt ff. de ac. & ob. l. j. Sed hoc non potest dici, quod sortiatur naturam actionum, quæ dantur ex maleficio, uel quasi: quia illæ dantur noxaliter, & in manumissum. Sed hic cõrium est: ut no. s. sub §. & cõ quem. uer. competit etiam. Item illæ non dantur in hæredem, si ad eum nihil peruenit: ut C. ne ex delict. defunct. l. unica. sed hæc datur: ut Instit. de obli. quæ ex delict. nasc. § ult Nec ob. ff. de compensa. quod ambo. § quoties. cum enim dicat compensationem locũ habere in actio. quę ex malefic. nasc & subijcit idem in cõdicti. furtiua. unde innuit, quod non oriatur ex maleficio: hoc enim pronomẽ idem, in diuersis solet notare eandem iuris censuram. Item nec propriè imitatur actiones, quæ ex contractu nascuntur, uel quasi: quia illæ non dantur noxaliter, sed peculiotenus: vt ff. de his qui deiece. l. prima. §. cum seruus. Sed hæc datur, ut dixi suprà. §. & contra quem. uersicu. competit etiam. Dicas igitur hanc actionem fore anomalam, & ex uarijs figuris causarum nasci: quia uaria & diuersa habet insignia, cùm omnis generis actionibus aliquid communicet: partim cum his, quæ sunt ex contractu, uel quasi: partim cum his quæ sunt ex delicto, vel quasi: ergo omnis obligatio tripartitè nascitur: quia aut ex cõtractu, subaudi, vel quasi: aut ex maleficio, subaudi, vel quasi: sicut subauditur quasi per totum circulum. Instit. de obligatio. quæ ex quasi contractu: aut ex varijs figuris causarum, sicut ista anomala. sic intellige ff. de actio. & obli. l. j.

5 **Qua pœna** † fur afficiatur. Et quidem aut surripuit rem priuati: & tunc si criminaliter agatur secundum legem vel fustigabitur, vel in exilium mittetur secundum arbitrium iudicis: sed non occidetur, nec membris mutilabitur: ut in auth. vt nullus iudic. §. quia verò nos collat. 9. posita. C. de seruis fugiti. l. iij. auth. sed nouo iure. Quod intelligas quando occultè & sine armis commissum est crimẽ: aliàs si aggressuram fecerit, siue cum armis, siue sine armis in domibus, vel in itineribus, uel in mari pœnis legitimis ferietur: ut in c. authen. Sunt autem pœnæ legitimæ, quòd fures ipsi capite puniantur, uel suspendantur, si sæpius hoc commiserint, & famosi sint: cæteri in metallum damnantur, vel etiam in insulam relegãtur: vt ff. de poen. capitalium. §. famosos. & §. grassatores. & qui egit criminaliter, nihilominus & potest agere ciuiliter: ut ff. de fur. l. vltim. Sed & secundum constitu. Federic. II. si quis 5. solu. valens, vel amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur: si minus, scopis & forcipe excorietur, & tundatur: ut in lib. feud. de pace tenenda. constitutio. i. capitul. si duo homines. §. si quis 5. soli. Tamen secundum canones, si furtum occultum est, & sponte est confessus post restitutionem, si tñ eã facere potest intelligas, & pœnitentiam peractam, uel partem pœnitentiæ, rectè ad sacros ordines promouetur: vt infrà eodem. ex literis. Si tamen ipse,

quicq

qui est in ipso peccato, deprehensus fuerit, cùm constet eum in mortali mortuum, ecclesia non orabit pro ipso. Secus, si ante mortem presbytero, aut diacono, scilicet, si presbyter nō adest, confessus sit: quia tunc non negatur communio: ut j. eodem. capit. 2. ad hoc. 23. quæstio. 5. placuit. Accusatus autem & confessus, uel cōuictus, deponitur, & in monasterio detruditur: ut s de indi. at si clerici. §. j. & cap. cùm non ab homine. & j. de pœnis. tuæ. Illud sciendum est, quòd qui cum fure partitur, scilicet partem capiendo, vel ipsum occultando, uel opem uel consilium dando, ut Institut. de obligat. quæ ex delict. nascuntur. §. si uerò ope. occidit animam suam: reus autem iudicatur, qui querente possessore furem non indicat: ut infrà eodem. qui cum fure. Et accipe possessorem quemlibet, cuius interest: ff. de ver bor. significa. interdum. Et sic quilibet tenetur indicare furem. arg ff. de iure fisci. ex quibusdam. § diuus C. de fal. maiorē. & de fur. ciuile est. & de his q ad eccl. cōfu. presenti. & ff. de recep. l. j. & 2 & C. de his, qui reos vel latro occul. l. j. Sed contrà quia nō teneor indicare sine iudicio, id est, salario: nec enim turpiter accipio: ut ff. de cōdict. ob tur. causam. l 4 § ultim. & de pscri. uer. solent. Quibus legibus dicūt standū legum Doctores: dicentes, ꝙ nullo iure speciali cogitur quis indicare furem: tamē iudex ex bono regimine, & ex equitate quā debet habere prę occulis, ut s. de cau. poss. pastoralis. in fi. & ff. de eo quod certo loco dari oport. quòd si Ephesi. compeller scientem ad furem indicādum. argumen. in superioribus iuribus. & ff. de offic. præsi l. 3. & l. congruit. C. de seru. fugitiuis l. 1. 2. & 3. magistri mei dicunt aliud secundū leges aliud secundū can Pōt dici ꝙ in foro iudiciali, siue canonico, siue ciuili refert, vtrum nolit indicare propter lucrū, quod inde sentit, vel quia participauit, vel quia à fure pecuniam recepit ne indicaret: & tunc tenetur sicut fur, & hoc est qđ notat. decre. j e. qui cū fure partitur. talis enī turpiter recipit, etiam secūdum l. vt ff. de cōdi ob tur. caus. si à seruo meo aut non vult indicare, ꝑpter amicitiā & humanitatē, quā cū eo habet: & tunc non est cogendus: sed est in potestate, an velit uendere amicitiā ꝓ denariis, sicut quidā faciunt aduocati, amicos quoscūq; habe ant pro pecunia impugnantes: & tales non turpiter accipiūt: vt ff. de cōdi. ob tur. caus. Idem est. § si tibi indiciū. turpiter aūt acciperent si indicare tenerentur: vt ff. de cōdict. ob tur. cau. l. vlt. & suprà de simo. c. nemo. Dico tamen, quòd quamuis tales non accipiunt turpiter inhonestè tamen petunt, uel exigunt hac de causa: ut legitur ff. de var. & extraord. cogni. l j § est quidem res sanctissima. In primo ergo casu dolosè nō vult indicare: & ideo cogēdus est. & si quid datum est per act. de dolo repetitur. In secundo licitum est, & ideo nō repetitur hoc est, quod dist. l. ff. de præscrip. ver. solent & sic parcitur amicitiæ & uicinitati, seu ꝓximitati: argumen. ff. de recept. l 2. & de verbo. signi la e. §. amicos. Sed in iudicio animæ, proculdubio reus indicatur: & sic loquitur infrà eodem. qui cum fur. ver. non fur solum, &c. & accedit. C. de famosis libell. l. unica Illud autem non repꝓbo, quòd iudex ex officio eum cogat, prout not. secundum dominum meum. suprà eod. versicul. quis leg. Sed & quamuis non cogatur aliquis indicare cogetur tamen indicatum testificari: vt patet in his, quæ not. suprà de testibus cogen. § in quibus. Et sciendum est, quòd si furi dedero, ut mihi reddat rem meam, uel indicet, vel etiam socio eius, per condictionem, subaudi furtiuam, secundum dominum meum repetitur. ut ff. de cōdictio. ob turp cau. l. 4. in fi. Aut surripuit hominem: & sic committitur crimē plagii, aut rem sacram: & sic committitur crimē sacrilegii, aut rem publicam: & sic committitur crimen peculatus: ut 23. quæstio. 4. qui ergo de singulis igitur apponimus rubr. speciales.

AD LEGEM FABIAM DE PLAGIARIIS. Rubrica.

SUMMARIA.

1 *Lex Fabia de plagiariis quando locum habea*
2 *Pena quæ sit legis Fabiæ, de plagiariis.*

Ic videndum est, Quando hæc lex locum habet. Et quæ sit pœna huius legis. Quando † hæc lex locum habet. cum quis liberum hominem vel seruum alienum sciens vendit, uel aliter alienat: uel ipsum vinctum retinet, vel celat, vel ei suadet ut à domino fugiat: ut ff. eodem. leg. j & l. leg. Fabia. & leg. eum. & l. penul. §. vltim. multo magis si quis libertū vel seruū de ciuitate in ciuitatem, vel quēuis alium locum expor tauerit: ut C. eodem titulo. quoniam. Sed quid si supradicta facit ignoranter credens filium suum vel seruum suum? non tenetur, uel credit hoc uoluntate domini facere: ut ff. eodem. l. le. Fabiæ Sed hoc secundum Plac. exaudi, si probabiliter errat: vt C. eodem. l. plagii criminis. tu tamen, subaudi, maximè, secundū Azon. satis enim est, quòd non committat dolum. unde nec lata culpa hic dolo ꝯparabitur: sicut nec in l. Corne. ut ff. ad leg. Cor. de sica in lege. & C. de his qui sibi asscribunt, in tertul. se. cōsul. Item excusatur, si putat alienum, cū n suus sit, ut plus consideremus ueritatem. quàm opinionem, ut ff de falsis. impuberē. §. & si seruo. Sed & si quis seruum suum vendiderit purè: dum in fuga est, hac l. tenetur: secus si præcipiat persequendum & vēdendum, si apprehensus fuerit: uel si dicat emptionem valere, si fuerit apprehensus. Item secus in absente seruo, qui non est fugitiuus. Item secus in coheredibus & sociis: ut C. eo. in fug. ff e. lege. tertia. à prin. vsque ad fin. & ff de contrahen. emption. lege. quòd sæpe. §. si quis amico. Item secus in ecclesia, quæ potest uēdere seruum suum fugitiuum: ut 12 quęst. 2. fugitiui. & suprà, de rer. permut. iniustum. vel illa capit. exaudienda sunt. secundum prædicta.

Et † quę sit pœna huius legis. Et quidem criminalis infligitur, & ciuilis. Criminalis, ut seruus vel libertus, qui in l. commisit, bestiis subiiciatur. Ingenuus autem ignobilis gladio feritur: sed nobilis in metallum damnatur: & sic semper capitalis pœna imponitur: vt C. eodem l. ultim. in fi. Et sic qui furatur hominem, morte moritur [a]. scilicet ciuili, vt dictum est: vel materiali: vt infrà eodem, capitu. primo. Secundum hoc canones imponunt pœnam mortis: sed contrà, suprà, ne cleri. vel mon. sententiam. ideò dic morte, scilicet canonica, siue spirituali, id est excommunicationis vinculo innodatur. sic suprà, de maio & obed. si quis. Verum ex superiorib. patet Piacentinum errasse, qui dixit hoc crimen extraordinarium, nisi ubi orbatur pater filio nam C. e. l. quoniam loquitur generaliter in libero & seruo. & accusatio publica est: vt C. eodem. plagii. Ciuilis autem pœna pecuniaria olim statuta fuit, sed hodie cessit: vt ff. eodem. l. ulti. datur tamen actio de seruo cor. ciuilis & furti, si malo animo quis alienos seruos susceperit, ut præstet eis refugium fugiēdi: ut ff. de seruo cor. l. j. in princip § persuadere. & l. vt tamen §. de filio. & ff eodem. l. penul § idem princeps quod dic, ut nota. supra in rubr. de seruo cor. Sed & furti actio & serui cor. datur etiam plagio non commisso: ut quia non corripuit vt fugeret, nec surripuit vt ex portaret: sed si teneretur de plagio, etiā prædictis actionib. tenetur: ut ff. eod. l. penul. resp. j. & ij.

ADDITIO.

a Morte moritur. ¶ Adde in auth. sed nouo iure, C de seruis fugitiuis, glo. in l. capitalium in §. famosos. ff. de poe & ibi. Bar. Bal. in l. nemo. C. de epis. aud. Ang. in l. quod si nolit. § quia assidua. ff. de ædil. edict. Io. And. in c. tua. de homi.

DE CRIMINE SACRILEGII. Rubrica.

SUMMARIA.

1 *Sacrilegium qualiter committatur. Et quę sit eius pęna. 3.*
2 *Quasi sacrilegium qualiter committatur.*

Equitur. de crimine sacrilegii: dicamus igitur, Qualiter committatur sacrilegium [a], Et quasi sacrilegium Et quæ pœna sit sacrilegii. Qualiter † committatur [b] sacrilegium: quando sacrum de sacro, aufert uel sacrum de non sacro uel non sacrum de sacro: ut 17. quæst. 4 quisquis. uersi. similiter. Azo tamen non admittit duo membra ultima. Sed primum tantùm dicens ꝙ in duobus

ADDITIONES.

a Sacrilegium definit Mar. e. ti. in sum. ut sit violatio. vsurpatio. vel læsio rei sacræ. Magis autem propriè dicitur quasi sacræ rei læsio: quia sacrū lędit.

b Sacrilegium uariè committi, Mart. vbi s. scribit. Aliquando ratione personæ, cùm quis personam ecclesiasticam lædit verberando: ut 17. q. 4. quisquis Aliquādo ratione loci, cùm ecclesię uel cœmiterij immunitas uiolatur. Aliquando ratione loci, ut cùm res sacra. vel sacro vsui deputata vsurpatur. Vnde sacrilegus est, qui aufert sacrum de sacro, uel non sacrum de sacro, uel sacrum de non sacro. 12. q. 2. nulli. Largo autem modo dicitur sacrilegus transgressor publici iuris, qui consistit in sacris, i. circa sacra loca, & sacras personas. Is etiam sacrilegus est qui articulos fidei etiam negligē do, nesciendòque uiolat. Similiter, qui disputat de principis iudicio reuocando in dubium, quod iudicatum est per ipsum C. de cri. sacril. l. 2. secus, si per discutionem, aut per maiorem euidentiam, illud fiat: aut si euidenter constaret, illud esse contra Deum. Similiter, qui publica officia cōmittit iudæis. Similiter, qui rem datam ecclesiæ retinuerit, uel acceperit d. c nulli Mar.

duobus secūdis committitur furtū, quicquid dicerent Decretistæ. ideò dicit lex, locus facit, ut idē crimen sit furtū, vel sacrilegiū, & capite luendum, vel minore supplicio: ut ff ad leg. Iul. pecu. diui. & de pœ. aut facta. §. locus. sed l. illa sic supplenda est, locus, subaudi uel res arrepta facit vt idem crimē &c. Item alia lex diui. sic est supplēda. res priuatorū si in ędem sacrā depositæ subtractæ fuerint, furti actione subaudi, nō tūmodo sacrilegij esse: & sic concordant cum c. quisquis. sic promptum erit leges canonibus concordare: ut C. de inoffic. do. l. unica alij dicunt aliud secundum leges. & aliud secundum can. quòd cum crimen sacrilegij canonicum sit, minimè dici debet: in authen. vt cleric. apud proprios episcopos cōueni. §. si uerò ecclesiasticum. coll. 6. & patet in his quæ not. infrà, de usur. §. aliquo casu. respon. 1. & uersi. sequent. & §. præceden. versi si. Sacrum autem locum intelligas, qui ritè Deo per pontificem consecratus fuerit, non priuatim authoritate alicuius sacerdotis, uel laici. nam priuatus dicitur, etiamsi interueniat talis authoritas. ædiculæ autem, uel res sacerdotū incustoditæ. si ab aliquo violenter surripiantur, amplius q̄ furto, & minus quā pro sacrilegio imponitur pœna: vt ff. ad l. Iul. peculatus. sacrilegii capite & Institut. de rerum diuis. §. nullius. Sed secundum can. ecclesiæ & quadraginta vel triginta passibus circunquaq; positis, debetur immunitas. quòd dic ut not. infrà de immun. eccl. inquantum. uer. immunitatē. & quicunq; personis ecclesiasticis iniuriam irrogauerit. sacrilegium cōmittit: vt 17. q. 4. quisquis. & c. sequen. & §. qui autem & C. de Epis. & cler. si quis in hoc genus. & de iniur. atrocem. unde quod dixi suprà eo. uer. sacrum ædiculæ autem vel res sacerdotum, &c. intelligas quando extrà xl passus positę sunt: & ideò dicit amplius quàm pro furto, & minus quàm p̄ sacrilegio quia quasi sacrilegium est: & no. infra eodem sub §. sequen. uersi. & malefactores.

2 a **Et quasi** † sacrilegium qualiter committatur[a] Quando quis diuinæ legis sanctitatem omittit ignorantia, aut uiolat per negligentiam, uel contemptum. item disputare de principali iudicio. crimen enim sacrilegii est disputare, vel dubitare, an is dignus sit quem elegerit Imperator Item recipere honorem in terra propria, nisi alicui hoc vltrò concesserit Imperator: ut C eo. l. 2. & 3 similiter de iudicio summi Pontificis disputare non licet: & sacrilegii reatum incurrit, qui iudæis publica officia committit: ut 17. quæstio. 4 § qui autem & cap. sequen. Honores verò nemini sunt offerendi: nisi perrarò ob penuriam hominum: ff. de decur. eos. Prætores autem Romę fieri non debent, nisi Romæ larem foueant: ut C. de offic. prætor. Itē procuratori Cæsaris quilibet potest assidere in sua prouincia: quia pu. salario non fungitur: ut ff. de assesso. l. vltim secus in assessoribus aliorum iudicum: ut ff quib. ex cau si cui. Sed & malefactores & raptores rerum ecclesiasticarum & clericorum, secūdum can. sunt quasi sacrilegi puniendi: vt not. s. de foro compe. cùm sit generale. & ca. conquestus. & etiam sicut homicidæ tenentur. 12. quæstio. 2. qui abstulerit. quicunque prædia. nulli liceat. de hoc plenius s. de immu. ecclesi. §. inquantum. & §. finali.

3 **Et quæ pœna** † sacrilegij. Et certè inspecta & personę & rei conditione, & temporis, ætatis, uel sexus crimen clementius & seuerius castigatur plerią; enim Iudices sacrilegos damnant ad bestias: plerique viuos exurunt: alii in furcam suspendunt. Sed moderanda est pœna vsque ad bestiarum damnationem eorum, qui manu facta templa effregerunt, & dona Dei noctu tulerunt cæterùm si quis interdiu modicum de templo tulit, pœna metalli coërcendus est: aut si honestior sit: deportandus: ut ff ad legem Iul pecculatus. & sacrilegij, l. sacrilegii pœnam. Verùm qui personis ecclesiasticis iniuriam irrogant, capite puniuntur: vt in iuribus allegatis s. eodem. sub §. qual ter. versic. sed secundum can. Item minor excommunicationis pœna imponitur: vt nota. s. de immu. eccles. §. quæ sit pœna.

ADDITIO.

a Qualiter committatur. ¶ Adde quot modis committitur sacrilegium: vide glos. in c. de uiro. 12. q. 2. Inn. in c. cum pro causa. de sen. exc. Doct. in ca. conquestus. de fo. comp. Doct. in cle. si quis suadente. de poenis.

AD LEGEM IVL. PECVLATVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Lex Iulia peculatus quando locum habeat.*
2 *Pęna quæ imponatur in lege Iulia peculatus.*

1 **DIcamus** Quando habeat locum hæc lex. Et quę pœna imponatur †Quando habeat locum hæc lex. Et certè habet locum pro pecunia publica intercepta, uel quoquo modo contaminata, uel si in aurum, vel argentū vel æs publicū aliquis indet, id est, intus det, hoc est, aliquid adiiciat, vel immisceat ferrū, s. vel simile, in sacra, vt in vasis ecclesiæ, in religiosa, vt in ornamentis sepulchri, nec separātur ab intercipientibus, uel contaminantibus, qui dolo ma. curauerint, ut ab alio intercipiatur, uel contamineturi uel qui in rem suam uerterant, nisi sint tales, quibus utique liceat peruertere in rem suā. Sed & si donatum Deo immortali qs acceperit, uel interceperit, siue abstulerit, hac l. tenetur: ut ff. e. l. 1. 2. & 4. res. j. Secus est, ubi aliquis inuenit thesaurum in aliquo loco: nec enim fit locus religiosus propter thesaurum, etenim ex monumento, nō quasi religiosus sit tollitur. quod enim sepelire quis p̄hibetur, id religiosum facere non potest. at pecuniam quis sepelire non potest, nisi fortè causa custodiæ: ut ff. eodem. l. 4. § ulti & de acquirenda possessio. peregrè. Item secus in pecunia priuati, uel alterius ciuitatis, quam Romanæ: in his enim furtum committitur: ff de furtis. ob pecuniam. ff. eodem. l. quarta. §. fin. Sed & in casu in pecunia priuati committitur peculatus: puta, si ego fingens me creditorem fisci, cùm non sim, à debitore suo pecuniam exegerim: ut ff. e sacrilegij capite. § eo. Secus, si exigam ab eo, qui mihi & fisco debet, non enim intercipitur pars quæ fisco debetur, quia nihilominus debitor remanet obligatus: ut ff. e. peculatus. nequaquam. Hac etiam l. tenetur, qui tabulam æneam, uel auream, cōtinentem leges famamue agrorum ad quid aliud finxit, uel aliud immutauerit, uel in tabulis publicis aliquid interleuerit, uel immutauerit, uel minorem pecuniam scripserit, quā quod uendiderit ipsa respub. uel locauerit: uel qui muros ciuitatis perforauerit, uel aliquid inde abstulerit: ut ff. e. qui tabulam. l. hac lege. & le. qui perforauerit. item in eo, qui prædam ab hostib. captam surripuerit, talis etiam in quadruplum condemnatur: ut ff. eo. l. penul.

2 **Et quæ pœna** imponatur. Capitalis aduersus iudices, qui dum administrant, pecuniam publicam intercipiunt: sed contra alios qui eis ministerium prębent, id est, ab eis scienter suscipiunt: sed contra alios qui hac l. tenentur statuitur pœna deportationis, & est accusatio pu. & quinquēnio sopitur, & in hæredes datur: ut Insti. de pu. iudic. §. item leg. Iul. peculatus. & ff. eod. peculatus crimen. & l. ult. Est & alia lex Iulia, de residuis, quæ locū habet contra eum, qui pecuniam publicam ad unum usum delegatam in alium uertit: ut ff. e. l. 2. uel eam retinuerit. & hac l. tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, alia ve uel causa aliqua tota pecunia publica, uel pars eius, quam accepit resedit; damnat[a] aūt amplius tertia parte quam debet, punitur: ut ff. eod. l. 4. § lege Quam pœnam dicit Pia. interpretatione sua extendi in quadruplum. Sed hoc est contra significationem uerborū. dic ergo amplius tertia parte: scilicet, quia pecuniam quā debet restituet, & tertiam partem eiusdem: ut si de xxx. xl. soluet. sic C. de inoffi. te. l. si quis suo. Cū eo aūt, qui pecuniam à debitore ærarij recepit, ut ad ærariū deferret, & eam retinuit, nō potest agi pecunię residuæ actione: quia cùm priuatus eam deberet, adhuc priuata remāsit, nec est facta publica: sed qui recepit, inter debitores cōputatur: & ideo is qui hoc imperio utitur, ab eo ipsam pecuniā exigit, pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam indicendo: sed si per annum retinuit, eo elapso, tenetur hac actio. quia lex Iulia residuorum iam pecuniam post annum residuā iussit: ut ff. e. tit. cùm in eo. in hęredes autem datur hæc actio: ut ff. eod. l. ul.

DE VSVRIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vsura quid sit. Et unde dicatur. 2. Et pro quibus rebus detur. 4. Et ex quibus causis. 5.*
3 *Species vsuræ quot sint.*
6 *Vsurę veniunt ex mora, vel quasi mora iure communi & speciali.*
7 *Vsuræ qualiter petantur, si deductæ sunt in stipulationem.*
8 *Exigi an possit aliquid ultra sortem aliquo casu.*
9 *Contractus vsurarius qualiter detegatur.*
10 *Pœna quæ sit vsurariorum.*
11 *Vsura cui reddenda sit. Et qualiter possit repeti. 12.*
13 *Pęna si adiecta sit, nisi pecunia mutuata ad certam diem soluatur: ab præsumimus ipsam in fraudem vsurarum adiectam.*

PRęlibauimus s. de furtis & raptorib[9]: & qa nullus im p̄bior fur, uel raptor, quàm usurarius, & quo ad restitutionis legē, parum refert, utrū per furtum, uel per rapinā, uel usuram res peruenerit ad aliquē 14. q. 4. si quis usuram. ideo post tractatus Rapinæ & furti, subiiciamus de Vsuris: dicentes. Quid

Quid ſit vſura,& unde dicatur. Quot ſint eius ſpecies, pro qbus rebus detur, Et quibus cauſis, Qualiter petantur, & quare, An aliquo caſu ultra ſortem quicquam licitè exigatur, Qualiter cõtractus vſurarius detegatur, Quę pœna vſurariorum.

1 a Quid † ſit uſura.[a] Quodcunque ſolutioni rei mutuatæ accedit ipſius rei uſus gratia pactione interpoſita, vel hac intentione habita in contractu, uel exactione habita ex poſt facto. Quodcunque ideo dicitur: quia ſiue ſit pecunia, ſiue ſpecies fructus, ſiue electuariũ, uel cupella uini, & poſtremò qđ cũque nomẽ imponas, ex quo vltra ſortẽ exigis, uſura eſt: vt 14. quæſtio. 3. vſura. & c. pleriq;. ſic. ſ. de ſimo. in tantum. & c. ea quę. Rei mutuatæ ideo dicit: qa in cõtractu mutui tantũ locũ habet, ſecundum Gof. & Rayn. & quaſi omnes. ſed tu iũge regulariter, hæc ideo dico: qa in caſibus authoritate legis vſurę præſtãt, licet nullum mutuum ſit contractum: ut patet in his quæ no. j. e. §. ꝓ quib & §. ex quibus Sed regulariter nõ præſtatur niſi in mutuo.

b Eſt aũt mutuũ,[b] quod de meo fit tuum, & habet locũ mutuum, in his reb. quæ pondere, numero, & mẽſura conſiſtunt: ut in maſſa auri, vel argenti, pecunia, oleo, frumẽto: vt ff. ſi certum petat. leg. 2. Inſti. quib. mo. re cõtrahitur ob. circa prin. quod ergo ſcripſit Rayn. nõ committi vſuram, niſi in his reb. tantùm. in quib. conſiſtit mutuũ: intelligas quo ad contractum: quia in alio contractu regulariter non debet cõmitti vſura: ut ſ. no. porrò quò ad vſuram, aliud eſt. nam ſi tibi mutuo aliquid, & tu pro illo mutuo promittas mihi ueſtem, uel equum, uel prædiũ, aliquid, vel aliud, qđ nec in numero, menſura, uel pondere conſiſtat, vſura eſt: vt 14 q. 3 pleriq;. & c vſura. ſi igitur aliquid hac de cauſa exigatur, vſura eſt: ſecus, ſi non eſſet mutuata ſed locata: vt not. ſ. de loca. & condu. §. i. Et eſt ratio ſecundum quoſdam, quia periculum rei locatę ad locatorem pertinet; ſed rei mutuatæ, ad debitorem: vt ff. de rei vend. ſi nauis. ideoq; incendium non liberat debitorem: vt C. ſi certũ petatur. incendium. ſed hac ratione cõſiderata, fœnus nauticũ licitum eſſet, quod tamẽ falſum eſt: vt j. e. nauiganti. Alij dicunt hãc rationem, quia mutuum debet eſſe gratuitum: ſed ex quo pecunia interueniret, tranſiret in locationem, prout not. ſ. de commod. §. quid ſit commodatũ. verſ. gratuita. & de loc. §. quid ſit locatio. Tu dic, quòd illa eſt ratio, quia rei locatæ dominiũ retinemus, adeò quòd conductor de proprietate quæſtionẽ referre nõ poterit. C. de pig. act. nec creditores. & ideò pro vſu rei proprię, quam cõcedimus, pecuniã recipimus, quod licitum eſt: quia nec aliquis cogitur de ꝓprio beneficium facere: x. q. ii. precariæ. xii. q. ii. precariæ. Sed rei mutuatæ dominium transferimus: ideo pro vſu rei proprię debitoris improbè pecuniam exigimus ab eo. ad hæc ff. de rei vendi. ſi nauis. Itẽ vſus rei locatæ aliquis eſt ſine conſumptione: vſus autem rei mutuatæ nullus eſt ſine conſumptione. Ipſius rei vſus gratia. ideo dicitur: quia ſi non gratia vſus, id eſt, conſumptionis, ſed loco pœnæ apponeretur ſine fraude, aliud eſſet. patet ſ. de ar. dilecti. xij. q. j. fraternitas. Eſt aũt differentia inter vſurã & pœnam, nam vſura præſtatur ratione ſpatij tẽporis, nẽpe quicquid ad menſem datur ad computationem anni redigitur: vt C. eod. auth. ad hoc. ſed pœna non præſtatur ſecundum ſpaciũ alicuius temporis, ſed ſecũdum quod inter partes conuenit, & vt pactũ ſeruetur. j. de poe. conſtitutus. Vel ſic pœna præſtatur, qa non fit quod conuenit, vel quia non ſoluit quod debetur. ſ. de arb. dilecti. Sed vſura præſtatur, vt ſors non ſoluatur: ſed ſortis ſolutio differatur: j. eo. conſuluit. vnde vſura & pœna aliquãdo videntur contrarię: imò aliquando vſura excludit pœnã. C. de iure do. impe. l. ij. quandoq; ipſum debitũ: ff. depo. ſi hominem. §. quoties. ſm Goff. Pactione interpoſita, & c. additur ideo, quia ſi nullo pacto ab initio interueniẽte, nec exactione ex poſt habita debitor aliquid gratis offerret, recipi poſſet ſine aliquo pacto: dummodò mala intentione ab initio caruiſſet: nullam eñ maculam oblatio ſuſcipienti ingerit, quę non ambientis petitione proceſſit. i. q. ij. ſicut epiſcopum. ſimile nota ſ. de ſimo. §. quid ſit ſimo. verſ. vlt. porrò ſi hac intẽtione principaliter ductus, vt aliquid mihi dares, ſi tibi mutuaſſem pecuniã: aliàs nõ mutuaſſem, licet in foro iudiciali non poſſem cẽſeri vſurarius: vt j. e. in ciuitate. tamen in pœnitentiali inducendus ſum, vt pecuniã ſic receptam reſtituã, quia per beatũ Lucam Euãgeliſtam: imò per Dominũ dictum eſt, mutuũ dantes, nihil inde ſperãtes: vt j. eo. c. j. & c. cõſuluit. reſp. i. iiij. q. iiij. ſi fœneraberis: ſi tamẽ aliàs eſſẽ mutuaturus, ſed ſecundariò ſpero quòd mihi ſubuenias vel me remuneres: in nullo, vel in modico pecco: ar. lxj. di. quid proderit. lix. diſt. ſi officia. lxxvij. diſt. ſingulis. i. q. ij. quàm pio. ſ. de teſta. cũ in officijs. ff. de pet. hę. ſed & ſi §. conſuluit. ſ. de ſimo. tua vel ſi dicatꝰ ſimpliciter & indiſtinctè ſola ſpe cõmitti vitiũ vſurarum. dici poteſt, ꝙ ad purgationem delicti non eſt opus reſti. ſed ſufficit pœnitẽtia ſola: ſicut dicitur in ſimonia, ſ. de ſimo. ca. ſi. ſecundũ Goff. hoc nõ placet. ſed dic, vt no. ſ. nam huic intentioni decret. conſuluit. j. e. manifeſtè cõtradicit. & quare aliud ſit in vſura, quàm in ſimo. vide qđ no. ſ. de ſimo. §. quid ſit ſim.

2 Et † vnde dicatur. Et quidem dr̃ vſura, ab vſu rei, quia datur ob vſum rei, id eſt, pecunię: vel dr̃ vſura, quaſi vſurea, ſiue vſueta, id eſt, vſus æris, hoc eſt, pecuniæ. quod ad idem recidit. nomine autem pecuniæ continetur, quicquid homines in bonis habent: j. q. 7. totum. ſed non committitur, niſi in contractu mutui. quod dic vt no. ſ. eod. §. verſi. rei mutuatæ.

3 c Quot † ſunt eius ſpẽs.[c] Duæ. prima eſt ſpũalis & æqua: ſecunda corporalis & iniqua. Primum fœnus, ſcilicet ſpirituale æquum aſpicere, & exercere debemus: vt quod hic miſericorditer tribuimus, a Domino, qui multipliciter, & in perpetuo menſuram tribuit, recipere valeamus: xlvj. diſtinct. ſic non ſuo. nam pro vno centuplum accipiemus, & vitam æternam poſſidebimus. Auguſt. Homo miſer cur feneraris homini, fęnerare Deo, & centuplum accipies, & vitam ęternam poſſidebis. Secundum verò fęnus, ſcilicet corporale & iniquum, eſt illud, de quo hic ſpecialis tractatus habetur: & ſubdiuiditur. eſt eñ fœnus ſortis, & fœnus fœnoris, q ſecundum exercet, etiam ſecundum legem antiquam infamis eſt. iij. quæſt. vij. §. tria & notatur.

ADDITIONES.

a Quid ſit vſura. ¶ Vſuram ſpecialius definit Mart. eod. titu. in Sum. in hæc verba: Vſura, eſt ex mutuo lucrum pacto debitum, vel exactum. admonendus tamen interea eſt iuris candidatus in definitione Martini non pacto, ſed ſtipulatione legendum eſſe: nam non ex pacto, ſed ex ſtipulatione debẽtur vſuræ: C. de vſur. l. quamuis Baſſa. Quando igitur quid gratis oblatum recipitur, vſura non eſt: arg. 17. q. 3. vſura. & 18. diſt. de eulogiis. Nulla eñ oblatio ſuſcipienti culpæ maculam ingerit, quæ nõ ex ambiencis proceſſit petitione: 1. q. 2. ſicut. Aliam quoque & latiorem adfert Mart. definitiõem vſuræ, vt ſit quicquid ſorti accedit ex intentione corrupta creditoris, qui non mutuaſſet, niſi principaliter propter ſpem lucri: vt 14. q. 3. plerique. & c. item eſca. Sola enim ſpe vel expectatione committitur vſura, quando mutuatur principaliter propter lucrum, quo caſu tenetur creditor totum reſtituere, quacunque intentione dederit ei debitor, ſiue ex dilectione exorta propter mutuum, ſeu ob aliud quodcunque. extrà e. c. cõſuluit. Quod intelligas verum, quando cauſa mutuandi principaliter ponitur in ſpe, vel expectatione lucri. Alioquin, ſi principaliter ob charitatem & dilectionẽ mutuat, ſecundariò tñ aliquid retributionis nomine expectat. non videtur vſura eſſe: ar. 77. di. in ſingulis. & 62. di. ſi officia. Quia cũ quis liberaliter mutuat, ſcire debet, debitorem ſibi ad antidorum obligatum: ff. de peti. hær. l. ſed & ſi. §. conſuluit. & extra, de teſta. cùm in officij. & ideo retributionẽ ſperare põt, extr. de ſimo. tua. Adde doct. in ru. e. ti gl. in c. quod dicã. 14. q. 4. Doc. in c. quoniã. de vſur. Ioan. Mo. in c. j. de vſu. lib. vj. Ioan. Andr. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. vj. Pau. de Elea. in cle. j. de vſu.

b Eſt autem mutuum. ¶ Adde an ſit differẽtia inter mutuũ & commodatũ vide in l. ij. cum gl. & ibi Bar. C. de his quæ ex public. ratio. lib. x. & quid in depoſito. vide per Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam. in prin. ff. ſi cer. pet.

c Quot ſunt eius ſpecies. ¶ Hanc vſurarũ diuiſionem mutuatus videtur ex Mar. vbi ſ. Hoſt. cui addidi & Mart. vltimi mẽbri ſubdiuiſionẽ ab Hoſt. prætermiſſam: Corporalis, inq t, & iniqua ſubdiuidiť, qa alia eſt ſortis, & alia vſurarũ: & hæc vltima appellãť fęnus improbum, quam qui exercet, infamis ipſo iure efficiť, etiam ſecundũ leges. iij. q. vij. §. tria. in fi. & C. ex quib. cauſ. infa. irrog. l. improbum. Sed ſecundum iura canonica, in vtraque ſpecie ipſo iure infamia irrogatur: cum in vtraque committatur peccatum mortale. vj. q. j. infames. Eſt & alia vſurarum diuiſio: alia enim eſt directa, alia indirecta: directa dupliciter, ſcilicet, cum pacto, & ſine pacto Cum pacto autem dupliciter, quia quædam eſt vſura ſortis, quædam vſurarum: vſura ſortis eſt, quando datur mutuum, vt accipiatur aliquid præter ſortem, ſicut fit quotidie. Sed vſura vſurarum eſt, quando vſura ponitur in capitali: & hæc vocatur improbum fœnus: & qui eam exercet, infamis efficitur ſecundum leges. Vſura ſine pacto fit duobus modis: vno modo, cùm dicit, Non facio pactum tecum, ſed dabis mihi ab libitum tuum, qui niſi quod inde principaliter ſperaret lucrum, non mutuaſſet pecuniam. Secundo modo fit, qñ ſimpliciter mutuat nihil dicẽdo: habet tñ intentionẽ aliquid accipere vltra ſortẽ. Non enim refert quo ad Deum, ſi homo mutuat, vt q d præter ſortẽ accipiat, vtrũ id faciat cũ pacto, vel ſine pacto: quia vſura ꝯmittitur volũtate, ſm illud, Mutuũ dãtes, & c. Ideoque vſura ſine pacto eſt plerunq; periculoſior: quia repeti nõ põt in foro cãrum. Et iõ nota ꝙ qñ principalis intentio mutuantis eſt in lucro, vſura eſt. Qñ verò principalis intẽtio eſt propter Deũ, ſecundariò aũt expectat lucrum, ſed tamen ſine pacto, tunc non eſt vſura. Vſura autem conuentionis tribus modis committitur. Primò, qñ capitale, & lucrũ poniť in certitudine: vt cùm dr̃, Mutuo tibi x ſolidos ꝓ xv. Scđ ò, qñ capitale ponitur in certitudine, & lucrũ in fortuna. vt cùm dr̃, mutuo tibi decẽ, & ſi lucratus fueris, dabis mihi tm̃ de lucro, vel ad voluntatẽ. Si vero nihil lucratus fueris, nihil mihi dabis. Sed quicq d dabis mihi de lucro, reddes mihi penitus capitale. Tertio mõ, qñ lucrum poniť in certitudine, & capitale in periculo: ſicut faciũt ij, qui mutuant ad fortunã maris: vt ſi nauis pijſſet, non tenereť debitor ẽt capitale reddere. Iſte tertius modus ꝓbať extra, de vſur. c. nauiganti. Itẽ directa vſura, qñ fit in fraudem ꝑcepti, mutãdo ꝯtum: vt ſi dicať. Non mutuo tibi pecuniã, ſed vendo: mutat enim cõtractũ mutui in ꝯtum fictę venditionis: & idem intendit lucrati hinc & inde. Idem eſt, ſi quis vendat merces ſuas carius, ꝓpter terminũ: niſi res plus vel minus valitura ſit in termino, veriſimiliter dubiteť, ſecundũ arbitriũ boni viri, ſi res illas tempore ꝯtus non fuerat venditurus: extra e. tit. c. ſi. Secus aũt, ſi eſſet paratus illa vendere omni die, & ideo talia facere non eſt tutũ. Eſt & alia vſurarum diuiſio; nam alia eſt centeſima, quæ in anno æquiparatur ſorti. C. eo. ti. l. eos. Alia eſt ſexcupla, q aliàs hemiola, vel ſemis dicitur: vt xlvij. di. qm̃. Sed Legiſtæ alr ſolẽt diſtinguere. in d. Leos.

tatur j.eod.§.qualiter versic.& hoc notandum. Sed secundum iura canonica in vtroq; mortale peccatum committitur. & infamia irrogatur:6.q.j infames.

4 Pro †quibus rebus detur. Et quidem specialiter pro pecunia:largo autem modo pro omni re in qua mutuum consistit:sed in speciebus non habet locum, nisi in casibus:nam secundum leges possessor hæreditatis bonę fidei in hæreditatis petitione fructuum perceptorum ante litē contestatam præstat usuram post litis contestationem: vt ff. de petitio hæreditat.hæres.§.ultimo. Item si testator legauerit mihi rem,ut ea dist. acta pecunia interet.& hæres in præstando moram adhibeat,tenetur ad usuram:sed si legatum sit:ut ea re vtar: non sine robore vsuras desiderabo. Item si testator hæredem damnet ut statuas vel imagines ponat in municipio,elapsa die à iudice assignata,& hærede moram faciente, vsuras præstabit vsque ad tertiam centesimæ,ut hæc omnia probantur ff.e.in fideicommisso.§.ult.& l.cùm quidam §.vlt.

5 Ex quibus †causis Et quidem secundum leges antiquas ex stipulationibus habitis inter partes, uel pacto nudo in contractu bonæ fidei incontinenti apposito : vt ff de pactis in bonæ fidei ff.eodem.cùm quidam § ex locato. & depositi.plebeia §.Lucius in fin.& l.quintus.& C.de pactis inter empto.in initio. Item in contractibus stricti iuris.ff. si certum petatur.lecta.§.sed cùm fortis.nisi in casu , scilicet quando mutuum in numero contractum est;nam tunc necessaria est stipulatio soluta autem nec repetitur,ut indebita,nec in sortem accepto fertur:ut C.eodem.quamuis Si tamē debitor talem vsuram soluat cred tori non nominatim,sed simpliciter nō accepto fertur in talem vsuram. nisi pro ipsa pignus sibi obligatum foret: sed si creditor pignus sibi obligatū distraheret : liceret accepto ferre precium etiam in usura nudo pacto debita : vt ff. de solution.in his.§.vltimo.& leg.Paulus respondit.§.Paulus.Sed si mutuū in mensura cōtractum sit,etiam ex nudo pacto debetur vsura:vt ff.eodem.l.etiam: Itē in traiectitia pecunia,etiam ex nudo pacto priuatus usuram petit:ut ff.de nautico.fœnore.periculi §.in his.Est autem traiectitia pecunia, siue nautica, quę periculo creditoris in nauigio suscepta datur traiicienda quasi nautica est,quando pecuniæ mutuatæ in me suscipio periculum, sed si aliqua conditio non existat:puta,si piscator non capit pisces: si athleta si superetur in pugna:& existente conditione,idipsum qđ cred di recipiam cum centesima vsura:ut ff.de nautico.fœnore. a periculi.Hic ergo possum centesimam vsuram stipulari[a],quę anno tertio ferè sortem duplicat:& incipit currere,ex quo nauem nauigare conuenit,& quandiu pertinet periculum ad creditorem:ut ff de nautico fœnore.l.2 & l.prima.& l. nihil. Pertinet etiam ad creditorem periculum,si debitori nihil possit imputari: si bi uerò nō seruauit locū nauigij,vel si illicita in naui transportabat, ptinet periculū ad ipsum debitorē,cū in culpa sit:ut C de nautico fenore,cùm ,pponas.aliàs neq; casus fortuitus, neq; incendiū liberat debitorem:ut C si certum petatur incendium. & Institutio.quibus modis re contrahitur obligatio.§ j. & longe quod not infrà e.§.an aliquo casu.sub §.in aliis autem casibus.

6 Ex †mora etiam ueniunt usuræ uel quasi mora,iure cōmuni:& speciali:sed propter casuum varietatē plenè non potest diffiniri qn ↄmittatur : ut ait.l.ff.eo.mora Sed sm Azo mora fit iure cōi, cum quis maior 14.an. est,ut ff.de uerborū obligationibus.si pupillus. Interpellatus , per diei appositæ lapsum:vt ff.de uerborum obligat. si fundum.& C de contrahen stipul.l.magnam.& supra,de locat.capitul.fin.in fine. Vel per litem contestatam:vt ff.de uerborum obligat. nemo.in fine.Vel per ipsius hominis,cui debetur,denunciationē, ↄgruo loco & tempore factam:ut ff eodem mora.& de verborum obligatio si ex legati. Cùm intelligat se debere , uel intelligere debeat:ut ff.ve rebus creditis.quod.l te. Non omissa rei repetendæ instantia,sine causa distulit:rei solutionem,vel præstationem:ut ff eod.mora.& l.sciendū. Effectus autem moræ is est in ↄctibus bonę fidei,& legatis, & fideicommissis: quòd licet stricti iuris sint in hoc æquiparantur contractibus bonæ fidei. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess in minorum. ut pariat vsuram.secus in contractibus stricti iuris:ut ff. eodem. mora. §.primo.& de lega.secundo si quis seruo.& l. qui solidum. resp. primo.& C.de condi.indeb.l.j.Hęc mora etiam facit rem uel interesse æstimari tanti officio iudicis,quanti erat tempore morę: uel postea fuit,quādocunque ante sententiam,nisi mora purgata foret:ut ff.de edē. vbi.§ j.& de triti.l penul.& ult.& de actio. empt ratio.§ si per uenditorem. & de re iudicata. si causalis. &. de condict o.fur.in rem.& de verbo.obligatio.quoties in diem. Inducit etiam petitionem fructuū per officium iudicis:in quolibet contractu,si petam quod aliquando fuit meum,uel eius, quo habeo causam:aliàs exigitur lit. contest. in contractu dūtaxat stricti iuris:ut ff.de usur.videamus 2.§.si accusa. & respons.j & §.j.& §.ex causa.& §.si possessionem.& l.2. Et aliquādo punit in tertia parte debiti vt ff. de inoffic. test. & si quis suo. Et facit etiam rei periculum indistinctè pertinere ad reum, etiam si erat peritura penes actorem: quia satis est, quòd poterat non perire:vt ff.de legatis 1 cum res.§ ult. nec obst ff depositi. si plures.§. vltimo.quia licet esset ibi conuentus,non tamen erat in mora, quia habebat probabilem causam resistendi:puta propter expēsas.& hoc expressim probatur in auth de depo. & de nupt. col. 6 cùm inibi dicat teneri eum,qui interdicit depositario,ne mihi restituat de casu fortuito:multo magis teneretur depositarius,si sine causa detineat,& perfidius facit. Tamen circa realē actionē illud specialiter est notandum,quòd si erat bonę fidei possessor ab initio,& sit factus male fidei ex post facto,vel in mora sit,dist. an eodem modo esset peritura penes actorem,& tūc non tenetur:vt ff.de rei vendi. l.item si uerberatum. §. vlti. aliàs tenetur. ergo proficit initium bonæ fidei,sicut aliàs j.eod.tit. sine aliena. sed si iustam causam habuit litigandi indistin non tenetur : ut ff. eod.vtique autem.& illud scias, quod quandoque dicitur quis malæ fidei,qualitercunq; sciat hæreditatem ad alium pertinere, quo ad fructus,& similia:vt ff.de pe.hære.Item ueniunt. §.peritam.& § à quo.& l.sed & si lege.§.si ante. Itē in rei ven. fit malæ fidei possessor lit.conte.quantum ad fructus:ut C.de rei ven.certum.remanet tamen bonæ fidei possessor,quo ad usucap.triennij cōplēdam,& vt suos faciat fructus, si obtinuerit, aliàs ipsos restituet,sicut & rem vsucaptam post lit.conte.ut ff. pro emp.l. 2 in fi.& eod.tit.qui scit.§. vlti.& de rei ven.si post. Item quātū ad fatalitatem:ut ff.de pet.hæred.illud.sed quo ad præscriptionem,nullo modo videtur possessor,quia interrumpitur li. conte.ut no.supra,de lit.conte §.quis sit effectus. C. de rei uendica. morę.Iure autem speciali fit mora fauore libertatis circa fideicommissariam libertatem,hoc ipso,quòd nō præstatur: & hoc inducit,ut matri detur manumittendi causa : ut ff. de fideicommis.lib. cùm uerò §.apparet. Item fauore cursus biennii : & hoc similiter parit usuras.C.de iure do l.ult.§.vltim Fit etiam specialiter propter odium,sicut in fure & prædone. ut ff de ui, & ui ar.l.j §.rectissimè.& l.pen.Item in metriculoso: sed in eo dist. vt ff.quod me.caus. Item si cum exce. §. quòd si homo. Specialiter iā iure fit mora in persona minorū hoc ipso,quòd quis illi non soluit,qđ purè debet:ut C.in qui.cau in integ.restit non est necess.in minorum.nam si debeat in diem , uel sub condi. non potest ei imputari,si non soluat interim,cùm nec soluere teneatur. Item si purè & debebat pupillo non habenti tutorem : quia nec tali,soluere potuit,qđ ergo poterit ei imputari nec obst quòd in minoribus sit in lucro succurrendum. usuræ enim non propter lucrum,sed propter moram non soluentium infliguntur:ff. eo. cùm quidam.§.si pupillo. Purgatur autem hoc , si minor factus sit maior,quod est mirabile:ut ff.de lega. 2. Titia Seio. §.usuras. & sic purgatur re ipsa cursu temporis. Re etiam ipsa fit mora fisco,scilicet si non soluatur quod debetur ex suo contractu:ut ff. eodem cùm quidam.§. fiscus. Mora autem communis purgatur stipulatione nouandi animo interposita,uel non nouandi: si tamen res erat in præsentia:ut ff de condict fur. parui. & de so. qui x. §. j. Purgatur autem oblatione , depositione , consignatione:ut C.eodē.acceptam. sed oportet depositionem durare, aliàs nō uidetur deposita:ff.codem.debitor.& in l.acceptā in fine.Porrò ubi usura nondum currit,puta promissa erat maior, si non solueretur minor, minore oblata , ipso iure non currit maior:ut C.e l.si per te nō stat idem si creditor persistat in petitione minorum,cùm possit maiores petere: ut C.eo aduersus.l. & quāuis.Ex quasi aūt mora ueniunt usuræ:ut ecce emptor,re sibi tradita,non soluit preciū:ut C.eo.l.2.& de actio. empt.curabit. Item ubi creditor pecuniam redactam ex uenditione pignoris, ultra quàm sibi deberetur,in re propria ↄuertit:ut ff.de pig.act. quis.§.ul.& l.si aūt. Ideq; in ,pcuratore & curatore:qui pecuniā dñi in ,ppriā utilitatem conuertit,ut ff. manda. idēq; & si ,pcur. & de nego gest.qui sine.Sed & si fœnerauerit, dixerūt quidā, ꝙ tenetur quasi ex mora:sed Azo dixit, quòd conuenitur sicut de sorte.Item si adhibuit moram,conuenitur non tantum ad vsuram,sed ad interesse:sicut de socio,qui moram adhibuit in reddendo eo quòd ex societate lucratus fuit:ff.pro socio.socius q. & de administr.tuto.tutor qui.§.si usuras.

7 Qualiter †petatur.si deductę sunt in stipulationem uel pactionē ↄdictione certi. Porrò ex duobus præsumuntur in stipulationem deductæ,scilicet, si in instrumento contineatur ipsas promissas, præsumitur quòd interrogatio præcesserit:ut C de contrahenda stipulat.l j.C.eodem.l.j. Item ex diuturnitate temporis:ut ff.de in rem uerso.l.cùm de in rem uer. Quod intelligas,quando induco solutionem longi temporis

ADDITIO.

a Centesimam vsuram stipulari. ¶ Adde quę dicatur vsura centesima. vide gl.in l.fin.C.de pec.hær.& gl.in c.quoniam.47.dist.

poris ad probandam stipulationem, secus, si ago ex tempore: vt C. eodem. creditor. & de operis liber. l. operis. argumen. ff. de action. & obli. obligationum ferè. §. placet. & ff. de regulis iuris. fauorabiliores. & de actionibus & obligatio. Arrianus vbi autē vsuræ petuntur iure actionis, potest subijci regula generalis: ut siue duret principalis actio, siue non, nihilominus agatur pro vsura. Sed ubi ex mora debentur, potest implorari iudicis officium, quandiu principalis actio durat, cui deseruit ipsum officium, siue incidenter extenditur ergo si actio principalis, uel hypothecaria, nomine debiti pro pignore competens solutione, vel præscriptione sit sublata, amodò agi non poterit pro vsuris: vt C. e. in bonæfidei. § sed si finitum. & l. eos qui. resp. i. & depo. l. quarta & ff. de eo quod certo loco dar. oportet. centum. porrò ad usuras futuras non extenditur officium iudicis: vel quia ad iudicem non pertinet futuri temporis tractus: vel quia in potestate actoris est exigere sortem, maximè ex sententia debitam: vt ff. eod. l. j. §. nec tamen. Petuntur autem vsuræ minores, uel maiores, secūdum diuersitatem personarum: nam illustres & superillustres trientes tantùm stipulari possunt. Sed negociatores vsque ad bessem, alij omnes stipulantur semisses. vnde uersus:

Discant illustres stipulari posse trientes:
Et mercatores possint sibi quærere besses:
Quærere semisses possunt communiter omnes.

in traiectitia autem pecunia licet stipulari vsque ad centesimam vsuram, quæ æquiparatur sorti in anno: vt notatur suprà, §. ex quibus causis. versic. est autem. vt enim centesimus numerus plenus & perfectus est, & nihil ultra ipsum numeratur, nisi ad principium redeas: ita vsura centesima est plena & perfecta, quia nul la maior inuenitur. & eius respectu dicitur præstari vsura vsq; ad tertiam centesimæ, & eadem dicitur triens respectu sortis, vt computatione ad annum facta, triens non transcendat tertiam partem sortis: puta sors est trigesima, eius vsura triens erit decima eiusdem vsura bis, erit vigesima: & eiusdem vsura semis, erit decimaquinta: ut hæc omnia plenè probantur C. eodem titul. l. eos qui. sed & illam, quam statim vocaui semissem, vocatur sex tupla, à sex, quod est totū, & plica, quod est pars, siue medietas: quæ & alio modo dicitur hemiola, ab hemi, quod est mediū, siue dimidium, & holon, quod est totum, quasi totā sortem cōtineat, quo ad debitum, & medietatem totius, quo ad usuram. & sic continet medietatem centesimæ. secundum hoc intellige 48. distin. quoniam. Vsura autem centesima rarò præstatur, vt pro traiectitia pecunia, & pro expensis factis in rem communem reficiendā, & pro re iudicata & pro eo, ꝙ tutor pecuniam pupilli clanculò conuertit in utilitatem suam: ut ff. de nautico fœnore. nihil interest. §. quòd in singulos. & l. periculi. & de negociis gestis. qui sine. & C. de vsur. rei iudi. l. fi. & de ædificiis priuatis. si vt proponis Vltra ea quæ dixi, non potest quis vsuras stipulari: etiam obtentu alicuius consuetudinis: vt C. e. l. penul. Illud sciendum est, quòd fructus cum vsuris ex speciali pacto compensari possunt: ut C. e. si ea. quod intelligas admissum propter incertitudinem fructuum: quia probabiliter dubitatur, utrū vsuris valeant coæquari. Et hoc notandum, quòd si in stipulatione quantitas usurarum adiecta non fuerit, leuiores quę frequentātur in regione debentur: vt ff. de administrat. tutorum. tutor. §. qui ex ceteris. omnes aliæ illegitimæ dicuntur. vnde nec ex earum promissione naturalis obligatio nascitur, nec si iure vsurarum promittantur: vt C. e. eos. §. si quis autem. & l. vl. & fœnus huiusmodi exercentes, infames sunt: vt C. ex quibus caus. infa. irro. im. pu bū. Sed nec omitti debet legem in quibusdam casibus certum ponere numerum vsurarum. ponit enim semisses, quando ab hærede indigno aufertur hæreditas: ut C. de his quibus ut indignis. l. j. Statuitur etiam triens creditori, qui rem ecclesiasticam accepit obligatam: ut in authen. de alie. & emphy. §. hoc etiam super ipsis. col. 9. Item in agricolis statuitur, ut pro modio accipiat in anno octauam partem modij: & pro pecunia quam dedit accipiat siliquam unam pro sol. vt in auth. nullum mutuantem agricolæ. aliàs incipit, ut nullus mutuans agricolæ. coll. 4. olim tamen propter incertitudinem precij quantamcunque licebat stipulari usuram: ut C eod. oleo. Hoc de iure humano, nam propter mundi necessitatem non potuit Imperator ex toto cassare obligationem vsurarum: sed tamen minuit. lege autem Dei, quę veteri nouoque Testamento continetur, omnes vsurę prohibitę sunt extractæ. vnde non valet quod sequitur ex eo, uel ob id. C. de legi. non dubium cum & Imperator dicat sacros canones se imitari. in auth. vt cle. apud proprios episcop. §. vlt. col. 6. & quomodo oportepiscopos. §. sed sic enim. certum est siquidem, quòd lex minoris non derogat legi superioris: quia nec par in parem potest: ut de arbit. nam magistratus. & ad Trebell. ille à quo. §. tēpestiuum. quomodo ergo seruus abolebit legem domini sui? certe hoc esset contra naturam. vnde & Paulo dictum est, Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Azo.

8 An[†] aliquo casu vltra sortem æqualiter exigatur. Audisti Azonem prox. innuentem, quòd non: & est uerū a generaliter, quia vsuram vtriusque Testamenti pagina[a] detestatur: unde etiam pro redimenda anima captiui, non potest exerceri: ut j. quia. & c. quoniā. & c. super eo. nec enim prætextu pietatis est impietas committenda: j. q. j non est putanda. s̄. de conuer. infide. c. j. 33. q. 5. si dicat 14. quæst. 5. cap. 2. & 3. Et secundū l. hoc locum habet: nam Imperator approbat 4. concilia in auth. de ec. ti. respons. j. col. 9 sed in Niceno vsuræ prohibitę sunt: ut 47. dist. quoniam multi per consequens & secundum legē. hoc autē remanet, quod dicit lex, fructus semper in sortem computari debere: sicut not. s̄. de pig. §. quando efficaciter. ver. illud aūt certum est. & seq. Quidam Legistæ uoluerunt dicere: quòd non obst. concil. Nicenum. 47. distin. quoniam. quia illud tantùm de clericis, & non de laicis loquitur. & ideo uidetur laicis concessum: quia quod de uno prohibetur, & c. s̄. de presum. nonne. sed certe quamuis illud concilium de clericis tantùm loquatur, authoritas tamen sacra, quæ in eo inducitur generalis est, & tā in clericis, quàm in laicis locum habet. Sed cùm de peccato agitur silet uirtus legis ciuilis, pacti, consuetudinis, iuramenti: vt not. s̄. de offic. archi. §. quod sit eius officium. uer. quare autem. & in talibus Imperator vult quòd leges suæ consequantur, nedum prę dicta 4. concilia, sed generaliter canones: ut not. suprà in proœ. §. unde habuit originem uersic. est igitur hæc nostra scientia. & sequen. canones autem hoc prohibent tam clericis, quàm laicis: ut patet in his quæ no. j. e. c. 1. & 2. & s̄. de iureiur. ad nostram. & de pig. cùm contra. & c. significante. Est ergo generaliter uerū, & hoc firmissimè teneas, quòd non liceat vltra sortem aliquid b exigere. fallit in casibus. Primò[b], quando ecclesia accipit in pignore à uasallo suo feudum, quod ab eadem tenet, ut tamen uasallus interim non remaneat obligatus ad feudum seruiendum, vt s̄. de feud. c. 1. & j. e. conquestus Quod dicunt quidam speciale in feudo ecclesiastico: & est uerum, quòd in alio non reperitur expressum Moueor tamen, quia aut licitum est aut illicitū. si licitum, ergo & in laico: quia eadem ratio, ergo idem ius. s̄. de constit. translata. C. de liber. præteritis. l. j. s̄. de consan. tua. Si illicitum, multo minus debet concedi clerico, quàm laico, licet vsura respectu laicorum sit execranda: respectu clericorum est execrabilior: ut j. e. c. j & ij. nam & multa licent laicis, quæ clericis illicita sunt. ut 77. distin. fornicari. s̄. de testam. filius. & ne cleric. uel mo. c. 1. & per totum. s̄. de vi. & hone. cle c. fi. multo fortius ergo in seculari feudo hoc dico locum habere arg. s̄. de dona. per tuas. quia non debent esse uiri ecclesiastici exactores. ut s̄. de censi. ex parte. ad fin. Si enim uenialitas reputatur respectu laicorum, multo fortius respectu clericorum. 1. q. 1. nullus itaq;. Et potest in utroque illa naturalis ratio assignari: quia uasallus, secundum dominum meum, non est dominus, quamuis habeat utilem actionem: uel secundum alios, non est maior dominus directo, sed utiliter tantum. unde uasallus præsumitur uelle donare fructus: quia ad antidora est naturaliter obligatus: arg. s̄. de test. cùm in officiis. & de pe. hær. sed & si lege. §. consuluit. & arg. opti. in auth. de non eligen. se. nuben. §. & non solùm. ad fin. col. j. ibi, hic autē aliquid adesse peregregium, &c. quia res de facili reuertitur ad id, quod ius & natura ab initio cōcessit: ut ff. de pactis. si unus. §. pactus. & § seq & s̄. de offic. delega. super quęstionum. §. porrò. & de censi. cùm uenerabilis. ibi, nec intelligatur, &c. nec obstat, si dicas, quòd non semper transfertur feudum in uasallum: imò plerunque is, qui possidet, & à nemine recognoscit, recipit illud ab illo propria uoluntate, uel ut a tyrannis defendatur, ut dicta ratio uideatur deficere. dico quòd non obstat talis oppositio: quia quamuis plerunque sic fiat, tamen pro maiori parte primo modo fieri consueuit: & illud quod communiter fit, non quod rarò, spectandum: ff. de legib. nam ad ea Item & si secundo modo fiat, naturam feudi recipit: ergo sicut feudū iudicandum est, arg. s̄. de statu monach recolentes. § fi & de voto. magnæ. §. cùm igitur. si quis cautè. si eum. §. qui iniuriarum. Præterea ex tenore decr. j. de feudis apparet, quòd non est priuilegium: sed ad consultationem factam respondetur de iure. Item aut est usura, aut non. Si est quomodo Papa priuilegiabit aliquē contra præceptum Domini? Dicunt quidam, quòd hoc est usurarium, quia prohibitum: sed non placet. & accedit quod not. j. eo. uer.

ADDITIONES.

a Vtriusque testamēti pagina. ¶ Adde c. quoniam multi 14. q. 4. c. quoniam. q. 4. multi. 47. dist. Leuiti. 25. Exo. 22. Deut. 23. & 28. Psalm. 14. Ezechiel. 18. & Luc. 6.

b Primò. ¶ Adde gl. sum. 14. q. 3. Car. in cle. j. in §. sanè. in 16. quæst. de usur. Io. de Ana. in c. j. e. tit. Abba. in c. conquestus. eo. tit. Bar. in l. at qui natura. §. non tamen sortem. ff. de neg. gest. Bar. cons. inc. Franciscus vxorem.

e.ver.in aliis.& se.Quid ergo de emphyteuta? Et fortè idem: qa eadem ratio. vel dic, quòd dissimile est, quia non ita gratuita recepit, sicut vasallus, cum pro intuitu donauerit certam pecunię quantitatem: vel dic Papam super hoc consulendum. Quid de vsufructuario proprietario obligante? si habet causam liberam à proprietario, idem videtur: aliàs contrà. no. tamen Ray. quòd quidam volunt hoc priuilegium extendere ad colonias, & malè: quia in coloniis hoc priuilegium non inuenitur expressum: sicut no. in summa, de casibus. sub tit. de deci §. quid si miles detinet iniuste. & se. quasi dicat, hoc priuilegium excusat ab usura, quod non puto: vt not s̃. e. versi. moueor tamen. Secundò fallit, quando clericus redimit à laico possessionem temporalem ab ecclesia, cuius est res, sibi, non beneficio assignata & laicus malè tenet, siue feudum, quod habet obligatum ecclesia, recipit nomine ecclesiæ. sic intellige j. e. c. j. §. ult. & c. conquestus. ne cōdicat. s̃. de simo. quærelam. nisi fortè illud velis intelligere de decima, uel de alio beneficio spirituali, ne contradicat: s̃. de deci. cap. si vel potest intelligi secundum quod notat. suprà, ne præl. vices suas. ver. item si prælatus. & sequenti. de simo. §. j. versic. hoc intelligo. & præcedent. Tertiò, quando sine omni pacto datur gratis oblatum, caueas tamen de intentione praua, quia si illam haberes, principaliter in foro pœnitentiali, inducendus es, vt illud, quod vltra sortem accepisti, reddas: vt infrà eod. consuluit. & c. in ciuitate. & not. suprà, de simo §. quid sit simonia. & supra, §. j. ver. pactione. Quartò, quando quis vendit plus ad tempus: cùm tamen nō esset incontinenti venditurus. & probabiliter dubitatur, vtrum id quod uenditur sit plus, vel minus solutionis tempore ualiturum. Idem si certæ mensuræ ad tempus emantur. & ꝓbabiliter dubitatur: vt s̃. sic intellige j. e. in ciuitate. & c. consuluit § & an negotiator. & c. ult. & § j. & ij. Hoc non licet clericis: eis enim vilius emere & carius uendere turpe lucrum est: ut 14 quæst. 3 quicunque. & suprà ne cler. uel monac. secundū instit. Consulo etiam vsurariis laicis, quòd notent mentē uerborum, scilicet quando non erant uendituri tempore contractus: Deus enim cor interrogat, & non manum: 14 q. 5. si quod inuenisti: 15 q 6. si sacerdotib. in fin 17. q. 5. qui peierare. Quid ergo, si decæterò hoc proponant vsurarij, ut faciant fraudē legi? Item quid si dant x. sol. tempore messium pro x sextis in paschate soluendis: nunquid probabiliter dubitari potest, ꝙ minus valet bladum in paschate, quàm in messibus. ideo melius & tutius facient, si à talibus contractibus desistant: ut infrà eo. in ciuitate. dubitari enim potest, utrum minus uel plus valeat: quia de futuris & contingentibus, secundum Aristotelem, non est ueritas determinata. porrò non potest dubitari probabiliter, scilicet, secūdum cursum regionis, qui considerandus est, prout innuit mens verbi, probabiliter. & arg. s̃. de spon ex literis. & ff. de fun. instr. leg. cùm de lanionis. § asinam. & de flum. l. j. Quid si vendas pro precio, quod instanti currit: sed si plus ualet vsque ad pascha, vult quod illud plus sibi detur: si uerò minus ualet, non vult ꝙ precium minuatur? proculdubio ipsum iudico usurarium, cùm ipsum in pactis uideam claudicare: & argum. C. de solu. l. pen. ff. de dam. infec. qui bona. § qui bona § si quisq;. & pro socio. si nō fuerit. §. Aristo. Quintò repetit fideiussor à debitore usuras. & accessiones, quas occasione debiti habuit necesse soluere creditori, fortè quia iurauerat secundum Goff. vt suprà de fideiusso. ꝑuenit. & c. seq. constitutus quod dic, ut not. suprà, de fideiuss. §. ad quid is, pro quo fideiussit. Sextò quando socer obligat genero suo pro quantitate dotis possessionem aliquam: hic eīn non computat gener fructus in sortem. & est ratio: quia plerunque non sufficiunt fructus ad onera matrimonii supportanda: ut infrà e. saluber. sed ubi dos, ibi onera matrimonij: ut C. de iure doti. pro oneribus. ideoque cum pro dotali pecunia prædiū obligatur sic, vt ex aliquo honesto lucro pecuniæ dotalis, si habentur, sustinerentur onera matrimonij: ut s̃ de donat. inter uir. & uxorem. per uestras. sic ex fructibus prædii quod in locū precii succedit. j. eodem. cùm tu. in fi. ff. de leg. 2. Imperator. in fin. & l. sequen. secundum Goff. & huic rationi consonat textus. Sed certè reddi potest & alia ratio, hæc scilicet, ut dos remaneat salua mulieri, quā aliàs consumi contingeret, & sic utilitas publica læderetur. ff. solu. ma. l. 1. & quia hic nullum contrahitur mutuum, ut infrà not. prima ratio etiam mutuo adaptari potest. nam si recipio prædium tuum obligatum pro x. lib. quas tibi mutuo, & de quarum lucro uiuere proponebam, prædium succedit loco precii, & tamen fructus computantur in sortem: j. eodem, capit. 2. Sed hoc ideo est, quia mutuum contrahitur, in quo regulariter & non in alio contractu habet locum hoc, quod dicitur de usura: ut notatur s̃ eodem. §. i. uers. rei mutuatæ. & seq. nec versatur ibi publica utilitas, porrò in promissione dotis uersatur: ut suprà no. nec mutuum aliquod est contractum. & ideo fructus in sortem minimè computantur. Quid in conuerso casu, ut ponamus soluto matrimonio, hæredes mariti obligauerunt mulieri possessionem aliquam pro dote sua, quia non habent unde soluant: nunquid fructus computantur in sortem? Dicas quòd sic. vt ff. de solu. Titia. & argumen. ff. quibus ex cau. in pos. eatur. Fulcinius. respon. 1. & de uen. in pos. mit. l. 1. § ulti. & ut in pos. leg. is cui. §. quæri. & de leg. 1. filius. §. apud Marcellum. & imputet sibi quia non recipit in solutum. Septimò secundum Lau. quando uendo tibi fundum certo precio, ut intra certum tempus mihi soluas, si non satisfacias, lapso termino potero usuras petere, cùm fructus rei uenditæ tuos facias, & mihi tamē nihil soluisti. ut C. eodem. l. 2. & idem in contractibus bonæ fidei, & tunc non repetitur quasi usura, sed quod intersit moram adhibitam non fuisse. ff pro socio. socium. quod intelligas, quando interesse est intra rem. uel cùm petitur causa damni uitandi, non lucri captandi, ff. de act. emp. & uen. si sterilis. §. cùm per uenditorem. & ideo cautè dicit canon, incrementa susceperit. 14. quæstio. 4. si quis oblitus. secundum Goffredum. uel dic isto casu competere accusationem ex contractu, uel officio iudicis, non ad usuras sed ad interesse: quod uerius est ff. de dolo. eleganter. §. non solùm. C. de actio. empt. & ven. l. 1. de petitione autē interesse dic, ut notatur s̃. de sen. & re iudicata. §. quis sit effectus. sub §. Sed & quia. & seq. uer. si. Item potest intelligi in his casibus, in quibus ex mora ueniunt usuræ, de quibus dixi s̃. eo. §. ex quibus. sub §. ex mora. quia hic non dicor aliquid recipere ultra sortem, sed potius interesse & secundū can. interesse peti potest. 14. qu. 3. quoniam. ibi, ad quæstum, &c. & 12. q. 2 si quis de clericis. ar. ff. de eo quod certo loco. l. 2. § ult & pro socio. socium qui modo. & idē fortè est, ubi usura à lege permittitur, & loco pœnæ. non fraudulenter succedit: sicut notatur s̃. depositi. § cui detur. uers. sed & si extraneus sed contra, xiiii. quæstio. tertia. plerique. Sol. illud in mutuo, & quod dicitur, quicquid sorti accedit usura est. illud est uerum, quando ex pacto datur, uel aliquid excogitatur in fraudem usurarum diuina etiam pagina in mutuo tantum usuram prohibere uidetur, unde in Euangelio: Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Psal. qui pecuniam suam non dedit, id est, mutuò ad vsuram tradidit qđ dic ut not. s̃. e. §. 1. ver. rei mutuatæ Octauò uidetur, quòd possis habere usuram ab eo, cui meritò nocere desideras: vt xiiii. q. 4 ab illa. secundum Io. & quis est ille? hostis Romani imperii: ut C de commer. & mercatori. non solùm. vnde infideli possum tradere pecuniam ad vsuram: dicit etiam in Deuter. xxiii. c Non fœneraberis fratri tuo pecuniam vel aliam rem ad usuram, sed alieno. Inde Iudæi dicunt, quòd usuras licitè recipiunt à Christianis & malè, prout sequitur. Ideo coguntur ipsas restituere ut notat. infrà eodem. §. ultim. nam in Deuteronom. xxviii. capitu. circa princip. dicitur fœneraberis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. & in eodem. cap. ultra medium. Aduena fœnerabit tibi; & tu non fœneraberis ei contra ideo alii exponunt illud capitul. ab illo sic, & c. id est, sicut nulli nocere debes, sic à nullo petas usuram. Nonò, si uendo tibi rem meam tali pacto, quòd si soluo tibi usque ad duos annos, res reuertatur ad me. hic enim facis fructus tuos: vt C. de pac. inter emptor. & uend. l. commissoriæ quod intelligas, quando precium iustum est, & nihil fit in fraudem usurarum: aliàs cōtrà suprà, de contrahenda emptione. ad nostram. ad hoc C. de pact. inter emptor. si fundum. Decimò, quando pecunia commodatur ad pompam: ff. commod. l. 3. § pe. & l seq. Vndecimò, quando nomine pœnæ promittitur: dummodo non fiat in fraudem usurarum: 12 q. 2. fraternitas. & c. in legibus & s̃. de arbi. dilecti. in fi. Duodecimò quando uendo fructus ad tempus, licet enim plus percipiat emptor de fructibus, nō tamen tenetur mihi aliud sarcire, ratione incertitudinis. ut C. e. si ea & ff. de hære. uel ac. uend. cùm hæreditatem & l. seq. Tertiodecimò, si is qui mutuauit occasione mutui laborem subiit, in cuius compensationem fructus perceptos suos facit: ut s̃. de reb. eccle. non alie. ad nostram. uel illud facit Papa, qui dominus est, ut citius recuperare posset res ecclesiasticas: arg. s̃. de reb. eccle. non alie. c. ad audientiam. hi uerò casus istis uersib. continentur:

Feuda, fideiussor, pro dote, stipendia cleri:
Venditio, fructus, cui velle iure noceri:
Vendens sub dubio prædium, post tempora soluens:
Pœna nec in fraudem lex commissoria gratis:
a *Dans socij pompa: plus sorte modis datur istis:*

ADDITIO.

a Huc referri possunt ex Mart. & alij casus, quibus quid ultra sortem accipere licet. Quorum vnus est, quando usura petitur, nō ut usura, sed ut interesse, ut in contractibus bonæ fidei: quia tunc non ut usura petitur, sed id quod interest moram factam non fuisse. ff. pro soc. l. socium. Sed hoc intelligo quando interesse est intra rem, uel cum petitur causa damni vitandi, nō lucri captandi: ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. usuræ etiam, ut interesse, peti possunt, in casu. ca. constitutus. de fideiusso. in reliquis Martinus Hostiensisque conueniunt.

Quæ tamen omnia intelligas, quando nihil attentatur in fraudem usurarum, & probabiliter dubitabitur de fructibus, considerata cōsuetudine regionis, vtrum sint plus vel minus precio valituri: j. eo. ca. vlt. & sic ratione probabilis incertitudinis multa sunt licita, quæ aliàs non licerent: vt 13. q. 2. non æstimemus. & ff. de ven. insp. l. 1. §. 1. & de iudi. si quis ex aliena. & in hoc communem opinionem hominum dico considerandam, secundum dominum meum. ar. j. de spon. ex literis. ff. de flumi. l. 1. & de fundo instru. lega. cùm de lanionis §. asinam. & no. s. e. vers. quid est ergo. & præce.

In alijs autem casibus omnibus non licet regulariter vltra sortem quicquam recipere: quia quicquid sorti accedit, vsura est: & vsura illicita est, & vtriusque Testa. & vtriusque Iuris pagina detestata: ut not. s. eo. §. respō. 1. & quodcunque nomen imponas, vsura est: ut 14. q. 3. plerique. omnis enim vsura & superabundantia prohibetur in lege: ut j. eo. consuluit. & sic non est vis in mutatione nominis, ut s. de simo. ea quæ. & c. in tantum. Sed nunquid pro traiectitia pecunia debetur vsura? Videtur ꝙ sic: quia ibi non est periculum debitoris, & sic excedit naturam mutui, secūdum ea quæ not. suprà eo § ex quibus causis. versi. est autem traiecticicia. ratio enim naturalis, ꝙ pro mutuo non possit exigi vltra sortem, hæc videtur esse, quia res mutata transit in dominiū recipientis, prout no. s. §. 1. versi. rei mutatæ. & seq. & suum est periculum: vnde contra naturam est, ꝙ rem propriam sibi locē: si enim petam à te x. quia cum pecunia tua lucraris, nunquid tibi apparebo furiosus? Sic proculdubio. Sed hæc ratio videtur deficere in traiectitia, cùm periculum recipiat in se creditor. & aliàs video, ꝙ nec vsuraria perceptio reputatur periculi ratione: sicut nec dominus vsuras suæ pecuniæ exigit, quam procurator sub suo periculo mutuauit. ff. mandati idemque. § si mandauero. nec socius à socio, si communem pecuniam suo periculo mutuauit. ff. pro socio. §. si vnus. Item ex quo creditor in se retinet periculum, locare potest vsum rei propriæ; contractus autem locationis licitus est & concessus: sicut not. supra, de loca. & condu. quare ergo prohibetur in hoc casu: vt infra eod. ca. fi. respon. j.? Greg. respondet, aliud in creditore, aliud in locatore: quia creditor generaliter transfert dominium, locator retinet. Item res locata vsu deterior efficitur, quod in mutuo non contingit, quia non eadē pecunia quæ mutuo accipitur, sed alia eiusdem generis redditur. ff. de re. credi. cum quid. In traiectitia etiam pecunia & si creditor in se retineat periculum, pecunia tamen salua remanente, habiturus est dominus aliquid vltra sortem quemcunque exitum commercium habeat, siue creditor lucretur in mercibus, siue perdat. & ideo contrahitur nauticū fœnus: unde & sic intitulatur in C. & ff. de nau. fœ. secundum Goff. ideo, vt ostendat, quòd vsura est, ut dicit infrà eo. nauiganti, recepturus aliquid vltra sortem ergo vsura est, ex quo ultra sortē recipit: infrà eo. consuluit. sed hæ responsiones non soluūt opposita: ideo dic, ꝙ hæc est ratio naturalis, quare pecunia traiectitia non obstante, ꝙ creditor in se periculum retinet, vsuraria reputetur: quia aut recipiens iuuat se de denarijs, aut non: si non iuuat se, iniquum est, ꝙ creditor ab eo lucrum exigat quod non habuit: si iuuat ergo non remanet dominium penes creditorē: quia consumptione amittitur, & efficitur alterius: vt ff. de solu. si alieni. & ff. si certum petatur. si à furioso. § vltimo. & l. seq. nā & si fur. & si res empta efficitur debitoris, etiamsi de aliena pecunia empta sit: quia hæc est regula, ut not. s. de contrahen. empti §. viti. quare patet, ꝙ non debet ab eo lucrum exigere, si re propria vtitur, & cum ea lucretur: ut suprà dixi. periculum igitur, quòd in se retinet, ipsum in nullo releuat, sed potius oneratum relinquit. imputet ergo sibi, quia apposuit: periculū enim in se recipere voluit, & potuit, & ideo ualet pactum: ultra summam exigere voluit, sed non potuit, & ideo non valet. vt suprà, de pact. cap. fina. partem lucri potuit stipulari: vt suprà, de don. inter virum & uxorem per vestras. sed noluit. & ideo non habebit. quare sibi dici potest, quod voluisti, nō potuisti: quod potuisti, noluisti. ut suprà, de offi. leg. cùm super. & C. si quis alteri vel sibi. multum interest. Vsura igitur reprobatur, sed societas admittitur, & honestum lucrum est, prout not. suprà. de dona. inter virum & vxorem. sub rubrica, de do. promis. §. & quando competit. vers. sic. quod autem dixi. tamen diebus concessis mercimonium exerceatur: aliàs illicitum est: ut suprà, de fer. capi. 1. a Quid ergo, si contrahatur societas, ꝙ unus ponat pecuniam, & alius operam? Licitum est: dum tamen lucrum & damnum cōmuniter sentiant. Quid si periculum pertinet ad recipientem insolidum, & lucrum insolidum ad tradentem? Illicita est talis societas, & etiam leonina. Porrò fieri potest, quòd recipiens periculum sentiat insolidum, & lucrum partiatur: quamuis Quintus Mutius contrarium scripserit in hoc, per Seruium repræhēsus: quod & ipsum tamen Seruius sic intelligit, ꝙ si in quibusdam mercibus recipiens lucratus fuerit, & in quibusdam amiserit, lucro cum damno compensato: si quid lucri superest, debeat diuidi inter eos: quia nec lucrū intelligitur, nisi damno ex tota societate deducto; si dictū non fuerit in societate quota pars dari debeat: utrum tertia, media, uel quarta: de media parte lucri dictū videtur: vt hæc omnia probantur ff. pro socio. si non fuerint. & Institu. pro socio. § de illa. & sequen. Goffre. tamen & alij adhærent Quinto Mutio, & Seruium reprehendunt: sed si fraus non interueniat, dixit Albericus, quòd de rigore iuris, & ex vi pacti, & natura contractus approbati, & liciti, talis societas est licita: nam pro maiori parte mercatores lucrantur & iura ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptantur: ff. de legi. nam ad ea. nec moueat te, ꝙ periculum pecuniæ ad recipientem insolidum pertinet, & non totum lucrum: nam & contractus ex conuentione legem accipiunt. ff. depositi. l. prima. §. si conuenerit. ff. de regu. iuris. contractus quidam. ff. de pactis. in emptionibus. & l. in traditionibus. ff. ad leg. Aquiliam si seruus seruum. §. si calicem. & ad hanc opinionem Alberici confirmandam possunt multa induci, quia & hoc in multis alijs casibus contingere potest. Quid enim si mercator vendat tibi equum suum, & tradat pro precio centum libr. tali pacto interposito, ꝙ quicquid tu qui miles es lucraberis super equo cum eo diuidas: & quicquid ipse qui mercator est cum centum libris lucrabitur, in mercimonio tibi communicet? & certè hoc pactum tenet, si dicas, non est mirum: quia cùm vterque pactum apponat, ut posuisti, commune est periculum, & utrique imminet, huic & mihi: quare potest tolerari, respondeo, Certè & si ab altera parte tantum fuerit in ipso contractu vel paulo ante, uel post incontinenti appositum, ualet: ut probatur C. de pactis. in bonæ fidei. & l. petēs. & ff. de pactis. iurisgentium §. sed cum nulla. & §. quinimo. & tamen nemini dubiū, quin ad mercatorem periculum centum librarum sibi traditarum insolidum pertineat, & ad te militem periculum equi tui. Item in commodato plurimumque ad commodantem periculum rei commodatæ insolidum pertinet: & vsus commodi ad commodatarium insolidum: ut patet suprà. de commod. capitul. vnico. Idem in re locata ex certo salario: & in multis alijs contractibus idem poteris reperire, in quibus ad vnum pertinet lucrum insolidum, & periculum insolidum ad alterum: nec turberis inde. multo fortius posset concedi ꝙ sic possit societas contrahi, quòd ad unum totum pertineat periculū sociorū, & lucrum debeat diuidi inter eos. Item ad maritū periculū pecuniæ dotalis sibi traditæ pertinet insolidum, cū dominus sit. C. de rei ven. doce. & tamē de consuetudine, uel ex vi pacti lucrum communicabit non solum ex dote prouenies, sed aliter qualitercunque. sic potest intelligi suprà de dona. inter vir. & vxor. ca. 2. Hanc etiam societatem videtur comprobare satis apertè decre. suprà, de dona. inter vir. & vxor. per vestras. ad fin. nec enim intelligendū est, quòd dos committatur mercatori, periculo viri & mulieris. arg. ff. so. mat. l. 1. sed hac societate habita, ut dote semper salua remanēte, pars lucri reddatur. de qua ut ibi dicit, onera matrimonij supportētur. Sed quamuis talis societas secundum Ala. non iure societatis, sed ex vi pacti licita possit dici, tamen non est omnino æqua: ideo in iudicio animæ consulerem, ꝙ si is qui pecuniam recipit, ipsam fortuito casu amitteret: is qui tradidit ei parceret, & graue detrimētum eius vitaret. sicut not. in simili quæstio. ut infra eod. ver. quid de his, & idem consulerem. Est tamen veritas, secundum Iob. & Azo. ꝙ talis societas tenet: nam quo ad societatem pertinet, nisi aliud dictum sit, ꝙ partes semper æquales sunt: potest tamen agi in contrarium, scilicet ꝙ ad unum pertineant duæ partes lucri, ad alium tertia: si unus plus contulerit societati, uel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuslibet artis, is qui plus recipit. ff. pro socio. si fuerit. Insti. pro socio. §. 1. aliter non. quia societas quoddam ius fraternitatis est: ff. pro socio verum. respon. 1. & hæc est ratio specialitatis: quare ex vi pacti talis societas non ualebit, quamuis in alijs contractibus pactum appositum teneat, ut suprà not. nec ob Instit. pro socio. §. & adeo cōtra Quinti Mutij. quia quod ibi dicit possе conueniri, ut quis lucri partem ferat, & de damno non teneatur, intelligi oportet de damno & lucro mercimonij, uel operę, non de capitali. & hoc est quod dicit Seruius: neque enim lucrū intelligitur, nisi omni damno deducto: neque damnum nisi omni lucro deducto. sed potest coiri societas, ita ut eius lucri quod reliquum in societate sit, omnino damno deducto pars altera feratur. & eius damni quod similiter relinquat, pars alia capiatur. ff. pro socio. Quintus Mutius. Ideoque si in una causa pars fuerit expressa, ueluti in solo lucro, uel in solo damno, in altera verò omissa, in eo quoque quod prætermissum est, eandē partem seruari oportet. Institut. pro socio. §. illud expeditum est.

Ideoque

ADDITIO.

a Vnus ponat pecuniam. ¶ Adde c. plerique. 14. q. 3. Card. Zab. in c. nauiganti. in vlt. q. de vsur. Sal. in auth. ad hæc. in 14. q. de vsur. Lau. de Rodul. in tract. de Vsur. q. 20.

Ideoque ſic ſcripſit Goffred. in Summa ſua: Vis dare pecuniam tuam nauiganti, vel ad nundinas eunti, ſeu alij mercatori, ſine pacto pone tu pecuniã, & alius operam perſonalẽ & pecuniam tantam, vel minorẽ: plerunque enim quod pecuniȩ deeſt, opera ſuppletur: ſed & ꝯmunicetis pericula, lucra & damna, ff pro ſocio. l. 5. §. 1. & l. ſi non fuerit. & ſeq. Quid de his qui oues vendũt, uel donant, & tradũt monaſterijs ſub hoc pacto, quod pro qualibet oue recipiãt in anno duos ſol. cùm fructus cuiuslibet ouis valeat 5. ſolidos, uel quatuor: ſed quamuis omnes oues traditæ moriant̃, nihilominus remanet ex pacto monaſterium obligatũ, ac ſi uiuerent. ſed poſt mortẽ tradentis pertinent oẽs ad monaſteriũ, etiamſi numerus centuplicatus foret ex vi pacti? dico hoc licitum. arg. s̃. ver. Goff. tñ. & ſeq. ver. 12. nec põt eccleſia reſtitutionẽ petere, ex quo in traditione læſa nõ fuit, quamuis euẽtus mortalitatis ſequat̃: nec enim vr̃ circumſcriptus minor, qui vſus eſt iure cõi: ut C. de in integrum reſti. mino. l. vltima. ff. de negocijs geſtis. ſed an vltrò. qđ verum intelligas, niſi oues infectæ eſſent, i. ad mortem paratæ, & proſpexit monaſteriũ mortalitatẽ euenire poſſe: ut ff. de minor. verũ §. ſi locupletiori. Conſulo tñ tradẽti, ꝙ ſi talis caſus euenerit inſpecto lucro, quod fecit monaſterium in ouibus, quas fortè longo tp̃e habuerat, in ſolidum exigat, uel remittat, & partiatur, & ſentiat partem damni: nec vnquã cum iactura monaſterij velit locupletari: vt ff. de cõdictio. indeb. nã & natura. Item caueat ſibi tradens: nam niſi totus ꝯuentus ꝯſentiat, nõ tenetur monaſterium de ouibus, uel abbati cancellario ſub pacto præcedenti, vel conſimili, uel donantis: vt ſuprà, depoſi. c. 1. & no. s̃. de his quæ fiu. à præla. § in qbus requiritur conſenſus. ver. itẽ quo ad obligationem. Quid de his, qui emunt ab eccleſijs uel monaſterijs [a] certas poſſeſſiones tenẽdas toto tp̃e vitæ ſuæ: ita vt poſt mortẽ eorũ ad eccleſiã redeãt? Ray. & Goff. iudicauerũt talẽ ꝯctũ vſurariũ eẽ, ꝙ homines ſperãt uiuere: & ſic hoĩes ſperãt ſe amplius ꝑcepturos de ꝓuẽtibus poſſeſſionum, q̃ ſit pecunia q̃ dederunt: & ſola ſpe ꝯhitur vſura: ut notatur s̃. e. §. 1. ver. pactione. ſi tñ dat quis vnam poſſeſſionẽ, ut recipiat aliam æquiualentem, licitus eſt ꝯctus, ſ'm ea quæ not. s̃. de precar. c. 1. & 2. Certè, ſalua pace ipſorum, minus bene videtur ſenſiſſe: nam ita homines poſſunt ſperare lucrum in hoc vltimo ꝯctu, ſicut in primo & adeo licitus eſt ꝯctus primus, ſcilicet emptionis & vend. ſicut & vltimus, ſcilicet, precarium, niſi in fraudem fiat. nam vterque approbatur à iure: ut & de contrahen. empt & de preca. per totum. ipſimet etiam ſcripſerunt, ꝙ non habet locum contractus vſurarius, niſi in mutuo, & ego iũxi regulariter, ut oppoſitionẽ multorum caſuũ euitarem: ſicut not. s̃. e § 1 ver. rei mutuatæ. ideo dic, ꝙ contractus iſte ſicut & ille, de quo notatur s̃. e. verſi. quid de his, qui oues. ratione incertitudinis excuſantur. C. eo. l. 2. & de pact. l. 1. & ff de condi. & demon. l. 1. Si tñ ponas pro conſtanti, ꝙ prauam intentionem habeant, & ꝙ eos remordeat conſcientia, non excuſo: purgent ergo conſcientiam. s̃. de præſcr. c. ſi & ĩ. e. in ciuitate. Sed ego de illis non ſum, ſicut not. ſimile s̃: de præſcri. ſub rub. de præſcrip. re. immob. §. quæ exiguntur. ſub §. verum quicquid. Quid ſi quis mutuat veterem annonam, ut recipiat nouã? Si ideo hoc facit, ut meliorem recipiat, uſura non caret: infrà: eod. conſuluit. &c. in ciuitate. Sin autẽ ideo, ne ſua ſibi parcat † uel fortè ut accipienti gratiam faciat, non committit vſuram ſecundum Coff. Quid ſi quis pecuniam mutuet, recepturus ad certum terminum alterius generis monetam, uel aurum, uel argentum, vel aliam ſpeciem? Rñdeo, ſi ideo hoc facit, ut in æſtimatione lucretur, vſurarius eſt, ſ'm Goff. ſicut hi qui de nundinis in nundinas mutuant, quam vſuram execrabiliorem omnibus iudico, quantuncunq; ſub ſpecie venditionis, vel permutationis, vel alterius contractus veletur, cum excedat centeſimam, de quo no. s̃. e. § qualiter petantur. verſ. petuntur autem, & ſeq. & quodcunque nomen imponatur, ex quo fraudulenter, uel mala intentione fit, & aliquid ſorti accedit, vſura eſt. infrà eo. conſuluit. 14. q. 2. plerique. Quid de notarijs, qui ſuper vſuris ſcienter conficiunt inſtrumẽta? periuri ſunt: quia qñ creantur iurant ꝙ hoc non faciẽt: ergo de cæterò nec teſtificari poterunt, nec publica conficere inſtrumenta. periurus enim teſtificari non poteſt, quantumcunque pœnitentiam egerit. s̃. de teſtam. ex parte Adæ. & c. ſi. ex hoc ẽt ſunt infames, quibus ſunt actus legitimi interdicti: ſuprà, de teſti. licet ex quadam. rñſo primo ad finem. Quid de prælatis, ſubſcribentibus & ſigillantibus? Etſi prælatus non legit tenorẽ, uel legit, ſed uſura velata eſt: quia fortè apponitur maior quãtitas, quàm in ueritate mutuata ſit, nec diligenter ſcrutatur & inquirit: & ideo non intelligit, fatuè agit: ſed in ueritate, non conſentit, C. plus ualere quod agitur. l. ſi. ff de pignoraticia actione. Caius. ſi verò legit, & ueritatem inuenit, particeps eſt uſurarũ, etſi non commodi. nam ſubſcriptio in multis iuris articulis conſenſũ & approbationem inducit: ſuprà, de re iudi. cùm inter nos. C. ſi certum petatur. mutuo. C de adminiſtratio. tut. ſi non ſubſcripſiſti. C de don. nec ignorans. C. de fideiuſſo. ſi pater. C. de rebus eccleſ. non alien. l. 2. & cùm ſigilla prælatorum reddant inſtrumenta authentica. ſuprà, de fi. inſtr. ſcripta. laici per hoc credentes contractus huiuſ. per eccleſiam approbari, ſecurius peccant. & ideo de prælatis talibus dici poteſt, Laqueus iuuenum omnes uos. 2. quæſtio. 7. Paulus. quamuis etiam, quo ad laicos, uſuras recipere diuini dignum animaduerſione iudicij habeatur: maiorem tamen incurrunt formidinem, ꝙ fomitem ſui erroris in prælatis inueniunt, dum eos in deuia mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad uiam uitæ fuerant reuocandi, ſicut aliàs dicitur in caſu conſimili. s̃. de deci. quamuis.

9 **Qualiter** † contractus uſurarius detegatur. Hoc dixi s̃. de pignorib. §. quibus pactis. & de contrahend. emp. §. fi. ſub §. illud autem. uer. de ꝯctu ad ꝯctũ. Et breuiter dico ipſum detegi per teſtes & indicia: ut ſi ueniam ad creditorem, petens mutuum, & ipſe dicit, ꝙ non mutuabit: quia bene ſcit, ꝙ non poſſet ibi facere utilitatem ſuam: ſed ipſe emet à me aliquam poſſeſſionem meã, uel aliã rem, & faciet mihi hunc amorem, ꝙ reſtituet mihi rem eodem precio, uſque ad certum tp̃s. ego dico, ex quo aliud non poſſum, & ego faciam, ſi de hoc conſtet iudici per teſtes præſumet hoc factum in fraudẽ uſurarum, maximè ſi longè citra iuſtum precium emat. ut s̃. de ꝯhen. emp. ad noſtrã. Item ſi pacta claudicant: quia omnia poſita ſunt in fauorẽ debitoris: † ut pone in poteſtate creditoris eſt, an uelit contractum reſcindi: quia computat fructus in ſortẽ, quos non præſumitur iactare uelle: ſi uerus fuiſſet cõtractus, & ſui eſſent: ar. ff. de prob. cũ de indebito. quia recepit aliud ultra ſortẽ, quia conſueuit exercere uſuras: ſuprà, de pign. illo. Quid de baratis. & de pœnis appoſitis? dicut ſupra, de contrahen. emp. §. fin. ſub §. illud. uer. de re. & ſuprà, de pig. §. quibus. uerſi. quid ſi debitor. & infrà eodem. §. ſequent. ſub §. eſt autem uſura. uer. quid ſit pœna. ut tñ ſcias, pœnam in quantitate appoſitam præſumptionẽ uſuræ inducere, ſicut ibi dixi: ſecus ſi ſpeciei, uel facto apponat̃, ſubaudi ab illo, qui non eſt uſurarius: ut ff. de actio. emp. Lucius. & ſuprà. de relig. dom. ꝯſtitutus. de quo dixi ſuprà §. prox. uerſi. 11. Sed tũc ſi exigatur pœna, non uidetur agi poſſe ex ꝯctu: niſi in eo, in quo excedit: ut ff. pro ſocio. ſi quis à ſocio. niſi eſſet appoſitum, rato manẽte ꝯctu: ut ff. de tranſact. qui fidem. ſ'm B. ſuper quo uide quod no. s̃. de arbitr. §. qualiter conſtituatur. ſub §. ſed mens. uerſicul. & nunquid pœna recepta. & ſic ſemper præſumendum eſt contra uſurarios. ut not. ſuprà, quod metus cauſa §. qualiter diſtinguatur. & ſufficit fama cum certis indicijs: ut not. infrà eodem. §. quæ pœna. uerſi. ſufficit autem.

10 [b] **Quæ † pœna** uſurariorum. [b] Multiplex, & diuerſa. Vnde notandum, Quòd alia pȩna imponit̃ à canone, Alia à iudice, Alia ab aduerſario ope exceptionis. de ſingulis igitur uideamus.

Alia pȩna imponit̃ à canone, q̃ triplex eſt: nam vſurarij manifeſti nec ad cõionẽ altaris admittũtur, nec Chriſtianã, ſi in hoc peccato deceſſerint accipiunt ſepulturã. ſed nec uiuorũ oblationes recipi dẽnt: ꝙ ſi qs clericus ꝯuenerit, ꝙ accepit reddere cogit̃: & donec ad arbitriũ Ep̃i ſui ſatisfecerit, ab officij ſui manet executione ſuſpenſus: vt ĩ. eod. qm̃. de quo ꝯſilio ſemper ꝯſueuit fieri mẽtio in literis ꝯ vſurarios impetratis, cũ dr̃, eos ad reſtituendũ, qcquid vltra ſortẽ perceperint, per pœnã in Lateranen. concilio ꝯ vſurarios editã, ꝯpellatis: vt de ꝯhen. emp. ad noſtrã. de iureiurando. ad noſtrã. Vnde ab hac pœna ſemper incipiendũ eſt: & hȩc pœna eſt primitus imponẽda. Sed cui reſtituet clericus oblationẽ, q̃ a tali accepit? dãti nõ. arg. 17. q. 4. ſunt qui opes, 12. q. 2. nulli liceat. dicunt quidam, ut Alanus, ꝙ Epiſcopo loci, ut aufert eccleſiæ in pœnam accipientis, ſic 20 q. 3. conſtituit. aliàs regulariter, obtinet, ꝙ delictũ perſonæ, &c. vt 16. q. 5. ſi Epiſcopũ. Gulielmus Na. dicit, ꝙ reſtituitur illi qui obtulit in opprobriũ ſui. ar. ſuprà, de homicid. ſicut dignum. § eos. & infrà eodem. cùm tu. § ſuper his. Sed qũo intelliges vſurarios manifeſtos [c] fore? Rñ. manifeſtos uoco notorios, vel euidentia facti, ſcilicet qa vſurarius menſam tenet paratã ad pecuniã mutuandã cuilibet ſub uſuris, ſicut meretrix in proſtibulo cuilibet patet: ar. ſuprà, de cohabitatione clericorũ & mulierum.

ADDITIONES.

a Qui emunt ab eccleſijs, & monaſterijs. ¶ Adde Arch. in c. quicunq; 14. q. 4. Io. An in rub. de vſu. Cy. & Bal. in l pater puellæ. C. de inoffi. teſt. Cy. & Bal. in l. ea pactione. & ibi An & Sal. C. de vſu. Pau. de Ca. & Ale. de Imo. in l. de fideicom. C. de tranſac. Lau. de Rodul. in repe. c. conſuluit de vſur. in 2. part. in 15. q. idem in tract. vſurarum. q. 11. & per Lud. Ro. conſi. 52 incí. Pro pleniori diſcusſione. in 3. dub.

† ¶ Forte legendum, pereat.

† ¶ Alias, creditoris.

b Quȩ pœna vſurariorum. ¶ Adde doct. in ca. quanquam. de vſu. li. 6. & per doct. in cle. 1. eo. tit.

c Vſurarios manifeſtos. ¶ Adde gl. in c. 1. de vſu. lib. 6. gl. in c. quanquam. e. ti. gl. in cle. eos. de ſepul. & ibi Car. in 19. q. Abb. in c. cùm in diœce. de vſu. Laur. de Rodul. in tract. Vſurarum, q. 88.

rum.tua.& capitul.finali.& in hoc caſu ipſo iure pœnã patitur
canonis prætaxatam, vel manifeſtos intelligam notorios iuris:
puta quia per Epiſcopum ſunt inecclesia publicati. Secus, ſi ad-
huc ab eccleſia tolerentur: vt arg.ſuprà, de cohabitatione cle-
ricorum & mulierum. noſtra.nam ſi manifeſti ſunt per famam
tantùm, non tamen notorij, non patiuntur hanc pœnam ipſo
iure: ſed per publicationem,ſic intellige infrà, eodem.cũ tu.re-
ſponſo primo. Sufficit autem ad publicationem faciendam, ꝙ
vocati confiteantur, vel negantes per teſtes cõuincantur: ſuprà,
de cohabitatione clericorum.tuarum.Sufficiunt etiam & certa
argumenta cum fama.infrà eodem.cùm tu.quamuis autem nul
lus appareat accuſator,ſuper hoc procedet nihilominus Epiſco
pus ex officio,vt ibi ſuper hoc vide ſuprà,de probationibus.§.&
quot ſunt ſpecies.& verſi.ij & verſi iij.quamcitò autem ſatisfa
ciunt,hęc pęna ceſſat:vt infrà eodem.cùm tu.reſponſo primo.
ſic lxxxi.diſtinctio.ſi qui ſunt.Quid ſi notorium ſit,aliquem vſu
ras recepiſſe,hi tamen qui ſoluerunt non repetunt, vel quia nõ
audent,vel quia iurauerunt non repetere? Reſpon.Eccleſia vel
ex denunciatione alicuius, vel ex puro officio ſuo procedet in
hoc,& vſurarium ad reſtitutionem faciendam compellet: infrà
eodem.cum in diœce.& ſuprà, de iureiurando.ad noſtram.ij.ſ.
de inſtit.& cùm veniſſent.ante finem. & iunge quod notatur in
frà eodem.ſub.§.alia ab aduerſario.verſi. quid ſi nullus apparet.
Quid ſi Epiſcopus in vita vſurarii, recepit oblationẽ:ſed in mor
te non admittit ipſum ad ſepulturam,ſed ipſum aſſerit punien-
dum:vt infrà eodem.quia in omnibus.in fine.nam cui commu-
nicamus viuo, &c.vt notatur ſuprà, de ſepult.§. quibus inter-
dicatur.Quid ſi publicatus decedat, ſed hæres ſatisfacit de vſu-
ris? Dico non eſſe ſepeliendum, niſi certis indiciis appareat de
contritione:arg.xxiiii.q.ij.nec quicquam. & xxv.q.vj.qui rece-
dunt.& infrà,de ſent.excom.à nobis.ij.

Alia à iudice, quæ aliquando ſequitur ex ſuperiori,
inflicta enim pęna canonis,ſi cõtumacia
exigat,& vſurarius clericus ſit: ab officio beneficiòque ſuſpen
ditur.Si laicus,excommunicatur: vt ĩ.eod.præterea in princ.&
ſi nec adhuc clericus deſiſtat,degradandus eſt:vt ĩ.eo. ca.j.xiiii.
quæſtio.iiij.canonum. & cap.quoniam. & capit.ſi quis oblitus.
quàm tamen pęnam euadit, ſi deſiſtat. non de iure communi,
niſi parcat,degradandus eſt.ſic intellige præmiſſa iura. & xlvii.
diſtinct.cap.1.& 2.ſecundum Goffredum. Sed & ſi laicus ſit, &
prima pęna inflicta,ſe non emendauerit, maiori excommuni-
catione percutietur:ĩ.eo.quoniam.& cap.præterea. in fin.& ſic
creſcente cõtumacia, &c.vt ſ.vt lit.non cõteſta.quoniam.§.vlt.
Et hoc intelligas,quãdo delegatus eſt, cui mandatur,ꝙ incipiat
à pœna conſilii:ſecus ſi mandetur, ꝙ per cenſuram eccleſiaſticã
eum cogat.Itẽ ſecus,ſi ordinarius ſit, talis enim ab initio poteſt
excommunicare.ſic intellige ſupra, de pig.ſignificante.ſ.de iu-
reiu debitores.& cap.ad noſtram.& ĩ.eo.tuas.Quid ſi iuraui vſu
ras reddere? dic vt no.ſ.de iureiurando.§. quomodo cenſetur.
verſi.ſi quis igitur,& verſic.& hoc not Hac pœna cogitur vſu-
ras reddere: nedum vſurarius: quinimò & hæres ſuus ſiue ſit fi-
lius,ſiue extraneus:vt infrà eodem. tua nos. & c. Michael ff. de
regulis iuris.ex qua perſona. & tenetur hæres, quamuis ad eum
nihil peruenit.argum.xii. quæſtio. 2. Epiſcopus qui filios. xcvj.
diſt.bene quidem.ff.de euictio.ſi parentes.prima quæſtio.quar
ta.eccleſia.§.item peccato.verſi.item peccato Iſraelitarum.ibi,
maximè.&c.xvi.quæſt.vi.ſi Epiſcopus. ſicut hæres tenetur con
dictione furtiua ff. de condictio. furti.ſi pro fure. §. condictio.
ff.vi bonorum raptorum.l.2.§.vltimo. ex quo enim in vniuer-
ſum ſuccedit, præſumitur res perueniſſe ad eum: vt infrà eodẽ.
tua.ſecundum Ioan.licet Lauren.& Alan.dicant,quòd non te-
neatur hæres,niſi quatenus vires hæreditatis patiũtur:vt ſuprà,
de appel.qua fronte.& de rapto.in literis. tu dic vt no. ſuprà,de
ſepult.§.vlti.& de rapto.ſub.§.in ſumma notandũ & verſi.ſeq.
Quid ſi alter hæredũ factus ſit non ſoluendo, nunquid alius te-
netur inſolidum? Non videtur.arg. ff.de fideiuſ. inter eos.§.cũ
inter.ſed contra.ff.commoda l.3.§.hæres. & ſi fideiuſſor. tut.ſi
fideiuſſores.dic quòd inſolidum tenetur, inquantum ad ipſum
ſaltem de hæreditate peruenit. nam & res hæreditaria obligata
videtur:infrà eod.cùm tu.§.fi.Quid ſi literæ impetrentur cõtra
vſurarium,& moritur ante citationẽ, nunquid per huiuſmodi
literas hæres ſuus poterit conueniri? ar. ꝙ ſic.ĩ.eo.tua.quia tur-
pia lucra ſunt ab hæredibus extorquenda: vt ff.de calum.in hæ-
redem.T.contra.argum ff.qui ſatiſdare cogantur. ſi deceſſerit.
& quæ ſenten ſine appelatio. reſcind.l penultima. niſi de hære-
de fiat mentio in reſcripto:ſicut ſupra, de contrahend.emptio.
ad noſtrã: de officio delegati, cùm olim.& capitul P.& G.non
obſt.alia iura, quia loquuntur in ordinario, qui hæredem iudi-
care poterit, vt defunctum:& probatur hæc ſolutio ſuprà, de
reſcript. ſignificauit. Item quamuis pignus pignori dari poſſit,
fructus tamen percepti ſortem extenuant. & ideo quicunque
ſit poſſeſſor,tenetur mihi rem reſtituere,licet ipſam alii obliga-
uerim,dummodo creditori primo fuerit ſatisfactũ. & per quot
cunque manus ambulauerit poſſeſſio, idem iuris erit: vt ſuprà
de pig.illo.& capi.cùm contra.ſuper quo vide quod not.ſuprà,
de pigno.§.quando efficaciter intentetur. Quilibet autem co-
gitur ad vſuras reſtituendas, Chriſtianus ſiue Iudæus, clericus
ſiue laicus:vt infrà eodem,capit.1.& 2 & cap.poſt miſerabilem.
& capit.quanto.Qualiter autem cogatur Iudæus, dic vt not.ſu-
prà, de Iudæ.§.& in quibus grauentur. & verſic. ſequen.& ſpe-
cialiter in vltimo verſic.& ver.2. Videtur tamen, quòd Iudæus
poſſit moderatas vſuras recipere, vt à cõtrario ſenſu innuitur:
ĩ.eo.quanto.& quæ dicantur moderatæ, notat.ſ.§.qualiter pe-
tantur. verſi.petuntur.& ſequent.Sed dic,ꝙ ibi vacat arg.à con-
trario ſenſu.ſicut C.de epiſ.& cleric.cõuenticulam.vel ideo di-
cit,immoderatas,quia omnis vſura immoderata eſt.& ideo ho-
die omnis vſurarius infamis eſt: quia omnis vſura reprobata.ad
hoc pertinet,quod no.ſ.eo.§.quot ſint eius ſpecies.ver. ſecundũ.
& §.an aliquo caſu.reſpon.1.in aliis.§. qualiter petantur.ver.&
hoc notandũ. & ſic Iudæi ab omni vſura recipienda ſe debent
abſtinere.vt ĩ.e.poſt miſerabilẽ.& patet ſ.§. an aliquo.ver.viij.

11 **Eſt † autẽ** vſura reddẽda [a] ei, à quo extorta eſt, vel hrdi
ſuo: & ſi talis non inueniatur, eſt pauperi-
bus

ADDITIO.

a Vſura reddenda. ¶ In hunc locum duos, eòſque diſtinctos Martini ar-
ticulos in vnũ coniiciemus, nempe an & cui vſura reſtituenda ſit. Et vſu-
ram reſtitui oportere, probatur extra, de fur.c.ſi quis.cum ſim idque iis
à quibus extorta fuit, vel accepta xiiij.q.v.nõ ſanè. & qñ poſsibilitas ad-
eſt.Cũ autẽ agitur ad reſtitutionẽ,& non reddit,cũ poſsit,non remittitur
illi peccatũ.xiiii.q.3.ſi res.Horũ occaſione addi põt rubricella hæc, vtrum
ſufficiat vſurario in periculũ condere teſtamentũ ſuper reſtitutione vſu-
rarũ.Teſtamentum condere pro reſtitutione vſurarũ,non ſufficere ad ſa-
lutem animæ, Mart.ſcribit.quia,inquit, teſtamentũ eſt noſtræ voluntatis
iuſta ſententia,de eo,quod poſt mortẽ ſuã quis fieri voluit: ff. de teſta.l.1.
Sed poſt mortẽ hominis non eſt locus pœnitentiæ,vel remiſsioni peccato
rum.Cùm ergo non remittatur peccatum,niſi reſtituatur ablatũ: vt xiiii.
q.vj.ſi aliena.cũ talis non vult ablata reſtitui,niſi poſt mortẽ, non valet te-
ſtamentum,quod facit ad reſtitutionẽ peccati.Itẽ iuſticia Dei requirit,vt
ille qui peccauit,ſatisfaciat Sed cũ vſurarius iubet,vt vſuræ reſtituantur,
non ipſe vult ſatisfacere,ſed vult,vt ſui hæredes ſatisfaciant,quod eſt cõtra
iuſtitiam:quia pœna debet tenere ſuos authores.l.ſancimus.C.de pœ.nec
pœna vltra progredi dẽt quàm delictum fuerit in excedente repertum: vt ex-
tra,de his quæ fi.à ma.par.ca.c.quæſiuit.Dico igitur, ꝙ non ſufficit conde
re teſtamentum vſurarium ad ſalutem animæ, cũ eſt in mortis periculo.
Sed ſi habeat pecuniã, vnde poſsit fieri reſtitutio, prius expediat per fidũ
nuncium ſuũ,quàm moriatur:& ſub voce præconia faciat ſolẽniter publi
cari,vt omnes,à quibus per ſe,vel per aliũ habuit vſurã, veniant receptu-
ri plenã & integrã ſatisfactionẽ: & interim faciat fieri publicũ inſtrumẽ
tum. Vt autẽ quilibet ſciat,qualiter eſt obligandus vſurarius,inſtrumentũ
obligationis ĩ. ſcripſi ex Marti. apud quẽ ſtat huiuſmodi rubricella.Qua
in re ita ſcribit:Eiuſmodi,ait,inſtrumentũ manu publica tabellionis cõfi-
ci debet:quia eſt publica perſona:& ideo poſſunt recipere obligationẽ,&
promiſsionem nomine & vice illorum,quibus debet fieri reſtitutio: & in
quo caſſent omnia inſtrumẽta vſuraria,recipianturque fideiuſſores: & iu-
rent vſurarii,fideiuſſores,& hæredes,ſi ſunt adulti,ſe attenturos,ac ſerua-
turos quod promiſſerunt.Forma uerò inſtrumenti hæc eſt: A. filius B. vo-
lens facere plenam ſatisfactionem de omnibus vſuris quas aliquo modo
habet,vel habuit,notario,aut confeſſori vnicuique inſolidum recipienti-
bus promiſsionem nomine & vice illorũ,quorum intereſt, omnibus & ſin
gulis omnes vſuras,quas habuit à quacunque perſona,collegio,& vniuer
ſitate,per ſe,patrẽ ſuũ,aut auum; ſiue per quancunq; aliã perſonã,quocun
que modo ſub pœna dupli,ſecundũ ꝙ res fuerit inuenta,obligando & hy
pothecando oĩa bona ſua habita,& habenda,&c. Vſurã autem etiã in em-
ptione cõmitti poſſe proditũ eſt: vt extra,de empt.c. ad noſtrã. & de pig.
illo vos.Sed pone,ꝙ aliquis certã pecuniæ quantitatẽ debet habere ab ali
qua cõmunitate in certò termino, & non põt tantũ expectare ſine grandi
diſpendio,vel non põt illã recuperare propter potentiã debitoris: nunquid
poterit talis vendere illã pecuniã alteri pro minori precio,quã ſit ipſa pe-
cunia? Videtur,ꝙ ſicut qui plus vendidit merces ſuas,quã tempore contractus
fuerat venditurus,pro eo ꝙ ſtatim non ſoluitur precium, peccat: extra,de
vſur.in ciuitate.& c.nauiganti. Similiter igitur videtur peccare, qui minus
preciũ ſoluit, quã ſit pecunia ob expectationẽ termini. Ad hoc dicas, ꝙ
ſi non fiat in fraudẽ vſurarũ, non eſt uitioſus contractus. Nam in bonis noſtris
tria habemus: mobilia, immobilia, & iura. Qui autẽ uendit pecuniã non
eã ipſã,ſed ius, ꝙ in bonis debitoris hẽt. Conſtat autẽ, ꝙ ius illud nõ tan-
tum ualet,quantũ illa pecunia. Inter ſocios in contractu ſocietatis cõmittitur
vſura,qñ in eo æqualitas non ſeruatur: unde ſi aliquis ponit in ſocietate
xxx.libras ad tertiam partẽ damni,& lucri,& alius ponit operã tantum,ſi
cut quidam faciũt,niſi ille qui ponit operã, mercedẽ recipiat pro labore,
quẽ ſuſtinet in cõmercio x.librarũ, quarũ lucrum,& damnũ ſpectat ad il-
lum,qui pecuniã dedit,uſurarius eſt, qui pecuniã dedit: nã cũ recepturus
ſit xx.libras,quæ non ſtant ſuo periculo,ſed illius,qui operã gerit.illæ xx.li
bræ dicuntur ſtare ſimiliter lucro ſuo;quia æquũ eſt,ut qui habet onus,emo
lumentũ quoq; habeat. Nec ferendus eſt is, quis ſuſcipit emolumentũ,ſi
onus ferre recuſet: C.de cad.tol.l.unica. Et ideo de illis xx. libris nihil de-
bet habere ad ſimilitudinẽ mutuãtis: Et ſi ille qui operã gerit, nihil habeat
pro mercede laboris exhibiti in lucro,ꝙ accedit illi,qui pecuniã dedit,uſura
cõmittitur. In contractu quoq; locationis uſura cõmittitur, ſi locator æſtimat
ualorẽ rei:& ſi perdatur,qualitercunq; uult recuperare rem ſuã: nam res
æſtimata loco pecuniæ intercedit: & tunc non eſt uerè locatio. Martinus

bus eroganda: vt infrà eodem.cùm tu.§. super his.& ar.suprà,
de homici.sicut.§ eos.quia non dimittitur peccatum, &c.vt in
dicta decreta.cùm tu. & xiiij.q.vj. capitu primo. Quid si de-
bitor, vel hæres eius absens est? Dicunt quidam, quod vsura-
rius adhuc debet mittere vsuras, sed sumptibus debitoris absen
tis: argumen. ff. de operis libertorum. operę. Si autem summa
expensarum itineris excedit summã vsuræ, pauperibus eroget:
vt prima.quæstio.vj.anteriorum.suprà, de iudic. cùm sit.Sed si
de eius proximo aduentu speretur:tunc pecunia deponetur, &
consiguabitur: de vsur.acceptam.secundum Goffredũ. & hæc
quæ dixi, scilicet, quòd vsurarius vsuras tenetur mittere illi,à
quo extorsit, vera sunt, si vsurarius nouit vbi debitor habitat,
aliàs non tenetur vagari:arg.ff.de ope.liber. quod nisi fiat.§ j.
Ego dist.vtrum vsurarius,qui malæ fidei est, vt patet, transferat
se alibi, quàm vbi exercuit vsuras: & tunc proprijs sumptibus
tenetur mittere:vel an is, à quo extortæ sunt,seu hæres eius ali-
bi se transtulerit:& tunc habet locum,quòd dicunt,sicut apertè
probatur hæc distinct.ff.de rei vend.si res.& l.si verò.& l.seq. &
2 de leg.j.cum res.§.j.& de eden.prętor ait §.vlt.& † seq.Sed quo
modo potest vsura repeti,cum indebita sit vtroque iure:vt no.
s.§ an aliquo casu.contra l.ff.de condi.inde.l.j.& de reg.iur. cu-
ius per errorem.& not.s.de sol.§. quis sit eius effectus.ver. pa-
ter autẽ familias & seq.quare nec soluere cogor: vt s.de iureiu.
debitores.in prin.ideo posset dici,qđ si soluo, cum non iurauer-
rim,repetere non potero.ar.ibi Sed nõ credo hoc verũ:& dico,
ꝙ repetere possum propter prauam pactionẽ præcedentem,
propter quã adeò est pecunia indebita, ꝙ nõ potest retineri si-
ne peccato. Obiectio ergo locum habet in indebitis, quorũ so-
lutio per legẽ non reprobatur.& hoc patet ex eo: quia si soluo
vsuras vsurario,etiam nulla pactione præmissa,ipsas mihi nihil-
ominus restituere debet:vt infrà eod.consuluit. & no.s.eo.§ an
aliquo casu.ver.iij.hoc etiam probatur s.de iureiu.ad nostra.ij.
sed & cum omnis vsura damnata sit, non videtur, ꝙ ex tali pro-
missione etiam naturalis obligatio oriatur:arg. C.eod. eos §.si
quis autẽ.& l.fin.sic ergo potest repeti, cũ vtroq; iure indebita
censeatur:vt patet in his quæ notan.s.eod.§ an aliquo casu, re-
spon.j.& §.præceden.ver.fin.s.de solu.§. finali.sub §.si quis au-
tem.Licet etiã vsurarius semper intelligatur esse in mora: vt ff.
de furtis.subtracto & ff.de vi & vi arma.l.prima §.rectissimè.&
de leg.j. cũ res legata.tamen si nota paupertas eum excusat, vel
cedat bonis, excusatus est, & absoluendus est: tenetur tamen
satisfacere, si ad pinguiorem fortunam peruenit, id est, habita
ratione, ne egeat: ff de regulis iuris. in condemnatione. super
quo exponet idoneam cautionem: vt infrà eod.cum tu.§. pe-
nultimo.& s.de solutionibus. Odoardus.& ff.qui bonis cedere.
possunt.is qui. & potest quilibet cedere ante litem contesta. &
præsentialiter, vel in absentia per nuncium, vel per epistolã: vt
ff de cessione bonorũ.l.penultima. & vltima. quod dic vt not.
s.de sol.§.quis sit eius effectus. sub § hoc autem notandũ. Hoc
in iudicio contentioso: nam in pœnitentiali dicetur ei, quòd
totum restituat,ita quod nec retineat obolum: quia non dimit
titur peccatum,nisi restituatur ablatum: j e.cùm tu.§. super his.
xiiij.q.sexta.si res.ablatum dico, siue per rapinam, siue per fur-
tum, siue per vsuram: vt nota.s.eod.in principio.ad idem xiiij.
q.v si quid inuenisti. secundum Goffred. Sed quomodo amit-
tet priuilegium rationabile sibi ex iusta causa datum? vide quod
notat.suprà,de præscrip.sub rubrica,de prescript rerum immo
bi.§.quæ exigantur. sub §.verum quicquid. nam & si tempore
famis licet sine peccato accipere alienũ: vt notat.suprà, de fur.
§.quid sit furtum.versi.quæ fit inuito domino. & sequent.mul-
to fortius & retinere. & iunge quod notat. infrà de pœ §. qui-
bus & qualiter.sub §.sed quæ forma. uersi ꝙ si nulla. & præced.
Nedum autem vsurarius obligatus est, imò & de possessione
ex pecunia vsuraria empta est debitori satisfaciendum: ut in-
frà eodem cùm tu.§.ulti.arg.ff.de leg.2.Imperator.§.ultimo &
l.sequen.& suprà, ut lite penden.ecclesia. quod intelligunt qui-
dam,quando ex lucratiua causa ad aliũ peruenit:secus,si ex one-
rosa.arg ad hoc Institut. de lega §.si res aliena. Alii intelligunt
hoc indistin.in odium usurariorum, & usurarum: argumen.ff.
de donatio. inter uirum & uxorem.l. uxor marito curet ergo
emens cautius negotiari: ut C.de fur. incivilem. & sic secundũ
istos,est hæc speciale,ut detur actio in rẽ ad uendicandas posses
siones de pecunia actoris emptas:sicut & alibi. C.de rei uendic.
si de pecunia. & l.si ut proponis. & in quibusdam aliis casibus,
quos nota suprà, de contrahend. empt.§ fina. Goffred. tamen
hoc non admittit:imò dicit indistinctè agendum esse in perso-
nali actione contra usurarium, uel hæredẽ eius. & iudex ex of-
ficio compellet usurarium reddere usuras,si habet unde soluat,
sine possessionum distractione: aliàs compellet eum ad uen-
dendas possessiones: & sic faciet satisfieri de usuris. sic intellige
infrà eodem.cùm tu.§. possessiones. Quid si usurarius de pecu-
nia fœnebri emat prædium: demum distrahit, & ex illa pecunia
alind prædium emit: nunquid idem iuris est quod in primo?
Dicas quòd sic.argumentum suprà, ut lite penden. ecclesia 1.
ff. de legat. 2. Imperator § finali. & l. sequent. Quid si posses-
sio empta ex pecunia usuraria perueniat ad extraneum tertium
possessorem: nunquid cogetur ipsam uendere, & satisfacere
de usura? Non, secundum Goffredum, nisi possessor ex causa
lucratiua possideat. & usurarius ac hæres eius exclusus sit, & in-
uentus non soluendo, ad hoc Institut. de legat.§. si res aliena.
ff.de eo, per quem factum est.ex hoc edicto. responso pri-
mo Sed quid si talis possessio peruenerit ad illum, qui usuram
soluerat,& ex causa lucratiua: nunquid extinguitur eius actio,
quam prius habebat contra illum, de quo suprà proximè præ-
misi ex causa lucratiua tertium possidentem? Sic: ff. de act.&
obligatio. omnes debitores. secundum Goffredum: usurarius
tamen,uel hæres eius, minimè liberatur: ut ff.de uerborum ob
ligatio. inter stipulan.§. si rem, quam ex causa lucratiua.& se-
quent.ff.de solu.quod si id quod.ff.de leg. 2.l.antepenultima.§.
impuberem ff.de leg 3.nutu.§.1.Quid si tibi mutuo pecuniam,
ut mihi alia uice remutues, nunquid usurariũ est? Sic:quamuis
enim mihi obligareris an antidota:ff.de peti.hæredi. sed & si le-
ge.§.consulit tamen illam naturalem obligationem in ciuilem
deducere,species lucri est: & ideo usura est,secundum Goffre-
dum,& Rayn.moueor tñ in contrariũ:quia ex hoc nihil accedit
sorti,nec aliquam superabũdantiam uideo, & aliàs inuenio, ꝙ
id quod debetur,in pactum deducere possum:suprà, de prębẽ.
significatum.suprà,de elec.significasti. quod tamen aliàs non li-
ceret,imò simoniacũ esset.Quid enim,si mihi debes x. quæ non
possum recuperare:& mutuo tibi alia x.tali pacto,ut optimè sa
tisdes,quòd intra certum tempus xx.soluas. Item nunquid mu-
tuare quasi quædam spiritualitas est: ergo de spirituali ad spiri-
tuale potest fieri compensatio,sicut & permutatio:suprà,de re.
permuta.ad quæstiones nec obstat illud uerbũ Domini, mutuũ
dantes, nihil inde sperantes:quia intelligendum est Nihil, quod
ad lucrum, uel superabundantiã pertineat, uel quod sit plus re:
ut patet infrà eod consuluit.& xiiii.q 3.per totum. Porrò spe-
rare possum, quòd in eodẽ genere sine damno mihi subuenias,
& in pactum deducere.nam & hominem beneficio hominis af-
fici interest:ff.de ser.expor.seruus ea.l. sed quia multi casus pos-
sent accidere,quibus interuenientibus tu amitteres rem mutua
tam uel pecuniam,& ego lucrarer,primæ opinioni debes adhę-
rere:quia in talibus quod tutius est,tenendum est:supra, de spõ-
sali.iuuenis.Quid si fœnerator partẽ pecuniæ fęnebris restituat
ei,à quo habuit,uel hæredi suo,& de uoluntate eiusdem partem
retineat? Dicunt Theologi indistinctè, quòd non est libera-
tus,nisi totum offerat.dicas,quòd si ex pacto fiat,liberatus non
est:argum.suprà,de simon.ueniens.Sin autem usurarius partem
Liberaliter,& sine pacto soluat,& offerat, & de alia parte miseri
cordiam petat & debitor liberaliter remittat, liberatus est cre-
ditor, nec tenetur ulterius ad restitutionẽ, sicut nec teneretur,
si gratis recepisset gratis oblatum, secundũ Goffredum,ut not.
suprà eodem.§.an aliquo casu.uersicul.tertio.& infrà,de pœni-
ten.§.quibus & qualiter.sub §. sed quæ forma. Hic tamẽ bonus
iudex ex certis coniecturis motum sui animi informabit.nam si
debitor est pauper & inops,& usurarius diues & potens,nõ prę
sumo quod debitor ipsum usurariũ ex corde liberet: sed hoc fa-
cit,quia ultra recuperare non potest,& ut illud tantillum quod
offert,recuperare nõ omittat.si uerò debitor sit diues, & potẽs,
qui cõsueuit mimis & ioculatoribus tantundẽ de suo, uel plus
frequenter donare præsumi potest, qđ ex corde hoc faciat.Itẽ
si aliqua honesta persona,puta sacerdos, uel Episcopus tractet,
& dicat debitori,tantum faciã tibi reddi,si ex corde aliud remit
tis:non decipias me qui mediator sum:nec creditorem, cuius a-
nimæ salutẽ quæro & debitor respondeat,se ex toto corde libe
rare creditorem:quare nõ dicam ipsum liberatum, non uideo:
nec enim curo qualitercunq; satisfactũ sit: dummodo sit satis-
factum: ff.de pignoratitia actio. si rem alienam.§. omnis. ff.de
verborum significat. satisdationis. ff. qui satisdare cogantur.l.
prima.ff.de iureiurand nõ erit.responso primo.& l. remittit. &
not.simile infrà eodem.sub § proxi. versicu. sed nunquid suffi-
cit.& suprà,de simoni.§. quæ dispensatio. versicu. sed hoc non
credo.ad hoc suprà.de iureiuran.capitulo finali.ad finem.suprà,
de transactio. capitulo finali.ad finem.suprà, de iureiurand.ve-
niens.& capitulo. Quintauallis. C.si quis aliquem testa.prohib.
l.final.infrà, de pœn. Deus qui.& capi.omnis. infrà de iniur.in
nostra.in fi. Si qui moueantur in contrarium hoc faciet odium
vsurarum. Quid enim si quis alii ex alia causa iniurietur? Et qui
dem hoc admittet quilibet Theologus, quòd concordia pos-
sit tractari.& pars eius,quod debetur ex pacto remitti: aliàs ti-
tulus de transactionib.esset inutilis.& quare nõ idem in vsura?
Certè,quia qui nimis emungit,elicit sanguinem: vt supra de re-
nun.nisi cùm pridem.§.propter malitiam.in fi. non scribo hoc
in fauorem vsurariorum quia nec eis astrictus sum: sed nolo à

ratio-

rationabili recedere, ut Theologis faueam, & in desperantiam inducam homines, ac parem laqueum animarum: ad hoc 27. quæstio 2. de viduis. 2 Dicendum est igitur & tenendum: quòd precibus possit, uel iussu iudicis sine pactione partium remissio fieri, & sic dicam talem vsurarium absolutum: ut ff. de his qui not. infa. furti §. pactus. & sequen. & suprà, de præb. nisi essent. 13 §. quia igitur hæc ordinatio. † Quid si pœna adiecta sit, nisi pecunia mutuata ad certam diem soluatur, nunquid præsumemus ipsam in fraudem vsurarum adiectam? non, nisi ex qualitate personæ creditoris: ut si fortè consueuit exercere vsuras. sic debent intelligi ff. de actio. empt. & vendit. Iulianus. §. ibidem. suprà, de pig. illo. in fi. secundum Goffred. potius puto hoc arbitrarium. Quid enim, si creditores hoc audientes currerent omnes communiter, ad pœnas in mutuis stipulandas? Certè, maiores essent vsuræ quàm prius, cùm pœna conuentionalis in infinitum extendatur: ut ff. de verborum obligatio, in conuentionalibus. Institu. de inuti. stipu. §. alteri. C. de sent. quæ pro eo quod interest profe. l. vnica. certè multis grassantibus opus est exẽplo: ff. de poe. aut facta. § fin. est ergo præsumendum, contra stipulantem pœnam in mutuo, nisi petatur pœna, quæ loco interesse succedit: de quo dic, ut not. suprà eo. §. an aliquo casu. versi. 7. & §. qualiter contractus. versi. quid de baratis. & de sententia & re iudi §. quis sit effectus. sub §. & quia. & seq. ver. si uel nisi releuetur ex honestate personæ, ar. s. de procu. in nostra §. nos verò. j. de noui operis nunciatione. cùm ex iniuncto. §. super eo. Sed breuiter hoc arbitrarium dico.

Alia ab aduersario ope exceptionis: quia per opem exceptio. remouetur à dignitate: si forte electus sit, & si in ludo mutuauerit 11. pro 12. non obst. quod dicat hoc se fecisse causa ludi, sub obtentu alicuius consuetudinis seu corruptelæ: ut infrà, de exces. præla. inter dilectos quod dic ut not. infrà, de excessi. prælator. sub § clericus verò. Item si quis impetrauerit literas super vsuris, non auditur, nisi primo restituerit: si quas aliquando extorsit vsuras: quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: ut infrà eodem quia frustra. Sed nunquid sufficit, quòd cautio exponatur: non argum. supra, de re iudica. cum aliquibus. ff. de pig. act. quòd si non soluerit. de constitut. pec. promissor. §. constituto. nisi forte magna causa interuenerit: ut ff. de re iudica. l. 4. §. ait prætor. puta, quia non est soluendo: ut suprà, de solut. Odoardus. uel si is, cui debetur, contentus est: ut ff. de pignoraticia actione, si rem §. omnis. & argum. suprà, de re iudicata. quod ad consultationem. & not. suprà eodem. sub § proximo. versicu. quid si fœnerator. Quid si nullus apparet, qui agat contra ipsum? Dic secundum Ioan. & B. quòd facta denunciatione in publico, si nullus appareat, audietur. sic qui inuenit rem alienam ad euadendum pœnam furti, debet facere præconizari se talem rem inuenisse, si cuius est veniat, & reddet: ut ff. de furt. falsis. § qui alienum. & §. sequen. ad idem 5. quæstion. tertia quidam maligni spiritus. suprà, de clan. despon. cùm inhibitio. suprà, qui ma. accusa. non possunt. cùm in tua. tu dic quòd si publicus & notorius est, secundum ea quæ not. s. §. qua pœna. versi. sed quomodo iudex ex officio repelleret eum, quamuis nullus appareat. arg. s. de iureiurando. ad nostram. 2. & de except. exceptionem. dicendo quod primo eijciat trabem de oculo proprio, & postea festucã de oculo proximi. 1. quæst. 1. multi. 3. q. 7. §. porrò. & ca qui sine. & capit. postulatus. & quia si nullus petat, tamen restituere tenetur. ut j. eo. cum tu. §. primo. quòd si notorius nõ erat, sed occultus, & aduersarius obijciat &, incontinenti paratus sit probare, audietur: & hoc probato, repelletur. argu. s. de restit. spoliatorum. literas. § propterea. Sed caueat qualiter excipiat, ne crimen suum videatur confiteri: quòd si occultus est, & nihil ei obijciatur, admitto Ioan. & B. sententiam. Quid si notorium sit, quòd vsuras habuit, sed is, à quo extorsit eas, non inuenitur, nec hæres eius, Respon. faciet iudex pecuniam fœnebrem pauperibus erogari. & sic admittet impetrantem: infra eod. cum tu. §. 1. Quid si vsurarius, contra quem impetratum est, moriatur ante citationem: nunquid hæres suus per easdem literas poterit conueniri? Dic, ut not. suprà codem. § alia à Iudice. versicu. quid si literæ. Quid si debitor iurauit non repetere vsuras, nec recipere? Et quidem iuramentum tenet, prout innuitur suprà, de renunc. cum inter P. Gauffredi. suprà, quod met. causa. ad audientiam. debet tamẽ cogi vsurarius, quod iuramentum relaxet: argũ. suprà, de iureiu. c. 1. uel si hoc fieri nõ potest, non audietur, quousque se liberauerit: in hoc ergo casu erit pauperibus eroganda, si ecclesiæ fiat fides. secundum ea quæ not. supra codem. sub §. versic. quid si nullus. versi. quid si notorium sit. alioquin impetrans non audietur. & hoc potest debitor denunciare ecclesiæ, non obstante iuramẽto prædicto. Quid si iurauit non denunciare? Temerarium est iuramentum: ut suprà, de iureiur. quemadmodũ. §. illud autem. in fin. Quid si is, contra quem impetratum est, appellauerit, nunquid repellitur in causa appellationis? Ita videtur ex verbis, infrà eod. quia. Sed contrà suprà, de excess. cùm inter priorem. & c. fin. Sed quid si vsurarius impetrans appellauerit? idem ut pridem, quo ad causam appellationis: sed super principali nunquã audietur, nisi prius restituat, ut suprà. In summa notandum est, quòd hæres debitoris vsuram repetit: ut infrà eod. cùm tu. §. 1. & contra hæredem creditoris agit. ut infrà eo. tua. ideoque si quis impetrauerit literas super vsuris, à se, uel à patre, cuius hæres existit extortis sibi restituẽdis, non audietur nisi ipse restituat vsuras, quas pater ab alijs extorsit: ut infrà e. Michael. cum enim ex persona patris agat, & ipsum defendere tenetur: ut ff. de reg. iur. ex qua persona. & ff. de procu. seruũ quoque. § pen. & l. mutus. §. pœna. Quid si nõ fecerit in literis mentionem de patre, nũquid tunc ex persona patris contra eum excipietur? Non videtur, ex quo de patre mẽtionẽ non fecit, nec ex persona sua agit. & hoc quidã concedunt. dicentes, quòd nunquã iungitur de patre in clausula literarum, nisi quando ex persona patris vult agere: argum. ex superiorib. tu dicas, quod si hæres sit, uel vniuersalis successor, bona de pecunia vsuraria possidens ex causa lucratiua, excipi potest contra ipsum, cùm successor sit vitiorum: argum. in his quæ notan. suprà eodem. sub §. alia à iudice. versic. hac pœna. & versic. nedum vsurarius. & ff. de calumn. in hæredem. & de diuersi. & temp. præscript. cùm hæres & C. de acquir. possess. vitia. Secus, si hæres non est, nec bona possidet empta de pecunia vsuraria, quamuis alia bona à patre suo titulo donationis receperit bona fide. C. de dona. æris alieni. & l. si patri tuo. Quid si aliquis tutor, curator, vel procurator, nõ nomine suo proprio, sed alieno vsuras recipit: nũquid repellitur, si vsuras repetit ab illo, qui ab eo vsuras extorsit, nisi & ipse restituat illas, quas recepit nomine alieno? Videtur quòd sic. argument. 46. distinct. sicut non suo. & suprà, de pecu cleric. capit. penul. & tertia quæstio. 4. consanguineorum. infrà, de sentent. excommunicat. mulieres. Sed quidam contrà: quia nec ab ipso repeti possunt: ut dicunt, cùm nihil versum sit in utilitatem suam. Sed certè malè dicunt: quia in delictis non attenditur, an uersum sit: sed ipsum factum, & uoluntas, & propositũ delinquentis. 22. quæstion. 5. qui peierare. infrà, de sentent. excommunic. cum uoluntate. nam & si procurator meus deiiciat te de fundo tuo, teneor tibi interdicto unde ui: nihilominùs & ipse, quia in hoc paruit, licet nihil ad eum peruenerit: ut ff. de ui, & ui armata. l. 3. §. cum procurator. nec tenetur procurator fœnerare: quia nec tutor pecuniam pupilli dum tamen propriam pecuniam non fœneret: ut ff. de admi, nist. tutor. tutor qui repertoriũ. § pecuniæ. & l. cũ plures tutelã. §. ultimo. & l. sequent. §. non est audiendus. fateor tamẽ, quòd si is, in cuius utilitatẽ uersum est primò & principaliter tenet, & alius in subsidium: ff. de eo, per quem fa. est. ex hoc edi. ff. de dolo. eleganter. §. pen. & iunge quod nota. infrà, de pœnit. §. quibus & qualiter. sub § quid de usur. & sub §. ult.

DE CRIMINE FALSI. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Falsitas quid sit.*
2 *Qualiter committatur. Qualiter puniatur.* 8.
3 *Falsitates variæ committuntur circa rescripta sedis Apostolicæ.*
4 *Quasi falsum quando committatur.*
5 *Asscribens sibi, aliquando excusatur.*
6 *Probatio qualis requiratur in falsitate.*
7 *Accusatio qualis sit in falsitate.*
9 *Libellum falsum vel famosum componens, si deuincitur, decapitatur.*

PRosequens author materiã cœptam de criminibus, apponit de crimine falsi. uel sic: Quoniam usurarij, de quibus præmisimus, plerunque falsitatem committunt, ut usuras extorquere possint: uideamus de crimine falsi, dicentes, Quid sit falsitas: qualiter committatur, Qualis probatio in ea requiratur, Qualis sit accusatio, Et qualiter puniatur.

1 a Quid † sit falsitas. [a] Et quidem nihil aliud est, quam immutatio ueritatis, ex certa scientia facta. nec enim committitur sine dolo: in authen. de instru. cau. in prin. collat. 6. 12. q. 2. homines. & c. is autem. & C. eod. nec exemplum. ff. eod. quid sit falsum. & l. diuus. uel dicitur imitatio ueritatis.

ADDITIO.

a Quid sit falsitas. ¶ Adde Hostien. in sum. ti. de dol. & contu. in §. 1. versic. fallacia verò. & per doct. in rub. de cri. fal.

a tatis, eo quòd falsare res[a] ludent imitari ea quæ vera sunt, ut falsa uideantur verisimilia, secundũ Azo. vnde & in dicto authentico duplex est litera immutatio & imitatio veritatis.

2 Qualiter † committatur Et certè aliquando cum scriptura: siue scribat quis falsum, siue deleat verũ: ut res, i. rei veritas nõ appareat nec dist. vtrũ sit testamẽtũ, Instrumentum ve publicum, uel priuatũ: vtrum ve sint tabulę ligneæ, uel ceræ, uel rationes: ff. eod. l. 1 §. qui in rationibus. & l. Paulus. §. Paulus. & de hoc infrà eodem. sub § porrò. versicul. 5. Dicto etiam cõmittitur falsum, ut testis falsificans, & iudex scienter iniquè contra constitutiones iudicans: & qui testem, uel iudicem corrumpit, & recipiens pecuniam, ne ueritatẽ dicat, uel ut testem instruat, lectionẽ prauam edocendo: uel qui falsis legibus innititur allegando, & sic cõpilatio antiqua non videtur alleganda: ut hæc probantur ff. eodem. l. 1. §. item qui ad instruẽda. & § sed si quis. & § qui iudicẽ & §. sed & si iudex. & l. eos. & l. vltim. & suprà, in prima constitutione huius libri. §. vlti & C. de veter. iure enu. l. 2. §. hæc autem omnia. & §. eandem pęnam. Non autem quilibet mentiens hac l. tenetur: ut ff. eodem. quid sit. Sed si quis mentitur præsidi vel principi, & per obreptionẽ aliquid obtinuerit hac l. tenetur: ut ff. eodem. si quis obrepserit. unde & mendax præcator carere debet impetratis: suprà de rescrip. super literis C. si contra ius uel vtili. publ. & si legibus. & de diuer appel l. 2. ideoq; puniendi sunt iudices, qui vetuerunt precum argui falsitatem C. si contra ius uel vti. publ. l. puniri. Falsidicus autẽ testis tribus personis est obnoxius: primo Deo, ideo imponitur ei pęnitentia septem annorum: 7. quæst. 1. quicunq;. secundo iudici: ideo infamis fit: 22. quæst. 5. si quis conuictus: & verberibus castigatur: 5. quæsti. 5. illi qui. uel extraordinariè punitur: ut C. de test. nullum. tertiò, proximo: & ideo iuxta modum læsionis punitur. 3. quæstion. 9. nihilominus. sic loquitur ĩ. eod. c. 1. 11. quest. 3. quisquis Sed & dicto committit falsum aduocatus, uel procu. qui aduersario secreta causæ aperuit, uel instrumenta prodidit: ff. eodẽ. is qui deposita ff. de pęn si quis aliquid. §. si quis instrumentum. & § instrumenta. aliquando etiam condemnatur ad interesse: 12. quæstio. 2. si quis de cleric. aliàs tenet iniuriarum: ff. depositi. l. prima. §. si quis tabulas. ff. ad legem Aquiliam. si quis testamentum. §. sed si quis tabulas. & etiam talis proditor dici potest: 46. distinct. clericus. & sic falsum committit, qui secretum aperit: suprà, de off. dele. cũ olim magister. Falsum similiter committitur in moneta, & mensura: ut ff. eod. quicunq;. & l. lege & l pen. § 1. s̃ de contra. emp. c. 1. & ponitur exẽplum in moneta, de his qui nummos aureos partim raserunt, uel tinxerunt: in quo casu liberi bestiis subiiciuntur, serui vltimo damnant supplicio. Sed & de diminutione habes exemplũ, s̃ de iureiu. quanto. Item ponitur exemplum de eo, qui in auro aliquid vitij addiderit, uel argenteos nũmos, uel adulterinos falsauerit, uel eorum tale quid non prohibuerit: uel nummos stãneos, uel plũbeos emerit, uel uendiderit dolo malo. qui tamen falsam monetam percusserit, si in totum formare noluerit, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluetur: pro mensura autem falsa, duplici pœna punitur, & insuper relegatur: ut ff. eodem. qui falsarum. & l pen. & l. quicunque Item facto committitur falsum in partu supposito, de quo priuata & perpetua est accusatio: nã de eo soli accusant parentes. uel hi ad quos ea res pertinet: non quilibet ex populo, ut publicam accusationem intendant: ut ff. eodem qui falsam §. 1. & l. lege Cornel. § 1. & in notorum sigillorum corruptione: suprà, de fide instru. inter dilectos. Vsu etiam committitur: sed differt ab aliis: quia hic se liberat abstinendo ab vsu falsæ scripturę, dummodo uel utentes falsitatem non commiserint: ut C. eo. si falsos. hoc etiam in rescripto summi Pontificis locum habet: si tamen vtentes falsitate diligenter primò literas examinent: & eos sera pœnitentia non accuset: vt ĩ. eodem. ad falsariorum. respon. 1. Est autẽ sera pœnitentia, sm quosdam, quando lis contestatur, postquam falsitatem cognouit: argu. ff. de in ius vo. quamuis. & rem ra. ha. amplius Alij dicunt, seram pœnitentiam, qualitercunque postea vsus fuerit: ar gu. ĩ. eo. accedens. & de excess. præla inter dilectos §. verũ. Ego dico seram pœnitentiam, vt proximè Sed & si nõ fuerit vsus, serò pœnitet: nisi intra 20. dies rescriptum destruat, vel resignet, alioquin intra 20. dies connumerandos à tempore notionis, pœnam excommunicationis vitabit: sed ipsis lapsis, ligatus est ipso iure. sic intelligo infrà eo. du: a § vltimo. quamuis alij intelligant illud de sententia lata à diœcesano. argu pro me. ĩ. de excess. prælat. illud. respons. primo. & 3. quæstio. 3. offeratur. Sed & aliter intelligit hoc Goffred. vt not. infrà eo. versicu. sed & in eo. Præterea vsu committitur falsum, si quis se pro milite gessit, cũ non esset, vel illicitis insignibus vsus est, vel falso diplomate, id est, interdicto certi loci itinere breuiori via p̃meauit: & talis est pro admissi qualitate grauissimè puniendus: ut ff. eo. eos qui. §. vltimo. & idẽ est in non ordinato, qui gerit officium ordinati. ĩ. de cle. non ord. mini. cap. primo & secundo. Idẽ in eo, qui sub prætextu clericicũ munus clericale nõ adimpleat, alijs se muneribus subtrahere conatur: C. de sacrosanc. eccle. qui sub prætextu. s̃. de vi: & honest. cleri. cap. fina. Idem in eo, qui cum non sit clericus, tanquã clericus nititur ecclesiasticum beneficium obtinere: suprà, de trans. ex literis s̃. de rescr. cũ adeo. Sed & in eo qui vsu falsum cõmittit, di nam si quis falsum fabricat non utendo, non releuatur à pœna falsi: sed is releuatur, ad cuius manum deuenit falsum instrumentum, quod alius confecerat: nec noluit vti, vel etiam vsus est ignoranter: vt C. eod. si falsos codicillos. nã si innocentiam suã probet, & eum à quo accepit, exhibet, liberatur: vt C. eo. l. maiorem. ad idem infrà, de exces. præla. inter dilectos. §. præterà. falsum enim non committitur, nisi dolo: ut no. s̃. eo. §. quid si falsitas. sed contrà. ĩ. eo. ad falsariorum, dic ꝙ speciale est in falsario domini Papæ: ut si quis vtatur falsis literis Apostolicis, etiam ignoranter, non excusetur: ut ibi. & est ratio, quia literæ Papales cum multa diligentia & exquisita curiositate fiũt: suprà, de rescr. cum adeò. 35 q. 9. Apostolicæ. uel dic. ꝙ illa decr. infrà eod. ad falsariorum. loquitur, cum quis falsis literis à seipso obtentis utitur, ubi nulla est excusatio: ut in legibus s̃. dictis: quia uitium rei propriæ non excusat: C. de rescin. uendit. quisquis. secundum Goffred. sed hoc non placet, ꝙ ignorãs ligetur: nam & quamuis multum examinentur rescripta Apostolica, tamen multæ falsitates committuntur: ut patet in his quæ no. ĩ. e. sub §. porrò. & versi seq & aliquæ sunt, quæ de facili non apparent: ut notat. ĩ. eo sub §. versi. 9. & infrà eo. §. fin. versi. si autem ita latet falsitas. & præcedent. siquidem & semper debet esse probabilis ignoratia excusata. s̃. de cle excom. mini. Apostolicæ. dic ergo sicut notat infrà eo. de hoc. § & qualiter puniatur. versi. in falsario domini Papæ. & ver præced. porrò. & s̃. eo. ab illo. versi. vsu etiam committitur vsque ad versic. præterea. Multis & alijs

b modis committitur falsum: [b] ut si quis testamentum cælauerit, amouerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, subiecerit, vel falsum testamentum scripserit signauerit, recitauerit, dolo malo ve ea fieri curauerit: ut ff. eo. qui testamentum. Item qui edicta corruperit: uel qui rem duobus alienauerit, nisi ad tempus relegatur, nec bona auferuntur, sicut & in eo qui iudicem corruperit: ut ff. eo. l. pen. & l. qui duobus. is autem qui rem duobus insolidũ obligauit, crimine tantum stellionatus tenetur: ut ff. de cri. stel. l. 3. Item qui instrumenta apud se deposita prodiderit, aduersarijs deponens falsum committit: ut ff. eo. l. 1. §. is qui. & de pœn. si qs aliquid. §. si quis.

3 c Porro † circa rescripta Apostol. sc. falsitates variæ committuntur. Primò cum modulus veræ bullæ falsatur, [c] quia fit alius eiusdẽ formæ, & sic falsa bulla in hoc falso modulo impressa, falsis literis apponitur. Secundò, cum foramen veræ bullæ subleuatur superius, & inferius cũ aliquo subtili instrumento, & sic extrahitur filum: & bulla remanente, foramine subleuato, per quod filum falsarum literarum mittitur, & ut nihil appareat falsitatis, foramina subleuata cum paruo malleunculo leniter pertundũtur. Tertiò, scinditur filum sub plicatura ueræ literæ, & sic extrahitur filum de uera litera: quo facto, ipsum filum scarpitur, & postea immittitur in litera falsa, ad modum ueræ plicata, & adiuncto filo consimilis cannabis, restauratur scissura fili antiqui, ita ꝙ restauratio sub plicatura finitur, ut falsitas melius obfuscetur. Quartò, quasi secundo subleuatur forma bullæ veræ ex superiori parte tantum. Sed in inferiori non tangitur: subleuato verò superiori foramine, scinditur altera pars fili pendens quasi in medio bullæ: quo facto, pars scissa de bulla extrahitur, ipsa bulla sustentata cũ altera parte fili, que remanet integra, & immisso summæ partis incisæ per foramina plicaturæ falsę literæ, reuertit ad locũ vñ exiuit, & postea foramen bullæ cũ malleunculo tunditur, sicut est superius prælibatũ. Quintò, cũ literis bullatis & redditis, in eis quid p rasuram tenuem immutatur: super hoc tamen distinguitur, ut no. suprà,

ADDITIONES.

a Falsariorum genera uaria adsignat Mart. eo. tit. in sum. Falsarius est, qui nomina fratrum absentium inseri facit instrumento, uel illo utitur, in quo scriptum est omnes canonicos interfuisse, cum omnes non interfuerint. Similiter, si sigillum subripuit furtiuè nomine capituli, uel qui literas iudicum aperuit: arg. de ijs quæ fiunt à præl. quanto. Similiter, qui superlinearem ponit in instrumento: de reli. do. venerabilis. uel qui aliter trãscribit, quam sit in originali, de excep. cum uenerabilis. similiter, qui scribit falsum, uel delet uerum. l. 1. ff. eo. titu. item qui adulterinum sigillum insculpi fecerit: ff. eo. tit. l. lege Corn. Falsarius est aduocatus, qui ius clientis aperit aduersario: ff. e. l. 1. idem in procuratore.

b Multis & alijs modis committitur falsum. ¶ Adde gl. in c. in memoriam. 19. distin. & per doct. in c. vera iustitia. 41. dist.

c Bullę falsatur. ¶ Adde de pœna. vide in c. ad falsariorum. de cri. fal.

suprà, de fide instru. §. quibus instrumentis. versicul. ꝙ si instrumento. distinguitur enim, vtrum rasura sit in loco, vbi ius constituitur: & tunc obest an in facti narratione, & tunc non obest: vt suprà, de fide instru. ex literis. Alij dicunt, ut Lau. in quocunque loco fuerit rasa charta non obest, dummodò ab eadem manu fuerit rescripta, quod ex encausto, & de specie literæ, & alijs multis modis deprehenditur: vt C. de fid. instr. comparationes. & de testa. si unus. Vincen. dixit, ꝙ si in facto est rasura, & constat ꝙ ab impetrante sit facta obest: argum. suprà, de resc. significante. & cap. Rodulphus. si dubitatur, non obest. & sic intellexit decr. ex literis. & hoc, quando literæ apertæ sunt. nam si clausæ, tunc non obest rasura: ff. de his quæ in test. delen. cancellauerat argum. suprà, de fide instr. inter dilectos. & de offic. deleg. cùm olim magister. & dictis legibus, comparationes. & si vnus. Ego distinguo: vt no ta. suprà, de fid. instrum. §. quibus instrumentis. ver. quòd si in instrumento. & seq. dic vt vbi. Distinguitur enim, utrum sint literæ de simplici iusticia: ut infrà eod. accedens. & vtrum sit rasura paucarum literarum. infrà eodem. capitu. fina. Sed hodie præceptum est, ꝙ in literis domini Papæ, nec in magno nec in modico audeat quis manum apponere, etiam literã vnicam, vel punctum vnicum corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc est commissum: alioquin manum apponens ex cano ne lato in curia ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quæ non potest per aliquem citra sedem Apostolicam relaxari. Sextò cum uera charta vniuersaliter abolita, & cum calce, & alijs, puta cauterio, sulfure, cineribus, & sic de nouo rescribitur iuxta consuetum artificium dealbata. Septimò cùm chartæ totaliter abolitæ & abrasæ, alia subtilissima charta eiusdem qualitatis & quantitatis inscripta cum tenacissimo glutino constituitur. Octauò, quando quis apud sedem Apostolicam constitutus non de manibus domini Papæ, uel bullatoris sui, uel alterius ad hoc officium deputati, literas recipit, in quo casu laicus excommunicationi subiacet: clericus officij & beneficij suspensione dãnatur, subaudi, nisi intra 20. dies poeniteat: sed si persona magnæ authoritatis fuerit, per nuncium idoneum literas ab eisdem recipere potest: ut j. eo dura. alius autem in curia Romana præsentialiter existens per nuncium specialem non impetrat, licet quilibet absens impetrare ualeat per nũcium specialem: ut s. de rescr. nonnulli. §. ult. & sic diuersificãt dicta iura. Alij dicũt decre. dura fore correctam: quia in desuetudinem abijt, nec seruatur. Sed tales malè considerauerunt mentem verbi ibi appositi apud sedem Apost. subaudiendum enim est, constitutus. Nonò, cum quis accedens ad bullam, falsas literas cautè proiicit, ut de uera bulla cum alijs sigillentur. Sed hæ duæ ultimæ species nõ possunt facilè conuinci, nisi in modo dictaminis, uel in forma scripturæ, uel qualitate chartæ. in cæteris autem in adiunctione filorum depreheditur, ut in tertia specie: uel in collusione bullæ, ut in prima specie. vix. n. erit ꝙ modulum falsum non discrepat à uero saltem in pũcto, uel motione bullæ, uel obtusione, siue obtonsione: quia forte tonsum est, ne appareant ictus, præsertim si bulla non sit æqualis, propter percussionem mallei. sed alicubi magis tumida, & alicubi magis depressa: quod in 2. & 4. specie contingit. has species falsitatis habes j. eod. licet.

a Deprehenditur [a] etiam falsitas, si Papa uocet episcopos, siue superiores dilectos filios, & si uocauerit reges & principes, uel quoscunque clericos inferiores episcopis, uenerabiles fratres. & si se ponat in singulari numero, uel uni scribens, cuicunque uoluerit, eum in plurali numero ponat: quia tales literæ contra solitum stylum curiæ impetrantur, & sic tam in bulla, q̃ in filo & charta, & stylo curię sunt taliter intuendæ, ne quis ueras pro falsis, uel falsas pro ueris admittat: infrà eod. quàm graui. Sic debet decætero obseruari: antiquitùs. n. Grego. ex humilitate aliquando contrarium obseruauit: ut suprà, de præscr. nihil. & de prob. ca. 1. 23. dist. communis filius. & 99 distin. ecce. episcopi autem subditos suos fratres uel socios apellant: 8. quæst. 1. quid autem. 8. quæst. 3. cauendum. j. de exces. prӕl. c. 1. Sic & considerandus est stylus curię in clausulis, quæ apponi consueuerunt in literis Apostolicis: ut suprà, de æta. & quali accepimus. & de fide instr. ꝙ super his. & de confir. utili. porrecta. & c. pe. & ultim. de præb. cum secundum. & infrà de poeniten. cùm ex eo. Sed & si quis sine speciali mandato literas Apostolicas nomine alterius impetrare præsumpserit, nisi sit coniuncta persona, est tanquam falsarius puniendus: ut suprà, de rescrip. nonnulli. in fin. Hæc igitur contra rescripta Apostolica opponuntur, & multa alia, de quibus dixi suprà, de rescript. §. & quæ possunt obijci. uersicu. 1. & uersicul. seq. Præcepto etiam committitur falsum, quando episcopus in priuilegijs nomina fratrum absentium scribi præcepit: ut suprà, de his quæ fin. à prælat. quando. §. absentium. Idem in tabellione & testium irritum est: ut C. eo. qui ueluti. & de testa. hac consultissima. Idẽ est, si aliqui de capitulo subscripserint noĩe capituli, alijs ignorãtibus: & tales ab officio, & beneficio suspenduntur, seu suspẽ nunciantur: ut suprà, de testi. tam literis §. ulti. & de prob. 3. Multa & alia contra instrumenta obijci possunt: quod dic, ut not. s. de fid. instr. §. quibus instrumentis & sub §. item obijcitur instrumento. & uersi. sequen.

4 Quasi † autem falsum committitur, quando tutor uel curator, ante depositum officium cum fisco contrahit: uiuente eo, de cuius tutela uel cura agitur. Secus si eo mortuo, quamuis hæredi non reddiderit rationem. Item secus, si hæreditario iure in fiscalem contractum succedat, etiam pupillo uel adul. uiuente. Item secus, si primò cõtraxerat cum fisco, & postea suscepit tutelam uel curam, licet ab ea se potuerit excusare: ut ff. eod. l. 1. §. tutores. Item & quasi falsum committitur, quando sibi in testamento ascribit aliquis, ut inde sentiat commodum, uel etiam seruo suo, nisi in fideicõmissaria libertate, in qua is qui ascribit, moram fecerat: ut ff. ad l. Cornel. de fal. impuberem. §. item si seruo. Potest autem ascribi ei, qui bona fide seruit, uel in quo usufructus habetur, ff. eodẽ. impuberem. §. & fisci. & §. si dominus. & sic in seruo bona fide possesso magis consideratur ueritas, quàm opinio: simile ff. de fur. inter omnes §. pe. Econtra traditur in generali magis considerandam opinionem, quàm ueritatem: ut ff. de usufr. si quis & de acq. hæred. is qui putat. & de lega. 3. l. 1. in prin. Hoc aũt quod dixi, me posse ascribere seruo, quem bona fide possideo, intelligas uerum esse, nisi fortè contemplatione mei legetur seruo bona fide possesso, uel fructuario: tunc enim abscribere nõ debeo, cum mihi quæratur: ut ff. de usufr. sed & si quid. Sicut etiam mihi ascribere non debeo, sic nec ei, in cuius potestate sum, uel qui in eadem potestate est mecum: ut ff. eo. de eo. quod est mirabile, quia mihi nihil acquiritur: sed patri uel domino tantum. Potest tamen in filio illa ratio assignari: quia etiam uiuente patre, quodammodo dominus rerum paternarum intelligit: ut Instit. de hæred. quali. & diffe. §. sed sui. in seruo aũt illa est ratio, quia à domino sustentatur, & expectat præmium ab eod. non tñ idem est, cùm quis ascribit uxori suæ: ut ff. eo. uxori. Sed etiam potest intelligi, ꝙ pater teneatur, uel dominus, quando eorum uoluntate ascribitur, ut & dicitur ff. eo. diuus. Sin autem seruo meo libertatem ascribam, ut à me magno precio redimatur: teneor, idem si mihi legetur fundus cum Titio, & Titio ascribam: ut ff. eo. impuberem §. penul. Filio etiam meo ascribere non debeo, dum est in potestate nisi à commilitone suo, hoc legatum deferatur: ut ff. eo. si pater filio. uel nisi sit filius apud hostes. tunc. n. si in captiuitate decedat, non teneor: secus, si reuertatur: ut ff. e. impuberem. §. primo. Alias filio in potestate mea cõstituto etiam ex aduenticia causa non debeo ascribere, cum cõmodum usufruct. ad me pertineat. ut Instit. per quas personas no. acqui. §. 1. Sed si ascribam extraneo, patet ex præmissis, ꝙ nõ teneor, etiãsi seruus sit, qui postea mihi subijciatur: ut ff e. de eo § ultimo. Sic patet, qñ quis dicatur sibi ascribere. Nunc dicamus qualiter in testamento ascribatur: & certè ita demum, si signatum sit, & omnia adimpleta, quæ in confectione testamẽti necessaria sunt. nã nec interdictum de tabulis exhiben. aliter competit. non autem exigitur, ut sit perfectum, quantum ad præteritiones, uel exhæredationes uel irritationes: ut ff de tab. exhib. l. prima. Incido autem in poenam, qualitercunque commodum inde consequar, largo modo sumpto uocabulo, siue legatum, siue hæreditatem, siue fideicommissum, siue libertatem, siue exheredationem illius, qui non exhæredatus irritaret testamentum. & sic mihi hæredi uel legatario noceret sine ademptione legatorum à me relictorum: ut ff. eo. si quis. §. si institutus. Item commodum intelligo, quoquo modo ad me prima facie deferatur, licet alij restituere teneat: ut ff. eo. filius. §. ulti. l. cùm quidam.

5 Excusatur autem † aliquando is, qui sibi ascribit: ut si duobus hæredibus institutis aliquis dixerit, quòd si alteruter hæres sine liberis decessisset, ei qui superesset, & liberos haberet, hæreditas redderetur: uel si sine liberis vterque decessisset, ut hæreditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur, hoc est, testamentario, uel testatori, id est, illi qui testamentum scripsit, remittitur

ADDITIO.

a Absurdum fortasse Iurisperitis non uidebitur, si rubricellam hanc. Quæ literæ falsæ dicantur, interiiciamus, quam ex Mart. huc transtulimus. Falsæ, inquit, dicuntur literæ papæ, quando impetratæ sunt suggesta falsitate. Et hæ non ualent, si per falsitatem uel malitiam impetrentur.: secus si per simplicitatem, secundum dist. c. super literis. de resc. Item si appareat charta rasa, uel immutata in loco suspecto: uel quando lauatur charta uino uel aqua Si sigilla appareant falsa: c. inter dilectos. de fid. Instru. Item si probetur rem aliter gestam, quàm instrumentum contineat: ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod ferè. Not. autem, ꝙ si clericus falsificet sigillum regis, uel aliorum prælatorum literas, uel publica instrumenta, non amittet vitam, aut membrum, sed depositus ab ordinibus signatur in fronte candenti ferro, & exul erit: extra, de fals. ad audientiam. Curiæ tamen seculari tradi nõ debet. 50. dist. si episcopus. Martinus.

mittitur pœna,& de benignitate cōſequitur fideicōmiſſum: ut ff eod. diuus.§.vlti. filius etiam hæreditatem patris ſibi aſcribere poteſt,de æquitate, non de iure ſtricto:ut C. de his qui ſibi aſcri. in teſtamen.l.1. & ff.eod.filius emancipatus. reſponſ. primo.ſecus in patrono,nam ipſe caret legato,& uenia impetrata excommunicari poteſt, & amittit bonor.poſ.contra tab.ut ff.eo.ſi quis legatum.§.vlt.& ſic pinguius ius habet filius in hæreditate patris quàm patronus in hæreditate liberti.unde per bonorum poſſeſ. contra tab irritat filius teſtamētum in totum:patronus pro parte: ideo ipſum filium cuilibet creditori exæquamus ut Inſtit. de ſuc.liber.§ ſi uerò. & ff.de leg.præſtan.l.1. Excuſatur etiam quis propter ignorātiam iuris, ſi profiteatur ſe à legato diſcedere: ut C. de his, qui ſibi in teſta. aſcribunt. ſenatuſconſulto. & hoc de æquitate:ſecus de iure ſtricto:ut s̃ eo.diuus.in princ Præſumetur autem ignorantia propter militiam: ut C.de his, qui ſibi aſcri.in teſt.quod ad habitus.& propter ruſticitatem:ut ff.de probat.cū de indebito.§.ſin autem is qui.Item excuſatur,ſi ſeruus uel filius iuſſu domini uel patris ſibi aſcribat, uel legatū à ſe relictum adimat:ut ff.eod.ſenatus.& l. ſi quis cum.§.1.alius autem extraneus non excuſatur,nec ualet quod ſibi aſcribit:quinimò tantundem de ſuo fiſco præſtare tenetur: ut d.l. ſenatus.& l. ſi quis cum.§.1. & l impuberē.§.qui codicillos. & C.de his qui ſibi aſcrib.in teſt. ſenatus. Sed & iuſſus matris filium excuſat. & uoluntas filij matrem quæ ſibi aſcribit.idem & ſi ſeruus matris eidem aſcribat: hi autem excuſantur à pęna:ſed legato carent,niſi teſtator ſpeciali ſubſcriptione ſua dicat ſe agnoſcere legatum:ſi autem generali, non nominando perſonam aſcribentis,ualet,quantum ad filios, uel ſeruos teſtantis tantùm.ſed quo ad extraneos,pro nihilo eſt: ut ff.e.l.1.§.inter.& l.diuus.§.planè.& §.item ſenatus.& §.quæri. & C.de his.qui ſibi aſcri.in teſta.l.ulti & l.2. ubi autem onus tantum quis ſibi aſcribit,tenet in præiudicium ſuum:ut ff.eo.uxori. §.1.Illud notatu dignum,quòd licet in teſtamēto mihi aſcribere non debeam,me tamen dictante, & alio ſcribente, legatum ſeu fideicommiſſum ritè relinquitur: ut C.de teſt dictantibus alias autem aſcribens tenetur pœna l.Cor.de falſ.niſi uenia tribuatur: ut C de his qui ſibi aſcri.in teſta l.ſenatus & ſeq.Sin autem teſtator codicillis ſignificauerit Titium teſtamentum dictaſſe: ſubaudi,in quo Titius ſibi aſcripſerat legatum, & ſic non ſolùm dictauit,ſed ſcripſit, non excuſatur Titius, debet ergo à legato abſtinere, & pœna falſi ſpeciali beneficiò Principis remitti poteſt.ſic loquitur C.de his qui ſibi aſcri.l.2.

6 Qualis† probatio in ea requiratur. Et quidem luce clarior,ſi quæſtio criminaliter proponatur.nam accuſanti, & accuſato incumbit probatio: & acerrima debet fieri indago, non declinando ad dexterā, uel ſiniſtram:ut C.e.ubi.& de authore ſcriptore de falſo arguere quæſtio habetur, non obſt.prærogatiua decurionatus, uel alia: ut C eo.ſi quis decurio. Verùm in quæſtione falſi ſunt quædam ſpecialia ſecūdum Gof. nam licet ab initio requiratur probatio luce clarior: tamen ex quo de inſtrumento producto habetur certa ſuſpicio de falſo pro falſo habetur:niſi à parte producente ueritas comprobetur,& ad pœnam proceditur: ut C.de proba. iubemus. quod aliàs non cōtingit regulariter.2.q.1.primo.ff.de pœn.abſentem. Secundò condemnatur quis ſine accuſatore,qđ aliàs non contingit regulariter.2.q.1.nihil.ff. de mune. & hono. munerum §.defenſores.& in Euangelio, Mulier, ubi ſunt qui te accuſant? Nemo Domine. Nec ego te condemnabo. Tertiò, ſi crimen falſi incidat,pronūciatur in eo C.e.l.1.ver.quod aliàs nō ſeruatur ſecundum l.C. de ordi.iudi.adite.Quartò, quia de hoc crimine conuictus ſtatim deponitur & traditur curiæ ſeculari.[a] j̃.e.ad falſariorum.quod generaliter non obtinet.s̃.de iudi.cùm non ab homine.ſecundum Gof. ſed caſualiter tantùm:ut not.s̃. de hære.§.qua pœna.verſ.& not.Sin autē ciuiliter agatur,leuius procedit examinatio: ut C.e.l ult.poteſt enim de falſo agi criminaliter,uel ciuiliter,quocunque iudicio proponens elegerit primitùs inſtituto:ut C.e.damus.l.1.& quidam dixerunt criminaliter primitùs agendum.arg.C.de fid.inſtr.l.2.& l.ult.Cognoſcitur autem de falſo ciuiliter per exceptionem, uel replicationem, & quandoque per actionem in factum. nam qui nomine prætoris literas falſas ediderit,edictumve falſum propoſuerit, actione in factum pœnali tenetur, quæ fortè continet agentis intereſſe.uel loquitur de pœna l aureorum, qua tenetur is,qui album prætoris corrupit:ut ff.eo.qui nomine prætoris.& de iur.om iu.ſi quis id quod. & de in ius uocan. l. pen. & ſecundum hoc agitur.j̃.30. ann. ſic intelligas, quòd contineat intereſſe. & non ſit pœnalis, alioquin intra annum tantùm.ff. de his qui deie.uel effu.ſi uerò. § hæc autem actio. Illud tamen ſecundum Goff. notandum eſt, quòd quædam literæ dicuntur falſæ: quædam falſatæ. Falſæ dicuntur duobus modis. Primò, quia per falſi ſuggeſtionem, uel ueri ſuppreſſionem impetrantur,quæ largo modo dicuntur falſæ.ff.eod.tit. ſi quis obrepſerit. hæ iuriſdictionem conferunt,ſecundum ipſum: & ſi non excipiatur, ualet,& tenet quod fit earum authoritate.de quo in dic, ut nota.s̃.de reſcrip.§. quæ poſſunt obiici.ſub §. ſed nunquid proceſſus. Secundò dicuntur falſæ, quæ ſimilitudinem uerarum aliquam prætendunt, nihil tamen ueritatis habent,quia nec ueram bullam, nec ueram ſcripturam.& iſtæ literæ quæ nullæ ſunt, dicuntur falſæ: ſicut & is, qui non eſt tutor,dicitur falſus tutor: & falſum teſtamentum,quod non eſt teſtamentum: & iniquus modius,qui non eſt modius.ff. de uerbo.ſig.Paulus.hæ non conferunt iuriſdictionem:nec ualet quod fit authoritate illarum: unde ſententia lata authoritate talium literarum, non eſt executioni mandanda.j̃.e.ſuper eo.imò contra talem ſententiam & exceptio competit, & reſtitutio datur.ff.de iudi. ſi prætor. & idem, ſi per falſos teſtes ſententia lata ſit.ff.de re iudi ſi diuus. & lex dicit quòd iudicati executio ſolet ſuſpendi,& ſoluti dari repetitio,ſi falſis inſtrumentis circunuentam eſſe religionem iudicantis,crimine poſtea falſi illato,manifeſtis probationibus fuerit oſtenſum.quod uerum eſt, ſi iudex fuerit falſa inſtrumenta ſecutus C ſi ex fal.inſtr.l.fi.& l.qui falſas.& l.1.& s̃.de ſen.& re iudi.cùm I & A. ſed & ſi executor inuenerit ſententiam latam cōtra ius litigatoris, eam nihilominus exequi debet,niſi apud delegatū efficere poſſit, ut ab hoc onere ipſum abſoluat.s̃.de offic.deleg.paſtoralis.§ quia uerò. Falſatæ uerò dicuntur literæ,quæ & ſi aliquid ueritatis habent, puta ueram bullam,uel ueram ſcripturam uel uerum utrunque, aliquid tamen immutat dum eſt de primordio ueritatis:ut not.s̃.eo §.qualiter committatur.ſub §.porrò.ver.2.& 5.& ver.ſeq iſtæ ſimiliter iuriſdictionem non tribuunt. & breuiter tene in his, quod not.de aliis.s̃.eo.verſi.ſecundò dicuntur falſæ.Hoc etiam teneas, ꝙ vbi authoritate talium literarum ſententia lata eſt, reuocanda eſt ſine temporis præfinitione: vbi autem à vero iudice lata eſt, ſed prætextu falſi, ſi ciuiliter agatur, per ac.in factū reuocatur vſq; ad 30.annos ff.de re iudi.diuus.ſi criminaliter, vſque ad 20 C.e. ti.querelam. ſi per modum exceptionis impugnetur perpetuò: quoniam exceptiones perpetuæ ſunt.ff.de excep.doli.purè.§.fi. & Inſtit. de exceptio §.perpetuæ C.eo.tit.ſi pactum. ſecundum Gof.de hoc dic, vt not.s̃.de exceptionibus.ſub §. hæc de dilatoriis.verſi.ſed nunquid.

7 Qualis ſit †accuſatio. Et certè priuata, niſi vbi tangit communiter omnes, vt in falſa moneta, mēſura,& celata in teſtamento deleto: vt ff e. Paulus.poteſt tamen dici publica, ſecundum Azo.quia inter publica iudicia numeratur:ut ff.de pub.iud.l.j.Inſt.de pub.iud.§.item lex Cor.de fal.Accuſatio autem de falſa moneta locum habet, cum quis fabricauerit falſam monetam, vel fabricari fecit, vel ſuper eo dedit auxilium,vel conſilium, vel non prohibuit eam fabricari.qui tamē in totum eam fabricare noluit, iuſta pœnitentia excuſatur vt ff. eod.qui falſam. Sed & ſi quis aureos nummos tingat. vel fingat, vel radat,capite punitur: vt ff.e.l.qui nummos. Quid ſi non ſint aurei? Fortè non tantam patietur pœnam: ſed pro fabricatione comburitur: vt C.de fal.mone.l.penul. Dicunt tamen quidam, quòd ſi in aureis ſolidis quis reperiatur adulter, comburitur. Si in alia moneta, capite punitur.& ſic intelligunt l. proxi.allegat. & C. de fal. mon.l.1 §.1. ver. actore. & capitalem pœnam interpretantur minorem,id eſt, deportationem.Sed & ſi fur ex auro vel argento monetam publicam falſo faciat, illo punito, pecunia in theſauro publico conſeruatur: ut 1.queſt.j.quod quidam. in medio. Specialia conſueuerunt notari quædam circa falſam monetam.Primò ꝙ quilibet admittitur ad accuſationem, ſicut in crimine læſæ ma.etiam infamis: vt C.de fal.mone.l.pe.Secundò, quia conuictus de ſociis,ſiue conſociis interrogatur contra illud s̃.de confeſ.c.1.Tertiò, quod quilibet poteſt hunc falſariū capere contra illud.C. de exhi. & intro.reis neminem. Quarto, quia damnatus non appellat contra illud ff.de appe. non tantū. Quintò, quia ſi dominus in proximo cōſtitutus erat,publicatur prædium,in quo commiſſum eſt ſcelus,etiamſi dominus ignorauerit:niſi vbi primò ſcire ceperit ſcelus prodiderit perpetratū.ꝙ ſi dominus longè affuerit, nullam patitur pœnam, ſed actores eius, qui miniſterium præſtiterunt, capite puniuntur viduæ autem & ſi proximæ ſint de ſola ſcientia tenentur.Sed impuberes, quorum ætas quid videat,ignorat:nec propter ſcientiam puniūtur, licet tutores ſi in proximo ſint, cùm non debeant ignorare quid in re pupilli agatur in tantū puniantur inquantum pupillo fuerat inferendum:vt omnia hæc probantur C.de fal mone.l.1. Nec excuſatur quis obtentu reſcripti principis, ſubaudi fraudulenter eliciti ſuper ære cudēdo,ſed pęnā mereť ſuſcipiens,& fructum propriæ petitionis amittit, nec iuramentū ſuper hoc ſcienter præſtitum tenendum eſt; ſed potius de periurio pœnitentia peragenda.

ADDITIO.

a Et traditur curiæ ſeculari. ¶ Adde glo.ordi.in verbo, relinquatur,in c.ad abolendam.de hęre.& gl.in verbo,mox,in c.ſi quis ſacerdotum.11.q.1.

peragenda.ignoranter tamen iurans etiam à periurio excusatur. vt s̄.de iureiur.quanto.& iunge quod no.s̄. de censi.§. ex quibus causis.versi.quid si moneta mutetur.& seq. Mutandi proprium nomen vel cognomen datur facultas cuilibet libero,sicut ab initio quodlibet imponitur,dũmodo in fraudem nihil fiat. Sed in seruo & libero defraudare volente pœna falsi coercetur:vt C.de muta.nom.l.vnic.& ff.e.falsi nominis.ad quod accedit s̄.de spō sa.tua nos.& j̄.de cler.non ord.minist.c.j.&ij. & de sen. excom. perpendimus.

8 Et qualiter † puniatur. Et quidem secundum legem pœna falsi,& quasi falsi,est deportatio,& bonorum publicatio,si falsarius liber fuerit.Sed si seruus vltimo supplicio afficietur:vt ff.e.l.j.§.vltimo.& Insti.de pu.iud.§.item lex Cor.de fal.aliquando autem minor pœna imponitur: vt no. s̄.§.qualiter committatur.ver.facto.& ver. præterea & ver.multis alijs modis.aliquando acrius,vt in falsa mo.not.s̄.§.qualis sit accusatio.ver.accusatio autem.& seq.punitur & aliquando pœna relegationis:ff.e.hodie.ff.de extraor.cri.annona.§.onerāt.aliquando etiam pœna extraor.punitur:ut ff.de pœn. in Dardanarios. In iudicio verò animæ aliquando imponitur pœnitentia 30.dierum:vt s̄.de contrah.empt.c.2.quod dic,vt no.in sum.eo.ti.§.quibus. Porrò secundum cano.pœna multiplex est.nam falsarius domini Papę,qui per se, vel alium falsitatem exercet,ipso iure cum omnibus fautoribus, & defensoribus suis anathematis vinculo est innodatus:j̄.de his qui scienter vtun. lit.fal. Apostolicis. Sed tales intra 20.dies à tempore notionis pœnam excommunicationis euitant,secundum ea quæ notāt.s̄.§. qualiter committatur.ver item vsu etiam committitur.hoc dico de vtētibus,non de falsantibus:vt j̄.e.ad falsariorū. Quid ergo, si quis per 20.dies literas tenuit,ex quo falsas literas nouit, postea produxit in iudicio:& cum redargueretur de falsitate, incontinenti detraxit,uel renunciauit? proculdubio excommunicatus est. sed tamen si occultum sit,eum ecclesia non vitabit. currunt igitur eidem 20. dies à tempore scientiæ occultæ quo ad Deum. Sed quo ad ecclesiam,à tempore sciētiæ publicatæ. ad quod accedit s̄.de simo. sicut nobis.& c.tua nos.in fi.& j̄.de sen. excom. à nobis. 2.quod autem dixi quòd intra 20. dies vitetur pœna,vt j̄.e.dura.intellexit Gof.in literis,quas quis per alium impetrauerit. nam si per seipsum vel conscius fuit vel esse debuit, statim pœna incurritur:vt j̄.e.ad falsariorum.vt & no. s̄.eo §. qualiter committatur.ver.sed & in eo.In falsario etiam dominij Papæ distinguitur, vtrum de falsitate dubitetur vel certum sit.Si dubitetur,tunc est falsarius capiendus. & in carcerem mittendus, & super pœna est summus Pontifex consulendus: vt 19. distinct. in memoriam.sic intellige j̄.e.super eo.s̄. de rescr. c.2. Sin aūt pro certo sciretur,quòd esset falsarius, nō per suspicionem, sed per rei euidentiā,si clericus sit,degradandus est, & potestati seculari tradendus, secundum constitutiones legitimas puniendus, per quam & laici conuicti legitimè puniantur: ut j̄. ad falsariorum. §.j.clerici etiam ipso iure in hoc casu officijs & beneficijs perpetuò sunt priuati: vt ibidem. & intelligitur de illo qui se uel aliū falsauit.Sed vbi quis scienter vtitur literis ab alio falsatis, nō est ipso iure priuatus, si clericus sit. Sed est officio & beneficio spoliandus,id est,suspendendus: subaudi nihilominus excommunicatus,quousque dignè satisfecerit.laicus etiam per eandem sententiam excommunicationis ipso iure illatā satisfacere cogitur: competenter intelligas in vtroque ad arbitriū Papæ, quia nec per alium restitui poterit nec absolui.sic intelligo j̄.e.ad falsariorum.§.qui verò.in prin.& c.dura.§.vlt.ar.s̄.de præb.graue.§.pe. Vel potest dici, quòd quamuis absolutionem Papa sibi retinuerit:non tamen satisfactionem,cùm dicat in istis & in illis,s.clericis & laicis, malitiam grauius quàm negligentiam puniendam, quòd, s. quod dixi de pœna imponenda in vtentibus literis ab alio falsatis, & de malitia grauius quā negligentia punienda. et de his qui falsas literas impetrant,statuitur obseruandum: ut j̄. eo.ad falsariorum.§.quis uerò.uer.ita tamen.Est autem malitia quando expressim conuincitur de scientia.Negligentia, quando fuerunt affectationes ignoratæ, quia antequam uterentur, non examinauerunt diligenter,uel per se examinauerunt, cum simplices essent, nec consilium cum peritioribus habuerunt, & ideo sunt in culpa quāuis ignorantiam allegent:ut j̄.eo. ad falsariorum.respon.j.& s̄.de clan.despon.cum inhibitio. §.si quis uerò.& 37.distin.§.ult.& ff.ad Macc.l.pe.& j̄.de cle. exc. Apostolicæ.talis.n.negligentia prope dolum est.ut ff. mandati. si fideiussor.& de redhib.act.l.j.§.si intelligatur. Sin autem ita latet falsitas,quod in aperto videri non potest,& per se,& per alium omnem diligentiam adhibuit,non imputarem ei.aliàs contrà: ut ff. de redhib.actio.l.j.§.eam.& l.ob quæ uitia.& s̄.de homi.Io.& c. ult.& l.dist.si duo. Et si quis accusetur falsas literas Apostolicas impetrasse,& ipsis usum fuisse, coguntur testes nominatim testimonium ferre:vt s̄.de testibus cog.cùm contra magistrum.Hodie etiam contra tales est sententia excommunicationis sub certa forma lata in curia:ut no.s̄.eo.§.qualiter committatur.sub §. porrò uer.v.& uer.ii.sed hodie.Si quis autem clericus literas regis falsauerit,charactatur in facie.Primò à suis ordinibus degradandus: prouinciam abiurans:& sic abire permittitur:ut j̄. eod. ad audientiam.& idem intelligo de falsario cuiuslibet Principis secularis:quia de similibus idem est iudicium:ut s̄.de trans.inter corporalia.§.1.& de resc.inter cæteras.& de sta.mo.su p quosdā Falsarius uerò episcopi deponitur, & in monasterio detruditur ut 1.dist. si quis clericus, secundum Da. uel dic. quòd est ab officio & beneficio suspendendus,siue suspensus nunciandus,sicut & falsarius capituli, donec indulgentiam sedis Apostolicæ mereatur:ut s̄.de testi.tam literis.§.ult. Vel melius dictūm Da.intelligitur quando in modum accusationis conuincitur criminaliter accusatus. in modum autem inquisitionis conuictus, habet locum quod dixi, ut innuit illa dec. tam literis. uel quando falsarius ciuiliter conuincitur ad hoc, ut beneficio ecclesiastico priuetur,quod habet locum etiam in falsario deleg. uel quocunq; uis alio:ut s̄.de resc.olim.ex literis.in fi. & de offi deleg.cum olim magister. cùm ergo ab obtento remoueatur, multo fortius ab obtinendo repellitur:ut j̄.de exces.præ. inter dilectos.§. præterea. Sed & quæ sit pœna falsæ chartæ, ex dicto uel tacito legitur:ut s̄.de resc.literis.Et no.quòd secundum quosdam non sufficit probare testes esse falsos,nisi probetur corrupti:ut ff. de re iudi.diuus.s̄.de proba.licet. §. iidem quoque testes. & hoc dicebat Pla. Alij probabilius dicunt,ut Iob, quod sicut sufficit probare instrumentū falsum esse,ut C.si ex fal.instr.l.pe.& ult.sic & testes,cùm pares habeant hincinde uires,instrumenta,& testes: C.de fid.instr.in exercendis,& facit pro eis ff.de exce. qui agnit. C.de transact.si ex falsis.non ob.illa decre.licet quia ibi se astrinxit ad probandum utrunque. Sed nunquid sufficit probare, testes esse corruptos?ar.quòd sic.2. q.6. §. diffinitiua.uer. uenales. s̄.de vi.& ho.cle.cùm ab omni.econtrà uidetur,quòd non:quia non sufficit probare corruptionem,nisi probetur, quod iudex secutus fuerit dicta corruptorum:s̄.de re iudic.cùm I.& A.C.si ex falsis inst.falsa.s̄.de testibus.sicut nobis. Similiter non sufficit probare falsitatem,nisi probetur iudicem secutum esse illam:vt patet per predicta iura.

9 † In fi.notandum est, ꝙ qui falsum libellum,uel famosum de aliquo cōposuit, conuictus decapitatur. v.q.j.si quis. uel fortè deportatur: & efficitur intestabilis: iiij.q. iii.ob carmen.secundum canones subijcitur uerberibus: v.q.j.c. j.Si uero sponte confitetur,mitius cum eo agitur.ead.q.c.secundo. in fi. & hoc cùm innocens infamatur. Secus, si nocens, s̄m Ioan. peccata enim nocentium nota esse & oportet,& expedit: ut.ff.de iniur.eum qui.& C.de iniur.l.iij. Quod intelligit Azo in iudicio:nam nemo debet extra iudicium aliquem, etiam innocentem.infamare. Summa.n.iniquitas est detrahere: & qui fratri suo detrahit,homicida est:6.q.j.summa .tria. n.genera homicidiorum dicebat esse beatus Petrus, & pœnā eorum parilem, quantum ad Deum,s.de pœni. disti. 1. homicidiorū. sicut enim homicidas dicimus interfectores, sic detractores & odientes: ut no.s̄.de homi.§.quot species,& infrà,de iniur.§.quot modis In summa notandum est,quod sententia lata occasione falsarū literarum,nullius est momenti: & opponi potest exceptio falsi, etiam post sententiam apud executorem. s̄.de sen.& re iudi. super eo.& ff.de iud. si prætor.nisi esset falsitas talis quæ ipso iure non redderet literas inutiles, sed per exceptionem:tunc enim exceptio talis omissa post sententiam non opponetur, ut s̄. de sentent. & re iudi. inter monasterium.nam sub prætextu nouorum instrumentorum,& c.ut s̄.de sent.& re iudi. suborta.secundum Ioan.de hoc no.suprà eodem.§ qualis. uer. illud tamen.& seq.& s̄.de resc.§.quæ possunt obiici.sub §. sed nunquid processus.dic ut ibi.

DE SORTILEGIIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sors quid sit.*
Et in quo casu prohibeatur, vel concedatur. 3 4.
2 *Species sortis quot sint.*
5 *Pœna quæ sit sortilegorum.*

EGimus suprà de falsitate.quę nihil aliud est, quàm immutatio ueritatis:& sortilegi sunt, q sub nomine fictæ,& sic falsæ religionis per quasdam,quas actorum, seu Apostolorum vocant sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt: ut xxvj. quæst.j. unico. dicamus de sortilegis,qui & falsarij dici possunt: uidentes, Quid sit sors,

Quot sint eius species, In quo casu prohibeatur, vel cõcedatur, Quæ sit pœna sortilegorum.

1 a **Quid sit** † sors. [a] Et certè secundum Augu. sors non est aliquid mali: sed res in humana dubietate diuinã iudicans voluntatem: vt 36 q. 2 sors. & secundum hoc sors licita est: probatur per exempla infinita, 26. q. 2. §. 1. Sed secundum Leonem Papam. iij. sors nihil aliud est, quã diuinatio: & maleficium à sanctis patribus damnata. & ideo prohibet ne exerceatur decætero sub anathematis interdicto: vt 26. q. 5. sortes. & secundum hoc sors illicita est, nec credenda est, neq; exercenda: vt 26. q. 2. §. his ita respõdetur, & c. seq. & q. 5. per totum. Sors enim est ars diuinãdi. diuinatio autem propriè in malo accipitur: prophetia verò in bono. unde ca. dicit: nunquam diuinatio in bonam partem accipitur. uidebãtur enim quidam sancti esse prophetæ. Sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum est facta diuinatio: & diuinatio eorum, quæ uidebatur prophetia, declarata est diuinatio: 1. q. 1. nunquam. nec obst. quod dicit Aug. Sors non est aliquid mali, ut no. s. e. §. resp. 1. dicem, sors non est, id est, nõ erat aliquid mali, dum permittebatur. Sed hodie mala est, ex quo prohibetur. nec enim in hoc exemplum sequi debemus quod Ionas uel Mathias dicatur fuisse electus sorte, ut 26. q. 2. non statim. & c. seq. Vel quòd Iosue ex præcepto Domini per sortem exquisiuit peccatum Achor. 1. qu. 4. §. item pro peccato Achor. Vel quòd Saul sorte deprehendit Ionatham filium suum comedisse fauum mellis contra edictum, quod posuerat: 12. q. 2. §. item opponitur quia illa & similia per mittebantur ante euangelium, quæ tempore perfectioris disciplinæ sunt eliminata. 26. qu. 2 §. is ita ergo hoc tempore licitum erat, quia fiebat authoritate diuina. unde facientes excusantur à sortilegio, sicut à rapina: ut 14. q. 5. dixit. & ab homicidio: 23. q. 8. occidit. & ab adulterio: ut s. de diuor. gandemus. ut & no. s. de cle. pug. in duel. §. an sit offerendum. uer. nec excusat. & præceden. & seq. Item alia ratione non obstant exempla: quia priuilegia singulorum non faciunt legem cõmunem, ut 27. q. 2. non exemplo. Vel dic, quòd sors non est aliquid mali in sua natura: prohibetur tamen, ne propter assiduitatem utendi labantur homines in idolatriam: sicut dicitur de iuramento, & uini potatione: s. de iureiur. & si Christus §. quædam. Vel aliter: Sors non est aliquid mali: imò ad exempla s. dicta sequi possunt sine peccato, in casu quem habes. j. eo. §. quo casu. uersi. ult. Vel sic. Sors nõ est aliquid mali quo ad scientiam, sed exercitium malum est. ꝙ dic ut no. suprà, de magistr. §. quam scientiam. & uers. sequent.

2 b **Quot † sint eius species.** [b] Scire debes, quod genus diuinationis à Persis fertur allatum fore. Varro autem diuinationũ dixit quatuor genera fore: sicut sunt quatuor elementa. fit enim diuinatio in terra, quæ uocatur Geomentia. à geos, quod est terra, & mantos quod est diuinatio. Fit etiam in aqua: & hæc uocatur hydromantia ab hydor, quod est aqua. Item fit in aere, quæ aerimentia appellatur, ab aere. Item fit in igne, quæ nominatur pyromantia, à pyr: quod est ignis. & qui dicantur sortilegi, & qualiter, no. s. e. ti. in princ. Diuini autem dicti sunt, quasi Deo pleni, quia diuina re se fore plenos simulant, & astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniecturant. Sed Aug. dicit duo genera fore, artem & furorem: s. quia alij per quandam doctrinã hominum falsam, seu superstitiosam, ex quibusdam signis coniecturando in multis committunt, siue delinquunt. alij quasi furiosi à dæmoniis attriti uaticinia prædicunt. Sunt autem diuersa nomina talium, & sectæ diuersæ. quid autem obseruent, & qualiter diuersis nominibus nuncupentur, legitur 26. q. 2. illud. & q. 3. & 4 c. 1. De generibus etiam dæmonum uaria nunciantium inuenies. ea. q. sciendum. Et quòd dæmones per exteriora mentes hominum & motus animorũ cognoscant, & deprehendant, res occultissima est: ut ea. q. quodam loco. Alij igitur dæmones consulunt, ex quibus quasi licentiori uanitate aruspicũ, id est, horas & tempora obseruãtium & inspicientiũ. & augurum, id est, ad uolatus auiũ & uoces intendentiũ. aliaque signa rerũ, uel obseruantias improuisas hominũ occurrentes ferentiũ libri, ad hoc genus pertinent, quasi dicat, minus delinquunt: ut 26. q. secunda. illud. & q. 5. non oportet. & c. aliquanti. quæ omnia prohibentur ut ibidem.

3 **In quo † casu** prohibeatur, uel concedatur. Et quidẽ sors in omni casu generaliter prohibita est. [c] unde Apostolus: Dies obseruatis, & menses, & tẽpora, & annos: unde timeo ne fortè sine causa laborauerim in uobis. 26. q. 2. §. his ita respondetur. Ligaturæ igitur: siue remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue in notis, quas characteres uocant, seu aliis quibusque rebus ligandis uel suspendendis consistant, quamuis Physica uocetur, ut naturæ prodesse uideatur, sicut in summo aurium uel digitis, causa sortilegij de ossibus strutionum ansulas, id est, an nullos deferre damnatæ sunt. Aut si tibi singultienti dicatur, ut dextra manu pollicem teneas: his audiungunt & hi qui saltum trebri timent. Vel quòd duobus amicis iunctim ambulantibus puer aut lapis interueniens ipsos diuidat, malũ nunciatum credant. Vel quòd domi redeunt, si pes fortè offensus fuerit. Qui etiã seruant constellationes, siue sub qua stella aliquis natus sit, uel quota sit luna. Nulla etenim talia, uel his similia, sunt à uerè fidelibus obseruanda: nec futura diuinanda seu prænuncianda: nec futura in tabulis, seu codicib. requirenda, nec aliqua diuinatio uel sors credenda, ut 26. q. 2. illud & c. sed & illud. & q. 5. §. 1. per totum. & j. eod. capitu. primo. & 2. Sed nunquid in colligendis lignis, uel putandis uineis, uel terris colendis, uel in dandis potionibus licet lunam considerare, & tẽporis qualitatem? Dicas quòd non, si fiat superstitiosè, uel si credatur necessitatem inesse superioribus: superiora enim non sunt rerum causæ, licet sint signa rerum: & sic intelliges. 26. q. 5. c. 3. aliàs autẽ hoc licet, sicut docet astronomia & sicut seruant nedum medici, sed & coloni experti, & facit ad hoc quod no. s. e. §. uer. ligaturę. ibi, quæ medicorũ, & c. hæc enim ex arte sunt, non sorte & naturaliter considerantur, non superstitiosè. Superstitiosa igitur reprobantur. nam per dæmonũ fallaciã illuditur curiositas humana, quando homines impudenter scire appetunt, quod nulla ratione eis cõpetit inuestigare: ut ea. q. nec mirũ. ad fi. 1. col. Sed & qualiter mulieres, quæ profitentur se nocturnis horis equitare cum Diana, uel Herodiade: à dæmonibus illuduntur, inuenies. 27. q. 5. episcopi. De presbyteris uero, qui altaria denundaut, uel cantant requiẽ pro uiuis ut moriantur, legitur 26. q. 5. quicunque. Hodie igitur non est, id est, esse non debet auguriũ in Iacob, nec diuinatio in Israel. Qui enim sine Saluatore salutem vult habere, & sine sapientia se prudentẽ fieri existimat. non sanus, sed æger: non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in fatuitate noxia permanebit: ut 26. q. 2. qui sine Saluatore. Et breuiter, nec dies Aegyptiaci, nec Calendæ Ianua. nec initia mensiũ, nec dies, nec menses, nec anni nec cursus lunæ, uel solis, uel syderũ, nec sortes Apostolorum obseruari debent: nec carmina herbarũ, nec pictatiolæ, id est, characteres scripti credi debent: imo hæc & similia propter Symbolum & orationẽ Dominicam condemnantur: ut 26. q. ult. si quis calendas. & c. præceden. & c. seq. & q. v. non liet. Veruntamen dæmonium sustinenti, licet petras uel herbas habere, sine incantatione: eo. c. fin. Sed & hi, qui per 12. cœli signa nascentium mores, actus, & euentus, aut quem effectum uitæ habeat, qui nascitur conantur prædicere. reprobantur. 26. q. 4. igitur. uersi. Genethliaci appellati sunt. & q. 2. illud. uersi neque ab hoc genere superstitionis. Sed nunquid licet recurrere ad sortes, & ad inspectationem astrolabij, uel alias inspectiones pro rebus perditis recuperãdis? Dicũt quidam quod sic, dummodo non fiant inspectiones huius cum inuocatione dæmonum, uel alicuius superstitionis. dicas contrarium, ut j. e. ex tuarum & apparet in his quæ no. s. e. §. uersic. nec furta. & præcedentibus. & seq. nec obst. 26. q. 2. hi qui. nec ꝙ dicitur, quod non statim, tamen cum non superest humanum auxilium, recurrere possumus ad diuinũ. 22 q. 2. qualiter quia loquuntur de comparatiua permissione. nec ob. 37. dist. si quis grãmaticam. nam licet dicatur ibi, quod geometria & arithmetica habeant in sua scientia ueritatem, subdit tamen ꝙ non sint scientiæ pietatis: uel responde, ut no. s. e. §. quid sors. uer. sors igitur est ars diuinandi, & seq. usq; in fi. Nec moueat quis, quia plerunq; euenire uidet quæ ab aliis prædicũtur. hoc enim permissu Dei fit, ut ipsi qui hoc uident uel audiũt probent quali fide sint uel deuotione erga Deum: unde in Deuteronomio ait populo Moyses: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signũ aut portentũ: & venerit qđ locutus est, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audietis uerba ꝓphetæ, aut somniatoris, quia tentat nos Deus noster: ut palàm sciat: utrum diligamus eũ, aut non, in toto corde nostro, & tota anima nr̃a Deum uestrum sequimini, & ipsum timete, mandata eius custodire, & audite uocem illius, ipsi soli seruietis, & ipsi adhærebitis: ut 26. q. quinta. nec mirum. § ultimo. Plerunque etiam per malos miracula fiunt, quod dic ut no. s. de uenera. sanc. Et sic prohibetur omnis sors, omnis diuinatio, & omnis fantasia: quia ad solum Deum pertinet noticia futurorum, ut 26. q. 5. §. 1. ff. de iudi. sed & si restituatur. §. ult. unde appetens talia peccat, non modicum:

ADDITIONES.

a Quid sit sors. ¶ Adde doc. in rub. eod. tit.
b Quot sint eius species. ¶ Adde in sum Pisanella in verb. sortilegium. in § j. & ij. & per S. Th. ij. ij. q. xcvj.
c Generaliter prohibita est. ¶ Adde gl. & ibi Io. de Ana. in c. fi. de sorti'eg. & per Arch. xxvj. q. ij. in gl summ.

dicum: quia vult videri similis Deo, propter quod Lucifer à cælo cecidit, Adã Paradisum amisit. nec enim Papa sustinet, quod aliquis attentet ea, quæ sibi retinuit priuilegio speciali, vt s. de transla. episcopi. c. j. & de vsu pallij. nisi specialis. & de offic. lega. quòd translationem. ideo in omnibus prohibita est sors, etiã in electionibus: vt j. e. c. vlt. & no. s. e. §. quid sit sors. †Sors etiã aliquando concessa est & permissa, si fiat ad dirimendas lites, vel si contentio sit de electione aliquorum, & in omnibus inueniatur paritas, vtrobique exemplo Mathiæ, secundum Io. Lau & Ray. ut 16 q 2. non exemplo. & q. 5. non licet. Sed illud speciale fuit, vt ibi dicit, ideo sortis vsus in electionib. perpetua prohibitione damnatur, vt infrà eodem. capitu. vlti. quamuis idem dicant Deum posse consuli sortibus, Apostolorum exemplo, qui eas non faciebant, nisi collecto coetu fratrum, & precibus ad Deum effusis: vt dicit Beda in c. non exemplo. quod non credo verum, nisi fieret authoritate Papæ. dic ergo, quòd in casu isto vel iterum eligetur, vel superior gratificabit, secundũ Gof. quod dic vt nota. suprà, de electio. §. qualiter sit facienda electio. post verbum concilij, & sanior. ver. vbi autem omnia æqualia sunt. Sed in iudicijs dubijs ipsum admitto in his, quæ temporalia sunt vt ff. de iudi. sed cum ambo. & C. communia de le. si duobus. 21. dist. cleros. & sic intellige quòd sors non est aliquid mali, vt no. s. §. quid sit sors. & ff famil. ercisun. si quæ sunt. & de fideicommiss. liber generaliter. §. quid ergo. quod & ipsum intelligas de sorte simplici, quæ fit cum loris, vel cum paleis, sine aliqua superstitione.

5 **Quæ sit pœna** † sortilegorum. Et quidem secundum leg. bonorũ publicatio, & decapitatio: vt no. s. de magistris. §. quam scientiam. uer. ars. sed secundum canones imponitur spiritualis pœnitentia 40. dierum, ut j. e. c. j. & si peccatum notorium est, eucharistia denegatur. de consd. st. 2 pro dilectione. Item ecclesiastica pœna infligitur: qa si clericus sit, deponendus est, & in monasterio detrudendus: si laicus, excommunicandus. quod exaudi, quando dictam pœnitentiam agere renuit uel si criminaliter accuset. sic intellige 26. q. 5. nõ oportet. & c. si quis episcopus, aut presbyter. & c. aliquãti. & quæst 7. admoneant. ut tamen quando pœnitentiam contemnit agere, ab excommunicatione incipiendum scias: ut 26. q. 5. si quis clericus. sed crescente contumacia augmentari debet, & pœna etiam in laicos, qui si serui sint uerberibus castigantur, si liberi in conclusione digni, districtaque sunt in pœna redigendi, ut eadem q. contra idolorũ. Episcopus etiam tales turpiter dehonestatos de parochia sua eijcere debet. 26. q 5. episcopi. quia decaluare potest eos, id est, uestes & capillos antè & retro incidere, sicut in quibusdam locis, de consuetudine obseruat: & de hac decaluatione loquitur. 22. q. 1. de benedicto. Sed & tales infames sunt: 2. q. 8. quisquis. Cùm igitur omnia per Deum facta sint, quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius. immutari, aut transformari in aliã speciem, uel aliam similitudinem, nisi ab ipso Creatore fiat, proculdubio infidelis est, & pagano deterior: unde omnibus ne talia uel his similia credant, est publicè nunciandum, secundum Goff. ut 26 q. 5 Episcopi. ad fin. ecclesia tamen in casu sortilegia credit, & propter ipsa matrimonia separat: 23. quæstion. si per sortiarias. & quod dic, ut no. s. de frigidis. §. qualiter. uer. confitebuntur. & seq.

DE COLLVSIONE DETEGENDA. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Collusio quid sit.*
2 *Quis colludere possit.*
3 *Qualiter quis à lite posit discedere.*
4 *Colludens qua pœna feriatur.*

Qvoniam in accusationibus criminum, de quibus dictum est, sæpe colluditur: dicamus, Quid sit collusio, Quis colludat, Qualiter quis à lite discedere possit, Quã pœna colludens feriatur.

1 a **Quid sit** †Collusio. a inter actorem, & reũ latẽs & fraudulenta conuentio, qua interueniente, & aliquã do delicta remanent impunita, uel etiam committuntur: ut colligitur j. e. c. j. & c. audiuimus. & c. ult. quæ aliquando committitur in criminalibus, aliquando in ciuilibus, ut ibidem, aliquando in causa status: puta cùm dominus accepta pecunia, uel aliàs malitiosè permittit se à seruo suo in statu iudicio superari. quę collusio detegenda est, & datur præmiũ detegenti: quia adiudicatur ei seruus: vt ff. e. l. j. quod dic vt no. s. de senten. & re iud. §. quibus noceat. ver. 5 & seq. In criminalibus quoque committitur, qñ s. accusator veras criminum probationes abscondit, seu dissimulat, falsas verò excusationes admittit. & per hoc incidit in vitiũ præuaricationis, & extra ordinem punitur: 2. quæst. 3. §. præuaricator. ver. sciendum. & §. præuaricationem. vel quando accusator in vniuersum ab accusatione desistit, & per hoc incidit in vitium tergiuersationis. & in 5. lib. auri punitur, & infamis fit: ff. de præuari. præuaricationis. in fi. Sed si absens est accusator & tacitus nolit procedere, grauius punitur: ff. de pœnis. absentẽ §. 2. Sed & clerici plerunque colludentes super ecclesia, quam possident, se superari permittunt retinentes eandem, & certam pensionẽ superanti reddentes, vt sic superantes in ecclesia ipsa post mortem suam succedant: sed non valet quod agunt, imò tales ecclesia super quam collusum est, sunt meritò spoliandi, seu priuãdi, cùm in fraudem episcoporum & aliorum, ad quos collatio ipsarum pertinet, talis collusio attentetur: vt infra eod. audiuimus.

2 **Quis colludat.** †Et quidẽ colludit principalis persona, quæ ad iudiciũ prouocauit, vel prouocata est. colludit & aduocatus, qui si in causa criminali colluserit, extra ordinem punitur: 2 q. 3. § notandum. ver præuaricator. Colludit & procurator, qui dolose se patitur superari contra quem agitur de dolo, si soluendo sit, aliàs contra illũ cum quo collusum est in subsidium, nisi in se transferre paratus sit actionem: ff. de dolo. eleganter. §. pen. argu. ff de eo, per quem factum est l. fi. Colludit laicus, colludit & clericus: & patet in his quæ no. s. eo §. proxi.

3 **Qualiter† quis** à lite discedere possit. Et certè aut est tẽporalis, aut spiritualis: si tẽporalis, aut ciuilis est, aut criminalis, aut mixta. Si ciuilis sit lis: potest quilibet discedere à lite per pactum, vel transactionem, nisi famosa sit actio, in quo casu si pacisceretur sine licentia iudicis, infamis remaneret reus: sed iussu pretoris liceret sine aliqua infamia: vt ff de his qui no. infa. athletas §. vlt. & l. seq. & l. furti. §. pactus. & § q iussu. aliàs autẽ libello semel oblato, aduersario contradicente, non licet discedere sine metu expensarum: vt C. quomodo & quando iudex auth qui semel. & no. s. de libel. obla. § vtrum actor. Si verò criminalis causa sit, lite non conte. discedere licet: vt s. de accus. licet. §. quia verò ff. ad Tur. mulier. & l. quæsitum. nisi nomen receptum fuerit inter reos, vel nisi ex hoc ipse accusatus remaneat infamatus, etiam reo non consentiente, aliàs non licet, nisi de consensu iudicis & rei: vt C. de abo. l. 3. 5. q. 1. quidam. Sin autem accusator aliter destiterit, incidit in Turpi. si crimen quod intentabat publicum erat: vt C. ad Turpi. l. j. & punitur fideiussor eius in quãtitate promissa & ipse extra ordinem punitur, pro motu iudicis cum nota infamiæ: vt C. ad Turp l. 2. & ff de cus. & exhi. reo. l. vlt. & de præuari. si is. Sed si priuatum erat extra ordinẽ punitur: ff ad Turpi. si quis repeteret. in fin Hæc secundum leges: nam secundum canones, omne crimen publicum censetur, vnde non licet discedere per transact. seu gratiã sine authoritate iudicis factã: alias nihilominus quæretur de crimine, etiam si extraordinarie in modum inquisitionis quærebatur: vt j. e. c. j. & 2. & vlti. Iudex tamen in crimine, in quo dispensare potest, indulgere poterit abolitionem & gratiam facere, si partes consentiant. 5 q 2. si primates 90 distin. c. 1. & c. studendum. 2. q. 3. si quem pœnituerit. § præuaricator. aliàs inquiret, vt dictum est. C. de genera. aboli. l. 2. & l indulgentia. In causa autem mixta: puta quando agitur ad thori separationem, vt suprà, de procur. tuæ. quandocunque recedi potest ante sententiam: vt s. de adulter. si vir sciens. & de diuor. ex literis. nec mirum, nam & condemnatam de adulterio potest sibi uir reconciliare. suprà, de conuer. coniug. gaudemus. s. de dona. inter uir. & uxor plerunque. 32. quæst. 1. de benedicto. quia non solùm septies, & c. ut s. de iureiur. quemadmodum In spirituali tamen licet quandoque per gratiam à lite discedere. Sed qui sine iusta causa discedit, punitur. 2. q. sexta. qua propter. s. de si. nemo. Sed ab ea non licet discedere per transact. uel pactum, quamuis admittatur amicabilis compositio: quod dic, ut no. s. de transactio. §. & in quibus cesset. uer. item cessat in spiritualibus. præterquam in causa matrimoniali: ut s. de transact. c. ult. & de rer perm. c. ult. Vbi uerò in causa criminali, uel spirituali aliter quis desistit, quã debeat, ad iudicem pertinet nihilominus ex officio suo inquirere: j. eo. c j. & 2. C. de abo. l. 2. & l. fallaciter.

ADDITIO.

a Quid sit collusio. ¶ Adde gl. in c. 3. eo. tit. gl. in c. cum clerici. 2. q. 7. Doc in rub. eo. tit. de hac materia vide per Bar. in l post contractum. ff. de don. & an collusio committatur in causa ciuili vel criminali. Vide per Arch. in c. si quem. 2. q. 3. Io. de Ana. super ista rub.

citer. ita quòd si in modum accusationis agebatur, quæretur iterum de antiquis criminibus, aliàs si collusum non esset, uel si agebatur in modum inquisitionis, quæretur de nouis tantum: j e.c.fi.& s. de cele.miss.literas. Vbi verò collusum est, iterum quęretur: nec enim tenet sententia per collusionem lata.ii.qui,iii.si quem pœnituerit.ff.e.l.ii.& iii.& l.sententia. Ideo sicut probata præuaricatione denuò accusatur absolutus: ff.de præuar.l.iii.sic & probata collusione, vt dictum est.de hoc no.de sen.& re iud. sub rub.de re iud.§.quibus noceat.sub §.hæc tamen regula.ver.& quod dixi.& seq. Sed vbi ex iusta causa vult desistere quis, iudex abolitionem indulgere debet.C.de abol.l.j.& ii.quæst.iii.§. abolitio.

4 Qua pœna colludens † feriatur. Et quidē sine pena trāsire nō debet.vt q.ii.q.iii.si quē pœnituerit. Clericus enim super beneficio colludens, priuatur eo: vt s.e §.i.ver.sed & clerici. Qualiter etiam in criminalibus puniatur.no.s.e.§.i.uer.in criminalibus. In causa status is qui colludit, perdit ius in persona illius, de cuius statu agebatur.& applicatur illi, qui collusionem detexit: ff.e.l.i. C.e.l.fi.de in ius voc.adoptiuū.§ patronū. Qualiter etiā puniat aduocatus & procurator colludens, no.s.eo §.quis colludat. In aliis autem ciuilibus causis punitur colludens pro motu Iudicis quem deliquit: s. de offic.delega.de causis.& breuiter omnes calumniosi pro qualitate admissi criminis extra ordinem puniuntur: vt ff.ad Turpi.& in priuatis.& si priuatū sit crimen.officio iudicis culpa coercetur: ut ff.ad Turpil.si quis.§.ultim.& de præuaricator.l.secunda.ut notat.in superioribus: & s. de calum. §. quando.& §.quali pęna.

DE DELICTIS PVERORVM Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Minor si delinquat, an & quando puniatur.* 2.
3 *Delictum propriè quid dicatur.*
4 *Pupillus proximus pubertati, an puniatur temporaliter.*
5 *Mater pupillo tutorem petere confestim, & in quibus casibus debet, excusatur.*

1 QVia nedum † delicta à maioribus annis cōmissa, punienda sunt, imò etiā si à minoribus annis committantur: licet non ita seuerè, vt patet ex seq. videamus de delictis puerorum, ex quo vidimus de delictis maiorum: dicentes, quādo & qualiter puniantur: & certè distinguendum est, vtrum minor delinquat ex culpa seu negligentia, non ex proposito animi: an ex certa scientia. Si minor delinquat ex culpa seu negligentia, non ex proposito, mero iure obligatur. Sed tamē restitutionem petere potest, siue ciuiliter conueniatur, siue criminaliter accusetur. C.si aduer deli.l.i. Si verò ex certa scientia deliquit, si quidem ciuiliter conueniatur, non restituitur, nisi potuerit confiteri, ne teneretur dupli, & maluit negare. hic enim in hoc solum restituitur, vt pro pfesso habeatur. Item si potuit transigere, maximè in negotio, siue actio pęnali restituitur, vt habeatur pro transacto, scilicet tanta quantitate, quanta transigere potuit. quod si certa summa non apparet, accipietur & æstimabit arbitrio boni viri, quia verisimile est eum transigere potuisse: vt ff.de mi.si ex causa §.nunc videndum.& § si in commissum.nec efficitur infamis cùm authoritate iudicis fiat transactio: vt ff.de his qui not.infa. furti.§.qui iussu. Sed si conueniatur ex delicto suo commisso ex proposito, non parcitur ei.tamen secundum quosdam in falsa me.tallit hæc regula, qa ibi parcitur impuberi: C.de falsa mo. l.i.ad fin. Sed certè ibi non dicitur, quòd deliquerit, quinimò excusatur, & præsumitur ignorare: ergo in proprio delicto non parcitur: vt C.de pœnis.impunitas.xv.q.i.illa.xxi.q.v.si quis cuiuslibet. vbi qui clericum damnatum per episcopum defensare vult non excusatur propter ætatem, vel sexum: sed nec in aliis parcitur: nisi quatenus miseratio ætatis produxerit iudicem ad mediocrem, siue mitiorem pęnam: vt j.e.c.i & de conse.distin. iii.c.eos ff.de min.auxilium.§.in delictis.sic & parcitur senectuti: ff.de termi mo.l.ii.ad idem s.de aposta.ex literarum. In adulterio autem, vel alio crimine, quod pro adulterio lex Iul punit, puta si precium accepit pro comperto stupro: vel domum præbuit ad stuprum, uel adulterium cōmittendum, districtè punitur, in nullo enim eidem parcitur, aduersus præcepta legum nemini cùm committat in legem: ut ff.de mino. auxilium §.in delictis.& l.si ex causa. Sin autē petat sibi subueniri in delictis non à se, sed ab alio commissis puta vt liceat ei accusare delinquentem, qui liberatus est à pęna criminis præscriptione temporis, nullo modo restituitur ratione ætatis, licet maior restitueretur ratione absentiæ: vt ff.de min.auxilium.& ex quibus causis maio.si qua.

2 † Et dicitur propriè delictum, quod committitur in omittendo, dictumquasi derelictum: plerunque tamen ponit & pro his quæ omittuntur, & pro his quæ fiunt, seu committūtur. Item licet maior sui corporis ludibrium faciens ipso iure infametur, vt C.ex qui.cau.infa.irro.l.pe. ipse seruatur illæsus: vt ibi: fortè quia se tantùm lædit, non alium. Item iuuatur minor secundum Pla.ipso iure, vbi habet ratum delictum ab alio commissum, quasi non verè crimen admittat, qui ratum habet. sed secundum Azo.hoc nō probatur l imò ratihabitio cum fiat ex animi sciētia, retrotrahit: vt ff.de vi & vi arm.l.j.§. quoties.& de reg.iur.hoc iure.respon.j. Patet ex superioribus, quòd locutus est Azo de minore maiore xiii ann.minor enim xiiij.an non tenetur.l.Iul.de adul.ff de adul.si minor. Solet tamen in quibusdam malitia anticipare tempora pubertatis.s.de despon.impu. à nobis.& c.puberes.& aliquando tentant, quod forsan complere nō possunt.s.de spō.iuuenis.& c.fi.in quo casu ipsos peccare intelligas, si alias mulieres tantauerunt quàm vxores, ius tamen præsumit, quòd in pueris locum non habent peccata, quæ membris genitalibus committuntur.j.e.c.j vnde dicitur, quòd omne delictum cadit in impuberē, præterquā delictum carnis. quod intelligas, quo ad spiritualem, & pœnitentiam à sacerdote petendam.ex quo tū vij.annos excessit, quia talis potest mentiri, & verum dicere. vt dicit Augu.in epistola ad Renatum episcopum.sic.n.habetur in gl.super c de cons.di.iiij.paruuli. septennis ætatis pueri & mentiri, & verum loqui, & confiteri.& negare iam possunt, & ideo cùm baptizantur, & symbolum reddunt & ipsi pro se ad interrogata respōdent.nam & mēdaciis, & periuriis plena est puerilis ætas, j.eod.c.j.& quamuis iurare non debeant: xxii.q.v.pueri.& c.paruuli.& c.honestum.si tamen iurauerit, valet pupilli iuramentum. potest ergo puer deierare.ff.de lib.cau.l.vlt.& furtum committere, vt ff de fur.impuberē etenim malorum mores infirmitas animi nō excusat, vt C.si aduer. delic.l j.hoc denotat mens verbi positi j.eo.pueris grādiusculis. non dixit, infantibus.nec dixit, pueris grādibus, sed grandiusculis.quasi dicat.de maiorib.viij.an loquor.infantibus ergo in nullo imputaretur, vt C.de iur.deli.si infanti.quia eius ætas quid videat ignorat.C.de fal.mo.l j.de conse. dist.iiij.eos.ff.de ædil.edi. cùm autem.§.excipitur. vnde nec puniri potest, quia sciens fallere non videtur.ff.de iureiu.qui iurasse.& de iur.& fac.igno.l. vlt.& de arbi.diem proferre.§.coram.& de acq.hære. pupillus. & ex qui.cau.in pos.ea.si pupillus. Inuenitur tamen in dialogo, ꝙ quidā puer v.an.iurans, detestans seu blasphemans à diabolo raptus fuit, sed in illo malitia supplebat ætatem, nam si non esset doli capax, etiam septenni non imputaretur peccatum.ff.de re. iur. pupillus.ff.ad l. Aqui.sed & si quemcunque.§.j.ff.de dol.hæredibus.§.j.illud autem regulariter dicitur in iure, quòd minor vii.an.nō sentit, vt s.no.& ideo nō punit. Sic & alienatus à mēte non tenetur.xv.q.i.aliquos.& c.illa.xvii.q.i Consaldus. quod quidam dicunt verum, nisi culpa sua incidat quis in furorem, xv.quæstione.prima. si quis insaniens. alii non admittunt hanc dist.maior igitur vii.an delinquere potest quo ad Deum, & spiritualiter punitur.vt dixi.

3 † Sed nunquid maior vii.an. minor. xiiii.temporaliter puniendus est? De spirituali pœna non est dubium, vt dixi, quamuis mitius agatur cum eo, vt no.s.co.ver.sed si conueniatur.& sic intelligo j eo.c.i.temporalis autem pœna videtur, quòd non sit imponenda: vt infrà eodem.ca ii. Sed contrà in concor.signa.supra, versi.sed si cōueniatur.& C.si aduer. deli.l.i.& ff.de dam.infe.damni.§.si pupillus.& ad Sylla.sena.cō sul.l.ii.§ impubes.

4 † Ideo dicunt quidam, quòd si pupillus proximus sit pubertati, punitur etiā temporaliter. Sin autem proximus sit infantiæ, non tenetur: sic distinguitur. ff.ad l. Aqui.sed & si.§.iniuriā.& ff.ne vis fiat ei, q in pos.mis.l.i.§ hoc edicto.& de doli excep apud Celsum.§.illa.& §.seq.& de fur.impuberē. de regu.iur.pupillus: & secundùm hoc intelliguntur concordantiæ signatæ s.versic.prox.de infante vel proximo infantiæ. nec ob.j.eodem ca.ii.quia ibi abbas volebat punire patrem pro filio, vnde illicitè faciebat, vt C.ne pater pro filio.l.vnica.& ff.de mino.si pater.quia peccata suos debent tenere authores, vt s. de his quæ fiu.à ma.par.cap.quæsiuit. Sed cùm dicat, quòd si infrà xiiii.an.delictum commisit, nihil exigat à patre abbas.patet à contrario, si post xiiii.ann.commisit, potest abbas à patre exigere pœnam.nisi dicas, quòd contineat gratiam in principio, vel nisi subaudias maximè, multoties enim vacat.arg. à contrario sensu: vt s.de testa ad hoc.& C de episc.& cle.conuenticulam. Vel dic, quòd si minor xiiii.an.delinquat, tenetur respōdere, quatenus interest illius, contra quem deliquit: vel licet vltra teneatur, mero iure potest petere restitutionem.ar.ex his quæ no.s.e.ver.si verò ex certa. sed tamen loris & virgis castigari potest. vt s.ad Syllan.senat.consf.l.ii.§.impubes. & per parentes leniter: per Iudices verò seuerè, secundum quod atrocitas facti requi-

requirit: vt C. de emend. propin. l. vnica. & sic quatenus pœna temporalis pecuniaria vltra interesse delictum passi requirit, subuenitur minori. sed in corporali non subuenitur, nisi quatenus, &c. vt s. sed si conueniatur. & de hoc no. j. de pœ. § cui. sub §. cui pueri.

Illud no. dignum, quòd in quodam omisso iuuatur minor mulier ipso iure, s. quando non petiit tutorē filio suo: C. si aduer. delict. l. 2. & licet de hoc no. s. de pig. § qualiter contrahatur. sub §. conuentionalium. uer. quinimò. & seq. hic tamē plenius terminatur. igitur, quia hæc materia practicatoria est, scire debes, quòd non solùm matri imponitur necessitas petendi tutorem, quinimò omnibus, qui ex testamento, uel ab intestato ad successionem eiusdem pupilli proximi vocantur, quātuis om repellerentur ab intest ato tantùm. ff. eo. l. 1. & l. fi. vt C. de leg. hæred. sciant. legatum verò, siue fideicom. sibi sub hac conditione si pupillus intestatus, vel sine liberis mortuus fuerit, relictum non amittit. ff. eo. l. fi. §. pen. Si verò is, qui ad successionem vocatur, proximo tutorem non petierit, à successione pupilli repellitur, & sequens post ipsum admittitur. Ideóq; si mater non petiit, admittuntur hi, qui venirent si mater non fuisset: aut si nemo sit, bona vacabunt: ff. ad Tertul. se con. siue ingenua. §. fi. Sed quādiu aliquis de parentela superest, fiscus excludit. C. vnde vir & vxor. l. vnica. † Debet ergo mater tutorem petere filio suo confestim, id est, vbi primùm prætoris copiam habuit huic rei cedentis: nisi fortè infirmitate, vel alia magna ex causa impediatur tutorem petere: ita tamen, vt nullo modo annale tempus excedat, vt ff. ad Tertu. se. con. l. secunda. §. cōfestim. quasi dicat, circa annum aliqua potest admitti excusatio: & pœnam patitur mulier, si excusationem afferat: sed elapso anno, non poterit excusari ea ratione, quòd tutorē petere fuerit impedita. & est simile quod nota. s. de rescriptis §. quod cui præiudicet. versi. sed quomodo intelligemus. Quid ergo, si per totum annum impedita fuerat? & quidem mittat procuratorē ad petēdum, antequam annus elapsus sit: C. qui petant tut. uel cura. cùm à matribus. Quid si non potest inuenire procuratorem? faciat contestationē ante lapsum anni: arg. C. de anna. exceptio. vt perfectius & s. de officio ord pastoralis. §. fin. Quid si semel copiam prætoris habuit, & sic in mora fuit: & postea compulsa siue admonita à libertis, vel parentibus intra annū tutorem petiit? & quidem in pœnam incidit. Secus, si non habuisset copiam iudicis, nec in mora fuisset, quia tunc non excluderetur. ff. ad Tertullianum siue. §. si mater. versi. quid ergo, si perijt. Quid si ideo non petiit, quia pater, qui ipsam tutricem reliquerat, hoc prohibuit? & quidē incidit, nisi petat, vel administret: vt e. § ver. quid si pater. Quid si filiæ, vel nepoti vel nepti, nō petijt: vel si non petiit curatorem, subaudi ad litem, etiam impuberi dari? nam matris solicitudo in petendis curatoribus, nedū tutoribus versatur, vbi impuberi curator peti debet. ff. e. l. 1. Item qd. si cùm prægnans esset, vel cū pupillus apud hostes esset, non petiit bonis curatorem dari. Item quid si furioso non petiit dari tutorem, vel curatorē? & quidē in omnib. his casib. in pœnā incidit, vel ex verbis vel ex mente, quia eadem ratio est in omnib. vt in e. §. versi. filiis autem. & seq. vsque ad vers. non solum. Quid si indignum, id est, minus habilem ad tutelam scienter petijt? Si tribus tutelis oneratum vel aliàs priuilegiatum: & talis suscepit, excusata est, si locupletem, & prætor dedit, quamuis moribus indignum, excusatur. si pauper est, non excusatur: quāuis iudex errās ipsum dedit, vel petitionē secutus matris in hoc enim casu delictum iudicis est. Sed & matris punitur consilium, sed nec excusatur, si priuilegiatus se excusauit: uel vbi prætor indignum dedit. Sed & punitur, si tutorem per patrem minus legitimè datum decreto non petiit confirmari. ff. eo. qui petant tutores, vel curatores. l. fina. respons. 1. & si tutore dato excusato, vel reiecto, vel mortuo, confestim alium non petiit, & si datum non compulit immiscere se tutelæ: quamuis illud non imputetur, si suspectum non accusauit: vt omnia hæc probantur ead l. & eodem. § ab illo. versicu. non solùm vsque ad §. confestim. & ff. eodem, l. secūda. nisi fortè pluribus datis, & vno remoto, vel mortuo alius superstes sufficiat. Sed si tutore accusato decernatur alius adiungi, incidit mater in pœnam, si non petiit: licet nō teneatur facere suspectum: vt. s. not ff. e. l. fin. §. 1. & §. fi. Sed nec excusatur mater iure, ignorantiæ velamento, vel quòd dicat filios naturales, & non legitimos, nam & talibus debet tutorem petere: aliàs se successione indignam reddet vt C. qui petant tutor. vel curator. l. finali. Hæc quæ dixi, vera sunt, si filius impubes moriatur: sed excusatur mater, si filius pubes morit: quam uis ei impuberi tutorem non petierit infra annum, vt C. ad Tertull. se. con. matres. & l. omnem. C. de legi. hæred. sciant. Secundo, excusatur, si mortalitate filij præuenìatur: vt ff. ad Tertul l. secunda. §. confestim. Tertiò excusatur, si infirmitate, vel alia causa legitima, vel quia non habuit copiam iudicis, impedita fuit. quod dic vt no. s. e. ver. debet ergo. & seq. Quartò excusatur, si procurator quem ad petendum tutorē miserat, mortuus est. C. qui petant tuto. vel curato. cùm à matribus. quòd intelligas, nisi ex quo audiuit mortē procuratoris, in mora fuerit petendi, vel alium procuratorem mittēdi: vt patet in his quæ no. s. eodem ver. Sed & punitur. & ver. quid si semel. Quintò, excusatur ratione minoris ætatis: nota. suprà eodem. §. respon. 1. Sextò excusatur, si filiis penitus egenis non petiit. Septimò, si cùm non esset in mora, in petitione tutoris à libertis vel parentibus præuenta fuit: sicut probantur hi duo casus ff. ad Tert. l. secunda. §. si mater. uersicul. quod penitus egenis. & sequen. Octauò excusatur, si propter utilitatem pupilli hoc omisit: uel quia legatum maius hæreditate sub hac conditione, si tutorem non haberet, pupillo relictum erat: uel quia hæreditas erat grauissimis debitis onerata, unde expediebat, quòd non inueniretur tutor qui posset cōueniri: ut eadem l. §. tractari. & § ergo etiam si mater. in hoc ergo ultimo casu petant creditores dari pupillo tutorem: si sibi crediderint expedire. C. qui petant tut. l. quarta. ad monitis his, ad quos pertinet: ff. eodem. l. 1 Græca. si quidē aliquis uel fœnerator. Nono, si mater communis filii instituta sit hæres, ita ut filio pubere facto hæreditatem restituat: si tamen satisdatio fuerit remissa: ut eadem. l. § penultimo. Decimò excusatur, ubi indignum petiit ignoranter: satis est enim, eam petiisse talem, qui ex inquisitione per pretorem habita, idoneus apparuit: ff. eodem. l. finali. § finali & secundū hoc intellige quod notat. suprà eodem. uersicul. quid si indignum. Secus si scienter ut ibi no. & probatur ff. eodē. l. Græca. quæ incipit, si minores.

DE CLERICO VENATORE. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Venatio quot modis dicatur.*
2. *Et quæ & quibus sit licita vel illicita.*
3. *Piscari clericis permittitur.*
4. *Clericus venator qua pœna puniatur.*

Dictum est de delicto puerorum, q plerunque per lasciuiam delinquunt: & quia clerici uenātes eodem modo delinquunt, s. per uoluptatem & lasciuiam: & quia iuuenes potentiores sunt ad uenandum, subsequenter apponit de clerico uenatore. Vbi uidendum est, Quot modis dicatur uenatio, Quæ & quibus illicita sit, uel licita, Quæ pœna clerici uenatoris.

1 Quot modis † dicatur Venatio. Et quidē uenationū alia oppressiua. unde in Genesi: Cœpit Nembroth robustus esse uenator coram Domino, id est, hominum oppressor, permittente Domino: 6. distinct. § his ita. Alia adulatoria, quæ fit ab histrionibus, & similibus, quoties causa placendi dicunt bona de aliquo, ipsum falso cōmendando. Alia arenatoria, s. cùm quis recipit salarium, vt in arena pugnet cum bestiis feris: secus de mansuetis. Item secus, si pugnet non pro pecunia: sed vt probitatē suam probet, seu virtutem experiatur ut in concor signa. infrà eodem. § sequen. versic item de arenatoria. Alia aucupatiua: & hæc aliquādo est saltuosa, & clamosa, quæ in saltu, seu in nemore fit canum, auium, hominum multitudine congregata. Aliqā est quieta & recreatiua: puta quia priuatim exercetur causa recreationis.

2 Quę & quibus illicita sit, vel licita. Et quidē oppressiua omnibus illicita est. de hac. 6. dist § his ita. Item adulatoria hominibus illicita, & infamiam infert: vt 86 distinct. qui venatoribus. & 46 distinct. sunt non nulli. & 6 q. prima, plurimi. 3. q. 8. §. tria. ver. idem de arenatoria. ut 3. q. 7. § tria. uersi. uel qui operas. & ff. de postu. l. prima. § item senatus. & §. bestias. & de hac loquitur 86 distin. qui uenatoribus. & duob c. ibi seq. secūdum Gof. Aucupatiua autem saltuosa & clamosa licita est laicis: & sic potest intelligi, ff. de ui pub. l. 1. & Instit. de re. diui. § feræ igitur bestiæ ff. de acq. re. do. mi. naturalē. & l. Pompo. Sed clericis est omnino interdicta: ut 86. dist. qui uenatorib. & c. amputatis. sed mens proximi decreti etiam de laicis intelligitur, quib. tēpore quadragesimæ & ieiuniorum hæc uenatio prohibetur: ut no. j. e. uers. ego dico. Sed quieta, & recreatiua conceditur clericis, s. quando fit non causa uoluptatis, sed recreationis ad incitandum forsitan appetitum uel calorem naturalem: ar. s. de homici. dilectus filius A. capellanus & s. de iureiu. & si Christus. §. pen. de conse. dist. 5. sint tibi ieiunia. 1. & 2 licet secundum quosdam Episcopo omnino sit interdicta sic intelligunt. 34. distin. c. 1. & j. e. c. 1. secundum Da & T. & qua-

T. & quasi omnes. licet, n. clericis causa necessitatis, vtilitatis, vel recreationis, cum retibus, laqueis. & canibus venari, dummodo cum silentio & modestia fiat: nam & monacho licet lina texere pro piscibus capiendis. de cons. dist v. nunquam. † Sed certè piscari conceditur: venari prohibetur. [a] Et est, fortè illa ratio: quia venatio fit cum clamore: piscatio cum quiete. vel quia maior delectatio & dissolutio est in venatione, quàm in piscatione venator enim currit per deuia, sicut diabolus, cùm ducit animam captiuam: s'm Gof. & Ray. videtur tamen quòd ita prohibetur piscatio, sicut venatio. ad quod facit quod legitur de beato Martino in vita sua, vbi sic legitur, mergos in flumine cum piscatur, piscium prædam sequi, & rapacem ingluuiem assiduis vigere capturis. forma, inquit beatus Martinus, hæc demonum est: insidiantur incautis: capiunt nescientes: captos deuorant; ex saturariq; nequeunt deuoratis: sed non ita est propter ratione prædictam. Nec legimus, quòd Dñs vocauerit venatores, sed piscatores. piscatio. n sine peccato fit. sed venatio vix sine peccato erit: ad hoc pertinet q dicit Greg. in homelia feriæ quartæ post Pascha, piscatorem Petrum, Matthæum vero telonariũ scimus: sed post conuersionem suam ad piscationem Petrus rediit: Matthæus vero ad telonij negotium non resedit. quia & aliud est, victum per piscationem quærere: aliud, telonij lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negocia, quæ sine peccatis exhiberi vel vix, aut nullatenus possunt. q ergo ad peccatũ implicat, ad hoc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat. Perraró igit, & ex causa necessitatis, uel utilitatis saltẽ recreatiuæ, & non aliter clericis licitum est uenari: ut s. not. & j. e. uer. clericis uero. Ego dico uenationem omnibus interdictã, si fiat eo tempore, quo homines debent esse in ecclesia, [b] & orare, siue sint clerici, siue laici. 86. di. amputatis. de cons. distinct. iij. irreligiosa. & dist. v. ieiunia. quia uenatorem in uenatione mortuum, subaudi, ne obiiciatur de beato Eustachio, neminem legimus sanctum, ut manifestè probatur 86. dist. qui uenatoribus & c. seq. Vel illud intellige de uenatione arenatoria, quæ illicita est: ut no. s. e. §. uer. idem de arenatoria. & sic nedum in ieiuniis imò & diebus festiuis, quibus homines debent uenire ad ecclesiam, illicita est: nam cùm his diebus debeat quis ab uxore propria abstinere, sicut not s. de sponsa. sub rub. de matrimoniis. §. quis sit effectus. uer. sed nunquid peccant coniuges. & seq. multo fortius à uenatione, nisi fortè necessitate famis ingruente. arg. s. de fer. licet. Idem si apri, uel ursi uel aliæ feræ uenirent uastare segetes. & uineas clericorũ, uel etiam monachorum. arg. opt. C. de fer. l. ij. j. de regulis iur. quod non est licitum. aliis autem diebus licita est laicis, pro carnibus & pellibus habendis, aliàs non, secundum Ray. & Gof. quia & de ipsa uenatione decimas dare iubentur. xvj. q. j. quicunque. & s. de deci. non est in potestate. §. 1. per quod videtur, quòd indist. eis liceat, tamen tempore competenti: ar. s. de deci. ex transmissa. Clericis verò illicita est [c] si nimis apponant mentem in venatione, ita quod ecclesia in spiritualibus uel temporalibus exinde detrimentum patiatur, vel aliquod onus inde habeat: ut probatur j. eo. c. 1. & 2. & s. ne cleric. uel mona. c. 1. ergo necessitate ecclesiæ exigẽte licita est etiam clericis & mona. sicut no. s. e. ver. proxi. Item causa utilitatis, seu recreationis, videtur quod aliquoties possunt venari sicut no. s. e. ver. sed quieta. etiamsi episcopi sint, vel alij prælati: vt tamen non proficiscãtur cum canibus, vel auibus, quando debent visitare & prædicare. ut s. de censi. cum Apostolus § archidiaconi. sic intellige s. ne cler. vel monach. c. 1. ver. canes vel aues. nec obst. sed concordat. 34. distin. c. 1. per quod c. dicũt aliqui venationem episcopis omnino prohiberi: vt no. s. eod §. ver. sed quieta. quia nõ dicitur ibi, quòd ille episcopus venator esset tantummodo, sed incontinens: & quod circa episcopalia deses erat, & negligens: nec de spiritualibus in aliquo curabat: vt apparet ibi, nulla grauitate morum, & c. & sic ecclesia sub eius regimine periclitabatur, vt apertè colligitur ex eiusdem capituli lectione, sed nec obsunt infrà. eod. cap. 1. & 2. quia non magis ibi prohibetur episcopis venatio, quàm aliis seruis Dei, salua pœna. quod dic vt no. j. e. cap. fina. Aliqui etiam dicunt, q omni tempore illicita est religiosis: argum. 23. q. fin. si nulla. in fi. sed tu dic, vt suprà. Quid enim si reditus nedum laicorum, sed clericorum, etiam religiosorum in venatione cirogrillorum, & cuniculorum, sicut in partibus prouinciæ, vel aliarum ferarum inclusarum in parcis, sicut in partibus Galliæ & Franciæ pro magna parte consistunt: nunquid licet eis etiam propriis personis, si familia saltem deficiat, recolligere, & vendere venationem, suam sine peccato, dum tamen hoc faciant tempore competenti?

4 Quæ † pœna clerici venatoris Si episcopus sit, iij. mensibus à canone: si presbyter duobus: si diaconus, ab omni officio suspendit. sed sic videtur quòd magis puniatur minor quàm maior, contra illud suprà, de iureiur. cùm quidam. xl. dist. homo Christianus. xix. distinct. nulli. sed dicunt, quòd non est verum: quia maior est pœna in episcopo, vel presbytero, propter maius scandalum. nam sicut ex persona iniuria consideratur, & iudicatur magna vel parua: sic & pœna. arg. Inst. de iniur. §. atrox. Ego dico, quod hoc non sufficit, neque prodest: quia secundum hoc deberet suspendi episcopus duobus mensibus, presbyter tribus, non econtrà: ideo dicas quod minus punitur diaconus: quia cùm tẽpus non præfigatur, poterit iudex ipsum restituere intra duos dies, vel tres, vel quando placuerit: secus, de episcopo vel presbytero, in quibus certum tempus statuitur. arg. suprà, de offi. de leg. causis. ff. de iure de lib. l. prima. subdiaconus autem eodem honore gaudet, quo & diaconus: quia & eodem priuilegio: vt s. de ser. non ord. miramur. & de æta. & qualita. à multis. Alios autem omnes inferiores dico arbitrariè puniendos, cùm nulla certa pœna imponatur: ut s. de offic. deleg. de causis. vt tamen in omnibus trina monito vindictam præcedat: vt xij. quæsti. secunda. indignè.

ADDITIONES.

a Piscari conceditur, venari prohibetur. ¶ Adde gl. in verb. piscatores. in c. Esau. lxxxvj. dist.

b Tempore quo homines debent esse in ecclesia. ¶ Adde Card. in cle. ne in arg. in §. porrò de sta. mon.

c Clericis vero illicita est. ¶ Adde, quid si venatio sit prohibita clericis per constitutionem Episcopi, an intelligitur de permissa clericis causa recreationis, vide per Dom. de. S. Gem. in c. j. in ij. col. de iur. cal. lib. vj.

DE CLERICO PERCVSSORE. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Percussor quis dicatur.*
2 *Percutere in quo casu sit licitum.*
3 *Clericus percussor qua pœna puniatur.*

NEdum per lasciuiam delinquit clericus venãdo, imo per elationem percutiẽdo. Sic dicamus de clerico percussore, Quis dicatur percussor, In quo casu licitum sit percutere, Quæ pœna clerici percussoris.

1 Quis † dicatur percussor. [a] Is qui eum, qui nullo iure sibi subest, verberat, etiam leuiter, vel subditos etiam crudeliter. dicitur etiam percussor, qui sermone inutili corda audientium ferit: vt colligitur xlv. distinct. sanè. infrà eodem. cap. 2. & de sen. excommu. cùm voluntate. Est igitur duplex percussio, scilicet spiritualis, & corporalis. Spiritualis percussio dicitur prædicatio continua inutilis, vel indebita, & prolixa. quia est tẽpus tacendi, & tẽpus loquendi: ideo debet prælatus cauere, quod nec multum taceat, nec loquendo superflua dicat: 44. distinctio. sit rector. Si enim leue discrimen incumbit Pontificibus soluisse quod congruit, sic obseruare debent, ne indignis, & non intelligẽtibus secreta mysteria, & profunda reuelent, quia iudicium animi est talia talibus vulgare: quod fit, vel loquacitate incauta, uel adulatione, vel iactatione: 43. distinctio. dispensatio. & § sequ & 8. quæst. 1. oportet. Inutilis etiam & indebita est prædicatio, si Grammaticam exponat populo: 86. distinct. cap. cùm multa. imo debet cõsilium Domini annunciare: 43. dist. Ephesis. & proponere ante oculos hominum Dei iudicia: & terrere cruentas conscientias, & pœnitentiam suadere: 2. q. 1. si peccauerit Sed & sicut dicit Aug. turba iniquorũ, cùm facultas est in populis promouendi sermonem, generali obiurgatione ferienda est. maximè, si occasionẽ, atq; opportunitatẽ prebuerit aliquod flagellũ desuper dictum, quo eos appareat pro suis meritis uapulare: 23. quęst. 4. non põt tamen neminẽ nominabit. 8. q. 2. quid aũt. in fi. in quibus oĩbus pfecto dat intelligi quãta in prædicatione sacerdotis debet esse discretio, quasi fronte caruerit, quasi torto naso indignus sacerdotalis officij iudicat: 43. d. §. fi. Percussio uero tẽporalis est illa, quæ fit manu, vel pede, vel capite, vel cubito, vel pectoris humeri impulsu, vel cum baculo, siue lapide, vel alio genere armorum: quæ si ex malitia, vel odio fiat, peccatum est: 45. dist. beatus. & de hac satis no. j. eo. § seq. nec excusatur quis. si dicat ludens feci: s. de presum. c. fi. ff. ad l. Aqui. nam ludus. hoc tamen ex personis, verbis, tẽpore & qualitate facti arbitrabitur bonus iudex. nam & si quis specialiter, & ex ludo percutiat, non delinquit: ff. de iniur. illud. & no. s. de homi. §. qua pœna feriatur uer. sed si dabat operam rei illicitæ.

In quo †

ADDITIO.

a Quis dicatur percussor. ¶ Adde do. in rub. e. ti.

a In quo† casu licitum sit percutere [a]. Et certè de spirituali no. s̄. eo. §. proxi. sed de corporali tetigi ibidem. uer. percussio uero tempo ralis, & de hac patet ex descriptione, quòd quando subditi delinquunt, uerberari possunt leuiter, non tamē crudeliter: & cau sa correctionis, non ex odio: xlv. dist. cū beatus. 35 di. ante oīa, j̄. e. c. 2. s̄. de rap. in archiepatu. siue subditi, siue laici: ut in proxi. concor. & C. de emen. propin. l. unica. siue discipuli præceptoris: ergo nimia sæuitia cul pæ annumeratur: ut ff. ad leg. Aquil. præceptoris. s̄. de hom ad audiētiam. & c. presbyterum, siue clerici Nā & episcopus potest corrigere clericos delinquentes 23. q. 5. circuncelliones. leniter tamen. 34. q. 5. c. 1. ad finem. & per alios faciat percuti, si oportuerit, non per se propriis enim manibus non debet episcopus aliquē percutere: hoc nempe extraneum est sacerdoti: ut 86 dist non liceat. in auth. de sanctisim episcopis. §. sed neque. col. ix. C. de episcop. & cleri. authent. sed neque. Et hoc uerum est de clericis inferiorum ordinum in minoribus: secus, si sint in sacris, uel si sint senes, & honoratæ personæ, tales enim non sunt subiiciendi uerberibus, nisi grauissimè delinquant: 45. dist. cùm beatus 35. dist. ante omnia. quod hodie Gregor. sic interpretatur. ut omnibus magistris, & prælatis, & dominis, & senioribus clericis consanguineis liceat discipulos inobedientes subditos, minores, propinquos, in minoribus ordinibus constitutos, & adolescentes diuina officia pertur bantes, uel aliàs delinquentes leniter corrigere, & bonis operibus & moribus informare: ut infrà de sen. excōmu. uoluntate. §. ult. alios ergo non licet percutere, sine metu excommunicationis. quod dicit nor. suprà, de temp. ordi. §. & cui. in regula Apostoli, quæ incip. Decima regula non percussorem. nisi hoc plenius determinetur: ut infrà, de sen excomm §. quis possit ex communicare. sub §. super illo autem canone. uersic. 8. & sequ. Quid si uerberando sanguis excutiatur? uidetur quòd percussor delinquat: suprà, de rap. in archiepiscopatu. infrà, de sen. excom mu. cùm illorum §. 1. ad fin. & est hoc uerum, si grauiter percusserit, & ex proposito: secus, si leuiter percutiendo guttam fortè sanguinis excusserit. argum infrà cap. 2 & suprà, de cri fal. ca. 3. absit enim, ut ea quæ propter bonum & licitum facimus, aut habemus, si quid per hoc præter nostram uoluntatem cuiquam mali acciderit, nobis debeat imputari: ut 13. q. 5. de occidendis. ideo hoc arbitrarium dico, cùm nec certa regula tradi possit ar gu suprà, de dona. Apostolicæ. § pe. & de offic. deleg. de causis. Prælatus autem debet percutere subditos, siue monachos, siue alios per clericos, non per laicos, aliàs uterque est excommunicatus, & qui præcipit, & qui uerberat: ut infrà de sentē. excom. uniuersitatis. nisi fortè sint incorrigibiles, qui non possunt cōmodè per clericos comprehendi. tunc enim per laicos possunt, tamen ut non in plus se extendat uiolentia laicorum, quàm requirit rebellio clericorū: ut j̄. de sent. exc. ut famæ § laici. abbas igitur in propria persona potest monachum flagellando, siue b uerberando [b] disciplinare. unde & beatus Greg. scribit. beatum Benedictum quendam monachum uirga percutiendo sanasse, quem cum acerba monitione sanare non poterat: 45. dist. Salomon. post c. cùm beatus. ad idem 23. q. 5. quid ergo hoc tamen ita debet facere superior. ut ipsum subditum pietas matrem, disciplinatio uerò patrem exhibeat: 45. di. §. hinc etiam alibi post c. sed illud.

3 Quæ† pœna clerici percussoris. Et quidē percussor prohibetur per Apostolū ordinari: ut 45. dist quasi per totum. Sed si quis eum sæpius, quē non licet, uel eum quem licet, aliter quàm concessum sit percusserit, quamuis mors secuta nō fuerit: & monitus se non correxerit, deponitur: ut j̄. eod. ca. 1. & 45. distinċti. c. 1. & c. ult. Sed & si subditum semel, non habito respectu ad ordinē sibi datum, episcopus cædi crudeliter iusserit, & incontinenti mortuus fuerit, homicida iudicat. ar. l. di. si qua fœmina. sin autem per octo menses, uel amplius, uel minus ad arbitrium iudicis redigendum uixerit, & posteà moriatur: quamuis præsumatur, quòd ex alia infirmitate mortuus sit: suspendendus est, nihi lominus ad tēpus uel usque ad duos mensēs: uel secundū quòd uidebitur, inspecta persona, ut j̄. e. præterea. & si se non emēdauerit, deponitur: ut j̄. e. c j. & s̄. no. Quòd si quis in conflictu fuerit, repellendo uiolentiam, in quo aliqui mortui sint, suspenditur per biennium: uel secundum quod uidebitur iudici, quo elapso dignè exequi potest officium suum: j̄. e. præsentium. sed cō tra j̄. e. continentia. ubi quamuis religionē intret non promouetur, nisi usque ad ordinē subdiaconatus. dicunt quidā, quod ibi sumpsit arma: unde sunt in culpa: ar. 23. q. 8. §. 1. & c. couenior. & s̄. de uoto. ea quæ. §. de clericis. sed certè hoc nō sufficit: quia & in decret. præsentium. lapides sumpsit, & etiā proiecit, quod plus fuit, qui armorum appellatione continentur: ut ff. de ui, & ui ar. idem est. §. armis. & de ui pub. arma. & de uer. sign. armorū quod ergo dicit litera c. continentia, ad frugem & c. subaudi, maximè. & hoc dicit, ad subdiaconat[a], subaudi & presbyteratus, dummodo conscientia non remordeat, nec infamia scandalizāte laboret: ut ff de hom. c. petitio. & c. literis. promoueri. & in presbyterum etiā, ut dictū est, ut sit tanquam altaris sacerdos, & c. alij dicunt, quod conscientia remordeat ipsum: sed his con tradicit, quod dicit litera, ibi quod illa homicidia neque facto, & c. dic ergo, ut no s̄. de hom. §. qua pœna. uer. facto autem, siue actu. & uer. quid ergo.

ADDITIONES.

a In quo casu licitum sit percutere. ¶ Adde c. significasti. el ij. & ibi Do. de homi. in cle. si furiosus, & ibi doct. e. ti.

b Abbas igitur in propria persona. ¶ Adde, & quid si abbas excederet modum in correctione, an ipsi possunt conqueri de isto excessu, vide per Ang. in. l. si dominus. in j. col. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

DE MALEDICIS. Rubrica.

SVMMARIA.

1. *Maledicorum quot sint genera.*
2. *Et qui admittantur ad eorum accusationem.*
3. *Genus quodlibet maledicorum qualiter puniatur.*
4. *Blasphemantes Deum, vel quemlibet eius sanctum, qua pœna puniātur.*
5. *Iurantes per caput, per ventrem, per capillum &c. Christi: qualiter & quomodo peccent, & puniantur.*
6. *Pœna blasphemantium quare potius imponitur pecuniaria, quàm corporalis. Et cui applicetur. 7.*

PEr elationem & superbiam delinquit clericus non solùm percutiendo, sed & maledicendo: ideo apponitur rubrica de Maledicis, non de clerico maledico, ut qui dam libri habent, sicut in antiquis intitulatum erat. Sed debes habere, de maledicis in genere: quia prima decre. pertinet ad clericos, secunda ad laicos: ergo utrosque includere debes. hic uidendum, Quot sint genera maledicorum, Qui admittātur ad accusationem cuiuslibet, Qualiter quodlibet genus puniatur.

1 Quot† sint genera maledicorum. Et certè tria. Alij enim maledicunt, siue blasphemare præsumunt Dominum Iesum Christum. Alij personas hominū. Alij facta ipsorum: & dicuntur maledici, quasi male dicentes. Generaliter etiam potest dici maledicus is, qui obloquitur de alio homine, detrahendo ei, & eum obloquiis de primendo: j̄. e. c. j. de quo no. j̄. eo. §. versi. alii maledicunt çquales. Dicit maledicus blasphemus Dei, & sanctorū: j̄. e. statuimus. Quamuis autem primò tractandum esset de maledicis Dei, tan quam de præcipuis: ar. s̄. de sum. tri. quæ primò intitulatur in ipso libro: tamen primò tractabimus de maledicis hominum, vt innuit ordo Decretaliū. j̄. e. & est ratio: quia ab ipsis argumēta sumemus ad pœnas maledicis maiestatis altissimç infligendas. Sciē dum, igitur, quòd maledici hominum diuiduntur: quia, Alij maledicūt Principem, Alij superiorem suum, cui subsunt, tanquā domino, Alii çquales sibi, vel inferiores, vel superiores, non respectu subiectionis: sed respectu nobilitatis, morum, scientiæ, dignitatis, diuitiarum.

Alij Maledicunt Principem, scilicet ecclesiasticum: id est, Romanum Pontificem: vel secularem, id est, Imperatorem. nam hi duo Principes sunt: vt xcvj. distinction duo sunt quippe Imperator August. & tales aliquando maledicunt verbis: aliquando autem delinquunt opponendo se, & mouendo contra eos. Si quis tantùm verbis principi ecclesiastico maledixerit, dicendo publicè aliqua verba in depressionem officii sui & beneficii, arbitrariè puniri debet per iudicem proprium: si clericus sit talis, quòd eius exemplo cæteri territi contra Romanam ecclesiam decætero non prorumpant: vt infra eodem, capitul. j. Idem credo de laico: quia nemo principi suo detrahere debet: vt xxiii. quæst. j. paratus. Sed contra, quia si calore iracundiæ fit, non debet ad pœnam trahi: ii quæst. iii §. notandum. & cap. si quis iratus. nam sanctitas cuilibet sacerdoti ignoscendi gloriam dereliquit: vt C. de episc & cleri. si quis in hoc genus. xiij. q. 4. inter querelas. Dicunt, quòd hoc contingit propter iniuriam Romanæ ecclesiæ illatam, quam remittere non debet, & si suam remittere uellet: arg. lxiij. distinc. Salonitanæ in quo casu loquit 23. quæst. 4 Guilisarius & c. si is. argum. j̄ de senten. excom. cùm desideres. §. ulti. & c. contingit & sic etiam nō ob. C. ne quis in causa sua iudicet. & ff. de arb. l. ult. Vel dic, quò bene potest quis punire propriam iniuriam sibi factam: maximè, si superiorem non habet: arg 45. distin. & qui emendat & dicta iura loquuntur de benignitate, siue de consuetudine: quia nec aliquis

aliquis tenetur remittere iniuriam ſibi factam, niſi velit. de pœ. diſtin. 5. capit. vltimo. 23. queſt. 4. ſi illic. ſecundum T. non credo verum, quòd aliquis debeat vlciſci propriam iniuriam, etiamſi ſuperiorem non habeat. vnde ſuper illud Ioan. 8. Ego non quero gloriam meam: eſt qui querat, & iudicet, dicit Gre. illatas cõtumelias patris iudicio reſeruat: vt nobis profectò inſinuet quã tũ patientes eſſe debemus; dũ adhuc vlciſci non vult, & ipſe, qui iudicat. hoc ideo dicit: quia ſicut ibidem præcedit, Pater omne iudicium dedit filio: q. d. Gregor. conſidera, miſer homo: nam iudex iudicum eſt: & tamen non vult in facto proprio iudicare, ergo nec alius hoc præſumere debet, quantum eſt de ſtricto iure, niſi alius ſupponat ſe mandatis ſuis: in quo caſu ſi immoderatum quid præcipiat, redigetur ab arbitrium boni viri: vt ſuprà, de iureiuran. veniens. & cap. Quintauallis. & licet Papa ſolutus ſit legibus. C. de legi. digna vox. tamen ipſe delegat. infrà eod. capit. primo. ad quod accedit ff. de offi. præſi. ſenatus. & de iuri. omn. iudi. qui iuriſdictioni. & l. prætor. hoc probatur. s̃. de reſti. ſpoliat. conquerente. & s̃. de accu. qualiter. 2. in fin. reſpon j. ibi, non tanquam idem ſit accuſator, & c. dico etiam quòd perſona & dicta penſanda ſunt: vt j̃. ſequitur in prox. verſi. quamuis cõmiſſam contra eccleſiam punire poſſit. quod dic vt no. s̃. de ſenten. & re iud. ſub rub. de ſen. §. quis debet. verſi. Item ratione rei. & ſe. Sin autem aliquis dixerit Imperatorem perfidum, atrocẽ rufum, vel quid ſimile profudit, ſi ex leuitate proceſſit, cõdemnandus eſt: id eſt, pro contemptu puniendus eſt. Secus, ſi ex certa ſcientia hoc non dixit. lubricum enim linguæ non eſt de facili, aliquando ad pœnam trahendum: vt ff. ad l. Iul. maieſt. famoſi. Sed ſi ex inſania, ſiue ſurore, ſubaudi, non ficto, ſed vero contingit: tunc eſt miſeratione digniſſimum: vt ff. de off. præſi. congruit. & de pęnis. reſpiciendũ. & de re mili. omne. § vlt. Sed ſi de liberatione habita hoc dixit, puniendum eſt, vt dixi ergo eũ qui talia protulit, dicimus remittendum, id eſt, tranſmittendum ad principem, qui perpendet ex qualitate perſonarũ, vtrũ crimen pretermittendũ ſit, an exquiri debeat, & puniri: ſic intellige C. ſi quis imperato. maledixerit. l. vnica. eodem modo dic de maledico Papæ, hoc excepto, quòd nõ remittitur ad Papam, ſed iudex hoc æſtimabit: vt j̃. eodem. capitu. j. & argument. ſupra, de tranſactio. cap. fin. Poteſt & illud dici, quòd hoc locum habeat quãdo priuatim maledixerit: ſed decre. quando publicè. nam in publico non eſt ludendũ tali ludo. maximè inter laicos, qui eccleſiæ Ro. & clericis oppido ſunt infeſti: 2. q. 11. laici. vñ ex hoc punitur clericus, etiã ſi dicat hoc ludendo, quamuis laicus non puniretur. vt C. ſi quis impera. maledixe. l. vnica. quia ꝙ dr̃ ex leuitate contemnendũ eſt, id eſt, deſpiciendũ: & eſt ratio, vt s̃. de exceſ. prælat. quàm ſit graue. & 11. quæſt. 3. præcipuè. & ſuprà, de iureiurand. cùm quidam. & de vot. & voti redempt. magna. §. j. & quia non debet præbere laicis prauum exemplum: & ſecundum hoc poteſt exponi, vt pœna illius, ſcilicet clerici maledici, alijs, ſcilicet laicis & clericis terrorem. & c. vt 2. q. 7. quia ꝓpter. ſuprà, de Iudæ. ad liberãdum. & de calum. c. 2. Aliquando verò tales delinquunt facto opponendo, & moliendo contra Principes & incidunt in l. Iul maieſt. qua tenent̃ & omnes hi, qui contra vrbem Roma. ſiue populum aliquid moliuntur. vel quòd is de quo quæritur, ad hoſtes profugit: vel ipſos qualitercunque iuuat, ſ. armis, vel pecunia, vel conſilio: vel quòd ſubiectas prouincias nititur rebelles facere: vel quòd ſeditionem mouet in ciuitate: vel quòd magiſtratus occidatur, vel Princeps: vel hi q circa latus eius militãt: vel qui arma ſumit: vel qui occupat loca contra Rempu. ideo hoc crimen appellatur perduellionis, ſecũdum quoſdam: quia his caſibus probatio perduellum admittebatur. ſecus in inferioribus. ſed ſecundum Azo. alia eſt ratio nominis, ſ. quia perduelliones dicuntur hoſtes: vt ff. de verb. ſignifi. quos hoſtes. vnde dicitur crimen perduellionis, id eſt, hoſtile. de his ff. eodem. l. 1. & 2. & 3. & 4. & hæc vltima ratio vera eſt, prima falſa: vt nota. ſuprà, de clericis pugnan. in duel. §. an ſit offerendum. Porrò ſi aliàs committatur crimen læſæ maieſtatis, non contra Principem vel publicam rem, non dicit̃ crimen ꝑduellionis, ſed leſæ maieſtatis tantùm: vt patet j̃. per exempla. hoc probatur ff. ad legem Iuliam maieſt. l. vlt. & eſt ratio qa verbum vrbis ſimpliciter prolatum, Romam ſignificat: vt inſtit. de iure na. gen. & ciuil. §. ſed ius. & s̃. de voto. magnæ. reſponſ. 1. & s̃. de offic. vica tua. & infrà, de pœnis, ſignificauit. Committitur ergo crimen læſę maieſtatis, tantũ non perduellionis, cum quis ſtatuas Principis, aut imagines iam conſecratas conflauit, ſecus, ſi nondum eſſent conſecratæ: vel ſi eſſent reprobatæ, quod hodie intelligi poteſt de imaginibus ad honorem Domini conſecratis. item ſecus in eo, qui vetuſtate conſumptas reficit: & in eo qui lapide iactato incerto fortuito ſtatuam attigerit: vt ff. eo. l. ſtatuas. & l. non contrahit. & l. cuiuſcunque. in fi. Item tenetur hac lege, qui hoc crimine accuſatũ de cuſtodia fecerit exire: vt ff. eod. l. 4. in fin. Et qui obſides ſine iuſſu Principis interfecerit: & qui de prouincia non diſceſſit, cũ ei ſucceſſum ſit, id eſt, cum ſucceſſor in regimine aduenerit. vt ff. eodem. l. j. & 2. Eſt & aliud crimen, quaſi læſæ maieſtat. vt in priuati carceris exercitio, & in falſa mon. vt C de priuat. car. l. unica. & de fal. mo. l. penu. Sed crimen ſimoniæ ad inſtar criminis læſæ maieſtatis perſequitur 6. quæſtio. 1. §. porro. ſuprà, de ſimo. licet Heli. § penul. & crimẽ hæreſis. ſuprà, de hære. uergentis. Alij maledicunt ſuperiorẽ ſuũ cui ſubſunt tanquam domino, quod faciendum non eſt, ſiue dominus ſpiritualis ſit, ſiue temporalis: ut ſuprà, de maio. & obedien. omnes. & de cenſi. ſi omnis anima 23. quæſtio. 5. paratus. & maximè cauendum eſt de ſpiritualibus quia dijs, id eſt, ſacerdotibus non detrahes. ſuprà, de hæretic. cum ex iniuncto §. ul. s̃. de maior. & obed. ſolitæ. & de utroque habes 23. q. 5. § ipſis autem principibus. & c. ſeq. ſi apud carnales. & c. dicat. & §. ſeq. præterea. & c. ſeq.

Alij maledicunt æquales ſibi, uel inferiores, uel ſuperiores, non reſpectu ſubiectionis, & c. quod & ꝓhibitum eſt: quia nedum principibus, ſed nec fratribus detrahendum eſt: 6. q. j. ex merito. & duob. ca. ſeq. ſed nec ſuperior inferiori ſuo detrahere debet: unde nec ſui cõmendandi cauſa debet aliquis dicere, quo minor alius fiat: 99. diſt. nullus. & c. ecce. 11. q. 3. ſi quis uerò. inde & Dauid detrahentem proximo ſuo hunc perſequebatur. 23. q. 4. nimium. & c. qui peccat. tales etiam homicidæ iudicantur: ut de pœn. diſt. j. homicidiorum. & de his dic, ut notat. ſuprà, de crimi. falſi §. qualiter. uer. in fi. & j̃. de iniurijs. §. quot modis.

Alij facta ipſorum, quia quidã ſunt qui uituperãt quicquid alij dicunt, uel faciunt, licet dubia eſſent in meliorẽ partẽ interpretanda; ut j̃, de reg. iur. c. eſtote. j. q. 7. ſancimus. s. de procur. in noſtra. in fine. de ſeru. in or. fac. c. unic. & de præſum. c. ul. ff. de rebus dub. quoties. & l. in ambiguis. aliud ſi euidens bonũ ſit, uel euidens malum: quia tunc nobis licitum eſt iudicare: ut s̃. de iureiurand. & ſi Chriſtus. §. quædam. & de electione. Oſius & de cle. non reſid. c. j. j̃. de reg. iur. eſtote. ff. de uer. ſign. probrũ. & de adul. ſi adulterium.

[a] **Alij blaſphemant** Dominum Ieſum Chriſtũ,[a] aliquando facto: & ſic habet locũ s̃. de Iudæ. & de hæreticis, per totum. aliquando uerbis: & hic habet locum iſte titulus.

[2] **Qui† admittantur** ad accuſationẽ cuiuſlibet. Et certè in maledico principis, ſiue ſpiritualis, ſiue t palis, quilibet admittit̃, ſiue ſit miles, ſiue ſit minor, infamis, pauper, familiaris, pater, filius, libertus, patronus, mulier; nã coniurationẽ Lucij catilinę Iulia mulier detexit, & Marcũ Tulium conſulẽ in iudicium eius inſtruxit: ut ff. eodem. famoſi. & l. ſequenti. ſerui etiàm torquentur contra dominos fideculorum, ſcilicet quia fidem faciunt uel quia ſcindũt carnem, tormentaque ſpreta omni prærogatiua accuſanti, & eius accuſato infliguntur: ut C. eo. nullus. & l. ult. Ad accuſationem autem maledicorum hominum aliorum, non uidetur admittendus, niſi is cuius intereſt: ut infrà, de exceſſ. prælat. grauem. multo minus ad accuſationem illorum, qui facta uel dicta reprehendunt, non perſonas. licet iudex hæc & his ſimilia ex officio punire debeat: ut ſuprà, de officio ordina. capitulo j. dicitur tamen, quòd quodlibet crimen ſecundum canon. publicum eſt. ut notatur s̃. de colluſione. §. qualiter. uerſicu. ſi uerò criminalis. Sed ad accuſationem maledicorum Dei proculdubio quilibet admittitur multo fortius, quam in ſuperioribus: quia frater, uxor, uel ſeruus, non eſt ſubditus huic ſeruituti: ut no. de hære. §. qualiter deuitetur. & de diuor. §. quot modis. uer. non ſolum.

[3] **Qualiter** †quodlibet genus puniatur. Et certè in crimine læſæ maieſta. filij delinquentes puniũtur: quia licet non decapitentur, ſunt tamen infames, nec alicui ſuccedunt, licet filiæ de bonis maternis Falcidiam habeant: ut C. e. l. pe. & ff. de pœnis. l. crimen. Crimine etiam commiſſo, nihil alienari poteſt: nec emancipatio fieri, uel manumiſſio: ut C. eo. l. pe. §. emancipatio aliàs contrarium eſt: ut ff. de donat poſt contractum. Item accuſatio inchoari poteſt poſt mortem. ut C. e. l. ultima. quod intelligas de crimine perduellionis: ut ff. eodẽ. l. fina quod dic, ut notatur ſuprà eodem. §. ſub §. alij maledicunt principem. uer. aliquando tales autem delinquunt. Et notandũ quòd qui patefacit coniurationem, antequam uſus eſſet, uel ad actum proceſſiſſet, ueniam meretur. & præmiũ. Sed ſi ad actum iam pro-

ADDITIO.

[a] Alij blaſphemant Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. ¶ Adde qua pęna ſint puniendi tales ſecundum ius ciuile. vide in auth. ut non luxur. contra naturam. in §. & quoniam. coll. 6. de iure cano. habetur in c. quid ergo. 23. q. 2. §. authoritas de pœ. diſt. 4. tex. & glo. in c. ſi quis igitur. 23. q. 4. Doct. in c. ſtatuimus. de cleric. percuſſ.

Iam proceſſerat, veniam meretur, non præmium:vt C.e.l.pen. in fi. Sed ſi aliquo iſtorum modorum non excuſetur reus huius criminis,ſiue perſecerit crimen, ſiue actum proceſſerit, dando vel recipiendo ſacramentum ſuper crimine committendo, vel aliud ſimile faciendo, gladio debet feriri, & eiuſdem bona omnia publicari.eadem enim ſeueritate voluntas ſceleris huius qua & effectus punitur: vt C.e.l.penul.poſita.vj.quæſtio.prima.§.verum.verſic quiſquis.cum ſimilibus.nam & pœna huius legis ſiue contra principem, ſiue contra Rempublic.quis molitus fuerit,animæ amiſſionem continet:vt Inſtitution.de pub.iud.§.tertio.in quo caſu crimen morte non extinguitur.licet in alijs caſibus,ſcilicet quando nec contra principem, nec contra Rempubli.committitur, extinguitur.ff.de legem Iuliam maieſtat.l. finali. Et à denudante quæritur de participibus, quod in hoc caſu ſpeciale eſt:vt ſuprà, de confeſſ. capitu. primo. Hæ pœnæ locum habent in maledicis in facto. Secus ſi verbis: quia tunc arbitrariè puniuntur: vt nota. s̃.eod.§.j.ſub §. alii maledicunt principem. ver.ſi quis verbis. & ver.ſeq.

Porro. Si quis domino ſuo ſuperiori maledixerit arbitrariè punitur:vt proxim.dictum eſt:ſed ſi facto,cōiurationem faciendo, vel conſilium, vel auxilium inimicis dando,degradatio ſequi debet,ſiue decapitatio, maxime ſi eum percuſſerit:xj.q.j.conſpirationum. & c.coniurationum. Sed & dicit c. quòd ſi quis clericus contumeliam aut conuitia Epiſcopo intulerit,degradatus incontinenti traditur curiæ ſeculari:& tanquam membrum putridum ab eccleſia, in qua beneficiatus eſt, abſcinditur:vt xj.q.j.ſi quis ſacerdotum.s̃.de maio. & obedien. ſi quis.j̃. de exceſ. prælat. grauem. Item ſi epiſcopum dominum ſuum publicè denegauerit, vt ibidem videtur,ſi ei auxilium non præbuerit, & occidi permiſerit. vel ſi manus violentas in eum intulerit:vt ff.de re milit.omne delictum §.j. & §.vlt.& l.milites §.irreuerens miles.nec mirum, nam qui Epiſcopo ſuo non obedit,indubitanter reus & reprobus exiſtit, & Deum ſcandalizat, qui eius ſacerdotem vel Epiſcopum ſcandalizat: xciij diſt.nulla ratione.& ca.ſeq.xj.q.iij.ſi autem vobis. & duobus c.ſeq. vbi dicitur, quòd talis deponendus eſt: & de tali poteſt intelligi, quòd clericus maledicus, ſi in iudicio de hoc fuerit conuictus, degradetur.xlvj diſt.clericus maledicus. & iunge quod not.s̃. de hær. §.qua pena feriatur.ver.iij.

Qui vero AEqualibus,vel aliis dn̄is maledicūt verbo, vel facto, puniuntur arbitrariè: facta ſcilicet æſtimatione iniuriæ arbitrio iudicis, ſecundum iniuriæ quantitatem, & etiam qualitatem: & hoc ſi ciuiliter agatur. Sin autem criminaliter, extraordinaria pœna officio iudicis maledico irrogatur:vt Inſtitut. de iniur.§.in ſumma. iudicantur etiam in foro pœnitentiali homicidæ: vt notatur ſupra eodem § primo.verſiculo.alij maledicunt æquales.non tamen ideo, quia ita graue ſit crimen detrahere,ſicut occidere:ſed quia ſicut homicida pœna punitur æterna:vnde in euangelio, Qui dixerit fratri ſuo, Racha, reus erit gehennæ. & de his omnibus dic prout nota.ſuprà,de crimine.fal.§. & qualiter verſiculo.in fine. & de homicid.§.quot ſint ſpecies.verſic.ſpiritualis.& infrà,de iniurijs.§.quot modis.& verſiculo. ſequen. Sed & hanc pœnam generaliter omnes maledici ſuſtinent: quia infames ſunt, & ab eccleſia extorres redduntur: vj.quæſtio.j.deteriores. & niſi pœniteant, regnum Dei non poſſidebunt, & maledicti erunt. nam & ait Salomon: ſicut auis in incertum volans, & paſſer quolibet vagans,ſuple quandoque retrò volat, ſic maledictum fruſtra prolatum venit ſuper eum,qui miſit illud.vt quæſtion.iij. illud planè.in fine.

4 Blasphemantes †Autem Deum,vel aliquem ſanctorum ſuorum, puniuntur: vt j̃ eodem,ca.ij.cuius verba ſunt hæc,Statuimus,id eſt, firmum & perpetuum ſtatutum facimus, inuiolabiliter obſeruandum, vt ſi quis laicus:clericus enim non debet publice pœnitere,vt s̃. de biga capitu.j.l.diſtinct quicunque.& lj.diſtinct.qui in aliquo hoc etiam apparet ex verſu infrà poſito,per temporalem,cōtra Deum, vel aliquem ſanctorum. nec mirum ſi ſocij Dei priuilegio gaudent:quia etiam ſocij Imperatoris: vt not.ſupra eodem. §.j ſub § alij maledicunt Principem.verſicu. aliquando verò. & arg ff. de rei vendi.quæ religioſis.& s̃.de iudic.quanto.maximè beata,& c.bene dicti,quia maior & dignior eſt: vt infrà,de pœni.noua quædam.& ideo ſua maior iniuria reputatur. nam conſiderata pſona indicamus maiorem iniuriam, vel minorem. Inſtit.de iniu.§.atrox.infrà de ſenten.excomm. cùm illorum. quare tales magis ſunt puniendi:vt xxiiij queſtione.j.qui contra pacem.linguam in blaſphemiam, dicendo quòd Deus non eſt potens, ipſum vituperando, ſicut ribaldum.qui enim blaſphemiam dicit in Deum, peccare dicitur in Spiritum ſanctum, & tale peccatum neque in hoc ſeculo,nec in alio remittetur:xxv.diſtinct. qualis.ſubaudi,niſi penituerit.l.diſtin.ferrum.ſuprà,de ſum.trin. c.j.§.pen. quod dic, vt not.infrà,de pœni.§.de quibus peccatis.

5 ſub §.ſed & quicunque peccat.† Quid ſi iurat per caput,per ventrem,vel per corpus,vel per capillum? Si hoc facit affirmando, ſicut Burgundiones. & dicunt per animum Dei, non habet locum litera:ſecus,ſi hoc fecit deteſtando vel vituperando, quanuis iratus, ſicut ijdem Burgundiones & Francigenæ dicunt per ventrem, vel per caput, quando irati ſunt. hoc probatur xxij. quæſtion.j, ſi quis per capillum & in authenti.vt non luxu.contra naturam.colla.vj.hoc autem ſecundum Goffredum intelligas,cùm blaſphemia non calore iracundiæ, nō ebrietate, vel dementia prolata eſt, aliàs cum blaſphemo benignius ageretur. ij. quæſtion.iij. ſi quis iratus.& c.notandum. C.de rebus credit.l.ij. C.de iniurijs.ſi non conuincii.ſecundum Goffred. puto, quòd contra iraſcentes Deo,vel ipſum cauſa iracundiæ blaſphemantes, hæc pena ſpecialiter ſit inducta: nec enim aliquis ipſum blaſphemat de facili,niſi iratus:& de hoc ſatis denotat mens verborum, relaxare præſumpſerit.vt tamen inter iracundiam, & iracundiam diſtinguas:quia tanta poſſet eſſe,vt dementiæ æquiparetur:& tunc poteſt habere locum quod dicit Goffr.ſed quo ad verba dicta in depreſſionem Romanę eccleſiæ:vt j̃. eodem. c.j. potius habet locum quod dicit,& adde quod not.ſupra eodem §.i.ſub §. alii dicunt Principem verſicul. ſin autem aliquis dixerit Imperatorem publicè relaxare:ſec⁹ ergo,ſi priuatim: qa tūc non puto, quòd publicam penitentiam agat. ſic s̃.capit. proximo.per epiſcopum ſuū quaſi dicat, quòd per alium reconciliari non poſſit,cùm ſit de maioribus criminibus: imò maximum inter omnia.50.diſtinct.in capite & xxvj.q.vj capi.final.pœnæ, id eſt penitentiæ ſpirituali ſubdatur inferius annotatæ:videlicet vt vj.diebus Dominicis pro foribus eccleſiæ in manifeſto, dum aguntur miſſarum ſollennia, blaſphemus exiſtens vltimo illorum die Dominico pallium & calciamenta non habeat. ligatus corrigia circa collum,ſeptemque præcendentibus ſextis feriis in pane & aqua ieiunet,eccleſiam nullatenus ingreſſurus: qa qui peccat in deum,peccat in eius eccleſiam: & ideo priuatur ingreſſu.ſic xii.q.i.de viro.xvij.quæſt.iiii ſicut.nec eius pœna remittenda eſt,qui peccat in deum lxiij.diſt.Salonitanæ.xxiii que. iiij.ſi is qui.Quolibet quoque prædictorum dierū tres, ſi poterit,alioquin duos reficiat pauperes,ſiue vnum: & ſi nec ad hoc eius ſuſpetant facultates, id in pęnam aliam commutetur. lxxx. diſtinction. præſbyter.ſuprà, de dolo & contu. finem. & de vo. cap.j.xxii.quæſtio.iiii.innocentes.ff. de penis.l.i Cui etiam ſi renuerit recipere peragere penitentiam ſupradictam, eccleſiæ interdicatur ingreſſus,& in obitu eccleſiaſtica ſepultura.ſic ſuprà de vſu.quia in omnibus.Sed dicet quis:nimis apparet dura hæc pęna.reſpon.Durior eſt lex quæ dicit tales capite puniendos: cuius verba ſunt hæc, dixerat ſuprà, luxuriantes contra naturam decapitari debent:ſequitur his,ſiue & iſtis adiungimus, abſtinere ab huius blaſphemijs verbis,& iurare per capillos, & caput & his proxima verba, ſubaudi prohibemus. Si autem contra homines factæ blaſphemiæ, impunitæ non relinquuntur, multo magis qui ipſum Deū blaſphemat dignus eſt ſupplicia ſuſtinere:vt in auth vt nō luxu.contra nat.circa med. colla.6. Elegāter loquutus eſt Iuſtinianus ſacratiſſimus Imperator:quaſi dicat,ex perſona iniuriam ęſtimamus:vt dixi s̃.ſuper verbo,maximè beatam.ſed eſto,quòd Pape vel Imperatori maledicatur,vel etiam interficiantur ab aliquo, & quod ſit ſtatuta pœna, quod currat per ciuitatem is qui hoc fecerit,vel ſic arbitrariè puniatur:nunquid magis punitur hic delinquens, quàm ſi decapitaretur pro iniuria quacunq; vis Deo illata? Nulla vel minima eſt comparatio ſerui ad Dominum: ideo dicit Innoc. grauius fore æternam, quàm temporalem lædere maieſtatem:vt s̃.de hæreticis.vergētis nec debemus diſſimulare eius opprobria, qui probra noſtra diluit.vt no. s̃. de Iudæis.§.& in quibus grauentur.uerſicu. cum autem. nec mirum: nam is etiam qui humanam naturam non erubuit,dignus eſt pecuniis,& gloria,& aliis omnibus condemnari:ut in aut.ut defun.ſeu funera eorum non iniurien. §. 1. col. v. Grauior etiam eſt pœna canonis antiqui,q dicit clericum degradandum,laicum excommunicandum, ſiue anathematizandum:22.q.1. ſi quis per capillū.ideo dico hodie pœnitentia corrigendum clericū,& arbitrariam non hanc,quæ publica eſt ſed occultam agere debere,ſed laicus hanc pœnitentiam aget,ſi laicus uel clericus rebellis fuerit, uel ſępius in hoc delicto commiſerit,habet locū pœna legis, ut laicus decapitetur in foro ciuili: in canonico anathematizet̃, id eſt, eccleſiæ interdicatur ingreſſus &c.ut s̃.dixi:clericus uero degradabitur,ut dictum eſt:argu. s̃.de cle.vena.c.1.& s̃.capitul.proximo. Facta igitur intelligitur gratia à domino Greg.qui ab initio parcit, & meliorem & leuiorem pœnam imponit, cùm maiorem infligere poſſet: & ſic nō eſt querendum,ſicut quidam idiotæ faciunt,de decr.iſta: ſed gratias agendum eſt:vt arg s̃.vt bene.eccle.vt noſtrum.§.1. de ætate & qualitate accepimus.& hoc iuſtè dixi: quod creſcente cōtumacia,creſcere debet & pœna:quia hoc dicit Inn. s̃.ut lite nō conteſt.quoniam frequenter. §.ult.& ſic dictum patris Iuris ſequor.

quor.nam & sufficit sequi sentētias discretorum, etiam si malè dicerent: vt ff de iure.pa diui fratres. Per temporalem prætereà §. iste sic potest cōtinuari: Dixi s̃. quam pœnitentiā debeat agere blasphemus: & si ipsam recipere non vult, debet ei interdici ingressus ecclesiæ: & carebit ecclesiastica sepultura. Sed & talis rebellis aliam pęnam temporalem patietur: & hoc est preterea per tēporalē &c. Sed nō credo, ꝙ iste sit verus intellectus: ideo sic continua: dixi blasphemum per spiritualem Iudicem spiritualiter puniendum: sed quia pro quolibet peccato duplex pœna debetur, spiritualis & temporalis, de pœ. dist. i §. j. & etiam no. s̃. de rapto §. qua pœna. sub §. in summa. versic. Item secundum canones, talis nec temporalem effugiat vltionem. & hoc est prę terea, id est pręter pœnam superius ascriptam, quę temporalis est, & per spirituale potestatem infligitur, imponetur & tpalis: 6 quare statuimus repete, ꝙ per tpalem potestatē &c. † Sed quæritur, quare hæc pœna pecuniaria additur? Rn̄deo, quia cōiter magis timetur, quàm ēt corporalis: & ideo illa imponitur, quæ magis timetur: s̃. vt lite non ꝯte. qm̄ frequenter. § fin. ſm Goff. sed ꝯ. ff. de pœnis. in seruorū. in fi. dic, ꝙ licet minima corporalis grauior sit qualibet pecuniaria, tn̄ ab aliquib. facilius sustinet̄ sed certè pauci tales sunt, qui magis vel ēt corporaliter puniri, q̄ soluere tam modicā pecuniæ quantitatē: ideo non facias ꝯparationem de pecuniaria pœna ad corporalem: sed audacter potes facere ad spiritualem, de qua præmisit: qa hodie magis timetur pœna quinq; solidorū, quàm ēt excōicatio. vel melius dic, ꝙ alia ratio reformat pactū: vt not. s̃. eo. c. super verbo, per tpalem præterea, coactionem, s. excōicationis Si necesse fuerit: puta quia tpalis potestas non curat: licet admonitus sit per Epm̄, vt pęnam leuet. sic s̃. de hæreti. ad abolendam §. statuimus. & §. seq. & c. excōicamus § moueantur. & §. seq. Adhibita ꝯ eam, s. potestatem. aliàs cōtra eum, s. potestatem. vtrunq; enim dicere possumus: vt s̃. de iud. c. vlt. & de homici. tua nos. §. ad vltimum. vel dic ꝯ eum, s. blasphemum: subaudi, & fautores & defensores suos, qui fortè nō permittūt eum puniri. sic: C. de his qui latro. vel ali. occul. l. j. s̃. de hære. c. 2. & c. excōicamus. §. credentes. & & sic vna potestas iuuatur per reliquam: & vnus gladius per reliquum, quia vnum ius semper altero eget: vt 10. dist. quantum. 96. dist. cùm ad verum. s̃. de offi. ord. c. j. & c. qm̄. j̃. tit. j. c. 2. in fi. Si diues fuerit, quadraginta, &c. Et si adhuc, s. ad 20. solidos saltē soluendos. Non sufficiāt quinq; solidi, &c. quasi dicat, vltra 40. nō ꝯdemnabit: & si multum fuerit diues, nec quinq;, quamuis pauperrimus sit: sed inter quadraginta & inter 5. sicut videbitur, poterit condemnare sic s̃. de deci c. j. & s̃. de app. oblatæ. § j. & de dona. Apostolicæ. § pen & de censi. cùm Apostolus. in fi. & accedit suprà de offi. delega. de causis. & in lib. feudo. de pace tenenda. c. si quis alium. infrà. de pac. edictum & c. seq. & §. seq. Vsualis monetæ. argum. quòd vbicunq; in lege ponitur certa quantitas pecuniæ, intelligitur de moneta, quæ per terram currit contrarium notant doctores aliqui. de hoc not. s̃. de Iudæis. sub rubrica, de seruis Iudæo versi. sed cuius monetæ. & seq. & s̃. de contrahend. emptio. & vendi. §. quibus mensuris. versicul. & sunt hæc vera. est autem motus dominus Greg. ex eo, quòd lex, debet esse communis quantum possibile est, & conuenire consuetudini regionis: vt 4 distin. erit autem lex. vnde & verba secundum intellectum communem patriæ exaudienda sunt: vt s̃. de spon. ex literis. & ff de flumi. l. j & ff. de lega. j si seruus pluriū. §. si numerus. & de legat. 3. nummis. & de fundo instructo. & instru. lega. cùm de lanionis. §. asinam. ff. de legibus. de quibus & de regulis iuris. semper. s̃. de sepultu. de vxore. in fi si ergo vendo certo precio, & non determino monetam, subauditur; de moneta, quæ currit in terra sic intelligitur de mensura regionis consueta: ff de contrahen. emptio. & vendi. Imperatores. suprà, de censibus ex parte. Quid si diuersa moneta; vna maior, altera minor in casu istius decre. videtur ꝙ minimum imponere debeamus, cùm pœnalis sit. argument. de pœniten. distinct. prima. §. pœnæ. & ff. de pœnis. interpretatione. l. si præses. & argumen. ff. de regulis iuris. semper. & suprà, de censibus. ex parte. ff. de libe. & posthum. cùm quidam In contractibus autem fiet interpretatio contra illum, cuius gratia pactum apponebatur, vel apponi debuit, siue sit venditor, vt sic quæras de precio: siue sit emptor, vt sic quæras de mensuris: vt notatur sup. de contra. empt. §. quibus mensuris ad finem & probatur ff. de pactis. veteribus. & ff de contrahend. emptio. si in empti. & locati & conduct. in sūam. & iunge quod notatur sup. de censibus. §. ex quibus causis. Pœna mulctetur opposito in adiecto: quia mulcta est in potestate iudicis, pœna autem minimè: ideo à mulctā appellatur, sed à pœna non appellatur: vt ff de verborum significat. si qua pœna est. sed dic quod ideo hoc dixit, quia à 40. vsque ad quinque mulctari dicitur, cùm arbitriū sit. & nihilominus pœna respectu terminorum, quos excedere non licet: ff. de præuaricat. Præuaricationis. in fine. C. de modo mulctarum. eos. & qui accidit. C. de appellatio. & in multis. & ff. ad Turpil. l. 1. §. fin autem. nec tamen habet quilibet potestatem mulctandi. vt C. de modo mulctarū. procuratores. & l. sequen. quod dic, vt notatur supr. de sent. & re iud. sub rubrica, de sententia. §. quo reme-7 dio. sub §. sed & casus sunt. † Sed cui applicabitur hæc pœna? Dicunt quidam, hoc crimen ecclesiasticum est, ideoque soluenda est Episcopo in vsus pauperum conuertenda. argumen. sup. de Iudæis. cùm sit nimis absurdum. §. fin. sup. de vsuris. cùm tu. §. 1. vel si vis, distingue personas, & distribue pœnas, vt pœna clerici blasphemantis soluatur Episcopo, & pœna laici potestati, secundū Goffred. indist. puto, quòd hæc pœna soluatur illi qui condemnat, hoc est potestati seculari: ut innuit. sup. ibi, per temporalē præterea potestatem, &c. absurdum enim uidetur mihi, ꝙ Iudex temporalis mulctaret, & Episcopus mulctā reciperet. & quamuis hoc crimen ecclesiasticum sit, tamen ex certa scientia dominus Papa potestati seculari hoc ꝯmittit: qui cum imbutus sit pecuniā, ad ulciscendas tales iniurias facilius inclinabit animi sui motum. qui si negligens fuerit, per Episcopum præcipitur coerceri. distinctio etiam personarum non habet hic locū: quia nec ad clericos hęc extenditur decretalis, ut patet in hoc, quod notat. s̃. ea. decre. super uerbo, si quis nullam, in hoc, scilicet quin 5. solidos soluat. Quid si non habet quinque solidos? Respondeo currat per ciuitatem, uel in pœnā aliam temporalē commutetur: vt no. s̃. eo. respon. 1. super illo verbo, id in pœnā aliam ꝯmutetur. & arg. ff de iurisdi. om. iu. si quis id quod. vnde dic nullam in hoc misericordiam, s. quin puniatur in quinque solidos, uel aliàs temporaliter. Hæc enim clausula, ſm Goff non est ad pœnam superiorem spiritualē, sed ad hanc proximam pecuniariam referenda: hæc etiam quæ hic dicuntur de pœna tēporali Iudice sedēte pro tribunali fient. Porrò in iudicio animæ discretus sacerdos moliendo rigorē, circa superiorem spiritualem pęnam poterit dispensare: nec negabit misericordiam Dei, apud quē nullas patitur ueniæ moras conuersio: nec misericordiæ Dei mēsuras possumus ponere: nec tempora diffinire: 25. q. 6. his qui in tpe. & c. his qui diuersorum. secundū Goff. quia ubi paterfa. largus est, dispensator nō debet esse tenax: nam si Deus benignus est: ut quid sacerdos eius austerus uult apparere; ut 26. allegant? Sed cùm hæc pœnitentia, seu pœna satis leuis sit, ꝓut no. s̃. eo. c. sup uerbo, supplicia sustinere, uersu grauior: consulo Episcopo ad quē pertinet: ut no. s̃. e. super uerbo, per Episcopū suum. ꝙ secundū hunc canonem pœnitentiam imponat, si unquam potest. 26 q. 6. sacerdotes. nec tamen nego quin ex causa ualeat dispensare. 26. q. 7. pœnitentibus. infrà, de pœnitent. significauit. Quid enim, si sit aliqua persona nobilis, uel in dignitate posita, quæ potius uellet dare pecuniam magnam pauperibus, quam huiusmodi pœnitentiam agere; meritò in hoc casu erit peccatum eleemosynis redimendum. arg. j̃. de sent. excom. mulieres. § de his uerò maximè si mortuus sit, uel in periculo constitutus. 13. q. 2. animæ defunctorum. 26. quæst. 7. c. 1. & seq. de pœni. dist. 6 §. 1 & c. qui uult confiteri. Quod statutum, scili. quod s̃. statuimus Inter alia, & c. ut efficacius teneantur. Iurant enim Iudices, & consules, & potestates seruare statuta ciuitatis, suæ aliquando, & in aliquibus locis de consuetudine, quando ad regimen assumuntur: ut s̃. de iureiur. uenientes. & ideo hoc dicit, ut saltem iuramētum suum uereantur: q si hoc facere nolint, excommunicari possunt: ut s̃. not super illo uerbo, si necesse fuerit. sed & si non apponatur, nihilominus tēneri debet, cùm omnes liget: ut s̃. de constitut. cap. ulti. & ex hoc not. quòd Iudices temporales in ecclesiasticis & spiritualibus, etiam in foro suo quamuis non subsint temporaliter domino Papæ, necesse habent iudicare secundum canones: ut s̃. de testamentis. relatū. & de iud. clerici. & de secund. nupt. ca. fi. in auth. de ecclesiasticis titu. § si uerò ecclesiasticis. colla. 6. literam autem huius §. sic ordinabis in cōstructione, prætereà repete, statuimus ꝙ per tēporalem potestatem mulctetur blasphemus coactione diœcesani Episcopi, adhibita contra eam, s potestatē, si necesse fuerit, subaudi, mulctabitur autem blasphemus, si diues fuerit pœna 40. solidorum usualis monetæ: aliàs si non est tantum diues, repete mulctabitur pœna solidorum 30. siue 20. scilicet, si nec 30. soluere potest, & si ad id, s. ad 20. nō sufficiat, repete mulctabitur pœna 5. sol. nullam in hoc, &c. expone, ut s̃. plenè dixi.

DE CLERICO EXCOMMVNICATO, Deposito vel interdicto ministrante. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Clerici excommunicati qualiter puniantur. Et qualiter excusentur.* 4.
2 *Excōicatus, quare tenetur dicere horas canonicas, [illegible] ecle, id.*
3 *Depositus, vel degradatus celebrans, an conficiat.*
5 *Dispensari an possit cum clericis excommunicatis.*

Authe r

AVthor proſequens materiam, ſcilicet qualiter clerici per relationem delinquant, ſuperbiam ſeu furorem, apponit rubricam de clerico excommunicato depoſito, vel interdicto miniſtrante. de his videndum, Qualiter puniantur, Qualiter excuſantur, Et an cum eis diſpenſari poſſit.

1 Qualiter † puniantur. Vt hoc melius intelligas primò notare debes ꝙ duæ ſunt ſpecies excommunicationis: nã alia maior, alia minor.[a] Maior excommunicatio excludit à ſacramẽtorum participatione. & fidelium communione. minor aũt excommunicatio à participatione tantùm ſacramentorum excludit: ſ. de except. à nobis. j. de ſenten. excommu. capi. penul. j. eo. ſi celebrat. nec obſt. 3. quæſt. 4. Engeltrudam. vbi videtur dici totum contrarium, quia Engeltruda non ſolùm fuit excommunicata minori excommunicatione, quæ à fraterna ſocietate ſeparat, ſed etiam à maiori, quę à corpore Chriſti reſcindit: ut ibi dicit. nam exponenda ſunt verba illa ſic, ut intelligas fraternam ſocietatem: quã contrahimus in communione ſacramentorum: corpus aũt Chriſti intelligas eccleſiam, ut ibi dicit: per eccleſiam verò intelligas collegium fidelium: de conſecra. diſtinction. 1. eccleſia. Notandum eſt etiam quòd duæ ſunt ſpecies minoris excommunicationis, vna quæ excludit à ſacramentis: & hæc quandoque contrahitur à iure per participium excommunicati, excommunicatione maiori: infr. de ſentent. excommunicationis. nuper. quandoque ab homine per ſententiam: ut 5 quæſtion. 1. capitul. 2. Alia eſt ſpecies excommunicationis minoris, quæ ſeparat à communione fidelium, non ſacramentorum: 5 qu. 2. præſenti. & qu. 4. in loco. 18. diſtinct. placuit. 34. diſtin. quorundam. 57. diſtin. ſi quis de alterius, Excommunicatus igitur maiori excommunicatione uel interdictus, uel ſuſpenſus ab homine diuina officia celebrans in ordine ſuo degradandus eſt: ut j. eod. latores. etiamſi matutinum, uel veſperam in officio ſuo dicat: ut 11. q. 3. ſi quis Epiſcopus in concilio 12. q. 2 qui & humanis. nec obſt. j. eodem. clerici. vbi dicit, niſi moniti ſine dilatione redierint. quia et ſi redierint, deponi poſſunt de rigore, quamuis ſuſcipi poſſunt diſpenſatiuè, ſecundum Goffr. Sed cùm in degradatione presbiteri[b] ſex Epiſcopi requirãtur, in degradatione autem diaconi tres: ut 20. q. 6. fœlix. & c. ſin autem. & idem in degradatione ſubdiaconi: quia eodem priuilegio gaudet: ut ſ. de ſeruis non or. miramur. ſi non habentur Epiſcopi. poſſunt clerici per proprium Epiſcopum omnibus beneficijs eccleſiaſticis ſpoliari. ſic poteſt intelligi j. eodem. fraternitati. & c. poſtulaſtis. §. vlt. Vel quod ibi dicit beneficijs, ſubaudi, & officijs: uel ibi non agitur de clerico interdicto miniſtrante. Sed de clerico non interdicto officiante eccleſiam interdictam, ſecundum Go. Et hoc intelligas de celebrãte excommunicato ſolenniter, ut prius: infrà eo. illud. tenetur tamen horas ſuas etiam extra eccleſiam dicere ad modum priuati, non in ordine ſuo: ar. 11. qu. 3. ſi quis Epiſcopus. 2. & c. ſeq. 81. diſtin. dictum ſ. de regula. conſulti. ibi. non tamen ut ſecularıter viuat. infra, de pœn. quod in te. dicit inde Goffre. ꝙ ſecreto non officiando eccleſiam, ſed ſolus legendo, non cantando, & ſic plane, ut à nemine audiatur, dicere poteſt, & debet horas canonicas. ſed non puto, ꝙ excommunicatus maiori excommunicatione debeat etiam intrare eccleſiam, excommunicatione durante, ſecũdum dictum Egidij Cardinalis, ut apparet in concor. ſigna. ſ. eod. verſi. maior excommunicatio. quia nec interdictus quod eſt minus debet facere: de conſuetudine tamen praua, excommunicati intrant eccleſiam: dummodo ibi non celebrent, ſed nunquam hoc fit ſine peccato. & quod dicit Goff. locum habet tempore generalis interdicti, quo ad clericos, qui non ſunt excõicati, nec interdicti, ſed interdictum ſeruauerunt, nec interdicto cauſam, uel occaſionem præbuerũt: ut apertè probatur j. de pœ. quod in te. §. 1. & j. de priui. quòd nonnullis. excommunicatus igitur maiori miſſam celebrare non debet quomodocunque, nec ſacramenta eccleſiaſtica pertractare: ut 28. diſt. presbyterũ. nec horas canonicas intra eccleſiam dicere, ſed extra: ut & no. ſ. e. verſi. & hæc intelligas & ver. dixit tamen Goff. 2 † Si quæras quare excõmunicatus tenetur dicere horas canonicas[c] ſaltem extra eccleſiam? reſpon. quia oneris ſunt. & ideo hoc onus non tollitur: aliàs enim prodeſſet ei ſententia, contra quem lata eſt, quod euidenter iniquum eſſet. ff. de exce. rei iud. euidenter. & ſ. de iud. intelleximus. pœna etiã non habet immunitatẽ: ff. de inter. & re. relegatorum. §. fi. nec aliquid commune habet delictũ cũ venia: ff. de min. Pomp. ideoq; dicẽdum, ꝙ ad dicendas horas canonicas teneat, aliàs ex delicto ſuo commodum & exonerationẽ ſentiret: quod eſſet prorſus abſurdum. ar. ſ. de dona. inter vir. & vxo. & ſi neceſſe. ff. de neg. geſt. ſiue hæreditaria. & de hac materia no. j. de ſenten. excomm §. qua pœna. ſub §. ſed nunquid excommunicatus poteſt intrare eccleſiam. ſic patet, ꝙ clerici excommunicati celebrantes deponendi ſunt. Idem videtur, ſi celebrent in eccleſia interdicta, maximè ſi excõmunicati deſiſtere nolint. ut tamen ſcias, ꝙ monachi & regulares eccleſiarum conuentualium præcipiunt arctioribus monaſterijs tradi ad perpetuam pęnitentiam peragendam: ut j. eod. poſtulaſtis. §. vlti. Puniuntur etiam in hoc: quia beneficia: quæ acquiſiuerunt in ſententia dormientes retinere non poſſunt, niſi cum eiſdem miſericorditer fuerit diſpenſatum. & eſt ratio: quia beneficium ratione officij confertur, 81. diſtinctio. ſi quis amodo. & c. ſi quis ſacerdotium. & c. æquè. ergo non poteſt eis dari beneficium: qui non poſſunt facere officium. Quinimò nec fructus beneficiorum ſuorum antiquorum percipere debent, quandiu in ſententia dormiuit: quia non conſueuit, nec debet percipere beneficium, qui non facit ſeruitium ſ. de app. paſtoralis. § fin. 32. diſt. præter hoc. Sed nunquid reconciliatus fructus medij temporis, quo excommunicatus extiterat, recuperabit? Non: ſicut nec regreſſo iure poſtliminij reſtituuntur ſtipẽdia eius temporis, quo apud hoſtes fuit: C. de re mili. ſtipendia. libr. 12. & de hoc not. inf. de ſentent. excommunicat. §. quis ſit eius effectus. verſicul. Item ut quandiu, & ſequen. Et ſi in ſententia contumaces longo tempore, puta triennio, uel biennio, uel etiam anno fuerint, poſſunt omnibus beneficiis ſuis[d] perpetuò ſpoliari: ad hoc, j. eo. poſtulaſtis. reſp. 1. ſ. de clericis coniu. diuerſis. & de clericis non reſiden. cùm ad hoc 11. q. 3. rurſus. & c. quicunque. & ſ. de hęreticis. excommunicamus. §. 1. & 2. & § credentes. j. de pęnis. capi. ſi. ſic ergo tales eligere non poſſunt, nec eligi: ſ. de conſue. cùm dilectus. § quia nobis. & de electio. cum inter R. & de ætate & qualitat. bonæ. & de conceſ. præben. quia diuerſitatem. cõferentes etiam talibus beneficia ſcienter, à collatione ſuſpenduntur, donec ſuper hoc veniam mereantur, ut puniantur, in quo ipſos non eſt dubium deliquiſſe: ut j. eodem. poſtulaſtis. §. 1. Sed per quem merentur veniam? dico per ſuperiorem, niſi fortè hac de cauſa in concilio ſuſpenſus eſſet: ut argum. ſ. de electio. nihil. & de præben. graue. Item ſufficit probare clericum ſemel excõmunicatum fuiſſe, niſi ipſe probet fuiſſe abſolutum, antequam beneficium ſibi conferret: maximè ſi is, qui eũ excommunicauit poſtea ſecum participauit: ut j. eodem. propoſuit. Tertiò puniuntur, quia repelluntur à teſtimonio, & quolibet actu legitimo hoc ipſo, quòd excommunicati ſunt, niſi fortè ad cautelam ſententia relaxetur, ne communis ordinatio valeat impediri: & ut rerum veritas ſalua fiat: ut ſuprà de teſtibus. veniens. ij. in fin. & de except. Apoſtolicæ. & de accuſa. olim. I. V. & P. Suſpenſi autem à canone, puta minore excommunicatione notati: ut j. de ſentent. excommunicat. nuper. vel alias ſuſpenſi à beneficiis, non dico & officiis, celebrantes grauiter delinquunt: non tamen irregularitatis notam incurrunt: nec eligere prohibentur, nec ea quæ iuriſdictionis ſunt, puta excommunicare, abſoluere, condemnare: ut ſuprà de electio. tranſmiſſam. exercere. Non tamen poteſt talis eligi, quia eligeretur ad ſuſceptionem eorum ſacramentorum, ſcilicet quibus à ſanctis patribus eſt priuatus: ut ſupra eodem. ſi celebrat. ſupra. de except. a nobis. j. de ſentent. excommunicat. ſignificauit. ſecundum hoc intellige. ſ. de electio. per inquiſitionem. & capitul. illa. Cùm ergo ligatus minori excommunicatione tantùm iuriſdictionem exercere poſſit, ut dictum eſt, & abſolutio ſit de iuriſdictione, ff. de re iudic. l. 1. & 3. & patet, quòd prælatus meus ligatus minori excommunicatione, me poteſt excommunicare etiam maiori excommunicatione, multo fortius ab eadem abſoluere, & multo fortius à minori. & ſic poteſtas hæc duobus collata non expirat vtroque minoris excommunicationis vinculo ligato: licet alij aliter intellexerunt: j. de ſententia excõmunicat. duobus. Nam & licet talis non debeat conferre ſacramenta eccleſiaſtica: & ſi confert, peccat leuiter, ſecundum Goffredum. ab eo tamen collata non carent effectu: quia non dicitur participare, ſed ſolus recipiens participat, i. partem capit, quia ad vtilitatem ſuam confertur: ſi tamen quis pertinaciter ſe ingerat communioni hominum excõicari debet, quo facto nec cõferre debet ſacramenta, nec conferens executionẽ transfert, celebrando etiam grauiter peccat, ut omnia hęc colliguntur j. eodem. ſi celebrat. & no. ſ. de ſchiſmaticis. §. quid iuris. de ordinationibus Mirum tamen

ADDITIONES.

a Alia maior, alia minor. ¶ Adde do. in rub. de ſenten. excommuni. & in c. a nobis. eo. tit.

b In degradatione presbyteri. ¶ Adde glo. in c. non poteſt. de re iud.

c Excommunicatus tenetur dicere horas canonicas. ¶ Adde do. in cle. dolentes. de cele. miſ. do. in c. cum excommunicato, 11. q. 3. & per Arch. in c. presbyter. 28. diſt.

d Poſſunt omnibus beneficijs ſuis. ¶ Adde Inno. in c. cum bonæ. de æta. & quali. do. in ca. ueritatis de dol. & cont. do. in c. cum ſecundum. de præb. & per Ant. de But. in c. 1. de iudi.

men videtur, quòd ligatus minori excõmunicatione, celebrando [a] grauiter peccat, nec tamen irregularitatem incurrit: j. eod. si celebrat. cùm ex omni mortali peccato quilibet constituatur irregularis irregularitate canonica: 25. distinction. §. nunc autem. & capitu. primum. cùm promptus sit suspensus, quo ad se. 1. quæstion. 1. sacerdotes. Solutio. quod dicitur in dicto capit. si celebrat. sic intelligas, ibi, nullius notam. & c. scilicet quantum ad illud quod ibidem sequitur, videlicet quo minus eligat & quo minus ea, quæ iurisdictionis sunt, exequatur: secus, in his quæ officij sunt secundum Goffredum. Sed certè litera huic intellectui manifestè contradicit. & quidem non sequitur, quòd ideo, quia non est irregularis, eligere non prohibeatur. multi enim sunt, qui non sunt irregulares, & tamen prohibentur eligere: ut patet in his quæ notantur suprà, de electio. §. quis possit eligere. vnde sic expono, nullius notam, &c. subaudi, super cuius dispensatione necesse sit recurrere ad Apostolicam se. sicut infrà, de senten. excommunicationis. cùm illorum. nam de illo consueuit esse dubitatio: & ad remouendam illam dubitationem illud c. si celebrat. factum fuit. potest ergo Episcopus in hoc dispensare. suprà, de cleri. coniu. sanè sacerdotes. & etiam is, qui ab excommunicatione minori potest absoluere, sic consuetudo tenet: & illa decr. si celebrat. innuit. & argument. infrà, de sen. excom. nuper. & cùm illorum. quod autem dixi ligatum minori non posse eligi, verum est, quando scienter electus est, ut dicit illa decre. si celebrat. Quid ergo si ignoranter, ut dicunt quidam. idem. vnde subaudiunt sub illo verbo, scienter, maximè, ergo contra, si vterque ignorat, etiam si electus ligatus sit maiori excommunicatione. argumen. de conse. distinct. 4. capi. 1. Insti. de excep. § præterea, suprà, de app. dilectis. 2. quæst. 5. quato. putà, quia absens excommunicatus est, nec venit litera ad ipsum, nec per aliquem audiuit sententiam latam, nec ipse, nec eligentes. argumen. 4. q. 5. c. 1. & ff. man. si mandassem. & de acqui. pos. qui absenti. & l. si quis. 4 § j. & 2. q. 6. §. biduũ. 82. di. pro posuisti. ff. de dec. ab ordi. fac. l. vl. & quæ sent. si ap. rescin. l. 1. §. item cùm ex edicto. & hoc innuitur à ꝯtrio sensu: j. de sent. exc. significauit. s̃. de procu. c. vl. & de sen. & re iud. ad probandum. & hoc intelligas qñ non sunt in aliqua culpa: quia diligenter inquisierunt, nec aliud audire inde potuerũt: & non fuit sententia publicè lata, aliàs contra. s̃. de ele. cùm terra. & c. innotuit. §. vl. verparcentes. s̃. de fal. ad falsariorum. resp. 1. & de post. præla. c. 1. Quid si alter scit alter ignorat? Videtur ꝙ in ptãte ignorantis sit vtrum valeat electio. arg. s̃. de coniu. seruo. proposuit. quod credo, quando, ex parte eligentium ignorantia fuit: argum. 7. q. 1. si quis Episcopus. & sic probabilis ignorantia excusat, non erronea: ut j eod. Apostolicæ. s̃. de or. ab Episcopo qui resig. c. 1. & vide de consimili materia sup. de procu. §. quis dari. ver. his. verò qui non habent personam. Clericus autem depositus, uel laicus excommunicatus, sententiam contemnens, excommunicatur cum participib. & si nec adhuc cessauit, recurrendũ ad brachiũ seculare: ut j. e. c. si. quis præsbyter. sic s̃. de hær. ad abolendã. §. 1. 17. dist. nec licuit. 23. q. 5. de ligurib. s̃. de iud. cum non ab homine. in fi. de offi. ordi. cap. 1. in fin. & j. de exces. præla. c. vlt. in fi. Sed nunquid depositus seu degradatus celebrans conficit? ita videtur: quia ordinem non amittit: ut patet 19. quæstion. 3. eos. 1. quæst. 1. quod quidam. de cons. distin 4 ostenditur. 32. quæstio. 7 licite. s̃ de diuor. quanto Sed contrà, l. distin. accedens. 11. quę. 3. Episcopus. 81. distin. dictum. 23. quæstion. 8. clericis. 54 distin. ex antiquis Solutio. Non potest conficere, potuit enim ecclesia ei auferre potestatem conficiendi, quam contulit ordinando, quamuis caracter qui animæ infigitur, non possit auferri. & sic intellige primas concor. secundum Goffred. idem tamen no. cõtra in hoc casu: sicut plenè inuenies notatum supr de temp. ordi. §. & à quo. versic. hæc igitur sit fides tua. & suprà. de schismat. §. quid iuris de ordinationibus. dic ut ibi. sufficit enim ad hoc ut cõficere possit, quòd semel ritè fuerit ordinatus: ut innuitur, & apertè dicitur suprà, de sum. trin. cap. 1 §. vna. à contrario sensu. quod argu. fortissimum est. ff. de offi. eius cui man. est. iurisdi. l. 1. ver. hu us rei.

4 **Qualiter † excusentur,** si probabiliter ignorẽt. ut s̃. proxim. de bet tñ semper in dubio abstinere excommunicatus: ut infrà eo. illud. § licet. quamuis per famam hoc audiat. ut ibi dicit: & s̃. de rescr. cùm cõtingat. ff. de admi. tut. quidam decedens. in fi. & de peti. hære. item veniunt. § à quo. quia sententia excõmunicationis semper timenda est, uel tremenda, uel tenenda est, etiamsi iniusta sit: ut 11 quæstio. 3. capit. 1. nisi in casibus in quibus nec timenda est, nec tremenda. Primo, si sententia à non suo iudice feratur, ut à contrario sensu innuit: ut j. eodem. clerici. & sup. de iudi. at si clerici. & 10. q. 3. sententia. & j. de priui. cùm olim essemus. § fin. Secundò, si à suo indice, sed excommunicato: 24. quæstion. 1. audiuimus. Tertiò, si à delegato excommunicetur contra intentionem delegantis: ut supr. de præbend. capitu. fina. audiui etiam à domino Ottone Car. qui tulit sententiam in decreta. s̃. de testa. Ray. pe. filius. quòd si delegatus præcipiat aliud fieri, sed iniustè, & ideo excommunicet, nulla est sententia: ut in proxim. decre. aliud in ordinario: & est ratio, quia iurisdictionẽ habet latiorem & firmiorem: imò est ratio: ut supr. de prescrip. super literis in fin. Quartò, si sententia contineat in se intolerabilem errorem. Quintò, si post legitimam appellationem lata sit. ut supr. de offic. deleg. cùm contingat. & intrà, de senten. excommunicationis. per tuas. Sextò, si ab intruso, uel à iurisdictione suspenso feratur: talis enim non potest excommunicare. 12. quæstione 2. alienationes. & capitul. præcariæ. s̃. de concessione præbend. quia diuersitatem corporum. j. de elect. nosti. Septimò, si feratur à violante interdictum hominis, ut videtur posse probari. infrà, de excessibus præla. capitul. fi. § 1. & not. in sum. eiusdem titul. sub §. fin. in versicul. in summa no. Aliàs autem, quantuncunque iniusta sit sententia, locum habet poena: ut 2. quæstion. 3 capitul. 1. & 2. & capitul. si Episcopus fortè. & capit. si quis presbyter. & c. nemo contemnat. licet sit ar. cõtra. 11 quęstio. 3. non debet. & § sequen. & capit. sequent. & suprà. de offic. ordi. ad reprimendam. sed illud intelligendum, quando seruauit sententiam: nam tunc ex quo constat de iniustitia, vlterius nullam pœnam substinebit, scilicet quia solui debet sine difficultate, ut s̃. de rescriptis. ab excommunicato. j. de sentent. excommuni. sacro. dico etiam ipsam seruandam, quamuis sit lata contra ordinem iudiciarium: ut in proxim. decre. licet quidam contrarium notauerint dormientes, ut puto, & inducẽtes s̃. ut lite non contestata accedens. 2. quæsti. 6. §. diffinitiua. sed illa regula in sententia excommunicationis fallit, cùm sit medicinalis. ut 2. q. 1. multi. 24. quæst 2. corripiantur. & c. notandum. in fi. saluo eo quod nota. s̃. de sent. & de re iud. sub rubrica, de sententia. §. qualis. sub. § pura. versi. quid ergo, si dico, excommunico te. & sequenti.

5 **An † cum eis** dispẽsari possit? Sic. Sed per quem? per Papam indistin. ut infrà eodem. illud. in fin & capitul. Apostolicæ. Sed nunquid dispensare potest in hoc casu Episcopus? Non: quia nec cum excommunicato promoto in excommunicatione dispensare potest: ut infrà, de eo qui fur. ordin. susce. capitul. primò, & vltimo. & de sententia excommunicationis. cùm illorum. primo responso nec etiam legatus, nisi speciale habeat mandatum: ut 11. qu. 3. si quis Episcopus 2. & capit. placuit. videtur tamen, quòd excusentur, si admoniti desistant: ut j. eodem. clerici. & capitul. postulastis §. vlt imo. sed illud intelligas ex dispensatione Papæ, ut sequitur & probatur 63. distinctio. Salonitanæ. 7. quæstio. 1. si quis presbyter. 2. quæstion. 5 qua de causà. nam solus Princeps solutus est legibus: 25. quæstion. 1. §. vltimo. ff. de legi. Princeps. Princeps etiam solus dispensat cum deposito. argument. supra, de clericis non resident. in eccles. uel præben. ex tuæ. Et hoc intelligas, quando ab omnibus ordinibus depositus fuit. Sin autem a presbyteratu tantùm, tunc Episcopus potest recipere ipsum in ordinibus inferioribus: argum. 15. quæstion. 8. qui amiserit. & capitul. si quis presbyter. sed contra, 11. q 3. Episcopus. ubi dicit, quod si depositus in secunda synodo inueniatur innocens, non potest esse quod fuit, nisi gradus amissos recipiat de manu Episcoporum coram altari: sed illud potest intelligi de illo, qui iniustè damnatus fuit, scilicet per falsos testes, uel falsa instrumenta, postea ꝓbat se innocentem: sed si iustè, tunc solus Papa restituet: ut notatur infrà, de pœniten. sub rubrica de dispensationibus. §. quis possit dispensare. sub §. sunt autem casus. Videtur tamen, quòd hoc verum sit: scilicet, quòd tales excommunicati celebrantes degradentur, nisi propter multitudinem seueritati detrahatur. dicit enim decr. quòd si 40. sint, uel pauciores, tunc omnes sunt deponendi: si plures principalibus delicti depositis, potest Episcopus cum alijs dispensare, omnes tamen ad tempus sunt suspendendi, & est eisdem discreta poenitentia iniungenda: ut infrà. eodem. latores. ad hoc 50 distinct. ut constitueretur. 44. dist. comessationes. 2. quæstion. 1 ordinationes. 23. quæstion. 3. non potest. & capitul. ipsa pietas. 1. quæstion. 7. quoties. suprà, de tempor. ordina. capitul. 2. & ad hoc quod dixi de numero 40. accedit suprà de test. c. cum causam quæ. alij dicunt, quòd illud fit ex speciali mandato Papæ: & ideo dicit. Fraternitati tuæ mandamus. non dixit respondemus. sed innuit litera, quando Papa debeat dispensare, quod non credo: quia voluntas sua libitum est &

ADDITIO.

a Minori excommunicatione celebrando. ¶ Adde Arch. in c. excommunicatos. 11. q. 3. & an legatus de latere possit dispensare cum irregulari, qui celebrauit, dum esset excõmunicatus, vide per Spe. ti. de leg. in §. nũc de Episcoporum. uer. sed nunquid Episcopus uel legatus. & quid de Episcopo. ui de per gl. in ca. minor 1 dist. glo. in §. nisi rigor. 1. q. 7. gl. in c. 1. de eo qui or. fur. re. Arch. in c. qua de causa. 2. q. 4. & an Episcopus possit dispensare cũ irregulari, qui celebrauit suspensus, vide per Lap. alleg. 13. in fi.

est & ius: quare cum vno solo si vult poterit dispensare. Dic ergo, quòd cum illo qui admonitus desistit, potest Episcopus, si voluerit, dispensare, quo ad hoc vt non deponatur: non tamen quoad irregularitatem contractam, sicut tenet consuetudo. sic potest intelligi infrà eodem clerici. & capit. postulastis. vt nota. de hoc suprà eodem. §. 1. & versicu. sequen. videtur etiam aliud vbi excommunicatus ad ordinario incurrit irregularitatem: qa sententiam ordinarij violauit, posset enim ordinarius secũ dispẽsare, sicut & absoluere: quia cui cõmittitur principale, & accessorium: vt s. de offic. deleg. prudentiam. §. pen. & fi. & innuitur hoc infrà de senten. excõ cũ illorum. sed sicut dixi, consuetudo refragatur. Illud autem certum est, quòd cum illo, qui excommunicatum se sciens, diuina officia in contemptũ clauium, quia admonitus diligenter noluit desistere, præsumpserit non dico celebrare, sed potius, quantum in ipso est, prophanare, non potest aliquis citra sedem Apostolicam dispensare: etiam synodus 11. q. 3. si quis Episcopus damnatus. & c. si quis Episcopus in cõcilio. ad idem j. de exces. prela. cap. fi.

DE CLERICO NON ORDINATO ministrante. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Non ordinatus qualiter, & à quibus debeat abstinere. Et qualiter excusetur. 2.*

3 *Dispensari per quem, & in quo possit cum clerico non ordinato ministrante.*

Dictum est suprà de clerico excõmunicato ministrante: subijcitur de clerico non ordinato ministrante, sciẽdum igitur, Qualiter & à quibus non ordinatus debeat abstinere: & qualiter puniatur, Et qualiter excusetur, Per quem & in quo cum eodem possit dispensari.

1 Qualiter † & à quibus non ordinatus debeat abstinere: & qualiter puniatur. Ad hoc scias, quòd nullus debet exercere aliquod officium tanquam ordinatus, cùm non sit: ergo non dicat quis Epistolam, tanquam subdiaconus, cùm non sit: nec dicat Euangelium tanquam diaconus: nec missam tanquam sacerdos: nec etiam baptizet tãquam sacerdos: nec aliquod aliud officium ecclesiasticum attentet, tanquam ille qui non est, aliàs ab ecclesia abiiciatur: & nũquam magis ordinetur: subaudi, nisi per Papam cum eodem fuerit dispensatum: ut j. eodem. c. 1. & 2. 11. quæst. 3. priuilegium. 25. q. 2. sic decet. sic punitur in eo, quod præsumendo deliquit: ut s. de immu. eccle. capit. vltim. s. titul. 1. postulastis. ff. de fur. qui vas. §. furem. idem videtur, si non sit ritè ordinatus: putà quia non recepit impositionem manus. infrà capitul. 2. quamuis ibi ponatur pro ordinatione, de quo dicunt nota. s. de sacramen. non iteran. §. & quæ sunt iteranda. & de sacra vnct. §. à quo & qualiter. tales etiam in crimen falsi incidunt: ut no. s. de cri. fal. §. qualiter com mittatur. ver. præterea.

2 Et qualiter † excusetur. Et certè præmissa locũ habent, quando dicit aliquis tanquam in officio constitutus, quod adhuc nõ ritè recepit, ut dictum est: secus aũt, si dicat Epistolam tanquam clericus tempore necessitatis, s. quia alius præsens nõ est, qui subdiaconus sit: nec tenet manipulum in manu: sic s. de vi. & ho. cle. ut quisque presbyter. Item secus, si baptizet tempore necessitatis, tanquam quis alius præsumendo officium sacerdotis: 30. quæstio. 1. ad limina. 93. distinct. diacones. de conse. distinctio. 4. constat. quia à quolibet conferri potest: ut not. suprà, de baptismo. §. quis possit. Item secus, si quis dicat in priuato Euangelium: nã & monialis aliquando ipsum dicit, scilicet in matutino 27. quæstio. 1. diaconissam. excusaret etiam ignorantia à tanto, licet non à toto: vt infra titul. 1. capitu. vnic. Missa autem neque publicè, neque priuatim celebranda est: nisi à presbytero rite ordinato: quod dicunt not. s. de conse. eccl. uel alta. sub distin. 2. §. à quo. ad hoc 68. distinc. presbyteri. 1. q. 7. Daybertum. s. de iure patrona. quodautem. in fin. de consecr. distinction. prima ca. 1. in fine. & quod notatur s. de crimine falsi. §. qualis sit accusatio. versicul. mutundi.

3 Per † quem, & in quo cum eodem possit dispẽsari. Et certe nullus cũ ipso dispensare põt quoad hoc, ut ad maiores ordines ascendat, nisi solus Papa: sicut not. de superiore s. titu. 1. §. an cum eis. potest tamen, ut puto. Episcopus cum tali dispensare, vt in ordine suscepto remaneat. ipso tamen primitus iuxta arbitrium biennio vel triennio, vel secundũ quod placuerit suspenso: & sic beneficium poterit retinere. vt tamen sibi discreta pœnitentia iniungatur: ita quod in seculo securius remanere valeat. quamuis eidem religionem intrare tutius sit ad salutem: vt infrà eodem. capitul. ii. Goffredus tamen not. quòd episcopus dispensare non potest in hoc, vt suum officium exequatur: sed circa beneficium dispensare potest, vt & dixi, ne sustentatione priuatus ad seculum reuertatur. infrà eodem. capitul. ii. sic plerunque dispensatur in beneficio, non in officio: 50. distinctio. studeat. xxxviii. distinctio. præsbyterum. lxxxi. distinc. dictum. ne in vituperium cleri mendicet miser clericus in plateis: xciii. distinctio. diaconi. suprà de renunc. ad supplicationem. s. de simonia. Mattheus. in fin. Quod si aliquis hoc faciat causa ioci, & certè ludus noxius in culpa est: ff. ad l. Aquil. nam ludus. s. de homicid. continebatur. non tamen credo, quòd hanc pœnam patiatur, nisi seruaret sollennitatem: licet alias debeat pœnitere: argumen. ff. de verbo. ob. obligationum. xv. quæstio. j. illud. in fin quia volũtas & propositum distinguunt maleficia j. de senten. excommu. cum voluntate. arg. contra. quia & si baptismus per iocum fiat: character imprimitur. vt no. s. de bapt. §. quis sit effectus. versic. effectus autem.

DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Clericus quare probibetur promoueri per saltum. Et quam pœnam patiatur. 2.*

3 *Et qualiter excusetur. 4. Et an & quomodo dispensetur.*

Nedum clericus Nullo modo ordinatus prohibetur administrare officia ecclesiastica, quinimò & non ritè ordinatus, quia nulla differentia est, vt ff. qui satisda. cogan. quoties. & de autho. tuto. nulla differentia. ideòque apponitur de clerico per saltum promoto: in qua rubrica videndum est, Quare prohibeatur, Quam pœnam patiatur, Qualiter excusetur, A quo dispensetur,

1 Quare prohibeatur. Dixi s. prox. scilicet qa nulla differẽtia, &c. & quia de gradu in gradum ascendendum est: vt xciii. di. legimus. ad fi. ff. de mu. & ho. vt gradatim. & l. honor. §. gerendorũ. C. vt dignitatum ordo seruetur. l. i. & ii. lib. xii. & per certa interstitia. lxxvii. dist. in singulis. & c. quicunq; & seq. casum igitur appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradib. per abrupta quærit ascensum: xlviii. dist. sicut. ideo quærendum est de ordinibus clerici peregrini, ne fortè saltum fecerit: vt s. de cler. peregri. capit. i. in fi. Sed nunquid talis recipiat characterem? dicit Hug. quod si laicus ordinetur ad aliquem sacrum ordinem, clericatu non præmisso, nullum recipit: nam sicut mulieris & viri coniunctio vnum faciunt corpus: vt suprà, de regularibus. Ad Apostolicã, sic clericatus & sacerdotium vnum faciunt Epm. ad hoc, xl. dist. sicut. sed si de minorib. ordinib. habeat aliquem, recipit sacrum. Vinc. verò dixit, quòd bene recipit quis sacrum, quamuis nullum habeat de minoribus, præter Episcopalem, quem nemo recipere potest, nisi sacerdos sit: vt infrà, de exces. prælat. ex literis. prope fi. ver. cùm igitur. si tamen ordinetur in Episcopum quis. non recepto subdiaconatu, vel diaconatu, Episcopatus est: dum tamẽ fuerit sacerdos: sed illum ordinem quem non recipit, cõferre non poterit. arg. i. q. i. gratia. & c. ventum. & q. vii. Daybertum. & de con. distin. iiii. quomodo. Mihi videtur secundũ Bertrandum, quòd qualiscunque ordo conferatur, siue gradatim, siue per saltum, quòd character conferatur, non tamen executio, dum tamen is, qui confertur, Christianus sit: aliàs contrà, cũ baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum: vt suprà, de presbytero non bapt. veniens. vnde fundamento deficiẽte, superædificari non potest: ergo à contrario posteà potest scilicet, quo ad characterem: non tamen, quo ad executionem. & ideo quod omissum est, cautè supplendum est & dispensandũ, vt hic. probat lij. dist. sulicitudo. infrà eodem. capi. vnico. & s. de temp. or. quod translationi. & c. consultationi. & c. literas. & c. dilectus. & apparet in his quæ not. s. de schisma. §. quid iuris. & suprà, de sacra. nõ iteran. c. j. & ii. dummodo in forma ecclesiæ conferatur: vt ibi. non obst. xl. dist. c. sicut: nam quod ibi dicit, clericatus & sacerdotium faciunt sacerdotem, verũ, est ritè ordinatum cum aliis ordinibus gradatim & canonicè receptis, porrò quamuis inordinatè collatus sit nihilominus tamen est ordo sacerdotalis, nec obst. j. de exces. prælat. ex literis. non enim negat quin character Episcopalis trãsferatur: sed quòd ipsum exercere non potest, quod puto verum, adeò quòd nihil conferat talis Episcopus, nisi in sacerdotio promotus sit: quamuis ipse characterem receperit. & est ratio, quia cum mortuus sit & frigidus: male dabit aliis vitam. nec obst. s. de or. ab Epis. qui resi. Episcopis

quia ibi innuit character sacerdotalis, qui aliquas reliquias præstat characteri Episcopali, scilicet quo ad characterē in aliū trāsferendum: non tamen tantum potest iuuare, quòd in aliū transferat viuificantem, siue viuum: vt no. s. de schisma. §. quid iuris. Quid si aliquis minor xiiij. annis promoueatur ad sacros ordines, nunquid cogitur continere. si quando peruenerit ad legitimam ætatem, contrahere velit? Quidam dicunt quòd sic, arg. j. eod. c. vnico. s. de temp. or. vel non est compos. vt ita plus possit ordo, quàm votum. alii contra, argu xxxii. q. j. integritas. & s. de regularibus. ad nostram. significatum. cùm simus. cum virū. & iunge quod no. de hac materia s. de temp ordi §. & cui. sub §. fi. qui incipit. sed & præter regulas supradictas. versi. requiritur etiam ætas. & sequenti.

2 **Quam** † Pœnam patiatur. Vt ab administratione abstineat, aliàs incidit in pœnam superioris tituli, cū non sit ritè ordinatus: vt patet in his quæ no. s. tit. i § i.

3 **Qualiter † excusetur.** In totum non excusatur: minuit tamē pœna propter ignorantiā quāuis non probabilē omnino. vt j. e. c. vnico. & si dubitet, an omnes ordines gradatim receperit, credi debet honestis viris, inter quos conuersatus est: vt ibidem. & s. de presbytero non baptis. veniens.

4 **A quo dispensetur,** Si scienter promoueatur per saltum, non tamen ministret, iniungetur pœnitentia: & supplebitur cautè, quod incautè omissum est: & sic per Epm dispensabitur: argu. lj. distinct. solicitudo. & s. de sacra. non iter. c. j. Idē si ministrauit, sed credebat se promotum fore gradatim: licet vicini contrarium asserant cum idem promotus in minori ætate in hoc consentiat: & supplebitur gradus omissus, & discretà pœnitentia iniungetur: & id quod factum nescitur, non videbitur reiterari: vt j. eo. ca. vnico. & de consec. distinct. j. ecclesia. solennitates. & distinctione iiii. si nulla. Si tamē scienter per saltū promotus in ordine, non gradatim recepto ministrauerit, incidit in mentem superioris tituli & sic nō potest cum eo nisi per sedem Apostolicam dispensari: quod dic vt no. s. in superiori titul. §. per quem & in quo.

DE EO QVI FVRTIVE ORDINES SVSCEPIT. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Furtiuè ordinari qualiter quis dicatur.*
2 *Et qua pœna puniatur.*
3 *Dispensari à quo possit.*

TRactatum est Suprà de clerico per saltum promoto: & quia plerunq; furtiuè saltum faciunt, apponit rubricam, de eo qui furtiuè ordines suscepit: in qua dicendum, Qualiter dicatur quis furtiuè ordinari, Quæ pœna furtiuè ordines suscipientis, A quo cum eodem dispensetur.

1 **Qualiter † dicatur** Quis furtiuè ordinari. Et certè cum quis citra conscientiā episcopi proprii, sine examinatione promouetur: vt xliii. dis. extra conscientiam, & xxiiii distin. quando episcopus in quo casu non prosunt literæ arch. vt s. de offic. archi. significasti. Item ordinatur furtiuè, quando quatuor minoribus ordinibus non contentus, vna & eadem die subdiaconatus ordi. recipit: vt j. e. cum H. Vel cum duos sacros simul recipit: j. eodem innotuit. Vel cum gradu omisso saltum facit: vt s. titu. primo. cap. vnico. In quibus casibus nec superiori suo obediens excusatur: suprà, de tempor. or. dilectus. tamen superior tanquam maior plus delinquit: & ideo magis est puniendus: vt s. de translat. inter corporalia. §. vltim.

2 **Quæ pœna** † furtiuè ordines suscipientis. Et certè vt ei de rigore iuris interdicatur executio ordinum susceptorū: vt j. e. c. innotuit. multo minus ascendere poterit ad maiores: & hoc intelligas etiam, quando vna die recipit omnes ordines minores: & vnum sacrum, siue duos sacros simul vt not. suprà, eodem. § j. Sed opponitur primum ordinē bene recipit: ergo non debet puniri in executione ipsius. respō. imò malè: qa gerit in animo quod alium recipit. & ita animi destinatione peccat in receptione primi. ff. de verbo significat. fugitiuus. in secūdo vero peccat re ipsa. & sic quia in vtroque peccat, in vtroque punitur: secundum Goffred. vel. dic vt nota. suprà, de tempo. ordinan §. qualiter. versicul. sed nuquid. & in ca. literas.

3 **A quo † cum** Eodē dispensetur. Et quidem aut fuit prohibitio facta, ne quis ordines furtiuè susciperet sub interminatione anathematis, id est, quæ fuit anathema, & tūc cum excommunicatus promoueatur, non potest aliquis secum dispensare, nisi Papa, secundum ea quæ nota de cler. excommu. mini. § fin. Aut non fuit facta excommunicatio, & tunc potest cum eodem episcopus pro suo arbitrio dispēsare iniuncta pœnitentia competenti. Sed & si excommunicatus promoueatur, Permittit Papa, quòd cum eo dispensetur ad religionem migrante: & sic solus Papa dispensat: vt j. capi. j. alias in minoribus ordinibus tantum dispensat episcopus, vt ibidem innuit à contrario & xxv. distinc. qualis. Sed & si religionem intrauerit, potest cum eo abbas suus dispensare, si viderit expedire vt j. eod. cum H. & de sent. excomm. cum illorum. & hoc in casu illo, in quo recipit quatuor minores, & vnum sacrum simul. Alii intelligunt quod in illo. c. cum H. j. eo intelligendum est de abbate episcopo. aliquoties enī episcopus in vna ecclesia est abbas in alia, eps, vel fortè ecclesia eadem est episcopalis & regularis sic s. de iud. causam quæ. sed tu intelligas sicut premisi. Si verò duos sacros in seculo quis receperit, non dispensat episcopus cū eod. Sed si transit ad religionem, dummodo laudabiliter conuersetur, poterit cum eo diœcesanus de licentia sedis Apostolicæ dispensare: vt j. eo. innuit.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM, ET SVBditorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Prælati qualiter excedant, & qualiter puniantur.*
2 *Clerici communiter quomodo delinquunt.*
3 *Subditi quomodo delinquant in superiores.*
4 *Clericus mutuans duodecim pro vndecim etiam ad ludum censetur publicus vsurarius.*
5 *Crimina sexdecim notantur circa ludum.*
6 *Prælatus debet subditos corrigere, & si modum excedat deponi debet.*

MVltifariam Per diuersas rubricas ostensum est in superioribus, quod in pluribus contingit clericos delinquere etiam contra superiores suos, & iura offendere: sed ne prælatis aliqua ex hoc subrepat elatio, subijcitur hic rubrica, de excess. præla. & subditorum, quòd nec prælati quæso ad animam reuocent. currunt enim inter infamiam, & bonam famam, vt seductores, & veraces. vj. quest. j. sunt plurimi. secundum Goffr. vel sic. Sed quia prælati plerunque. delinquūt in subditos, & subditi in prælatos, subiicitur rubrica, de excessibus prælatorum & subditorum, in qua notandū, Quod excedant hinc & ind. Et qualiter puniatur excessus.

1 **Qualiter † excedant** Hinc & inde, & qualiter puniātur excessus Et certè delinquunt p̄lati in subditos, exigendo talis, & exactiones indebitas: vbi quidem puniuntur, si sint encænia in quadruplum, multo fortius si sit extortū: vt xviii. dist. quoniam quidē. Sed si grauant aliquem in procurationibus, ducendo equitaturas vltra numerum in Lateranen. consilio cōstitutum, restituēt in duplum ecclesiæ læsæ: vt suprà de censib. cum Apostolus. & sententia lata occasione ista non tenet: vt īfra eodem. cum ad quorundam. Sed & si occasione procurationis, quæ debetur legato, vel subuentionis Apostoli. sedis leuauerint vltra quàm debent, coguntur illud restituere ecclesiæ, & tantundem de suo pauperibus erogare. vt s. de immu. eccl. quia plerique. Sed & dignitate priuandi videntur: vt suprà, de censibus. ea quæ. Tales igitur debent mandare memoriæ, quòd manus suas deberent seruare innoxias Deo & principi, nullumque lucrum contingere: vt in authentic. de man. prin. §. i. col. iii. C. de superindicto. l. i. libr. x. ff. de damn. infec. ex damni. in authentic. de collatoribus. § hoc quoque col. ix. nisi ex magna causa, & in spiritualibus casibus exigant charitatiuum & moderatum auxilium: xvi. quæst. i. §. nouarum. suprà, de censibus cum Apostolus. supra de iur. pat. præterea. quod dic vt nota. supra, de iure immu. §. à quibus muneribus. versicul. antepenul. & præceden. & sequent. s. de censibus §. ex quibus causis. Item excedunt iniustè excommunicando, interdicendo, seu suspendendo: vel quia hæc faciunt sine consensu capituli sui: vt xv. quę. vii. nullus. vel quia non seruāt ordinem iudiciarium: vt j. eodem. c i. putà quia sententias suas fulminant, & excommunicant, scilicet nulla præmissa monitione: vt s. de app. reprehensibilis. ii. quæstio. j. nemo, vel quia sine causa: quod cauendum est, cum hæc sit maior pœna quæ inueniatur in ecclesia. xxiiii. q. iii. corripiantur. vel quia ex odii fomite ad hæc procedunt: vt s. de accusa. qualiter. ii. §. i. ad hoc. xi. q. iii. § si ergo. & §. cum ergo. pœna autem excommunicantis iniustè infligitur, vt damnatus separetur à communione, quantum visum fuerit superiori. xxiiii. quæst. iii. de illicita. ii. q. i. nemo episcopus. Sed etiam si talis sententia feratur post appellationē legitimam, degradari debet proferens saltem in criminalibus: ii. quæstio. vi. decætero. Item tenetur ad interesse: vt j. de sentent. excom. §.

excom.§.caueat.& iniuriarum actio.ut 11.q.3.illud.& c.temerarium.Et crimine sacrilegij.24.quæ.3.non in perpetuum.& extraordinariè puniri potest.argumen.j.eodem.c.j. Ergo non debet quis excommunicari ex leui causa:quia non nisi pro mortali:vt xi.quæstio.3.nemo episcoporum.& capit.sequent. Hoc est cum sententiam fulminare, quando scilicet ex leui causa, uel aliàs iniustè fertur,nec seruatur ordo iudiciarius:ut j.eodem.c.nimis praua.§.j.Nec refert,utrum nulla causa subsit, vel iniusta.argu.ff.de autho.tu.nulla differentia. Vnde si sacerdos excommunicetur nisi furem reuelauerit, nulla est sententia :ut j.eodē.dilectus.quia hoc scit tanquam Deus:vt suprà,de offi.ordi.si sacerdos.ergo in hoc casu maior est quolibet ordinario.arg.s.de offi.deleg.sanè quia.93.dist cap.ult.& sic ab inferiori ligari non potest:ut s de maiorit.& obedien.cùm inferior.& talis sententia continet in se intolerabilem errorem:ergo non valet : vt s. de offic.delega.cùm contingat.& j.de senten.excomm.per tuas Et illi, qui non seruat ordinem, interdicitur ingressus ecclesiæ per mensem:ut j.de senten.excom.sacro.respon.j. Sed hodie delinquenti circa hoc noua pœna imponitur:quòd dic.ut nota s. de sent.& re iud.sub rubrica,de sent.§.qualis.sub §.pura.uer. qd ergo,si dico:Excommunico te.& sequ.& de hac materia inuenies j.de senten.excommu.§ quis sit eius effectus.sub.§.hi sunt effectus. Quid ergo, si interim celebrat? Deponendus videtur: quod dic ut not.s.de cler.excommu.minist.§ qualiter puniatur.& j.de pœnis sub rub.de dispen §.quis possit dispensare.sub §. sunt autem casus.uersic.tertiodecimo. Sed & excedunt, quia in iudiciis clericorum suorum non utuntur cōsiliis.contra id quod legitur 15.q.6.c penul.& fin. hęc enim tenentur facere: sicut & præses præsentibus officialibus suis iudicare debet:C.de senten.& interloc omnium iudicum.cùm sententiam.quod dic vt not.s.de his quæ fi a prela sine consensu cap.§.in quibus consilium.& s.de accu §.fi.sub §.sed nunquid.uer.in summa & sequē. Nec parum excedunt quidam nimium rigorem seruando alii in nimia relaxatione rigoris,cùm ex utroque vnum faciendum sit tēperamentū,ut nec rigor iustitiæ sit rigidus,ne māsuetudo sit dissoluta.45.dist.disciplina. Alii superbè prædicādo & sine cōpassione condemnando.45 distin habet hoc proprium. & c.uera iustitia. Alii indignos ad ordines promouendo: & de quibus dicit ca.quod hoc facit nimia remissio sacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt,& putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri:uel quibus aliud præstare non possunt, diuinos ordines largiuntur,quod tamē districti oporter esse iudicij.magnum enim est omne,quod ratum est.59.di.si officia. Alij exquisita & singularia cibaria exquirendo:nam aliquoties,sicut dicit Hiero.natus in paupere domo,& in tugurio rusticano qui vix milio & cibario,id est,familiari pane rugientem ventrem saturare poterat,nunc similam & mela fastidit: 12.q.2.gloria episcopi. Alii circa diuitias & ornamenta omne suum studium apponēdo. Sed de ministris nullam aut modicam curam habent. vnde Hiero.Marmora nitent,auro,splendēt laquearia gemmis: altare distinguitur,& ministrorum Christi nulla est dilectio: 12.q.2 gloria episcopi.utinam hæc hodie circa altaria ponerentur. Alij se superbè extollendo vbique quod tamen fieri nō debet,dicente capitulo,Episcopus in ecclesia in consessu presbyterorum sublimior sedeat,intra domum verò presbyterorum,collegam se esse cognoscat.vt 95.dist.episcopus. Alii,quia sine certa quantitate pecuniæ nolunt absolutionis beneficium impartiri: s.de simonia.ad aures.quod intelligas.quando ipsam pecuniam petunt pro beneficio absolutionis,quod simonia cum est : secus, si pro pena, siue mulcta imposita, & neglecta:quod dic, ut not.j. de sen.excom.§.& qualiter.sub §.secundum.& uer.no.quod aliquot. Quid si petitur ratione consuetudinis? Nō uidetur valere talis consuetudo:quia irrationabilis est:ut arg.in dicta decre.ad aures.ibi,quoniam igitur indignum,&c.dic si cōsuetudo sit, ꝙ pro absolutione petatur,non valet.s.de simonia.nō satis.fin autem sit consuetudo,quòd petatur pro contumacia puniēda, valet.arg.j.de pœnis.dilectus.s.ut lite non contesta quoniam frequenter.§.fin.& idē dicendum est de statuto.in his ergo casib. absolui debet liberè excommunicatus, & eo absoluto, cogi potest ad satisfaciendum de pœna.Sed antè non potest exigi, cùm nec pro illa fuerit excommunicatus.sic intellige s.de simonia.ad Apostolicam.& cap.ad aures.& iunge hic, quod not.s. de simonia.§.qualiter.sub §.lingua.ver.sed nunquid,licet nihil.& sequ. Excedunt etiam detrahendo,vel diminuendo redditus subditorum: quod facere nō debent, sed potius eos defendere & tueri: ut s.de rest.spo.conquerēte ver.etiam.ubi benè probatur, ꝙ nō debet sibi dicere ius superior. Sed coram iudice contra subditū litigare.cogitur ergo dāna data resarcire:vt s.de resti.spo.grauis.& pœna extraordinaria puniri potest.& sunt omnia reintegranda.ut j.eodem.c.2.nec debent eos irrationabiliter grauare, uel inhonestè tractare:sed tanquam filios & fratres fraterna charitate tueri, & honorare: vt j.eodem.c.j.& s.de ma.& obedien. per tuas.non ergo debēt derogare inferiorum honoribus.j.eo.ad hæc.quia sicut nolunt grauis oneris sarcinas ferre: ita nec debent alijs importabile pondus imponere: 2.q.6.qui se scit.& c.qui scit se.Vtrum autem vacare dignitate, vel præbenda, possit diminui redditus: dic vt no.s.ne sede vacan.§.& de qua sede.& vt benefi.eccle.§ j.Sed & excedunt denegādo sacramenta ecclesiastica malitiosè,& sine causa : in quo casu videtur, quòd alibi possunt accipi.arg.s.de præscri.cùm olim.quod est verū.in priuilegiatis,vt ibi,& in casibus concessis.vt s.de regularibus licet.& de sepulturis.cap.j.aliàs contra.s.de tempo.ordin.quod translationem.& c.ad aures.j.de pœni.omnis.sed est recurrendū ad superiorem.s.de iure pat.nullus.Sed & aliqua sunt sacramenta, quæ vrgente necessitate,à quolibet accipi possunt : vt de consecra.distinct.4.sanctum est.s.de offi.ordi.pastoralis.§ præterea. Prælatus etiam excedit consentiendo, quòd fur purgetur in sua præsentia cum ferro candenti,& dictando,vel consulendo pœnā sanguinis: & si is præsentiam sui exhibeat: in quo casu deponendus est: vt j.eo.ex literis.& s.ne cler.vel mo.sententiam.nec tamen prohibetur,imò conceditur,quòd reges consultis prælatis iustitiam faciant,23.quæst.5.pessimam.in fi.quod intelligunt quidā,etiam quando periculum mortis reo imminet: sed in genere,scilicet vt dicat,bene dicit lex, quòd adulter est capite puniendus:vt 5.q.6 delatori.caueat tamen,quòd magis consulat, quam suggerat: vt arg.ff.de quęstionibus.l.j.§.qui quæstionem. Hoc credo falsissimum.imò si imminet periculū, debet instare, quòd citra mortem puniatur : vt s.de iudicijs.cùm non ab homine.23.q.5.reos etiam vbi traditur brachio seculari : vt infr.de verb.sig.nouimus, & secundū hanc decret.intelligo decret. superius positā,scilicet quo ad clericos,quos punire non debent, quantuncūq; excedāt, quousq; degradati sint, vel intellige secundum c.s.de off.ordi.c.j.& de homicid.tua.§.ad vltimum.& c.postulasti.aliàs contra,50.dist.si quis viduā.quod dic vt no.s. de homicid.§.quis dicatur homicida.& §.qua pœna. Præterea delinquūt instituendo seipsos in ecclesijs sibi subditis : vnde coguntur eas dimittere:vt habes j.eo.ad aures.& est ratio,vt not. s.de iure patr.sub §.illud autē Sed nec debet de vna filia duos generos facere,alioquin ea vice priuatur iure conferendi:vt j.c.inter dilectos.§.vlt.

Illud sciant superiores, ꝙ non debent decurtare religiosorum priuilegia: aliàs sua decurtabuntur : vt j.de priuilegijs.dilecti ergo nihil exigant ab Abbatibus contra ordinis instituta: j.eodem.sanè.suprà de simonia.ne Dei ecclesiam.nam & ea ad quæ Abbates tenentur, scripta sunt.18.q.2.hoc tantum.& capit.abbates.s.de offi.ord.conquerente, ideoque si episcopi indebita & insolita exigant : possunt hoc abbates iure proprio denegare j eo.sanè.& c.cum ad quorundam.10.q.j.quia cognouimus.nisi prælatus esset in possessione, vel quasi eius quod exigit:tunc eni illud subtrahere subdito non liceret: vt s.vt lite pend.à memoria.16.q.4.volumus.17.distin.§.hinc distinguendum secundum Goffre.s.de electio.querelam. Versa uice igitur caueat religiosi, ne suis priuilegijs abutantur, & ne propter indulgentias insolescant: sed in humilitate regulari sic degant,vt ecclesiarum prælati promptiores sint ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiæ complementum : eorumq; priuilegia diligentius & perfectius studeant obseruare.s.de decimis.nuper.in fin. Cæterum si similem cum alijs uitam susceperint, similem sentient cū eis in legibus disciplinam: s.de stat.monach.recolentes.secundū Goffre.quod dic vt j.de priui.§.qualiter amittatur.sub §.sed & dici pōt.Sunt autem hodie omnes religiosi priuilegiati : vt non cogantur secularibus peccata sua cōfiteri,vel eucharistiā recipere.& ipsam possunt in suis oratoriis reseruare.& fratres in suis cœmiteriis proprijs sepelire,& sepulturam eligere: ita ꝙ nec compelluntur ad ecclesiam parochialem primo funus deferre : campanam licet eis habere,& propriū cœmiterium : & quando voluerint,horis tamen competentibus,celebrabunt : fratres, sacerdotes, clericos,& laicos,nec non numerum cereorum, & lampadarum, & alia ornamenta iuxta voluntatē, intelligo & possibilitatem habebunt:& primas missas,quo primo voluerint, in suis ecclesijs, intelligas celebrabunt, & quicquid eis offertur ad diuina officia,vel cōfertur pia deuotione fideliū inter uiuos, intelligas,uel ad ornamenta,& pias causas,bona fide relinquitur, integrè percipient: vt j.eod.nimis iniqua.Ordo autem fratrum prædicatorum, & minorum in his etiam hodie specialiter eximitur, vt nō cōpellantur venire ad synodos, vel capitula, seu scrutinia : nec constitutionibus superiorum sibiacent : nec fidelitatem, id est, obedientiā alicui faciant iuramēto firmatam.quid ergo de manuali ? videtur à contrario, ꝙ ipsam facere debeant.argu.s.de instit.ad decorē.& de maiori.& obed legabatur.vel dic seruanda priuilegia specialia,si qua habent:aliàs cōtrà, 17.quæst.2.abbates.& ca.abbatibus.93.distinct.à subdiacono.& cap.nulla tamen ac processionē pro leui causa nōn coguntur venire : quasi dicat

dicat, ad letanias possunt uocari. arg. de conse. distinct. 4. rogationes. & xxiij. q. 4. non potest. possunt etiam ad honorabiles ciuitates, non obstante prælatorum proterua prohibitione, accedere. nec coguntur de fructibus hortorũ, uel de habitaculis suis decimas dare: quamuis prælati dicant, ꝙ si alij ibi morarentur, decimas haberent inde. possunt etiam sibi ministros & custodes præficere, nec tenentur in his prælatis aliquibus obedire: ut j. eod. nimis praua. & occasione ista, ꝙ in his non obediunt, si aliqui prælati in eos sententias tulerint, non uidentur valere. ut infrà eo. sanè quam etiam potes intelligere per aliam. s. de simonia. ne Dei ecclesiam.

2 **Communiter** † delinquunt clerici incontinentia quę contra naturam est, laborãte, propter quam tres ciuitates, scilicet Sodoma, Gomorra atques: Segor, quæ & pluribus aliis nominibus est uocata, duæ ꝑpter vicinitatem ipsarum, scilicet Adamam & Seboym. & sic quinq; incendio consumptę sunt: vt j. eo. clerici. de pęn. distinct. j. §. sed & continuò. & in authen. ut nõ luxu. cõtra naturam. colla. 6. 22. q. 7. flagitia. s. de vi. & ho. cler. vt clericorum. Sed cùm nubit vir in fœminã, id est, ad modum fœminę vires porrecturam, quid cupit vbi sexus perdit locum suum? vbi scelus est id, quod non proficit scire, ubi sexus mutatur in alteram formam, ubi amor quæritur, nec videtur: tales ergo infames insurgentibus legibus, armatis iuribus sunt vltore gladio feriendi: ut C. ad l. Iuliam. de adult. cùm uir. Sed Secundum canones secularis clericus deponitur: uel subaudi, religiosus in arctius monasterium retruditur: uel dic, uel pro & ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Sed laicus excommunicatur. infrà eo. clerici. Sed nec debet clericus de sua incontinentia publicè gloriari: aliàs propter scandalum & infamiam ortam ab officio & beneficio suspenditur: sed nec confessio debet mulieri, cum qua se scelus commisisse fatetur, pręiudicare in aliquo: vt j. e. quàm sit graue. arg. 2. q. 5. interrogatũ. s. de ꝯfess. c. j. s. de adul. significasti. & ff. de adul. denũciasse.

3 **Subditi vero** † delinquũt in superiories, subtrahẽdo se ab obedientia, quod non possunt facere etiam authoritate archiepiscopi, cùm nõ habeat potestatẽ in suffraganeorum suorum subditos: ut j. eodem. sicut. nisi in casibus, quos not suprà, de offic. ord. §. quid pertinet. uersicul. est autem ipse archiepiscopus & sequen. ad hæc accedit. s. de renuncia. admonet. & capitul. lectæ. & de foro competenti, significasti Offendunt præterea prælatos subditi, erigendo contra ipsos ceruicẽ & calcaneum. in quo casu si uicarius insurgat contra personam ecclesię, falso assumendo sibi personatum, nedum priuatur beneficio propter fidem non seruatam: ut s. de iureiurand. querelam. sed in toto episcopatu ad executionem sui officij decæterò nullatenus admittetur: ut j. eod. illud astricti enim sunt uicarii ad seruiendum ecclesijs & personis: ut s. de offic. vicarij. ad hæc. Sed & Archi. qui contra fidẽ homagij præstiti, & debitam reuerentiam episcopum dominum suum fore denegauerit, vel super rebus spiritualibus ipsum ad forũ secularẽ traxerit, uel inuasori ipsiu episcopi, seu sociorum eius & fratri eiusdẽ cum suis complicibus causam vel consilium præbuerit, tanquam membrum putridum debet ab archidiaconatu & ecclesia remoueri perpetuò: ita ꝙ beneficia sua per illos, ad quos donatio pertinet, personis idoneis conferantur: ut j. eod. grauem. sic priuatur clericus, qui contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocatus, vel procurator esse præsumpserit. vt s. de postulando. c. ultimo. arg. suprà, de dona. c. fin. xcj. di. si Impetator. & xxij. quæ. 5. de forma Item offendũt superiores, quando sunt tanquam singulares in aliqua ecclesia: & fabricãt de nouo sigillum, quod nunquam consueuerunt habere: quod facere non debent: & si fecerint, non debent uti eo. ut infrà eo. dilecta. ergo à contrario, si tanquã collegium congregati sunt, licet eis sigillum habere: ut suprà de appel. significauit & suprà, de elect. cùm inter R. iuniorẽ, & R. seniorem. licet tamen cuilibet habere sigillum tanquam singulari & priuato: quia & laico licet. ut ff. de procur. si procuratorem. & C. de rebus eccle. alie. vel non alie. l. 2. & secundum certum ordinem, quem habet, vel officium, uel rectoriam, uel dignitatem, in qua quilibet constitutus est, faciet fieri characterem, siue impressuram: de sigillo quippe annuli talis consuetudo imaginaliter exprimitur: qualis habetur in sigillo eod. essentialiter: q. d. sculptura siue imago regis repræsentat regem: episcopalis episcopum. & sic de singulis: ut j. de pœn. cap. 2. §. principium. versic. quid nanque boni. & suprà, de fide instru. inter dilectos. §. sed contra. arg. ff. qui testam. facere poss. ad testium. §. signum. Sed & si quis proprium sigillum nõ habeat, potest alieno signare, debet autem hoc exprimere in hunc modum: & quia proprio carebam sigillo, tali præsentes literas sigillaui: argu. C. de testamentis. si unus. & Institut. de testamentis. § possunt. Vtrum autem tale sigillum fidem faciat, & contra quem, dic ut not. s. de proba. §. & quot sunt species. uersic. x. & sequen. Sed quomodo scietur, utrum aliqui sint in ecclesia tanquam singulares: uel tanquam collegium? Respon. Per speciale priuilegium eis cõcessum, si appareat. arg. s. de consuet. cùm dilectus. §. j. de elect. sacros. & ff. de collegiis illici. l. 3. versi. & in summa. quod dic ut not. suprà de syndico. sub §. quid sit societas. versicu. traditur autem hæc regula. & sequen. quòd si non apparet, considerandus est vsus ecclesiæ. si enim nunquam habuerunt omnes tractatus, non elegerunt, nec per syndicum responderunt, nec arcam communem uel sigillum commune hactenus habuerunt, singulares iudicantur: ut infrà eod. capitu. dilecta. aliàs si hæc, quę proximè dixi, consueuerunt habere, & exercere collegium iudicatur: ut suprà, de elect. capit. 1. & de syndico. c. unico. & ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. prima. Quamuis autem singulares in præiudicium prælati non possint per seipsos collegiare, ut patet ex superioribus: potest tamen hoc fieri authoritate Papæ: vel de consensu diœcesani: etiam inuito patrono, in fauorem ecclesiæ: sed si archidiacono, uel alicui clerico paretur enorme præiudicium, est eidem in aliis restaurandum. sic intelligo supradictas decreta. cùm dilectus. & sacrosan. & de uita & honestate clericorum. quoniam. & de ecclesiis ædifican. ad audientiam. 2. & de maioritate & obedientia. cùm inferior. & de iure patro. nobis fuit §. 1. summa ergo est ratio, quæ pro religiosis facit: ut ff. de relig. & sumpt. fune. sunt personę. arg. s. de dolo & cõtumacia. c. 2. abbates autem debent esse contenti suis finibus, nec debent attentare ea quæ sunt episcopalis dignitatis: sicut est cognoscere de causis matrimonialibus quæ requirunt maiores iudices. ut dixi suprà, de matrimonio contracto contra interdictũ ecclesi. §. à quo. Itẽ non debent iniungere publicas pęnitentias. l. dist. in capite. s. de officio archipresbyt. cap. 2. nec literas indulgentiarum concedere: ut j. de pœnitẽtiis. quod autem. & c. cùm ex eo. §. ad hæc. & c. seq. nisi fortè speciali priuilegio: uel alia causa legitima suffragante: puta præscriptione. nam & potest abbas quædam spiritualia iura præscribere: s. de præscr. auditis. & c. olim. secundum Goffr. vel alia causa, puta consuetudine iam præscripta, ex qua etiam ad Archidiaconum pertinet cognoscere de causis matrimonialibus, & aliis. s. de restit. spon. literas. & de offi. Archi. c. fin. ad idem præstat. s. de iudi. nouit. & de fo. cõp. cùm contingat. sic intellige j. e. accedentibus. multo minus licet hoc abbatissis: ut j. e. de pœnitentiis. noua. Religiosi enim debent esse contenti suis priuilegiis: quod dic ut nota. s. e. sub §. illud. uersi. uersa uice.

4 **Clericus** † verò etiã ad ludum 11. pro. 12. mutuans, publicus censetur vsurarius[a]: non obstãte cõsuetudine Gallicorum, qui sub quadam curialitatis imagine consueuerunt huiusmodi vitium palliare, que dicẽda est potius corruptela. ergo tanquam infamis talis repellitur à dignitate, ad quã vocatur: quia secundum leges portæ dignitatis patere non debent uilibus & indignis: ut j. eod. inter dilectos. 1. respon. C. de digni. neq; famosi libro 12. & de infamibus. l. unica. li. 11. & sunt eisdem omnes actus legitimi interdicti: ut s. de testibus. licet ex quadam. in fi. respon. j. & sic usurarius repellitur ab obtinendo: xlvii. dist. de Petro. Sed si pœnitere voluerit: potest prælatus secum dispensare in iam obtento: ut 35. dist. ca. 1. Sunt igitur ludi noxii[b] vitandi, sicut taxillorum: ut s. de uita & honestate. cleri. ca. cleri. Sunt enim indigni & pessimi & seruiles, quorũ effectus iniuria est. quis enim ludos appellet illa, ex quibus crimina oriũtur: ut in procemio ff. veteris. §. illud verò sanè. 5 † Notãtur autem in summa de casibus ix. crimina circa ludũ: sed nullæ, aut paucæ concordantiæ inducantur. nos verò 7. adiunximus. & sic sunt 16. quæ istis versibus comprehendes.

Hæc cum taxilis ludendo crimina fiunt:
Ecclesiæ spretus, vsuraque siue rapina:
Scandala, vel nugę, blasphemia, seu faciendi
Furti doctrina: violentia, crimina falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioque
Temporis, & desiderium, corrruptio, iunges
Istis prædictis, adulatio uitaque turpis.

Ecclesiæ spretus. quia contemnitur prohibitio sanctæ matris ecclesię: unde peccatũ ariolandi, id est, circa idolorum aras nepharias preces immittendi. ideo enim arioli sunt uocati: ut 26. quæst. 3. & 4. cap. 2. & Paganitas in hoc cõmittitur: lxxxj. distin. si qui sunt presbyteri. & quatuor Euangelia contẽnere probatur

inobediens

ADDITIONES.

a Censetur vsurarius. ¶ Adde Doct. in c. quamquam de usuris. li. 6.

b Ludi noxij. ¶ Adde gl. in c. clerici. el 2. de vi. & ho. cleric. & ibi Ab. glos. summæ. 35. di. Car. in cle. si de vi. & ho. cle. in §. sed & tales. in 2. q. Innoc. in c. lator. de homi. Alb. in auth. interdicimus. C. de epis. & cle. Bald. in l. fin. ff. quarũ rerũ actio non da. Bar. in l. si quis. ff. pro emp. Ioan. Bap. de Caccialupis aduocatus consistorialis, Paris de Puteo. & Constan. in suis tractatibus de ludo.

inobediens: vt xx. dist. de libellis. in fi. & per inobedientiam relabitur quis in culpā protoplasti, id est, primo plasmati, scilicet Adæ: xxxiiij. dist. quorundam, non est ergo tutū contemnere Petri claues: vt j. eo. c. vlt. Vsuraq; scilicet maximè: vt suprà, uersi. clericus uerò illa enim usura potest, in die æquiparari sorti, & ultra. & tamē maior usura, quæ reperitur in lege antiqua, quæ usuram concedebat, est centesima, quæ non in die, nō in mense: sed in anno æquiparatur sorti: ut dixi s. de usuris §. qualiter petantur. uer. petuntur. & se. Siue rapina. uult enim ludens & intendit proximum spoliare: unde quo ad Deū, qui cor respicit, raptor reputatur: ut xiiii. q. 5. si quod inuenisti. & de hoc crimine dic ut not. plenè suprà. de raptoribus. §. qua pœna. Scādala. ex hoc enim boni scandalizantur: sed uitandum est scandalū etiam minorum: ut suprà, de renunc. nisi cùm pridem. §. pro graui. infrà tit. 1. c. 2. §. ult. Vel nugæ multiplicantur enim mendacia, & uerba ociosa & uana, de quibus tenemur reddere in districto iudicio rationem: quia de omni uerbo ocioso, & c hæc autem uitāda sunt: ut xliii. dist. conuiuii. & cauendū est, ne quandoq; sine iudicio uolet irreuocabile uerbum: ut xliii. dist. in fin. ad hoc. suprà, de celebrat. miss. dolentes. & mortale peccatum est, mētiri: ut not. s. de iureiur. §. quot comites. ue. sic. dicit tamen Aug. ad idem s. ut benefi. eccl. ut nostrum. §. pen. & ff. de tribu. act. illud. §. penul. Blasphemia: quia frustatim deciduntur membra illius, qui te proprio redemit sanguine, & sanctorum eius. ergo peior es Iudæis: quia illi saltem corpus integrum reseruauerunt ecce magna hæresis de hoc suprà, de maledicis. capit. 2. & in summa eiusdem titu. §. fin. sub §. blasphemantes. & seq. Seu faciendi furti doctrina: quia cùm omnia amiserit lusor, discit furari, inopia cogente ipsum: s. de fur. si quis per necessitatem. ecce furtum quod mortale est: vt xxv. distin §. criminis. dic vt not. suprà, de fur. post rubricellam, de condic. fur. §. qua pœna fur sufficiatur. versic. tamen secundum canones & sequē. Violentia, aliquoties enim ad hoc vt aliquis ludat violenter detinetur. vt ff. de aleatoribus solent. ecce seruitus iniusta. Insti. de iure personarum. §. j. Crimina falsi. quod admittitur in falsis taxillis faciendis, & ex certa scientia cōmendandis, siue locandis: suprà, de cōtrah. em. c. 2 & de hoc dic vt not. s. de cri. fal. §. qualiter committatur. & §. qualiter puniatur. Et mortis causa. quia de ludo veniunt ad verba, de verbis veniunt ad verbera, de verberibus ad vulnera, de vulneribus ad homicidia. ergo à primo de ludo ad homicidium: quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videt: ff. ad legem Aquil. qui occidit. §. in hac. & j. de iniurijs ca. vlt. §. vlt. ecce iniuria. ecce homicidium. quibus iudex ex officio occurrere debet: vt ff. de vsufruct. æquissimum. Deceptio. is enim q melius scit decipere, melius ei cedit ludere: vnde Seneca: Aleator quanto in arte peritior, tanto nequior: sed ecclesia neminé debet decipere: vt s. de donat. per tuas. nec alicui laqueū iniicere: vt xxvij. q. j. de uiduis. 2. & de hoc s. de collusionibus. §. j. & §. qua pœna. & de dolo. §. 1. & §. vlt. ecce dolus, & fraus, & machinatio, quæ nemini debent patrocinari: vt s. de rescr. sedes in fi. & de do. & contumacia. c. 2. & de elect. ca. 2. Perditioq; temporis: & bonorum operum. nam propter ludos rudes scholares amittunt tempus suum: vt in procemio. ff. veteris. §. illud sanè. quod lugendum est, iuxta illud:

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum.
Quisque potest rebus succurrere, nemo diebus.

Licet enim res amissæ aliquoties recuperentur: amissio tamen temporis nunquam poterit restaurari. Et desiderium, scilicet lucrandi. ecce cupiditas, quæ mater est omnium malorum: vt xlvij. distinctio. bonorum. in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. cogitatio collatio. 2. s. in prima constitutio. & de cōstitutionibus. nam concupiscentiam. Corruptio multiplex, scilicet proximorum insipientium, quos malo exemplo corrumpit: & sic delinquit: xi. q. 3. in cunctis. & cap. præcipuè. s. de elec. cùm in cunctis. & de voto. magnæ. § primo. suprà, de sacra vnc. cap. vnico. §. ad exhibendum. ideoq; dici potest, quòd Domino Iesu Christo, cuius serui sumus omnes, tenetur lusor de seruo corrupto. arg. ff. de seruo cor. l. j. & l vt tantum. §. vltimo. & l. sequen. corrumpitur. Iunges istis prædictis, adulatio, commendatur enim ludens de peccato suo: & iniquus benedicitur. lxxxvj. distin. donare. & cap. sequen. qui venatoribus. vnde dicunt homines: Pulcher & bonus lusor est dominus meus: quæ adulatio clericis capitale crimen est. xlvj. distinct. §. ecce quæritur. & cap. sunt nonnulli. & capi. sequen. & dicit lex, ꝙ non oportet ludendo augeri malitiam: ff. de seruo cor. l. 1. §. sed vtrum. Vitaque turpis, ecce offensio honestatis. & sic læditur primum præceptū iuris: s. in prima constitutione. §. ideoq;. nam illa ratione, quia inhonestum est, prohibetur clericis s. de vita & honestate clerico. clerici. & in authentica de sanctis. episcop. §. interdicimus. quod autem maior pars criminum superiorum ex ludo oriatur, elici potest ex l. ff. de aleatorib. l. 1. & ex l. Græca. quæ incipit, alearum ludus. §. excommuni. quæstionis ff. veteris. qui §. incipit. illud verò sanè.

Licet tamen ludere secundum leges in casibus. vnde versus:

Ludere vescendi causa permittitur. id est,

causa conuiuij: atque hastam, vel pilum iaciendo: vel saliendo cursum, vel bellum: nec non luctam faciendo: quasi dicat non cum taxillis. Causa virtutis, scilicet probandæ, etiam spondere, id est, sponsionem facere licebit, scilicet ex l. Titia. & Publia, & Cornelia: ff. de alea. solent. §. senatus. & l. sequent. & de hoc not. s. de tornament. §. 1. Sed & lex Græca alearum ludus quinque ludos admittit, scilicet tonnionouolon. ludus est, vbi iactus in lōgum protrahitur, sicut fortè est ludere ad paletum, vel sagittare, ton condomonouolon, ludus est, vbi iactus in breue spacium retrahitur. sicut fortè est ludus pilarum, ketindacca ludus est, vbi pondus dentibus eleuatur. keypon', ludus est, quo eqùite currente res in signum posita lancea eleuatur. kepichitu, ludus est, cùm ligno seu alia materia ob fraudis suspicionē tali iactantur: sed secundum Catonē sapientem: Trocho lude, aleas fuge. Vnum tamen nota, quòd quamuis clerici aliquos ex his ludis possint inter se exercere, causa recreationis, non tamen omnes, nec aliquem vna cum laicis simul mixtis: vt s. de homicid. lator. & ca. continebatur. In summa not. quòd episcopus violans interdictum hominis: ipso iure suspensus videtur intantum, ꝙ non potest alium excommunicare, nec beneficia conferre: & qui ei obedierit omnibus beneficiis ecclesiasticis est priuandus: & officio & beneficio suspendendus, & ad sedem Apostolicam transmittendus, pro meritis recepturus. ad quod si necesse est, inuocabitur brachium seculare: vt infrà eodem. capi. vltim. secus videtur, si violet quis præceptū canonis: vt suprà, de cleric. excommunic. minist. si celebrat. quod dic, vt ibi nota. §. 1. versi. suspensi. & est ratio, quia mitius agitur cum lege, quā cum ministro eius: vt ff. de arbit. Celsus. & de cōpensat. sicut militi. 6 † In summa etiā not. quòd prælatus debet subditos corrigere: & si modū excedat, deponi debet. xlv. distinct. cùm beatus. non tamen propter hoc debet petere veniā à subditis, quos correxerit, ne condemnetur propter nimiā humilitatem: lxxxvj. distinctio. quoniam. nec subditus debet esse plus subiectus, quàm expedit. xcix. distinct. ecce. 2. quæst. 3. admonendi. Etsi negligens est prælatus circa correctionē: legat qualiter summus sacerdos cadens in terra fractis ceruicibus expirauit: vt xxxvj. distinct. legant. & s. de simonia. licet Heli. ad hanc enim correctionem faciendam tenetur ex officio: vt xxxvij. distinct. §. eis igitur. Et si peccat subditus, in eum procedatur secundū glossam Euangelij, quam not. s. de accus. sub rubrica de denunciationibus. §. qs potest. & §. qualiter procedatur. Item contra negligentem proceditur, sicut contra delinquentem: qa error, cui non resistitur, approbatur. lxxxiij. dist. error. & suspenditur negligens ab officio. 100. dist. c. 1. & potest deponi: lxxxj. dist. dictum. Quid enim excusabit pastorem, si eo nesciente lupus ouem comedat? vt j. de regulis iuris. quāuis facientis enim culpam habet, qui qđ potest non corrigit: lxxxvj. dist. facientis aliàs culpā. &c. 1. & xxiiij. quę 3. qui pōt. nec caret scrupulo societatis occultæ: &c. vt j. de sent. excom. quantæ. 2. q. vij. negligere. si de excessibus superiorum & inferiorū uis plura uidere, iūge quod no. j. de pœnitentiis. §. cui confitendū. sub § cui episcopus. & §. seq. vsq; in finē. §.

De Noui operis nunciatione. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Nunciatio noui operis quid sit. Et ad quē pertineat. 2. Quare fiat. 3. Quis possit facere. 4. Cui fiat. 6. Qualiter tollatur. 10. Qualiter fiat. 8.*
5 *Nunciatio quare non habet locum in rusticis prædijs.*
7 *Nunciatio facta in absentia, an valeat.*
9 *Nuncians an habeat necesse iurare de calumnia.*
11 *Remissio tacita, qualiter fiat.*
12 *Effectus nunciationis quis sit.*

PRæmissum est suprà de excessibus in genere. Sed quia subditi, uel alij ędificando aliquoties excedunt, & talis excessus per noui operis nunciationem restringitur: uideamus de noui operis nunciatione, dicentes, Quid sit nunciatio noui operis, Ad quæ opera pertineat, Quare fiat, Quis possit facere, Cui fiat, Qualiter fiat, Qualiter tollatur, Quis sit effectus.

1 Quid sit† nunciatio noui operis. Illi qui de nouo in alterius præiudicium ædificat legaliter facta prohibitio: vt colligitur ex inferioribus. Nunciare enim nihil aliud est,

quo ad hanc materiam pertinet, quàm prohibere. vnde non refert, vtrum quis dicat Nuncio nouum opus: vel, Prohibeo nouum opus: vt ff.eodem.l.1.§.nunciamus. infrà eodem. significantibus. aliter accipitur suprà, de acc. vti ibi notatur sub rubrica. de denunciat.§.1.

2 **Ad† quę opera pertineat.** Et certè ad ea q̄ in solo fiunt: vnde si quis messem colligat, uel arborē succidat, ad hoc edictum non pertinet vt.ff.eod.l.1.§.hoc autē edictum.3. & aduersus futura: non præterita. si enim p̄terita demoliri intendas, recurrendum est ad interdictum, quod vi aut clam. & alia quæ publica iura tuentur: vt ff.eod.l 1.§.hoc autem edictum.1. Illud autem non refert, vtrum fiat edictum siue opus intra oppidū, uel extrà: in uilla, uel agro: loco priuato, uel publico, ex quo solo adhæret: ut ff.eodem.l.1.§.siue autem. Non ergo pertinet nunciatio noui operis, nisi sicut uox sonat, ad noua opera. Opus autem nouum uidetur facere, qui uel ædificando de nouo, uel detrahendo pristinam faciem operis immutat: ff eodē l.1 §. opus nouum. secus, si reficiat, uel unum cemētum addat, uel subtrahat: tunc enim hoc remedium locum non habet. ff. eod.l.1.§ si quis ædificiū & l. stipulatio.§. opus autē. & sic aliud est facere: aliud reficere. ff. de itinere actuq; priua. l. unde etiam.§ reficere. suprà de Iudæ. consuluit. & cap. Iudæi. est tamen arg. cōtra, ff. de mortuo inferendo.l.1.§. ædificare. Hæc autem nunciatio ad ædificationem etiam ecclesiæ porrigitur, cùm non sit construenda in præiudicium alterius, ut infrà eodem. capitul. 1. nisi in casibus, quos not. suprà de ecclesiis ædificandis.§. fin. uer. & hæc est una causa. & sequent. Excipiuntur riui, & cloacæ & omnia generaliter, in quorum mora periculum uertitur: illa enim purgari & fieri possunt, spreta denūciatione: quia publicæ salutis interest, riuos, & cloacas curare. ff. eodem. de pupillo §. si quis riuos. & §§. sequentibus

3 **Quare fiat.** Et certè tribus de causis, aut gratia iuris nostri conseruandi: aut damni depellendi: aut publici iuris tuendi gratia: ut ff.eodem, l.1 §. nunc uideamus. & § nunciatio. ibi seq.

4 **Quis † possit facere.** [a] Et quidē quicunque priuatus, qui cōmodo afficiat, etiā si seruus sit ff. quod ui aut clàm. prohibere.§. si quis per seruum. Sed pro opere facto in loco publico, non tenet nūciatio à seruo facta. sic intellige ff. eod. de pupillo.§ 1. homo tamen liber etiā hoc opus nūciari potest: quia in tali casu omnes ciues admittuntur. nā & hoc reipublicæ interest: ff.eo. in p̄uinciali.§. fin. & l. sequent. nam reipubl. dum tamen bonæ famæ sit, & masculus is, qui denunciat: aliàs cōtra, ff. de popu. act. l. popularis. & l. mulieri. Maior. xx. anno. nunciare potest: sed & pupillus, si priuato commodo afficiatur, non aliter: vnde non potest nunciare, quo ad ius publicum pertinet: ff. eodem. de pupillo. responso 1. Sciens denunciare potest, sed & ignorās quod opus fiat: ff. eodem. l. j. § potest. & expone, quod, id est, quale, puta nescit, vtrum debeat esse camera, uel cellarium: necesse tamen, q̄ sciat habere ædificium quoddam instar operis: ff eodem. stipulatio.§ opus. Potest autem nunciare dominus, potest & habens ius in re: puta emphyteuta superficiarius. ff. eodem. in prouinciali.§. si ergo. & l. de pupillo.§. sextus. & § naturalem. Vnde & clericus nunciare potest & religiosus: infra eodem. capit. 1. & 2. quamuis dominus non sit: supra, de dona. cap. secundo. nam & creditor admittitur: ff eod. creditori. Videtur igitur, quòd habens seruitutem, possit nunciare. distin. est tamen: vtrū habeat personalem, aut realem. Si quis personalem seruitutem habeat, tunc ei, a quo seruitutem habet, nunciare non potest, alii uero potest: ff. de remissionibus. l. 1.§. item Iuliano. Si realem & rusticam nunciare non potest, licet seruitutem ualeat uendicare: ff. eodem. qui uiam. Si uerò urbanam habeat, tunc potest: ff. de seruitu. urbano prædio. inter seruitutes § fin. Hoc tamen uidetur reprobari: ff. familiæ ercifcundæ. l. in fami. ercifcūdę iudicio. ubi innuitur, q̄ siue realem, siue prædialem habeat, nūciare potest. ideò dicunt alii, quòd neuter potest nunciare domino rei, a quo causam habet Sed alii uicino ædificanti potest: ff eodem. l. 1.§. fin. & l. 2. Sed & hæc solutio tolli uidetur: ff. eodem. de pupillo.§. sextus. uersicul. impositiam. ideò intelligunt alii l. istam dictam in familiæ ercifcundæ iudicio. in urbanis seruitutibus tantùm. Si quæras rationē, quare aliud in rusticanis, aliud in urbanis seruitutibus [b]? Respondeo: quia nunciatio non habet locū, quo ad prædia rustica: uel opera rusticana: sed quo ad urbana, & opera ipsorū: ut patet in his quæ nota. s̄. eod §. ad quæ opera.

5 † Si quæras, quare nunciatio non habet locum in rusticis prædiis? Respondeo, fauor agriculturę hoc non tolerat: ne modico momento pereat, & c. C. de feriis. l. iii in fin. comprobantur hæc ff. de aqua pluuia arcen. l. 1.§. de eo opore. ff. eo. l. 1.§. hoc autem edictum supra, de treuga & pace. cap. innouamus. Quicquid tñ domini dicant, uel intelligant, indist. dici pōt, q̄ is qui seruitutē habet, nunciare potest nouum opus, siue domino siue, vicino. Sed quando domino nunciat, non tenet nunciatio: ff. eodem. qui viam. subaudi, quo ad hoc vt opus demoliatur. Sed tantùm æstimabitur vsusfructus, uel alia seruitus quæcunque sit illa: vt ff. eodem. l. 3. & quo ad hoc tenet. ff. eodē, de pupillo §. sextus. versicul impositiam. ff. de serui. vrbanorum prædiorum inter seruitutes. Sin autem fiat vicino, tunc tenet adeò, quòd opus demoliendum est, nisi facta sit remissio: quæ ideo in hoc casu vtilis, & in superiori inutilis iudicatur: & hoc in seruitute qualibet locum habet, sicut manifestè dicitur ff. de remissionibus l. 1.§. item Iuliano.§. sequent. qui incipit, idem Iulia. & secundum hoc intellige ff. si seruitus vendic. & si fortè.§.1. ff. famil. ercifcun. l. in famil. ercifcun. iudicio. ergo.§. final. l. 1 ff. eodem. intelligi debet, quando vsufructuarius domino nunciat. nec obstat, sed concordat l. sequens. quia non est cōtinuanda aduersatiuè, sicut domini legum legunt ipsam: sed expositiuè. Hoc modo dixi s̄. l. proxi.§. fi. quòd vsufructuarius opus nouum suo nomine nunciare non potest, & cæt. vt ibi patet. sed hoc intelligi debet, quando nunciatio fit domino. nā si vicino fieret, bene valeret. & hoc est quod dicit lex secunda. si autē domino prædii, & c. dic ergo autem pro sed. sed hoc quod dictum est suprà eod. l. proxim. in fine. verum est, quando opus nouum domino nunciatur. nam si domino prædii nunciauerit, inutilis erit nunciatio: scilicet quo ad hoc, vt opus nouum demoliatur. & ideo inutilis esset remissio: vt s̄. not. Secus, si vicino nunciaret. nam tūc opus demoliendum esset: nisi remissio facta esset. vnde sequitur: neque enim sicut aduersus vicinum, ita aduersus dominum agere potest: ius ei non esse inuito se, altius ædificare. Sed si ex hoc facto & c. sic exponit ibi Iul. cuius est l. illa dictum magistri Vlpiani, qui facit primam l. secundum mentem illius §. Item Iuliano. l. prima. ff. de remissio. quem §. facit idem Iulian. & ibidem exponitur, qualiter intelligatur: qđ Vlpianus ibidem indist. dixerat in præcedenti §. vbi dicitur, ius habet nouum opus nunciandi: qui aut dominiū, aut seruitutem habet. qui §. directè contradicit: ff. eodem. l. 1.§. fi. cùm vnus dicat quòd potest: alius quòd non potest: ideo Vlpianus videtur sibi ipsi cōtrarius: nisi per distinctionem Iuliani cōtinuatiuè, & expositiuè, hic & ibi positam intentionē eiusdem Vlpiani exponeres, & saluares: & accedit ad hoc ff. de damno infecto. Proculus. ideoque leges. ff. eodē. l. 2. ff. de remissionibus l. 2.§. item Iuliano. eiusdem Iuliani sunt, & idem dicunt, seu innuunt: & quasi eadem verba ponūt. Is verò qui nullum ius habet, nec se habere contendit, nunciare non potest: quia nec vsufructuarius semper nunciare potest: nec enim admittitur ꝯ illum, à quo causam habet: ff eodem. l. 1.§ final. & l. 2 nec habens prædialem seruitutem: vt not. suprà eo. versi. si realem. multo minus ergo admittitur is, qui nullum ius se habere contendit: nisi fortè fiat nunciatio pro opere qđ sit in loco publico, hic enim admittitur etsi nullum ius priuatū habeat: vt no. s̄. eod §. resp. 1. nā & solent loca publica singulorū vsibus deseruire. ff. ne quid fiat in loco publico. l. secūda §.1. & ideo admittitur nunciatio. ff. eo. de pupil.§. sextus. ver. publicā. Nedū etiā nomine proprio potest qs denunciare, sed & alieno: [c] vt. no. ff. eod. l. 1.§. item nunciationē. Semper tamen requiritur causa, si petatur nunciatio: nec. n. aliter potest qs nunciare, nisi se vel illū, cuius nomine nunciat: qa fortè tutor, vel curator, vel procurator est, dicat ius habere prohibendi: vt ff. eod. stipulatio. resp. 1. Vnde & Sextus deffinit triplicē esse causam, scilicet naturalē: vbi qs dicit se esse dominū rei, in qua ædificatur. Item publicā, scilicet quādo prohibet aliquē in publico ædificare. Itē impositiuam, quando scilicet dicit se ius habere in re, non dico dominiū: puta vsumfruct. vel aliā seruitutē: ff. eod. de pupillo.§. sextus & iunge qđ no. j. eod.§. qualiter. versi. requiritur. Sufficit autē, q̄ nunciās dicat, q̄ opus fiat in præiudiciū, vel detrimentū ecclesiæ suæ, vel suū. j. e. c. 1. resp. 1. & c. 2.§. super eo. & c. 3. resp. 1. Sed siue causa sit vera, siue falsa, semper tenet nūciatio in odiū spernentis nunciationē edicto prætoris inductā: ideoq; demoliendū est opus, siue iure, siue iniuria ædificatū fuerit post nunciationē: ff. eo. l. 1. resp. 1. & l. p̄tor.§. interdictū. & §. qui igitur. & §. ait.

ADDITIONES.

a Facere. ¶ Necessarium est scire quis dicatur nouum opus facere, ex quo Martinus eod. titul. in Summa rubricellam efformauit, quam transcribere uisum fuit: Nouum (inquit) opus facit quis aut detrahendo, aut mutando pristinam rei faciem. ff. eo. ti. l. 1.§. opus nouum. Si quis autē fulcit uetus ędificiū, uel cæmentum imponit, nouū opus facere non uidetur: d. l. 1.§ ædificiū. Nā lōge aliud est facere, & aliud reficere: de Iudęis. c. consului.

b Aliud in urbanis seruitutibus. ¶ Adde Bart. Cæpoll. in tractatu de seruitut. ut prædio.

c Qui autem alieno nomine opus nouū nunciat, debet satisdare eū rem dominum ratā habiturū: ff. eo. tit. l. qua in re.§. qui procuratorio. Sed & is, q nomine p̄prio nunciat, iurare prius debet, se non calūniandi causa nouū opus nunciare: ff. eo. ti. l. de pupillo.§. qui opus. Sed & usufructuarius nunciare nouum opus potest, sed non aduersus dominum: ff. de rem. l. [illegible]

§.ait prætor.&§ quicquid autem.de quib.legibus fit mentio.j.e. c.1.§.fraternitati tuæ.

Cui fiat. † Et quidē omnibus existētibus in re ipsa:seruo,vel libero:domino, vel fabro, vel opifici: masculo,vel mulieri:maiori,vel minori.sufficit eīm in re præsenti sic fieri nunciationē,vt domino possit renunciari: ff.eo.de pupillo.§.nunciare aūt.& præced.& l.operis.& l.cuilibet.& l.si satisdationē.§.tutori.& l.non solùm.resp.j.nec obstat absentia domini, ex quo ad ipsum peruenire potest: vt dictū est: & ad idem ar.ff.qđ vi,aut clàm.aut qui aliter.§.j.ad fi.ff de damn.infec.l.3.§.toties.sic j.eo. cùm ex iniuncto. respon.j Sed intellige, qđ & ibi fuit facta nunciatio successori: aliàs nō cogeretur successor propriis expēsis opus tollere: ut ibi dicit: qa nec successor,sicut nec hæres in hanc pœnam succederet:vt ff.eo.l. penul.arg. s.de solu.c j.licet quo ad interdictū, succedat:vt no.j.eo.§.qualiter tollatur.versi.tacitè Quid si fiat nunciatio domino operis: non tamen in ipso opere:puta qa absens est? & quidem lex dicit hāc nūciationem nullius esse momenti,ff.e.de pupillo.§.si quis aūt fortè.qđ domini legum intelligunt,quo ad opus, quod factum est post nunciationē, antequam dominus veniret ad locū. Cæterum, quo ad opus illud, qđ postquàm peruenit ad opus,intellige,vel peruenire potuit:arg.ff. de verborū oblig at.l. continuus factū est,cùm prohibere,scilicet potuerit operari, & non prohibuerit,bene tenet nunciatio: sicut apparet à ꝯtrario sensu rationis, quam reddit in dicto §.si quis fortè.ibi, cæterùm si alibi,&c.& ibi vt confestim,&c.nam & vbi fit in re ipsa, domino absente, non confestim discedunt operarij ab opere:sed tūc demùm cum dominus prohibet operari.Si dicas ſm hoc non videtur differentia esse,vtrum fiat operarijs in re ipsa,dño absente,vel domino absenti, non in re ipsa: quia vtrobiq; non demolitur nisi id quod factum est postquam dominus rediit. dictus autē § voluit notare differentiā:& quod in vno casu valeret nūciatio, in alio non valeret. sicut apertè dicit respō. j. retulit se ad ea quæ plerunq; accidūt. Sæpe enim ꝯtingit, ꝙ quando fit nunciatio operariis in re ipsa:operarij recedunt.quia credūt hoc domino expedire & sic accidit, ꝙ ipso facto tenet nūciatio: vnde quod ibi dicit:vt ꝯfestim ab opere discedat,subaudi, sicut accidere solet.at vbi non fit nunciatio in re ipsa, nō potest accidere vt statim facta nunciatone, sed demùm postquam dominus venerit ab opere discedatur:& ideò absurdū esset,si diceremus valere nunciationē,quo ad opus,quod interim bona fide fit sumptibus domini, qui in nulla culpa deprehenditur demoliendū: arg. s.de const. cognoscentes. ergo quo ad illud opus nūciatio nullius est momenti:& hoc est ꝙ ibi dicit.Cæterùm si alibi nunciatio fiat,subaudi,quam dicamus statim valere, illud incōmodi,scilicet iniqui & absurdi, sequitur ꝙ subaudi,qui nō deliquit damnetur contrà.l.ff.de act.& oblig.ex maleficiis.§ j.quia dum venitur ad opus, si quid fuerit operis per ignorantiam, scilicet operariorum, qui ignorabant nunciationē factam fuisse, factū quod non pōt imputari operariis ignorantib.nec domino, cū non sit in mora,demoliendum erit:nā eueniret, scilicet ex prædictis,si dicamus nūciationem statim valere:sequitur, vt cōtra edictum prætoris sit factum,subaudi,ꝙ nō est dicendū,ne in dictam absurditatem incidamus.Porrò quare quo ad opus illud, quod factum est, postquam dñs potuit prohibere operarios,& nō prohibuit,dicamus nunciationē non valere: cum & illa quæ fit in re,domino absente,tunc demum valeat, vt apparet in his quæ no.s.e.resp.j?ratio reddi non potest,ergo idē ius est:arg.C. de liber.præteritis,vel exhęreda.l.j.secundū Azo.Posset & illud dici,ꝙ nunciatio,quæ fit per lapilli iactū,domino absenti facta, nullius sit momenti: qa necesse est,ꝙ in re ipsa fiat:& sic potest intelligi quod legitur ff.e.de pupillo.§.j.vsq; ad §.si plurium.ij. aliæ aūt fieri possunt,etiam domino absenti:vt in ea.l.§.si quis ipsi.&§.meminisse.& ff.quod ui aut clàm.aut qui aliter.§ si qs denunciauerit.Sed videtur,ꝙ nunciatio facta in absentia,nō valeat alia ratione: nam qui nūciat referre debet in testationem, qd & quantū operis sit factum:vt no.j.e.§.seq.ver.est & ꝯsiliū.l.sed hoc in absentia sciri nō potest:ergo nec exprimi:ergo nec nunciari.Respondeo, non sequitur:pōt.n.esse,ꝙ nūciator scit quantum erat ædificium die sabbati in sero, & hoc ostendit testibus,per quos hoc probare potest:demùm Dominico nūciat nam omnib dieb.fieri potest nunciatio,ff.eo.l.j.§.item nunciatio,certè quicquid postea ædificabitur, dummodo ita propè sit dominus, quod ꝓhibere possit operarios eodē die Dominico, putà,quia in eadē ciuitate,vel in hortis est, demoliendum erit. Nūciatio igitur potest fieri domino præsenti in opere,& absenti:& si plures domini sunt,sufficit vni nunciare:nā omnes astringuntur:ædificanti tamen tantùm nocebit: ff. eo. de pupillo.§. si pluriū res.& l.ędib.cōmunib.Intelligo aūt oēs astringi, ex quo ad eos peruenit vel peruenire potuit nunciatio: nam nec dño absenti nocet:quātumcunq; in re fiat,quousq; certificatus sit, vel certificari potuerit. ff. e. de pupillo.§. nunciare.aūt in fi.ibi,

7 sic vt domino possit renunciari,secundum Ioan.& Azo.† Verū tamen quicquid glossent, & verba & mens iuriū manifestè innuunt,ꝙ non valeat nunciatio absentia facta: sicut ꝓbant iura suprà inducta specialiter:ff.eo.de pupillo.§.si quis aūt fortè,& patet in his quæ no.j.e.§.seq.versi.is verò qui nūciat.nec quod valeat in absentia,quo ad hoc edictum pertinet, expressum ius aliquod memini me vidisse:nam denunciatio quæ fit per lapilli iactum,hoc patet quod in re faciēda est:vbi.n.iaceretur lapillus alibi,quàm in opere?Si.n.opꝰ fieret Romę,qualiter esset signū illius noui operis nunciandi lapillus, qui Parisiis iaceretur? nec obst.ff.e.de pupillo.§.nunciare aūt.in fi.nec.n.dicit,ꝙ nunciatio facta in re præsenti,domino absente non valeat:sed ꝙ valet sic, vt domino possit nūciari:quasi dicat,dūmodò fiat tali,qui hoc possit dño nunciare: subaudi tu,quamuis non nūciauerit: nam statim tenet nunciatio: vnde & statim ab ipso opere discedere debet:vt dicit §.ibi sequens,qui incipit,si quis autem fortè.nam & aduersus absentem inuitum ignorantem procedit nūciatio: ff.e.l j.§.aduersus.Item mirabiles sunt glossæ dominorum:nam Vlpianus ponit summā suam:ff.e.l.j.§.nunc videamus.vbi inter cætera promittit exponere in quib.locis nunciatio fiat: & illud incipit exponere:ff.e.de pupillo.§ nunciationē.vbi dicit,nūciationē in re præsenti faciendā,meminisse oportebit,id est,eo loco vbi opus fiat,siue quis ædificet,siue inchoet ædificare:& domini glossant,ꝙ non oportebit.Itē in §.sequ.nunciare. dicit, ꝙ domino nō oportet nūciare:& domini dicunt, ꝙ oportet. Itē in seq.§.si quis fortè.dicit,ꝙ si faciat alibi,putà in foro, nunciatio nullius est momēti:& dñi dicunt,ꝙ valet,pro Deo,quo iure glossulāt cōtra textū: nā & mens contradicit.ff.e. operis.& l.fi. nec ob.ff.quod vi aut clàm.aut qui aliter.§.si quis denunciauerit. quia illud verū est, quò ad interdictū.quod vi, aut clàm.de quo ibi loquitur:ideoq; dici potest,ꝙ in hoc edicto non est necesse,quod nūciato fiat domino.Sed sufficit,quod in re fiat cuicunq;, qui ibi fuerit dñi operisue nomine,vt expressum legitur ff.eo.de pupillo.§ nunciare.Secus in interdicto,in quo oportet domino nunciari, si præsens est, vel absens, si potest haberi copia: aliàs sufficit, ꝙ fiat procuratori, vel amicis: vt ff. quod vi, aut clam, aut qui aliter.§ si quis denunciauerit. Quāuis enim in multis sint similia, hoc edictū,& illud interdictū,tamen in multis differunt: nam ad aliud, & ad aliud aliter, & aliter competit hoc quàm illud:vt patet ff.e.l.j.resp.j.&§.j.& l.prætor.§.hoc interdictū perpetuò.& ff.quod vi,aut clàm. semper.§. hoc interdictum. vnde & potest dici, quod illud interdictū, quod vi aut clam, non competit ex vi denunciationis: nisi ædificans denunciatione certificatus sit:hoc aūt competit,& si ignoret. Sed quo ad hoc tantum,vt opus Patiatur tolli.ad hoc ff.qđ vi,aut clam. si alius.respon j.&§.ait Iulianus. Si dicas: durū est teneri,vel astringi dominū ignorantem.Respondeo.tñ lex sic scripta est:ff. qui & a quib. manu.liberi non fi. prospexit dicendū est tamen. quod licet ignorans & absens ligetur parcitur ei:si vbi primum sciuit, interdixit opus fieri,& nunciationi acquieuit:argu C. de fal.mo l.j.§ j.& opus factum patiatur tolli.arg. ff. eo l penul.& fi. sed si non acquiescit, tunc propriis expensis cogitur demoliri:j.eo cùm ex iniuncto secundū hoc potest intelligi ff de alie. iud.mutan.causa.fact.l.iij §.opus.omnia etiam alia iura a dominis inducta,in alio casu loquuntur: & ideo non insisto:quia hoc ius speciale est contra regulam aliorum.& tangitur ratio specialitatis:ff.eo.operis.& l.vlt.quia res vbi ædeficatur consideranda est, non persona: vt ibi dicit: ideoq; rei facienda est nunciatio, non personę.inde est,quod si in pluribus locis fiat opus,nō sufficit vna nunciatio: imò tot requiruntur nunciationes, quot sunt opera: vt patet ff.eo.de pupillo.§.si in pluribus. nec requiritur scriptura de necessitate: sed quo ad interdictum. quod vi, aut clam.scriptura requiritur:& in absentia potest fieri nunciatio: quare videtur,ꝙ quantum ad interdictum illud, sufficeret vna nunciatio: dum tamen exprimerentur omnia opera in scriptura:vt innuitur in l.sæpe inducta.ff.quod vi,aut clam,aut qui aliter.§ si quis denunciauerit.vel potest dici, ꝙ tūc sunt tot denunciationes simul factæ, quot opera: ff de verb. obligat.scire debemus,sed siue vna,siue plures intelligantur,hoc semper verū est, ꝙ simul & eodem momento factæ sunt.quod nō potest esse,quo ad hoc edictū: imò necesse est, ꝙ plures sint separatæ in diuersis locis, & diuersis tēporibus factæ. Sed dicunt domini hoc intelligi, scilicet ꝙ valeat denunciatio facta in re, absente domino,ex quo dominus certioratus est:vt not. vnde secundū ipsos dices, quòd domino nunciandum est, sed si plures domini sint, sufficit ꝙ vni fiat denunciatio. Hoc etiam intellige, vbi in re ipsa fit vni de dominis nunciatio:secus putarem,si absenti fieret:quia res inter alios acta.& c. C.res inter alios acta. l.j.ij.& iij.s.de sent.& re iudic.quamuis regulariter.& est ratio, qa quādo fit in re ipsa, res quodāmodo videtur affici: & ideò omnes tenentur: cum omnes pro indiuiso possideant. ff.eo.l. si at vbi in absentia fit,non res afficitur,sed persona: & ideo illa sola ad

stringitur,

stringitur, & ligatur: inde est, ꝙ si plures domini sint, quibus opus præiudicet, & unus tantùm nunciet, non releuat: quia potest esse ꝙ alter habeat, alter non habeat ius prohibendi: ff. eo. de pupillo. § si plurium dominorũ. & sic uidetur nunciatio personalis: nec res afficitur cũmuniter, sicut in superiori casu: nec affici potest, secundũ Azo. ꝙ intelligo, quãdo nomine suo tantùm nunciatur, & diuerso iure, & à diuersis causam habenti nã si nomine suo & sociorum unus bene sufficeret, ut patet in his quæ no. s̃. eo. §. quis possit. uersi. nedum. Item si pro indiuiso, & ex eadẽ causa possiderent, omnibus prodesset: arg. C. de diuer. rescr. l. j. C. si unus ex pluribus appellat. l. j. & ij. s̃. de appell. una sententia. & sic intellexit Iob. ad hoc. j̃. eo. ca. ij. Item uni ex sociis ædificãti non potest fieri nunciatio: ff. eo. in prouinciali. §. j. & 2. Sed nec seruitutẽ habens potest domino nunciare: sicut no. s̃. eo. §. quis possit. uersi. quicquid tamẽ dicunt, uerũ: quia in cõmuni ædificandi, seu demoliendi socius inuito socio ius non habet. quia non solus dñs est: ut ff. de seruitut. urbano. prædio. pariete. & l. sed si inter me & te. §. si prohibendus est, ne ædificet: ff. communi diuidun. Sabinus. prohibitione autem facta, etiam per lapilli iactum, opus nouum ædificant postea per communi diuidundo iudicium: ut l. illa. Sabinus. si tamen toti societati expediat ff. de seruit. urbanor. prædior. in rem communem. uel etiam si non expediat per interdictum, quod ui, aut clàm cogitur demoliri ff. quod ui aut clàm. l. j & iij. & l. uim faciet. idẽ est, si non prohibuit, qa nesciuit: ut ff. quod ui, aut clàm. l. 3. in fi. & dicta l. Sabinus. in fi. Sin autem sciuit, & non prohibuit, de damno tantùm agit per communi diui. iudiciũ. ꝙ si consenserit, nec de damno habet actionem: ut in dicta l. Sabinus. Sed & si taceat socius callidè sciens opus solũ, & sic per consequẽs sibi pro media parte cedere, hoc facere poterit. nec expẽsas cogitur resarcire: C. de ædificiis priua. si is cõtra quẽ. ſm hoc intellige ff. eo. in prouinciali. Illud etiam no. ꝙ si aliquod opus fiat ad æmulationem alterius, uel quòd materiam seditionis præbeat, uel in publico, nullatenus est tolerandum. ff. de oper publ. l. iij.

8 Qualiter† fiat. Et quidẽ per uerba. Item per prætoris inhibitionem. Item per lapilli iactum. ff. e. de pupillo §. meminisse. Illud aũt ꝙ dico de iactu lapilli, intelligunt quidam, ubi nulla uerba interueniunt. Sed Iob intelligit, ꝙ hæc uerba & similia interuenire possunt. Nũcio tibi nouum opus per iactũ lapilli, & statim proiiciat lapidem in ipso opere: & aliqui hoc dicunt ter faciendũ: arg. ff. de re iud. contumacia. 12. q. 2 indigenæ. s̃. de ꝯstit. ex literis. j̃. de sent. exc. in audientia. Dicunt ẽt aliqui, ut Azo, ꝙ licet uerba non debeãt interuenire, tamẽ nutu debet ostendere in iactu lapilli, ne quid noui fiat. Si uis, potes dicere, quod quantum ad iudicem requiruntur uerba in loquente: nec enim omnis qui lapidem proiicit, intendit nouũ opus nunciare: sin autẽ mutus esset, tunc sufficeret lapilli iactus cũ nutu conueniẽte, & aliis circunstantiis. probatur hoc s̃. de sponsà. cùm apud. in fi. & c. tuæ. & idẽ dicunt quidã in matrimoniis. s. quod non sufficit consensus sine uerbis: ut apertè innuunt proximè inductæ decretal. sed de hoc dicut plenè not. s̃. de spõ sub rubrica de matrimoniis. § qualiter. uersi. mihi uidet. & seq. In hoc tamẽ nullã uim ꝯstituo, per que uerba fiat nunciatio. utrũ scilicet, aliquis dicat, Nuncio, uel prohibeo, uel interdico, ne hoc opus facias, uel nouũ opus, uel aliquid simile: qa nec refert quid ex æquipollẽtibus fiat: ff. de re iud. in summa. aliàs incipit in sententiis. s̃. de testib. licet ex quadã. s̃. de ꝓcurator. petitio. nec qua lingua fiat, utrũ Græca, uel Latina: arg. C. de testam. quoniã in dignum. ſm. Azon. dum tamen intelligatur. ff. de Inst. act. sed si pupillus. §. proscribere. uersi. literis. Requirit ẽt ad hoc, ut nunciatio teneat; ꝙ causam quã nunciat dicat: arg. C de edi. di. Adrian toll. l. fin. ff. de transf. cũ hi. § uult igitur oratio. & seq. s̃. de accus. cùm dilecti. §. pen. ante fi. & hoc uerũ est, si requiratur: ut not. s̃ §. qs possit. uersi. semper tñ: aliàs sufficit, & si nudè fiat nũciatio sine causa: ff. eo. de pupillo. §. toties. & §. præcedẽti. q nunciat, sicut dicitur & in teste: in authen. de testib. §. sancimus. & no. s̃. de testi. §. su p quib. uersi. de causis: sub §. & cũcta. uersi quamuis eñ. Is uerò q nunciat, necesse habet, quo loco opus nouũ nunciet, demõstrare. ad hoc ut is, cui nũciatur, sciat à quo loco abstineat: & in quo loco ædificare possit: hoc, si in partẽ fit nũciatio: cæterùm si in totũ, sufficit simpliciter dicere, Nuncio nouum opus: ff. eo. de pupillo §. qui nunciat. & seq. Est & consilium legis ꝙ si quid ædificatum sit, in testatione poni debet: ut sic facilis sit probatio, quantum debeat de ipso opere demoliri. dicet ergo tabellio tali anno. & c. cùm essem uocatus à tali, & ad talem locum, & non esset adhuc eleuatus murus per unum cubitum, sicut mensuraui, uidentib. & præsentib. testib. infra scriptis: talis qui uocauerat me, nunciauit nouum opus tali in re ipsa præsenti & existenti, & hoc per lapilli iactũ, uel per nuncium à iudice missum, uel per uerba, ſm quòd erit: debet ẽt apponi longitudo & latitudo, & qualitas operis. hi sunt moduli quos docet sumere lex: & hæc est testatio de quib. habes ff. eo. non solùm. j. & § pen. Sed & instrumento dies & hora, & quod opus futurum sit, apponi debent: & caueri debet, ne obscurè aut perfunctoriè quid agatur, neq; arctari debet aduersarius absens, cui denunciatio fit: ut intra diem ad prohibendũ opus non ualeat occurrere: ff. ꝙ ui, aut clàm. qui aliter. resp. j. & §. siquis denunciauerit. Sed illud loquitur de alio Martino: quod dicut no. s̃. e. §. cui fiat. uersi. ueruntamen. & seq. 9 † Sed & is qui denunciat, necesse habet iurare de calumnia, si exigatur: quod est intelligendum, qñ denunciatione facta aditur prætor siue iudex, postulans sibi remitti renunciationem, nisi ille qui nunciauit, iurauerit: ab initio enim non exigitur prætoris authoritas: ff. e. l. j. §. nunciatio ex hoc edicto: ergo si facta nũciatione adeatur iudex, iurabitur, si exigatur: alioquin nunciatio remittitur. sic intellige ff. e. de pupillo. §. qui opus nouum. nec dicas hoc corrigi per authen. de his qui ingre. ad appe. §. fi. colla. v. quia illud intelligitur de iuramento, quod præstatur post litis contesta. quòd non est præstandũ nisi semel: ut ibi dicit: porro l. de pupillo. § qui opus. loquitur de iuramento, quod præstatur ante lit. contest. sicut & alia iura: ff. de damn. inf. qui bona. § qui damn. & §. si quis stipulaturus. ff. qui satisd. cogan. de die. § iubetur. ff. de iureiur. l. iusiurandum. §. quis iusiurandũ. Qui uerò alieno nomine nunciat, necesse habet satisdare rem ratam dñm habiturum. ff. e. de pupillo § qui procuratorio. quòd locum habet ſm Bul. cùm de mandato dubitatur: alij hoc dicunt speciale, & cautionem præstari debere: etiamsi de mandato constet, sicut & alibi: ff. ad Trebell. quidam. & ff de mi. illud. ad finem legis.[a]

10 Qualiter† tollatur. Et quidẽ per interdictũ de remissionib⁹, & per subsequẽs interdictũ, ꝙ appellatur prohibitoriũ: de quo habes ff. eo. prætor ait. §. deinde. siue expressim sit facta remissio: ut ff. de remiss. l. j. in principio. ff. eodẽ. si opus nouũ. siue tacitè, qđ multis modis accidit. puta, qa trãsactio secuta est authoritate prætoris, uel sine: qa nec aliud quærit prætor, quàm ut cõtrouersias dirimat: ergo si ꝯueniant inter se, uel spõte recedãt: debet hoc ratũ habere: ff. eo. l. j. §. & post operis. & §. seq. idẽ quæritur. 11 † Tacitè eñ fit remissio per mortẽ nunciatoris, antequam aliquid ædificatũ esset: nã si post ædificationẽ moreretur, heredi ꝯpeteret interdictũ: porrò morte illius, cui nunciatũ est, nõ extinguitur: quod & ex hoc apparet, quia in stipulatione, quæ ex hac causa interponitur, hæredis fit mẽtio. ff. e. non solùm. §. morte. & seq. §. ꝙ si is. Sed nec succedit hæres, quo ad pœnam: ut not. s̃. eo. §. cui fiat. respon. j. ad finẽ. & sic intellige. ff. e. prætor. §. hoc interdictum. Fit & tacitè remissio, si satisdetur intra annum de opere demoliendo, si apparuerit iniuria ædificatum: uel si per nunciatorem factum sit, quo minus satisdetur: ff. eo prætor. §. deinde ait prætor. & §. hoc interdictum. & § hoc autem. & §. si alteri. cæterùm post annum hoc interdictum locum non habet: ff. eod. prætor. §. fin. Quid ergo, si intra annum paratus sit satisdare de opere demoliendo is, cui nunciatio facta est, nuncians uerò dicat non esse recipiendam cautionem: quia uult probare statim, quòd ipse habet ius in re? Et quidẽ in hac quæstione multi multa dixerunt, quæ scribere non expedit: quia expressum est, quòd is qui offert satisdationem, expectare tenetur uolentem probare usq; ad tres menses, intra quos nisi de præiudicio suo probauerit, posteà præstita satisdatione, uel oblata, & recusata ædificare potest: ergo usque ad tres menses est electio nunciantis, utrum uelit cautionẽ oblatam recipere, uel præiudicium suum probare; elapsis uerò tribus mensibus, est electio offerentis intra annũ, utrum, s. satisdare uelit, uel ꝓbationũ longiores inducias expectare: ꝙ tẽpus, s. triũ mẽsium, non uidet restringi posse: quã uis Azo hoc dixerit, sicut audiui à dño Homine bono, q de hoc dicebat se dubitare: sicut no. post ipsum, ff. e. prætor ait. §. si quis paratus. probantur hæc C. e. tit. l. unica. aliqui tñ libri non habẽt hanc rubricã, sed ponitur sub titulo de ædificiis priuatis. & hoc hodie satis apertè exponit infrà e. c. fi. & ſm hoc intelligi debet cap.

ADDITIO.

a Nouum quoque opus nuncians demonstrare debet, in quo loco nũciauit, ut sciatur, ubi ædificari posit, & à quo loco abstinendũ sit: d. l. de pupillo §. qui nunciat. Qui nunciat, debet explicare, & referre quid operis iam factum erat, cùm denunciauit, & superducat attestationes, ut sciatur, quid postea factũ fuerit: ff. e. ti. l. non solum. Modulos quoque sumere debet, qui nũciat, ut postea probari posit, quid fuerit ædificatũ l. sciendũ. ff. e. Quod ad iactũ lapidis attinet sciendũ est, ꝙ qui iactu lapidis nũciat, efficitur possessor, & retinet possessionem. l. de pupillo. § meminisse. extrà, eo c. j. & ij. & de uer. signifi. ex parte. Idẽ quoq; iuris est in nunciatione, quæ fit per prætorem. d. §. meminisse. Itẽ qui lapillum proiicit, & sic nunciat, non ostendit signum timidi hominis, & effugientis, sed audacis, & possessionem defendere uolentis. Et ideo non amittet possessionẽ. Et idem est, cùm quis prætorem adit, cũ audacia loquens: Dñe Prætor, talis ædificat in meo solo fac eum incontinenti exire: alioquin uidebis, quid fiet. Vbi uero cum timore & humilitate verborum proponit ædificatori suadens in ornatu sermonis per hoc ipsum intẽdens mouere, ut de possessione exeat, perdit possessionem. Non tamen negari potest, quin uerbis nuncians opus nouum, possessor fiat. ff. eo. tit. l. j. §. in operis. Martinus.

cap. infra eod. significantibus. ff. e. si prius, & iura superius allegata. Remittitur & nunciatio, siue tollitur, si is qui nunciauit, nolit iurare de calũnia: ꝙ dic ut nota. s. e. §. proximo, uersic. sed & is q̃ nunciat. ex quo aũt prætor remisit suã nunciationẽ, impunè ædificatur. ff. eo. si opus nouum. quantumcunque uero tollatur, seu remittatur nunciatio, potius tñ per nunciationem verborum amissa nõ recuperatur, nisi aliud interueniat: ꝙ dic, ut notatur in fra eodem §. sequent. uer. alius effectus. & sequentibus.

12 **Quis† sit effectus.** Et quidẽ ut quicquid ædificatũ est post nũciationẽ. & ipsa scripta, siue iure, siue iniuria ædificatũ fuerit, totum demoliatur expensis ipsius ædificantis: ff. eo. l. ij. respon. j. & l. prætor. § j. & §. sequen. infra eodem, cum ex iniũcto. sic est & in ex communicatione, quæ tenet, & si iniusta sit, 11. q. 3. c. 1. facit hæc authoritas clauium. primum verò spretus prætoris, secundum Goffre. vt nota. suprà eod. § quis possit, versi. fin. Est & effectus, vt rem afficiat: vnde & is tenetur, ad quemcunq; potius peruenerit. ff. eo. l. fin. non tamen, quo ad pœnam succedit: vt nota. suprà eod. §. cui fiat respon. 1. Item effectus est, vt si is cui nunciatum est nolit rem defendere, transferatur in eum onus probationis: ff. eod. si prius. quod intellige sicut not. s. eod. §. prox. versi. quid ergo. & tolluntur hi effectus per remissionẽ tacitam, vel expressam: vt not. suprà eodem. §. proxi. Alius effectus est, videlicet quando fit per verba, vt constituat possessorẽ illum cui fit: & si antea non possideret: ff. eo. l j. §. in operis. secus quando fit per lapilli iactum, vel authoritate prætoris. ff. eo. de pupillo. §. meminisse. Ratio diuersitatis hæc est, quia vbi per lapilli iactum fit nunciatio, nõ est signum hominis formidolosi, timidi, vel fugitiui, vel vecordis: sed est signum audacis & pugnaturi, & parati perinde possessionem suam retinere, si alius non acquiescat. Idem est, quando per prætorem adit proponẽs, Domine talis ædificat in meo: mãdetis ei, quòd exeat statim de terra mea, alioquin timeo, ne cùm ego & gens mea armati simus & parati ad vim, q̃ mihi infertur propulsandã, non exeat aliter quàm vellet in his ergo duobus casibus non apparet, ꝙ habeat animum amittendi possessionem. vbi verò sine prætore venit ad ædificantem, & sine lapilli iactu, dicit ei verba placida, sicut homo miserrimus: Domine, vos facitis mihi iniuriam, quia ædificatis in meo: rogo vos, quòd exeatis: vel nuncio vobis nouum opus. hic enim cum viribus carens verborum quærat fastigium, quærens & supplicãs, ꝙ exeat, voce humili & depressa, meritò præsumitur quòd suspicetur se posse repelli: & sic amittit possessionem, quæ solo animo & de facili amittitur: ff. de acquir. poss. l. ij. §. in amittenda. & l. si id quod. §. fin. secundum Azo. ad idem ff. de vi, & vi ar. l. iij. §. si quis visis armatis. & seq. & præceden. & effectus iste per remissionem non tollitur: quia licet solo animo amittat possessio, non tamen solo animo, nisi aliud interueniat: sicut nec acquiritur, vel recuperatur: C. de acqui. poss. licet. Hæc ita demum vera sunt, si nunciatio tenuit. aliquoties enim nulla est: vel ratione denunciantis, qui non potest nunciare, quia non habet personã idoneã vt no. s. eo. §. quis possit. vel quia non est interposita eo modo, quo debet, vt patet in his quæ not suprà eod. § cui fiat. & §. qualiter fiat. Vel quia alia actio cõpetit, puta communi diui. vel fami. ercisc. vel confessoria: ut ff. eo. in prouinciali §. j. ij. & 3. arg. ff. de dãmn. infect. si hæredibus. & l. qui bona. §. de illo. ff. fin. reg. l. 4 § si communem. in fi. ff. de mi. in causæ. 2. in princi. ff. de eden. quædam. sed videtur, ꝙ bene concurrat cũ confessoria: ff. eo. de pupillo. §. sextus. uer. impositiuam. Sed ad aliud competit hoc edictum demoliendum, ad aliud confessoria ad seruitutem, scilicet vendicandam. ff. eo. l. j. § fi. & l. ij. sicut no. Azo. ff. de damn. infect. Trebatius. & l. Proculus. de hoc tamen dic ut no. s. eo. §. quis possit. uer. quicquid tamen dicant. & seq.

De Priuilegio & excessibus priuilegiatorum. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium quid sit. Et quare dicatur.* 2. *Et cui sit concedendum.* 7. *Quanto tempore duret.* 8. *Quid operetur.* 9 *Qualiter amittatur.* 10.
3 *Species priuilegiorum quot sint.*
4 *Limitatum priuilegium terminos suos non transgreditur.*
5 *Concedere priuilegium quis possit.*
6 *Imperator an possit priuilegiare ecclesias & personas ecclesiasticas.*
11 *Priuilegiatus quando dicatur abuti priuilegio suo.*
12 *Exemptus si delinquat intra diœcesim alicuius, nunquid poterit puniri ab episcopo, intra cuius diœcesim delictum commissum est.*

Viso de excessibus prelatorũ & subditorum non priuilegiatorum, scilicet In duobus titulis proximis, dicamus de priuilegijs, &c. uel sic: Diximus s. ti j. quòd nullus ædificare debet in alterius præiudicium post nunciationem noui operis: & quia hæc quæstio plerunque per priuilegia concessa terminatur, plerũque etiam obtentu priuilegij concessi, excessus iste committitur, ut de his plenam notitiam habeamus, apponamus rubricam de priuilegijs & excessibus priuilegiatorum, differentes, Quid sit priuilegium, Quare dicatur priuilegiũ, Quot sint species priuilegiorũ, Quis possit priuilegium concedere, Cui concedendum est, Quanto tempore duret Quid operetur, Qualiter amittatur.

1 **Quid sit† priuilegiũ.** [a] Et quidẽ priuatũ siue singulare ius contra cõmune indultũ. nec enim est priuilegium, nisi aliquid indulgeat. speciale. nam semper debet aliquid specialiter operari: infra, eo in his. j. de verb. sign. abbate. §. contra quod fuerat. C. de thesauris. l. vnica. lib. 10. ff. ad munic. leg. j. ad fi. ff. de leg. 1. Si quãdo. 25. q. 1. §. fi ff. de vsu. & habi. diuus. respon. j. ff. de Carbon. edi. quod Labeo. C. de inoffi. testa. l. fi. quasi in medio. versicu. Sed prior. q. erat ibi, quia non omnibus passim, sed quibusdam personis hoc priuilegij loco concessum est: plerunque tamen id quod de iure communi cõpetit, indulgetur: vt suprà, de iureiu. etsi Christus. § fi. s. de procu. quia in causis. sed tũc exponi debet, indulgemus, id est, indultum esse ostendimus. vel operatur: quia magis cõsueuit timeri, quod specialiter cauetur, quàm ꝙ generaliter indulgetur. nam & per bullas magis terrentur homines, licet ius commune contineant, quam per iura. ad hæc 11. distin. quis nesciat, 14 distin. quanquam. s. de hære. si aduersus. Item quia plerique sciunt priuilegia talia, qui ignorant iura. Item quia iura malè obseruantur, & ideò per priuilegia innouantur. ad hoc s. de treug. & pa. c 2. sed & quæ generaliter dicuntur, neglecta videntur, nisi specialiter denotent: ff. de iniur. ite apud Labeonẽ § ait prætor.

2 **Quare† dicatur priuilegium.** Quia priuatam legem tribuit: vt patet in his quæ no. s. eo. §. proxi. nã & priuilegium inde dictum est, quasi in priuato feratur: vt dist. 3. priuilegia. Sed dicuntur priuilegia, quasi priuata legia: eo ꝙ priuatã legem singulis generent. 25. q. 1. §. vlti. versic. priuilegia namque dicuntur. Inde dicit Hieron quòd priuilegia singulorum legem communem facere non possunt: vt eo. §. versic. item Hieron. & 26. q. 3. non exemplo. Vnde quod Romana ecclesia alicui concedit per speciale priuilegium, absurdum est authoritate propria vsurpare. inf. e. sanè.

3 **Quot† sint species priuilegiorum.** Et quidem aliud generale, aliud speciale. Generale est, quod corpori, vel ecclesiæ conceditur. secundum Goff. Tu dic, ꝙ generale est, quando continet in se plures articulos: vel quando pluribus personis vel ratione plurium personarum, vel rerum conceditur. vt j. eod. cum plantare. suprà, de præscrip. veniens. & c. auditis. suprà de filijs presbyt. ex tuæ. vel quando per ipsum generalis potestas conceditur, vt ibidem. & s. de off. lega. quod translationẽ. Speciale igitur dici potest, quãdo loco, vel vni personæ vnus articulus conceditur: vt patet in his quæ no. s. de rescrip. §. quod cõtinet ius commune. & §. quod gratiã specialem. Sed & potest dici aliquod priuilegium speciale & generale diuersis respectibus. sicut mõs dicitur magnus, & paruus diuersis respectibus: vt scilicet, vnũ priuilegium & idem dicatur speciale, respectu generalioris: dicatur & generale respectu specialioris, sicut colligitur s. de transla. episc. cap 1. suprà de off. dele. c. 1. & c. studuisti. & c. quod translat. & sic etiã potest intelligi quod legitur s. de sepul. in nostra. § j. in prin. ibi, quod tam ex priuilegio, subaudi generali, quàm indulgentia speciali. & iunge quod not. inf. eod. § quis possit. ver. dñs. Horum autem. sc. generaliũ & specialium, Aliud reale, Aliud singulariter personale, Aliud communiter personale, Aliud singulariter, & communiter corporale, Aliud tantum communiter corporale. Reale est, quod ecclesiæ, dignitati, ciuitati, vel alicui loco, vel aliquibus personis occasione loci, siue cuiusque rei conceditur. j. eod. olim cùm essemus. & ca. seq. s. de consue. cũ olim. & tale priuilegium perpetuũ est, & rei adhæret: & sic semper durat, nisi fortè res perimatur vel destruatur. sic intellige 25 q. 2. c. 1. 2. & 3. & per totũ. ff. de censi. ætatem. vel nisi in partẽ detrahatur per aliud sequẽs priuilegium. s. de of ordin. duo simul. vel in totum reuocet ex causa. 25. q. 2. ita nos. vel amittatur: s. de sta. mona. recolentes § j. sed & re perempta perimitur. s. de ꝯstit. cùm accessissent. ff. de leg. j. l. cũ res. § fi. Singulariter personale potest dici, quod alicui, vel aliquibus personis certis, & proprijs nominibus expressis, personaliter cõceditur: s. de offi. lega. volentes. & tale personam illius, cui concessum est

ADDITIO.

a Quid sit priuilegiũ. ¶ Martinus uero noster ita definit, & uerius, ut sit beneficium ꝯ ius commune concessum. Sed in definitione uerbum, ecclesiæ, loco uerbi, commune, repositũ erat. Et quod ita legendum sit, deductione & origine uerbi, priuilegiũ, liquido ostendit Martinus: cum priuilegiũ dicatur a priuo, & priuilegiũ dicant leges priuatorũ, a iure cõi receptorum: 3. dist. priuilegia. Singulorum igitur priuilegia (sm Hieronymũ) non faciunt legem communem: 36. q. 2. exemplo. Adde tex. in c. priuilegia. 3. di. c. si ergo 25. q. 1. Doct. in rubrica eo. tit.

sum est, non egreditur, etiam si obtentu dignitatis concedatur. s. de vsu pal. ad hoc. in quo etiam casu si aliam dignitatem adipiscatur, priuilegio concesso non vtitur: supra, de postul. præla. bonæ 2 § fin. tale etiam priuilegium ad successorem non transfertur: nisi hoc exprimatur, sicut fit supra, vt lit. pen. capit. j. quia singulariter personalia cum personis extinguũtur, nec ad alios extenduntur: 7. quæstio. 1. peristis. supra, de conces. præben. constitutus. Instit. de iure natu. §. sed quod principi. uer. planè. nisi in casu speciali fauore legati Apostolicæ sedis aliud dicatur: s. de off. deleg. quoniam §. pe. & fin. & quòd talia personalia cũ personis extinguantur: realia uerò cũ rebus transeant, & remaneãt, probatur s. de institu. cùm uenissent. ff. de aqua quoti. & æstiua. leg. 1. §. æquissimum. ff. de regu. iur. priuilegia. Cõiter personale uoco, quod certis personis cõiter certis ex causis, & in certis articulis conceditur, propriis nominib. nõ expressis: ut potest poni exemplum in minorib. 25. annis, qui gaudent priuilegio restitutionis in integrũ. ff. de minor. l. 1. & per totum. Item in absentibus causa Reipublicæ: ff. ex quibus causis ma. in integr. restitu. l. 1. & per totum. Sed & in mulieribus, quæ & priuilegiatæ sunt, quo ad fideiussiões ex beneficio Velleiani: ff. & C. ad Velle. per totũ. In filiis ẽt familias, qui & iuuantur per Macedon. mutuum ꝯhendo: ff. & C. ad Macedo. per totũ. Alia ẽt multa & uaria talia exempla in utroq; iuris corpore sparsa poteris reperire. Singulariter aũt & cõiter corporale est illud, quod alicui uniuersitati, corpori, uel collegio sic cõceditur, ꝙ quilibet singularis de uniuersitate potest de tali priuilegio singulariter se iuuare. sic j. de senten. excom. contingit. s. de foro ꝯpe. si diligenti. Cõiter uerò tñ corporale dices illud, quod sic competit uniuersitati, ꝙ nomine ipsius allegari potest priuilegium: & quo ipsa uniuersitas potest, & non uniuersitatis ipsius singuli se iuuare. sic 12. q. 2. quia manumittitur. ff. de in ius uocan. sed si hac l. §. qui manumittitur. ff. quod cuiusc. uniuersi. sicut municipiũ. Ergo corporalia priuilegia hic appellantur ea, quæ concessa sunt uniuersitatibus, corporibus, collegiis, puta clericis: C. de sacrosanct. eccle. priuilegia. quæ & diuersa sunt, de quorũ quibusdam inuenies satis not. s. de immunit. eccles. §. a quibus muneribus. & §. inquantũ. Prædicatoribus minoribus.[a] supra, de exces. prælat. nimis iniqua & c. nimis praua. j. e. in his. Hospitalariis, templariis: j. eo. c. 3. & c. dilecti. & c. si de terra. & c. porro. & tale priuilegium cum collegio perit: ut patet in his, quæ no. s. eo. uersi. reale. & duobus seq. nec concedi potest, quousque collegium fit. s. de eccles. ædifi. ad audientiam. 2. Sed & priuilegiorum aliud perpetuum, aliud temporale: ut patet in his, quæ not. s. eod. uersic. reale. & seq. Quod autem perpetuũ est, ad successores transit. C. de decurio. neque Dorotheũ. lib. x. ff. de re. iu. priuilegia. Item priuilegiorum aliud

4 limitatum, aliud indeterminatum. † Limitatum priuilegiũ terminos suos non transgreditur, quia non sunt transgrediendi supra, de sepul. cap. 1. ad fi. de tali loquitur supra, ut lite penden. c. 1. s. de usu pal. ca. 1. supra, de præsum mandata. supra, de offi leg. nouit. ff. de offic. proconsul. l. iiii. §. penulti. ff. de iurisdictio. omni. iud. l. fin. Limes autem ex quatuor consideratur, ex persona, ex causa, ex loco siue re, ex tempore: 29. distinct. capit. 1. & 2. Indeterminatum autẽ semper & ubiq; locum habet, nisi aliquid detrahatur: sic j. eodem, dilecti. & capi antiqua. §. dominicæ. Et breuiter quę & qualis dicatur species ex lectione priuilegii, nec aliter apparebit: ut infrà, eodem porrò. supra, de usu pal. c. fi. argum. ff. de transact. de his. supra, de offic. delegat. cùm in iure. s. de rescript. cùm contingat. C. de mandat. princip. l. unica. xcvj. distinct. nobilissimus. s. de fide instrum. c. 1. & 3. & tribus cap. sequen. nisi & tenor probetur per testes. inf. eod. cùm olim essemus. in fin. uel per aliud inde sumptum instrumentũ & publicatum: ut s. de fide instrum. ca. fin. quod qualiter intelligatur, not. s. de fide. instrum. §. de publicatione.

5 Quis posſit priuilegium concedere. Papa & imperator, q supra ius sunt, nec astringuntur legibus. s. de concess. præben. proposuit. C. de legi. digna uox. secundum Da. & Goffre. unus tamen in spiritualibus, alius in temporalibus regulariter, quamuis & causaliter Papa, quo ad tẽporalia possit priuilegium concedere. Sed Imperator nunquam quo ad spiritualia: ut patet in his quæ not. s. qui fil. sint legi. §. quali-

6 ter. & à quo. † Sed nũquid Imperator potest priuilegiare ecclesias & personas ecclesiasticas? sic, ut datet in his quę no. s. de immunitat. ecclesi. §. à quibus muneribus. & §. inquantum. quod dic, ut not. supra, de appel. §. à quo. uer. sed pone. super illo uerbo priuilegio. Potest & episcopus priuilegiũ concedere: supra, de reli. domi. constitutus: s. de censi. constitutus. cùm uenerabilis. 16. quæst. 3. uisis. supra, de sent. & re iudic. cum inter uos. infra eod. cum olim. 2. respons. 1. dũ tamen hoc faciat de sui capituli uoluntate. s. de iure patro. pastoralis. secundum Gof. supra, de exces. præla. sicut unire. multo fortius Patriarcha. s. de cleri. non residenti. in ecc. uel præben. cũ ad hoc. Et breuiter intelligi potest, quod quicunq; potest ꝯstitutionem facere, & quatenus, & in quibus potest, & priuilegium & indulgentiã dare potest: super quo vide quod no. s. de constitu. §. quis possit. & §. qualiter. ꝯstitutionibus. Sed & maioritas, dignitas, & prioritas tpis dant priuilegiũ, quod dic, vt no. s. de ma. & obe. §. in quib. & §. quod sit priuilegium. Dñs ẽt, qui super oẽs est, dedit priuilegiũ beato Petro & successoribus, vt generalẽ & supremã manũ super omnes obtineat sedes Apostolica: ideo dr̃ hoc priuilegiũ generale, ex quo postmodum emanarunt canonica instituta: vt s. de transfla. episc. c. j. Sed dr̃ & speciale ideo, quia nulli alij hæc prærogatiua competit: sicut testatur antiquitas, & decreta sanctorũ Patrũ, qui & priuilegiũ dare possunt: vt patet s. de transla. epis. quãto. resp. j. Quinimmò & consuetudo priuilegium, siue priuatam legem inducit. quod dic, vt no. s. de consue. §. & de virtute.

7 Cui † concedendum eſt. Et quidẽ subditò regulariter, non alij: vt breuiter me expediã, iam trado, ꝙ illi potest ꝯcedi priuilegiũ, quem constitutio concedentis arctare potest. ꝙ dic vt plene no. s. de consti §. qñ constitutio. sed & aliquoties põt priuilegium concedi illi, quem constitutio concedentis non arctat. Sed illud casuale est, vt patet in his quæ not. s. §. proxi. versi. sed nunqd Imperator. s. de diuor. gaudemus. & de Iudæ. p totũ.

8 Quanto † tempore duret.[b] Hic distinguendũ est, sicut plenè no. s. de consti §. qñ constitutio. sub §. licet aũt nulla. in disti quæ incipit, cum priuilegium. & ver. seq.

9 Quid † operetur. Id qđ sonat: ꝙ sciri non potest, nisi per inspectionem & fidem occu tam: vt patet per iura inducta s. eo. §. quot sunt spec es. sub §. sed & si priuilegiorum. ver. & breuiter. Quod verũ est, nisi iniquitatem apertam contineat. ꝙ dic, vt no. s. de rescri. §. quas vires. sub §. potest aũt quis impetrare. & seq. versic. Item hoc uerũ est, nisi obscurũ sit, & non possit fieri interpretatio citra illũ qui concessit: quia eius est interpretari, cuius est cõcedere: ergo quo usque is qui concessit, respondit, negociũ suspenditur: j. de sent. excom. inter alia supra, de iud. cùm venissent. debet aũt diligenter considerari tenor priuilegij: j. eo. porrò. & c. recepimus. sed potius est intentioni insistendũ, quàm verbis. j. q. 1. Marchion. 38. dist. sedulò. ff. de legi. scire. j. de ver. signi. intelligentia. & c. in his. potius enim sententia spectanda est, quàm verba: ff. de fund. instruct. l. cum de lanionis §. asinam. & potior est mens, quã vox: ff. de supel. est. lega. Labeo. & tamen si fieri potest, latissimè interpretandum est: s. de donat. cùm dilectus. ad fi. ff. de cõsti. prin. beneficia nisi præiudicet iuri alieno: quia tunc reducit ad ius cõmune, si fieri potest: s. de consue. cùm dilectus. §. pen. & fi. arg. C. de emancip. nec auus. dum tñ aliquid operetur: aliàs enim non esset priuilegium: vt no. s. eo §. j. & ij. Sed ad quẽ pertinet interpretatio? Regulariter ad illum, qui concessit priuilegium: vt iã no quod dic ut nota. s. de rescrip. §. & de ipsius interpretatione. Item est hoc verum, dummodo non sit amissum: ꝙ dic, ut no j. eo. §. qualiter amittatur. Ergo si quis per Papã priuilegiatus sit, ne teneatur dare decimas, priuilegium seruandum erit. de quo dic, vt plenè no. s. de decim. s. §. à quibus. Leprosis etiam seruandũ est suum priuilegiũ, quod cõe est omnibus, & singulariter cõpetit de priuilegio, & vtrum censeantur religiosi, dicut no. s. de ecclesiis ædifi. §. cuius authoritate. versi. & hæc est una cã. Sed & communiter uiuentes habent priuilegium commune & singulariter competens, ut citra se. Apostolic. absoluantur, nisi excessus difficilis extiterit & enormis: s. de vita & honestate clerico. quoniam. quòd dic, vt nota. in summa eod. tit. §. 1. uersic. habent tamen priuilegium commune. & j. de sentent. excommunicat. §. quis possit excommunicare. sub §. secunda regula. versi. quartusdecimus. Aperiantur etiam semel in anno interdictæ ecclesiæ in iucundo aduentu templariorum, & hospitaliorum, & aliorum consimile priuileg um habentium. j. eodem. cum & plantare. §. quod si templarii. quod sic debet intelligi: vt & si plures ecclesiæ in eadem ciuitate, uel castro, uel alio loco fuerint, una tantum aperiatur. j. eod. priuilegia. §. illud etiam. sic intelligi debet quod vni tantum hospitalario, uel semel in anno aperiatur, & non pluribus uenientibus, secundum Goffre. quod intelligas, quo ad priuilegium commune & generale: quod & communiter tantum, non singulariter competit. Porrò si quælibet domus esset specialiter priuilegiata in aliqua prouincia uel dioecesi: idem

ADDITIONES.

a Prædicatorib. minorib. ¶ Adde, an ista priuilegia cõcessa talib. extendant ad hæremitanos. uide per Ang. in l. quicquid. C. de aduoc. diuer. iudic.

b Quanto tp̃e. ¶ Adde c. primum & secundum. 25. q. x. Car. in c. per tuas in 2. q. de ma. & obe. regula, decet. de regu. iur. lib. 6. & per Io. And. in regula, priuilegium. de re. iuris. lib. 6. in Mercuria.

cesi. idem putarem quòd vno adueniente, & amisso illo anno, priuilegium locum amplius non haberet. Sed & si plures domus in eadẽ prouincia haberent indulgentiam specialẽ, quamuis eius ordinis essent, videtur quælibet admittenda, quo ad vnam personam: & sic potest intelligi quod legitur s̃. de sepul. in nostra. § 1. in princi. Admittetur autem de domo sic priuilegiata is, qui primo venerit. arg. s̃. de procu. c. penul. versi. qui licet. ꝙ si duo de eadẽ domo simul occurrant, & habent iidem procuratores, ambo simul admittuntur: alias vnus sine reliquo admittendus non esset. arg s̃. de offi. deleg causam. nisi aliud dictũ esset in procuratorio. arg. s̃. de offic. deleg. vno. Quid si diuersa procuratoria habeant? posterior vid̃r admittendus: s̃. de procu. c. pen. ver. quod fieri. ff de procu. si quis. §. fi. super quo vide qđ not. s̃. de procu §. quis dari. ver. non solum. & seq. Aedificantib. etiam ecclesiam seruabitur priuilegiũ repræsentandi, cum ius patronatus ex hoc acquirant. quod dic, ut not. s̃. de iure patro. §. ex quibus. proueniat. hoc vbi singularis persona fundauit ecclesia: siue laicus sit, siue clericus: in fundo tamen patrimoniali. nã si abbas, uel quicunq; prælatus in fundo ecclesiæ fundat ecclesiam, tẽporalia sua facit: quod dic, ut not. de capel. mo. §. qđ iuris. & de offic. ordin. §. quid pertinet. ver. cõsueuit etiam dici. Priuilegiatis autẽ, ne possint excõmunicari, uel suspendi ab aliquo, citra mandatum sedis Ap si ratione loci cõcessum sit hoc priuilegiũ, & delinquant in loco priuilegiato, uel citra seruabitur priuilegium suum: nisi fortè notorium delictũ committerent: nam in illo omne priuilegiũ cessat infrà eo. patentib. & c. tua. nam & cessat auxiliũ iuris cõmunis in hoc casu: ut s̃. de appel cùm sit Romana. & cap. peruenit. C. quorum app. non recipi. l. 2. secundũ Goffred. & iunge quod not. supra. de sent. & re iudic. sub rubrica, de senten. § quo remedio. sub §. his tamen notandum. uer. item quando insignes & de appe. § qualiter. sub §. si verò in iudicio. ver. quod intelligas. Cæterùm si in alio loco, vel circa delinquunt, priuilegiũ non defendet eos: ĩ. eo. cum capella. & c. quoniã per confessionẽ. secundũ Goff. de hoc tamen dic, ut not. ĩ. eod §. qualiter amittatur. sub §. sed & dici potest. ver. dici potest in di. & seq. & præce. Operatur & priuilegatũ, ut religiosi, quibus hoc concessum est, confratribus suis non excõmunicatis vel interdictis nominatim possint tẽpore interdicti ecclesiasticam concedere sepulturam: quòd de his confratrib. tantùm debet intelligi, qui quãuis in seculo manentes, eorum ordini sunt oblati mutato habitu seculari: vel qui inter viuos bona sua dederunt: retento tantũmodo vsufructu, qui tamen nec sepeliri debent in ecclesiis interdictis: quãuis in aliis liberè possint eligere sepeliri. ut ĩ. eo. priuilegia. §. 1. aliàs autẽ licet annuatim dẽt duos uel tres, uel plures denarios non magis ex hoc priuilegiũ, quam cæteri cõmunes homines cõsequantur: ut ibi, & ĩ. eo. cùm & plantare § de confratribus.

a **Possunt & nonnulli** religiosi tẽpore generalis interdicti[a] submissa uoce excõicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis diuina officia celebrare, quod & ad episcopos extẽditur: quod & intelligi debet nisi & eisdem specialiter ꝯtigerit interdici & dummodo causam aliquã non præstiterint interdicto, nec aliquid fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum dispendium pro trahentes ĩ. e. quod nonnulli. Sed & hoc hodie ad omnes ministros habentes curã conceditur semel in hebdomada, causa conficiendi corpus Christi, ꝙ morientibus & pœnitentibus non negatur: infra, de sentent. excommunicatio. permittimus. Sed & omnibus clericis, qui causam interdicto non dederint, conceditur, ꝙ tempore generalis interdicti excommunicatis exclusis, & c. ut s̃. eodem. sub §. respn. 1. cum silentio tumulentur: ita ꝙ in ecclesis conuentualibus conceditur, ꝙ bini & bini, uel simul tres personas horas canonicas, de quibus habes supra. de celebrat. miss. capitul. 1 ualeant legere potius, quam cantare, id est, legere, & non cantare, voce ita demissa, quòd exterius audiri non possint: infrà, de pœn. & ꝙ in te. & ex mente horum verborum apparet, ꝙ excõicatus, qui stat ad ostium ecclesiæ. licet non intret, & inde audit missam, nõ seruat sententiã. sacerdos etiã, qui scienter sic celebrat, mortaliter peccat. s̃. de cleric. excom. minist. si celebrat. infrà, de sent. excõ. nuper. & si per hoc excõicaretur, & postea celebraret, notam irregularitatis nõ euaderet: sicut nec facit, qñ est excõicatus. ideo qa celebrat in ecclesia interdicta. ſm quosdam. s̃. de cleric. excom. ministr. postulastis. §. fin. quod tamen intelligas secundum ea quæ no. ĩ. de senten. excom. § & quæ sit pœna. sub §. necesse, versic. sed nunquid participans. Sed & si interdictum latum sit occasione priuilegiatorũ ipsis interdictum non seruantibus, non licet alijs exemplum excedendi sumere. Sed tñ quandiu interdictum sic latum violauerint, ne aliquorum fletu rideant, conceditur alijs de licentia sedis Apost. sine transgressione aliqua celebrare: ĩ. eo. petistis. Regulariter autem teneas, ꝙ per aliquod priuilegium siue indulgentiam iuri dioecesano nullum fieri præiudicium intelligitur, nisi de ipso specialiter caueatur. s̃. de deci. dudum. §. fi. suprà, de confirm. vti. cap. fi. §. cùm ergo s̃. de offic. dele. super eo ante fin. ibi. non tamen est nostrę intentionis, & c. inde est, ꝙ si aliquibus religiosis concedatur, ut ecclesias suas, subaudi, in quibus habẽt ius tantùm repræsentandi, in proprios vsus possint conuertere, decedentibus rectoribus earundem, non est tamen eis licitum sine licentia dioecesani possessionem talium introire: ĩ. eod. pastoralis Sed contra, ĩ. eod. in his. vbi licet vti priuilegio concesso sine consensu episcopi. Solu. in dec. pastoralis. ideo requiritur licentia episcopi: quia ei pararetur præiudicium, & contemni videretur, nisi requireretur: & quamuis dicatur, quòd licentia episcopi requirenda sit, nihilominus tamen valet priuilegium, & saluũ remanet: nã & si episcopus malitiose renueret consentire, haberetur recursus ad superiorem: arg. suprà, de iure pat. nullus. suprà, de sup. neg. præl. c. 1. In contrario autem nullum esset priuilegium, si necesse esset licentiam petere, cũ actus, de quo agit. celeritatem desideret: ff. de damno infect. l. 1. ff. de exercit. actio. l. 1. resp. 1. ad fi. & sine aliquo priuilegio liceret celebrare cum licentia etiam publicè, & etiam in secreto sine licentia: s̃. de cler. pereg. tuæ Item per priuilegium decr. pasto. præiudicatur priuato interesse episcopi & reipub. quo ad hospitalitatem. eleemosynam, & iura episcopalia persoluenda: s̃. de sup. negl. præla. ca. 2. suprà de offi. ordi. conquerente. §. fi. suprà, de præb. de monachis. suprà, ne se. vacan. c. 1. ideoque etiam ipse episcopus potest obijcere contra tale priuilegium: quia posset esse, ꝙ falsa causa paupertatis inserta sit. arg. s̃. de offi. dele. significantibus & ideo non valet: suprà, de consan. & affi. quia circa, suprà, de offi ordi. ex parte. ĩ. de sen. excom. cum pro caus. sed in decre. in his. secus est, cùm per ipsum priuilegium diuinus cultus augmentetur, ꝙ amittendum est: s̃. de constit. ex parte reipub augeatur, & peccata excipientur: 13. q. 2 animæ defunctorum. secus ergo, si præiudicaretur alicui temporaliter: unde & dicit in decre. in his. ante fin. dum tamen ab aliis, quæ iure parochiali proueniunt, prorsus abstineant. Per illud autem priuilegium, ĩ. eo. pasto. præiudicatur iuri parochiali, si vires habeat: & per consequens episcopali. 10. q. 1. c. 1. 2. & 3 quia nec aliquis sine licentia sua instituendus est: s̃. de instit. ex frequentibus. suprà, de cleri. pereg. c. fina. s̃. de renunc. admonet. In hoc tamen casu sufficit, ꝙ etiam viuente rectore habeatur licentia & possess. adispicatur. suprà, de cau. poss. cùm ecclesia, Censuale vero priuilegium aliquando operatur exemptionem: ut quando dicitur in priuilegio, ꝙ prestandus est census ad iudicium libertatis perceptæ, aliquando verò notat protectionem tantùm: vt quando dicitur in priuilegio, ꝙ præstandus est ad indicium perceptæ protectionis: ut ĩ. eo. recepimus & per hoc vltimum in nullo præiudicatur iuri dioecesano: ut ibi dicitur: quia nec census protectionis aliquẽ eximit: ĩ. eo. ex parte. 2. & iunge ꝙ not. s̃. de censi. §. quod argumentum præstet Sed nec per priuilegium innouatum aliquid iuris acquiritur: sed antiquum tantummodo conseruatur: ĩ. eo. ex parte. j. & si contradicatur innouationi, non debet fieri, nisi causa cognita: ut s̃. de confir. vtili. cum dilecti. ĩ. eo. cùm olim essemus. quia & vocandi sunt omnes, quorum interest: & quos res tangit: sicut not. in publicatione, s̃. de fide instru. §. de pnblicatione. sub §. & qualiter fiat. & de hac materia inuenies notatum s̃. de confir. vti. § qualiter fiat.[b].

10 c **Qualiter † amittatur.** [c] Multis modis. Primò amittitur priuilegiũ vnico actu contrario: s̃. de consti. accessissent. Secundò spacio decẽnij: ff. de nũdi. l. j. Tertio, spacio 30. an. vel 40 ĩ e. si de terra. & ca. accedentibus. Quartò, tẽpore limitationis elapso: C. de preci.

ADDITIONES

a Tempore generalis interdicti. ¶ Adde Cald. in tract. de ecclesiastico interdicto. vbi diffuse.

b Fiat. ¶ Preciũ operę facturi videbimur, si huc ex Martino rubricella, Quis possit interpretari priuilegiũ, transtulerimus: quo in genere ita ab illo scriptũ scimus: Qñ inquit verba priuilegij sunt clara. & nõ obscura põt Iudex vti cõsi. c. accepimus de fide instr. & dicere, priuilegiũ obstat, vel nõ obstat d. c accepimus. Quod si uerba eius obscura sint, non debet per aliũ interpretari, quã per eũ, à quo concessum est: 11. q. 1. §. his. de senten. excom. c. inter C. de legat. l. fin. & l. ex facte. ff. de uugl. Ergo priuilegium ecclesiæ Romanæ non debet per aliũ, quã per Papã interpretari per iura suprà citata. Item priuilegia principum latisfime sunt interpretãda: ff. de consti. prin. l. 3. de uer. sig. cũ olim. Aristoteles li. 2. Politi. c. 5. & 6. Quod si priuilegij uerba ambigua sint, delegatus iudicare non põt: ut extrà e. ti. ut priuilegia. & de sentẽ. excom. inter alia. Priuilegiũ quoq; sic interpretari debet ut priuilegiatus semel semper intelligatur priuilegiatus: quia priuilegia perpetua sunt: nisi perdantur: ut extrà e. ti. c. fi. & 25. q. 2. c. 1. & 2. Item priuilegiũ, in quo ponitur uerbũ generale, & indefinite probatur, ad futurũ extenditur: & qñ ad omnia appellata extendatur: uide extra e. c. fi. & de deci c. ex multiplici. Valet quoq; priuilegiũ, etiã si ponantur in eo uerba quæ sonent in conditionẽ, pro priuilegio interpretandum est extra, de uer. si. Abb. Mart.

c Qualiter amittatur. ¶ Adde gl. & Doc. in c. suggestũ. de deci. & per Spe. ti. de instru. editio. in §. nunc autem. uer. pen.

preci.Imper.offe.quot.& l.reſcripta.Quintò per ſententiam:ſ. de ſenten.& re iudic.ſuborta.§ final. Ad hoc autem, vt hæc mēbra, quæ adinuicem ſibi videntur contraria, ſanè intelligas, diſt. ſecundum quod nota.ſuprà de conſtitutio.§.quando conſtitutio.ſub §.licet autem.in diſtinctio.quæ incipit, cum priuilegiū. & verſicu.ſequenti. vbi hoc pleniſſimè expeditur. Sextò tollitur priuilegium primum per ſecundum, faciens mentionem expreſſam de priore:ſuprà, de præſcr. veniens. ſecundum Goffred.de quo dic, vt plenè not.ſuprà,de reſcript.§.quod cui præiudicet.verſiculo ſi vtraque ſcriptura ſit priuilegium.& ſequenti.Septimò, per condentis reuocationem:argument.ff.de iudic. iudicium ſoluitur. quod tamen facere non decet ſine cauſa, ne inconſtantiæ vel leuitati aſſcribatur: quia nemo debet venire contra factum ſuum: ſuprà de clerico.coniu. diuerſis fallaciis. ſuprà de filiis præſbyterorum. veniens. & quod debet defendere, non debet impugnare. ſuprà, de natis ex liber. vent. capi.vnico.ff.ſi ſerui. ven.altius.ff.de condit.indeb.frat et à fratre.& turpe eſt proprio teſtimonio reſiſtere:ſuprà, de probatio. per tuas.ſed quamuis non deceat, hic poteſt, ſi uult:ſuper quo vide quod nota.ſuprà, de officio delegat. §. quæ delegari. verſiculo ſed nunquid poteſt reuocare. & infrà eodem ſub §. vltimo. verſiculo ſed quid ſi ille idem. Ex cauſa tamen decet, & debet, & poteſt fieri reuocatio, puta quando enormem læſionem incipit inferre alii. vnde ſi religioſis concedatur priuilegium de non dandis decimis, propter nimiam paupertatem, qua laborant: demum intantum ditentur poſſeſſionibus, quòd enormiter læduntur parochiæ: & ipſi, etiam ſi decimas dent de ſuis reddittibus, poſſunt aliàs commodè ſuſtentari, ceſſabit priuilegium tum propter ſcandalum, tum propter enormem læſionem iuris parochialis: tum quia cauſa priuilegii ceſſat.ſic intellige ſuprà, de decimis.ſuggeſtum. & capitulo nupt. infrà, de verboum ſignificatione. quid per noualle. argumentum ſuprà, de cenſib.quanto.Item ſi quis non ſeruat priuilegia ſuperioris conceſſa ſubditis eius ſcilicet, non ſeruantis priuilegium, meritò decurtatur, id eſt, reuocatur:infrà eodem.dilecti.Item ſi concedatur ante priuilegium alicui canonico, quòd fructus præbendæ ſuæ poſſit percipere in abſentia: valet tamen, ſi concedatur ſecundo tertio, & quarto: & ſic quaſi de ſingulis: ita quòd eccleſia iam incipit ſeruitoribus ſuis deſtitui, ſiue ab uno, ſiue à diuerſis, ſiue etiam à ſede Apoſtolica talia ſint priuilegia impetrata, debent omnes, non obſtantibus priuilegiis, ad ſeruitium eccleſiæ reuocari: ut ff.de cleric.non reſiden.cum ad hoc.& argument. ad idem ſuprà de donat.Apoſtolicæ.reſpon.j. ad fin. Quod tamen dixi de Apoſtolicæ ſædis indulgentiis, intelligas quando hoc fit de ſpeciali mādato:aliàs contra.ſuprà, de iudic.cùm veniſſent.& ca. quia v. ſecundum quod vno modo legitur: nam ſi ſuperior indulgentiam inferioris ex certa ſcientia confimauerit, non puto quòd poſtea ſine conſenſu ſuperioris poſſit ipſam inferior reuocare: ut patet in his quæ notantur ſuprà, de conſtitu.§. quando conſtitutio.ſub §.arctat etiam.in diſ.quæ incipit, cum quæritur, an capitulum.uerſicul. ſi conſtat.& ſupra, de confirma. uti.§. quis ſit effectus. uerſiculo.& ut id quod confirmatur, ſuum faciat: Ideo Imperator, vel eſt priuilegium conceſſum eccleſiæ, & per dominum Papam, quem conſtat ſuperiorem eſſe omnibus ex certa licentia confirmatum, non poterit reuocare: ſuper quo uide quod nota.ſupra, de iure immun.§. inquantum.ſub §. ſed nec illa uerſicul.nec etiam fortè & ſeq.& ſi de maioritate Papæ dubitas, vide quòd nota.ſupra, qui fi.ſint le.§ qualiter, & à quo. Octauo tollitur per renunciationem propriam & expreſſam. ſupra, de deci. nuper. quod intelligas, quo ad ius tangens renuntiantem tantùm:ſecus, ſi Papam uel alium tangat: ut patet in his quæ nota.ſupra, de conſtitutio.§.quando conſtitutio, ſub §. licet autem. in diſ.quæ incipit, cum priuilegium.uerſicul. ſi Papa.Item nec clericus poteſt renunciare ſuo priuilegio cuilibet, etiam ſi iurauerit: ut patet ſuprà, de foro competenti ſi diligenti.quod dic, ut not.ſ.de foro competen.§.quibus ex cauſis.ſub § illud ſcias.pleniſſimè inuenies nota.ſ.de renunc.§.quæ poſſunt renunciari.

VLTIMÒ Amittitur per abuſum: quod exponi poteſt, per non vſum, uel per contrarium uſum: puta aliquis priuilegiatus eſt, ne decimas det quolibet anno: petuntur ab eo quolibet anno dat: uel exemptus eſt, conuenitur ſæpe & ſæpius coram ordinario: & ipſe reſpondet, nec allegat aliquid de priuilegio exemptionis: uel allegat, & non oſtendit: certè huic merito dici poteſt, priuilegium mereris amittere, quia permiſſa tibi abuſus es poteſtate: xj.q.iii. priuilegium permiſſum enim erat ei non dare decimas, uel non reſpondere coram ordinario: & ipſe hac poteſtate ſibi permiſſa abuſus eſt: neceſſe tamen eſt, quòd præſcriptio xxx annor.contra priuilegium ſit completa: infra.eodē.ſi terra ſine vſ, & xl.annorum.ſ.eod.accedentibus. dic ut nota.ſ.de conſtit.§.quando conſtitutio.ſub §. licet autē. in diſt.quæ incipit, cum priuilegium.uer.ſi in fauorem eccleſiarum.Sed quid ſi allegat priuilegium, & oſtendit: ſed is cui oſtenditur non accquieſcit: quia fortè potentior eſt, cui pares eſſe nō poſſumus:ff.de ali.iud.mu.cau.fa.l.iii.reſpon.j.& certè non pōt nec debet ei violentia imputari:ff.commoda ad eos.ff. loca. & condu.ſed de damno.non obſtante, ſi dicatur, quòd non fuit vſus, & quod contrarium factum eſt: quomodo enim utar priuilegio, niſi allegando, & de ipſo fidem faciendo: certè decæterò mihi imputandum non eſt, niſi fortè ſententia ferretur contra me, & non appellarem:ſuprà, de ſent.& re iudicat.ſuborta. Sed tu, qui contrauenis temeritate propria, puniendus es: ut infra, eo.dilecti Sed quid ſi ille idem, qui conceſſit, contrauenerit? ſi Papa hoc faciat, non audeo dicere, Cur ita facis: xix. diſt. in memoriam.xj.q iii. qui reſiſtit.ſi alius inferior, non poſſum repugnare: nam priuilegium lex priuata eſt: ut nota.ſ.eod.§. quid ſit priuilegium. & § quare. quilibet autem legem ſuam reuocare poteſt: quinimò faciendo contrariā primæ, prima tacitè reuocatur:ſuprà de cognat.ſpi.c.i ff.de legi.non eſt nouum, & l.ſeq. nec poteſt ſe quis aſtringere l. ꝓpria: quia nemo poteſt ſibi dāre legem, à qua reſilire non poſſit:ff.de arb.l.penul.ff.de leg.iii. ſi quis in princ.teſtamenti.ff.ad Treb. ille à quo.§. tempeſtiuū. nec ſucceſſori.ſ. de elec.innotuit.§. i. ff. de arbi.l. iiii. Cōtrà: qa beneficio hominis non debemus decipi, ſed iuuari:ſuprà, de cōmoda.c.unico.ff.commoda.in commodato.§. igitur ſi pupillares. concedendo etiam priuilegium uidetur concedens quaſi contrahere, & paciſci, ne decimas petat, uel exemptum reſpondere compellat: ergo reuocari non poteſt: ut C.de actio.& oblig.ſicut initio.ff.commod.in cōmodato.§.ſicut autem. pacta etiam ſeruanda ſunt.ff.de pact. iuriſgenti.§. ait prætor. Puto, ꝙ ſi priuilegium ſemel tenuit, non poſſit reuocari à concedente. ſine pœna: ſi ſine cauſa hoc faciat.arg.ff.de regul.iur.conſilii. ff. de condict.cauſa da.ſi pecuniam.ad minus enim tacitum pactū ineſt:ff.de pact.leg.ii. quod & ſi nudum ſit, tamen ſecundum canones ſeruandum eſt: ut notat.ſupra, de pact.§. quid ſit effectus utrùm autem & qualiter Papa ex hoc puniri debeat nō eſt meū ponere os in cęlum: ſed ipſe videat.ix.quæſtione iii.aliorum. & capi.ſequen. & quod notat.infrà, de pœnit.§.cui confitendum ſit.ſub §.cui Papa.porrò ex cauſa tangente rempublic. reuocari poteſt: ut patet per exempla poſita ſ.eodem §.reſpon.j. ver.ex cauſ. & ſeq: niſi à ſuperiore confirmatum ſit ex certa ſcientia: ut ibi not.uerſic.quod tamen.& probatur ſ.de relig.domi.conſtitutus. Itē re integra uidetur, ꝙ reuocari poſſit.ſ.de electio.in cauſis §.fin. Quid ſi priuilegium Papæ coram aliquo iudice allegatur, & oſtenditur, obiicitur autem, quod priuilegium uires non habeat; nunquid de hac quæſtione poterit cognoſcere iudex ordinarius, uel etiam delegatis? Non uidetur.ſ.de iud. cum ueniſſent.quod tamen intelligas, quando ordinarius de iure cōmuni agit contra ſubditum, petens ab eo rem, circa quam priuilegium allegatur, de tali priuilegio nemo poteſt cognoſcere niſi Papa:& ſi alius de ipſo cognoſcat, nullū Papæ paratur præiudicium.ſic intellige ſupra, de ſenten.& re iudic.ſuborta. ſuprà de arbitr.cum tempore.ſuprà, de reſtit. in integ. cùm ueniſſent. ſupra, de electio.conſtitutus.ſ.de capel.mo. capit.ii. ſecundum Goffre.uel ſecundum eundem dici poteſt, ꝙ ubi uerba ſunt ambigua, nullus poteſt iudicare de ambiguo, niſi Papa: quia eius eſt interpretari, cuius & condere: ut infra, eo.ut priuilegia. argum. ſupra, de ſequeſtra.poſſ.cap.i.C.de legibus.l.i.quòd ſi verba clara fuerunt & indubitata: tunc poteſt alius cognoſcere abſoluendo, ſi reperiat ꝙ cenſum ad iudicium libertatis: uel condemnando, ſi præſtabit ipſum ad iudicium perceptę protectionis. infra eodem recepimus.quia in incertis, non in certis locus eſt coniecturis:ff.de uerbo. oblig. continuus.ſ.de electi. cū inter uniuerſas, tamen poſtea Papa nihilominus ſuum ius proſequi poterit. ſ.de ſentent.& re iud.ſuborta.ad fi. etiam ſi ipſemet pronunciauerit.ſ.de capel.monac.c.ii.§.fina.quia & alius hoc poſſet.ſ. de donat. inter dilectos.§. fin. de hoc not.ſ.eod.§.quid operetur. yer, itē hoc verū eſt: niſi obſcurū ſit.ſ.de cōfi.uti.§.qs ſit effect⁹.

11 SED & dici poteſt †, quod priuilegiatus abutitur, priuilegio: quando eo malè utitur: puta facit cōtra intentionem concedentis ſupra, de poſtula.prælat. gratum. Vel quia uiuit iure communi, relinquens uitam priuatam: propter cuius obſeruationem priuilegium conceſſerat princeps: unde in hoc caſu non poteſt priuilegium allegare:ſupra, de ſtat. mona.recolentes.§. j. infrà de uerborum ſignification. abbate.ad finem:ſupra.ne clerici uel monac.capitulo.j.ſupra, de vi. & honeſtat.cle.capitulo. finali. Vel quia non ſunt contenti terminis ſuis, imò contra tenorem priuilegii excedunt, puta eccleſias uel decimas recipiunt de manu laici, ſine conſenſu epiſcopi excommunicatos & nominatim interdictos admittunt ad diuina in eccleſiis, quæ ad ipſos pleno iure non pertinent: inſtituunt

ſtituunt & deſtituunt epiſcopo inconſulto, quando ſemel in anno admittuntur tempore interdicti, ſepeliunt corpora defunctorum, confratres ſuos licet in domibus propriis remaneant, nec habitum mutent: volunt tenere exemptos: aliàs etiam iura epiſcopalia & parochialia vſurpando, in quibus caſibus eccleſiæ, ſubaudi ſiue in quibus hæc præſumunt, eccleſiaſtico ſubiacent interdicto: & ꝙ egerint, irritũ iudicatur: j. eo. cũ & plantare §. fina.

12 † Sed quid, ſi exemptus delinquat intra diœceſim alicuius, nunquid põt puniri ab epiſcopo, intra cuius diœceſim eſt delictum cõmiſſum? Et primò probo, ꝙ ſic: nam ratione delicti ſortitur quis forũ: iii. quæſt. vi. ibi. & no. ſ. de fo. cõpe. §. quibus ex cauſis. verſi. item ratione delicti. Vbi ergo quis deliquerit, ibi punietur, omni priuilegio ceſſante. C. vbi de crim. agi. opor. authen. qua in prouincia. Ideo dicitur, non permittas delinquentes aliquibus priuilegiis: ut in authentic. de mandat. princip. §. ꝙ ſi delinquentes. collat. iij. Nec obſtat cingulum dignitatis, quo minus examinetur violentia: & ſi reperta fuerit, puniatur: adeò ꝙ etiam delinquens dignitatis cingulo ſpolietur: vt in authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. volumus. colla. ii. pro & contrà, eo. tit. §. ſi quis autem præter hoc. Concedens etiã priuilegium, non videtur intellexiſſe, quòd priuilegiatus occaſioni priuilegii delinquat, ſed potius abſtineat: vt patet in his quæ no. ſ. eod. ſub § reſp. j. & duobus verſi. ſeq. imo ſi quis occaſione priuilegii delinquat, fruſtra ipſum inuocat, cum committat in legẽ. ſ. de imm. eccl. ca. fin. infrà, de vſur. quia fruſtra. Nec enim prætextu priuilegiorum creſcere debet flagitiorũ authoritas. C. de priuil. ſcho. l. ii. libr. xii. Nec remiſſio peccatorum dat licentiam delinquendi: i. q. vij. exigunt. Et omnem honorem reatus excludit: & ideo ſi quis in aliqua culpa vel crimine deprehenſus fuerit intra prouinciã, in qua facinus perpetrauit, non obſtante præſcriptione fori, publicis legibus ſubiacebit: C. vbi ſenat. vel clariſſi. l. 1. ideo etiam datum videtur exemptionis priuilegium, ne quis ab ordinario opprimatur. ergo ſi exemptus opprimit ordinariũ amittere debet priuilegium, vt puniatur in quo deliquit: ſuprà de iure pat. paſto xi. q. iii. priuilegium. Quid plura. nec conſuetudo, nec lex, nec pactũ, nec appellatio, tuebitur hominẽ in delicto: ſuprà. de conſuet. cap fin. ſ. de præſcri. cap. fina. ff de pact. ſi vnus. §. pacta. ſ. de app. cũ ſpeciali. §. porrò. nec iuramentũ. ff de pact. iure gentiũ § itẽ ſi quis pactus ſit. verſicu. & generaliter. ſupra. de iureiu. tua nos ergo ſicut à correctione appellari non poteſt: ſuprà. de offi. ord. licet. ita nec contra ipſam exẽptionis priuilegiũ poterit allegare: vt expreſſim innuitur infrà, eodẽ. tuarũ. § j. ad fin. ibi, ab officio beneficioque ſuſpendas, nullo prorſus priuilegii beneficio, vel appellationis remedio præualente.

a In contrarium probo: exẽpti enim [a] ſubſunt Papæ ĩmediatè: & ideo etiã ſi delinquant, ab alio puniri non poterunt: xvi. q. j. frater noſter. & expreſſim videtur ſ. de ſup. neg. præ. ſicut nobis. §. fin. ibi, mandamus quatenus, niſi à iuriſdictione tua exemptæ ſint eccleſiæ ſupradictę, prædictos exceſſus ſtudeas rationabiliter emendare: ergo à contrario ſi exẽptæ ſunt, non licet emendare, ſed potius eſt hoc ſummo Pontifici nunciandũ, ſicut expreſſim habetur ſ. de ſtat. mon. in ſingulis. §. ordinetur & c. ea quæ. §. hæc eadẽ. Præterea Papa bene ſcit ꝙ exẽpti delinquunt, & ꝙ ſunt in aliis diœceſibus: & tamen dicit, quòd non puniantur: vt dicunt, iura priuilegiata. ideoque quia non vult ꝙ aliquis exemptorũ delicta puniat, ipſemet punit ipſa: vt patet j. eod. cum & plantare. §. fin. & dicit ꝙ punire vult: ſ. de præben. in lateranenſi quæ loquitur de eodem Martino: vult enim, ꝙ ſoli ſubiaceãt ſedis Apoſtolicę poteſtati: vnde & ſi tales cadant in hæreſim, ſpecialiter concedit ꝙ in hoc crimine, quod ĩmaniſſimũ eſt & periculoſiſſimũ, puniantur. & condẽnentur ab ordinariis: non tamen iure ſuo, ſed tanq̃ ſedis Apoſtolicæ delegatus: hoc eſt expræſſum ſ. de hære. ad abolendam. §. fina. ergo ipſi non videntur hoc facere, ſed Papa: argum. ſupra, de trauſlat. epiſ. inter corporalia. §. ſed neque. patet igitur, ꝙ in aliis criminibus, niſi & Papa hoc concedat, ab inferioribus minimè punientur. nam & proconſul, qui maior eſt poſt principẽ, non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus: ff. de offic. proconſul. necquicquã. §. vbi. Si quæras rationem naturalem, talis poteſt reddi: de priuilegio exẽptionis non poteſt iudicare, niſi Papa: ſuprà. de iudi. cũ veniſſent. multo minus de perſona exẽpta: quia dignior eſt perſona exẽpta, quã priuilegiũ. ad hoc ff. de redhi. act. iuſtiſſimè. xii. quæſtio. j. præcipimus. ſupra de don. inter virũ & vxor, per veſtras. §. fina. Poteſt & alia reddi, ſcilicet, excellentia iuriſdictionis: vt ſicut ordinatũ à Papa, alius ſine ſpeciali mãdato ordinare non poteſt. propter manus excellentiã: ſ. de tẽp. ord. cũ in diſtribuendis. ſic nec retentũ iuriſdictioni Papę: ab ordinaria exẽptũ alius poterit iudicare, vt innuit illa decreta. ſupra. de hæreti. ad abolendã §. ſi & hæc eſt bona ſimilitudo, quia qui non poteſt ordinare, nec iudicare. ſuprà. de paro. nullus Epiſcopus. & eſt hoc uerũ in exẽpto; vel ſi incipias à iudicio, vt dicas, qui nõ poteſt iudicare nec ordinare. aliàs contrà ſ. de ma. & ob. per tuas. Et hoc quidam indiſtincte concedunt: & ſi uis hanc opinionem tenere de iurib. ꝯtrarijs te poteris breuiter expedire: ut ſcilicet dicas, ꝙ ubicunque inuenis, ꝙ ordinarius punit exemptos, hoc fit authoritate Principis, & in cæteris caſib. ergo ipſi hoc non faciũt, ſed princeps: vt Patet in his quæ no. ſ. eo. ver. prętereа Papa. Vel ſic puniri debent delinquentes, non obſtante priuilegio dignitatis, vel nobilitatis, uel fori, ut dicunt iura contraria. Sed obſtabit priuilegium exemptionis, niſi in caſib. conceſſis: nam & priuilegium imperiale obſtat: C. ubi quis de curiali uel cohor. aliave cõditione conuen. l. 2. Sed & priuilegium dignitatis obſtat in caſu: nã nec illuſtres puniuntur, niſi à iudici. à principe deputatis: C. vbi ſenat. uel chariſ. l. 3. reſpon. 1. nec obſt. ſi delinquant, ẽt occaſione priuilegij: quia & ꝑꝑ hoc acrius puniri debebunt: ſed per iudicem ſuum. ſ. Papam: cui erit hoc referendum: ut not. ſ. eod. ver. in contrarium. ſic igitur licet differatur peccati punitio, tamen non aufertur: ſed eſt iudicis ſui ſententia expectanda: vt patet ſ. de iudi. at ſi clerici. 3. q. 6. quamuis. & ca. dudum. nam ſicut in proximis iuribus habetur clericus quantumcũque delinquat non tamen poteſt puniri per iudicem ſecularem: ut dicit illa. at ſi clerici. nec Epiſcopus à Metropolitano degradari. Sol. Dic ꝙ aut exempti delinquunt notorie & occultè. Si exemptus notoriè delinquit, puniri poteſt per ordinarium: ut j. eod. parentibus. & c. tuarum, & ſic intelligi debent iura inducta ſ. eo. ſub §. reſpõ. 1. & verſ. ſeq. vſq; ad ver. contrarium probo. & patet ibidem in ver quid plura. Si uerò occultè delinquat, tunc non poteſt puniri, niſi à Papa: & ſic poſſunt intelligi iura inducta ſ eo. ſub §. verſicu. in contrarium. ſed certè per eadem iura inducta, quę loquũtur nedum in occultis, ſed etiam in notorijs, hæc ſolutio reprobatur. Ioan. diſt. utrum exemptus delinquat circa rem, in qua priuilegiatus eſt: & tunc non poteſt puniri, niſi per Papam: puta ſi malè ſe gerit in officio ſuo, malè ſeruat religionem, dilapidat bona monaſterij: & hoc ſatis innuitur ſ. de ſtatu mona. ea quæ. §. hæc eadem. aut delinquat circa rem non exemptam, non exemptis præiudicium inferendo: & tunc puniri poteſt per ordinarium: j. eo. tuarum & videtur comprobari hæc diſt. per Goff. ut no. ſ. eo. §. quid operetur. verſi. priuilegiatis. & ſeq. & per iura. j. eo. cum capella. & cap. quoniam per confeſſionem. Reprobatur autem j. eod. parentibus. ubi delinquunt circa rem: imò in ipſa re exempta: & tamen puniuntur, & in illa, tuarum §. uerum, ubi, circa rem priuilegatam, quæ eſt, ut poſſint mittere nuncios pro eleemoſynis colligendis, delinquunt: & tamen puniuntur. Si dicis, hoc ideo eſt, quia alijs præiudicium eccle. reſpondeo, Non prodeſt hæc reſponſio: nam & ubi Epiſcopo, & iuri parochiali & etiam reipu. paratur præiudicium hic non licet, & ſi notorium ſit: ut patet ſ. de ſuppl. neg. prælat. ca. 2. nam inſtitutio & deſtitutio preſbyteri, de qua ibi loquitur, non poteſt eſſe non notoria: ar. ſ. de ele. bonæ. 2. §. 1. & 2. & de tranſlat. quanto. §. cæterum nec multa alia, de quibus loquitur ibi. Dici poteſt indiſt. ꝙ exẽpti puniri non poſſunt per inferiorem à Papa: ut not. ſ. eo. ſub §. ver. in contrarium. & ſeq. uſque ad uer. ſolu. & ſecundum hoc omnes aliæ opiniones caſſantur. Sed ne uidear tãtorum doctorum ſententias uno uerbo tollere uelle, ſi diſting. Quando queritur, vtrum exemptus delinquens puniri debeat, refert utrũ in priuilegio hoc expreſſim contineatur, quòd quantumcunq; delinquat à nemine citra ſedem Apoſtolicam iudicetur, uel puniatur: uel alia quæcunque uerba ſimilia idem expreſſius innuentia: & tunc ſtandum eſt priuilegio, ſicut ſonat. infra eodem porro. ſic intellige ſuprà, de ſupplen. negl. præl. c. 2. & ſic poſſunt intelligi omnia iura poſita ſuprà eodem ſub §. uer. in contrarium. uſque ad uerſicul. ſolutio. Aut in priuilegio hoc non continetur expreſſum: & tunc uidetur, quòd indiſtin. poſſit puniri. niſi & ſpecialis dignitas tueatur tales: hoc uidetur dicere lex, cuius authoritate ſic incœpi diſtinguere. C. ubi quis decu. uel cohor. l. 2. ibi Exceptis uidelicet his, qui armata militia præditi ſunt uel alijs, qui ſpeciali beneficio principali, puta quia ſpecialiter hoc exprimitur, ſeſe defendant: & ibi præter eos etiam, qui ſpecialiter exempti ſunt. Sed & hoc poteſt ſubdiſtingui: quia & ſi hoc in priuilegio ſpecialiter non caueatur ſed ſimpliciter eximitur: puta, quia dicitur in priuilegio, ꝙ cenſum præſtat ad indicium ꝑceptæ libertatis: infrà, recepimus. in caſu autem iſto delinquit in rem, uel circa rem priuilegiatam, non præiudicando alij, aut præiudicando. Item aut notoriè aut occultè. Si exemptus delinquat circa priuilegiatam rem ſine præiudicio priuato alterius, referendum

ADDITIO.

a Exempti enim. ¶ Adde, an exemptus poſſit ſe ſubijcere ordinario: uide per Abb. in diſputatione incip. duo clerici ordine inſigniti. & per eundem Abb. in c. ſignificaſti. de fo. comp. & an exẽpti, ſi uelint, poſſunt ponere cauſam ſuam in manibus inferioris à Papa, uide gl. in c. 1. de offi. leg. & an exemptio perdatur per præſcriptionem, uide in c. auditis & in ca. cum ex officij. de præſcr. & in c. cum perſonæ. de priuileg. lib. 6.

ferendum est Papæ: & sic loquitur de statu mo. ea quæ. §. hæc eadem. & sic priuilegiatus manet in percepta libertate: vt innuunt verba priuilegij: & secundum hoc etiam potest intelligi suprà, de sup. negl. præla. c. 2. quia si ecclesiæ illæ exemptæ sunt: ergo committitur delictum in re priuilegiata: nec Episcopo, cui non subsunt ecclesiæ, potest aliquod præiudicium generari. Sin autem alij præiudicat, & palam siue notoriè delinquat, corrigi potest, quod malè facit per censuram ecclesiasticam, vt infrà eodē. parentibus. & cap. tuarum §. verum. ergo per excommunicationem suspensione officij & beneficij: vt ibi dicit vt pat. ȷ̃. eod. de verbo. signific. quærenti. quid per censuram, non tamen per depositionem, vel beneficij priuationem: vt in dicta decre. ea quę §. hæc eadem. & argu. s̃. de cleri. non residen. ex tuæ. ad fin. & 3. quæst. 6. quamuis. & hoc propter scandalum quod alijs imminet ex notorio delicto in exempli perniciam: argumen. in eadē decret. ea quæ. §. 1. 45. distinct. sed illud. quia nec quoad hæc verba, vel meus priuilegij extenduntur: videtur enim percepisse libertatem, non peccati immunitatem: vt dicunt iura inducta, s̃. eod. versicu. concedens. & se. Si verò occultè delinquat siue manifestè, non tamen notorie hoc delictum citra sedem Apostolicam, nec examinari poterit, nec puniri. & sic intellige 16. q. 1. frater noster. nisi forte teneat capellas non exemptas, ratione quarum teneatur ire ad synodum, vel aliquid facere: quia tunc puniri posset, quo ad ipsas capellas, si non faceret quod deberet. ȷ̃. eod. ex ore §. fin. secundum hanc dist. iura saluantur & diuersæ opiniones ad concordiā reducuntur: & probantur hæc in auth. domi. N. extra eo. volentes.

De Purgatione canonica. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Purgatio canonica quid sit. Quando sit indicenda. 3.*
2 *Species purgationis quot sint.*
4 *Numerus compurgatorum quotus sit.*
5 *Compurgatores quales esse debeant.*
6 *Purgatus an valeat accusari de eodem crimine.*
7 *Pœna quæ sit deficientis in probatione.*

VSque modò tractatū est in superioribus de delictis & excessibus puniendis: sed quia pleruq̃ue dum de his agitur, ad purgationem canonicam peruenitur, videamus de purgatione canonic. secundum Goffred. Vel sic: Quia priuilegio cessante, de quo suprà, titul. 1. expediuimus, vbi quis delictum commisit, si conuinci possit puniri debet, secundum ea quę no. s̃. tit. j. §. fin. sub §. sed & dici potest. probatione autem deficiente cogitur se purgare, viso tractatu de priuilegijs, videamus de purgatione canonica: dicētes, Quid sit purgatio canonica. Quot sint species purgationis, Quando sit indicenda purgatio, Qualiter fieri debeat. Quotus numerus compurgatorum: & quales compurgatores requirantur, An purgatus de eodem crimine valeat accusari, Quæ sit pœna deficientis in purgatione.

1 a b **Quid sit† canonica purgatio** Et q̃dem purgatio est de obiecto crimine[b] innocentiæ ostensio, ſm Da. & Goff. tu dic, ꝙ canonica purgatio est nocentis infamiæ ecclesiasticæ innocentiæ canonicè facta detectio. Benedico, innocentiæ: quia infamatus ad honores promoueri non debet: suprà, de accusatio. omnipotens. 81. distinct. tantis Daniel. 33. distin. laici ff. de minne. reus. multa & alia mala inde proueniunt: vnde & dicitur, Crudelis est, qui famā suam negligit: 12. q. 1 nolo. super quo vide quod notatur s̃. de cohabit. cler. & muli §. qd sit notorium. Infamiæ ideo dixi, quia nedum de crimine infamato indicitur purgatio, sicut innuit descriptio Da. imò & de alio. nā si quis dicatur filius sacerdotis, purgat se de tali infamia: ȷ̃ eod. accedens. & tamen non est peccatum illius, sed patris. 56. distinct. nasci. sicut de hoc & aliis quibusdam casibus no. ȷ̃. eo. §. quando sit indicenda. vers. hoc tamen notabis. & seq. Ecclesiasticæ innocentiæ, ideo iungitur, quia ex quo purgatio præstita est, non debet nocere infamia præcedens, vt not. ȷ̃. eo. §. purgatus. potest tamen esse, ꝙ nocens est, sed ecclesia non respicit occulta, licet vera sint: vnde iudicium suum fallit, & fallitur: infra, de sentent. excommu. à nobis. sic intellige. ꝙ purgans suam innocentiam ostendit: infrà eod. ex tuarum. Canonicè facta detectio, quare dixi, patet in his quæ not. infra eo §. qualiter fieri debeat. Vel melius, purgatio canonica est alicuius bonæ opinionis ob malam famam suggilatæ seu propulsatæ ad satisfaciendū credentibus, & suspicionem tollendam canonice facta declaratio: vt colligitur ȷ̃. eo. moniales. & cap. si quis de gradu. & c. si quis presbyter. ad finem.

2 **Quot† sint species purgationis.** Duæ, s. canonica, quæ approbatur, & de qua in hoc tit. specialiter tractatur. Item vulgaris, quæ reprobatur: vt ȷ̃. eo. ex tuarum. de qua. ȷ̃. tit. j. specialiter tractatus habetur.

3 **Quando sit† indicenda purgatio.** Et quidē qñ quis infamatus est apud bonos & graues de aliquo crimine, deficiente accusatore, & probatione certa. ȷ̃. eo. si quis presbyter. & c. quoties. & duobus casibus præcedentibus. & canos inter alios. dum tamen infamia non habuit ortum, ab inimicis: ȷ̃. eo. cùm in iuuentute. §. 1. secundum Goff. & idem videtur in hoc casu, si tanta sit infamia ꝙ scandalum generet. argu. ȷ̃. eo. c. 2. in fi. & c. inter solicitudines § 1. & sic intellige. ȷ̃ eo. accedens. circa princi. à tuis æmulis, &c. idem si non generet scandalum, & ipse procurator offerat se instanter & importune: infra eo. cùm in iuuentute §. cæterum. quia procurator. Alij dicunt indist. purgationem indicendam esse, ex quo quis apud bonos & graues infamatus est: vt infrà eod. cùm dilecto §. fi. s̃. de accu. qualiter. §. j. & hæc tenent T. & B. & iunge circa hoc quod no. s̃. de accusa. sub rubrica, de inquisitionibus. § quis sit effectus. ver. si autem de crimine. & sequen. vbi inuenies formam huius articuli plenius expeditam. hoc tamen notabis, ꝙ nedum propter infamiam peccati, siue delicti: iniungitur purgatio, imò & propter infamiam & defectus: vt ȷ̃. eo. accedens. & not. s̃. eodem. §. quæ sit purgatio. ver. infamiæ. Item quando quæritur de impotentia coeundi: vt notatur supra, de frigi. §. qualiter & quando. versiculo est autem hoc rectum iudicium & sequen. Aliquando etiam indicitur illi, de quo habetur suspició, quod per surreptionem impetrauerit. suprà, de offic. ordina. ex parte. Sed & in ciuilibus aliquando iniungitur, sicut vno modo legitur: supra, de sentent. & re iudic quod ad consultationem: secundum Goffred. imo regulare est, quod arbitrio iudicis committatur, vt actore in probatione deficiēte, pręsumptione verò pro ipso faciente, reo deferat iuramentum, ad suam innocentiam ostendendam: suprà, de iureiuran. §. ri. quod dic, vt plene not. suprà, de iureiuran. sub § nunc redeundum. § quando sit deferendum. Hoc etiam teneas, ꝙ tunc demum ad hanc purgationem recurrendum est, quando aliæ probationes deficiunt, non ob. praua corruptela Saxoniæ & Daciæ: vbi si rem tibi surreptam in vna manu quis teneat, & offerat purgationē, quantumcunque habeas testes paratos, absoluitur præstita purgatione: quæ corruptela reprobatur s̃. de probat. ad nostram. econtra: nec illi qui per testes probauit intentionem suam, est iuramentum indicēdum: s̃. de probat. c. 2. in notoriis igitur cùm nulla probatio requiratur, non est indicenda purgatio: ȷ̃. eo. cùm dilecto. §. pe. & de hoc no. s̃. de accusa. sub rubrica, de inquisitio §. fi. ver. is ergo est ordo.

Qualiter fieri debeat. Hæc est forma: infamatus iurabit se immunem ab eo quo laborat infamia: vnde si infamatus sit quis, quòd ecclesiam sancti Petri simoniace presbytero Petro dederit iurabit super sancta Dei Euangelia, quòd pro ecclesia sancti Petri presbytero Petro danda, nec ipse scilicet, infamatus per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo se sciente precium receperit: ȷ̃. eo. quoties. Nec illud omitti debet, ꝙ si quis in dignitate certa, vel ordine ꝯstitutus infamatus sit de simonia ca venditione Iustiticiæ incontinentia, vel quouis alio crimine non cogitur iurare, quòd nunquam commiserit hæc crimina, uel alia, ante promotionem suam: sic enim posset cogi, quòd à tempore natiuitatis suæ non peccasset mortaliter: quod esset iniquum: ut probatur 34. distinctio fraternitatis & infra eodem accepimus §. primo. Sed sufficit, quòd iuret, ꝙ à tempore promotionis suæ illa non commiserit: argument. suprà, de eo qui cogn.

ADDITIONES.

a Canonica purgatio. ¶ Adde, an tollatur infamia delicti. vide Archi. in c. omnib. in fi. 2. q. 4.

b Obiecto crimine. ¶ Huc referri non incongruè potest, quod eleganter à Martino scriptum est, in hæc uerba: Quamuis generaliter purgatio canonica ratio criminis dicatur, potest tamen dici etiam ratione defectus natalium: ut extra: de officio ord. ca. ex parte. Sed & in causis mere ciuilibus inducitur purgatio: arg. extra, de senten. & re iudic. cap. quod ad consultationem, secundum unam lecturam. Sed quæri potest, an is, qui iudici tantū suspectus est, an ad purgationem compelli debeat. & cum non cogendū responsum est, nisi fuerit coram eo accusatus, & accusatore probare nequeunte, reus remaneat suspectus, & infamis apud iudicem, aut Episcopū tunc poterit illi purgatio indici: ut 2. q. 5. omnibus. & extra, de accusa. ueniens. Martinus.

cogn. consang. vxor. suæ discretionem. & capitul penultimo & final. suprà, de iureiurando quemadmodum. in principi. suprà, de testi. cogen. præterea §. huiusmodi verò testes. suprà, de æta. & qualit. accepimus §. primo. suprà, de electio. scriptum. §. fina. & §. penultim. & præceden. ad fin & est hoc expressum infrà eodem titulo, capit. accepimus. §. final. Videtur tamen contrà argumen. infrà eodem, inter §. ipsum igitur. sed responde, vt notatur infra eodem, § quotus. sub § quales. versicu. & non tantum. & sequent. Illa autem forma, quòd obtentu alicuius pœnitentiæ, dicat se immunem ab obiectis criminibus, reprobatur omnino: nemo enim scit, vtrum dignus sit odio, uel amore: vnde & si simplex fuero: hoc ipsum ignorat anima mea: quare hoc temerarium est iurare: ut infra eodem, capitu. accepimus. §. porrò. Compurgatores autem iurabunt, quòd credunt infamatum verum iurasse: ut infra eodem, quoties. in fin. infra eodem. c. fin. in fin non ergo iurabunt, quòd immunis sit simpliciter. Sed bene possunt hoc iurare, quantum ad propriam conscientiam. infra eodem constitutus. quomodo enim possunt hoc simpliciter & pro vero scire? hoc esset incurrere anceps periurum: ff. rerum amota Marcellus. ff. de iureiurand. videamus. inde etiam dicitur, quòd multum discrepat paternum & hæreditarium iuramentum: C. de rebus cred. & iureiurand. generaliter. respon. primò. ideò etiam reprobatur testis, qui astruit probare negatiuam: supra, de causa possess. & proprie. cum ecclesia Sutrina. §. nos igitur.

4 Quotus † numerus compurgatorum,

& quales compurgatores requirantur. De numero dic, ꝙ episcopus purgat se manu duodena sui ordinis, sacerdos sexta, diaconus trina: 2. quæstio. 5. omnibus si legitimi. & cap. presbyter. si à plebe. & sic potest intelligi infrà eod. capit. 1. vnde versi.

Ponteficem parium manus expurgat duodena.
Sexta sacerdotem, leuitam tertia purgat.
Maior maiori: minor est adhibenda minori.
Quem plebs infamat purgabitur in manifesto.
arg. j. de pœnit. ca. j. s. de simon ex tuæ.
Quem chorus ante chorum sua sit purgatio præsto.

id est, parata. & nota, quòd dicit, quem plebs, &c. & quem chorus, &c q. d. si publicè infamatus sit inter laicos, coram ipsis purgabit se Si verò inter clericos tantum infamatus sit, tunc coram clericis tantùm se purgabit: & innuitur infra eod. ca. 2. in fin. & supra, de accus. qualiter. ij §. j. ad fi nam ubi nascitur malum, ibi moriatur: ij. q. j. si peccauerit. Sed certè hodie tenent omnes, ꝙ numerus compurgatorum arbitrarius est: vnde duo primi versus corriguntur: & abiiciendi sunt: tertius, scilicet, Maior maiori. &c. tenendus est: sed quod dicit, est adhibenda: subaudi, arbitrio iudicis: vt probatur suprà de simo. cum essent. ad fin. supra, de accu. cum P. Manconella. & c. inquisitionis. §. penulti. in fin. 2. q. 5. omnibus in fi. infra, eod. ex tuarum. & cum in iuuentute. § final. Est tamen casus, in quo fortè numerus arbitrarius non est: s. de frig. laudabilem § 1. quod dic, ut no. in summa eiusdē tit. §. qualiter. versic. sed nunquid sufficit.

5 Quales † autem

debeant esse compurgatores: primò requiritur, ꝙ sint eiusdem ordinis: ut no. s. eod §. respon. 1. est tamen notandum, ꝙ quando hi qui eiusdem ordinis sunt, inimici sunt infamati: vel esse præsumuntur: admittūtur compurgatores ordinis inferioris: arg. s. c. cum in iuuentute. § fi. 2. q. 5. si legitimi idem videtur, si tot Episcopi non inueniuntur: infra eod. quoties. quinimo ex eadem causa clericis deficientibus, laici admittuntur: 2 q. 5. omnibus. uel etiā fœminæ: ar. 18. q. 2. in decima. Tales autem requiruntur compurgatores, qui vitam & conuersationem infamati cognoscant: infra, eo. cum P. Manconella, qui etiam vicini sint, & honesti: infra, eo. cum dilectus. Et non tantùm debet habere notam infamati uitam & conuersationem præsentem, sed etiā præteritam: ut patet infra eo. inter solicitudines §. ipsum igitur. ibi, qui conuersationem & uitam ipsius non tam moderno tempore nouerint, quam transacto. & sic uidetur, quòd à tempore natiuitatis debeat quis se purgare, contra id quod nota. s. eod. §. qualiter. ver. nec illud. & se. Sed tu dic, quòd ideo hoc dicit: quia si in præterito fuisset malus, non inueniret de facili compurgatorem: argu. ideo. ca. j. s. de presum. mandata ff. de edend. si quis ex argentarijs §. j. ibi. quid enim, si humilis & deploratus, &c. Vel speciale est in crimine hæresis, quòd purget se de præsenti & præterito, propter periculum fidei, sicut & speciale est, quod cum decimaquarta manu sui ordinis purgatio indicitur: & quòd compurgatores requiruntur vita probati: ut ibi dicit in præcedenti §. attendentes, & hoc propter immanitatem criminis, & periculum fidei: ut infamia conuertatur in famam: & omne scandalum & suspicio de catholicorum mentibus deleatur: ut infrà eod. capitu. §. præcipias Alias autem sufficit, quòd quis purget se de tempore post suam promotionem elapso: vt not. suprà eod. §. proxim. ver. sed sufficit. Non ergo debet inquiri de compurgatorum nationibus & alijs circunstantijs: ac si deberēt ordines celebrari: vtinam nempe Episcopi nostri temporis sic discuterent ordinandos: sed sufficit, quòd sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes: nec in iudicio pro crimine condemnati, & quòd ab ecclesia tolerentur: vt infrà eodem constitutus. non ergo sufficeret, quòd ministrarent in suis ordinibus ab ecclesia tolerati, si infamia laborarent: licet secus sit, quando quæritur, utrum ab infamato possumus recipere ecclesiastica sacramenta: vt not. s. de cohabit. cleric. & mulier. vestra: & capitu. fin. & penulti.

6 An † purgatus de eodem crimine

valeat accusari. Dicunt quidam, ꝙ si accusatione pendente, fuerit indicta purgatio, & præstita, postmodum de eodem crimine accusari non potest. sicut in absolutione seu abolitione obseruatur: s. de accusa. de his. 23. quæstio. 3. si illic. 3. quæstio. 3. §. abolitio. ne de delicto eiusdem hominis sæpius quæratur: ff. nau. cau. stab. licet. nisi in casibus. ff. de præua. l. iij. de accus. si cui §. ijsdem. secus, si nulla præcedente accusatione fuit purgatio indicta & præstita: nam tunc denuò potest accusari: argu. 2. quæst. 5. hoc habet proprium, & capitu. Mennam. ibi enim purgatus se purgat, si tamē cessauerit accusator: id est, si nullus eum accuset. innuit ergo, ꝙ post primam purgationē admittitur accusatio. ad idem argum 33. quæstio. 2. admonere. vbi quis post pœnitentiam accusatur. Item sicut post absolutionem indicitur purgatio, ita post purgationem admittenda est accusatio. suprà, de accusa. veniens. Lau. dixit, ꝙ siue accusatio pcesserit, siue non, nunquam purgatus potest de eodem crimine accusari: quia iusiurandum maioris authoritatis est, quàm sententia: ff. de iureiurand. l. 2. & idem consequitur quis per iusiurandum quod per sententiam: ff. de iureiurand. sed & si §. si cùm & prætor tuetur iusiurādum: ff. de iureiurand. l. 3. §. 1. & periurium solū dnm habet vltorem. C. de rebus credi. & iureiuran l. 2 C. de arb. authent. decreuit. & iusiurandum bona fide exactum, actionem popularem cōsumit: argument. ff. de iureiurand eum qui. §. in popularibus. Dicas, ꝙ ratione infamiæ de nouo exortæ, potest iterum accusari, & indici purgatio: argumen. suprà, de iura. calum. cæterùm. suprà, de testi. cogen. præterea, suprà, de except. pastora. infrà eodē capitulo cum in iuuentute. respon. j. §. j. & fi. & sic potest intelligi 2 quæstio. 5 hoc habet. & c. Mennam. Sin autem quæratur de infamia præcedente iuramentum purgationis, & terminus assignatus fuit, intra quem appareret accusator, & non apparuit nō poterit accusari. argu. suprà. de clan. despon. cum inhibitio. nisi mala fide indicta esset purgatio quia tunc posset iterum accusari: argum ff. de iureiur. eum qui § in popularibus. & l. si duo. §. fi. vel nisi immineret periculum animæ: & is, qui vult accusare, absens fuisset. supra, qui ma. accu. poss cap. 2. Vel dic, ꝙ siue terminus assignatus fuerit, siue non: siue accusatio præcesserit, siue non post purgationem præstitam ratione infamiæ præteritæ accusari nō poterit: nisi accusans suam vel suorum iniuriam prosequatur: ff de acusat. si cui. § iisdem, vel nisi doceat primum accusatorem præuaricatū fuisse: ff. de præuaric. l. iij. vel nisi velit probare, quòd purgans deierauit, quòd fieri potest, cum sacramentum purgationis sit iudiciale: & contra iudiciale iuramentum probatio admittitur: ff. de iureiuran. admonendi. secundū Goff. C. de reb. cred. l. fin.

7 Quæ † sit pœna deficientis in pur

gatione. Regulā trado tibi ꝙ sicut puniret de crimine, de quo impetebatur, si conuinceretur considerato modo agendi: sic punietur si in purgatione deficiat. unde si accusetur quis de crimine, quod depositionem inducit, & indicatur purgatio, in qua præstanda accusatus deficit, deponetur: suprà, de simon. de hoc autem. idem, si in modum inquisitionis agatur, & sit crimen exceptum & immane, de quo quis etiam in modum inquisitionis deponitur, puta homicidium, simonia: suprà, de accusa. inquisitionis. suprà. de simo. per tuas. uel hæresis. infrà eodem. inter solicitudines. sed contra suprà, de simonia. insinuatum. ubi non fit depositio, sed tantum priuatio à beneficijs: & tamen est crimen exceptum, scilicet simonia. dic quòd ibi plures deliquerāt: & ideo parcitur multitudini: quia graue erat omnes deponere. argument. suprà. de cler. excommun. ministr. latores. aliàs autem, si unus esset tantum, uel pauci, fieret depositio. igitur si in modum exceptionis opponitur crimen, ut excludatur quis à beneficio, defectus purgationis eandem pœnam inducet: suprà, de accusa. accedens. secundum Goffredum. vel dic, quòd vbi in modum accusationis quæritur de crimine, locum habet quod supradictum est: vbi verò in modum denunciationis vel inquisitionis, arbitraria erit pœna. secundum ea quæ

mo.s̃.de accu §.quis sit effectus,& sub rubrica,de inquisitionibus.§.quis sit effectus.

De purgatione uulgari. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Purgatio vulgaris quę sit.Et quare sit prohibita.2.*
3 *Sententia quæ insurgit ex purgatione vulgari,an valeat retractari.*

DIximus suprà de purgatione canonica:nũc dicendum est de vulgari. Quid sit uulgaris purgatio,Quare sit prohibita,An sententia,quæ ex tali purgatione consurgit,valeat retractari.

1 a **Quid † sit vulgaris purgatio.** [a] Quidẽ quã sibi vulgus inuenit,uel sequitur canonicè reprobata probatio: vt s̃. ne cleri uel mo.sentẽtiam.ut apparet ex sequen.sicut est duellũ, purgatio aquæ frigidę,ferri candẽtis,casei benedicti, & similia: vt j.e. per totum.ii.quæs.v.monomachiam. Mennam.cõsuluisti.& quæ dicuntur iudicia peregrina:vt s̃.tit j.ex tuarum.

2 **Quare † sit prohibita.** Multiplex est rõ:quia inuenta fuit diabolo fabricante.ii.q.v.Mennam.& ca consuluisti.Secundò,quia Deus per eam tentari vr:j.eo.c.fi. Sed quandiu habet homo aliud ꝙ faciat, Dominum tentare non debet:xxii.q.ii. quæritur,cur Patriarcha.xxiii.q.fina.si nulla.Tertia,quia per eam is,qui in nulla culpa est,sæpe punitur:vt j.eo significantibus. quod est satis ꝑuersum.lxv.distin.satis peruersum.supra de consti c ii nec eriã officium athletarum,secundum leges,locum haber.C de gladiato.l unica.lib.xi.C.de act.& obligat.negantes.licet sit argu.contrà,ff.ad leg.Aquil.qua actione.§.si quis in colluctatione. nec ob.quod de Golia & Dauid posset opponi: quia illud fuit factũ ordinatione diuina: & ideo Dauid excusatur:secunda quæstio. v.Mennam.sicut & Petrus, qui geminum commisit homicidiũ xxiiii.quæstio. vlti. occidit. & Patriarchæ plures uxores habentes.s̃.de diuor. gaudemus. specialia enim non sunt trahenda ad consequentiam: s̃.de concessio.præbend.constitutus ad finẽ.[b]

3 **An † sentẽtia,quęex tali purgatione insurgit,valeat retractari?** Non uidetur: quia si non appelletur,in rem transit iudicatam,licet aliter se habeat ueritas. s̃. de sent.& re iudic. cum inter uos. & per ea quæ posteà emergunt, sententia non retractatur,supra de sen.& re iud.inter monasterium.& cap.seq.nec error detectus sententiam retractat.ff. fami ercis.cum putarem.C.de condi.inde. l.i.Contrarium tamẽ tenendum est:nam errore detecto,retractabitur,ut expressum habetur j.eod. significantibus.nã iudex sicut ex officio processerat,& condemnauerat:sic errore manifestè detecto, eodem officio retractare potest:sicut & interlocutoriam ex officio retractat,ẽt x dieb.elapsis:quod ut dic,ut no.s̃.de sen.& re iu.sub rubr de sententia §.quot sint eius species.uersiculo.non tamen trãsit. quinimo & si iure ordinario lata sit nihilominus retractari potest, cum sit lata contra ius scriptum, & ideo nulla est:ij. quæstio.vi.§ diffinitiua.uer.si sententia.C.de sen. & interlo.om. iud.prolatam.quod dic ut not.suprà,de sent.& re iudic.sub rubrica §.quot sint eius species sub § diffinitiua.nã & propter delictum aduersarij aliquando retractatur:suprà,de diuor. ex literis [illegible] ff de iureiur.admonendi.C.de transact.si ex falsis.in hoc enim casu detecto errore,apparet,quod sententia falsa & nulla lata fuerit authoritate nullius, seu falsæ & reprobatæ probationis: sic ergo utroque iure est meritò retractanda secundum Io. suprà, de exce cum uenerabilis. intelleximus.C.de fal.querela. sententia etenim propter errorem probabilem retractatur.xxxiii.q.i.c.ii.suprà de [illegible] fraternitatis.ff.de condic. sine causa.si fullo ff. quando act.de peculio annalis est.l.i §.fina. alias est l.ii.ff.de iureiuran.admonendi.xxxv.q.ix.sententiam.& c.graue.quod dic vt nota.suprà,de sent. & re iudicat. sub rubrica, de sententia. §. quot sint eius species. sub §. sed nunquid est hoc simpliciter uerum. uersiculo. sed quid si post sententiam. Si uis scire,quid sit duellum, quid monomachia, & alia quæ in hoc tit.deficiunt.uide & iunge quod nota.suprà,de cler.pug.in duello.per totum.

ADDITIONES.

a Quid sit vulgaris purgatio. ¶ Adde Docto.in rubr.eodem titul:

b Vulgaris quoque purgatio,quæ à vulgo inuenta est,vt puta ferri candentis, aquę feruentis,vel frigide, panis,casei,monomachię,duelli,& similiũ de quibus extra e.ti.per totum. & ij.q.v.monomachia.& c.consuluisti, nõ valet, nec fidem facit:sed est penitus reprobata: de pur.cano.c.ex tuarũ. Et sententia ex purgatione lata nullius est momenti,tanquam lata contra solitum iudiciorum ordinem:C.de sent.& interlo.omn.iud. Vnde retractanda est,veritate comperta:ff.de condi.sine causa.l.si fullo.

De Iniurijs,& damno dato. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Iniuria quot modis dicatur. Et quot modis fiat.3. Et quis possit eam facere.2.*
4 *Iniuria omnis quæ infertur in corpus: aut in ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet.*
5 *Actio iniuriarum cui detur. Et contra quos.6. Et inquantum.7. Et qualis sit.8.*

TRactatũ est suprà de criminibus & excessibus. Sed quia iniuriæ ex his proueniunt,& damna frequentius inferuntur: ideo apponit hic rubricam de iniuriis, & damno dato. Vel sic:Quia accusatore deficiente in probatione, & purgatione canonica præstita, absoluitur reus:ut apparet in his,quæ no.s̃.de purga.cano.& sic accusator siue denunciator act.iniuriarum, & de damno dato tenetur:ff. de iniuriis. Item apud Labeonem.§ si quis libello.& infrà eodem olim.præmisso tractatu de pur. videamus de iniu,&c.explicantes, Quot modis dicatur iniuria, Quis possit iniuriam facere, Quot modis fiat iniuria, Cui detur actio, Contra quos detur,Et inquantum detur, Et qualis sit hæc actio. Subsequenter apponemus rubricas de damno dato, & de pauperie.

1 **Quot † modis dicatur iniuria.** Et qui dẽ generaliter dicitur, quicquid non iure fit. Specialiter autem dicitur iniuria [a] iniquitas & iniustitia iudicantis:quasi sit ius iniquũ, siue iniustum:ex eo sic dicta ꝙ iure & iusticia caret.Dicitur ẽt iniuria culpa:ut in l.Aquil.Sed & iniuria dicitur contumelia alicui facta,vel dicta:& sic accipitur in isto tractatu: probatur hoc instit.eod.titu.in princi.& ff.eod.l.i.& l.item apud Labeonem, § conuicium.& § abduxisse.

2 **Quis † possit iniuriam facere.** Hi qui & pati possunt & econuerso. Fallit autem in furiosis & infantibus qui doli capaces non sunt:qui licet patiantur iniuriam suam, tñ facere non possunt. potest enim quis pati iniuriam, & si nesciat. Sed nullus facit, nisi qui scit se iniuriam,facere:unde si cum qs certat,vel per iocum percutiat,non tenetur iniuriarum:ff.eod. b illud.xv.q.i.illud.[b]

3 **Quot † modis fiat iniuria.** Tribus,re,verbis, & literis. Re fit iniuria quoties manus infertur. Verbis irrogatur iniuria, qñ conuitium fit.& dicitur conuitium à concitatione,uel à cõuẽtu:hoc est à collectione vocum:cum enim in vnũ plures voces conferuntur,specialiter cõuicium dicitur,quasi conuociũ, quod fit nedum præsenti, sed etiam absenti. nam si quis ad domum,uel tabernam tuam uenerit,conuicium facit,etiam te absente,si vociferatus sit:uel alios ad uociferandum induxit ꝯ certam personam nam incertæ nulla est executio:ff eo.l.i.§.iniuriã. & l.item apud Labeonem.§.conuiciũ.& §.fecisse.& §.cui. Literis verò fit iniuria,cũ qs librum, uel carmen, vel historiam, ad infamiam alicuius pertinentem scripsit,uel composuit, uel edidit,uel dolo malo fecit,quo quid eorum fieret:puta dimisit scripturam cadere in platea:ff.de uerbo.signi.latę.nec distinguitur, utrum nomine suo,uel alterius hoc edidit,expresso nomine ꝓprio illius,quem infamare intendit: uel non expresso eodẽ modo tenetur,qui huiusmodi scripturam curauit uendere,uel emere.eodem modo tenetur,& sine scriptura:si in notam uel signũ aliquod horum prodiderit:puta ueste lugubri,uel squalida utitur in iniuriam alicuius,uel barbã dimittit,uel capillos submittit:ff.eodem.item apud Labeonem. §. ait prætor.ne quid infamandi causa.& seq.v.q.j.quidam maligni spiritus.Et no. quod de famoso libello agi potest criminaliter,secundũ leges ad pœnam capitis, tam contra illum qui fecit, quàm contra illum qui inuenit:nisi ipsum corruperit, uel combusserit, vel inuentum nulli reuelauerit.C.de famo.lib.l.unica.v.quæst.j. si quis famosum libellum.& potest in hoc casu quilibet de populo accusare.

ADDITIONES.

a Dicitur iniuria. ¶ Adde Cyn.in l.si non conuicij.in vij.quæstio.C.de iniur.Bar.in l.iniuriarum.in §.si quis.ff.de iureiuran.& per docto.in rub.de iniur.& damno dato.

b Eum quoque,qui iure suo vtitur,iniuriam facere dici posse,Martinus eo de ti.in Sũ.scribit,citàtq; in eam rẽ extrà,de elec.c.cũ ecclesia Vulterana,

cusare: & accusatori constituitur pręmium substantiæ accusatę personæ: uel si erat seruus, producitur in libertatem. quid enim, si publica vtilitas ex hoc emergat: ff. e. l. 1. §. fi. & l. senatusconsultum. & C. de famo. libe. l. vnica. potest & ciuiliter agi, ut dictum est, actione iniuriarum, quæ non publici iudicij, sed priuati continet querelam: C. e. l. iniuriarium ff. de constit. §. unico. vnde & de omni iniuria, etiamsi descendat ex l. Corn. ciuiliter agi potest, ut ibi. & de omni alia, quantuncunque atroci: ff. e. prætor edixit. §. posse hodie. Sed secundum canones qui famosum libellum cōficiunt, flagellantur, & excommunicantur: 5. q. 1. qui in alterius. & c. hi qui. Sed & si certum sit quis confecerit, potest accusari & deponi, cum sit graue crimen: & accusatione ac damnatione dignissimum. 25. distin. §. nunc autem.

Sed & iniuriam facere intelligitur, qui in iniuriam debitoris fideiussores idoneos reprobat, uel interpellat, uel domum absentis signat, uel liberum pro fugitiuo capit, uel stuprum etiam in seruam committit, uel aliquem habet ludibrio, uel in inferiorem uicinum aliquid proijcit, uel in superiorem fumum immittit: ff. e. si creditor. & l. pen. & l. iniuriæ. & l. si liber. & l. stuprum. & l. si quis. & l. pen. & ff. qui satisd. cog. si verò. §. fin. in his vero septem casibus agendum est actione iniuriarum. non quasi pro libello: uel facto famoso, imo debet ostendi, quòd hæc facta sint animo iniuriandi.

4 **Item sciendum est,** † ꝙ omnis iniuria, q̄ infertur in corpus, aut ad dignitatē, aut ad infamiā pertinet. In corpus fit, cū quis pulsat, verberat, uel cū quis vi domū alterius ingreditur. in his aūt tribus casibus agit iniuriarū ex l. Cor. & est pulsare, sine dolore cedere: uerberare, cū dolore. Sed & dicitur verberare abusiue, qui pugnis cecidit. ff. eo. Item apud Labeonem. §. verberasse. domus verò accipienda est, non solum si propria sit: sed & si conducta fuit, uel gratis concessa: sed tñ ad meritoria, uel stabula non pertinet: ut omnia hæc probantur ff. e. l. j. §. omnemq;. & l. lex Corn. de iniuriis. respon. 1. ij. & iij. Fortè & in his casibus agetur iniuriarum de iure prætorio cum filio familias pulsato detur patri ꝓtoria actio iniuriarū, filio uero detur ex l. Cor. ff. eo. lex Cor. §. illud. Ad dignitatem uero minuēdam fit iniuria, cum comes matronę abducitur. & dicitur comes, qui comitatur & sequitur: siue liber sit, siue seruus, mulier, uel masculus, uel ēt pedagogus, non tñ tenet qui coepit abducere. Sed qui abduxit vt comes non esset cū ea: sed nihil interest, utrum ui hoc fecerit: uel persuadēdo, ut eam relinqueret. ff. eo. l. j. §. omnemq;. & l. item apud Labeonē. §. comitē. & §. abduxisse. Ad infamiā aūt alicuius fit iniuria, cū alicuius pudicitia altētatur: nisi foemina ancillaria, uel meretricia veste induta sit: hoc fit p appellationē, uel affectationē. Appellare dr̄ blanda oratione pudicitiā alicuius attētare: cū scilicet agitur, ut ex pudica impudica fiat. sed qui uerbis turpibus vtitur, non tētat pudicitiam: sed & iniuriarū tenetur. Affectari vero est, cum quis tacitus freqūēter sequitur ꝯ bonos mores, assidua enim frequentia quasi nonnullā infamiam præbet. ff. e. l. j. §. omnem quidē. & l. item apud. §. tenetur. & §. si quis. & §. item aduersus. & §. qui turpibus. & præce. & l. sed & est quæstionis. §. fi. & l. sequen.

5 **Cui † detur hæc actio.** Passo iniuriā siue per se, quod nō eget exēplo: siue per alium. nam & sacerdoti datur hæc actio, maximè si ei induto sacerdotalibus iniuria sit illata: quæ & atrox dicitur in hoc casu C. eodem. atrocem. quamuis capitalem pęnam remittere debeat C. de episco. & cle. si quis in hoc genus. Patitur autem iniuriam quis per alium, sicut pater per filium, quem habet in potestate. Insti. eod. §. patitur. vsque adeò, ut si filium meum etiam consentientem vendideris, uel ludibrio habueris: uel in popinā, vel ad aleam duxeris, iniuriarum mihi teneris meo nomine, non tñ nomine filij, qui consensit: quia nulla est iniuria, quæ in volentem fit. hæc ita, si sciebas ipsum esse filium familias, licet ignorares cuius. nam si credebas ipsum esse patrem familias, nulla mihi patri dabitur actio. ff. eodem. l. j. §. vsque adeo. & l. eum. §. cum aliquis. & l. si quis seruum. satis est enim, ꝙ cuicūque patri voluisti facere iniuriam: aliud est, cum quis facit mihi iniuriam, quē putat esse Petrum: cū tñ ego sim Gulielmus, præualet enim ꝙ principale: ut scilicet existimemus eum mihi iniuriam facere: nā certus sum ego licet putet me alium esse, quàm sim. ff. e. §. si iniuria. Vbi verò filiofamilias non consentienti sed inuito fit iniuria, datur ei actio iniuriarum & suo nomine: ff. de ac. & obl. filiusfamilias. exercitium autem actionis patri competit adeo ut non tantum ipse pater, verumetiam procurator patris generalis, uel specialis præferatur filio in exercēdo actionem: nisi fortè pater vel procurator moretur agere, uel absens sit, uel præsens, sed nō idoneus, & actionem remittit: tunc enim licet filio agere, etiam inuito patre: nam si pater esset honesta persona, posset actionem remittere etiam filio inuito. Sed & ubi pater absens est, causa cognita, datur filio actio, uel etiam denegatur. de iniuria uero illata nepoti, agit filius, auo absente, ad cuius officium pertinet etiā uiuente auo, filium in omnibus tueri: ꝙ si filius egerit, denegatur patri actio nomine filij. & econtra: ut hæc plene probantur ff. eodem. si unus iussu. §. ait prætor. vsque ad fin. l. Hodie verò non uidetur, quòd pater quantuncunque honestus sit, possit remittere actionem filio competentem, ipso inuito: ar. C. de bo. ma. l. 1. & de bo. quæ lib. l. fin. secundum Azonem.

Non solum patimur iniuriā per liberos, quos in potestate habemus, sed etiam & per seruos nostros in duobus casibus, Primus casus est, si fiat eis etiam leuis iniuria: sed ad suggillationē nostram. Secundus, quando etsi non ad suggillationem nostram, atrox tamen iniuria infertur eis, maxime si uerberentur, uel quæstioni subijciantur. sin uero alia iniuria inferatur, non datur actio, nisi causa cognita: nā si leuiter maledicatur seruo, uel percutiatur, non datur actio, ac si infamatus sit, vel facto aliquo, vel carmine scripto cōsideranda est qualitas serui, si sit bonæ frugis, ordinarius, vel dispensator, an vulgaris, uel mediastinus, uel malè notus sit, uel malæ famæ. & sic considerata qualitate tam serui, quam iniuriæ dabitur actio, uel denegabitur, licet iniuriator crediderit seruum liberum esse. sic intellige, ꝙ dicitur iniuria facta seruo, inulta non relinquitur à prætore. Inst. eo. §. seruis autem ipsis. ff. eo. item apud Labeonem. versi. prætor ait. & §. si quid. §. prætor ait si quid. & §. interdum. C. eodem. dominum licet aliqui intellexerint ipsum seruū agere posse, ubi est atrox iniuria, quod non placuit Iob. nec Azo. Videretur tamen quod nulla actio deberet dari dño, nisi ad suggillationem suā iniuria illata esset, sicut nec datur patri filio verberato: vbi verberans credebat filiū esse patremfamilias: ut supra no. sed certe ibi aliud est: quia etsi non detur patri, datur tamē filio: sicut & si faciam iniuriam vxoratæ, quam puto viduam nō detur marito actio sed mulieri. hic autem si domino denegaretur cū nulla detur seruo actio, remaneret iniuria impunita: quod esset iniquum. inde est, ꝙ datur actio filio, uel uxori liberti, quando patri, uel marito denegatur, ne scilicet remaneat impunita. ff. eodē non solum. §. pen. hoc ita, nisi uerberans credat seruum suum esse proprium quem verberat: uel alterius quam sit: cum, si sciret cuius esset, non verberaret: hic enim actio denegatur: ff. eodem. item apud Labeonem. §. interdum. Sed & si quis seruum communem verberauerit, non tenetur, cum iure dominij factum sit: ff. eodem. item apud. §. si communem. Vbi etiam alienus est omnino, non licet ei iniuriam facere: C. eodem. l. j. est tñ dist. vtrum verberatus sit aduersus bonos mores, uel sine iussu domini quæstio habita sit: uel cum iussu, seu modum excesserit is, qui ipsum in quæstione posuit: tunc tenetur: uel leuiter causa correctionis: tunc non tenetur. in magistratu etiam dicitur, ꝙ si seruum honorem ornamentaque petulantis attentantem occiderit, non tenetur. quæstio autem continet ornamenta, & corporis dolorem, & malam mansionem. Sed nuda interrogatio, vel leuis territio, ad hoc edictum non pertinet: ff. eodem item apud. § prętor ait. qui seruum. & §. adijcitur. §. quæstionem. & §. quæstionis. Quod si seruus meus, non sit, licet in eo habeam vsumfructum, uel bona fide possideā, non possum agere, nisi in meā iniuriam fuerit verberatus. & in hoc differt à proprio, licet aliqui nescierint inter eos differentiam assignare. ff. eod. item apud. §. pen. & antepen.

Sed & per vxores nostras patimur iniuriam. ideoque si quis vxorem tuam, & filiū verberauerit, duplex tibi actio competit: C. eod. l. 2. non autem patiuntur vxores per maritos nā vxores per maritos defendi uolumus, non econtra. Sed & socer nomine nurus, uxoris filij, quem in potestate habet, agere potest: & sic fiet, ut ex una iniuria tribus cōpetat actio: nec una per aliam consumetur: puta vxori meæ filiæ familias iniuria facta est: nam & mihi, & patri, & ipsi uxori competit actio, vt Insti. eo. §. patitur. ff. e. l. j. & fi. l. ij. Sed & sponso, intelligas de præsenti, datur actio: ff. eo. item apud. §. sponsum quoque. Sic & ecclesiæ competit nomine clerici: quod dic ut not. j. de senten. excom. §. & qualiter hæc absolutio. sub §. secundum. ver. sed cui applicabitur. & seq. Item si fiat iniuria cadaueri defuncti, cuius sumus hæredes, agere possumus. spectat enim ad æstimationē vestram, si qua ei fiat iniuria: idem est & si fama eius, cuius hæredes sumus, per aliquem lacescatur: ff. eo. l. j. §. itē aut per semetipsum. & seq. §. si fortè. & §. quoties. Et potest quis agere per se, potest a & per alium. ff. eo. non solum. §. agere. [a]

Contra

ADDITIO.

a Hæredi etiam datur actio ob iniuriam cadaueri defuncti irrogatam, uel si fama defuncti lacessita fuerit: ff. de iniur. l. j. §. per semetipsos. Iniuriarum quoque actio competit sponso, si sponsæ illata fuerit iniuria. ff. eo. ti. l. item apud §. sponsum. Quod intelligendum est de sponsa de præsenti. Prælatus quoque potest punire iniuriam Christiano illatā maxime si tangat ecclesiam, uel utilitatem publicam: nec talem iniuriam remittere potest: 58. distin. Salonitanæ. Licet autem quilibet cordis rancorem teneatur remittere: iniuriam tamen propriā absque satisfactione remittere non tenetur, de poeniten. distin. 1. cap. fin. & de clerico maled. capit. 1. Martinus.

6 **Contra † quos detur.** Contra eum qui fecit iniuriam: & in eum qui curauit vt fieret: & in illum qui mandauit iniuriā fieri: & in ipsum qui alium conduxit, ut iniuriam faceret: & in persuadentem: ut Instit. eo. § non solùm. ff. eo. non solū. respon. primo. & §. si mandatum. & § Proculus. Est tamen notandum, quòd hæc actio datur noxaliter quodam modo mirabili. est enim in arbitrio domini, an uelit ipsum seruum, qui iniuriam fecit, verberandum exhibere, ut ita satisfaciat ei, qui iniuriam passus est, uel noxæ dedat eū, vel litis æstimationem sustineat: ff. eod. sed si unius. §. cùm seruus. Illud etiam notabis, quòd ab iniuria excusatur quis ratione delicti, quod uerè commiseratis, cui conuiciatum est: nam peccata nocentium nota esse, & expedire, & oportere: ff. eodem eum qui nocentem. & C. eo. si quidem est, auiam tuam. versicul. nam perfecit et. alias tenetur iniuriarum nunciator: ff. eodem. si non est nunciator. Quid si uoces aliquem cucurbitam, uel bastardum, & uerum dicis? Vtique iniuriarum teneris, ut patet ex præmissis. quinquagesima sexta distin. nasci. & iunge quod not. suprà, de testib. cogen. § in quibus. versic. non ergo cogitur. & versicu. ergo ad probationem. nisi hoc dicas ex causa: puta quia vult promoueri. suprà. de purg. ca. accedens. uel quia perijt hæreditatem, quam possides. suprà, qui fil. sint legiti. causa. & captator. Excusatur etiam quis, quia fecit iniuriam causa venerandæ reipu. vt si magistratus scutum alicuius perforauerit, quia in bello se malè habuit: ff. eod. quod reipub. ideo & excusatur sacerdos à canone, ratione turbationis diuini officij: infrà, de sent. excommu. veniens. Sed & ratione dignitatis præsumitur pro aliquo, quòd non animo iniuriandi quid agat, ut si minister rei pub. iubet aliquem duci, quia decreto prætoris non obtemperat: nam iuris executio non habet iniuriam: sed nec tenetur, qui non patitur mihi honores decerni; & si cui competat conductio, & duū viri alium introduxerunt, non tenentur iniuriarum: & idem in cæteris muneribus & honoribus. Sunt & alij casus, in quibus quis excusatur: ff. eo. iniuriarum. responso primo & §. j. & secundo & tertio. & sequent. & quæ iure potestatis à magistratu fiunt ad iniuriarum actionem non pertinent. inde est, quòd nec magister incidit in canonem: si causa correctionis scholarem in minoribus ordinibus constitutum percussit: infrà, de sentent. excommu. cum uoluntate. §. si qui verò. Sed nec astrologus, uel alius sortilegus tenetur iniuriarum, si furē dixerit eū, qui non erat: sed aliàs eum tenent constitutiones: ff. eod. item apud. §. si quis astrologus. quia capitaliter puniri deber. C. de malefic. & mathemati. l. nemo. & notatur s. de sortileg. Sed nec datur liberto aduersus patronum: ff. eodem. non solùm. §. quanquam. curare tamen debet iudex ex officio iniuriam compescere: C. eod. cū nec patronos. Tenetur autem appellator, si Iudici, à quo appellat, cōuitium dixerit: & cum graui infamia cōdēnatur. ff. eod. iudici. Sed & agitur contra eum, qui in mari prohibet me piscari: vel in loco publico agere vel sedere, uel re mea propria uti non sinit: ff. eodem, iniuriarum. §. si quis me prohibeat. Et contra eū, qui per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit vexādi mei causa: ff. eod. iniuriarū. §. si quis per iniuriam. Quamuis autem conductori, qui publicè hoc conduxit, detur licentia prohibendi, ne quis sic piscetur, quo minus conductione sua fruatur uel cui à principe priuatum ius concessum est: ut ff. eodem. sanè. idem intelligo si de longa consuetudine acquisiuit ibi aliquis ius priuatum: argumen. j. de uerb. significa. super quibusdam. §. præterea. aliàs tamen in mari, quod commune est sicut aër, non potest prohiberi, quis ut dictum est etiamsi ante ædes meas uelit piscari: & qui hoc facit, iniuriarum tenetur: quia prohibuit. sed nec aucupari prohibetur quis nisi, quòd ingredi quis alienum agrum prohiberi potest. in lacum tamen, qui mei dominij est, utique piscari aliquem prohibere possum: ff. eod iniuriarum. §. fin. & præce. Si quis verò petat aliquem de libertate in seruitutem, quem scit liberum esse, vel proclamanti de seruitute in libertatem scienter resistit, uel per calūniam, ne id faciat propter euictionem, vt eam sibi conseruet, iniuriarum tenetur: ff. eodem non solùm. § fin. & l. si quis de libertate. Agitur & contra illum, qui liberum infamandi gratia seruum dixit. C. eod. qui liberos. & l. sequen. Et quicunque causa minuendę opinionis alicuius aliquid fecerit, vel dixerit, iniuriarum tenetur. C. eod. si non es nunciator. Et contra eum agit, qui ueneno, uel alio modo mentem alicuius alienauerit. ff. eod. item apud. respons. 1. Et contra ipsum, qui licet non percusserit, manus tamen quasi vapulaturus, siue percussurus, leuauit: is tamen tenetur vtili act. ff. eod. item § j. Sed & si quis sententiam ferēdam indicauerit, uel rem meam per iniuriam occupauerit, vel non obligatum quasi debitorem appellauerit, iniuriarum tenetur: ff. eod. item apud. § idem ait. & §. si quis bon. & §. si quis pignus & §. si quis non debitorem. Et notandum, quòd aliquæ iniuriæ à liberis irrogatæ leues, uel nullæ reputantur, quæ tamen à seruis factæ graues intelliguntur. crescit enim contumelia ex persona facientis: ff. eod. sed si vnius. §. quædam. quod dic ut not. infrà eodem §. sequent. versicul. augetur. & seq.

7 **Et in † quantum detur.** In quantum passus iniuriam ad animum reuocauerit, ut ita iuret, secundum quosdam: Ego iuro, quòd prius, uel potius nollem lucrari centum, quàm pati hanc iniuriam: sed secundum Azo. sic debet dicere, Prius vellem centum de meo amittere, quàm talem iniuriam me passum fuisse: quia poenæ moliendæ, sunt, non exasperandæ, & ne quis in infinitum iuret, est à iudice taxatio præmittenda: ff. codem. constitutionibus in fin. Instit. eod. §. poena, ff. de penis. l. penulti. Inde est, quod commune Florentinum quia bāniuit Episcopum Fesulanum, contra Deum & ecclesiasticam libertatem, propter iniuriam banni & expensarum, & damnorum æstimationem, taxatione iuramento præmissa, in mille libris vsualis monetę prædicto Episcopo condemnatur: j. e. olim. Sed quantū ad iniuriā intelligēdum est, sicut dixit, scilicet, quòd iuret quis, quòd uellet plus tantum de suo amittere, quam talem iniuriam recepisse. Certū est enim, quod grauius quis sentit, si de suo amittit, quàm si nō lucretur de alieno. Potest etiam iudex dicere, Iura vsque ad centum, pro quanto nolles hanc iniuriam tibi factam fuisse: non dicat pro quanto nolles ipsam tibi fieri, sed factam fuisse: quia semper est relatio ad tempus, quo facta fuit. nam si postea grandis dignitatis factus fuerit, non augetur iniuriæ æstimatio: ff. eodem. iniuriarum. 2 augetur tamen æstimatio, considerato tempore, quo iniuria facta est propter multa. consideratur enim ęstimatio ex persona, ex tempore, ex re ipsa. Ex persona, cùm magistratui: vel parenti, vel patrono fit iniuria ab humili homine, vel liberis, vel libertis, uel archidiacono, à clericis: suprà, de ætate & qualitate. cum bonæ. & adde, quod not. s. de maiori. & obedien. §. fina. Tempore: ut si in ludis, uel in conspectu prætoris fiat, uel in solitudine: atrocior enim est, quæ in conspectu. Re: ut si vulnus est illatum, uel os percussum. Sed & quantitas vulneris consideratur; & locus vulneris: utrum in oculo: uel in alio loco. Et notandum, quòd atrocitas estimanda est nedum si corpori, sed & si non corpori iniuria inferatur: putà uestimentis scissis, comite abducto: conuitio dicto, vel si in foro, vel in theatro inferatur: ff. eodem prætor edixit. §. ulti & l. sequent. respōs. 1. & § 1. l. sed & si unus § quædam. Institutio. codem. §. atrox. & §. poena. Sed & augetur, quando expensæ & damna simul cum iniuria ęstimantur: infrà, eodem. olim. & nota. suprà, eodem. versicul. inde est. Is autem qui agit, clarè, apertè & dilucidè debet formare libellum. cum discrimine enim alienę ęstimationis vagari non debet. tenetur ergo exprimere nomen iniurię, nec dicat illam uel illam iniuriam, sed ponat certam. & si plures sunt, omnes coniungat, scilicet in eodem libello. nec enim permitteretur ei de singulis agere separatim: ff. codem. prætor edixit. responso primo. & §. quod autem prætor. & §. si mihi plures. [a]

8 **Et † qualis sit hæc actio.** Prætoria: nisi in illis casibus, in quibus diximus ipsam ex l. Cor. descendere: ut nota. s. eodem § quot modis. sub §. item sciendum. uersicul. in corpus. & cauetur eadem l. ne pat er vel patronus vel socer, vel priuignus, uel uitricus, uel gener, vel consobrinus, vel qui de consanguinitate, vel affinitate iniuriati est, sit iudex. ff. eodem. lex Cor. ne forte ratione affectionis nimis ęstimaret iniuriam, secundum Azo. imò quia suspecti non debent esse iudices. 3. quæstione. 5. quia suspecti. & nota. suprà, de appel. sub rubri. de recusa. Et nota quòd secundum Mar. & Pla. actio ista est perpetua, quando scilicet descendit ex lege Cornel. quia actiones ex lege descendentes perpetuæ sunt. Instit. de perpetuis & tem. actionibus. respons. primo. aliàs autem ad exemplum prætoriarum annalis est, & est annus continuus, nisi vbi facta est iniuria per metum: tunc enim est annus vtilis: ff. quod metus causa. Item si cum excep. §. satis. Sed Bul. Iob. & Azo semper ipsam esse annalem dixerunt, & annum continuū.

ADDITIO.

a Iniuriarum autem condemnationem peccuniariam hoc modo faciendam existimat Martin. in Summ. eodem titu. Nam postquam de iniuria in iudicio fides facta fuerit, iudex defert iuramentum iniuriam passo, ut iuret quantum vellet dedisse de suo prius, quam talem iniuriam pateretur. Et quoniam homines [illegible] iurarent, prius iudex considerata qualitate iniuriam passo taxabit certam quantitatem pecuniæ, secundum quod illi æquum uidebitur. Nam secundum gradum dignitatis, uitæ, aut honestatis crescit, aut minuit. Institutio de iniuriis. §. poena. Similis taxatio fit aliàs, 3. q. 3. §. spaciū. C. de iniur. l. si quando. Sed postquā iuratum fuerit, non licebit in minori quantitate taxare, vel condemnare, iniuriantem, C. de iud. authen. hodie. Martinus.

tinuè currere, nisi vbi per metum illata est: ut dictum est: C. eodem. si non conuicij. quæ loquitur & in atroci iniuria. ergo derogat regulę generali, quæ dicit, actiones ex lege descendentes perpetuas esse, secundum ipsos: sed certè salua pace ipsorum, non loquitur in aliquo illorum trium casuum, qui descendunt ex lege Cor. & etiamsi hoc esset posset intelligi quando agebatur iure prætorio, secundum ea, quæ nota. suprà eodem §. quot modis. sub §. item sciendum. vers. fortè. & præce. Hæredi non datur hæc actio, nec in hæredem: nisi lit. conte. nam ad solam vindictã est prodita. Instit. de perpetuis & tẽpo. actio. §. nos omnes. & §. pœnales. ff. eodem. iniuriarum. 1. & 3 Famosa est: ff. de his, qui notan. infa. athletas. §. fin. etiam ex persona serui. C. ex quib. cau. infam. irroga. iniuriarum. remittitur autem infamia per principem: quòd quando leuis, vel nulla est: puta, quia dixit quis equum suum non minoris esse valoris, quàm capillos capitis tui: facile est impetrare: suprà, de sent. & re iudi. cùm te. Est speciale in actione ista, quia pactum tollitur: ff. de pact. si tibi. §. quædam. Sed & dissimulatione tollitur. Institu. eo. § fin. nam si passus iniuriam ipsam statim ad animum non reuocauerit suum, postea ex pœnitentia remissam iniuriam recolere non poterit: ff. eodem. non solùm. §. 1. non tamen intelligas ipsam non esse natam: nisi dicat, hãc iniuriam ad animum reuoco: licet quidam imponant Bulgaro hoc dixisse. arg. legis. proxi. suprà, inductæ. nam quod dicit, statim ad animum reuocauerit, subauditur sed ipsam remisit dissimulando. puta ludendo, comedendo, bibendo cum illo, qui iniuriam dicitur fecisse: uel exprẽssim per pactum, uel transactionem, uel iuramentum: ut ibi sequitur. porrò, & si non dicat ad animum reuoco, patet quod nata est: aliàs malè diceret ipsam aboleri, vel tolli, vel remitti, quæ nec nata est, nec vlla esset. ff. de verb. obl. decem. ff. de iniust. rup. & irri. testa. nam & si. suprà. de constit. cùm accessissent. §. pe. & fin. suprà, de rescrip. pastoralis. §. fin. ante finem. & illud notabis, quòd de omni iniuria potest agi ciuiliter & criminaliter: & tollitur vnum iudicium per aliud: ff. eodẽ. quod senatus. & l. prætor edixit. §. 1. quod ideo est: quia vtrunque proponitur ad vindictã. Porrò si de atroci iniuria actũ est actione iniuriarum, nihilominus agi potest ad æstimationem damni ex lege Aquil. & econtrariò: ff. eodem. item apud. §. si quis verberato. nec enim in actione iniuriarum habetur ratio damni, sed contumeliæ: ut suprà not. §. & in quãtum. & C. eodem. dominum. Item in hac actione speciale est, ut illustres per procuratores accusent, uel accusentur: & quòd feratur sententia contra ipsos etiam absentes, & non contra procuratores: C. eodem. l. fina. Vbi verò ciuiliter agitur contra aliquem hac actione, cautè faciet, si procuratorem constituat: quia sic nec ipse nec ꝓcurator suus infamiæ notam incurreret: imò ipsam vitabit: ff. de his qui notan. infa. l. furti. §. si quis alieno. quod est dignum nota.

De Damno dato. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Damnum quid sit.*
2 *Actio ex damno dato cui competat. Et quando habet locum. 3. Et quibus dteur. 4. Contra quos 6.*
5 *Liber homo si moriatur, nunquid habet locum actio de damno dato.*
7 *Actio confessoria quæ dicatur.*
8 *Actio de damno dato inquantum detur. Qualis sit. 9.*

HIc videndum est, quid sit damnum, Quæ actio competat ex damno dato, Quando locum habet hæc actio, Quibus detur, Contra quos competat. In quantum detur. Et qualis sit hæc actio.

1 **Quid sit † damnũ.** Diminutio uel ademptio patrimonij. & dr̃ à demo, vel à diminuo, & patrimonium: ff. de dam. infec. l. 3. ideo damnũ restaurandum est: & aliud est damnorum restauratio: aliud satis factio expensarum. j. eo. in nostra.

2 **Quę † actio competat ex damno** dato. Et quidem Aquil. sic dicta ab Aquilio plebis tribuno, qui ipsam in Auentino monte tempore discordiæ populi & plebis constituit, & post modum concordia facta, vice legis est habita. ff. ad legem Aquil. l. 1. ff. de origi. iur. l. 2. §. deinde cùm esset.

3 **Quando † locum habet hęc actio.** Et quidem qñ damnum culpa alicuius datũ est. aliter enĩ non tenetur quis de iniuria, uel de damno: j. eodem. cap. fina. respon. 1. ff. ad leg Aquil. sed & si. §. iniuriã. Ergo duo requirũtur: & quod damnum datum sit: & quod culpa dantis damnum præcesserit. igitur si nullum damnum datũ sit, cessat hæc actio: ut, si oliuam meam maturam decerpisti, uel segetem secuisti, uel seruũ meum puerum castrasti, & preciosiorem fecisti. hic enim nihil mihi diminuisti: sed conditionem meam meliorem fecisti, & expensas quas in prædictis fecisti, donasti: id est fingeris donasse sin autem aliquid horum intercemisti, siue subripuisti: furti teneris: & pro seruo castrato iniuriarum erit agendum, aut ex edicto ædilium, aut ex l. 12. Tab. in quadruplum. sin autem oliuam uel messem immaturam collegisti, damnum dedisti: & ideo locum habet hæc actio: ff. ad leg. Aquil. si seruus seruum: §. rupisse. & §. si oliuam. & §. si salictum. & §. seq. ff. de ędil. edict. ędiles. §. sed etenim Sed & necesse est, quòd facto hominis interueniente, damnum detur, vsque adeò, ut si vsufructuarius riuos patiatur corrumpi, uel vites non succiderit, nõ tenetur l. Aqui. ff. de vsufru. si cuius. §. denique. nec obst. ff. ad leg. Aquil. si seruus seruum: §. si fornicarius. qa quod dixi locum habet, cùm sine facto hominis ex corruptione ipsius rei dãnum prouenit. porrò si propter negligentiam hominis ignis nõ ex ipsis rebus, sed extrinsecus proueniat. Aquilia agitur: ut in §. si fornicarius. & j. eod. si egressus, sicut & vbi ex negligentia plaustrarij lapides ceciderũt, & damnum dederunt: ff. ad leg Aqui. si seruus. §. si ex plaustro. Culpam etiam omnino necesse est interuenire: aliàs cessat hæc actio. & ideo nec furiosus, nec infans, dolo carens actione ista tenetur. Secus, si sit doli capax. ff. ad leg. Aqui. l. 5. §. iniuriam. s̃. de deli. pue ca. 1. Ideo non tenetur, qui defendendo se damnum dat, dum tamen modum seruet. aliàs contra: ff. ad leg. Aquil. scientiam §. qui cum aliter. talis enim culpa caret, quia secundum legem facit. ff. de iusti. & iure. ut vim. hac ratione excusor, si furem nocturnum interfecero: ut dicitur in tabernario reposcente lucernam, ut non hoc cum clamore testificetur. sed de die non licet, nisi se telo defendat: sed & quemcunq; ferro me petentem, quamuis nõ percutientem, interficere licet. sufficit enim terror armorum: sed si potui ipsum capere, non occidẽdo, & occidi, hac actione teneor & astringor: ff. ad leg. Aquil. 4. § fina. & l. 5. & l. si ex plagijs. §. tabernarius. suprà, de homici. c. 2. & 3. Sed nec magistratus tenetur, qui suo resistenti imperio damnum dedit. sin autem sine causa hoc faciat: tunc tenetur. ff. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. magistratus. ff. de iniur. iniuriarum. § quem iure. quod dic vt no. suprà. de treug. & pace. §. ꝙ sit iustum bellum. Sine culpa etiam est, qui alterius impulsu, uel uentorum violentia damnum dedit: ff. ad leg. Aqui. quemadmodum. §. si nauis. & l. si ex plagijs. § in cliuo Capitolino. Illud autem non excusat à culpa, quòd quis dicat se ignorasse, si potest ei aliquid imputari: ut si puto percutientem me percutere, & percutio alium. ff. ad leg. Aquil. l. 5. §. 1. & l. scientiam. §. pen. vnde & in hac actione culpa leuissima imputatur. ff. ad leg. Aquil. in l. ideoque, si quis cisternam fecerit, & ipsam apertam dimiserit, uel sic non cooperuit, ꝙ animal non possit in eam cadere: & bos ibi ceciderit: tenetur: j. eodem. cap. 2. Hæc autem culpa plerunque præcedit casum: ut in exemplo suprà proximè posito: & vbi quis facit foueam in loco, per quẽ publicè itur & in mulione, qui per imperitiam, & infirmitatem impetum muli retinere non potest: uel qui malè composuit lapides in plaustro, uel in stipulam suam ignem apposuit die ventoso uel quia non adhibuit diligentiam quam debuit: quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse vr̃: porro si omnem diligentiam adhibuit, ita quod nihil omiserit, de contingentibus non tenetur: ff ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. l. qui foueas. & l. idem iuris. §. & mulionem. & l. si seruus. §. si ex plaustro. infrà, eodem. si egressus. & c. fina. respon. 1. & §. nec ignorantia. & fin. Quandoque verò culpa sequitur factum, ut in medico qui bene secuit: & posteà circa curam negligens fuit Quandoque in facto: ut si medicãs imperitè secuerit: ff. ad leg. Aquil. qua actione. §. fina. & l. idem iuris. & probantur hæc tria suprà. de æta. & qualita. ad aures. ver. de homici. tua, nos. Culpam verò semper intelligas sic, ut etiam dolus nomine culpæ contineatur, sicut apertè innuitur ad legem Aqui. l. 5 §. si iniuriam. ff. de mino. si ex causa. § si mulier. vbi denegatur actio mulieri: quia, culpa, id est dolo à marito diuertit. nam si sine dolo hoc fecisset restitueretur: ut eadem l. §. nunc videndum. ergo quicquid dolo fit, culpa fieri intelligitur. sed non conuertitur. nec obst. quòd dicit lex, si dolo uel culpa quid factum est: ff. de admi. tut. Sed tutoris: quia significatio verbi quandoque restringitur ex adiunctis uel suppositis speciebus, secundum Azo. Quandoque tamen de culpa non agitur: quia culpa vnius cum culpa alterius compensatur. at quãdo ex vna parte dolus committitur, ex altera culpa deprehenditur, dolus culpæ pręponderat: & ideo in casibus solus dolus venit in hac actione, ꝙ est, quãdo culpa reperitur ex parte damnũ passi: ut puta plures ioculantur in campo: percussus est seruus ꝑ illum campum transiens: non tenetur percussor: sed imputatur seruo, qui non debuit intẽpestiuè per cãpum ioculatorium iter

facere. Sed si solus interueniat, tenetur percussor. putà quia data opera in eum ioculatus est. nam & ludus noxius in culpa est. Sic & imputatur illi, qui se tonderi patitur in loco periculoso: vbi de consuetudine cum pilla ludebatur vnde non tenetur tonsor fortè, nec percussor, nisi data opera illum, qui radebatur, percusserit. sic intellige. ff. ad leg. Aquil. item si obstetrix. §. fina. & l. item Mela. & l. ex plagijs. § fina. Sed nec tenetur qui putat arborem super eum locum, per quem non est iter publicum vel priuatum: nisi data opera in transseuntem ramum iecerit: sed & si iter erat, & proclamauit non tenetur: idemque distinguitur in eo, qui facit foueam causa ceruorum capiendorum: ff. ad leg. Aquil. si putator. & l. qui foueas. l. distin. hi qui arborem. secundum hoc intellige infrà. eodem. cap. 1. & nota. suprà. de homicid. §. qua pœna feriatur. versicul. si verò facto commiserit. & seq.

4 Quibus † detur. Et quidem directa datur hero, id est, domino rei, in qua damnũ datum est, & eius successori vniuersali, appellatione etiam dñi hæreditas continetur, ff. ad leg. Aquil. item Mela. §. legis. & l. ob id, & l. liber homo §. si seruus. Vtilis verò datur his, qui non sunt domini, putà vsufructuarijs bonæ fidei possessoribus titulũ habentibus, aliàs vt, ꝙ agere possint possessores. ff. de reli. & sumpt. fune. l. ij. §. 1. ff. de seruo. corrup. l. j. §. 1. sed habens titulũ, aget vtili act. vel in factum, ratione operarum, ff. ad legem Aquil. si dominus. ff. de ædil. edic. iustissimè. § fin. Sed & creditori competit vtilis actio in factum. nam vbicunque competit vna, & alia secundum Azo. aget tamen creditor l. Aqui. ita demum, si debitor soluendo non sit: vel si personali actio tempore sit perempta. comprobantur hæc. ff. ad leg. Aquil. item Mela. §. vlt. & ante pe. & l. qui occidit. §. pignori. Si verò in re mihi debita vel promissa detur damnum, nec aliquod ius mihi competit in re, quia nec tradita fuit, nec obligata, siue pignorata est mihi: datur debitori hæc actio. sed ipsam cedit mihi creditori: ff. ad leg. Aquil. huic scripturę. Quòd si animal mihi promissum occiditur ab illo qui promisit, perpetuat ꝯ se actionem: & contra fideiussores, & ꝯ patrem, si tenebatur ex filij persona: ff. de ver. obl. si ex legati. & l. si seruus stipulatus. §. de illo. §. nunc. & §. an filius. Sed si à fideiussore occidatur post morã rei, & suam, tenetur pristina actione & directa: si post moram suam tantùm tenetur prima actione: sed vtili; si ante moram suam, & rei principalis, tenetur de dolo tantùm: ff. de dolo. si fideiussor ff. de vsuris. mora. §. fin. Sin autem occidatur à me stipulatore, antequam debitor sit in mora, liberatur debitor, & ego teneor ei actio. hac. sed etsi debitor erat in mora, adhuc liberaret, ego tamen non teneor ei, l. Aquil. leg. Aqui. Vbi verò ab extraneo occiditur, liberatur debitor. Sed ego creditor agam de dolo: ff. de dolo. arbitrio. §. fin. Scripsit tamen reg. quòd siue occisor mihi creditori voluerit nocere, siue non, semper dabitur actio l. Aquil. debitori. sed ipsam cedet mihi creditori, ut quod dicitur creditori dari de dolo, sic exponat. id est, actio legis Aquiliæ cessa propter dolum. Sed & datur vtilis actio libero homini vulnerato, nõ directa: quia nemo dominus est membrorum suorum, ff. ad leg. Aqui. liber homo. & tũc agetur ratione operarum amissarum & impensarum: sed deformitatis ratio non habetur: ff. si quadru. pau. fe. dicatur. ex hac. ĩ. eo. c. 1. in quo casu agit pater, etiam filiofamil. mortuo, pro impensis & operis amissis. argum. ff. ad legem Aquiliam. qua actione. respon. 1. & §. si quis in colluctatione. & adde quod not. ĩ. eo. versi. Sed Azo respondet. & sequen.

5 † Quid si liber homo moriatur, nunquid locum habet hæc actio? Et quidem si in publico certamine occisus sit: cessat hæc actio: quia non iniuriosè factum est: sed causa gloriæ & virtutis Sin autem in priuato: redundat in eum crimen qui causam malorum præbuit. C. ad legem Iuliam. de vi pub. quoniam. ff. ad legem Aquil. qua actione. §. si quis. sic ergo tenebitur l. Aquil. licet liberum hominem interfecerit. secundum Azo. B. contra: & est pro ipso ff. de ædil. edi. qua vulgo. & duabus legibus præceden. ff. ad legem Aquil. huic scripturæ. §. fin. Sed Azo respondet, ꝙ hæres testatoris non agit: quia absurdum esset, vt sui testatoris consequeretur æstimationem: ff. ad legem Aqui. nam sicut. § si dominus seruum. nec ob. l. ff. de ędil. edicto. quia ibi non fuit damnum datum à libero homine, sed à fera bestia, licet incuria liberi hominis interuenerit. & ideo non potest agi leg. Aquil. & est hoc mirabile: quia in hoc casu non datur leg. Aquil. hæredi. ipsi autem defuncto daretur, secundum Azonem: imò certè defuncto non daretur: quia defunctus nec de occiso agere posset: nec de vulnerato. ff. ad legem Aquil nam sicut. §. si dominus Illud tamen certum est, ꝙ pro vulnerato agere posset idem homo vulneratus, si viueret: vt notatur s̄. eo. ver. sed & datur. & quamuis liberum corpus non recipiat æstimationem ab homine, æstimantur tamen impensæ, & operę etiam futuræ, quæ præstari non possunt à mortuo, ut ibidem notat. & probatur: ff. de his qui deie. vel effude. l. fina. Sed & à lege, quando fit æstimatio, quæ potest potius pœna dici. nam si esset vera æstimatio, aliter æstimaretur nobilis aliter ignobilis. Sed non distin. imò aliquando dicit, ꝙ l. aureorum condemnatio fiet: ff. de his qui deiece. vel effude. l. j §. hæc in factum actio. aliquando solidorum ducentorum. ff. de ædil. edicto. qua vulgo. & fortè fit illa æstimatio ratione operarum amissarum & impensarum, quæ de facili probari non possunt, nec æstimari: nam aliter æstimandum est in iuuene, aliter in sene, aliter in debili, aliter in robusto, aliter in vno tempore, aliter in alio. ff. de condictione indebiti. l. si non sortem. § libertus. ff. de solutio. inter artifices. in authen. de instrumen. cau. responso primo. col. 6. aliter in vna regione, quàm in alia: ff. ad legem Falcidiam. precia. § fina. ff. de eo quod certo loco dari oportet. l. iij. §. fi. & l. sequenti. Hæc autem actio, quæ de occiso competit, non datur hæredi iure hæreditatis: imò popularis est, quamuis is, cuius interest, vel qui affinitate vel consanguinitate occisum contingebat, præ cæteris admittatur: intelligas pro dimidia parte, nam pro alia dimidia aget fiscus secundum Azonem. argument. ff. ad Syllanianum senatusconsul. l. lege. §. fi. & C de assess. l. tertia. sed & annalis est. Si verò libero homini nocitum est, ipsi perpetuo datur, si alius velit agere intra annum: sed nec hæredi competit iure hæreditario: quasi non sit damnum pecuniarium. nam ex bono & æquo introducta est. probantur hæc omnia ff. de his, qui deiecerint vel effuderint. si verò plures. §. hæc autem actio. Sed qualiter æstimabuntur operæ futuræ, vbi liber homo debilitatus est. nam incertum est hoc. ff. de iudicijs: sed & si restituatur. & sic non pertinet ad Iudicem. ff. de vsuris, l. j. §. j. ad finem. nec potest dari certa sentẽtia de incerto. 11. quæ. 3. graue. C. de sententijs: quæ sine certa quantitate proferuntur. lege tertia. Respondeo, tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem, vt super incerto sententiam ferat, uel super vsura, quæ eo tempore, quo petitur, non debetur: vt ff de vsuris. l. j. Sed bene pertinet, quo ad æstimationem certam faciendã eius, quod iam debetur, siue in obligatione est, vt in materia, de qua agimus: qua facta, certam potest dare sententiam, ne ex dolo uel culpa lædentis alius reportet damnum: ff. de dolo. l. j. æstimabit igitur iudex quantum posset viuere is, qui debilitatus est, & in quo consueuit, & scit operari, vel seruire domino alicui, qui ei prouideret in victu & vestitu, & salarium certum daret, uel aliter eum remuneraret. ut patet in his, quæ notantur ĩ. eod. §. versicul. Sed & à lege. & argument. ff. ad legem Falcidiam. hæreditatum computationi. ff. de transactio. cùm hi. §. modus. ff. de pignoraticia actione. vel vniuersorum. ff. de vsuris. qui semisses. quo facto, deferet iuramentum vsque ad certam quantitatem, de qua sibi videbitur: ff. de ædili. edic. qua uulgo. ad finem. argu. suprà, quod metus causa. cap. finali. secunda quæstione prima. in primis. C. vnde vi. si quando. in authentica de iudicijs. §. oportet collatione sexta. sic & aliàs fit condemnatio in futurum. ff. si seruitus uendicetur. harum. & l. egi. s̄. de sepultu. in nostra. §. talem. & est ratio, quia is qui agit de eo tempore, quo agit, habet ius prohibendi in futurum, sicut & in materia nostra habet ius petendi, quo ad futurum tempus: ut nõtatur suprà. Sed & pœna certa statuta est contra occisores clericorum: quod dic vt not. ĩ. de pœnis. §. quæ quibus. sub §. interfectoribus. Quod autem dictum est de publico certamine, non habet locum in seruis, sed in liberis hominibus tantum: commodatario autem, neque directa, neque utilis competit: ff. ad legem Aquiliam. itẽ Mela §. eum. Secus in actione, quæ pro pauperie competit. ff. si quadr. pau. fe. dicatur. l. ij. licet aliqui contradicant, sed quòd dicit lex, non competere actionem l. Aqui. intelligas directam: secundum Azo.

Dicuntur & alio modo competere directæ actiones & utiles: nam si damnum detur à corpore in corpus, directa competit: puta seruum tuum strangulaui. Si à non corpore in non corpus, datur actio in factum: vt si misericordia motus seruum tuum compeditum solui. cõstat enim, quòd corpus serui non est læsum, sed ipsa solutione damnificatus es: sed mágis propter fugam serui seq. Sed & in hoc casu potest dici competere vtilem acti. l. Aquil. secundum Azo. Quod si detur à corpore in non corpus, competit utilis actio l. Aquil. putà annulum tuum de manibus tuis excussi, ut in mari caderet. in hoc enim casu excussione mea damnificatus es, licet corpus non sit læsum. Idem est si detur à non corpore in corpus: puta panno rubeo fugaui armentum tuum, præcipitata sunt pecora. Probatur hæc distinctio Inst. eo. § fin. & § cæterum. ut ergo directa detur, necesse est, quòd à corpore in corpus damnum datum sit, & quòd dominus agat.

6 Contra † quos competat. Contra eũ, q damnũ dedit. C. e. l. ij. & in eũ, qui opem dedit. ĩ. eo. c. fi. resp. j. vnde si alius retinuit, & alius interemit, is qui retinuit, l. Aquil. tenetur. Sed & is, qui canem

qui canem irritauit, si canem tenuit: si non tenuit tenetur actione in factum: ff. eodem. item Mela. §. alius. & §. item cum eo. Quid si plures percusserunt, si apparet cuius ictu interierit, ille tenetur de occiso, cæteri de vulnerato. vnde & ictum cuius licet in hoc contemplari oportet: ff. de sica. l. fin. Sed si non apparet, cuius ictu res interierit, omnes tenentur de occiso, ne maleficia remaneant impunita, & vno soluente pœnam, cæteri non liberantur. Sed vno soluente æstimationem rei, cæteri liberantur, cùm ita sit in condictione furtiua. C. de condictio. fur. l. 1. quod delictum grauius est isto ff. eodem. illud. Est autem pœna vnum simplum ratione inficiationis, & in eo obtinet quod dictum est. Sed & pœna potest esse in repetitione xxx. dierum, vel anni: & hoc tollitur propter rei persecutionem præstitam, infra, de actio. & ob. qui seruum. §. final. multo magis cessabit hæc pena contra vnum, si ab alio est damnum restitutum & repetitionis sit habita ratio. Vbi autem plures vulnerauerunt seruum meum, non eodem tempore simul collecti, sed diuersis temporibus, vnus hodie, alius cras, tenetur vterque de vulnerato tantùm, si vtriusque vulnus mortale non fuit, licet mea negligentia mors serui fuerit subsecuta. Sed si vtriusque vulnus mortale erat, & certum est eum moriturum ex primo vulnere, tenetur vterque de occiso. æstimatio tamen non eadem in vtriusque persona fiet, nam qui primo vulnerauit, tantum præstabit, quantum anno proximo à tempore vulneris cōputando fuerat valiturus: posterior verò tanti tenetur, quanti anno quo vita decessit, plurimum vendi posset: & æstimationes hæreditatis amissæ, si fortè seruus hæres ab aliquo fuerit institutus. & idem in vno homine plura vulnera inferente seruatur. probantur ista ff. eod. l. item Mela. §. Celsus. & l. huic. §. si seruus. & l. ait lex quanti. & l. qui occidit. §. fi. & l. illud. §. fi. & l. ita vulneratus, & l. si ex plagiis. respon. 1.

Agitur & contra illum qui iussit damnum dari. & excusatur is qui dedit, si tamen præcipiens habuit ius præcipiendi, putà dominus, vel pater erat, cui parendum est, nisi in atrocioribus: sed si non habuit ius imperandi, tenetur vterque. probantur hæc ff eod. liber homo si iussu. ff. de reg. iur. ad ea. ff. de iniuriis. non solùm. §. Proculus. ff. de aqua. plu. arc. si colonus. in fin. Insti. de noxa. §. omnis. Si verò seruus damnum dederit, tenetur dominus noxaliter, si ipsum possideat. Sed si alius siue bona fide, siue mala fide possidebat, tenetur possessor. Sed & si cōmunis seruus meus & tuus dederit alii damnū vterque nostrum noxaliter tenetur insolidum. sin autem te iubente mihi damnum dederit, teneris mihi ex tua persōna l. Aquil. si nō consensisti, cessat noxalis actio: datur tamen cōmuni diuidundo. vt aut mihi adiudicetur seruus, aut litis æstimatio in simplū præstetur. & ad idem tenetur is cui tu vendidisti partem tuam. Sed & tenetur seruus liber factus: seruo verò mortuo, agere non possum, nisi de eo quod ad te socium meum peruenit: ff. e. si seruus seruum. §. 1. & §. serui autem ff. de noxal. act. si seruus cōis. & l. antep. ff. fa. ercis. & puto. §. fi. ff. de furtis. si seruus cōmunis. Nec ille excusatur, qui confitetur se damnum dedisse, quãuis non ipse, sed alius dederit. Sed si damnum datū non est, non tenetur: vnde si confitearis te seruum meū occidisse, vel vulnerasse quamuis non occideris, uel ulneraueris tu, sed alius, confessoria actio tua, id est, actus cōfessionalis, remittit mihi, quod non habeo necesse probare te ipsum occidisse cogor tū probare eum à quocunque occisum esse, nā si uiueret, uel morte naturali mortuus esset, non obesset confessio: ff. eodem. inde Neratius. §. fi. & l. hoc apertius. & l. proinde ff. de interrog. act. con fessionibus. & l. si is. & sic actio ponitur pactu. sicut C. de sacro san. eccle. auth. hoc ius. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. 3. §. fi. aliter accipitur cōfessoria in seruitutibus: ut no. s. de præscr. sub rubri. de præscrip. rerum immo. §. quæ res. sub §. Item non currit præscriptio. uersic. quia uerò legem. & l. seq. † Vel potest dici actio confessoria. act. l. Aquil. quæ datur in confitentem ex confessione sua. illa enim remittitur confitenti, non agenti, & probantē, hominem uiuum esse; secundum Azo Vbi autem tutor, curator uel procurator, uel quiuis alius confitetur absentē dominū occidisse hominē, uel uulnerasse, utilis cōfessoria datur in eos: nec enim possunt domino absenti præiudicare: nisi ratū, haberet uel super confessione facienda speciale mandatū dedisset: ff. eo. proinde. §. si procurator. ff de inter. act. si defensor. & l qui seruū. ff. de confes. certum. §. sed an & ipsos. & in hoc casu datur iudex non rei iudicandæ, scilicet ut iudicet, utrū damnum datū sit, an non. sed æstimandæ, scilicet, ut æstimet quantum sit damnum, & æstimationem in condemnationem deducat: quia nullæ aliæ sunt partes iudicis in taliter confitentem: sic intellige ff. cod. proinde. Quid si actor malit probare damnum: & magni litem facere, reus uerò qui fatetur damnum dedisse, paratus est æstimationem iudicialem soluere? non audietur actor: quia boni prætoris est, litem dirimere: ff. si cer. pet. quidā æstimauerunt. Hoc, cum nullo libello oblato ad simplicem postulationē actoris confitetur reus: sin autem iudiciario ordine solenni causa cœpta esset, tunc æstimaretur damnum per probationem actoris. Insti. de ver. obl. §. fi. ff. de præt. stip. l. fi. sed & rei aspectus testificari posset: argu. ff. de ser. l. 2. in fin ff. finium regun. si irruptione. C. de admi. tut. lex. Quid si probatio deficiat, nunquit iudex deferet iuramentum actori? Fortè non, nisi impetuosa violentia datum sit damnum: sicut legitur. C. vnde vi. si quando. supra, quod met. causa. capit. fin. In æstimatione etiam damni est commune, & non singulare precium attendendum: ff. eodem. si seruum meum. secundum Azon. ff. ad l. Fal. precia rerum. & l. in lege Falcidia. 1. & 2. §. fina.

7 [margin]

8 In quantum † detur. In simplum, si reus fateatur se damnum dedisse. in hoc autem simplo non tantùm ipsius corporis, in quo damnum datum est, fit æstimatio, sed etiam utilitates corpori cohærentes, sunt æstimandæ, siue sint intrinsecæ: vt si occidisti vnum de duobus bobus, & alter qui remanet, nescit trahere ita bene cū alio. æstimabitur enim, quantū deterior factus est siue extrinsecè: vt si occidisti seruum quem sub pœna debebā tradere, vel qui hæres institutus erat, sicut probat per diuersa exempla alia. Instit. eo. §. illud. ff. eo. ait lex. & l. proinde. & l. inde Neratius. responso 1. & §. idem Iulianus. & § sed & si seruus. Patet igitur, quod per legem Aqui. damnum nobis datum consequimur: & amisisse dicimur, quod aut consequi potuimus, aut cogimur erogare: ff. de reg. iur. non videtur. ff. de eo quod certo loco. l. 3. §. fi. æstimatio uerò communi precio fieri debet: ut no. s. eo. §. proxi sub §. agitur, & contra illum. uer. fin. Et in summa generaliter dicam omnia cōmoda, quæ rem preciosiorem facerent, veniunt in æstimationem, quorum omniū fiet æstimatio: si ex primo capite legis Aquil. agatur, quantū plurimum res retrò fuerit intra annū: ff. eod. inde Neratius. §. in summa. Ad quod sciendum, quod olim erant tria capita siue capitula legis Aquil. sed hodie secundo sublato, duo tantummodo locum habent. Ex primo capite agitur de homine occiso: & de quadrupedē occisa, quæ numero pecudum est, & gregatim habetur: vt sunt oues, capræ, boues, equi, muli, asini, sues. sed canis inter pecudes non est, sed nec aliquæ bestiæ in numero pecudum sunt: sicut ursi, leones, pantheræ: elephantes autem & cameli quasi mixti sunt, nam & iumentorum operam præstant, & natura eorum fera est: sed quia in eis præualet natura, & benignior, primo capite continentur. Insti. eod. respon. 1. & §. quod autem. & §. his autem uerbis, ff. eod. l. 2. Cæterùm de omni alio damno cauetur per tertium caput, quod hodie est secundum, siue damnum quis dederit ex eo quod usserit, uel fregerit, uel ruperit: & ponitur rumpere, pro corrūpere. unde si lolium uel auenam in messem alienam inieceris, ut eam inquinares, interdicto quod ui, aut clàm teneris domino & colono: sed colono agente, cauere debet amplius non agi. Sed & teneris actione in factum legis Aquil. subsidiaria, non directa. nam directa locum habet, ubi res corrumpitur, uel mutatur: hic autē seges nec corrupta est, nec mutata, licet aliud sit applicitū, cuius separatio est molesta. Tenebitur ergo lege Aquil. is qui uinum effudit, uel acetum fecit, uel aliter uitiauit. nam & hoc rupti appellatione cōtinetur. Item rumpere dicitur, qui loris, uel pugnis cecidit, uel telo, uel quouis alio uulnus uel tumorem inflixit: & fit hæc æstimatio quanti plurimi retro fuit res intra xxx. dies. Probantur hæc omnia. insti. eod. §. capite. ff. eod. si seruus seruum. §. huius legis. & §. tertio capite. & §. si quis. & §. in quit lex. Sic istæ duæ actiones retrò respiciunt, sicut Ianus, de quo dicitur:

Iane biceps anni tacitè labentis origo:
Tu solus super his post tua terga vides.

& dic super his, scilicet mensibus. q. d. tu solus superas alios mēses in hoc, quia post tua terga uides ideòque depingitur cum facie dupli, ante & retrò respiciens. Si quæras, quare primum caput ad maius tempus referatur quàm tertium? respondeo, quia in primo agitur de occiso. in secūdo de uulnerato, seu rupto & ideo in primo, quia maius delictum continet, est acrius puniendum. ff. de offic. præsi. diuus Pius, quis enim dubitet sceleratius esse commissum, quod grauius uindicatur. xxiiii. q. 1. non afferamus. Vbi uerò is, qui conuenitur, negat se damnum dedisse, & per testes conuincitur, condemnatur in duplum, & duplabitur omne id quod simplandum diximus. C. eod. contra negantem. Siue per iuramenti delationem a reo factam actor probauerit, in simplum tantūm tenetur, ff. eod. inde Neratius. § hæc actio. ff. de iureiur. cum qui. ff. quod metus causa. Item si cum cœpti. §. quadruplabitur ff. de seruo cor. in hoc ff. de lib. causa. non tantùm. hoc autem utrum confiteatur, considerabitur ante litis cōtesta. quia ante, non post pœnitere potest, nisi minor esset qui restitueretur. ff. de noxa. actio. electio. §. neque. Habet autem locum hęc duplicatio & in directa, & utili actione, & in factum, ut patet C. eodem. l penul.

Et in summa, ne quasdã leges ex Codi. videamur omittere, scire debes, quòd si quis percusserit proximum, æstimationem operarum, & impensas in medicos factas ei tenetur restituere: infrà eodem. capit. 1. Si quis autem iumentum alterius interfecerit, foueam in quam cecidit faciendo, quod mortuum est suum erit: sed æstimationem præstabit: infrà eodem, capit. 2. Quòd si bos meus cornupeta, quia bene non custodieram ipsum tuum interfecerit, reddã bouem pro boue: quod autem mortuum est, meum erit: infrà eo. si bos. sed & si in agrum, vel vineã tuam ego, vel animalia mea damnum dederimus, æstimationem præstabo: infrà eodem. si læserit. Hæc autem sic intelligenda sunt, si animal meum contra naturam sui generis motum sit ad damnum dandum: putà bos cornupeta est, qui consueuit esse domesticus: tunc reddam æstimationem, vel animal pro noxa tradam. ff. si quadru. pau. fe. dic. l. prima. §. & generaliter. Inst. si quadru. pau. fe. dic. in prin. infrà, eod. c. fina. §. quod si animalia. & dicetur plenius ĩ. eod. sub rubr. de pauperie. Sed & si quis domum vel agrum alterius voluntate succenderit, omnia sublata, vel succensa tenetur restituere: & per triennium pœnitere: ĩ. eo. si quis domum. In omnibus verò istis æstimationibus intelligas arbitrium Iudicis requirendũ: vt patet ĩ. eod. in nostra. in fi. insti. de actio. §. præterea quasdam actiones. & in his quæ nota. s. eodem. sub rubri. de iniur. §. & in quantum.

9 **Et qualis† sit hæc actio.** Ciuilis, non prætoria: nã legis vicem cœperunt obtinere plebiscita: vt no. s. eod §. quæ actio. & ideò perpetuò competit cum ex l. descendat. Instit. de perpe. & tempora. act. in prin. Hæredibus datur, nisi in casu: vt no. s. eo. §. quibus dentur. & in alio, puta quando non interest sua: vt si interfecisti seruũ, quem hæredem insolidum, & liberum instituerã: hic enim neque substitutus ei, neque legitimus meus hæres aget: quia si viueret, neuter esset hæres. ff. eo. inde Neratius. §. 1. Sed si pro parte instituissem ipsum, cohæres eius aget Aquil. ff. eod. si dominus. In hæredes verò non datur, nisi de eo, quod ad ipsos peruenit: ff. eo. inde Neratius. §. hanc actionem. vel nisi lis fuerit contest. C. ne ex delic. defun. l. vnica. contrà videtur secundũ canones. argu. suprà, de sepul. parochiano. suprà, de raptoribus. super eo. Non est famosa, cum detur viro contra vxorem, etiã matrimonio constante: ff. eodem. si seruus. §. si cùm maritus. & dabitur tantum in simplum fauore matrimonii: quo constante, neque famosa, neque pœnalis actio locum habet: ff. de seruo cor. l. fina. ff. rerum amota. l. 2. Est tamen pœnalis natura sui hæc actio, ratione præteriti temporis: in quo fortè plurimum fuit res, quã nunc sit, licet quandoque pœnam non exigat: sic & homo semper risibilis est, licet non semper rideat. & homo rationalis, quamuis non semper ratione vtatur. ad hoc Instit. e. §. his autem verbis. Sed & stricti iuris est hæc actio, & ex maleficio. vt insti. de obli. quæ ex delic. nascuntur.

De pauperie. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Pauperies quid sit.*
2 *Actio quæ nascatur in pauperie. Quando habeat locum hæc actio. 3. Et cui detur 4. Et contra quem. 5. Et qualis sit. 6.*

Qvia in titulo isto de triplici tractatu fit mentio: scilicet de iniurijs & damno dato ab homine, in quo locum habet Aquili. & dato ab animali, in quo locum habet de pauperie: ideo has Rubricas dignum duxi per ordinem apponendas. In hac autem rubrica de pauperie videndum occurrit. Quid sit pauperies, Quæ actio nascatur de pauperie, Quando locum habet, Cui detur, Contra quem competat. Qualis sit actio.

1 **Quid† sit pauperies.** Damnum datũ, sine iniuria facientis. nec enim potest dici animal iniuriam fecisse, quod sensu, id est, ratione caret: ff. e. l. 1. §. ait prætor. impropriè tamen aliquando dicitur iniuriam committere etiam res inanimata. ff. commo. si vt certo. §. planè si commodaui.

2 **Quæ actio nascatur de pauperie.** Actio in factum: sed & dici potest simpliciter de pauperie, nulla alia facta adiectione, & descendit ex l. xij. tab. ff. eod. l. j. resp. j. Instit. eo. respon. j.

3 **Quando† locum habeat.** Et quidẽ ita demum locũ habet, si nullius hominis instinctu vel culpa interueniente, animal ꝯ naturam, id est, consuetudinem sui generis damnum dederit: licet sua consuetudo talis sit, puta equus pessundans fuerit. nam maior pars non pessundat, vel bos cornupeta: quia & maior pars non cornupetit: ergo si equus calcitrando, vel pessundando, vel cornupeta cornupetando cõmota feritate damnum dederit, habet locum hæc actio. quod si propter loci iniquitatem, id est, asperitatem, vel daritiem, seu pressuram, seu propter culpam mulionis: aut si plus iusto oneratus quadrupes damnum dedit, cessat hæc actio, & agitur ex l. Aquil. contra eũ qui in culpa fuit. ff. ad legem Aquil. si ex plagis. §. quidam. Sed & si canis cùm duceretur ab aliquo, asperitate sua euaserit, & damnum dederit, si ab alio nõ fortiore, sed æquali. arg. s. de frigi. fraternitatis. §. j. ibi, cuius consimili, &c. ff. de leg. primo. legato. in prin. firmius contineri potuit, uel si per eum lo cum duci non debuit, cessat hæc actio, & tenetur l. Aquilia, is qui in culpa fuit. Itẽ si instigante aliquo animal damnum dedit, & si equus dolore cõcitatus calce petierit, cessat hæc actio, & tenetur is qui equum ꝑcussit, vel uulnerauit, magis actio, in factum, ꝙ lege Aquil. quià nõ ipse suo corpore damnum dedit. Idem si eo palpante equũ calcitrauerit. Quòd si una quadrupede incitante alia damnum dedit: eius quę concitauit nomine noxaliter est agendum: siue per se quadrupes damnum dederit, siue per aliam rem, quam tetigerit, ut omnia hæc probantur ff. eod. l. 1. ab illo. §. ait prætor. usque ad §. in bestiis. & Insti. e. §. 1. & 2. In feriis autẽ bestiis non habet locum hæc actio: quia cùm natura eorum fera sit, non urdare damnum contra naturam sui generis, ut Insti. eo. §. hoc autem & hoc intelligas de actione directa nam in his utilis locum habet: si tamen nulli potest culpa ascribi in eo quod damnum datum est, licet in culpa sit ex eo, quod animal habuit. Insti. eo. §. fi. ff. eo. l. 1. §. in bestiis. Si uerò equus, in quo insideo, mulam tuã olfaciat, & mula tua recalcitrans crus meum frangat, contra te de pauperie agi potest. ff. eo. agaso. Ita demum autem datur hæc actio directa, si quadrupes damnum dederit. nam si bipes fuerit competit utilis. ff. eo. l. penul.

Et notandum est, ꝙ is qui de pauperie tenetur, potest etiam quandoq; ex edicto ædilium conueniri: quo prohibetur, ne quis canem, uerrem, aprum ursum, leonem, panthe ã, & generaliter, aliudue quòd noceret animal secum solutum habeat, uel ligatum, quæ contineri non possunt uinculis quo minus qua uulgò iter fit, cuiquam nocere possint, uel damnum dare, si aduersus hoc factum erit: & homo liber perierit, ducenti solidi pręstabuntur: ꝙ si eisdem citra mortem nocitum fuerit, quanti bonum & æquum iudici uidebitur, condemnabitur: ut tamen deformitatis ratio minimè habeatur: quia liberum corpus æstimationem non recipit, sed impensarum in curatione factarum & operarũ amissarum, & quas quisque propter debilitatem amissurus est: ff. eo. ex hac. ff. de ædil. edi. hi enim non erunt. ad hoc Insti. eod. § cæterùm. & de obli. quæ ex quasi malefi. nas. § ab homine. Cæterarum uerò rerum damnum datum in duplum resarcitur, & nihilominus agi potest de pauperie, siue animal ferum sit, siue non. sic enim generaliter dicit, aliudue qđ noceret. Actiones uerò, ex quo pœnales sunt & pro eodem facto competunt, simul concurrere possunt. probantur hæc omnia Insti. eo. §. pen. & fin. ff. de ædil. edi. hic enim. & l. generaliter. & l. qua uulgo.

Ad huius materiæ euidentiam sic distingue. cũ plures actiones penales eidẽ contra eundem competunt, aut omnes sunt pœnales, aut omnes sunt rei persecutoriæ: aut aliæ pęnales, aliæ rei persecutoriæ. Si omnes sunt pęnales, & omnes ex uno delicto competũt: tunc una tollit aliam perceptione, nisi eo in quo excedit, ff. ui bono. rapt. l. 1. ff. de actio. & obli. qui seruum. resp. primo. & l. cùm ex uno delicto. licet simul concurrant, & sic non tolluntur concursu, sed perceptione tantum. ut Inst. eo. §. ult. Vbi autem plures actiones pęnales ex diuersis delictis insurgunt, una non tollit alteram perceptione: ff. de priua. delic. nũquam. Si uerò omnes sunt rei persecutoriæ, & contra eundem competunt, tunc tolluntur adinuicẽ perceptione non concursu: ff. loca. & condu. si merces. §. culpæ. Quod si contra diuersos, tunc etiam perceptione non tolluntur. ff. de tabulis exhi. locum. §. condemnatio. Verùm si est pœnalis, alia rei persecutoria: si illa, quæ est pœnalis, est pœnalis originaliter, tunc una per reliquam non tollitur, ff. de fur. si pignore. §. cum furti. hoc tamen fallit in casu, ff. nau. cau. sta. idem. §. 1. & est ratio specialitatis: quia altera ibi competit de iure communi, altera de iure speciali. Sin autem illa quæ pęnalis est, non est originaliter penalis: tunc una per alteram tollitur: ff. quod metus causa. metum. § licet.

4 **Cui† detur.** Damnum passo, & hæredibus eius: siue sit dominus rei, siue detentor. puta commodatarius est, uel conductor, uel fullo, quia ipsorum interest, qui sunt alii obligati, ff. eo. hæc actio.

5 **Contra† quem competat.** Contra dominũ quadrupedis

dis præſentem nō preteritum.igiť ſi ante lit. conteſta.moriatur animal, vř extincta hęc actio:ſecus ſi poſt.ff.e l.j.§. & cū in quadrupedibus.ff.de noxa.actio ſi plurium §.fin.in fi.ibi,& mortuo ſeruo.&c. Idemque multo magis,ſi poſt lit.conteſta.ab alio animal occidatur.nam ibi dño actio legis Aquil. cōpetit ꝯtra occiſorem, & liberatur ab eo cui pauperies facta eſt per ceſſionem legis Aquil.actionis.ff.eod.l.j.§.ſi poſt litis. Si uerò animal quod nocuit,plurium dominorum eſt,ſinguli inſolidum noxaliter tenentur. ff.eo.l.j.§. ſi commune.excuſari tamen poteſt dominus quadrupedis,ſi damnum dederit ab alio cōcitata. nam cùm arietes,uel boues cornua cōmiſcent, & alter occidit alterum,ſi quidem occiſus eſt is, qui aggreſſus eſt,ceſſat hæc actio:ſed ſi is qui non prouocauit pereat,locum habet. ff.e.l.j.§ cùm arietes. Dať autem hęc actio in eum qui confeſſus eſt quadrupedem eſſe ſuā, & ſi ſua non ſit ff.de interro.actio.ſi quis iniuriæ,ſed & in hæredes datur,cæterosque ſucceſſores, in quaſi hæredes, & in quaſi quoſlibet dominos.š.ff.eo.l.j §.ſi.

6 **Qualis actio ſit.** Noxalis eſt, & competit ad æſtimationem noxiæ,eſt autem noxia ipſum delictum, aut ſi is, contra quem agitur, nolit præſtare æſtimationem, liberatur dando animal quod nocuit, & ipſum animal dicitur noxa.unde uerſus:

Noxia delictum,delinquens noxa vocatur.

Probantur hæc ff. e. l.j.in prin.Inſti.eo.reſp.j.& ſatis poteſt dici, ut hac actione damni reſtitutio ſit in obli. noxæ autem deditio in permiſſione:ſicut & noxia commiſſa rationali animali, id eſt ſeruo.ff.de re iudi.miles.§ j.& ij. & hoc manifeſte innuitur ĵ. e. c.ſi.§.ꝙ ſi animalia. Interdum tamē non liberatur dominus per noxę deditionem.puta propter mendacium ſuum,ut ſi quis in iure interrogatus,an ſua eſſet quadrupes, reſpōdit non eſſe ſuā. nam ſi ipſam ſuam eſſe conſtiterit, condemnabitur inſolidum, ff.eo.l.j.§.interdum.Item ſi fera tua mihi damnum dedit,& nō curaſti eam quam debuiſti diligentiam adhibere,inſolidum teneberis,ĵ.e.c.ſi.§.quòd tamen. ff.eo l.j.§.ſed & ſi canis.& §.generaliter. & § in beſtiis.Hæc actio ciuilis eſt, & proficiſcitur ex l.xij.Tab.ff.e.l j.reſp.j.& §.ait prætor.Sed nunquid datur in duplum? Dicunt quidam, ꝙ ſic,ad exemplum legis Aquil.ut no.š. eo.ſub rub de dam.dato.§.& inquantū.ſub § ubi uerò Sed Azo contrà:quia pœnæ non ſunt ampliandæ, ſed potius reſtringendæ.ff.de pœnis.interpretatione.

De Pœnis. Rubrica.

SVMMARIA.

VSque modo ſatis tractatum eſt de diuerſis criminibus: ſed quia ipſa crimina punienda ſunt, nec remanere debent impunita: ĵ. de ſenten.excommuni.ut famæ. §. j. ff. ad legem Aquiliam.ita uulneratus.§ fin.dicamus de pœnis.Quid ſit pœna,Quot ſunt ſpecies pœnarum,Quæ,& quibus,& per quem inferendæ ſunt, Quādo ſunt inferendæ, A quibus,& ex quibus cauſis extenuentur.

1 a **Quid † ſit pœna** [a] Delicti debita coerctio, ſeu ſatisfactio lege uel alio iure limitata.quia pœnæ certæ ſingulorum peccatorum ſunt. uel, Pœna eſt noxiæ uindicta. & eſt generale nomen omnium delictorum :ut colligitur ff. de uerb. ſignifica. aliud eſt fraus. & l. ſi qua pœna eſt.& de hoc not. š. de ſentē. & re iudica.ſub rubri. de ſentē §.fin.& ſub §. ſed & caſus. ubi inuenies notatum quid ſit mulcta,& quę ſit differētia inter pœnam,& mulctā.

2 b **Quod † ſint ſpecies pœnarum.** [b]

Generaliter ſunt tres.nam aliæ perſonales, aliæ reales inductæ in odium perſonarum:aliæ mixtæ.

3 **Perſonales** † ſunt ſecundum iura Cano. iſtæ: Suſpenſio, Excōmunicatio, Depoſitio, Intruſio, Incarceratio, Verberatio, Caracteris impreſſio, Seruitus, Priuilegij clericalis denudatio, Curiæ ſeculari facta expoſitio, Relegatio,& ſi quæ poſſint aliæ reperiri.De ſuſpenſione,excommunicatione,depoſitione legitur 23.q.4.fortè.š. de iudi. cùm non ab homine. De intruſione inuenies 81. diſt. dictum. & c.ſi quis clericus. 16.q.6 de lapſis.27.q.1.ſi qua monacharū. & c. ſi quis rapuerit ĵ. eod. tuæ. De incarceratione š. de poſi.graui. & š. de apoſta. à nobis ĵ.de uerb.ſig. nouimus.de uerberatione, v.q.v. illi qui.vj.q. 1.§.uerum.in fi.4.q.3.§. item in crim inali.uerſi.ſi ea rei conditio.24.q.5.circuncelliones.circa tamen uindictam ſanguinis intelligas grauem:š.de rap.in archiepiſcopatu.š. de cler. percuſ.c.2.de caracteris impreſſione, š. de crimi. fal. ad audientiam.de ſeruitute, 15.q.ſi.cùm multæ.š.de Iudæ.ita quorundā. §.pen.De priuilegij.clericalis denudatione,š. de uita & ho. cleric.§.fin.ĵ.de ſenten.excōmu. in audientiam.& c. contingit.2. De traditione facienda curiæ ſeculari.š.de crimi.fal. ad falſatiorum.§.j.š.de hæret ad abolendā.§.illos.& qualiter fiat hæc traditio, legitur ĵ. de uerb. ſig.nouimus. reſp. j. de relegatione,& etiam traditione.š.de iud.cùm nō ab homine ad fi.quę plerūq; iniuſtè infligitur & de facto tantùm.š.de arbi.c.2 §.1.

4 **Reales** † uerò in odium perſonarum inductæ,hæ ſecundū canones poſſunt dici, in poſſeſſionem rei petitæ, uel aliàs pro modo debiti declarati miſſio: š. ut li. non conte. quoniam frequenter. §. in alijs & ſeq. ſuprà de eo qui mittit.in poſſeſſi. cauſa rei ſer.per totū.Beneficij priuatio: š.de coha.cle. & mulie. & de cleri. coniu. quaſi per totum. š. de iureiur.querelam.quod plerunq; ex ui obligationis fit:š.de electio.cùm dilectus. §. pen & fi.Eiuſdem ſuſpenſio ſiue ſubtractio,š. de cleri. non reſi.cùm ad hoc.& c.ex tuæ.š.de appel. paſtoralis.in fi. & c. peruenit.š.de hæreti.excōmunicamus.§.j.Rerum omnium cōfiſcatio.š.de Iudæ.ita quorundam.& c.ad liberandam. Pecuniæ multatio;š.de rap.in archiepiſcopatu.ſuprà de Iudæ.poſtulaſti. ſuprà.de maledic.c.2.quod dicut no.ſuprà,de ſen. & re iudi.ſub rub. de ſententia. §. fin.ſub § ſed & caſus.š.de offi. ordi §.quid pertinet.uer. debet etiam punire delinquentes. & ſeq.

5 **Mixtæ** † autem poſſunt dici, quæ partim ſunt perſonales, partim reales: puta quando eccleſia inducit exilium:nam ad iudicem eccleſiaſticum hoc pertinet ex cauſa:nam eccleſia habet inſcriptionem,proſcriptionem, exilium, relegationem:l.diſt.accedens.2. q 6.biduum.16.q.1.§. nouarum. & l. placet.hæc tamen inter ſe differunt.unde uerſus.

Exulabit ſine ſpe patriæ redituſque reique:
Inſcriptus manet in patria ſed re ſpoliatus
Amittit proſcriptus opes,non poſſe reuerti.
Quiſquis relegatus ſua,cùm remeabit,habebit.

Poteſt ergo dici relegatio perſonalis:ut no.š.eo.§.ſub § perſonalis.uer.fi.qui incipit,de relegatione.ſed ſicut probāt iura, his verbis promiſcuè utimur. Sed & mixtæ poſſunt dici terræ interdictum generale, š. de offic.dele.ſanè.š. de ſpon.non eſt nobis. Abſolutio uaſallorum à fidelitate: 15. quæſt.6 nos ſanctorum. iuratos. š.de hæret.c.ſi. ĵ.e.c.ſi. Iuris patronatus priuatio:ĵ.eo.in quibuſdam. & c.grauem. Reliquiarū de eccleſia extractio, š. de iure pat.c.2 Sunt & aliæ uariæ pœnæ contra raptores,hæreticos & fautores eorum, & Iudæos, & Sarracenos, & alios, uariè delinquentes in iure canonico ſparſæ, quas in ſingulis ſuis tractatibus plenè curauimus denotare. De pœnis aūt legalibus dicut no.ĵ.eo.§. quæ quibus.Sed nunquid perſonalis pœna poteſt cōmutari in pecuniariā? Dicas,ꝙ non:quia non ſunt puniendæ res pro delictis. in auth.de man.prin.§ oportet.col.tertia.ĵ e.licet. 15. quæſti. 5. illud.nec obſt.š.ut lit.non conteſt. qm̄ frequenter. ad fi.ubi dicitur, quod pœna, quæ magis timeť, imponi debet, ſcilicet miſſio in poſ.uel excōmunicatio. nam quælibet illarum eſt debita & ordinaria pœna pro contumacia, quanuis magis ordinarium ſit,ꝙ fiat miſſio,ſi poſſit locū habere: š. ut lit.non conteſt. tuæ. cauſaliter tamen mutari poteſt perſonalis in pecuniariam: š.de rap.in archiepiſcopatu.š.de Iudæis.poſtulaſti. ſm Goff. tu dic vt no. š.de offi.ord.§. quid pertinet.uer. debet etiā punire delinquentes,& ſe.hoc etiā non omitto:quia licet Goff. reſtringat illud,qđ dicitur,ꝙ pœna,quæ magis timetur,infligēda eſt: ad duos caſus tantùm, de quibus loquitur litera š. ut lit. non conte.quoniā frequenter.in fi.ut š.innuit. eſt tamen generalius intelligendum, quo ad correctionem hominū pertinet. nam ſiue plectendo,ſiue ignoſcendo hoc ſolum bene agitur,ut uita hominum corrigatur:23.quæ.5.prodeſt. ideoque quandoque augmentatur pœna ex cauſa: & quandoq; diminuitur.ut plenè

ADDITIONES.

a Quid ſit pœna. ¶ Adde Doct.in rub.eo.tit.

b Pœnarum genera, vt generalius latiuſque, ita melius cōſtituiſſe viſus eſt Martinus.in hæc verba: Pœnarum (inquit) ſpecies duæ ſunt: quædam enim eſt æterna. quædam temporalis. Pœna æterna debetur pro quolibet peccato mortali: & hæc remittitur cordis contritione:de pœn. diſt. j. in princi. Temporalis verò alia eſt ſpiritualis, vt excōmunicatio, alia increpationis.vt 83.diſt.peruenit.alia interdicto ſuſpenſionis. Item tēporaliū pœnarum alia eſt corporalis, vt ieiunium:arg.30.di.ſi quis.alia eſt verberationis, 23.q.5.circōcelliones.Alia publicationis bonorum, & exilij.j.q. j.in primis. Pœna aūt pecuniaria variè irrogatur: aliquando pro iniuria illata perſonæ, vel loco:aliquādo pro dāni ſatisfactione, vt pro furto, vel rapina. Corporalium autem pœnarum genera & ſpecies ſi quis plenius videre cupiat, legat l.capitalium.in princ.ff. de pœnis.Martinus.

plenē not. ſ̃.de accuſ. §. quis ſit effectus. Et nunquid realis ſiue pecuniaria in perſonalem cōmutatur? ſic, quandocunq; damnati inopes inueniuntur hoc enim regulare eſt: 12.quæſt. 2. fraternitas. 14. q. 6. ſi res aliena. 12.q.2.§. libertus.ff.de in ius uoc.l. fin. not. ſuprà, de maleſi.§. qualiter. ſuper uerbo, commenti. id in pœnam aliam commutetur.

6 **Quæ † quibus, & per quem inferendæ ſint.** Hic notamdū eſt, ꝙ delicta[a] quatuor modis cōmittuntur. Facto: ut furta & homicida. Dicto: ut conuicia, & in fide aduocationes. Scripto: ut falſantes inſtrumenta, & famoſos libellos conficientes. Conſilio: ut cōiurationes & latronū conſcientia: quouſque alios ſuadendo immiſiſſe: alias immiſſe: alias monuiſſe ſceleris eſt inſtar. Septem etiam modis attenuatur uel aggrauatur pœna, ſcilicet. Cauſa, Perſona, Tempore, Loco, Qualitate, Quantitate, Euentu, Cauſa: ut in uerberibus à magiſtris uel à parentibus illatis cauſa correctionis, non iniuriæ, puniuntur aūt, cùm quis cauſa iracundiæ pulſatus eſt. Perſona dupliciter conſideratur eius, qui deliquit, & qui paſſus eſt: aliter enim puniuntur ſerui, quàm liberi: & aliter qui in parentē, uel prælatum: aliter qui in extraneū, uel ęqualem uel ſubditum manus intulit: ſed & ætatis ratio habetur. Loco: vtrū in eccleſia ſeu cœmitterio, in prætorio, uel in loco priuato quis delinquat: nā locus facit, utrum idem, de quo agitur, furtum, uel ſacrilegium iudicetur: utrumne acrius uel mitius puniatur. Tēpore: utrum de die, uel de nocte. ut diſcernamus emanſorē à furtiuo, uel effractore, uel diurnū furem à nocturno. Qualitate: utrum ſit furtum manifeſtū: acrius, uel leuius delictū. Quantitate: utrū quis ouem, uel ſuem, uel totum gregem ſurripuerit. Euentu: puta à demēte cōmiſſum eſt: tamen apud Græcos fortuiti caſus exilio uoluntario luebantur. Furtorum etiam domeſticorum ſi leuiora ſunt: nec admittitur accuſatio, nec ſunt publicę punienda: puta, ſi ſeruus domino, libertus patrono, mercenarius ei cū quo moratur rem ſurripiat: nec etiam pro his leuioribus furtis ſimiliter agi poteſt. Probantur hæc ff.eo. reſpiciendum.§.furta. & l. facta. & l.quędam.ff.de fur. ſi libertus patrono. ſ̃.de homi.ſicut. de pœ. diſtin.j.l. aut facta. Sed in aliquibus terris ſcelera grauius puniuntur, & multis graſſantibus opus eſt exemplo: ut d. l. aut facta.§. pen.& final.

Perpenſa igitur qualitate delicti, imponuntur pœnæ ſecundum l. quarum vij. ſunt ſpecies. tres enim ſunt capitales: quatuor non capitales. Capitales ſunt: ut ſi caput amputetur gladio, non cum ſecuri, uel falce. Itē ſi furcis ſuſpendatur, uel uiuus cremetur, uel ungulis ferarū beſtiarum latera ſulcentur. Item ſi beſtijs ſubijciatur, non ut lapidetur: uel crucifigatur, uel de ponte, uel monte iactetur: quia hoc fieri nō debet. ff.eo. aut damnum.§.uita, & l. ſi diutino.§ non poteſt. & l.capitalium.reſpon.j. & §.famoſos. & l.ſi quis aliquid. §.j. & ij. C.de maleſi. & mathemat.ſi excepta. ſecundum Azo. Secunda ſpecies capitalis eſt, quæ dicitur morti proxima, puta metalli coerctio. alij tamen damnantur in metallum, & hi grauioribus uinculis puniuntur. alij in opus metalli: & hi leuioribus. alij in miniſterium metallicorum: id eſt, ut ſeruiant damnatis in metallū: quod ſi in perpetuum ſit, ſerui pœnæ ſunt. ſi ad tēpus, ciuitatem amittunt: ſed damnati in metallum libertatē, & ciuitatem, quāuis & ſeruus ſic damnari poſſit ita quod dominus eius dominiū amittat. Secus, ſi ad uincula ſit damnatus: ff.eod. aut damnum.§. eſt pœna. & §.inter eos. & §.miniſterium & §.ſeruos. Tertia ſpecies capitalis eſt, deportatio in opus publicum: non dico damnatio in metallum. & hæc libertatem conſeruat: ſed ciuitatem adimit. ff.eod. quidam. hanc præſes prouinciæ infligere non poteſt: ſed eſt à principe confirmanda. maiores aūt iudices, ſicut præfectus pretorio, præfectus urbis, hanc pœnam imponunt: ff. eod. diui fratres. Non capitalis uerò pœna, quæ ad æſtimationem non periculum capitis pertinet, eſt quadruplex. Prima relegatio ad tēpus: uel etiam in perpetuum: dum tamen bona non adimat. Secunda infamia, uel dignitatis amiſſio. Tertia ad dignitatem ſeu officium, uel forum interdicta aſpiratio. Quarta uerberum caſtigatio. probantur hæc ff. eod. capitalium. reſp.j. & §. certæ pœnæ. & l. ſi quis fortè § fi. & duabus legibus ſequ. ff. eo. de interdi. & relega. relegatorum §.ad tēpus. Et not. quòd plus eſt interdicere foro, quàm aduocationibus nam in primo caſu debet abſtinere damnatus ab oībus forenſibus negotijs in foro: in ſcdo uerò debet abſtinere ab aduocationib. in foro, ſed alijs in foro non prohibetur operam dare, ff. eodem. moris.

7 **Sunt & † quædam pœnæ, à quibus** debēt iudices abſtinere, ne ſcilicet in facie alicuius ſcribatur pœna: nec enim debet facies maculari[b], quæ eſt ad ſimilitudinem cœleſtis pulcritudinis figurata. C. eod. ſi quis in metallum. Nec debet addici piſtoribus: uel alicui alij corpori non compoſito, etiam obtentu religionis: C. eodē. ne quis. Item Veterani, & eorum liberi in primo gradu tantùm, pœna metalli, & operis publici, nō afficiuntur. Item nec decuriones, vel eorum liberi, vel parentes in quocunq; gradu ſint, qui nec furcis ſuſpendi debēt, nec comburi: & ſi ſic dānati fuerint, liberandi ſunt: conſulto tamen prius principe, vt vel pœnā permutetur, vel liberetur. C. e. honor. ff. eod. moris. §. ſi. Nec liber homo ſic poteſt damnari vt in perpetuis vinculis detineatur: C. eod. incredibile. In omni ēt ſupplicio ſeuerius ponitur ſeruus, quàm liber: infamis, quàm bonæ famæ exiſtens: ff. eo. capitalium. §. fin.

8 **Eſt † autem pœna imponenda illi,** qui deliquit: quia pœna ſuos debet tenere authores: ſuprà, de his quæ fi. à maiori parte capituli. quæſiuit. C. eod. ſancimus. & conſideratur præſens ſtatus in publicis criminibus, & in crimine iniuriarum: ff. ſi ex noxa. cauſa agatur, l. pen. In priuatis verò ſtatus præteritus: vnde ſi tempore delicti erat ſeruus, nunc factus ſit liber, tanquam ſeruus punietur, & econtrariò. ff. eod. l. j. Non eſt ergo vnus pro alio puniendus, neque vxor pro marito vel econtrario. nec filius pro patre[c] vel econtrariò. ſuprà, de pigno. ex literis. §. j. C. ne vxor pro ma. in rubro & in nigro, 15. q. ſeptima. illud. prima quæſt. 4. cap. primo ſ̃. de purga. vulg. cap. 2. Sed contrà 15. qu. 6. cùm mulctæ. 6. quæſt. 1. quiſquis. ſ̃. de ſpon. non eſt vobis. ſuprà, de offici. deleg. ſanè. & ca. P. & G. Sol. prima iura quæ nolunt, ꝙ alius pro alio puniatur[d], locum habent, quo ad pœnas æternas in quibus generaliter verum eſt, quod peccata ſuos debent tenere authores, & quòd filius non portabit iniquitatem patris, & c. hoc tamē fallit in originali peccato, quod ad omnes tranſit, & ab Adam deſcendit. vnde Apoſtolus, Per vnum hominē intrauit mors, & per omnes tranſit: & iterum: In Adam oēs peccauimus. & eſt ratio, vt not. ſuprà titu. 1. §. de quibus peccatis. verſ. originale. & ſequen. iura verò poſteriora, in quibus punit̄ vnus pro alio, locū habent, quò ad pœnas tēporales. & ſic loquit̄ 24. quæſt. 3. ſi habes. 1. q. 4. verſi. item pro peccato, ſecundum Goffred. Sed ſecundum Hug. & Ioan. ad intelligentiam huius materiæ notabis, ꝙ triplex eſt pœna. ſ. æterna, tēporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna nunquā punitur vnus pro alio: vt 1. quæſt. 4. cap. 1. & c. iam itaq;. niſi ſit imitator ſceleris, vbi quidem nō tam pro alieno, quàm pro ſuo delicto punitur. 1. quæſti. 1. citò turpem ſ̃. de renun. niſi cùm pridem. § perſonę verò irregularitas. & ſic intellige. 1. quæſt. 4. §. contra Dominus ad Moyſen. Corporalis pœna duplex eſt. quædam enī conſiſtit circa corpus: & illa ſæpe punitur vnus pro alio: vt patet per diuerſa exempla. 1. q. 4. § itē pro peccato ciuium. Quædam circa ſtatum: ut eſt ſeruitus, vel infamia, & illa etiam ſæpe punitur vnus pro alio: .vi. q. j. §. verum. xv. q. ſi. cùm mulctæ. ſ̃. de fil. p̄ſby. literas. & quaſi per totum. ſ̃. de pur. ca. accedens. j̃ eodem ad aures. & cap. in quibuſdam. Spiritualis verò pœna quadruplex eſt. Prima eſt pœna excommunicationis, & illa nunquam punitur vnus pro alio: xxiii. q. iiii. ſi habes. Secunda eſt pœna interdicti loci: & illa frequenter punitur unus pro alio: ſ̃. de ſpon. nō eſt uobis ſ̃. de officio delegati. ſane. & c. P. & G. Tertia remotio ab oblationibus: & illa ſimiliter punit̄ unus pro alio. xvij. quæſtio. iiij. miror. Quarta ordinis: & illa punitur vnus pro alio: nā maritus repellitur ab ordinibus propter delictum vxoris. xxxiii. diſt. ſi cuius. Item ſi pater emit eccleſiam pro filio, ipſo ignorante, licet non repellatur ab ordinibus, eccleſiam tamen ammittere debet: i. quæſtio. v cap. i. ſupra. de elect. ſi cuius. ſ̃. de ſimon. de regularibus. & duobus cap. ſequen. Breuius expedias te, ꝙ unus non punitur pro alio, ſed pœna ſuos teneat authores, regulare eſt: fallit tamen in caſibus ſ̃. notatis: & in multis aliis non notatis, quæ diligens lector poteſt colligere per ſeipſum. Eſt igitur regula ꝙ nemo priuatur iure ſuo ſine culpa ſua: ſ̃. de conſti. cognoſcentes. lvi. diſtin. ſatis peruerſum. xvi. quæſt. vlt. inuentum: ſubaudi, uel ſine cauſa. & hoc eſt quod exponit decret. ſ̃. vt lit.

non

ADDITIONES.

a Delicta. ¶ Adde quæ dicantur delicta nominata, & quæ innominata. vide per Bar. in l. nunquam plura. in iij. col. ff. de pub. iud. Bart. in l. ſi famil. ff. de iuriſ. om. iudic. Bar. in l. j. in ij. colum. ff. ad Turpil. Bart. in §. vnde quære. ff. de public. iudic. Bart. in l. ſenatus. ff. de actio.

b Nec enim debet facies maculari. ¶ Adde & an valet ſtatutum ꝙ pro certo delicto aliquis bulletur in fronte. vide per Ang. in d. l. ſi quis in metallum & per Marianum de Senis in repe. c. qualiter. el ij. in xj. arti. de accu. & per eundem Maria in c. fin. de foro compe. & an percutiens in capite dicitur percutere in facie, vide per Domi. in c. vnico. de ſacra vnctio.

c Nec filius pro patre. ¶ Adde gl. in c. in quibuſdam de pœn. gl. Cy. & Sal. in l. j. C. de lib. & eo. lib. Bar. in l. eum qui. ff. de interd. & rele. Bald. in l. fi. C. de lib. cau. Spe. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. verſ. cxliij.

d Alius pro alio. ¶ Adde gl. ſummæ. xxiiij. q. iij. gl. & Dy. in regula, non debet quis. de reg. iuris. lib. vj. Domi. in c. Imperatores, in ij. col. x. diſtin. j. Bal. & Sal. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. mai. Old. cōſ. xcvj. inci. An ex delicto.

non conteſt.quoniam frequenter.§.ſi verò aliter abſens.uerſic.ſi autem & de carnali coniugio.in fin. Cauſa uerò conſueuit his uerſibus denotari:

Paupertas, odium, vitium, fauor, & ſcelus ordo,
Perſonas ſpoliant & loco iure ſuo.

Paupertas, propter quã uniuntur duæ eccleſiæ, & altera amittit dignitatẽ ſuam: xvj.q.1.& temporis qualitas. Odiũ, ſcilicet ciuiũ interficientiũ ſuum epiſcopũ: xxv.q.2. ita nos. j̃.eod.ad aures.& c.in quibuſdam. Vitium ſcilicet lepræ. s̃.de cleri.debili. tua nos. Fauor, ſcilicet Cõſtantinopolitanæ ciuitatis: xxii.q.renouantes. Et ſcelus.xxvii.q.fin.multorum.& not.s̃. eod.uerſi. corporalis. & ſeq.& uer.ſecunda.& ſeq. Ordo propter cuius fauorẽ dominus ſeruũ ſuum amittit. liiii.diſt. frequens generalis. & accedit ff.de oper.lib. interdum. ubi ratione dignitatis ſuperuenientis amittit quis operas, quas habebat in liberta.quia indignum eſt, ꝙ liberta ſeruiat, ex quo tantam adepta eſt dignitatem.

Interfectoribus præterea clericorum à iure certa pęna infligitur: nam ſi quis interfecerit presbyterum, ſexcentorum ſolidorum: ſi diaconum, quadringentorum: ſi ſubdiaconum, trecentorum: & fortè hodie æſtimabitur ſicut diaconus. argu. ſuprà, de ſeruis non ordi. miramur. & de æta. & quali. à multis. ſi epiſcopum. nonagentorum: ſi monachum, quadringentorum ſolidorum pęna eſt puniendus: ut xvii.quæſt.iiij.qui ſubdiaconum. & c ſeq. præter pęnitentiam, quæ eſt xii.annorum ſi presbyter interficiatur: j̃.tit. 1.cap.2. Sed cui applicabitur hæc pęna? Dicunt quidam, quòd confiſcanda eſt, C.de mo.mulcta l.mulctarum. ſed contrà, quia ubi de uiuorum correctione agitur, fiſci ratio non habetur: C. de ſecun.nupt.l.1.§ 1. Dicas quòd pęna exacta per iudices eccleſiaſticos ratione delicti, damnum vel iniuriam eccleſiæ contingentis, eccleſiæ quam ſic contingit eroganda eſt, vnde compoſitio presbyteri, de quã s̃.not. eccleſię, quam tenebat, reddi debet. infrà eod.capit. 2 ad idem, ſuprà, de ſimo. audiuimus. 27. q.j.ſi quis rapuerit. 18.diſtin.quoniam quidem. ſuprà, de cenſi. procurationes.in fin. in auth de ſanc. epiſc. §.ſi quis rapuerit. 17. q.4. ſi quis deinceps. C.de raptu. vir.l.vnica. ſecundum Goffre. ideo iniuria facta clerico, videtur & eccleſiæ, cuius eſt irrogata. vnde & ipſa agere poteſt, etiam ſi clerico, quo ad perſonam ſuã, fuerit ſatisfactum: infrà, de ſent.excom. cùm deſideres.§.fi. ad idem. s̃ de fo.compe.c.2. s̃.de Iudæ poſtulaſti.& 2. q.7. accuſatio. in fi.& de hoc no. j̃.de ſent.excom.§.& qualiter hæc abſolutio. ſub §.ſecũdum.ver.ſed cui applicabitur.& ſeq. Si verò dãnum vel iniuria aliquem priuatum reſpiciet, applicabitur ei pœna ſiue ſit conuentionalis: s̃.de arbit.dilecti.& arg. j̃.eod.conſtitutus. ſiue ſit à iure inducta, s̃.tit.j.c.2 & 3.& fin. ſiue à iudice infligatur, vt no. s̃.tit.j. ſub rub.de iniu.§.cui detur.& §.& inquantum ſecundum Goff. tu dic vt no. s̃.de offi.ord §. quid pertinet. verſ.debet etiam punire delinquentes. Poteſt enim iudex eccleſiaſticus in expenſis punire, ſiue tempore diffinitiuæ ſententiæ: j̃. eod.calum. ſiue antea, s̃.de appel.reprehenſibilis. s̃.de ſeq.poſſ. ad hoc. s̃.de do.& contu.cùm dilecti.in fi s̃.de procu.auditis. ſecundum Goffre. de hoc dic vt plenè not. s̃.de dolo. ſub Rubr.de contumacia §.qua pœna. ſub §.punitur etiam contumax vel doloſus.& ſeq. Item imponere põt mulctam pecuniariam, j̃.eo.dilectus. nam omnibus magiſtratibus permiſſum eſt iuriſdictionẽ ſuam defendere pęnali.iudicio.exceptis duũuiris. ff.ſi quis ius dicenti non obtẽpe.l.vnica.ff.ſi quis in ius vo.non ierit.l.2.vnde & pœnas pecuniarias imponere põt ordinarius ff.de iud.l.2.§.fin. Itẽ delegatus: C.de ſportu.l.2.item arbiter, ff.de arb.non ex omnibus. ſm Goff. De mulcta imponenda dic vt plene no. s̃.de ſententia & re iud ſub rub.de ſentẽtia.§.quo remedio. ſub §. ſed & caſus ſunt.de arbitro, dic vt not. s̃.de arbitris.§. qualiter ad effectum. ſub §.ſunt aũt diſſimilia. ver. ſed nunquid põt punire ꝯtumacem.& ſeq. Sed nũquid poſſunt perſonæ eccleſiaſticæ pęnas exigere? Dic ꝙ poſſunt, ſi a iure inductæ ſunt: ſicut ſunt illæ, de quibus no. ſuprà eod. ſub §.reſponſ. 1.& habes 12. quæſt. 2. epiſcopus qui mancipium. 23.diſtinc.quanquam.in fin. 12.q.2.cum deuotiſſimam. 17.quæſtio. 4. ſi quis contumax.quiſquis. ſi quis domum. qui ſubdiaconum. Idem eſt & in conuentionali: ſuprà, de arb.dilecti.ad fin. infrà eo.conſtitutus. Sed contra: abſit enim vt eccleſia cum augmento recipiat, quòd de terrenis rebus videtur amittere: & lucra pretijs quærere, 12.quæſtio.2.fraternitas. ſolutio.loquitur in pœnitentiali foro. nec obſt. ſuprà, de cẽſib. ex parte. quia loquitur in voto, cuius menſura incerta erat: & ibi redditur ratio illius reſponſionis in litera. nec ob. s̃. de dolo.& contuma.capitu.1. quia intelligitur, quando intra annum reus offert cautionem de ſtando iuri. nec obſt. infrà, eodem. ſententia. quia ibi pro maiori parte ſatisfactum erat in ſortem, & nihilominus pœna inſolidum petebatur, quod erat iniquum: ſed non denegatur quin pro rata peti poſſit. In quo tamen ſic diſting. vtrum ſub pœna promittatur id quod conſiſtit in dando vel faciendo. Si in dando conſiſtit, inſolidum committitur: ſed obſt. doli excep. ſi ſolida pœna petatur, ff.de ver obl.l.2. §.fi.ff.ſi quis cauti. ſi ſeruum.§.ſi plurĩũ.& ſic intellige j̃.eo. ſententia. Si in faciendo. & factum eſt indiuiduum, tunc ſimiliter committitur inſolidum, ff.fami.erciſ.hæredes §.an ea. ff.de ver. obli.ſtipulationũ.§ fi. Si verò diuiduum, tunc pro parte tantum committitur pęna. ff.rem rat.ha.ſi procurator. & hoc diſt. ff.de verb.obli.l.3.§.Cato. Sed quidam dicunt indiſt. ꝙ qñ promiſſio in facto conſiſtit, ſemper inſolidum committitur pœna, ſed de æquitate non fit condemnatio niſi pro parte, ff.de uerb.obli. in executionibus. in prin. & §.pen. ff.de poſiti. ſi duo hæredes. ſecũdũ Goff. Tu dic de hac quæſtione, ut no. s̃.de arbi.§. qualiter cõſtituatur. ſub §.ſed mens. uerſi. ſed nunquid religioſi, & ſeq. Sed & ſi quis epiſcopum intefecerit, bona propria applicanda ſunt eccleſiæ ſponſæ ſuæ, 17.qõ.4.ſi quis deinceps. multo fortius debet priuari feudo, quod ab eadẽ eccleſia tenet, ita quòd ſibi uel ſucceſſoribus ſuis, ſubaudi uſq; ad quartum gradum, nec iſtud feudum reſtituatur, nec de nouo aliud conferatur. quia pęna mitior eſt, quã prima. ſic intellige j̃.eod.ad aures. nam & hodie quicunque clericum alicuius eccleſię, nedum canonicum, rectorem, uel prælatum occidere, uel mutilare præſumpſerit, omni iure, ꝙ in eadem eccleſia, uel ab eadem eccleſia habet uel tenet, priuari debet, ita ꝙ ſua poſteritas uſq; ad quartum gradum in clericorum collegiũ nullatenus admittatur, neque in domibus religioſis prælationem aliquam aſſequatur, j̃.eo.in quibuſdam. §.ſacri. & iunge quod no. s̃.de iniurijs. ſub rubr.de dãno dato §. quibus detur.uer.ſed & datur utilis.& ſeq.

Illud autem non eſt omittendum, ꝙ cogitationis pęnam nemo meretur, ff.de pęnis. cogitationis. de pęnis diſtinct.1. cogitationis, ſuper quo potes, ſi placeat, diſtinguere in hunc modum. 9 † Cum quæritur utrum cogitatio puniri debeat, uel locus ſit pœnitentiæ, refert utrum quæratur de delictis, uel contractibus, & utrum agatur in foro contentioſo, uel pęnitentiali. Si quæritur de delictis, & agatur in foro ꝯtentioſo, aut uoluntas ſtetit in ſuis finibus, & nõ eſt proceſſum ad actum: & ſic nullam pęnam meretur, ut in dictis legib. cogitationis. ff.de furtis. ſi qs.& l.j & l.inficiando. ff.de acq. poſ. poſſideri.§.ſi rem apud te. niſi in caſib. ſicut hæreſis, s̃.de hæreti. ad abolendã. & c. excõicamus. §.credentes. Itẽ in crimine læſæ. maie. C.ad leg.Iul.maie.quiſquis. & in eo qui cogitauit fugientẽ de eccleſia extrahere: C.de his, qui ad eccle.confu.l.fin. ſm Iob. ibi, tñ proceſſit ad actũ.& eodem modo poteſt intelligi præcedens l. quiſquis. Si uerò uolũtas ad actum progreditur: & actus perficitur, puniendus eſt, quantumcunque pęniteat. nemo enim inquit lex à tali peccato pęnitentia inductus nocens eſſe deſinit ff.de ædil.edi.quid ſit fugitiuus, poſt prin. ff.de furt.qui ea mente. ff.ui bono.rap.non prodeſt. ff. ꝙ quiſq; iur. l. 3 rñ.j. ff.de poſtu.l.j.§. beſtias. niſi in caſib. in quib. intra certa tpa pęnitentiæ locus eſt: ff. de ſer. fug.l.j.§.j. ff.de pu.& uecti.l.j §.qđ ſi fecerit. ff.qđ metus cauſa. Itẽ ſi cũ exceptione. §.ſatis clementer. C. de cri.ſtel.l.j. Quod ſi actus non perficiat, & is qui ꝓceſſit ad actũ ipſum perficere potuiſſet, ſed noluit, quia penituit, non incidit in pęnã: imo ei parcendũ eſt: ad legẽ Cor.de fal.qui falſam. ff.de iniu. itẽ apud Labeonẽ §.ſi curauerit. niſi mortẽ ſibi conſciuerit ubi punitur conſcientia criminis iam ꝯmiſſi: ff.de bonis eo.qui mor.ſibi conſci.l. 3. ſecundum Iob. & niſi in crimine læſæ maie. & in illũ qui molitus eſt de eccleſia extrahere fugientẽ [a] ut not. s̃.eo.uer.ſi quæritur de delictis. Sin aũt ideo nõ perfecit actum quia non potuit, licet bñ uoluiſſet perficere, puniendus eſt, ac ſi feciſſet: ff.ad legẽ Pompe.de parricidijs.l.j.in fi. ff.de re milit.l.3. §.is qui. C.ſi quacunq; præd.poteſta.l.j. C.de epiſc.& cle.ſi quis non dicam. C.de furtis.ſi quis alieno. C.ad leg.Iul.de adult.eum qui. C.de inceſt.nup.qui ꝯ.& l.ſi quis inceſti. C.de ſepul.uiola.l.j. ff.ad legem Corne.de fal.ſi quis legatum. ff. ad legem Cornel. de ſica. diuus. s̃.de biga.nuper.& c.à nobis.& ſm hoc intellige, ꝙ uoluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia: ff.de fur.qui iniuriæ. j̃.de ſen.excom.cum uoluntate. 11.q.3. ꝙ prædeceſſor. & ꝙ ſi quis gladium ſtrinxerit, uel cum telo cã occidendi hominem ambulauerit, ut homicida tenetur: ff.ad legem Corn.de ſica.l.j.& has leges pro magna parte canonizatas inuenies de pęn. diſt.j.ſi quis non dicam.& ſeq. quas omnes intellige ſm præmiſſam diſt. In ꝯctibus, quod nihil obeſt, uel prodeſt cogitatio, niſi contractus perficiatur. ff.de condi.& demonſt. hæc conditio. C. de fide inſtrum.contractus: nec prodeſt conatus ſine effectu: ſuprà, de ſponſa.c.fi. nec ſufficit gerere mẽte, niſi exprimatur ore: ad hoc C.de condi.ob cauſam.ſi repetendi. ff.de uerb.obl.quicquid adſtringendæ C.de nupt.Imperialis.§. ſed & ſi talis. C. de actio.& obli.ſi quidem donationis cauſa: C. quod met.ca.cum

te.ff.de

ADDITIO.

a Fugientem de eccleſia extrahere. ¶ Adde c.inter alia. de immu.eccle.

te ff.de auro & arg.leg.l.2.ff.de do.l.5.§.fi.& l.generaliter ff. de don.l.5.§.fi.& l.generaliter ff.de dote prælega. cum quis.§.1.ff. de duobus re deben, duos. Contractu autem inito & perfecto, locus eſt pœnitentiæ, ſi erat innominatus re integra, ſi non intereſt aduerſarij: ff.de cond.cau da.ſi pecuniam.& l.dedi.In nominato etiam gratia alterius tantum contractu locus eſt pœnitentię, reſpectu illius, cuius gratia eſt ꝯctum.ff.depoſi.l.j §. pen. niſi fortè aliquis decipiatur vt s.de procu.manda.& c.auditis. s. de reſcrip.ex parte decani.vbi etiam licet pœnitere, valet id qđ jam actũ eſt: vt ibidem.& arg.s.de reſt.ſpol audita.§ pe.ſed nec in præiudicium illius, cuius gratia habitus eſt ꝯctus, pœnitere licet, niſi ex cauſa.s.commodati.c.vnico.& de locato. propter ſterilitatem. C.de dona.quæ ſub mo.perfecta donatio. C.de reuoca.dona.in fin.ſuprà, de dona.c.fi.In contractu verò habito gratia vtriuſque, non eſt locus pęnitentiæ, niſi & ambo, vel omnes, ſi plures ſint, contrahentes pœniteant: C.de act.& obl.ſicut in initio.C.de contrahen.emp.non idcirco.& ſm hoc etiam poteſt intelligi ſuprà, de elec.in cauſis.§.fin.vbi perfici intelligitur poteſtas data: ex quo hi, qui receperunt, incęperũt ea vti.Ideoq; cũ res nõ eſſet integra & gratia vtriuſq; poteſtas ꝯceſſa, poſtea non potuit reuocari: vt ibi dicit.omnibus enim expediebat, vt citò prouideretur eccleſię, non quòd differretur.ſuprà, de elec.ne pro defectu.& c.cum inter vniuerſas.Hoc in foro contentioſo, nam in pœnitẽtia, ſiue in iudicio animæ ſola voluntas punitur: vt patet de pœn.diſt.j.homicidiorum.& 5.caſibus ibi ſeq.& c.ſuper tribus.6.diſt.teſtamentum.32.q.5.ſicut enim.& c.qui viderit.8.q.j.ſciendum.Deus enim non ex operibus iudicat, ſed ex corde: 22.q.5 qui peierare, & cor reſpicit, non manum.14.q.5. quod inueniſti.& ex corde [a] procedunt adulteria, homicidia, & cætera peccata: 15.q.6.c.j.ante medium.& ad fi.talia enim cum latentia ſint, ſoli Deo, & ſacerdoti eius vicario, ſi confitetur, relinquimus vindicanda vel remittenda, ſic intellige 32.diſt.erubeſcãt.6.q.j.ſi omnia.32.q.5. Chriſtiana.j.de pœ.omnis.quamuis & intrinſeca per extrinſeca [b] ſæpius præſumãtur.ad hoc 27.q.j.nec aliquam.31.q.2.ſi verum.de conſec.diſtinct.3.de pœnitentibus.32.q.5.nec ſolo.quòd intelligas de cogitatione deliberata, ſ.ex quo quis conſenſit peccato faciendo: multo fortius ſi delectabilis ſit: vt de pœn.diſtin.j.ſuper tribus.Quid ergo de tentante? & certè cogitatio tentans, dummodo reſiſtatur, in nullo punitur, ſed potius meretur: quia nec coronabitur, niſi qui legitimè certauerit: & primi motus nõ ſunt in poteſtate noſtra, & Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. ſic etiam poteſt intelligi, de pœ diſt.j.cogitationis, & ſecundum hoc cõuenit exponi moraliter quod legitur j.q.4.§.ꝯ.Sed & quãtumcunq; quis ad actũ proceſſerit, & ipſum perfecerit: ſemper eſt locus pęnitentiæ in hoc mũdo, quo ad Deũ & eccleſiã ſpõſam ſuam.de pœ.diſt.j.ſi agimus pœnitentiã & c.ſeq. pęnitentes.n. & reuertentes ad cor ſuſcipit Deus: vt in auth.ut non luxu.ꝯ naturam.circa prin.coll.6 nec eccleſia alicui claudit gremium ſuũ: C.de ſumma trini.l.fi §.pe.j.q.4.ſi quis omnem. [c]

[10] **Quando† ſunt inferendæ.** Cauſa diligenter examinata, lite conte.in confeſſum vel conuictũ ferenda eſt ſnĩa, nõ aliter: s.de conſtit.eccleſia.in fi.2.q.j.nos in quenquam. lite verò non cõteſt.punitur ſm leges pecuniariter, vel pęna imponitur, quę æſtimationem contingit, & poteſt procedi vſque ad relegationem: in accuſatorem autẽ nunquam grauius procedunt quam pœna Turpiliani contineat: ſed nec debet aliquis ſpſpicionibus condemnari: quia tutius eſt delinquentẽ abſoluere, quã innocẽtẽ condemnare: ff.eo.abſentem.& in criminalib.probationes luce clariores exiguntur: C.de proba.ſciant.C de falſis.vbi.& 5.q.6.c.Epiphanium.ſed & qñq; præſumptiones ſufficiunt, vt nota. s de adul.§ qualiter in accuſatione.ante.fi.verſ.plurimumq; tñ & ſeq.& iunge quod no.s.de accuſa.§.qualiter procedatur.ſub §.oblato libello.ver.ſin autem negauerit.

[11] **A quibus† & ex quibus cauſis extenuent.** Et quidẽ a maioribus iudicibus de cauſa cognoſcentib. extenuantur ex cauſis.Primo, propter ætatem: s.de delic.pue.c.j.in prin.Secundò, propter violentiam abſolutam ſuprà, quod met.cauſa.ſacris.50.diſt.ponderet, 32.q.5.propoſito virginali. Tertiò, propter ignorãtiam 34.q.1.cùm per bellicam.& quæſt.2.in lectum.s.de cler.excommu.Apoſtolicæ.Quarto, propter extremam neceſſitatem.s.de fur.ſi quis propter neceſſitatem. s.de homi.interfeciſti.Quinto, pp diuinam reuelationem: s. de diuor.gaudemus.Sextò, generaliter propter quamlibet iuſtam cauſam: ff.qui ſatiſda.cog.l.fi.s.de pig.ſignificante.s.de iureiur.breui.15.q.j.§ Vt itaque ebrietas 15.q.2.ſanè.& c.inebriauerũt. ff.de offi.præſi.diuus.& de hoc not.s.de accu.§.quis ſit effectus uerſi.verum.

In pœnis etiam infligendis conſideratur nobilitas. 24.q.j.qui contra pacem.j.eo.c.fi.Dignitas.s.de offi.dele.ſine.& c.paſtoralis.2.q.7.quiſquis.45.diſtin. cum beatus Diuerſa qualitas: ff.eo.in ſeruorum.Ordo, 50.diſtin.contumaces.Aetas: ſuprà, de delic.pue.c.primo in fin.& cap.2.Metus: ſuprà quod met.cauſa.ſacris.50.diſt.presbyteros Inſania: 15.q.j. ſi quis inſaniens.Qualitas delicti: aliter enim punitur vis publica.quam priuata: furtum manifeſtum, quàm non manifeſtum, ff.de vi pub.vel priua.per totum.& not.s.de fur.§.& in quantũ. ver.j.& 2.& ſeq.Qualitas, tempus, locus, & euentus, ff.eo.aut facta.Multitudo delinquentiũ, 50.diſt.vt conſtitueretur.s.de cle. excom.mini.latores.& iunge quod no.s.de accu.§.quis ſit effectus.& dic vt ibi not.

ADDITIONES.

a Ex corde. ¶ Adde originaliter Matth.15.

b Per extrinſeca.¶ Adde gl.in §.ceruos.Inſt.de re.di.gl.in c.& ſi q. de ſimo. Doc.in c.j.de cle.non reſi.l.is qui.in §.diuus.ff.de acq.rer.do.l.naturalem. §.in his.ff.de ædil.edicto.

c Si quis omnem. ¶ Nemini abſurdũ (vt puto) videbitur, ſi huc ex Marti. Rubricellam: quando in totum, vel in parte cõmittatur pęna, referamus: Pœna (inquit) in totum committitur, licet in parte ſit ſatisfactum illud, quod eſt ſub pœna promiſſum: quando huiuſmodi promiſſum ſtetit in dãdo, vel etiam in faciendo, ſi eſt indiuiduum: quia in his duobus pœna committitur in totum ff.famil.erciſcun.l.hæredes.§.in illa. Sed quando promiſſum conſiſtit in dando, dicunt, ꝙ oppoſita exceptione repellitur à pœna pro rata ſolutæ partis: alias vero pęnam remiſiſſe videtur creditor eo, ꝙ ſortem accepit: ff.de eo, quod cer.loco.l.fi.extrà, de pœnis.ſuam.Item pœna recepta, quæ fuit appoſita in contractu non poteſt peti poſtea: niſi adponatur in compromiſſo, ꝙ pœna ſoluta arbitrio ſtetur: extrà, de arbi. dilecti.ff.eod.l.2.Tametſi vero Hoſtienſis, per quem irroganda ſit pœna, differat, multos tamen caſus ab eodem prætermiſſos ſupplere ex Martino non verebimur.Pœna (inquit) non eſt inferenda, niſi per iudicem uel eius authoritate: 23.q.2.§.in hoc.In ſponſalibus pœna apponi non debet: & ſi adponatur, peti non põt.C.de ſponſa.l.fi.& de ſponſa.Gẽma, mulier.Itẽ pœnã pecuniariam à iure ꝯſtitutam pro aliquo crimine infligere põt quilibet iudex, qui cognoſcit de crimine illo: ff.de iudi.l.2.§.vlt. Pœnam vero corporalem, vel ſpiritualem cõſtitutam à iure in aliquo crimine iudex in aliam pęnam commutare non poteſt: ſed cum de pœna criminis agitur an ſit pecuniaria, an non, & nihil in iure cauetur.tunc ſecundum arbitriũ iudicis, debet illa infligi, quæ magis conueniens videtur: extra, de pœnis. licet.& de officio, dele.in cauſis.Pœnæ autem non ſunt ampliandæ, ſed potius minuendæ: extrà, de verb.ſig.c.cum in partibus.Qui calumniatur in pecuniarijs cauſis, victori victus in expenſis condemnatur, poſtquam apparet de calumnia: extra, de pœnis, calumniam. Corporales autem pœnas imponere poſſunt ordinarij inferiores ab epiſcopo: vt extrà, de appel.dilectus.Pecuniarias autem imponere poteſt ordinarius: ff.de iud.l.2. ff.de receptis arb.l.non ex omnibus. Pœna autem & mulcta differunt: pęna eſt certa, & à iure inducta, mulcta quæ à iudice per ſententiam irrogatur.& à pœna non appellatur, à mulcta uero ſic.ff.de verbo.ſignifi.l.ſi qua pœna.Martinus.

De Pœnitentijs & remiſſionibus. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Pœnitentia quid ſit. Et quibus, & quot dietis ſit ad eam properãdum.3.*
2 *Actiones pęnitentiæ quot ſint.*
4 *Contritio qualis eſſe debeat. Et an ſola confeſſio deleat peccatum.6.*
5 *Effectus contritionis quid ſit.*
7 *Confiteri quis debeat.Et cui ſit confitendũ.14.Et quando.45.Et qualiter.46.*
8 *Confeſſio de quibus peccatis ſit facienda.Et qualis eſſe debeat.12.*
9 *Peccatum actuale mortale quod dicatur.*
10 *Peccata mortalia quæ ſint.*
11 *Differentia quæ ſit inter mortalia & criminalia.*
13 *Circunſtantiæ quæ ſint, quæ adhærent peccato.*
15 *Papa cui teneatur confiteri. Cui Cardinales.16.Cui Curiales.17.Cui Patriarcha.18.*
19 *Archiepiſcopus cui teneatur confiteri.*
20 *Epiſcopus cui teneatur confiteri.& de quibus confiteri oporteat.*
21 *Abbas cui teneatur confiteri.& quæ ſint vitia, in quibus Abbates pro magna parte ſunt irretiti.*
22 *Monachi cui confiteri teneantur, & quæ ſint cõmunia vitia monachorũ.*
23 *Decanus cui.Et in quibus communiter peccent decani.*
24 *Archidiaconus cui & in quibus communiter delinquat. Et cui archypresbyter.*
26 *Præpoſitus cui confiteri teneatur.*
27 *Sacriſta ſiue theſaurius cui.*
28 *Magiſter ſcholarium cui.*
29 *Cantor cui teneatur confiteri.*
30 *Canonicus cui & in quibus communiter delinquunt.*
31 *Doctor ſiue magiſter cui, & in quibus peccant communiter doctores.*
32 *Aduocati cui, & in quibus peccent.*
33 *Iuriſconſultus cui.*
34 *Presbyter parochialis cui, & in quibus communiter delinquunt presbyteri.*

35 *Imperator*

35 *Imperator cui teneatur confiteri, & in quibus peccent Imperatores.*
36 *Reges cui, & in quibus communiter peccent.*
37 *Dux cui, & in quibus delinquant Duces.*
38 *Marchio cui, & in quibus delinquant Marchiones.*
39 *Baro cui teneatur confiteri.*
40 *Miles ſimplex cui, & in quibus peccent milites.*
41 *Mercator cui, & in quibus peccent mercatores.*
42 *Ruſticus cui, & in quibus peccent ruſtici.*
43 *Pueri cui teneantur confiteri, & in quibus communiter peccent.*
44 *Ruſtici in alienis parochiis hyemãtes vel æſtiuãtes, cui teneant̃ cõfiteri.*
47 *Pœnitentiam quæ impediant.*
48 *Hominem quæ inducant ad ueram pœnitentiam faciendam.*
49 *Interrogationes quæ debent fieri in confeſsione.*
50 *Circunſtantiæ in confeſsione inquirendæ.*
51 *Effectus ueræ pœnitentiæ quis ſit.*
52 *Recidiuum ne quis patiatur poſt ueram pœnitentiã, & ſalutem ſpiritualem conſecutam, quæ ualeant.*
53 *Sacerdos in quo teneatur illi, cuius confeſsionem audiuit.*
54 *Confeſſus ad quid teneatur confeſſori.*
55 *Pœnitentia an debeat iterari.*
56 *Peccata ſemel confeſſa an oporteat iterum confiteri. Et an ſemel remiſſa redeant iterum.* 57.
58 *Opera de genere bonorum an proſsint ficte confitenti, uel in peccato mortali exiſtenti.*
59 *Suffragia eccleſiæ quibus mortuis proſint.*
60 *Quæ pœna ſit pro ſingulis peccatis iniungenda.*
61 *Reſtitutio malè acquiſitorũ quibus, & qualiter, & inquantũ ſit faciẽda.*
62 *Forma quæ ſeruanda ſit in reſtitutione male acquiſitorum.*

Miſericors & miſerator Dominus, cuius miſericordiæ nõ eſt numerus, miſericorditer ſemper agens, ac ſalutem peccatorum ſitiens, per huius mundi pelagus periculosè nauigãtibus, & quandoque fluctuantibus, remedia multa obtulit: inter quæ ſpecialiter parauit duas naues, ſiue tabulas. ad hoc de pœn. diſtinctio. prima. multiplex miſericordia Dei. Prima tabula eſt baptiſmus: in quo vetus homo exuitur: & nouus induitur: de quo ſatis dictum eſt s̃. de baptiſmo, & eius effectu, per totũ. Secunda tabula eſt pœnitentia, quæ per peccatum mortale naufragium paſſis neceſſaria eſt, ſecundum Ioan. de pœni. diſt. 1. ſecũda tabula. poſt c. ſuper tribus. & hæc per quàm neceſſaria eſt, ẽt vna cõſideratione habita pluſquam baptiſmus: quia per ipſum non ſubuenitur, niſi ſemel, & proficit ad ſalutem, ſed per veram pœnitentiam ſæpius. nam quiſquis prolapſus fuerit in peccatũ, per hanc ſemper poterit reparari: ſecundum Cõcil. generale: ſuprà de ſumm. trini. ca. 1. §. pen. tamen ſecundum Ambroſ. pauci ſunt hanc agentes. vnde ipſe ait: Plures inueni innocentiam baptiſmalem ſeruaſſe, quam veram pœnitentiã egiſſe: de pẽn. diſt. 3. reperiuntur. & diſt. 1. ſunt qui arbitrantur. ideo ne imperitia ſacerdotum ſimplicium eis potiſſimè ſit nociua. dicto & expedito tractatu, s̃. tit. proxi. de pœnis, quæ in tribunali corpori infliguntur: dicamus nunc de his, quæ imponuntur in iudicio animarũ: & ſic apponamus rubricam de pœn. & remiſſio. plenariè tractãtes, Quid ſit pœnitentia, Quot & quæ ſunt actiones pœnitẽtiæ, Quibus & quot dietis ſit ad pœnitentiam properandũ, Quis debet confiteri, De quibus peccatis facienda eſt confeſſio, Qualis debeat eſſe confeſſio, Cui confitendũ ſit, Qñ cõfitendũ eſt, Qualiter ſacerdos debet ſe habere erga confitentẽ, Quæ impediant pœnitentiam, Quæ inducunt hominem ad verã pœnitentiam faciendã, Quæ interrogationes fieri debent, vel poſſunt ab audiente confeſſionem: Quis ſit effectus veræ pœnitentiæ, Quæ valent ad hoc, ne quis poſt veram pœnitentiam & ſalutem ſpiritualẽ conſecutã patiatur recidiuũ, In quo tenetur ſacerdos illi, cuius confeſſionem audiuit, Et ad quid tenetur is, qui confeſſus eſt cõfeſſori, Vtrum pœnitentia debet iterari, An peccata ſemel confeſſa iterum neceſſe ſit confiteri, Et vtrum peccata ſemel dimiſſa iterum redeant, Et an fictè pœnitenti, vel in mortali peccato exiſtenti proſint opera de genere bonorum, Quibus mortuis ſuffragia eccleſiæ proſunt, Quæ pœna ſit pro peccatis ſingulis iniungẽda, Quibus & qualiter, à quibus, & in quantum facienda eſt reſtitutio malè acquiſitorum.

1 a **Quid † ſit pẽnitentia.** Secundum Aug. pẽnitentia eſt, quædã dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe, de pœn. diſt. 3. pœnitentia eſt. Sed ſ̃m Amb. & Greg. pẽnitentia eſt, mala præterita plangere, & plangenda iterũ non committere: de pœ. diſt. 3. c. 1 & 6. vnde & pẽnitentia dr̃, quaſi pẽnam tenens: vel pẽnæ tentio, à puniẽdo: quia requirit ꝙ peccator ſemper in ſe pẽniteat, vlciſcendo quod commiſit peccando: alioquin ſi paucis diebus quis pẽnitentiam agat, demum ad peccata redeat, merito percutitur primi paſtoris ſententia, qui ſic ait: Canis reuerſus ad vomitum. & ſus lota in volutabro luti. de pẽ. diſt. 3. c. 3. & ca. ſunt quidam. & c. irriſor. & breuiter ad hoc faciũt multæ authoritates ſanctorum poſitæ de pẽn. diſt. 3. à prin. vſque ad. §. ſed verba. circa prin. tertiæ columnæ. Occaſione quorum uerborum dixerunt aliqui, ꝙ ſi quis veram pẽnitentiam egerit, nunq̃ poſtea mortaliter peccabit. quod falſum eſt: vt probatur in his quæ no. s̃. eo. in continuatione rubricæ. verſi. ſecunda tabula. Sed hæ authoritates non ſunt ad diuerſa tempora, ſed ad illud tm̃, in quo quis agit pẽnitentiam referendæ: vt illo ſcilicet tẽpore, quo quis commiſſa plangit, alia non committat, nec etiam committere proponat: ut dicit. Gra. in d. §. ſed verba. Vnde ibi dicit Iſidorus: Irriſor eſt non pẽnitens qui adhuc agit ꝙ pẽnitet: nec vr̃ Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus. Augu. Inanis eſt pẽnitentia, q̃ inſequens culpa coinquinat. Idem: Non proſunt lamenta: ſi replicentur peccata. Greg. Quid prodeſt, ſi peccata luxuriæ quis defleat, adhuc tñ auaritiæ æſtibus anhelat, & præcedit? qui ſic alia deplorat: vt iterũ alia committat: adhuc pẽnitẽtiam agere aut ignorat, aut diſſimulat. Iſidorus: Multi lachrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinũt. quoſdã accipere lachrymas ad pẽnitentiã cerno, & affectũ pẽnitẽtiæ non habere. Aug. Pœnitentes, ſi tñ eſtis pœnitentes, & non irridentes, mutate vitã, mutate mores, reconciliemini Deo Sufficit ergo ad ueritate pœnitentiæ, commiſſa plangere, & firmiter in animo proponere, alia non ꝯmittere: quæ ſi ꝯmittantur, apparet nũc, ꝙ prima pẽnitentia nõ fuit perfecta, nec prodeſt ad ſalutẽ: niſi homo per aliã pẽnitẽtiã iterũ reparet̃: & hoc ꝓbat Gra. per multa dicta ſanctorũ, de pœ. diſt. 3. ab illo. §. ſed verba ſuperius inducta, vſque ad §. ꝙ frequenter pœnitenti. & c. adhuc inſtant. ibi ſeq. & alijs ſeq.

2 **Quot † & quę ſint actiones pẽnitentiæ.** Tres, ſecundum Aug. Prima eſt, quæ nouum hominem parturit, & fit ante baptiſmum: niſi enim baptizatum, ſubaudi, adultum & diſcretum pẽniteat uitæ veteris, nouam vitã inchoare non poteſt: recipit tñ talis characterem, licet non gratiã, quouſque fictio recedit. ab hac verò paruuli ſoli, ſubaudi, & furioſi continui: quia non poſſunt uti libero arbitrio, excuſant̃, vt no. s̃. de baptiſ. §. quis ſit effectus. Secunda verò actio pẽnitẽtiæ eſt, q̃ quis facit poſt baptiſmũ de peccatis mortalibus. de qua no. s̃. eo. §. quid ſit pœnitentia. quæ ſcilicet agitur de his, quæ legis Decalogus ꝑtinet. & de quibus Apoſtolus ait: Si noſipſos iudicaremus, nõ vtique à Dño iudicaremur. & ſ̃m Grego. aut homo ipſe in ſe penitus punit: aut Deo vindicãs cũ hominẽ percutit. Tertia eſt agenda de peccatis venialibus, quæ humanæ fragilitati, q̃uis parua, tñ crebra ſurrepũt: & quæ ſi collecta ꝯ nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimert, ſicut vnum grande peccatũ. Quid enim intereſt ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur, an paulatim ſurrepens aqua in ſentinam, & per negligentiũ culpam derelicta atque contempta impleat nauem, atque ſubmergat: ꝓpter hoc neceſſe eſt, vt ieiunia, & orationes & eleemoſynæ inuigilẽt: in quibus cum dicimus, Dimitte nobis debita noſtra: manifeſtamus habere nos quod nobis dimittatur: atque in his verbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodò agere pœnitentiam non ceſſamus. probantur hæc de pẽ. diſt. 1. tres actiones. & c. ſeq. de conſec. diſtin. 4. tunc valere. & c. b agant. & c. ne quod abſit. & c. ſine pœnitentia.[b]

5 **Quibus † & quot dietis ſit ad pœnitentiam properandũ.** Et quidẽ tribus. nam tres ſunt dietæ: uidelicet, Cordis contritio, Oris cõfeſſio, Operis ſatisfactio. Chryſoſto. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre. in corde enim eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas. hæc eſt pœnitẽtia fructuoſa, de pœnit. diſt. 4. perfecta. qa enim tribus modis Deũ offendimus, ſcilicet delectatione cogitationis, impudentia locutionis, & ſuperbia operis: vt ꝯ ria contrarijs curentur: delectationi cogitationis opponitur contritio: impudentiæ locutionis confeſſio: ſuperbiæ operis ſatisfactio: argu. ĩ. de regu. iur. omnis res. ſuprà, de bapt. maiores. §. hic verò dicimus, de his Hier. exponens verba Amos prophetæ commi-

ADDITIONES.

a Quid ſit pẽnitentia. ¶ Eaſdẽ pœnitentiæ definitiones ante tradidit Mar. eo. tit. in Sum. Addit & alia ex Hieronymo. Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragiũ. Adde gl. ſũmæ. de pẽ. di. 1. & in c. nouimus. ĩ fi. de ver. ſig.

b Verior iuriſperitiſsimis uiſa fuit diuiſio pẽnitẽtię à Mar. ubi s̃. tradita. Pẽnitentiæ, inquit tria ſunt genera, nempe ſolennis, publica & priuata. Solennis pẽnitentia impropriè dr̃, qñ aliquis inuitus ad pẽnitentiam agendã, ad monaſteriũ mittit̃. l. diſt. ſi ille. Publica aũt, quæ fit in facie eccleſiæ. Priuata, quæ ſingulariter fit, cũ quis peccata ſua confitetur: ut extra de pœnitentijs & remiſ. omnis vtriuſque ſexus. & de pœ. diſt. 1. per totum. Martinus.

tæ comminantis Azahel regi Damasci, & dicentis, super tribus modis sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eũ. verba Hieron iuxta tropologiam possumus dicere. primum peccatum est, cogitasse quæ mala sunt. secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis. tertium, quod mente decreuimus, opere cõpleuisse. quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & suo sibi complacere delicto: de pœ. dist. in. I. super tribus. Hi sunt tres mortui, [a] quos Dominus legitur suscitasse, scilicet, filia Archisynagogi, quam suscitauit intra domũ. quia ipsam intus inuenit: ecce peccatum cogitationis. de hac de pœn. dist. j. §. nõ sunt hæc, & c. quem pœnitet in fi. Item filius viduæ, quem suscitauit ad portam ciuitatis, ecce peccatum locutionis: de hoc de pœnit. di. I. fleat Lazarus quem suscitauit in sepulchro iam fœtentem: ecce peccatum operationis. de hoc de pœn. dist. I. quamtumlibet. vel dic, quòd per filium viduæ intelligere possumus peccatum operationis, in quo includitur peccatũ locutionis, quia vix perpetratur malum opus, quin & malum verbum præcedat: per Lazarum vero peccatum consuetudinis & notandum, quòd puellam verbo, puerum motu, Lazarum cum fremitu, clamore, & lachrymis resuscitauit. vnde versi.

Mors mala, mors intus malus actus mors foris vsus
Tumba, puella, puer, Lazarus ista notant.
Hanc verbo, hunc motu, lachrymando suscitat illum:

scilicet, Lazarum Christus: in suscitatione enim puellę non inuenimus aliquas lachrymas emanasse. Sed in suscitatiõe filij, flebat turba, quæ ipsum sequebatur. in suscitatione verò Lazari flebat Martha, flebat & Maria, pro fratre supplicantes. flebat & turba, quæ Mariam fuerat secuta lachrymis Mariæ incitata. in quo docemur, publicè peccantibus suffragia ecclesiæ & sanctorum necessaria fore, vt probatur de pœn. dist. I. quem pęnitet. circa fin. vnde Ambros. Fleat pro te mater ecclesia: & culpã tuam lachrymis lauet. de pœn. dist. I. fleat. De his tribus dietis videtur locutus fuisse Moyses, dicens: Deus Hæbræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudine: & sacrificemus Domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis, aut gladius, id est, culpa in præsenti, & pœna in futuro. In hoc triduo quæsiuit gloriosa virgo Maria filium suum, & inuenit. hæc est scala cum tribus gradibus, quam vidit Iacob erectam à terra vsque in cœlum, & Dominum innixum scalæ. est autem innixus propter tria. Primũ est, vt gigas geminæ substantiæ pœnitentem, & scalam, scilicet, pœnitentiam fortiter sustineat. Secundum est, vt ascendens cum fortè laborauerit; & fatigatus fuerit, in ipsum respiciat. iuxta Psal. Iacta cogitatũ tuum in Domino, & ipse te enutriet. & Mat. II. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. vnde Aug. Proijcete in Deum: non enim ita crudelis est, vt se eripiat, & te cadere permittat. Tertium est, vt vsque ad cacumen scalæ ascendenti manum porrigat, & ipsum suscipiat, & cum tripudio in suam gloriam introducat.

Prima igitur dieta est contritio, circa quam quatuor sunt notanda: quid sit contritio: quæ inducunt contritionem: qualis debet esse contritio: & quis sit effectus contritionis. Quid sit ꝯtritio, [b] dolor pro peccatis verus & anxius, cum proposito abstinendi & satisfaciendi confitenti assumptus. inde Iohel. 2. Scindite corda vestra, [c] & non vestimenta vestra. Iste dolor, vt ait Hieronym. debet esse triplex, scilicet, acer, acrior, acerrimus. acer debet esse, quòd Dñm Deum nostrum, & omnium Creatorẽ offendimus: acrior, quia patrem nostrum cœlestem, qui nos multipliciter pascit, impugnauimus: acerrimus verò, quia Redemptorem nostrũ, qui nos redemit proprio sanguine, & à peccatorum vinculis liberauit & à crudelitate dæmonum, & acerbitate gehennæ potenter eripuit, quantum in nos est iterum crucifiximus. Sed de tribus debemus dolere: scilicet, de cõmisso peccato, de amisso honore, de amisso tempore. vel dic, quòd cordis contritio est à malo ad bonum, à diabolo ad Deum conuersio. vnde Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Conuersio autẽ est cordis vndiq; versio: de pœn. dist. I. conuertimini. Quæ inducunt contritionẽ. Primò, commissorum cogitatio: vnde Ezech. Recogitabo oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ. Secundo, pudor de peccatis commissis. Iob. Res dignas confusione agunt. Naum 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Thre. 4. Denigrata est super carbones facies eorum. Tertiò, detestatio peccati, propter cuius vilitatem ipse peccator vilis factus est & abiectus. Hiere. 2. Quoniam vilis facta es nimis, Iterans vias tuas. Ioann. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Aug. Homo, ne tibi vilescas, appendente precio. Philosophus: Maior sum, & ad maiora natus quam vt fiam mancipium corporis mei. Seneca: Si scirem deos ignoscituros, & homines ignoraturos, dedignarer tamen peccare propter vilitatẽ ipsius peccati. Quartò, timor de die iudicij. Hiero. Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco. Idẽ: Siue comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper videt illa tuba terribilis insonare auribus meis, Surgite mortui, uenite ad iudicium. Greg. Quid faciet virga deserti: vbi concutietur cedrus Paradisi. j. Pet. 4. Si iustus vix saluabitur, impius ubi apparebit? Quinto, timor pœnæ gehennæ. Apoc. 19. Apprehensa est bestia. & cum illa pseudopropheta: & quia acceperunt characterem bestiæ: & qui adorant imaginẽ eius, missi sunt in stagnum ignis. Idem 21. Timidis, & incredulis, & extractis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficijs, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorũ in stagno ardẽti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Ad Roma. sexto: Stipendia peccati, mors. Sextò, dolor de amissione patriæ cœlestis. Apoca. 3. Tene ꝙ habes, vt nemo accipiat coronam tuam. eodem 16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Septimò, dolor de multiplici offensa creatoris: ut nota. supra eodem. sub §. quid sit contritio. versi. iste dolor. Octauò spes, scilicet triplex: veniæ, qua peccatum remittitur: gratiæ: qua bene operatur: gloriæ, qua remunerabitur. Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum: qui vicerit, dabo illi edere de ligno uitæ, & sedere mecũ in throno meo: huic hospiti panis parandus est: ut no. j. eo. ver. noli igit. cum Cain. Filius etiam Dei, & præcursor suus in principio suæ prędicationis clamat: Pœnitentiam agite, subaudi, securi de præmio, quod statim subiungitur: unde sequitur: appropinquabit enim regnũ cœlorum. Item Matth. 9. Non veni vocare iustos, [d] sed peccatores ad pœnitentiã. Et non solum Dñs, sed etiam tota cęlestis curia non minus dulciter, q̃ efficaciter hortatur miserã animã ad pœnitentiam faciendã. Canti. 6. reuertere reuertere, Sunamitis: reuertere reuertere ut intueamur te. quater dicit, reuertere: propter quatuor genera peccatorũ. quasi dicat, ò Sunamitis, id est, anima captiua: quã scilicet diabolus p p delicias huius mundi & peccata, quæ commisisti, trahit ad inferos captiuatam, attende tibi, & reuertere à peccato immunde cogitationis: reuertere à peccato turpis locutionis: reuertere à peccato prauę operationis: reuertere à peccato obstinatæ cõsuetudinis. de quibus no. s. eo. §. respon. j. ver. hi sunt tres mortui. & seq. Iterũ quatuor modis, reuertere, scilicet, per cordis contritionem, oris cõfessionem, operis satisfactionem, bonæ vitæ & honestæ conuersationis ꝯtinuationem: quia qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Hæc aũt debes facere, vt intueamur te, id est, ut sic possimus videre in te imaginẽ & similitudinẽ Dei. & sic est vox cęlestis curiæ: uel nostrã, & sic vox est trinitatis. uel intueamur te, s. per dilectionẽ & gratiam: ut secund. Ioã. 14. ad te ueniamus per gratiã, & apud te mansionẽ faciamus, per gratiæ efficaciã, ut sic à Patre recipias potẽtiam tuã, à Filio scientiã uel sapientiã, à Spiritu sancto voluntatẽ spontaneã benefaciendi & bene operãdi, ꝙ non potest esse dũ fueris in peccato. Esa. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deũ vestrũ. Salom. In maleuolã animã [e] nõ introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, sed pœnitẽtia reparata, reuertitũ ibi Deus. Oseæ. 2. Sponsabo te mihi in fide, & sponsabo te mihi in iudicio, & miserationibus, & sponsabo te mihi in sempiternũ. Sponsabo te mihi in fide, id est, baptismo fidei. & si hoc uinculũ per peccatũ ruperis, siue fregeris, iterũ sponsabo te in iudicio & miserationibus, id est, sacramẽto pœnitentiæ, per ꝙ miserationes multas, & sæpius ꝯsequeris: & si sic decesseris, sponsabo te mihi in sempiternũ mecũ, cũ vtraque stola in meũ cubiculũ in die iudicij introducẽs. Vel ter dicit, spõsabo te: ad notandũ triplex testimoniũ triplicis dilectionis: scilicet, cordis, oris, & operis. vnde & ter quæsiuit Christus à Petro, an diligeret eũ: s. de elect. significasti. Iterũ ter dixit, spõsabo, quater, siue tribus modis despõsatũ anima peccatrix in ꝯuersione, scilicet, per contritionẽ, confessionem, & satisfactionẽ: ut no. s. eo. §. respon. I. Hæc tñ uerba Hieron. sic exponit, sponsabo te, & c. no. misericordiã Dei: meretrix diu fornicata ad uirũ reuertitur, nec reconciliari viro, sed sponsari dr. & uide distãtiam inter Dei & hominum coniugia, homines de virginibus, non uirgines faciunt, sed Deus meretricib. iunctus, virgines reddit. Item cum secũdo dicit, sponsabo: duas apponit determinationes, scilicet, iudiciũ in singulari, & miserationes in plurali, ad priuilegium misericordiæ

ADDITIONES.

a Hi sunt tres mortui. ¶ Adde tex. in §. denique. versi. tres quoque. de pę. dist. I. & in c. huic etiam. de pœ. dist. 2.

b Quid sit contritio. ¶ Adde sanct. Tho. in 4. sen. dist. 17. q. 2. artic. j. & tanta pot esse contritio cordis, ꝙ absque satisfactione extrinseca in hoc seculo euitabit pœnam purgatorij. secundum Archi. in c. qui bona. 17. q. I.

c Scindite corda uestra. ¶ Adde tex. in c. porro. in §. facilius. & in cap. si quis aliquando. de pœn. dist. I.

d Non ueni uocare iustos. ¶ Adde text. in c. multi. 2. q. I. ca. hæc autem uita. 23. q. 4. originaliter Lucæ 5. & Marci. 2.

e In maleuolam animam. ¶ Adde Archi. in c. reuertimini ad me 16. q. I.

ricordiæ denotandū Si verò adhuc de miſericordia, & venia dubitas.curre ad exēpla Dauid, de pœ.diſt.3.c.Dauid. & c.ſeq. Mariæ Magdalenæ, Petri, Matthæi telonarij, Pauli pſecutoris, Latronis in cruce pendētis, & aliorū cōplurium, quos poſt peccata grauiſſima reſpexit miſericordia Saluatoris, in odorē horū vnguentorū currendū eſt. vnde Ber. ſuper Can. Omnino pp manſuetudinē, quæ in te predicatur, currimus poſt te Dñe Ieſu audientes, ꝙ non ſpernas pauperē peccatorē nō abhorreas, non horruiſti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non Cananæam ſupplicantem, non deprehenſam in adulterio, non ſedentem in telonio, non ſupplicantem, publicanum, non negantē diſcipulū, non perſecutorē diſcipulorū, non ipſos crucifixores tuos, in odore horū vnguentorū currimus. Idem: Peccaui peccatū grande, turbat conſcientia, ſed non perturbabit: vulnerū eīm Domini recordabor. Idē: Quid tam ad mortē, quod nō Chriſti morte ſoluatur. Aug. Loquens ad Deū patrē, meritò mihi ſpes valida in Chriſto eſt, ꝙ ſanabis omnes languores meos, per eū qui ſedet ad dexterā tuā, & te interpellat pro nobis, alioquin deſperarem. multi enim & magni ſunt lāguores mei, multi & magni ſunt: ſed amplior eſt medicina tua. Idē ille tuus vnicus redemit me ſanguine ſuo non calūnientur me ſuperbi, quoniā cogitabo precium meum. Noli igitur Cum Cain deſperare de venia, quia plus poteſt Deus dimittere, quam tu peccare: ſed nec cū Orig. nimis præſumas de Dei miſericordia: ſed ita granum, id eſt, animam vel cogitationem inter duas molas has, ſcilicet timoris & miſericordiæ, cōteras, vt ex farina ſic trita buratello diſcretionis mūdata, aqua lachrymarum cōmixta bonum panem & delectabilem in clibano cordis, igne charitatis decoctū, dares, & offeras hoſpiti te cū cœnare cupiēti, & ad oſtiū pulſanti, ut no.ſ. e. ſub §. uer. 8.

4 **Qualis**† **debet** eſſe contritio. Vniuerſalis continua habens propoſitum confitēdi & ſatisfaciendi. Vnde Ezech. Recogitabo, &c. vt not.ſ.eo. ſub § quæ inducunt. in princ. Pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectū meū, lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Idem, Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. nec eſt ſatis, ꝙ doleat, ſed ex fide doleat: & non ſemp doluiſſe doleat. ſecundū Aug. de pœn. diſt. 3 ſi Apoſtolus. in fi.

5 a **Et quis** ſit effectus † contritionis [a], patet ex vi nominis ſatis, ꝙ debet eſſe conſequens rebus. Inſti. de donat. § eſt & aliud 20. diſtinct. cleros.ſ. de præb. cùm ſecundum Apoſtolum. Dicitur enim contritio, quaſi ſimul, vel ex toto tritio. Quòd paſſiuè poteſt intelligi & actiuè. Paſſiuè, quia totū cor ad literā quaſi terit, & ſcindit præ nimia anguſtia, dolore, ira, & indignatione, quæ concipit conuerſus cōtra ipſa peccata Ioel. 2. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. de pœn. diſtin. 1. ſcindite. Pſal. Sacrificium Deo ſpiritus contritus, cor cōtritū & humiliatū Deus non deſpicies Punge igit & pcute cor tuū, ſi neceſſe fuerit: etiam ſpinis, clauis, & lanceis, & alijs, quibus ipſe Chriſtus prō te fuit punctus in cruce, ut probant authoritates poſitæ ſ. eod. ſub §. quæ inducunt. uer. primo peccaui grande peccatū, & ſeq. Ber. Viſa Chriſti paſſione quis tam delicioſus, ut non abſtineat: quis tam malicioſus, ut non pœniteat: quis tam durus, ut non cōdoleat Greg. Si paſſio Domini ad memoriā reuocetur, nihil adeò durū, quin æquo animo toleraretur. Actiuè poteſt etiam intelligi, quia contritio tanquā fortiſſima machina conterit totam congeriē peccatorū, quæ quaſi quidā murus ſeparat Deū à peccatore, ut patet in his quæ not.ſ. eod. ſub §. quæ inducunt. verſic. hoc autē debes facere. Itē dirūpit laqueos & catenas Diaboli. Pſal. laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Itē quia deſtruit carcerem infernalem, quē dæmones in inferno parauerant peccatori, & eneruat vires dæmonum: quod ſignificatū eſt in Samſone, qui poſtquàm creuerant capilli eius. viribus reſumptis concuſſit duas colūnas, & domus corruit, ita ꝙ ipſe cū Philiſthæis mortuus eſt. per Samſonē intellige peccatorē pœnitentē: per capillos dona Spiritus ſancti: per contritionē vires reſumi ſiue reſtitui: per duas colūnas, duas concupiſcentias, ſcilicet, concupiſcentiā carnis, & ſuperbiā vitæ: uel concupiſcentiā malū perpetrandi, & pigritiā ſeu negligentiā bonū operandi: talis pœnitens interficit ſe, id eſt, ueterē hominē, quē exuit, domū infernalē ſibi paratā ſubuertit, Philiſthæos, id eſt, dæmones occidit quia poteſtas eorū in tali pœnitēte extinguitur, & uires ad nocendū ei decætero eneruant. Hæc enim contritio, iuxta Pſalm. conterit brachiū peccatoris & maligni, ſcilicet diaboli: iſta reparat muros Hieruſalem, quos deſtruxerat Nabuzardā. unde Pſalm. Benignè fac in Bona uoluntate tua, id eſt, contritione à te ſolo gratis data, uel danda. Sion: id eſt, animæ, ut ſequat & ſic ædificentur muri Hiaruſalē; ſcilicet., per ipſam contritionē. Hæc eſt quæ parit prolem boni operis. vnde Gen. 3. dictum eſt Euæ, In dolore paries. Et breuiter contritio mundat animā à reatu culpæ, liberat à pœna gehennæ, ab horrenda dæmonū ſocietate, & à viliſſima peccati ſeruitute: ſed & reſtituit bona ſpiritualia, quæ homo amiſerat per peccatū; ſocietatē, ſcilicet, ſpirituale, cōmunione bonorū eccleſiæ, quæ dicit, Particeps ego ſum omniū timentiū te. de filio iræ filiū gratiæ reddit, de filio diaboli filiū regis altiſſimi: & per conſequens, efficit hæredem Dei, cohæredem autem Chriſti.

6 **Illud autem** † quæri conſueuit, utrum ſola contritio ſine confeſſione peccatū deleat: ſuper quo variæ ſunt opiniones. Primi dicunt, quòd ſola cordis contritio non ſufficit, ſi presbyter adſit. de pœnit. diſtinct. prima. capitu. fin. Secundi dicunt, quòd per ſolam contritionem fit remiſſio, ſed conditionalis. argu. de pœn. diſtinct. 3. ſanè. in fin. Tertij dicunt, quòd ſufficit contritio, ſi facultas non ſuppetat pœnitendi: argu. 45 diſtinct. duæ. Gratia. ſcripſit hoc lectoris arbitrio relinquendū: de pœn. diſtinct. 1 §. quibus authoritatibus. Quarti dicunt, quòd per contritionem ſolā peccatū non deletur: aſſerunt eīm, quòd ſicut tribus modis Deū offendimus ſcilicet corde, ore & opere: ſic & tribus modis ſatisfacere neceſſe habemus. vt innuit Chryſoſt de pœnit. diſtinct. 3. perfecta. & not.ſ. eodē. § reſpon 1. verſicul. Chryſoſtomus. nec obſtant authoritates, quę innuunt per ſolam contritionem peccata aboleri: quia intelligendæ ſunt cum oris confeſſionem articulus neceſſitatis excludit: ſcilicet, cum quis verè conuertitur, ſed morte pręuenitur, uel aliquo alio iuſto impedimento confiteri uel ſatisfacere impeditur. Hugo dixit ſola cordis contritione deleri peccatum in adulto ſi uerè conteritur, & proponit decæterò non peccare, & de cōmiſſis confiteri & ſatisfacere. & ſi poſtea oris confeſſio & ſatisfactio [b] non ſequatur, peccatū iam dimiſſum incontritione non redit. peccat tamē mortaliter is, qui poteſt confiteri & ſatisfacere, & hoc non facit. & ſic intellige de pœn. diſtinct. 1. magna. nec obſtante authoritates innuentes peccata non dimitti ſine cōfeſſione & operis ſatisfactione. quia intelligi debent de confeſſione interiori, quæ eſt recognitio peccati in mente ſua, uel propoſitū confitendi, vel gratia, qua ſic homo diſponitur, ut doleat de peccato, & pponat cōfiteri, & ſatisfacere, ſi locus & tēpus affuerit. & idē intellige de ſatisfactione interiori, q̄ eſt dolor interior, & amaritudo animæ de peccato cōmiſſo, & ut abſtinere pponat: de pœn. diſtinct. 4. ſatisfactio. & c ſi Apoſtolus. & diſtinct. 1 § ex his authoritatibus: Sed ei ſic opponitur, ex quo ſola contritione deletur peccatū, ad quid opus eſt oris confeſſione, & ſatisfactione? & ipſe reſpondet, quia neceſſaria ſunt ad humilitatē & iuſtitiā exercendā: de pœn. diſtinct. 3. productior. & ut ſatis fiat eccleſiæ, quæ læſa eſt ex peccato. Hæc ultima opinio celebrior eſt, & hanc teneas. non tñ intelligas, ꝙ ipſa cōtritio peccata dimittat. ſed in ipſa cōtritione gratia Dei condonat oīa libera iter. vnde Ambroſi Verbū, id eſt, filius Dei tollit peccata: de pœn. diſtinct. 1. verbū. Aug. nemo tollit peccata, niſi ſolus Chriſtus, q eſt agnus tollens peccata mūdi: de conſecrat. diſt. 4. nemo tollit. Sed & cordis contritionē præcedit gratia Spiritus ſancti: ſicut exteriorē ſatisfactionē præcedit interior contritio, intelligas in omnibus, gratia præueniente. unde verſ.

Quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat:
Nil Deus in nobis præter ſua dona coronat.

de conſecr. diſtinct. 4. gratiæ. unde peccati remiſſio attribuenda eſt gratię Dei, quæ eſt cauſa cauſæ. naturaliter eīm præcedit gratia contritionē, ſequitur inde dilectio. quoniā qui gratiā habet, diligit: inde ſequitur contritio. quoniam qui diligit, cōteritur: quia offendit, & ex hac contritione ſequit peccatorū remiſſio: ſicut proceſſus iſte colligitur de pœn diſtin. 1. omnis qui nòn diligit, manet in morte. Charitas autē eſt uia ad cōtritionem, & peccatorum remiſſionem, ſicut eīm ſine via nemo peruenit quo tēdit, ita ſine charitate, quæ dicta eſt via, non ambulare poſſunt homines, ſed errare: & ſine charitate quomodo quis verā cordis cōtritionē poterit habere. ſecundū Hug. q.d. non poterit: de pœn. diſt. 2. §. ergo ſi Charitatē Deo exhibeamus. & c. ſeq. & §. cùm ergo q criminaliter peccat, & c. ſeq. Proſper. Charitas eſt, ut mihi videt, recta voluntas ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa. Inſeparabiliter Deo iūcta, & unita: ignē quodāmodo Spiritus ſancti, à quo eſt, & ad quē refert inceſa. Inquinamēti omnis extranea. Corruptionis neſcia. Nulli vitio mutabilitatis obnoxia. Super omnia quę carnaliter dicuntur, excelſa. Affectionū omnium potētiſſima. Diuinę contemplationis auida. In omnibus ſemper inuicta. Sūma actionum bonarum. Salus morū. Finis cęleſtium præceptorum. Mors criminum. Vita virtutū. Virtus pugnantiū. Palma victoꝝ

ADDITIONES.

a Quis ſit effectus contritionis ¶ Adde an effectus cōtritionis ſit remiſſio peccati. vide per ſanctum Tho in 4. ſent. diſt. 17.

b Oris confeſſio, & ſatisfactio. ¶ Adde gl. & Archiepiſc. in §. econtra. de pœn. diſt. 1.

ma victorum. Anima sanctarum mentium. Causa meritorū bonorum. Præmium perfectorum. Sine qua nullus vnquam Deo placuit cū qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Fructuosa in pœnitentibus. Læta perseuerantibus. Victoriosa in martyribus. Operosa in omnibus omnino fidelibus. Ex qua quicquid est boni operis, viuet: de pen. distinct. 2. Charitas est, vt mihi videtur, columna prima. Quod autem suprà not. versi. hæc vltim. opinio. scilicet quòd solus Christus peccata dimittit, non intelligas excludi patrem neque Spiritum sanctum. nam inseparabilia sunt opera trinitatis: de conse. distin. 3. omnes. in fin. & distin. 4. quomodo. circa medium. 11. quæstion. tertia. illud. Et quòd hęc opinio vltima verior sit, patet per exemplum Lazari, quem Dominus prius suscitauit, [a] & viuificauit dicens, Lazare, veni foras. & is demùm qui fuerat viuus egressus, fuit à discipulis absolutus. 11. quæst. 3. inter vera. Patet hoc etiam per 10. leprosos, qui in via mundati sunt, antequam ad sacerdotes venirent. Item in exemplo leprosi, quem Dominus à peccato mundauit, & posteà, vt secundum legem sacrificium offerret sacerdoti, præcepit: de pen. distinct. 1. §. si autem cor nostrum. secundum Goffre. & Ray. Tu dic, quòd quicunque Christianus mortaliter peccat, duplici vinculo ad satisfaciendum astringitur: vnum, quo ligatur, quo ad Deū & istud in contritione remittitur: aliud quo ad ecclesiam: & hoc per cōfessionem & satisfactionem iniunctam & absolutionem presbyteri relaxatur. & hæc comprobāt dicta exempla. & hoc etiam expressius comprobatur infrà, de sen. excom. a nobis 2. §. 1. ibi, vinculum ergo quo peccator ligatus est apud Deum in culpæ remissione, subaudi per contritionem obtenta dissoluitur. illud autem quo ligatus est apud ecclesiam cum sententia remittitur, subaudi vel cùm à presbytero absoluitur, relaxatur, vt ibi sequitur in exemplo Lazari. & hoc intelligas, siue peccatum sit notoriū: de quo ibi videtur loqui, siue occultum, quamuis de occultis apparere non possit. nisi per cōfessionem, nec ipsa ecclesia possit punire: suprà, de simo. tua. in fi. & c. præce. in fi. Sacerdos igitur Dei minister ei, cui iam Dominus per cordis contritionem peccatum dimisit, satisfactionem imponit: & pęnam temporalem iniungit, alleuiat vel remittit. & secundum hoc intellige de pęn. distin. 1. multiplex, & cap. quem pęnitet. in fi. & distin. 5. consideret. in fin. qui & iudex institutus est animarum: de pęn. distin. 1. verbum. & sic Dominus remittit æternam pęnam. presbyter temporalem: quia pro quolibet peccato hæc duplex pęna debetur: de pęn. distin. 1. si peccatum. & c. si primi hominis. & distin. 7. c. fi. quod tamen sic intelligas, quod primò & principaliter æternā meretur peccator. qui si non conteratur, nulli alij astringatur. sin autem conteritur, à Deo pęna æterna remittitur: sed in temporalem commutatur, vt in eidem cap. comprobatur: & hanc temporalem potest sacerdos remittere in totum, vel in partem, secundū ea quæ not. j. eod. sub rubrica, de remissio. §. ad quid valeret. ver. illud etiam consulimus, nullum autem peccatum sine pęna est. aut enim punitur temporaliter per hominem, aut æternaliter per Deum: vt not. j. eod. §. quis sit effectus. sub §. is igitur effectus. Tria verò not. circa hanc materiam, scilicet, confessionem, contritionem, mundationem. confessio non est res signi, sed signum tantum, scilicet contritionis. contritio verò est res signi, scilicet confessionis, & est signum, scilicet, mundationis: mundatio autem non est signum alicuius rei, sed est res signi tantùm, scilicet contritionis. sicut not. s. de conse. eccle. si. vel alia dist. 2. §. & quando. versi. sed primum, scilicet, forma visibilis. & sequen.

Secunda dieta

est confessio, de qua, ex quo de prima, scilicet, contritione satis notum bene est, vt de ipsa aliquid dicamus. Est autem confessio, [b] secundum quod hic accipitur, canonica coràm sacerdote peccatorum facta declaratio. & dicitur confessio, quasi simul uel ex toto undique fassio. nam ille confitetur, qui totum & certum fatetur. ff. de confess. certum. Super quo uide quod notat. suprà, de confess. §. qualiter intelligatur hæc regula. versicu. certum. & præced.

7 Quis † debet confiteri.

Omnis peccator quicunq; sit ille, q actuale peccatum commisit. hoc ideo dico: quia sine peccato originali nullus est genitus de semine uiri & mulieris: quamuis aliqui in utero matris sanctificati [c] legantur: sicut Hieremias, Ioannes baptista, beata & gloriosa Domina nostra. negant enim ueritatē seducti, secundū August. qui se absque peccato iactare audent. in multis enim offendimus omnes. nec infans unius diei absque peccato esse potest: de pen. distin. 4. §. item quod frequenter. & capitul. sequen. adhuc instant ante fin. & post medium. uersicu. negant enim ueritatem. ergo si in dignitate constitutus, siue priuatus, clericus uel laicus, mulier uel masculus, pauper uel diues, nobilis uel ignobilis, iuuenis uel senex, ex quo ad annos discretionis peruenerit, confiteri tenetur, ut dicit Concilium generale. j. eod. omnis. & patet in his quæ not. infra eod. §. quæ pœnitentia sit. Sed intelligas hic annos discretionis, ex quo scilicet quis discernit inter bonum & malum: super quo uide quod no. s. de delic. pue. uersicu. patet ex superioribus. & seq. & j. eod. §. cui. sub §. uerum. & sequen. Et breuiter hæc tria sunt in præcepto, scilicet, contritio, confessio, & satisfactio de contritione not. s. eod. § quibus & quot dictis. sub §. quid contritio, & sub §. quis sit effectus. De confessione in Thren. 2. Effunde sicut aquā cor tuum. Psalm. Effundite coram illo corda uestra. Iacob v. Confitemini alterutrum peccata uestra. de satisfactione uerò legitur in Matth. 3. Facite dignos fructus pęnitentiæ. Item hæc omnia præcipi intelliguntur à Domino, cùm dicit, Agite pęnitentiam, & cæt. scilicet, prima contritio bona est, confessio melior, satisfactio optima: de pęn. distin. 3. perfecta. & distin. 5. consideret & 6. distinct. qui vult. & distinctio. 7. §. 1. ergo uidetur quòd sine confessione. salus non est, quod uerum est, si contemnatur, aliter sola contritio sufficit: ut notatur s. eod. §. quibus & quot dictis. sub §. illud autem quæri consueuit. uersic. Hu. dixit. & sequen. Nunquid ergò tempore necessitatis est confitendum hæretico uel schismatico? Non, quià non habet ecclesiæ claues, nisi sit catholicus: de pęn. distinctio. 1. uerbum Dei & capit. quem pœnitet. & distinct. 1. consideret. & distin. 6. capi. 1. & distinct. 3. inter hoc hircum. 1. & 2. sed dolere debet peccator de peccato, quia tam diu distulit confiteri. & hoc ei sufficeret, secundum ea quæ not. s. in §. cui sub § & uersicu. proximè inducto. nam fortè talis poneret ipsum citò in desperationem, uel aliquem errorem, sicut Pharisæi Iudam confitentem eis: cui dixerunt, Quid ad nos, tu uideris. de pęn. distin. 6. capi. 1. à talibus enim, uel etiam notorijs peccatoribus nullum sacramentū recipiendum est, excepto baptismo. 22. dist. §. uerum. 1. quæst. 1. sacramenta. nam & primi excommunicati sunt, qui non possunt absoluere. 24. quæst. 1. audiuimus. nisi minori excōmunicatione ligati. s. de cle. excom. mini. si celebrat.

8 De † quibus peccatis facienda est

confessio. Hic notandum, quòd omne peccatum aut originale est, aut actuale, actualiū autem aliud uenale, aliud mortale. Originale peccatū [d] dicitur illud, quod omnes trahimus ab Adam: qui cùm sine peccato creatus esset, per peccatum corruptus est: ut probatur de pęnit. dist. 3. § Romanos. versic. Princeps. & seq. & præcedentibus: & sic semen suū corruptum & abominabile factum est, nec potuit posteà aliquis non corruptus de tali semine generari: ut not. s. eod. § proxi. respon. 1. facile est enim, ut nascatur à corrupta arbore fructus corruptus, & quòd à leproso generetur leprosus: & ideo cū formato corpori in utero matris, de tali semine infunditur anima: vt 56. dist. nasci. necesse est, ut ipsa anima quodāmodo inficiatur & corrumpatur, sicut apparet, quando bonum uinū ponitur in uase corrupto, & ibi moram trahit: ut de pęn. distin. 7. §. siue autem quis dicat. & cap. sequen. & ibi, uase enim fętido, uel oleum, uel uinum facilè corrumpitur. ad idem ff. cōmo. in rebus §. fina. ff. loca. sed addes §. 1. ff. de act. empt. & vendi. tenetur. §. si vas. de radice enim infecta bonus fructus exire non potest. 1. q. 1. fertur. & à tali peccato, quod naturaliter inest à natura corrupta procedens, quis nō potest purgari per pęnitentiā: anima tamen, quæ ex hoc deturpata erat, abluitur in baptismo: argu. de pęn. distinct. 2. §. non est mirū. versi. quicunq; sine quo baptismo saluari non possumus. de consec. distin. 4. placuit. Sed & in adultis necessaria est cordis contritio. de pęn. dist. 1. tres actiones. qd dic, vt nota. s. de bapt. §. quis sit effectus. Veniale verò peccatum [e] dicitur illud, quod quotidie committimus, quod prouenit ex originali peccato: cuius fomes remanet in homine, quantumcunque baptizetur: & ideo de facili labitur: quare sine veniali ista uita non ducitur id est, vix ducitur, secundum Greg. 25. dist. qualis. de hoc intelligitur, q septies in die iustus cadit. de pen. distin. 3. septies. Nunquid ergo tale peccatum confitendum est? Ad hoc videtur respondere Beda, quòd non. vnde ipse ait, exponens illa verba Apost.

ADDITIONES.

a Quem Dominus prius suscitauit. ¶ Adde Doct. in c. fraternitatis. de frigi.

b Est autem confessio. ¶ Adde Doct. & maximè Iazochium de Ferraria in repetit. c. omnis vtriusque sexus eod. tit.

c In vtero matris sanctificari. ¶ Adde gl. in c. vnum ærarium. 25. dist. glo. in c. nisi cùm pridem. de renun. Arch. in c. firmissimè. de cons. dist. 4. Car. Zaba. in c. maiores. de baptis. Adde quartum sanctificatum, scilicet, Iob secundum Vin. in d. c. nisi. & eum sequitur ibi Car. Zaba. in 1. col.

d Originale peccatum. ¶ Adde Inno. & Doc. in c. maiores. de baptis. & glo. in c. baptismum. de consec. distin. 4.

e Veniale verò peccatum. ¶ Adde quibus modis committuntur peccata venialia, vide in c. de quotidianis, & ibi Archiepi. de pœn. dist. 3. Doct. in ca. omnis vtriusque sexus. de pœn. & remis. & ibi diffusè per Ia. Zochum de Ferraria in sua repetitione famosa.

Apost. confitemini alterutrum peccata vestra, scilicet, coæqualibus quotidiana & leuia: grauiora vero sacerdoti pandamus, &c. & j. sed & grauiora coæqualibus pandēda sunt, cùm deest sacerdos, & vrget periculum. Venialia: verò etiam sacerdotis oblata copia, licet confiteri etiam coæquali. Et hoc sufficit, ut plerique doctores dicunt: dum tamen sacerdos non contemnatur. & secundum hos, non est necesse confiteri venialia sacerdotibus, & si ipsius copia habeatur, dummodo hoc ex contemptu non prætermittatur. & meritò: nam ipse contemptus mortalis esset, etiamsi persona contemneretur, quamdiu ab ecclesia toleratur: vt s. de cohabita. cleric. & mul. vestra. Alij, inter quos est Rayn. dicunt, ꝙ nedum mortalia, sed etiam venialia sacerdoti, qui ligandi & soluendi potestatem habet, pandenda sunt, si ipsius copia habeatur. argumentum pro eis de pœnitent. distinct. j. agite pœnitentiam.

Tu dicas distinguendum esse inter venialia, & uenialia. habent enim tres gradus, sicut Apostolus testatur, scilicet. ligna, fœnū & stipulam: 25. distinct. §. nunc autem. & §. aliàs. Per ligna maiora uenialia intelliguntur: & quæ nimis sunt inueterata, uel in cōsuetudine iam deducta, quæ ex ipsa frequentatione & contemptu mortalia reputantur, uel sequuntur: vt s. de iureiur. & si Christus. §. quædam & secundum hoc intellige quod dicit Aug. nullum peccatum adeò ueniale. quod nō fiat criminale dum placet: vt 25. distinct. §. criminis. & §. sequenti. Hinc etiam Aug. & iste debet confiteri, si fieri possit. de his dicitur, Vitasti grandia, vide ne obruaris harena: quia secundum Aug. non refert, & c. ut not. s. eod. §. quot & quæ sunt actiones. ver. 3. Per fœnum intelligas minora, & hæc confitenda sunt saltem in genere. de pœ. dist. 3. de quotidianis. Per stipulam intellige minima uenialia: quæ in sola cogitatione ꝯsistunt. & quæ ad consensum non perueniunt: ut de pœn. distin. 2. sicut tribus. & de his duobus generibus intelligas, quòd multis modis mundantur & delentur. Primo [a] per dignam eucharistię sumptionem: de consec. distin. 2. cum omne crimen. & c. si quotiescunque iteratur. Secundò per aquæ benedictæ aspersionem. de consecra. dist. 3. aquam sale conspersam benedicimus populis. ut ea cuncti aspersi sanctificentur. & j. coinquinatos sanctificat & purgat, & cuncta bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatis uersurijs homines defendit. Tertiò, per ieiunia. & eleemosynarum largitionem 82. dist. presbyter. de pœn. dist. j. medicina. & c. quamobrem. & distin. 3. sanè cauendum. Quartò per orationem Dominicam, de pœ. distin. 3. de quotidianis. Quintò, per deuotam tunsionem pectoris: de pę dist. j. tres actiones. & dist. ij. si est, inquit. Sextò, per generalem confessionem [b] in ecclesia factam: de pœ. dist. iij. de quotidianis. per quam nō solùm uenialia, sed etiam mortalia, de quibus non potest recordari, deleri intelliguntur. vnde Augu. si à mente pœnitentis aliqua exciderint, confitetur veritatem Deo, cum generaliter dixerit, Deus qui nosti occulta cordis opera mea, & delicta mea à te nō sunt abscondita, quibus veniam largiaris. & hæc est veritas confitentis, quam diligit Deus. unde Psalm. Ecce ueritatem dilexisti. secundū Ray. Caueat tamen sibi peccator. nam secundū Ioā. Chrysostomum, nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria: quod intelligas, quando recordatur conterendo, non delectando, aliàs contra: 81. dist. valet. debet ergo recordari peccatum, quò ad contritionē. & qui hoc non facit, in periculo uidetur constitutus: ideoque secundum Ambro. imputari debet peccatori, si oblitus sit: quia fortè contempsit & distulit confiteri: de pœ. dist. 3. §. siue autem quis dicat. c. Iudas. & c. in falicibus talis enim uidetur ignorantiæ affectator: qui sicut & sciens punitur: vt s. de clan. despō. cùm inhibitio. §. si quis uero hujus clādestina. & de tali intelligi potest, quod dicit Ioan. Chrysost. si non obliuiscaris peccatorum tuorum: tunc eorum recordaberis uolens, quando in toto mundo publicabuntur: & in conspectu proferentur omnium tam amicorum tuorum, quā inimicorum. de pœ. dist. j. §. non ita intelligendum est, & c. & seq. nūc autem si recorderis. uel intellige hoc de illo, qui sine pœnitentia uitam finiuit, uel de illo qui admonitus sæpe, sæpius, semper, vsque ad ultimum exitum obstinatus extitit: & tunc tantum fictè contritus non potuit emendare, secundum decret. s. de rap. super eo. §. 1. & secundum hoc potest intelligi dictum Ambr. quod not j. eod. sub §. actuale. vers. item secundum Greg. & sequen. Septimò, purgantur uenialia per benedictionem Episcopalem. unde in le. Numeri, dixit Dominus ad Moysen & Aaron: Vos ponite nomen meum super filios Israel: ego autem benedicam eos: 1. quæstion. 1. dictum. & Malachi. 2. Maledicam benedictionibus vestris, scilicet, o vos hęretici. & ab ecclesia remoti: ego benedictionibus illorum, qui tolerantur ab ecclesia, benedicam. ad hoc 1. quæstion. 1. maledicam. & §. & capitu. sequen. Quæ autem dicantur peccata venialia, [c] enumerat Augu. dicens: quæ autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen quia longum est, ut omnia repli-centur, opus est ut ex eis aliqua nominemus: quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit, quàm necesse est ad minuta peccata nouerit pertinere. Quoties plus loquitur, quam oportet. Plus tacet, quàm expedit. Quoties pauperem importunè petentem exasperat. Quoties cum sit corpore sanus, aliis ieiunantibus prādere uoluerit. Aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quoties, excepto filiorum desiderio, supple, uel causa reddendi debitum: uel quia continere non potest, uxorem suam cognouerit. Quoties in carcere positos tardius requisierit. Infirmos tardius uisitauerit. Si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut uxorem, aut filiam, aut seruum exasperabit, quam oportet. Si cuiquam maiori personæ, aut ex voluptate, aut ex necessitate adulari uoluerit. Si pauperibus esurientibus nimium deliciosa uel sumptuosa cibaria præparauerit. Si se aut in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis ociosis, de quibus in die iudicij ratio reddenda est occupauerit. Si dum incautè iuramus, & cum hoc propter aliquā necessitatem implere non poterimus, utique periuremus. Et cum omni facilitate uel temeritate maledicimus: quoniam scriptum est, Neque maledici, subaudi, ex odio, nisi pœniteant. regnum Dei possidebunt. 25 dist. §. nunc autem. & §. alias. versicu. quæ autem sunt minuta peccata. Multis uero Modis dicitur peccatum ueniale: non tamē simpliciter veniale est. sed dicitur ueniale: quia uenia dignum est. sic enim peccatum mortale post confessionem factum dicitur veniale: de pœn. distinct. j. serpens, & ca. sicut primi. quod in ueteri lege morte non puniebatur, sed ceremonijs expiabatur: de pęn. distin. 6. capitu. 1. Item illud quod habet causam ueniæ annexā, scilicet, ignorantiam, uel modicam negligentiam. unde Apostolus, Ignorans feci, & ueniam merui: de pœ. distinct. 4. §. finis. dū tamen ignorantia non sit supina: 16. distin. quod dicitis. 1. q. 4. §. item peccatum Achor. 11. q. 3. excellentissimus. suprà, de cle. excom. mini. Apostolicæ.

9 Actuale † vero mortale peccatum dr̄ illud, quod cōmittitur ex uolūtate propria. Augu. Omne peccatum adeo uoluntarium est: quod si non sit uoluntarium, non est peccatum. & secundum Ambro: diabolus neminem astrictum iugo seruitutis possidet, nisi se primo ei peccatorum ære uendiderit: 15. quæstio. j. non est, ꝙ cuiquam. & duobus c. præce. Origo autem peccati diabolus est, qui per liberum arbitrium cecidit, secundum Greg. de pœn. distin. 2. principium. Inuidit uero homini, quem sua fallacia decepit. habet enim mille nocendi modos: 16 quæst. 2. visis. Sed peccatum, habet gradus suos. uno modo circa idem peccatū, quod grauius dicitur, propter circunstantias grauiores, non tamen propter ipsas nomen peccati immutatur: alio modo inter diuersa peccata. Circa idē peccatum, ut puta si clericus, uel laicus eadem mulierem cognoscat: grauius enim in uno, quam in alio iudicatur. s. de vi. & ho. cle. ut clericorum mores. sed & idem peccatum in eandem personam in consensu malū, in facto peius, in cōsuetudine pessimum æstimatur, secundum Aug. dist 6. testamentum. ad si. & de pen. dist. 2. sicut. & sunt hic notandæ tres mortes, de quibus not. s. e. §. quibus, & quot dietis. respon j. vers. hi sunt tres mortui. Item s̄m Greg. tribus modis peccamus, ignorantia: & tunc graue est. infirmitate: & tunc grauius. studio. & tunc grauissimum. de pę. dist. 2. sicut. & dist. 7 §. j. Cui videtur Ambr. contradicere dicēs, Grauiter peccat, qui sibi promittit impugnitatem: grauius, qui cōtemnit: grauissime, qui ignorat. Sed dic quod illud dicitur ad terrorem. uel expone grauissimè, id est, periculosissimè: quia nō pōt cogi ad pœnitentiam peragendam, cum nesciatur, s̄m Ioā. uel dic grauissimè, quandò ignorantia sequitur ex contēptu, secundum ea quæ not. s. eo. sub § tū dicas. ver. caueat tamen. Inter diuersa uero peccata habet peccatum gradus suos duobus modis. primo inter peccatum eiusdem generis, secundo inter peccata diuersorum generum. Inter peccata eiusdem generis dicitur unum peccatū maius altero: unde Aug. Adulterij malū [d] uincit fornicationem, uincitur aūt ab incestu. peius est enim cum matre, quam cum aliena uxore cōcumbere. Sed omnium horum pessimum est, quòd contra naturam fit: ut si vir membro mulieris, non ad hoc cōcesso uoluerit vti. usus enim naturalis si ultra modum prolabitur, in uxore quidē ueniale est, in meretrice damnabile: vsus & contra naturam execrabiliter fit in meretrice: execrabilius in uxore: 32. q. 5. adulterij. Sed

ADDITIONES.

a Primo. ¶ Adde glo. ordinariam in ista materia in proœm. 6. lib.

b Per generalem confessionem. ¶ Adde gl. in uerbo. oportet. in c. 1. de pen. dist. 5. Ioan. Monac. in extrauagan. Bonifacij. incipi. Antiquorum.

c Peccata venialia. ¶ Adde, an peccata uenialia sint uitanda. vide gl. & Arc. in c. si aliquid. 22. quæst. 4.

d Adulterij malum. ¶ Adde, de materia uide in c. clerici. & ibi gl. de exces. præla. glo. in c. sed & continuo, de pœ. dist. j. c. solicitatores. in §. qui puero. ea. dist. gl. in ca. flagitia. 22. q. 7. l. j. in §. remouet. ff. de postu. & in l. qui puero. C. de extraor. crimi.

rij. Sed & inter peccata diuersorum generum dicitur vnum alio grauius: sicut homicidium grauius est, quàm adulterium. Aug. 33. quæst. 2. si quid verius. Item sacrilegiū, quàm fractio voti. 17. q. 4. sicut antiquitus. 27. q. 1. nuptiarum. nec ob. illud Clementis, 32. quæst. 7. quid in omnibus adulterio grauius. quia illud nō infert negationem, sed raritatem: quasi dicat, de facili non inuenitur: vel dic grauius: id est communius. Tribus autem modis nascitur peccatum in homine, scilicet, suggestione dæmonis, delectatione carnis, consensu spiritus. de pœn. distin. § aliæ econtrà. & cap. peccatum.

10 Quæ † autem sint peccata mortalia, [a] nota. s. de accu. § quis sit effectus accusationis. ver. sed quæ sunt illa crimina. & se. & legitur ad Roma. Idolatria, Vitium contra naturam, Iniquitas, Malitia, Fornicatio, Auaritia, Nequitia, Inuidia, Homicidiū, Contemptio, Dolus, Malignitas, Susurratio, Detractio, Cōtumelia, Superbia, Elatio, Intentio malorum, inobedientia, Insipientia, Incompositio: quibus adiunguntur & hi, qui sunt sine affectione, absque fœdere & misericordia. Et subiungit, quòd qui talia agunt, digni sunt morte. Item ad Gal. Manifesta autē sunt opera carnis. quæ sunt Fornicatio, Immunditia, Impudicitia, Luxuria, Auaritia. Sed & 7. sunt principalia vitia, scilicet, Superbia, Accidia, Luxuria, Ira, Gula, Inuidia, Auaritia. Vnde versic.

Dat septem vitia dictio saligia.

32. q. 7. non solùm. & discrepant penitus inter se: de pœn. distin. 3. inter hæc hircum. Superbia enim desiderat iniusticiam, potestatem terrenam. 23. quæst. 3. quod autem. & habet hos comites, sæuitiam. 41. distinct. sæpe. audaciam, siue inobedientiam: c. dist. contra morem. impatientiam. 11. q. 3. ira sæpè etiam imprudentiam. 47. distinct. sicut hi. pompam secularem. vnde in Gen. In diebus illis erant viri famosi & potentes in seculo. Oritur etiam ex hac inanis gloria, iactantia, hypocrisis, & præsumptio nouitatum. Acidia est, quæ est quoddam tædium homini. de pœn. dist. 3 inter hæc hircum. 1. & 2. Luxuria, quæ est infirmitas frangendi vires naturæ, & multis modis quibus homo à Deo separatur agitur, & optatur. 32. q. 7. non solum. & habet hos comites. scilicet, ventris ingluuiem, 44. dist. §. 1. & ca. comessationes. vestis mollitiem. 21. q. 4. c. 1. soporis resolutionem: vnde Ouidius:

Mollierant animos lectus & vmbra tuos.

coitus delectationem: 2. q. 1. quæ lætatur. & ca. scelus. 24. q. 3. an non districtè feriendus est. inde Ezech. 16. Hoc fuit initiū iniquitatis Sodomæ, saturitas panis, & abundantia. & ociū: 32. q. 7. flagitia. vbi dicitur, q̄ si oēs homines ita peccassent, oēs homines essent conbusti. Ex hoc vitio generatur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, horror, vel desperatio futuri. Ira, quæ plerunq; innocentes damnat: vnde Iac. Ira enim viri iusticiā Dei non operatur: 11. q. 3. §. si ergo. & c. cū apud. sed si incontinenti remittitur, non est peccatū mortale. 25. disti. nunc autē. & §. alias. ex hac oriuntur lites, contumeliæ, blasphemiæ, odiū, timor mentis, clamor & indignatio. & habet hos comites. audaciā, mutationem faciei, impudentiam: 11. q. 3. si Episcopus fortè iracundus. & c. episcopi. si sacerdotali moderamine. & iniusticiam: 11. quæst. 3. illa propositorum. & patet in his, quæ nota. s. eodem. versicu. superbia, Gula, [b] quæ est edacitas vltra condignū naturæ, quæ saporibus, & in odoribus excitatur: de conse. dist. 4. ne tales: & c. quinque modis. & ex hac oritur inepta lætitia, scurrilitas, immūditia, multiloquium, hebetudo sensuum circa intelligentiam. Inuidia quæ intus & extra comburit hominem. vnde versi.

Inuidus inuidia comburitur intus & extra.

Et habet hos comites, dolorem de bono alterius, gaudium de malo. de pœ dist. 5. consideret. versic.

Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

Horatius:

Inuida Siculi non inuenere tyranni.

Maius tormentum. Ex hac oritur odium, susurrium, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio in prosperis. Auaritia, [c] quæ est radix omnium malorum: 47. distin. sicut hi. 14. quæst. 5. quid dicā. & sunt eius comites rapacitas, & tenacitas. de pœn. dist. 5. consideret. pusillanimitas, & contemptus fidei: 28. quæst. 1. idolatria. ex his sequitur mortis obliuio, & mentis. secundum Io. 37. distinct. nōne nobis videtur. Ex hac oritur proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, & contra misericordiam cordis obduratio. Sed & per Aug. enumerantur mortalia: 25. distinct. § nunc autē. & §. alias. tamen quicquid inuenias scriptū, cauendum est tibi, ne indifferenter nimis promptus sis peccata mortalia iudicare, nisi vbi per certam scripturam tibi constat, quòd mortalia sunt, potes tamen quærenti respondere peccatum est hoc, & inducere ipsum ad pœnitentiam: alioquin citò homines aliqui forsan desperarent. Hoc tamen ibi tradi potest pro regula, quòd vbicunque aliquid committitur in contemptum Dei, sicut in hæresi, vel ecclesiæ, sicut in rebelli & obstinata inobedientia, vel in detrimentum proximi ex certa scientia, sicut in rapina, vel in opprobrium sui, sicut in fornicatione: quia secundū Apostolum, qui fornicatur: in corpus suum peccat, mortale peccatum poterit indicari. & de his omnibus mortalibus cōfiteri oportet. & sic intelligas totum istum tractatum.

11 Istud autem † queri consueuit, quæ scilicet sit differentia inter mortalia peccata, & criminalia. Ad quod notandum, q̄ inter hæc est talis differenria, qualis inter genus & speciē nam omne criminale peccatum mortale est, sed non conuertitur: dicitur autem criminale quasi capitale illud, scilicet, peccatum quodcunque sit: illud quod inducit depositionem, vel decapitationē, vel exilium, vel intrusionem carceris, quæ & in iure ciuili publica iudicia appellantur: ff. de pub. iud. l. 1. & per totū. multa vero sunt mortalia, quæ hoc non inducunt, quæ & in iure ciuili priuata delicta dicuntur: ff. de priuat. delict. per totū. & ideo ad differentiā nō criminalia, sed mortalia simpliciter appellantur. Sed & largo modo omne peccatū vocatur crimen: 25. dist. §. criminis. maximè mortale: suprà, de testi. testium. Et licet propriè loquendo, criminalia multa sint, [d] tamen sub breuitate aliqua perstringemus, Primū peccatū criminale, est peccare in fidem Trinitatis: 22 quæst. 2. quid in omnibus. est enim primū præceptū Decalogi, Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundū est peccatū contra naturā: nā per hoc quæ cum Deo debet esse societas, violatur: 32. quæst. 7. flagitia. & plus peccat talis, quàm cū matre propria. ead. causa & quæst. adulterij malū. & de solo verbo tali fœdatur os, & polluitur aer. de pœn. distin. j. sed & continuò, Tertiū est homicidiū, quod est horribilius siue terribilius omni peccato. 34. quæst. 2. si q̄ verius. l. distinct. placuit. & c. miror. Quartum crimen læsæ maie. 79. distin. si quis Papa. 6. quæstio. 1. § verū. l. distin. quisquis cū militibus. etiamsi contra pontifices machinetur quis. 3. quæst. 6. ca 3. Quintū sacrilegium, cùm quis, scilicet frangit ecclesiam violenter. 2. quæst. 1. in primis. 23. quæstion. 5. rex debet. & c. sunt quedā, 17. quæstion. 4. si quis per dolū. & c. si quis matrimonio. & c. frater. & cap. quisquis inuentus. & capi. de flagellatoribus: & capi. si quis suadente. Sextū incestus. 3. quest. 4 consanguineorū. 35 quæstio. 3. de incestuosis. & q. 8. salubriter. & c. de incestuosis. & peius est concumbere cū matre, quàm cum vxore aliena: 32. quæstio. 7 adulterij malū. Septimū est conspiratio. 11. q. 1. conspirationum. & ca. si qui cleri. & c. si quis clericorum. Octauum adulteriū, q̄ in vtroq; testamento detestabile est: 32. quæst. 7. qui in omnibus. nā qui peccat in matrimonio, peccat in Deū authorē matrimonij: ea. q 4 nemo sibi blandiatur. Nonū est falsum testimoniū. 22. q. 4. non deierabis. 6. q. 1. quicunq;. s. de falsarijs. falsidicus. Decimū est simonia, cuius respectu omnia alia nihilū reputantur: s. de sim. sicut simoniaca. & c. tanta. 1. q. 7. ca. si & qui. 1. qui studet. Vndecimum, vsura: suprà de vsur. quia & c. cùm tu. Hæc sunt maiora crimina, quæ grauiora sunt, & accusatione ac damnatione dignissima: 80. dist. Apostolus. in quibus sine decoloratione ecclesiæ, si notoria sunt, de facili dispensari nō pōt: secus in alijs minoribus, quamuis mortalibus: 1. quæsti. 7. dispensationes. & c. si illa. exceptis rebaptizatis, & quibusdam alijs, de quibus. not. suprà, de tempor ord § & à quo. versiculo in hoc tamē notabis differentiam. & seq. & de accus. §. quis sit effectus accusationis. ver. sed quæ sunt illa. & sequen.

Sed & quicunque peccat mortaliter, dicitur largo modo in Spiritum sanctū peccare: quia talis Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum offendit, de consecrat. distinctio. 3. cap. fin. tamen specialiter peccatū in Spiritum sanctum dicitur odiū: quia Spiritus sanctus amor, & benignitas est. Apostolus: Qui non diligit, manet in morte: de conse. distin. 4. quomodo. & c. quæris à me. Item obstinatio mentis, quando scilicet aliquis impœnitentem vitam finit de pœn. dist. 1. nec blasphemia. & c. est peccatum ad mortē. Desperatio, sicut in Cain: de pœn. dist. 7. §. quod autem versi Cain quoque. Præsumptio nimia de misericordia Dei: cùm scilicet aliquis sem per peccat, & credit euadere impunitus, sicut Orig. de pœn. dist. 7 §. quod

ADDITIONES.

a Quę sint peccata mortalia. ¶ Adde sanctum Tho. secunda secundæ quęst. lix. articu 3. & quæst. 132. artic. 3.

b Gula. ¶ Adde, q̄ vitiū gulæ incœpit post diluuium; ut in ca. ab exordio. 35. dist. & vitiū gulæ quinque modis nos tentat: ut in ca. quinq;. de cōsec. dist. 5. & an sit peccatū mortale vide per Sanctum Tho. secunda secūdæ, q. 148. & per beatum Gregor. lib. 30. Moralium.

c Auaritia, ¶ Adde, q̄ auaritia reprobatur in clericis, secundū Cardi. Zab. in cap. quāto. in 6. no. de translat. Episcopi. & in §. ambitionis. & ibi Doct. 7. q. 1. idem Card. in c. plerique. in v. not. de pac. idē Car. in ca quia nonnulli. in 1. no. de cle. non resid. idem Car. in capi. 1. in 6. not. de dec.

d Criminalia multa sint. ¶ Adde diffusè. per Card. Alex. in §. alias, in 2. coll. 34. distinctione.

vii.§.quod autem.xv.diſt.ſancta Romana.uel ſecurè peccat, uſque ad mortem, credens ultimo pęnitere, de quo Apoſtolus, Maledictus homo qui peccat in ſpe: de pœn.diſt.vii.cap.1.Blaſphematio contra Spiritum ſanctum: de conſe.diſt.4. hi uerò. Seminare diſcordias: xvi.diſt. ſeditionarios.

In ſumma igitur huius §. originale non requirit confeſſionem: vt notatur ſuprà eodem.§.reſp.1.uerſic. originale. Veniale aliquod requirit ſpecialem confeſſionem, aliquod generalem, aliquod nullam: ut not. ſuprà eod.§.ſub §.tu dicas.uerſic.1.2. & 3. quamuis ſit tutius omnia confiteri: quia & bonarum mentium eſt, &c.v.diſt.ad eius. Mortale uerò quodcunque ſit, illud confitendum eſt, ſi homo recordari poſſit: alioquin ſufficit generaliter confiteri: ut patet in his quæ nota. ſuprà eod. ſub §. tu dicas. uerſic. vj. & ſeq. ſecundum hoc intellige concilium generale quod uult omnia peccata cōfiteri debere: infrà, eod.omnis.& iunge ꝙ not.infrà eod §.cui.ſub § uerum.& ſeq.Item de peccatis præteritis cōfitendum eſt, non de futuris: ut patet s̃. de cle. excom.min.illud.§ illud.ff.de uſur.l.1.licet ſit ar.contrà, j̃.de ſen.excom.ſi uerè.

12 **Qualis † debet eſſe confeſsio.** Voluntaria. Amara. Diſcreta. Feſtina. Frequens. Integra.

Voluntaria non coacta ſicut confeſſio Achor. Sed ſpontanea ſicut cōfeſſio latronis dextri in cruce. licet enim dolere debeat propter peccata, quæ commiſit: debet tamen gaudere propter uitam quā recuperat, ut ſic in eodem ſubiecto cadat dolor, & gaudium, iuxta Pſalm. Secundum multitudinem dolorū meorum in corde meo, cōſolationes tuæ lætificauerunt animam meam: de pęn. diſt. vii.c.final.& ſi uis ſcire quæ confitentem debent inducere ad hoc, ut uoluntariè cōfiteatur, uide quod no. s̃.eo.§. quibus & quot dietis.ſub §. quæ inducunt contritionē. ſed ſicut ait Hiere. non eſt qui agat pęnitentiam ſuper peccata ſua, & dicat, Quid feci. de pęn.diſtin.3.inter hæc hircum.

Amara, Pſalm. Rugiebam à gemitu cordis mei, de pęn. diſt.3.ille rex. Hieremias: Statue ibi ſpeluncam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in uiam rectam. Signa huius amaritudinis multa ſunt. Primum ſignum eſt uerecundia. Auguſt. Laborat mens patiendo erubeſcentiam: & quoniam uerecundia magna eſt pęna eius qui erubeſcit, proximè fit dignus miſericordia. nam ſecundum Ambro. uerecundia magna pars eſt ſatisfactionis: ut de pęnitent. diſtinctio. 1. quem pęnitet. Auguſt. Caueas, ne uerecundia diuidas confeſſionem: de pęnitent diſtinctio.v. capitul.1. Secundum ſignum eſt humilitas. Apoſtolus: Humiliamini ſub potenti manu Dei: unde & Publicanus non audebat oculos ad cęlos leuare: xcv.diſtin.eſto. xxii. quæſt.2.cum humilitatis. Tertium ſignum ſunt lachrymæ: ut ſuprà eo.ſub §.reſpon.1.Hierem.in Thren.2.Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceant pupillæ oculi tui. Chryſoſt. Lachrymæ lauant delictum, quod pudor eſt confiteri: id eſt, cum pudore & uerecūdia confitendum: ut not.ſuprà eod.uerſic primo. Pſalmiſt Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, Quartum ſignum eſt fortitudo: ſicut patet in Magdalena, quæ adeò fortis fuit in confitendo, quòd nullo pudore obſtante, publicè cōfeſſa fuit turpitudinem peccatorū, neque timuit. Hieronym. Timor Domini omnem ſoluit timorem: de pęn.diſt.1. iudicet. Quintum ſignū eſt pronitas obedientiæ: ut patet in Domino Ieſu Chriſto, qui factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Augu. Ponat ſe pęnitens omnino in poteſtatem iudicis, in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruans ſui, ut omnia eo iubente paratus ſit facere pro recuperanda uita animæ, quæcunque faceret pro euitanda corporis morte: & hoc cum deſiderio: quia uitam recuperat infinitam: de pęn.diſt.v. conſideret.

Diſcreta. cuius etiam multa ſunt ſigna. Signum primū eſt, ſi quærat diſcretum confeſſorem. Auguſt: Sacerdotem quære, qui te ſciat ſoluere & ligare. de pęnitent. diſtinct.vj.cap.1.hoc autem fieri debet de licentia proprii ſacerdotis: infrà eodem.omnis.de pęnitent.diſtinct.vi.placuit. Quid ſi non uult dare licentiam? Videtur quòd ſufficiat petere: arg. ſupra.de regu.licet. ſed dic quod ad ſuperiorem recurri debet: argum.ſuprà, de iure patro.nullus. Signum ſecundum eſt, ſi nō excuſat ſe, nec alium accuſat, aliter proditor eſt, uel detractor. Prouerbi.xviii. Iuſtus, in prin. accuſator eſt ſui: de pęniten. diſt.1.quamuis. venit amicus eius, & inueſtigabit eum: cui ſi non reſpōderit ueritatem, in futuro habebit multos accuſatores, ſcilicet Deum, propriam conſcientiam, diabolum, peccata, & etiā totum nundum. Sapi.4. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. Pſál. Nō declines cor meum in uerba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis: xi.quæſt.3.excellentiſſimus. Pſam. Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Idem: Deus meus uitam meā annunciaui tibi.& iunge quod no.infrà eod.ſub §.integra verſic. ad id facit. Fallit autem hoc fortè in hæreſi & quibuſdā aliis caſibus: arg.ſuprà, de confeſſ cap.1 & in his quæ not.infrà, eo §.in quo tenetur ſacerdos.verſi.quid ſi aliquis cōfitetur. Item fallit, vbi circumſtantia facti talis eſt, quod aliter non poſſit confiteri peccatum: vt ſi cognouit quis matrem ſuam, vel filiam, vel vxorem propriam, cōtra naturam: vel ſi mulier cognita ſit ab Imperatore, cùm non ſit niſi vnus. Item cauere debet, ꝙ ſicut peccatum qđ fecit non cælat, ſic non dicat quis ſe cōmiſiſſe peccatū, quod nō commiſit. vnde Aug. ſuper Pſalm. Veritas de terra orta eſt, &c. veritas, inquit, de terra oritur, id eſt, confeſſio de homine, vt ſe accuſet, & ſic iuſticia de cœlo ꝓſpexit, id eſt, a Deo data iuſtificatio pœnitenti, quaſi dicat Deus: Parcamus huic, q non parcit ſibi. ignoſcamus: quia non ignoſcit: de pœnitent.diſtinctio.1.veritas. Idem. ſi tu accuſas te, Deus excuſat: ſi tu excuſas, Deus accuſat: ſi tu detegis, Deus te tegit. Idem, cùm humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris quod deuitaueras. & in te non eſt veritas niſi te ita dixeris peccatorē, vt etiam eſſe recognoſcas. veritas enim ipſa requirit, vt quod es dicas. nam quomodo eſt humilitas, vbi regnat falſitas: de pœnitent.diſtinct.3. talis eſt mihi Deus: xxij. quæſtio.2.cùm humilitatis cauſa Sed contrà in his quæ not. ſuprà eod.§.quis debet confiteri.reſponſo 1. canonica Ioā.1.Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Sed dic, quòd poteſt & debet ſe dicere peccatorem in genere: quia nemo ſine crimine viuit: vt patet in his quæ no.ſuprà eodem.§.de quibus.verſi.veniale verò peccatum. in ſpecie verò nullus debet dicere etiā cauſa humilitatis, ſe perpetraſſe aliquod peccatū, niſi hoc verum ſit. ſicut dicit Auguſt.ſuprà, eo.verſi.item cauere debet. Nunquid ergo peccat ſacerdos in generali confeſſione, quam facit: quia non loquitur in perſona eccleſiæ, vnde & ſi ſpecificet aliquod peccatum in ſpecie, quod non commiſit, ſicut faciūt multi ſimplices, non eſt eis imputandum: ſed & ſicut dicit Auguſt. in vno peccato poſſunt multa notari: vbi etiam dicit in omnibus peccatis, quæ miſer homo: & cum nō comprehendit ſingula generum, ſed genera ſingulorum: ſed & ſecundum Aug. defleat peccator, qui offendens in vno, factus eſt omnium reus. non tamē eſt multum approbanda confeſſio capellanorum multorum: imò & aliquorum eſt vituperanda, qui cùm habuerint rem cū aliqua muliere, ſi polluti in mane accedentes ad altare, & generalem confeſſionem facientes, iungunt pollutionem, credentes per hoc confiteri, ſed ſeipſos ſeducunt: vt patet ex ſeq. hæc autē eſt forma competens, quam diſcreti ſeruant, Confiteor, &c. me peccaſſe cogitatione, locutione, opere, omiſſione, in cunctis vitiis malis meam culpam, &c. qui alia ſentit, quòd antequàm celebret, ſigillatim & ſecreto ſacerdoti proprio hoc denudet per ſeipſum, non per epiſtolam, non per nuncium: infrà eodem.omnis. vt qui per ſeipſum peccauit, per ſeipſum erubeſcat. & iunge quod no.ſuprà, de teſt.§.ſuper quibus.ſub §.& cuncta.verſic. quid ſi teſtis ſcribat teſtimonium: ideò præcepit leproſis Dominus, vt oſtenderent ſe ſacerdotibus. & Aug. de pœn. diſt.j.quem pœnitet. nec enim confitendum eſt uerbis, uel nominibus criminū palliatis: imò quantumcunque turpe fuerit ipſum peccatum, uel circumſtantiæ horribiles, totum eſt ſpecialiter exprimēdum, ut ſic tota ſanies apoſtematis expellatur: ut not.infrà eod. ſub §.integra. Requiritur tertium ſignum, ſcilicet quòd ſecretè. confiteatur, ſi peccatum occultum eſt. Chryſoſtomus: Nō tibi dico, ut prodas te in publicum: de pœn.diſtinct.1.non tibi dico nam publicum eſt publicè confitendum: de pœn.diſt.1.quē pœnitet.in fin.& c.quamuis. ideo qui ſine cauſa publicè confitetur errorē ſuum, minus ſapiens reputatur: ut patet ſuprà, de exceſſ. prælat. quàm ſit graue. ſuprà, de diuor. ex literis. Et quartum ſignum, quando ſcilicet fit pura intentione ſine hypocriſi, nō ad unam gloriam, neque timore ſeruili: ſed filiali, & ſine aliqua fictione: de pęnit diſt.1.quem pęnitet, in fin.& §. item taciturnitas. Eſa.xxvi. A timore tuo, Domine, cōcepimus & percepimus ſpiritum, ſcilicet, l.diſt.de his. Signum diſcretionis quintum eſt, quando nō in curſu, ſed moroſe confitetur: ut patet in his, quæ no.j̃.eo.ſub §.integra uer.perdā.& ſeq.& ad idem Hier.vii. Scito, quid feceris curſor leuis explicans uias tuas: de pęnit. diſt.1.ſunt qui arbitrantur.& c.unde benignum.

Feſtina. Eccleſiaſt.v. Nec tardes conuerti ad Dominū, & ne differas de die in diē. ſubitò enim ueniet ira illius, & in tpe uindictæ diſperdet te. Aug. Nullus expectet quouſq; peccare nō pōt. de pę.di.vii.nullus. Feſtinendū eſt ergo ad pęnitentiā agendam ꝑꝑ multa. primò, propter horæ mortis incertitudinem. Luc xx. Veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemq; eius cū infidelibus ponet. unde & ei qui multa congregauerat, & diuitem ſe reputabat, dictum eſt: Stulte, hac nocte repetent animā à te. quæ ergo congregaſti, cuius erunt? Secundò, ꝑpter peccatorum

torum accumulationem: Apo.xxii. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Oſeæ iiii. Maledictum & mendacium, & homicidiũ & furtum inſidauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Greg. Peccatum quod per pęnitentiam non diluitur, mox pondere ſuo ad aliud trahitur. Tertio propter peccatoris erga gratiam Dei inducentem, & expectantem ipſum ad pęnitentiam ingratitudinem. Rom. 2. An ignoras, quia benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit, tu autem ſecundum duritiem tuam, & cor impęnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet unicuique ſecũdum opera ſua. Quartò propter elongationẽ. Pſal. Domine, qui elongant ſe à te, peribunt. Quintò, propter minorem ad conuertendum habilitationem: Eccleſiaſtici. xxx. Curua ceruicem filii tui in iuuẽtute, & tunde latera eius, dum infans eſt, ne fortè induret, & non credat tibi, & dic filii tui, id eſt, ſenſus proprii, uel peccati, quod commiſiſti dum infans eſt, id eſt, tempore primi motus, uel dum recens eſt peccatum. uerſi.

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.
Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuere moras

Sextò, propter finalẽ periculoſam cõuerſionẽ. vix.n. aut nunq̃ poteſt homo in ægritudine confiteri: quia nec de peccatis cogitare: ſufficit enim diei malitia ſua ex infirmitate prouenieñs: Ideò cũ ægritudine opprimeris, vix aliud potes cogitare, q̃ ſentis. & illuc rapitur intentio mentis, ubi eſt uis doloris. Augu. Morbus urget, pęna terret, filii quos illicitè dilexit, uxor, & mundus eũ ad ſe uocat. tene ergo certũ, & dimitte incertũ: id eſt, age pęnitentiã dũ ſanus es, non differas uſq; ad infirmitatẽ. de pęn. diſt. vii. qui egerit, & c. nullus expectet. Septimò, propter Dei obliuionẽ, & clamoris nõ exauditionẽ. Chry. & Aug. Hac animaduerſione percutitur peccator, ut moriens obliuiſcatur ſui: qui dũ uiueret, oblitus eſt Dei. Eſa. xxxiii. Væ q ſpernis, nònne ipſe ſperneris? Pro. xx. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, ſcilicet Chriſti denudati pendentis in cruce, & clamantis: Pęnitentiam agite, clamabit, ſcilicet tẽpore infirmitatis, uel in die iudicii, & nõ exaudietur. unde Prouer. j. Vocaui, & renuiſtis, & ſequitur, ego quoq; in interitu ueſtro ridebo. clamauit enim diues in inferno, & etiam in gutta una aquæ non eſt exauditus. Matth. xxv. clamabunt uirgines, Domine, Domine aperi nobis, & reſpondebitur, Amen dico uobis, neſcio uos. de talibus dicitur in Hiere. Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. ideò dicit Pſal. Conuertere Domine, & eripe animã meam, ſaluum me fac propter miſericordiã tuam: id eſt, da mihi gratiam faciẽdi in uita & ſanitate ueram pęnitentiam, ut ſic ſalutem obtineã: quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: id eſt, ſi differo uſque ad mortem, uix ſaluabor: quia nec peccatorum, nec tui memorabor. Feſtina ergo, nec tardaueris: noli diſcere expectare. expecta ſine modo, quia modicum hic, & modicum ibi, & ſecundum Aug. illud modo non habet modum.

Frequens. quod duobus modis intelligi poteſt. Vno modo ſic, ut ſi frequenter cadit per peccatũ, frequenter confiteatur: alioquin ſemel cadens, in terra ſemper proſtratus remanet, niſi reſurgat: ergo ſi frequenter cadit, & vult reſurgere, neceſſe habet frequenter confiteri, ut ſic per pęnitentiam reſurgat. per hoc enim ſacramentum non tantum ſemel ſicut in baptiſmo: ſed ſæpe, & ſæpius ſubuenitur, ſicut nota. in princip. huius tit. & probatur de pęn. diſt. 3. §. quod autem per pęnitentiam non ſemel tantùm. & capit. ſeq. ſepties. & aliis capit. ibi ſequen. & §. item quod frequenter pęnitenti uenia. & ca. ſeq. ergo hoc modo poteſt per pęnitentiam iterum ſubueniri: id eſt, quoties opus erit: ff. de edendo. ueluti. §. hæc uox itetum ſuper quo uide quod not. infrà eod. §. utrum pęnitentia. Alio modo ſic poteſt intelligi, ut etiam eadem peccata frequenter confiteatur. Aug. Quantò pluribus confitebitur quis ſub ſpe ueniæ turpitudinem criminis tanto facilius conſequetur gratiam remiſſionis: de pęn. diſtinct. 1. quem pęnitet. Eſa. xxiii. Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita bene cane, frequẽta canticum, ut memoria tui ſit. utrum autem quis teneatur eadem peccata iterum confiteri, dic, ut plenè not. j. eo. § an peccata ſemel confeſſa.

Integra, vt ſcilicet omnia peccata dicat, ita quòd nullum retineat. nam Dominus ſummè bonus, qui opus imperfectionis nõ nouit, aut totum hominem ſanat, ſi ſcilicet integerrima ſit confeſſio, aut nihil ſanat, ſi ſcilicet aliquid conceletur ut ſuprà, de bap. & eius effectu. maiores. §. ſed adhuc quæritur. Sed nec ſufficit omnia diuerſis confiteri, q̃uis aliqui conſiderantes maximam cõgeriem peccatorum, ab ipſis commiſſorum, præ nimia uerecundia hoc fortè faciant. quod cauendum eſt. ſecus, ſi hoc non fiat in fraudem, nec propter verecundiam omittatur: nam nec peccata ſemel bona fide cõfeſſa iterum neceſſe habeo confiteri. Aug. Caueas, ne uerecundia diuidas confeſſionem: de pœ. diſt. v. capit. 1. imò vni omnia ſunt confitenda: j. cap. omnis, ita quòd in corde nil remaneat, quin effundatur. Thren. 2. Effunde ſicut aquam cor tuum coram Domino. Nota quòd dicit, ſicut aquam, de qua nec color, nec ſapor, nec odor remanet in canali: ut ſic non tantùm peccatum, ſed etiam circunſtantias omnes, quæ peccatum aggrauant, confiteatur plenè: infrà eod. Deus qui. & c. omnes. §. ſacerdos. circunſtantias dico concomitantes & allicientes. Concomitantes circunſtantiæ dicuntur qualitas criminis & perſonarum: locus, tempus, perſeuerantia, & ſimiles: j. eod. Deus qui s̃. de homi. ſicut dignum. reſpon. 1. Allicientes uerò ſunt ornamenta mulierum & hominum, electuaria calida, & pocula amatoria ſiue alia artificia, quæ quandoque quis exercet ſcienter & ſtudioſe ad hoc, ut peccet. ſuprà. de hom. ſi quis de his circunſtantiis allicientibus legitur Eſa. 3. pro eo, quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extenſo collo. & nutibus oculorũ ibant & plaudebant, & ambulabãt pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant, decaluabit Dominus uerticem filiarum Sion, & crimen earum nutabit. In die illa auferet Dominus ornatum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & perichelidas, & murenulas, & alfactoriola, & in aures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, ſindones, & uittas, & teriſtra, & erit pro ſuaui odore fętor, & ꝑ zona funiculus & pro criſpanti crine caluicium, & pro faſcia pectorali cilicium. 3 † Et notandum, quòd quædam circunſtantiæ adhærẽt propriè ipſi peccato, ut deteſtatio in Sodomitico uitio, horribilitas in homicidio, qualitas, utrum ſcilicet peccatum ſit occultum, uel manifeſtum modus peccandi, quantitas, ſcilicet, vtrum ſit paruum uel mediocre, leue uel graue, uel enorme. de quibus notatur ſuprà. de temp. ordin. §. & cui. ſub prima regula, uer. quinti. & ſeq. Quædam uerò circunſtantiæ inhærent perſonæ ipſius peccantis: ut dignitas, officium, ſexus, libertas, ætas, & conſimiles: xl. diſt. homo Chriſtianus. & capit. ſi papa. ff. de re milit. omne delictum. §. augetur. s̃. de hæretic. excommunicamus. §. prætereà. xi. quæſt. 3. præcipuè. xxxij. quæſt. v. qui uiderit. Quædam autem nec peccato, nec perſonæ adhærent, ut locus, tempus, quas omnes pro poſſe confiteri debet, & de quibus debet dolere ac pęnitere, & in poſterum abſtinere. probantur hæc omnia de pen. diſt. v. capit. 1. & ſeq. nam & magis peccat quis in loco ſacro, quàm prophano, in die feſto, quam priuato. xxv. q. 1. nulli fas. 1. quæſt. 3. Saluator. Ad id facit Geneſis xix. ubi leguntur angeli dixiſſe Loth, Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum. nec ſtes in omni circa regionem: ſed in monte ſaluum te fac: ne & tu ſimul pereas. Item Dauid 1. Regum xxiiii. Ego ſum qui peccaui, ego qui iniquè egi, iſti qui oues ſunt, qd fecerunt. Iob vii. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei: cõfabulabor in amaritudine animæ meæ. Eſa. xiiii. Perdam Babylonis nomẽ, & reliquias, & germen, & progeniẽ, ait Dñs. Perdam, ſcilicet manifeſtando, condemnando, & confitendo Babylonis animæ confuſæ per peccatum nomen: quia non palliabo nomen peccati: imò exprimam ſpecialiter ſine aliqua palliatione, quòd ſit illud peccatum pandendo nomen ipſius, & reliquias, id eſt, dulcem memoriam, frequentiam tactuũ, confabulationẽ, nunciorum miſſionem, receptionem, deambulationem, ornamenti aptationem, oſtentationẽ, & ſimilia. & germen, id eſt, initiũ peccati, quando ſcilicet primò incępi habere uoluntatẽ peccandi hoc modo, & progeniem, id eſt, ſequalem, quaſi à prin. vſq; ad finem, ſecundũ ꝙ potero recordari, omnia hæc inquam perdam: ut ſuprà meditando ibi antequã ad confeſſionem ueniam. iuxta illud Pſal. Meditatus ſum, & c. ut not. ſuprà, eod ſub §. diſcreta. uer. ſignum ſecundum Sed pauci ſunt, qui hæc faciant. magis enim curant homines de corporibus, & etiã de rebus, quàm de animabus. unde Orig. Si cauſa alicuius periclitatur, conſulit iura, & iuris peritos, ne amittatur: ſi infirmus ſit conſulit & quærit medicos, ne moriatur Sed nullus cõſulit ſcripturas, ne puniatur, laborat ne moriatur moriturus, & non laborat ne peccet: uel ut reconcilietur in æternũ moriturus. Attamen præcipuè conſiderari debet cõtemptus qualitas: vij. q. 1. §. cũ uerò. ſuprà, de rap. ſuper eo. & intentio ac uoluntas: infrà tit. proxi. cũ uoluntate. ff. ad l. Cor. de ſica diuus. & ſecundum hoc debet peccatum grauius, uel leuius reputari. non enim tantum quid fiat, quantum quo animo fiat eſt conſiderandum: xv. q. vj. cap. 1. in fi. ſecundum Goff. non tamen propter intentionem poteſt aliquis excuſari ab aperto malo: infrà, de reg. iur. eſtote. & no. infrà eod. uer. non intincto. Circumſtantiæ uerò requiruntur, & contemptus qualitas. xxiiii. q. 3. Deus. & cap. non afferamus. Ille igitur integrè confitetur, qui in toto conuertitur: quia hoc requirit Dominus, Iohel 2. Cõuertimini ad me in toto corde ueſtro, & c & ideo toto corde confitendum eſt, iuxta illud Pſal. Cõfitebor Domino in toto corde meo. no-

ta ò tu peccator quod dicit in corde toto, quasi dicat, Non in di misio:ut scilicet peccata diuidas:ut no. supra eo. §. resp. j. & uer. j. Non in tecto: quia nihil tegendum est, vel celandum, ut ibidē not. Non in torto: ut scilicet in alium retorqueas crimen tuum, sed te solum accusa: ut not. s. eod. sub §. discreta. uer. secundum signum. Non in tacto: ut scilicet leuiter transeas, sed cum mora & meditatione omnes circunstantias exprimas: ut not. supra eo. sub §. uer. perdam. & se. §. discreta. uer. signum discretionis quintum Non in tincto sicut illi, qui dicunt quòd ludendo, uel bona intentione hoc fecerunt: ut supra, de præsum. c. j. vel causa curialitatis, sub prætextu etiam consuetudinis, ad excusandas excusationes in peccatis uitia sua satagunt palliare. s. de excess. præla. inter dilectos. §. j. & de usur. cùm tu. resp. j. & de conse. quanto. Non in tracto: ut no. s. e. sub §. festina. & sub §. frequens. Et in toto dico non ficto, sed amaro, non coacto, sed voluntario: ut not. s. e. sub § amara. & sub §. uoluntaria. multum autem satisfactionis obtulit qui erubescentiæ dominans, nihil eorum quæ commisit ei nuncio denegauit, secundum Aug. de poen. dist. 1. quem penitet. Quòd si quis hoc non seruauerit, caueat: supra, de eo quod dicit Amos 4. Leuabunt uos in cōchis, & reliquias vestras in ollis feruentibus, & per aperturas exibitis altera cōtra alteram, & proiiciemini in Armon leuabūnt, s. demones uos semiplenè confitentes in conchis, sicut fit porco de pilato, qui suspenditur per pedes in concha, id est, in pertica. concha enim proprie dicitur pertica quędam apta ad commouendas anguillas in luto depressas. & reliquias vestras id est, peccata, uel circunstantias, quæ in confessione occultatis, uel palliastis, in ollis feruentibus, id est, in perpetuis pęnis infernalibus, & per aperturas exibitis altera contra alteram, quasi dicat, per totum diuulgatum & apertum erit, & vna anima pugnabit in poenis contra alterā, & proiiciemini in Armon, id est, in inferno. Armon enim anathema mœroris mei uel imago tristitiæ meæ interpretatur: ergo sicut porci proiiciuntur in arcam, uel vas aliquod ad saliendum uel in cacabo ad coquendum, sic ad perpetuò puniendum proiicientur tales animæ in infernum.

14 **Cui confitendum** sit. Sacerdotibus. quibus data est hęc potestas à Mediatore Dei & hominum, qui ipsos ecclesiæ suæ præposuit, & soluendi ac ligandi tradidit potestatem: de pœn. di. i. multiplex. & in hoc sacerdos iudex est: de pęn di. i. verbum. & alias concordātias poteris inuenire j. e. sub § cui Papa. versi. si. Sed nunquid quilibet sacerdos habet hanc potestatem? Scripsit Rayn. quòd nō. nam & si quilibet sacerdos hanc potestatem in ordinatione sua recipiat, tamen ligata est talis potestas, nisi à Papa, vel à diocesano hāc habeat potestatem. Gof. hoc reprehendit, nisi hoc uelis intelligere de potestate generali, quam sacerdotes, & maximè parochiales in sua ordinatione vel institutione recipiunt & est simile quod dicitur alias, sci. ordinationes Episcoporum sunt authoritate Apostolica celebrandæ: lxiiij. di. ordinationes. Planum est, quod Rayn. non intellexit hoc de generali licentia, quam quis recipit in ordinatione: quia illam dicit ligatam: ergo secundum ipsum requiritur specialis. Tu dic quòd sacerdos parochialis ex quo sibi cura animarū commissa est ab aliquo Episcopo sine alia licentia speciali potestatem habet audiendi confessiones parochianorum suorum, excommunicandi & absoluendi, exceptis prohibitis, quia in his cōsistit cura: supra, de ele. dudum ii. § pen. & de offi. archipresby. c. i. & ii. & de of. ord. c. iii. & parochię sunt distinctę, ita quòd quilibet terminis suis debet esse contentus: & ut quilibet de plebe sibi commissa curā habeat, & sic custodiat, ut ante tribunal æterni iudicis de omnibus sibi commissis reddat idoneā rationē: xiii. q. i. Ideoq; sacerdos parochialis canones pœnitentiales scire debet: xxxviij. dis. nulli. & c. quæ ipsis. de quibus no. j. eo. §. quæ pænitentia. & ideò cum talibus à iure semel concessa sint, non indigent alia licentia speciali: ff de condi. institut. quæ sub condit. § fin. sic ergo quilibet parochianus debet illi sacerdoti, qui curam eius habet, confiteri. & non alii: quia nō posset eum absoluere. ij. q. j. in primis. vi. q. 3. scitote. s. de iudiciis. at si clerici. C. si à non competenti iudice l. fin. & expressius j. de sententia excommunicationis. nuper. §. in secundo & in fin. Et nunquid extra territorium parochię [a] sibi commissæ? Non uidetur. argu. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. l. fin. sed illud locum habet in his, quæ sunt contentiosæ iurisdictionis: porrò cùm pœnitentia sit de iurisdictione voluntaria, quilibet curatus sacerdos poterit vbique parochianū proprium expedire: ff. de offi. proconsul. l. 2. & ideo de loco nihil exprimit concilium generale: j. e. omnis. sed bene innuit, quod sacerdos extraneus absoluere non potest, & hoc verum nisi extraneus audiat confessionem de proprij sacerdotis licentia: j. eo dem. omnis. de pœni. dist. 6. placuit. Fallit hoc in casibus, in quibus potest aliquis audire confessionem alterius parochiani. Primo, quando proprius sacerdos indiscretus est: de pœni. distin. 6. placuit. nam secundum Augu. qui vult confiteri, debet quærere sacerdotem, qui sciat soluere & ligare: de pœnit distin. 6 qui vult. Sed hoc non debet fieri sine licentia: j. e. omnis. & not. s. e. §. qualis. sub §. discreta. ver. signum primum. & versi. quid si non vult dare licentiā. nec tamen, secundum Goffr. expedit semper dare licentiam, imò deneganda est, si sacerdos se sufficientē reputet. nam præsumere potest, quod ideò petat parochianus licentiā, ut confusionem erubescētiæ euitet, quæ est magna pars satisfactionis: ut no. s. e. §. qualis. sub §. amara. uer primum. Consulo, quòd de se non nimis confidat, neque præsumat. & si fortè parochianus aliquā latentem causam vel odij contra ipsum habet, sicut plerunque accidit, uel quia est particeps criminis, vel aliam habeat, licentiam nullatenus deneget, sed concedat. Sed si fortè contemni verisimiliter se præsumat, tūc poterit denegare quamdiu ab ecclesia toleratur: s. de coha. cle. & mu. vestra. Caueat tamen de conscientia: s. de choa. cle. & mu. c. j. s. de temp. ordi. quoniam. Secundò fallit, quando alienus parochianus transtulit domicilium suum. Ray. & Goff. sed certè iam non est alienus, sed proprius: s de parochiis. c. fin. Tertiò, cùm quis vagabundus existit. ff. de iudic. hæres absens. Quartò, cùm quis quærit domicilium quò se conferat, proprium relinquens iter faciendo uel nauigando. nam & is sine domicilio est. ff. ad muni. Labeo in princ. & l. eius. §. Celsus. Quintò ratione delicti intra propriam parochiam, ab extraneo parochiano commissi. s. de rap. c. i. 6. q. 3. placuit. Sextò, ratione studij quod dic, ut no. s. de parochiis. §. quis intelligatur. uer. quid de scholaribus. Septimò tempore necessitatis: 26. quæ. 6. si presbyter. de pœn. dist. 3. quicunque presbyter. quia sicut ait Aug. tanta est uis confessionis, quòd si immineat necessitatis articulus: ut quia infirmatur ad mortem is, qui vult confiteri, uel oportet eum intrare bellum & deest sacerdos, non solùm proprius, sed & quilibet in tali articulo potest etiam laico [b] vel etiam mulieri, si non adsit alius, confiteri. de pœ. dist. j. quem pœnitet. & distin. 3. qui vult. & de cons. dist. 4. sanctum est. & de hoc no. j. de sententia excommunicationis. § quis possit excommunicare. sub §. secunda regula. ver. primus. hoc idem Beda comprobat. ut patet in his quæ not. s. §. de quibus. uer. nunquid ergo tale peccatum. non tamen hæretico, vel excommunicato debet quis confiteri: ut no. s. §. quis debet confiteri. uer. si. nunquid ergo tempore necessitatis. quod autem dictum est de laico, uel muliere, intelligas quo ad ostendendam fidem sacramenti, unde si sic moriatur, saluatur: supra, de bap. debitum. sacramētum tamē deficit. ut ibi: quia nullus potest uerè absoluere, ut s. verum sit sacramentum pœnitentiæ, nisi sacerdos sit: ar. s. de sum. trini. c. a j. § vna. ideoq; si talis euadat, debet iterum sacerdoti proprio confiteri: arg. j. de sent. excom. decætero. & c. ea noscitur. & si moriatur, potest & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri: j. de sentēt. excom. à nobis. secundo. Octauò, si ponat spem suam in sacerdotem proprium, ut ratum habeat. ar. 9. q. 2. Lugdun. In quocunque autem casu si aliquis alienum parochianum sine licentia proprij sacerdotis audierit, iniungat ei, ut quam citò poterit, se coram sacerdote proprio repræsentet, & quod actum est, significet. arg. j. de sententia excommunicationis. decætero. & c. ea noscitur. & c. de his. in fi. Si verò sacerdos nullam curam habeat sibi commissam, tunc dist. vtrum necessitas no. s. ver. proxi. vel nulla necessitas immineat, & tunc non potest audire, secundum Ray. vnde religiosi, uel reclusi. non habent potestatem absoluendi, uel ligandi: nec baptizandi, neque prædicandi, vel alia quæ ad curam animarum pertinēt, exercendi, nisi fuerint electi à populo, vel ab episcopo cū consensu abbatis, vel superioris sui instituti: 16. q. j. alia. & c. peruenit. & § ecce. & § hoc idem no. Gof. frustra. ergo reprobauit Ray. s. e. ver. sed nunquid quilibet. Tu tamen dic referre, vtrum is, qui cō fitetur, habeat licentiam iudicis sui, quòd tali specialiter possit confiteri. & tunc sacerdos ipsum securè audiat: ut no. s. e. ver. primo. uel habeat licentiam in genere quod cuicunque voluerit, possit confiteri, uel simpliciter, vel alii possit confiteri indefinitè. & in his duobus casibus si subditus recurrit ad discretiorem, siue religiosum, siue alium, vel ex causa ad non ita peritum, dum tamen peritum & honestum securè confitetur alius securè audit. ar. j. ne pro dilatione. Si verò causam non habet, nisi quia vult abscondere peccatum suum à proprio sacerdote vel

ADDITIONES.

a Et nunquid extra terrtorium parochiæ. ¶ Adde Archid. in c. placuit. de pęn. dist. 6. Pet. de Anch. in repe. regulæ, ea quæ. de reg. iur. libr. 6. Pau. de Elea. in cle. dudum de sepul.

b In tali articulo potest etiam laico. ¶ Adde gl. in §. criminis. 25. dist. glo. in c. pastoralis. de offi. ordi. & gl. in c. a. de pœn. & remis. lib. 6.

vel quia ipsum contemnit, seipsum seducit, & de hoc ipse debet
pœnitentiam agere: vnde quandocunque tu sacerdos audis alie-
num parochianum, debes causam primo considerare: & ab eo
inquirere, vt sic audias vel remittas: ar. de pœn. di. 6. placuit. j. e.
omnis. s. de parochijs. vt Dominicis. multo magis delinquit si su
perior inhibuit expresse, quod religioso alicui, vel recluso, vel ta
li nominato specialiter non confiteretur. cum & in dubio obe-
diendum esset: 23. q. 1. quid culpatur. Non obstat, quod dictum
est per Gof. & Ray. qui non consentiunt, quod religio si confes-
siones audiant, [a] vt no. s. e. ver. nulla necessita. quia iura, quæ in-
ducunt, intelligenda sunt de religiosis qui volunt vsurpare paro
chias, sine licentia superioris sui, & sine authoritate Episcopi, vt
ipsa bene innuunt: vel qñ volunt audire aliquē sine licentia iudi
cis peccatoris: vel qñ hoc faciunt sine licentia abbatis, alia nulla
necessitate instante: vt innuitur 16. q. 1. placuit cōi. ibi. ne phādis-
simo ausu præsumat. Item non ob. suprà, de foro compe. c. pen.
quia ibi loquitur in contentiosa iurisdi. quam non habet quis,
nisi ordinarius. nec alia nisi ordinaria potest prorogari, quo ad
personam, vt ibi. porrò si cōtentiosa prorogari potest, ut ibi. sic
& multo fortius ordinaria voluntaria, vt hic: & ar. ff. de offi. con.
sul. l. vnica & de offic. proconsul. l. 2. deniq;. cum quilibet sacer-
dos in ordinatione recipiat potestatem soluendi & ligandi: dū
modo materiam habeat, potest soluere, & ligare. materiam aūt
habet, ex quo de licentia proprij iudicis aliquem audit: sicut no.
si. s. de ele. §. quo tempore. versi. tu dic, ꝙ electus. & præcedentib.
Nec in hoc requiro licentiam episcopi confitentis peccatoris,
sed sacerdotis sui parochialis tm̄. j. eo. omnis. nisi in casibus, qui
ad episcopum specialiter pertinent. Primus est in solenni pœni-
tentia imponenda: quod dic, vt no. j. e. § vtrum pœnitentia. sub
§. his prælibatis. Secundus in excōicatis à canone in casibus illis,
quibus absoluere potest: vt no. j. de sent. exc. §. quis possit excō-
municare. resp. 1. Tertius in irregularitate ꝯcta: quod dic, ut no.
j. e. sub rubrica, de dispen. §. quis possit dispensare. ver. in quibus
autem. & seq. sub §. se. Quartus in incendio: 23. quæ. fi. si quis mē-
brorum & c. pessimam. Quintus in crimine pu. sicut in blasphe-
māte: s. de maledi. statuimus. Sextus in voto: s. de voto. c. j. & no.
s. de voto. §. vtrum, & per quem in votis. versi. quarti dicunt. Se-
ptimus, si ipse episcopus confessionem audiuit de aliquo pecca-
to: 21. dist. inferior. Octauus, si sit consuetudo in aliquo episcopa
tu, ꝙ episcopus certa peccata audiat, vel si sibi retinuerit certos
casus, sicut, De parentibus qui filios opprimunt. De homicidijs.
De sacrilegijs. De falsarijs. De violatorib. ecclesiarum immunita
tis ac libertatis ecclesiasticę. De sortilegijs. De vitio contra natu
ram, & maximè cum brutis. De incestu. De corruptione sancti-
monialium. De ablatorū siue subtractorū, vel aliter illicitè acqui
sitorum restitutionibus. De periurio. De clandestinè ꝯhentibus,
& alijs enormibus, quæ consuetudo generalis & specialis episco
pis reseruat: in quibus ēt episcopi aliquoties mittūt peccatores
ad sedem Apost. propter enormitatem ipsorum criminum, &
aliquoties ad terrorem. Sic sunt aliqui casus, qui non ad sacerdo
tem inferiorem, sed superiorem pertinent: ideo dictū est leproso
mundato à Domino Matthæ. 8. Ostende te sacerdotibus: in casi-
bus, s. suis inferioribus. & in suis superioribus. Quid si quis episco
pus commisit alicui generaliter vices suas. quo ad pœnitentias
iniungendas, nunquid talis habet potestatem, etiā in his casibus
specialibus? Ray. scripsit ꝙ non: quia in generali mandato non
veniunt talia, nisi quis hoc exprimat. ar. ff. de procu. mandato ge
nerali. & l. procurator tutorum. Sed ꝯ. ff. de pig. Paul. respon. j. &
§. fin. s. de procu. petitio. per hanc vltimam decr. & per iura indu
cta pro Rayn. teneas quod dixi. & arg. s. de offi. archi. c. primo. &
c. significasti. Sed nec debet episcopus hoc alicui committere,
nisi tali, qui discretus & prouidus sit, & qui nouerit circunstan-
tias personarum & pecccatorum, maximè quo ad dispensatio-
nes, & absolutiones, & restitutiones illicitè acquisitorum. facien
das. de hoc plenè no. j. e. §. quibus & qualiter. ar. s. de homici. si-
cut dignum. s. de consan. c. j. s. de transac. c. fi. s. de offi. dele. quo
niam. Quid de officiali episcopi? Non puto, quòd in his, scilicet
pœnitentijs iniungendis potestatem habeat, sed contentiosis
tantùm: in illis autem vnum & idem consistorium est episcopi
& officialis: quarę ab vno ad alterum non potest appellari, vt in
authentic. do. n. extrà. de app. Romana. respons. 1. & de hoc ple-
nè notat. s. de offic. vica. §. quis sit vicarius. versic. quid de offi-
ci. & sequen. & est hoc verum nisi apparet, quòd hoc sibi com-
mittere voluerit: puta, quia hoc expressit, vel de licētia superio-
ris sui reliquit alium episcopum suum in vicarium generalem, ad
aliquam remotam se transferens regionem: tunc enim talis vica
rius omnia, sicut is, qui ipsum constituit, posset si præsens esset,
poterit expedire. vt tamen scias, quòd si non est sacerdos, debet
hoc alij delegare ar. s. de consec. eccle. aqua. suprà, de offic. dele.
excommunicationis ad fi. suprà. de proc. petitio. ff. de offic. eius.
cui mand. est iurisdictio. l. j. 93. distinctio. capitu. 1. 94. distinctio.
capitu. 1.

Verum ut de hac materia plenissi

mè instruaris, à maximo, vsque ad minimum quærendo de quo
libet persequamur. expedientes cui sit confitendum: incipientes
à capite, à quo edenda est ratio. ff. de eden. argentarius.

15 b **Cui Papa,** † nam superiorem non habet, imò tenet in
terra locum Dei uiuentis: [b] s. vt bene. eccl.
c. vnico. §. j. ver. porrò. s. de transla. epi. quanto. & c. præce. nec
videtur quòd pœnitentia egeat. quis enim sanctum dubitet esse,
quem apex tantæ dignitatis attollit: in quo si desunt bona per
merita acquisita, sufficiunt, quæ à prædecessore testantur. aut
enim claros ad hoc fastigia erigit. aut qui eriguntur: illustrat, se-
cundum Symmachum: 40. di. non nos. Sed certè peccare potest
c Papa [c] grauius, quàm alius: quia s̄m Gre. quanto gradus altior,
tanto casus grauior: de pœn. dist. 2. principium. & s̄m Chrysost.
40. dist. homo Christianus. & s̄m Hila. 25. q. 1. nulli fas. vbi dicit,
ꝙ grauiora delicta facit sublimitas peccantium. & s̄m Ioan. non
sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercēt
opera eorum. & s̄m Greg. 40. dist. non est facile. & c. nos qui. &
s̄m sanctum Bonifacium, si Papa malus fuerit, licet multos po-
pulos secum trahat: tñ ipse cum diabolo apud inferos perpetuò
cruciabitur: 40. dist. si Papa. & s̄m Symmachū non habebit apud
Deum de allegationis nitore subsidiū, quando ipsorum sancto-
rum vtetur teste, quo & iudice. nam & ab eo, cui plus committi
tur plus exigitur: 10. q. 3. aliorum. vnde & Anastasius, quia Acha
cium hæreticum occultè reuocare voluit, diuino iudicio percus
sus fuit. nā dum assellaret, intestina emisit: 19. di. Anastasius. Di-
cunt autem aliqui, ꝙ sufficit, si confiteatur Deo sicut tenēt Græ
ci. de pœ. di. j. c. fi. alij dicunt, ꝙ episcopo Host. qui ipsum conse-
crat, vñ superior est: ar. 93. di. dominus noster. & expressius. s. de
elect. venerabilem. §. j. versi. est enim irregulariter. alij dicunt, ꝙ
cardinalibus, qui proculdubio vice Metropoliani funguntur:
23. dist. in nomine Domini. Dicas, ꝙ potest sibi eligere confesso-
rem quemcunque voluerit. nam & in contentiosa iurisdictione
hoc receptum est. ff. de iurisdict. om. iudic. est receptum. 2. q. 5.
mandastis. & c. auditum est. 2. quæstione septima. vos si incom-
petenter. & §. cum Balaam. multo fortius in voluntaria potest se
d submittere cuilibet sacerdoti: [d] quia quantum ad hoc unusquis
que sacerdos catholicus tenet locum Dei viuentis, & loco Dei
potest absoluere pœnitentem: 11. q. 3. absit. de pœn. disti. 3. inter
hæc hircum. 1. & 2. l. dist. de his. & sic etiam in foro pœnitentiali
factus est Papa minor. & confessor maior, vt in prædictis iurib.
& hoc innuit Chrysost. 40. dist. multi sacerdotes. & ad hoc j. eo.
ne pro dilatione.

16 **Cui † cardinales: nam** & hi si delinquant, acri
us puniri debent, cum
domino Papæ assistant exemplo Adę, de quo dicit Aug. ꝙ quan
to erat Deo proximior tanto magis peccauit. de pœn. di. v. con-
sideret. & exemplo Luciferi: de pœn. dist. ij. principiū. de his Esa.
qui sunt isti, qui vt nubes volant, & c. vbi dicuntur colūbæ pro-
pter simplicitatē, quam habere debēt, candidiores niue, quo ad
mores & vitæ munditiam. rubicundiores ebore antiquo, quo
ad charitatem & passionis Christi memoriam: sunt enim Car-
dinales cardines hostii sanctæ ecclesiæ: quia sicut hostiū regitur
cardinib. ita sancta ecclesia cardinalibus, s̄m Anacletū, 22. di. san
cta Romana ecclesia. in fi. & de hoc no. s. de off. archipres. §. quę
pertinent ad offi. ver. iii. Caueant igitur, ne sint dracones stantes
iuxta arcam Domini: xxxvii. dist. legant episcopi. & ne sint nebu-
læ & nubes, sine aqua deuotionis lachrymarum, turbinibus de-
monum agitatæ: vt probat beatus Petrus, & Io. de pœ. dist. ii. si
enim inquit. & Beda. ii. q. vij. secuti sunt. id est, non capiant super
e bia, quæ mater est [e] omnium uitiorū. Eccle. Initium omnis pecca
ti est superbia; non uana gloria, quæ omnem virtutem euacuat,
non amore pecuniæ, quæ tanquam venenum est fugienda, non
amore parentum, ne eos in uita corrodant tanquam muscæ mo
rientes, &

ADDITIONES.

a Religiosi confessi audiant. ¶ Adde cle. dudum. & ibi doct. de sepul.

b Tenet in terra locum Dei uiuentis. ¶ Adde tex. in c. ego Ludoui. 63. dist.
c. quales. j. q. j. tex. in cle. j. de iureiu. tex. in cle. pastoralis in §. nos tam ex su
perioritate. de sen. & re iud. gl. in cle. j. de iud. gl. in c. fundamenta. de elect.
lib. 6. Inno. in c. quod super his. de uoto.

c Peccare potest Papa. ¶ Adde c. aliorum. 9. q. 3.

d Potest se submittere cuilibet sacerdoti. ¶ Adde glo. & docto. in cap. sane.
de offi. deleg.

e Superbia, quæ mater est. ¶ Adde Archidiaco. in capit. his ergo. in 2. col.
33. distinctio.

rientes,& eos post mortem despiciant, dicentes, Benefecit mi-
hi. melius facere potuit, vt de aliis quæ silere curialius est,tacea
mus. Sed die noctuq; nõ cessent virtutibus instruere,ut probat
authoritas Isidori:xxiii.di. his igitur.l.patrũ. & Ambro. xii.q.1.
cui portio Deus est.lxxxvi.di.non satis. Tales ergo si delinquãt
per sententiã remoueantur, & sine spe restitutionis deponant.
s.de cle.non resi.in ecclesia uel præben.ca. ex gestis.ad exẽplum
a Luciferi.de pœ.di.2.principium. Confiteri aũt debẽt Papæ, [a] si
ne cuius licentia non possunt testamentum condere,nec etiam
mutationem facere secundum consue. Romanæ ecclesiæ quæ
seruanda est.s. de sen. & re iu. in causis. Alii dicunt ꝙ diaconus
confiteatur presbytero: presbyter episcopo: episcopi omnes
priori episcoporum.prior Papæ.ar.xciii.di.à subdiacono. Tertii
dicunt,quòd pœnitentiario domini Papæ:ar.xciii.dist.c.fi.xciiii.
dist.c.1. Tu dic,quòd si absens est causa legationis,potest elige-
re confessorem:ar.j.e.ne pro dilatione. si præsens est, dist.inter
peccatum publicum,ut illud confiteatur Papæ, & occultum,ut
illud sufficiat domini Papæ pęnitentiario confiteri, quo ad sal-
uationem animæ,non tamen,quo ad dispensationem, quã pœ-
nitentiarius facere non potest,nisi de speciali mandato Papæ si-
cut curia tenet:sed & tutius puto,quòd quilibet à Papa licentiã
habeat,ut sibi possit eligere cõfessorem, cũ tales eidem subsint
immediatè:ar.j.eo.omnis.exceptis episcopis,qui omnes in hoc
sunt priuilegiati.j.e.c fi.quo ad occulta peccata,non publica:ut
patet in his quæ no.s.e.§.utrum pœnitentia.sub §.his prælibatis.

17 **Cui † capellani** & curiales, qui sunt de familia domini Papæ.Penitentiario suo,non
alii.hi verò qui sunt cum singulis cardinalibus possunt de licen-
tia domini sui, qui ipsorum curam habet de cõsuetudine curię,
etiam alii confiteri. ar.vj.quæst.iii.placuit.& vj.quæ.3.ca.1.infrà
eodem omnis.Sed & pœnitẽtiario domini Papę possunt omnes
sine aliqua licentia confiteri:ut probant concor.signatæ.s.e.sub
§.cui Cardinales.uer.tertii dicunt.

18 **Cui † Patriarcha.** Et quidem si peccatũ suum pu
blicum est grauius est punien-
dum, quam in inferioribus: quia tales tot mortibus digni sunt,
&c.secundum Greg.xi.q.3. præcipuè.s. de uoto.magnæ.§.1.&
in hoc casu debet à solo Papa puniri.unde Greg.quædam de pri
mate nostro Clementino ad nos perlata sunt, quæ nullo modo
debent sub silentio præteriri, ne totum corpus,quod absit,mor
bus inuadat, si languor in capite curatus non fuerit: 2 quest.vii.
§.sicut inquit.& Innocent.III.punit patriarcham Antiochenũ.
suprà.de transla.episcop.cap.1.Gelasius & Fęlix, Constantino-
politanum.xxiiii.quæst.1.Achacius.Nicolaus Bituricem.prima
tem pro eo quod iudicabat clericos Narbon.ix. quæst.3.capitu.
questus. & Leo Dioscorum Alexandrinum Patriarcham, pro
eo quòd non seruabat tempora in ordinibus conferendis: lxvii.
dist.quod à patribus.& consecratione episcoporum:ea.dist.qđ
die.& celebratione missarũ.de cõ.dist.1. nosse. & in aliis multis.
xxiiii.q.1.beatissimus.& Innocent.III.de falsitate reprehendit
Hierosolymit.s.de his quæ fiunt à prælat.quanto. & c.præce.&
Greg.IX.patriarcham Graden.eo quòd contra canones exege-
rat iuramentum à Castello episcopo: s. de ma.& obe dilecti fi-
lii.De talibus & similibus spectat correctio ad solũ Papam:in oc
cultis uerò potest sibi eligere confessorem: j.eo.c.fi.& nisi sit in
curia,quia tunc debet confiteri pęnitentiario, secundum quos-
dam.Breuiter dicas, quòd episcopi & superiores, etiam non exẽ
pti, & inferiores episcopis exempti in occultis peccatis, etiam
grauibus,& publicis leuibus, regulariter possunt sibi eligere etiã
sine superioris licentia prouidum & idoneum confessorem: j.
eo.ne pro dilatione.licet aliqui ipsam intelligant in exemptis &
remotis tantùm:dicentes, quod illa dictio exemptis, determi-
nat illam episcopis & superioribus. Sed malè notauerunt men-
tem illorum uerborum, necnon & illius superioris: nam si in-
tellexisset de exemptis tantum non dixisset superioris, sed serui
seruorum.j. de sententia excommunica. relatum.in fi.uel sedis
Ap.ar.s.de simonia.c.ante pe.j. de sententia excommunicatio-
nis.non dubium.& c.nuper.sed dixit superioris,ut quo ad exem
ptos,includeret se:quò ad non exemptos, alios superiores: arg.
sup.de elect.ne pro defectu.nec obstat, quòd dicit in prin.decr.
ne pro dilatione. quia illa causa fuit compulsiua, non finalis.si-
cut & j.e.cùm infirmus.§.1.ff.de postulando.§.sextum.uer.ori-
go.Est enim hoc speciale priuilegium episcoporum, sicut & il-
lud: s.de priui.quòd nonnuliis.& in auth.d.enim.extrà, de sen-
tentia excom.quia periculosum. causa autem finalis est pericu-
lum animarum,quod plerunque, imò frequenter cuilibet epis-
copo imminet. putà uisitat diœce. occurrit excommunicatus,
quem fortè de facili uitare non potest, quin ei in aliquo parti-
cipet,ligatur minori tam ipse,quàm capellanus suus. quis enim
celebraret missam, si episcopus non posset sibi eligere confes-
sorem sine archiepiscopi sui licentia? non capellanus,non epis-
copus,quia non absoluti sine graui peccato hoc facere non pos-
sent.supra.de cle.excom.mi.si celebrat. nec absolui possunt nisi
à proprio sacerdote.j.de sent.excom.ca.nuper.retardabitur er-
go officium episcopi, qui scienter non debet cùm hoc pecca-
to celebrare: igitur hoc ut euitetur periculum, permittitur, ꝙ
possit sibi eligere confessorem: quo facto, unus alterum absol-
uere potest: infrà.de sent.excom.duobus.& intelligas,quòd ta-
lem sibi debet eligere,qui non sit excõmunicatus,& qui catho-
licus habeatur:ut patet in his quæ no.s.eo.§. quis debet confite
ri.uersi.nunquid ergo tempore necessitatis. & cùm hoc episco-
pis superioribus non exemptis, necnon & inferioribus exem-
ptis per speciale priuilegium concedatur,non puto ipsum expi-
rare, etiamsi quis ad curiam Romanam accedat:xxv.q.2 §.1.&
c.se. Alius autẽ inferior hoc sibi usurpare non debet.s. de priui.
sanè. quamuis hoc possit quilibet à suo iudice per speciale pri-
uilegium siue per specialem licentiam sibi concessam sine literis
impetrare.j.eo.omnis.uel à Papa:ar.s.de cle.non resi.fraternita
ti.ix.q.3.cuncta.& c.per principalẽ.& patet j.e.c.fi.xvi.q.1.pue
nit. aliter nullus debet confiteri extraneo sacerdoti,sed proprio
tantùm. Vt tamẽ scias tres esse personas,quibus immediatè sub
iecta est quælibet anima,s.Papam,diocœsanum, & proprium sa
cerdotem: ut no.s.de offi.archipres.§.quæ pertinet.uersi.viii.&
seq.& alteri istorum semper oportet confiteri, non alii extra-
neo:nisi in casibus quos no.s.eo §.resp.1.uer.tu dic,quòd sacer
dos.& seq. In publicis autem & grauibus suo proprio tantùm
sacerdoti confiteri oportet.ut not.s.eo.sub §.cui Cardinales.in
iudicio autem contentioso nulli credi debet sine probatione,
vnde non iudicabo aliquem nisi de delegatione sui iudicis cer-
tus sim: s.de foro compe.significasti.s.de offi.dele.cùm in iure.
ideoq; citra sedem Apost.non poterit Patriarcha puniri: & sic
loquuntur concor. inductæ s.e. sub §.resp.1.in pęnitentiali ue-
rò credam cuilibet, si dicat se habere licentiam à suo iudice, &
ipse ne mentiatur caueat: quia de hoc ipso pęnitentiam agere
debet,secundum ea quæ no.s.e.§.resp.1.uer. tu tamen dic refer-
re.& §.qualis.sub §.discreta.uersi.item cauere debet. Sed quam
potestatem habet cõfessor electus ab episcopo? uidetur, quòd
illam quam habet episcopus in subditum, quo ad absolutiones
peccatorum:ergo nec super irregularitate secum poterit dispẽ
sare in casibus,qui ad Papam pertinent:quia in electione,quam
facit, non potest sibi amplius concedere potestatis, quàm ipse
habeat: ff.de reg.iur.nemo.nec obst.si dicas talem confessorem
ordinarium pro eo, quod à lege uidetur recipere hanc potesta-
tẽ,facta electione per episcopum:j.eo. c.fi.quia talis iurisdictio
semper succedere uidetur loco illius, quam habet is qui eligit:
ergo eiusdẽ naturæ debet esse:ar.ff.si quis cau.si eũ.§.qui iniuria
rũ.C.de iud.apertissimi.ad fi.Sed contrà,quia episcopus & exẽ-
ptus eligit sibi confessorem de licentia Papæ:j.e.c.fin.ergo con-
fessor electus uidetur habere eandem potestatem, quam Papa
habet.nam & si de licentia proprii sacerdotis eligam mihi con-
fessorem secundum concilium: j.e.omnis iste electus habet po
testatẽ,& uices gerit proprii sacerdotis; ergo sicut & in quibus
casibus proprius sacerdos posset me absoluere, & electus põt:
ar.xciii.di.c.1.s.de offi dele.sanè.quia potest dici,quòd ubi exẽ
ptus eligit, habet potestatem pęnitentiarii Papæ, de qua not.s.
e.sub § cui Cardinales.uersi tu dic.si uerò alius eligat, habet po-
testatem,iudicis illius, cui subest is, qui eligit. & hoc per iura s.
proxi.allegata, ut tamen semper publica & grauia excipias, ut
patet in his quæ not.j.eo.§.utrum pęnitentia. sub §.his prælibatis. Sed nunquid potest episcopus diuersos eligere,& sæpius ua-
riare? certè non consulo, quòd hoc faciat quamdiu illius quem
eligit potest habere copiã,& si possit alii in subsidium confiteri:
ut tamen si mortale sit confiteatur illi, quem elegit quam citò
ipsius copiã habebit: vt patet in his quæ no.s.eo.§. qualis.sub §.
integra.uersi.sed nec sufficit.in uenialibus autem uidetur secus,
ut patet in his quæ no.s.e.§.de quibus.uer.nunqd ergo tale pec-
catum.& se.sed & si non habet copiam proprii confessoris, pu-
ta quia mortuus est,uel recessit ab eo,tutè sibi alium eligat: arg.
s.de sec.nu.c.pe.& fi.C.de iu. properandum.§. si autem in me-
dio.sed & si episcopus haberet diuersos confessores, quibus tñ
peccat sua uellet confiteri,sine diuisione commendandus esset;
sed si in fraudẽ hoc faceret detestandum. Sed nunquid eo ipso,
ꝙ episcopus alii confitetur, uidetur ipsum sibi in confessorem
eligere? Non uidetur.ar.s.de elect.ecclesia. dicas ꝯtra. in talibus
enim plus est in factis & intentione mentis,q̃ uerbis: ar.ff.de le-
gi.de quibus s.de ma.& obe.legebatur.xv.q.vi.c.1.ad fi.& breui
ter in omnibus his intentionem & bonam fidem tantùm requi-
ro: & illa tamen sufficit.ar.s.de presbytero non bapt.c.i.& 2.de
baptismo.debitum.cui non congruit de iuris apicibus disputa-
re:ff.man.si fideiussor.§.quædam. Sed nunquid archiepiscopus
debet

ADDITIO.

a Confiteri autem debent Papæ. ¶ Adde,quòd hodie ista iura correcta sunt per cle.dudum.de sepul.

debet scire quis est confessor episcopi. in c. velit nolit episcopus. & etiam ipsum potest compellere, vt sibi confiteatur, si suspectum habeat confessorem: quia & ab ipso de anima episcopi ratio exigetur: ar. s. de offi. or. pastoralis. & c. irrefragabili. in auth. d. n. de censi. extra Romana. nec istud prohibet decr. j. e. ne pro dilatione. sed cùm intendat occurrere animarum periculis, potius hoc admittit.

9 Cui archiepiscopus. † Dicunt quidam, quòd Patriarchę suo, si ipsum habet, & propinquus sit, alioquin Papæ. & si in peccato sit: non debet stare in peccato vna hora diei. de pœn. dist. 1. & ueniet inquit Moyses nam & ille rex Dauid talis & tam potens, nec exiguo momento penes se passus est, vt maneret delicti conscientia, de pen. dist. j. ille rex. & c. septies in die cadit iustus. sed si iustus, quomodo cadit: & si cadit, quomodo iustus? dic quòd q resurgit per penitentiam, nomen iusti non amittit; præsertim prelatus nullo modo subditos iudicare debet, dum habet in se qđ condemnet. 3. q. vij. iudicet ille. & c. in grauibus. & c. postulatus dominus. & hoc probat Gre. xj. q. 3. plerunq;. & Aug. de pę. di. vj. qui vult confiteri. quod etiam de quolibet inferiori intelligẽdum est. nam secundum Gre. dum is, qui displicet, ad intercedẽdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. xlix. dist. §. 1. & idem dicit Ambro. 2. q. vij. in grauibus. tamen & talis absoluere potest: quamdiu ab ecclesia toleratur, vt not. j. eo. sub rub. de remiss. §. vtrum fiat. Vbi autem remotus est, dicunt quidã, q si crimen est notorium, Patriarchæ debet confiteri, & ab illo castigari: 3. q. 5. quia suscepti. j. de senten. excom. venerabili. Item si occultum sit, & enorme, confitendum est etiam Papæ, vbi inferior non posset dispensare: xxj. di. inferior. Itẽ si pertinet immediatè ad Papam, & est intra Italiam, debet Papæ cõfiteri saltem semel in anno. cũ talem oporteat de necessitate semel in anno iuxta Idus Maij, Romanam ecclesiam visitare: xciii di. iusta. & argu. s. de elect. nihil est. § cæterũm. Si uerò est ultra Italiam, & est peccatum notorium, uel enorme, Papæ similiter confitendum est: ix. qu. 2. si autẽ aliquis. & hoc probat Gre. lxxii. di. honoratus. & c. ubi ista. 2. q. v. quanto. & c. qua de causa. lxiii. di. Salonitanæ. in utroq; tamen casu si infirmus sit, potest cuilibet confiteri: xxvj. q. vj. si presbyter & c. se. & c. qui recedunt. & c. hi qui in tempore. ne interueniente paululum mora, inueniri non possit qđ redimatur: vt 1. dist. v. baptizari. in hoc enim casu nec satisfactio interdicenda est, neque reconciliatio denegãda: quia misericordiæ Domini nec mensuras ponere possumus, apud quem nullas patitur ueniæ moras conuersio. secundum Leo. de pe. di. 1. multiplex. Sed & si occultum est, & non indiget dispensatione, potest confiteri cui vult: j. eo. c. fin. Quicquid autem distinguatur per istos, uel alios, dic ut no. s. eo. sub § cui Patriarcha. uer. breuiter dicas, quòd episcopi. & seq.

10 Cui Episcopus. † Dicunt quidam, quòd si est exẽptus, idem dicendum est, quod & in archiepiscopo est notandum: s. eo. sub § cui archiepiscopus. alioquin debet confiteri archiepiscopo saltem semel in anno; quando s. uenit ad Concilium prouinciale, quod quolibet anno habet fieri xviii. distin. quoniam quidem. s. de accus. sicut olim, tu dic ut not. s. e. sub §. cui patriarcha. uer. breuiter dicas & se. Sed ut sciant episcopi, à quibus abstinere debeant, & de quibus oporteat confiteri: notent à quibus debeant abstinere, & in quibus excedant. Primum. si scienter celebrent, uel ordines faciant, uel etiam iudicent subditos, dum in mortali se sciunt cõstitutos. ar. s. de coha. cle. & mu. c. fi. s. de temp. or. quæsitum. & patet in his quę no. s. e. sub §. cui archiepiscopus. resp. j. Secundũ est, si conferant beneficia indiscretè, maximè obtentu carnalitatis personis minus idoneis ad talia beneficia obtinenda: s. ut eccl. benefi. ut nostrum. s. de præb. graue. quod dic ut plenè not. s. de simon. §. qualiter. sub §. lingua. Tertium si indoctum & minus idoneum scienter ordinant: uel illum qui unum pedem tenet in mundanis, & alium in ecclesiasticis contra l. diuinam. secundum Io. xlix. dist. cap. fi. Quartum est, si rogant pro indignis scienter. l. dist. minor. Multis autem modis dicuntur indigni, uel minus idonei hi, qui ordinari debent, quos omnes repellere tenentur. quod dic, ut plenè no. s. de tempor. ordi. §. & cui. & sub §. ibi. se continentibus regulas Apostoli. & de scru. in ordi. fa. §. quando fieri debeat. Quintum est, quia trahunt monachos, & alios religiosos de monasteriis sine causa contra uoluntatem abbatum: lviij. dist. cap. 1. & 2. xviij. q. 2. quàm sit. & c. luminoso. Sextũ est, quia conferunt ordines loco remunerationis cũ non habeant aliud quod conferant: quæ tamen ordinum collatio debet esse discreta, & discreti iudicis: quia ratũ est omne, quod magnum est: lviij. dist. si offam. Septimum est, quia ipsi indiscretè ex laicis promouentur: lviij. dist. hoc ad nos. & cap. ordinatos. uel quia principium electionis suæ fuit aliter uitiosum: unde non potest bono exitu per agi, cùm malo initio fuerit inchoata. lxi. dist. miramur. & c. in sacerdotibus. & cap. miserum est s. de elect. per inquisitionem. & super quo uide quod not. s. de ele. §. quis eligit. sub §. item sciendum. Octauum est, quia promouent clericos sine titulo, qui postea mendicare cogantur: lxx. dist. neminem. & c. sanctorum s. de præb. episcopus. Nonum est, quia indist. sine literis proprii prælati clericos recipiunt alienos: lxxj. dist. illud. & si quis. & c. de aliena. & ca. clericos. unde receptus & recipiens deponi debent: 1. quæ. 2. quoniam diuersorum. & capitu placuit. ubi etiam dicit, quòd non cessabunt à tali peccato: nisi acrius puniantur: sufficiunt tamen literæ papæ suprà, de clerici non resi. fraternitati. & iunge quod not. s. de cler. peregri. Decimum est, quia negligunt proprios clericos idoneos, & relinquunt eos quasi oues errantes. lxxij. dist. episcopus. Vndecimũ est, quia promouent aliquos inuitos, nulla causa hoc exigente nisi fortè odii: ut lxxviij. dist. episcopus. & c. gesta. & c. ubi ista. & c. honoratus. & c. consuluit. quod dic, ut no. s. de ætat. & qualit. §. ordo. uersi. circa hoc quæritur. & seq. Duodecimum est: quia non seruant tẽpora in ordinibus celebrandis: quod dic, ut no. s. de tempor. ord. §. quo tempore. Tertiumdecimum est, quia nõ seruant interstitia. lxxvij. dist. & lxviij. dis. per totum. quod dic, ut no s. de tempor. ordin. §. & qualiter. uer. item cum deliberatione. Quartumdecimum est, quia sustinent clericos in delicto suo, nec corrigunt obtentu obsequij sibi præstiti, uel carnalis fauoris, uel pecunię corruptionis: lxxxiij. dist. si quis episcopus. & c. error. & cap. consentire. & s. de offic. ordi. irrefragabili. in fin. Quintumdecimum est, quia omittunt punire delicta, ut populis placeant, quod plebi commissæ sibi perniciosum est: & quia magis utuntur consiliis laicorum, quam clericorum: lxxxiij. di. nihil pastore miserius. lxxxiiij. di. peruenit. & c. nunciatum. Sextumdecimum, quia nihil uolunt pauperibus erogare: unde episcopi in uacuum nomen portant. lxxxvj. dist. fratrem nostrum. & c. non satis. Septimumdecimum, quia negligenter defendunt uiduas, & orphanos, & pauperes, & alias personas miserabiles ad defensionem eccl spectantes: lxxxvij. dist. per totum. Octauumdecimum, quia nimiam curam habent de rebus temporalibus, cùm tamen scriptum sit, quòd episcopi nullam rei familiaris curam ad se reuocent: sed electioni & orationi & uerbo pręedicationis tantummodo uacent. lxxxviij. dist. perlatũ est. & duobus ca. se. Nonumdecimum est, quia uni personæ plura beneficia conferunt contra Apostolum. & Greg. lxxxix. distin. singula. Vigesimum, quia nolunt habere œconomos, sub quorum testimonio res ecclesiæ gubernetur contra iura: lxxxix. dist. uolumus. & ca. quia in quibusdam. xvj. q. vj. quoniam. ix. q. 3. cùm scimus. & si habent ęconomos, nolunt habere nisi laicos contra Greg. lxxxix. di. indicatum xvj. q. vj. noua actione uel cõsanguineos, contra concilium Toletanum. lxxxix. di. decenter. ubi episcopus usq; ad annũ suspenditur: & ęconomus in duplum punitur. Xxi. est, quia unus inuidet alii, & laborat ut cadat, & etiã adinuicẽ discrepant in diuinis. xc. dist. c. pe. & fi. Xxii. est, quia appropriant sibi omnia bona ecclesiastica: solus enim episcopus incumbit bonis, solus sibi uendicat uniuersa, solus o cidit uniuersos, hoc est, principium litis, & detractionis, & origo criminis: & ideo à clericis accusatur & damnatur à domino Iesu Christo: quia clamor eorum intrat in aures Domini Sabaoth. secundum Io. xciii. dist. diaconi. Xxiii. quia contemnunt presbyteros, & ubi ipsi sunt, non permittunt eis officium facere, uel prædicare, ac si essent gibbosi, uel idiotæ, uel eis inuiderent, cùm tamen episcopi ad hoc facti sint, ut schismata tollerentur, & de consuetudine tantum præsunt presbyteris. deberent enim ecclesiam Dei regere in cõmuni. xcv. di. olim cùm enim presbyter Christum consecret, quod maius est: quare pręsente episcopo non poterit prædicare. ea. dist. ecce ego. gaudeat ergo episcopus, si bonos habeat presbyteros, qui nec habeant ipsum ut principem, nisi & ipse habeat eos ut senatores: ea. dist. esto subiectus. Xxiiii. quia ordinant per pecuniam, & tales incurrunt lepram: 1. q. 1. cũ ordinetur episcopus. & c. eos. & c. citò turpe. nec de radice infecta bonus fructus exire potest: ead. q. fertur. & nisi talis renunciet, saluari non poterit, secundũ Gregor. 1. quæst. 1. si quis neq;. Xxv. quia & multis aliis modis cõmittunt simoniã, super quo uide quod no. suprà. de si. §. qualiter cõmittatur. Xxvj. quia utuntur cõsilio clericorum extraneorũ, & suos qui melius scirent, & uellent & possunt eis consulere, contẽnunt. suprà, de his quę fiunt à prælat. nouit. Xxvii. quia laici sciunt eorũ conscientiam, & presbyteri ignorant: nec habent secũ idoneos cubicularios. 2. quæst. vii. cũ pastoris. & c. peruenit. Xxviii. quia & si diu in clericatu fuerint, sunt tamen idiotæ, & permittũt se in episcopos promoueri. xxiii. dis. qui episcopi. xxxviii. dist. omnis. ideo talibus dicit Dominus, Tu scientiã repulisti à te, & go te repellã: 1. quęst. vii. conuenientibus. 1. quęst. 1. nilissimus. quod intelligas de defectu nimio: ut suprà, de æta. & quali quã-uis. aliter imperfectum scientiæ supplere potest, perfectio charitatis: suprà, de renun. nisi cũ pridem §. pro defectu quoq; scientiæ.

tiæ.Xxix.quia cũ promoti ſint,negligunt addiſcere, vel edoce-
ri,cõtra ſanctum Clementem,qui tales reputat infideles: xxxix.
diſt. nullus epiſcopus. & ſecundum Gregor. ſtultus eſt qui in eo
maiorem ſe exiſtimat,vt bona quæ audierit addiſcere contem-
nat:xxij.diſt.de Conſtantinopolitana.poſt capit.apoſt.ſed.alias
non eſt capitulum.Idem probat Aug. xxiiij.q.iij. ſi habes. & In-
nocen. dicens,quòd epiſcopus propter exercitium legendi po-
teſt acquirere ſcientiæ Margaritam.ſ.de renun. poſt tranſlatio
nem.§.cæterùm.ver. item ſi quis propter literaturæ defectum.
nam omne artificium per continuum exercitium recipit incre-
mentum:ff.de leg. iij.legatis ſeruis,§.ornatricibus.Xxx.quia no-
lunt, vel neſciunt canonibus obedire: quare deberent ab admi-
niſtratione vſque ad condignam ſatisfactionem remoueri: xx-
v.q.j.omnia decre.xv.diſ.ſancta Romana eccleſia.xix.diſt.ſi Ro-
manorum.iiij.diſt.§.fin.qui enim neſcit obedire canonibus, nõ
eſt dignus altaribus miniſtrare:xxv.q.j.hac conſona.nam cano-
nes inſtinctu Spiritus ſancti facti ſunt:l.diſt.ſi ille.& c. ſi quis dia
conus. xxx. diſt.illud ſanè.vnde & eorum violatores peccant in
Spiritu ſancto:xxv.q.j.violatores. & c. ſunt quidam ideoque ſi
epiſcopi,quia ſæpe & ſæpius contraueniunt, ſæpe & ſæpius pu-
niuntur:ſ.de exceſſ.præ.nimis iniqua.& c.nimis praua.& c. tan-
ta. igitur præſumptuoſum eſt aſſerere quòd ſtatutis ſacrorum
canonum in ſua firmitate manentibus, per ſolam Bibliam regi
poſſet eccleſia ſancta Dei: ſed hoc tantùm conſueuerunt aſſere
re,ius canonicum ignorantes:qui tamen eoſdem aſtringunt: vt
patet ſ. de conſtitut.c.j.& fin.ſ.de tempor. ordina. vel non eſt
ↄpos.& hoc multi Sancti comprobant:xix.& ſe.tribus di.per to
tum.& Aug. xxxv.di.quæ ipſis.Xxxj. quia ſunt nimis creduli in
præiudicium aliorum.& antequam eis conſtet de crimine, ſuas
ſententias fulminant.contra Greg.dicentem,ſi quid de quocũ-
que clerico ad aures tuas peruenerit, facilè non credas. lxxxvj.
diſt. ſi quid verò de quocunque. quamuis enim quædam vera
ſint, tamen in iudicio non ſunt credenda, niſi certis indiciis de-
monſtrentur.ſecundum Auguſt.xj.q.iij.quamuis.ideò non ſo-
lùm ille reus eſt,qui falſum de aliquo profert: ſed etiam ille qui
aurem citò criminibus præbet. xj. q. iij. non ſolùm. & ſi non eſ-
ſent auditores, nõ eſſent delatores: quia nemo inuito auditori
libenter refert: vj.q.j. ex merito.graue igitur & indecens eſt ſu-
per re dubia certam dare ſententiam ſecundum Grego. xj. q.iii.
graue. nam ſecundum eundem in ambiguis non eſt abſolutum
id eſt, certum iudicium ferendum. xxxiij. diſti. habuiſſe. & ideò
incerta nullus pontificum iudicare præſumat, quãuis vera ſint:
xxx. qu. v.§. his ita reſpondetur.& frequens debet eſſe inſinua-
tio & clamoſa, antequam fiat inquiſitio, ſecundum concilium
generale:ſuprà,de accu.qualiter.ij. Xxxij. quia nolunt in eccle-
ſia columnas erigere, quos nouerunt meliores: ſed quos ipſi
magis diligunt, & quorum ſunt obſequiis deliniti. viij.q.j. Moy
ſes. multi enim ædificant parietes, & eccleſ. columnas ſubtra-
hunt: xij.q.ij.gloria epiſcopi.Xxxiij. quia paulatim quolibet an
no ius parochiale ſubtrahendo ſibi appropriant: ita quòd cano
nes offendunt, ſ.concilium Toletanum. x.q. iij. quia cognoui-
mus.& c.inter. xvj.qu.j.conſtitutũ eſt & de hoc no.ſ.de cenſi.
§ qualiter facienda ſit. & de dicimis.ſub §. duodecimo.Xxxiiij.
quia indiſcretè nituntur vlciſci ſibi illatas iniurias perſonales
ↄtra c.ij.q.vij.ſi quis omnem traditionẽ.in fin.xlvj.di. ſeditiona
rios.vnde indiſcretè iniuriantur & excõmunicant: xxiij.q. iiij.
inter querelas. volunt eſſe actores & iudices: & tñ cùm perſona
actoris aſſumitur,iudiciaria poteſtas amittitur:ij.q.j. §. ſed ſci-
endum: & ideo epiſcopus actor vel reus, non debet eſſe iudex.
xj.q.j.ſi clericus.iiij.q.iiij.c.j.& ij,quod dic,vt no.ſ.de ſent.& re
iud.ſub rub.de ſententia.§.quis debet ver. itẽ ratione rei Xxxv.
quia pro minimis culpis paratos etiam corrigi excommunicãt,
cùm tamen nemo excommunicari debeat, niſi pro magnis pec-
catis, & quando aliter corrigi non poteſt:xj.quæſt.iij.epiſcopi.
& ca.nemo.Xxxvj.quia expellũt illos, qui prædeceſſoribus ſuis
fideliter ſeruierunt. & quod deterius eſt, remuneratione ſerui-
tij,quam receperant,ſpoliant,contra c.xii.qu.ii. hoc huius pla-
citi.xvi.q.vi.illud.Xxxvii.quia aduocatis vel ſeruientibus nolũt
reddere quod promiſerunt, nec ipſos remunerare contra iura
xii.q.ii.quicunq; ſuffragio.& ca.eccleſiaſticis.ff.locati.qui ope-
ras. ff. de var.& extraord.cog.l.j.§.in honorariis. Xxxviii. quia
volunt quòd eis credatur in præiudicium aliorum contra iura.
vi.q.ii.epiſcopus.& c.ſi tantũ.c. placuit. xv.q.v.c.ii.Xxxix.quia
ſoli volunt clericos deponere, cùm tamen in depoſitione preſ-
byteri requirantur vi.epiſcopi,præter proprium, qui debet eſſe
ſeptimus:in depoſitione diaconi tres,cõtra c.l.diſt. ſtudeat.xvi.
q.i.de crimine. & q.vii.fœlix. & c.ſi presbyteri. etenim ſolus au-
ferre non poteſt honorem epiſcopus:licet ſolus poſſit dare: xv.
q.vii.ſexta actione.ſ.de tranſla. epiſcopi. inter corporalia. reſ-
pon.i.poſt prin. vnde nec minores clericos ſolus deponere po-
teſt, niſi cum capitulo ſuo: xv.qu. vii. epiſcopus nullus cauſam.
quod dic vt no.ſuprà,de accu.§. quis ſit effectus.ſub §. ſed nun-
quid. vt in ſummà ſeq. Xl. quia impugnant exemptos iniuſtè,
nec ſeruant eorum priuilegia. xvi.q.i. frater noſter.ſ.de priuile.
dilecti.& c. quanto.Xli. quia ligant & abſoluunt ſine cauſæ co-
gnitione.vnde diuerſas pœnas pati debent:vt xxiiii.q.iii.de illi-
cita.j.de ſenten.excom.ſacro.ſicut enim quoſdam gratia fauo-
ris ſublimant, ſic plerunque alios odio inuidiaq; humiliant:xv.
q.vii.c.i.Xlii. quia in conuiuiis non faciunt legi ſacras lectiones
xliiii.diſt.pro reuerentia.nam dum corpus diuerſis ferculis refi-
citur, niſi lectione retrahatur, lingua in detractionibus relaxatur:
vt dicit Greg.in Moralibus.lib. primo.& ad idem xliiii.diſt.con-
uiuia. & c.præceden. Xliii.quia in eccleſia, vel dum in publico
prodeunt, indumentis lineis non vtuntur: & pallia habent diſ-
fibulata contra conſilium generale. ſ. de vita & honeſtate cle-
ricorum.clerici officia.ad finem. Xliiii. quia magis curant de cõ
uiuiis,quàm de diuinis officiis.Inde procedit peccatum luxuriæ
inde fabulæ ocioſæ:inde multa alia mala proueniunt:xliiii. diſt.
§. primo. & c.ſeq. per totum inde conſurgunt ad concentum
auium matutinum,ſyncopa continua tranſcurrentes: vt vix ce
lebrent quater in anno: ſ. de celebratione miſſarum.dolentes.
Inde faciunt cantare ſibi miſſam iuxta lectum in domo:vbi ſpur
citiæ multæ ſunt: vnde diuinam patientiam ad iracundiam pro
uocant,& ſanctius eſſet,miſſam non audire, quàm in domibus
ipſam audire, in quibus ſine magna cauſa nulla tenus ſunt cele-
brãdæ, ſecundum ſanctum Fœlicem. de conſ. di.i.c. i. & c.ſicut
non alii.Xlv.quia chartas & inſtrumenta eccleſiæ non cuſtodi-
unt, imò & res dilapidant malè adminiſtrando contra c.xvi.q.
i.in canonib.xxviii.diſt.de Syracuſanæ.xii.q.ii.& ſi illi.& c.Vul-
teranæ.vnde ſi ſe non corrigant, debent deponi:xii.q.ii. Apoſto
licos.Xlvi.quia res alienas vſurpant:xvi. qu.vi. placuit. nec ipſas
reddere volunt à prædeceſſoribus occupatus, eorundem præ-
deceſſorum ſanctitatem & conſcientiam prætendentes: cùm
tamen nihil interſit, quo ad periculum animæ,inuadere alienũ,
aut ſcienter detinere, ſicut dicit Concilium generale.ſ. de reſti.
ſpo.ſæpe contingit. & ideò quod alienum eſt,reddi debet: ſ. de
teſta.filius. quia nihil perire credimus vtilitatib. eccleſiaſticis, ſi
quæ ſunt aliena, reddantur: liiii.diſt.generalis.in fin. Xlvii.quia
non cognoſcunt ſeipſos, cuius ſeminis,cuius vitæ, cuiuſuè ge-
neris ſint:ſed in cathedris ſuis,& cornibus gloriantes,presbyte
ros & clericos fratres ſuos deſpiciunt,& contemnunt: ſed ſi ſe
attenderent, non paterentur ſacerdotes minores ſedere iuxta
ſcabellum pedum ſuorum,id eſt, cameram ſuam,in qua epiſco-
pus debet recognoſcere ſe collegam, quamuis in eccleſia & ex
tra cameram ſuperior ſedere debeat:xcv.diſt.in.epiſcopus in ec
cleſia. nam ſecundum Greg. cùm culpa non ſubeſt, ſecundum
rationem humilitatis omnes æquales ſumus:xii.diſt.de Cõſtan-
tinopolit.in fi.aliàs incipit, Apoſtolicæ. ideo epiſcopo ſuperbo
dicendum eſt,Gnothi ſe.Iuuenalis:de cœlo venit,auton gnothi
ſe auton, id eſt, cognoſce teipſum. nam ſicut dicit Gregorius,
Dominus oſtendit Petro, vt ſe cognoſceret,antequam ipſum
vniuerſæ eccleſię præponeret:& ideò ipſum permiſit cadere:vt
in ſe addiſceret,qualiter eſſet aliis miſerendum.l. diſt. cõſideran
dum.& c. fidelior factus eſt Petrus. quid enim intolerabilius ſe-
cundũ Hieronym. quàm quod natus in tugurio ruſticano, qui
vix habere poterat panem de milio,vnde ſaturaret ventrem ru
gientem, nunc faſtidia mella & ſimilam, id eſt,panem de flore
farinæ mundiſſimo & ſubtiliſſimò factum. & quod venter ple-
nus de ieiuniis diſputet:xii.quæſtio. ii.gloria epiſcopi.verſus:

Per te cognoſcas alios magis vtile nil eſt:
Sic magis vrbanus nullus in orbe manet.

xlviii.quia faciunt indiſcretas & ſuperfluas remiſſiones: quod
dic, vt notat. infrà eod.ſub rub.de remiſſio.§.quis poſſit.& §.ad
quid valent.ver.fateor tamen.& ſeq.Sunt & multa alia, in qui-
bus excedunt prælati, quæ in diuerſis locis huius Summę,& ſpe
cialiter ſ. de exceſſ.præl.§. qualiter excedant, poteris reperire:
neminem tamẽ epiſcoporum reprehendimus,cùm ſint patres,
ſed vt à delictis abſtineant, admonemus, & conſcientia conue-
niat vnumquenque: vi.q.i.oues.viii.q.i.qui vos.c.& qualiter.&
c. ſeq.ad fin.

12 Cui Abbas †.Dicunt quidam diſtinguẽdum eſſe, vtrũ
ſi exemptus ſit, & remotus, poteſt confi-
teri cui vult de occultis:ſed ſi eſt propinquus,ſoli Papæ, vel eius
pœnitentiario.& hoc qñ nõ habet ſuper ſe alium maiorem: nã
ſi haberet patrẽ abbatẽ ſiue exẽptus eſſet,ſiue nõ,ei confiteri de
beret:ar.ſ.de conſ.cùm dilectus.j.de ver.ſig abbatem.& breui-
ter idẽ dicunt de abbate exẽpto: qđ dictũ eſt de archiepiſcopo
habente patriarcham vel primatẽ:& de epiſcopo ſ.e.in ſuis.ſub
§.ſi non habet alium abbatem ſuper ſe,nec eſt exẽptus,proprio
epiſcopo debet confiteri:quia ille eſt iudex ſuus.lxi.di.obitum.
xii.d.c.fi.niſi fortè ſecundum regulam per ſedem Apoſt.appro
batam poſſet ſibi eligere confeſſorem, aliter autem hoc facere
non

non posset sine licentia: j. eod. omnis. dic vt no. s. eod. sub § cui patriarcha. ver. breuiter teneas. & seq. Quæ autem sint vitia, quibus abbates pro magna parte sunt irreti, breuiter perstringamus. In primis peccant: quia hac spe & intentione specialiter ducti, habitum regularem assumunt, vt abbates fiant. contra c. xvi. q. vii. plaicos. s. de elect. officij. & c. cum ad nostram. in quo etiam multi religiosi delinquunt, paupertatem, & laborem, & esuriem fugientes, vt diuites fiant, quietè degant, splendidè reficiantur, & de talibus dicit Greg. quòd non intendunt seculum fugere, sed mutare: liij. disti. c. vnico. Secundò, quia quandoque abbatiam emunt: & tales, nisi renuncient, saluari non possunt: vt not. s. de si. §. qua Pœna. sub §. per iudicem. & fin. Tertiò, quia nullum recipiunt sine quantitate pecuniæ, vel alterius temporalis cõmodi. interueniente tacitè uel expressè: super quo plerunque obtentu abolendæ consuetudinis se satagunt excusare: supra, de simo. veniens. qui si accusentur, deponendi sunt: supra, de si. dilectus filius A. & c. licet Heli. & c. per tuas. aliàs ad arbitrium iudicis puniuntur: suprà, de si. in tãtum. & de accu. inquisitionis. quod dic, vt not. suprà, de simo. §. qua pœna feriantur. Quartò, quia ecclesias, in quibus habent ius patronatus, sibi omnino appropriant, nec ponunt ibi vicarios perpetuos: & positos ita grauant, quòd non possunt hospitalitatem tenere: nec episcopo in episcopalibus respondere: suprà, de præb. de monachis. & cap. auaritiæ. & de sup. ne. præla. cap. ij. quæ omnia sunt ab episcopis, quibus subsunt, nulla obstante consuetudine, corrigenda: suprà, de præb. extirpandæ. & in ca. suprà dictis. Quintò, quia ad ecclesias ad ipsos pertinentes, sine pecunia neminem repræsentant: & vt vitium suum vtcunque pallient, plerunque ecclesia vacante, super eam mutuum recipiunt, vsque ad aliquam certam summam pecuniæ: & demum ipsam sic obligatam conferunt, dicentes, quòd quælibet res transit cum onere suo: vt suprà, de pig. ex literis. & de deci. pastoralis. sed seipsos seducunt, cùm etiam episcopis hæc non liceant: imò vacante ecclesia ẽt fructus interim percepti sunt futuro successori fideliter reseruandi, vel aliter in vtilitatem ecclesiæ conuertendi: suprà, de offic. ord. cùm vos. & qui aliquid inde subtrahit, etiam si episcopus sit, tanquam furti & latrocinij reus honore suo priuari debet: x. q. ii. c. fi. tales enim exactiones, & consimiles sunt penitùs inhibitæ. & si quis eas receperit, tenetur in duplum restituere ipsas, in vtilitatem grauatæ ecclesiæ couertendas. suprà, de si. audiuimus. quod intelligas, si proprium habeat: suprà de præb. de mu ctã. §. & si vltra sex. & de app. reprehẽsibilis §. si autem, aliàs hoc in pœnam aliam commutetur: arg. suprà, de maledicis. statuin us. post medium. Sextò, quia dant possessiones aliquas, vel certam pecuniam, vel domum cõmodant alicui tali pacto, quòd decimas certarum possessionum eis soluant, vel apud eos sepulturam eligant: quæ pacta in præiudicium ecclesiæ parochialis facta, minimè sunt seruanda: suprà, de pac. plerique etiam si iuramentum interueniat: vt not. suprà de sepul. §. an licitum. ver. quid si quis eligat sepulturam in aliquo monasterio. & ver. seq. Septimò, quia negligunt punire monachos fugitiuos: xviii. q. ii. abbates. & eos reuocare, inquirere, & recipere, salua ordinis disciplina: suprà de regula. c. fi. Octauò, quia recipiunt monachos alienos, sine literis cõmendaticiis: xviii. q. ii. abbates. in fi. & c. quam sit. Nonò, quia indiscretè monachos suos eiiciunt. s. de resc. cum dilecta. in quo mortis eorum rei sunt. ar. xvi. q. i. placuit. Decimò, quia monachis sine causa literas dimissorias concedunt, & credunt monachi se per tales literas ab obedientia absolutos: quod tamen verum non est, quousque ab alio sint recepti: lxxi. dist. illud quoque. & c. de aliena. & c. clericos. vii. q. j. non oportet. & c. peruenit. xxi. q. ii. c. i. & ii. vbi dicit Leo, quòd non debent dari literæ dimissoriæ, nisi constet quare: ne ouis errans & perdita inueniatur sine pastore: lxxi. di. episcopus. Vndecimò, quia renuentes, vel alios fratres delinquentes, sicut latrones, cùm alter corrigi possent, ponunt in vinculis: lxxiiii. dist. quorundam. & per laicum faciunt capi, vel verberari, cum hoc per monachum, vel saltem clericũ fieri deberet, & posset: in quo casu excõmunicationis vinculum non euadem: j. de sen. exc. vniuersitatis. & hæc est norma prauæ consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdam partibus inoleuit, secundũ quam nõ debent corrigi. sed secũdum beati Benedicti regulam & Apostolica instituta: s. de statu mona. equæ. ref. j. Duodecimò, quia si aliqui ex causa appellent appellationi factæ non deferunt: sed appellantes capiunt, & verberant, vel excommunicant: s. de accusatio olim. I. V. & P. propter quod ad sedem Apost. sunt mittendi: s. de appellatio de priore. quod dic. vt no. s. de accusat. §. quis possit accusare. sub § admittantur. Decimotertiò, quia quosdã monachos ex carnali amore exaltant: alios ex odio, vel inuidia, vel quia benè viuunt, bene administrant, & bene faciunt, opprimentes: xv. quæst. vii. cap. i. Decimoquartò, quia sub specie pietatis impietatem palliantes, occasione hospitalitatis manducãt carnes extra refectorium: illos quos familiares habẽt splendidè secum reficiens: aliis, qui pondus portant diei & æstus, esurientibus in refectorio, cùm tamen sine delectu personarum nunc hi, nunc illi essent secũdum regulam reuocandi. de conse. dist. v. ca. nem. suprà, de statu mona. cùm ad monasterium. §. in refectorio. Decimoquintò, quia de infirmis & debilibus, vel medicina aliqua indigentibus, non curant: quibus tñ etiam in infirmatorio esset competenter, tam in carnibus, quàm in aliis & in refectorio ad sustentationem naturæ debilis, quæ non potest vti cõmunibus, de speciali cibo aliquo prouidendum: suprà, de statu mona. cũ ad monasterium. § porrò debiles. Decimosextò, quia permittunt aliquos monachos habere pecuniam contra authoritates sanctorum Patrum: suprà, de statu mon. monachi. & c. super quodam. Decimoseptimò, quia ecclesiæ decimas, & alia spiritualia recipiunt de manu laici, & curam animarum committunt monachis sine licentia episcopi: & sacerdotes habentes curam animarum instituunt & destituunt per se, pro libito voluntatis: & aliter vsurpant iura episcopalia contra iura: xvi. quæst. i. peruenit, suprà. de præben. in Lateranẽ. suprà, de priui. cùm & plantare. Decimooctauò, qa monachis nobilibus parcunt ob potentiã amicorũ, cùm tamen ex quo incorrigibiles sunt, essent eiiciẽdi de monasterio, ne inficerent sanas oues: sup. de statu mona. ea quæ §. i. xlv. distin. sed illud. & arctioribus monasteriis detrudendi: & si resisterent vsque ad inobedientiã excommunicationis vinculo innodandi: supra, de regula. c. fi.

22 **Cui monachi.** †Abbati, qui ipsos non solũ extrinsecus, sed etiam intrinsecus cognoscere debet, ar. s. de tẽp. ord. ad aures & quem super capita sua loco Dei posuerunt: ita quòd nec velle, nec nolle habeant: xii. quæst. j. nolo. & c. non dicatis. xiii. distin. nerui. Sed & abbate absente, vel etiam præsente, de licentia eiusdem, vel de consuetudine, vel secũdum statuta regulæ prioris: argu. suprà, de statu mona. cùm ad monasterium. §. prior. & seq. Et nunquid episcopo: sic, si volunt: qui etiam pœnitentiam abbatis poterit relaxare, quia superioris authoritas semper videtur excepta: arg. suprà, de iure iur. venientes. decet tamen, quòd ipsum semper ad abbatem remittat: ar. suprà de offi. ord. quanto. & c. ad reprimendam. & c. cùm ab ecclesiarum. & iunge quòd nõ. suprà, de offi. ordi. §. quod pertinet. ver. quid de subditis. Et licet sint quàplurima vitia monachorum, hæc tamen sunt detestabilia, & penitus condemnanda. Primo caueant, ne contra abbatem conspirent eos volentem corrigere, quod plerique præsumunt & cum deponunt: & demum alium nituntur facere, cui nulla potestas remanet, dum monachis incipit subiacere: s. q. i. nullam potestatem. Secundo delinquunt monachi, quia conspirant aliquando non solùm ad depositionem abbatiæ, sed animæ, sicut illi qui in necessitate beati Benedicti se armauerunt: vii. q. i. §. quando vero omniũ subditorũ. xviii. quæst. ii. §. ecce in Toletano. & tales sunt infames, nec in testimonium admittuntur: ii. quæst. i. conspirationum. & cap. coniurationum. suprà, de si. per tuas. & cap. licet Heli. & suprà de sententia & re iudi. cum I. & A. Tertio, quia incautam familiaritatem habẽt cum mulieribus, quas sibi commatres faciunt cõtra iura: de cons. distin. iiii. monachi. & capit. non licet. xviii. quæstio. ii. peruenit. & cap. perniciosam. Quarto, quia incautè cum monialibus conuersantur: xix. qu. ii. monasteria. & cap. decimanctione. & cap. diffinimus. vbi dicitur quod non licet monacho conuiuari cum monacha, nec secum in eodem monasterio manere, nec loqui etiã cum cõsanguinea, nisi per verba cõpendiosa, ita quod cito recedat, & sub testimonio abbatissæ: & idem iuris est de abbate, qa nec clericus, nec laicus debet ipsarum monasteria frequentare: suprà, de vita & honec. cle. monasteria. Quinto, qa non erubescũnt matrimonium contrahere: xxvii. quæst. i. vt lex. & cap. impudicas. & licet matrimonium non teneat, tamen bigami sunt effecti: xxvii. quæst. i. quot quot. & cap. monacha. Sexto, quia vagãtur extra monasteria sine licentia abbatis sui: xvi. quæst. i. quidam monachi. & cap. seq. & capit. lege epistolam. supra, de offi. ordin. quanto. Septimo. quia volunt esse ociosi, cùm tamẽ arma hostis antiqui sint ociositas & voluptas apta ad miseras animas captiuandas: suprà, de renun. nisi cùm pridem. §. verum si propter alias. & idem ꝓbat Io. de conse. dist. v. nunquam. vbi & dicitur, Facito aliquid operis, vt diabolus semper te inueniat occupatum: & subinfertur, amabis scientiam literarum, & carnis vitia nõ amabis. & de hoc nota. infra eod. sub. §. cui rusticus. §. vnum tamen not. Octauo, quia volunt comedere carnes, & si nulla necessitas immineat: quod non licet: de conse. dist. v. carnem. vbi imponitur pœnitẽtia vi. mensium, ad idem supra, de statu mona cum ad monasterium. §. in refectoria. Nono, quia gloriantur de nobilitate sua, & potentia amicorum, propter quod volunt regi ad libitum, & aliis dominari: quod prohibet conciliũ generale: suprà, de statu monac. ea quæ. §. i. & gloriam mundanam & conuiuia communia appetunt, & sequũtur contra etimologiam vocabuli, secũdum quam monachus solus & tristis sedere debet, nec de mundo disputare,

do disputare, cui mortuus est: monachus enim dicitur à monos quod est vnus, & achos quod est tristis. 16. quæst. 1. placuit. Decimò, quia volunt habere cellulas, & à domibus communibus separatas: nec volunt abstinentiam communem facere: 20. q. 4. c. monachum. & c. sequen. & §. verum Vndecimò, quia propriū habent: suprà, de statu mona. cùm ad monasteriū. Duodecimò, quia sibi adinuicem inuident, & sic sunt spirituales homicidę, de trahendo sibi adinuicem: 6. q. 1. deteriores. nam homicidium cōmittitur odiendo, detrahendo, manibus occidendo: de poen. di. 1. homicidiorum. quod est ꝯ regulam veritatis, ſm quam causa commendandi tui nihil debes facere, quo minor alius fiat, aliàs dedignabitur in te charitas habitare. 11. q. 3. si quid ergo. Tertiodecimò, quia aduocati existunt in palatijs clericorum, & etiam laicorum: suprà de postu. ex parte. Decimoquartò, quia Physicā & Ciuile ius audiunt; vnde sunt ipso iure excommunicati. & in multis alijs delinquunt: vt patet in his quæ no. suprà, ne cle. vel mon. §. pe. & vlt.

23 **Cui Decanus.** † Et certe epō suo, cui subest: vel de ipsius licētia alij. ǯ. e. oīs. de pœ. di. 6. qui vult. & c. placuit & cōfiteri possunt de multis. Primò, quia suis episcopis graues & superbi existunt: suprà, de appel. dilectis. Secundò, quia in ipsius episcopi contemptum abstinent à diuinis: suprà, de offic. ordin. irrefragabili. § cæterùm si canonici. Tertiò, quia pro peccato alterius ecclesiam interdicūt. suprà, de his quæ fiu. à ma. parte c. quæsiuit. Quartò, quia sigillo capituli sine consensu ipsius sigillant: suprà, de probatio. tertiò. & de testi. tam in literis. §. vlti. Quintò, quia quod cōmune est, sibi appropriāt: suprà, de præben. ratio. quamuis enim primò sibi prouideri possunt: tñ quod superest, tenetur diuidere, & pauperibus erogare. 12. q. 1. §. fi. Sextò, quia nolunt ad sacerdotium promoueri, cum ad hoc teneantur: s. de æta. & quali. c. 1. Septimò, quia episcopis consentiunt in peccatis, suprà, de elect. per inquisitionem. Octauò, nolunt surgere ad matutinum, nec alijs horis canonicis interesse: vt volunt percipere prouentum, & nolunt facere seruitiū, contra iura. suprà, de cleri coniu. diuersis. & c. præcedentibus. vnde si admoniti per episcopum non satisfaciunt, deponi possunt à clero. 92. distin. c. fina. Nonò, quia se absentant sine licentia episcopi: suprà, de cle. non resi. ex parte. & c. relatum. de cōse. dist. 5. non oportet. Decimò, quia audiunt leges: suprà, ne cle. vel mona. super specula. Vndecimò, quia indifferenter exercent aduoti officium: suprà, de postu. c. fi. & c. 1. Duodecimò, quia sunt nimis superbi, illiteratos, & simplices conculcantes: & uolunt eos suppeditare, & in omnibus dominari contra authoritatem apostoli Petri, quod etiam episcopo non licet: 95. distin. esto subiectus. Tertiodecimò, quia plura beneficia & plures dignitates tenent sine dispensatione: & si dispensationem habent, ipsam non seruant, cùm ibi semper consueuerit apponi, quòd cura animarum, vel ecclesiæ obsequium non negligatur: sed hoc facit auaritia & ambitio nimia, qua tanta laborant aliqui quòd nequeunt saturari: vt suprà, de præb. quia in tantum. & ca. cum iam dudū. & de cle. non resi. relatum. & c. præced. propter quod reddūtur ineligibiles: vt in dicta decre. cùm iam dudum. & suprà, de elect. dudum. 2.

24 **Cui Archidiaconus.** † Epō, cui sub est: & si sit maior post ipsum. s. de off. archi. c. 1. 25 di. perlectis. vel de ipsius licētia, alij: vt no. s. e. sub §. px. cui decanus. Et quis hi in multis delinquāt, hæc tñ sunt q̄ frequētant. Primò, quia faciunt taleas in presbyteros: quòd eis non licet: 94. dist. c. fi. s. de cen. cùm Apostolus. § inhibemus. Secundò, quia volunt habere vacam albam, vel aliud certum temporale pro inuestitura facienda: supra, de exces. prela. peruenit. supra, de si cum in ecclesijs. & c. in tātum. Tertiò, quia clericos in suis peccatis tolerant pro pecunia, quam extorquent: supra, de pœnis. licet. Quartò, quia excommunicatos nolūt absoluere, nisi primò recipiant certam pecuniæ quantitatem. 1. q. 1. §. quilibet ergo. & c. nullus episcopus. supra, de si. ad aures. Quintò, quia uendunt iurisdictionem & vices suas: supra, ne præla. vices suas. c. j. & 2. Sextò, quia nolunt ad diaconatus ordinē promoueri: supra, de æta. & qual. c. 1. & de ele. cum in cunctis. § Inferiora. 60. dist. innouamus. Septimò, quia opponunt se indebitè ꝯ episcopos, quorum oculi sunt: vnde aliqui episcopi vellent amisisse oculos suos. ad hoc supra, de offic. archi. ad hoc. 93. dist. legimus. & propter hoc talis archi. tanquam membrum putridum ab ecclesia meritò remouendus esset: s. de exces. præla. grauem. Octauò, quia in deformitatem honestatis suæ volunt cum quibusdam mulierculis habitare: 81. dist. archidiaconum. Nonò, quia sunt circa suum officium negligentes: supra, de offic. archi. ea quæ.

25 **Cui Archipresbyter.** † Epō, cui subest: 25. distinct. perlectis. supra, de officio. archipresbyte. capitul. primo. 2. & 3. Peccant autem archipresbyteri, quia sunt negligētes circa suum officiū: quod quale sit, & in quibus uersetur, no. s. de offi. archipresby. §. quæ pertinent. & quia non iudicant, nec aliud, quod etiam iustū sit, faciunt, nisi pecunia mediante: qua subtracta, statim subtrahunt iustitiam: ſm Greg. 11. q. 3. qui rectè. Et hoc intelligas de archipresbytero Ciuitaten. Idem de rurali: qui aliquando uocatur archipresbyter ruralis: vt supra, de offi. archipres. vt singulæ. qui & aliquando decanus vocatur. s. de offi. archi. ad hoc. §. si aliquādo plebanus. s. de offi. ordi. cùm ad ecclesiarum. quandoque abbas, licet impropriè: sup. de renun. ex transmissa.

26 **Cui † Præpositus, siue prior.** nam & præpositus dr, qui quandam prioratus curam præ alijs gerit: ǯ. de verb. sig. quamuis dicas, si sit religiosus, suo superiori, a quo est castigandus: & inferiores ab eo: s. de iureiu. sicut tuis. supra, de maio. & obe. cum in ecclesijs. si sit secularis, episcopo, vel pœnitentiario suo: s. de cleri. excom. mini. proposuit. §. j. uel alij, qui eius curam habet, vel de licentia eiusdem, alij. ǯ. eo. omnis.

27 **Cui† Sacrista, siue thesaurarius.** Episcopo suo, uel alij, qui curam eius habet: vt nota. supra, proxim. sub §. in proposito. Peccant autem isti, quia negligentes sunt circa suum officium, circa custodiam vestimentorum, & vasorum ecclesiasticorum: quia quandoque faciunt tractari per laicos, vel minores clericos contra iura. 23. distin. non liceat quemlibet. & c. non oportet. dispensatiuè tamen quandoque tanguntur ab acolitis: vt in c. non liceat. allegato de hoc supra, de offic. sacristæ. c. vnico. Item peccant circa luminaria: supra, de offic. custo. c. 1. & 2. Peccant etiam circa ordinationem hostiarum, & præparationē incensi: & curam baptisterij: 25. dist. perlectis ad fin.

28 **Cui Magister scholarum.** † Episcopo, cui subest, &c. vt nota. supra, eodem. sub §. cui decanus. Peccant autem tales. Primò, quia vendunt docendi licentiam: sup. de magistris. quanto. Secundo, quia dignis licentiam denegāt: supra, de magistris. prohibeas. qui si directè accusantur, a suo throno amoueri debent. 1. q. 7. sancimus. Tertio quia cum idiotæ sint, permittunt se ad officium sublimari: arg. s. de æta. & qual ad aures. ff. ad legē Aqui. idem iuris. 37. dist. qui de mensa. & c. legant 61. dist. miserum. supra, de elect. cum in magistrum. Quartò, quia conspirant contra ipsos: supra. de calum. c. 2. Quinto, quia magistratum ambiunt: arg. 24. dist. quando episcopus hi enim qui ambitiose promouentur, crudeliter a diabolo punientur: 8. q. 1. illud inferendum: 1. q. 1. non est putanda. in si.

29 **Cui Cantor.** † Episcopo, &c. ut nota. supra, eod. sub § cui decanus. Peccat autem, quādo nihil scit de cantu: neque de officio, & permittit se promoueri. Peccat, admittendo indignos in choro, & dignos eijciendo. Peccat, tradendo libram, siue perceptiones quotidianas absentibus ab officio, & officiantibus subtrahendo. Peccat, statuta & consuetudines ecclesiæ contemnendo, violando, & vilipendendo.

30 **Cui Canonici.** † Epō, &c. ut no. s. e. sub § cui præpositus. & sub §. cui decanus. Peccāt aūt canonici. Primo, qa vtilitate, uel necessitate exigēte, nolūt ad ordines promoueri: 74. di. si q clerici. & c. placuit. s. de æta. & quali. quæris. Secundò, quia per ambitionē permittunt: imò quandoque procurant se detrudi in loco viuentis: s. de conces. præb. c. 1. 7. q. 1. eum qui. & c. non sirem. 3. q. 2. audiuimus. Tertiò, qa coniurationes faciunt. 11. q. 1. coniurationum. & c. conspirationū. & c. clerici Quartò. quia sunt nimis delicati, nec volunt ecclesiam frequentare: 31. dist. si quis. & c. his. s. de cle. non resi. c. pen. & fi. sicut & no. s. eo. sub §. cui decanus. versic. octauo. Quintò, quia accumulant pecuniā de præbēdis, nec volūt aliquid pauperibus elargiri: 12. q. j. §. fi. imo, quod peius est, canonicus ex inope diues factus, ex ignobili gloriosus, incipis negociari de bonis ecclesiasticis: & talis ſm Io. quasi quędā pestis fugiendus est: 86. di. negociatorē clericū. Sexto, quia malè viuunt canonici cathedralis ecclesiæ luxuriæ debacchantes: vnde pōt dici, ꝙ tota ciuitas capite deorsum pendet. arg. 32. q. 6. c. si nā & totus ciuitatis status per tales ꝯturbatur: maximè qñ nolūt episcopis obedire: 17. dist. §. hinc ēt. laborent ergo & studeant circa opera charitatis: nā debent esse lumē boni, & speculū ciuitatis: 21. q. 4. c. fi. Septimò, quia discordāt in capitulis, & partes sibi faciūt, maximè circa electiones, in quibus iam quasi nihil de Deo agit, sed sequunt carnalitatis affectū tam priuati q̄ prælati, non iudiciū rationis: ad hoc supra, de his quæ fiunt à ma parte c. c. j. s. de ele. in causis. § j. & c. cum dile. & c. congregato. & c. auditis. & c. ꝯsiderauimus. & de præben. grauem. & iunge hic quod no. s. de præb. §. qualiter. vers. liberè. ubi inuenies exemplū de asino. Si de his uitijs uel alijs aliquis in se aliquod regnare senserit, curet suo satisfacere Creatori, qui ęquè expectat ad pœnitentiam. 93. dist. diaconi ad fi.

Cui Doctor,

31 Cui doctor, † siue Magister. Illi, intra cuius pa ochiã moratur, hoc est, iudici suo. alias enim ipsum non posset absoluere, vel ligare. 9. quæstio. 2 cap. 1. 2. & 3. Peccant autem, quia cùm indoctos & minus sufficientes se sentiant, faciunt se per preces & munuscula aliis doctoribus in magistrum promoueri, sibi licentiam dari, sicut nota. si. suprà eo §. cui magisterium scholarium. vix enim erit bonus magister, qui non fuit bonus discipulus: suprà, de elect. cùm in magistrum. 61. distin. quid proderit. sed nec antiqui magistri pro nouis sunt deserendi: valde enim iniquum est, & absurdum, vt noui magistri, vel rudes, vel imperiti præferantur magistris antiquis, & approbatis. 61. dist. statuimus. nisi fortè nouo à Deo sit aliquid melius reuelatum. 95 distin. esto subiectus Secundò peccant, quia despiciunt subditos cathedrati, & propter vitium arrogantiæ, ea quæ sciunt rectè docere non possunt. 46. distin. hoc habet proprium. tales faciunt iniuriam cathedræ 40. distinctio, multi sacerdotes. Tertiò, quia contemnunt simplices, qui magis voluerunt vitare vitia morum, quàm verborum. 38. dist. sedulò. Quartò, quia conantur dicere non vtilia, sed subtilia, vt videantur ab omnibus, & vocentur Rabbi: & sic confundunt auditores. 44. distin. §. fina. & 49 distin. capi. 1. Quintò, quia docent falsa in cathedra contra conscientiam vt aliquibus placeant: & isti sunt falsi doctores. 22. quæstio. 2 primum, & ca. hi mali sunt: & ideo eorum doctrina mala. 1. quæstio. 7. conuenientibus. Sextò, quia tacent veritatem, ne vitia quibus vincant & seipsos reprehendere videantur. 1. quæstio. 1. vilissimus. 3. quæst. 7 grauibus. Septimò, in falsis consilijs quædã pro pecunia, quamuis iustum vendere possent. 11. quæst. 3. non licet. quæ ergo malè extorserunt, restituant, vel pauperibus erogent. 14. quæstio. 5 si habetis & § multipliciter. & cap. non sanè. & per veram pœnitentiam suo satisfaciant Creatori: alioquin cum diabolo perpetuis cruciatibus punientur: de pœn. dist. 1. §. his authoritatibus.

32 Cui † Aduocati. Illi, intrà cuius parochiam, & c. vt notat. suprà eod. sub §. cui doctor. peccant autem in multis. Primò, quia subdolè fouent causas, prodendo proprium clientulum, & tales præuaricatores sunt & infames. 2 quæstio 3 §. notãdum. & not. suprà de calum. §. quis præuaricator. Secundò, quia causas desperatas fouent contra conscientias, & tamen scriptũ est, improbum non defendas. 11. quæstion. 3. si quis verò. & de hoc nota. suprà, de postula. §. quid pertinet. versicu. caueat. & §. quis postulare. versicu. & illud notandum. Tertiò, quia dilationes superfluas nituntur obtinere ad hoc tantùm, vt fugiant, & negocium protrahatur: suprà, vt lit. non contesta. capit. 1. & de dol. & contu. prout. 3. quæstio. 7 §. tria versicu. præterea non licet aduocato in quo casu pœna duarum librarum auri afficiendus est per iudicem. C de iudic. properandum. §. illo proculdubio. Quartò, recipiendo nimis magnum salarium, paciscendo super certa parte litis, cum graui damno litigatoris, propter qđ deberent ab aduocatione remoueri. 3. quæstio 7. § tria. versi. arceantur. Quintò, quia ignorantes iura, cùm nesciant quid dicant, aliud, opprobriis certant. 3. quæstio. 7. versicu. si quis adeò procax fuerit. Sextò, quia vbi est copia aduocatorum, vt aliis lucrum subtrahant qui boni sunt, paruissimo salario sunt contenti, tanquam viles & abiecti. 3. quæstio. 7 § tria. versicu. apud vrbem Septimò, quia recipiunt salarium nimis magnum inspecta sua facundia & labore, quem subeunt: quantitate causæ, & fori consuetudine. ff. de var. & extraordi. cogni. l. 1. §. in honorariis. Octauò, quia faciunt positiones cauillosas, vt aduersam partem decipiant, inducunt clientulum ad deierandum, ponendo, & respondendo, informant falsos testes, & quærunt: & ideo tanquã homicidæ tenentur, & infamia perpetua notantur. 22. quæst. 5. ille qui hominem. & cap. si quis conuictus. Nonò quia recepto salario, non curant de causa, nec student, nec vigilãt circa eam: & sic propter eorum negligentiam aliquoties amittit clientulus bonam causam: & ideo ipsi obligantur: argu. š. de ætate & qualita. ad aures. ff. locati. & conduct. sed addes. §. illud. Decimò, quia sciunt se idiotas & insufficientes, & nihilominus salarium recipiunt: & propter insufficientiam suam, causam amittunt: vnde in culpa sunt: argumen. ff. ad legem Aquiliam. idem iuris. ff. de offic. præsi. illicitas. § sicut. Instit. ad legem Aquiliam §. imperitia. Vndecimò, quia vbi sufficientes sunt, alijs insufficientibus vices suas committunt: vnde & ipsi tenentur. arg. ff. de præscript. verb. apud Labonem. §. finali. nisi fortè clientulus sciens, & prudens contentus fuisset: quia eo inuito, non potest hoc alij committere. argu. ff. de solut. inter artifices. & si inscio hoc fecit, debuit suspicari hoc ipsum non permissurum, si sciret: argum. ff. de furt. qui re sibi commodata. respons. 1. ad fin. Satisfaciant igitur aduocati his, quos prædictis modis, vel aliis læserunt, & per veram pœnitentiam suo satisfaciant creatori, si nolunt apud inferos perpetuò cruciari: de pœni. distin. 7. idcirco. nec enim in die iudicij habebunt de allegationis nitore, id est, eloquentia subsidiũ. 9. quæstio. 3 aliorum. & iunge quod nota. suprà. de postu §. quid pertinet per totum.

33 Cui Iurisconsultus. † Illi, intra cuius parochiam, & c. vt suprà eod. sub §. cui doctor. dicitur autem Iurisconsultus is, qui quæstiones sibi factas soluit, & determinat per ius, non aduocat: sed si proponatur sibi quæstio de facto, ipsam soluit, sicut sibi videtur, & de iure respondet. & hi olim constituebantur à Principe, & eorum opinio vim legis habebat. Instit. de iure na. §. responsa prudentum. & distinctio. 2. responsa. hodie autem tales non inueniuntur: sed tantùm hi, qui consilium dant cedendi, vel litigandi: qui si rectum consilium dant, competens salarium recipere possunt. secundum Augu. 11. quæstio. 3. non licet. & de his idem tene quod not. in doctoribus & aduocatis. suprà eod. sub §. cui aduocati. & sub §. cui doctor.

34 Cui presbyter † parochialis. Episcopo suo, vel alij, cui fortè subest spiritualiter, & temporaliter: vel sibi adinuicem confiteri possunt, [a] de licentia sui prælati: quod tamen non multũ expedit: ne conscij similium criminis sibi adinuicem deferant. argu. 16. quæst. 2. visis. post mediũ. ibi, humani moris est illum vereri, cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur: & sic contingeret pœnitentiam eneruari, & gratiã fieri carnali fauore: quod est vitandũ. j. eo. cùm ex eo. §. ad hoc. š de si. nemo & multum prouidendum est de pœnitentia clericorum, & maximè sacerdotum: quia secundum quod dicit Chrysosto de pœn. dist. 1. quis aliquando vidit clericum citò pœnitentiam agentẽ: & si deprehensus humiliauerit se, nõ dolet, quia peccauit: sed quia perdit gloriam: & idem dicit Ambro ea dist. sunt qui arbitrantur: vt not. j. eod. §. quæ pœnitentia sub §. sic ergo quãuis. & licet hi multa & grauia cõmittere non formident, aliqua tamen ad memoriam perstringamus. Primum peccatum quod in eis aliquando potest notari, est, quia permittunt se indignos ad ecclesiasticam militiam promoueri: 23 distin. tales. & c. his igitur lege patrum. suprà, de æta. & quali. cùm sit ars artiũ. Secundum, quia quãdoq; promouentur per simoniacam prauitatem, vnde celebrare non debent: suprà, de simo. tanta. & ca. tuæ fraternitatis. 1 quæstio. 1. quisquis per pecuniam. & c reperiuntur. Tertium, quia nimis incontinenter viuunt. 28. distin. si diaconus. suprà, de coha cler. & mulie. per totũ. & de cleri. coniug c. 3. Quartum, quia immiscent se spectaculis & pompis mulierum, & conuiuiis publicis, vitæ inhonestæ, vsuris, lucris turpibus, fraudibus, amori pecuniæ, secularibus officiis, atque negociis, munera recipiunt, pro beneficiis medicinæ Dei, dolosi sunt, conspiratores, sectantes odium, æmulationes, obtrectationem, inuidiam, sunt vagi oculis, effreni, lingua petulanti, & gestu fluido laborantes, inuerecundi sunt, obsceni, virgines & viduas, & alias mulierculas frequentantes: inobedientes, sese iactantes, & extollentes, doctrinam, lectiones, psalmos, hymnos cantica fugientes: secundum quòd hæc omnia tangit Isido. monendo, quòd talia caueant. 23. distinct. his igitur. Quintum, quia libentius dant ioculatori vel meretrici, quam pauperi: plus diligunt venari, quàm domino psallere. 86 distin. qui venatoribus. & cap. dare & cap Esau. Sed & multa alia inhonesta secularia eis interdicta notata inuenies suprà, ne cle. vel mona §. quæ sunt secularia. Sextum, quia superioribus suis infideles sunt, & inuident, & detrahunt, & superiores eisdem, cùm tamen potius deberent esse onnexi adinuicem vinculo charitatis 89. distinct. ad hoc. 23. distinct. tanquam. 23. quæstio. 5. prodest. Septimum, quia vnus subtrahit alij parochianos suos, tam viuos, quam mortuos, in quo grauiter delinquunt, & ad restitutionem tenentur omnium perceptorum: suprà, de paro. cap. 2. & 3. 9 quæstio. 2. per totum. de pœn. distinct. 6. placuit suprà, de sepul. ex parte canonicorum. & cap. sequen. & cap. in nostra. Octauum, quia multa vitia sub specie virtutis palliant. nam cùm sint auari, volunt videri boni dispensatores: cum sint crudeles, volunt videri iusticiæ zelatores: cùm sint remissi, volũt videri subditis compatientes. 41. distin. sæpe. 2. quæst 7. § his ita respondetur. 7. quæstio. 1. § hoc tunc obseruandum. suprà, de here. sicut in vno corpore. & iunge quod not. infrà eodem. §. & ad quid. sub §. quid si sacerdos vbi inuenies quid iuris sit de missis, quas in pœnitentia iniungunt. Nonum, quia sibi adinuicem inuident & cõsumunt: & ideo raptoribus deteriores sunt, & etiam homicidæ: de pœni. distinct. 1 homicidiorum. 6. quæstio. 1. ex merito, & cap. deteriores. & cap. summa iniquitas. Decimum, quia fingunt se longius ire, vt reuelent, vel velent odia: vnde subdoli sunt, fallaces, & inconstantes: multa verba inhonesta, & illicita proferentes contra iura. 22. q. 2. nec artificioso. & cap. omne genus. & c. is autem. & q. 5. iuramenti. & tamen secundum Ambro. nõ solùm filij

ADDITIO.

a Vel sibi ad inuicem confiteri possunt. ¶ Adde tex. in cap. si episcopus. in §. vlt. de pœn. & remis. lib. 6. & ibi not. docto. in c. ne pro dilatione. eod. titu.

filij diaboli ſunt, qui peccant in verbis fallacibus: ſed etiam in operibus ſimulatis,eadem q.cauete. & ſcd̄m Io. Quoties loquimur nō loco vel tempore oportuno,aut vt non conuenit audiē tibus,toties malus ſermo exit de ore noſtro.eadē quæſ.quoties. Vndecimū eſt, quia non rectè pœnitenti ferunt teſtimonium, vel verè pœnitentem accuſant,corrupti munere, inuidia, vel fauore: ꝙeis prohibetur. ſuprà, de ſimo.nemo.Duodecimum, a quia cum parochiana propria [a], quam ad confeſſionem admittunt, fornicantur: in quo caſu epiſcopus xv. an. presbyter xii. pœnitere debet. & ſi in cōſcientia populi deuenerit, deponuntur:30. q.1.non debet.& cap.ſi quis.& ca.omnes.Tertiumdecimum eſt,quia peccant in ſacrificiis,dū hoſtiam fractā offerunt, uinum ſine aqua uel econtrà,uel ponentes plus de aqua, quam de vino: in priuatis domibus autem bis in die ſine cauſa celebrā tes,aut ſine lumine:aut in eccleſia uiolata, aut ſuꝑ altari moto, uel enormiter fracto, aut in altari, in quo eadem die celebrauit epiſcopus ſine licentia: nō cuſtodiunt chriſma uel euchariſtiā, ſicut debent:non mundāt, ſeu lauant ueſtimēta, uel uaſa eccleſiaſtica,ſicut decet:ut hæc probantur s̄.de celeb.miſ.c.i.& c. cōſuluiſti.& c.ex parte.c,ſanè.& c.referente.c. ꝑniciosus.s̄.de conſec.eccle.c.i.&c.ꝯſuluiſti.& c.ligneis.& de cuſto.euch.cap.ij. & deꝯſe.diſt.i.c.i.& c.ſicut non alij.& c.ſufficit.& c.nemo.c. ueſtimenta.c.uaſa.de conſe.diſt.ij ſcriptura.& c.in ſacramento.& c.fi.& de his omnib.inuenies plura no. s̄.de conſecra.eccleſ.diſt.ij.& de cuſto.eucha. Decimumquartum, quia ſubuertunt populum, & in omni loco ponētes ſcandalum, uertuntur in laqueū tortuoſum,ſecundum Ioan.xxiij.q.iii. transferunt principes. Si uis plura peccata notare contra clericum in hac Summa, ſatis inuenies in diuerſis reſcriptis. nimis enim prolixum eſſet, cùm & hæc prolixa ſint,omnia ſingulariter denotare.

35 b **Cui Imperator.** † Videtur quòd Papæ, & non alii: qa ei immediatè ſubiacet: [b] & ab eo confirmatur, uel reprobatur, inungitur & coronatur: s̄.de ele. uenerabilem. §. j. Aliqui uerò dicunt, quòd epiſcopo Leodien.in cuius dicece eſt Aquiſgranum, ubi coronatur in regem ab archiepiſcopo Colonienſi, & ibi eſt caput regni. locus enim ille celebris eſt, & ibi conſueuerunt concilia celebrari: 36. q.2.c.fin. Tertij dicunt, quòd poteſt confiteri cuicunq; uoluerit,dum eſt ſanus:quia legi non ſubiacet. Sed ipſe eſt lex animata:23.q.8. conuenior.9. diſt.c.1.C. de legibus.digna uox. Inſtit. de iure na.§.ſed quod principi.Si autem infirmetur, tunc debet confiteri illi epiſcopo,in cuius dicece.iacet.Tu dic,quòd Imperator & Imperatrix de conſuetudine antiquiſſima, cuius memoria non extat, certos habent confeſſores prælatos:qui ſunt magiſtri capellæ ſuæ: & ſub ipſos tenent alios capellanos quotidianos,quibus confitentur:& qui habent curam animarum ſuarū, de conſuetudine probata per dominum papam: illis ergo confiteantur:arg.s̄.de foro cōpe. cum contingat.j̄. de verb.ſig. ſuꝑ quibuſdam.§.præterea.Papa tamen ſi uellet,talem poſſet conſuetudinem reprobare, & inhibere, quòd ſine licentia ſua non eligerent confeſſorem: & quòd hactenus factū eſſet mediocriter tollerandum:arg.s̄ de conſe.eccle.uel alta aqua.ergo tutior eſt uia, qđ tales pro ſe & familia ſua impetrent licentiam cōfeſſorem eligendi,niſi alio priuilegio ſint muniti:quia decre.j̄.e.c. fi.nō uidetur niſi de clericis intelligēda eſſe:nec puto quòd Papa per illam intellexerit Imperatori licentiā dare: ut patet ibi,prçlatis. quamuis ad eum ratio extendatur, quæ redditur in prin. decre.Peccat autem Imperator:quia nō facit iuſtitiā propter ꝙ ueniunt tēpeſtates in populū & flagella.13.q.4.ſi quos igit̄ violentos.& q.5.regū.de nullo em̄ magis placere pōt Deo, quàm ſi iuſtitiā exerceat: cōpeſcendo eos qui in ſuam & aliorū perniciem debacchātur: 23.q.5.quali nos.Scd̄ò peccat impugnando ſanctam eccleſiā, matrem ſuam,quam tenet̄ defendere, & tueri:[c] unde quandoq; deponitur.s̄.de ele.venerabilem.§.obiectio ni.& §.fi.quia ſiue pacata,ſiue turbata fuerit eccleſia. tēpore regiminis ſui principis,is qui tuitionem ſibi commiſit,ſcilicet Deus, exiget rationē: 23.q.5. principes.in fi.Tertiò, quia diſtringunt clericos in foro ſuo placitare in perſonalibus.xi.q.iii.continua.& c.nullus.& c.inolita.& c.placuit.Quartò,qa immiſcent ſe electionibus prælatorum cōtra iura lxiii.diſt.ſacrorū.& §.ſequen.& c.Adrianus. & c. ego Ludouicus.s̄.de ele.ſacroſancta. & c.qſquis.niſi hoc habeat de domini Papæ priuilegio ſpeciali: & ſic intellige s̄ de iure patrona.nobis fuit.§. i. Quintò, quia aliquos ex odio exhæredant,& deiiciunt,& quoſdam ex leui opinionis aura ſublimant,xv.q.vii.ſexta actione.Sextò, quia ſine cauſa pedagia concedunt,uel pecuniā mutant: quod dicut no. ſuprà,de cēſi.§.ex quibus.uer. quid ſi moneta & ſeq.& uer.exactiones.& ſeq Septimo,quia Imperator ſiue princeps relinquit uxorem ſuā propria temeritate:ſupra,qui fil.ſint le.per uenerabilem § uidebatur. Octauo,quia labitur in hæreſim:xj q.iij. Iulianus Nono,quia nō reueretur epiſcopos:ſed ipſos capit, mutilat,& occidit:ſuprà,de maio.& obe.ſolitæ. & de ele.uenerabilem.§. eos igitur. & iunge quod no. s̄. de ele. §.quis eligi.ſub §. item ſciendum.uer.nedum in prælatis.& ſeq.

36 **Cui Rex.** †Dicunt aliqui quod dn̄o Papæ:ubi non recognoſcit ſuperiorē:ar.ſuprà,qui fi.ſint leg. per uenerabilem § uidebatur & uer.inſuper cum rex. alioquin Metropolitano. argumen.iij .quæſt. iij. ſcitote.Alij dicunt,quod ſi ſanus eſt, cuicunque uult poteſt confiteri: ſicut dictum eſt de Impera. ſuprà eodem. ſub §. cui Imperator.Tu dic, quod ſi habet domicilium proprium & principale in aliqua ciuitate, illi epiſcopo ſubeſt de iure communi:niſi ſecus obtineat de cōſuetudine,cuius nō extat memoria:uel priuilegio ſpeciali,ſicut nota.in Imperatore, ſuprà eodē.§.cui Imperator. & hoc quod dixi de ꝯſuetudine, intelligas quæ alicui eccleſiæ certæ hoc priuilegium dat. nam quod ipſe poſſet eligere quencunque uellet, hoc non puto qđ conſuetudo ſibi concedere poſſet:quia eccleſijs oneroſa, & contingeret inde diſrumpi neruū eccleſiaſticæ diſciplinæ cōtra iura.ſuprà,de conſue.c i. & c inter uos. in fi.& ipſum fieri acephalum,quod irrationabile eſſet:xciii.diſt.nulla ratione.& iunge quod no.infrà eo.ſub §. cui dux.uer.iii.& hoc quo ad perſonalia.nam quo ad res,quas tenet in diuerſis dicceſibus, quilibet ſuo dicceſano ſubiacet, ſecūdum ea quæ not.s̄. de reſcri.§.quæ poſſunt obiici.uer.centeſimo.& uer.ſed eſto, & ſeq.Item de peccato commiſſo in diuerſis locis,uidetur quod poſſit cōfiteri cuilibet epiſcopo:ar.in his quæ not.ſupra,de for. compe.§.quibus ex cau. & ſuprà eodem §.reſponſ.i.uer. tertio. quod tamen intelligas,ut proprio ſacerdoti ſemel in anno omnia confiteatur,uel alij de licentia ſua.infra eodem,omnis.aliter non eſſet pœnitentia integra, ſecundum ea quæ no.ſupra c.§. qualis.ſub §. integri. Peccant autem reges trahendo clericos ad forum ſuum:unde deponendi eſſent ꝓpria dignitate, ſecūdum Bo.xj.q. j.nullus. nam qui cœleſtem militem pulſat eius forum debet ſequi. xj. q.j. Chriſtianus. & de hoc plenè no.ſupra eodē. de fo.compe. §. ex quibus cauſis.ſub § liquet etiā ex præmiſſis. per totū. Secundo,quia à clericis,& eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis penſiones & ꝓcurationes,& banna.extorquent contra iura,& eccleſiaſticam libertatem:& ideo teneantur pœna xx.li. auri aſtricti: xxv q.ij.quæcunque igitur. in quo caſu actione iniuriarum tenentur:ſuprà,de iniur.olim.ad idē xxiij.q.viij.§.quā tis.nam plus iuuat eccleſia regnū orationibus, quàm armis armiger,ut in l.ibi ſeq.quicunq;.& de hoc plenè not.ſuprà,de immu.eccle.§. à quibus muneribus.& §. inquantum.ſub §. ſed nec illa immunitas. Tertio. quia ducūt ſecum ad exercitū ſacerdotes contra iura: xxiij.q.viij.quo auſu. & c.ſi quis epiſcopus.ca ſi uobis fratres. & c.reprehenſibile.xxxvj.di.ſi quis uult Pontifex. quod intelligas quando uadunt vt pugnēt perſonaliter, ut ibi: d ſecus, ſi ad dandum conſilium uadunt [d] in iuſto bello. ſuprà de uoto. ex mulcta.§. pen. & fin. quod dicut no. ſuprà, de treu.& pa.§. qd ſit iuſtū bellū. uer.quinto, ratione perſonæ. & ſequen. Quarto, quia non faciūt iuſtitiam:unde ſunt deponendi: xv.q. vj.alius. Quinto,quia taleis & exactionibus populum Dei affligunt indebite,& corporibus iniuriantur:de quibus Deo tenentur reddere rationem:xiiij qu.v.non ſanè & xxiij.q.iiij.quando uult Deus.& c.ſi eccleſia.in fi.Sexto, quia occupant alienas terras,& non ſunt contenti propriis finibus:xxiiij.q.iij.trāsferunt. & tales non ſaluantur,etiam ſi bene adminiſtrēt,niſi res alienas reſtituant, ſecundum Aug.xiiij.q.v. neque enim.quia ſecundū Leo. nunquā peraguntur bono exitu, quę malo ſunt principio inchoata:lxj.diſt. miramur. & ideo etiā poſſunt iuſtè impugnari:eſt enim iuſtum bellum pro rebus noſtris defendendis uel repetendis: xxiii.q.ii Dominus.Item contra Saracenos, qui terras noſtras per iniuſtitiam detinent occupatas:xxiii.q. vi.diſpar nimirum eſt. & intendūt occupare, ſi poſſent: ut in capitulis ibi ſeq.& contra excōmunicatos.xxiii.q. v.omnium ueſtrū. & c.excommunicatorū.& q.viii.omni timore.& c.ſi nulla.& c.ut pridem.Septimo, quia cū vnus rex vni mulieri uix ſufficiat,uolunt tamē plures habere, tenere, & cognoſcere: ſicut equus emiſſarius, & mulus, quibus non eſt intellectus, in animæ ſuæ periculum,& ſcandalum plurimorum:quare & excommunicari & deponi deberent tales,ſi incorrigibiles apparerent,ſecundum Nico.& Gregor.arg.xi.q.iii.præcipuè.cùm nulli liceat habere plures.s̄.de

ADDITIONES.

a Cum parochiana propria ¶ Adde tex in c.ſi quis.xxx. q.j.

b Quia ei immediatè ſubiacet. ¶ Adde Abb.in c.omnis anima.in j. no. de cenſib.

c Quam tenetur defendere,& tueri. ¶ Adde tex. & ibi doct. in c. eccleſiæ meæ. xcvij. diſt.c.tibi domino.& c.ego Ludoui.lxiij.diſt.cle. ne Romani. de ele.cle.j.de iureiu.in §.dudum.& ibi Card.in x.no. Innoc.in c. licet ex ſuſcepto. de foro comp.& per Aug. de Anch.in tract. de poteſtate Papæ. q.xxxv. arg.vj.verſ.reſpondeo dicendo.

d Ad dandum conſilium. ¶ Adde Maria. de Sen.in ſua repe.c.ſententiam ſanguinis.ne cler.vel mon.

res s. de voto.gaudemus.Octauò,simul crimen sacrilegij, & læsæ maiestatis, & vsuræ committunt, Iudæis super Christianos sua officia concedendo:liiij.dist. nulla. xvij.q.iiij.constituit. nec ob. s. de Iudæis.ex speciali. vbi innuit, quòd hæc possent committi Iudæo à Christianis non suspecto : quia illud, secundum quosdam, de comparatiua permissione est intelligendum, sicut & illud quod dicit, quòd si quis vult interficere vxorem suam, vt accipiat aliam. primò dimittat, & non interficiat: nec enim propter hoc ab adulterio excusatur:sicut rex si talia committat, non à peccato , sed à pœna temporali excusatur: dic vt not. s. de Iudæis. §. & in quibus grauentur. per totum, & specialiter in versic.possunt tamen principes. Nonò, in decimis & primitiis, quas nō soluunt: ad quas tamen soluendas tenentur: xvj.q.j. reuertimini.& c.decimę.xxiij.q.v.dicat aliquis.de conse.dist. xlv. vbi dicitur quòd ita tenetur quis ad decimas dierū. Decimò in auguriis,quæ quidam sequuntur,& in ipsis confidunt, & in quibusdam alijs sortibus & superstitionibus à uera fide deuiantes: xvi.q.v. auguriis. & c.episcopi. & ideo sine luce sunt tales: quia nihil melius resplēdet in Principe,quā recta fides. C. de sum.tri. inter claras.xcv.dist.si Imperator.Hæc & similia reges caueant, alioquin non sunt digni nomine regio appellari, secūdum illud,

Rex semper es,si tu semper es præceptor honoris,
Degener es,si degeneres à laude prioris.

37 **Cui dux.** †Dicunt quidam, quòd Metropolitano,si ipsum habet in suo ducatu. aliàs illi, infra cuius diœcesim deliquit: vj.q.iij. placuit.supra,de for.compe.postulasti.Tu dic,quod illi episcopo, intra cuius diœce. habet domicilium principale: vnde episcopus Pragen, diœcesanus regis Bohemiæ, nunc cuiusdam ducis tulit sententiam diuortij inter ducem Bohemiæ, & vxorem suam:supra de restitut. constitutis.ij.& breuiter idem dic quod dix in rege, supra e. sub §. cui rex. Peccant autem duces in taleis & exactionibus indebitis. 14. q.v.non sanè: Secundo,quia faciunt constitutiones,imo potius destitutiones suas contra ecclesiasticam libertatem : supra ,de re.ecclesi. non alie.cum laicis. propter quod tam ipsi , quam scriptores,& seruatores sunt excommunicati ipso iure[a], & feudis,quæ tenent ab ecclesiis, sunt priuandi: j. de sent.excom.nouit.& c.grauem.& possunt feuda aliis potentioribus cōcedi,qui ipsa petāt , & pro ecclesia recognoscant:s.de feud.ca.j.Tertio, quod est commune quasi omnibus Principibus mundi: quia volunt habere capellas suas, & capellanos, sine authoritate episcopali:& volunt,quod capellani habeant curā animarum suarum, vxoris,& familiæ. & quod oblationes eis factas vbicunq; etiam missas audiant, suas faciant & imbursent : quod iuri communi non putamus conuenire:nisi forsan super his sint à sede Ap. priuilegiati specialiter, sicut apparet in duce Burgundiæ : cuius capella multis priuilegiis est munita :supra :de priui. cùm capella. vt tamen scias , quòd alicui clerico in aliqua dignitate constituto , ne videatur priuilegium personale : s. de offic.dele.quoniā abbas.talia perpetuo committant:alias laicus de talibus nō debet se intromittere; nec habere potestatem committendi curā animæ suæ, vel vxoris, vel familiæ, cui vult : vt apparet in his quæ no.s.ne præla.vi.su.vers.sed & videtur.& seq.& idem faceret consuetudo antiqua:arg. s. de exces.præla. accedentibus.ad fi.& de præscrip.cū olim.vt & no.s.co.sub §. cui rex:ver. tu dic. & sub §. cui Imperator, versi. tu dic.Multa & alia cōmittunt: & quasi quicquid no.de rege & Imperatore,ducibus & comitibus & similibus poterit adaptari.

38 **Cui marchio.** †Dicunt quidam,&c.dic ut no.s.eod. sub §.cui dux.& no.q Marchio minor est duce, maior tamen comite : unde & Marchio dr spectabilis: comes clarissimus.ii.q. vi. anteriorum secundum quosdam sed certe s'm diue. sarum regionū consuetudines debent talia iudicari,sicut & de aliis officiis ecclesiasticis,vt no.supra,de offic.archi.§. & quibus præesse intelligatur.& de offi.archipres. §.quæ pertinent.ve .de his Cardinalibus & de offi.primice.nam in regno Italiæ planum est q maiores sunt Marchiones, & in regno Alemaniæ : in regno vero Arelaten. & Viennen.comites sunt maiores . unde nomen comitis præponitur in literis : sicut Comes dicitur Sabaudiæ,& Marchio in Italia,Comes & Marchio prouinciæ:& breuiter de talibus omnibus habentib. latas iurisdictiones & in diuersis episcopatibus siue sit Dux, siue Marchio, siue Comes : dic vt suprà nota. sub § cui rex. peccant hi omnes communiter : quia liberos homines subiiciunt seruituti , & eis graues existūt:xiiii.q.v.non sanè.cum tamen nullus liber seruus debeat fieri , nisi quando uendit se ad precium participandum: xxix.q.ii.relatum.& in quibusdam aliis casibus, de quibus dic vt not.suprà de ser.nō ordi §.qualiter liber seruus fiat.sed sicut dicit Salo Breue regnū non parcit subditis:quia in lata gente gloria principis.&in diminutione populi contritio principis deno-tatur:i.quæst.iiii. vers.item populus qui peccato Achor.& vers. item Dauid.Secūdò , quia in licitis & honestis suis superioribus inobedientes existunt : & plerunq;, quia pauperiores sunt,ipsos despiciunt & contemnunt. vnde peccatum idolatriæ incurrūt: xxxii.dist.§.verum.xxiii.quæstio.i.quid culpatur.& quæsti.v. cū miles.Tertiò,quia propria temeritate proprias uxores abiiciūt & alias introducunt, & polluūt:credētes sibi nescio ex qua corruptela consuetudinis hoc licere:s.de diuort.porrò. & de sponsa.ca.i.Quarto,quod ex primo sequitur: quia de adulterio nati succedūt,& sic iure suo priuāt hęredes legitimos , qui deberent succedere:nec saluari possunt,nisi restituāt:infrà eodem officii. suprà,de vsuris.cùm tu.§.super his.& nota. supra eod.sub §.cui rex.uersi.sexto.& infrà, eodē.titulo.§.quibus & qualiter.sub §. quid de muliere.Quintò, quia non seruant iustitiā pauperi,maximè qui non habet quod offerat:& ideò non auditur:vi.quæst. iii.pauper. quem etiam plerunque suspendunt pro modico : & quandoque sine iustitia per principē occiduntur: nam qui non timet iustum iudicem,non credat eum pacificum beneuolū inuenire:xxiii.quæst.v.regnum.Sexto, quia episcopos,& alios clericos non honorant sicut deberent: s. de ma. & obed.solitæ.sed eis iura sua subtrahunt:& plerunq; subiiciūt seruituti:de quo tenentur in tremendo iudicio reddere rationem:quia hoc faciunt contra iura.l.dist.ius publicum.xj.q.j continua.suprà,de iureiu. peruenit.j.& c.nimis.de iure diuino.& c.seq Septimo,quia pro nihilo & de facili mouēt guerras:quod & si magna causa subesset,authoritate propria facere non deberent:quod dic ut no. supra,de treu.& pa.§.quid sit iustum bellum.Octauo,quia nō reddūt decimas, sicq; primitias, nec oblationes ecclesiis quibus debent:de cons.dist.i.omnis.& no.suprà e.sub §.cui rex.uer. nono. Nonò,quia si quis vasallorum suorum,vel hominū,ipsos quandoque offendant in aliquo, ipsum nulla lata sententia exhæredant,& dicunt sibi ius,vel ipsimet sententiam ferunt , sicut placet:& postea exequuntur contra iura.C.ne quis in causa sua iudicet,vel ius sibi dicat.l.i.C.de his qui ad eccle.confu.damnamus. C.de Iudæ.nullus.ff.quorum leg.l.j. & ideo tenentur ad restitutionem:quia nihil interest , vtrum hoc fiat nulla lata sententia, vel vitiose lata.ff.qui satisd.cog.quoties.ff.de authori.tuto. nulla differentia.Decimò in iustitia differenda:nam si qui inuenian tur , q nullatenus forsan vellent iniustè ferre sententiam: tot tamen dies assignant , & tantum affligunt partes laboribus & expensis,quod aut coguntur iuri suo renunciare : vel ipsum vendere, vel alias componere super ipso, sicut alias legitur s. de rescrip.nonnulli.ideoq; tenentur ad restitutionem totius interesse,& alias puniri debent: ar.s.de rescrip.c.fi. §. fi. & ca.cæterum. in fin.C.de iudi.sancimus.& l.properādum.§.illo proculdubio. Sed & omnia quæ de Imperatore,Rege,& Duce diximus,& his omnibus quantuncunque potestatem terrenam habentibus , qui pro modulo suo adaptant se potentioribus in malitijs exercendis,poterit adaptari.

39 **Cui** †Procer seu Baro. Dic sicut no. s. de Rege.s. eo.sub §. cui rex quando tamen talis & tantus est,q ciuitatē. vel ciuitates habet sub se,aliàs si castra tantùm habeat, debet confiteri illi sacerdoti, intra cuius parochiam proprium & principale domicilium habet:vel de ipsius licentia, alij: infra eodem.omnis. Quid si in diuersis castris habet domicilium,nec apparet quod sit principale,vel caput baroniæ? Videtur quod possit cōfiteri cuilibet,quādiu intra suam parochiam moratur: ff. ad municipalem.assumptio.§.pen.l. eius qui.§.Celsus. supra de parochi.cap. fi.supra, de foro compe. ex parte. sic habebit plures iudices spirituales;sed & hic conuerti posset fraus & periculum.Dicas igitur,quod aut in hoc casu confiteatur omnia cuilibet,aut de licētia sui episcopi vnum sibi eligat confessorem:ne contingat diuidi confessionem, quod fieri non debet:vt no.s.eodem. qualiter.sub §.integra. Quid si castra & domicilia sunt in diuersis episcopatibus ? Dic quod ab vtroq; episcopo licentia impetretur: ar.j de sent.excom.cùm illorum.§.si vero claustralis. vel recurratur ad Metropolitanum: arg. s. de deci. quoniam. & de foro compe.sanè. Quid si sunt diuersarum prouinciarum? Recurratur ad primatem, vel ad Papam:arg.supra de iur.pa.nullus.& in alijs iuribus s.proxi.alle. In his tamen casibus tutius est ad Papā recurrere:quia illud est sine q̄stione.ix.q. iij.cuncta per mundū. & c.per principalem. j. eo. c.fi. Peccant autem tales in concussionibus,in rapinis,in taleis,& in bellis iniustis, spolijs & homicidijs:s.de rap.c.j.s.de iureiu.sicut & j.cap.ij.xxiij.q.viij. vt pridem.& in alijs:vt not.s.eod.sub §. cui Marchio.versi.sed & omnia.& per totum. Cui †

ADDITIO.

a Sunt excommunicati ipso iure. ¶ Adde tex.in c.eos. de immu.eccl.lib. vj.gl.in c.j.de iureiu.e.lib.Card.in cle.j.xvij.q.de vi.& hon.cle.

40 **Cui † Miles simplex.** Planum est, quòd sacerdoti suo parochiali, vel alij, de eius licentia, infrà eodem omnis. Hi milites peccāt: quia non sunt contenti suis stipendijs, sed concutiunt homines contra sententiam Io. dicentis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: estote contenti stipendijs vestris. 23. q. j. paratus. ad fi. & c. militare. in fi. 86. dist. nō satis. in fi. Secūdo peccant, impugnando patriam, & dominum proprium, cui ex vi fidelitatis seruire tenentur: & si hoc non faciunt, peccant. ff. de iustit. & iure. vt vim. ff. de reli. & sum. fune. minimè. 23. quæst. 1. quid culpatur. & c. summa militiæ. 22. q. 5. de forma. Tertio, quia fauent dominis etiam in illicitis, & seruiūt in bellis iniustis, quādo potius deberent recognoscere Imperatorē cœli: 11. q. 3. Iulianus. Quartò, in torneamentis: s. de torneamentis. per totum. Quintò, in duellis, quæ tota die offerunt, & acceptant cōtra id quod nota. supra, de purga. vulga. & de cleri. pugnan. in duello. Sed & in alijs, de quibus not. suprà eod. ab illo. sub §. cui Imperator. vsque hic.

41 **Cui Mercator.** † Planum est, dic vt nota. suprà eodem. sub §. cui miles. peccant autem mercatores & mercenarij in decimis personalibus quas non reddunt, & quas reddere tenentur, ne dicam de prædialibus: 32. distinct. præter hoc. 16. quæstio. 1. decimę. suprà, de deci. pastoralis. & c. tua nobis. Secundo peccant mercatores, quia sub specie liberalitatis, & pietatis vsuram palliant,[a] vendendo ad terminum vltra quàm debent. suprà, de vsuris. consuluit. & de hoc dic vt plenè not. s. de vsu. qualiter contractus. Tertiò peccant in contractibus etiam veris: quia inter vendentes & ementes difficile est non interuenire peccatum. de pœni. dist. 5. qualitas lucri. nam & vendere carius, quàm emitur turpe lucrū est: 14 quæstio. 4. quicunque. Quartò peccant, vendendo peregrinis & transeuntibus carius, quàm vicinis: suprà de contrahē. emptio. capit. j. Quinto, in falsis ponderibus, & mensuris: suprà de contrahen. emptio. vt mensuræ. Sexto, in mendacijs & periurijs infinitis, quæ quandoque committunt, antequam vendiderint sex nummatas mercimoniorum suorum. iurāt enim & affirmant, quòd melior non reperiretur, tantum constitit. per Deum non habebitis pro minori precio: & in omnibus mentiuntur: & sic plerisq; accidit, quòd pro lucro vnius oboli committunt tria vel quatuor peccata mortalia magna: 22. q. 2. primum. & cap. nihil autem. & c. omne genus. & q. 5. iuramenti. & adde quod not. j. eod. §. quibus & qualiter. sub §. quid de negotiatoribus. Septimò, non seruando fidem datam, nec iuramentum præstitum in societatibus: vnde non est eis fides seruanda: suprà, de iureiurand. capit. 3. & capit. sicut. & infrà, in fin. Octauò, non soluendo ad terminum, sicut iurauerunt: nisi iusta causa eos excuset: supra, de pigno. significante. Nonò, transferendo se ad regiones remotas: & nimiam moram trahentes: & ibi cum diuersis etiam alienis vxoribus adulterium committendo, & suis causam adulterij præbendo: suprà, de sponsa. in præsentia. de quibus quot mala proueniant, nemo est qui ignoret. Sunt & alia infinita, quæ quilibet diligens per se potest notare. Sed hoc notandum de falsis mercatoribus, quòd in morte de toto labore suo nihil secum, nisi stercus, famē, & peccatū suprà dorsum ferunt. sicut dicit Chryso. in illa palea. 88. dist. ejciens. ad idem ea. dist. consequens.

42 **Cui Rusticus.** † Presbytero parochiali, vel alij de ipsius licentia: j. eo. omnis. peccant autem rustici in decimis prædialibus, & personalibus, quas non soluunt: & si soluunt, diminuunt deducendo de fructibus expensas, & salaria colonorum, alias fraudes adhibendo: s. de decimis. cùm homines de ortona. & c. cum non sit in homine. & c. non est in potestate. Secundò peccant rustici diuites non reuerendo dominos pauperes, nec eis in vitæ necessitatib. prouidendo. quia cùm cuilibet famæ morienti deberent subuenire: 86. dist. pasce. & c. non satis. multo fortius domino sunt adstricti. argu. s. de testa. cum in officijs. Tertio peccant, iura dn̄orum ipsis subtrahendo, & cum eis placitando, & vexando laborib. & expensis, & aliquoties alijs potentioribus dando, qui ipsos contra veros dominos protegant: in quo quidem debitum non remittitur, sed augetur: s. de iureiur. eam te. suprà, de decimis. tua nobis. § prætextu verò nequitiæ. ad hoc. C. de agr. & censi. quēadmodum. & l. litib. & l. cum satis. & l. nemini aūt liceat. lib. 11. & in auth. de quæstore. coll. 6. suprà, de censi. omnis anima. Quarto peccant in festis, quæ non collunt, sed frangunt, & violant, cum in ipsis nullum mercatum, nullum opus seruile sit faciendum: s. de feri. c. j. & de conse. distin. 3. c. j. quod dic ut not. suprà. de feri. § quid in eis agi debeat. & §. quid non. Quintò in homicidijs & periurijs, falsis testimonijs, fornicationibus, & aliis principalibus & communibus uitiis, iniurijs, & damnis uicinis, per ipsos datis: suprà, de iniuri. si rixati. & c. si læserit quispiam. & c. si egressus. & c. si culpa tua. & multis alijs. Vnū tamen nota, quod uita istorum tutior est, quàm quiescentium deliciosorū diuitū & ociosorum, unde uersus:

> *Diuitijs vti, res est aduersa saluti.*
> *Paucos crede bonos, quos beat æris honos.*
> *Mollicies, vestis, coitus, gula, cura quietis,*
> *Possunt luxuriæ quatuor esse rotæ.*

25. dist. ecclesiæ Princeps. ergo *res age, tutus eris.* & de hoc not. s. eod. sub §. cui monachi. uersi. 7.

43 **Cui pueri.** † Et quidem proprio sacerdoti, ex quo discretionem habent: j. eod. omnis. Peccant aūt hi in crimine sacrilegii: & tunc sunt ab episcopo absoluendi: j. de sent. excom. c. fin. Secundo, in crimine furti & periurij. s. de delict. puer. c. 1. Tertio, non recognoscendo à Deo bona fortunæ gratiæ, & naturæ: nam & uitium ingratitudinis talis incurrit. Institut. quib mod. tute. fin. §. finitur autem tutela. Quarto, calumniando: C. de episco. & cleric. omnes. §. fin. Quinto, etiam adulterando, uel fornicando. nam hæc ætas aliquando anticipat: ut s. de desponsa. impub. impuberes. & c. de illis. & c. à nobis. & narrat Gregor. in Dialogo, quod quidam imprægnauit matrem suam[b] in nono anno. & de Salomone[c] dicitur, quod in undecimo anno habuit filium. Hæc autē specialia non sunt trahenda ad consequentiam. nam prima facie præsumitur, quod impotens sit, quousque euidenter de contrario constet. & sic intellige s. de deli. pue. c. 1. s. de frig. quod sedem. Item hoc intelligas de doli capace. & intelligitur, quando est proximus pubertati,[d] secundū quosdam. ff. de act. & ob. l. 1. tu dic quod hoc potius per exteriora bonus uir æstimabit: arg. s. de præsum. ex studiis ut tamen scias, quod etiam in talibus non sunt, sicut in adultis crimina punienda: 15. q. 1. §. ut itaque. Si uero, non sunt doli capaces,[e] tales non tenentur confiteri. & ideo nō est curandum cui confiteantur. tales enim furiosis comparantur: quia eorum ætas quid uideat, ignorat: ff. de acq. pos. l. 1. §. furiosus. C. de fal. mo. l. 1. ad fin.

44 **Cui rustici † in alienis parochijs** hyemantes, uel æstiuantes, uel hi qui se transferunt ad alias prouincias, non animo remanendi ibi, sed fortè ad tps se obsequio aliquorum magnatum Principum deputantes. Certū est, quòd tales, si laici sunt, possunt se transferre quò uolunt, dum tamen sint liberi. & si ibi se transferrent animo perpetuo remanendi, facti essent parochiani illorum, in quorum diœcesibus uel parochiis morarentur: s. de paroch. §. fi. Alias autem dicendum est ꝙ si tales non intendunt derelinquere domicilium antiquum antiquo presbytero, uel de licentia ipsius alii, & non aliter cōfiteri debent: est igitur bonum consilium quod tales à iudice suo spirituali licentiam obtineant: uel saltem confiteantur sub spe, quod proprius iudex ratificet, secundum ea quæ not. s. e. §. resp. 1. & idē dicendū est de familia nobilium, nisi & ipsi aliud priuilegium à Papa habeant pro se, & familia sua, secundū ea quæ not. s. e. sub §. cui dux. uer. tertio. Quid de familia episcopi uel archipresbyteri, si sit de aliena diœc. Idem uidetur quod in familia alterius Principis laici. Si uerò sit de diœc. propria, tunc ei confiteri debet, uel cui ipse mādauerit: sed & potest proprio sacerdoti de cuius parochia est, confiteri: ut patet in his quæ no. s. de offic. archipresby. §. quę pertinēt. uer. octauo. Quid de his, qui hactenus hanc formā non seruauerunt: sed simpliciter confessi sunt cui uolebant. Si simpliciter & ignoranter hoc fecerint, non credentes peccare, non accuso, sed excuso: fecerunt enim iuxta uerba Apostoli largo modo dicentis, Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. & iuxta regulam, quā generaliter uidetur tradere Iacobus apostolus, dicens: Confitemini alterutrum

ADDITIONES.

a Vsuram palliant. ¶ Adde docto. in c. quanquam. de vsu. lib. 6. & per Pau. de Eleaz. in cle. j. eo. tit.

b Quidam imprægnauit matrem suam. ¶ Adde gl. sum. 20. q. j. Docto. in c. fi. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. & Abb. in c. j. de del. pue.

c Et de Salomone. ¶ Adde Bald. in capit. ex transmissa. in 2. col. de transla. præla.

d Proximus pubertati. ¶ Adde quis dicatur proximus pubertati. vide in c. puberes. in c. literas. c. continebātur. & in c. attestationes. de desp. impube. & not. in l. j. ff. de do. & in l. non tamen. ff. de excu. tuto.

e Doli capaces. ¶ Adde qui dicantur doli capaces. vide per doct. in c. a. j. de delic. pue. Card. in cle. j. in 5. q. de hom. Dom. in c. j. in §. quia verò, uer. oppono, quòd minor. de re. lib. 6. Lap. alleg. 213.

teruntrum peccata vestra,& orate inuicem,vt saluemini:de pœ. dist.j.c.fi.quæ quamuis aliter intelligantur, vt no.s̃.e.§.de quib. ver.quid de veniali.tamen si non cōtempserunt,quia hoc ignorabant,salui sunt:quia contritio mūdauit eos:& fides vniuersalis ecclesię:& clauis Petri.11.q.3.illud.& c.absit.& c.plerunque. & c.quomodo.de pœ.dist.3.inter hæc hircum. & c.prima solutio.& c.est mihi Deus.nam & si sacramentum deficiat, fides tamen non deficit sacramenti s̃.de baptis. debitum. & de presby. non bap.c.j.& 2. ideoq; est hoc mediocriter tolerādum. Sed de cæterò ex quo certificati sunt,si contemnerent,damnarent:ar. s̃.de conse.ecc.aqua.8.dist.consuetudo.de consec.distin. 2 scriptura dicit.

45 Quando † confitendum est.

Et certe quācūque homo peccauerit. Vnde & si sæpius cadit homo per peccatum, sæpe resurgendum per pœnitentiam: nec tardari debet confessio: vt patet in his quæ no.s̃.eo.§.qualis.sub §.festina. & sub §.frequens. Ad minus tamen semel in anno ꝯfiteri oportet. & in Paschate ad minus: nisi de consilio proprij sacerdotis abstineat, debet recipere eucharistiæ sacramentum: aliàs viuus ab ingressu ecclesiæ arceatur:& mortuus ecclesiastica careat sepultura: quod ne quis causetur ignorantiam,debet frequenter in ecclesijs publicari: j̃.eo.omnis.respon.j.de hoc not.s̃.eo.§.an & peccata dimissa.Item confitendum est tempore pueritiæ: vt no.s̃.eod.§.proxi.:sub §.cui pueri. Item & tempore senectutis: in quo casu si est in ætate decrepita, s. vltra senium iam processit,puta post 80.annos,alleuiari debet ieiunijs,& grauari orationibus:de pœn.distinc.5.c.1.& si habeat pecuniam,redimat cum ipsa peccata sua:de pœn.dist.j.medicina.Si nihil habet, excusatus est: s̃.de vsu.cum tu manifestos.§.illi autē.s̃.de sol. Odo.14. q.5.si res.si verò sit senex, puta inter 60 & 80 annos constitutus,fortius puniri debet, quam decrepitus:tales enim cùm peccant,iuuenes ad interitum trahunt:vnde Greg.Laqueus iuuenū omnes mali senes:& maledictus puer centum annorum: 2.q.8. Paulus dixit. Quid si sit ita senex, ꝙ omni discretione careat? Dic sicut de pupillo & furioso.vt not.s̃.eo §.proxi.& sub §.cui pueri.ver.si verò non sit doli capax.

Confitendum est tempore sanitatis,& eo tempore,quo homo potest peccare,sunt relinquenda peccata; & hæc pœnitentia certa est,& indubitabilis.Sin aūt tunc vis agere pęnitentiam,qn̄ peccare non potes,peccata dimiserunt te:non tu illa.& hæc pęnitentia est incerta:non tn̄ est deneganda ſm Aug.de pœn.dist.7.c.1.Tempore igitur infirmitatis confiteri oportet: vnde dicit Concilium generale, Districtè præcipimus medicis corporum, [a]vt cùm eos ad infirmos vocari contigerit,ipsos ante omnia moneant,& inducant, vt medicos aduocent animarum,& ita cum causa cessante, scilicet peccato, propter quod fortè misit Dominus infirmitatē,cesset effectus.Hæc inter alia dedit causam huic edicto quod quidam in ægritudinis lecto iacentes, cùm eis à medicis suaderetur, vt de animarum salute disponant,in desperationis articulum incidūt vnde facilius periculum mortis incurrunt. Si quis medicus trāsgressor extiterit, ab ingressu ecclesiæ per episcopum arceatur, Cæterum cùm anima sit multo preciosior corpore, [b]sub interminatione anathematis,prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægro suadeat, quòd in periculum animæ ꝯuertatur:vt omnia hæc probantur j̃.e.§ e.cū infirmitas Sic presbyter ad infirmum vocatus non debet pœnitentiam denegare,alioquin reus erit animarum:intelligas,quoad presbyterū nam infirmus in contētione saluabitur:vt not.j̃ eo.§.quibus,& quot dietis.sub §.illud autem.& quia Dominus dicit, Quacunque die conuersus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. vera enim confessio in vltimo tēpore potest esse:26.q.6.si presbyter.& c.cognouimus.& c.presbyter.& iunge quod not. j̃.eo.quæ impediant.sub §.desperator.ver.tertiū. Infirmo tamen nō est iniungenda pęnitentia, sed innotescenda quantitas & qualitas: vt sic dicat sacerdos, Si tu esses sanus,talē pœnitentiam deberes agere, & vsque ad tale tempus: sed quia infirmus es, non iniungo: dico tamen tibi, ꝙ si decesseris, facias talē eleemosynam, siue iniungas hæredib.tuis, ꝙ ipsam faciant pro hac pœnitētia:& nos authoritate Domini nostri Iesu Christi, & beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, & sanctæ ecclesiæ, & officij nobis commissi, & nostra, absoluimus te ab his peccatis,& ab alijs, de quibus non recordaris.& si sic moriatur, est amicorum orationibus & eleemosynis adiuuandus, oleo ante mortem perungendus, & sacro viatico reficiendus. probantur hæc 26.quæstio.7.infirmis.Si autem conualueris,iterum humiliter confitearis.vel nobis,vel alij de licentia nostra, & facias pœnitentiam,quæ tibi fuerit iniuncta:vt in dicto capit.ab infirmis & 50.distinct.ex his 26.quęstio.7.si quis de corpore,& cap. seq. Et si tales decedant contriti, vel cum certis signis contritionis,etiam post mortem absoluuntur ab ecclesia, id est, absoluti fuisse in contritione ostenduntur. sic potest intelligi infrà, de senten.excommu.à nobis.2.& vt oblatio pro talibus fiat: 26. q.6.si quis fuerit mortuus. vt & not. j̃.eod.sub rub.de remis.§. quid possit.ver.sed & viuis.Idem multo fortius fieri debet,si dū missum fuit pro presbytero obmutuit, vel amens factus est, antequam presbyter veniret: dū tamen habeat de signis testimonium:quia fortè tendebat manus ad cęlum:percutiebat pectus: dicebat, Miserere mei Deus: esto mihi propitius, Beata Maria ora pro me:vel simile quid:multo fortius si nutum faciebat, cū presbyter aduenisset. talibus enim & extrema vnctio & eucharistia ministranda sunt:& quicquid humanitatis potest fieri,exhibendum.& si euaserint,pœnitentiam faciant ad arbitrium sacerdotis.26.quæstio.6.qui recedunt. & capit.præced. & tribus c.sequen.

46 Qualiter sacerdos se debet habere erga confitentem.

† Et quidem primò considerare oportet, vtrum sit parochianus suus:& tunc ipsum audiat:vel extraneus: & tunc ipsum remittat in casibus quos not.s̃.eo.§.cui confitendum sit, respon. j. Ex quo autem debet, vel potest audire confessionem, doceat eum de forma confessionis: & primo consideret vnde est, & vbi fuit nutritus, vbi conuersatus: & si videt eum simplicem uel idiotam, doceat eum Pater noster, & Aue Maria,& Credo in Deum,si nescit:vel moneat vt addiscat: doceat etiam ipsum qualiter debet confiteri: dicendo ei, Hi tot & tales sunt articuli fidei tuæ: vide si in his vnquam erraueris, vel dubitaueris malo modo & perseueranter. nam secundum Stephanum, Dubius in fide [c]infidelis est. j̃.de hæreticis.c.1.Dicat ēt hæc sunt mandata legis: vide si seruaueris: uel si in eis vnquam offenderis. postea descendat ei ad 7.mortalia peccata de quibus no.s̃.eo.§.de quib.& j̃.eod.§.quæ interrogationes. sub §. de superbia.& seq. Doceat & ipsum formam confitendi, vt nec peccatum nec circunstantias celet: j̃.eo.Deus qui,& no.s̃.eo.§.qualis.sub §.integra,ver.perdam & seq. Dicat etiam ei, quòd humiliet se, & ponat ad pedes ipsius: & si sit fœmina, instruat ipsam, quòd semper sedeat ex transuerso nec faciē ipsius respiciat. qa, sicut dicit Abacuc,facies mulieris uentus vrens: & secundū doctrinam quæ traditur Oseæ 2.auferat fornicationes à sua facie, & adulteria sua de medio verborū suorū.Exinde moneat ipsum ad confitendum: primo pio ac dulci ac suaui eloquio inducēdo ad ꝯpunctionem & cōfessionem:& proponat ei beneficia, quæ contulit sibi Deus creando,& recreando animę æternitatem: vitæ breuitatem,mundi mutabilitatē,fallaciam & deceptionem: Christi pietatē,qui nō venit ꝑ iustos,sed ꝑ peccatores: sicut patet in Petro & Paulo,& latrone, de quibus inuenies satis not. s̃.e.quibus & quot dietis. sub §. quæ inducunt. §. si verò adhuc. & specialiter passionem de qua Hiere. in Thire.O uos omnes, q transitis per uiam,&c. Item, Recordare paupertatis & trāsgressionis meæ, absinthij & fellis, Esa.49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum,ut non misereatur filio uteri sui:& si oblita fuerit illa, ego non obliuiscar tui. ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. Dicat & alia, de quibus nota. infrà, eodem. §. quæ inducant. Iterum dicat ei, Si totum quod commisisti, & uerè confitearis, sine dubio remittetur tibi culpa: & ego absoluam te à pœna: de pœn.distinctio. 1. verbum Dei dimittit peccatum: & sacerdos est iudex, in quacunque hora, &c. de pœn distinctio. 7. capitu. fin. sunt enim sacerdotes uicarij Iesu Christi,& habent claues regni cœlorum, & absoluunt ante diem iudicij: de pœn.distinct. 3. inter hæc hyrcum. 2 ad idem. 11.q.3.absit.Sed & nimiam uerecundiā auferat ei,dicens:quia non confitetur homini,sed Deo: & ideo si nunc detegit,Deus deteget in die iudicij. Itē, si cōfitetur nihil celans,absolutionē obtinebit:si negat ueritatē,condemnabitur. ei etiam tantum credet sine testibus: quod totum contrarium est in foro contentioso,in hoc tamen conueniunt, ꝙ in utroq; creditur cuilibet contra se.Sed & si dicat sibi,quòd si timet uerecundiam hominis unius,maior uerecundia sequetur inde: quia uelit nolit,quicquid celauerit, oportebit eum confiteri in ꝯspectu totius cœlestis curiæ & amicorum & inimicorum tuorū: de pœ.dist.j.§.ex his.uer. nunc autem si recorderis peccatorū tuorum.&

ADDITIONES.

a Medicis corporum. ¶ Adde tex.in capit.cum infirmitas.extra, de pœnit. & remis.

b Anima sit multò preciosior corpore. ¶ Adde c.præcipimus.12.q.1.gl.in c. j.de præb.lib.6.& gl.in c.dilecto.de sen.excom.eo lib.

c Dubius in fide. ¶ Adde quid de dubio in conscientia, an intelligitur facere contra conscientiam.vide per Bal.in c.fi.de consuetu. Bald.in c.si diligenti.de præscript.

rum.& iunge quod not.j.eod.§.quæ impediant.sub §. pudor.& s.eo §.qualis.sub §.amara.ver.primū.Si nec sic proficiat, addat de pœnis inferni. Soph.1. Vox Dei Domini amara: tribulabitur ibi,fortis,dies illa,dies iræ,&c Esa.13. Vnusquisque ad proximū suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. & iunge quod not.s.eod.§.qualis.sub §.festina.& j.eod.§. quæ inducunt hominem. Si vult confiteri, procedat in interrogationibus: sicut not. j.eod. §. quæ interrogationes: vt sic ab ore suo extrahat. quod forsitan ignorat:aut verecundia ductus occultat:nā clauus apertionis,est sermo interrogationis & correctionis:quia increpando culpam detegit,quā sæpe nescit is qui perpetrauit.43.dist.sit rector. Adsit autem beneuolus de vitijs ad virtutes paratus erigere peccatorem,& ad onus secum portandū offerat se paratū, vt not.s.eod.§.in quo tenetur sacerdos.sub §.2.tenetur.ver sed & tenetur.& per totum. Hanc igitur dulcedinem in affectu pietatis non terreat.quia tantum affligitur iustus,quantum amat.vnde apostolus:Quis infirmatur,scilicet peccando, & ego non infirmor,scilicet conpatiendo.7.q.1.§.sed tunc obseruandum. caueat tamen,ne ipsum indiscretè obsoluendo propter nimiā fortè pietatem,cū hæc contritio nō exigat: quia nec tanta est,abutatur iudiciaria potestate:de pœn.dist 6 qui vult confiteri.Non tamen intelligas,φ omnia hæc superiora& inferiora semper ad vnguem seruanda sint. Sed discretus sacerdos,secundum quod qualitas personæ & verborum exiget, eliget quod sibi necessarium videbitur, vel vtile:hoc enim scribimus ad instructionem simplicium sacerdotum.

Post pœnitentiam iniunctam moneat ipsum,ut honestè viuat,ius suum vnicuiq; tribuat.ff.de iusti.& iu.l.1.quia secundum Greg.summum bonum in rebus est, &c.12 q.2.deuotissimam.Item moueat pœnitentem,φ vitet hęresim & idolatriam, homicidium & adulterium falsum testimonium: & quod credat diem iudicii & resurrectionem futuram: 10.q.2.placuit.Inducat eum ad soluendas decimas & primitias: aliter saluari non potest:16.q.1.reuertimini.& cap.decimæ.& φ soluat legata & debita prædecessorum suorum:& maximè piis locis relicta:aliter vsque ad euacuationem fidei mortaliter peccaret: 12 q.2.qui oblationes.& c. clerici.Et breuiter omne peccatū mortale euitet:& quod sibi non vult fieri,alij ne faciat:2.q.6. decreto.l.dist. ponderet.12.q.1.primo.13.di.duo mala.& c. nerui.& φ faciat omne bonū,quod poterit semper, vt Deus ipsum illustret:& de bono in melius ascendat,& proficiat:de poe. dist. 2 quærendum est.& c.pennata animalia.& si sic perseuerauerit, saluus erit,& securus hinc exibit,secundum Au.de poe.di.7.qui egerit.& c.si quis positus.& c.agens pœnitentiam.

Si verò sacerdos habet aliquem parochianum peccatorem publicum, qui non vult confiteri, neque vllo modo pœnitere: præmissa monitione debet eum excommunicare, vel superiori denunciare:32.quæstio.5.preceptū. Et si habeat odium contra fratrem,debet eum ad pacem faciendam cōpellere:9.distin. placuit.& c.si quis contristatus.22 quęst.4.qui sacramento. Debet etiam compellere ipsum ad pœnitentiam agendam de periurio,fornicatione,adulterio,& alijs criminibus:s.de spon.ad audientiam.in fi.& de cle coniug.cap. 1. 22. quæstion.1.prædicandum.& vndecunq; clarnerint crimina, puniantur,secundū Greg.11.quæstio.3.præcipuè.& prosperū. 24. quæstio.3.ecce.& si inobediens fuerit,expellatur ab ecclesia, nec posteà de facili admittatur:11.quæst. 3. qui iubente. latentia aūt delicta vindictam non habent.32.q.v.Christiana.6 q.j.si omnia. Verùm circa hanc compulsionē doctrina Augu.& Greg.est sequenda; scilicet quòd primò arguat opportunè, scilicet admonendo & corripiendo.Secundò,importunè,suspendendo & interdicendo.Tertiò,crescente contumacia, excommunicando: 23.q.3.ita planè.& c.fortè.43.dist sit rector.Sin autem hoc commodè fieri fortè non pōt,p̄p multitudinem, vel potentiam hominū,admoneat eos verbis, & terreat quantū poterit, & faciat quantū in se est,quicquid pōt:& sic secundū quosdam,liberabit animā suam, dicens cum Apostolo: Mundæ sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum:43.dist.Ephesis. 47. distin. quod ad nos attinet.& secundū Au.23.q.4.displicet.tu dic vt not.s.de renun.§.cui.ver.graue scandalum.& sequentibus.& si non vult aliquis confiteri,saltē semel in anno,procedat sicut no.s.e.§ quando.Hæc tū duo sacerdotes incorruptè custodiat; scilicet φ nulli noceat,& oībus p̄desse posse velit:14. q.v. denique.s. de postu. c.fin.nec malum faciat:nec factum approbet.23.quæst.3. planè.

Quæ† impediant pœnitentiam.

Multa,scilicet quatuor principaliter,scilicet pudor,timor,spes, & desperatio.

Pudor enim multos retrahit, & præcipue hypochritas [a] & superbos,qui volunt apparere hominibus desores sani,& pulchri,cum tū sint interius infirmissimi, & turpissimi, & omni spurcitia repleti. Sed contra hunc pudorē est triplex medicina, scilicet ponderatio rationis naturalis. si enim non erubuisti peccare,quod inhonestū & inutile fuit, non debes secundum rationem naturalem erubescere confiteri quod honestum & vtile est. Ber.O insania nimia hominū: pudet ablui, & non pudet inquinari: pudet sordes abstergere, & nō pudet contrahere. abstergitur caliga,& contemnitur anima. Secunda medicina est virtus diuinæ intuitionis,cui nihil celare potes,etiam minimam cogitationem: suprà, de iud. nouit. suprà, de simo. tua nos. in fin. Heb. 4. Omnia nuda sunt [b] & aperta oculis eius: ad quem nobis sermo. Boe.magna nobis indicta est, si dissimulare volumus bene viuendi necessitas, cum oīa faciamus in conspectu iudicis cuncta cernentis.ad quid ergo illi erubescitis confiteri, qui hoc nouit antequam factum esset. Tertia medicina est, comparatio futuræ confusionis.Naum iij.Reuelabo pudenda tua,& ostendā gentib. nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.Hierē.20. Confundantur vehementer quia non intellexerunt opprobriū sempiternum:quia nunquā delebitur.Soph.j Scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis. Eccles.iiij. Est confusio adducens ignominiam, siue peccatum: & est confusio adducens gloriam Aug. Est confusio temporalis quę est ad horam:quæ quidem prodest, s.perturbatio animi respicientis peccata sua, & respectionem horrentis, & horrore erubescentis,& rubore corrigentis tali confusione volo confundi:non æterna:à qua peccatorem cupio liberari.

Timor, & iste similiter multos retrahit:quia timent peccatores,quòd non possent facere pñiam, quæ eis iniungeretur, & contra hoc impedimentum triplex potest remedium adhiberi. Primum remedium est præsentis pœnæ modicitas.Secundum,eiusdem leuitas.Tertiū ipsius momentanea breuitas.Cùm ex aduerso vitentur futuræ. Magnitudo incōparabilis.acerbitas intolerabilis. Aeternitas infernalis.Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternū.Hierem. Qui fugit arma ænea. incidit in arcum ferreum.Iob.6.Qui timet pruinam, id est pœnē temporalē,irruet super eū nix,id est.pœna æterna. Esa. 33. Quis poterit habitare de vobis, cum igne deuorante, & quis habitabit ex vobis in ardoribus sempiternis.Idem 30 in fi.Preparata est ab heri thophet à rege præparata,profunda,& dilatata. nutrimēta eius ignis, & ligna multa flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.Thophet est carcer inferni:interpretatur enim gehenna pauoris:vel plena pœna stultorum.

Spes,quæ & multos retrahit à pœnitentia:& est triplex.Prima est spes diu viuendi: sed refrænatur authoritate Iacobi canonica iiij. dicētis. Quæ est vita nostra: vapor est ad modicum patens, & deinceps exterminabitur. Iob. xiij Homo natus de muliere breui viuens tempore, replebitur multis miseriis,&c.2.ad Thessalonicen. quinto.Dies Domini sicut fur in nocte,ita veniet,cū enim dixerint,Pax & securitas,tūc repentinus superueniet interitus,sicut dolor in vtero habentis, & non effugient Marci vndecimo: Vigilate:nescitis enim quando Dominus veniet,serò,an media nocte,an galli cantu,an manè:ne cū venerit repentè,inueniat vos dormientes.Iob.20. Laus impiorū breuis est,& gaudiū hypocritæ ad instar puncti:si ascenderit vsque ad celsū superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinū in fine perdetur:& qui eum viderant, dicent, Vbi est. velut somniū aduolans nō inuenietur,transit sicut visio nocturna,&c Secunda est spes,temporales diuitias acquirendi: hanc refrænat Dominus Lucæ 12.Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit:& cogitabat intra se,dicens,&c.& j. Anima habes multa bona posita i annos plurimos,requiesce,comede,bibe,epulare,dixit autē illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuā repetā,aliàs repetent id est, dæmones à te:quæ autē parasti, cuius erūt?sic est qui sibi thesaurizat,& nō est in Deū,diues.Iob. 28 Diues cùm dormierit,nihil secū affert: aperiet oculos suos, & nihil inueniet; apprehendet eum quasi aqua inopia nocte opprimet eū tēpestas,tollet eū ventus vtens, & velut turbo capiet eū de loco suo:emittet super eum flagellum,& nō parcet,de manu eius fugiens fugiet, stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum intuens locum eius. Tertia est spes, misericordiam Dei consequendi, qui neminem vult perire. Esa. 30. Propterea expectat nos Dominus, vt misereat nostri.& ideo exaltabitur

ADDITIONES.

a Hipochritas. ¶ Adde glos.in c.certè.12.q.2.gl.in c.citius.de pœn. dist. 1. gl.in l.illicitas.ff.de offi.præ.

b Omnia nuda sunt. ¶ Adde tex.in c.Deus omnipotens 2.q.1.

bitur parcens nobis. Sed ſtatim refrænatur ibi hæc ſpes: quia ſtatim ſequitur: quia Deus iudicij dominus. Beati omnes qui expectant eum, ſcilicet pœnitentiam agendo. vnde ſequitur. plorās, ſcilicet peccator pœnitens nequaquam plorabit, ſcilicet in ęternum, miſerans, id eſt miſerearis animæ tuæ agendo pœnitentiā, miſerebitur tui ad vocem clamoris tui, ſtatim vt audierit, reſpōdebit tibi. ſed tamen pœnitentia neceſſaria eſt: de qua ſequitur, Dabit Dominus vobis panem arctum, & aquam breuem: quaſi dicat, ad ſuſtentationem naturę, & ſequitur, Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum: & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis, ſubaudi, & dicentis, Pœnitentiam agite, &c. hæc eſt via, ambulate in ea, neque ad dexteram, ſcilicet proſperitatis: neque ad ſiniſtram, ſcilicet aduerſitatis. quaſi dicat, non confidatis de proſperitate, nec timeatis aduerſitatem, ſeu pœnitentiæ aſperitatem: ſed ſi vultis vt miſereatur, perfectam pœnitentiā faciatis. hæc duo impedimenta, ſcilicet ſpes & timor præcipuè retrahunt vſurarios & auaros, qui nihil vellēt reſtituere, ſed ſemper acquirere: vnde comparantur inferno. Proue. 27. Infernus, & perditio non replebuntur: & oculi hominum inſatiabiles. Stulti ergo ſunt qui deſperant de miſericordia Dei: & ſic in peccatis dies ſuos finiunt, de eiuſdem iuſticia non timentes, de qua dicit Greg. ad magnam iuſticiam iudicandi pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerūt peccato carere.

Deſperatio. ſcilicet duplex.

Prima eſt deſperatio veniam obtinenti. & hanc inducunt tria. primum eſt conſideratio peccati quantitatis, ſicut Cain, Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. contra hanc conſiderationem opponitur paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ fortior eſt ad diſſoluēdum, quàm peccatum aliquod ad ligandum. Iob. 6. vtinam appēderentur peccata mea, & calamitas quam patior in ſtatera: quaſi arena maris hoc grauior appareret. Secundū eſt, cōſideratio frequentationis. cogitat enim peccator: Ad quid confitebor, cras caderem. Sed cōtra hanc opponitur illud verbum Domini, Non dico tibi ſepties, ſed & ſeptuageſies ſepties, id eſt, quandocunq;. ponitur enim finitū pro infinito. vnde Aug. Qualis hic medicus eſſet, qui malum iteratum neſciret curare. meditorum enim eſt centies infirmū centies curare. Idem omnis quantumcunque & quotieſcunque peccator cuiuſq; ordinis, etiamſi fuerit ſacerdos, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum. Ideo ſancimus primos patres noſtros, & in omni tempore eccleſiā Dei ſemper vſq; in ſeptuageſies: quod eſt, ſemper peccata remittere: de pœ. diſt. 4. §. item quod frequēter. & c. ſeq. adhuc inſtant. Ideo cui plus datur, plus diligit: de pœ. di. 3. ſepties & iunge quod nota. s. §. qualis. ſub §. frequens. Tertium eſt conſideratio diuturnitatis: qn̄ ſ. peccator cogitat, tantum inueteratus ſum in hoc peccato, & tandiu tenui, ꝙ nunquā magis miſericordiā obtinerē. & ideo non confitebor. ꝯ hanc opponit ſe Pſal. dicens: Miſericordia domini ab æterno, & vſq; in eternum, ſuper timētes eum. Ezechi. Quacunq; hora conuerſus fuerit peccator, &c. de pœ. diſt. 3. adhuc inſtant. Leo: Pœnitētia quæ dilata eſt, & quę ſtudioſius petita fuerit, non negeť: vt eo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnereta perueniat. Idem: Miſericordiæ Domini nec menſuras poſſumus ponere, nec tēpora diffinire, apud quem nullas patitur venire moras conuerſio: 26. q. 6. is qui tempore. & Aug. exponens illud verbum Pſal. Non abſorbeat me profundū, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum, ſicut ait, Puteus eſt profunditas humanæ iniquitatis, in qua ſi cecideris, non claudet ſuper te os ſuum, ſi nō claudis tuum. Confitere ergo: & dic, De profundis clamaui ad te, Domine, Domine, exaudi vocē meam. & ſic euades. de pœ. diſt. 1. non abſorbeat. & iunge ea quę no. ſuprà eodem. §. quoniam confitendum eſt. & ſeq. §. quibus & quot dieris. ſub §. quæ inducunt. ver. 8. & ſe. & ſub §. & quis ſit effectus. & ſeq.

Secunda deſperatio eſt,

poſt veniam iam obtentam in bono perſeuerandi. cogitat nempe iniquus Quid valeret mihi venire ad confeſſionem. nam & ſi poſſem veniam conſequi, non tamē poſſem in bona vita perſeuerare: quia nimis eſt arcta hæc via, & meæ cōtraria voluntati. Vellem enim comedere, ipſa ieiunare. Vellē dormire, ipſa vigilare. Vellē gaudere, ipſa lugere. Vellem poſt concupiſcentias meas ire, ipſa abſtinere. Vellē diuitias, ipſa paupertates. Vellē delicias. ipſa aſperitates. Vellē in mundo honorari. ipſa pro Chriſto opprobria pati. Et in ſumma, vellem viuere mūdo, ipſa Domino Ieſu Chriſto. Sed & quis poſſet reſiſtere diabolo, cui ſunt mille nocendi modi: 16. qu. 2. viſis? Huic deſperationi ſunt tria remedia opponenda. Primum remediū, eſt mortis commemoratio: quæ omnia mundana oſtendit vana & tranſitoria Eccle. 12 Si annis multis vixerit homo, & his omnibus lætus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierū multorū: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. Quid enim valet viuere mundo, & dies multos vitę ſuæ hic vacando amittere, cùm mors oſtendat vanam concupiſcentiam carnis, quæ datur eſca vermibus: & concupiſcentiam oculorum, cùm ſecum: nihil deferat, præter viliſſimum ſudarium: & ſuperbiam vitæ, cùm nunc ſepultus in elemento infimo, ſcilicet terra terať pedibus, qui olim per ſuperbiā alios conſueuerat pedibus conculcare. In his autem conſiſtit quicquid in mundo eſt. Io. ij. ca. ij. Omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ. Pſal. Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cùm introierit, non ſumet omnia, &c. Ber. Si dicis, Durus eſt mihi hic ſermo, non poſſum mundum contemnere, nec carnem meam odio habere. dic mihi quæſo, vbi ſunt amatores huius mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum fuerunt? conſidera quid ſunt, & quid fuerint. nihil ex eis remanſit, niſi cineres, & vermes, homines tamē fuerunt ſicut tu, comederunt biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferos deſcenderuut: quid enim profuit breuis læticia, inanis gloria, mundi potentia, carnis voluptas, falſæ, diuitiæ, magna familia, magna concupiſcentia: vbi riſus, vel iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia: de tanta læticia, quanta triſticia: poſt tantam voluptatem, quanta miſeria. nihil eis accidit, quin tibi accidere poſſet: quia homo es. homo de humo: limus de limo. Eccleſ. vij. In omnibus operibus tuis, memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Sapiens: Summa philoſophia eſt, aſſidua mortis meditatio. Secundum remedium eſt, hoſtis debilitatio. Eſà. Incuruare, vt tranſeamus q. d. diabolus, non poſſum per te tranſire, nec tibi nocere: niſi primitùs voluntate propria incurueris. Io. Parum timendus eſt hoſtis, qui non poteſt vincere, niſi volentem. hoc ſignificatum fuit Matth. 8. vbi dixit legio dæmonum Domino: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum & ibi dicit gl. niſi quis more porci vixerit, diabolus in eo poteſtatem non accipit: ergo reſiſtire diabolo, & fugiet à vobis. depone igitur peccatum, quo factus es ſeruus diaboli: & ſtatim vigorem ſenties lætabundum. Tertium eſt, hominis fortitudo: quæ fortitudo ex quatuor prouenit. Primò, ex depoſitione peccati, & vinculorū liberatione, & læticia ſpirituali. Salo. Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus verò triſtis deſiccat oſſa. Idem. Secura mens quaſi iuge conuiuium, omnes dies peccatoris mali. ſic etiam eris armatus & fortis, & à carcere liberatus, Eccleſ. 4 Melior eſt puer pauper & ſapiens, id eſt pœnitens, qui nouus homo factus eſt. ſecundum Hieron. l. diſtin. ferrum. Rege ſene & ſtulto, id eſt impenitente, qui regitur à peccato inueterato, qui neſcit ſibi prouidere in poſterum, cùm & de carcere catenis que quis egrediatur ad regnum, id eſt, de ſeruitute diaboli eripitur in libertatem Dei: quod fit, quando Pharaon cum omnibus Aegyptijs ſubmergitur in mari rubro. Exod. 14. id eſt, in amara aqua lachrymarum per paſſionis Chriſti memoriam rubricā. Secundò ex aſſumptione armaturæ. de qua Apoſtolus ad Ephe. 6. Induite vos armaturam Dei, [a] vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quia non eſt vobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, &c. ſtate ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti lorica iuſticiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus ſumētes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeā ſalutis aſſumere, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Tertiò ex ſocietate exercitus omnium iuſtorum: quia cum peccator quandiu in peccato perſiſtit, ſolus ſit: & ideo væ ſibi, quia non habet ſubleuantem, vt ait Salomon. & probatur 81. diſtin. in omnibus. ex quo verè cōfiteatur, tam citò aſſociatur exercitui omnium iuſtorum, qui ſunt in eccleſia Dei, & omnium angelorum & ſanctorum. Pſalmus: Particeps ego ſum, ſcilicet in eccleſia omnium timentium te, &c. hec ſocietas figurata, eſt Iudith. 15. & quoniā Aſſyrij non adunati in fugam ibant præcipites, filij autem Iſrael vno agmine perſequentes, debilitabant omnes, quos inuenire potuiſſent. Quartò, ex Dei illuminatione, ac protectione, & ſaluatione. Pſalmus: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo. Dn̄s protector vitæ meæ: à quo trepidabo. Iob. 17. Libera me Domine, & pone me iuxta te: & cuiuſuis manus pugnet contra me. ad Romanos 8. Si Deus pro nobis quis contra nos? cùm igitur hoſtis ſit tantùm depreſſus, & tu tantum roboratus, noli deſperare: ſed iacta cogitatū tuū in Dn̄o, & ipſe te enutriet.

Poſſunt & alia

impedimenta notari. Primò proprij peccati leuigatio. ſiue attenuatio. & alieni extenſio, ſiue aggrauatio, & contra hoc Salo. Pōdus & pondus: mēſura & mēſura: vtrunq; abominabile eſt apud Deū. Item, Quid tibi prodeſt, ſi multos habeas ſocios in pœnis? imò

ADDITIO.

[a] Induite vos armaturam Dei. ¶ Adde tex. in c. niſi bella. 23. q. 1.

imò certè grauabit: quia secundum Aug. non propterea minus ardebunt,qui cũ multis ardebunt.2.q j multi.in fi. quinimò magis: quia quantò plura ligna sunt in igne, tanto maior est ignis. Sapiens.Si omnes deberent saluari, præterquam vnus,timerẽ ne ego essem ille:& si omnes deberent dãnari, præter quàm vnus, laborarem ne ego essem ille.Secundò, culpæ maiorum siue superiorum consideratio: ꝯ quod legitur Eccles. Prauus homo vitabit correctionem & iuxta voluntatem inueniet sibi comparationem Tertiò, delinquentium multitudo: & huic responsum est s.e.sub §.j. ver.j. Quartò,peccati consuetudo. sed certè non minuit hoc peccatum,sed auget:s.de si.non satis s. de consue. c.fi. nam & secundum August.& si omnes gentes talia facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur.32.q.7.flagitia.Quintò, cordis elatio: contra quod est exemplum Pharisæi dicentis, Nõ sum sicut cæteri hominum,&c.& publicani percutientis pectus suum,& clamantis,Deus propitius esto mihi peccatori. de quibus Dominus, Amen dico vobis, descendit hic iustificatus, &c.Luc.18.Sextò,peccati delectatio:quod specialiter in gula & luxuria locum habet:contra quod tria sunt opponenda. Primũ est, delectationis breuitas. Gre Momentaneum est quod delectat:æternum,quod cruciat.Ber.O quantus luctus,quantæ vigiliæ,ꝯ modicum festum in minima libidine.Secundum est,peccati vilitas.Seneca:Si scirem Deos ignoscituros, & homines ignoraturos,dedignarer tamen peccare,propter vilitatem ipsius peccati.sed & inutilitatem seruitutis inducit.Tullius:illum ego liberum dicam,cui mulier imperat,leges imponit,vocat, veniendũ est:eijcit,abeundum est:poscit,dandum est, minatur, extimescẽdum est. hunc ergo non tantum seruum, sed nequissimum ego iudico. Tertium est pœnæ seueritas Iob: Immittet in eos vim furoris sui,& pluet super eos bellum,quasi dicat, quot sunt guttæ in pluuia, tot dabit Dominus impio tormenta. & iunge quod not.sup.e.sub §.timor.

4° **Quæ† inducunt hominem** ad veram pœnitentiam faciendam.& quidem tria principaliter. Mali status, peccatorum liberatio,siue euasio. Diuersorum consideratio. Bonorũ multorum acquisitio.

Mali status, peccatorum liberatio siue euasio. vt no. s.eod.§.proxi.sub §.secunda desperatio. ver.tertium est.& seq. In pessimo enim statu est peccator impœnitens: & quia non vitatur malum, nisi cognitum: audias quot mala eueniunt impœnitenti notorio, & rebelli, & maximè excommunicato. Primum est, quia talis separandus est à Deo, & traditur diabolo:ſm Io.11.q.3.audi denique.Secundũ,quia cito perit memoria eius.vnde Psalmista. Vidi impium superexaltatũ & eleuatum sicut cedros libani:transiui,& ecce non erat: quæsiui eum,& non est inuentus locus eius:de pœn.dist.3.Achab.Tertium,quia timet vbicunque est:Psal. Timor & tremor venerunt super me:& contexerunt me tenebræ Hiere 2. Scito quia malũ & amarum est recessisse à domino Deo tuo:& idem est quod dicit Greg.de tali.13.dist.nerui.post medium.ibi, vndique metuit, & suspectus latus omne pertimescit.Quartum,quia perdit bona tẽporalia & minoratur vita.Psalmus:fiant dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter. scrutetur fœnerator omnẽ substãtiam eius, & diripiant alieni omnes labores eius.& probatur 23. dist.in nomine Domini,ante finem. Quintũ quia est hominibus odiosus.23.q.6 iam vero.Sextum, quia remotus est à restamenti factione actiuè & passiuè 3.q.4.consanguineorum.2.quæstio. 7 non potest esse hominibus fidelis.Septimum,quia nullum genus sacramenti ei debet exhiberi.95 dist.illud.33.q.2.admonere. Octauum, quia semper cadit de malo in peius. Greg. peccatum quod per pœnitentiam non diluitur seu purgatur. &c. ad idem de pœ dist 4.ca. 1.2.3.4 & sequen. Nonum,quia ex quo impœnitens est,peccat in spiritum sanctum:de pœn.distin.2. inter hęc hircum.1.& 2.in fi.& dist.j.§.quod autem. versi.hæc est blasphemia.& not.s.e.§.de quibus peccatis.sub §. sed & quicunque peccant.Decimum,quia si sic moriatur,sine fine torquebitur,secundum Gre.de pœ.dist.j voluissent iniqui.& dist.7.§ fi.in fi. & pro talibus non est orandum:qui sic mortui sunt.23.quęst.5.placuit. 13.q.2 pro obeuntibus.

Diuersorum consideratio. Et primò cõsiderari debet diuina gratia: quia quos prædestinauit, hos per operationẽ & vocauit horis, & modis, & tẽporibus, sicut docuit: vt probat Aug.de pœn.dist 3.adhuc instant perfidi.& c.in tñ & distin 4.§. finis. saluat enim Deus ex gratia, quos ex iusticia dãnare posset: 23.q.4.Nabuchodonosor.nõ sis ergo ingratus gratiæ Dei: sicut nec Apostolus erat. Secundò considerari debet illa imago diuina, quæ vocatur synderesis: in qua homo factus est ad imaginẽ Dei. vnde Dauid, accedit homo ad cor altũ, & exaltabit Deus: qui quanto magis inspicitur,tanto magis in mente fidelis altior apparebit,secundum Gre.de pœ.dist.2.dum sanctam ecclesiam. in fi. huic synderesi semper acquiescendum esset, quia semper volenti peccare,& ꝯ peccanti remurmurat. quæ etiam in Cain, nec in Iuda extincta fuit.qui huic obediens est,non errabit: nec ipsum conscientia accusabit:& sic non timebit iudicia aliorum, ſm Aug.11 q.3 præsenti.& si errauit,citò pęnitebit.Tertiò sunt considerandæ quatuor dotes principales, quas Deus infixit in anima scilicet,Temperantia abstinens,Prudentia discernens, Sapientia eligens, Fortitudo fulciens & muniens: 11.q.3.æstimãr. Quartò timor diuinus de perpetuò cruciatu Psal. Initium sapiẽtiæ timor Domini:de pœn.dist.2.sicut.vbi dicit Aug.ꝙ sicut seta introducit linum, ita timor charitatem: aliàs incipit ca. si quis tantam.Quinto,vitæ breuitas:ut recolat multos coętaneos suos mortuos,& paucos viuos:certè plures pelles agnorum inuenies venales in foro, quam ouium: & homo ex quo attingit annum quinquagesimum,semper est in descensu,secundum Gre. 86. di. multa nequitia.ad idem.13.q.2.illud.Sextò,infirmitas corporis. nam ægritudo carnis peccatum repellit.de poe. dist.1. potest fieri.Septimo,defectus potentiæ: quia & in uisu & in alijs sensibus, nisi dissimulet,videt se deficere.videt se incuruari, & canescere. quæ omnia ad pœnitentiam inuitant:vnde, maledictus puer cẽtum annorum,secundum Esa.& Greg.2.q.7.Paulus dixit. Octauò,descensus mundi:quia secundum Apostolum,perit siue transit mundus,& concupiscentia eius, & vidit religiones multiplicari,& homines iuuenes à temporali vita cito rapi. de pœn. dist 4.si ex bono.Nono,scripturæ sacræ considerandæ sunt,quę aperte dicunt,peccatores debere cum diabolo perpetuò cruciari: de pœn. distinctio. 3. inter hæc hircum.1. & 2.& capitu quid ergo turbamur.Decimò,sanctorum remuneratio: quæ in vita quandoque, & in morte semper magna est:de poe. distinct. 2. si enim inquit.suprà,de sum.trini.c.1.§ fi.& no sup.de vene. sanctorum. Vndecimò,quia iugum Domini leue est, & citò potest à misericordiæ iudice veniam impetrare: de pœn.distinct.2.talis est mihi Deus.sunt enim 7.modi,quibus omnia possunt peccata deleri.vnde versus:

Sunt septem deleri modi quibus omnia possunt.
Fons,Elemosyna,Martyr,Confessio Fratrum.
In se peccat admittere. Flere reatum.
Sanguinis & carnis Christi susceptio digna.

De poe dist.3.illæ rex. Duodecimo,quia aliquam debet inuenire viam,qua tendat ad gloriam.23.q.3.obtinere nequaquam possunt. Tertiodecimò remuneratio, quæ expectatur à Christo, quando dotabitur anima cum corpore. vnde uersus:

Sensus,amicitia,concordia,plena potestas.
Pax secura,decus,& gaudia sunt animabus,
Corpora sanctorum fulgebunt,fortia pulchra,
Libera,sana,sita,sine fine manentia lęta.

De poe.dist.4.§ finis.& §.sic itaque peccata.

Bonorum multorũ acquisitio, quæ multa sunt. Primum bonum quod acquiritur per pœnitentiam est, quia cum conuersatio eius iam sit plus in spiritu,quam in carne, cœlestis est effectus:de conse.di.4. non ex quo. ver. ab hac vetustate vitæ spiritus vsque adeò.Secundum, quia de statu suo securus est: nam dimisit incertum & tenet certum: & ideo quacunque hora in hoc statu moriatur, ad eum vadit, secundum Aug. de pœn.dist.7.qui egerit.Tertium,quia anima sua semper respicit Deum,qui eam creauit, postquam nõ est pressa tenebris peccatorum:de pœn.distin.1.& venit inquit Moyses & distin.3.ille rex. & distin. 4. si ex bono. hic discernere possunt, & in se cognoscere, qui sunt filij lucis: & qui filij tenebrarum. Quartum, quia est particeps omnium bonorum,quæ fiunt in tota ecclesia Dei:de poe.dist.6.q. vl.ver. laborat itaque pœnitens in ecclesia, &c.& dist.j.agite pœnitentiã, qualis agit in ecclesia, vt oret pro vobis mater ecclesia. Quintũ, qa recuperat omne bonũ qđ amiserat per peccatũ:de pę.di.4 de percusso sacculo. vnde versus:

Quod per peccatum fuit in te mortificatum,
Fiet adhuc gratum:fuerit si viuificatum.

Sextum quia augmentantur talia bona temporalia, & salus temporalis:16.q.1.decimæ. vnde uersus:

Te pudor emendet,conuersio maior abundet.
Cautus instrueris suffragia plura mereris.
Hæc tribuit uires confessio,nec recidiues.

Septimũ est,quia quicquid acquirit,& operatur, in tuto est: sed peccator sub casu perditionis existit.nã thesaurizant iustis diui-

tiæ impiorum:23.q.7.quemadmodum.& labores impiorum iusti edunt.ea.q.quicunque.Sap.10.Iusti vero tulerunt spolia [a] impiorum.23.q.5.de Ligurib.§.& notandum.Octauum, quia prolongatur vita:cùm econtra sit in peccatorib. Psalmus: Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.Eccle.7.Ne impiè agas multum ne moriaris in tpe non tuo ad idem 11.q.3. Episcopi sacerdotali.in fi.Nonū est, quia vbiq; securus vadit:& nihil timet, cū eō sit in peccatore:vt no.s.e.sub §.mali status.ver.tertiū. & probat idē Greg.22.dist.de Constantinopolitana.ad fi.25.q.j.de priuilegijs.Decimum est, quia facilius addiscit, Sap. In maleuolam animam [b] non introibit sapientia,&c. Vndecimū est, quia si laicus sit multiplicabit in prole. Psalmus: Filij tui sicut nouellæ oliuarū in circuitu mensæ tuæ. ecce sic benedicet homo, qui timet Dominum.Duodecimum est, quia semper diligitur à bonis, etsi quandoque molestetur à malis:23.q.4.§.ex his.

49 Quę † interrogationes fieri debēt, vel possunt,ab audiēte cōfessionē. Ad hoc dicunt aliqui, & sic vtuntur ēt multi religiosi, ꝙ nullæ interrogationes fieri debent, sed simpliciter debet audire sacerdos ea,quæ peccator confiteri voluerit: & postea secundū audita & confessa,pœnitentiā iniungere.ad hoc videtur facere Chryso.de poe.dist.j Non tibi dico,vt te prodas:sed statim sequitur contra. ar. quando dicit in publicum, ergo à ɔ̄rio tibi dico,vt te prodas in occultū:& proculdubio hæc opinio periculosa est:quia multi sunt simplices:qui si instruantur, verè confitebuntur:& si non instruantur, semper in fecibus remanebunt: vt patet in his quæ nota.supra eodem.§. qualiter sacerdos. Est etiā falsa hæc opinio.nā in hoc foro sacerdos est iudex:vt dicit Ambros.de poen.dist.1.verbum Dei.iudicantem autem oportet cūcta rimari, secundum Eleutherium. 30. quæstio. 5.iudicantem. nam & secundum Gre graue nimis est super re incerta, certam dare sententiam: 11.quæstio.3.graue. ideo super illo loco, Qui sine peccato est,primò in illam lapidē mittat,dicit Aug Caueat spiritualis iudex,vt sicut non commisit crimen nequitię:ita non careat munere scientiæ. oportet enim, vt sciat agnoscere quicquid debet iudicare.iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare,discernat:nam si Iudex temporalis hoc debet facere,& diligens medicus corporalis hoc faciat:quia si causam ignoras,quomodo curas: non est tui muneris, sed fortunæ: multo fortius hoc facere debet spiritualis: quia vbi maius periculum imminet,cautius est agendum, vt 42.dist.quiescamus Et breuiter cùm hoc apertè determinet generale Concilium, non est hic amplius immorandum. Sic enim dicit infrà eodem. omnes.Sacerdos autem sit discretus & cautus,vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus fauciati: diligēter inquirens & peccatoris circunstantias,& peccati:quibus prudēter intelligat,quale debet illi prębere consilium,& cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad sanandum ęgrotum.Nota quod dicit,discretus & cautus.discretus enim debet esse:vt notatur s.eodem. §. cui confitendum sit. sic ergo necesse est,quòd non solum potestatem,sed etiam scientiā habeat, & pœnitentiales canones,de quibus not.infrà eod §. quæ poenitentia.non ignoret.sicut aliàs legitur:vt suprà de consang. capit. j.ad fin.Sit igitur diligens inquisitor,subtilis inuestigator, sed & cautus,vt sapiēter & quasi astutus interroget,& à peccatore extrahat,quod fortè ignorat sed & in hoc cautus sit, vt nec plures interrogationes faciat,quàm fortè expediat,quod specialiter in interrogationibus modi peccandi, & maximè in peccato fornicationis & gulæ cauendum est ne fortè sibi modum, quem nunquam audiuit aperiat. & sic ad peccatum, quod nunquam fecerit:quodammodo instruat & inducat:& sic tali medico spirituali accidit, sicut alij fatuo medico corporali, qui quibus putabat adhibere medelam,medicinis perceptis, mortis periculū incurrebant:s.de ætate & qualitate.ad aures.procedat igitur, sicut instruitur j.e.sub §.de luxuria.ver.peccati contra naturam.& seq. Vt autē tu,qui forsitan simplex es, melius instruaris, scire debes ꝙ interrogationes istæ consistunt circa personas. Circa peccata. Circa circunstantias personarum & peccatorum: vt patet in Cōcilio s.dicto.& j.e.Deus qui.& de poen.dist.5.c.1.de singulis igitur per se sub §.prosequamur.

Circa personas sic instructus esse debes, vt primò cōsideres, vtrum sit tuis tua,vel extranea:& vtrum simplex sit: & talem instruas secundū quod no.supra eo.§.qualiter sacerdos.vel discreta: & talem simpliciter audias,nec multum scruteris, cùm in omnibus sit instructa, nisi fortè Deus tibi aliquid reuelauerit plusquam sibi. 95. distinctio. esto subiectus. Sunt autem istæ interrogationes, quæ circa personas consistunt, & considerari oportet. Quis est, qui peccauit. Cum qua peccauit. non dico quibus quia non debet alium accusare, sed se tantùm: vt notat. suprà eodem.§.qualis. sub §.discreta.contra quos deliquit, vt sic scias qualis emenda sit facienda.ad hoc facit quod no.s.de iniurijs.§. & inquantum detur.& j.eo.§.quibus & qualiter.per totum. Coram quibus. nam & ex hoc peccatum augetur.ad hoc Instit.de iniurijs. §. atrox: & quod nota.supra,de testibus.§.super quibus.versi. de personis.si hoc fecit per se, vel per alium proprio motu, vel ad mandatum seu suggestionem alterius, & qualis: vtrum scilicet esset dominus,vel pater,vel extraneus.ad hoc s.de homi.sicut dignum.infra eod.mulieres.Si misit nuncios,solicitatores, malos consiliarios. Scrutatores seu exploratores astutos, vel simplices, ad extorquendum secretum alicuius vel ipsum decipiendum.

Circa peccata: quæ scilicet sunt peccata,quæ cōmisit:& principaliter quęrat de 7. principalib.vitijs.Primò tamen stet sacerdos in genere, & secūdum quod expedire viderit,descendat ad specialia.ar.ff.de quæstionibus.l.j.§.qui quæstionem.

De superbia igitur sic inquirere potest. Fuisti superbus? si dicat ꝙ sic: audiat in quo:& qualiter.si dicat ꝙ non, vel non plenè exprimat.dicat ei, Charissime, tu forte non nouisti quid sit superbia: sed pauci sunt sine ipsa.& idem faciat in omnibus alijs peccatis, de quibus duxerit inquirendum. vnde dicat, Responde igitur mihi secundum sanam cōscientiam.Fecisti vnquam, vel dixisti aliquid pro laude mundana, vel honore seculari habendis. Impugnasti vnquam scienter veritatem. Obuiasti scienter authoritati maioris tui.Quod aliorum erat,ascripsisti tibi. De scientia, vel facundia, vel pulchritudine, vel cātu tuo,vel nobilitate, uel dignitate tua, vel alijs gratijs, quas Deus tibi dedit, iactasti te vnquam, uel intumuisti. Alium tanquam viliorem te contempsisti. Superiori tumendo te parificasti, vel quòd melius deberes tenere locum suum,quia melius posses,& scires ipsum regere, aliquoties concupiscendo cogitasti. Dixisti vnquam verba superba & opprobria alicui. Percussisti per superbiam. Tumens in corde contendisti.disputasti, vilipendisti, blasphemasti. Bona naturæ, & gratiæ,& fortunæ,quæ habes cogitans a Deo recognouisti,& ei gratias egisti, vel acsi habeas hæc a te: Deum recognoscere, & eidē regratiari contempsisti. Alium,& non te iudicasti. Laudem, honorem,& gloriam,& iudicium,quæ solius Dei sunt, vsurpasti: & tibi attribuisti:vix erit aliquis,si bene recogitet,qui euadat.

De inuidia sic. Displicuit tibi vnquam bonum alterius causa inuidiæ. placuit tibi malum, causa inuidiæ, ideo dico, quia causa insticiæ displicere potest bonum, & malum placere sine peccato: vt peccatori scilicet daret, vexatio dabit intellectum. Esa. xxviij. & tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. Detraxisti alicui vel audiuisti libenter detractionem. Dixisti uel audiuisti causa infamandi malum de persona,uel rebus,uel dictis, vel factis alterius.Tacuisti bona alterius, ne locum tuum occuparet, uel gratiosior te esset aliqb.Seminasti discordias inter fratres. Laudasti vnquam hominem, & in fine per tamen,uel per si, uel per sed.uel per nisi,aliquid detraxisti,ut totum uituperares causa inuidiæ.hoc ideo dico,quia si notorium esset publicè,& si occultum esset:& hoc scires tanquam homo occultè, non intentione diffamandi,bene posses dicere uitium alicuius incorrigibilis, vt alii p ipsum decipi nō possent:uel ut caueres amico tuo, uel qui de ipso confidit.nam, *quicquid agant homines, intentio iudicat omnes.*

De ira sic. Habes aliquem odio,s.personam alicuius,quę tanquam creatura Dei diligenda est: peccata autem & errores cuiuslibet odiendi sunt, & etiam prosequendi. Dixisti conuicia: vel dicenti respondisti,quasi te uindicando: & per iram. hoc ideo dico,quia secus esset si causa correctionis. & idem intelligas in sequenti. Percussisti aliquem Dixisti contumeliam patri,uel matri carnali, uel spirituali. Damnificasti aliquem per te,uel per alium, accusando ipsum apud dominum, uel impediendo bonum, uel honorem suum, uel ponendo ignem,uel talliando arbores, uel res suas furando, uel rapiendo,uel aliàs per uiolentiam.& quia ipsum habebas odio, occupando. Mouisti rixas. Seminasti discordias. Incitasti lites. Dedisti iniquas sententias. Iniustum consilium. Vulnerasti. Occidisti causa odii.Occidit sol super iracundiam tuam, uel statim odium, quantum ex parte tua est, remisisti. Mouisti iniustum bellum.Fecisti coniurationes, uel alias colligationes, vel alias illicitas pactiones,etiam sine iuramēto causa odii,& ut posses te vindicare.

De accidia

ADDITIO.

a Iusti uero tulerunt spolia. ¶ Adde tex.in c.quemadmodum.23.q.7.

b In maleuolā animā. ¶ Adde Arch.in c.reuertimini ad me.in j.col.16.q.j.

De accidia ſic. Fuiſti vnquã tepidus & remiſſus ad bene agendũ, cùm poſſes. Repuliſti à te gratiam inſpirantem: quod eſt, quandocunq; homo cogitat aliquod bonum facere vel dicere, & non acquieſcit, ſed ſtatim primus motus extinguit quos in peccato nutrit, vbi eſſent extinguendi, & extirpandi. Dimiſiſti vnquam ire ad eccleſiam, vel prædicationem propter pigritiam & ſegnitiem. Fuiſti nimis deliciosus, & ocioſus. Diſtuliſti confiteri maximè per annum. Neglexiſti pœnitentiã tibi iniunctam peragere. Officium eccleſiaſticum tibi iniunctũ diligenter exequi neglexiſti. Diſtuliſti iuſticiam reddere ex pigritia. Noluiſti celebrare, cõfeſſionem audire propter laborem vitandum: quia potius volebas quieſcere. Subtraxiſti proximo tuo egenti conſilium tuum, vel auxilium propter pigritiam ſolam. Diſtuliſti ex negligentia reſtituere aliena. Incidiſti vnquam in deſperationem. Fuit vnquam tibi propter laborem vitandum tædium vitæ tuæ. Fuiſti negligens circa obſequium fidele Domini, à quo paſcebaris & induebaris, & alia bona recipiebas. Neglexiſti ſeruare iuramentum tuum. Diſtuliſti mercenario reddere ſalarium: de quod conueniſti, vel aliter conſiderato labore ſuo, & ſeruitio ipſum remunerare. benedictus is, qui in his non peccauit.

De auaritia ſic. Fuiſti ſimoniacus. Vſurarius. Dñs violentus. Iudex iniuſtus. Incautus conſiliarius. Cauilloſus aduocatus. Imperator malignus. Scriptor falſarius. Fur. Latro. Periurus. Sacrilegus. Luſor Metarum agrorum euulſor Feſtorum colendorum violator. Falſus mercator. Hominum quorumlibet & maximè viduarum, pupillorum, pauperum, & aliarum miſerabilium perſonarum oppreſſor, cauſa lucri iniuſti: & auri. hic non deſcendo ad ſpecialia, quia nimis eſſet prolixum: & ipſa in diuerſis ſummis iſtius libri recolligere poterit diligens indagator. Nec excuſet ſe quilibet ab hoc vitio nam etiam domini nobiles genere, ſed non morum, & in dignitate conſtituti: ſed ipſam deſtituentes quaſi mercatores facti ſunt, & quaſi omnem viam & modum adinueniunt huic vitio ſeruientes, neminem accuſo. ſed Eſa. ca. j. dicit, omne caput languidum, & omne cor mœrens à planta pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas Eo. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij, iuſticia habitauit in ea: nunc autem homicidæ: argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuum mixtum aqua. Principes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.

De gula ſic. Fuiſti ebrioſus ſemel: & tunc videtur veniale: vel pluries quaſi de conſuetudine hoc habes. & tunc eſt mortale. Comediſti vltra quàm deberes, etiam vſque ad crapulam: ſuper quo vide quod notatur ſuprà, de tempor. ordin. cui. ſub §. tertia. Fregiſti etiam bibendo ſolum vinum vel aquam ſine iuſta cauſa ieiunia, in pœnitentia tibi iniuncta, vel conſuetudinaria, ſeu inducta propter guloſitatem. ſupra quo vide quod no. ſ. de obſer. ieiu §. quando ieiunandum ſic. & § & quando non Recepiſti non ieiunus euchariſtiam, vel confirmationem, vel alia ſacramenta eccleſiæ, ſanus & fortis, nullo imminente periculo, vel imminente, ſed præuidere tibi potuiſti: ſuper quo vide quod not. ſ. de conſe. eccleſ. c. ij. Pauiſti te ſplendidè, pauperibus iuxta te poſitis, nimis eſurientibus, & fame morientibus, te ſciente: & ſubuenire contemnente, vel negligente. Comediſti nimis properè, id eſt. ante horam tertiam communibus diebus, vel ante nonam in ieiuniis, uel antequam audires miſſam, cùm poſſes audire: ſed magis volebas ſatiare ventrem, quàm mentem, vel antequam appeteres, nec eras infirmus, nec debilis, ſed cauſa guloſitatis tantùm, vel inhoneſtæ ſocietatis hoc feciſti. Inuitaſti alios ad æquales potus. vel ad bibendum nimis. Paraſti tibi ſpecies, vel electuaria, non cenſa medicinæ, ſed vt vinum melius tibi ſaperet, & ad bibendum te fortius incitaret. vltra quàm naturæ tuæ expediret. Et nunquid pro aliis talia paraſti, & eis propinaſti Et nunquid de cibariis idem feciſti Et nunquid plura fercula, quàm naturæ expediret, tibi & aliis propinaſti: Nunquid in ſcandalum aliorum contra conſuetudinem religionis feria quarta vel ſabbato, vel aliis diebus. carnes palàm & publicè vel alia cibaria comediſti? Et nunquid more canino totum comediſti, vel bibiſti, vt gulæ tuæ ſatisfaceres, non naturæ, & conſociis tuis nõ diuiſiſti, nec aliquid eis dediſti. Et nunquid more vrſino ſeu leonino, nimis auidè in cibum & viliſſimum gulæ flamma accenſus, non dico comediſti, ſed deuoraſti? Nunquid diuites, & non pauperes tecum ad menſam aduocaſti? & ipſos, vltra quàm natura requirat refeciſti? Quis eſt is quis ſe poſſit de omnibus his ſalua conſcientia excuſare?

De luxuria ſic. Commiſiſti fornicationem: quæ eſt, qñ ſolutus ſecularis cognoſcit ſolutam, non virginem nec religioſam. Commiſiſti ſtuprum: quod eſt. virginem deflorare. Comiſiſti adulterium: quòd eſt cognoſcere coniugatam, vel cognoſci ab vxorato. Comiſiſti inceſtum: quod eſt, quando cognoſcitur conſanguinea, vel affinis carnalis, vel ſpiritualis, unde & ad religioſas perſonas extenditur. Peccaſti contra naturam: quod eſt, quando aliter cognoſcitur mulier, quàm natura requirat: quemadmodum quilibet naturaliter nouit: & cùm ipſum natura exponat omnis alius, quicunq; ſit ille, eſt contra naturam: quos modos nec volo ſcribere, nec conſulo quòd reueles: vt no. ſ. eod. § reſpon. j. verſ. not. quod dicit, ſed ſic cautè dicas, Tu bene ſcis modum qui naturalis eſt: accidit vnquam tibi aliter pollutio? ſi dicat quòd non, nihil vltra quæras: ſi dicat, quòd ſic: quæras, vtrum dormiendo, vel vigilando: ſi dicat dormiendo. quæras vtrum cum muliere vel ſine muliere quam concupiuiſſet, vel alia: & an nimis diebus præcedentibus bibiſſet, vel comediſſet, & quãtum eſt tepmoris quòd ſibi non acciderat: quia ſi ſemel in mẽſe accidat tantùm poteſt præſumi polutio naturalis, & talis non eſt timenda, quod dic vt plenè no. ſ. de adul. §. quæ ſit pœna lenocinii. ver. in fi. videndum eſt. & ſequentibus. Si verò dicat, quòd vigilando accidit ſibi polutio: quæras, vtrum ſine muliere. ſi dicat quòd ſic, quæras quomodo. Sin autem dicat: qđ cum muliere: quætas vtrum extra vaſa, vel intra, & quomodo: & ſic cautè procedas, ne ipsũ aliquo modo de modo inſtruas: ſed potius ab ore ipſius extrahas qui commiſit. Sed & non ſolùm de operibus, imò & de locutionibus, nutibus, & cogitationibus, & aliis ſimilibus quæri debet. dicas ergo: Concupiuiſti vnquam aliquam mulierem in corde tuo concupiſcentiæ conſentiendo, quod mortale eſt Incitaſti vnquam aliquam ad libidinem per te, vel per alium, vel oſtentationem tui, vel ornamentorum tuorum, ſicut faciunt aliquæ mulieres: etiam propter hoc ſpecialiter plus, quàm propter Deum ad eccleſiam & proceſſiones euntes, & per vicos chorizantes Riſiſti vnquam, vel cantaſti, vel nutum feciſti alicui mulieri, vel ipſa tibi cum intẽtione iſtius peccati committendi, Incitaſti vnquam te, cùm non appeteres, comedendo electuaria calida, vel aliquo alio modo, ad libidinẽ exercendã.

Dixiſti vnquam mendacium vel verbum ocioſum pro aliqua muliere habenda. hic tamen notãdum, quòd ſecundum Aug. octo ſunt genera mendaciorum: de quibus no. ſ. de iureiur. §. quot comites. verſic. dicit tamen & ſequentibus. verum ex verbis Aug. ibi poſitis traditur magiſtra iter alia diſtinctio breuior & planior. quoniam mendaciorum aliud pernicioſum, ſiue malignitatis: aliud officioſum ſiue pietatis: aliud iocoſitatis: xxij q. ij. ne quis. Pernicioſum mendacium comprehendit in ſe prima quinque genera, per Augu. enumerata: xxij. q. ij. primum. officioſum verò tria genera vltima per eundem Aug. ibi enumerata, & additur de iocoſo. Sed nonne quodlibet mendacium mortale eſt? ita videtur. Pſalm Perdes omnes qui loquuntur mendacium. item, Os quod mentitur, occidit animam. Aug. nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet quẽquam decipere: quia quolibet modo mentitur quis: occidit animam. Ad hoc dicas cum Aug. quod omne mendacium eſt peccatum: xxij. q. ij. mihi. non abſurdè videtur omne quidem mendacium eſſe peccatum. Aliquando tamen eſt mortale, aliquando veniale. pernicioſum enim peccatum id eſt, quòd nocet proximo. de quo ſ. no. ver. pernicioſum. ſemper eſt mortale, xxij. q. ij primũ. c. ne quis Mendacium vero officioſum. id eſt, quod nulli nocet, & prodeſt alicui. de quo no. ſ. eo. ver. officioſum. & iocoſum ſimiliter veniale eſt in homine imperfecto. ſecundum omnes: xxij. q. ij ne quis. Si quæras, quod peccatum ſit maius officioſum mendacium, an iocoſum. in hoc eſt diſſenſio. quidam enim dicunt, quòd maius eſt officioſum: quia fallit proximum: licet non noceat, quod non facit iocoſum. alij autem dicunt, quod officioſum minus eſt: quia prodeſt alicui, quod non facit iocoſum. Sed nunquid in perfecto homine omne mendacium peccatum mortale eſt? Dicunt quod officioſum mortale eſt perfectis iocoſum vero veniale: ſi quæras ab eis quare iocoſum non eſt mortale eis ſicut officioſum: cum primum, ſcilicet iocoſum quod non eſt mortale nulli proſit: ſecundum vero, ſcilicet officioſum proſit. reſpondent: quia iocoſum non fit ex animo: nec per ipſum homo intendit alium decipere: ſecus in officioſo. Alij dicunt, quod mendacium officioſum: ſicut & iocoſum in homine perfecto veniale eſt: ſed tamen grauius eſt: quã in imperfecto homine: & hæc opinio humanior eſt, ſecundum Raynald. prima tamen tutior eſt. argumen. v. diſtinctio. ad eius vero concubitum. Quod autem dictum eſt de iocoſo mendacio, intelligas, quando non dicitur ad fallendum, quia nouit ille cui dicitur iocandi cauſa fuiſſe dictum. ſic innuit Augu. xxij. q. ij. ne quis. Hoc etiam intelligas, niſi fortè dicatur ex quadam placentia, ſeu delectatione ſeu frequentia aſſueta, ſicut faciunt mimi & ioculatores & eis ſimiles: nam tunc poteſt dici mortale: & tunc verè habet locũ qđ de omni verbo ocioſo, &c. Au. Nullũ peccatum adeo veniale, qđ nõ fiat criminale dũ placet: xxv. di. §. alias. Homo aũt perfectus dicit religioſus, q ex toto renũciauit

nit mundo pro Xpō: Mat.xix. Si uis perfectus esse,[a] vade & vende oīa quæ habes, & da pauperibus. & c multo fortius Episcopus, qui sicut dignitate precellit, sic ēt religione & sanctitate dēt aliis preeminere: ꝫ.de. uoto. ex multa. resp ȷ ad si. Alij intelligūt illum esse perfectū, qui si moreretur, statim ad æternam patriā conuolaret. Quòd si quis mētiaf alicui causa placentiæ, seu adulationis, uidetur mortale: vt patet in his quæ notantur s̄.eo.uer. hoc etiam intelligas. sed contradicit Augu. ponens tale peccatum inter uenialia: vt patet in his quæ no.s̄.eo.§ de quibus peccatis. sub § tu dicas. uer. quæ autem dicantur. Sol. Tribus modis dicitur quis adulari. Primò, attribuendo alicui bonum, qđ non habet. hoc dicunt quidā mortale: alii ueniale. potest dici mortale in mimis, & similibus, sicut apparet in his quę no.s̄.e.uer. hoc etiam. in aliis uerò quibus hoc fortè perrarò, & ex euentu accidit ueniale. Secundò, approbando malum: quod habet quis: & b hoc secundum omnes semper est mortale.[b] ar. lxxxij.di. error. ꝫ.de sen.excom. quanto. & ad hæc duo membra comprobanda facit quod legitur xxii.q.ii. primum. xlvj.dist. sunt nōnulli. & c. clericus. Tertiò, super exaltando bonum quod habet: & hoc est ueniale. & sic intelligas dictum. Quid si quis quærat à me hominem latitantem in domo mea, intendens eum occidere, nunc quid debeo mentiri,[c] & dicere quòd nescio ubi sit? uidetur dicere Augu. quòd in hoc casu mentiri non debeo. nam secundū ipsum, nullus etiam ad sempiternam salutem est, opitulante mendacio, deducendus. Idem, ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem pro ista temporali uita, morte cuius sua uel alterius non occiditur anima, debere mentiri, sed taceat ut sic neque prodat, neque mentiatur. neque occidat animam suā pro corpore alterius: xxij que. ij. ne quis. Isidorus. Omne genus mendacij summopere fuge, nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. caue mendacium in omnibus: xxij.q.ij. omne. Augu. Periculosissimè admittitur hæc compensatio, ut nos faciamus aliquod malum, ne alius malum grauius faciat: xiiij. di. quod ait. Et hoc tenent plerique doctores. Alij dicunt in tali casu mentiendum esse. Ray scripsit, quòd sic debeo procedere. Primò debeo tacere, sicut docet Augu. xxij.q.ij. ne quis & hoc quoniam nullū in taciturnitate mea uideo periculū imminere, alioquin si periculum imminet, puta quia ex hoc conuincit querens, ꝙ intus sit ille, quem quærit, debeo me transferre, si possim, ad aliam materiam, interrogando eum de aliquo alio facto: xiiij. di. in mandatis. uel possum respondere aliquod uerbum æquiuocū: puta non est hic, id est, non comedit hic: uel aliud simile. sed huic contradicunt supradictæ authoritates. & maximè authoritas Isidori. Dicas, quod sic possum respondere. Si talem quæris: curre quàm citius illuc: ita tamen quòd ostendam ei aliam uiā, quàm fugiens teneat: uel alium locum, quàm i traueris latens, & dicam ei, quod nisi citò currat, fortè non poterit ipsum cōsequi, nec etiam inuenire. uel sic: Frater, multi intrant domū istam, & exeunt, quos ego non uideo, neqꝫ scio, si esset hic, ita bene posses tu, uel alius, ipsum uidere, sicut ego. si multum instet querens: nec ei uerba ista sufficiant, & domus spaciosa sit, porero dicere: Deus scit, nescio ubi sit, id est, in quo angulo domus latitat. sic debeo intelligere: & si possum ipsum tenere in uerbis his uel similibus, ita quòd nullum periculum immineat, bene erit: alioquin potero ei dicere, Ego scio ipsum, & statim ostendā tibi sed hoc non possum bono modo facere, nisi primo mittā proquo dat: & sic mittere possum pro Episcopo, uel dño terræ, qui ipsum saluet: uel si dñs terrę ipsum quærit, uel timet ne ipsum interficiat, finaliter debeo informare meā cōscientiā ad negandū, & dicere, Nō uidi ipsum, diu est. possum em̄ diu intelligere sicut uolo. uel dicā simpliciter informata cōscientia, Non est hic. i. in loco, ubi teneo pedes meos uel ēt si simpliciter negē, non peccabo conscientia informata: nec dicam mendacium ꝙ nihil aliud est, quàm ꝯ mentem ire, & quia non intendo ipsum fallere. nam s̄m Aug. mendacium nihil aliud est, quàm falsa significatio uocis cū intentione fallendi. xxii.q.ij. §. ille ergo. & c. is aūt. & hoc satis innuit Aug xxij.q.ij primū uer. nec se quisquā in recte nostris factis, tam malè moueri sentiat, ut fiat etiam animo deterior, longꝫ; à pietate remotior. & ad hoc faciunt multa exempla posita xxij. quæst. ij. ut Iem. & c. quæritur cur Patriarcha mētiri voluit. & § Item opponitur, quod Iacob mētiēdo. Sed non ne eadē actione meretur & demeretur quis in mendatio pietatis? Ita uidetur nā in eo quod mendacium est, demeretur: in eo uero quod pietas est, meretur: & hoc apertè uidetur probari posse exēplo obstetricum, quæ abstinendo ab occisione puerorū, merebantur: mentiendo uero Pharaoni demerebantur: & quia mentiebantur, præmium æternum fuit eis mutatum in temporale, secūdum Aug. xxij.q.ij. quelibet culpa sed contrà, quia eadem actione non potest quis mereri & demereri. arg. s̄ de bap. maiores. § sed adhuc quæritur. lvij. disti. c. unico. Hoc relinquit Ray. disputationi. dicas, quod nunquam eadem actione potest quis mereri, & demereri uitam æternam cum effectu, ut in victimis concor. potest tamen mereri, quo ad commutationem, in prima concor. Quæras etiam de omnibus aliis uitiis: quæ si eorum us prosequendo scribere, nimis esset prolixum. sed hæc sufficiant in e concor. quas in superioribus sub §. omisimus ex certa scientia, causa breuitatis. ad instruendos utcunque simplices sacerdotes cum aliis, quæ sunt s̄. no & inferius subsequentur: & per iura possunt omnia comprobari. Quid si maritus adducens secum uxorem suam, confitetur coram ea, quòd antequam eam duceret, cognouerit sororem suam: quid erit consulendum, cùm uxor dicat, quod non credat ei: imò putat quod hoc dicat in fraudem? marito consulam, quod non reddat debitum, nec exigat mulieri quod exigere potest, sed non reddat. Sin autem quilibet ueniat separatim, & idem confiteatur, tunc potest ei concedi. consulendo quod exigat & reddat: arg. ꝫ. de sen. excom. inquisitionis. s̄. de iureiur. mulieri. & iunge quod no.s̄. de iureiu. sub §. nunc redeūdum. §. & super quibus. uersic. quid de causa monachationis. & seq.

50 Circa circonstantias †personarum & peccatorū debes inquirere, secundum quod in his uersibus continetur:

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando:
Quilibet hoc seruet animæ medicamina dando,

Igitur scire debes, quod hæ circonstantiæ, quo ad personas, considerandæ sunt, scilicet utrum sit masculus uel fœmina, iuuenis uel senex, liber uel seruus Nobilis, uel ignobilis. In dignitate uel officio ecclesiastico. uel seculari constitutus, uel priuatus. Sanæ mentis, uel furiosus. Astutus, & sciens, uel simplex & ignarus. Solutus, uel coniugatus. Laicus, uel clericus. Secularis, uel religiosus. Literatus, uel illiteratus Propinquus, uel affinis, uel extraneus. Dominus, uel mercenarius. Agricultor, caupo: pallipariꝰ uel alius operator: uel mercator: socius, uel non: uel homo ociosus, Christianus Iudæus, hæreticus, uel paganus. Contritus, & pœnitens, uel irridens. Cautè tamen interrogandum est: puta informando, si erat uirgo uel corrupta, uidua uel meretrix, coniugata uel soluta, secularis uel regularis, consanguinea uel extranea: non quærat nomen: quia sicut peccator non debet alium specificando accusare, sic nec presbyter interrogare. & de hoc no.s̄.e. sub §. circa personas. uer. cum qualibet. Sed breuiter de persona quæ & qualiter sit, considerandum est diligenter: & secundum qualitatem ipsius de diuersis peccatis aliis inquirendum est. & etiam pœnitentiæ uariandæ: sicut apparet ex his, quæ no.s̄.e.§. cui confitendum sit. sub §. cui Papa. & sequentibus. & ꝫ.e. quæ pœnitentia.

Circunstantiæ uerò peccatorum aliquæ sunt concomitantes, aliquæ allicientes: ut not.s̄.eod.§ qualis sub § integra. uersi. no. quod dicit. & seq De concomitantibus inquiri debet, & considerari oportet, Quid sit commissum, & quale: utrum sit peccatum superbiæ, uel alterius generis: utrum sit ueniale, uel mortale, uel criminale: secundum ea quæ no.s̄ e §. de quibus peccatis. & s̄.eo. sub §. circa peccata. Vtrum sit enorme, uel mediocre. Principale uel accessorium, ut patet in his quæ no.s̄.eo.uer. per quos. Manifestum, uel occultum, secundum ea quæ no. s̄. de tēpo or. §. cui. & sub § prima regula Recens uel quatriduanum, antiquum, & fœtēs, secundū ea quæ no.s̄.e. sub §. quibus & quot dietis. uer. hi sunt tres mortui, & sequentib. sic tamen ut de usitato quærat in specie. de inusitato cautè, & in genere, secundum ea quæ no.s̄.eo.§. de luxuria. uer. peccasti contra naturam. & seq Vbi sit commissum, scilicet in loco sacro, aut prophano. in domo mariti. patris uel domini, uel alibi. Per quos scili. mediatores, internuncios. omnes enim tales sunt rei, & participes eiusdem damnationis. Item cum quibus. & pro quibus, & contra quos, ut de hoc not. suprà eo. sub § circa personas Quoties, ut non solum ipsa peccata, sed & uices, & iterationes quærat, & alius si recordatur dicat. ut scilicet dicat, quoties cognouit mulierem, & quot mulieres. Quoties fuit ebrius, uel alios inebriauit. & quot. Quoties dixit uerba contumeliosa, uel falsa, & nociua, & contra quos, & quot. & sic de singulis. & est una ratio, quia uulnus iteratum tardius sanatur. Cur, id est, quali intentione hoc fecerit: utrum ipse tentationem præuenerit, uel à tentatione præuentus fuerit. secundum ea quę no.s̄.e sub §. de luxuria uer. incitasti unquam. & seq. & sub §. de gula uer. parasti tibi. & seq. Vtrum spōte, uel coactus, & an cōditionali coactione, uel absoluta. An cupiditate uel

ADDITIONES.

a Si vis perfectus esse. ¶ Adde text. in cap. debet homo. xxiij. q. iiij. originaliter. Matth. xix.

b Semper est mortale. ¶ Adde gl. in c. ne quis. xxxij. q. ij & per Abb. in c. testimonium. d̄e testib.

c Nunquid debeo mentiri. ¶ Adde gl. in §. sed notandum. xxij. q. iij.

te.vel paupertate. Et vtrum ludendo, vel nocendi animo. Quomodo, de modo. s. agendi, & patiendi, & properandi, & operandi, & cogitandi, & loquendi: & utrum latenter & proditionaliter, uel apertè & patenter, & quod alius non cōfidebat de ipso, vtrum dando pecuniam, uel minando, uel preces offerēdo. utrū mutauerit habitum, uel finxerit se alium quā esset. & sic de aliis, quæ secundum Ray. melius actu, quàm lectione sciuntur, tu dicas quod deterius, quia deterius est agere quàm audire: sed hoc fortè noluit dicere melius, id est plenius, uel quam tutius est sacerdoti, ꝙ peccator per se hoc addiscat, quàm ꝙ per incautæ interrogationis lectionem ab eo instruatur. quod dicit not. s. eo. sub §. de luxuria. ver. peccasti contra naturam. & seq. Quando, vtrum s. diebus solennibus, vel priuatis, tempore quadragesimæ sacræ, vel alio. utrū tempore vigiliarum, ieiuniorum, uel aliorū vtrum post pacem reformatam, vel ante. utrum post pœnitentiam, uel ante.

Porro in summa circa religiosos hæc sunt cōsiderāda. s. Prælatus negligēs, discipulus inobediēs Senex obstinat⁹. Iuuenis ocios⁹. curialis religiosus, Causidicus. Habitus preciosus. Cibus exquisitus. Rumor in claustro. Lis in capitulo. Dissolutio in choro. Irreuerentia circa altare. Sacra negligere. Nobilis superbus. Pauper inuidus. Proprietarius. Custos luxuriosus. Contra hospites querulosus. Introitu simoniacus,

A clericis autem secularibus inquirendū est. De vita & honestate vitæ & habitus. De simonia. De negotiatione, & alia quæ pertinēt ad auaritiam. De dilapidatione, si administrationem habet: & prodigalitate. De hospitalitate non seruata. De non facta eleemosyna. De perceptione beneficij, & negligentia seruitii. De venatione. De irregularitate. De aduocatione. De ludo. De ecclesia, in qua quis canonicus est, non defensa: sed potius fortè oppressa. De electione contra conscientiam facta. De conspiratione. De præceptis episcopi & statutis synodalibus nō seruatis. De inuidia. De odio. De contemptu & irreuerentia prælatorum.

A principibus Secularibus. De violētiis. De corrupta iustitia. De non facta. De dilata. A militibus. de rapinis. De adulteriis. De falsis testib. inductis. De fidelitate facta, & non seruata. A mechanicis. De mendacio. De periurio. De furto. De opere ficto facto. A burgensibus & mercatoribus. De baratis. Et vsuris. Falsis mensuris. Falsis ponderib. Venditione temporis. Et aliis fraudibus circa contractus adhibitis. A rusticis. De festis fractis. De decimis censibus, & tributis subtractis. Ouibus & aliis animalibus, fructibus, & aliis rebus vicinorum sublatis. De terminis agrorum euulsis, & similibus. A mulieribus, de peccato carnis, & sortilegiis, superbo ornatu, vano sumptuoso, litigiosis, verbis ociosis, & contemptu viri, quibus aliquæ non subesse, sed dominari volunt, & aliis omnibus ad hoc pertinentibus. De omnibus supradictis & aliis multis, quæ non possunt scribi, per singula debet confiteri peccator si recordatur, & conteri. Sed & de bonis omissis, quæ s. potuit facere, & non fecit, ut patet in his quæ no. s. e. sub §. de acidia. & hæc quippe dicuntur delicta, id est, derelicta. de quibus Psal. Delicta quis intelligit? & potest responderi, quòd pauci. Item de omisso sci. tempore inutiliter lapso. quia secundum B. sicut capillus non peribit de capite, ita nec momentum de tempore. Item omne tempus tibi impensum requiretur. qualiter sit expensum potest tamen dici sicut idem dicit: nihil carius tempore. sed heu nihil vilius hodie expenditur. Item quia animas proximorum non solum instigando, uel malum exemplum præbendo, uel alio modo Deo abstulit, nec per bonū verbū vel exemplum ab ore diaboli eripuit, sed etiam ereptas à se, vel ab alio in malo confirmauit. Item quia fuit causa mali exēpli multis: & quia non fuit causa boni exēpli. Item de tristitia, quā bonis peccando intulit: & lætitia, quam eis bene operando non dedit. Item quia ecclesiam Dei scādalizauit, & ei inobediens fuit. Nec solum cogitet quid & qualiter fecerit, sed q̄ iniustè tam benignū, tam vtilem, tā misericordē tantum Creatorē, tantū dominū, non alienū, sed suū Deum offendit, & in offensione perseuerauerit. Probantur hæc oīa de pę. di. v. c. j. j. eo. Deus qui & c. omnis. s. de ho. sicut dignū s. de testibus. cum causam quæ inter archiepiscopum. resp. j. s. de transa. cap fin.

Quis sit effectus veræ Pœnitentiæ. Vt homo reparetur, & renouetur: nec dispiciatur in eo quod fuit: quia iam incipit esse quod non fuit, s. de sum tri. c. j. §. pen. l. dist. ferrum ad hoc tamen notandū quòd peccata tribus modis purgantur. aut enim donantur, delentur, aut teguntur. Donantur peccata per gratiam baptismi: ita quòd si baptizatus tunc moriatur, nec purgatorium sentiet: de pę. di. vij. nullus expectet. Delentur per memoriā sanguinis Christi: de cons. distinct. 4. baptizati vicē. Teguntur autē per charitatē: de pœn. distinction. 2. charitas est. Verū exceptis paruulis, & continue furiosis, qui per baptismū saluantur. in omnibus aliis intelligas peccata donari, deleri, & tegi per verā pœnitentiā, non aliter. vt nota. supra, de ba. §. quis sit effectus. id est, per verā pœnitentiā, contritionē, confessionē & satisfactionē: licet quandoque contritio tanta posset esse, quod sola sufficeret ad salutem plenariā consequendam. ideo, Beatus est, qui se potest reparare post lapsum, ut omnia hæc probantur de pœna. distinction. 3. ille rex. Sed & si non possit quis confiteri, per verā tamen contritionē saluus erit: de pœn. distinction. 3. prima consolatio. 22. quæst. 2. capitul. fina. & nota. s. eo. §. quibus & quot dietis sub §. quis sit effectus contritionis. & sub §. illud. Ad hoc etiā ut vera sit pœnitentia, necesse est, quod confessio facta sit talis, qualis conuenit: quod dic, ut nota. s. eod. §. qualis. & §. cui confitendū necesse est igitur, quòd confitens nihil cælet. nam falsam pœnitentiā esse constat, cū spretis pluribus de uno solo, pœnitentia agitur, aut cū sic agitur de vno, vt non discedat ab alio. Vnde scriptū est, Qui totā legē adimpleuit, offendat aūt in uno, factus est omniū reus. sicut enim si in peccatis omnibus esset inuolutus: ita si in vno tantū maneat, æternæ vitę ianuā non intrabit. falsa est etiā pœnitentia, cùm pęnitens ab officio vel curiali uel negotiali non recedit, quòd sine peccato nullatenus agi potest. aut si odiū in corde gestit: aut si offenso cuilibet non satisfaciat: aut si offensus offendenti non indulgeat: aut si arma contra iustitiam gerat. ideo Innocent. 2. episcopos & præsbyteros admonet, ne huiusmodi falsis pęnitentiis laicorum animas decipi, & in infernū detrahi patiantur: ut omnia hęc probantur de pœn. distinct. v. capitu. fin. Greg. idē dicit, & addit, falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundū authoritatē sanctorū patrū pro qualitate criminum imponuntur; uel quando quis bona alterius iniustè detinet, nisi restituat: de pœn. distinction. v. falsas. quod qualiter intelligatur, dic vt not. j. eod. §. quæ pœnitentia. & §. quibus & qualiter. Quod autē dicitur uere pœnitenti non licere exercere militiā, uel negotiū pristinū intelligi potest solenniter de pœnitentibus. qui non debent seculariter viuere: de pœn. distinct. v. contrariū. & l. di. illud. potest etiam intelligi, quando deliquit in ipso officio: & est ei iniunctum in pœnitentia, ne decætero hoc exerceat: tunc enim si contra iniunctionē redeat, & manifestū sit, debet excommunicari: de pœn. distinct. 5. de his. 26. quæst. 7. de his. 27. quæst. 1. deuotā. alias autē honesta exercere potest. vnde Leo, Qualitas lucri negotiantē aut arguit, aut excusat. & Gr. Negotiū quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiā post conuersionē repetere culpa non fuit: ut hæc probantur de pœn. distinction. v. qualitas. & ca. negotiū. verūtamen tutius est abstinere à negotiationibus, quàm ipsas exercere, etiā si abstinēs inde dispendia patiatur: quia difficile est inter ementis vendentisque cōmerciū non interuenire peccatum: vt in d. cap. qualitas. & ad idem. s. de vsu. in ciuitate. & in his quæ not. j. e. §. quib. & qualiter. sub §. quid de negotiatoribus.

Sed & ad hoc vt vera & perfecta pœnitentia[a] agatur necesse habet peccator, secundū Aug. se omnino iudicio submittere sacerdotis, nihil sibi reseruans sui ut paratus sit facere pro recipienda uita animæ: quæcunque faceret pro euitanda morte corporis, & hoc cum desiderio. cùm gaudio enim hoc facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus, vt de pœ di. v. ca. j. post mediū. quærat ergo, & subeat dignos fructus pęnitentiæ, vt ibi dicit ad fi. & primo offerat Deo mentem, quam aliam oblationem. & sic tripliciter satisfaciendū est Creatori, ore, corde, & opere: sicut tripliciter est offensus. ad quod pertinet qđ not. s. eo. §. quibus & quot dietis resp. j. iniungatur igit ei omnino ɔtra peccatum oris suę superbiæ: quę si pura sit, peccatum purgabitur: de cons. distinction. v. non mediocriter. Ieiunium contra peccatū cordis siue carnis, Ieiunium enim curat vulnera delinquentis, & curata sanctificat. de pœ. distin. v. sit tibi ieiuniū. Eleemosyna ɔtra peccatū operis, seu auaritiæ. si eīn pecuniā habes, peccata tua redime: de pę. dist. j. medicina & c. si qs domum. & c. quem pœnitet. & ca. agite. eleemosyna enim omnia bona pficit. vnde Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: de pę. dist. j. medicamentum. & c. quamobrem.

Sed & dici potest, Quòd satisfactio in duobus consistit: s. in eleemosynę largitione, & carnis maceratione hæc duo igit sub §. ꝓsequamur.

Eleemosyna Triplex est[b]. Prima ɔsistit ī cordis ɔtritiōe: qā aliqs s. seipsum offert Deo. iux ta illud.

ADDITIONES.

a Vt vera & perfecta pœnitentia. ¶ Adde tex. in c. res. xxiiij. q. vj.
b Eleemosyna triplex est. ¶ Adde Arch. in c. sicut.

ta illud, Miserere animę tuæ placentes Deo. de hac intelligas q̃d in Ecclesiastico legitur, sicut aqua extinguit ignem[a], ita eleemosyna extinguit peccatum. Secunda consistit in cōpassione proximi, qua compatimur alienis aduersitatibus tanquam nostris. de hac Iob. Mecum cōualuit miseratio, & ab vtero matris meæ egressa est mecum. Tertia consistit in fide viua, siue dilectione non ficta, & charitate operosa: quando. s. quādocunque & qualitercunque damus consilium vel auxilium proximo indigenti. ergo nedum consistit in rerum largitione, sed etiam in consilio aduocationis, & cura tam spirituali, quàm corporali. & de hac dicit Dominus Luc. Date eleemosynam[b]: & ecce omnia munda sunt uobis. Ambrosius: Pasce fame morientem: si nō pauisti, occidisti. 86. distinct. pasce. de hoc nota. plenissimè s. de tempo. ordi. §. & cui. sub § septima regula.

Carnis autem Maceratio cōsistit in quatuor: s. in orationibus, vigiliis, ieiuniis, flagellis: vnde Apostolus ad Thessalon. c. v. Sine intermissione orate, non intermissis horis canonicis. de quibus Psalm. Septies in die laudem dixi tibi: suprà, de cel. miss. c. i. uel sic: sine intermissione orate: id est, iuste viuite, & eterna desiderate. Ans. Iustus nunquā desinat orare, nisi desinat iustus esse. semper enim orat, qui semper bene agit, ad idem Hiero. xxii. di. sancto. Aug. Ipsum desiderum boni oratio est. & si continuum est desiderium continua est oratio.

Est autem oratio.[c] pius affectus mentis in Deū tēdens, & plerunq; ne pigritet in vocem prorumpens: Vel sic: oratio est congeries uocum, ad aliquid impetrandum in Deum tendentium: xx. distinc. capit. si. In oratione autem non debent peti temporalia præcisè. & principaliter: sed eterna, spiritualia & pertinentia ad salutem. vnde super illud ii. ad Cor. iii. Virtus in infirmitate perficitur. dicit gl. Aug. Cùm ea quæ Deus laudat, & promittit, petitis: ab illo securè petite. illa enim propitio Deo conceduntur. quando autem petitis temporalia, cum modo petite, & cum timore illi committite, ut si prosit, det: si scit obesse, nō det. quid eīn prosit, uel obsit, nouit medicus, non ægrotus. Docet eīn magister noster petere quæ ad salutem pertinent, sicut apparet in septem petitionibus, quas docuit nos petere: q̃n dicit, dicetis, Pater noster &c. alibi hoc restrinxit ad tria, s. fidem, spem, charitatem, que pręcipuè sunt petenda. vnde Luc. xi. Quis autem ex vobis patrem petierit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid serpentem dabit illi? aut si petierit ouū, nūquid porriget ei scorpionem? per panem charitatem, per piscem fidem, ꝑ ouum spē voluit designare. Sunt autem xiii. quæ in oratione requiruntur, s. quòd sit fidelis. vnde Psal. Miserere mei, quoniam in te confidit anima mea Secura. Iaco. j. Postulet in fide, nihil hæsitans. de hoc xxiiii. q. ij. §. 2. Humilis. Eccle. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. de cons. di. v. nō mediocriter. Discreta. Mat. xx. Nescitis quid petatis. Iacob. iiii. Petitis: & non accipitis, eo quod male petatis. Deuota potius corde, quàm ore. j. Reg. j. Anna loquebatur in corde: & vox illius penitus non audiebatur. Aug. Quid prodest strepitus labiorum, vbi mutum est cor. Gregor. Qui indeuotus orat, iudicium sibi postulat: de cons. dist. ii. quia corpus. vnde versi.

Cum cor non orat, in vanum lingua laborat.

Verecunda vt in publicano, qui non audebat ad cœlum oculos leuare: Luc. xviii. Secreta. Matt. vi. Tu autem cùm oraueris, &c. de cons. dist. i. c. penul. & fi. Isido. Oratio priuatis locis opportunius funditur. Pura de pę. di. j. importuna. Daniel. xiii. dixit Susanna: Domine Deus tu scis, quia hoc isti malitiosè composuerunt aduersum me. Lachrymosa. Esa. xxxviii. Audiui orationem tuā, & vidi lachrymas tuas & Thob. iii. vbi dicitur, quòd Sara in oratione persistens deprecabatur Deum cum lachrymis. gloss. dicit, Oratio ad Deum lenit, lachryma cogit. hæc vngit illa pungit. Attenta. Psal. Intēde voci orationis meæ. Eccl. x. Muscę morientes perdunt suauitatem vnguenti. B. omnes nobis causamur deesse gratiam: sed iustius gratia ipsa conqueritur nonnullos sibi deesse. Communis etiam plus valet, quam singularis: xx. dist. c. fin. Feruida. Hiero. Maledictus homo, qui opus Dei negligenter facit: de consc. dist. v. non medioctiter. & c. ieiunium. Exod. xxxii. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo. Operosa. Thobi. xii. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Matth. v. Beati misericordes[d], quoniam &c. Assidua. Exo amici qui panes accōmodauit. Luc. & Apostoli perseuerātes in oratione, Spiritum sanctum receperunt: Act. j. valet autē oratio præcipuè contra vitia spiritualia. vnde Hiero. super illud Mat. xvii. & Marc. ix. hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi in oratione & ieiunio. sic ait, medicina cuilibet morbo est adhibenda non sanat oculum, quod sanat calcaneum. ieiunio sanantur pestes corporis: oratione verò sanantur pestes mentis.

Vigiliis similiter Maceratur caro, quę vobis indicuntur omnibus, & maximè prælatis: Psal. Non dormitabit, neque dormitet qui custodit Israel. Luc. xii. Sint lumbi vestri[e] præcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominū suū, q̃n reuertatur à nuptiis & ꝯ. Si venerit in secunda vigilia, & si tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Est aūt vigilare, somnum corporis à se excutere. Thrien. ii. Consurge lauda in nocte in principio uigiliarum, vt s. somnum corporis à te excutias. Prouerb. vii. vsque quo piger dormis, &c. & subditur, & veniet tibi quasi viator egestas. e. xx. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit in æstate. Sed & vigilare est, mādatis diuinis attendere. Eccle. xv. altiora te ne quæsieris, sed quæ præcipit tibi Deus, diligenter attende. e. Si uolueris mandata seruare, conseruabunt te. Iterum, Vigilare est, super seipsum vigilias noctis custodire. Luc. ii. Erant in regione illa pastores custodientes uigilias. Matt. xxvi. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. j. Petri v. sobrii estote, & vigilate.[f] Vigilare etiam est ad Deum mentis oculos aperire. Deut. erit vita pendens ante oculos tuos, scil. Christus in cruce positus. & non credes vitæ tuæ. Prouerb. viii. Qui vigilauerit ad me, inueniet me: hæc est quarta vigilia, in qua uenit Iesus ad dicipulos suos. nos autem prælati vigilare debemus spiritualiter: quia pastores sumus, & talibus indicitur vigilare: ut statim not. s. eo. versi. iterum. vnde Gen. xxxj. Iacob. ad Laban. xx. annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestiis ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, quicquid furto perierat, à me exigebas: die noctuque estu vrebar & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis. vtinam tales essemus omnes spirituales pastores Vigilare etiā debemus, q̃a doctores sumus: sed quo modo docebimus, nisi sciamus: quomdo sciemus, nisi studeamus. j. Tim. iiii. Attende tibi & doctrinæ e. Deum venio, attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. Matt. vlti. Euntes in mundum[g] prædicate Euangelium omni creaturæ. Debemus autem v. docere: s. Credenda, sicut articulos fide. Facienda & seruanda sicut mandata. Fugienda, sicut peccata. Timenda, sicut mortem æternam. Quærenda & appetenda, sicut regnum Dei, & iustitiā eius. hæc sunt quinque uerba, quæ Appostolus vult suo sensu se qui in ecclesia Dei, vt & alios instruat magis, quam x. milia verborum in lingua. j. Corinth. xiiii. Item vigilare debemus, quia custodes infirmorum, s. peccatorum sumus. ꝯ. e. cum infirmitas. j. Corint. xi. multi infirmi & imbecilles inter vos, multi dormiūt, duo infirmi sunt, corpus & anima, contraria appetentes. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: quia corpus quod corrūpitur, aggrauat animam. Vsquequò paruuli diligitis infantiam, & ea quæ vobis noxia sunt quæritis? Item quia nutrices sumus. j. Corint. iii. Lac dedi vobis in potum, non escam. ꝯ. e. Deus qui. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Tren. iiii. Adhæsit lingua lactantis in siti, s. uerba Dei. ibi dicit gloss. talis non potest dicere. Ego sum pastor bonus. sed pōt bene dicere. Ego pono animam meam pro ouibus meis. Item quia sumus speculatores. Ezech. xxxiii. Fili hominis, speculatorē te dedi domui Israel. Item, quia sumus ianitores: nobis enim dedit Dominus claues regni cœlorum. ii. Reg. iiii. Isboseth dormiebat ianuis apertis. & ancilla ostiaria obdormiuit: & intrauerunt hostes, & occiderunt eum: vigilate igitur omnes: quia aduersarius vester diabolus tāquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

Ieiunium vero triplex Est[h]. Primū est abstinentiæ corporalis, à cibo sc̄ abstinere. & hoc Dñs primo īstituit in paradiso & postea sanctificauit: q̃n. xl. diebus, & xl. noctibus ieiunauit. Mat. 4. hoc debent

ADDITIONES.

a Sicut aqua extinguit ignem. ¶ Adde gloss. in ca. qui uult. de pœn. distin. 3. 47. distin.

b Date eleemosinam. ¶ Adde c. quia. 12. quę. 1. c. decimas. 16. q. 1. & c. medicamentum. de poe. dist. 1.

c Est autem oratio. ¶ Adde glo. in cle. j. de reli. & ve. san. & per S. Tho. in iiij. sen. dist. y.

d Beati misericordes. ¶ Adde tex. in c. hæc autem vita. in §. ex his omnibus xxiiii. q. iiii.

e Sint lumbi vestri. ¶ Adde tex. in c. qui factus. de pœn. dist. j.

f Sobrij estote & vigilate. ¶ Adde tex. in c. sunt plurimi. vj. q. j.

g Euntes in mundum. ¶ Adde in c. si quis præsbyter. & c. multi sunt. de cōsec. dist. iiii. & in c. debitum. de bap.

h Ieiunium vero triplex est. ¶ Adde S. Tho. in iiii. sen. distin. 8. questio. prima. art. 3.

debent quatuor concurrere. Primum est largitas.i.e. quod manducaturus eras, si non ieiunares, da pauperibus, vt ieiunium tuum sit saturitas animæ, non marsupij lucrum. Secundum est lætitia: Matt.6. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Tertium, est hora competens.[a] nam sicut legitur 1.Reg.4. Ionathas adiudicatus fuit morti: quia præuenit horam. Quartum, est mensura. Aug. Mens auiditate ciborum lassata, perdit orationis virtutem. Secundum ieiunium est afflictionis, se sc. à gaudio temporali temperare. Tertium ieiunium est spirituale à peccato, s. mortali abstinere: & de his plenè notat. s. de obser. ieiu. §. quid sit ieiunium.

Flagella etiam multa sunt. Prima enim cõsistunt in armis pœnitentialibus, s. cinere, cilicio, & lachrymis 50. dist. in capite. Secũda, in pectoris tonsione, genuflexione, & disciplinis. de pę. dist. 1. tres actiones. & dist. 3. de quotidianis. Tertia, in peregrinationis afflictione. de hac s. de peregrinãtibus. & de voto. § quot sunt species. Quarta in tribulatione, cuiuslibet ægritudinis afflictione. hoc sustinuit Iob. 2 de his Apostolus ad Hebr. 12. Flagellat dominus omnem filium quem recipit. Sit igitur cautus & discretus sacerdos, & dicat pœnitenti post iniunctam penitentiã, quòd omnia bona quæ fecerit, & omnia mala quæ sustinuerit, ei proficiant ad salutẽ. & ei pro penitentia hæc omnia iniungat, tunc ei valebunt omnia si à presbytero iniungantur. & penitentia sit deuota. & de pę. dist. 1. in actione. & c. Agite penitentiam. & not. j. e. § quæ pęnitentia. ver. sacerdos. & seq.

Is est igitur effectus pœnitentiæ, vt si perfectè in hoc mundo fuerit satisfactum, ad patriam euolet. aut si quid purgandum remanserit, igne purgatorij purgabitur. Deus enim cùm sit iustus & misericors, ex misericordia penitenti ignoscit, non reseruans peccatũ ad pęnam æternam: ex iustitia verò impunitũ non relinquit delictum. aut enim homo punit, aut Deus. vnde Au. & si cõuersus vita viuat. & non moriatur. non tamen promittimus, quod euadat omnem pęnam. nam prius purgandus est igne purgatorio, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. is aũt ignis, etsi æternus non sit: miro tamen modo grauis est. excedit enim omnem pęnam, quam vnquam aliquis passus est in hac vita. nũquam in carne tanta pęna inuenta est, licet mirabilia martyres passi sint tormenta. de pę. di. fi. c. fi. Idem post specificationẽ multorum peccatorum mortalium dicit: Quicunque aliquid de his peccatis in se damnari cognouerit, nisi dignè emendauerit, & si habuerit spacium, longo tempore non penituerit, & largas eleemosynas non erogauerit, & à peccatis ipsis se non abstinuerit. q. d. si impenitens & sine contritione decesserit illo trãsitorio igne de quo Apostolus ait, purgari non poterit: sed ęterna illũ flamma sine vllo remedio trucidabit. 25. dist. § aliàs. nam & secundũ Greg. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur. eodem c. qualis. Item effectus is est, vt qui frequenter resurgit per pęnitentiam, iusti vocabulum non amittat. de pœni. dist. 3. septies. & alia bona sequuntur, de quibus not. s. e. §. quæ inducunt hominem. sub §. bonorum.

52 Quæ† valeant ad hoc, ne quis post verã pœnitentiam, & salutem spiritualem cõsecutam patiatur recidiuum. De hoc meritò videndum est: quia nullus potest peccatum vitare, nisi in charitate existat. de pę. dist. 2. si enim inquit. vnde Gre. in Moralibus. lib. 7. Ex se nanque omnis vitæ tentatio est, cùm ex seipso nascitur, vnde perimatur: quæ & si semper virtus succindit, ex infirmitate generatur, quod semper succindit necesse est. veruntamen quia vnguenta nõ redolent latius, nisi commota, nec aromata suffragantur, nisi incendantur: ita nec sancti viri in tribulationibus virtutes innotescunt. pęna enim interrogat, si quietus qs veraciter amat. vnde per patres antiquos is vir iustus describitur, qui tãquam fidus in tenebris elucescit. Ad hoc ergo ne quis recidiuum patiatur, valent post iniunctam pęnitentiam illa quæ no. s. eo. §. quæ inducunt hominem. & vt contraria contrariis opponantur: vt s. contra malitiam Cain, Abel innocentia opponatur. vnde Gre. Abel esse renuit ille, quẽ Cain malitia non exercet. 23. q. 4. hæc autem vita. & 7. q. 1. §. hoc tunc. Item contra immunditiam Lamech, est Enoch munditia opponẽda, qui cum Deo ambulauerit. Gen. 6. Item contra inobedientiam gentilium ante diluuium est Noe obedientia opponenda. de pę. di. 1. prædixerat. Item cõtra auaritiam Effron, Abrahæ largitas. 13. quæst. 2. postquam Effron. 35. dist. 6. die. i fi 42. dist. §. 1. & c. quiescamus. Item ꝯ luxuriam gẽtilium, & fornicationes spirituales & carnales, opponenda est castimonia Isaac coniuga. & contra impatientiam superborum, qui habent in naribus, tolerantia & patiẽtia Iacob, qui multos labores tolerauit, & multa passus est tam à suis, quàm alienis. 22. q. 2. §. fi. Item contra ingratitudinem falsorum amicorum, qui mala pro bonis retribuunt, Ioseph benignitas, qui bona pro malis retribuit. 22. q. 2. qđ Ioseph. aliàs quod ait de talibus retributionibus, legitur 23. q. 3. sex sunt differentiæ. Item contra crudelitatem & tyrannidem peruersorũ dominorum, Moysi mansuetudo: de pęn. dist. 2. § 1. opponitur de Moyse & Aron. Item contra diffidentiam & desperationem mandatorum Dei, quam sequuntur impij: de pęn. dist. 3. Iudæis. fiducia & spes quam habuit Iosue cõtra aduersarios, quibus deuictis & superatis in terram promissionis, id est, supernam Hierusalem introduxit populũ, opponatur. 8. q. 1. licet. & §. si ergo. & sic de aliis. nam, sicut ait Greg contraria, contrariis curantur.

Sunt etiam quatuor columnæ cœlestis ædificij, quibus sine astu diabolico pōt quis ad cœlum leuari. Prima columna est, vt despicias mundũ: quia ipse perit, & cõcupiscentia eius. secundum Apostolum 23. q. 5. quid ergo. Secũda columna est, vt neminem despicias: quia nescimus qualis vnusquisque in die iudicij apparebit. 11. q. 1. sacerdotibus. 45. dist. vera iustitia. Tertia est vt despicias teipsum, non tñ quo ad virtutes & opera ipsarum, sed quo ad hoc ne credas nimis ualere 21. q. 4. c. 1. 30 dist. si quis virorum. Quarta est, vt contemnas te sperni: quia secundum Apostolum, si hominibus complaceres, seruus Christi non esses. 2. quæstion. 7. accusatio. Vnde versus:

Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese.
Spernere se sperni: quatuor hæc bona sunt.

Adhuc tamen alæ necessariæ sunt ad volandum alioquin volare non poteris: & sunt hæ fides recta & vera, spes firma ex vno latere, charitas geminata ad Deum & proximum, ex altero: inde Prosper:

Vnde istis geminis virtutum qui caret alis.
Cœlorum ad regnum non habet vnde volet?

de pęn. dist. 2. vnde charitas est. & iunge quod not. s. e. §. qui impediunt. per totum. & §. quibus & quot dictis. sub §. quæ inducunt contritionem.

53 In quo tenetur† sacerdos illi, cuius confessionem audiuit. Ecce in primis tenetur peccatum suum abscondere, & secretum tenere, ita quòd nec proximis nec extraneis, etiamsi scãdalum oriretur, nisi reuelaret aliquo modo recitet, secundum Grego. de pœn. distin. 6. sacerdos. Quid ergo, si scit multa homicidia parata, nisi hoc recitauerit? Dic quòd in hoc casu potest reuelare talibus qui non possint obesse, cautè tamen, non specificando personam. argum. in his que not. j. eod. § sed quid si tu. argu. 22. quæstio. 5. hoc videtur. vbi hoc innuit Aug. sed si tale sit, quod non possit reuelari sine confessionis proditione, nisi de consensu confitentis fieret, necesse est abstinere: vt in d. cap. tenetur igitur hoc secretum tenere sacerdos adeò, quòd consulimus ei bona fide, quòd nec verbum, nec signum, nec nutum, nec gestum inde faciat: nec in genere, nec in specie. & hoc est cõtra multos, qui inde ludunt, & rident inter se dicentes. Hodie audiui talem confessionem, & licet non nominent specialiter, tamen dicunt quidam miles, vel quidam comes, vel quædam mulier commisit tale peccatum. & cum sint in loco, vbi audierint, & vbi est persona, sic narrant omnia, quòd aliqui circunstantes coniecturant quid velit dicere. sicut vidi aliquoties de facto. sed non refert, vtrum res proprio vocabulo exprimatur, vel digito, vel cæteris circunlocutionibus ostendatur. ff. si cert. petat. certum est. s. de consangui. tua. s. de test. licet ex quadam. & propter hoc multi sicut experti sumus retrahuntur talibus confiteri. caueas ergo, quòd ex quo aliquid scis in confessione, decæterò non loquaris indè incautè. quia lingua de facili labitur: & in multiloquio peccatum non deerit. maximè autem hoc cauendum est, quando circunstantia nimis propinqua est: sicut not. s. eo. §. qualis. sub §. discreta. versi. fallit autem hoc. nisi fortè requiratur à te, quod iustitiam facias de peccatore: vbi potes excommunicare illum, qui commisit, quamuis tibi confessus fuerit, sed sine aliqua determinatione. s. de offi. ordi. sacerdos. alias autem etiam episcopo tuo non debes hoc specialiter reuelare, quamuis hoc tibi sub pœna excommunicationis precipiat. s. de exces. præla. dilectus. nam in hoc maior es ipso. cùm geras vices Dei. argu. s. de offic. delega. sanè quia. vnde non teneris ei obedire. 21. distinct. inferior. Aliqui etiam sunt, qui non credunt peccare quando dicunt, Optimè confessus est talis: sed & hic potest esse periculum, quid ad te, Deus scit & nullus alius: ergo nisi te ipse met, qui confessus est, producat in testem, taceas. & secundum hoc

ADDITIO.

a Hora competens. ¶ Adde Archi. in c. solet. de consec. dist. 1. do. in c. denique. 4. dist. 1. S. Th. 2. 2. q. 157. arti. 7.

hoc intellige s. de simo. nemo. & de frigi. & malefi. c. fin. §. j. ibi, postmodum per presbyterum, de cuius parochia vir existit, fecistis inquiri: subaudi tu de plano à vicinia. nec enim intelligas, quòd de confessione sibi facta aliqd debeat reuelare: ut s. nota. Sed quid si nescis dare consilium peccatori? In hoc casu tantum licitum est tibi à peritiore consilium cautè petere. ergo tutius est in omnibus abstinere: excepto eo, quod not. s. e. §. respō. j. & hoc est quod dicit Concilium generale. j. e. omnis. §. ult. vbi sic habetur. Caueat autē omnino, ne verbo, vel signo, aut aliquo uis modo prodat aliquatenus peccatorem. sed si prudentiori cōsilio indiguerit, illud absque vlla expressione personæ cautè requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare,[a] non solùm à sacerdotis officio deponē dum decernimus, verum etiam ad agendam pœnitentiam perpetuam in arctum monasterium detrudendum. In quo saltem, subaudi silentium tenebit: s. de statu mo. cùm ad monasterium §. in oratorio. sed contra de pœni. dist. vi. sacerdos. ubi dicit, qđ omnibus diebus vitæ suæ ignominius peregrinando pergit. alii quidicunt, quòd illud correctum est per Concilium generale: vel dic, quòd illud faciet omnibus diebus quibus pœnitentiam aget. xxx. q. j. si quis sacerdos. qua completa, in monasterium detrudetur: s'm Concilium generale. Quid si aliquis confitetur se incidisse in hæresim, & alia peccata commisisse, à quibus uult cessare: non tamē ab hæresi: vel vult recedere, sed non vult socios nominare timēs proditionem, vel periurium. quia forte iurauit non releuare: uel releuat, sed nō vult, quòd presbyter detegat, qđ faciet sacerdos? dicūt qdā, ꝙ debet adire episcopū, & dicere ei: custodi vigilias sup oues tuas. qa lupus est ī grege. Alij dicunt, ꝙ pōt hoc reuelare tali, q possit prodesse & non obesse argumen. 22. q. 5. hoc videt. ad fin. tutius est, qđ primi dnt. Quid si quis tibi confiteatur: ꝙ dormiuit in ecclesia cū aliqua muliere, nunquid debes hoc episcopo denudare? non: nisi fortè mulier hoc publicè confiteatur. ubi quidē ad instātiam eiusdem super hoc testificari poteris, quo ad ipsam, dū tamen celes nomē adulteri: sic intelligi potest s. de adulter. significasti. nec obst. ꝙ ecclesia semine polluta reconcilianda est: quia illud potest intelligi, qn est diffamatum, aliàs præsbyter, qui hoc scit tanquā Deus, potest ibi salua conscientia celebrare. ar. j. de sen. excom. cū nō ab homine. vel dic, ꝙ tutius est, vt hoc reueles in genere episcopo, sic dicendo: Talis ecclesia eget reconciliatione non quæratis a me vltra. ar. in dicta decr. significasti. & s. de officio ord. si sacerdos. nā in talibus non consueuerunt testes induci. & decr. loquit indistinctè. s. de consecr. eccl. vel alta. si ecclesia de hoc not. s. de cōs. eccl. c. 1. § & an sit iteranda. uer. & hoc ꝙ pmissum est.

Secundò tenetur sacerdos orare, & eleemosynas impēdere, & alia bona facere, pro illo, qui peccata sua sibi confessus est: ut de pœn. dist. 6. qui vult confiteri. nā s'm Alex. Papam & Martyrē, sacerdotes populi peccata comedunt quia suis precibus ea delēt, & cōsumūt: qui eo citius exaudiunt a Dño, q̄to fuerūt meliores. 3. q. 1. nulli. j. q. j. ipsi sacerdotes. de pen. di. 3. inter hæc hircū. 16. q. 1. sunt nonnulli. in fi. Debet etiā sacerdos in principio missæ ante canonē cōsecrationis orare pro viuis, qui sibi cōfessi fuerunt in primo memento. & post canonē orare pro mortuis, si sibi cōfessi fuerūt in secundo memento, dicente beato Aug. Non sunt prætermittendæ supplicationes p spiritibus mortuorū, quas faciēdas p omnibus in Christiana & catholica societate laudamus, & ideo loco cōpetenti, s. in dictis memēto, sicut dictū est ecclesia Deū deprecet: vt de cōs. dis. j. visum. Sed & sæpe dēt ipsum visitare, non negligere, ut sciat qūo pœnitentiā continuet, & cū cōfortet & informet: s'm ea q̄ not. s. eo. §. qualiter sacerdos. sub §. post pœnitentiā & seq. & §. quæ inducunt hominē. & si fortè aliquod occurrit dubiū, peritiorē cō sulat: cautè tñ, s'm doctrinā. s. e. §. respon. 1. caueat ēt ꝙ hoc prætextu non frequentet mulieres, nec ipsas in loco secreto suspecto aliquatenus visitet. nā periculosa esset talis visitatio & suspecta vnde Lucius Papa: Clericus solus ad fœminæ tabernaculū nō accedet, nec properet, neq; sine maioris natu sacerdotis iussione nec solus presbyter cū sola fœmina fabulas immisceat, nec archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officii frequenter intret domicilia matronarū, aut fortè p clericos aut domesticos matronæ mādent aliqd secrete: si agnitū fuerit, & ille deponat. & illa a liminibus ecclesiæ arceat ut 81. dis. clericus solus. & iūge ꝙ no. s. de eo q cog. cōsanguin. vxo. suæ. § quot modis. Sed tenet sacerdos ei, q sibi cōfessus est cōpati, & si egeat p ipso onus pœnitētiæ supportare, & eū releuare: ar. s. de præsu. mandata. & 1. dist. ponderet. ubi dicit, Alter alterius onera portate, & sic ad implebitis legē Christi. vnde & Clemēti ait beatus Petrus Clemēs, si tanq omnibus pręesse volueris, singulos, put poteris, iuua, & singulos, releua, q & singulorū onus ac solicitudinē portas: 8. q. 1. Clemēs. ò sacerdos, non negligas hoc, sta succinctus lumbos tuos, in uigilia sup oues tibi cōmissas, ora & ieiuna pro cæteris frequenter: & cū deuotiōe sacrifica, labora, opus faç Euangelistæ & Apostoli dicētis, plus omnibus laboraui. & cū oīa bene feceris, dic tñ te seruū inutilē. incūbit tibi onus grauissimū: & necesse est, ut laborū pœnitētis sis particeps, q & eiusdē debes correctionis gaudio cōsolari: de pę. di. 6. c. 1. ad fi. & iūge ꝙ no. s. e. §. qualiter sacerdos. respon. 1. ver. adsit aūt beneuolus & omnē iactantiā caueas, sicut dicit Ambr. & Græg. 6. q. 1. immutare. & c. sunt plurimi. Caueas ēt, ne ipsum forsan pp horrorē peccati tibi confessi plus solito vilipēdas, cū ipsum plus ex hoc diligere debeas, ne c ab aliquo decæterò debeat cōtemni: ut no. s. e. §. qs sit effectus. resp. j.

Tertio debet recipere id, ꝙ sibi ab eo oblatū fuerit, id est, non dēt respuere & ex contēptu superbiæ sicut aliq magni prælati faciunt, quasi ei sit dedecus sed hoc nō debet respuere aliqs tali intentione facere quantūcū que sit magnus, ētsi sit is q in ecclesia Dei supremā manū obtineat: nā tota ecclesia Dei eleemosynis sustentatur. & quantū cun que prælati inde superbiant, tñ debēt esse memores, ꝙ quicqd habent pauperū est, & semper se debent, quo ad humilitatem, pauperes reputare: sicut sacri canones attestātur: 16. q. 1. c. fi. 23. q. 7. ꝙ aūt. & q. 8. conuenior. 12. q. 1. nolo, ut aliqs. & c. futuram. & s'm Aug. Dñs noster Iesus Christus eleemosynis viuebat. 12. q. 1. habebat. ad idē est ꝙ dicit Hiero. eo cap. aurū. Licet igit sacerdotes sint vicarij Iesu Christi, de pœn. dis. 3. inter hęc hircū. 2. & episcopi ut 22. di. in nouo. & c. quis. & 32. q. 5. mulierē. nō tñ pp hoc superbire debent, sed humiliari potius, cū s'm Hieron. nō sanctorū sunt filij, qui loca tenent sanctorū, sed qui exercent opera eorū: 40. dis. nō est facile. Recipiat ergo sacerdos & episcopus eleemosynā sibi oblatā, quantūcunque modicā, & ipsā cū fratre suo paupere partiat, sicut Ambros. uult 86. di. nō fatis. ad fi. non tñ ea intentione penitentiā audiat, uel iniungat: ut aliquid à pœnitente recipiat. nā si hoc faciat apud districtū iudicē qui nouit omnia, grauitēr se astringit: s. de simo. tua nos. ad fi. & c. fi. 1. q. 1. sunt nonnulli. & q. 3. non solū. Caueat igit, ne qn peccator venit ad eū causa confitēdi, in principio, medio, uel fine, ad bursam respiciat, vt peccatori indulgeat, sicut faciūt aliq mi seri, qui cōsiderant, vtrū pœnitens ponat manū ad bursam soluēdā, & tunc misericorditer agunt cū eo, uel manū teneat: & tūc misericordiā retrahunt, quæ misericordia non spiritualis est sed bursalis: nec excusant, & si intendant hoc pauperibus erogare. nā qui malè accipit, ut bene dispenset, grauat potius, quàm iuuatur: 1. q. 1. non est putanda. & q. 3. ex multis. & 14. q. 5. neque enim. Sed & cùm sacerdotiū uenale exponit, ad æternæ retributionis præmiū cōsideratio non habet: supra, ne prel. vices su. qm & qui excutit manus suas ab omni munere: & quo ad intentionē prauā, & corruptionis materiā, talis habitat in excelsis, secundum Gre. 1. q. 3. qui rectè. & iūge ꝙ no. in frā e. §. & ad quid. sub §. sed nunquid tenetur.

Quartò tenetur sacerdos ei de pœnitētia sua si inducat in testē ab ipso pœnitente testimoniū ferre s'm ea quæ no. s. de testi. §. quis possit. uer. sed qūo sciam. Tenet ēt econuerso, si pœnitere noluerit, & notoriū est, uel hoc scit tanq homo ipsum apud ecclesiam, siue episcopū denunciare: ut no. s. de accus. sub rubr. de denūc. §. qs potest Sed & verè pœnitenti tenet consiliū & auxiliū dare, secundū ꝙ viris suppetunt j. eo. omnis adeo ꝙ bonus pastor pro ouibus suis ēt animā suā dabit, quas non pp speranda beneficia non pp cōsanguinitates vel affinitates, sed pp hoc tm, ꝙ sunt naturæ suæ particeps, tenet dirigere ad bonos mores ad æternā vitā consequendā, earū saluti consulendo, & in earū peccatis ac periculis, sicut in suis propriis cogitando & eis subueniendo: de pęn. dis. 2 § ergo si charitatē Deo exhibeamus. & c. seq. & §. qui uult & § hinc etiam. Aug.

54 **Et ad quid tenetur is** † q cōfessus est confessori? Ecce, in primis tenetur ab ipsius reprehensione & diffamatione cauere, & abstinere tā in tacendo, quàm in non audiendo: sacerdotes enim, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi & timendi, non dilacerandi, aut detrahendi, quia à quibus se populus Dei benedici, saluari aut instrui cupit, nullatenus debet eos arguere. populus enim ab eis docēdus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: qa non est discipulus supra magistrū: 6. q. 1. sacerdotes. & c. ex merito. & c. deteriores. Tenet ēt eius inopiā releuare, s'm ea quæ no. s. de paroc. § in quibus. sub § hic tñ sciēdū. ver. sed nunqd tenet. & se. & in cæteris festis offerre, & eius missam audire. ut ibi no. Sed & dēt ei decimas & primitias soluere, sicut no. s. de deci. c. fi. sub § 7. & § à quibus. & § cui danda sit.

Sed nun-

ADDITIO.

a Præsumpserit reuelare. ¶ Adde tex. in c. omnis. de pęn. & re. & an possit reuelare de consilio confitentis. Vide Anto. de But. & Abb. in d. c. omnis. Ab. in c. significasti. de adul. Ioā. de Im. in c. licet. in vl. col. de renū. do. in c. ipsi Apostoli. a. q. 7. Lap. alle. 94. ici. mulier ī confessiōe. S. Tho. ī 4. sē. di. 11.

Sed nunquid tenetur ei tempore, quo confitetur aliquid offerre? Non videtur: quia & cōfessio, & pœnitentia, & sacerdos iudex spiritualis sunt: de pœ. dist. 3 ille rex. & distin. vj. cap. j. uer. caueat spiritualis iudex. ergo nihil debet dari, sed gratis est gratia conferenda. 1. q. 1. c. 1. & secundum Bedam, non solùm venditores doni Dei sunt qui vendunt spiritualia pro pecunia, sed qui honorem, vel laudem de talibus spiritualibus expectant: quia non pura & simplici intentione dant, sicut à Domino acceperunt. nam in omnibus non nummus, sed Deus honorari debet: 1. q. 3. non solùm. ergo sacerdos non debet habere oculum ad munera, aliàs secundum Greg. non rectè iudicabit. nam ex quo precium remunerationis expectat, in Deum fraudem perpetrat: xj. q. 3. qui rectè. In contrarium videtur, dicit enim Apostolus, Communicet is qui catechizatur verbo ei qui catechizat: nec est magnum, si ab eis recipiamus tēporalia, quibus seminamus spiritualia. & dicit Moyses, Non alligabis os bonis triturantis, id est, non subtrahes sacerdoti sustentationem vitæ, quamdebet habere pro labore suo: vt hæc omnia probantur xiii. q. 1. §. is ita. s̃. de præben. cùm secundum Apostolum. & c. graue. & dicit Hieron. quia Apostolus viris Euangelizantibus Christum in necessariis vsibus nolle tribuere, seipsum damnare est xvj. quæst. 1. Apostolicis. Item sacerdos est Iudex. xj. q. 3. absit. & pœn. dist. vj. c. 1. & Iudices possunt accipere sumptus sine peccato: 2. q. vi anteriorum. §. illud quoq; nec tenetur quis propriis stipendiis militare, imò iustum est, vt pro tempore recipiat compendium qui pro tempore impendit seruitium xvi. q. 2. charitatem. nam secundum Apostolum, quis vnquam militat suis stipendii? quis plantat vineam, & ex fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte eius non comedit? q. d. nullus. xxviii. q. 1. iā nunc in fi. & xiii. q. 1 §. his ita. & j q. 2. ca. pen. nam & hoc quod affertur: videtur potius stipes templi, quam munera sacerdotis: 1. q. 1. iudices Item nō est verisimile, quòd presbyter pro tam modico corrumpatur: s̃. de simo. & si quæstiones. & in d. c. iudices. Item vulgariter dicitur, quòd omnes sancti vigilias volunt, in quo ab eis quicquid sit, de vita non discrepāt sacerdotes. Sol. Dicas, quòd de rigore iuris nihil tenetur dare. honestum est tamen sibi, & æquum etiam in se, quòd aliquid det in signum deuotionis cordis, exemplo sanctorū, qui nec ad prophetas, nec sacerdotes sine munere accedebant, sicut legitur de Saule & vxore Ieroboā. 1. q. 1. iudices. ad idem est qđ legitur, ꝙ debet offerri munus sacerdoti, præceptum à Moyse: de pœn dist. 1. quem pœnit. & quod dicit Apostolus, Vnusquisque det quod destinauerit in corde suo. Hilarem enim datorem diligit Deus: & si das propter præsentem pudorem tantum, & rem & meritum perdis: xxii. q. vi. §. ex his omnibus colligitur. & xvi. q. 1. prædicator. & hoc intelligas, quando ꝯfitetur parochiali sacerdoti, qui habet decimas & oblationes sibi sufficientes: & quando non est cōsuetudo, quòd aliquid certum detur, in quo casu seruanda est consuetudo. sacerdos tamen, & si parochianus non offerat, non propter hoc pœnitentiam denegabit nec pignus auferet, nec antè, nec post pignus exiget à paupere soluere nequeunte, alioquin parohiani à confessionibus retraherentur, & salus animarum impediretur, de qua magis curare debemus quam de satisfaciendo, qđ nec facilè est auaritiæ clericorū. probant hæc 1. q. 1. baptizādis. & ca placuit, vt vnusquisq; xviii. di. de eulogiis. Si verò parochianus diues est, & modicum id qđ petitur, tunc pœnitentia liberaliter iniuncta non per presbyterum capientem pignus, quod dicta c. prohibent, sed per episcopum loci sat sfacere compelletur: s̃. de simo ad Apostolicam. Quod si sacerdos, cui quis confitetur, pauper sit: tunc dixit Ioā. de Deo, quòd confitens & pœnitens tenetur præcisè aliquid dare. & sic intellexit iura posita s̃. eod. ver. in contrarium, maximè authoritate Hier. Apostolicis & c. ipse tamen presbyter non debet exigere eo tempore, licet gratis oblatum possit recipere: 1. q. 1. placuit vt vnusquisq;: & q. 2. quam pio. & c sicut episcopū. & idem est in aliis spiritualibus. xiii. q. 2. questa. & ca. in ecclesiastico. & ca præcipiendum. nec tantum potest recipere sacerdos gratis oblatum imò tenetur: quia non debet hoc ex superbia refutare. quod dic, vt not. e. § proxi. sub. §. tertiò tenetur. Sed pone: quòd aliquis confitetur fratri prædicatori, vel alii pauperi de licentia proprii sacerdotis, nihil dat ei, quid faciet prædicator, secundum supradicta. nam si nihil dat ei, is qui confitetur secundum Ioan. de Deo peccat. ergo nec verè confitetur. vt j. de reg. iur. defleat ergo non potest ei dare pœnitentiā, sed nec ꝯsilium, cùm nihil debeat exigere. & sic remanet talis in periculo. ideò videtur verius, quòd neuter teneaẽ dare de necessitate ratione confessionis, seu pœnitentiæ, nisi sicut s̃. no. ſ ratione indigentiæ, & nimiæ paupertatis tantum. lxxxvi di. pasce. & c. non satis. in quo casu idem sacerdos posset ei dicere: Tu peccas, cū diues sis: & ego iuxta te fame morior: & nisi mihi in tanta necessitate subuenias, saluari non potes. quia scriptum est, Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum. Sed quid faciet frater minor, qui non debet tangere denarium, nec debet refutare quod sibi offertur? Respondeo: refutare potest, quia hoc non facit ex superbia: sed quia ordo suus hoc non patitur, consulo tamen sibi, quòd non refutet, nec in propria manu recipiat: sed dicat, Ego non possum recipere. sed tradas hoc prouisori, siue procuratori ordinis nostri: sicut legitur de monacho. s̃. de statu mo. cùm ad monasterium. §. 1. in fi.

Quid si sacerdos iniunxit alicui, quòd faciat celebrari missas, nunquid potest recipere pecuniā pro his missis oblatam, & ipsem & dicere missas? Videtur ꝙ non. nam sacerdos bene scit, ꝙ laicus nesciebat nec poterat missas cantare: & ideò præsumi potest contra ipsum, quòd in fraudem ei iniungit, vt postmodum ab eo recepta pecunia ipsum ab onere pęnitentiæ releuaret: arg. xxvi. quæ. vii. alligant Item talis pęnitentiæ impositio non inuenitur à canone expressa: ergo nec presbyter per se debuit inuenire: vt 2. q. v. consuluisti. s̃. de transla. epis. inter corporalia. §. sed neq;. Sed cōtra, quia quatuor sunt principalia, quibus secundum Greg. liberantur animæ defunctorum, s. sacrificium, oratio fidelium, ieiunium amicorum, & eleemosyna charorum: xiii. q. 2. animæ. & hoc idem de viuis probatur: vt patet in his quæ not. s̃. eo. § quis sit effectus. sub §. sed & ad hoc. ver. eleemosyna. Item pro labore suo potest recipere pecuniam, vt probant iura prædicta. s̃. eo. sub §. sed nunquid. versicu. in contrarium. Sol Non debet missas quas sic iniunxit, celebrare: quia species mali est: suprà, de vita & honesta. clericor. cum ab omni. sed vel non iniungat huiusmodi pęnitentiam: vel si iniungat, dicat quòd per alium faciat ipsas missas celebrari: & per talem qui sibi vicem non reddat. non ergo per parochialē presbyterum conuicinum, qui simili morbo auaritiæ laborare posset, alias posset fraus legi fieri. arg. suprà. de testi personas. & s̃. de iud. causam quę. & apparet in his quæ no s̃. §. cui confitendum sit. sub §. cui presbyter. respon. 1. ꝙ vitantum: vt not. s̃. de contrah. empt § qua iter rescindatur, sub §. illud. & tutius est saluti animæ suæ, quòd tales pęnitentias non imponat: quia semper est timendum, ne potius auaritia quā charitas sit in causa. ar. s̃. de censi. ea quæ. & c. ex parte. & de deci. c. 1. ad fi. & sanum est cōsilium à talibus impositionibus, sicut & à periculosis contractibus abstinere: quia quicquid auari sacerdotes sub prætextu charitatis & pietatis deforis pallient, cogitationes tamen suas & intentionē quā habent de recipiendis oblationibus, omnipotenti Deo nequeunt occultare: vt s. de vsu. in ciuitate. ergo si sic dicit presbyter, ꝙ charitas moueat ipsum: quia fortè pęnitens non potest peregrinari, nec ieiunare, nec orare nec aliud facere: ostendat hoc p opera, & credā ei: vt s. p alium non suspectū præcipiat, ꝙ ipsas missas cātari faciat, uel ipsas gratias celebret: vel sibi aliquid nō retineat. Sed totū quicquid offeretur occasione ista, studeat pauperibus erogare. sic no. simile ꝯ episcopos s. de off. ord. §. quid pertinet. sub § debet etiam punire delinquentes. & seq. nam & tenetur supportare pęnitentē, & cum quo ad partem pęnitentiæ, si indigeat releuare, sicut no. s̃. eo §. in quo tenetur. sub § 2 & ipsum absoluere, ex quo sacerdotis iudicio bene patet: de pę. dist. v. c. 1. de cons. di. 3. in literis.

55 Vtrum † pœnitentia debeat iterari. Dicunt quidā ꝙ non: quia si vera fuit, nunquam posteà fracta fuit: si fracta fuit, pęnitentia non fuit: vt elicitur secundum ipsos ex his, quę notant s̃. e §. quid si pęnitentia. Sed ibi responsum est, & expositum qualiter illæ authoritates sunt intelligendæ. sunt enim non ad idem, sed ad diuersa tēpora referendæ. Itē inducunt pro se illud Apostoli: Charitas nunquam excidit. & multa alia quæ sequuntur. August. Charitas, quæ deseri potest, nunquam vera fuit. Idem, Radicata est charitas: securus esto: nihil enim mali tibi accidere potest. & alias authoritates inuenies s̃. e. §. quibus & quod dictis. sub. §. illud autem quæri. ver. sed & cordis contritionem. & sequ. Prosper: Si Deum ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati desideriis seruiamus. August. Charitas est aqua [a], de qua Dominus in Euangelio: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ezechiel. Pennata animalia minimè reuertebantur, cùm incederent, sed vnumquodq; ante faciem suā gradiebatur. Salo. Iustorum semita quasi lux splendoris procedit, & crescit vsq; ad perfectū diem. Sol. hæc quæ dicta sunt de charitate, de perfecta possunt intelligi dicitur enim charitas perfecta in via: Vno modo, quo ad sufficientiam. quia s. sufficit ad vitam æternam habendam: de pęn. dist 3. §. hac authoritate. Alio modo quo ad effectum, vel signum verbi. Euangelii dicentis, Maiorem charitatem siue dilectionem nemo habet, & c id est, maius signum dilectionis, siue charitatis. Tertio modo, quo ad perseuerantiam finalem. Aug. Firmū fundamētum Dei stat. immobile habens signaculum. hoc scit Deus qui

ADDITIO.

a Charitas est aqua. ¶ Adde tex. in c. pōt discursus. in §. charitas. de pę. di. ij.

qui sunt eius, horum fides, quæ per dilectionē operatur, aut omnino non deficit. si qui sunt, quorum deficiat, reparātur antequam vita finiatur ista & deleta iniquitate, quæ intercurrerat, vsque ad finem perseuerantiæ deputatur: de pen dist. 2. § non est mirum. c. firmum. Idem, sicut ibi sequitur: Nullus eorum ex bono in malum commutatus finit hanc vitam. & intellige firmum fundamentum prædestinatione. Vnde dic, nullus eorum, s. prædestinatorum. & secundum quod hoc tertio modo assumitur charitas, possunt intelligi supradictæ authoritates de charitate perfecta quæ est in patria: vel intelligas eas coniunctim: quasi dicat, durante charitate, non potest peccare homo habens charitatem, secundum Aug. vel dic, non peccare ꝙ sibi imputetur, vel nociuum sit, quia semper reparabitur. Illud aūt Aug. Charitas, quæ deseri potest, nunquam vera fuit: expone, idest, icōmutabilis: vel non fuit vera, respectu charitatis Dei. sæpe enim cōparatione facta ad Deum, talia legunt̄: vt illud, Astra nō sunt munda in conspectu eius. & illud, Omnis homo mendax. & illud, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: de pen. distin. 2 §. fi. Sic ergo charitas semel habita non potest amitti, si perfecta est: imperfecta verò potest amitti. hoc patet in Adam, de quo certum est, ꝙ charitatem habuit: quam amisit per peccatum: de pe di. 2 §. Romanos. ver. Adā. & c. ibi seq. vsq; ad § opponitur. & illud idē potest poni exemplū in Moyse, Aaron, & Dauid: vt in dicto §. opponitur. vsq; ad §. cum Deo, sine charitate nullus adultus adhęrere potest & c. si enim omnis inquit. Ex prædictis etiā patet, nō solū inter ipsas virtutes, sed etiā in singulis virtutibus gradus esse, qđ probat Gre. multipliciter exponens illud verbū Ezech. Et veniebat vir ad portā, quæ respiciebat ad orientē: & ascendit super gradus eius: de pe. di. 2. dum sanctam. Itē Aug. Si quis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit etiā pro fratribus mori, perfecta est in illo charitas. Sed nunquid mox, vt nascitur: iam prorsus perfecta est? Non. sed vt perficiatur, nascitur, nata nutritur, nutrita roboratur: & cū fuerit roborata, perficitur: cū ad perfectionē venerit, qd dicis? Mihi viuere, Christus est, & mori lucrū. Item charitas in quibusdā est perfecta, in quibusdā imperfecta perfectissima autē in hac vita haberi non potest: de pen. dist. 2. § hinc etiā Aug. & c. qui vult facere eius mandata. & seq.

His prælibatis, veniamus ad solutionem quæstionis motæ s̄. in prin. huius § Ad qđ sciendum est ꝙ species pœnitentiæ sunt multæ. nam alia est solennis, alia publica, alia priuata. Solennis penitentia dicitur illa, quæ imponitur alicui inuito, quando traditur monasterio pro peccato cōmisso: sed impropriè sic appellatur. l. dis. si ille. secundū Ray. Propriè autē dicitur illa solennis, quæ fit in capite Quadragesimę cum solennitate, de qua habes l. dist. in capite. Et hęc non potest imponi, nisi ab episcopo tantùm, vel sacerdote de ipsius mandato, secundum quosdam: alii cōtrà quòd dic, vt no. s̄. de offi. archipres. §. quæ pertinent. ver. quinto. & sequ. & non nisi pro crimine publico & vulgatissimo, quòd totam vrbem commouerit, & quòd tantùm ad episcopū pertinet, puta pro homicidio. l. dist. placuit. sacrilegio, incestu, & consimilibus quę grauia sunt, horrenda & publica, de cons. dist. 3. de pen. & vt breuiter dicam de omni peccato, quod totam commouerit ciuitatem, vel villam, vel castrum, per episcopum penitentia indici debet: xxvi. q. vj. c. si presbyteri autem de occultis tantùm penitentiam dare possunt: xvj. q. vj. presbyteri. de occultis notoria debent peccatores episcopo publicè confiteri: de pen. dist. 1. indicet. & c. in actione penæ. & c. quem penitet. in fi. non inferiori, etiam si abbas sit, nisi super hoc sic priuilegiatus, uel alia iusta causa subsit. s̄. de excess. præl. accedentibus. putà necessitatis articulus: ut not. s̄. e. §. cui confitendum. respon. 1. uer. vii. ubi enim malum oritur, ibi moriatur: & ea quæ secretè peccantur, secretè corrigantur: quæ uerò palàm, palàm puniantur: 2. q. 1. si peccauerit. Sed & sunt quædam occulta, de quibus presbyteri pœnitentiam iniungere non possunt, quæ no. s̄. e. §. cui confitendum. respon. 1. uer. nec in hoc requiro. & sequen. Hæc solennis pœnitentia non debet imponi clerico, nisi deposito, & pro graui publico crimine: sic intellige j̄. eodem. quantum. & qui hanc egerit, promoueri non debet: nec debet, si promotus sit, ministrare in ordine sic suscepto l. dist. confirmandum illud alienum. Publica uerò penitentia dicitur illa, quæ s̄. dicitur solennis, hac ratione: quia publicè fit. j̄. e. quæsitum. sed propriè dicitur publica illa, quæ fit in facie ecclesiæ, non cum prędicta solennitate, sed qñ iniungitur peregrinatio per mundum cum baculo & pera benedictis, quam quilibet sacerdos potest iniungere: quia nec prohibitum inuenitur: arg. s̄. de offi. archiepis. c. 2. ver. si episcopus defuerit. nisi fortè alicubi posset consuetudo contraria reperiri: argumen. de consecratio. distinctione quarta. de trini. suprà de cogna. spi. super eo. hoc etiam non imponitur clerico, nisi deposito, & pro graui crimine: de pœn dist. vj. sacerdos. Priuata autem pœnitentia dicitur illa, quæ quotidie fit à iustis, & quæ saltē semel in anno est facienda: quando s. aliquis solus & secretè sacerdoti confitetur. de pœn. dist. 3. iustus. & c. reperiuntur. j̄. eodem. omnis. Ex his autē sola pœnitētia solennis [a] iterari prohibetur. nam aliæ, sicut probant iura proximè inducta, quotidiè iterantur, & sic quæstio facta s̄. e. § in prin. est soluta. quòd dic, vt no. de sacra. non iteran. §. quæ sunt iteranda. ver. de pœnitentia.

66 An† peccata semel confessa iterum necesse sit confiteri. Videtur quòd non: de pen. dist 1. §. ex his. Sed contrà, de penitentia. distin. 1. quem penitet. Sol. Si vult iterum confiteri, bonum est ad maiorē gratiam, & ad remissionem citius obtinendam: vt dicit dictum ca. quem pen. tet. non tamen tenetur, nisi uelit, postquā chirographus peccati, quo semel se diabolo obligauerat, est solutus: xxij. dist. c. 2. xv. q. 1. non est. de peniten. dist. 1. medicina. etenim tota summa debita vacuata, & obligatio semel extincta, in perpetuum non reuiuiscit: de penitentia dist. vij. si quis. ff. de solu. qui res. § aream. Et hoc, ꝙ non teneatur quis eadem peccata iterū confiteri, uerum est regulariter: de peniten. distinct. 1. non ita. fallit hoc in casibus. Primus est, quando sacerdos suus, qui imperitus est, dat ei licētiam alteri confitendi. nam & discretiori iterum confitendum est alioquin nesciret penitentiam dare: infrà eodem. omnis. de penit. distinct. vj. placuit. & patet in his quæ not. s̄. §. quæ interrogationes. resp. 1. Secundus est, si contempsit satisfacere: de pen. distinct. 3. si Apostolus. Tertius est, quando audita enormitate criminis: uel quando aliàs non pertinet ad presbyterum, ad superiorem remittit ipsum cum literis uel aliter: arg. xxx. q. 2 latorē. j̄. c. significauit. quod tamen intelligas, si occultum est de cōsensu penitentis tantum, non aliter: ut patet in his quæ not. s̄. eo. §. in quo tenetur. resp. 1. Quartus secundum Ray. & multos alios, quando uenit ad penitentiam fictè, non cum proposito abstinendi, uel quia retinuit, uel concelauit aliquod peccatum. Aug. Scio Dominum inimicum esse omni criminoso, quomodo ergo qui crimen reseruat de alio recipit ueniam? de penit. distin. 3. sunt plures. talis igitur debet iterū confiteri, quia cum sine charitate, & fictè cōfessus fuerit, & licet de uno peccato penitentiā egerit, tamen absolutus non est: & ideo debet iterum confiteri: arg. de penit. dist. 2. § cum Deo. sine charitate nullus adultus adhærere potest. & hanc opinionem uidetur comprobare Inn. 3. s̄. de baptismo. capitu. maiores §. sed adhuc quæritur. ubi dicit, quòd Dominus opus imperfectionis non nouit. & ideo peccata nō ex parte, sed ex toto dimittit: & sic aut nihil dimittit, aut totum. ut & patet j̄. eodem. c. quod quidam. Alii contradicunt, dicentes quòd de uno potest satisfacere. & si aliud concelent, tamen eius fructus quo ad uitam æternam, non percipietur peccato impediente, quod nondum deseritur: percipietur autem, quando penitentia fuerit subsecuta. sicut aliàs simile dicitur de baptismo de conse. distin. 4. tunc ualere. confessio tamen est admittenda: infrà eo. quod quidam. Et facit pro his, quia non iudicabit Deus bis in idipsum, sicut dicit Naum. uel secundum aliā translationem nō consurget duplex tribulatio. unde ex quo semel punitus est de uno peccato per sacerdotem temporaliter, decætero pro eodem nō punietur. unde Io. ꝙ genus humanum diluuio, Sodomitas igne, Aegyptios mari, Israelitas in eremo perdidit, scitote ideò tēporaliter pro peccatis punisse, ne in eternū puniret, quia nō iudicabit Deus bis in idipsum. sed hoc Hier. intelligendū est de his, qui inter ipsa flagella ꝯtriti sunt, & penituerunt, ut ipsemet exponit xxxiij. q. v. quid ergo. de pen. dist. iij. §. item opponitur de Hier. & § authoritas illa Naum. Item pro his est, quod dicit Gre. super Amos 3. Pluit super unam ciuitatē, & super alterā non pluit: pars una cōpluta est, & pars sup quā non pluit, aruit. ibi dicit Greg. cùm ille, qui proximum odit, ab aliis uitiis se corrigit, una eademq; ciuitas ex parte una compluitur, & ex parte arida remanet: quia sunt quidam, qui cùm quædam uitia resecant, in aliis grauiter perdurant. Hoc tamen non ad criminis ueniam, sed ad praui operis desertionem defendendum est: de pen. dist. 3. pluit. & §. illud autem. Quintus casus est generalis, in illis. s. casibus, in quibus secundum quosdam peccata dicuntur redire, quod dic, ut no. j̄. eo. §. seq.

57 Et vtrum† peccata semel dimissa iterum redeant. hic sunt diuersæ opiniones. Primi dicunt ꝙ quantuncunq; quis penitentiā egerit de peccatis, si postmodū incidat in mortale, peccata præterita, quæ per penitentiā factam sibi dimissa fuerant, redeunt simpliciter: & quo ad reatum, & quo ad penā, & quo ad omnia: & pro his sunt multę authoritates Prima est illa In memoriā redeat iniquitas patris eius. Secunda, illa Euangelii, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. & c. & sequitur, Iratus Domi-

ADDITIO.

a Pœnitentia solennis. ¶ Adde §. potest. l. dist. c. presbyter. 38. dist. c. si quis episcopus. 81. dist. c. si quis presbyter. 30. dist. S. Th. in 4. sent. dist. 43.

Dominus tradidit eum tortoribus,& quouſq; redderet vniuerſum debitum.& ſic pater meus cœleſtis faciet vobis. vbi Rabanus ait,Conſiderandum eſt,quod dicit, Vniuerſum debitum qa non ſolùm peccata,quæ poſt baptiſmum homo egerit, reputabuntur ei ad pœnam,verum etiam originalia, quæ in baptiſmo ei dimiſſa ſunt.Tertia illa Aug.Si Iudas teneret illud, ad qđ uocatus eſt,nullo modo ad eum ſua vel præterita, uel parentũ iniquitas pertineret. Quarta illa Greg. qua dicitur, quòd ſi non dimittimus ex corde,quod in nobis delinquitur, etiã illud quod per pœnitentiã dimiſſum eſſe gaudeamus,à nobis exiget. Quinta,illa Aug.Si non dimiſeris, reuocabo te,& quicquid dimiſerã replicabo tibi.Sexta,illa quã quidam Pater ait,Qui diuini beneficij oblitus, ſuas vult vindicare iniurias, non ſolum de futuris non merebitur,ſed etiam præterita,quæ iam ſibi dimiſſa eſſe credebat,ad uindictam ei replicabuntur.Septima,illa Bedæ:Reuertar in domũ meã,unde exiui.ubi ſic dixit Beda: Timẽdus eſt iſte verſ.& non exponendus, ne culpa, quam in nobis credebamus extinctam,per incuriam nos uacantes comprimat. hæc omnia inuenies de pęnit.diſtin.4.à principio. uſque ad §. horum verò. Secundi dicunt,quòd non redeunt:ſed ideo dicũtur redire peccata dimiſſa,quia propter ingratitudinem ita reus & damnãdus cõſtituitur peccator,cum iterum in mortale incidat poſt pœnitentiam,ſicut antè fuerat.& facit pro his,quia non diiudicat Deus bis in idipſum:quod dic,ut not.ſ.eodem.§.proxim.uerſic.alij contradicunt.& ſeq.Proſper:Qui recedit à Chriſto, & alienus à gratia finit hanc uitam: quid niſi in perditiorem vadit? ſed non id,quod remiſſum eſt,recidit, nec in originali peccato damnabitur,qui tamen ea morte afficitur, quæ ei propter dimiſſa debebatur: vt de pęn diſt.4.§.qui autem dicunt, quòd peccata.& c.ſe.qui recedit à Chriſto. Tertij dicunt, quòd redeunt.ſed in quatuor caſibus tantùm.Primus eſt in fraterno odio,vt apparet in illis authoritatibus, quæ inductæ ſunt ſuprà eod. verſicu. 2. & 4. & ſequenti.Secundò in apoſtaſia,vel hæreſi:de pœn.diſt.4. quæcunque. Tertiò ſi contemnit quis pœnitentiam ſibi iniunctam adimplere:de pœniten.diſtinct. 3. ſi Apoſtolus. ſiue quando negligit confiteri, ſcilicet per annum, ſecundũ quoſdam: infrà eod. omnis.& pro duobus proximis caſibus inducunt illud, quod dicitur de ſacco pertuſo.& qđ melius eſt, vias Domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire: de pęn.diſtin.4. de pertuſo. & c.refugientes.& cap.ſi auerterit ſe iuſtus. vbi dicitur, quòd in perpetratione malorum, nulla debet eſſe fiducia præteritorum. Quartò, ſi pęnitentiæ factæ pęniteat.17.quæſt.4. ſunt qui opes. vnde verſus:

Frater odit, vel apoſtata fit, renuitque fateri:
Pœnituiſſe piget, priſtina culpa redit.

Quarti dicunt,quòd nullo modo redeunt,ſed quando committuntur peccata eiuſdem generis,dicunt redire quadã ſimilitudine,ſicut flores redeunt in vere.ad hoc facit authoritas Bernar.ſuper illud canti.ſecundò, Tempus putationis aduenit: vbi ſic dicit: Quis ita ad vnguem omnia à ſe ſuperflua reſecauit,vt nihil ſe habere putet putatione dignum: credite mihi,& putata repullulant,& effugata redeunt, & reaccendũtur extincta,& ſopita denuò excitantur. parum eſt ergo, ſemel putaſſe: ſæpe putãdum eſt imò ſi fieri poteſt,ſemper quod putare oporteat: ſi non diſſimulas inuenis,quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras,ſi vitia putas emortua: & nõ magis compreſſa velis nolis, inter fines tuos habitat Iebuſæus, ſubiugari poteſt, ſed non exterminari. vnde in tanto diſcrimine conſilium eſt obſeruare diligẽter, & mox vt renaſcentium vitiorum capita apparebunt prompta ſeueritate ſuccindere.

De iure canonico videtur ſecunda opinio probabilior.nec ob.authoritates pro prima opinione inductæ:quia exponẽdæ ſunt,quo ad ingratitudinem tantùm.nam quanto magis quis Dei benignitate abuſus fuerit,tantò acrius punietur: peccata tamen ſemel abolita & dimiſſa nunquam redeunt. vnde dicit Gelaſius: Diuina clementia peccata in abolitione ſemel dimiſſa, iterum in vltionem venire non patitur.23.q.4.ſi illic.& Proſper dicit,quòd nunquã reuertitur:ad idem quod remiſſum eſt de pęniten.diſtinct 4.qui recedit. & hoc probant iura alia dilucidè & apertè.C. de infantibus. expo.vnuſquiſque.de pęn.diſt.1.quantumlibet.in fi.ver. ſed Ieſus.& c.miror.§ alijs.& c.tres.& diſt.2. ſed quando ex hoc.& §. itaque & cap.perinde eſt credere.& diſt.4.quid eſt quod dicitur. & cap.qui recedit.& cap.diuina clementia.& diſtinct. 5.conſideret.verſicu.pium tamen eſt.de conſe diſt.4.quæris.& ĩ.de ſent. excõ. ea noſcitur.& c.decæterò.ff. de ſer. expor.ſeruus.ff.de ſol. qui res.§ aream.

58 Et an fictè pœnitenti, vel in mortali peccato exiſtenti proſint opera de genere bonorum. Et quidem ſecundum Auguſt.nullum malũ impunitum remanet, nec aliquod bonũ irremuneratũ. vnde dic,quòd bona, quæ fiunt in tali ſtatu, ſiue ſint orationes, ſiue ieiunia, ſiue peregrinationes: & præcipuè eleemoſynæ ex cauſa deuotionis, & pro Deo factæ,& valẽt ad quinque. Primum eſt, quòd diabolus in tali homine non habet tantam poteſtatem, quantam haberet ſi bona opera non eſſẽt.ad quod facit quod narrat Gregor. In Dialogo de Iudæo, qui munierat ſe ſigno crucis: [a] & ideo dæmones non potuerunt ei nocere:diabolus verò qui eum primò inuenerat,retulit hoc maiori dæmoni,& cæteris in hæc verba:Inueni vas vacuum ſed ſignatum. Secundum eſt, quia valet ad aſſuefactionem bonorũ operum, ſicut dicitur de baptiſmo Ioannis, quod non valuit ad remiſſionem peccatorum: ſed ad aſſuefactionem benefaciendi,& habilitationem quandam: de conſe.diſtin 4.non regenerabuntur. Tertium eſt,ad minus ſupplicium tolerandum,de pęn.diſt. 3. ſi quis autem non habens charitatem. & arg.89.diſtin. ad hæc Deus.& cap.penul.diſtin.4.§.finis.ſ.de celebra.miſſar.cum Marthæ.§.fin.13.q.2.tempus.Quartum eſt, ad corporalem proſperitatem & diuitias obtinendas: de pęn.diſtin.3.cauendum.16.q.1.reuertimini.& cap.decimæ.22.q.2.ſi qualibet. Quintum eſt ad hoc, vt Dominus eum reſpiciat, & cor eius ad pęnitentiam citius illuſtretur:de pęn.diſtin.5.falſas.in fi.nunquã tamen valent, quo ad vitam æternam promerendam: quia qui ſine charitate eſt,Deo placere non poteſt: vt not.ſ.eod.§.quibus.& quot dietis.ſub §.illud.ver.ſed & cordis contritionem.& ſeq. Sed pone, ꝙ aliquis exiſtens in charitate, multa bona fecit pro Deo: demũ incidit in mortali,& ſic bona opera, quę fecerat, extinguuntur, & quæ facit mortua ſunt, iterum reſurgit per pęnitentiam & reuiuiſcit: nunquid & bona opera reuiuiſcunt cum eo tã extincta ſiue mortificata, quam mortua.ad hoc dicendum eſt, ꝙ illa quæ mortificata ſiue extincta fuerint per peccatum ſuperuenientes per pęnitentiam ſubſecutam reuiuiſcunt,& reſuſcitantur, ſicut & ipſe.illa verò,quæ in peccato fuerũt facta,& ſic mortua, cùm nunquam ſpiritum vitæ gratiæ Dei habuerint, reſuſcitari non poſſunt. vnde verſus:

Illa reuiuiſcunt, quæ mortificata fuerunt.
Viuere non poſſunt, quæ mortua nata fuerunt.

& ſecundum hoc exponendæ ſunt authoritates de hac materia loquentes.primò,illa Aug.dicentis, Pium eſt credere, & noſtra fides hoc expoſtulat,vt cum gratia Chriſti in homine deſtruxerit mala priora, ſ.per pęnitentiam,etiam remuneret & bona nã cùm deſtruit quod ſuũ non inuenit, amat & diligit quod in peccante plantauit. & hæc ſatis planè intelliguntur de operibus factis in charitate,quæ mortificata fuerant per peccatum, ſed poſtea per pęnitẽtiam reuiuiſcunt.Secundò, illa Hiero.qui ſic ait: Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quenquam aliqua,quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus Deus, vt propter multa mala opera obliuiſcatur paucorum bonorum. intelligas tu,quin remuneret in hac uita ad munus.nam hic loquitur de bonis factis in ſtatu peccati ſine charitate. quæ etiam remunerantur quinque modis,ad quos ualent.ſicut not.ſ.eo.§.uerſi. primum.& ſeq. leguntur autem omnia hæc de pę.diſt.3. pium. & ſeq.omnibus. vſque ad §.pęnitentia ergo.

Quid de operibus factis in charitate, ſed poſteà mortificatis per peccatum, nec poſteà reſuſcitatis per pęnitentiam. Dic quòd ad illa quinque ualẽt, de quibus nota.ſ.eod.reſponſo 1.ſed contradicere uidetur Ezechi. ubi dicitur. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia, & fecerit iniquitatem, nunquid uiuet: omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur, in peccato ſuo morietur: & non erunt in memoria iuſtitiæ quas fecit. ſuper quem locum dicit Grego. hoc nobis maximè conſiderandum eſt: quia cùm mala committimus ſine cauſa, ad memoriam tranſacta bona reuocamus: quoniam in perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia bonorum præteritorum: ſed hic ſubaudiendum eſt, quantum ad uitam æternam niſi vera pęnitentia fuerit ſubſecuta, valebunt tamen ad alia: ut ſuprà, notat. Quid ergo, ſi aliquis pęniteat: uel dicit ſe pęnitere de peccatis: tñ dicit ſe debilis naturæ. & malè complexionatum, nec poſſe ſubire onus pœnitentię, nũqd talis eſt ad pęnitẽtiã admittendus? & proderunt ei opera bona, q̃ faciet etiã ad uitam æternam? Videtur quòd non, quia non pœnitet perfectè nam perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſuſtinere: ut patet in his quæ no.ſ.eo.§.quid ſit pœnitentia. Itẽ non uidetur habere charitatẽ: qa charitas omnia vincit, & fortis eſt, ut mors delectio. ad idẽ 13.q. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum

ADDITIO.

a De Iudæo qui munierat ſe ſigno crucis. ¶ Adde Io. And. in cap.j. de vi.& ho.cler.

culum, an gladius. & iunge hic quod not. s̃. e. §. uerum poe. ref. j. & §. quibus & quot dietis sub §. illud. ver. sed & cordis contritionem. & sequen. Ad hoc dicas, quod sacerdos debet talem monere ad pœnitentiam, quàm iniunxerit adimplendam, secũdum ea quæ nota. suprà eo §. qualiter sacerdos. ostendendo qualiter Adam cum posteritate sua pro uno peccato, quod satis leue uiretur hodie, punitus est grauiter: vnde consideret peccator, quãta pœna debetur ei pro tot & tantis sceleribus cõmissis. & alia de quibus in dicto §. not. si potest eum frangere, det ei talem pęnitentiam etiam cũ noluntate sua: de qua uerisimile sit, ꝙ eam possit perficere, & portare, ne deterius ei contingat, postea uiolãdo si non potest perficere sicut vellet: nullatenus dimittat eum à se recedere desperatum. nã sacerdos, qui pœnitentiam denegat, reus est animarum: xxvj. q. vi. si presbyter. & lxxxvj. dist. religiosum infrà, de regulis iuris. capit. penult. & ultimo. & ideo antea iniungat ei unum Pater noster, uel quòd vadat ad ecclesiam semel in hebdomada: uel aliud etiam leuius: sed & omnia alia bona quę fecerit, sibi nihilominus in pęnitentia iniungat, & mala quæ pro Deo patienter tolerabit: sicut not. suprà eodem. §. quis sit effectus. sub §. flagella. versicul. sit igitur cautus. ostendat tamen ei, quòd illud quòd minus faciet, hoc complebit in purgatorio: & sic ipsum admittat, dum tamen pœniteat de peccatis, vel dicat se pœnitere: & habere propositum de cæterò abstinendi. & semper sibi caueat, ne se oneret, ipsum simpliciter absoluẽdo secund. ea q̃ no. j̃. e. sub rub de remissionib. §. ad quid valent. ver illud etiã consulimus & seq. Inducunt nos ad hęc multa. Primũ est Exemplũ Domini, qui nunquam legitur grauem pęnitẽtiã iniunxisse sed dicebat, Vade & amplius noli peccare, ne deterius tibi cõtingat. Item in Euangelio: Nolite mittere vinũ nouũ vt utres veteres. Secundũ illud Chrysostomi si erramus modicã pęnitentiam imponentes, nonne melius est, propter misericordiam rationẽ reddere q̃ propter aliquam crudelitatem: vigesimasexta, quæstion. vij. allegant. Laboret autẽm ad hoc sacerdos precisè, ut peccatorum causas & radices peccandi à se remoueat, & omnem occasionem & opportunitatem peccãdi pro posse à se tollat. Augu. Satisfactio pœnitentiæ est, peccatorũ causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere. Si ergo & sacerdos gaudere non potest de omnimoda purgatione eius, gaudeat saltẽ in hoc, quia uidet quòd ad purgatoriũ ipsum trãsmittere potest à gehennę cruciatibus liberatum: vt patet in his quæ not. s̃ eo. §. quis sit effectus. sub §. est igitur effectus & talia erunt bona. quæ fecerit fructuosa: quia in charitate est, quamuis non perfecta: ut patet in his quæ notant. s̃. eo. §. utrum pœnitentia resp. j. Sed quid, si quis dicat, quòd non habet ꝑpositũ abstinendi in posterum, uel quod vult abstinere ab uno, sed nõ ab alio? Dic quòd talis non est in charitate, nec prosunt ei bona q̃ facit, ad uitam æternam: quamuis prosint ad alia, de quibus not. s̃ e. §. resp j. est tamen eius confessio admittenda, & ei de peccatis commissis consilium exhibendum, & ad agendum verã pœnitentiam, est crebris & salubribus monitis inducendus: j̃. eo. q̃d quidam. & si publicus sit, ad hoc erit per censuram ecclesiasticã compellendus: ut not. eodem. § qualiter sacerdos. sub §. si verò sacerdos.

9 Quibus† mortuis suffragia ecclesię prosint ad hoc sciendum est, quòd animæ defunctorum quatuor beneficiis adiuuãtur, scilicet missarum celebrationibus, sanctis orationibus, charorum eleemosynis, & ieiuniis cognatorum: ut not. s̃. eo. §. & ad quid tenetur. sub § quid sacerdos. ver. sed contra. & dicit August. non æstimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus peruenire, nisi quòd pro eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificiis solenniter supplicamus. 13. q. 2. non æstimemus. & c. animæ. 2. Machab. 12. fortissimus Iudas collatione facta, duodecim mil. drachmas argẽti misit Hierosolymam off. ibi pro peccatis mortuorum: ergo sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Quibus autẽ mortuis hæc suffragia prosint, non est facile determinare in specie nã & in genere diuersæ sunt opiniones Primi dicunt, ꝙ illis, qui sunt in inferno, nihil penitùs prosunt, sed tantũ his qui sunt in purgatorio: & pro his multæ faciunt rationes. Secundò, quia ecclesia non orat, nisi pro fidelibus defunctis. quod uidetur intelligendum de his, qui decesserunt in fide informata per dilectionem, scilicet operante. Tertiò, quia ecclesia non pro ciuibus Babilonis, sed pro suis tantùm orat: vel laudat Dominum, quando dicit Sanctus, sanctus, sanctus: quasi dicat sanctus pro eis qui regnat in cœlo. sanctus pro eis, qui patiuntur in purgatorio sanctus pro his, qui peregrinantur in mundo. & propter hanc eandem rationem hostia sacrata diuiditur in tres partes in altari.

Secundi dicunt, quòd prosunt omnibus regeneratis qui dum viuerent meruerunt, quòd possent eis talia prodesse post mortem, nulla facta distinctione, utrum decesserint in mortali, uel non. & q̃a nõ possumus ad plenum discernere qui sunt hi qui hoc meruerunt: & qui sunt hi, qui hoc non meruerunt, debemus generali oratione pro omnibus regeneratis orare. melius enim supererunt ista his, quibus nõ obsunt nec prosunt, quam eisdem essent, quibus prosunt: nam & secundũ Aug. est quidam viuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortẽ: nec tã malus, vt ista post mortem eis non prosint. est uerò talis in bono, vt hoc non requirat: & est rursus talis in malo, ut nec in his ualeat, cùm hac uita transierit, adiuuari. quocirca omne hic meritum cõparatur quo possit post vitam releuari quispiam, uel iuuari: & subditur: Cùm sacrificia altaris, siue quarumcũque eleemosynarum, pro baptizatis hominibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarũ actiones sunt, pro non ualde bonis, dropinationes sunt, sed pro ualde malis, etsi nulla sint adiuuamenta mortuorum: tñ qualescunq; uiuorũ consolationes sunt: quib. aũt ꝑsunt: aut ad hoc ꝑsunt vt sit plena remissio. aut certè, ut tolerabilior eis sit ipsa damnatio. probantur hæc 13. q. 2. tempus. & c. non æstimemus. Dicunt autem Theologi, quòd quamuis August. uideatur hic distinguere quatuor genera hominũ: non tamen ponit nisi tria. nam mediocriter boni, & mediocriter mali, idem sunt. Item communiter primorum opinioni adherent. licet enim secunda sit magis pia: tamen prima est magis catholica, & uidetur expressè cõfirmari per gl. positã ad Thessalo. 4 ubi dicit, Nolo uos ignorare, fratres, de dormientibus, &c. qui spem non habent. glossa, qui sine fide operante per dilectionem eiusq; sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huius pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent, pignore caruerunt, nõ misericordiã sibi thesaurizantes, sed iram. Quod autem ait Augustinus in libro. qui Enchiridion dicitur, & transsumptiuè. xiij. quæstion. 2. c. tempus quod inter homines. nempe quatuor esse hominum genera id verum videri potest: atque id probat textus rotundus & formalis, qui nulla indiget inductione in capi. recurrat. xxxij. quæstio. ij. vbi iuncta gloss. super verbo, quatuor. dicit ille textus qui est eiusdem Augustini. Inuenimus rem miram in istis generationibus ancillarum & liberarum (de quibus scriptum est Ge. xxj. capit.) quatuor, scilicet, genera hominum in quibus completur figura tõtius populi Christiani. vt non sit, quod in tribus illis dictũ sit, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. vt Exodi capi. iij. In omnibus enim Christianis, fratres, attendite: aut per malos nascuntur boni: aut per bonos nascũtur mali: aut per bonos boni: aut per malos mali: amplius istis generibus quatuor non potest inueniri. Vide hoc textu probari quatuor esse hominum genera. Sed contra sententiam Augustini est textus apertissimus in l. summa ff. de statu homin. Vbi clarissimè probatur duo esse tantùm hominum genera: nempe omnes homines aut sunt liberi, aut serui. Sed ad hanc legem facilè responderi potest, quòd eius dispositio sit vera, si hominum conditionem & statum spectemus. Aduersus eundẽ Augustinum adduci potest textus formalis in ca. duo sunt genera. xij. quæst. j. qui textus est Hieronymi in libro ad quendam Leuitam de duobus hominum generibus. Hoc contrarium solui potest ex glos. in dicto cap. duo sunt genera. vt textus Hieronymi procedat, quo ad hominum officia.

Magistri canonum contrarium asserunt, dicentes, ꝙ Augusti. ponit quatuor genera hominum. vnde dixit Hugo. ꝙ opinio Theologorum quæ ponitur s̃. eod. sub. §. secundi. versi. dicunt autem. parum distat ab hæresi, cùm eundem constituat simul & semel bonum & malum esse Sed hæc tanquam incompassibilia sese minimè cõpatiuntur, vt s̃. de bap. maiores. §. sed & adhuc quæritur. quia si est mediocriter bonus, est bonus si mediocriter malus, est malus Item in igne purgatorij nullus est nisi bonus: quia nullus est ibi qui decesserit in mortali. & pro veniali nullus malus est: vnde dixit Hugo. cum Augustin. imò cum veritate, sicut asserit, ꝙ quatuor sunt genera defunctorum, sicut præmissum est. Primi sunt mediocriter mali: & hi damnantur & puniuntur in inferno. tamen orationibus adiuuantur: vt mitius ad tempus puniantur. nec obstat, ꝙ in inferno nulla est redẽptio. hoc enim de plano verum est. sed propter hoc non negatur imò potius concedi videtur, ꝙ ibi sit pœnæ remissio, siue alleuiatio. Et pro hac via facit, quod legitur in vita beati Brandani, ꝙ in die Dominico quieuit Iudas, in die lunæ rediit ad pęnas. sed tamen non est Authentica & etiam Iudas non fuit mediocriter, imò valde malus. Huic tamen sic obiicitur: pone enim, quòd celebratur pro tali, alleuiata est pęna aliquantulum. verbi gratia, ponamus pro millesima parte. Item celebratur, & alleuiatur alia millesima: sic igitur si mille missæ dicantur, absolutus erit talis omnino à pęna. sed dic quòd hic non fit quantitatiua, sed qualitatiua remissio. vel melius, nulla fit remissio, sed alleuiatio qualiscunque: sicut est videre in homine ferente onus grauissimum. & famelico: cui si detur panis ei & comedat, non propter hoc deponit onus, sed facilius fert, sic

talis inquantitate non deponit pœnam, ſed alleuiatur: & hanc rationē reddit magiſter Petrus Comeſtor. Ioann. dixit, ꝙ ſemper tollit̄ de pœna pars milleſima, & de eo quod remanet pars milleſima, & iterū de eo qđ remanet pars milleſima: & ſic ſemꝑ aliquid remanet: & quicquid dicatur, ſemper remanet illa pœna, de qua dicit Aug. ſi mali poſſent, mallent in inferno Deū videre, & in pœnis, quam extra pęnas Deum non videre. Chryſoſtom. Ergo multo grauiores, quòd gehenna eſt, dico cruciatus remoueri & abiici ab illa gloria. nec puto ita acerba eſſe gehēnæ incendia, ut ſunt illa, quibus torquetur is, qui arcet̄ à conſpectibus Dei. ſic ergo nulla eſt redēptio in inferno. Secundi ſunt valde mali. & his in nullo proſunt ſuffragia, licet videat̄ contradicere id quod legitur de beato. Greg. quod cum quodā tempore ante palatium Traiani Imperatoris quondā tranſiret, recordatus eius clementiæ, amariſſimè flere cœpit: & tandiu ꝓ eo ante altare ſancti Petri flens orauit, donec dormiuit. & ei dormienti vox dixit, Traianū precibus eius a pęnis infernalibus liberatum, ſed decætero caueret, ne ꝓ aliquo infideli defuncto orare præſumeret: ſed ſicut dicunt magiſtri, pius & miſericors Dn̄s ex aliqua latenti cauſa animam ipſius reſeruauerat extra profundum inferni, precibus Beati Gregorij liberandā: nec ſunt ſpecialia trahenda ad conſequentias, & ſi queras cauſam, non poteſt, nec debet reddi de ſecretis diuinis: niſi hoc, O altitudo diuitiarū & c. ſicut & de hoc not. ſuprà, de reſcript. §. quas vires. verſicul. aut quæritur de ſecretis diuinis. Tertij ſunt valde boni, pro quibus ſaluandis non eſt orandum: vel non eſt pro ipſis ſpecialiter orandum: & ſic inlellige quòd iniuriam facit martyri. qui orat pro martyre: ſed in generali oratione, quæ fit ꝓ mortuis, intelligitur etiam laudari Deus qui ſaluauit eos. Quarti ſunt mediocriter boni: & pro his & generaliter & ſpecialiter, ſecundum oēs orare poſſumus & debemus: & his proſunt ſuffragia: non ſolū ad alleuiationem pœnæ, ſed etiam ad remiſſionem & liberationem. Sic ſecundum Hugonem intelligi debet, quod dicit Auguſtin. 13. quæſt. 2. tempus. nec obſtat finis ipſius capit. vbi videtur Auguſtinus reſtringere ſe ad tria genera hominum, ſicut dicunt Theologi: quia ſic eſt ipſa litera exponenda: vt nō requirat, ſcilicet quantum ad valde bonos: ut nec in his valeat, ſ. quantum ad valde malos: quo circa, quaſi dicat, quia illis tantum proſunt, q ſic meruerunt omne meritum. ſcilicet in hac vita: de conſecra. diſtin. 1. hic ergo. 13. quæſt. 2. in præſenti ſeculo. pro non ualde malis, id eſt, pro mediocriter malis propitiationes: quia propter talia videtur eis Dominus propitius eſſe: quia ad tēpus mitius punit ipſos, & hic videtur tacere de mediocriter bonis, ſed dic quòd ſtatim eos comprehendit, cum ſubdit, quibus aliqua proſunt, ſcilicet mediocriter bonis, & mediocriter malis plena remiſſio ſ. quoad mediocriter bonos. aut certe, ut tolerabilior ſit eis ipſa damnatio, quo ad mediocriter malos. Nec obſt. gl. inducta pro Theologis ſupra eod. ſub § ſecundi verò dicūt, quia & ipſa & omnes authoritates, quæ vident̄ innuere, ꝙ nō ſit orandum pro dānatis, nec eis proſunt ſuffragia, de valde malis intelligi debet. Non eſt mihi copia tanti, ut hic diffiniam quid debeas præciſè tenere: nec Innoc. III. qui tantus erat, hoc uoluit diffinire, ſed reliq̄t hoc diſputationi, & diſcretæ inueſtigationi: s̄. de celebratione miſſa. cū in Marthæ. §. finali. tn̄ ſententia Theologorum celebrior eſt, & verior videt̄: ut patet in his quæ no. j̄. eod. ſub rubrica, de remiſſionibus. § quibus. & §. vbi operantur, ſed & dicit Aug. cui innitit̄ Hugo, quòd qui impœnitens finit̄ ſemper plenius iniquitate ſine charitate torquetur ſine fine: de pęniten. diſt. fin. in fine & quod nullo iuuatur remedio. 25. diſt. §. alias. & patet in his quæ notant. s̄. eo. § quis ſit effectus. ſub §. is eſt igitur effectus. ergo non videtur, ꝙ in tali operentur aliquid opera charitatis. nec obſtat, quod dicit Auguſt. 13. q. 2. tempus. ad fi. ibi, quibus autē proſunt, & c. quia quod ibi dicit intelligendū eſt de his tantū, qui ſunt in purgatorio: illi enim aut omnino liberantur, ex quo ſ. videt̄ Domino, quod ſatis puniti ſunt: aut tolerabilior eſt ipſa damnatio, id eſt, punitio: quia licet non exeant ſtatim, tamen alleuiant̄: ſiue leuius ferunt pœnam. Hi etiā q ſunt in purgatorio, poſſunt dici boni & mali, diuerſis reſpectibus. boni enim ſunt: quia ſaluant̄: hi mali, vero ſunt, quia mala ſuſtinent, & ſuſtinebunt quoſque à pœna purgatorij miſericorditer liberentur.

Et not. quòd quidam faciunt pro his tertium. quidam ſeptimum: alij trigeſimum, alij quadrageſimū, uel centeſimum, uel anniuerſarium diem: de quibus tangitur s̄. de teſta. capitul. final. & habet quilibet ſuam propriam rationem. ſecundum Hugonem. Hi enim qui ſeruant tertium diem habēt reſpectum ad trinitatem uel ad reſurrectionem Chriſti: qui tertia die reſurrexit: s̄. de ſumma trinitate. capitul. 2. reſurrectionem cum Chriſto mortuis peroptantes. Qui vero ſeptimū faciunt, optant eis quietem ſeptimæ ætatis, quæ cū octaua occurrit, uel optant eis ſtolam animæ & corporis. ſeptenarius enim cōſtat ex trinario & quaternario numero, trinarius pertinet ad animam, quæ eſt iraſcibilis, concupiſcibilis, & rationabilis, uel propter ſuas tres dotes, quaternaris uero ad corpus, quod conſtat ex quatuor elementis, uel ꝓpter ſuas dotes quatuor, quas habebunt: ad quod accedit s̄. de celebratione miſſarum. in quadam. Alij faciunt tricenarium, quòd conſtat ex duobus quindenarijs: quindenarium autem ex ſeptenario, & octonario cōſtat. per ſeptenarium ſignificantur patres ueteris Teſtamenti, qui ſeptimum diem, ſeptimam ſeptimanam, ſeptimū menſem, ſeptimum annum celebrant. per octonarium vero intelliguntur patres noui Teſtamenti, qui octauum diē Dominicæ reſurrectionis, id eſt diem Dn̄icum, & octauas ſanctorum reſeruant, & celebrant, per primum autem quindenarium intelligitur præſens vita patrum vtriuſq; Teſtamenti, per ſecundum futura: q ergo ſeruant triceſimum, optant mortuis, ut ſicut in hac vita fuerūt in fide cum patribus vtriuſque Teſtamenti, ita ſint cum eis gloriantes æternaliter in futura. Qui autem quadrageſimū ſeruant, repræſentant Dominicā ſepulturam, optantes mortuis gloriā habere cum Chriſto: qui quadraginta horis iacuit in ſepulchro cōputata hora nona, in qua emiſit ſpiritum, & vltima hora noctis Dominicæ, in qua reſurrexit, ſecundum Aug. centeſimum verò facientes, optant mortuis æternam beatudinem, quæ ꝑ centenarium, vltra quem non eſt numerus deſignatur. Hi vero qui anniuerſarium faciunt, optant mortuis vitā æternam: quæ eſt ſine fine, & quaſi annus in ſe reuoluit̄, vel quia ibi eſt identitas, & nulla varietas inuenit̄. Sunt & aliæ rationes, quæ legunt̄ 13. quæſt. 2. §. de obſeruatione. & c. ſequentibus. & c. quia alij. Hæc ſuffragia proſunt mortuis, ut dictū eſt. Sed pone quòd duo homines deceſſerunt: vnus diues, pro quo multa fiunt ſuffragia: alius pauper, de quo pauci uel nullus ſpecialiter cogitat, ſunt tamen eiuſdem meriti: quis exibit primò de purgatorio? dicit Hugo, quòd ſuffragia miſſarum & pſalmorū, quæ cōmuniter fiunt pro omnibus, communiter proſunt eis. de conſecration. diſt. 5. non mediocriter ieiunia verò, & eleemoſynę, & orationes ſpeciales pro diuite factæ ſpecialiter, & eidem pro quo ſpecialiter fiunt, non alij, ꝓ quo non fiunt ſpecialiter ꝓderunt, & ſic citius exibit diues, Alij dicūt, quòd vna & eadem dię exibunt: quia & opera charitatis ſunt omnia hæc, quæ fiunt pro mortuis. unde is ꝓ quo ſpecialiter fit, non ſentit plus alleuiationis quam alius: quia charitas non agit perperam, non inflatur, non quærit quæ ſua ſunt: ſed omnibus communiter ſe participat. ut patet de peniten. diſt. 2. per totum. & in his quæ nota. s̄. eodem §. quibus & quot dietis. ver. Proſper. & præcedentibus. Poteſt dici quòd hęc opinio ſuprà proxi. uerſic. notat. uerior ſiue benignior eſt. quid enim amittit is, pro quo ſpecialiter fit, ſi alij alleuiantur. ſicut & ipſe, dumtamen de alleuiatione ſua nihil diminuatur, certè inuidia & charitas contradicunt. ſi ergo in charitate fiūt opera, omnibus qui in charitate ſunt, ꝓdeſſe debent: & ſic non citius exibit diues quam pauper. niſi fortè quilibet haberet de alieno cētum libras, quas reſtituit hæres diuitis: pauper autem non habuit quid reſtitueret. & ideo magis erit in purgatorio: ut ſic reſtitutio quam debuit facere, in pœnam aliam commutetur. arg. in his qui notat. ſuprà, de maledic. §. qualiter quodlibet genus. ſub § blaſphemantes. uerſi. quolibet quoquè illorum prædictorum dierum, & c & quòd opera charitatis omnibus, qui ſunt in charitate, ꝓſint etiam uiuis. probat Auguſt. dicens. Credendum eſt enim, & pietas fidei expoſtulat credere, quòd omnes eleemoſynæ totius eccleſiæ & orationes, & opera iuſtitiæ: & miſericordiæ ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuā ad conuerſionē. ideoque dignè pœnitere nemo poteſt, quē non ſuſtineat unitas eccleſiæ. de pœnit diſt. 6. c. 1. Quid ergo ualent ſpecialia ſuffragia facta pro parentibus, ut tu qui filius hæres es non damneris: nam ad hoc obligatus es quinque legibus. Prima eſt lex naturæ, ſecundum illud Matthæi vij. Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & c. ad idem ff. de regulis iuris. ſecundum naturā. Secunda eſt lex ſcripturæ. Eccleſiaſtici xij. Mortuo non prohibeas gratiam, ſcilicet, orandi, & benefaciendi pro ipſo. nā ad hoc es aſtrictus. Tertia eſt lex amicitię. Eccleſiaſtici. vj. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum, qui enim amicus eſt, omni tempore diligit, & ipſi clamant. Iob xix. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem uos amici mei, quia manus Domini tetigit me, quaſi dicat, quia mundus & caro, & uitę ſupetbia, de q. bus in uita confidebamus, & amicos noſtros eſſe credebamus, dereliquerunt & deceperunt nos Gregor. Lex amicitiæ eſt, vt qui diligit, in proſperitate diligat, & in tribulatione. Quarta eſt lex iuſtitiæ: nam hęreditas cum onere ſuo tranſit: & nos nihil habemus, niſi à mortuis: quia iuxta vulgare prouerbium, Totū fuit alterius, totum erit alterius: nec illi adhuc remanebit: ergo ferendus non eſt, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. C. de caducis tollendis l. vnica. § ꝓ ſecundo. & ſi non habes aliud à parentibus, tamen genuerunt te ad minus. ergo ſicut dicitur Eccleſiaſtic. vij. Honora parentes tuos: quia non eſſes, niſi ipſi eſſent. Item omnes ſumus fratres,

& ſecun-

& secundum carnem,& secundum spiritum,ergo væ soli.& frater: qui à fratre iuuatur, quasi ciuitas firma.& Ephes.v.Nemo vnquam carnē suam odio habuit.id est, habere debuit. quòd est si non diligit,& ei subueniat:quia qui non est mecum, contra me est. Quinta lex est,collatio Iudæ. quæ hoc diffinit, cùm enim Iudas in bello strenuus prohibui sset suis, quòd non intenderent spolijs habita victoria,inuenti sunt quidam de suis mortui, qui contra prohibitionē suam spoliis intenderant.ipse autem habita collatione cum sapientioribus, vtrum pro talibus esset orandum:& diffinito quòd sic: quia esse poterat:quod inter flagella cōtriti essent,antequā spiritus exhalaret,misit duodecim mi.drachmas argenti:& cætera,sicut legitur 2.Machabæor 2 Secundò valeret ad orationem acquirendam,& querelam sanctorum expectantium vitandam: nam verisimile est, quòd animæ liberatę orent pro illis, quorum suffragiis sunt adiutæ. Esaiæ secun Ibi erit gratiarum actio,& vox laudis. Psalm. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. scilicet,id quod pro me orāt, vt cum ipsis veniam. Apocalyps.viij. Vindica Domine sanguinem nostrum, de his,qui habitant in terra:id est,terrenis inhiantes,non curant de nobis. & sequitur, Sustinete modicū tempus, donec impleatur numerus fratrum nostrorum. Tertiò, valet ad euitandam confusionem querelæ paternæ, & amicorum dicentium in die iudicij conquerendo de te,quòd etiā ea que preceperūt vel debuerunt tibi,præcisè non fecisti: vnde conqueritur pater de malo filio. Quartò,ad bonum exemplum præbendum alijs. qui post te venient. Quintò, ad laborandum pro teipso. nam qui pro alio orat,pro seipso laborat.Sextò & vltimò, ad honorādum illum pro quo specialiter fiunt suffragia. nam sicut dicitur, aliæ animæ suffragijs participantes ei,pro quo fiunt,regratiantur,& coram eo portari siue repræsentari intelligūt,sicut corā domino ad mēsam sedentis, sed postea proportionaliter diuidenti cibaria vel encænia aliqua deportantur.

60 **Quæ pœna † sit pro peccatis** singulis iniungēda. Circa hoc sunt diuersę opiniones. Quidam enim dicunt, ꝙ omnes pœnitentiæ arbitrarie sunt, & ad aliud arbitrium iudicis rediguntur.& hoc probat Leo, 26 quæstione. 7. tempora & Nicolaus eodem. de his pœnitentibus est consilium Carthaginensē,ca.causa & quæst. pœnitētibus. & Ioannes antiquus Decreti glossator.de consecratio.distin.3.de pœnitentibus.& Ioannes distin.prima. mensuram. & hanc opinionem approbat consuetudo:quia generaliter hoc seruatur & pro hac facit,ꝙ Doctores iuris communiter tenent pœnam scriptam in iudicio criminali & contentioso mutari posse,quod dic,ut not.suprà,de accusation.§.quis sit effectus. de qua hoc minus videtur esse concedendū,quàm de pœnitentia. Ratio autem,quare pœna relinquatur arbitrio pœnam siue pœnitentiam iniungentis,ea potest esse: quia cum multa, variaque sint delictorum genera, vt multis & legibus & canonibus contineatur,non potuerunt ergo omnia legibus & canonibus comprehendi:ar.l non possunt omnes.ff. de legibus.meritò itaque arbitrio relinquenda sunt, vt tradūt Canonistę in capit.de causis. per illum textum. extra de offic. & potestate iudicis delegati.cum multis similibus. Arbitrarii tñ illa potestas restringitur & modificatur secūdum circunstantias personarū, rerum, & temporum, & similium: ut notatur in d. cap.de causis.quod & videtur probari per textum in l. Arrianus ff.de actio.& obligatio & in l.respiciendum. ff. de pœnis, Sed & ad hoc non incongruè poterit allegari elegantissimus textus in capitul.tempora suprà allegato:cuius hæc verba sunt:Tempora pœnitudinis habita moderatione, constituenda sunt tuo iudicio prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos: pariter etiam habentes ætatis senilis intuitum:& periculorum quoque quorumcunque aut ægritudinum respicientes necessitates. Et hęc pro parte affirmatiua sufficiant. Sed contradicit Gregorius dicens, Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum authoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminis imponuntur: de pœnitentia.distinctio. v falsas Sed dic hoc verum esse,nisi ex causa vel consideratis circunstantiis pœnitentia temperetur Item dicit Grego,quod prolixior debet esse pęnitentia,quam fuit culpa,de pœnitent distinctione tertia:productior.sed hoc intellige de interiori pœnitentia:quia quotiescunque recordatur, debet dolere:ut no. s. prà eod §.quibus.& quot dietis.sub §.qualis debet esse contritio.vel potest intelligi de pęna,quam patimur propter peccatum primi parentis, Idem dicunt Grego. & Hyeronym.quod tanto tempore debent esse peccatores in pœna quāto tempore fuerunt in culpa.46.distinct omnes.vers humanum dico.de pœnit.distinctione prima.unde benignum versicul.quāto tempore fenierunt Chusarsochoni. ad idem de pœnitent. distinct.5.capitul.fina.26.quæstion.7.his qui diuersorum.& cap. sacerdos.& capitul. & pro qualitate. Dicas quòd pro quolibet peccato mortali[a] debet regulariter septennis pœnitentia imponi.33.quæstion.2 hoc ipsum.& §. seq. 22. quæstion. 1. prædicandum.& est ratio vna:quia Dominus præcepit Mariam sororem Aaron lepra percussam poni extra castra per septem dies, vt in dicto cap. hoc ipsum.& sic accipitur dies pro anno.alia ratio est, ut sicut peccator per peccatum septiformem sancti Spiritus gratiam amisit,sic per septennem pęnitentiam recuperet: & est hoc verum, sicut legitur in proximè suprà dicto inducto §.ergo semper est imponenda septennis pœnitentia, nisi maior vel minor inueniatur à canone expressa: in quo quidem casu si crimen publicum sit,publica non maior vel minor pœnitentia,quam iscripta,reperiatur imponenda est, nisi ex magna causa dispensetur: j.eodem.quæsitum.Si occultum, tunc indistinctè, & arbitrariè imponitur:ut probant concor.signa.s.eodem.§.responso primo. & argument. suprà,de aposta.capit.2. in fi. de pœniten. distinct. prima.iudicet.& distinct. 5.consideret.& capitu. quem pœnitet. secundum magistrum meum.Certum est, quòd maior causa requiritur in publico,quàm in occulto : in vtroque tamen minor ex causa pœnitentia pōt imponi, consideratis criminis quantitate & qualitate & psonæ dignitate,conditione,sexu, officio, paupertate,infirmitate,debilitate,consuetudine,complexione, societate,contritione,loci,religionis,& temporis qualitate,causa, animo & voluntate, & alijs circunstantiis, de quibus Augustin. ponit 90.de pœniten.dist. 5.capitul.1.probantur hæc j. e.significauit.& capit. Deus qui.& capit omnis.§. sacerdos. suprà de homicid.sicut dignum. s. de eo qui cogno.consanguineam vxoris suę transmissæ.ad fin. nam & omnes dilationes arbitrariæ sunt, ut no. suprà de dila.§. quis ipsas dare debet.supradictis igitur cōsideratis aggrauabit, vel alleuiabit sacerdos discretus pœnas peccantium:de pœnitent.distinctione prima . in actone . & capitul. iudicet. quia apud Deum plus valet mortificatio vitiorum, quā, abstinentia ciborum:de pœnit.distinctione. 1.mensuram.Sacerdos tamen sibi consulit,si dicat, Charissime tu commisisti tot & talia peccata : pro quolibet deberes sic pœnitere, sed fortè vita tua ad hoc peragendum non extenderetur, iniungo tñ tibi talē pœnitentiam pro omnibus,concedo etiam tibi, ꝙ quocunque ieris, remissiones peccatorum tibi factæ prosint, quæ aliàs non prodessent:infrà eodem quod autem & iunge quod not. suprà eodem.§ quis sit effectus.sub §.flagella.eleemosynæ autem, quibus peccata redimuntur.82.dist.ca.fi.de pœnit.dist. 1.medicina & omnia alia bona,quę feceris & mala quę pro Deo toleraueris iniungo tibi pro pœnitentia, ut prosint tibi in remissionem peccatorum tuorum,& si interim moriaris,authoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli,& sanctæ ecclesiæ, & nostra absoluimus te ab omnibus his quæ confessus es,& ab alijs de quibus non recordaris,inquantum possumus & debemus, ita quòd si quid purgandum remanserit in purgatorio purgetur, iuxta misericordię Domini voluntatem: 11.qu.3. absit.& patet in his quæ not. s.eo.§.& an fictè pęnitenti.sub§ quid de operibus. ver. ad hoc dicas.& seq sic potest presbyter,consideratis considerandis in pęnitentiis dispensare: 15.q 6 c.1.11.qu.3 absit. de conse. distin. 3. de pęnitentibus. nisi fortè in canone ei inhibeatur: sicut patet suprà de maledi. statuimus.ibi, nullam in hoc misericordiam habiturus:uel dic.quod adhuc ex causa dispensare potest,ut plenè not s. de maledi. §.fi. ver. præterea temporalem.super verbo nullam in hoc presbyteri enim, quantum ad pęnitentias,confectionem corporis Christi, & prædicationem, tenent locum Apostolorum,& habent claues regni celorum.11.qu.3. absit.26.quęst.7.hoc sit positum.& c.alligant.de penit.distinct.3. inter hæc hiricum.caueant tamen,quòd sic arbitrentur,ne vilescat authoritas ecclesiæ, & ne potestas clauiū contemnatur: de pę.dist.1.sunt qui arbitrantur.l.dist.absit.& c.quàm præpostera. & ne seipsos onerētut patet in his,quæ no.j.e.sub rub.de remissio.§.ad quid valent.ver.illud etiam consulimus. & iunge quod notat.j.eod.sub §.fin & sub rubric.de remis. versic.remittit igitur sacerdos.Consulimus etiam sacerdoti,ut quia secundū Grego.contraria contrariis purgantur,siue curantur,peccatori confitenti, semper per contrarium imponat pęnitentiam, ut s. superbo iniungat humilem orationem,auaro eleemosynarū largitionem,acidioso peregrinationem, guloso, & luxurioso abstinentiam, & carnis macerationem, & disciplinalem flagellationem,suspecto de hæresi,si clericus sit bonus, fidei prædicationem,& hæreticorū persecutionem: maledico benedictionē, & linguę refrænationem, alijs satisfactionis generibus simulatis:argu. s.de purgat.cano.inter solicitudines.§. præcipias. loci q̄nque mutationem.71.dist.valet.personæ elongationē, 15.q.1. mulier.& iunge qđ no.s.eo.§.quis sit effectus.sub §.sed ad hoc.

Vt autem sacerdos circa penitentias dispēsando cautius arbitret notandi sunt casus,in q̄bus p canones certę pene, seu pęnitentię imponuntur.

ADDITIO.

a Pro quolibet peccato mortali. ¶ Adde tex.& glo.in hoc ipsum.33.q.2.

nuntur.nã canones pœnitẽtiales tenetur scire sacerdos.aliàs vix in eo nomen sacerdotis constabit, secundum Aug. 38.distinct. que ipsis.& sunt hi.Primus canon dicit, quòd presbyter si fornicationem fecerit,pœnitentiã decẽ annor.facere debet. hoc modo,inclusus sacco, indutus, & humi prostratus misericordiam Dei iugiter implorans tribus mensibus continuis, de vespera ad vesperã pane & aqua vtatur,exceptis diebus Dominicis,& præcipuis festiuitatibus, in quibus modico vino, pisciculis, & legu minibus recreatur.elapsis & finitis sic tribus mẽsibus.exit de carcere,non tamen procedit in publicum.ne grex fidelis in eũ scandalum patiatur. per hoc apparet,quòd loquitur de publico crimine.Post hoc resumptis aliquantulũ viribus anno vno & dimidio in pane,& aqua pęnitet, exceptis Dominicis, & alijs præcipuis festis,in quibus vino & sagimine ouis. & caseo reficiatur.Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit sanguinis Domini & ad pacem & ad psalmos cũ aliis fratribus cantãdos in choro admittitur,tamen ad cornua altaris non accedat, sed minorum ordinum tantũ officia gerit.Deinde vsque ad expletionem septimi anni,tres legitimas ferias,scilicet ij.& iiij.& 6. exceptis diebus Paschalibus,qui s.sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet: tñ secundam feriam vno Psalterio,vel vno denario poterit redimere.Si sic septimũ annũ compleuerit, potest eũ episcopus ad gradum pristinum reuocare.ita tamen, quòd in tribus annis subsequentibus omni sexta feria,nulla interueniente misericordia, in pane & aqua ieiunet.Sacerdoti etiam pro quolibet peccato siue crimine,quòd depositionẽ inducit, est consimilis pęnitentia iniungenda.Probantur hæc omnia.82.dist.presbyter si fornicationẽ fecerit.& intelligũt hoc quidã, etiamsi fornicatio simplex sit. alij de adulterio,vel incestu. Secundus canon, dicit, ꝙ sacerdos cognoscens filiã suã spiritualem:s.quã baptizauit, vel confirmari fecit,vel in pęnitentia audiuit, pęnitentiã duodecim annorum agere debet.& est,si in publicum pdierit, deponendus. Episcopus autem,qui talia commisit, quindecim ann. pęniteat.mulier verò religioni tradenda est,rebus suis pauperib.erogatis.30.q.1. si quis sacerdos.& c.non debet. Tertius, quòd si quis contra naturam peccauerit,& est clericus,deponi debet, vel religioni tradi,si incorrigibilis apparet ad perpetuã pęnitentiã peragendã: si laicus,excommunicari, & à cętu fidelium,vsque ad condignam satisfactionem fieri alienus:s.de excessibus prælat.clerici.& iunge quod nota.j. eod. versic. quadragesimus. hoc autem vitium maius est,quàm si matrem quis cognosceret.32.q.7.adulterij.& de hoc no.s.eo.§.de quibus. sub §. actuale. ver. inter peccata. & sub §. illud quære.ver.secũdũ.Quartus,quòd sacerdos qui interest clandestinis nuptiis,triennio suspenditur:& si culpa hoc exegerit,grauius puniatur suprà,de clandestina desponsat. cùm inhibitio.§.pen. per constitutiones autem legatorum Apostolicæ sedis in prouincia tales,siue sint clerici,siue laici.ad sedem Apostolicam sunt mittendi.non dicunt tamen,quòd sint excõmunicati sed quod citra sedem Apostolicã absolui non possunt,intelligas tu à peccato: consuetudo tamen in plerisque locis prouinciæ tales excõmunicatos reputat, quousque per sedem Apostolicã fuerunt absoluti:putat tamen, quòd assignanda sit dies talibus,intra quem iter arripiant:quo elapso,si non obedierint sunt ad hoc per censuram ecclesiasticã cõpellendi:& ex quo propter hoc ligati erunt non debent absolui,quousque iter perfecerint: argum.s.de appellatio.quæstioni.Quintus,quòd si quis votũ simplex violauerit,trib.annis pęnitere debet:27.distin.si vir.Sextus, quòd si quis excõmunicatus celebrauerit,triennio pęnitere debet,& à vino & carnibus abstinere:11.quæ.3.de illis. Septimus, ꝙ qui alium iniustè accusat ad mortem, sexaginta dies in pane & aqua:per septẽ ann.pęniteat,si accusatus occisus sit si menbrũ perdidit,per triennium.s.de accusationibus.accusasti.Octauus, quòd quicunque filiam spiritialem uel commatrem suam cognoscit,per septem annos pęnitet:& ei consentientes similiter 30.quæstione.3.non oportet.Nonus, quòd si quis desponsatam alij duxerit, eam dimittat, & quadraginta dies in pane & aqua per septem annos pęniteat:suprà, de sponsa duorum.accepisti. Decimus,quòd qui cognoscit duas commatres,vel sorores, siue viuat vxor, siue non,ad minus septem annos pęniteat, licet plus deberet.30.quæstio.quarta.si pater. Vndecimus, quòd homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur,& septem an.pęniteat.l.distinct.miror. Duodecimus, quòd casualis per septem annos pęniteat.l.distinct.si qua.& c.si quis.& ca.eos Decimustertius,quòd si hoc factum sit propter necessitatẽ euitabilem, per duos annos debet pęnitere.l.distinct.de his.licet si esset ineuitabilis,in nullo imputaretur.l.distinct.quia te.quod verum est,quo ad peccatum:sed ad cautelam & innocentiam suam ecclesię ostẽdendam,bonum est pęnitere:s.de homicid.ca.2.§.si 34. quæsti. 2.in lectum. 23.quæstion. 3. excommunicatorum. sed & si quis per insaniam committat homicidiũ,non imputatur:3.quæstio. 9 inducas.15.quæstion.1.aliquantos.& c.illa.& c.si quis. Qui verò etiam intuitu disciplinæ incautè percutiendo occidit, deponitur:s.de homicid.presbyterũ.15.quæstione prima. si quis non iratus.sed & qui ligatum latronem interfecit,deponitur:s.de homicid.suscepimus.Decimusquartus,quòd matricida per 10. an. pęniteat, secundum formam satis asperam traditam, 13.quæsti. 2.latorem, vxoricidæ autem imponitur maior pęnitentia. talis enim & qui dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo deportatur:ut patet 33.quæstion. 2.admonere.& capitulo,quicunque:quare dixit Hug. quòd maius peccatum est vxoricidiũ, quam matricidium,cùm grauius puniatur.argument.24.quæst. prima.non auferamus alij contra. sed ideò maior pęnitentia imponitur:quia promptiores sunt homines ad occidendas vxores, quàm matres.argum.ff.de pęnis.aut facta.§ fi. quæ autem pęnitentia imponatur his,qui filios occiderunt:dic,ut nota.suprà, de his qui fil.occide.§.quando,& qualis pęnitẽtia.Quintusdecimus, quòd periurus per 40.dies in pane & aqua per septem ann. pęniteat.& semper debet esse in pœnitentia scilicet inferiori.6 quæst. prima.quicunque.Sextusdecimus, in falsa mensura est 30 dierũ in pane & aqua pęnitentia imponenda:s.de cõtrahend.emptio. vt mensuræ.Decimusseptimus,si quis solenniter pęnituit, & postea redijt ad vomitum, x.ann. pęniteat. de pęniten. distinct. 5 si qui verò,Decimusoctauus qui deuotam seu monialem cognoscit x.annis pęniteat, & ipsa similiter pęnitentiam agat secundũ formam traditam 27.quæstion. prima. de filia. & c. deuotam. Decimusnonus,qui cantat missam,& nõ communicat,anno pęnitere debet, & interim à celebratione missarum debet cessare: de consec.distinct.2.relatum. Vigesimus, sacerdos qui mortuũ clericum inuoluit in palla altaris, x.annis & 5.mẽsibus pęniteat. diaconus verò triennio & dimidio,siue sex mensibus:de consec. distinct.j.nemo per ignorantiam.Vigesimusprimus,qui committit sacrilegium violando ecclesiam,vel chrisma, seu calicem sacrum pollutis manibus accipit:uel similia committit,ann.7. pęniteat. in duobus primis non intrat ecclesiam, & vsque ad quartũ non offert,& tribus diebus in hebdomada à vino & carnibus, abstinet, ieiunãdo:sed & alia ɔsiderãda sunt,sicut de hoc plenius inuenitur 12.quæstion.2.de vno. Vigesimussecundus si parentes frangunt sponsalia filiorum, triennio separantur à communione:& filij similiter,si in culpa sint.Sed si filij secũdum promissionem factam contradixerint,excusantur vtrique quò ad pęnam ecclesiæ. intelligas non quò ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium.31.quæstion.4.si quis parentes. argument. de pęnit.distinctio.j.si cui. Vigesimustertius,qui ducit in matrimonium,quam polluit per adulterium,v.ann.pęniteat.31 quæstio. prima.si qua vidua. Vigesimusquartus, quòd maledicus contra Deum vel aliquem sanctorum suorum linguam publicè in blasphemiam relaxans, debet agere pęnitentiam per 7. hebdomadas:sicut habetur suprà,de maled.statuimus. Vigesimusquintus, in sacerdote denudante illum,qui sibi confessus est verbo, vel signo:quod dic,ut notat. s.eodem.§.in quo tenetur. Vigesimussextus,qui compulsus conditionaliter peierat.si liber sit,40.diebus per 7.an.pęnitet:si seruus sit,tribus annis.22.quæstion.v. qui compulsus. Vigesimusseptimus,qui peierat in manibus episcopi, vel in cruce sacrata, tribus annis: qui in non consecrata vno anno pęnitet:qui coactus & per ignorantiam iuris, tribus quadragesimis:22.quæstion. 5.capitul.2. Vigesimusoctauus. qui scienter falsum iurat,vel alium iurare compellit, vii. ann.pęnitet.22. quæstion. 5. si quis conuictus. Vigesimusnonus, qui in dicendis horis canonicis,& aliis officijs diuinis à consuetudine Metropolitanæ propriæ ecclesiæ discrepat, vij. mensibus communione priuatur.si ex contemptu hoc accidat:12.distinct.de his.Trigesimus, episcopus qui ordinat sine iusta causa clericum inuitũ vel penitus inuitum, absolutè anno suspenditur:74.distin. c. 2 Trigesimusprimus, episcopus qui correctionem de venditione mysteriorum dissimulat,duobus mẽsibus,sacerdos quatuor:diaconus & cæteri,ad arbitrium iudicis pęnitent.j. quæstio.j. quicquid inuisibilis.Trigesimussecundus,sortilegus quadraginta diebus pęnitet: suprà de sortileg. requisisti. Trigesimustertius, qui videt in astrolabio.duobus annis pęnitet:suprà,de sortile.ex tuarum.Trigesimusquartus. si per negligentiam aliquid de sanguine stilauerit in terram, id est, tabulam, terræ adhærentem, lingua lambatur, & tabula radatur:si non fuerit tabula, locus corrodatur cauando,& comburatur,& cinis iuxta altare condatur, & sacerdos quadraginta dies pęniteat: si super altare stilauerit calix,sorbeat minister stillam. & tribus diebus pęniteat: si super linteum altaris,& ad aliud stilla peruenerit, septem diebus: si vsque ad tertium,nouem:si vsque ad quartum, viginti diebus pęniteat,& linteamina quæ tetigerit stilla, trib. vicibus minister abluat.calice subterposito,& aqua ablutionis sumatur, vel iuxta altare condatur,si sine abominatione sumi non põt: de conse. dist. 2.si per negligentiam. Trigesimusquintus si quis per ebrietatem, vel voracitatem eucharistiam euomuerit, quadraginta diebus, si sit laicus:clericus autem septuaginta diebus, episcopus nonaginta diebus pęnitet: si propter infirmitatem hoc accidit sep-

tem dieb.de consę.dist.2.si quis per ebrietatem. Trigesimussextus, qui presbiterum interfecit, duodecim an. pęniteat: ut infra, cap. 2. Trigesimusseptimus, qui domum vel aream voluntarie succedit, sublata vel incensa omnia restituat & tribus annis pęniteat, supr.de iniurijs.si quis domum.ca.non tamen dicit, quod si ex odio uel pro vindicta hoc fecerit, excommunicari debet. nec absoluitur, quousque satisfecerit. pęna autem imponitur ut Hierosolymis, vel in Hispaniam vadat, in Dei seruitio per annum integrum moraturus. si quis archiepiscopus uel episcopus hoc relaxauerit damnum restituat, & per annum ab officio episcopali abstineat: 23.quæstion.8. pessimam. hodie, postquam denunciati sunt non possunt absolui citra sedem Apostolicam: infrà, de sent.excommuni. tua nos. quod dicit not. supra, de rap. sub rub. de incendia § & qua poena. versicu. sed secundum canones: & sequen. Trigesimusoctauus, qui communicat hæretico inscius, anno poeniteat: qui scienter v.an. qui permittit hæreticum cantare missam ignoranter, 40. dies: si pro reuerentia eius, per annum: si in subersionem fidei, tanquam hæreticus damnatur: nisi per 10. ann. peniteat: si quis recesserit ab ecclesia ad hæreticos confugiens, & alios ad hoc idem faciendum induxerit, 12.an. pęniteat, tres extra ecclesiam, 6. inter audientes. duo extra communionem: & sic 12.ann. communionem sine oblatione participat. 24.quæst.1.si quis dederit. Trigesimusnonus, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, uel amitam & neptę. 7.ann. pęnitet: si scienter, perpetuò caret coniugio. 34. quæstion. si. si quis cum duabus. Quadragesimus, qui cum brutis coierit plusquam per 7.ann. peniteat. idem pro incestu: 33.quæstio.2.ca. hoc ipsum. & §.seq. Quadragesimusprimus, patronus qui res ecclesiæ dilapidat, anno penitet 16.quæst.7.filiis Quadragesimussecundus, qui lustrat domum suam cum migicis & incantatoribus v.an.penitet. 26.quæst.v. Qui diuinationes. & c. non liceat. Quadragesimustertius, si mus comedat corpus Christi, sacerdos 40. dies peniteat. si perdidit, 30. dies. de conse. distinct. 2. qui bene. si incautè dimisit, quamuis nihil nephādum inde acciderit, tribus mensibus ab officio suspenditur: s.de custodi. eucharist. c.1. Quadragesimusquartus, qui iurat non facere pacem cum proximo suo anno peniteat & ad pacem redeat: 22.quæstion. 4. qui sacramento. Quadragesimusquintus, pro periurio, adulterio, & homicidio, dantur regulariter septem anni, idem pro fornicatione, licet non ita aspera penitentia iniungatur: 22. quæstio 1. præcauendum. aliàs incipit, præiudicatum. 33.quæstio.2. hoc ipsum. & §.seq. Quadragesimussextus, qui scienter rebaptizatur, septem ann. penitet: faciēdo tres quadragesimas, & feria quarta & quinta in pane & aqua ieiunando: si pro vitio hæresis hoc fecerit. Sin autē ꝓ immunditia, id est, pro salute corporis obtinenda: ut suprà, de apostat. cap. 2. tribus annis pęniteat. de consecrat. distin. 4. qui bis. & talis qui bis baptizatur: uel etiam confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri regularis. de consecrat. distin. 5. dictum est.

Licet autem omnes circunstantiæ diligenter sint attendendæ, principaliter tamen considerandæ sunt qualitates personarum. nam si seruus sit & timore peccauerit, obediendo domino in atrocioribus, mitius puniendus est, 22. quæstio. 5. qui compulsus 12.quæstion.2. cùm deuotissimam & tamen in talibus non tenebatur obedire: 11.quæst. 3. si dominus. 86.distin. amputatis. 23 quæst.4 duo ista nomina. quod si voluntate peccauerit, acrius quam alius etiam in corpore punitur: 24. q.1. qui contra pacem. 12.q.2. qui manumittitur. 3.qu. 11. si quis ex familiaribus. nec est seruo iniungenda peregrinatio, per quā dominus, qui in culpa nō est, serui seruitio nimium defraudetur: j. de sent. exc. relatum.

Si verò peccator liber sit, totam poenitentiam à canone statutam, si fieri potest, explere debet: 26.quæstio.7. sacerdotes poenitentiam. de poenitent. distinct. 1. nonnulli verò. Sed ex causa poterit moderari, ut j no t.s.e.§. ver. certum est.

Si diues sit, inquiras cautè & astutè, quæ causa mouit ipsum ad peccandum: & si pure cōfiteatur: veniam promittas: de pe. di. 6 ca.1. ad fi. & impone pęnitentiā in ieiunio, oratione, & eleemosyna consistente: ꝙ si delicatus sit, caueas ne asperum ieiunium iniungas: 41.di. non cogantur. sed aggraua eum in eleemosynis: de poen. di.1 medicina. nec dicas ꝑ hoc venalem dominum: sed peccator vendidit se ære alieno: 15. quæstion.1 non est. in fi.

Si sit puer, non tenetur confiteri, quousque ad annos discretionis peruenerit. j. e. omnis. id est, quousque sciat discernere inter bonum & malum: s. de delict. pue. pueris. ante enim nesciunt tales quid faciant: 15.q.1.§. ut itaque sed & ratione fragilis ætatis, minor est poenitētia imponenda: ut in d. §. & ideo etiam inter plenam & semiplenam pubertatem distinguendum est. sicut not. s. de desp. imp. & de fri. & de deli. pue. s. eo. §. cui. sub §. cui pueri. cum discretione a ergo quæ est mater omnium virtutum.[a] 3. quæstion. 5. præsentiū. suprà, de offi. cust. capitul. 1. est poenitentia imponēda, vt animæ hominum corrigantur, nunc plectendo, nunc ignoscendo: quia hoc solùm bene agitur, 23. quæstion. 5 prodest. & multa bona præstantur inuitis. 45. distinction. & qui emendat. Si senex fuerit dic, ut no. s. §. quando confitendum. ver. item confitendum est tempore pueritiæ. & seq.

Si prælatus sit, & publicè peccauerit, acrius quàm alius puniri debet, propter exempli perniciem. 11.q.3. præcipuè. suprà de voto. magnæ. 82. di. nemo quippe. Si verò occultū sit, ipsum mitius punias: quia vbi nascitur, ibi debet mori. 2.q.1. si peccauerit. 1. di. de his. presbyter tū magis puniendus est, quàm diaconus: & sic procede descendendo. nam gradus dignitatis, vel ordinis peccatū aggrauat. 40. dist. homo Christianus. 89. dist. ad hoc Deus. de poe. di. 4. §. finis. vbi dicit, In domo patris mei mansiones multæ sunt. sic enim intelligendum est de domo inferni, & de domo huius mundi.

Si sit monachus, vel alius religiosus, iniungas ꝙ de cætero seruet regulam quàm professus est: quia secundum Aug. hæc est summa poenitentia. 12.q. 1. non dicatis. vbi dicit, quòd si vltrò confitetur, parcatur ei, & oretur pro ipso: si conuincitur, grauius puniatur. non tamen iniungatur tali in claustro propter fratrum scandalum ieiuniū speciale. secundum Basi. 20.q.3. monachi. & §. fi. potest tamen puniri in ciborum abstinentia, cum & sine scandalo possit comedere magis, vel minus. Item in oratione: ꝙ si solitarius sit, tali indici potest ieiunium: & si inuenias, ꝙ sine prælati licentia proprium teneat, terreas ipsum. quia nisi maiori suo reddiderit, saluari nō potest: imò & fit eius oratio in peccatum: 12.q.2. nolo. & si inuenias, ꝙ sit trangressor regulæ, acriter punias: nam talis secundum Gre. magis delinquit, quàm Ananias & Sapphira, qui sancto spiritui sunt mentiti: 17.q.1. Ananias. & qui sine conditione vouet, talis sine conditione reddere tenetur 17. qu. 1. nuptiarum 32. q. 8. c. vnico.

Si sit beguina, & cadat in peccatū carnis, grauabis eā in orationibus: & ieiunijs & iniūges ei dē: ne de cætero impietatē nutriat sub spē pietatis. 16.1 q. 2. perniciosam. & c. seq. & si votum non fecit, consulas quòd ꝫ hat ex quo continere non potest nam secundum Hieronym. melius est coniugium subisse, & ambulasse per plana, quàm ad altiora tendere, & in profundum inferni cadere. 27.q.1. nuptiarum.

Si sit monialis, distinguendū est inter diuersos gradus monialiū, nam quædā sunt laicæ, quædam corruptæ & ꝓfessæ conuersę, & istæ minus peccāt, q̄ consecratæ: 27.q.j. & c. hæ verò. Aliæ sunt velatæ velo ꝓfessionis tantùm: & istæ magis peccant. quàm primæ, minus tñ quam consecratæ. Aliæ consecratæ: & istę magis peccant. de his duobus gradibus 27. quæstio. 1 nec aliqua. & ca. de viduis. & c. quæ Christo. Aliæ diaconissæ: & hæ similiter magis peccant: 20.q.1. sanctimoniales. Aliæ abbatissæ: & hæ similiter magis peccant: 20.qu.1. iuuenculas. Est & sextum genus. nam & aliquæ sunt assisteriæ, scilicet, inclusæ: & qui tales corrumpit, acrius est puniendus, quàm si corrumperet aliam monialem: 27.quæst. 1. si quis rapuerit. Aliæ etiam sunt conuersæ seculares, non professæ: ut sunt cōuersę secularium ecclesiarum, & plebium, vel hospitalium sine regula approbata: & istæ minus peccant. nam & si contrahant tenet matrimonium: ut probat à contrario sensu: 37. quęst. 1. ut lex continentię.

Si sit secularis omnino, considera vtrum sit puella, & virgo sub potestate parentum constituta, & nimis lasciua: & tunc affligeeam ieiunijs, & disciplinis, ne cadat in peccatum luxuriæ nam luxuria mulierum ferenda non est: imò quia acrior est quam virorum, acrius est domanda: 32.q.5. meretrices. est tamen nihilominus, etsi peccauerit, consolanda: quia sexus muliebris magis debet moneri, quàm terreri. 27.q.1. de viduis.

Si sit coniugata, præuideas quòd sine scandalo viri poenitentiā imponas, s. ꝙ in absentia viri affligat se disciplinis, & ieiunet præsertim si maculauerit thorū viri: ad qđ nulla cōditione debuisset induci: 33.q.5.§. est ergo.

ADDITIO.

a Quæ est mater omnium virtutum. ¶ Adde cle. past. in §. verum. de re iud. gl. in c. exposuisti. de præb. Archi. in c. qui episcopus. 23. dist. Bal. in c. finem litibus. de dol. & cont.

ergo in præsentia uero viri abstineat, non à qualitate sed a quantitate ciborum, sicut not. s. eod. sub §. si sit monachus. & insistat fortius orationibus. & si fortè aliquod crimen publicum commiserit, quod ben è scit maritus, puta oppressit filiam, vel simile quid omisit, tunc, sub prætextu illius peccati, si pôt sic fieri, etiã de occulto pœnam agat: sic q decætero mereatur vocari casta, non adultera: 33. q. 1. quod datum tibi. & c. non erit turpis. nomen enim adulterij viri nomen est, non naturæ, & egressus viri, virtutis operatur ingressum: 32. quæstio. 1. cùm renunciatur.

Si sit vidua, agraua ipsam in ieiunijs, & orationibus suis magis quàm alias mulieres: nam tales orationibus suis & meritis debent ecclesiam adiuuare: 81. distinctio. viduæ. & ideo si vidua non potest ieiunare, est orationib. aggrauanda, vt ibi & 31. quæstio. 1. quomodo virginibus.

a Si sit meretrix, [a] inducas, vt cesset à peccato: eidẽ si cessauerit, veniam pollicendo: alioquin saluari non potest. nam ad talem prohibet Dominus accedere, cuius pudicitia venalis est turpitudo: 32. q. 4. meretrices. 34. dist. vidua. Sed & si dicat, quod cessare non potest, non est dãda pœnitentia: quia nec potes. debes tamen ei consulere, ut faciat eleemosynas, & omnia bona quæ poterit: ut sic dominus eã respiciat, & cor illius illustret ad pœnitentiam faciendam: de poe. dist. 5. falsas. in fin. quod dic, ut not. suprà, eod. §. & an fictè pœnitent. sub §. quid de operibus. versic. quid ergo si aliquis pœniteat. & seq.

Sic ergo quamuis canones certas pœnas imponãt in casibus, possunt tamen ex causa augmentari, & minui: consideratis his, de quibus notat suprà eodem §. respons. j. versicul. certum est. & respectu lachrymarum & contritionis: de pœni distinct. 3. de pœnitentibus. & magnitudine peccati, & altitudine dignitatis. nam ab Episcopo vsque ad ultimum ministrũ, sicut maior pcedit culpa, sic maior implicanda est vindicta: 50 dist. quia tua. 21. q. 1. nulli fas. & ideo clerici sunt magis, quã laici puniendi, propter exempli perniciem: 21. q. 4. præcipimus. & quia rarò clericus verè pœnitens inuenitur. non enim cõfunditur, quia peccauit, sed quia gloriam suam amittit: secundum Chrys. de pœn. dist. 1. quis vnquam. & secundum Amb. facilius inuenitur qui seruat innocentiam, quam qui agat ueram pœnitentiam: de poe. distin j. sunt qui arbitrantur. quod Beda exponit de clericis luxuriosis: 2. q. 7. secuti sunt.

Quid si aliquis sacerdos habet parochianos cęcos, vel mutos, furiosos, uel dæmoniacos, nutu, uel scriptura, uel signo possunt confiteri, faciat hòmo quod potest: 22. q. 2. faciat. sin autem oret sacerdos ad Dominum pro talibus, & faciat populum orare, ut Dominus illustret corda ipsorum ad pœnitentiam, & misereatur eis, sicut docet August. de cons. distin. 2. solet quæri. tunc enim ei, scilicet, sacerdoti nihil imputabitur, cum de contingentibus nil omisit. 44 distinctio Ephesiis.

Quid si quis in fine penitet, uel in sanitate, sed pœnitentiam non compleuit: uel compleuit pœnitentiam sibi iniunctam, sed minorem quam debuit, quia sacerdos imperitus & simplex nesciuit, uel non potuit modo debito arbitrari: nec tamen ipsum absoluit simpliciter, sed secundum quod not. s. eo §. quæ pœnitentia. ve. sic. sacerdos. & § & an fictè pœnit. sub §. quid de operibus. vers. ad hoc dicas. ad hoc sciendum est, q secundum Leonem, nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquam q diffidentia ætatis differtur consilio maturiori perficitur: de pœni. di. 7. ca. j. exemplum habes in latrone, cuius etsi sera fuit pœnitentia, perfecta tamen & accelerata fuit indulgentia: tanta enim posset esse contritio, q sufficeret ad omnem pœnitentiam delẽdam: ita q talis anima nec per purgatorium transiret, sed ad patriam conuolaret, uerum hoc periculosum est, & incertum est nobis: ut patet in his quæ not. s. eo. § qualis sub §. festina. & probat August de pœ dist. 7. §. j. & c nullus expectet. & not. s. eo. §. quando confitendum, sub §. confitendum.

16 Quibus † & qualiter, à quibus, & inquantũ, facienda est restitutio male acquisitorum Breuiter respondeas, q damnum passis, vel hæredib. siue successorib. eorum, si extant. Ab his quidamnum dederunt, vel hæredib. eorum. & insolidum si facultas suppetit, facienda est restitutio, alioquin frustratoria est pœnitentia: quia secundum Aug. non dimittitur peccatum. [b] nisi restituatur ablatum: s. de vsur. cum tu. 14. q. 6. si tres. & no. de hoc plenè j. eodẽ. sub § fin. qui incipit, sed quæ forma seruanda est. & iunge quod not. s. de test. § ad quid hęres tenetur. sub §. tenetur. & s. de vsur. § qua pœna.

Quid de prælatis, vel alijs clericis, tenẽtibus administrationem ecclesiasticam, & malè administrantib. nunquid tenentur ecclesiam reddere indemnem? sic. s. de elect. quod sicut. § fi. & hoc intelligas, siue prælatus de rebus ecclesiæ expenderit in melioratione pro prij matrimonij, vel etiamsi propter nimiam diligentiam propriorum negociorum neglexerit negocia ecclesiæ procurare: & sic est ecclesia damnum passa. Sed & de culpa seu negligẽtia procuratoris sui, seu vicarij, videtur teneri. s. de offic. arch ea quę. s. de sta. mo. cũ ad monasterium. §. pen. ff de cust. & exhi. re. l. fin. Sed & si de sua aliqua expendit in negotiis ecclesiæ, illa potest recuperare, uel etiam hæres suus: ut sic fiat quædã cõpensatio hinc & inde, secundum Gof. 2. q. 7. lator. in fi. & secundum concilium Bracharen. 14. q. 4. c 1. & 2. ar. s. de re. eccle. non alien. Episcopus. Hoc autem intelligas, quando grauis est lesio, vel etiam quo ad alienationem, vel diminutionem rerum immobilium, uel mancipiorum ecclesiæ, uel etiam redditũ suorum: nec enim prohibetur prælatis, quominus possint de fructibus & perceptis reditibus, quos suos faciunt, aliqua erogare, secundum ea quæ not. s. de don. §. & quid Sed & ille prelatus ad restitutionem astringitur qui proprium habet. s. de præben. de multa. & de appel. reprehensibilis. possunt autem omnes habere proprium, exceptis religionis iugo astrictis: quamuis aliud esset, quando erant communia tempore, scilicet ecclesiæ primitiuæ: hi autem qui habent proprium tenentur de superfluis seu de his, quæ supersunt largas eleemosynas erogare, secundum hoc intellige 12. q. 1. Episcopi, & c. sint manifestæ. & quod dicit Aug. Si priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, nõ sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatẽ nobis vsurpatione damnabili vendicamus. & quod dicit Hi. q Dominus non dignatur habere partem cum illo, qui proprium habet, & alias multas authoritates positas 12. q. 1. §. 1. & seq. ca. vsque ad §. his omnibus. quæ innuunt q clerici non possunt habere proprium: & dictum § his omnibus. & omnia sequentia, vsque in fi. quæstionis, quæ probant, q proprium habere possunt. Quid de his qui donant inhonestis suis mulierib. uel mimis, uel ioculatoribus? Si propter peccatum quod committant, vel propter carnalitatem, vel fauorem seculi, hoc faciunt, peccant mortaliter: 86. dist. donare. & tenentur restituere ecclesiæ si propriũ habeant: de his etiam qui taliter receperunt, non est dubium q tenentur ad restitutionem faciendam. 24. q. 6. si res. si verò causa eleemosynę & pro sustentatione naturæ conferant, non peccant, nec tenentur ad restitutionem: dum tamen aliàs abstineãt à peccatis: 86 dist. pasce. 12 q. 2. & si illi. & c gloria episcopi. 47. distin. sicut hi. & hoc maximè causa hospitalitatis licet, quando casu fortuito veniunt, nec alias quid comederent, de facili inuenirent: ar. 42. dist. quiescamus. 11. q. 3. quoniam multos. j. tit. 1. si verè. & c. cum uoluntate. Sed cui fiet restitutio ab histrione. uel à meretrice: qui non debuit hoc recipere propter peccatum cõmittendum, nunquid illi qui dedit? Non, sed successori suo, uel superiori, qui hoc in utilitatem ecclesiæ expendat: arg. 17. q. 4. si quis in atrio. s. de offi. or. cum uos. s. de cle. coniug. diuersis fallacijs. in fi. nec ob. s. de deci. tua nobis §. j. versi. prætextu. quia illud intelligitur, quando is qui tenetur ad restitutionẽ, non receperat à clerico id, quod tenetur restituere, & sic non erat clericus particeps in delicto. ubi ergo particeps est clericus, non fit ei restitutio, ut puniatur in eo, in quo deliquit: s. de iure immu. ca. fi. & de iure patro. pasto. & de temp. ordin. literas.

Quid de muliere, quæ filiũ suscepit de adulterio, vel partũ supponit, ut sic hæreditas mariti ad filiũ susceptũ de adulterio, uel suppositũ partũ pueniat? Hic notandũ, q partus suppositi accusatio nullo tpe clauditur. vnde & post morte illius, qui commisit de hoc quærendũ est ff. de fal. qui falsam. § j. ꝯ regulam, secundum q crimina morte extinguntur. 24. dist. quoniã. C. de falsis. querelam, non tamen est hæc accusatio popularis, sed his tm, quorũ interest, competit: ff. de fal. l Corn. ij. §. j. Tali aũt mulieri non videtur, q possit de leui consuli: quia si hoc reuelat, multiplex periculũ imminere potest: fortè uir dimittet eam: & sic continere nequeuntes vterque adulterabitur: fient guerræ inter parentes viri, & mulieris, & homicidia committentur: præterea quid proderit, si fiat hæc reuelatio: quia non crederetur ei de adulterio in piudiciũ filij, forsitan hoc negantis: nec forsan suppositio pbari pôt, & sic nõ obest filio, quem nuptiæ demonstrant, ff. de his q sui uel alie. iur. sunt filium. & argumen. s. qui filij sint legit. per tuas. & de probatiõ. per tuas. Si uerò hoc non reuelat, durante hac fraude, non videtur quòd debeat ei pœnitentia iniungi. argument. j. eodem. q quidam. 14. q. 6. si res. Solutio. Tali mulieri, etiam durante fraude ista, non est pœnitentia deneganda. Sed siue maritus habeat alios filios, vel parentes, qui ab instestato venirent, siue alios hæredes instituerit, siue propter hoc dimittat, quod

ADDITIONES.

a Si sit meretrix. ¶ Adde tex. & ibi do. in c. inter opera. de spon.

b Non dimittitur peccatum. ¶ Adde regulam, peccatum. de reg. iur. lib. 6. gl. in c. sicut dignum. de homi. Abb. in c. Iudæi. el j. in 2. no. de Iud.

quod non instituat:nā & quoad hoc peccat mulier indistinctè, quòd per hoc uidetur impedire factionem liberam testamenti. C. si quis aliquem testa. prohi. l.j.& ij. in his omnibus casibus est eidem mulieri per discretum sacerdotem competens satisfactio iniungenda; & hoc est quod legitur totum, & soluitur, & expressim determinatur. infrà eodem. officij. Et not. quòd dicit, discretum sacerdotem, subaudi tu & cautum, ut scilicet sciat hoc celare, non publicet: j. eodem. omnis. & not. suprà eodem. §. in quo tenetur sacerdos. & ut sciat consulere mulieri. quòd ut cautus faciat, considerare debet qualitates personarum tam mariti quàm mulieris, & filij putatiui. Si enim mulier dominatur viro, & confidit de ipso intantum, quòd securè potest ei dicere, & quòd inde faciet quicquid voluerit, sicut aliquæ mulieres inueniuntur, de quibus dicitur vulgariter in Lombardia, quòd iubare sine bragarium portant: & aliquæ etiam inueniuntur quæ scientibus uiris adulterantur: nec viri audent etiā inde loqui. & ego etiam inueni aliquam, quam maritus non poterat cognoscere, & sustinebat quòd ab alio cognosceretur, & filios tamen ab alio susceptos nutriebat tāquàm suos: in tali casu tutè potest sacerdos consulere, quòd hoc reuelet marito, & ex quo consentit uir, quò ad restitutionem est mulier absoluta, quia concessum est marito suo disponere, sicut placet. C. de Iudæis. nemo exterus. C. man. in re mandata. Si uerò periculum immineret in reuelatione marito facienda. sicut pro maiori parte præsumendum est, & filius putatiuus sit homo simplex, & spiritualis, & timens Deum, recepto iuramento à muliere, quod hoc non proponit malitiosè, & à filio, quod secretum teneat, si hoc tamen viderit expedire, poterit hoc in secreto filio reuelari, & inducēdus erit, ut vel intret religionem, uel ad remotas ultra mare, vel alibi se transferat regiones. & de hæreditate nihil habeat, uel contingat, & sic quò ad satisfactionem hæreditatis, mulier similiter est in tuto. Sed nunquid tenetur filius de consumptis bona fide? Non puto, arg. C. de rei uend. certum est. mulier tamen tenetur sicut not. s. e. uersi. seq. Quòd si filius non est talis: nec vult credere mulieri, neque consilio sacerdotis acquiescere, vel ei periculum est reuelare, tunc nullum restat remedium, nisi quòd mulier si proprium habeat, his qui ab intestato venirent, vel aliis scriptis hæredibus, quo ad ualorem partis istius putatiui filij æstimationem, per eum consumptorum satisfaciat competenter, vel si tales non extant, faciat inde eleemosynam de Episcopi diœcesani consilio. & consensu: sicut no. simile j. eo. sub §. quid de prædam ementibus. versi. quid si non potest reperiri dominus. Verùm si proprium non habet, uel non potest ad plenum satisfacere, doleat de peccato, proponens firmiter in mente quòd quam citò poterit satisfaciet iuxta posse. satisfactio etiam, si facultas satisfaciēdi adest, cautè fiat per eundem sacerdotem, scilicet vel aliam interpositam personam, quæ & cautè hoc sciat facere, videlicet sic dicendo: quædam persona tenetur uobis in tantum. Ecce ego uobis reddo: accipiatis quod uestrum est: vel si non potest satisfacere mulier, poterit dicere quædam persona tenetur vobis intantum: pœnitet multum de peccato, supplico pro Deo & salute animæ vestræ, quod ei remittatis sic intellige infrà eodem. officij. & argum. 22. quæstio. 5. hoc uidetur. super quo vide quod not. tur suprà, de vsur. § qua pœna. sub §. alia à iudice. uer. quid si fœnerator partem pecuniæ. & se. & præceden. in hoc tamen distingui potest: sicut notat. infrà eodem. sub § sed quę forma seruanda est. uersic. quid si is qui tenetur restituere. & sequ. Sed & considerare debet sacerdos qualitatem personæ, cui hoc dicet, nam si fortè super hoc esset fama, uel is cui dicit, hoc aliquam malam suspicionem posset habere de muliere, propter quod fortè ad dominū terræ recurreret, & ipsam faceret ponere in tormentis, melius esset tacere: & contritio sufficeret mulieri. argu. 22. q. 2. ne quis illud etiam caueat omnino sacerdos, ne hoc reuelet iudici cuicunque suprà, de excess. prael. dilectus.

Quid de naufragiis? & quidem talia possūt occupari, vt salua fiant, & domino reddantur, sicut cō sueuit, not. suprà, de accusatio. cùm dilecti. est tamē totū restituendum. ff. de incend. rui. nau. l. si quis ex naufragio. non obstante contraria consuetudine, uel statuto, & idem de rebus peregrinorum in hospitijs mortuorum quod dic ut not. s. de rapto. sub rubrica, de incendia. §. contra quem. & §. inquantū. & §. qua pena. & s. de peregrinantibus § & quo priuilegio. vers. de priuilegiis. & seq. De pedagijs verò dic, vt not. s. de censi. §. ex quibus causis. uer. exactiones autem pedagiorum. & seq.

Quid de quæstis, & taleis? & quidē si appareat instrumētum inde factum, quando dominus colonis concessit prædia: sicut aliquoties fieri consueuit, pacta seruanda erunt, suprà, de pact. Antigonus. nam & quilibet in traditione rei suæ potest pactum apponere: suprà, de conditio. appo. verum. 18. quæstio. 2. Eleutherius. & si de his quę certa sunt aliud retinuerit subditus, vel subtraxerit, uel diminuerit, vel celauerit ex certa scientia, debet tanquam fur & latro ad restitutionem faciendam induci. idem intelligas, quod si instrumentum non extet, tamen antiqua talea, & certa si scitur, vel creditur, probabiliter: quod ab initio ex iusta causa fuerit imposita, secūdum Ray. quod dic ut no. suprà, de censi. §. quis census. Si uerò nō est dictum, quota talea fiat, sed indefinitè dictum est, quòd dominus in tali homine, uel tali casamento possit taleam facere: intelligi debet moderata considerata facultate hominis seu casamenti. argumen. suprà, de censi. cùm Apostolus. §. fin. x. q. 3. §. fi. ff. de leg. 3. si filiæ. ff. de iure dot. quæro. C. de nup. si furiosi. & si de hoc habet dominus læsam conscientiam, inducatur ad restitutionem faciendam. Quid si subditus non exactus tacitè, vel expressè, sine fraude & dolo, aliqd vltrò domino obtulerit? Licitè recepit dominus, nec tenetur ad restitutionem. argum xviij. distinctio. de eulogiis. j. quæstio. 2. placuit. licet enim indebite exigeretur: honestè tamen recipitur: ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. est quidem res sanctissima. suprà, de simo. dilectus filius A. in fi. & c. & si quæstiones. §. fi. Si uerò uiolenter vltra exigit, dominus ad restitutionem tenetur: 4. quæst. 6. si res. & patet in his quę no. suprà, quod met. cau. §. qualiter retractetur. uersic. Itē per constitutiones & seque. Quid si difficilis sit restitutio: quia fortè tot exigit dominus, & prædecessores sui, quòd si uenderet, quicqd habet ad restitutionem non sufficeret, scripsit Rayn. quòd pōt ei mederi hoc modo, quòd remittat hominibus in recōpensationem aliquam seruitutem, ad quam tenentur ei in perpetuum vel det aliquam certam immunitatem, seu libertatem, vel faciat inde aliquod hospitale, uel aliam eleemosynam, cum consensu & uoluntate damna passorum, uel successorum eorum, super quo uide, quòd not. suprà, de usuris. §. qua pœna sub §. alia à iudice. uersicu. quid si fœnerator partem pecuniæ. & seque Quid de militibus, qui nihil percipiunt ab hominibus suis, nisi taleas, Hoc uix credibile est, secundum Ray. quin ad minus percipiant domini iusticias & caualcatas & similia: si tamen ita est, dicit Raynu. quòd de uoluntate hominum esset aliquid certum statuendum, quòd eis darent in signum dominii. ne aliàs penes tales milites inutile & vacuum nomen dominij remaneret, argumē. 18. quæstio. 2. Eleutherius. i. quæstio. 3. si quis obiecerit. Quòd si dubitetur, quid uel quantum debeat esse illud, recurrendum est ad consuetudinem vicinorum. argumen. suprà, de offic. archi. cap. fin. suprà. de censi. super eod. ca. in ecclesijs c. distinct. cōtra morem. & si diuersæ sunt consuetudines, illa eligenda est, quæ melius portari potest, sine grauamine subd. torum. argumen. suprà, de consuetu. cùm olim. in fin. suprà, de censi. ex parte. ff. de lega. 3. nummis. ff. de regul. iuris. semper. & hoc intelligas tunc verum, nisi fortè domini ex aliqua causa vendidissent, uel donassent, uel remisissent id quod in talibus hominibus consueuerant percipere & habere: nam si hoc esset, nullus dandus esset regressus suas remittentibus actiones: ff. de redhi. ac. quæritur. §. si uenditor. & nota suprà, de renunciatio. §. quis renunciare, Item hoc est intelligendum verum esse, nisi nō subditus contra dominum præscripsisset libertatē, ut patet in his quæ no. supra. de immu. eccle. §. à quibus muneribus. uer. ego puto. & de præscript. rer. immo. §. quæ exigantur. sub §. quartum.

Quid de rapina, vel præda? ad euidentiam huius quæstionis no. Ray. quinque requirantur ad hoc ut bellum sit iustum, scilicet persona, res, causa, animus, & authoritas. Persona, scilicet habilis ad pugnandum: ergo oportet quod sit secularis, cui licet sanguinē effundere: nam clerico non licet: vigesimatertia. quæstione octaua. clerici. & ca. his à quibus nisi in necessitate ineuitabili quod dic, vt not. suprà, de homici. §. qua pœna. versic. sin autem fuit ineuitabilis. Res, ut scilicet sit pro rebus repetendis, vel defensione patriæ: vigesimatertia. quæstione secunda. capitulo quinto. & quęstione tertia. fortitudo. & quęstione octaua. si nulla. Causa, puta si propter necessitatem pugnetur vt per pugnam pax acquiratur. 23. quæstio. i. nolli. Animus. ut non fiat propter odium & vltionem, vel propter cupiditatem: sed ad correctionem, & propter charitatem, iusticiam, & obedientiam: 23. quæstio 1. quid culpatur. & c. militare non est delictum: sed propter prædā militare, peccatum est. Authoritas, ut scilicet fiat ecclesiæ authoritate, præcipuè vbi pugnatur pro fide, uel authoritate principis: 23. quæstio 1. quid culpatur. & q. 2. capitu. 1. Sed quia per hoc nō plenè instrueris de iusto bello, recurre ad id qd notat. suprà de treu. & pa. §. quid sit iustum bellum. Hoc tamen teneas, quòd is qui iustè pugnat, non tenetur ad restitutionem prædæ, sed sit capientis: ut ibi not. & probatur distin. j. ius gentium. 23. quæstio. 7. si de rebus. & hoc intelligas, siue capiatur de rebus iniustè pugnantis: siue ualitorum, vel hominum suorum, quousq; isti pugnanti debito suo iniuria, vel offensione illata, uel damno dato sibi, vel suis, & interesse suo sit iuxta propriam & sanam conscientiam plenariè satisfactum, vel donec hostis paratus sit satisfacere, uel se iuri pariturum offerat. illos autem intelligas suos. qui

qui plus hominem, quàm Deum timentes, sequuntur dominũ suum in bello illicito: contra id quod legitur xi. quæst. iiij. Iulianus, & c. dominus alios, qui aũt non præstant consiliun, auxiliũ, vel fauorem, non credimus puniendos: quia pœna suos debet tenere authores, & c. suprà, de his quæ fiunt à maio. par. capituli. quæsiuit. lxvi. distin. satis peruersum. suprà, de conse. cognoscentes. i. q. iii. c. i. Quod autem dictum est, teneri illos, qui dominum in iniusto bello sequũtur, intelligas quando hi, quisequũtur, de hoc certi sunt, vel probabiliter credunt iniustũ bellum esse. maximè vbi ecclesia hoc prohibebat, & tales excommunicabat. Si verò incerti essent, uel probabiliter crederent, quòd iustum esset. in nullo tenerentur. nisi fortè haberent corruptã cupiditatis intentionem: ut patet in his quæ notantur suprà e. uersic. animus. s[ecundu]m Ray. sed hoc reputo periculosum: quia sola conscientia non facit iustum bellum: imò authoritas iuris, uel iudicis est quantum ad hoc pertinet requirenda, ut patet in his quæ no. suprà, de treu. & pac. §. quod sit iustum bellum. Quod si probabiliter dubitat, utrum iustũ sit, uel iniustum, adhuc propter bonum obedientiæ excusatur: xxiii. q. i. quid culpatur: s[ecundu]m Ray. hoc dicas uerum, si inquisiuit, quantum potuit, & peritiores consuluit, & semper dubius remansit, alioquin affectator ignorantiæ, sicut non expers scientiæ, puniretur. suprà, de clandesti. desp. cum inhibitio. §. si quis uerò. nec excusatur propter timorem amittendi feudi, uel incurrendi damnum aliud tẽporale. xxxii. q. v. ita ne. licet metus culpam in partẽ attenuet, quò ad pœnitentiam iniungendam circa ieiunia & orationes. suprà quod met. causa. sacris. Sed & authoritas iuris uel iudicis requiritur: ut notatur suprà eodem. uersicul. proxim. ubi ergo habet authoritas iudicis, dici potest, quod & si iudex errauerit, ad pugnantis tamen conscientiã recurratur: & in hoc casu potest habere locum distinctio dicta in foro pœnitentiali, secus in ꝯtentioso, nisi error aperte detegeretur sub tẽpore: ut petet in his, quæ no. suprà, de sententia & re iudic. sub rubric. de sententia. §. quot sint eius species. sub §. sed nũquid est simpliciter uerum, & præceden. Sed nunquid hi, qui sequuntur, tenentur insolidum? Dist. utrum scirent, prædam committi debere, uel etiam ignorarent, tamen uenientes ad prædam non obtinuerunt, imò alios adiuuerunt, & tales & hi, qui consilio, uel auxilio, uel adulatiõe, uel detractione seu causa consilij, induxerunt tyranum ad prædam faciendam, uel guerram mouendam iniuste, tenent insolidum. si propter hoc sciunt, uel credũt, ꝙ tyrannus ad hoc sit inductus, aliàs non facturus, uel non tantum facturus, quo ad id, quod plus fecisse creditur ex tali instigatiõe. ar. s. de homi. sicut dignũ. j. tit. i. quantæ xvii. q. iiii oẽs. ii. q. i. notũ. lxxxiii. dist. error. & c. facientis. aliàs culpam. si verò sciunt, uel credunt, ꝙ propter hoc ad hoc non fuerit motus, nec propter talia plus uel minus fecit: tunc non tenẽtur, nisi inquantum ad eos peruenit: uel de his expenderunt: & inquantũ damnum dederunt per se, uel familiam suam, directe uel occasionaliter. ad hoc s. de sentẽ. & re iudi. cùm l. & A. suprà, de ætate & qualita. tuã. infrà titul. i. inter alia: xi. q. iii. quoniam multos. ff. si cert. petat. si & me & Titium. in fin. suprà, de iureiur. c. fin. Sed quid si unus satisfecerit insolidum, siue principalis, siue alius? ceteri omnes liberantur: argu. ff. de reg. iur. bona fides ff. de eo per quem fac. est. l. i. §. si plures. & hoc intelligas, quo ad Deum, & de magna æquitate. nam quo ad pœnam quadrupli, adhuc potest insolidũ quilibet conueniri: cum sit pœna ff. de iurisdictio. oĩum iud. adeo. & l. præce. §. fi. ff. ad legem Aquil. item Mela §. sed si plures. xii. q. ii. cùm deuotissimam. & iuxta uerbum Zachæi dicẽtis, Si quem defraudaui, reddo quadruplum. de quo tangitur xiiij. quæstio. v. nõ sane. in fi. unde sanum est consilium, quod de hac pœna quilibet humiliter misericordiã petat. & de hac pœna quadrupli plene not. s. de rapt. §. intra quod tempus. & §. seq. Sed nunquid is, qui suum recuperat, tenetur cedere actiones suas contra alios, q damnum dederunt: scripsit Rayn. quod sic, in iudicio animæ: quamuis in ꝯtentioso iudicio non teneatur: nisi fortè is q satisfecit insolidum, principalis esset, ut sic non ab uno insolidum, sed à pluribus pro partibus exigatur. in foro autem contentioso non uideo qua fronte is, qui propter propriam punitur contumaciã, possit petere cessionem ff. de adminis. tuto. si plures. ii. ff. de tute. & ra. distra. l. i. §. nũc tractemus. s[ecundu]m Ray. Quod dicit de cessione facienda in iudicio animæ, non uidetur fructuosum multũ, cũ nec ex tali cessione agi possit: nisi uelis intelligere, quod de uoluntate ꝯfitentis publicetur: sed necex hoc in foro contentioso agi poterit, obstantibus legibus suprà proximè allegatis. dicas ergo, quod siue cessio facta sit, siue non, alij, qui nihil soluerunt, ad releuãdum illum qui insolidũ satisfecit pro suis partibus, sunt efficaciter inducendi. nam soluens utiliter gessit negotium eorum, ergo tenetur habere ratũ quod facit, & ei satisfacere. arg. ff. de negociis gestis cùm pecuniam. & l. soluẽdo. & l. Pomponius. in fi. & l. sequen. respon. i. & §. i. Quid si neuter raptorum dominus erat, nec vnus magis animauit alium, quàm alius ipsum sed simul conuenerunt de faciendo tali insultu, uel tali rapina committenda, quilibet tenetur insolidum ut patet in concor. signa. suprà, eodem uersic. sed nunquid hi, qui sequuntur. etiam si vnus solus per se hoc non potuisset perfecisse: ut ꝓbatur apertè. ff. ad legem Aquil. ita uulneratus. §. fin. ff. arbo. furtim cæsa. si plures ff. de furtis. ff. si quis testa, liber esse iuss. fu. l. i. Aliqui tamen dicunt, quod sufficit, si quilibet pro parte sua satisfaciat. Sed primum non solùm tutius, imò uerius est. Quid de his qui non consentiunt, recipiunt tamen de præda scienter ex dono, uel etiam ignoranter: sed posteà audiunt ueritatem? quatenus habuerunt, tenentur restituere: ff. si certum petatur. si & me & Titium. ff. de condit. indebi. nam hæc natura. nisi fortè hoc cõsumpsissent, antequam intelligerent ueritatem. C. de rei uendi. certũ est. ff. de usuris. qui scit. §. fi. ad hoc. ff. de pe. hære. si à domino. §. fi. & duab legib. seq. Sed quid de his, qui inde comedunt, uel induuntur? uidetur quod uxor & familia, qui non habent aliunde unde uiuãt excusentur, dũ tamen peccato non cõsentiant. Sed raptorem ad restituendum & corrigendum inducant. arg. xi. q. iij. qm multos. infr. de sentẽ. excom. n. uicatio. inter alia. & c. si uere. sed & prædicatores gerentes negociũ spoliatorum in hoc casu propter hoc excusantur: j. tit. j. cũ uoluntate. respons. i. §. i. Et hoc dicit Ray. uerum esse, si spes sit de correctione, & cum moderamine tali, ut per hoc non subtrahatur facultas restituendi spoliatori in totum, uel magna parte argu ii. quæst. vj. anteriorum. §. illud. Quid ergo faciet vxor, uel filii, uel familia, si nulla sit spes correctionis. dicit Rayn. quod si sunt aliqua separata de iusto, uiuant de illis: si non sunt, quærant uictum ab amicis suis, uel consanguineis, uel aliis personis honestis: uel quærant uictum propriis manibus, seu ostiatim. & nullo modo comedant de rapina. Sed quid si maritus crudelis non permittit, quod uxor sua de alio comedat, nũquid morietur fame mulier ista? Non: imò habet triplex remedium, s[ecundu]m Rayn. Primũ est, ut uiuat de dote sua, uel sponsalitio. Secundum est, ut denunciet hoc talib. qui maritum cõpescant, uel etiam Episcopo. ii q. i. si peccauerit. xxii. q. v. hoc uidetur. sed hæc duo remedia inania sunt. tanta potest esse tyrannia mariti, ut patet s. quod met. cau. ca. i. Tertium est, quod ubi aliud facere non pot, ex quo ita arctata est, poterit inde comedere, nec tenetur: quia tẽpore necessitatis rãtæ etiam à furto excusaretur in totum, licet si periculũ mortis non immineat aliquod peccatum cõmitteretur. & ideo aliqua pœnitentia iniungeretur. sic intellige suprà. de furtis. si quis per necessitatem. hæc enim necessitas legem non habet. de conse distinct. i. sicut. & di. i. discipulos. semper tamen tutius est, quod talis rem restituat. si potest. & ad cautelã, bonum est, pœnitentiam agere: arg. supra, de homi cap. ii. v. dist. ad eius vero cõcubitum, proponat & in animo, quod quã cito poterit illud reddet. in omni autem casu reddat uiro debitum, nisi aliud subsit impedimentum: xxxiii. q. v. si dicat. & c. secundum. & c. vna.

6 Sed quæ forma ſeruanda eſt in reſtitutione illicitè acquiſitorum. Hæc, ut ſemper primo ſatisfaciat ſpoliatis,uel damnum paſſis,vel eorum hæredibus regulariter, ſi inueniri poſſunt.3.q.1.reintegrãda.s̃.de reſt.ſpol. per totũ. s̃. de uſuris.cùm & tu.& intelligas ſatisfactũ, ex quo ex corde remiſerũt,qualitercunq; ſatisfactũ fuerit,etiãſi donauit is,cui erat reſtitutio faciẽda:licet aliq dicãt ꝯriũ,dũ tñ ſit pſona,quę donare poſſit:quę donatio ex quo pfecta eſt penitẽtia,non reuocat: ſup quo uide qđ no.s̃.de vſuris.§ qua pęna. ſub §. alia à iudice. uer.quid ſi fœnarator.& ſeq.& præced.& s̃. e ſub §.quid de muliere.uer. verũ,ſi propriũ nõ habet.& s̃.de ſolu. §. quid ſit ſolutio.& de dona.§.qs poſſit donare.& §.& qd.& § qualiter reuocetur.uide tñ ordinẽ ſolutionis faciendum: ut not. s̃. de teſta. §. ad quid hęres.ſub §.tenet.uer.ſed cui dẽt primò ſoluere & hoc verũ eſt,vbi in præiudiciũ alterius acqſitũ eſt:puta qa rapiũ eſt, vel extortum ab aliquo,uel per iniuriam commiſſum: ita quòd intereſt illius cui debet fieri reſtitutio, qualitercunque etiam interſit:puta deflorata eſt uirgo.quod dic ut no.s̃.de ſpõ ſub rub. de matrimoniis.§ qualiter contrahatur.uerſ. hoc enim iudicio eccleſiæ.& ſeq.vel quia intereſt,quo ad famam:ut no.s̃.e ſub §. quid de accuſatorib.uer.obligantur etiam tales.idem eſt,ſi interſit hæredis alicuius,ſicut patet s̃.e.ſub §.quid de muliere.& multis aliis ſub §.ſe Vbi uerò nullius intereſt,eſt tamen aliàs illicitè acquiſitum, ita quòd ſine peccato retinere non poteſt,ſicut poteſt exemplari per id,quod no.s̃.e.ſub §.quid de his qui excommunicati.Item & ubi alicuius intereſt.tamen neſcitur quis, vel vbi ſit ipſe,vel hæres eius eſt totum pauperibus erogandum:uel etiam ſibi pro eleemoſina,ſi egeat,relinquendum. ſicut patet in his quę notantur s̃.e.ſub §.quid de teſtibus.& ſub §.quid de aduocatis.& ſub §.quid de prædam ementibus. uerſic.quid ſi raptor, idem & donator, & ſeq.debent poni talia in pias cauſàs, & maximè in alimoniam pauperum,vel redemptionem captiuorum.ar.s̃.de pig.c.1.x.q.2.hoc ius.& præcipuè in villa.vel ſi uilla neſcitur in diœceſi,ubi talia ſunt commiſſa authoritate diœceſani.ar.88 diſtin.epiſcopus gubernationem.x.quæ.j.regenda.& c.ſeq.12.q.2.quatuor.& ca.ſeq.6.q.3.placuit 3 q.6.c.1.s̃.de pœnis.c.2.s̃.de ſucceſ.ab inteſta.c.fi.s̃ de Iudęis.cum ſit.de rap.ca.j. s̃.de teſti.Ioannes.& c.tua.& c.nos quidem.& in auth. de eccle. tit.§.ſi autem pro redemptio.colla.9.C.communia de ſucce. in l.Federici quæ incipit,omnes peregrinos.§.j.C.de Epiſc.& cler. nulli licere.ff.ad muni.qui vico. Sed & aliquoties omnino redditur pecunia illi,qui eam illicitè dedit:quod dic,ut not.s̃.de ſimo.§.ſi.aliquoties eccleſiæ:ut ibidem no. aliquoties ſuperiori: ut no.s̃.e.ſub §.quid de prælatis.uer.ſed cui fiet reſtitutio. Quid ſi is,qui tenetur reſtituere factus eſt non ſoluendo? Poteſt diſt. vtrum nihil omninò poſſit reddere:uel poſſit aliquid,ſed nõ totum,vel non poteſt commodè, ſ.abſq; periculo ſuſtentationis ſuæ,necnon vxoris,atque familiæ. Vbi nihil omnino poteſt ſoluere ſeu reddere:ſufficit contritio & propoſitum reddẽdi,quãdo commodè poterit:14.quæ.7.ſi res.s̃.de ſol. Odoardus. quod verum eſt,ſi nota eſt paupertas:s̃.de vſuris.cùm tu.§.pe talis eñ nec excommunicari debet,vt dicit, illa,dec. Odoardus. nec aliqua pœna mulctari: ut dicit, illa.cùm tu.Sed qualiter intelligis,quod ſit nota paupertas,& quidẽ quando cedit bonis,ideoq; tali debet ſacerdos conſulere,ſi de paupertate dubitat,qđ bonis cedat,ſecundum ea quæ no.s̃.de ſolu.§ quis ſit effectus. ſub §.hoc autem notandum. Sed nunquid ſufficit hæc ceſſio, ita ꝙ nulla ſit alia pœnitentia iniungenda? Non, quia nec ſolutio nec ſatisfacto facta etiam plenariè ſufficeret:vt not.s̃.eo.ſub §.quid de prædam ementibus.uer.quid ſi rapto.nam licet ceſſio ſeu ſolutio,quo ad ſatisfactionem leſionis,ſeu iniurię proxim. ſufficiat:adhuc tamen non eſt eccleſiæ ſatisfactum,ſicut aliàs dicitur j̃. tit.j.cùm deſideres.§.ſi ergo iudex eccleſiaſticus,& Chriſti vicarius pro iniuria in læſione proximi facta Deo,qui præcepit,Nõ furtũ facies In quo omnis iniuſta & illicita alieni occupatio ſiue acquiſitio prohibetur:qui etiam dixit: Diliges proximum tuũ, ſicut teipſum,& pro tranſgreſſione diuini pręcepti prędicti iniungunt pœnitentiam ſalutarem. & ſic eccleſiæ ſponſæ Chriſti, cuius authoritate hoc fit,& ſponſo ſuo Chriſto ſimiliter ſatisfaciet ſecũdũ ea quæ no.s̃.e.§. quæ pœnitẽtia.& in hoc ſæpe delinquunt plurimum ſacerdotes,qui credentes ſufficere ſatisfactionem,nihil aliud imponunt,ſed ſimpliciter abſoluunt In hoc ẽt ſæpe delinquunt multi peccatores,qui credunt ſibi ſufficere, ꝙ ſatisfaciant:nec tranſgreſſionẽ quam fecerunt poſteà confitentur. Sed certè ex quo qui ſemel hoc peccatum commiſit quantumcunq; pœnitentia ducatur,& non confiteatur hoc contemnens,intelligas innocens eſſe non deſinit,ſicut alias dixit lex. ff. de redhib.actio.quis ſit fugitiuus.ff.de furtis qui ea mente. ff. vi bono.rapto.non prodeſt.Si uerò non eſt ſoluendo omnino,ſiue ſimpli-

ADDITIONES.

a Vxor penè eſt de familia. ¶ Adde Pau.de Caſtr.in l. etiam.in j.column. C.de teſt.

b Quid de filiofamilias. ¶ Adde Pau.de Elea.in cle.ij.de vit.& hon.cler.& per Phil.Franc.in c.licet.in ult.no.de ſep.lib.6.

ue simpliciter: putà quia potest in parte, vel in totum satisfacere, sed non potest commodè: tunc sacerdos debet talem inducere ad contritionem, & veram pœnitentiam peragendam: hoc modo dicat: fili, quid vis eligere de his duobus: uel restituere id quod potes, & pœnas gehennæ euadere, & cum Deo æternaliter gloriari: vel non restituere, & in perpetuum cum diabolo tormentis intolerabilibus cruciari? si dicit quòd eligit tormēta: inducat eum ad contritionem secūdum doctrinam traditā s̄.e. § quibus & quot dietis. sub §. quæ inducunt contritionem. & §. quæ inducunt hominem. si nullo modo potest induci, apparet quòd ei non potest dari pœnitentia, sed consilium tantùm: qđ dicut no. s̄.e. § & an fictè pœnitent. ver. si qui incipit, sed quid si quis dicat. & § & ad quid tenetur. sub § primo. uersic. sed pone. & § quis sit effectus. ver. vt ad hoc etiam. Sin autem a principio, vel ex post facto per inductionem discreti sacerdotis eligit præmia, & conteritur de peccato: tunc dicat ei sacerdos, ꝙ emēdet statim, uel intra certum tempus quicquid potest commode emendare: & de aliquo petat ueniam humiliter, & deuote, si potest ipsam inuenire, bene est. sicut statim not. s̄.e. sub §. respon. 1. Si non potest, tunc cum uoluntate illius cui debet satisfieri, paulatim singulis mensibus uel annis, uel aliis temporibus emendet quod poterit, uel componat, uel conueniat amicabiliter cum ipso læso, siue spoliato, ei de suis reditibus moderatè, ita quòd sibi uita remaneat, quousq; plenariè satisfactum fuerit, assignando. & iunge quod no. s̄.e. sub §. quid de quæstis. uer. quid si difficilis sit restitutio. & sub § quid de rapina. uer. sed quid si unus. & seq. Quid si plures sunt, & alii uolunt dilationem cōcedere, uel in totum remittere, alii nolunt? Tunc debet ei sacerdos consulere, quòd uadat ad iudicem cōtentiosum: & procedat, sicut notatur suprà de solutionibus §. quis sit effectus. sub §. hoc autem. uer. quid si plures sunt creditores. & seq. Quid si nullam potest inuenire misericordiā? Tunc absq; dilatio ne tenetur satisfacere, uel bonis cedere: quia talis peccator semper est in mora. ff. de cōdictione furtiua. iure fiunt. & ar. s̄. de simonia. cū in ecclesia. s̄. de testamentis. filius noster. maximè ubi læsi egent, & fame pereunt, ne interueniente paululum mora inuenire non ualeant, quid redimant: de cons. dist. 4. uenerabilis. & c. seq. & cap. ne quod absit. & dist. quinta. baptizari. semper enim uitāda est mora, ubi timetur periculum, ut ibi. & xxviii di. Syracusanæ. & s̄. de electionibus. cùm inter uniuersas. & c. ne pro defectu. Sed quid si non immineat tale periculum, & is qui tenetur restituere, non potest induci ad restitutionem statim faciendam, nec is cui debet fieri restitutio addilationem aliquam concedendam: puta quòd discretus sacerdos potest suam conscientiam informare, ex eo quòd intendit gerere negocium creditoris. Nam si uidet, quod alter non potest recuperare in perpetuum, uel non ita citò, uel non ita commodè, potest, recepto iuramento, & alia sufficienti cautione, si habere potest, dilationem concedere: & sub hac conditione si hoc adimpleuerit intra diem, absoluere peccatorem: ut sic creditor quod ei debetur recuperet, & ne peccator recedat à presbytero desperatus. ad hoc facit quòd no. s̄. eo. sub §. quid de prędam ementibus. uer. si quis emat rem. cōprobantur hæc de negociis gestis. soluendo. ff. de minoribus. l. ait prætor § primo. ff de pignoratitia actione. solutum. §. solutam. ff. de solut. soluere. Sed pone, quòd guerra fuit inter duos milites, vel principes: & hincinde iniusta, multa etiam damna hincinde data sunt, posteà facta est pax inter ipsos, & damna hincinde data remissa nunquid hæc remissio extenditur ad homines, & ualitores utriusq;? Non uidetur, nisi de consensu eorundem sit facta. ar. C. de transact. l. j. & l. transactionis placitum. & l. præses. & l. ubi pactum. s̄. de maioritate & obedientia. ca. si ff. de transactio l. 3. & l. qui cū tutoribus. & l. nulli. ff. de pact. si unus. & § pacta. uer. & in summa. & l si conuenerit. uel nisi forsan aliter non possit haberi pax: ubi quidem utiliter partis geritur negocium utriusq;. & sic potest intelligi ff. de pactis conuent. aliter. quomodo possum remittere ius hominis mei, cùm nec possum ab eodem tantundem extorquere sine rapina: ut patet in his quæ no. s̄. e. sub §. quid de questis. Quid de illis qui simul furtum commiserunt, uel rapinā: nunquid quilibet potest absolui restituendo id quod ad eum peruenit, cùm nec ad aliud induci possit? Vide quod not. s̄. eodem uersic. sed quid si non immineat. & sub §. quid de rapina uersi. quid si neuter raptorum & præcedentibus. Si hanc formam contemnet peccator, non est ei securitas permittenda: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: xiiii. q. vj. si res. ideo considerare debet talis uerba Aug. dicentis. Nihil uilius, uel miserabilius, quàm propter nummum Deum contemnere. nihil enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uerò suæ faciat detrimentum. s̄. de simo. Matthæus. in fin. faciet ergo posse suum, dum uiuit, dum sanus est: & tutus recedit hinc & securus: xxii q. v. faciet de pœnit. dist. vij. ca. 1. & 2 Cætera quæ circa hanc restitutionē deficiunt, s̄. sub diuersis titulis huius summæ plenissimè poteris reperire. & infrà tit. primo per totum. Hoc autem in summa notent & retineant sacerdotes, quod secūdum quod maior, uel minor fuit fraus, uel dolus, uel uiolentia minor, uel maior: debet esse discretio iudicantis, & ubi maior apparet contritio, maior est uenia, uel remissio misericorditer faciēda. Sed & quia quasi totus mūdus, uel ferè libenter occupat alienum & difficulter restituit. Vnde hoc uitio quasi totus est irretitus: quia à maiori usque ad minorem omnes auaritiæ student, sicut notatur suprà eod. § interrogationes. sub §. de auaritia. sic debet sacerdos æquitatem rationabilem seruans per medium currere, ne seueritate, uel remissione nimia aliquos sibi confitentes desperatos, uel nimis securos relinquat, & sic perire faciat quos ad rectam uiam ab inuio discreta æquitas poterat reuocare. Instruant etiam raptores & omnes iniuriatores, ac eorum complices medici animarum, & spirituales iudices, ut semper ab his, quos offenderunt, humiliter ueniam postulent: nec illi remaneant in rancore, sed potius hinc & inde sic ex toto corde, non ficto, sed uero sibi admuicē remittant omnia, ut à patre cœlesti peccatorum suorum remissionem plenissimam ualeant obtinere. Hæc omnia ad correctionem peccatorum, doctrinam confitentium, & instructionē simplicium sacer todum scripsimus, cùm enim in foro penitentiali non de periculo sanè agatur: sed animæ, quæ est preciosior omnibus corporibus, & mundanis, & aliis: & inimicus hominis astutus, expertus & callidus hostis noster, infinita retia tendens circumeat, quærens quem deuoret, cauere debent & laborare uigilāti studio Speculatores, Pastores, Aduocati, Medici, & Magistri animarū omniū dormitationē, & dormitatione, pcul pulsa & ignorantia, quæ tales non excusat: j. de reg. iur. pen. regul. ut omnibus circunstantiis diligēter scrutatis, & consideratis, tales penitentias iniungant, quòd in die iudicii audire mereātur, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, sup multa te constituam: intra in gaudium Domini tui: ad quod nos perducat Iesus Christus filius Dei uiui: qui cum patre & Spiritusancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

DE REMISSIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Sacerdos quid remittat in pœnitentia.*
Et an possit commutare pœnitentiam alicuius pœnitentis. 4.
2 *Iudicium est triplex.*
3 *Remissio an fiat æquè per malum, vt per bonum ministrum.*
5 *Remissiones quis possit facere.*
Et quibus prosint. 6.
Et ad quid & inquantum ualent. 7.
Et vbi operantur. 9.
8 *si alicui est iniuncta pœnitentia septennis, & ipse dat septem denarios pro indulgentijs acquirendis, an sit liberatus.*

HIc videndum quid remittit sacerdos in penitentia, Vtrum fiat remissio æquè per malum ut per bonum ministrum, Et an sacerdos possit commutare penitentiam alicuius penitentis, Quis possit facere remissiones. Quibus prosint. Ad quid ualent. & inquantum, Vbi operantur.

1 Quid remittit † sacerdos in penitentia? Videtur quòd nihil. nam in ɔtritione Deus deleuit peccatum, & mundauit peccatorem: ut patet in his quæ notantur s̄. eodem sub rub. de penitent. § quibus & quot dietis sub §. illud. uer. hæc ultima opinio. & seq. ergo sufficit, quòd semel mundatus sit: nam in mundato quid mundabitur? Maximè ex quo mundatus est à Deo, qui opus imperfectum non nouit. s̄. de baptismo. maiores. §. sed adhuc quæritur & sic uidetur quòd nihil operentur illæ claues, quas Dominus dedit sacerdotibus, dicens: Quorum remiseritis peccata, &c. Ad hoc notandum, ꝙ in hoc loco dicuntur claues scientia discernendi inter peccatū, & peccatum: & potestas soluendi atq; ligandi: ut uigesima dist.
a § primo. & dicunt aliqui quòd hæ sunt duæ claues: [a] vt in dicto §. satis colligitur. & ex eo quòd Dominus dixit claues in plurali vt & legitus j. eo. noua quædam. s̄. de pęnis. ca fin. & secundum hoc sæpe contingit, quòd aliquis habet unam clauem sine altera: puta potestatem sine scientia, vel scientiam sine potestate: tamen

ADDITIO.

a Hæ sunt duæ claues. ¶ Adde extrauag. incip. quorundam mentes. Doct. in cap. tanta. de exces. præl. Pet. de Anch. in repet. reg. peccatum. de reg. iur. lib. vj. in iiij. oppo. principali. Card. Zab. in repet. ca. nostro. de pœn. & rem. Dom. in c. vt constitueretur. in iiij. not. 51. dist. Abb. in c. j. in §. vna verò. de sum. tri. Aug. de Anch. in tract. de potestate Papæ. quæ. xx. art. iij. S. Th. in iiij. sent. dist. xviij. sent. j. & ij.

men ſcientia non dicitur clauis, niſi in illo qui poteſtatem habet: & ſecũdum iſtos ſacerdos ſimplex & idiota licet poteſtatẽ habeat, non tamen poteſt abſoluere, vel ligare, cùm ſcientia careat. ar. ſ. de cõſan. c. I de pœn. diſtinctione ſexta §. ſi. Alii dicũt quòd non eſt niſi vna clauis tantùm, quæ quidẽ eſt poteſtas ſeu iuriſdictio. dicuntur tamẽ claues pluraliter, propter plures eius effectus, qui ſunt ligare, & ſoluere, vel claudere, uel aperire ad inſtar clauis materialis. ideòque, & in ſingulari, & in plurali ponit ſ. de exceſſibus præl. tanta. reſp. 1. ſcientia autem clauis. non eſt, ſed neceſſaria eſt poteſtatem habenti, ſicut lucerna in tenebris ambulanti, ne aliàs accidat quod dicit Dominus: Si cæcus cæcũ ducat, &c. ſ. de ætate & qualitate. cùm ſit ars artium. Poteſt dici, quòd duæ claues ſunt. vna, quo ad poteſtatem ſpiritualium alia quo ad poteſtatem temporalium: vt no. ſ. qui filii ſint legitimi. §. qualiter & à quo. ver. ergo quo ad maioritatem. vel duæ claues ſunt ut exáminãdi, & diffiniendi in iudicio dubia, & per cenſuram eccleſiaſticam coercẽdi: cuius exercitium committit eccleſia iudicibus ſuis, quamuis non ſint ſacerdotes: ſ. de elec. tranſmiſſa. & de ætat. & qual. à multis. aliàs audiendi, & ſoluendi, & coercendi peccatores de plano & ſine ſtrepitu, & reconciliandi peccatores: & hanc non habet, niſi ſacerdos: uel breuius, vna eſt fori contentioſi: alia uoluntarij pœnitentialis: ut nota. ſ. de ſenten. excommu. §. quis poſſit excommunicare. ſub §. nedum autem ius. Sed ſiue dicas unam clauem, ſiue duas, hæc eſt rei ueritas, quòd quicquid ligatũ eſt in terris à ſacerdotibus, ligatum eſt & in cœlis: ſubaudi tu, claue non errante, aliàs cõtra: ut patet ſ. de ſent. excom. à nobis. 2. ſacerdotes autem hanc poteſtatem habent à Domino dicente, Quorum remiſeritis peccata, &c. nec obſt. quod ſingulariter dictum eſt Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum: quia ſecundum Greg ſicut Petrus reſpõdit unus pro omnibus: ſic & ei reſponſum eſt, & data poteſtas uni pro omnibus. Itẽ quia illud fecit Dominus ad notandã eccleſiæ unitatem, ut Petrum caput omnium oſtenderet, ut patet xxiij. q. j. loquitur. &c. quodcunq;. Dicendum eſt igitur quòd & ſi ſolus Deus dimittat peccata: tamen ſacerdos officium ſuũ exhibet pœnitentiã iniungendo. unde Ambr. Verbũ Dei dimittit peccata, ſacerdos eſt iudex: de poe diſt. 2. uerbũ Dei. Hie Quibus Dominus dmittit peccata, tegit ne in iudicio reuelentur: & de hoc no. ſ. eo. ſub rubr. de pœn. §. quibus. & quot dietis. ſub §. illud. uer. ſacerdos. & j̃. eo. §. ad quid ualent. uer. illud etiam cõſulimus. Sed & ſacerdotes parcunt in pęnitentiis, & abſoluunt. Augu. Sacerdotes poſſunt confitentibus parcere, quibus enim remittunt, remittit Deus. Item cùm ueraciter ad Deum cõuerſa peccata dimittuntur, ab eis admittunt, quibus ipſi ueraci conuerſione coniungitur. Idẽ ſacramentum gratiæ dat Deus etiam per ipſos, malam uerò gratiam nõ niſi per ſeipſum, uel per ſanctos ſuos: & ideò remiſſionem peccatorum, uel per ſeipſum facit, uel per ipſius columbæ mẽbra: quibus ait: Si cui dimiſeritis &c, Remittit igitur ſacerdos ſatisfactionem de peccatis, uel in totum, uel in partem quò ad offenſionem Dei, & Eccleſiæ. licet oneret ſe ſi incautè hoc faciat: ut patet in his quæ not. j̃. eo. §. ad quid poſſit. & §. ad quid ualeant. uerſi. tu teneas. & uerſi. fateor. & uer. illud etiam conſulimus. Satisfactionem autem priuatam remittere non poteſt. Nam ſi peccator habeat unde ſatisfaciat, non remittitur ei peccatum niſi reſtituatur ablatum, ſecundum Augu. ſ. de uſur. cũ tu. §. j. xiiij. q. vj. c. j. ſed ſi nota paupertas eum excuſat, ſufficit contritio. Eſt tamen ei loco reſtitutionis, q̃ facere nõ poteſt, alia pęnitentia iniungenda, ꝗ dic ut notatur ſ. ſub rubr. de pęn. §. fi. ſub §. fi. uer. quid ſi is qui tenetur. & ſeq.

Dicuntur autem ſacerdotes ligare, & ſoluere multis modis. Primò ligant, uel ſoluunt, id eſt, ligatum, uel ſolutum oſtendunt, ſicut patet in leproſis, quos Deus primò per ſe mundauit: demum ad ſacerdotes miſit, per quos oſtenderentur mũdati eſſe. Item in exemplo Lazari. Nam etſi quò ad Deum aliquis ſit abſolutus: non tamen quò ad Eccleſiam, niſi ſacerdotis iudicio declaretur: & ſecundum hoc intelligitur illud Amb. Quantumlibet mortui fętor ſit, aboletur omnis: vt j̃. poſtquam ſacrum redolet unguentum, & ſurgit defunctus, & ſolui iubentur eius uincula: quia adhuc in peccato eſt, &c. de pęn. diſtinct. j. quantumlibet & j̃. de ſenten. excom. à nobis. Secundò ligant, cùm ſatisfactionem imponunt confitentibus, uel ſoluunt ea, cũ de ea aliquid dimittunt, uel per eam purgatos ad Sacramentorum communionem admittunt, unde Leo: Chriſtus hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut confitentibus pęnitentiæ ſatisfactionem darent: & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent: & hoc ad poteſtatem clauium pertinet. unde Aug. Fruſtrat claues Eccleſiæ, qui ſine arbitio ſacerdotis pęnitentiã agit, ſi ſine oris confeſſione criminis indulgentia impetratur. Tertio ligant uel ſoluunt excommunicando, uel ſententiam relaxando, de quo ſatis tractatur j̃. de ſent. excommunica. & ſecundum hoc exponenda eſt illa authoritas xxiij. quæſ. 1. quodcunque. & ſic ſcilicet dicas: Ligat Petrus aliquem, l. ligatum eſſe oſtendendo: ſoluit Petrus aliquem, ſolutum eſſe demõſtrando. Ligat Petrus pęnitentiam uſq; ad certum tempus iniũgendo, ad quam peragendam, ex quo ſic iniuncta eſt, ligatus eſt peccator: ſoluit Petrus ipſam pęnitentiam relaxando ſiue remittendo, id eſt, ſatisfactionem iniunctam. Nam ſolus Deus peccata dimittit, ut dictum eſt, Item ligat Petrus excommunicando, & abſoluit abſolutionis beneficium impendendo. ſecũdum domi. Hug. Cardin.

2 Sed† & notandum quod triplex eſt iudicium. Primũ Dei, quo Deus mundat animam in contritione: & hæc duo ſequentia præcedit tempore, & dignitate, & effectu. eſt enim hoc iudicium illius qui claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit, ſecundum Raynu. Quid ergo, ſi quis non contritus accedat ad ſacerdotem, & confiteatur & abſoluatur: poſteà tamen conteritur? Videtur quòd non ſit fructuoſa confeſſio talis: quia contritio præcedere debet, ut præmiſſum eſt. Alij dicunt quòd non eſt uis, dummodo poſteà ſubſequatur. Secundum eſt iudicium Petri ſiue ſacerdotis in Eccleſia militante: de quo ſ. dictum eſt: quòd tribus modis exercetur ut nota. ſ. eodem. ſub §. dicuntur. Tertium iudicium eſt approbationis Eccleſiæ triumphantis, ſcilicet, cœleſtis curiæ approbantis in cœlis abſolutionem, uel ligationem Eccleſiæ militantis factam in terris: unde Greg. tunc uera eſt abſolutio præſidentis, cùm æterni ſequitur arbitrium iudicis. xj. q. 3. tunc uera. Leo: Manet Petri priuilegium ubicunque ex ipſius æquitate fertur iudicium. xxiij. q. j. manet.

3 Vtrum †fiat remiſſio æquè per malum, vt ꝑ bonum miniſtrũ. Quidam dicunt quòd non: unde Aug. Remiſſionem peccatorum, uel per ſeipſum facit Deus, uel per columbæ mẽbra. Origines, Hæc poteſtas ſoli Petro cõceſſa eſt & imitatoribus Petri. Amb. Iudicet ipſe de alterius errore, qui non habet quod in ſeipſo condemnet. Greg. In grauibus peccatis qui poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit: quia cùm is qui diſplicet, ad intercedẽdum mittitur, &c. iij. q. vij. iudicet. & cap. grauibus. Dicas quòd per bonum miniſtrũ fit remiſſio, ex officio, & uitæ merito: ꝑ malum uerò, etſi non ex merito uitæ, quia illud in tali deficit: fit tamen ex officio quamdiu ab Eccleſia toleratur: unde Matth. xxiij. Super cathedram Moyſi [a] ſederunt Scribæ & Phariſæi: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Aug. Dictũ eſt à Domino in Num. ad Moyſen, & Aaron: Ponite uos nomen meum ſuper filios Iſrael. Ego Dominus benedicam eos: vt gratiam traditio per miniſterium ordinati transfundat hominibus: nec uoluntas ſacerdoti obeſſe, aut prodeſſe poſſit: ſed eſt meritum benedictionem poſcentis. 1. q. 1. dictum. Cætera quæ circa hunc articulum deficiunt, plenè nota. ſ. de tempo. ord. §. à quo. uer. hæc igitur ſit fides tua & de coha. cler. & mul. §. quid ſit notorium uerſi. ut autem præmiſſorum.

4 Et† an ſacerdos poſſit commutare pœnitẽtiam alicuius pœnitẽtis. Et dicas ꝗ ſic. dum tamen ſubditus ſit: ſed ex cauſa hoc facere debet & diſcretè, xxxj. diſt. presbyter. excipe tamen uota reſpectu ſimplicium ſacerdotum. quod dic ut not. ſ. de uoto. §. qualiter & cuius authoritate. & §. vtrum & per quem & caſus ad epiſcopum pertinentes. quos no. ſ. e. ſub rub. de pœnitentiis. § cui confitendum ſit. ver. nec in hoc requiro. & ſeq.

5 Quis† poſſit facere remiſſiones. Et quidẽ priuatas quæ fiunt in confeſſionibus quilibet ſacerdos habens curam, vel de licentia ipſius quiuis alius, in his quæ ad ipſum pertinent: & in quantum poteſtas ſua extenditur, facere poteſt, vt apparet in his quæ no. ſ. eo. § prox. & § quid remittit. & ſub rub. de pœnitentiis. §. cui. & §. an ficte ſub § quid de operibus. ver. ad hoc dicas. & ſeq. Generales autem & ſolennes quæ ſcilicet fiunt in prædicationibus & ꝑ literas pro ædificandis hoſpitalibus, eccleſijs, vel reædificandis pontibus, uel aliis piis locis, vel cauſis, epiſcopali dignitati annexæ ſunt: & ideo ab inferioribus fieri non poſſunt: etiamſi abbates ſint. ſ. de exceſ. præla. accedentibus. epiſcopi autem per totã ſuam diœceſim: & archiepiſcopi per totam ſuam prouinciam tales remiſſiones facere poſſunt. vt j̃. e. quòd autem. & c. pe. Sed caueant quòd nõ excedant ſtatutum numerum in concilio generali. j̃. e. noſtro decernimus. vt cùm dedicatur baſilica, nõ extendatur indulgentia vltra annum, in ipſa ſ. dedicatione, ac deinde in aniuerſario dedicationis temporis 40. dies de iniunctis pœni-

ADDITIO.

a Super cathedram Moyſi. ¶ Adde tex. in c. omnia ſacramenta. j. q. j. ca. ſecundum. xix. diſt. & in c. ſacerdos iij. q. vij.

pœnitentiis indulta remiſſio non excedat, & hoc obſeruandũ eſt ſiue ab uno ſolo, ſiue à pluribus epiſcopis dedicet. q.d. ſi centum ſint epiſcopi, nolumus tamen ꝙ cuilibet annum det: ſed omnes ſimul annum tantùm diuidant ſicut placet, vt ſic in hoc caſu tantum poſſit vnus ſolus, quantum centum.

Quid ergo Si quilibet dederit vnũ annũ? vel quilibet xl. dies in vna prędicatione, certè de conſuetudine ita fit tota die: ſed hoc ꝯ mentem conſilii generalis, quod ideo arctauit epõs, ne ꝑꝑ huiuſmodi remiſſiones indiſcretas & ſuperfluas contingat contemni claues Eccleſiæ, & ſatisfactionem pœnitentiæ eneruari: vt patet ĩ. eod. cum ex eo. §. ad hoc. quia per indiſcretas. Ergo quod contra legem fit. per legem diſſolui meretur. l. diſtin. vides, vel dicamus indulgentias ualere quo ad præterita: quia multa fieri non debent quæ tamẽ facta tenent, ſ. de iureiur. quemadmodum. & ne contingat populum decipi: prælati tamen qui hoc fecerunt, agant pœnitentiam, & in poſterum caueant, ne excedant. arg. ſ. de conſe. Eccl. vel alta aqua Sed & in literis conceſſis huius indulgentiæ. xl. dierum numerum non excedant. infra eo. cum ex eo. in fine. Quid ergo ſi eidem domui conceſſit diœceſanus xl. dies Metropolitanus alios xl. dies, & vna & eadem die leguntur huiuſmodi literę in vno & eodem loco? nunquid dans eleemoſynam, habebit lxxx. dies? ſic. ſi fiat obtentu indulgentię vtriuſque quia neuter excidit, vt patet, ĩ. e. cum ex eo. in fin. & cap. pe. Alii intelligunt quòd circa annum reſtringitur poteſtas, non circa xl. dies. q.d. ſi plures ſunt epiſcopi, plures xl. dies dummodo ſimul collecti non excedant annum poterunt concedere: non tamen plures annos. & ſecundum iſtos illa clauſula ſiue ab vno ſolo, &c. præcedentia tantùm determinat, non ſequentia: ad hoc ſ. de appel. inquiſitioni. ſed certe hæc quæ dicuntur de anno, & de xl. diebus contingunt ſe. & eodem modo loquuntur. ergo dicta clauſula & præcedentiæ, & ſequentia determinat, vt probat eadem decr. inquiſitioni. Alii ſic intelligunt illam clauſulam, quòd ſiue vnus, ſiue plures ſint epiſcopi, nullus ipſorum debet excedere ꝑ ſe numerũ. ſed tamen quilibet eorum ipſum concedere poteſt & per hunc intellectum interpretata eſt conſuetudo, quæ optima eſt iuris interpres. ſ. de conſu. cùm dilectus. & facit pro hac interpretatione: quia non prodeſt indulgentia, niſi ſubditis: vt ĩ. eo. quòd autem. & ſic diuerſi ſubditi diuerſorum epiſcoporũ annum tantum, vel xl. dies tantùm reportant, & non vltra, niſi forte vnus diuerſis ſubſit, uel licentiam habeat à ſuo iudice, ſicut not. ĩ. eod. §. proxi. In talibus tamen tutius eſt prælatis primo intellectui adhærere, & potius reſtringere quàm laxare. vnde & Metropolitanis indicitur quòd caueant ne excedãt in talib. ſtatutum prædicti concilii generalis: in auth. d. n. extra e. Romana. §. fi. Sed nunquid electus confirmatus [a] non tamen conſecratus poteſt facere huiuſmodi indulgentias? non videtur: quia epiſcopalis dignitatis ſunt. ſ. de exceſ. præl. accedentibus. & ſic nõ epiſcopus ipſas facere non poteſt, arg. ſ. de conſ. eccl. vel alt. aqua. poteſt dici quòd epiſcopalis dignitatis, id eſt, iuriſdictionis ſunt non dico epiſcopalis ord. & ſic electus confirmatus, ſicut etiam conſuetudo approbat, ipſas facere poteſt. ar. ſ. de elec. trãſmiſſa: quia talis iuriſdictionem epiſcopalem habet, vt ibi: & poteſt ſoluere & ligare, & has remiſſiones facere, ex quo proprius iudex eſt: vt patet ĩ. e. quod autem. Tutius tamen faciet talis, ſi ſe abſtineat: maxime, ſi ſacerdos non ſit: quia talis non videtur habere poteſtatem clauium quò ad pœnitentias iniungendas, vel ipſarum relaxationes: ſed ſoli presbyteri tantùm: vt no. ſ. eo §. quid remittit. circa quæ habent huiuſmodi indulgẽtiæ operari: vt patet ĩ. e. cùm ex eo §. ad hoc.

6 Quibus † proſint. Subditis tantũ illius q indulgãtiã facit, non extraneis: vt ĩ. e. quòd autẽ, & quantũ ad hoc, ſubditi intelliguntur Archiepiſcopi, nedum hi qui habitant in ſua diœc. ſed in tota ſua prouincia ĩ. eo. noſtro. Quid ergo de his qui deferunt diuerſas literas epiſcoporum, & legunt omnes in vno loco, aſſerentes quòd talis epiſcopus facit talem indulgẽtiam, & talis talem? & ſic de ſingulis, nunquid prodeſt conferenti ita quòd omnes remiſſiones capiat. Dicas quod nõ, ſed illi tantùm qui ſubeſt epiſcopo indulgẽtiam facienti, niſi forte & is qui confert, habeat licentiã à ſuo iudice quod tales indulgentiæ ſibi proſint. arg. ſ. de foro cõpet. ſignificaſti. quod in caſu neceſſarium eſt, ſicut no. ſ. eo. ſub rubr. de pœnit. §. & an fictæ penitentię. ſub §. quid de operibus. verſi. ad hoc dicas. & ſeq. Licet autem non proſit hæc elemoſyn. quò ad indulgentiam acquirendam: prodeſt tamen tanquã ſimplex elemoſyna: quia nullum bonum irremuneratum ſecundũ Aug. Sed & viuis tantum proſunt nõ mortuis: ſicut enim membrum corporale putridum, uel reſecatum, uel mortuum non poteſt nutriri vel viuificari cibo corporali: ſic nec membrum ſpirituale corporis Chriſti, quod eſt eccleſia cibo ſpirituali. Ideo excommunicatis hæreticis, ſchiſmaticis, ſic exiſtentib. nõ proſunt orationes, nec ieiunia, nec elemoſynæ. nec remiſſiones: quo ad effectum ſpiritualis nutrimenti. hic tamen eſt diſſenſio, vt patet in his quæ not. ſ. e. ſub rub. de pęn. § quibus mortuis. Sed nec mortuis proſunt remiſſiones huiuſmodi: licet alia ſuffragia Eccleſiæ proſint, quia hęc charitas ſola prodeſt in purgatorio: cũ ſecundum Proſperum ſit in omnibus fidelibus operoſa. de pęnitent. diſt. ii. charitas eſt, vt mihi videtur. in fin. ſed poteſtas clauium nõ habet ibi locũ. Nec obſt. quod Eccleſia ſoluit & ligat poſt mortem. xxiiii. q. ii. profertur. infra de ſenten. excommun. à nobis. ii. quia ibi fit abſolutio ad conſolationem viuorum fidelium, & abſoluitur mortuus, id eſt antequam moreretur abſolutus fuiſſe per contritionem monſtratur. Ligatio verò ſiue condemnatio fit ad confuſionem viuorum infidelium: & ligatus ſiue condemnatus, dum viueret fuiſſe monſtratur. & ſic vitam fuiſſe. Sed in veritate quo ad alios, qui iam morti ſunt, nihil operatur ſecundum dominum Hug. Card. nam vbi te inuenero, ibi te iudicabo & ſiue arbor cadat ad auſtrum, ſiue ad aquilonem, ibi erit argu. xiii. qu. ii. in præſenti ſeculo. xxv. diſt. qualis. vel ubi fit abſolutio quo ad vinculum tantum, & iudicium Eccleſię militantis, ideſt declarationem quandam antequam cum mortuus ſit poſt excommunicationem, nec conſtat abſolutum fuiſſe, non eſt orandum pro ipſo, nec ei communicandum, ĩ de ſent. excommuni. cum deſideres. abſoluit ergo Eccleſia talem poſt mortẽ: nõ quo ad effectum, ſed declarat quod non obſtante vinculo excõmunicationis, omnes Pro tali libere orent: uel mortuum condemnat, id eſt, declarat vt nullus pro ipſo orare præſumat, quod iudicium non ſemper certum eſt: ſed ſæpe fallit & fallitur: ut in dicta decre. ĩ. de ſen excommu. à nobis. ii. nec mortuos, ſed viuos tantum aſtringit, qui ſubſunt Eccleſiæ militanti, & iunge quod nota. ſ. eo. ſub rub. de pęni. §. quando confitendum. ſub §. confitendum. ver. ſi tales, & ſeq.

7 Ad quid † valent & inquãtum. Super hoc diuerſæ ſunt opiniones. nã quidam dicunt quòd valent quo ad venialia tm̃: alii quo ad delicta ignominiæ: alii quo ad pęnitentiam negligenter factam, vel minus diſcete arbitratam & iniunctam: alii quod in purgatorio tantum. ſ. quo ad diminutionem pęnæ ipſius. Tu teneas quod valent ad id, & inquantum cõceſſæ ſunt. cũ enim Papa vocatus ſit in plenitudinẽ poteſtatis, cęteri aũt in partem ſolicitudinis, ij q. vj qui ſe ſcit. ſ. de vſu pal. ad honorem. non eſt tutum ꝯ tantã. poteſtatem clauium diſputare. ad hoc ſ. de exceſſi præl. tanta l. diſt. ponderet. de pęn. diſt. j. agite. Et cùm pro quolibet mortali. peccato, duplex pęna debeatur, ſ. æterna, quę per contritionẽ dimittitur à Deo, & temporalis, q̃ ab Eccleſia imponitur: qđ qualiter intelligatur no. ſ. eo. ſub rub. de pœ §. quibus & quot diebus ſub §. illud. uer. ſacerdos. & ſe. poteſt Eccleſiæ miniſter iſtam pœnam temporalem ex cauſa alleuiare, & in totum, uel partem remittere, ſicut & no. ſ. e. §. quid remittit. ver. remittit igitur ſacerdos. nec refert qualitercunq; Eccleſiæ ſatisfiat, dummodo ſatiſfiat, vt apparet in his qui ibidem no. nã qualitates pœnitentiarũ & tẽpora ſacerdotis arbitrio committuntur. de pę. diſt. j. §. non ſunt hæ. & not. ſ. e. §. quid remittit. Quid ergo ſi Papa [b] facit generalem remiſſionem pro ſubſidio terræ ſanctæ: & aliquis verè pœnitens & contritus aſſumit crucẽ, credens firmiter ſibi omnẽ ſatisfactionem temporalẽ remitti, & ſic moritur? credendũ eſt quod nec purgatorium ſentiat. Quid ſi dat elemoſynam, vt indulgentiam annalẽ lucretur, valet ſibi ad onus pęnitentiæ ſub leuandum: & hoc propter duo, ſcilicet deuotam erogationem, & quia obligat eum qui facit remiſſionem ſecundum Ray. imò ꝓpter firmã fidei puritatem ac elemoſynæ, & clauium poteſtatẽ

8 † Quid ergo ſi is cui iniuncta eſt pœnitentia ſeptennis, dat vij. den. pro talibus indulgentiis acquirendis, nunquid eſt omnino liberatus? ſcribit Ray. quòd hoc nõ poteſt ſcire aliquis mortalis niſi ſibi eſſet diuinitus reuelatum. nam maioritas & minoritas remiſſionum attenditur ſecundum tria, ſcilicet ſecundum maiorem, vel minorem deuotionem ipſius pęnitentiis: & ipſorum qui ſuffragantur: ſecundum numerum eorundem: quorũ menſurã nullus poteſt ſcire, niſi ſolus Deus, & ſic per conſequens neque menſuram remiſſionis. ad hoc de conſe. diſt. iiii. quæras. & diſt. v. non mediocriter. & de pęn. diſt. j quem pęnitet. in fin. Tu dicas credendũ eſſe ꝙ omnino liberatus eſt, quod dubium non eſt, quo

ADDITIONES.

a Nunquid electus confirmatus. ¶ Adde Arch. in c. j. de pœn. & remiſ. libr. vj. Ant. de But. Ioan. de Im. & Abb. in c. tua de his quæ fi. à præal. text. & ibi Abb. in ij. no. in c. noſti. de ele. tex. & ibi Ant. de But. in j. no. in ca. poſt tranſlationem. de renun. Abb. in c. tam literis in j. not. de teſti.

b Quid ergo ſi papa. ¶ Adde gl. in cle. abuſionibus. de pœn. & remiſ. Card. Zab. in c. quòd autem. in iii. q. de pœn. & remiſ. & ibi Ant. Roſel. in ſua repe. idẽ Card. in cle. j. in vj. q. de reli. & ve. ſan. Io. de Im. in cle. de priu. Ab. in diſputa. incip. maximum. Aug. de Anch. in tract. de poteſtate Papæ. qu. xxix. art. j.

est,quo ad Ecclesiam militantem. vnde nec tenetur vlterius ieiu nare:nam per indulgentiam iniunctæ pœnitentiæ remittuntur: vt patet ĵ.eo.cum ex eo.§ ad hoc intra 40.dies de iniūctis pœnitentijs,&c.sed dicas sic: Peccatum remanet impunitū, quòd est contra Au.dicentem, Nullum malum impunitum. nullū bonū irremuneratum respondeo:nullum est impunitum, quia Christus peccata nostra tulit: & pro peccatis nostris mortuus est: & pro nobis omnib passus est. Sed minima gutta sanguinis Christi sufficeret ad expiationē omnium peccatorū & redemptionem omnium hominum qui vnquam fuerint, vel esse possent, cum respectu Dei totus mundus nihil sit: gutta vero sanguinis Christi,res preciosissima sit.cum igitur qualitas personæ consueuerit æstimationem augere, & respectu filij Dei non sit æstimatio aliqua, vt patet in his quæ no.suprà de mal. dicis.§. qualiter. sub §. blasphemantes ver.eleganter.& se, & filius Dei non solum guttam,sed totū sanguinem fuderit pro peccatoribus & præterea Martyres pro fide, & ecclesia sanguinem suū fuderunt, & vltra q̄ peccassent puniti fuerūt. restat ꝙ in dicta effusione omne peccatum punitum est:& hæc sanguinis effusio est thesaurus in scrinio Ecclesiæ repositus, cuius claues habet Ecclesia: vnde quādo vult, potest scrinium aperire: & thesaurum suum cui voluerit cōicare,remissiones & indulgentias fidelibus faciēdo: & sic peccatum non remanet impunitum :,quia punitum fuit in filio Dei: & martyribus sanctis suis secundum dominum Hug.Cardi.Nec obst. illud Aug. quia aut homo punit peccatum temporaliter: aut Deus puniet æternaliter ut innuitur de pœ.dist.6 §.fi. qua punitur in confessione propter verecundiam. vt patet in his quæ no.s̄.e.sub rub.de pœ §.qualis.sub §.amara.

Item per crucis assumptionem, vel peregrinationem uel aliam iniunctionem.Ergo maioritas & minoritas remissionis non attenditur secundū illa quæ dixit Ray.sed secundum fidem pœnitentis & voluntatē ac potestatem largientis: vt no.s̄.e.ver. quid si dat eleemosynā. Fateor tamen quod prælatus indiscretè faciens remissiones huiusmodi se onerat, & quod orationes sanctorum valent peccatori ad gratiæ impetrationem,necnon & eleemosyna,& quodlibet de genere bonorum,vt no.s̄.eo. sub rub.de pœnitentijs.§.& an fictè pœnitenti nam & per orationem Danielis, solutus est populus Israel à captiuitate.per orationem Moysi remisit Deus iram populo Israeli,& ei pepercit.& ad orationem Dauid,remouit Dominus plagam à populo suo: & teste Iacobo multū valet oratio iusti assidua.Illud etiam consulimus, ꝙ is qui tales remissiones acquisiuit, non vtatur eis in hac vita, sed reseruet in purgatorio. Quamuis enim de necessitate non teneatur hic facere pœnitentiam iniunctam, quia per remissiones huiusmodi, etsi indiscretè fiant: satisfactiones tamen pœnitentiæ eneruantur secundum concilium generale,ĵ.e.§.ad hoc.quia si non potest cogi per Ecclesiam ad ieiunandum, id quod est remissum per tales indulgentias:tamen quia nescit vtrum sacerdos iniunxerit ei pœnitentiam, quam tamē debuisset:nam & hodie vix imponitur, cùm pro quolibet peccato septennis pœnitentia regulariter debeatur,& antequam vnum peccatum mortale perficiat, multa committantur:nam quilibet passus, & quælibet missio nūcij, & quodlibet verbum dictum pro una fornicatione committenda secundum quosdam mortalis est: & id quod non est purgatū in hac vita,debeat purgari in purgatorio:fatuus est & simplex, qui ibidem huiusmodi indulgentias nō reseruat. cùm si ipsas sibi reseruauerit tot dieb.quot hic ei remissi sunt,sit minus in purgatorio q̄ fuisset: & grauior sit ibi pœnitentia vnius diei q̄ hic centū, secundū ea quæ no.s̄.e.sub ru.de pœnitentijs.§. quis sit effectus. sub §. is est igitur effectus. Et hoc intelligas in particularibus remissionibus,quæ fiunt per papā,uel alios inferiores,dicētes tm̄, de iniuncta pœnitentia relaxamus. Secus de generali & vniuersali per quam omnis satisfactio remittitur, quæ à solo Papa fieri consueuit.ibi enim euolant si in tali statu moriantur,vt no.s̄.eo. ver.quid ergo si Papa.Idē pōt intelligi etiamsi simplex sacerdos pœnitentiā limitet, dicens ab omnibus his peccatis & alijs de quibus non recordaris absoluimus te: & iniungimus pro pœnitentia ꝙ vadas ultra mare,vel ꝙ ieiunes per triennium tibi authoritate Ecclesiæ & nostra omnem satisfactionem aliā remittentes. nam hac completa,& ex causa iniuncta non est credendū quod ulterius in purgatorio affligatur,licet presbyter oneret se aliquādo ut no.s̄.e.uer.fateor tn̄ ꝙ fatuus est,si sic absoluit: imò secundum formam quam no.s̄.sub rub.de pœn §. & an fictè pœn.sub §.quid de operibus.uer.ad hoc dicas.& §. quæ pœnitentia uersi. sacerdos tamen sibi consuluit. sic licet in foro pœnitentiali, & priuato possit sacerdos remissionem facere, & in totum, secundum quod dictum est: in publico tamen & solenniter hoc non potest episcopus, cùm ipsius potestas circa annū & 40. dies restringatur ut no.sup. e.§ qui possit.

8 Vbi † operantur. Apparet per ea quæ dicta sunt s.e §.proxi ꝙ in hac uita,siue in hoc mundo, ut scilicet quo ad pęnam, est unum malum simplex bonū:nam hic est pœna punitoria,quòd malū est. Item hæc pœna transitoria,purgatoria & meritoria: q̄ tria bona sunt. In purgatorio autem quò ad pœnam,est unum malum, & duplex bonum:nam ibi est pœna punitoria,transitoria, & purgatoria,sed non est ibi meritoria. ideoque hæ remissiones, siue indulgentiæ ibi operantur.sed illis tantùm prosunt, & circa illos tantùm operantur,quibus dum uiuerent facta fuit remissio, secundum ea q̄ no.s̄ § prox.ver.illud etiam consulimus. & patet in his quæ no. s̄.e.§.quibus mortuis.sub §.secundi dicunt. Quid ergo de indulgentijs in quibus cōtinetur ꝙ quicunque porrexit piam eleemosynam,habeat pro anima patris unum annū de indulgentia,nunquid hæc indulgentia,animæ patris iā defuncti proderit?dicunt quidam ꝙ sic, quod non est tenendum: quia potestas clauium non extenditur ad tales cùm non sint de foro Ecclesiæ,sed de foro Dei:ut patet in his quæ no.s̄.e.§.quid remittit.sub § dicuntur autē sacerdotes,& § quibus prosit.ver.sed & uiuis. Dico tamen quòd eleemosyna facta non ex ui indulgentiæ,sed ex ui eleemosynę prodest animæ patris, sicut & alia suffragia ecclesiasticæ charitatis,ut ibidem not.& no.si.s̄.e.& quibus prosint.uer.quid ergo de his qui deferunt.fateor etiam quòd hi qui taliter populum decipiunt, grauiter delinquunt. Huic tamen sic obijcitur, dominus Papa dicitur constitutus à Deo iudex uiuorum & mortuorum:s̄.qui fil.sint legi.per uenerabilem.§ rationib.ue. si.sanè cum Deuteronomij. ad fi. ergo potestas clauium etiam ad mortuos extenditur.sed dic quod illud uerbum Constitutus,non facit ibi relationem ad Papam, sed ad Christū. Item sic obijcitur, animæ quæ sunt in purgatorio,aut sunt in uia,& sic sunt de foro Ecclesiæ militantis,& sic operatur ibi potestas clauium: aut sunt de foro Ecclesiæ triumphantis, & sic non videtur quod eis prosint suffragia ecclesiæ militantis. Ad hoc dici potest: quod duplex est uia una incerta nobis & uariabilis quæ in hac uita habetur,& qui in tali uia est, quo ad omnia est de foro Ecclesiæ militantis.de pœ.dist.1. ecclesia Christi. Alia certa saltem in genere: quia certi sumus ꝙ omnes illi qui sunt in purgatorio, salui fiēt, & incommutabiles: & in hac uita dicitur esse anima quæ est in purgatorio:& talis quo ad certam spem & infallibilem,est de foro siue societate ecclesiæ triumphantis: quo ad solutionem uero,uel condemnationem,uel remissionem ex ui ueræ sententiæ & efficacis in nullo subest ecclesiæ militanti, à qua iam absoluta est,triumphante ecclesia comprobante: ut patet in his quæ no. s̄.§.quid remittit.sub §.sed & notandum. quo autē ad participationem orationum,eleemosynarum, ieiuniorū, & sacrificiorū, est de foro ecclesiæ militantis:ut patet 13.q. 2 animæ defunctorum.& capit. tempus. sed & quo ad supplicationem sanctorum & curiæ cœlestis, est de foro ecclesiæ triumphantis: una enim est ecclesia, cuius pars militat in terris: alia triumphat in cœlis. & tota ecclesia desiderat animas deuotas adiuuari: & saluas fieri. de pœn. dist. 1. hi duo. Tria etiam sunt in ecclesia Dei quæ suam retinent efficaciam à quocunque etiam peccatore fiant, scilicet uirtus uerborum,uirtus sacramētorum, & desiderium ecclesiæ Psalmista:Dabit uirtutem uoci suæ.ad hoc 15.q.fi.c fi.13.que.2. pro obeuntibus.uerum quo ad alleuiationem uel omnimodam remissionem,est tantum de foro Dei,qui quando ei placebit, ipsam in gloriam collocabit: qui etiam ad supplicationē & desiderium ecclesiæ triumpantis,& suffragia ecclesiæ militantis mouetur,& ei citius miseretur. Nec obstat quod ecclesia dicatur post mortē absoluere,uel condemnare:quia impropriè ponitur quo ad effectū,ut patet in his quæ no.s̄.eod.quibus prosint.uersicu. sed & uiuis. In inferno autem nihil operantur istæ indulgentiæ: quia ibi nulla est redemptio: nec est ibi aliquod bonum quo ad pœnam, imo omne malum: ibi enim non est pœna meritoria, nec purgatoria,nec transitoria: sed tantum punitoria & æterna. Hug.tamen dicit quod ibi est alienatio:ut no.s̄. eodem. sub Rubricella de pœn. §. quibus mortuis. sub §. magistri canonum. In Paradiso nihil operantur:quia animæ ibi existētes non egent nostris suffragijs mendicatis,ut hæc omnia patent per ea quæ not. s̄.eod.sub rubric.de pœ §.quibus mortuis.sed nos potius ipsarū suffragijs indigemus quibus interuenientibus ad earū societatē nos perducere dignetur,qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

DE DISPENSATIONIBVS. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Dispensatio quid sit.*
2 *Et quot sint eius species.*
Et qualiter sit facienda. 5.
3 *Dispensare quis possit.*
4 *Casus in quibus episcopis prohibetur dispensare.*
6 *Effectus dispensationis quis sit.*

Hic breuiter notatur:

Quid ſit diſpēſatio. Quot ſint ſpecies diſpenſationum. Quis poſſit diſpenſare. Qualiter facienda eſt diſpenſatio. Quis ſit eius effectus diſpenſationis.

1 **Quid ſit † diſpenſatio.** [a]Rigoris iuris per eum ad quem ſpectat miſericors canonicè facta relaxatio, ut colligitur. 1. qu. 7 §. niſi rigor. & c. ſeq. & in inferioribus apparebit. & vocatur vulnus: quia ius vulnerat. 23. quæ. 4. ipſa pietas. circa fin. circa quod tres regulæ ſunt notandæ. Prima regula eſt, quòd qui peccat mortaliter poſt baptiſmum promoueri non poteſt. 25. diſt. c. 1. 48. diſt. quoniam. 50. diſtin. illud. 1. q. 7. ſi quis omnem. Secunda regula eſt, quòd promotus qui poſt promotionem ſuam mortaliter peccauit, deiicit ſiue deponitur: 50. diſt. qui ſemel. ſi epiſcopus poſt ordinationē: 81. diſt. diaconus. Tertia eſt, quòd depoſitus ab ordine non reſtituatur: l. diſt. c. 1. & 2 peruenit. poſtq̄ quod qualiter intelligatur: not. s̃. de tempor. ordi. §. & cui. ſub §. prima regula. & s̃. de accu. §. qs ſit eius effectus. ver. ſed quæ ſunt illa crimina. & ſeq. & ſub §. quæritur autem. Hæ autem tres regulæ colligi poſſunt: l. diſtin. vt conſtitueretur. vbicunq; autem mitius agitur, quam dictæ tres regulæ requirant, uel alias rigor iuris relaxatur: ſiue temperatur diſpenſatio dici poteſt. Hic tamen no. ꝙ aliud eſt rigor, aliud ius, aliud æquitas, aliud diſpenſatio. Rigor eſt diſtrictio iuris ſiue exceſſus, & auſteritas iuris ſcripta aliquoties ad terrorem, ſecundum quod dicit canon, quòd non eſt danda communio etiam in fine vitæ, his qui defecerūt in accuſatione clericorum: 2. q. 3. ſi quis epiſcopum. Item & ꝙ oretur pro illo q presbyterum nominauit tutorem in teſtamento filio ſuo: 88. diſtinct. neque. Sed iſte rigor non eſt ſeruandus, niſi vbi timetur exemplum mali: 45 diſtinct. ſed illud. Sed & quandoque rigor idem eſt quod ſubtilitas iuris: ſic s̃. de reſ. ſpo. in literis. & c. ſæpe contingit. Ius autem eſt ars æqui & boni, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat, id eſt, ſacramentorū prę ceptorum miniſtros: ff. de iuſt. & iur. l. j. §. ius. Aequitas verò, media eſt inter rigorem & diſpenſationem, ſiue miſericordiam. C. de iud. placuit. hoc autem à Cypriano ſic deſcribitur: Aequitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, vel dic quòd æquitas eſt motus rationabilis, regens ſententiam & rigorem. hæc enim eſt æquitas, quam iudex, qui miniſter iuris eſt, ſemper debet habere præ oculis: ff. de eo quod cert. loco dari oportet. q̄d ſi Epheſi. in fi. ſ ſciat bonos remunerare. malos punire via regia incedens, & ſe rationabiliter regens, non declinans ad dexteram, uel ſiniſtram: ff. de iuſti. & iure. l. 1. §. 1. verſicu. iuſtitiam namque colimus: 45 diſt. diſciplina & qui emendat. l. diſt ponderet. in fi. & c. domino ſancto. 26. quæſt. 7 alligant. Sed nunquid diſpenſatio eſt ius? quidam ſic, quidam non. Alij dicunt quòd ſecundum quod eſt in diſpenſante, non eſt ius ſed poteſtas à iure conceſſa: & eſt quædam actio: verùm ſecundum quod eſt in eo cum quo diſpenſatum eſt, ius eſt priuatum non commune: & eſt quædam paſſio: ad hoc s̃. de fi. presbi. ex tuæ. 24. q. 2. interfectores. & c. in adoleſcentia. tu dic, quòd hoc verum eſt, ſed & diſpenſatio eſt rigoris, & c. vt not. s̃. e. §. reſp. j.

2 **Quot † ſunt ſpecies diſpenſationum** [b]. Dicas quòd diſpenſationum alia eſt debita, alia prohibita, alia permiſſa.

Debita eſt diſpenſatio, vbi multorum ſtrages iacet, & timetur de ſcandalo: 50. diſtin. vt conſtitueretur. quod qualiter intelligatur, & in quo caſu vitandum ſit ſcādalum: in quo dic, ut nota. ſup. de renun. §. cui. verſi. graue ſcandalum. Item debita eſt ratione temporis, perſonæ vel pietatis, vel neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, vel euentus rei, ſicut hæc ſingulariter probantur: j. q. vij. §. niſi rigor. & c. ſeq. vſque ad §. ecce quibus de cauſis. & breuiter vbicunque perſona res locus, cauſa exigit, hæc debita eſt diſpenſatio: 29. diſtin. c. j. & ij. l. diſtin. domino ſancto. ver. præcipiunt. & ver. neceſſe ſit. & c. conſiderādum. Vnde & diſpenſare eſt, diuerſa diſcrete penſare, & in animo an relaxatio iuris expediat, verſare: & expedire videatur ipſius rigorem relaxare. Licet autem ex cauſis prædictis debita ſit, diſpenſatio, & etiam peccat prælatus non diſpenſando. ar. 2. q. v. quanto. in fi. tamen ſubditus non poteſt ipſam petere. niſi fortè ſupplicando, licet ei debeatur. ſic meliori de Eccleſia debetur epiſcopatus: 8. q. 1. ſed nec poteſt eum petere: ea. quæſt. in ſcripturis ſecundum Ray. melius exemplum eſt in poſtulato, vt patet in his quæ not. s̃. de poſtul. præl. §. & vtrùm. verſi. Goffr. ſequens opinionem T.

Prohibita eſt autem diſpenſatio, vbi nō poteſt fieri ſine decoloratione Eccleſię, & vbicunque non ſubeſt iuſta cā diſpenſandi: j. q. vij. & ſi illa. & c. tali. s̃. de elec. innotuit. §. multa. & § fi.

Permiſſa vero poteſt dici diſpenſatio in caſu: puta ſi quis ad accuſationem alicuius conuictus eſt vaſa ſacra vel aliam rem Eccleſiæ ſurripuiſſe. hic enim poterit epiſcopus etiam fortè cōtradicēte aduerſario diſpenſare. & ſic pōt intelligi l. diſt. ſi quis presbyter. ſecundum Hug. ſed & aliter pōt diſtingui de hac materia: quod dic, ut not. s̃. de fil. presbyterorum. §. fi. ver. nam diſpenſationum alia voluntaria. & ſeq.

3 **Quis poſſit diſpenſare.** [c] Papa ſemper [c] in omni caſu & impedimento à iure humano ſiue poſitiuo inducto diſpēſare pōt. Item & circa ius diuinum, dum tamen præceptum diuinum ſeu Euangelicum quo ad peccata mortalia non offendat. ſic intellige s̃. de exceſ. præl. propoſuit. 25. q. 1. qui dicūt quòd qualiter intelligatur no. s̃. de reſcrip. §. quas vires. ſub § poteſt autē quis. Alii qui etiā dicunt ꝙ ꝯ quatuor concilia diſpenſare non pōt: 15. di. illud. quod falſum eſt ut patet ex præmiſſis: & probatur s̃. de ele. ſignificaſti. §. autem. & c. innotuit. §. quamuis. Nec obſt. illud Gre. 15. diſtin. ſicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & venerari me fateor: quia illud intelligendum eſt quò ad trangreſſionem & articulos fidei, qui ibi continentur ꝯ quos Papa diſpenſare non poteſt: quò ad alia verò intelligi debet quod Greg. non in perſonam ſuam, ſed in ſucceſſorum quibus legem imponere non poterat: ff. de arbitr. nam magiſtratus. ſed in perſonam loquitur Eccleſiæ generalis ſiue aliorum prælatorum & ſubditorum, qui ad hanc ſuſceptionē & venerationē tenentur: nec poſſunt contra hoc regulariter diſpenſare. Sunt autem caſus in quibus non diſpenſat etiā Papa [d], ſ. in homicidio voluntario: l. diſt. miror. & aliis caſibus quos not. s̃. de tempo. ordi. §. & à quo. ver. dicas ergo. & ſe. & c. de bigamis. § fi. & de hac materia tractatum eſt s̃. de ſent. & re iudi. ſub rubr. s̃. de ſent. §. quot ſint eius ſpecies. ſub §. ſed nunquid hoc eſt ſimpliciter verū. ver. & breuiter. In quibus autem poſſunt diſpenſare epiſcopi, [e] diſſentiunt Doctores: & dicunt quidam quòd contra duas primas regulas quas poſui s̃. e. §. quid ſit diſpenſatio. poteſt epiſcopus diſpenſare in adulterio, & minoribus criminibus: in criminibus autem maioribus adulterio, nequaquā poſſunt diſpenſare epiſcopi, niſi in caſibus à iure expreſſis, s̃. de iudiciis. at ſi clerici. nam & hoc ipſum quod de quibuſdam conceditur, de aliis prohibetur. 25 diſt. qualis. s̃. de tranſlat. Epiſcopi. inter corporalia. §. ſed neque C. de proc. maritus. Exprimitur autem in quibuſdam maioribus adulterio, in quibus permittitur Epiſcopis diſpenſare, ſicut in hæreſi & ſacrilegio: l diſt. presbyteros. & c. ſi quis presbyter. Item aliquoties in matrimonio contrahendo: 33. quæſt. 2. antiquit. & aliquoties cum ſimoni. quod dic, vt nota. s̃. de ſimo §. quæ diſpenſatio. & aliquoties in aliquo homicidio. quod dic, vt not. s̃. de homic. §. quæ diſpenſatio. Itē cum ſchiſmatico: l. diſ. ut conſtitueretur. Item in dignitatibus & ordinibus ſecundum Ioā. alij cōtra, quod dic vt not. s̃. de æta. & quali. § ætas. & §. ordo. & ſi qui ſimiles reperiuntur in iure expreſſi. alij dicunt quòd in diſ poſſunt epiſcopi cōtra dictas duas regulas primas poſitas, s̃. eod. §. quid ſit diſpenſatio. diſpenſare. niſi vbi expreſſim eiſdem à iure prohibetur: arg. 82 diſ. presbyter. de pœ. diſ. 6. c. j. ibi itaque pontifex iuſtus atq; diſcretus non cogitur ſuos ſacerdotes abiicere ſemp, nec mox reſtituere, niſi ſtatutū fuit à Romano pōtifice. vbi. n. lator canonis ſibi nō retinuit, vt hoc aliis indulſiſſe: de ſen. exc. nup § j. ſecundo verò. & ar. ff. ex qui. cau. ma nec nō. §. quod eis inquit licebit. [f]

ADDITIONES.

a Quid ſit diſpenſatio. ¶ Adde gl. in §. niſi rigor. 1. q. 7. Spec. tit. de diſpēſat. in prin. Ant. de But. in c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. & ibi Car. Alex. in repe. & per. S. Th. 2. 2. q. 88. art. 10.

b Quot ſunt ſpecies diſpenſationum. ¶ Adde gl. in c. requiritis. j. q. 7. & glo. in c. & ſi illa. ca. cauſ. & q.

c Papa ſemper. ¶ Adde Spec. ti. de diſpen. in §. nunc. breuiter. in prin.

d Caſus in quibus non diſpenſat etiam Papa. ¶ Adde Spec. in ti. de diſpē. in §. nunc breuiter. in j. col. verſicu. hæc autem ſunt, in quibus Papa diſpenſare non poteſt.

e In quibus autem poſſunt diſpenſare epiſcopi. ¶ Adde Spec ti. de diſpen. in §. nunc de epiſcoporum. Inn Ant. de Bu. in c. dilectus. de temp. ord.

f Martinus etiam noſter per multos caſus recenſet, in quibus Papa diſpenſare nullo modo poteſt In primis non diſpenſat contra vniuerſalē ſtatū eccleſiæ: nec contra quatuor Euangelia: 25. q. j. ſunt quidā. Itē nec cōtra præceptū Apoſtoli in his, quæ ad articulos fidei ſpectant: d. c. ſunt quidam. Sed nec in ſecundo gradu conſanguinitatis: de reſt. ſpo. literas. Nec cōtra præcepta Decalogi. 25. q. j. ſunt qui. Sed nec diſputare debet in his, quæ ſancti Patres bene, & ſanctè diffinierunt: d. c. ſunt qui & 25. q. 2. de priuil.

Sunt

4 a Sunt † autem casus expressi in iure, in quibus eis prohibetur [a]dispensare. regulariter enim in irregularitatibus dispensare non possunt: quæ in casibus contrahuntur. Primo, in homicidio: 50. distinct. miror. quod dic, vt no. s. de homi. § quæ dispensatio. Secundo, in simo. quod dic, vt nota. s. de simo. §. dispensa. Tertio, in illo qui celebrauit, uel aliàs officiauit in ordine suo excommunicatus maiori excommunicatione, vel suspensus vel interdictus ab homine. 7. quæ. 1. si quis presbyter. 11. q. 3. q. si quis episcopus. 1. & 2. & arg. s. de postu. prælat. cap. 1. & expressum est j. de sententia excommunicat. cum illorum. licet aliqui dicant contra argu. 2. quæstio. 5. qua de causa. quod dic ut not supra, de cleri. excommun. mini. §. an cū eis dispensari possit. Quartò, in clerico qui accedit ad iudicium principis contēpto iudice ecclesiastico: 21. quæ. 5. si quis episcopus. Quinto, in bigamo, s. de bigamis. nuper. & c. fi. quod dic ut nota. s. de bigam. §. fi. Sexto, in clerico non ordinato ministrante, quod dic, ut nota. supra, de cle. non ord. minist. §. p quem. Septimo, in clerico per saltū promoto, qd' dic, ut not. supra, de cler. per saltū promoto. §. fi. Octauò, in illo q furtiuè ordines suscepit, quod dic. ut no. s. de eo qui fur. or. susc. §. à quo. nisi cū eodē dispenset. Nonò, decimò, vndecimò, duodecimò, in quatuor casibus no. supra, de tēpo. ordin. §. & à quo. ver. dicas ergo & sequen. Tertiodecimò, in ordinato extra tēpora: vel aliàs illicitè. & ante dispensationem obtentam ministrante, secundum quosdam. argu. supra, de sacram non iteran capit. 1. 52. distinct. sollicitudo. Sed certè non probatur quod in tali casu aliqua irregularitas incurrat, quamuis talis grauiter peccet, nec est tali interdicta ipso iure executio: sed potius interdicenda, supra, de tempor. ordi. quòd translati. dicas igitur quòd diœcesanus cum tali poterit dispensare: ut 9. quæstion. 2. Lugdunensis. supra, de tempor. ord. consultationi. nisi interdicta esset sibi ab homine executio, & postea celebraret. ut patet in his quæ notan. supra, eod. versic. 3. uel nisi Papa vel alius de speciali mandato suo tales suspendat, ut supra, de temp ord. cum quidam. & ca. literas. & c. dilectus. in fi. In hoc em casu, cum nullus sit superior, ut supra, de elect. licet. in fi. restat quòd inferior circa superioris sententiam non poterit dispensare: nec ipsam relaxare: 11. dist. inferior. supra, de ma. & obedien. cum inferior. quod dic, ut not. supra, de tempor. ord. §. & qualiter. iste casus multos alios habet sub se, ut ibidem patet. Quartodecimò, in suspenso etiā à canone & diuinis officijs, ut patet in authen. d. n. de sentent. & re iud. cū æterni. & de sent. excommu. cum medicinalis. sicut & not. j. tit. 1 §. quis sit eius effectus. sub §. hi sunt. ver. 5. ideoq; notorius fornicator celebrans, irregularis fit. nam & talis suspensus est à diuinis. supra, de cohabi. clerico. & mulie. vestra. & sic potest intelligi, supra, de uita & honesta clerico. ut clericorū mores. § si quis igitur. Item simoniacus celebrans. supra, de simo. tanta §. primo. Quid si quis à pontificalibus sit suspensus, dicunt q̄ nō est irregularis pontifex in pontificalibus celebrans, quia pontificalia non sunt de substantia. nam & sine ipsis potest quilibet officium expedire: nec debemus iudicare aliquem irregularem nisi vbi de hoc inuenitur expressum: argum. supra, de pœnitent, distin. 1. pœnæ. Quid si quis suspendat ab ingressu Ecclesiæ tantum? non est irregularis, quia & extra Ecclesiā celebrat. Quintodecimò, in illo qui excom municatus ordines recepit. j. tit. 1. cum illorum. respon. 1. Decimo sextò, in illo qui sententiam sanguinis dictat, uel scribit, uel artem chirurgicam exercet: uel purgationi vulgari, & vindictæ sanguinis authoritatem, uel benedictionem suam præbet, & præsentiam sui exhibet: ut s. ne cleric. vel monachi sententiam. s. de homi. tua. respon. 1. & supra, de excess. præla. ex literis. §. fi. Sed & in his vltimis casibus qui sub sextodecimo continentur, dummodo homicidium vel membri diminutio non sequatur, videtur quòd episcopus valeat dispensare. arg. supra, de cleri. pugn. in duello. capi. 1. quòd dic. ut ibi not. Decimoseptimò, vbi quis impedimentum habens sine dispensatione ordinatus fuit. 81. distinctio. si quis sine examinatione. & arg. supra, de clan. despon. cùm inhibitio § si quis vero, quod dic, ut no. supra, de seru. in ord. fa. §. penul. in fi. & §. fin. Decimooctauò, in religioso leges vel physicā audiente, ut innuit, supra. ne cle. vel mo. non magno. in fi. & c super specula. respon. 1. Decimonono, in religioso in apostasia promoto, quod dic, ut no. supra, de aposta. §. qualiter. ver. sed & si monachus. Et breuiter non consulo, quòd aliquem irregularem iudices, nisi vbi in iure inuenies hoc expressum. nam restringenda est, & non dilatanda irregularitas, cum odiosa sit & pœnalis: ff. de profess. de pœn. dist. 1. pœnæ ff. de libe. & posthu. cum quidam.

Sed & præter irregularitates prædictas, sunt alij casus in quibus episcopi non dipensant. nec enim episcopus potest dispensare, ut vni ecclesiæ duo prælati æqualiter præsint: 21. quæstio. 2. capit. pœn. hoc enim monstrum esset, supra, de offic. ordin. quia in plerisque. Nec in pluralitate beneficiorum. supra, de præben. de multa. quod dic, ut not. supra, de præben. §. vlti. sub §. & illud omittendum. & sub §. sed & Goff. Nec cum filiis presbyterorum: quod dic, ut no. supra, de fil. presbyter. §. fi. Nec in defectu ætatis: quod dic, ut not. s. de ætate & qualita. § ætas. Nec cum suspenso in concil. propter iniustam collationem beneficiorum in quo casu nullus dispensat nisi solus Papa & quatuor principales patriarchæ, supra, de præben. graue. in fi. Nec in alijs casibus summo pontifici specialiter reseruatis, qui complures sunt, ut not. s. de offi. leg §. quid pertinet. ver. illud quidem notandum, & seq.

Capitulum verò quandoq; dispensat, ut s. de simo. ex insinuatione. s. de præb. cum nō ignores. nam Ecclesia æquiparatur senatui: 16. q. 1. ecclesia. & senatus restituit aliquem famæ suæ: ff. de postu. l. 1. §. de qua.

Contra tertiam verò regulam positam, suprà e. §. quid sit dispensatio. nullus potest dispensare, nisi solus Papa: 50 dist. c. 1. & 2 q 6. ideo. s. de cler. nō resid. ex tuæ. nā nec præses prouinciæ potest illum restituere quem damnauit: ff. de quæst, l 1. in fi. quod intelligas de sollenniter degradato: aliqui tamen voluerunt dicere quod episcopus potest restituere degradatum. pro quibus facit 11. q. 3. Episcopus. presbyter aut diaconus. Sed illud intelligitur quando constaret degradationem nullam esse: puta quia non affuit legitimus numerus episcoporum, vel aliàs non fuit ordo iudiciarius obseruatus, secundum ea quæ not. supra, de accus. §. quis sit effectus. sub § sed nunquid pœnitentia. ver. in summa. & seq. Item pro eis est, 46. dist. clericus maledicus. Sed ibi exponi debet degradetur, id est, suspendatur.[b]

5 Qualiter † facienda est dispensatio. Et quidem iusta & certa causa hoc exigente considerata, ut patet in his quæ no. s. eod §. quot species. alioquin secundum B. non dispensatio: sed dissipatio dici debet. nam & qui indignum scienter promouet, peccat grauissimè: 49. distin. sacerdotes. & qui sine iusta causa dispensat propter indiscretam dispensationem deponendus est, si super hoc fuerit accusatus: 2. distin capi. 1. in fi & c. qui in aliquo. in fi. quod forte locum habet, si tertio vel secundo monitus incorrigibilis sit: & propter hoc suspensus adhuc in sua contumacia perseuerat violans sententiam suspensionis: arg. s. de præben. graue. § volentes. s. de vita & ho. cle. ut clericorum mores. §. si quis igitur. & supra, de exces. præla. tanta. ut tamen scias depositiones episcoporum sedi tantum Apostolicæ reseruandas. 3. q. 6. quamuis. & c. multum, & c. dudum.

6 Quis sit † effectus dispensationis Vt dignè recipiant ecclesiastica sacramenta & beneficia: nullus enim in mortali constitutus promoueri debet regulariter, nisi peracta pœnitentia: 50. distinctio. multi. l. distinction. illud. 11. quæstione. 3. audi. quod qualiter intelligatur, dic, ut nota. supra, de tempor. ordin. §. & cui. sub §. prima regula. Item effectus est, ut iam promotus suum officium licitè exequatur, quod non potest ex quo mortaliter peccauit, nisi & post pœnitentiam obtinuit dipēsari, quia suspensus est quantum ad se: 2. quæstion. 7. §. quia ergo. quod qualiter intelligatur notat. supra, de tempor. ordin. § & cui. sub §. & prima regula. versic. si in notorio per confess. Præterea iste est effectus, vt beneficium quod aliàs licitè retineri non potest, licitè retineatur dipensatione obtenta. supra, de cleric. coniug. diuersis fallaciis. supra de cleric. peregrin. capit. fin. supra, de supplen. neg. prælat. literas. Sed effectus est, ut super illo crimine, super quo dispensatum noscitur: non possit quis de cætero accusari: quod dic, ut not. supra, de accusa. §. quis sit effectus. sub §. sed nunquid pœnitentia. ver. per dispensationem.

ADDITIONES.

a In quibus eis prohibetur. ¶ Adde Spec. in ti. de dispen. in §. nunc de episc. ver. prohibetur.

b Sunt & alij quibus dispensare licet quos connumerat Mart. Dispensare potest legatus de latere, idque in omnibus exceptis, quæ licent soli Papæ: de consan. & affi. quid dilecto. Archiepiscopus quoq; dispensare potest 9. q. 3. conquestus. Sed & episcopus, vbicunq; prohibitum non inuenitur: ext. de iud. c. at si clerici. Abb. etiam in votis cum suis subditis dispensare potest: 20. q 4. monachorū. item in cibis, ieiuniis, & operibus manualibus. de sta. mo. ad monasterium. de conse. dist. 5. non mediocriter. Item, ut subditum in causa procuratorem faciat: 16. q. 1. monachi. Sed nec Papa nec quiuis alius aliquatenus dispensat cum monacho & religioso in castitate & paupertate. d c. ad monasterium. in fin. Mart.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICAtionis. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatio quid sit. Quot sint eius species.* 2.

3 *Excommunicare quis possit. Et quis excommunicari.* 6.

4 *Regula*

QVoniam delicta. de quibus ſuprà præmiſimus, nunc corporaliter in foro contentioſo, nunc ſpiritualiter in foro ſpirituali ſunt punienda: & aliqui inueniunt incorrigibiles, qui ſunt excommunicationis ſententia percellendi, cũ hæc ſnĩa ſit pœna ꝯtumaciũ & rebellium: 11.q.3. nullus. & ca. certum. eſt ab initio medicinalis: 2.q.1. multi. Sed ſi incorrigibilis moriatur mortalis, vnde & dicitur æterna mortis dãnatio: 11.q.3. nemo. Ideo poſt tractatum de pœnis corporalibus & pœnitentijs ſpiritualibus, quæ plerunque ſpernuntur, ſubijcitur tractatus iſte de ſententia excommunic. in quo vidẽdum eſt, Quid ſit excommunicatio. Quot ſint ſpecies excõmunicationis. Quis poſſit excommunicare. Quis valeat excommunicari. Quibus ex cauſis excommunicationis ſententia ſit ferenda. Qualiter profeſeratur. Quis ſit eius effectus. Quis poſſit ab hac ſententia abſolue re Et qualiter hæc abſolutio fieri debeat. Et quæ ſit pœna participantium excommunicatis.

1. a QVid † ſit excõmunicatio. [a] Aliquoties à participatione ſacramentorum excluſio. Aliquoties a communione fidelium ſeparatio: 11.q.3. euidẽter. 2.q.4. Engeltrudam. ſ. de excep. a nobis. j. e. c. pen. Vel ſic, excommunicatio. eſt a qualibet licita communione vel legitimo actu ſeparatio. vnde & Adam poteſt dici excommunicatus fuiſſe, quò ad eſum ligni vitæ, cum Dominus dixit: Videte ne fortè ſumatis de ligno vitæ: 6.q.3. §. euidenter. Dic ꝙ excommunicatio maior eſt ſententia, quæ ſi ritè feratur, quò ad Deum ligatur anima: ligatus autem qualitercunque à communione, & participatione hominum, & ſacramentis eccleſiæ ſeparatur: 11.q.3. nemo. & in cõcordantijs ſignatis ſuprà, eodem §. reſponſo j. qua pœna nulla maior reperitur, vt not. j. eo. §. quis poſſit excommunicare. ſub §. nedum autem. verſi. alij. & dicit lex, quòd pœnæ maioris viſum eſt, verſari inter homines: & hominum carere ſuffragijs, quam eijci extra ciuitatem, puta in exilium deſerti & nemoris: C. ne ſanctum baptiſma reiter. qui ſanctum. & alibi, bannitus a rege, & excommunicatus æquiparantur, vt in lib. Feud. hic incipit lex conſuetudinis reg. c. domino guerram. & aliqui libri habẽt, hoc c. ſub tit. de pace tuẽda. Minor autem excommunicatio eſt illa, qua quis excluditur tantum ab Eccleſiæ ſacramentis: ſuprà, de cler. excom. mi. ſi celebrat. vnde & iunge quòd not. §. de cle. excommu. min. §. j. Excõmunicatio verò in genere eſt extra communionem licitam poſitio. & ſic intellige quod dictum eſt, ſupra, e. verſi. vel ſic.

2 QVot † ſunt ſpecies excõmunicationis? Multæ ſunt. nam quot ſunt ſpecies communionis, tot poſſunt eſſe ſpecies excõmunicationis, vt patet, ſ. §. proxim. verſic. excommunicatio vero. hæ tñ de quibus frequentius agit Eccleſia, & nos frequentius tractamus, & loquimur, duæ ſunt ſpecies tantùm. Vna ſpecies excommunicationis eſt, quæ dicitur anathema, quæ ſcilicet excludit ab ingreſſu Eccleſię, & communione fidelium, & etiam ſacramentis, quæ dicitur maior excommunicatio ſ'm Goff. vel dic, ꝙ dicitur maior excommunicatio, qñ ſimpliciter profertur ſine ſolennitate: puta qñ dicit iudex, excommunico talem, j. eo. c. pen. qñ vero cum ſolennitate, tunc dr̃ anathema. Eſt autem hæc ſolẽnitas: b. Debent 12. ſacerdotes [b] epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes, id eſt, candelas in manibus tenere, quaſi in concluſione anathematis, vel pro iure excommunicationis, q. d. excommunicatio erat ante hãc ſolennitatem: ſed modo dici poteſt, anathema proijcere debent in terram. & conculcare pedibus: 11.q.3. debent. & de hoc anathemate poteſt intelligi ꝙ eſt mucro epiſcopalis: 16.q.2. viſis. in fin. quia nullus poteſt excommunicare cum tali ſolennitate, niſi epiſcopus ſit a d minus: & de hoc no. j. eo. §. quis poſſit excommunicare. ſub §. nedum autem. Alia vero ſpecies excommunicationis eſt, quæ dicitur minor excommunicatio, & quę a ſacramentis eccleſiæ tantùm ſeparat: ut patet in his quæ no. ſ. eo. §. prox. verſi. minor. quæ quandoque a iure ꝯfertur: & tunc tm̃ a ſacramentis eccleſiæ ſeparat: niſi forte participet qs in crimine crimino ſo, vt not. j. eo. §. quis ſit eius effectus. qñque ab homine: & tunc qñque ſaparat à ſacramentis tm̃, qñque etiã a cõione fidelium. vt de hoc plene. no. ſ. de cle. exc. min §. j. & j. e. §. quis poſſit ab hac ſententia. reſpõ. j. & j. eo. §. ſeq. ſub §. minor. Sed & minor excommunicatio in duas ſpecies diuiditur: vt no. ſupra, de cler. excom. min. §. j. verſi. notandum eſt.

3 QVis † poſſit excõmunicare. Et quidẽ ius aliquando excommunicat minori excommunicatione tantùm, vt ſtatim tactum eſt. ſ. eo. proxi. verſi. alia aliquando vero maiori excommunicatione in canonibus, ſcilicet latæ ſententiæ, qui plures ſunt. Primus canon eſt, cùm quis incidit in hæreſim iam damnatam, ſicut ſunt Arriani, Neſtoriani & ſimo. de quibus habes: 24. quæſtio. 1. cap. 1. & 2. & 3. & quæſtio. 3. quidam. vel etiam ſi quis nouam confingat, & generaliter quicunque per Romanam eccleſiã, vel ſingulos epiſcopos in ſuis ciuitatibus, vel diœ. tanquam hæretici ſunt damnati, excommunicati ſunt quocunque nomine cenſeantur: ſupra, de hæreticis. ad abolendam. & c. excommunicamus. Secundus eſt cùm quis defendit vel receptat hæreticos: ſupra, de hæreticis. ſicut ait. Tertius, ſi quis dicat Romanam eccleſiam non eſſe caput, & ei tanquam capiti noluerit obedire: 19. diſt. nulli fas. Quartus, ſi quis in clericos, vel perſonam religioſam quamcunque manus inijcit violentas, vel temerarias: 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente. infra, eo. parochianos. capitu. contingit. 1. & quaſi per totum. hoc autem intelligas de religioſo, cuius religio eſt approbata. ſupra, de relig. do. c. fina. & iunge quod not. ſupra, de regularibus. §. quis ſit regularis. verſi. quid de ruſticis. & ſe. Quintus, cùm quis poteſt defendere clericum a violenta manuum iniectione. & non defendit: infra, eodem. quantæ præſumptionis. quod Ioan. & alij quidam intelligunt ſimpliciter ſicut ſonat: dicentes hoc introductum in fauorem clericorum, quorum defenſio ad ius publicũ pertinet: 1. diſt. ius publicum. & in odium laicorum: infra, eodem. contingit. 2. ſecundum iſtos qualitercũque verbis vel factis hoc poſſum prohibere, ſententiam incurro, ſi non prohibeo: ſed quia hoc nimis durũ eſt, ideo alij hoc reſtringunt ad illos, qui tantum ratione poteſtatis & officii hoc prohibere poſſunt: 23 quæſt. 4. fortè. & capit. duo iſta nomina. Dic, hoc eſſe intelligendum etiam de illo, qui & ſine ratione poteſtatis vel officii, hoc prohibere non poteſt, poteſt tñ & aliter, puta quia ſcit hoc fieri debere per illum, cui ſi diceret, caueas ne iſtud facias, ſtatim alius abſtineret, vt patet ſatis apertè in ead. decret. quando dixit, ne autem ſolos violentiæ huius authores, id eſt, qui hoc faciunt, vel præcipiunt fieri: vel etiã in hoc expreſſim conſentiunt, aliquorum præſumptio æſtimet puniendos: facientes & conſentientes pari pœna plectendos catholica condemnat authoritas, eos delinquentibus fauere interpretans, qui, ſubaudi, quamuis expreſſim non conſenſerint: tamen hoc fieri debere ſcientes, cum poſſint ſubaudi, nudo verbo tantum hoc prohibere, manifeſto, ſcilicet ſibi facinori deſinunt obuiare: 83. diſtinctio. § j ſequen. & c. error. & 85 diſtinct. facientis. alias culpã. ff. ad Syl. ſen. conſ. l. 2. § potuiſſe. & c. ſeq. & §. pen. & hodie comprobatur in authen. d. n. extra eo. dilecto. §. & quidem. verſi. innuitur. quod hoc prohibendũ eſt nedũ verbo, ſed facto, ſicut intellexit Ioan. ut not. ſupra. & plus, quod hoc nedum in clerico patiente iniuriam, ſed etiam in vicino vel proximo locũ habet. Sextus, in illo qui nec manum inijcit, nec aliquo modo conſentit quod hoc fiat: tamen ipſum clericum inuitum retinet ponendo fortè ei cuſtodes: vel intra domum aliquam includendo: infra, eodem. nupt. § j. Septimus, inductus eſt contra poteſtates conſules, rectores, & alios officiales, laicos ciuitatum, & aliorum locorum, & angarias & exactiones indebitas eccleſijs, ſacerdotibus & eorum poſſ. & alia ſua vniuerſa onera imponentes, ſiue foſſata, ſiue expeditiones ſeu alia quælibet agenda arbitrantur de bonis eccleſiarum clericorum a pauperũ Chriſti vſibus deputatis compleri facere contra volentes, ſubaudi, cum effectu vel iuriſd ict. prælatorum & authoritatem, quam habent in ſuis hominibus euacuantes, ſi enim tales qui in his commiſerint competenter admoniti non deſiſtant, tam ipſi q̃ fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubiacere, nec debent

ADDITIONES.

a Quid ſit excommunicatio. ¶ Hanc quoque ex Mart. noſtro definitionem addamus. Excommunicatio, inquit, eſt æternę mortis damnatio. 11. q. 3. nemo. Reliquas excõmunicationis definitiones ex Mart. per Hoſtienſem excerptas adfirmare auſim. Adde doct. in rub. e. ti. Card. Zab. in c. ſi celebra. in j. q. de cler. exc. min. Cald. in repe. c. cum excommunicato. 11. q. 3. Doct. in c. cum medicinalis. de ſen. exc.

b Debent. 12 ſacerdotes. ¶ Adde c. debent. 11. q. 3. c. nemo epiſcoporũ. ea. quæ. cauſa. & in c. Guiliſarius. 2. q. 4. Abb. in c. cum nõ ab homine. de iud. Abb. in c. cum contingat. in 3. col. de foro comp. Abb. in rub. de ſen. exc.

debent reddi communioni, donec satisfecerint competenter. & quod dictum est de exactionibus generaliter, intelligas verũ esse, nisi priùs Papa consentiat hodie. sicut hæc probãtur suprà, de immuni.eccl.minus.& c.aduersus.§.j. & de hac materia plenius no.s̃.de immuni.eccle.§ à quibus muneribus. ver. angarijs. & seq.& §.inquantum sub §.nec illa immunitas. Octauus, inuentus est ꝯ illos qui supradictis proxi. successerunt intra mensem, errorem, siue excessum prædecessorum purgauerunt prædecessoribus nihilominus excõicatis remanentibus, donec vtrique satisfecerint ꝯpetenter: suprà, de immu.eccle.aduersus. §.fi. Sed nunquid vtrque insolidum tenentur satisfacere anteq̃ absoluantur? non, imò altero soluente alter liberatur à damno dato: arg. ff.de eo per quem fac.erit.l.j.§.si plures.ff. de his qui deie. vel effu.l.iij.sed quantum ad contumaciam puniendã, intelligo quòd vterque satisfacere teneatur: neuter enim absolui debet, quin iuret stare mãdatis Ecclesię excepta satisfactione damni dati: vt patet in his, quæ not. infrà, eodem §.& qualiter hæc absolutio. ideoque intelligo ꝙ tunc iudex iniunget ratione contumaciæ, quod sibi videtur iniungendum. Nonus est contra illos, qui de cætero seruari fecerunt statuta edita & consuetudines introductas ꝯ ecclesiæ libertatem: nisi ea de capitularibus [a] siue chartalarijs suis, vel alijs libris fecerint aboleri: 11.quæstio.1.§. hæc si quis antiqui. intelligas autem hoc quo ad statuta in scriptis redacta: nisi intra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri: ergo in duobus casibus sunt excommunicati quò ad statuta. Primus est, si ipsa de libris suis intra duos menses non deleuerint. Secundus, si ipsa seruari fecerint statuta edita, quamuis deleuerint. verum quò ad consuetudines in vno tantum, si ipsas decætero seruari fecerint, sic intellige: infrà, eod. nouerit fraternitas tua. Decimus, in his qui de cætero talia statuta fecerint. Vndecimus contra illos qui ipsa statuta scripserint. Duodecimus contra potestates, consules, rectores, consiliarios locorum. vbi huius statuta & consuetudines decætero editæ fuerunt, vel seruatæ, subaudi tu, quamuis non statuerint, nec seruati fecerint: vt differat à præcedẽtibus casibus.& est ratio, vt no. suprà, eod. versic. quamuis. Tertiusdecimus contra illos qui secundum ea præsumpserunt iudicare. Quartusdecimus contra illos qui scribere præsumpserunt iudicata, sicut hæc omnia colliguntur infrà, eod. nouerit fraternitas tua ab illo ver. Item excõmunicamus. vsque in fi. Sed ꝯ, quia non videtur quòd tales sint excommunicati, sed excommunicandi, infrà, eo. grauem: sed illa litera sic est exponenda. Ideoque fraternitati tuę mandamus, quatenus in consiliarios & officiales ciuitatis ipsius, nisi statuta ipsa deleri fecerint & idoneè (sicut res exigit) caueri, quod similia decætero non debeant attentare, excommunicationis sentẽtiam promulgare procures: subaudi, contumaciæ ratione: quia nolunt idoneè cauere, &c. & insuper excommunicatos denuncies: quia hoc attentauerunt: vt infrà, e. nouerit. sed etiamsi excommunicatos à iure iterum dicamus excõmunicari ab homine, non erit absonum nec absurdum: nam excommunicatus excommunicatur: j̃. eo. cum pro causa. & eodem modo intelligi debet, s̃. de rebus eccles. non alie. cum laicis. in fin. vbi dicit præsumptoribus per censuram ecclesiasticam compellendis. vel ibi subaudiri potest, hodie tamen tales excommunicati sunt ipso iure: vt j̃. de sent. excommu. nouerint. quæ est Honorij 3. & sic est posterior constitutione cum laicis. quæ facta fuit in concilio generali, tempore Innoc. 3. prædecessoris eiusdem Honorij & eodem modo posset intelligi illa, grauem: quæ quãuis sit posterior in scriptura, fuit forte tamẽ prior in iudicatura. vel responde, vt suprà. Sed qualiter intelligas, quod tales debeant idoneè cauere, quòd decætero talia non committant: vt suprà no. dicas, sub certa pœna & hypotheca: vel datis sufficientibus fideiussoribus. argum. suprà, de præsumptionibus. literas.§.quo circa. & hoc notat satis mens verborum idoneè, sicut res exigit. Quintusdecimus contra incendiarios & violatores Ecclesiarum: infrà, eod. conquesti sunt: 11.q.3.canonica.17.q.4.omnes eccles. 23. quæst. 5. pessimam. suprà, de raptoribus. in literis. Alij autem qui aliter offendunt ecclesias, vel bona ipsorum diripiunt, non sunt ipso iure excommunicati, sed excommunicandi, & sic sacrilegi iudicentur: suprà, de for. com. pe conquestus. Quid autem de incendiarijs tenere debeas, vide. suprà, de raptoribus sub rubrica de incendiarijs. & cap. quamuis. vt est hoc expressum. & iunge hoc quod ibidem sequitur sub rubrica de violatoribus Ecclesiarũ. Decimussextus, cùm quis à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinalium in summum Pontificem electus, electioni de se, factæ cõsentit, & pro Papa se gerit. si humiliter se noluerit abstinere: suprà de elect. licet § præterea. Decimusseptimus cõtra illum, qui de tertia parte Cardinalium confisus, nomen Papæ sibi vsurpauerit, necnon & hi qui eũ receperunt: suprà. de elec. licet §. si quis autem. de quo pleniùs no. suprà de elec.§ qualiter. sub §.& notandũ quòd in ele. summi Pontificis. quem require post formas & ante.§.quo tempore. Decimusoctauus cum quis per se, vel per alium falsat literas domini Papæ cũ fautoribus & defensoribus suis. Decimusnonus, cùm quis scienter vtitur literis Apostolicis, etiam ab alio falsatis, sicut hi duo casus probantur: supra, de crim. fal. & falsariorum quod qualiter intelligatur not. plenius supra, de crimine fal. §. & qualiter puniatur. versic. porro, & seq. Vigesimus, contra illos qui deferunt arma, ferrũ, ligna, galeas, naues Sarracenis, vel regimen nauium, vel galearũ suarum exercent, vel aliquod aliud auxilium eis impendunt, in dispendium terræ sanctæ, vel Christia. supra, de Iudæis. ita quorundam. & c. significauit. & c. quod olim. & c. ad liberandum. & de hoc plenius no. supra, de Iudęis. sub rubrica de Sarracenis. §. qualiter erga ipsos Christiani debeant se habere. Vigesimusprimus contra illos magistros, vel scholares tractantes cum aliquo bono ciue, de ipsius hospitio inquilini in scholaris præiudicium, seu eo irrequisito: supra, de loca. & con. c. 1. quam decret. aliqui dicunt localem, alij generalem, quod dic, vt not. supra, de locat. & conduct. sub § nunc videamus. § propter sterilitatem. versi. si quis autem scholaris, & seq. Vigesimussecundus contra quoscũque religiosos professos, leges, vel physicam audientes: nisi intra duorum mensium spacium a studio huius duxerint desistendum: ut supra, ne cle. uel mo. non magnopere. & ca. super spe. respon. j. & §. j. Vigesimustertius contra archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habentes: necnon presbyteros leges, vel physicam audientes: nisi intra duorum mensium spaciũ a studio huiusmodi duxerint abstinendum: ut supra, ne cle. vel mo. non magnopere. & cap. super Specula. §. fin. quod qualiter intelligatur, in vtroque casu plenius notat infra, eod. in summa. §. qua pœna immiscentium se. versi. vt religiosi. & seq. Vigesimusquartus contra illos qui artem illam mortiferam, & odibilem balistariorum, & sagittariorum aduersus Christianos & catholicos exercent: supra, de sagittarijs. c. vnic. & hoc intelligunt quidam qñ bellum iniustũ est: vt patet ex mente verborum, Christianos & catholicos, sed certe non intelligo quòd tales sint ipso iure excommunicati, sed excommunicandi: quia multitudini parcendum est ab initio: 50 dist. vt constitueretur, & quia non dicit hoc dicam capit. sed tantùm dictam artem: ut dictum est sub anathemate prohibet exerceri: quod qualiter intelligatur, no. plenè. in summa eo. titul. §. de sagittarijs. & dic, ut ibi infra, eod. §. quis possit ab hac sententia. uersicul. sed. Vigesimusquintus cùm quis participabat in crimine criminoso, & propter crimen suum excommunicato: infra, eodem. nuper. & capit. si concubinæ. in authenti. d. n. extra c. statuimus. Vigesimussextus contra alios Principes, Prę latos seu quasuis alias ecclesiasticas seculares ve personas, qui quempiam Christianorum, per assassinos interfecerint, uel etiã mandauerint: quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur: necnon & cõtra illos qui dictos assassinos receptauerint uel defenderint, seu occultauerint: tales enim hodie non solùm excommunicationis & depositionis ipso facto incurrunt sententias, sed sunt etiam cum omnibus bonis suis omnibus Christianis expositi & perpetuo diffidati: ita quod ex quo de prædictis in aliquo ipsorum probabilibus constiterit documentis, scilicet quod aliquod scelus tam execrabile commiserint, nullatenus alia excommunicationis, uel depositionis seu diffidationis aduersus tales sententia requiratur, sed & beneficia talium per illos ad quos pertinet collatio libere conferatur, ut in authentic. d. n. extra de homi. pro humani generis redemptione. Vigesimusseptimus in illo qui sponte & scienter participat excommunicato a Papa in diuinis officijs, infra eod. significauit. & hunc rigorem inducit magnitudo uocis siue iudicis: ut not. infra eodẽ. §. quis possit ab hac sententia. uersi. tertius. scilicet Papa: & excellentia illorum in quibus communicat, scilicet diuinorum off. & hoc intelligendum est diuinis off. omnibus, scilicet tam de his quæ intra Ecclesiam dicuntur quam extra, scilicet de horis canonicis. & quod dicit Sponte, non intelligas excludi uim conditionalem, sed & absolutam tantum, supra, quod met. causa. sacris. & cum hæc constitutio pœnalis sit, & non est extendenda secundum Goffredum. ff. de pœn. interpretatione. & de pœniten. distinctio. 1. §. pœnæ. imo dic cum hæc constitutio non pœnalis, sed medicinalis sit: sed tamen specialis non est ad alios extendenda. Institut. de iure naturali gen. & ciui. § plane. supra, de elect. licet. §. fina. Quid ergo si quis participat in diuinis officijs excommunicatis a canonibus supradictis, nunquid eandem sententiam incurrit, non puto, quia minus agitur cum lege quam cum ministro legis. ff. de arbitr. Celsus. Vigesimusoctauus contra illos qui Romanos aut alios Christianos pro negociatione, uel alijs ho-

ADDITIO.

a Nisi de capitularibus. ¶ Adde tex. in c. grauem. e. ti. & gl. in uerb. libertati. in c. j. de iureiu. lib. 6.

aliis honestis causis nauigio vectos capere, aut rebus suis spoliare præsumunt, aut naufragium passos spoliant rebus suis, nisi moniti satisfaciant, vt suprà, de rapto. excommunicationi. & not. supra, de rapto. sub rubrica de pœna raptorum corporum. versicul. fin. Vigesimusnonus contra illos qui nituntur ordinationibus vel alienationibus schismaticis factis: suprà, de schismaticis. §. primo. versicul. pœnit. Trigesimus contra religiosos non deferentes habitum extra monasterium, qualem essent intra monasterium gestaturi: vt in authen. d. n. ne cler. vel monac. extra grauis. Sed & si quis ab vsurario publico oblationem receperit, vel ipsum admiserit ad ecclesiasticam sepulturã: & quod accepit, reddat: & donec ad arbitrium Episcopi sui satisfacerit ab officij sui maneat executione suspensus: suprà, de vsuris. quia non in omnibus. in fin. caueat ergo ne interim celebret, aliàs irregularis fiet: vt not. suprà, de pœn. sub rubric. de dispensationibus. §. quis possit. sub § sicut autem casus. versic. quartodecimo. Trigesimusprimus, cõtra illum qui se ingerit in Ecclesia, in qua est Episcopus, se pro Episcopo gerens sine consensu suo. suprà, de offic. ord. §. quoniam. Trigesimussecundus. s̃. ne cler. vel mo. clericis. §. fina. Trigesimustertius. s̃. de sent. excom cap. 1. quod dic, vt ibi not.

4 **Super† illo autem canone,** quem posui s̃. eod. §. versicul. quartus. & habes. 17. quæstio. 4 si quis suadente. consueuerunt tradi duæ regulæ. Prima regula hæc est, quòd quicunque in religiosam personam manus iniicit temerè violentas, excommunicatus est ipso iure. Hæc autem regula fallit in casibus. Primò, in apostata percusso, qui si à percussore clericus ignoratur: [a] & hoc certum est, quòd percussor, hunc qui comam nutriebat, clericum esse ignorabat, non ligatur. Quid si dubitetur? potest se purgare proprio iuramento, quòd si iurare noluerit, quòd ipsum clericum ignorabat, tanquam excommunicatus vitandus est: donec per sedem Apostolicam absoluatur. j̃. eod. si verò. Secundò, in clerico militaria arma gerente, ex quo tertiò admonitus per diœcesanum, se noluerit corrigere. j̃. eod. in audientia Tertiò, in clerico qui nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negociorum quicquam ostendit, si tertiò admonitus per diœ. se non corrigit: j̃. eod. contingit. 2. Quid ergo de Goliardis, & quidem si publicus & notorius sit, nec est spes de correctione: non videtur quòd hoc priuilegio gaudeat. argumen. s̃. de stat. mona. recolentes. §. 1. s̃. ne cler. vel mona. capitu. 1. s̃. de aposta. capitu. 1. s̃. de cleri coniug. Ioannes. quia vilitas vitæ non permittit tales, huiusmodi priuilegio dignos esse. C. de adulte. quæ adulterium. in fin. & omne priuilegium huius reatus excludit. C. vbi senat. vel clarissim. l. 1. & C. de Episcop. & cleric. generaliter. alioquin si de nouo incipiat talia & spes sit de correct. est diœces. Episcopi requirenda monitio: infrà eodem, in audientia. & capitu. contingit. 2. & breuiter quousque habeat rei audientiam, hoc videtur retinere priuilegium, quandiu ab ecclesia toleratur. de cohabitat. cleric. & mu. vestra. Quartò, in clerico exercente negocia secularia, si tertiò admonitus per diœcesanum, se non corrigat: suprà, de vita & honesta. clerico. capitu. fina Quintò, in clericis relinquentibus tonsuram, & publicè contrahentibus in fraudem iurium domini secularis, quod intelligas etiam si tonsuram hac intentione sola deferunt: puta quia non habent spem redeundi ad clericatum: nec Episcopus talia retinuit sub foro suo, nec beneficium concessit dispensatiuè: vt suprà, de cleric. coniuga. ex parte tua. & capitu. Ioannes. & capitu. diuersis. & eodem modo intelligas: suprà, de priuil. ex parte. quæ est pars præcedentis ex parte. Sed & aliter intelligi potest. vt statim sequitur. Sextò, in illis qui habitu clericali contempto, [b] tyrannidi & crudelitati se inuerecundè immiscent, vel seditionem & guerram mouent, vel publicè atrociter delinquunt: infrà eod. cùm non ab homine. §. in articulo. & capitu. perpendimus. suprà, de apostatis. capitu. 1. & sic potest etiam intelligi. s̃. de priuileg. ex parte. Septimò, in illis qui contra inhibitionẽ diœcesani publicè factam recipiunt administrationem seculariũ personarum. nam si tales propter fraudulentum computum capiantur, est indignum eis ab Ecclesi. subueniri, per quos constat in Dei ecclesia scandalum generari: suprà, ne cleric. vel mona. capitu. 2. quod dic, vt not. suprà, ne cleric. uel monac. §. & quæ sunt permissa clericis. uersi. sed nec prædia. & sequent. Quid si abbas uel alius Prælatus inferior Episcopo super prædictis monuerit clericum sibi immediatè subiectũ, & clericus incorrigibilis est, nunquid amittit hoc priuilegium? dicunt quidam quòd non. quia non hoc uidetur expresè cautum, nisi in Episcopo, & sic uidetur in Episcoporum priuilegiũ speciale, & sic non debet hoc alius vsurpare. s̃. de priuileg. sanè. & argumen. s̃. de electio. transmissa. s̃. de excess. prælat. accedentibus. est tamen argum. contra. infrà eodem. ex tenore. & cap. ut famæ § 1. & capit. cum illorum. §. nos tamen. & capit. canonica. & dico hoc expressim in præallegatis in genere. infrà eod. in audientia. Octauò, in illis qui non ex odio, uel inuidia, uel indignatione, sed iocosa leuitate se percutiunt. j̃. eod. capitu. 1. uersicu. neque clerici. Nonò, in magistro qui hoc facit leuiter. j̃. eo. cum uoluntate. §. fina. causa correctionis uel intuitu disciplinę. j̃. eod. capitu. 1. uersicu. neque magister. Decimò, in illo qui uim temperatè repellit. j̃. eod. si uerò alicuius. §. si uerò clerici. quod qualiter intelligendum sit, nota. s̃. de restitut. spol. §. quamuis spoliatus. sub §. intelligendum. uersicu. in repellenda. & sequen. Vndecimò, in illo qui inuenit clericum cum uxore, matre, sorore, uel filia propria turpiter agentem, has autem personas hoc priuilegium non excedit. j̃. eodem. si uerò alicuius. §. nec ille compellendus est. Duodecimò, in illo qui hoc facit de mandato prælati proprij. j̃. eodem. ex tenore. quamuis enim non debeo uerberari etiam ex causa correctionis per laicũ, alioquin & præceptor, & uerberator in excommunicatione incidunt. j̃. eodem. uniuersitatis. attamen de mandato prælatorum capi possunt clerici, & ad iudicium trahi, etiam uiolenter: dum tamen non amplius capientium & laicorum uiolentia se extendat quàm defensio uel rebellio exigit clericorum: infrà eodem. ut famæ tuæ. §. fin. Tertiodecimò, in turbante diuina officia, quem presbyter uel alius ad quem spectat eiicere de Ecclesia: infrà eodem, ueniens. infrà eodem, cum uoluntate. §. si quis uerò Decimoquartò, in eo qui ratione officij, quod in Ecclesia obtinet, clericum percutit. Decimoquintò, in seniore ecclesiæ qui causa deuotionis hoc facit. Decimosextò, in eo qui prelatus est, & leuiter corrigit. Decimoseptimò, in domino famulum corrigente. Decimooctauò, in propinquo, siue parente, sicut hi quicunque casus probantur. j̃. eodem. cum uoluntate. § fina. quod qualiter intelligatur, not. s̃. de tempor. ordi. § & cui. sub §. decima regula. Decimononò, in clerico deposito & tradito curiæ seculari. [c] s̃. de iudic. cum non ab homine. 17. quæstio. 4. si quis deinceps. secus si non sit traditus, quamuis degradatus: nam talis priuilegium retinet. 81. dist. dictum. in memoria præteriti officij. argumen. C. de quæstionibus. seruos non solum. & ff. de cur. l. final. & de hoc not. s̃. de immu. eccles. §. inquantum. uersicu. sed nunquid hoc priuilegium. & qui cleri. uel uo. § 1. uersicu. sed nunquid clericus. Vigesimò, in clerico ad actum prorsus contrarium clericatui transeunte: ut quia factus est miles, non tonsuram defert: quia nec ad hoc est cogendus. s̃. de cleri. coniuga. capitu. ut consultationi. ergo à contrario si tonsuram uelit deferre, potest: & retinebit priuilegium istud. quamuis aliqui contrarium notent. dicunt etiam quidam quòd bigamus non retinet hoc priuilegium per capit. 84. distinctio. quisquis. sed de hoc dic, ut no suprà de vi. & hon. cleric. §. & in quibus. versicul. adeo autem inuiti tondentur. & sequen.

Secunda regula est, quòd quicunque in hũc canonem incidit, ad sedem Aposto. est mittendus: quia citra absolui non potest, sed sunt casus in quibus fallit hæc regula. Primus est, quando excommunicatus est in mortis articulo constitutus. hic enim quecunque fuerit læsio, absolui potest. 17. quæstio. 4. si quis suadente: infrà eodem, non dubium. & capitu. ea noscitur. §. fina. & capitu. quod de his & capitu. quamuis incideris. suprà, de offic. ordina. pastoralis. §. præterea. supra, titu. 1. quod in te. in fin. & capitu. ultim. & de hoc not. suprà titu. 1. sub rubrica de pœnitentiis. §. cui confitendum sit. respon. 1. uersic. 7. & sequen. est tamen tali iniungendum, ut si euaserit, debeat se sedi Apostol. si enormis fuerit læsio: uel eius legato, si non est enormis. uel si super hoc, scilicet, enormi speciale mandatum habeat, præsentare super hoc recepturus. sic intelligas infrà eodem. ea noscitur. §. final. Secundus est, quando quis habet inimicitias capitales, uel alias iustas excusationes, quia non potest se sedi Apostol. præsentare: infrà eodem. decætero. Tertius in ostiario, qui prætextu officij clericum non tamen grauiter læsit: infrà eodem. si uerò alicuius. respon. primo. Quartus, in officiali qui arcendo turbam non ex proposito, sed casu fortuito: qui tamen aliquo modo potuit præuideri, ita quod in aliqua negligentia deprehendatur, clericum percussit: si autem in nulla culpa esset non crederem ipsum constrictũ, ex quo non posset ei casus aliquatenus imputari: sic intellige infrà eodem, si uerò alicuius. §. officialis. argument. suprà, de homicid. Ioannes. & capitul. fina.

Quintus,

ADDITIONES.

a Si à percussore clericus ignoratur. ¶ Adde Io. de Ana. in c. sicut dignum. in §. illi autem. de homic.

b Qui habitu clericali contempto. ¶ Adde tex. & ibi do. in c. si iudex laicus. de sent. exc. lib. 6.

c Et tradito curiæ seculari. ¶ Adde doct. in c. at si clerici. de iud. Doct. in c. cũ non ab homine. de sent. exc. Doct. in c. degradatio. de pen. lib. 6.

Quintus, in mulieribus Sextus, in senibus & valetudinariis. Septimus, in membris suis destitutis intelligas, ita quòd accedere non possint, sicut isti tres casus probantur: infrà eodem. mulieres & capi.ea noscitur. Octauus, in infirmo secundum quosdam. quod intelligas quando non est in conualescentia. Nonus, in paupere secundum quosdam, quod intelligas, quando est tanta paupertas, ꝙ non potest ad sedem Apost. accedere, & est ei verecundum ostiatim ire: sic intelligas, infrà eodem, quòd de his: alioquin, si non esset ei verecundum, mittendus esset, sic probatur infrà eodē, ea nascitur. respon. 1. §. 1. Decimus in monachis & canonicis regularibus: infrà eodem, cùm monachi. & capitul. cùm illorum. Vndecimus, in his qui sui iuris non sunt, sicut filius famil. & serui infra eodem, mulieres. quod tamen intelligendum est, nisi filius vel seruus hoc fecerint in fraudem seruitij patri vel domino præstandi, vel nisi pater vel dominus, qui in culpa non est, graue detrimentum pateretur, propter filii, vel serui sui absentiam: debet tamen eis in recompensationem laboris itineris, alia satisfactio iniungi. infrà eodē, relatum. Duodecimus, in his qui nobiles & magnæ potentiæ sunt, & ita delicati quòd laborem eundi ad sedem Aposto. nequeunt sustinere: prius tamen est super hoc Romanus Pontifex consulendus, ideò quòd iste casus non erat notandus nisi ipsum in summa Goffre. notatum inuenissem, qui nec ipsum exposuit. sed hæc est veritas quòd potius iure delegationis quàm officii absoluitur: vt patet, infrà eodem, mulieres. § de his verò. Decimustertius in pupillo: ĩ. eodem, capit. 1. siue ante pubertatem, siue post postulet se absolui: ĩ eodem capitu si. Decimusquartus in his qui communiter viuunt, & sub vno tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur, etiamsi seculares sunt. s. de vita & honestate clericor. quoniā, vt ait scriptura. ad finem. & secundum hoc intellige. ĩ. eodem, ex tenore. in fin. ibi aut in eadem ecclesia socius esse noscatur. Non enim ideò excipitur casus ille, vt liceat socium percutere irato animo: sed ideò qa sæpè accidit: nam communio parit discordiam: ff. de legat. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. ideò non est iniungendū id per quod verisimile sit periurium imminere: supra, de coha. cler & muli. clericos. & de præsump. literas. & quia si hoc accidat c tra sedē. Apostol. talis absolui potest. Decimusquintus in monialibus. ĩ. eodem, de monialibus. Decimussextus in hospitalariis sancti Ioannis Hierosolymitani: ĩ. eodem, canonica. Decimusseptimus, qui in clericis non enormem: sed modicam & leuem iniuriam irrogant. hoc enim ò tu Episcope tuæ fraternitatis arbitrio duximus relinquendū. ĩ. e. peruenit: quod dic, vt no. ĩ. eo. ver. quis possit ab hac sententia absoluere. De monachis, & canonicis regularib. monialib. & hospitalariis sancti Ioan. Hyero. diuersos casus not. quia & alii sic notant. Sed hodie idem est in omnib. religiosis: quod dic, vt not. ĩ. eod. §. quis possit ab hac sententia. sub §. sed quis absolui. ver. j. & seq.

5 Nedum † autem ius, sed & minister iuris excommunicare potest. Sed quis est hic minister qui excōmunicare potest? super hoc diuersæ sunt opiniones: nam quidam dicunt, ꝙ solus Episcopus excōmunicare potest, non inferior: nā excōmunicatio est mucro[a] Episcopalis: xv. quest. 2. visis. in fin. vbi dicit fœlici mucrone Episcopi sacerdotum piacula resecentur. & secundum August. ipsa quæ damnatio nominatur, quam facit Episcopale iudiciū, qua pœna nulla maior in Ecclesia inuenitur: xiiij. quæst. 3. corripiantur. Secundi dicunt, quòd non solùm Episcopi, sed inferiores prælati, qui præsunt collegiis, vt Abbates etiam non benedicti: dum tamen fuerint confirmati: suprà, de simo. sicut tuis. & priores & similes excommunicare possunt, etiam maiori excommunicatione: suprà, de offic. ordina. cum ab ecclesiarum. Tertii dicunt, quòd quilibet sacerdos habens curam animarum, potest excommunicare: 2 quæstio. prima. nemo. xv. quæstio. 4 capit. primo. suprà, de offic. ordin. si sacerdos. xj. quæstio. tertia. excipiente. & capit. sacerdotibus. Solutio: dicas quòd nullus potest excommunicare excommunicatione solenni, quæ dicitur Anathem, nisi solus Episcopus, vt not. suprà, eodem, § quot sunt species excommunicationis. versicul. vna species excommunicationis est. & se. & in hoc casu intelligis veram sententiam primorum. alii autem prælati omnes qui spiritualem iurisdictionem habent de consue. vel de iure cōmuni: puta quando omnes per electionem creantur, nec contraria consuetudo repugnat, excommunicare possunt, etiam maiori excommunicatione: quamuis presbyteri non sint argument. xxv. distinct. perlectis. lxiij. distinct. si in plebibus: suprà de offic. Archid. ca. 2. suprà, de appell. reprehensibilis. suprà, de maiori. & obedien. cum in Ecclesijs suprà, de offic. ordin. quanto quòd intelligas etiam si curam animarum non habeant: ex quo iurisdictionem & subditos habent, inter quos possunt cognoscere, & diffinire circa spiritualia. nam iurisdictio sine modica coërtione nulla esset: ff. de offic. eius cui manda est iurisdi. l. si quod decret. exponit de sententia excommunicationis. de officio deleg. ex literis. & intellige quod not. modica, quia modicè appretiatur hodie, & modica est inter mundanos, qui tantum sectantur temporalia, de spiritualibus non curantes: Verùm quò ad periculum siue ligamen animæ, nulla maior reperitur. xxiiij. quæstio. tertia. corripiantur. & iunge quod not. suprà. eodem, §. quid sit excommunicatio. si vis scire qui sunt hi qui hanc iurisdict. spiritualem habent, plenius no. suprà. de offic. Archi. §. quod sit eius officiū. ver. Item excommunicare, & se. Hi verò qui curam animarum habent, etiam si sacerdotes sint, non possunt excommunicare, secundum Rayn. cùm non habeant iurisdictionem in subditos, nec inter eos ualeant iudicare: nisi fortè de consue: hoc haberent, quæ iurisdict. dat. ix. quæstio. tertia. conquestus. suprà, de elect. dudum. 2. §. tandem. Tu dicas quòd quicunque etiàm sacerdos[b] habet potestatem excōmunicandi & absoluendi quò ad potestatem clauium siue clauis fori pœnitentialis: non tamē habet exercitium nisi curam habeat: sicut patet in his quæ notat. suprà, de pœnitent. §. cui confitendum sit. uersicul. non ob. & se. Ex quo uerò curam habet in notoriis potestatem excommunicandi & exercitium præmissa admonitione, & in omnibus his quæ sine libelli oblatione expediri possunt: suprà, de clandest. despon cum inhibitio & sic intellige quod dicunt tertii. vt not. suprà. eodem. versicul. tertii. & xj quæstio tertia. audi. & capit. quomodo sacerdos. xvj. quæstio. prima. aliàs. 2. quæst. vij §. item cùm Dauid. suprà. de eo qui fur. ord. sus. capit. 1. & patet in his quæ nota. suprà. de pœnitent. sua rubric. de remis. §. quid remittit. sub §. dicuntur autem sacerdotes. & infrà eodem, §. quis possit ab hac sententia. sub §. sed qui absoluet. versicul. sed nunquid clericus. nisi fortè contraria consuetudo, uel superioris Episcopi inhibitio hoc impediat, ut patet in his quæ notant. suprà eodem. uersicul. alii autem prælati. & suprà, de pœnitent. §. cui confitendum sit. uersic. septimus. si ipse Episcopus. In occultis uero: uel quæ requirunt iudicialem indaginem, non possunt excommunicare, nisi contraria consuetudo uel specialis delegatio siue concessio eis plus indulgeat. nam & capitulum de cō suetu. uel indulgentia excommunicat & interdicit: suprà de rescriptis ex parte decani. & de consuetudine. cum inter uos. ĩ. titul. 1. ex parte. & sic intellige sententiam Ray. quam not. suprà. eod. uersic. hi uerò. Si autem aliquis curam habet alicuius parochiæ, nec sacerdos est: iste non potest excommunicare, nec absoluere quò ad potestatem clauium, quam non habet. Quod si aliquis prælatus habeat iurisdictionem temporalem in aliquos homines suos, nec aliàs præsit iurisdictioni spirituali, de iure uel de consuetudine priuilegio speciali: talis nec excommunicare potest: sed aliàs procedat sicut Iudex faceret temporalis: arg. suprà, de offic. ordin. dilectus. & de iure patron. cùm dilect. §. nos igitur. Verùm, si prælatus in aliquo loco utranque iurisdict. obtineat, utroque gladio uti potest: argumen. suprà. qui fil. sint legiti. per uenerabilem. respon. 1. ad fin. uersic. id autem in patrimonio beati Petri. suprà, de appel. si duobus. §. fina. & in auth. d. n. extra eod. dilecto. dum tamen ab effusione sanguinis abstineat. quod dic, ut not. suprà, de cleric. uel mona §. quæ sunt permissa clericis suis. §. clericis. uersic. possunt tamen clerici. & seq. Potest tamen excommunicare iudex spiritualis, ordinarius, potest & delegatus, suprà, de offic. deleg præterea. & cap. ex literis. & cap. sequen. Sed excommunicatus non potest excommunicare: xiiii. quæstio. 1. audiuimus. & iunge quod not. suprà, de sentent. & re iudic. sub rubrica. de sententia. §. quis debet sententiam. secundum hoc intellige, infra, eodem. si quem. ubi innuit. quòd quicunque Iudex est, excommunicare potest. Minor autem excommunicatio etiam ab homine infligitur: nam secundum omnes Episcopi & alii inferiores prælati excommunicare possunt minori excommunicatione: suprà de offic ordin. cùm ab Ecclesiarum, unde & ipsa minor excommunicatio quandoque infligitur à sacerdote, quandoque à seipso & aliquoties malè fit: ut quando putat hoc sibi sufficere ad salutem: de pœnitent. distinct. 1. Sunt qui arbitrantur, quandoque bene, ut quando hoc facit peccator causa reuerentiæ: de consecrat. distinct. 2. quotidiè de pœnitent. distinct. 1. facilius. & distinct. 2. qui sceleratè. melius tamen est quòd authoritate sacerdotis hoc faciat. de pęniten. distinct. 1. in ac. nam & hodie ad minus semel in anno necesse habet quilibet adultus seu discretus Eucharistiam sumere, nisi de licentia proprii sacerdotis abstineat: suprà, de pęniten. omnis. sed & aliquoties à Deo, aliquoties à iure infligitur. quod dic, ut nota. suprà. eodem. §. quot sunt species. & infrà

ADDITIONES.

a Excommunicatio est mucro. ¶ Adde gloss. in cap. corripiatur xxiiij. quæstio. iij. & per Domi. in cap. pro humani. de homicid. libr. vj.

b Quicunque etiam sacerdos. ¶ Adde doct. in capit. firmiter. in §. viij. de sum. trin. & per Docto. in capit. tanta. de exce ss. prælat.

infrà eodem.§.quis possit ab hac sententia absoluere.[a]

6 **Quis† valeat excōmunicari.** Subditus & inferior respectu proferentis, uel canonicis ab eo latis.j.eo.à nobis.& capit.sequen.& hoc intelligas de subdito Christiano. Iudæus eñ vel paganus excommunicari non potest. Quid enim ad nos de his qui foris sunt? s.de diuor.gaudemus, secũda; quæstione prima.multi. Item hoc est uerum nisi priuilegium obstet.16. quæst. j.frater noster.quod dic ut notat. suprà, de priuileg.§. qualiter amittatur. sub §. sed & dici potest. Igitur superior non potest excommunicari[b] ab inferiore: suprà, de maior.& obedien.cùm inferior. 21 distinct.inferior. Hæc autē regula fallit in casu, secūdum quosdam, scilicet, quando superior imperio inferioris se subijcit: 11.quæstio.j.peruenit.ff.de iur.omn.iud.est receptum. sed certè ex quo supposuit se & suppositio tenuit, iā nō est inferior, sed superior in eo, in quo se supposuit, quod hodie in clerico de facili nō obtinet: ut patet in his quæ not.s.de offic. dele. §.quibus modis.uer.clericus autē. Sunt & aliæ duæ regulæ circa hanc materiam, de quibus not.j.eod.§. & quis sit eius effectus. sub §. si uerò sententia. & sub §. est & alia regula. Non subditus etiam excommunicari non potest: quoniam sententia à non suo iudice lata non tenet[c] s.de iudic.at si clerici.9.quæst. 2. per totum. ideò quia si quis ita dixerit: Qui furtum fecerit, excommunicatus sit: subditos tantùm proferentis astringit, j.eodem.à nobis. j. quod intelligi debet de extraneis & non subditis: qui alibi extra iurisdictionem proferentis delinqunt: ff.de iur. omn. iud.l.fi.sed & de his qui intra territoriũ eiusdem furtum faciũt, intelligi potest: dum tamen ignorent sententiam latam, nec tantam moram traxerint quòd scire præsumantur.s. qui matri.accu.poss.c.fin.suprà, de adult.si ea, nec eñ ligatur aliquis excommunicationis sententia, nisi sciens: j.eod.significauit.& cap.cum desideres.nec iste extraneus tenetur scrutari arcana alterius regni C.de commer. & mercatoribus.l.mercatores. si uerò hoc sciat, vel nimiam moram ibi traxerit, secundum ea quæ no.s.de parochiis.§.quis intelligatur parochianus.vers.quid de scholarib.s.de constitut. §.quando constitutio incipit arctare. iam incipit esse subditus ratione delicti & sentētiæ latæ: nam & de furto tenetur ibi respondere ubi commisit: s.de raptor ca.j.6.q.3. placuit.& not.s.de foro competen. §.quibus ex causis.versicul. Item ratione delicti, sed & præses aduersus extraneos homines delinquentes imperium habet: nec enim distinguitur, vnde sint. ff.de off.præsid.l.3. & est hoc intelligendum de subditis extraneis non superioribus seu paribus quo ad dignitatem uel officiũ indistinctè. Quid ergo si Metropolitanus veniat contra talē canonem à suffraganeo latũ, & in diœce. suffraganei? dixit Laurent. ꝙ non ligatur, cũ ipse ordinarius totius prouinciæ suæ sit: lx.quæstio.3.cap.2.& in eodem consentiat Ioan. Et Bertrandus. Prouincialis dixit ꝙ casus est pro hac via: s.de præben. graue. infrà eodem, à nobis j.& est arg.in authen.de defen. ciui. §.non habente.col.3.& 21.distinctio.inferior. ff.de arbitris l.secũda & idem est si Episcopus in parochia plebani sui delinquat. Hugo verò dicit contrà, quia talis non ligatur sententia iudicis: tunc enim uera est sentētia Laurēt. imò ligatur sententia canonis.& quia scienter incidit in factum damnatum: xxiiij.quæstio.1.cap. 1.2.& 3.& argum.96.distinct.duo. vbi Ambrosius ratione criminis in sua parochia commissi damnauit Imperatorem, quod aliàs non fecisset: & pro hac uia fecit, quia tales delinquendo, & ex certa scientia contra canonem veniendo se facit inferiorem: argumen 40.distinctio.multi.ad fin.& sic inferioris imperio tacitè se submittit, quod fieri potest.2. quæstio. 6. nos si incompetenter.vnde iam non est superior, sed inferior.ut not.suprà eodem. uersicul. igitur superior. quid enim dices si Metropolitanus scienter celebret in ecclesia à suffraganeo interdicta, qui etiam excommunicauerat omnem ibidem celebrantem. uide quod not.j.eod.§.& quæ sit pœna.sub §.quid si Episcopus.ver sicut mihi uidetur ꝙ Ray.& iunge quod not. suprà, de priuil.§. qualiter amittatur.sub §.sed & dici potest. & de officio delegat.

§ quid

ADDITIONES.

[a] Non ineptè tamen huc referri possunt species, quas in hoc genere Martinus noster eo tit.in sum.scriptas reliquit, in hęc uerba: licet (inquit) quilibet sacerdos, qui habet parochialē ecclesiā, possit excommunicare latronē, idque maximè de ꝯsuetudine. 16.q.j.alia.& 7.q.j.nemo. (Vnde, si scientibus Episcopis, & non cōtradicentibus huiusmodi sententiæ proferātur, & Episcopi tales reputēt excōmunicatos, & absoluāt, bene ligāt tales sententiæ, quas ferunt sacerdotes pro dānis, quorũ ignorantur authores, de consuetudine tenēt, & ligāt, idq; tacita Episcoporũ approbatione) soli tamen Episcopi excommunicare possunt cũ illa solēnitate, quæ habetur 11. q.3.debēt. Sed & quis cęteri pręlati, qui per electionē adsumuntur, excōmunicare queant, non tñ cum tanta solennitate. Hi tñ, qui per electionem adsumuntur prælati cũ sacerdotibus parochialibus possunt subditos suos excōicare, de consuetudine seruata, quæ dat iurisdictionem.ut 9.q.3.cōquestus? & extra de offi.ord.duo simul.& C.de emancip.libe.l.j. Subditos autē hic appello ratione delicti, domicilij, ꝯtus. & rei, ut extra. de foro competenti.c.fi.& de priuilegiis.uolentes. Si uerò aliqui excōmunicantur pro furtis & dānis, sub hac formula: excōmunicamus omnes illos, q̃ dānũ hoc, uel tale furtũ fecere, & etiā omnes illos, q̃ hoc sciũt, si nō reuelauerint, dicendũ est, ꝙ tales, qui sciunt, non tenentur reuelare hoc dānũ passo: quia huiusmodi sententia est intelligenda de reuelatione facienda prelato Ecclesiæ, non damnũ passo. Sed nec prælato ecclesiæ, ille qui solus nouit, reuelare tenet, imò nec debet publicè reuelare: sicut notatur de testibus, synodalibus, 35.q.6.Episcopus in synodo. Tenetur tñ reuelare prelato occultè vt prælatus corrigat occultè, nō publicè in hoc casu malefactorem. Sed si ille sciat probare, non tñ reuelando publicè suis expensis producere testes, & in iudiciũ trahere reũ: sed sufficit, vt publicè reuelet prælato, in hoc casu, qđ sit de facto illo, & ꝑsonas exprimat, ꝑ quas factũ illud ꝓbari possit. Eo casu moneat prælatus malefactorē, ut satisfaciat, si possit, ꝙ si satisfacere nolit, & ille, qui damnũ passus est, uelit, nō tamen ob id trahet malefactorē ad secularē forum: poterit siquidē prelatus de huiusmodi facto veritatē, ut etiāsi ipse, qui damnũ passus est uoluerit, monitione præmissa, agat aduersus illũ in modũ denuntiationis. Si autē cauere noluerit, & maximè si timeatur, qđ damnũ passus velit agere aduersus malefactorē, ad sanguinem coram iudice seculari, aut etiā authoritate propria velit se vlcisci, tunc non tenetur prælatus publicare, quod audiuit de facto, nec reuelantem ꝯpellere, ut publicè reuelet. Sed etiā si probabiliter timeatur, ꝙ malefactor interficiat, uel aliàs damnificet reuelatorē, non tenetur publicè reuelare secundũ quosdā: sed sufficit, ut in secreto reuelet prælato psonā malefactoris, & personas testiũ, per quas factũ poterit probari. Debes autē sacerdotē criminosum, quē ad instantiam alterius excommunicauit, in occulto uitare, & non in publico: extra, de snia excommunication.cùm nō ab homine. Non solùm prælatus à collegio vel uniuersitate electus, & confirmatus excōicare potest, sed etiā ille, qui ab Episcopo administrationem habet cum iurisdictione in ecclesia curam animarum habente: extra. de elect.c.j.& de offic.ordin.cùm ab ecclesiarũ.90.dist.legimus. Aliquādo iurisdictio est nulla, vt quæ careat coertione: ut extra, de officio delagat.ex literis. Item excōmunicare potest Episcopus clericum alterius Episcopi qui crimen cōmisit in diœcesi sua, sed tamen sententia per propriũ Episcopum executioni mādari debet extra de rapto.c.j.& de foro cōp.postulasti. Ligatus tñ maiori excōmunicatione excommunicare non potest Similiter nec intrusus, nec à iurisdictione suspensus: 24.q.j. audiuimus. Sed detegatur excōicatio alicuius excōmunicati post sententiā, tunc sententia reuocari debet: extra, de sentent.& re iudicat.ad probandũ. Huic tamē iuri derogatur per contrariā consuetudinē, q̃tũ ad Principes, & magistratus, & baiulos eorũ excōmunicatorũ, qui faciunt obseruari sententias latas ab ipsis excōmunicatis: quod tamē fieri non debet. Itē excōmunicare, suspendere aut absoluere nō potest quilibet extra prouinciā, de offi.deleg. nouit.secũda, quæstione prima nouit.& ff.de officio Prętο.l.tertia. Et hoc intelligas tā de iudice ordinario, q̃ delegato vel delegato. Itē excōicare nō pōt aliquis sine consensũ Cap.extrà de sent.excommunicat.posse, id ex iurisdictione ordinaria accipiendũ est, de officio delegat.quærenti: alioquin iurisdictio elusoria esset sine coertione. Vnde, quicunque iurisdictionē habet, habet & coertionem, sicut dicit Bernardus super illo c.fi.de offi.dele. vbi de hoc.in gl.istius. Sed notandũ, ꝙ de sentētia lata ab homine, quæ sit, diuersi, diuersa dixerunt. Quidā enim dixerunt, ꝙ ubi ab homine, uel à iudice dicitur lata, esse, censetur pro cōtumacia uel offensa præterita: & hoc siue generaliter siue particulariter feratur: ut Excommunicamus illos, qui hæc fecerunt. Alij dicũt sniam hominis esse, cũ fertur pro contumacia vel offensa præterita, uel etiā futura, nō tñ cũ intentione faciendæ cōstitutionis generalis, aut perpetuæ, sed ut particulari alicui personæ, uel personis ad uitā eorũ, ut alicui negotio consulatur ad tempus. Et ab huiusmodi sententiis latis ab homine non possunt absoluere, nisi excommunicatores, aut superiores eorum, qui tamen sint ordinarii eorum, qui absoluendi sunt, uel ipsi, qui ab ipsis excōmunicatoribus suꝑ ipsa absolutione ꝓstāda hēnt mādatũ generalē, uel speciale. Generale, ut qñ excōicati vadũt ad scholas, uel in peregrinationē, uel in longā viā, uel mutāt sedes seu domicilium, uel ab eis excōicatoribus impetrāt absque fraude & dolo, ꝙ possint absolui in locis, ad quos se trāsferũt. Speciale, qñ huiusmodi excōicatores ꝓmittũt prælatis extraneis, uel ꝓpriis subditis specialiter absolutionem huiusmodi excōicatorũ. Quòd si aliquod statutũ ꝑpetuũ intēderet, tũc lata dicēda est snia à iure. Vnde si dicatur. Excōicamus omnes illos q̃ vsq; ad hoc, uel illud tempus faciēt guerrā. Vel si dicatur, Excōicamus omnes, qui participabũt cũ isto, vel illo excōicato, & similia, ita vt in fauorē, vel odiũ alicuius ꝑsonæ singularis, vel singulariũ ꝑsonarũ ꝓferatur, snia huiusmodi dicit nō esse iuris, sed hominis. Hinc igitur sumpta occasione Martinus noster eod.tit.in summa reformauit hāc rubricellam, de excōicatione à iure inflicta. Qua in re ita scriptum reliquit. Excōicatio dicitur à iure inflicta, cũ fertur in furtũ generaliter, ueluti. Excōicamus omnes, q̃ furtũ fecerint, extrà.de snia excōicatio. à nobis. Similiter, qñ ius aliquid statuit, per quod aliq̃d criminosi aliis adæquātur in pœnā quale est illud, facientes & cōsentientes par pœna constringit: extra eo.tit. nũper.& ca.si concubinæ. Similiter sententia dicitur ferri à iure, cùm fertur ab eo, qui potest cōstitutionē generalē facere, ut Papa: uel particularem, ut legatus Papæ, uel Archiepiscopus in prouincia, vel Episcopi in prouinciis sibi cōmissis, Vel conciliũ prouinciale, animo constituendi.& statutum condendi in perpetuum & generaliter in omnes subditos, & statutũ illud corroborant per sententiam excōmunicationis, uel aliam in futuros transgressores: ut Excommunicamus omnes hæreticos, uel usurarios. Martin.

[b] Superior non potest excommunicari. ¶ Adde Petrũ de Ancharano in Clementina j.in j.notabili de fo.com.Bal.in c.j.in §.ad hæc.de pace in.fir. in usibus feudo, Bal.in l.si quis seruo.ad fi.C.de furtis.

[c] Sententia à non suo iudice nō tenet. ¶ Adde c.in primis.2.q.2.c.3. de cōsuetu.& per totum C.si à non compet. Iudice.

§. quid sit eius officium. uersicul. sed per quem arguetur. Non obstat quod ordinarius dicatur totius prouinciæ: quia hoc non est uerum, nisi in casibus quorum nullus est hic. Nec obst. s. de præbend. graue. quia ibi non incidit in canonem, sed deliquit conferendo beneficia, & officio suo in quo superior est abutendo. vnde ab inferiori puniri non potest. Nec obstat in authentic. de defen. ciui. §. non habente. quia nec ibi aliquis canon præcesserat. & ibi etiam loquitur quò ad depositionem. quam etiam quò ad Episcopum, non posset facere Metropolitanus. tertia. quæstio. 6. quamuis. Nec obstat, j. eodem, à nobis. j. quia tum ratione canonis, tum ratione delicti per canonem iam damnati incipit esse inferior, ut dictum est. Quicquid tamen dicatur, licet quo ad superiores vel pares dignitate: ut puta Archiepiscopos & Episcopos extraneos, quibus scilicet non subest Episcopus, qui dictum promulgauit canonem, & etiam quò ad exemptos supradicta locum habeant: non tamen quò ad illum, cui subest, Metropolitanum proprium: imò certo certius teneas, quòd sicut sententia uel canon proferentem non ligat, sic nec proferentis superiorem. ergo, licet canon propriè omnes astringat: vt in iuribus pro Hugone inductis: & suprà, de constitu. capitu. j. & fin. 11. quæstio. 3. per principalem. canon tamen inferioris nunquam ligat superiorem proferentis: sicut nec proferentem: suprà de maior. & obedi. cùm inferior: ff. de arbit. l. penult. & iunge quod not. infrà eodem. titul. §. & quæ sit pœna. sub §. quid si Episcopus. & suprà, de maio. & obed. §. quis cui. & de constitutionibus. & §. qualiter constitutionibus. & §. quando constitutio uersicul. ratio. & sequen. alii autem omnes tali canone astringuntur. Sed opponitur, remissiones factæ ab Episcopis non prosunt, nisi his qui suæ iurisdictioni subsunt, ut suprà, de pœnitentiis. quod autem. Qualiter autem ligabuntur non subditi tali sententia, cùm primum videatur fauorabile, hoc odiosum: & fauores sint ampliandi, odia restringenda: ff. de libe. & posthum. cùm quidam. & contrariorum eadem est disciplina. Ad hoc dicunt quidam quòd remissio ideò non transit ad alienum parochianum: quia in talem non extenditur iurisdictio: sed in sent. excommuni. secus est, quia ille ratione delicti efficitur de foro excommunicationis. hoc not. B. infra eodem, nuper, super illo verbo. Tunc erit absolutio. in gloss. quæ incipit Colligitur hic. sed certè, hoc est replicare inconueniens. hoc enim est quod quærebam: quæ scilicet sit ratio, quòd ratione delicti sortitur quis forum, & non ratione beneficij. Dixit Vin. quòd hæc est ratio, quia animæ consulitur vtrobique. ideo enim remissiones restringuntur, ut anima diutiùs affligatur: & sic per veram pœnitentiam liberetur, excommunicatio autem dilatatur: quia & medicinalis est quo ad animã, non mortalis: secunda quæstione i. multi. Sed nec ista placet multum: quia per remissionem factam consulitur animæ potius, quàm per restrictam, ut patet in his quæ notãt. s. de pœniten. sub rubrica. de remiss. §. ad quid ualent. Item excommunicatio mortalis est animæ dum contemnitur: 2. questio. j. multi. & patet in his quæ not. suprà eodem. in continuatione summæ istius. & infrà eod. §. quis sit effectus uersi. & hæc omnia intelligas. dic ergo quòd hæc est ratio: remissio, quamuis fauorabilis, ideò restringitur, ne uilescat ecclesiastica iurisdictio, & ne pœnitẽtiæ satisfactio eneruetur: suprà, de pœnitẽt. cùm ex eod. arg. suprà, de consuetu. cùm inter uos. & propter hanc rationem etiam priuilegia aliquando strictè interpretantur: ut patet, j. titu. j. cum in patribus. Excommunicatio uerò ideò dilatatur: ut is qui in factum damnatum scienter & pertinaciter incidit: maximè in eo, in quo deliquit, puniatur. Nec enim debent remanere maleficia impunita: j. eodem, ut famæ 24. quæ. 3. ecce. & quia tali imputari potest, quia scienter & prudenter se videtur damnare, & ligare: ut patet in his quæ not. infrà eod. §. & quæ sit pœna. sub §. quid si Episcopus. & sub §. sed nunquid excommunicatus. uersicul. sed quid si aliquis ligatus. Quid si is qui hunc canonem promulgauit, hoc, scilicet, modo: Excommunico omnes illos qui furtũ fecerint, moriatur vel trãsferatur, vel deponatur, nunquid excommunicatus est, qui postea facit furtum: uidetur quòd sic, quia scripta Episcoporum anathematizãt post mortem, & facere possũt decretum, ut quicũq; ita fecerit, excommunicatus sit. 3. quæstione 4. nullus, s. de maiori. & obedi. capitu. 2. & hoc satis videtur expressum, nisi à superiori fuerit reuocatum ut s. de loca. & conduct. vestra. suprà de offic. leg. cap. fin. Sed contrà: quia interdictum non durat ultra iurisdictionem interdicentis. ff. de penis. l. final. cui videtur standum, nisi aliquod statuerit diffiniendo: ff. de officio præfecti vrb. l. final. §. vel nisi à successore expressim confirmetur. s. de loca. & conduct. capit. primo, quòd enim ibi dicit quòd successor confirmauit, intelligi debet quoad excommunicationem senten. quæ aliàs non ualeret quò ad constitutionem quæ perpetua erat. s. de officio leg. capit final. Hodie tamen talis excommunicationis sententia ferri non debet, sicut legitur in authentic. d. n extrà, eodem. Romana. §. caueant etiam ne tales sententias, siue specialiter: puta, Excommunico Petrum, quia ita fecit, vel si ita fecerit, uel generaliter, puta, Quicunq; sic fecit, vel fecerit, sit excommunicatus: in aliquot, pro futuris videlicet, si tale quid fecerit: uel etiam pro iam commissis sub hac forma: Si de illis intra tale tempus minimè satisfecerint, proferre præsumant nisi mora in exhibenda satisfactione: puta, quia ad diem iam elapsum non soluit, vel satisfecit: talis enim sic potest excommunicari: Excommunico B. nisi vsq; ad talem diem satisfecerit, cùm satisfacere neglexit in tali termino iã elapso. & sic potest intelligi s. de appellationib. præterea. uel culpa, quia negligentes sunt aliqui Episcopi, vel clerici circa diuina officia tunc enĩ ritè fertur talis sententia: Excommunico illos, qui non interfuerint diuinis offic. secundum quosdã hoc non placet: imò dicit, culpa, id est, delicto notorio, in quo casu potest sic excommunicari: Nisi vsque ad tale tempus satisfeceris, excommunicatus sis, non dico sic fecisti in specie: in genere autẽ sic: Quicunque hoc fecit, nisi vsq; ad tale tempus hęc reuelauerit, vel satisfecerit, excõmunicatus sit, quando, scilicet, nescitur quis hoc fecerit, vel hoc sciat sacerdos etiam sententiã proferens, sed tanquam Deus: s. de offic. ordina. Si sacerdos, uel is qui concubinam tenet sic: Excommunico te, si vlterius tenueris cõcubinam vel omnes illos qui impedient testes dicere veritatem cũ iam nominati essent aliqui: & sic erant in culpa: s. de test. constitutis. j. seu offensa, scilicet, notoria cõtra ecclesiã vel hominem commissa: j. de verborũ significatio. ex parte. & c. cũ olim præcesserit. hic enim potest excommunicari, sicut est prænotatũ, s. e. super illo verbo vel culpa. quibus merito ad iniungendum satisfactionem huiusmodi, scilicet, intra certum diem sequentem: vt s. & taliter prohibendo similia: vt scilicet, dicat Et si hoc de cætero feceris, quamuis de delicto cõmisso satisfeceris, Excõmunico te, vel quando plures sunt: Omnes illos qui de cætero sic fecerint, sicut potest poni exemplum in speciali, s. de appellatio. quæstioni. s. de officio ordin. significauit in generali autem, infrà eodem. grauem. & c. nouerint. suprà. de cleric. excõmunic. minist. proposuit. §. j. inducantur. aut alia rationabilis quàm in ipsis sententijs exprimatur, causa subsit: puta, Excommunico omnes illos qui sunt cruce signati, nisi crucem ferant. Hic enim dicetur iusta sententia in fauorẽ crucis, vt alij scilicet exemplo deferentium ad assumendã ipsam & deferendam fortius animentur, vel contra tolerantes hæreticos secundũ quosdam: sed certè hi sunt excommunicati. s. de hæretic. excommunicamus. dic quòd de hoc recurrendũ est ad arbitrium boni viri: s. de offi. deleg. de causis. & capit. suspicionis. & de appellat. vt debitus. est autem rationabilis, in multis grassantibus & idem delictum committentibus. ff. de pœnis. aut facta. §. fina. uel ut notat. infra eodem. §. & qualiter hæc absolutio. sub versi. quartum. ver. in his tamen omnibus & multa alia exempla poni possunt, quæ nec possunt omnia de facili numerari: quia plura sunt negocia quàm vocabula: ff. de præscript. uerbis. l. 4. Sed quid ualet hæc constitutio ex quo de iusta causa recurrit ad arbitrium iudicis etiam proferentis? respondeo, ad tria. Primum est ꝙ hodie in ciuilibus non est aliquis sic excõmunicandus nisi mora præcedat. Secundum, quod non est excommunicandus aliquis etiam pro commissis vel committendis: nisi exprimatur causa rationabilis in sententia, quare hoc fit. Tertium est quia si aliter fiat, uel causa minus rationabilis prætendatur sententia relaxabitur, & proferens ad arbitrium iudicis punietur, & alias pœnas patietur. de quibus habes in authentica, d. n: extra. eodem. cum medicinalis. de quibus etiam not. suprà, de sententia & re iudicat. sub rubrica de sententia. §. quibus. sub §. pura. uersiculo. Quid ergo si dico, Excommunico te, si te præparaueris: & infrà, eodem. §. quis sit eius effectus. sub §. hi sunt effectus. uersiculo. si quis autem defectus. & sequent. Illud autem certum est, quòd & si iudex non seruans hanc formam sit puniendus, nihilominus est interim tenenda sententia & timendã: ut patet in his quæ notant. infrà, eodem. §. quis sit eius effectus. Sed nec potest aliquis se ligare propria sententia, quia seipsum nemo ligare potest, uel soluere. ff. de arbit. l. penultima. quarta quæstione quarta. capitulo primo. C. ne quis in causa sua iudi. l. unica. est tamen contrarium argumen. infrà, eodem. cùm desideres. ubi innuitur quòd si Episcopus communicet cum illo, quem excommunicauit, sententiam incurrit: sed dic, quòd ibi non ligatur sententia propria, sed canonis: ut not. infrà eod. §. & quæ si pœna participantium. sub §. quid si Episcopus aliquem. nam etsi expressim diceret quòd participans cum excõmunicato ab eo non ligaretur, non ualeret: argumen. infrà eod. nuper. 11. quæstio. 3. excommunicatus. & capit. cum excommunicato. Item successor proferentis, uel par eius sua sentẽtia ligari non potest: ff. de arbit. cum magistratus, suprà, de elect. innotuit. §. quamuis. Sed nunquid excommunicatus excommunicari potest? dic. ut not. infrà. eod. §. qu is sit eius effectus. sub §. illud etiam. Sed & is qui deliquit, est excommunicandus, non alius

alius in odium: vt patet, suprà, de his quæ fiunt à maior.par.capit.quæsiuit.vigesima quarta quæstione 3.si habes.ideo vniuersitas non est excommunicanda, neque collegium: quia sic contingeret ligari innoxios, etiam puerum vnius diei: in authē.d.n. extra.eodem. Romana §.fin. sed qui de vniuersitate culpabiles sunt excommunicari possunt, vt ibi puta, si sic dicatur: Excommunico omnes illos, qui participabant cum tali excommunicato: præmissa tamen admonitione.in authentica.d.n.extra eodem statuimus. Sed & interdicti sententia pro delicto alterius promulgatur.s̄.de spon.non est vobis.s̄.de offi.dele. sanè quia.

7 Quibus† ex causis excommunicationis sententia sit ferenda. Et videtur dicere decre. ꝙ duabus de a causis feratur.hæc sententia, scilicet pro contumacia, [a] vel pro offensa, j̄.titul.j.ex parte.& cap.cùm ol m offensa.dico, vt puta si aliquis iussus seu monitus noluit maleficium emendare seu satisfacere, sicut debuit de offensa quam commiserat. s̄. de appel.cum speciali.sed certè & hæc contumacia est: ff.de rei ven. qui restituere. igitur si rectè inspiciatur, non debet excommunicari aliquis maiori excommunicatione, nisi pro contumacia 11.quæstion. 3. Episcopi.nemo certum.& notatur s̄.eodem in continuatione huius titu. Contumacia verò multiplex est. dicitur enim contumax, qui citatus non venit. Item qui veniens, non respondeat. Item etiā is, qui venit & respondet, sed illicentiatus recedit: sicut probantur hæc omnia. 11.q.3.certū est.sed & committitur contumacia illa aliquādo in latendo, vel absentando, vel ne citatio ad ipsum perueniat, procurando: suprà, vt lit.non contest.quoniam frequenter.vel non restituendo: ff. de rei ven.qui restituere.vel nō satisfaciendo.de offensa, siue delicto: j̄.tit.j.ex parte.vel non exhibendo: ff.de app.creditor.§.iussus.vel pœnitentiam non agendo: 32.quæstion.5. præceptum, supra, de spon.ad audientiam. vel aliàs non obediendo. suprà, de ma.& obe.si quis. Quid ergo dicit canon. 11.quæstion.3. certū. pro his tribus criminibus aliquem excommunicare debere, expone, id est, pro his tribus speciebus contumaciæ, sed & pro alijs, de quibus plenius notat. s̄.de dol. contu.sub rubrica, de contu.§.qualiter deprehendatur.omnis enim contumacia, graue crimen potest dici. est enim quasi peccatum ariolandi repugnare velle, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. 8.q. 1. sciendum. Sed & in diuersis casibus à iure siue canone infligitur, vt patet in his quæ no. eo. §.quis possit.responso primo.& §. quis videat, quod nec sine contumacia est. nam & qui uenit contra ius, contumax potest dici.& etiam furiosus, s̄.de tempo. ord.vel non est compos.

Minor etiam excommunicatio pro contumacia potest imponi. 5.quæstio.2.possunt.11. quæst. 3. audi. potest etiam imponi pro alijs: & culpis: & hoc duobus modis, scilicet pro aliquibus culpis, commissis nomine pœnę ad tempus à iudice infligendæ: 66. dist. tanta. & nomine pœnitentiæ à sacerdote imponendæ.de pœn.distinct.j.in actione. & patet in his quæ notant. s̄. eodem. §. quis possit excommunicare. sub §.minor autem.

Quod autem dixi suprà, quemlibet, scilicet, posse, excommunicari propter contumaciam.generaliter est intelligendum, vbicunque, scilicet, subditus iustis præceptis iudicis renuit obedire. secundum ea quæ not. suprà, de maio.& obe.§.& ad quid obediens. Sed quid si prælatus præcipit cleric.suo quòd vadat Romam vel alio, pro negocijs ecclesi.& ille non vult obedire, dicens quòd alij sunt ibi magis idonei: vel priores eo nunquid hæc excusatio iusta est? non: quia ordo in legationibus non seruatur: ff.de legationibus.l.sciendū. §.penult. Sed nunquid excusatur propter curam rei familiaris? non: quia communis vtilitas præferenda est priuatæ.s̄.de postu. præla.bonæ.j. Et plurimorum vtilitas vnius vtilitati, uel voluntati præferenda est.7.quæst.1.scias.in authen. de resti. & ea quæ pa.in 11.mense.§. quamobrem. nec debet prælatus vtilitatem suam vtilitati ecclesiæ preponere, alioquin obligatur.12.quęst. 4.quicunque.& argu.ff.de admi.tut.l.tutor.secundum dignitatem.§.1.ff.commo.l.sicut certo, §.commodatum.in fi. nam & dissimulatio & fraus & negligentia talibus imputatur.C.de periculo tu.l.1.& 3.& C.arbit.tut.l. quicquid quia nec debet clericus occasione ordinis propriorum negociorū negocia Ecclesiæ relinquere, nisi relaxetur sententia impetrata.ar. 6.quæst. 1. præsentium.& capit.placuit vt nemini.& 16.q.j.qui verè.ibi, & neq; excommunicare ecclesiasticas.& c.nos autem.ibi ac si qua opera.& c.& ibi nec vtrum, &c. Sed contra, quia nemo tenetur relinquere propria negocia pro alienis: vt patet, ff.quemad.testam.aperi.l.sed si quis ex consignatoribus.C.de test.1.si quādo. §.2.ff.de arb.l.licet.ff.de iud.l.sed si longius, cū suis similibus.C. de exac.tribut.l.apparitores. Solut. hæc iura probāt ꝙ nemo tenetur relinquere propriam vtilitatem pro alia priuata.nam & ea quæ coram arbitris iudicibus agitātur, priuatorū sunt: aliud est in republica, vt probat lex, quam aliqui in contrariū induxerūt.C.de peda.iud.placuit.ibi vel publicæ vtilitatis ratione, &c. sed forsan non considerauerant nisi finem, vt ar.ff.de incē.l.ne quid ex naufragijs.ante fi.ibi à domino quoq; possessionis.& c. si eīn prædicta indistinctè admitteretur excusatio, non inueniretur de facili, q munera publica expediret: ff.de vac.muner.l.j. circa princ.obedire ergo tenetur clericus.arg. C.de Epis.& cler. l.si quis presbyter.ad fi.ibi ex gestis negocijs, subaudi vel gerendis, nisi possit remanendi gratiā obtinere: arg.s̄.de offi.delegat. si quando, & c.pastoralis.§.quia verò maximè.secundum canones, secundum quos semper obediendum est, nisi id quod iniūgitur, apertè sit contra dominum.23.quæst.j.quid culpatur.dūmodo diuini cultus obsequium uel ecclesiastica utilitas hoc exposcat: 7.q.j.quia frater.aliquando inobediens morte moritur. s̄.de maiori.& obed.c.2.si enim sunt aliqua munere reipub.temporalis, quę excusationem non admittunt: ut ff.de vaca.muner. l.sunt munera.multo fortiùs debet hoc in munere reipub.ecclesiasticæ indistinctè, & generaliter obtinere: ar. ff. de iusti.& iur. l. j.ff.de relig.& sump.fu.l.sunt personæ. C.de sacrosanct. eccle. l. ut interdiuinum.C.de Episc.& cler.l.sancimus.dico tamen ꝙ ęquissimum est, ꝙ Episcopus qui regere habet omnia: x.q.1.regē da clericum releuet si detrimentum graue sibi viderit imminere: ff.ad l.Rho.de iactu.l.j.uel 2.§.æquissimū.& ff. qui po. in pig. hab.l.interdum.& l.seque. Non ignoro ꝙ aliqui distinguunt circa hanc materiam utrūm priuata vtilitas includatur sub cōmuni: & tunc præferetur cōmunis, ut in iuribus signatis: s̄.eo.§.sed nunquid.& ff.pro soc.l.ait.§.Labeo.& C.de cadu.tol.l.unica.§.pen. vel non includatur, & tunc prefertur primata, qa primo ibi etiā secundū ordinē charitatis.de pen.dist.3.sanè cauedū.& sic intelligunt iura cōtraria.& C.de serui.l.præses.19.q. 2. duo sunt. 23. q.5.si non licet. Alii dicunt ꝙ si allegans priuatā vtilitatem certat de dāno uitādo, audiendus est: & sic intelligunt p̄ria: si de lucro captando, audiendus non est: & sic intelligunt priuata iura: ad qđ pertinet.C.de iur.delib.l.sancimus.§.sunt uerò creditores.C.de codicil.l.fi.§.pe. Sed hic maximè quò ad solutionē supradictæ quæstionis pertinent, nec per omnia cōtinent Euangelium.nam semper priuata vtilitas clerici sub rubrica ecclesiastica continetur.ar.s̄.e cùm desideres.an fi.& c.contingit sæpe, suprà, de penis.cap.2.s̄.de foro compet.si diligenti.16.quę.1.uos autem.in fin. Sed etiam potius debet quilibet omnia mala & detrimenta pati, quàm mortaliter peccare, suprà, quod metus cau. sacris, 32.quæstio.5.ita ne nec debet inobedientiæ notam incurrere pro aliquo commodo temporali: suprà, de maio.& obedien. illud Vt tamen antiquorum reuerentiæ in aliquo satisfiat, distingue, si placet, inter publicam & communem & priuatam utilitatem: & dic, quòd publica preferenda est. & communi & priuatæ.argumen.suprà.de naufrag.l.ne quid. In communi autem & priuata potest distingui: vt s̄.eod.uersi.nō ignoro.sed cùm ecclesiastica semper censeantur publica, propter hoc superior solutio non committatur. Et facit ad quæstionem huius solutionis quod not.s̄. de renuncia. §.quæ possunt renunciari.& §.quid per totū.& de postum.§. quid pertinet.sub §.illud.in summa.& de præscript. sub rubrica de præscript. rerum immobilium.§. quæ exiguntur.sub §.quantum.versi.si notabis & seq. vsq; in fi. Quid si alicui iniungitur ꝙ uadat pro promouendo negocio cōtra se ipsum: non videtur ꝙ debeat obedire.argum.s̄.de iure do. petitio, s̄.de postul.c.final.& hoc satis exprimitur, ff.de legationib.l.sciendum.§.si accusatio. Sed nunquid is qui delegationem alicuius ecclesiæ recipit, potest contra ipsam ecclesiam durante legationis tempore impetrare: sic non tamen per se, sed per aliū. ff.de leg.l.2.respon.j. Quid si Episcopus præcipiat alicui clerico suo, quod liberos accommodet nepoti suo, uel ecclesię renunciet, uel alii conferat: nunquid est iusta causa excommunicādi, si in his uel similib.non obediat? non putò, quia in his tātùm obediendum esse videtur, quæ ad diuini cultus obsequium pertinent: vel quæ ad ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura persuaserit: 7.q.j.quia frater & coepiscopus noster: quorum neutrum est hic.nam & si pręcipiat ꝙ repleatur bursa sua, cùm ipsa nō egeat, non tenetur subditus obedire. Ideo dixit cancellarius Parisien. quòd non tenebamur ad obedientiam bursalem, siue argentinam neque mulinam, neque equinam: intelligas, sine causa inductam arg.s̄.de censi.cum Apostolus.§.inhibemus. 16. quæst. 1. prædicator. Quid autem si præcipiat clerico duræ ceruicis, vt libros suos accommodet clerico bonæ indolis, vt in studio Theologiæ, ad quod mittit ipsum proficiat? tunc videtur ꝙ ei sit obediendū: quia non mouet ipsum carnalitas, sed vtilitas ecclesiastica & communis.arg.in dic.c.7.q.1.quia frater.suprà, de magistris

ADDITIO.

a Pro contumacia. ¶ Adde gl.in c.duo sunt 96.dist.

magistris. super specula. Solutio: si occasione Ecclesiæ uel de bonis ecclesiasticis libros acquisiuit, obedire tenetur. alias contrà, argum. suprà, de test. requisisti. & de iure patron. cum dilectus. § nos igitur.

Qualiter† proferatur. Hic distin. vtrū queras de sententia iudicis vel canonis. Si queras de sententia iudicis: hęc ferenda est iuste: ita q͂ non peccet is qui pronūciat neq; quò ad causam, neq; quò ad animū, neq; quo ad ordinem: q͂ dic, vt plenè notat. j. e. §. quis sit eius effectus. sub §. hi sunt effectus. Sed nunquid hæc verba sufficiunt. Scias te excommunicatum esse, vel te excōicatum cognoscas, vel habeas te pro excommunicato, vel geras te pro excōmunicato, vel repotes te excommunicatum: ita videtur. s. de testi. cogen. c. 2. s. de appellatio. prætereà. Nec enim in sententia refert vtrum interueniant verba directa vel æquipollentia. j. de verbo. signifi. in his. vnde & si dicat iudex: Videtur Titium nihil debere Seio, intelligitur Titiū absoluisse: ff. de arbitris. quid tamen. §. j. Item aliquando excommunicatur quis sola uoluntate: 93. distin. si inimicus. ibi, vt volūtati eius absque monitione obsecundare. & patet in his quę not. infrà. eo. §. quis sit eius effectus. versic. & hæc omnia. & sequen. & sola uolūtate absoluitur, infrà eo. si aliquando. Item si testator sic dicat, sciant hæredes mei me donasse liberto meo tales res inter viuos, scilicet, ex his verbis trāsit dominium ad libertum: quāuis alia donatio non præcesserit: ff. de dona. ex hac scriptura. Preterea si dicat testator, Filiam meam ideo exhæredaui, quoniam ipsam dote sua contenta esse volui: per hæc verba cum voluntate intelligitur facta exhæredatio. ff. de hæred. instit. qui volebat. Sed cōtrà, quoniam verba illa de quibus dix it, suprà eod. ver. sed nunquid. hæc verba magis videntur habere vim & naturam denunciandi quàm ligandi, siue pronunciandi: sed per denunciationem nemo ligatur, s. de appellatio. pastora. §. si. Video etiam q͂ si sic dicat testator: Volo quòd hæres meus manumittat seruū suum, cùm multa capita seruorum sibi reliquerim: si nōn sit verum seruos fuisse relictos: nec hæredi dabitur actio ad seruos petendos, qui relicti non sunt; nec seruum suum manumittere compelletur. ff. de leg. 2. Titia. respō. j. Item nulla est substitutio nisi inueniatur institutio præcessisse. ff. de hæredi. instituen. ex facto etiam agitatū. Solutio: putauit Goffred. uerba supradicta non sufficere ad excommunicandum. ar pro ipso in his quæ no. j. eo. §. & qualiter hæc absolutio. respon. j. & sub §. tertium. vers. nec est approbanda. nec obst. s. de appellatio. prætereà. nam subaudiendum est te excōmunico: & sic excōmunicatum te esse cognoscas. & eodem modo subaudiri debet, s. de testi. cogend. capit. 2. & hoc ideo secundum Goffred. quia excommunicatio odiosa est: & ideo restringenda, non amplianda: ff. de liber. & posthum. cum quidam suprà, de consangui. & affinita. quòd dilectio. sed hęc ratio non placet mihi, neque solutio. nam video quòd non restringitur, sed dilatatur: quia si ita dicat iudex, Excommunico: non intelligitur hoc de minori, sed de maiori excommunicatione, infrà eodem. si quem. & hoc ideò est, quia non est odiosa, sed fauorabilis ad medicinam animarum inuenta. 2. quæstion. 1. multi. vnde in dubio potius debeo credere me ligatum & abstinere quàm temerè communioni hominum me ingerere. supr. de cler. con. mi. illud. § licet autem. nam in dubio via tutior maximè respectu animæ est eligenda, vt ibi. & suprà, de spons. iuuenis. si igitur vis tenere solutionem Goffred. nō dicas quòd ratio per ipsum reddita hoc faciat: imò hæc est ratio: quia sententia quæ non continet absolutionem vel condemnationem, nulla est: ut not. infrà, eodem. §. & qualiter hæc absolutio. respon. j. Nec obstat quod obiectum est suprà eodem. vers. nec enim. nam æquipollentia intelligo sufficientia: vt si dicat à communione ecclesiæ te excludo. ad hoc. infrà, eodem. si quē. Item non obstat. l. inducta. suprà, eodem. versic. Item aliquando. nam decre. si aliquando loquitur in Papa, cuius uoluntas legem facit, institut. de iure natu. §. sed quod principi placuit. de alijs uerò iudicibus uerum est, quòd sola voluntate possunt excommunicare: dum tamen sententiam proferant: si tamen hoc sine causa faciant, egregiè puniuntur: vt not. infrà eo. §. quis sit eius effectus. sub §. hi sunt effectus. Sed nec obstat lex hæc scriptura. inducta. suprà codem. versi. Item si testator. quia illud contingit benigna interpretatione sicut litera dicit. Sed & quod dicit lex, volebat. supra eod. versicul. præterea. non obst. quia illud contingit propter voluntatem testatoris, de qua constat, quæ etiā in vltimis voluntatibus legem facit: in authenti. de nup. §. disponat. collat. 4. secundum Goffred. Tu tamen teneas quòd talis ligatus est sicut apertè decretales probant: s. inductæ. & alia iura sine aliquo subaudito: nec subauditus Goffre. aliquo iure apertè probatur: sed potius reprobatur, infra eo. si quem per quam decret. & per c. 17. q. 4. si quis suadente. & in multis alijs canonibus: in quibus aliquis incidit in canonem ipso iure, & per alia iura superiora. Nō facio vim vtrum dicat iudex, excommunico te: vel, scias te excommunicatū: vel, alia quæcunq; vis: dum tamen voluntatem & cōsensum iudicis de præsenti exprimat: sicut & aliàs dicitur. s. de spons. si inter uirum. & de spon. duorū. cap. primo: & uoluntas iudicis spiritualis omnino pro lege seruanda est: prima, quæstione tertia, audi. quamuis iniusta. vt apparet in his quæ not. infrà eodē. § quis sit eius effectus. respon. primo. Ideoq; consulo tibi, quòd quandocunq; dubitas utrum sis excommunicatus, probabiliter semper repotes te ligatum: quando autem dubitas de absolutione tua, utrum ualeat, repotes etiam te ligatum nec ualere: ut apparet in his quæ not. infrà eodem, §. & qualiter hæc absolutio. sub §. tertium. quamuis in sententijs sit contrarium dicendum: ut apparet suprà, de probatio. ex literis ff. de accusatio. & obligation. Arrianus. ff. de regulis iuris, fauorabiliores. & est ratio, ut notatur. in supradicto proxim. §. sub §. tertium. & quia quod tutius est animæ, tenendum est, ut notat suprà eodem. uersic. solutio. tutius autem est, quòd absoluaris, quàm si decederes excommunicatus & absolutione non petita, argument. 13. quæstion. 2. non æstimemus: & quinta distinctio. ad eius uerò concubitum. & de obser. ieiunij. consilium. §. cum autem quæsieris. nam ubi dubitas de peccato, peccatorem debes te reputare: quia ut dicitur in supradictis proximè inductis iuribus, bonarum mentium est, ibi etiam timere culpam, ubi culpa minimè reperitur: & in foro pœnitētiali. & ubi dubitas de uinculo animæ semper consulo, quòd in mente habeas illud Augu ft. dicentis: uis te à dubio liberare, tene certum, & dimitte incertum. de pœniten. distinct. 7. cap. 1. ad fi. ergo si dubitas, ad cautelam saltem facias te absolui, quod fieri potest. secundum ea quæ not. j. eod §. & qualiter hęc absolutio. sub §. sin autem talis. uersi. sed & illud notandum. & iunge quod not. s. de cleri excom mini. §. qualiter excusentur. & sup. de seru. in ord. fa §. quæ sit forma. uer. forma. ante fi. Et absolutio ista quam facit Goff. in quæstione hac apertè ɔtradicit his quæ not. secundum eundem. j. eodē. §. & quæ sit pœna. sub §. quid si Episcopus. uersi. sed quid si quis Episcopus. & se. & iunge hic q͂ not. s. de senten. & re iudi. sub rubric. de sententia. §. qualis. resp. 1. & sub § pura ubi ea quæ hic deficiunt, plenè poteris reperire per totum ipsum. §. notata. Sin autem quæras de sententia canonis hæc profertur eo ipso quòd aliquis in factum damnatū per canonem incidit. ideoq; de se, qui delinquit, & qui in culpa est non de canone, qui delictū prohibet fieri, quæri debet. ff. de regulis iur. quòd quis damnū culpa sua patitur, &c. & talis nō à seipso ligatur, sed occasione delicti sui authoritate canonis: & per hoc apparet quòd Goffr. malè reprehendit Ray. in his quæ notan. j. eod §. & quæ sit pœna. sub. §. quid si Episcopus. uer. sed quid si quis Episcopus. & sequen. & hoc aliquando ɔtingit authoritate canonis à iudice promulgati, quod dic ut notat. s. eo. §. quis ualeat excommunicari. uersi. non subditus. & sequen. aliquoties autem authoritate canonis scripti, & in iure redacti. de quo not. s. eod. §. quis possit excommunicare. responso primo. inter quos unus dicit: Si quis suadente diabolo huius sacrilegij crimen incurreret, quòd in clericū uel monachum manus uiolētas iniecerit: anathematis uinculo subiaceat: & nullus Episcoporum illum præsumat dolo absoluere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat: decimaseptima quæstione quarta. si quis suadente. super quo multę mouentur quæstiones. Ante omnia tamen nota quòd licet dictus canō uideatur requirere tria, scilicet iniectionem, dum dicit, iniecerit: Item uiolentiam, dum dicit, uiolentas: Item iniuriam, dum dicit, suadente diabolo. Hoc tamen fallit casualiter. nam aliquādo incidit quis in illum canonem sine iniectione, propter solam uiolentiam, dum clericus retinetur inclusus uel inuitus sic, quod non habet liberam potestatem abeundi. j. eo. nuper. quia non refert utrùm quis compedibus, uel parietibus detineatur. ff. ex quibus causis ma. succurritur. nec multum differt à specie seruitutis is cui libertas recedendi non datur. ff. de libero homine exhiben. l. 2. Aliquando autē incidit quis propter solam iniuriam sine uiolentia, ut si quis clericum uolentem uerberet iure per ɔpensationem delicti, quòd clericus commiserat contra ipsum. j. eo. contingit. j. Aliquādo uerò sine uoluntate & sine iniuria. propter solam iniectionem: j. eod. uniuersitatis. secundum Goffre. sed certè illud non fit sine iniuria, quod apparet tibi dum dicit, temerarias manus. si enim ui uolentem percutio: dicitur iniuriosa manus, ut in illa, contingit: multo fortius, ubi nolentem percutio: ut in illa, uniuersitatis. Quod autē dicit dictus canon monachum, pro quolibet religioso supponit, siue sit masculus siue fęmina, clericus, uel conuersus: uirgo sacrata, uel conuersa, infrà, eod. parochianos. & cap. ad eminentiam, &c. uniuersitatis. & capit. de monialibus. dum tamen sit, religionis approbatę. s. de relig. do. capit. fina. quod dic, ut notat. suprà. de regula. §. quis sit regularis. per totum. in illo uersi. quid de rusticis qui faciunt hospitalia. Quid de conuersis secularium ecclesiarum uidetur quòd careat hoc

priuilegio

priuilegio.argumen.j.eod.parochianos. ibi religionis conuer-
sum:& in alijs iuribus s.inductis:& 27.quæstio.1 ut lex contra-
rium tamen interpretantur Doctores: nam ex quo se & sua di-
uino iuri & obsequio tradiderunt, & ex toto translati sunt;iam
facti sunt de foro ecclesiastico: siue ecclesia regularis sit,siue et
secularis:& gaudere debent tales ecclesiastica libertate: 17.q.4.
quisquis.12 q.2.ecclesiarum seruos.in li.feu. de priuilegijs scho
la.l.vnica.non enim habitus, sed professio religiosum facit: su-
prà, de regularibus, porrectum. & uidetur hæc quæstio deter-
cum quidam. & arg. ad hoc. j̃. eo. vniuersitatis. & c. quod de his.
& c. quam te. & ij. quæst. vij. laicos & c. laici. & quia clericus ma
ior est laico: xxi. dis. clericos. s̃. de maior. & obe. solitę: xcvi. dist.
duo sunt. Ergo scandalū imminet, si talis absoluatur, ut patet in
his, quæ no. s̃. eod. ver. sed & enormem. & ver. decre. etiam. & sic
triplex ratio reddi potest: quare aliud, quando agitur de absolu
tione: & aliud, quando de absolutione laici quęritur, est censen-
dum. Vt ergo in summa recolligamus utilitatem eorum, quę su
prà in hoc §. sub §. sparsim scripsimus. Si iniuria grauis sit, uel e-
normis, nullus absolui potest citra sedem Apost. vel alium man
datū habentē super hoc speciale. nam & quā lo quis super hoc
priuilegiatur in genere uel in specie, semper talis iniuria excipi
consueuit, ut patet in his quæ no. j̃. eo. si uero alicuius. respon. i.
in fi. c. peruenit. & c. cum illorum § i. & ii. & ca. relatum. prope fi.
& c. canonica. ergo nec legato Apostolicæ sedis hoc licet in hoc
casu, nisi & potestatem reciperit specialem. non obst. iuribus se.
quæ in leui iniuria sunt intelligenda vt no. in se. uer. In leui autē
iniuria nullus absolui potest, nisi per sedem Apost. uel legatum
ipsius, cui in hoc casu ex officio legationis iam licet, sic intellige
s̃. de offi. leg. quod translationem. & iura sequentia. Sed & inter
legatos est subtiliter distinguendum: nam si sit legatus qui ema-
nat de latere, talis in prouincia sua existens, potest absoluere ibi
dem delinquētes subditos, & etiā non subditos aliunde uenien-
tes & sibi occurrentes, uel ad eum accedētes. sed & extra ꝓuin-
ciam absoluere poterit undecūq; ueniant occurentes. Legatus
vero qui non emanat de latere, sed alias ei committit legationis
officiū, intra suam prouinciā existens potest absoluere suos sub
ditos ratione domicilii & peccati, uel ratione peccati tantū, nō
dico ratione domicilii tantum, extra uero prouinciam existens
absoluere non poterit hos, uel illos. Ille autem legatus qui nec
emanat de latere, nec ei committitur legationis officiū: sed ei ra
tione dignitatis suæ tantùm competit: sicut est Remen. & Can-
tuariē. nec extra prouinciam suam, nec intra aliquos potest ab-
soluere: & hæc uera sunt, nisi primis secūdis, uel tertiis amplius
per speciale priuilegium cōcedatur. & hoc est quod totū deter
minat Greg. distinguēdo hoc modo tacitè, uel expressè: s̃. de of-
fic. leg excommunicatis. & secundum hanc dis. intellige iura. s̃.
de offi leg. c. j. & c. quod translationem. & c. volentes. & j̃. eo. c.
j. in fi. & c. si vero aliquis in fi. & c. se. & c. ea noscitur. in fi. de his
tribus generibus not. s̃. de offic. leg §. quot species. & c. quod de
his. in fi. Quod autem dixi legatum, qui nec emanat, nec cui cō-
mittitur legationis officiū: sed ei tantùm ratione dignitatis suæ
competit, neminē posse absoluere in hoc casu, verū est regula-
riter: hoc enim fallit in casibus illis qui & aliis omnibus Episco-
pis sunt concessi. de quibus not. s̃. eod §. quis possit excōmuni-
care. sub § super illo autem canone. Sin autem iniuria leuissima
sit, in hoc casu quilibet Episcopus absoluere potest. sic intellige
j̃. eo. peruenit. quæ decre. vt patet s̃. eo. sub §. respon. j. vbi posui
verba ipsius, non fuit cōtenta dicere modicā per se tantùm, vel
leuem per se tantùm: sed vtrumq; cōiunxit dicēs, leuē & modi
cam. q. d. leuissimā. Arbitrio boni viri. tale enim debet esse arbi-
trium Episcopi & iudicis. ff. de verbo. oblig. continuus actus. ff.
de iniu. sed si vnus § ait. & ff. de verb. sig. illa verba, s̃. de iureiur.
Quintauallis. & c. venies. s̃. de arbitris. c. ij. Fortè pspicaciter, id
est, subtiliter. nam subtilitas perspicua & intellectualis compro
batur: supra. de frigidis fraternitatis §. j. versic. nos tamen. & de
ferijs. capellanus. antē fi sed perniciosa & sophistica reprobatur
xxiiij. q. j schisma. s̃. de iud. dilecti. ff. mād. si fideiussor. § quædā.
ff. quib. mod. pig. vel hypo. solui. sicut iure corporali. §. si debi-
tori. & C. ad Trebel. sancimus. Distinguendum, quia distinctio-
nes contrarietates soluunt, & opiniones saluant: vt patet, supra,
de rescriptis. super literis, de offic. deleg. super quæstionum arti
culis. s̃. de restit. spoliator. literas. s̃. de simo. per tuas. j̃ eodē in-
ter alias,

dicitur illum habere Iudicē, apud quem inuenitur: ff. de iudic. l. hæres absens consului tamen ꝙ post confessionem iterum ad omne dubiū tollēdum faceret se absolui: & dixi hoc maximè locum habere in illis monasteriis ubi sic obtinuit de longa consuetudine, Papa sciente, & non contradicente: quia consuetudo in talibus dat iurisdictionem. 9. q. 3. conquestus. & melius. s̄. de offi. deleg. quod trāslationem. Alij dicunt, ꝙ prælatus cuius religionem intrare desiderat, ipsum potest absoluere, sed sub conditione scilicet, si ibi remanserit. alias eo redeunte, & eadem excommunicatio rediret. Tu dicas indisc. quòd talis prælatus talē potest absoluere purè, & sine aliqua conditione, quamuis dici posset, ꝙ conditio insit ipso iure. hæc scilicet, si in eadē religione perseuerauerit: sicut & aliàs insunt cōditiones tacitæ, ut not. s̄. de iureiur. §. quot species. uersic. habet autem iuramentum. & sequen. & hoc est verum ꝙ absoluere potest, nisi excessus grauis sit, & enormis: ut satis colligitur. j̄. eod. cum illorum. §. qui claustrales. & se. & in his quæ not. s̄. eod. vers. vel in alium clericum secularem. & eo. sub §. respon. j. & s̄. de offi. deleg. prudentiam. §. penul. in fi. & c. præterea. in fin. Quid ergo si taliter absolutus exeat & ad seculum redeat? dicit not. j̄. eod. §. & qualiter hæc absolutio fieri debet. sub §. quartum. uersicu. quid igitur si quis ob fauorem, & sequen.

14 Et qualiter † hęc absolutio fieri debeat.

In minori excommunicatione nō traditur alia forma, nisi ꝙ hoc cōfiteatur primò sacerdoti: & dicat excōmunicatus sum, cōfiteor: & exprimat specialiter causam: quare ipsam sentētiam incurrit: & sic faciat se absolui, ut satis colligitur j̄. eodem. nuper. §. 2. & uersic. qui uerò & c. duobus. debet tamē sacerdos hęc verba, uel æquipollentia dicere, Absoluimus te à vinculo excōmunicationis huius quā confessus es: & ab alia, si teneris, inquantum possumus & debemus, restituimus te ecclesiasticis sacramentis. nam sententia quæ absolutionem, vel condemnationē non continet, nullius est momenti. 2. quæstio. 6. § diffinitiua. & intelligo proprium sacerdotem parochialem proprium, vel diœcesanū, uel illum qui de licentia ipsorum electus est, quando is qui confitetur ligatus est à canone: nā si ab homine ab illo qui tulit sententiam uel superiore suo erit absolutio impendenda: vt patet in his quæ nota. s̄. eodem. §. proxi. responso primo. & sub §. si uerò sententia lata sit. & est in hoc indistinctè, uerum: quando sententia lata est in aliquem specialiter nominatum: sin autem in genere authoritate canonis, hominis, uel statuti, tunc si proferēs velit aliis absolutionem subtrahere: debet dicere, absolutionem autem talium nobis specialiter reseruamus: argu. j̄. eo. nuper. & sic intellige in §. & sub § s̄. proxi. inductis. & §. quis valeat excommunicari. versi. non subditus. & sequen.

In maiori autem excommunicatione à quocunq; lata sit. siue canone, siue homine quatuor sunt pensanda. Primum est, ꝙ hæc forma seruanda est, ut excōmunicatus in omni casu, antequam absoluatur, iuret stare mandatis ecclesiæ: qđ tamen quidā dicunt non esse de substantia. Nam libertas vbicunq; sit obtenta: etiamsi minus iustè, non reuocatur: C. si aduer. liber. l. j. & ij. præterea aliqui absoluuntur sine iuramento: quod non ualeret, si iuramentum esset de substantia. quod hoc autem fiat. innuitur j̄. e. à nobis. 2. §. absolutionis. nam ibi absoluitur is qui mortuus est, de quo certum est, ꝙ amodò iurare non potest. & est expressum: j̄. eo. super eo. nam & iuramentum potius introductū est de consuetudine, & ad cautelam, quam de iuris rigore: j̄. e. cū desideres. respon. j. Tu dicas contrà, scilicet ꝙ iuramentum est de forma[a] & eius substātia: ut patet j̄. e. ex tenore. ibi. quatenus recepto ab eo iuramento, & c. ergo si non recepto iuramento absoluerer, non ualeret. qa forma rescripti diligenter exacta seruanda est. ita ut nec ordo præposteretur: alioquin irritū erit quod agitur, ut patet s̄. de rescriptis. cum dilecta. § pen. & fi. s̄. de offi. delega. prudentiam respon. j. & c. venerabili. in fi. ff. man. diligenter. ad idem. j̄. eo. de cætero. ibi recepto iuramento secundum morem Ecclesiæ, & c. qui mos hodie omnino seruandus est: quamuis olim ad cautelā fuerit introductus: & hoc est ꝙ probatur. j̄. eo. cùm desideres respon. j. ibi respon. quòd cùm cautio iuratoria, quē hodie, qui excommunicati sunt, præstēt, id est, omnino præstare debēt, adeò quòd absolutio aliter facta nō valeat, vt s̄. & j̄. probatur potius ad cautelam ex cōsuetudine ecclesiæ quàm rigore cano. sit, idest, fuerit olim inducta. neq; momēti tam valida reputet, subaudi quod ipsa sola præstatio iuramēti quo ad solutionē sufficiat. Hic ergo probat, quòd licet necessaria sit quò ad obseruationē formæ: non tamen sufficit. nam & alia requiruntur, ut sequitur j̄. eo. & probatur in fi. respon. j. ibi nec episcopus, nec alij cōmunicare debent eidem, nisi fuerit secundū formam ecclesiæ post iuramentum præstitum absolutus. ergo requiritur quòd primò iuramentum præstetur, & demum alia forma sequetur, ut & probatur in fin. eiusdem decre. ibi & nisi forma ecclesiæ, quę pro absolutione talium introducta est. scilicet de cōsuetudine quò ad iuramentū: & de iure quo ad aliam formam quę sequi debet, obseruetur, non est cōmmunicandum eidem. Ad idem est ꝙ legitur. j̄. e. nuper. §. pen. & fi. ideoq; si quis absolutus fuerit iuramento non præstito, iterum est iuramento præstito absoluendus: quia non valuit prima absolutio, ex quo forma seruata nō fuit: argu. s̄. de presbyt. non bap. c. fi. Nec obst. j̄. eo. à nobis. 2. §. absolutionis. quia intelligi debet quod hæres, uel aliquis de parentibus iurabit vice mortui stare mandatis ecclesiæ, seu excōmunicatoris, & uerberabitur more solito, cùm pœnitentiali psalmo, & oratione Dominica: & alia cōsueta, hac. s. de qua no. j̄. eo. sub §. tertiū. respon. j. vel uerius ibi non est uera absolutio cum effectu: sed est potius absolutionis iam factę denunciatio, quæ & sine iuramento, & sine verberibus fieri potest. super quo uide ꝙ pœniten. sub rub. de remissio §. quis possit. ver. sed & unius & seq. Item nō obstat, sed potius concordat ꝙ scilicet no. j̄. eo. super eo. quia illud fit authoritate Papæ: quia nulli formæ canonicæ seruandę astringitur: s̄. de conce. præbend. proposuit. & c. constitutus. vnde & si ex certa scientia excommunicatum aliquē salutaret potest dici quòd pro absoluto habeatur, quamuis non debeat præsumi, quòd hoc faciat ex certa scientia, nisi hoc exprimat. arg. s̄. de priui. cùm olim. j. § fi. & j̄. eod. si aliquando. 93. dist. si inimicus. nam & per salutationem fit indignationis reconciliatio. 63. distin. cum Adrianus. & per pacis osculum præsumitur quis sacramentis Ecclesiæ consentire: de conse. distin. 2. pacem. & Princeps nuda uoluntate, nulla alia forma seruata manumittit: ff. de manumis. apud eum. & hoc est uerum nisi de cōtraria intentione appareat, secundum quosdam. Alij dicunt ꝙ hoc ita demum verum est, si appareat, quòd per hoc ipsum absoluere intendat est igitur dicta decre. super eo specialis: & ideo non est trahenda ad consequentiam, s̄. de concess. præben. constitutus ad fi. & quòd hoc uerum sit, probat expressim textus ipsius decre. ibi si nullatenus possunt induci ad præstandum iuxta formā Ecclesiæ iuramentū. Non ergo forma Ecclesiæ requirit, iuramentum præstetur, & ibi hac uice: ergo non alia: & hac vice etiam intelligas authoritate huius nostræ literæ specialis, & quę sit ratio quare hoc concedit siue specialitatis, statim subdit ibi, cum interdum consideratis, & c. sed & dicit hac uice cū promissione quæ scilicet loco iuramenti succedit, cùm & inter iuramētum & promissionem simplicem quo ad Deum, nulla sit differētia facienda: 22. q. 5. iuramenti ad idem: s̄. de maio. & obe. cum in ecclesijs. Nec obst. ꝙ dicit respondendum. subaudi enim indulgendo, uel determinando, in quo casu possit aliquando rigor iuris temperari. Sed quæritur vtrùm excommunicatus debeat iurare stare mandatis iudicis absoluentis, vel mandatis Ecclesiæ? & dicunt quæ iam iura quod mandatis iudicis: suprà, quod met. causa. cap. j. infrà eodem. ex tenore. alia dicunt quod mandatis ecclesiæ: s̄. de appel. ad hoc infrà eodem. ad hoc cum inter parochianos. & c. cum desideres. Potest dici quòd ubi quis excommunicatus est ab homine quem contempsit, debet expressè iurare de stando mandatis excommunicatoris, si apparuerit ipsum iustè ligatum fuisse: j̄. eo. nuper. in fin. & c. sacro § verum. sed contrà in fi. & si alia ibi inuenias quòd iuret stare mādatis ecclesiæ: exponi debet, id est, excōmunicatoris, vel Iudicis hæc tamē posset notari differentia quòd quando iurat stare mandatis Iudicis, non includitur successor: quādo uerò mādatis Ecclesię, tunc includitur. argumen. suprà, de offic. delega. quoniā Abbas. secundum Goffre. Tu teneas quod non est facienda uis, vtrùm excommunicatus iuret stare mandatis ecclesiæ, uel iudicis, scilicet episcopi. nam in utroque casu idem est sensus. arg. 7. q. 1. scire debes. & ideo aliqua iura ponunt vnum modum, alia alium: ut s̄. not. ideoque & si iurani stare mandatis Episcopi, vel Iudicis, ut Iudicis: non astringor personæ, sed dignitati, vel iudicaturæ, quare ipso remoto, vel deposito, sibi non remaneo obligatus. arg. j̄. de ele. per inquisitionē. & c. venerabilem. §. fi. 15. q. 6. alicuius. ff. de solu. eum quis, ut nemo uicarius pro alienis vicariorum debitis teneatur. l. vnica. lib. 11. suprà, de noui ope. nuntia. cum ex iniuncto. responso primo. successori autem talis astrictus remanet. s̄. de iureiurando. veritatis. Secus si iurem stare mandatis Episcopi, vel iudicis: non ut episcopi, uel iudicis, sed personæ: qa tunc personale intelligitur iuramentum: & ideo personam eius cui factum est, non egreditur. argumen. s̄. de usu pal. ad hoc. sic. s̄. de iureiur. veniens. & c. Quintaualis. verùm quo ad iuramentum fidelitatis: dic vt not. s̄. de iureiur. § quomodo censeantur. sub § cui.

Secundum

ADDITIO.

a Iuramentum est de forma. ¶ Adde text. & ibi docto. in capit. ego. N. de iureiurando.

Secundum etiā requirit aliqñ ꝙ abſolutionem ꝑcedere dēt, ſcilicet ſatisfactio: ſiue emēda ſufficiens: hic tñ diſt. eſt, vtrū quis excōicetur pro ꝯtumacia, vel pro offenſa ſeu culpa dubia, & tunc ſufficit iuratoria cautio: vel pro offenſa, ſeu culpa notoria, & tunc nō eſt ſententia relaxanda, niſi prius ſufficiens emenda præſtetur. vtrum autem offenſa ſit dubia, vel notoria, non eſt recurrendum ad id, quod videtur Iudici, vel alij: ſed ad veritatē, vt ſcilicet non credatur verbis nudis alicuius: ſed illa dicatur tantum notoria quæ euidens, & manifeſta eſt per confeſſionem, vel probationem legitimè factam, intelligas in iudicio & ante ſententiam excommunicationis latam. nam etſi modo poſſit probari cauſa vera, non tamen propter hoc diceretur euidens, ſed dubia: niſi fortè intra octo dies poſſet ꝓbari. nā tunc notoria diceretur, vt probat̄ in authenti. d.n. extra eodem. ſolet à nonnullis § in prima igitur. Sed & manifeſtè euidens reputatur illa, quæ nota eſt euidentia facti, quæ nulla poteſt tergiuerſatione celari. probantur omnia hæc infrà, titul. j. ex parte. & capit. cum olim. Breuiter tamen illam intelligas manifeſtam, ſiue notoriam [a] quæ notoria eſt iuris, vel facti uel ꝑſumptionis. qđ dic vt plenè nota. s̃. de coha. cle. & mu. §. quid ſit notorium. verſic. notorium autem triplex eſt. & ſeq. Et nota quòd aliquoties excommunicatur quis pro contumacia: & tamen non ſufficit pręſtare iuratoriam cautionem ad hoc vt abſoluatur, imo neceſſaria eſt emenda quædam, ſiue ſatisfactio: videlicet quando contumacia prægnans eſt, putà, aliquid iniunctum eſt ſub certa pœna à Iudice. argumen. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l. vnica. vel alias in contemptum iudicis eſt commiſſa. vnde & pœna arbitraria lui debet. & ſic poteſt intelligi ſuprà, de pœnis. dilectus. & ſuprà, vt lit. non conteſt. quoniam. §. fin. nam & talis contumacia offenſa eſt notoria contra iudicem commiſſa. Idem eſt quando aliquis excommunicatus fuit propter contumaciam, & poſtea abſolutus, ſed noluit expectare mandatum, vel expectauit, ſed noluit obedire: imò apparuit contumax ſicut prius: & ideo fuit ſecundò excommunicatus, hic enim non abſoluetur, quouſque mandatum ſuſceperit, & pro poſſe adimpleuerit. vel adimplere inceperit. Et ęſt ratio: quia prima contumacia iam facta eſt offenſa notoria. ſic intellige ſuprà de officio ordin. ſignificauit. & argumen. ſuprà, de procu. cap. 1. & de præſump. mandata. & expreſſim. ſuprà de appel. quæſtioni. ſed & vbi aliquis excommunicatus eſt pro contumacia non debet abſolui, niſi & de expenſis primitus ſatisfaciat, quod dic vt not. ſuprà, de offic. delega. quæ iuriſdict. verſic. vlti. Sed ſi offenſa notoria ſit, & contra Deum tantùm commiſſa. abſolui poteſt, & debet, antequam ſatisfactio pœnitentię adimpleta fuerit: alioquin plerunque vnus diu ſtaret excommunicatus, ſuper quo vide quod not. ſuprà. de ſimo. §. qua pœna ferian tur. ſub §. per Iudicem. verſic. ſed & cum his. & ſuprà, de pœniten. §. pœnitentia. vt enim ibi not. pro quolibet peccato mortali datur pœnitentia ſeptem annorum regulariter. & hæc ſatisfactio debet fieri de peccato. nunquid ergo interim ſtabit excōmunicatus? non imò recepto iuramento quod ſtabit mandatis eccleſiæ, ſtatim abſoluitur: vt patet in adulterio etiam notorio. ſuprà, quod metus cauſa capit. j. §. fin. & ſuprà, de eo qui duxit in ma. quam pol. per adult. ſignificaſti. in fi. ſi verò eſt impœnitens, & in peccato perſeuerans, non abſoluitur, & abſolutus in eandem ſententiam reducitur quouſque mandatum eccleſię facere incipiat firmiter obſeruandum: ſuprà, de appella. quæſtionis. ſuprà, de offic. ordin. ſignificauit. & iunge quod not. §. vt litę non conteſt. ad fin. verſicu. cùm autem hæ duæ pœnæ. Si verò contra hominem priuatum, vel eccleſiam, vel prælatum, tunc debet præcedere ſatisfactio: vt not. ſuprà eodem. ſub. §. reſponſ. 1. ſecundum hoc intellige. infrà, eodem. per tuas. §. penul. & vlt. ſuprà, de appell. qua fronte. § 1. alioquin Iudex, qui hoc omiſit de ſuo, tenetur ſatisfacere. argumen. C. de iu. ſancimus & in his quæ no. ſuprà, de dolo. & contum. ſub rub de contumacia. §. qua pœna. ſub §. ergo eſt modus in reb. verſic. illud ſpecialiter & ſequen. Papa tamen, qui ſolutus eſt legibus, [b] non ſeruat hoc ſemper, cum iniectores manuum & incendiarios notorios tota die remittat abſolutos, nulla præmiſſa ſatisfactione: mandat tamen quòd niſi ſatisfecerint, in eandem ſententiam reducantur: hoc autem ideò fortè facit, quia cùm Papa multū diſtet, periculum eſt in mora argumen. ſuprà. eodem. ſacro. §. caueat. ibi qui ſi abſque periculo moræ poteſt, &c. & ſuprà. tit. 1. cap. fin. de conſecra. diſt. 4. baptizandi & cap. ne quod abſit. & diſtinct. v. baptizari. Aliàs requiritur quòd ſatisfactio præcedat, vt ſuprà. not. ſatisfactum autem competenter intelligas, qualitercunque contemptus ſit is, qui offenſus fuit, vt apparet in his. quæ no. ſuprà. de ſolu. §. quid ſit ſolutio. Sed cui applicabitur ſatisfactio pecuniaria, quæ debet fieri propter violentam manuū iniectionem? dicit Goffred. quòd ſi manus iniectæ fuerunt in monachum vel conuerſum, ſatisfactio pręſtita monaſterio applicatur. argument. xij. quæſt. 1. non dicatis. & melius ſuprà. de ſtatu mo. cùm ad monaſterium. reſponſo primo. ad fin. ſicut & ſatisfactio iniuriæ ſerui applicatur domino. Inſtit. de iniuriis. §. ſeruus autem. & argum. ff. pro ſocio. ſi fratres. §. fin. mihi incipit. l cum duobus. Sin autem in clericum ſecularem tunc eidem clerico reddi debet, niſi in contumeliam Eccleſiæ ſit pulſatus. nam tunc poteſt etiam eccleſia agere actio. iniuri. argumen. Inſti. de iniur. §. quòd ſi vſusfru. & §. ſequenti. quòd ſi libero. nam & ei debetur ſatisfactio, in cuius contumelia iniuria facta eſt, ſuprà. de ſimo. de hoc autem. & capit. audiuimus. xxvii. quæſt. 1. ſi quis rapuerit. col. ix. Poteſt dici quòd in clerico ſeculari duplex ſemper iniuria intelligitur facta fuiſſe, vna eccleſiæ, & altera clerico, & quilibet poteſt ſuam iniuriam remittere ſine alterius pręiudicio. vt patet. infrà, eodem. cùm deſideres § fi. & c. contingit. 1. & quod eccleſiæ, cuius eſt clericus dignoſcatur, fieri iniuria expreſſum eſt: ſuprà de foro compe. cap. 2. & arg. ſuprà, de Iudæis. poſtulaſti. 2 quæſt. vij. accuſatio. in fi. vnde & de compoſitione presbyteri interfecti, pertinet medietas ad diœceſanum, & medietas debet pauperibus elargiri. ſuprà, de pœ. capit. 2. ſic & aliàs in perſonam vnius, multiplex iniuria colligitur. ff. de iniu. l. 1. §. vſque. ff. de pactis hære. §. filia. & l. in perſona. Licet autem ita ſit de rigore, quod tamen hodie ex tali iniuria agat Epiſcopus, vel eccleſia: vix videmus. Sed & eccleſiæ generali ſemper intelligitur fieri iniuria, cui ſatisfaciendum eſt per reconciliationem ſolennem. de quo not. j. eod. ſub §. tertium. & de illa videtur loqui. j. eod. cùm deſideres. in fi. & hanc nec non & pœnitentiæ iniunctionem non poteſt aliquis facere, niſi ſacerdos ſit ad minus. vt not. s̃. eod. §. quis poſſit ab hac ſententia. ſub §. ſed quis abſoluet regulares. verſi. ſed nunquid ſi clericus. de hoc etiam not. ſuprà de pœnis. §. quæ quibus. ſub §. interfectorib. ver. ſed cui applicabitur. & ſeq. Quid ſi quis ſit canonicus diuerſarum eccleſiarū, vel diuerſas eccleſias, ſeu perſonatus habeat, quæ eccleſia aget pro iniuria corporali eidem facta? poteſt dici quod diuidetur actio inter eccleſias. arg. ſuprà. de teſtamen. relatum. §. fin. vel diſtingue in caſu iſto, vtrum certum ſit quod in contumelia vnius ſibi ſit facta iniuria. vt quia pro adminiſtratione negotiorum ipſius accidit, vel alias certum eſt: & tunc illa tantum aget, vel dubitetur, vt quia pro adminiſtratione negotiorum vtriuſque eccleſiæ accidit, nec alias poteſt certificari: & tunc vtraque aget, vel Epiſcopus, intra cuius diœceſim ſita ſunt omnia beneficia ſua, vel Archiepiſcopus, intra cuius prouinciā, ſed in diuerſis epiſcopatibus ſita ſunt: alias recurrendum erit ad primatem, vel Papam arg. ff de iniu. item apud Labeonem. §. ſi vſusfructus. & § fi & l. ſeq. & Inſtitu. de iniuriis. §. ſi communi ſeruo. s̃. de deci. quoniam & ſuprà, de foro competēti. ſanè. Sed coram quo Iudice æſtimabitur hæc iniuria? dic quòd ſi clericus trahit laicum coram ſeculari Iudice, ad ipſius arbitrium recurretur. Inſtitut. de iniuriis. §. ſed poſtea. ſuprà, de foro competen. cum generale, ſi coram eccleſiaſtico quod fieri poteſt. vt in proxima decretal. & s̃. de foro competenti. ſi clericus laicum, tunc & coram eo fiet æſtimatio. ff. de iudic. de qua re. argumen. ſuprà, de coniug. ſeruo, propoſuit. & de donation. inter virum & vxorem. capitulo primo, ſecundo & tertio, vix videmus hodie quòd ſuper hoc recurratur ad Iudicem ſecularem. Sed quid ſi laico vidente & ſciente clerico nec cōtradicente, nec aliquid petente abſoluto, deponat poſtea clericus querelam coram Iudice eccleſiaſtico, vel etiam ſeculari, non videtur quòd hoc facere poſſit, quia ſi contradixiſſet. non abſolueretur ſine ſatisfactione: & ſic hoc ipſo quod tacuit, videtur iniuriam remiſiſſe. argument. ſuprà, de ſenten. & re iudi. quamuis regulariter. ff. quibus modis pignus vel hypothec. ſolu. Lucius. Patet ex præmiſſis, quod hoc ſecundū non eſt de ſubſtantia formæ, quia & aliter abſolutio facta tenet. eſt tamen de forma iuris ſiue de ſubſtantia: & ideo Iudex qui eam non ſeruat, obligatur, vt not. ſuprà, eod. verſi. ſi verò contra hominem. & ſequen. ſecundum quem multa facta tenent, quæ tamen fieri non deberent. s̃. de iureiurando. quemadmodum. Sed ponamus quod is qui excommunicatus eſt, pro offenſa notoria, bene recognoſcit eam, tamen dicit ſe non ſoluendo, & offert cautionem, quam poteſt præſtare ſcilicet iuratoriam, nunquid debet abſolui? videtur quod non: nam & quandoque abſoluitur etiam ſi hanc præſtet cautionem. xj. quæſt. 3. qui iubente. nec excuſatur ſi factus ſit non ſoluendo: ſuprà de rap. ſuper eo. dicas contra. ſuprà. de ſolu. Odoardus. argum. C. de Epiſcopis. & clericis. authent. generaliter. ſuprà. de donatio. inter virum & vxorem. per veſtras. xiiij. quæſt. vj. ſi res. ſuprà, de vſuris. cum tu §. illi autem. dum tamen cedat bonis. ſecundum ea quæ not. ſuprà, de ſolu. §. quis ſit eius effectus. ſub. §. hoc autem. verſic. qui ergo. & ſeq.

ADDITIO.

a Manifeſtam ſiue notoriam. ¶ Adde gloſſ. & ibi Docto. in capit. veſtra. de coha. cle. & mulie.

b Qui ſolutus eſt legibus. ¶ Adde cap. iuſtum eſt. lx. diſt. §. fi. xxv. quæſt. j. digna vox. C. de leg. l. Princeps. ff. de legi. & in l. ex imperfecto. C. de teſta.

Tertium est de forma, vt postquam is, qui iurauit, & satisfecit sicut debuit, absoluitur per illum qui tulit sententiam, vel superiorem suum, vel alium authoritate sua, & per sacerdotem reconcilietur secundum ea quæ not. suprà eo. §. proximo. sub. §. sed quis absoluet regulares. ver. sed nunquid si clericus. & honestum & quasi consuetum & tutum est, quod fiat hoc modo. spoliabitur excommunicatus, & ponet se ante ianuam Ecclesiæ prostratus, vel flexis genibus coram illo, qui ipsum absoluere debet, qui tenebit virgas, vel corrigias in manibus, & dicendo Miserere mei Deus, verberabit eum percutiendo semel in quolibet versu, vel maius vel minus, leuius vel acrius, secundum quod causa contumaciæ maior, vel minor requirit: & post psalmum dicit Gloria patri, &c Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson, Pater noster, & ne nos inducas, & c. saluum fac seruū tuum, vel ancillam suam, vel seruos, vel ancillas: si plures sunt. Domine nihil proficiet inimicus in eo, vel in ea, vel in eis: esto ei, vel eis Domine turris fortitudinis. Domine exaudi orationē meā. Dominus vobiscum. Oremus: Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. postea dicat authoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, & Ecclesiæ sanctæ suæ, & nostra. Absoluimus te à tali sententia, & restituimus te communioni, & participationi Ecclesiæ: & omnium fidelium & ecclesiasticis sacramentis. Et si vis scire, vnde hæc forma habuit originē: vide quod not. s. de ser. non ordinan. §. qualiter seruus fiat liber. ver. aut vindicta. Nec est approbanda consuetudo, imò potius abusio quorundam simplicium sacerdotū dicentium, Absolutionem & remissionem excōmunicationum omniū peccatorū, &c. & non dicunt, Absoluimus, sicut & similiter ex eadem abusione denunciant aliquem excōmunicatum, licet nulla verba apta ad sententiam præcesserint: talis enim sententia non videtur valere. vt not. s. eod. §. responso. 1. secundum Raynal. quod potest dici verum, nisi appareat quòd per hæc verba hoc intendit ligare, vel soluere: quia ex quo de hoc constaret. fortè teneret. argu. infrà, de verborum significatio. intelligent. & capit. sequenti. & capit. in his. nam & si dicat, Sub pœna excommunicationis hoc præcipio, & si appareat de intentione, talis est excommunicatus, vt not. supra, de sagitta. sed responde pro Rayn. quod tunc hoc quod dici. Præcipio est æquipollens verbis per quæ debet dari sententia, scilicet Absoluo, vel Condemno, vt dicit illa decreta. in his. sed supradicta verba potius videntur habere vim simplicis orationis quàm sententiæ, sicut dicit Raynal. nam & quantumcumq; excommunicato Episcopus communionem reddiderit: nisi secundum formam ecclesiæ ipsum absoluerit, non est ei communicandum: infrà, eo. cùm desideres. responso primo. & cap. quod in dubij. respon. primo. Vel dic, quod quo ad condemnationē, sequenda est voluntas iudicis: secus quo ad absolutionē, quod dic vt not. s. eod. §. qualiter proferatur. responso primo. ergo absolutio, vt supra, secundum formam Ecclesiæ sequi debet: & hoc facto debet sacerdos, apprehendere manum eius dexteram, & in ecclesiam introducere communionem Christianam ei reddendo. Sed & si solenniter anathematizatus fuerit secūdum formā quam no. s. eod. §. quot sunt species. ver. vna. tunc multo fortius eadem forma seruanda est. & tunc Episcopus qui ipsum excommunicauit in persona propria, vel per aliūm Episcopum. argum. s. de consecratione ecclesiæ. aqua. debet venire ante ianuas ecclesiæ. & xii. presbyteri cum eo, qui eum hinc, & inde circunstare debent: & si ille terræ prostratus veniam postulat, & de furtis cautelam spondet, absoluat eum, vt supradicendo 7. pœnitentiales psalmos. cum precibus supradictis vt probantur expressim per ius omnia: supradicta tamen satis colliguntur infra eod. cum desideres. §. fina. & cap. à nobis. 2. §. penul. & xj. quæstio. iij. cum aliquis. sed multi minus bene hanc formam hactenus seruauerunt: non tamen putamus defecisse effectum absolutionis quò ad Deum, etsi absolutio fortè defecerit quo ad ecclesiam militantem argumento s. de baptis. debitum. & de presbytero non baptism. capitu. 2. & 3 Sed nec dicimus omnia supradicta esse de substantia, imo ad bene esse, & instructionem simplicium sacerdotum hoc scripsimus. Quæ autem sit substantialis forma in excommunicatione maiori colligitur j. eod. cum desideres. vbi probatur quod iurādum est, & c. à nobis secūdo. §. absolutionis. & quæ in anathematizato. xi. q. iii. cum aliquis. Sed nunquid nudo verbo potest relaxari hæc sententia? ita videtur. arg. j. de regulis iuris. omnis res. ff. de reg. iur. nihil tam naturale. Et hoc concessit Ioan. vt not. supra. eod §. quis possit ab hac sententia. sub. §. sed quis absoluet. versi. sed nunquid si clericus. & Ray. scripsit quod quasi omnes docto. hoc concedunt, quod sicut non valet iniusta sentētia, sic & neq; iniusta absolutio quo ad ecclesiam militantem. quia nihil tā naturale, &c. Sed hic fallit illa naturalis ratio, vt patet ex præmissis & est ratio: quia spiritualia facilius construuntur quā destruantur: suprà, de transla. episcop. inter coporalia & vt magis timeatur & reuereatur censura ecclesiastica, quæ specialiter animā ligat: supra. de rebus ecclesi. non alie. si quis presbyterorū. & nota. suprà eodem. §. quis sit eius effectus. sub. §. quātumcunque. versi. sed cum ecclesia. & vt scias quod grauius est æternā quàm temporalem lędere maiestatem: supra, de heret. vergētis sic & in momento peccatum committitur, sed nō in momēto agitur pœnitentia septēnis etiam decennalis: Vnde si presbyter in momento fornicationem committit: tamen participationē sacramentorum & communionē hominum, si propter hoc excōmunicatus sit, difficulter recuperat, vt patet. lxxxij. dist. presbyter. nam & per excommunicationis sentētiam delictū suum notoriū redditur. ergo semper quousq; ecclesiæ satisfecerit, & per ministrum eius reconciliatus fuerit, euitatur. s. de cohabitatione clericorum. & mulie. vestra. & c. fi. & not. supra, eo. §. pro xi. sub §. sed quis absoluet regulares. versi. sed nunquid clericus. Quod ergo dicunt iura aliquando hanc sententiam relaxari infrà eod. sacro. & in auth. d. n. extra eod. cùm medicinalis. §. superior intelligas ecclesiæ solennitate seruata: secus autē est interdicto, vel suspensione quæ sententiæ respiciunt loca, vel corpore, vel officia, vel alia corporalia, seu incorporalia non animas: nam illæ sententiæ solo verbo cōtrahuntur. & solo verbo cōtrario dissoluntur. Ideo, si omnes magistri contrarium tenerent, hanc sententiam defende, quod licet quo ad Deum valeat absolutio, quantuncunq; simplex: quia sola contritio sufficit: tamen quo ad ecclesium militantem à sententia iusta, nunquā potest absolui aliquis, nisi forma seruetur: in iniusta autem locum habet, quod dixit Ray. & quod no. secundum ipsum. s. eo. versi. & hoc concessi. quod dic, vt not. infrà, eod. sub. §. fin autē versic. sed quid si excommunicator.

Quartū etiam debet obseruare absoluens post absolutionem, vt scilicet ea mandata faciat iusta & rationabilia. posset enim ab iniustis, iniquis, & irrationabilibus appellari: arg. suprà, de pœnis. capit. fin. & de appellat. vt debitus & cap. cum speciali quod vt melius faciat, cōsiderare debet vtrum esset ligatus à canone, vel à Iudice. Si à canone ligatus erat, est ei iniungendum inter cætera, vt contra illum canonem nunquam magis veniat, nisi in casib. exceptis à iure: Vnde incendiario iniungendum est, ne vnquā magis ignem apponat. xxiii. quæst. v. pessimam. quod intelligi debet, nisi fortè ratione iusti belli. de quo dic, vt not. s. de treu. & pac. §. quid sit alicuius bellū & supra, de voto. §. in quo casu nec enim est alicui iuris beneficium auferendum. xxvij. distinct. de his. vnde si percussori clerici iniungitur ne decætero clericum vel religiosam personam percutiat, nisi ratione prælationis, vel magisterii, vel societatis: quod potest intelligi causa loci, vel aliter: sicut nota. s. eodem. §. quis possit excommunicare. sub §. secunda regula. versic. xiiij & subaudi, vel nisi in aliis casibus a iure concessis, in quibus non incurrit aliquis excommunicationem. quos nota. supra. eod. §. quis possit excōmunicare. sub §. super illo autem canone. Sed & aliquoties super hoc sufficienter cauere debet: sicut nota. supra, eo. §. quis possit excommunicare. responso primo. ab illo versi. vii. vsque ad versic. xv. Sed & si quando Episcopus absoluit aliquem iniectorem manuum temporale impedimentum habentem: quia non possit accedere ad sedem Apostolicam: secundū ea: quæ nota. s. eod. §. quis possit excommunicare sub. §. secunda regula. quasi per totum: est iniungendum absoluto, vt quam cito impedimentum cassauerit debeat se repræsentare Papæ, vel eius legato mandatum suum suscepturus & adimpleturus: j. eo. decætero. in fin. & cap. ea noscitur. in fin. & cap. quod de his. & cap. quamuis incidens. Excipe puerum, vt ibi quamuis impedimentum habeat temporale, tamen propter fragilitatem ætatis plenius excusatur, j. eod. cap. fin. sin autem perpetuum sit impedimētum. perpetuo excusatur. vt in eiusdem iuribus comprobatur. Sed quid si non seruat mandatum, nunquid ipso iure recidit in eandem sententiam? dicunt quidam ꝙ sic quia cessante causa cessat effectus, & priuilegium. arg. pro his. j. quæst. j. ꝙ pro necessitate: xxvj. quæst. vj. qui recedunt. & cap de his vero. lxiij distinct. § vtrum s. de deci. sugge. supra, de voto. magnæ. in fin. C. qui bonis cede. possunt. l. fin. Et si vis plures concor. vide supra, de priuil. qualiter committatur. versic. vij. & sequen. Tu dicas contra. nam & libertas semel, quamuis iniustè obtenta, nō retractatur. C. si aduer. liber. l. j. & obligatio semel exincta non reuiuiscit. ff. de solu. quæ res. §. aream. ad idem xxiij quæst. iiij. si illic. & si vis plures concor. vide supra, de pœnit. §. vtrum pecca ta semel dimissa. sub §. de iure canonico. Quid ergo fiet? nūquid ita deludet ecclesiam? nō puto. sed ab eo qui talem absoluit, vel alio Iudice suo erit pro periurio & contumacia puniendus arg. s. de iud. nouit. respon. j. & § j. & fin. de postula. & c. j. §. fi. sed & ab eo qui ipsum absoluit, est in eandam sententiam reducendus

a qua

à qua decætero non abſoluitur ſine ſatisfactione congrua ſ̃m ea quæ not. s̃.e. ſub.§.ſecundum. verſi.& no.& arg. s̃. de reſcrip. ceterum.§.fin.& cap.fin.in fin. j̃ c.ſacrum.§. verum ſi contra.in fin. & c. grauem.& s̃.de præſum.literas.§.quocirca. Quid igitur ſi quis ob fauorem religionis receptus ſit & abſolutus: ſecundũ ea quæ not. s̃. eod.§. quis poſſit ab hac ſententia.ſub §. ſed quis abſoluet regulares. verſi.quid ſi quis fugiens.& ſequen. nũquid ſi erit intra annum, eſt reducendus in eandem ſententiã? patet per præmiſſa quod ſic. nam & propter fauorem religionis, & ſic propter temporale impedimentum abſolutus fuit: vt modò apparet, licet ab initio perpetuum quò ad hoc, de quo hic quæritur poſſet eſſe, vt patet de voto ſcripturæ. ergo debet ei iniungi, vt pro abſolutione ſua ad ſedem Apoſtolicam accedat: vt patet in his quæ nota. s̃.eo.verſi. ſed & quando Epiſcopus. poteſt enim dicere prælatus religionis qui ipſum abſoluit: Chariſſime, tu vis exire, modis omnibus nõ poſſumus te prohibere ex quo intra annum es. vt s̃.de regula.ſtatuimus. & in authe. d.n.extra, de regula.non ſolum, debes tamen ſcire quod tu debes recedere cum veſte, qua veniſti, ſecundum regulam Beati Benedict: vt s̃. de regula.ſuper eo. in fin.ſed tu veniſti indutus duplici veſte, ſcilicet corporali, ecce induas eam: necnõ & ſpirituali, ſcilicet excõmunicationis ſentẽtia, ecce in ipſam te reduco, induas eam, & ſic potes exire, quò uolueris ire: conſulo tamen quòd facias te abſolui: In his tamen omnibus caſibus videtur, quòd is qui in eandem ſententiam ipſum reducere debet, poſſet ei aſſignare terminum, vel xl.dierum. vel arbitrarium: & dicere ſic, niſi intra tale tempus te præſentaueris Papæ vel eius legato, vel ſaltem iter arripueris continuando poſteà iter tuum in eandem ſententiam te reduco, à qua ſententia nullatenus poterit appellari.ar. s̃. de appel. perſonas.§.ſi autem. & cap.ad hoc.& j̃. & iunge, ꝙ not. s̃. eod.ſub §. ſecundum.verſic.& not.quòd aliquod. Quid ſi talis poſtquam reductus eſt, in eandem ſententiam iterũ uult intrare hanc religionem, vel aliam, nunquid poteſt, & debet abſolui per prælatum religionis? non videtur, s̃.de præſum.mandata.& de procu.cap.j. talem enim inconſtantiam meritò recuſabit Iudex.ff.de procu.in cauſæ, & arg ff.de admi.tu. cum quæritur.Sed contrà.ff.de mino.ait prætor.§.reſtitutus.aliàs incipit. l. & ſi ſine. primis concordantiis puto ſtandum, ne tali fiant leges ludibrio. C. de bonis quæ libe.cùm non ſolum.§. vbi autem puerilis ætas.

Sin autem talis ſit à Iudice ligatus,

& conſtat quòd offenſa notoria eſt, non debet abſolui, niſi præmiſſa ſatisfactione ſecundum ea quæ not.s̃.eod.ſub.§. ſecũdum.Si verò dubia eſt, abſoluendus eſt talis, non obſtante cuiuſquam contraditione, & poſt abſolutionem ſunt cauſæ merita à partibus audienda: & ſi apparuerit iſte fuiſſe ligatus, remittetur ad excommunicatorem abſolutus, vt eius ſententiæ, ſeu mandatis pareat: quod ſi facere renuerit, in eandem ſententiam reducetur, vſq; ſatisfactionẽ ꝯdignam inuiolabiliter obſeruandã. ſed ſi apparuerit ſententia iniuſta, nullum mandatũ fiet abſoluto, ſic intellige. j̃. eo.ſacro.§ caueat.& § ſeq. & c. venerabilis.s̃.de reſt. ſpo.literas.in fi.s̃.de offi.dele.cũ contingat.§ fi.&c.prudẽtia §.fi. qualiter autem iniuſtè excõmunicans puniri debeat, dic, vt not. s̃.eod.§. quis ſit eius effectus. qualiter autẽ iniuſti.ſub §. hi ſunt effectus. Hoc autem nõ prætermittas, quòd licet olim ſecundũ antiquos cano.audiretur quilibet, volens docere de iniuſta excommunicatione.xj.q.iij.ſi Epiſcopus. hodie tamen non audit, niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi dicat ſententiam poſt appellationem legitimæ interiectam, vel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſe expreſſum: ſuprà, de offic.deleg.cùm contingat.j̃ eod. per tuas.Et poteſt dici intollerabilis error quodlibet peccatum mortale: vt ſi Epiſcopus dicat, Excommunico te, niſi pro tali hęretico celebraueris. xj.quæſt.iij.ſi quis Epiſcopus. vel, quia credis in Deum, vel quia pœnitentiam agis: vel quia non furaris, vel fornicaris, vel ſimile quod notorium eſt, peccatum eſſe: xj. q.iij.ſi is qui præeſt, & duobus c.ſequen.vnde Apoſtolus, Si nos aut Angeli de cœlo vobis euangelizauerint præterquam quod vobis euangelizauimus.anathema, ſit.Poteſt etiam dici intolerabilis error, cùm expreſsè contra ius conſtitutionis pronunciatur.ij q.vj.§ diffinitiua.verſi.ſi ſententia.ff.quæ ſententia ſine appel. reſcind. l.j .§.ii . talis enim error ſententiam reddet nullam, ſicut & exhæredationem nullam reddit.ff. de liberis & poſthu. poſthumus.§ fin & l.ſeq. & dationem tutoris. ff de tut.& cur. dan.l.Sciæ.§ obligationem.ff.ſi quis cau.ſed ſi quis.§ fina.Adde tertium caſum. quandocunq; conſtat notoriè ſententiam non tenere. in quo caſu poteſt Matropolitanus declarare ſubditum Epiſcopi ſui iniuſtè fuiſſe ligatum, etſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum: s̃.de appella.ſolicitudinem.§.ſi vero notoriũ puta excommunicauit Epiſcopus ſubditum, quia non ſoluerat x. in quibus fuerat feriato die ſententialiter cõdemnatus.ſuprà de feriis.c.ſi. ſed,iſte cuius eſt idem cum proxi. nam hic intolerabilis error exprimitur euidenter. vnde pone exemplum per id quod not.ſuprà. eo.§. quibus ex cauſis.ſub.§ quod autem dixi. verſic. quid ſi epiſcopus. & idem vbicunq; de iniuſto mandato Epiſcopi notorij liquet, vt dicit dictum cap. ſi verò notorium. allegatum ſecundũ Ray.Tu dic quòd vbicunq; excommunicatus aſſerit ſententiam nullam eſſe, ſemper audiendus eſt, etiam hodie antequam abſoluatur: quod in vii.caſibus cõtingit: quicquid notet Rayn. vt no.s̃.de cleri.excommuni.mini.§. qualiter excuſetur. Sed & illud notandum eſt, quod vbi aliquis petit ad cautelam ſibi abſolutionis beneficium impartiri, auditur, ſecundum quod not.j̃.eod. verſi.quid ſi excommunicatus dicat.vt in authen.d.n.extra eod ſolet.& ad idem infrà eodem, cùm deſideres.§.ſecundæ. & cap per tuas.§.nos igitur.ſed hoc in præſentia partium fieri debet.infrà eod. venerabili, & eſt ratio quia timendum eſt ne notoria ſit offenſa: in quo caſu denegaretur abſolutio, ſecundum quod nota in dicto verſicu . quid ſi excommunicatus. & ſe. niſi fortè de mandato Papæ contrarium fiat. quod quandoq; præcepit ex cauſa: purà, quando non ſunt alii qui rectificentur, vt rerum veritas ſalua fiat.ſic poteſt intelligi ſuprà, de teſti.veniens.in fin.Hugo tamen dixit, tunc demum excommunicationis ſententiam continere errorem intolerabilem, quando fertur pro contrario eius, pro quo fieri ſolet: cum igitur fieri ſoleat pro contumacia, vt not.ſupra eod.§. quibus ex cauſis. certum eſt, quòd ſi excommunicetur aliquis ideo quia obedit ſuperiori ſuo, ſententia continet intolerabilem errorem.ſed quod ſuprà dixi verius eſt. nam & ex cauſa hoc præcipi poſſet, vt patet ſupra, de exceſ. prælato.tanta & in his quæ no. infra e. §.quæ ſit pœna.ſub.§.humile.ver.quid de clericis. Quid ſi excõmunicatus dicit cauſam dubiam: imo etiã nullam, vel falſam: excõmunicator autem ipſam aſſerat notoriam? in iſto caſu ſi excõmunicatus petat ſibi impendi abſolutionis beneficium, ad cautelam abſoluitur cum cautione iuratoria, niſi excõmunicator, vel his pro quo excõmunicatio lata eſt, intra octo dies probauerit. quod cauſa manifeſta exiſtit: quod ſi fecerit, non eſt, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda, ſententia relaxãda, vt in auth. d.n.extra, c.ſolet à nonnullis.in prin.& §. in prima. Quid ſi dicat ipſam nullam, ſcilicet. quia lata eſt poſt appellationem: vel quia continet in ſe intolerabilem errorem, vel alio modo. ſecundũ ea quæ notat.ſupra eodem.de cle.excommuni.mini.§. qualiter excuſentur tunc antequã fiat abſolutio, ſemper vtriuſq; partis probationes admittuntur, per quas apparebit vtrùm abſolutione indigeat conquerens, vel denunciandum ſit potius non ligatus: ſupra de offic. deleg. cum contingat. §.j. & ii. Sed nunquid pendente probationum iſtarum articulo, eſt euitandus ligatus tanquam excõmunicatus: dicas quòd ſic, in his quæ ad iudiciũ pertinent, excepto hoc articulo, de quo, in quo admittitur: extra iudicium vero eſt in officiis, ſcilicet diuinis poſtulationibus. electionibus, necnon & aliis omnibus legitimis actibus admittendus, vt in aut.d.n.extra, eo. ſolet à non nullis.ad fin.reſpo.j. & §. in ſecunda vero quæſt. & ſecundum hanc diſtinct. intelligas decre. j̃.eod.per tuas. & alias ſupradictas.s̃ de offic.ordin.ad reprimandam. Sed quid ſi excommunicator ſuum recognoſcens errorem vult ipſum corrigere: & ſic ſuam ſententiam reuocare, is autem pro quo lata eſt ſententia, contradicit & appellat etiã ne hoc fiat? ſi certus eſt quod errauit, poteſt ſe corrigere: nõ obſtante appellatione aduerſarii, & idem eſt, vbicunq; aliquis ſe offert paratum ſtare iuri, & petit ſe abſolui nec eſt offenſa notoria: ſupra, de appellat.qua fronte § i. ſupra de offi.dele.cùm contingat.§. fin. ſed & ſi Iudex qui excommunicauit. dubitat vtrùm errauerit, poteſt ipſum abſoluere, ſufficienti cautione ab eo recepta quod iuri pareat coram illo, ad quem appellatur, vel legato ſuo. & ſic, ſi errorem corrigat, omnem pœnam vitabit. ſed caueat ne voluntate peruerſa errorem in præiudicium alterius mentiatur, ſi canonicam voluerit effugere vltionem. j̃. eo. ſacro. § fin.& licet dicat quod ſuam poteſt in hoc caſu reuocare ſententiam, non intelligas nudo verbo: ſicut no s̃.eod.ſub.§. tertium.verſi.nunquid nudo verbo.vel dic quod vbi conſtat ꝙ iniuſtè lata eſt, tunc nudo verbo poteſt relaxari, vel reuocari, vt innuitur. j̃.eod.ſacro §.caueat.ibi abſq; grauamine reuocare.& § fin.ibi reuocàre.& ibi reuocet & ſic loquitur xxiiii.q.iii. cõperimus.vel illud fiat authoritate. Papæ, qui nõ habet neceſſe aliq̃ formam ſeruare, vt not. s̃.e. ſub §.in maiori.ver. item nõ obſtat ſic etiam loquitur.s̃.de accuſ.olim.I.V.& P. reſpon.i.ibi relaxatis excommunicationum & ſuſpenſionum ſententiis, &c. nam de illis conſtat quod iniuſtæ ſunt, vt in auth d.n cùm medicinalis.§ ſuperior. ibi ſine difficultate relaxas: ſed vbi certũ eſt quod tenet ſententia, vel dubitatur, ibi neceſſaria eſt abſolutio ſolennis: j̃.eod. ſacro.§.fi.ibi excõmunicatũ abſoluat, vt in auth d.n. extra, eod ſolet à nonnullis.§.in prima.& ſecundum hoc intellige s̃. de reſcrip. ab excõmunicato. quod verius eſt: dum tamen ſententia interim ſit ſeruata: alioquin ſi contempta fuit, ratione contemptus incipit ligare, vt no.s̃. eod.§ quis ſit eius effectus.

versicu. ad hæc omnia, & se. & ideo solennis absolutio necessaria est in hoc casu. Igitur si inueneris aliqua alia iura, quæ innuāt quòd nudo verbo possit tolli excommunicationis sententia: ipsam intellige quando constat ꝙ sententia est iniusta, vel subaudiri debet, quòd absolutio sequatur, si certum est quod tenuit vel dubitatur. sic 5. quæstio. 1. quidam. ad fin. ibi non sit priuatus, subaudi, sed reconcilietur, & absoluatur, & postea eidem communicetur, & sic vlterius non sit priuatus communione. nam alio modo antequam absolutio facta sit, ex quo sententia semel tenuit, non est excommunicatis communicandum: nisi pœniteant, & per manus impositionem sint reconciliati: 34. quæstio. 3. notandum. post medium. & idem si dubitatur vtrùm tenuerit: & est ratio vt not. s. eo § qualiter proferatur. resp. j. versi. solutio. & versi. tu tamen teneas. & §. qualiter hæc absolutio. sub §. tertium versicu. sed nunquid nudo verbo & seq. nam & inuenio quod vbi quis iustè est excommunicatus, de facto absoluitur: s. de appel. ad præsentiam. licet igitur sufficiat contritio, & simplex absolutio quo ad Deum, non tamen quo ad ecclesiam militantem: ideoque nedum viuus absoluitur seruata forma, quinimo & mortuus: pro quo etiam orandum non est quousque forma fuerit obseruata, ut patet j. eo. à nobis. 2. respon. j & §. pen. & per totum. Qui autem tenent contrarium, deleant dicta iura. nā quandiu in codice remanserint, sic tenebo. & iunge quod not. s. eod. sub §. in maiori. ver. nec obst. j eo. à nobis. Quid si dicatur, secundum formam ecclesiæ relaxetis aliquoties, tantum sonat ac si diceret absoluatis: sic s. de rescri. capitulum sanctæ crucis. in fi. Sed pone ꝙ aliquis pro pluribus causis siue excessibus vna sententia sit ligatus, & facit se absolui vno excessu tacito: nunquid prodest ei absolutio no. s. de offi or. ex parte. & hoc intelligas, quando malitiosè, & ex certa scientia hoc tacuit. & sic illud, tāquam, quod ponitur infrà eod. cum pro causa. ad fin. est expressiuum veritatis. Sin autem ex negligentia seu ignorantia hoc acciderit, tenet absolutio, sed ad satisfaciēdum de causa quam tacuit, monitione præmissa est per cēsuram ecclesiasticam compellendus: & sic illud, tanquam, de quo dixi, non est expressiuum veritatis: sed similitudinarium, sicut intellexit T. probatur hæc distinctio s. de rescrip super literis. & secundum hoc intellige s. de rescrip. dilectus filius Abbas. & de coha. cler. & muli. super co. & omnia alia iura quæ circa hanc quæstionem induci consueuerunt, & quæ omitto ex certa scientia causa breuitatis. Tu tamen scias, ꝙ in facto proprio, vbi quis adultus & discretus est, contra obliuionem uel ignorantiam allegatam præsumitur violenter: suprà de rescrip. ab excommunicato. & infrà, eod. cum illorum. ad fin. Quid si pro diuersis causis, & à pluribus prælatis in aliquem ius habentibus, uel prælatis & scriptis canonibus diuersis sententijs idem sit ligatus? dicas breuiter ꝙ à qualibet sententia est absoluendus antequam communicetur eidem arg. ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. si ex pluribus. 2. quæstio. 3. §. notandum & licet Goffr. not. quòd vltima absolutio confirmat præcedentes. argum. ff. de seruitu. rustic. prædi. per fundum. ff. ad Trebel. l j. respon. j in fi. hoc tñ non dico: nam is qui par est uel inferior, confirmare non habet: ut patet in his quæ not. s. de confir. vtili. §. à quo fieri debet. sed hoc assero, quòd quousque ultimo absolutus fuerit, semper ligatus remanet, ut apparet in his quæ no s. eo. §. quis sit eius effectus. sub §. per illud etiam notandum est & ideo quo ad communionem recuperandam, nihil prosunt ei absolutiones præcedentes, sed tunc demum erunt fructuosæ, cum ab omnib. fuerit absolutus, sicut & vides ꝙ si quis de mille peccatis satisfaciat, & unum solum mortale retineat, nihil prodest ei pœnitentia de mille quo ad uitam æternam: sed tunc demum, cum de illo quod retinuit, pœnitentiam ueram egerit, sibi incipit esse pœnitentia fructuosa: s. de poe. ꝙ quidam, de pę dist. 3. §. fi. Quid ergo si de uno tantum excessu uult satisfacere: nunquid est absoluendus? non: quia verè non pœnitet: sed est dandum ei consilium & inducendus ut de omnibus faciat se absolui: s. de pen. & remis. quod quidam. & iunge quod no. s. de poeni. §. quis sit effectus. ver. ad hoc ut uera sit pœnitentia. & §. & an fictè pœnitenti versic. vlt Quid si sit ab uno absolutus, quia nesciebat prælatus, ꝙ aliquo alio uinculo esset ligatus? non est ei talis absolutio fructuosa intelligas tu quo ad communionem recuperandam: vt dictum est s. tenet tñ absolutio mero iure: sed non est denunciandus absolutus, si prælatus postea veritatem intelligat, quousque ab omnibus fuerit absolutus: nam excommunicatus non suscipit partem in ecclesia: 32 distin. præter. hæc & ideo excommunicatus in vna ecclesia, excommunicatus est quo ad omnes: 11. q 3 c. 2 & 4. q. 5 c. 5. & 7. q. 1. si quis presbyter. sed hoc expone & intellige j. eo. officij. ad fin. ibi, Respondemus quòd supprimenti veritatem absolutio surrepta non prodest, subaudi quo ad uitam eternam si iustè ligatus remanet, uel quo ad communionem ecclesiæ recuperandam. & si iniustè. & veritatem intelligēs, scilicet prælatus à quo petitur absolutio: absolutionem, &c. vel veritatē intelligēs post absolutionem de facto obtentam: absolutionem huiusmodi, id est, absolutionis denunciationem exhibere, id est, facere non debet, licet ibi ponantur ab alijs alij varij intellectus. Sed nunquid sic absolutus partim ligatus est, & partim absolutus? nō: sed quātum ad ecclesiæ sententiam siue solennem reconciliationem ecclesiæ, est ab uno vinculo solutus, & alio remanet ligatus. Item si satisfecit de uno & ab alio absolutus intelligitur, quo ad minus supplicium tolerandum. de poe dist. 3. si quis autem. ad fin. & §. fin. ibi sequenti. Sed esto ꝙ ueniat ad unum prælatum, & dicat ꝙ paratus est satisfacere de omnibus: nunquid iste mittet ipsum ad alium prælatum & alius remittet ipsum ad primum: & sic nunquā absoluetur. In hoc casu puto, ꝙ is, ad quem primò venit recepta cautione sufficienti ꝙ de alijs ad mandatum alterius, siue aliorum, siue fortè plures sunt, satisfaciat, ipsum absoluere possit, & debeat argument. infrà eodem. cum illorum. §. final. uel committat unus alteri, uel omnes uni uices suas, quod fieri potest, ex quo ex officio comperit. suprà de offic. ordin. capitu. fi. & ille cui commissum est absoluat pro se, & pro altero, uel alijs omnibus: & in hoc casu una absolutione tolluntur omnia uincula, sicut & quando plures obligationes vna acceptilatione tollūtur ff. de acceptila. pluribus. C. de transac. transactio. & nota. supra de solu §. quot sunt species. sub rubrica de acceptil. sub §. cui. versicu. est autem acceptilatio. & seq. hoc modo competentiùs & commodius absoluetur.

15 Et quæ sit † pena participantium excōmunicatis.[a]

Super hoc diuersæ sunt opinion quidam enim dicunt, ꝙ & si quis communicet excommunicato[b] in crimine, ligatur tantum minori excommunicatione, nisi quando excommunicatus est, cum participibus suis: & sic intelligunt infrà cod. quod in dubijs. & ca. seq & in hac opi. fuit Io. At Goff dixit, qđ si non sit excommunicatus cum participibus, tamen quicunque excommunicato communicat in crimine, eadem sententia irretitur: infrà eo. nuper § in primo. & § is autem Sed quicquid scribatur, hoc teneas, cum quis excommunicato participat, aut ligatus est excommunicatus à Papa, aut ab alio. Item is qui participat cum eo, hoc facit scienter, aut ignoranter. Si quis participat cū quouis excōmunicato ignoranter, intelligas tu, ubi, pbabilis est ignorantia, omnino excusatur: suprà de cleric. excommu. mini. Apostolicæ. & infra, eod. significauit. Vbi vero aliquis participat scienter cum excommunicato à Papa in diuinis officijs eadem sententia irretitur: infra codem. significauit. de quo dicut not. supra eodem. §. quis possit excommunicare. versicu. 27. Si in alijs, puta in osculo, in salutatione, in mensa, uel similibus. non tamen in crimine, vel cum excommunicato ab alijs etiam in diuinis, refert vtrum ligatus excommunicatus fuerit cum participibus & fautoribus suis, uel ipse solus sit excommunicatus de participibus nulla facta mētione. Si erat excommunicatus cum participibus & fautoribus, tunc participans qualitercunque eadem sententia inuoluitur, & sic potest intelligi sententia T. qui hoc generalius intellexit infra eodem sacris. & sic potest intelligi 11. quæstion 3. excommunicatus. & capitu. cum excommunicatis. Sin autem nihil fuit dictum de fautoribus, sed participibus tantum: & tunc participans eidem in quouis crimine, licet non dānato, eadem sententia irretitur. & sic intelligi potest infra cod. quod in dubijs. §. fin. & capit. seq. Si verò in alijs, de quibus not. supra eodem. §. si in alijs. tunc tantum minori excommunicatione ligatur. & sic potest intelligi. 11. quæst. 3. qui communicauit. Quòd si nec de participibus, neq; de fautoribus aliqua fuerit facta mentio: refert utrum is qui participat excommunicato, participet ei in crimine propter quod damnatus & excommunicatus est: & tunc ead. sententia damnatur. & sic intellige quod not. supra eod. versic. T. dixit, sicut & expressim probatur infra co. si concubinæ. & in auth. d. n. extra, eodem. statuimus. Vel in alijs quibuscunque, & tunc tantum minorem excommunicationem incurrit participans, ut patet infra eo. nup. §. in secundo. omnis enim excommunicatus in osculo, salutatione, simplici oratione, & mensa, & omni colloquio & quo ad consilium & auxiliū, intelligas temporale, eidem impendendum, uel etiam fauorem ei impartiendum, generaliter est euitandus: vt expressim probatur 11. quæst. 3. sicut Apost. & 4. c. seq. j. eod. nuper. §. in secunda. Vnde versus.

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Vt patet

ADDITIONES.

a Et quæ sit pœna participantium excommunicatis. ¶ Adde S. Tho. in 4. senten. distinct. 18. quæst. 2. arti. 4.

b Si quis communicet excommunicato. ¶ Adde capit. præcipuè. ca. si quis Episcopus. & capi. sicut Apostoli. 11. q. 3.

Vt patet in his quæ not. s. eod. §. quid sit excommunicatio. & §. quis sit eius effectus: & hoc uerum est, nisi post appellationem legitimam fuerit quis ligatus, quod dic ut no. j. eo. sub §. si uer. illud tamē notandum. Hæc autem excommunicatio in tertiam personam non transit, id est si quis excommunicatus sit minori excommunicatione, pro eo quod participauit excommunicato maiori, ego qui sum tertia persona respectu excommunicati, non prohibeor ei qui, scilicet minori ligatus est, participare, xi. q. iij. excellentissimus & ca. sequen. Ab hac tamen generalitate quædam personæ excipiuntur per Grego. ix. quæst. iij. quoniam multos. ubi sic legitur: Quoniam multos peccatis nostris exigentibus pro causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, nos deuicti misericordia anatematis sententiam ad tempus, prout possumus temperamus. Apostolica itaq; authoritate ab anathematis uinculo hos subtrahimus, uidelicet uxores, filios, seruos, ancillas seu mancipia, necnon rusticos & seruientes. Necnon & omnes alios, qui non adeò curiales sunt, ut eorum cōsilio scelera perpetrentur. Et eos qui ignoranter excommunicatis communicant. Siue illos qui communicant cum illis qui excommunicatis cōmunicant. Quicunque autem autorator, siue peregrinus, aut uiator in terram excommunicatorum deuenerit, ubi non possit emere, uel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis in sustentatione non superbiæ, sed humilitatis causa dare aliquid uoluerit, non prohibemus. unde uersus.

Vtile lex humile res ignorata necesse.

Hæc anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Vtile, id est utilitas etiam participantis facit, quod participans nullo uinculo ligetur: putà, si petat ab eo quod ei debet: j. eod. si uero aliàs excommunicatus ex delicto suo commodum reportaret: ideoq; si nolit soluere, potest in iudicio conueniri: s. de iudic. intelleximus. Item utilitas animæ excommunicati excusat: ut si quis eum corrigat, & ad petendam absolutionem ei cōsulat, & eum inducat: xi q iii cum excommunicato. Ideoque ad prædicationem admitti possunt sine scrupulo conscientiæ: j. eod. Resp. nostro. respons. 1. Vnde & excusantur hi, qui causa prædicationis & confessionis habitant inter eos, à quibus etiam licitè postulant & recipiunt eleemosynas, si aliter inter eos nequeunt habitare: j. eod. cum uoluntate §. prædicatores. Excusantur etiam, & si alia uerba à prædicatione, uel confessione remota incidenter, ut apud ipsos magis proficiant, interponant: j. e. cùm uoluntate. respō. 1. ergo si alia intentione hoc faciant sententiæ minoris uinculo astringuntur caueant ergo sibi. nam

Euolat emissum semel irreuocabile verbum.

Lex excusat aliquas personas nā & propter eandem legem, quæ est inter virum & vxorem excusatur vxor à communione, ut xj. q. iij. quoniam multos. secundum Goffr. hoc autem facit lex quæ uult quod vxor obediens sit marito, de qua dicitur quod uxor mortuo marito soluta est à lege uiri: s. de secun. nup. cap. pen & fin. & quia tenetur ei reddere debitum nulla exceptione ob. s. de con. lepro. ca. ij. Et hoc intelligas, ex quo de matrimonio constat, nec est per ecclesiam inter ipsos carnale commercium interdictum. nam si hoc esset. & ideo esset excommunicatus uir, quia nihilominus cognoscebat mulierem: tunc mulier carnali comercio consentiens, eadem sententia inuolueretur. ar. j. eo. si concubinæ. Sed nunquid idem est in conuerso casu, scilicet si mulier sit excōmunicatā, excusabitur uir communicans? dicunt quidam quod sic: quia nō ad imparia iudicantur. s. de diuo. gaudemus. § sanè ueridica. & eadem fide est superior inferiori astrictus, qua & inferior superiori: ut xxij. q. v. de forma. Alij, inter quos est Goff. & Rayn dicunt contrarium, quia uiris fœminas subditas esse, & penè famulas lex esse uoluit: xxxiij. q. v. hæc imago ideoq; imputatur marito participanti: cùm possit cogere uxorem ad satisfactionem faciendam, & absolutionem petendam: argument. vij. questio. 1 sicut. xxxiij. quæstione ij. placuit: infrà eodem. quante, & xxij. quæstione 1. de filia. & facit ad hoc quod dicit lex, uxores à uiris: non uiros ab uxoribus defendi uolumus. ff. de iniurijs. l. secunda. Tu dicas referre utrùm mulier excommunicata sit propter matrimonium, quod dicitur contractum illicitè, & tunc idem est quod dixi in uiro: ut not. suprà eodem. uersicul. & hoc intelligas. Vel alia de causa, fortè propter delictum cōmissum: & tunc uterque excusatur quoad reddendum carnale debitum exactum, ut patet in his quæ not. suprà eodem. sub §. respon. 1. in fin. & sic intellige opi. primam & iura producta & consimilia: suprà eodem. uersicul. sed nunquid idem. Sin autem quæritur de prouisione & seruitio humano, ibi non excusatur uir participans uxori excommunicatæ: & sic intellige opi. aliorum not. suprà eodem uersic. alij. quamuis uxor excusetur. ut no. suprà eo. sub §. respon. 1. nec in hoc differt mulier uirago, & uir uecors, & pusillanimis. cùm agat hic de periculo animæ. ar. suprà quod metus caus. sacris secus quando agitur de periculo temporali, quod dic, ut no. s. de testi. §. quis possit esse testis. sub §. sed & personæ uer. quid de uxore. & seq. & s. de pœ. §. quibus & qualiter. sub § quid de muliere. uer. & ne. quod dicit.

Humile, id est humilitas siue bonum utilitatis excusat similiter quasdam personas, putà filios in potestate constitutos, non intelligas emancipatos: item seruos, ancillas, rusticos seruientes, & omnes alios, subaudi adiectos, qui non adeò curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur: tales enim personæ ante sententiā latā, astrictæ erāt ad familiare obsequium exhibendum, nec post sententiam tenentur ad eius contrarium, imo beneficio c. xj. q. iij. quoniam multos. id agente, sicut ad familiare tenentur obsequium, sic & ad communionem, sine qua illud nequiunt exhibere: infrà eo dem. inter alia. §. ut igitur. unde ius prodijt. ideoque sic exponi debet uersic. positus. xj. quæstione iij. quoniam multos. ibi necnon & omnes alios: qui tamen adeo curiales non sunt, &c. quasi dicat, illos excipimus, qui de curia sunt, non de consilio. Et idem intelligas de nutricibus consanguineis, & similibus: qui si à domino recederent, non haberent unde uiuerent: argument. infrà eodē. si uero. Sed nunquid in cōuerso casu parentes licitè possunt cōmunicare filijs excommunicatis? dixerunt quidā quod sic, nam eadē lege sunt astricti superiores: & inferiores: sicut no. suprà eodem. sub § lex. uersicu. sed nunquid. dicas contrà: nec enim excusari debent maiores non excommunicati, si participent minoribus seu subiectis excommunicatis, cùm ipsos corrigere possint & debeant ut probant iura inducta suprà eodem. sub §. lex. uersicu. alij. parentes autem debent erudire, & castigare filios, alias digni sunt pœna. xxxviij. distinctio. legant. suprà de simo. licet Heli. non sic econtrà: erubescit enim lex filios fieri castigatores parentum: in authen. de nup §. si uero expectet. col. iiij. suprà de maio. & obe. cum inferior. & hoc intelligas de superioribus ratione officij, uel potestatis, uel dominij, quibus necesse est obedire: ff. de iusticia & iure. l. ii. ff. ad legem Aquil. liber homo. ii. Quid ergo de mercenariis: [a] nunquid ergo si mercenarii mei excōmunicati sunt, teneor ipsos uitare? ita videtur per præmissa iura: sed contrà quia secundum hoc inducerentur mercenarii ad committendum quare excommunicentur: ut sic fraudent me seruitio debito, quod uitandum est. argumē. suprà de diuor. quanto §. ultim. & sic ex dolo suo & malitia & delicto commodum reportabunt: cōtra ff. de dolo. l. ff. de dona. inter uirum & uxorem. l. tertia. suprà de donatione inter uiru & uxorem. & si necessè. nemo etiam ex improbitate sua debet consequi actionē. ff. de furtis. itaque fullo nec debet esse melior conditio stulti quam periti, ff. quod ui aut clam. Seruius nec ipsi debent ridere de fletu meo: suprà de priuileg. parentibus. & hoc uidetur satis determinari: infrà eod, inter alia §. ut igitur. cuius tenorem posui supra eodem. sub §. primo. responso primo. Solutio: Si sine magno incōmodo meo possum ipsum uitare, hoc facere debeo, alias ei licitè cōmmunicabo, ut probat infra eodem relatum. & cap. si uerè & argumen. xi. q iii. antecessor: xxiii. quæst. iiii. cap. 1 xli. distinct. quisquis, & secundum hoc intellige iura supra eo. pro & contra inducta: & idem intelligas de socijs. Quid de clericis: nunquid tenentur communicare Episcopo suo excommunicato? non: xxiii. dist. miramur. suprà de exces. præla. ca. fina. & argu. iiii. q. v. quisquis. quod intelligas, nisi fortè eius seruitio sint conductitiè deputati. in talibus enim est ratio, quæ in aliis laicis mercenariis. Quid si aliquis presbyter locauit operas suas alicui principi, uel alii excommunicato? si tempore locationis erat excommunicatus, non ualuit conuentio, ut patet in his quæ notan. supra eod. § quis sit eius effectus. si post caueat ne ei seruiat in diuinis offic. infra eod. significauit. supra de hæreticis. excōmunicamus. 1. §. sane clerici. etiam si Episcopus sit, qui tamen aliquoties faciat sibi celebrari: supra, de cleri excommun. mini. illud. §. sed. & §. seq. non est ei in hoc obediendum, ut patet in his quæ not. s. eod. uer. quid de clericis. & s. eo. §. respon. 1. uer. uel in aliis.

Res ignorata, semper enim est probabilis ignorantia excusata, secus si sit crassa & supina: supra de ordin. ab Episcopo qui resigna. Episcop. capitu. ii. quod dic ut nota. supra eodem. §. responso primo. versicu. si quis participat.

ADDITIO.

a Quid ergo de mercenarijs. ¶ Adde Felinum. in ca. inter alia in tertio uo. eo. titulo.

participat.& suprà de constit.§. quando constitutio.ideo sicut scientes, sic & affectatores ignorantiæ puniuntur:suprà:de clan. despon.cùm inhibitio.§.si uero.Sed qualiter dicitur aliquis scire de aliquo quòd sit excommunicatus?si uidit quod commisit factum, propter quod incidit in canonem, putà eo uidente clerici percussit, vel simile quid commisit:unde ipso iure incurrit sententiam, secundnm ea quæ not.s̃.eod. §. quis possit excommunicare respõso primo.uel audiuit ferri sententiam cõtra ipsum, uel ipsam publicè denunciari, uel prælatus excommunicati ei specialiter denunciauit, cuius in hoc uoluntati nudæ parendum est:xciiij.dist.si inimicus.uel ab alio, cui meritò credẽdum est, hoc audiuit, uel publica fama est, talem esse excommunicatum:infrà eod.cùm desideres.§.secundæ.aliàs propter leuem famam, uel si ab aduersario eius hoc audiat, non debent sibi turbatam cõscientiam informare, seu potius deformare.ad hoc xxii. q.v.hoc uidetur.xi.q.iij.debent.& c.curam. & ca.non solum.s̃. de postu. præla c.i.ij.q.j. primò.lxxxvi.dist.si quid de quocunq; & patet in his quæ no.s̃.de consti.§.quando constit de accu.sub rub. de inquisitionibus.§. quando procedendum. & §. qualiter. uersic. quod si aliàs contra singularem.& seq.

Necesse id est, instans necessitas excusat, quæ non habet legem:s̃.de obs iciu.consilium.§.pen.& ulti.j̃. de reg.iur.quod non est licitum, ut si quis per terram excommunicatorum transiens, emat sibi necessaria uictualia, sine quibus sustentari non potest: arg.eod. cum uoluntate.§ 1.&probatur. xi.q.iiii.quoniam multos j̃.eod.si uerò.Igitur, ita demum excusat necessitas, si uera sit & non simulata:& ideo illud Greg.inductum:s̃.eod §.1.uersi.ab hac autem generalitate recipit determinationẽ.nam oẽs personæ ibi enumeratæ usq; ad uers.quicunq; aũt, aut orator, aut peregrinus tenentur cõmunicare ipsis excõmunicatis, propter obnoxietatẽ qua eis tenentur astrictæ.infrà e.inter alia.§. ut igitur. aliæ autẽ personæ sequentes, inter quas enumerantur transeuntes per terram excommunicatorum, debent abstinere à communione, nisi articulus necessitatis immineat.sed & primæ caueant, ne in criminibus communicent, aliàs eodem uinculo alligantur, ut j̃.eod.inter alia.§.fin. Et breuiter not. quòd licet in dictis casibus sic determinatis communicari possit cum excommunicatis: sunt tamen etiam in illis inquantum bono modo fieri poterit, euitandi, ut patet ex mente dictorum iurium: xi.q.iii.quoniam multos.infrà eod.inter alia.& c. cum uoluntate.& specialiter.infrà eo.si uerè in fin. Sed & quòd dicitur, orator peregrinus pro eodem supponunt, uel quòd peregrinus est qui uadit ultra mare, orator qui uisitat limina Beati Petri, uel Beati Iacobi, uel aliorum sanctorum. Item & hoc notabis quod prædicti excusantur, nisi & eis specialiter cõmunio interdicatẽ ex causa, & sic potest intelligi xciii dis miramur.xv. q.vi.nos Sanctorum.& c iuratos.s̃.de excess. præla.cap.fin.s̃.de spon.non est uobis.s̃. de iureiur.ex rescripto Sed nunquid participans cum excommunicato, peccat mortaliter? dicas quòd sic, si hoc faciat pertinaciter & in contemptum contra inhibitionem superioris specialiter, uel generaliter factam. nam in hoc casu est excommunicandus participans, non aliter: ut s̃. de cle.excommu.mi.si celebrat.ad fi.& in auth.d.n.extrà, eo.statuimus.ubi dicit in fin. aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat, & proferentes pœnam legitimam poterunt formidare: igitur ex quo ante monitionem factam participans excommunicari non potest, restat quod peccat uenialiter:ex quo autem post monitionem factam & spretam excommunicari potest planum est quod tunc peccat mortaliter. nam excommunicationis sententia non est proferenda, nisi pro mortali:xi.q.iii sicut.& c.excõmunicatos nemo.& c.nullus.sic ergo cõtumacia pertinax, pro qua sola fertur hæc sententia, ut patet in his quæ no. s̃.eod.§.quibus ex causis, est mortalis.secundum hoc intellige s̃.quod met.caus. sacris.xi.q iii.sicut.& c.excommunicatos.& c.qui communicauit.ergo breuiter, si quis communicat excõmunicato contra prohibitionem canonis, uenialiter peccat, nisi fortè nimis frequenter hoc faciat, uel in contemptum can. quia & tunc esset mortale. & sic potest intelligi xi.q.iii.excellentissimus.& c fin.& arg.xxv.dist.§.alias. si contra prohibitionem hominis mortaliter peccat.& sic accedit quod dici consueuit. sci. quòd mitius agitur cum l. quàm cum ministro l.ff.de arb. Celsus.ff. de compen.sicut militi.sic patet quòd excõmunicatus tenetur uitare aliũ excõmunicatum, ut no.s̃.§. quis sit eius effectus.sub §. illud etiã notan. uer. nunquid igitur.

16 Quid si† Episcopus aliquem excommunicauerit, & postea communicat cum eo, nunquid ligatur Episcopus? non uidetur: quia nemo propria sententia ligari potest, uel solui.ff.de arbit.l.penul ff.de iudi Iul.ff.ad Treb. sena. consul.ille à quo.§.tempestiuũ.C.ne quis in causa sua iud. l.unica.iiii.q.iiij.cap.j.sed contrarium uerum est.ligatur enim sicut & quiuis alius, ut proba. infrà eodem cùm desideres. responsor. prim. ad fin. nec obstant prima iura. non enim ligatur sua sententia, sed occasione suæ sententiæ: authoritate tamen canon. ut profertur infra eodem nuper. §. in secundo. Ideòque non posset Episcopus dare priuilegium alicui, quòd communicando siue participando cum excommunicato ab eo non incurreret sententiam, ut apparet in dicta decretal.nuper.& xi.q. iij.excommunicatos.& cap. cum excommunicato.& est ratio, quia non iuris authoritas, sed facti quæstio iudicis subiicitur potestati: ff. ad municipa. de ordine §. durioribus. & pœnæ persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis authoritati seruatur:ff. ad Turpil. se. co n.l.prima.§. sin autem pronunciauerit.ideo etiam dicit decreta. quòd nullo se possunt priuilegio Apostolico tueri, quo minus excommunicatos uitare debeant: & quo minus coniectores manuum in clericos, cum sint sicut excommunicati uitandi: infrà eodem nulli. quod intellige quando priuilegium non emanauit ex certa scientia, quod semper præsumitur per surreptionem obtentum, nisi contrarium probetur. argumen. suprà de confirmat. utili. ad nostram. & capitu. sequent. & suprà de æta. & qualitate. eam te. responso primo. Sed quid si quis Episcopus communicat in damnato crimine cum illo, quem propter crimen excommunicauit, nunquid incurrit eandem sententiam, sicut & quiuis alius? Hic sunt diuersæ opiniones. Scripsit enim Rayn. quòd eandem sententiam incurrit, & authoritate canonis, ut suprà dictum est in præced. quæstione. Goffred. uerò eum reprehendit, dicens quòd is, qui communicat in damnato crimine, non authoritate iuris, sed sentantia iudicis ligatur: & sic intelligit undecima, quæstione tertia. rogo. & c. excellentissimus. & infra.eodem. quod in du biis. maximè tamen hoc nota.per hoc, quod dicitur, infrà eodem nuper.§. in primo.ibi: ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit. Mihi uidetur quòd Raynald. dicat probabilius, & dico quòd talis ligatur à canone: & sic intellige quod legitur: xi. quæstio. iij. sicut Apostoli cum tribus cap. ibi sequen. & infrà eodem. si concubinæ. mirum enim esset quòd sententia lata in Martinum, ligaret Guliel. hoc esset contra regulam: suprà, de sententia & re iudicata. quamuis regulariter: sibi etiam uidetur Goffredus contradicere in solutione quæstionis, quam secundum ipsum notauimus suprà eodem §. qualiter proferatur. responso primo. sed uerum est, quod talis non ligatur occasione sententiæ, sed à canone. quòd autem dicitur infrà, eodem nuper. §. in primo. ibi, ac per hoc ratione criminis. & c.non dixit ideo quòd talis sententia iudicis alligetur, nec istud etiam dicit sicut intellexit Goffredus. sed ad notandum differentiam sequentis casus, & reddẽdam rationem diuersitatis: q.d.quicunq; communicat excommunicato, excommunicationem incurrit. Est tamen ibi differentia notanda, si quæras quis possit absoluere: quia quando communicat non in crimine damnato, sed in aliis: talis incurrit minorẽ excommunicationem, & quãuis uideretur quòd tunc potest absolui ab Episcopo, uel proprio sacerdote, ut dicit eadem decretal nuper. §. in secundo. quia ex eo quòd lator. ca. & c. ut ibi dicit. quando autem participat in damnato crimine, tunc incurrit maiorem excommunicationem: & quamuis uideretur, quòd tunc eadem ratione posset absolui à proprio sacerdote, non tamen ita est: imò necesse est quòd absoluatur ab illo qui sententiam protulit. Et est ratio, quia ratione damnati criminis, uidetur in eum delinquere, qui damnauit: unde & ei est deferendum: ut sic ei absolutio reseruetur, uel si ipse non potest, putà, quia ipsemet eandem incurrit sententiam, ut sc. tũc petat ipsèmet eam à superiore suo, ut dicit ipse tex.in alio enim casu si ponatur quòd Episcopus tulit sententiam, uix haberet potestatẽ superior Metropolitanus: secundum ea quæ no.suprà eod.& quis possit ab hac sententia absoluere.sub §.est & alia regula.uer.sed nũquid Metropolitanus.quia participans nõ posset super hoc iustè conqueri, cùm Episcopus ipsum non excommunicauerit, nec ab eo etiã appellare: quia nec à correctiõe appellatur: suprà de offi. ordin. licet in corrigendis. & iunge quod no.suprà eo. §.qualiter proferatur.sub §.sin autem resp.1. Sed quomodo potest exemplificari, quòd is qui tulit sentẽtiam participare uelit in crimine criminoso: qualiter enim est uerisimile quod contra factum proprium ueniat? respõ hoc quandoq; accidere potest: ut, si patrẽ, uel fratrem excommunicauit pro rapina mihi facta, quã fortè habet odio, sed hoc facit, uelit, nolit coactus per superiorem, & nihilominus latenter fauet raptori, & cum eo partitur: & ipsum receptat. Vel pone quòd cognouit mulierem quam excommunicauerat propter fornicationem: j̃.eo.si concubinę.Sed pone quod Episcopus excõmunicat aliquem cum participibus suis: & posteà participat cũ tali in crimine damnato, nunquid incurrit eandem sententiã? ad hoc scripsit Rayn. quòd sic.unde & à

superiore

superiore suo debet petere absolutionem, ut in præcedenti quæstione dictum est: Sed & Goff. in hoc reprehendit ipsum. nam constat quod participes ligantur sententia iudicis in hoc casu: xi. qu. iiij. excellentissimus. nemo alligatur propria sententia, ut no. s. eod. sub § resp. i. Dicas quod talis scilicet qui participat cum sic excommunicato, si sit alius quàm proferens, duplici iure eandem sententiam incurrit, & duplici uinculo alligatur, uno, authoritate can. & quo ad illud, uera est sententia Ray. ut patet in his quæ no. s. eod. in præced. prox. quæstione. alio, authoritate sententiam proferentis, & quo ad illud, uera est sententia Goffre. Si quis igitur cum tali participante participauerit, quo ad sententiam can. non ligatur, nisi minori excommunicatione. quia non transit in tertiam personam, ut no. s. eo. § resp. j. uersi. hoc autem sed quo ad sententiam iudicis, ligatur maiori, si quis cum eodem in crimine participet. Quid si non subditus participat in crimine cum excommunicato à proprio Episcopo? Hanc quæstionem mouit Goff. propter opi. in qua erat scilicet quòd in hoc casu ligatur participans sententia Iudicis, & soluit quod ligatur talis quia ratione criminis siue delicti, in quo participat, iam factus est de foro suo, & bene, ut patet in his quæ no. s. eo. §. quis valeat excommunicari. uer. non subditus, & seq. sed hæc quæstio non habet hic locum secundum opinionem quam sequor, quia talis ligatur à canone. & in hoc casu expeditum est, quòd quilibet undecunq; sit, duntamen baptizatus subditus est. s. de consti. cap. j. & fin. ideoque sic expeditur hæc quæstio, quòd ubi participat in locatione, uel in aliis simplicibus, undecunq; sit, absolui potest, à proprio sacerdote: ubi uerò in crimine, non potest, nisi ab illo qui sententiam tulit, uel superiore, ut j. eo. nuper. & s. no. quæ distinctio frustratoria esset, si diceremus quòd in crimine participans sententia iudicis ligaretur: nam certum est cuilibet intelligenti quòd unus Episcopus non potest soluere sententiam alterius: quia nec habet imperium par in parem: ff. de arbi. nam magistratus. dic ergo ut no. suprà e. uer. mihi uidetur.

Quid si teneor sacramẽto, dare certã pecuniam alicui, & interim excõmunicetur, nunquid teneor ei soluere adueniente die? uidetur quod sic. ar. s. de iureiur. c. j. & c. debitores. Sed cõtra: quia non debeo ei cõmunicare, nisi in certis casibus, inter quos non est iste: ut apparet in his quæ no. s. eod. ab illo. §. utile usque ad § quod si Episcopus. uidetur enim habuisse iuramentum tacitam conditionem in se hanc, scilicet si res in eodẽ statu permanserit: arg. xxii. q. ii ne quis. Gelasius, Grego. & Vrbanus absoluunt à iuramento fidelitatis omnes, qui excõmunicatis tali uinculo sunt adstricti. xv. q. v. alius. & capi. nos sanctorum. & iuratos. item quia ipse non potest me conuenire, nec reconuenire: iiij. q. j. ca. j. s. de exceptio. cùm inter priorem. in fi. & ubi nulla est petitio, nulla est mora: ff. de uerborum. obliga. si pupillus. Solutio: Aliqui dicunt quòd quamuis non possit à me petere: ego tamẽ ratione iuramenti teneor soluere, sicut est in usura, ut probant cõcordantiæ inductæ. s. eo. § respon. j. Sed certè non est simile: quia usurarius non est excõmunicatus, sed tantummodò remotus à sacramentis ecclesiasticis, ut s. de usuris. quia in omnib. Vnde non pecco, si ei soluo, quod iuraui: sed excõmunicato prohibeor loqui, & omnẽ fauorem, consilium, & auxilium impartiri: secundum ea quæ no. s. eo. §. respon. j. uer. in aliis. Ray. consuluit quòd ego cum testibus ueniam ad domum creditoris, & dicam, sitis mihi testes, quod ego pono hic pecuniam, quam debeo isti, qui ibi sedet, uel numero uxori suæ, uel filio, uel seruo, uel ballino, nomine suo ipso præsente. & non contradicente: sic ero liberatus. Hoc consilium non est bonum duplici ratione: prima est, quia fit fraus canonibus participationem prohibentibus. sicut enim non debeo ei soluere: ita nec alii nomine suo, nec ibi ponere, ita quòd ad ipsum peruenire possit. arg. xlvi. dist. sicut non suo. & s. de pecu. clerico. inquirendum. Et patet in his quæ no. s. de contrahenda empt. §. qualiter. sub § illud. secunda est, quia quod soluerem uxori uel aliis, quamuis nomine suo, non liberaret me, nisi ratum haberet: & de sua fieret uoluntate; s. de iureiur. eam te. etenim procuratori, nisi ad hoc specialiter datus sit, non rectè soluitur: ff. de solutio. hoc iure. & patet in his quæ not. s. de solutio. §. cui facienda sit solutio. Tu teneas sanum & tutum esse consilium huiusmodi: si dicas, quod die adueniente debeo talẽ pecuniam deponere in ædem sacram nomine creditoris: ita quod ei soluatur cùm fuerit absolutus non antè: & per hoc nullam incurro excõmunicationem: quia concessum est mihi quod possum communicare cum eo, etiam ad utilitatem suam spiritualem, ut patet in his, quæ not. s. eod. sub §. utile. uersic. item utilitas & seq. & hæc est eius utilitas spiritualis. Quia non excommunicati, uidentes quòd non recuperarent debita sua si excommunicarentur, magis cauebunt sibi, ne committant causam, quare excommunicentur: & excommunicati incitabuntur ad absolutionem suam citiùs impetrandam: ergo nullorum magis interest, quòd sic interpretemur, quàm creditorum: & ideò sic interpretandum est & tenendum argum. ad hoc. ff. de mino. ait Prætor. §. idem faciunt. aliàs incipit lex: & si fine. C. de rescin. uendi. ratas. C. ad Trebellia. senatus consul. sancimus. post principiũ siue enim plectendo, siue ignoscendo hoc solum benè agitur, ut uita hominum corrigatur: uigesima tertia, quæstione quinta. prodest seueritas. & iũge quod nota. infrà eod. sub § sed nunquid excommunicatus. uersic. sed quid si aliquis ligatus. sed & hoc intelligendum est, nisi fortè superior contumacia exigente relaxauerit me ab obseruatione iuramenti: quandiu fuerit sic ligatus, quod facere potest ecclesia: xv. quæstio. vj. iuratos. supra de pœn. capit. final. suprà de iureiuran. uenientes. Et ideo ecclesiæ plus quàm homini obediendum est in hoc casu: xi. quæstio. iiij. qui resistit. xxiii. quæstion. j. qui culpatur. & hoc est uerum, nisi in casu. Quid enim si pagani, uel hæretici, uel alii hostes iniustè uenirent in brachio forti ad deuastandam & delendam patriam, & excõmunicatus uellet ex aduerso pugnare pro patria? tali esset soluenda pecunia & etiam uasalli tenerentur sequi talem: xi. quæstione iij. Iul. secundum Rayn. hoc intelligas esse uerum, si esset dominus terræ: uel non esset alius qui patriam posset defendere: aliàs non esset ei soluendum. nec ei obediendum, ut patet in his quæ nota. suprà eod. sub § humile. & sub §. necesse. Sed quid si dum aliquis est excommunicatus, alius cum eo contrahit, & iurat denarios reddere? non uidetur quòd obligetur: ad quod facit optimè quod nota. suprà de pen. §. & an fictè pœnit. respon. I. uersi. sed pone quod aliquis, & sequenti. & quia cõtractus irritus est ipso iure. secundum ea quæ not. s. eod. § quis sit eius effectus: & s. de pœn. §. quibus & qualiter. §. quid de his qui excommunicati. quod puto uerum quo ad ciuilem obligationem: secus quo ad naturalem: argumen. ff. de cõdict. inde naturaliter & in his quæ no. s. de pig. sub § cum constet. §. & qualiter amittatur. uersi. est autem. & uer. maximè. & si in contẽptum aliquis cum tali contraxit, mortaliter peccauit, secundum ea quæ not. s. eod. sub §. necesse. uersi. sed nunquid participans. in quo casu nec iuramentum præstitum obligaret: quia non est uinculũ iniquitatis: xxiii. q. iiii. inter cætera s. de iureiur. quanto § I. super hoc uide quod not. s. de sepul. §. an licitum sit. in quæstione quæ incipit, quid si quis eligat sepulturam. uersi in hac quæstione, uerum tamen uidetur quòd ex quo excommunicatus absolutus fuerit, precium possit repetere cum effectu secundum can. secundum quos ex naturali obligatione actionem damus, ut not. s. de pac. §. quis sit eius effectus. uel si uelis dicere in odium excommunicati, quòd agere non possit, ad minus non debet precium remanere penes illum, qui cum eo contraxit, sed est pauperibus erogandum secundum ea quæ no. s. de pœn. § quibus & qualiter. sub § sed quæ forma. uer. ubi uerò nullius interest. ut sic excommunicatus puniatur in eo, in quo deliquit: s. de iure immuni. cap. fin. & nihilominus secum contrahens, cui etiam proprium delictum, siue dolus, uel etiam alienus non debet afferre lucrum: s. de eo qui duxit in matrimo. cap. I. ff. de dolo. l. I. Veruntamen soluens non repetit propter obligationem naturalem, secundum ea quæ no. s. de solu. §. quis sit eius effectus. sub §. si quis autem se dicat persoluisse pecuniam debitam.

Quid si dum loqueris excommunicato de excommunicatione sua, vel de aliis quæ ad salutem siue correctionem pertinent, interponis ex certa scientia aliqua verba incidenter, ut magis apud eum proficias, nunquid ligaris? uidetur quod sic, quia non sunt facienda mala, ut eueniãt bona: s. de usur. super eo. sed contrarium est uerum: arg. s. de of. delega. præterea xi. q. iiij. quod prædecessor. consuluit tamen Ray. quòd tales caueant, ne nimis laxent habenas: sed sic caute hoc faciant, & discretè quòd aliorum corda, qui fortè ignorant ipsorum intentionem, seu occultam conscientiam quantum in eis est, non lædantur: & bene, ut patet in his, quæ not. s. eo. sub §. utile, uer. excusant. ubi fuit hæc questio terminata.

17 a Sed nunquid † excõmunicatus potest intrare ecclesiam? [a] dicas quò non debet hoc facere ullo tẽpore, si sit ligatus maiori excommunicatione: & idem intelligas de interdicto & suspenso ab ingressu ecclesiæ: argu. xxi. distinction. clericos. in fin. xxxiii. quæst. quarta uir dormiens cum propria. xvi. dist. perlectis. & de hoc not. s. de consecra. ecclesi. distin. ij. § quando, uersi. nullus Episcopus & seq. Excõmunicatus autem minori excommunicatione potest intrare ecclesiam: & etiam audire missam secundum Goff. Rayn. contra quod securius est, scilicet ut quamuis possit intrare, missam tamen ibi non audiat. Goff. ideo mouetur, quia non est priuatus,

ADDITIO.

a Nunquid excommunicatus possit intrare ecclesiã. ¶ Adde gl. in c. studet c. j. q. j. & per Ant. de Bu. & Ab. in c. resp. de sen. exc. Ioan. de Imo. in cap. j. de vita & honest. cleric.

tus, nisi à participatione sacramentorum: s. de cler. excom. si celebrat. & ideo dixit quòd poterat audire missam, quanuis tutius sit, quòd primò faciat se absolui: ar. v. dist. ad eius verò concubitum. Sed nunquid ligatus minori potest dicere horas suas in choro vnà cum alijs: & alij debent ipsum admittere? dicas quod sic, ubi ligatus est, quia communicauit excõmunicatio casualiter, uel ex negligentia: cæterùm si ex cõtemptu & occultum est. ipse peccat mortaliter hoc faciendo: quia & in mortali constitutus propter contemptum suspensus est quantum ad se: si autem hoc acciderit ex contemptu, & notoriũ est, puta quia hoc fecit post inhibitionem sibi factã publicè per Iudicẽ, & hoc non põt aliqua tergiuersatione celari: tũc uitare debet alios & uitari, sm ea quæ no. s. e. sub §. necesse uer. sed nunquid partici pans. & cõprobatur hæc dist. s. de coha. cle. & mu. uestra. & c fi. Sed quid si aliquis ligatus maiori excõmunicatione intrat ecclesiã, nunqd clerici ibi forte psallentes Deo tenentur exire? dicas quod sic, officio ẽt dimisso: xj. q. iij. sicut Apostolici. & c seq. & j. e. nuper §. in scđa. xxiiij. q. j. omnis qui recedit. & hoc intelligas si notorius sit. occultus enim non est uitandus in publico: sed occultè tantum, est ẽt admonendus secretò & cautè, ne præcipiatur, ut exeat: nã ingerendo se communioni peccat mortaliter, ad hoc. vj. q. ij. si tantum. & c. placuit. & ij. q. j. si peccauerit. Non vitare enim, cùm in potestate excõmunicati sit, ei periculosius est quã non uitari quod in eius non est potestate: s. de cler. excõ. mini. illud § penu. & hoc ubi oẽs hoc ignorant paucis exceptis, putà uno uel duobus: nam si oẽs scirent, & essent multi, iam non diceretur occultum, quia & dictum unius de facili sequitur multitudo: s. de pur. can. cùm in iuuẽtute. § j. sed & si is qui hoc scit, cautè exiret: ut alius excõmunicatus rubore confusus, qui non uult exire admonitus induceretur per hoc ad satisfactionem, & absolutionem petendam, non reprobaretur, infra eod. cùm non ab homine. respon j. & ar. s. de cohab. cle. & mulie. vestra. §. item aliud est. Quid si publicè excõmunicatus intra ecclesiam, & sacerdos missam celebrans videt eum uenientem? debet admonere ipsum, ut exeat: qui si non uult acquiescere, potest ipsum eijcere: ẽt si excõmunicatus clericus sit, dummodo tantam potestatem habeat quòd sine effusione sanguinis hoc facere possit: arg. infrà eod. ueniens. aliàs potest recurrere ad brachium seculare, quamuis uideat ibi effusionem sanguinis imminere: arg. s. de ho. postulasti. Quod si nullo modo eiici potest, & presbyter non inceperat canonem: missam dimittat, uestes exuat & recedat: ut in iuribus allegatis, suprà e. in proxim. quæstione. Si verò iam inceperat canonem, non consulo, quòd multum respiciat, nec ad ipsum, sed ad sacrificium quod præ manibus tenet, & diligenter attendat: sed & si ipsum excõmunicatum sentiat, nihilominus canonem perficiat. Nam sacra mysteria non sunt interrumpenda, nec dimittenda etiam incompleta: vj. q. j. nihil. Perfecto autem canone ipsum, ut exeat admoneat: de conse. dist. ii. relatum. & si non uult exire sicut not. suprà, procedat, ut scilicet ipsum eiiciat, uel recedat. Sed nunquid presbyter potest in missa orare pro excõmunicatis? non uidetur: quia in oratione participandum non est cum ipsis: ut no. s. eo. § resp. j. uer. si uerò alijs. nec admittendi sunt ad diuina, ut in præceden. quæstionib. Sed contrà, nã & Ecclesia expressim orat in Parasceue pro talib. qñ dicit, Oremus: & pro hæreticis & schismaticis, ut Deus & Dominus noster eruat eos ab errorib. uniuersis, & ad sanctam ecclesiã catholicam atq; apostolicam reuocare dignetur: hoc etiam in ipsa sententia innuitur: quando proferens dicit in fine. Ita tamen quod spiritus saluus sit in die iudicii. Dicas quod in genere potest orare ecclesia pro talib. ut proximè dictum est, sed in monento, si cogites de aliquo amico tuo. ut Deus infundat in eum gratiam, ita quod conuertatur non reprobo: nec propter hoc dicam te excõmunicato participare, sed opus charitatis potius exercere & uoluntatem Domini facere, qui neminem uult perire: aliàs autem specialiter non debes orare pro ipso, & cum ipso nullo modo. hoc enim est in oratione participare, quod iura prohibent: ut not. s. eod. § resp. j. uer. uel in aliis. Quid si quis Tyrannus Princeps facit te celebrare ipso uel alio excõmunicato præsente quia tu timore mortis non audes aliud facere? Beatus esses, si te ad martyriũ præparares: sed quia iam recessit pro maiori parte hæc deuotio, dicẽdum est quod etsi coactio culpã attenuet, non tamẽ in totũ excusabit, cùm potius debeas omnia mala de mundo sustinere, quam peccato consentire: xxxii. q. v. ita ne. Secus si uis esset absoluta: quia ibi potius diceceris pati quàm agere: & ideò te in totum talis coactio excusaret: & hoc est, quod distinguitur. s. quod meus caus. sacris.

Consueuit & illud quæri, † utrùm excommunicatus maiori excõmunicatione, teneatur dicere horas suas? [a] & dicas quòd sic per se. priuatim, non in Ecclesia, non sicut prius, nõ in ordine suo, non ergo dicat, Dñs vobiscum: [b] sed in modum orationis, ad hoc: xi. quæstio. iiij. si quis Episcopus damnatus, & cap. si quis Episcopus in consi. nam ad hanc seruitutem obligatus est: ut s de cele. mis. ca. j qua propter delictũ suum non fit immunis: xvj. q. 1. leg. s. de iudiciis. intelleximus, & not. suprà, de cler. excõm mini. §. 1. uersicu. si quæras. & uer. & hoc intelligas. & seq. Si uis scire quid iuris sit in interdicto seruãdo, uide ibi. & s. de priuil. §. quid operetur. sub §. possunt & nõnulli religiosi. & infrà, de uerborum significatio. §. fin. sub §. quod autem. Quid si aliquis clericus sit excõmunicatus in choro uel in claustro cum aliis eiusdẽ collegii: nunquid tenentur exire alii & ipsum uitare? ad hoc dixit Rayn. quòd sic, si notorium est: sin autem occultum sit, tunc talis non est uitandus, nisi in occulto, ut dictum est in casu consimili suprà eodem. sub §. sed nũquid excommunicatus uersi. sed quid si aliquis ligatus. & idem scripsit in sociis, qui sunt in eod. hospitio. Tu dicas quod in primo casu monendus est, ut faciat se absolui, & si non uult obedire, potest contra ipsum procedi tanquã contra inobedientem, & incorrigibilem: supra, de iudiciis. cum non ab homine. non tamen tenentur alii oẽs propter hoc exire chorum, sed potius inobedientem in aliqua camera teneant, cui etiam si proprium non habet, de communi prouideant, secundum ea quæ nota supra, de temp. ordin. §. & cui sub §. septima regula. uersic. alii petunt eleemosynam. & sequen. in secundo uero casu, dic ut not. supra, sub §. humile. uersi. & idẽ intelligas. 1. & 2. Illud tamen notandum est ubi quis dicit se excommunicatum post appellationem, & de ipsa appellatione constat, in his quæ aguntur extra iudicium, sicut in electionibus, & locutionibus, & mensa, & diuinis etiam officiis pendente etiam appellationis articulo, non uitatur: & sic intellige, supra, de appellationibus. dilectus. § final. in iudiciis uero excepto appellationis articulo, uitandus est in his quæ tanquam actor experitur. & sic intellige, infra eod. per tuas. §. nos igitur. & xi. q. iii. si Episcopus fortè. & quod sic debeant intelligi dicta iura & consimilia, probatur, ut in auth. d. n. extra eodem. solet §. fin. & hoc olim etiam in Episcoporum sententiis obtinuit: sicut & hodie obseruatur. sic intellige quamuis contrarium innuat in authent. d. n. extra, eodem. quia periculosum §. fin. & de hoc tetigi supra, de appellat. § qualiter. uersicul. illud tamen. & de sententia & re iudicata. sub rubrica de sentent. § qualis. sub § pura. uer. quid ergo si dico. & sequent sed huic standum. sic ergo in præmissis obedire debemus, ut possimus ad cœlestia regna peruenire, quod nobis præstare dignetur qui uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

ADDITIONES.

a Teneatur dicere horas canonicas. ¶ Adde doc. in cap. j. de cele. mi. Io. de Lign. in repe. cle. dignum eodem tit.

b Non ergo dicat Dominus vobiscum. ¶ Adde Spe. tit. de dispen. in §. iuxta. ver. quid si excõmunicatus. Et per Albert. de Rol. de Ferraria in tract. de horis canonicis. honest. xiij.

De verborum significatione. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *Verbum quid sit. Vnde dicatur. 4. Quot modis accipitur. 2.*
3 *Figuræ latentes quæ sint.*
5 *Distinctio verborum quæ sit.*
6 *Verba dubia qualiter interpretentur.*
7 *Interpretatio verborum à quo fieri debeat. Et quando arctetur. 8.*
Et quando prorogetur. 9.

VSque modo fundauit satis Author intentionem suam tractando, & satis plenã doctrinam tradendo. In primo libro de personis, siue de iudicibus ecclesiasticis. In secundo de iudiciis, In tertio de vita & rebus clericorum. In quarto de sponsalibus & matrimoniis laicorum. In quinto de criminibus & criminosis puniendis. Sed quia plerunq; aliqui loquuntur nec se intelligunt: plerunq; uero certa pro dubiis, uel dubia pro certis accipiunt: s. de rescriptis. cùm contingat. in fine & plerunque dum ansam soluimus, nodum ligamus: j. eod. cum olim. Ideo post multa verba diffusè tradita in quibus peccatum non deest, iuxta Salomonẽ, dicentem: In multiloquio peccatum non deerit, annectitur hæc rubrica. De uerborum significatione, ut declarandi dubia, si qua forsan in superioribus dicta sunt, materiã habemus. Hic igitur dicamus: Quid est uerbũ. Quot modis accipitur. Vnde dicatur. Quid est distinctio verborũ. Qualiter uerba dubia interpretentur. A quo fieri debet interpretatio. Quando arctetur interpretatio. Et quando prorogetur.

1 Quid † est verbum secundum Grammaticos? Verbum est pars orationis sine casu cum temporibus & modis & formis agendi uel patiendi, significatiuum.

Hic autem

Hic autem aliter accipitur verbum, ſcilicet largo modo, vt ſupponat pro qualibet parte orationis, per quam is qui loquitur, quòd animo gerit, ore exprimit. de qua dici conſueuit, non ſufficit aliquid gerere mente, niſi exprimatur & ore. C. de condict. ob turpem cauſam. ſi repetendi. ff. de verborum obligatio. quicquid adſtringendæ. ff. de dote prælegata. cùm quis. §. primo contra argumen. Talia verba non debent eſſe fallentia: non enim ſunt propter hoc inſtituta, vt per ea inuicem fallant homines, ſed vt eis quiſque in alterius noticiam proferat quod intendit: peccatum eſt igitur vti verbis ad fallaciam, & non id, ad quod ſunt inſtituta. Intereſt enim quemadmodum verbum procedat ex animo: nam ream linguam non facit, niſi rea mens: vnde verſus.

Non niſi mente rea fit rea lingua mea.

22. quæſtion. 2. is autem. & c. homines præceden. in fin. Vnde ſequitur quòd qui contra mentem loquitur, nihil dicit: nec enim dicit quod cogitat, quia vox illud non ſignificat: neque quod vox ſignificat, quia illud dicere non intendit: ff. de rebus dubijs. in ambiguo.

2 Quot† modis accipitur. Patet ex præmiſſis quòd multis modis dicitur verbum, vnde verſus:

Eſt verbum Chriſtus, verbum pars omnis, & vna.
Sermoque ſecretus ſiue figura latens.

Eſt verbum Chriſtus, ſcilicet filius Dei: quia ſicut per verbum exprimitur voluntas hominis, ſic per filium Dei voluntas Patris: de pœnitentia diſtinctione prima. verbum Dei dimittit peccata ſecundum Goffred. uel ideo, quia ſecundum Auguſt. ſicut uerbum humanum & integrum & uerum, vnum & idem à multis percipitur vno & eodem momento: vt ſi dico Deus, audientibus mille hominibus, quilibet ipſorum ipſum percipit: & in auribus ipſorum integrum infigitur, ſic verbum, id eſt, filius Dei integer, & verus, vnus & idem, ſcilicet illud corpus quod ſumpſit in vtero Virginis, & quod dedit Apoſtolis, vno & eodem momento in diuerſis locis conficitur & percipitur, ſicut etiam probat Gregor. de conſecra. diſtinctio. 2. quid ſit ſanguis. Verbum pars orationis: nam & quælibet pars orationis: que ſunt octo, dicitur verbum generaliter & largo modo. Et vna, ſcilicet, pars de octo dicitur verbum, ſcilicet ſpecialiter & ſtricto modo, ſicut de his duobus not. ſuprà eodem: §. verſicul. 1. & 2. Sermoque ſecretus: vnde & dicitur, habeo ſermonem ad te. quòd & criſis dicitur: inde apocrifarius, id eſt, ſecretus nuncius. ſuprà, de electio. ſignificaſti. Siue figura latens: vnde in Euangelio: Ediſſere nobis parabolam hanc, & alibi: Simon tibi habeo aliquid dicere. duo debitores erant, &c.

3 Sunt† & quædam figuræ latentes[a] propria habentes nomina. Prima dicitur aphæreſis: quando ſcilicet principium dictionis auſertur, ſicut patet in hoc exemplo, teſtes conſueuerunt ſuperſtites appellari: nunc autem parte ablata, id eſt, principio dictionis, ſcilicet ſuper teſtes vocantur: auth. infrà eodem, forus. § teſtes antiquitus. Secunda dicitur Proſopopeia, id eſt, confirmatio nouæ perſonæ, vt cum dicitur, ille puer credit: quia ſcilicet ſacramentum fidei ad credendum ſuſcipit: vel hodie eſt paſſio, vel reſurrectio Chriſti, id eſt, eius ſacramenti, ſcilicet paſſionis vel reſurrectionis feſtum hodie celebratur: de conſec. diſtinctio. quarta. quæris ante finem. Tertia eſt antonomaſia, cùm ſcilicet aliquid per excellentiam alicui attribuitur: vt cùm dicitur Apoſtolus, intelligitur Paulus: 32 quæſtio. 7. Apoſtolus. & cùm dicitur Vrbs, intelligitur Roma; ſuprà, de pœnitent. ſignificauit: Inſtitut. de iure natu. gen. & ciui. § ſed ius quidem ciuile. Quarta eſt Synecdoche: vt cùm pars ponitur pro toto: ſicut nomine mœchiæ, intelligitur omnis coitus illicitus: nomine furti, omnis rei illicita vſurpatio alienæ: 32. quæſt. 4. meretrices. 14. q. 5. pœnale. Quinta antiptoſis, ſcilicet quando ponitur caſus pro caſu: vt cum dicitur ſermonē, id eſt, ſermo quem audiſtis, non eſt meus. ſic 76. diſtin. ordinationes. 18. q. 2. quidam. Sexta Hyperbole, ſcilicet exceſſus veritatis: vt tu es albior niue. & illud.

Frigidus glacie pectus amantis erat.

Fit etiam cum plus dicitur, & minus ſignificatur, puta nihil eſt grauius adulterio: 32. q. 7. quid in omnibus. Septima, Liptote, vt cùm minus dicitur, & plus ſignificatur: ff. de hæred. inſtitut. l. 1. §. ſi autem. & l. quotiens. Octaua, Pleonaſmos, quando ſcilicet ſuperabundat dictio: vt cum dicitur, Petrus videt oculo: iſte eſt monachus regularis: 20. q. 3. præſens. Nona, tmeſis: vt cum eadem dictio interciditur. Theodorus:

Quo res cunque cadit, teſtis niſi ſedulus adſit.

quo res cunq;, id eſt quo cunq; res cadit, teſtis niſi ſedulus adſit ad hoc. ff. de min. quod ſi ſpeciali. ff. de iudicijs. ſi poſt acceptum Decima, Syncopa, ſcilicet quando aliquid aufertur de medio dictionis: vt, cùm ponitur audacter pro audaciter: 8. quæſtio. 1. audaciter. Vndecima, Ironia, quando ſcilicet aliquid dicitur per deriſionem, vel per contrarium, vel cum dicitur o quanta integritas, non ſolùm non fugimus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos participantes cum eis: 11. quæſtio. 3. ad menſam. in fin. Duodecima, Exegeſis, id eſt expoſitio præcedentis ſermonis: vt cum dicitur, Vſuram aut aliquam adinuentionem: vbi plerunque exponitur ignotum per ignotius: 47. diſtinctio. quoniam multi. Tertia decima, Anthropopathos, id eſt humana paſſio, quando ſcilicet aliquid attribuitur Deo, quod conuenit homini: vt cùm dicitur Deus iratus: ſuprà, de rebus eccleſ. non alien. ſi quis presbyterorum: 24. quæſtio. j. odi proicci. Quartadecima, Tapinoſis. id eſt, nimia humiliatio: ſicut Papa ex nimia humilitate vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei: ſuprà, de ſententia excommun. relatum. ad finem. ſuprà, in prima conſtitutione huius libri. in princip. Quintadecima, Conceptio, quando, ſcilicet plures perſonæ ſingulares comprehenduntur ſub numero plurali: vt cum dicitur, Ego & tu legitimus: ſic ſupra, de conſtitut. cum acceſſiſſent. ſed & ſi plures alias poteris reperire: iura tamen conſueuerunt vti frequentius ſupradictis. ideoque ipſas tetigi, alijs non inſiſtens.

4 Vnde† dicatur. Ab aeris verberatu dicitur verbum, quia commune accidens eſt omnibus partibus orationis: vt patet in his quæ not. ſuprà, eodem. §. quid eſt verbum.

5 Quæ† eſt diſtinctio verborum? Et quidem multiplex eſt, quia omnes diſtinctiones: s. eodem. ſumma. in diuerſis locis, & ſub diuerſis titulis collocatæ, diſtinctiones verborum ſunt: nam & ſine ipſis nulla poſſet exprimi diſtinctio, Veruntamen ſicut iſte titulus generalis eſt: ſic & diſtinctionem verborum poſſumus facere generalem: dicamus igitur. Verborum alia contemnenda, alia diligenter conſideranda. Contemnendorum verborum alia ſortilega: hæc enim generaliter contemnenda ſunt, nec credenda: vt patet in his quæ not. ſuprà, de ſortilegijs. per totum. niſi in caſu in quo eccleſia dirimit matrimonium ob cauſam ſortilegij: 33. quæſtio. 1. ſuper ſortiarias, & no. de hoc plenè. ſuprà, de frigi. & maleficia. §. quæ impotentia. verſicul. occulta. & ſequen. Alia maledica: & hæc ſimiliter regulariter ſunt contemnenda. reuertuntur enim ſæpius in capite proferentis: 13. quæſtion. 3. inter verba. & capit. illud planè: & plerunque contrarium operantur. 1. quæſt. 1. maledicam. in caſu tamen ſunt timenda: vt cùm proferuntur ex officio: vt patet in his quæ notant. ſuprà titu. j. §. quid ſit excommunicatio. & §. quot ſunt ſpecies. & §. quis ſit eius effectus. & plerunque punienda ſunt: vt patet in his quæ not. ſuprà tit. 1. malè. §. qualiter quodlibet genus. Alia vana ſicut fabulæ, & verba ocioſa, quæ contemnenda ſunt, id eſt, fugienda: 44. diſtinct. pro reuerentia, tamen, & de ipſis, ſi proferantur, confitendum eſt, & in diuino iudicio ratio eſt reddenda: quia de omni verbo ocioſo, &c.

Diligenter conſiderandorum verborum, alia Rhetorica, in quibus non eſt gloriandum: 1. quæſtio. j. Marchion. nec circa ea multum inſudandum, quamuis aliqui ſæpe contrarium faciant. ff. de origine iuris. l. 2. §. poſt hos, & hoc intelligas generaliter. nam & quandoque placandus eſt iudex per verba dulcia & humilia. ff. de his quæ in teſtament. delen. proximè poſtmodum, ibi & aduocatus fiſci dicitur, &c. licet verba idem ſignificent: quandoque tamen eſſe poteſt, quòd vno modo propoſita repulſam proferens patietur, & alio modo dicta ad exauditionis gratiam admittetur: argument. ſuprà, de iudic. examinata, vnde dici conſueuit Quod vis eſt in verbis, lapidibus, & in herbis: quæ tria ſemel quidam

expertus

ADDITIO.

a Quædam figuræ latentes. ¶ Adde glo. quæ enumerat iſtas figuras in c. forus. cod. titul.

expertus fuit, dum propter mala verba, quæ dicebat socio suo socius ipsum impinxit in fossato, vbi punctus est ab vrticis, & lapis de muro in capite suo cadens, ipsum vsque ad effusionem sanguinis vulnerauit: & tunc recognoscens errorem suum, à socio petijt veniam, dicens, quod nunc didicerat quòd virtus erat in verbis propter quæ socius ipsum impinxerat, & in herbis quæ ipsum punxerant: & in lapide, qui eum vsque ad effusionem sanguinis vulnerauit. Alia iniuriosa: & hæc sunt punienda: vt not. suprà, de iniurijs. §. & inquantum. & præcedenti. Alia vtilia ad doctrinam & in iudicio, quorum aliqua sunt probabilia, vt opiniones magistrorum non redactæ in textu, vel redactæ, sed non determinatæ: s. de celebra. miss. cùm Marthæ. § vlt. & suprà de restitutione spoliatorum. literas. §. nos autem. & pręced. Alia improbanda, vt interpretationes cauillosę, sicut suprà de priuileg. in his. s. de deci. ad audientiam. Alia approbata: vt facta per ius determinata: s. de fide instrum. pastora. & opiniones magistrorum in scriptis redactæ & determinatæ: & secundum quas est etiam iudicandum sicut s. de decl. capitulo j. ff. de damn. infect. si ædibus. ante finem. Alia sunt vtilia extra iudicium quorum aliqua sunt obligatoria: vt supra, de pact. capit. 1. & per totum. C. de accus. & obl. sicut Alia non obligatoria, sed tantum consulentia, de quibus Salom. omnia fac cum consilio, & non pœnitebit. ff. manda. l. 1. ff. de his qui not. infam. ob hæc verba. Est tamen quandoque de necessitate requirendum consilium, licet non sequendum: suprà, de electionibus cùm in veteri. l. suprà, de ar. cum olim. Horum enim alia substantialia: suprà, de rescriptis. cum dilecta. Alia indirecta, & istorum omnium alia certa, & tunc à significatione verborum recedendum non est ff. de exerci. actio. l. 1. §. is qui nauem. ff. de leg. 3. non aliter. Alia dubia, & hæc regulariter non malignè, sed benignè sunt interpretanda: infrà de regulis iu. ca. 2. suprà de deci. ad audientiam. & de hoc infrà, § sequen.

6 Qualiter dubia † verba interpretantur?

Distin. vtrum quæratur de interpretatione rescriptorum, seu priuilegiorum, vel verborum in iudicis, vel in contractibus habitorum. Si quęritur de interpretatione rescriptorum vel priuilegiorum: tunc magis standum est intentioni scribentis, si de ipsa appareat, quàm verbis scripturæ: suprà, de rescriptis. super liter s. in fine, & capitu. cum causam quæ. suprà de officio deleg. super eo. suprà, de decimis. ex multiplici. suprà de priuilegijs. quanto. & cap. in his. Ideoque quamuis verba priuilegiorum consideranda sint: vt suprà, de priuile porro. & capit. accepimus, plus tamen consideranda est mens: ff. de leg. scire leges. 22. quæstion 5. humanæ. infrà, codem. intelligentia, & capitul. his. Et idem intelligas in testamentis, in quibus mens prior & potentior est quàm vox: ff. de supellect. legat. Labeo, in fin. vnde si testator mihi legauerit seruum sub appellatione Stichi, qui tamen Pamphilus vocabatur, non Stichus debetur, sed Pamphilus. Nomina enim significandorum gratia sunt reperta: & quoquo modo hoc intelligatur, dummodo sciatur, nihil interest. Institut. de leg. §. si quis in nomine. & idem est si in fundi nomine sit erratum, secus si in rebus, putà veste, auro, argento, & similibus. Rerum enim vocabula immutabilia sunt, hominum autem mutabilia: vt hęc probantur: ff. de legat. 1. l. tertia.

Si verò quæritur de uerbis in iudicio habitis, quo ad citationem, & libellum, & principium iudicij: fit interpretatio pro actore, & contra reum, aliàs semper diceret reus, Ego non sensi de hoc, ne scilicet condemnaretur. & ideo iudicium redditur in inuitum, scilicet reum; vt sic fiat quo ad principium interpretatio contra ipsum: ff. de verbo. obliga. inter stipulantem. §. iuss. de iudic. solemus. suprà, de causa poss. & propric. cum ecclesia Sutrina. § verum in quæstione. In medio autem iudicij cogendus est vterque, scilicet tam actor quàm reus, vt certum ponat & respondeat: quòd si incertum sit, & ad instantiam partis aduersæ, & præceptum iudicis hoc noluerit declarare, fit interpretatio contra illum, qui declarare debuit, & hoc facere noluit. ff. de interrog. actio. de ætate. §. nihil interest. ff. de confessis. certum. respō. j. alioquin si interrogatus non fuit, nec iniunctum ei, vt declaret dubium, fit interpretatio pro illo qui posuit vel respondit, siue actor sit siue reus: & sic intelligas l. ff. de iudic. si quis intentione ambigua: & argu ff. de his quæ in testa. delen. l pen. circa medium. In fi. verò est pro reo & contra actorem interpretatio facienda: ff. de re iudic. inter pares. Insti. de interdictis. §. retinendæ. suprà, de fideiuss. inter dilectos. § fi. s. de proba. ex literis. nisi causa fauorabilis sit ex parte actoris, tunc fieret pro ipso interpretatio. s. de sententia & re iudic. c fi.

Verum in contractibus di. quod aut certum est quòd consenserunt, & tunc valet: aut certum est quòd non consenserunt, & non valet, quòd agit. ff. de contrahen. emptio. & venditione. in venditionibus. 30. quæstio. 2. vbi. Aut dubitatur utrum consenserint, uel non: & tunc si ualet intellectus. secundum unam partem tantum, secundum eandem fit interpretatio, ut res magis ualeat quam pereat: ff. de rebus dubijs. quoties in actionibus. & l. ubi ff. de uerbo obligatio. quoties. ff. de reg. iur. quoties. suprà, de fide instrumen. inter dilectos. §. cæterum memorati. infrà eodem titu. Abbate §. contra quod fuerit. Si uerò ualet secundum intellectum utriusque, tunc id quod uerisimile est, accipiendum: ff. de uerbo. oblig. cum qui calendis. & quod quandoque consueuit accidere: 28. distin. de Syracusanæ. & quod magis iuri communi conuenit: suprà, de consuetudine. cum dilectus. §. fi. uel fit interpretatio contra illum, qui legem potuit apertius dicere. ff. de pact. ueteribus. ff. de uerb. obli. quicquid astringendæ. & quod not. suprà de pact. §. quæ sint diuisiones. sub § fieri possunt & aliæ diuisiones. uersi. item pactorum alia certa: alia obscura.

7 A quo † fieri debet interpretatio.

Et quidem aliquando fit à Papa, aliquando à legato suo, aliquādo à magistro, aliquando à consuetudine, aliquando à iure: & hic cadit dist. Quia interpretationum alia generalis & necessaria, & in scriptis redigenda, & c. quæ omnia dic ut plenè not. s. de rescriptis. §. & de ipsius interpretatione. sub §. potest. Interpretationibus autem, quę à Papa diffiniendo, uel iudicando fiūt, omnino standum est: s. de senten. & re iudic. in causis. Idem in his quæ à iure fiunt, sicut habentur exempla multa. C. eod. titu. & ff. eod. titu. per totum. Sed præter illas interpretationes, inuenimus & alias. nam nomine beneficij non continetur rectoria uel personatus: suprà, de præbend. capitul. final. & hoc uerum est in contentiosis, ne iuri eorum ad quos pertinet electio detrahatur. argumen. suprà, de election. cum terra. & capitu. 1. & supra, de offic. del gat. super eo. ubi similiter restringitur interpretatio ne his, ad quos spectat institutio, præiudicium generetur: præbenda uerò nomine beneficij continetur: supra, de prębend. pro illorum. ubi uerò agitur de fauore: puta de priuilegio uel indulgentia in fauorem reuelationis debitorum Ecclesiæ alicuius cōcessa, siue episcopalis mensæ, hæc omnia beneficiorum suorum nomine continentur: sed non extenditur ad alias: ut patet infra, eod. tua. ibi in hoc casu, & c. secundum Goffredum. Quid si mādetur alicui quòd Petro prouideat de beneficio ecclesiastico in ciuitate Ebredun. nunquid poterit ei prouidere in diœce. uel ecclesia cathedra. nota. s. de rescriptis: Rodulphus. & capitulo significante. Quid si præcipiatur alicui archiepiscopo quòd prouideat Martino de beneficio ecclesiastico in prouincia sua, uel aliqua ecclesiarū suarū, nunquid includuntur ecclesiæ cathedrales, sicut etiam propria argumen. s. de præbendis. pro illorum. supra, de usu pal. c. j. Sed quare non includitur ciuitas sub diœcesi: sicut sub prouincia? Respōdeo: quia aliud est ciuitas, aliud diœcesis: & diœcesis non ita large sonat sicut prouincia: imo eo ipso quòd de diœcesi tantum facio mentionem, uideor excludere ciuitatē: & iura uolunt, quod in rescriptis fiat mētio de diœce. uel ciuitate: sed de prouincia hęc non requirunt: quia talis mentio nimis esset cōfusa & generalis. & intra prouinciam sunt omnes causæ eiusdem prouinciæ agitandæ, nō extra Ideoq; & Metropo. & ciuitates suffraganei includuntur, ut omnibus ius reddatur. ut patet 6. q. 3. scitote. & tertia. q. 6. non liceat. & c. seq. Item ciuitas & diœce. correlatiua sunt, sicut est pater & filius, ergo unum nō est reliquum. ff. de rerum permutation l. j. Sed prouincia non est correlatiua quo ad ciuitates, sed potius collectiua, seu conclusiua, nam & cōcludit sub se etiam ciuitatē, à qua nominatur, & alias, ut patet in dict. c. scitote. & non liceat. Item ius interpretatur illam constitutionem Lateranen. concilij positam. supra de concessio. præbend. nullam. nā ad archiepiscopatus uel episcopatus non solet extendi, sed ad alia minora beneficia coarctari, supra de concession. preb. dilectus quod dic, ut no. in summa. codē tit § & infra quod tempus. Secundò interpretatur, quod non habet locum, nisi ubi præbendæ sunt distinctæ: supra, de concess. præben. literas. Tertiò fit interpretatio quòd in sex mensibus, de quibus ibi loquitur non computatur tempus ignorantiæ uel impotentiæ iuris: ut si quis fuerit excommunicatus uel suspēsus supra, de cōcessio. præben. quia diuersitatem corporum, Item à iure interpretatur & exponitur electio, id est, confirmatio: s. de consue. cum dilectus. Sed & fit interpretatio quod noualis nomine intelligitur terra de nouo ad culturam redacta: de qua non extat memoria quod aliàs fuerit culta. de qua tamen & parochialis ecclesia decimam exiget, non obstante priuilegio religiosis concesso, ubi si non per-

